
THESAVRVS LINGVAE LATINAE

SEV

PROMPTVARIVM DICTIONVM ET loquendi formularum omnium ad Latini sermonis perfectam notitiam assequendam pertinentium: ex optimis auctoribus concinnatum.



CVM PRIVILEGIO CÆSAREÆ MAIESTATIS ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

LVGDVNI.

SVMMA PRIVILEGIORVM THESAVRI

Latinæ Linguæ editioni concessorum, quæ prodiit anno M. D. LXXIII. CAL. MART.

MAXIMILIANI II. Romanorum Imperatoris semper Augusti diplomate cautum est Philippo Thinghyo Florentino, Lugduni degenti, ne quis in vniuersis ditionibus ipsius Cæsareæ Maiestatis, locis atque ciuitatibus tam sacro Romano Imperio, quàm cæteris regnis, dominiis & prouinciis eius mediatè vel immediatè subiectis, nisi ipsius Philippi aut hæredum permissio hūc Thesaurum Linguæ Latinæ, vel quicquam eorum quæ in hanc eius editionem contulerit, excudere ante decem exactos annos à die qua finita fuerit computandos: vel ea quæ excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publicè, vel occultè, aut quouis alio prætextu, ausit. Alioqui sibi præter amissionem librorum, mulctam decem marcharū auri puri irrogatam esse sciat, imperiali fisco, & ipsi Philippo vel eius sociis & hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persoluendam. Datum Viennæ die 18. mensis Ianuarij, Anno M. D. LXXII. Subsignato,

MAXIMILIANVS.

Et infrà, *Ad mandatum Cæsareæ Maiestatis, propriũ*

Io. Baptist. VVebert. *D. Obernburger.*

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, au Preuost de Paris, Senechal de Lyon, Baillif d'Orleans, Rouen, leurs Lieutenans, & à tous noz autres iusticiers & officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre bien aimé Philippe Thingy marchant Florentin demeurant en la ville de Lyon, nous fait remostrer qu'il a nagueres recouuert la copie d'vn liure intitulé, *Thesaurus Linguæ Latinæ*, de nouueau reueu, & corrigé & de beaucoup augmenté: lequel liure il desireroit vouluntiers imprimer, & exposer en vente: mais il doubte que ayāt faict les fraiz pource necessaires quelques vns s'aidans de sa copie le voulussent frustrer de ses despens, peines & labeurs, s'il ne luy estoit sur ce pourueu: ce qu'il nous a treshumblement requis. Nous à ces causes desirans fauoriser tels labeurs qui profitent au public. Et à ce que l'exposant ne soit frustré de ses peines & des fraiz qui luy conuient faire, à iceluy pour ces causes & autres à ce nous mouuāt auons permis, accordé & ottroyé, permettons, accordons & ottroyons qu'il puisse & luy soit loisible imprimer, ou faire imprimer par tels Imprimeurs que bon luy semblera, le liure cy dessus mentionné, & iceluy debiter & exposer en vente par tous les lieux & endroits de nostre Royaume, iusques au terme de six ans à cōpter du iour de la premiere impression, sans que pendant ledit temps aucuns Libraires, Imprimeurs ou autres puissent imprimer, ou faire imprimer ledit liure, ou exposer en vente sur peine de confiscation des liures qui se trouueront imprimez d'autre impression, & d'amende arbitraire, & de tous despens dommages & interests. Et en mettant au commencement ou à la fin dudit liure vn extraict du present priuilege, nous entendons qu'il soit tenu pour bien & deuëment signifie à tous ceux qu'il appartiendra, sans qu'ils puissent pretendre iuste cause d'ignorance. Si voulons, mandons & nous plaist que de tout le contenu cy dessus vous faictes souffrez & laissez ledit exposant ioüir paisiblement & plainement, sans souffrir ou permetre qu'il y soit aucunement contreuenu: contraignāt à ce faire, souffrir & obeir tous ceux qu'il appartiendra, & pour ce faire seront à contraindre, par toutes voyes & manieres deuës & raisonnables, nonobstāt oppositions ou appellations quelconques, & sans preiudice d'icelles. Car tel est nostre plaisir. Et pource que de ces presentes lon poura auoir affaire en plusieurs lieux, nous voulons que au vidimus d'icelles deuëment collationné par l'vn de noz amez & feaux notaire & secretaire, ou soubz seel Royal, foy soit adioustee comme au present original. Donné à Paris le XVIII. iour de Ianuier, Lan de grace mil cinq cens soixante treize. Et de nostre regne le treiziesme.

Par le Roy à vostre relation

Moré

CLARISSIMO ET CELE-

BERRIMO IVRISCONSVLTO PETRO D'AVSSERRE, Lugdunensi in ciuitate Consiliario & Aduocato Regio, serenissimaeq; Reginae matris Libellorum supplicum Magistro, Philippus Tinghyus Florentinus S. P. D.



ANA quorundam hominum studia animo sæpe contemplans, Iurisconsultorum decus Petre d'Aufferre, multùm diuq; tacitus mecum dubitaui, cuinam potissimum Latinę Linguæ Thesaurum: id est, vt ego interpretor, præclarissimi vtilissimíque Libri inscriptionem, cuius à me iam pridem sumptu magno editio parabatur, dicarem. Licet enim nemo tam sit vel hebes, vel humanarum rerum ignarus, velit modò naturę suæ non spurius haberi, quin diuitiis externis veras opes animi esse anteferendas existimet. Sic tamē corruptela morum & sinistri auiditas lucri mortalium ferè omnium animos occupauit, vt honestatis virtutúmque igniculi & sapientię inclita illa semina, quę summus ille rerū opifex Deus pectoribus nostris inclusit, atque mentibus ingenerauit, tenui vix in nobis parte ex aliqua appareāt: enectáque miserè potius, vel fœdè esse sepulta meritò videantur. Quotus enim quisque est, qui sapientum more veterum rei familiaris, propriæque adeò salutis cura neglecta: bonarum artium disciplinæq; honestę inflammatus studio, res illas omnes elatione animi præclara contempserit, ad quas vitiosa animi cupiditate instimulati mortalium plęrique rapiuntur? Pessum iere vitę pretia, & à maximo bono, vt rectè Plinius ait, liberales dictæ artes in contrarium cecidere. Nimirum alij subiere ritus, circáque alia hominum mentes detinentur: & auaritiæ tantùm artes coluntur. Quę vna res proculdubio illud effecit, vt insignis illa animi elatio quę in optimi cuiusque mente elucere quondam solebat, contrario studio refrixerit. Vbi nunc Megaricum inuenias Stilphontem? cui prę vna sapientia, mortalia cuncta sordebant. Qui patria à Demetrio expugnata, rogatus à Tyranno, an suarum rerum aliquid amisisset: nihil, inquit, neminem enim rapientem mea vidi: nam mihi quidem eruditio, virtúsque animi salua sunt: cętera non mea, sed casus fortunęq; fuere, cuius subito, vt vides, turbine labefactari, atque eripi solent. Quid ego nunc Socraticum Aristippum, Biantém ve sapientem proferam? Cuius cùm patriam Prienen cępisset hostis: cæteríque ita fugerent, vt multa de suis rebus secum asportarent: admonitus à quodam, vt idem ipse faceret. Ego verò, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. Vbi, quęso, prudentissime vir illa sunt bona: quę dum taces, dúmque ad hunc modum leuis expeditúsque graderis, te ferre nulla video? Rectè sanè. Pectore nimirum, vt Valerius scripsit, illa gestabant, non humeris, non oculis visenda, sed ęstimanda animo: quę domicilio mētis inclusa, nulliúsque idcirco iniuriæ obnoxia: secura pacatáque in hominis mente, mollia intus ocia peragebant. Quid Aristippus? minoríne subsidio mentis fultus, contemplatione illarum rerum, quas vulgus miratur stupens, secum ipse tacitus ingemiscebat: aut ratione aliqua turpi à constantia animi solita effugium vile quęrebat? Accipe quanta humanarum rerum contemptio in Sapiētis fœcundo pectore, generositásque vigebat. Naufragium, infęlix miserque, fecerat, eiusce modi enim voces homines parum docti, cùm alterius vicem dolere se dicunt, vsurpare maximè solent. At ille pręsenti infortunio parum animo consternatus, cùm è naui primùm exiret: Mathematicas commodùm figuras arenę insculptas inspiciens, ad socios cōuersus, subitò alacris ait: Salui sumus ô socij: vestigia hîc ego hominum, haud dubiè magna conspicio. Quid quæris? ingreditur ciuitatem: doctos viros alloquitur: nuditatem subleuant: honorant cognitum: discedere cupientes socios viatico prosequuntur: Nam philosophi mansionem, saltem ad dies aliquot, beneficiis impetrarent. Quo hęc historia pertinet, dices? Aristipi

socios iubeas abire, actutū facilè intelliges. Aristippe fœlix conseruent te Dij: Aristippe bone, salue: Aristippe docte, in patria de te ecquid dicamus iubes? renunciate, ait, ciuibus meis, vt eiusmodi sibi opes parent, quæ fracta naui vnà cum domino enatent. O præclaram opulentiam! O quæstum mentis vberem! O fœlix lucrum! conditionéque nostra omnium, naturáque verè dignum! & in quo persequendo, nullo nos oporteat neque obstaculo impediri, nec labefactari formidine, nec periculo deterreri. Hæc, hæc (inquam) illa animi vera sunt bona, Petre d'Auserre, quæ neque fugam moliri, neque concinnare dolos, neque insidias struere alumnis suis nouere. Ab iis aliena quæ sunt, fragilia sunt, caduca atque fugacia: possessoribúsque suis haud rarò perniciosa: quos locis multis prodere atque fallere consueuerunt. Quo factum est, vt ad diuina illa subsidia præstantes ingenio viri, alacri semper animo conuolauerint. Vniuersum ferè orbem sapientiæ dulcedine captus Sammius quondam peragrasse Pythogoras fertur: reique huius inclyto tandem reperto palmario, præstantioris cuiusdam doctrinæ mirificis institutis Italiæ illam oram affatim exornasse: quæ ob doctoris tanti eximiam dignitatem, magna est à priscis Græcia nuncupata. Cuius laudatissima in re Plato exēpla secutus, Asiæ solitudines vastas inexplicabiles sinuosásque Nili ripas, vt Ægyptios sacerdotes videret, scientiamq; illorū hauriret, nō sine magno labore dicitur peruagatus. Quò, simili raptos amore Homerum, Melampum, Dædalum, Musæum atque Solonem, Tyanæúmq; Apollonium perhibent conuolasse. Quapropter minus erit mirandum Atheniensem ipsum Platonem, vt ab Archita Tarenti, à Timæo & Arione locris Pythagoræ præcepta institutaq; acciperet, in Italiā etiam esse trāsgressum. Non enim ætate illa, auri sacra fames: non fucati honoris ambitio: sed prudentiæ ac probitatis summus amor, famæq; nominis ardor insignis, mentes hominum perurgebat. Abderites ille Democritus ex longinqua diutináque peregrinatione, quam Sapientiæ causa susceperat, in patriam aliquando reuersus: cùm possessiones suas desertas, incultáque prædia vidisset: Haud essem (inquit) saluus ego, nisi hæc perissent. Quid Philoxenus Melopæus? nónne præsentia animi pari vitam ac domum opulentissimam in colonia Sicula, hæreditate nactus: delicias, voluptates, indigenámque & parum sobriam gentis huius elegantiam demiratus: ad honestiora & fæliciora ocia, quæ mente agitabat, obstaculo sibi illa magno futura veritus. Per Deos (inquit) bona hæc haud me perdent, sed ego illa: hæreditatéque aliis relicta confestim enauigauit. Quid Anaxagoras? nónne amœnissimo, fertilissimóque se abdicauit fundo: quò liberius ab externis curis feriato iam animo exoptatā diu operam philosophiæ posset insumere? Longum sit, ad plenum illorū velle exempla rimari, qui despectis rebus cæteris, honestissimæ huic se arti atque studio mācipauerint, Sapientia magis animi quàm pecunia ditescere cupientes. Huius rei tam præclaræ támque diuinæ fundamenta fideliter iacere, Thesaurus hic noster doctissimorum virorum vigiliis lucubrationibusq; multis institutus & magnificè cumulatus, haud dubiè facilè potest, modò quis in loco eo vti vigilanter assuescat. Præclarum hoc esse quis ambigit? sed magnificum illud etiam, quòd balbutiem & rusticitatem linguæ, indisertique oris infantiam curaturum se esse promittit. Cùm enim immortalis summíque Dei specioso quodam diuinóque munere à brutorum animantium, hoc vno vel maximè simus secreti disiunctíque natura, quòd sensa animi possumus explicare dicendo. Certè pulcherrimum quiddam ille videtur adeptus, qui qua re homines bestiis præstant, ea in re hominibus antecellit. Quod vti à me significatum est antea, liber hic noster se facturum spondet. Quo ex ipso, tanquam ex boni assiduiq; domini penu referta, non quidem esculenta & poculenta: quorū, pecuniam modò adhibeas, omni ferè loco homini copia, vbertásque est obuia: sed Sapiētiæ vera adminicula, & humanæ mētis inclyta viatica, Latinæ linguæ opes licebit expromere: mētemq; ipsam hominis verè polire: cuius in oratione dignitas atque vis proculdubio maximè cernitur. Quod cùm intelligerent Græciæ doctissimi viri appositissimo nimirum nomine, nullo vocis discrimine facto, orationem, mentémque nostram

ſtram atque rationem prudentiſſimè profectò λόγον appellarunt. Hos ego libros cùm in publicum proferre vellem, & propter eas, quas ſuprà retuli cauſas, haud mediocriter animo viderer mihi eſſe ſolicitus. Virtutum memor tuarum ſingulariſque doctrinæ, Iuriſconſultorum decus Petre d'Auſerre, fœlicioribus iam auſpiciis clariſſimi tui nominis titulo condecoratos in ſtudioſorum hominum gratiam euulgare illos conſtitui: vt vna eadémque opera bonarum artium cupidi ſe tibi plurimum de munere hoc debere faterentur: ſimul & amoris erga te mei ſingulare aliquod apud poſteros pignus extaret: quo, humanitatis, modeſtiæ, probitatiſque tuæ memoria ad gentes etiam nobis incognitas permanare latius, fuſiúſque aliquanto queat extendi: & in magiſtratu incorruptè ſanctéque gerendo vigilantia tui animi, ſummáque etiam fides ab omnibus poſſit intelligi. Haud igitur eſt mirandum, cùm tot indies maximarum virtutum publicè documenta præbeas, Iuriſprudentiæq; inſuper gloria vnus tantum excellas, vt celebratiſſima in vrbe Iuſtitię ſignum aliquod ſuſtuliſſe videare, ſi Chriſtianiſſimus, Inuictiſſimuſq; Rex Gallorum CAROLVS te vnum delegerit, cui ſplendidiſſimi magiſtratus curam iniungeret & Regiis cauſis præficeret. Decebat enim prçſtātiſſimę omniū virtutis alumnū inſigni aliquo dignitatis prçmio affici: idq; ab eo principe potiſſimùm, cui Deus optimus maximus imperij ſcæptra inclyti, & Iuſtitiæ gubernacula, florentiſſima in orbis terrę regione vtenda conceſſiſſet. Noſtra igitur hac editione, vir prçſtantiſſime, lubens fruere: quam tibi, Chriſtianæq; reipublicæ fœlicem, fauſtámque eſſe, Largitorem omnium bonorum & verę ſalutis authorem ſupplici mente precamur.

Summa vniuerſi operis in corpora quatuor, eo fuit à nobis conſilio diſtincta, vt qui ad magnitudinem penè immenſam liber excreuerat: ab eiuſcemodi epularum auido, candidatóque doctrinæ tractari commodius poſſet, quoties ipſum de re dubia, veri inſtar magiſtri conſulere decreuiſſet. Affixa eſt etiam limine primo Adriani Cardinalis doctiſſimi viri, de Latinæ Linguæ temporibus & præſtantia ſanéque elegans cultáque epiſtola: vt quaſi digito ad fontes oſtenſo, quos quiſque authores ſedulo fugere, quos contrà ſtudioſè conueniat imitari, facilè poſſit addiſcere. Planè enim eloquentiæ originem, in verborum delectu, quod diſertiſſimo viro Caio Cæſari placere videmus, ſitam eſſe arbitramur. Quæ verò reliquis, de eiuſdem Latinæ Linguæ ſententiis, Theſauríque huius authoribus, corporibus ſunt appenſa: quę in calce operis addita præfatio eſt, Deo auſpice declarabit.

Viue diúque vale: meritos Deus addat honores.

TYPOGRAPHVS LATINAE
LINGVAE STVDIOSIS S.



VVM primùm huic Thesauro, eruto ex diuitum latinitatis aurifodinarum venis, in lucem producendo manus admouere vellem, non paucæ occurrerunt cogitationes, quæ me à tam difficili instituto penitus abstraherent. Præclarus enim Roberti Stephani, viri de re literaria & literatis quàm optimè meriti hac in parte conatus, amplißimas latinæ linguæ facultates harum cupidis porrigere videbatur. Ab eo igitur anno quo secundam euulgauit huiusce operis editionem, purior loquendi scribendiq́ modus vbique caput exeruit. Probè etiam mihi cognitum erat os vorax præli typographici: & sumptus immodicos faciendos, denique Thesaurum Thesauro hauriendo exhauriendum, iam satis videbam. Oblatæ tamen quum mihi essent in secundum hunc Stephani laborem doctißimorum quorundam nostræ ætatis hominum vigiliæ, animaduersiones videlicet, expolitiones & sententiæ ex Latinis melioriśq notæ scriptoribus, ad ornatum operis & studiorum vestrorum subsidium, excerptæ: tunc dubius hærere, & permultos dies mecum variis agitari sententiis, quid humeri ferre vellent & possent explorans, tandem obstaculis omnibus neglectis, vento (quod aiunt) vela commisi, latisque auspiciis, quod Deus bene vertat, Oceanum literarum sum ingressus. Inconstantiæ verò nequis me arguat, en meæ mutati consilij rationes paulò fusius explicatæ. Ex votis, postulationibus & querelis multorũ sæpius audiui omnino necessariam esse huius laboris renouationẽ, qui graues etiã suæ importunitatis causas in medium producebant. Verum esse quis ignorat, inquiunt, quod Terentianus ille Demæa secum queritur, his verbis? Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui, aliquid moneat: vt illa quæ te scire credas nescias: & quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies. Sic, quanuis posterior huius Thesauri fœtura maximo studiosorum commodo in lucem emissa sit, multa tamen addi possunt non inutilia: quod vt propius aspicerem tradita sunt eruditorum, vt iam dictum est, variæ annotationes ex ipso latinitatis penu deprompta, quas ceteris diuitiis vt adiungerem, literis & sermone, studiosi homines flagitarunt. Præterea satis noueram inexhaustos Latinæ linguæ Thesauros non modò Stephani, verumetiam ipsarum musarum manus requirere. Ingenuarum item artium, politiorisque literaturæ studia, his mediis mirè fulciri & adiuuari, nemo fuit qui non occineret. Romana lingua ore demisso à typographia illud vnum petebat, vt ex vasta illa dispertione tandem in vnum corpus, ceterarum (Græcæ nominatim) exemplo, colligeretur. Vicit fateor, & linguæ & eius studiosorum amor importunus, qui ad cursum mihi omnia parenti, calcar animumq́ addens, non sine puluere & æstu integrum stadij cursum fœliciter peregit. De latini sermonis præstantia coram vobis disserere superuacaneum iudicaui, tum quòd ab multis nostra hac tempestate fœliciter id præstitum est: tum quòd hic labor satis superq́ nostro nomine spondeat. Mihi etiam typographicis negotiis inuoluto parum conueniret ad literarum studia literatos adhortari. Ne etiam præco priuati commodi videar laudes linguæ Romanæ decantando, has partes vnicuique vestrûm malui dimittere. Quis autem huius operis sit vsus, ex frequenti authorum Latinorum lectione, in dies percipietis. Quot iaceant scrupuli, quot saltus, anfractus, voragines pateant in tam spatiosa latinitatis regione, nemo est paulò humanior qui nesciat. Hæc autem omnia vt tutò prætergrediamini, securum patet vobis iter. Siue historici, seu oratores, poetæ aut classici authores sunt consulendi, præit nunc fidus comes, omnium ænigmatum Oedipus. Audacter incedite per variorum scriptorum semitas quantumuis salebrosas: faustum indicabit viis vestris exitum fidus hic monitor, tantum ad monstrandam viam, deuiis adstans. Nam qui Dictionaria tanquam authores ipsos amôit fœdè hallucinatur: sunt enim instar statuarum Mercurialium nouorum viatorum gratia in syluarum triuiis & locis parum cognitis collocatarum: quas non quærit viator, vbi crebris profectionibus iter contriuit. Sic, index iste manu ducet studiosum inexercitatum & quascunque Latini eloquij vias callere docebit. Altera studiorum pars in exercitatione styli versatur, qua in re maximo vobis adiumento futurum hoc opus habeo mihi persuasum. Siue enim historia condenda, seu poëma scribendum, siue epistolæ mittẽdæ, aut scholia & commentaria in varios authores conficienda sunt: si denique ex peregrinis linguis in Latinam aliquid conuertere studiosi statuerint, paratum instrumentum

mentum præstantiss. hæc officina extemplò subministrabit. Denique, vt paucis omnia complectar, in pelago latinitatis versantibus offero nauē, quæ ad optatum portum vehat saluos & incolumes. Quod si laude donati sunt qui iam olim Musas vestras adiuuarunt, nemo mihi vitio vertet, quòd summam manum vtilissimo labori apponere conatus sum: & quemadmodum qui hoc stadium prius sunt ingressi, facem tradentes, nos ad eundem cursum vocatos pertraxisse videntur: nemini etiā inuidebimus qui in pósterum diligentiæ nostræ superaddens, meliora præstabit, modò priuilegij impensarumq; nostrarum habeat rationem. Si quod propositum fuit (promouere videlicet bonarum literarum studia) sumus assequuti, laboris & impensæ non pœnitebit, & gratias Deo Opt. Max. agemus, qui calamitoso hoc seculo tantū otij & facultatum largitus est, vt multorū vtilitati consulere potuerimus. Sin verò operis moles & operarum incuria nos aliquoties dormitasse clamitat rectū tamen fuisse scopum, necnon liberali manu necessaria omnia nos suppeditasse, studiosi, spero, intelligent. Aliquid de ordine huius opificij superest vt adiiciamus. Quæ à Stephano edita erant, omnia damus integriora & emendatiora: quæ desiderari videbantur, docti expleuerunt. Primariis dictionibus Latinis Græcæ adiunctæ sunt in eorum gratiam qui has coniungere cupiunt. Scriptorum authoritates natiuo nitori restitutas & à mendis repurgatas habetis. Nomina propria, & nobiliora ex historicis poetisque collecta ad horum intelligentiam: Contraria, ex scriptis Ciceronis omnia ferè excerpta: Forensia, Opposita, Antiqua & inusitata vocabula adiecimus: & cū nonnullis aliis ad finem iterum per classes digessimus, quò nihil ad Latini sermonis notitiam acquirendam deesset. Vt comodius etiam à vobis in musæo tractaretur: in quatuor Tomos totum opus diuisum est. Primo huic Tomo Adriani Cardinalis viri doctissimi de Latinæ linguæ temporibus & præstantia adiunximus epistolam. Tertius Tomus ab initio continet Doctorum quorundam de eadem lingua sententias. Quarti Tomi caput præcipuorum authorum ex quibus Thesaurus hic erutus est, continet Catalogum, nonnulla item, quæ ad calcem addita præfatio declarabit. Hæc adiumenta qui pro nihilo ducet, insania sua fruatur. At meliora de vobis mihi polliceor. Plura igitur non addam, nam se satis merx ipsa probabit, & vino vendibili non adeo opus esse suspensa hedera, vel ipsis pueris notum est.

Valete.

EPISTOLA ADRIANI CARDINAlis de ſermone Latino.



VM Bononiæ viri me aliquot eruditi, officij cauſa conueniſſent, commentaremúrque inter nos, vt fit inter literarum ſtudioſos, de Latini ſermonis elegantia, audirémque eorum pleróſque Apuleij, Sidonij, Capellæ, Fulgenij, non tam verbis, quàm fœtoribus ſcaturire, verbáque de induſtria promere aliorum etiam autorum, quæ aut abſoleta nimis, aut noua, & omnino barbara viderentur, multáque ego liberè (vt ſoleo) contra eorum ſermonis inſolentiam, non ſine ſtomacho, protuliſſem, ídque eo animoſius eſſem aggreſſus, quòd viderem non tam paucorum ipſorum, qui mecum ita eſſent congreſſi, quàm cæterorum ferè noſtri temporis hominum vnum atque eundem eſſe errorem: foréque breui, vt relicta vetere, veráque Latinitate, in aliam omnino linguam, & quaſi barbariem commigremus. Ea omnia longiuſculo tractata ſermone & altiore repetita principia, perpetuáque oratione, idcirco colligere, ac literis mandare volui: vt qui hæc legerint, malorum autorum imitatione omiſſa, perfectos illos Latini candoris parentes agnoſcant, ſtudeant, æmulentur. Sed iam quid cum illis egerimus, exponamus:

Quatuor propemodum poſt Romam cōnditam videntur Latinorum doctorum fuiſſe tempora: Antiquiſſimum, Antiquum, Perfectum, Imperfectum.

Antiquiſsimum reperimus ab vrbe condita perueniſſe vſque ad Liuium Andronicum: interuallúmque illud quatuordecim & quingentorum annorum fuiſſe, Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horatius primum hunc ſcriptorum fuiſſe ſignificat, cùm dicit,

- Habet hos numeratque poëtas
Ad noſtrum tempus Liui ſcriptoris ab æuo.

In quo quidem temporis interuallo fuiſſe permultos doctos ſuſpicari magis (vt inquit Cicero) quàm intelligere poſſimus, cùm nulla penitus eorum extent in literis monumenta: præter orationem Appij Cæci, & quaſdam mortuorum laudationes, ſicut in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

Antiquum vero tempus id dicemus, quod ab ipſo Liuio vſque ad ætatem Ciceronis interfuit: quod quidem vix centum annos, vt ex ipſo Cicerone colligitur, exceſsit. In hoc autem temporis ſpatio, etſi quàm plurimi doctiſsimi viri floruerunt, eos tamen horridioribus verbis vſos, & ſine cultu & verborum delectu locutos fuiſſe, Ciceronis ſequens ætas notauit: vt verum id eſſe appareat, quod dicitur, Nihil eſſe ſimul inuentum & perfectum. Repertores enim fuerant, & quaſi architecti Latinitatis, vt præclare dicit Horatius,

- Cum lingua Catonis, & Enni,
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit.

Nam Liuium anno ipſo ante Ennium docuiſſe fabulam, & Catonem Ennij fuiſſe æqualem ſcribit Cicero in Bruto, qui Liuium inepte ſcripſiſſe teſtatur, dicens eum docuiſſe fabulam non ſatis dignam, quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ouidius de Triſtibus,

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Teſtificatur hoc ipſum Suetonius in libello de claris grammaticis his verbis: Grammatica Romæ ne in vſu quidem olim nedum in honore fuit, nullo liberalibus diſciplinis vacante. Initium quoque eius mediocre extitit: ſi quidem antiquiſsimi doctorum, quidam & poetæ, & ſemigræci erant. Liuium & Ennium dico, quos vtraque lingua domi, foriſque docuiſſe adnotatum eſt. Catonis verò orationes vt illis temporibus, valde Cicero in Bruto laudat, addit tamen, ſignificare illas formam quandam ingenij, ſed, admodum impolitam, & plane rudem. Et paulo poſt: Antiquior, inquit, eſt Catonis ſermo, & quædam horridiora verba: ita enim tunc loquebantur. Et eundem iam deſitum legi teſtatur, cum ait: Catonem verò quis noſtrûm oratorum, qui quidem nunc ſunt legit? aut quis nouit omnino? Et ſubdit, non ignorare ſe nondum ſatis eſſe politum hunc, & quærendum eſſe aliquid perfectius. Quo tempore etiam fuit Cornelius Cethegus, quem Cicero primum fuiſſe eloquentem affirmat Ennij teſtimonio, qui in Annalibus ſuis ſic de eo ſcripſit.

Additur orator Cornelius ſuauiloquente
Ore Cethegus

Paulò verò poſt, fuerunt Neuius, Plautus, Cæcilius, Pacuuius, Accius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scæuola, L. Craſſus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, & innumeri alij, quos ætas Ciceronis modò priſcos, modò veteres, modò patres, interdum antiquos, aliquando ſuperiores appellat. Quos quidem veteres, nimis antiquè, & pleraque durè loquutos notauit Horatius, cùm dixit:

Si veteres ita miratur laudátque poëtas,
Vt nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.
Si quædam nimis antiquè, ſi pleraque durè
Dicere credat eos, ignaue multa fatetur,
Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Cicero quoque veterum illum ſermonem ſe quoque improbare oſtendit, cum in Bruto dicit: Illius autem ætatis qui ſermo fuerit, ex Neuianis ſcriptis colligi poteſt, & ſubdit: Cæcilium & Pacuuium male locutos videmus. Hinc Quintil. Accio, inquit, & Pacuuio nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus quàm ipſis defuiſſe. Idem etiam dixit Lucretium non facere phraſim, id eſt, corpus eloquentiæ. Martialis etiam de his ait,

Accius & quicquid Pacuuiúſque vomunt.

Et Cicero in Bruto: Carbonis & Gracchi habemus orationes, nondum ſatis ſplendidas verbis, ſed acutas: & ſubdit: C. Gracchum de ſuperioribus ſolùm lego, manus tamen extrema non acceſsit operibus eius, præclarè inchoata multa, perfecta non plane. Et iterum: L. Cotta cùm verbis, tum etiam ſono quaſi ſubruſtico perſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Et in eodem: Curionis loci ſanè inanes, verumetiam nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabiles. Et Quintil. pueros monet, ne veterum admiratores ſint, dum ſic præcipit: Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator in Gracchorum Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit: fient enim horridi & ieiuni. Tum autem quod quaſi per gradus eloquentia ad perfectionem aſcenderit, teſtatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit: Quæ fuerit aſcenſio, & quàm in omni-

in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ex eo quod dicam, existimari potest. Et paulo pòst connumeratis aliquot oratoribus, qui seni iam Ennio successerant, subiungit: Iam enim erat quædam vnctior & splendidior consuetudo loquendi. Et subdit: Sergius deinde Galba princeps ex Latinis, contulit orationi propria ornamenta. Videre licet alios deinde gradus, cùm idem Cicero subdit: L. Furius Pilus perbene loqui Latine putabatur, literatiúsque quàm cæteri. L. Scæuola paulò etiam copiosior. & addit: Etiam Philippus in primis, vt temporibus illis, Græcis literis institutus. Et in eodem Bruto, ad Gracchorum ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Eloquentiæ autem veluti gradus, vt dixi, factos esse docet idem Cicero in Tuscul. dicens: At contrà, oratorem celeriter complexi sumus, nec eum primo eruditum, aptum tamen ad dicendum, pòst autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuisse memoriæ traditum est. Studiosum autem eum, qui iis anteibat Catonem, post verò Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi: P. Scipio Latinè loquendo omnes superabat. Et iterum: Quinti Catuli non antiquo illo more, sed penè hoc nostro. Et Cicero in eodem Bruto notat ætatem ætati suæ proximam nondum perfectè locutam, dicens, inferioris autem ætatis erat proximus L. Sisenna doctus vir, studiis optimis deditus, benè Latinè loquens. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest. Qui cùm facile omnes vincat superiores, indicat tamen quantum absit à summo. nam vsus est aliquando veteribus verbis, & ab vsu perfecto, & auribus eruditis remotis. Rectè enim loqui putabat, esse inusitatè loqui. De iis gradibus Quintilianus ita meminit: Fuerunt quædam genera dicendi, conditione temporum horridiora, alioquin magnam vim ingenij præ se ferentia. Hinc sunt Lælij, Africani, Catones, Gracchi, medium illam formam tenent L. Crassus, Qu. Hortensius, tum deinde efflorescit non multùm inter se distantium huiusmodi oratorum ingens prouentus. Sed Cornelius Tacitus de claris oratoribus, hanc distinctam veterum imperfectionem notat iis verbis: Quod ad Ser. Galbam, & C. Lælium attinet, & si quos alios antiquorum agitare non desistis, non exigit defensionem, cum fatear quædam eloquentiæ eorum, vt nascenti adhuc, nec satis adultæ defuisse. Sed hanc nimiam vetustatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. Sed nimia, inquit, vetustas nec habet eam, quam quærimus, summitatem, nec est sanè tolerabilis.

Hactenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicemus. Cæsar vt idem Cicero refert, rationem adhibens, consuetudinem prisci sermonis vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendabat, splendidam quandam, minimeque veteratoriam rationem dicendi tenens scripsitque ad Ciceronem de ratione Latinè loquendi, ac primo in libro dixit: Verborum delectum originem esse eloquentiæ, eiusque copiæ principem, inuentorémque Ciceronem esse. Quod affirmare videtur & ipse Cicero, dum in Bruto sic loquitur: Certe & nos boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius quàm fuerit illud genus dicendi, & ornatius: & nocuimus fortasse, quod veteres orationes post nostras, non à me quidem, meis enim illas antepono, sed à plerisque legi sunt desitæ. Et subdit, Cùm autem ex Sicilia me recepissem, iam videbatur in me quicquid esset, esse perfectum, & habere maturitatem quandam suam. Fuisse autem eandem perfectionem in plerisque Ciceronis æqualibus, testatur idem in eodem libro, vbi connumeratis compluribus sui temporis oratoribus. Nec vlla, inquit, ætate vberior oratorum fœtus fuit. Et in eodem: Triginta annis mihi Crassus ætate præstabat. Quod idcirco posui, vt dicendi prima maturitas, in qua ætate extitisset, posset notari, & intelligeretur iam ad summum penè esse perductam, vt eò nihil ferme quisquam addere posset. Et idem in Tusculanis, non solum perfectionem ætatis suæ testatur, sed, interituram breui eloquentiam prædicit. Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili venit ad summum vt iam quod natura fert in omnibus rebus, fere senescat, breuique tempore ad nihilum ventura videatur. De cuius ætatis perfectione, Cicero in quadam epistola ad Atticum de Tulliola filia loquens, Ergo, inquit, iis temporibus tam eruditis, quantum fieri poterit, illam consecrabo omni genere monumentorum, Et Horatius,

Venimus ad summum fortunæ pingimus atque
Psallimus, & luctamur Achiuis doctius vnctis.

Et Solinus de Augusto loquens, Quod tempus, inquit, ferme solum repertum est, quo plurimum & arma cessarunt, & ingenia floruerunt. Et Plinius de Natura histor. de M. Varrone loquens: In illa, inquit, ingeniorum quæ tunc fuit multitudine. Et Horatius veterem ætatem carpens, & suam perfectam affirmans, de Lucilio sic scribit:

Si foret hoc nostrum fato delapsus in æuum.
Deterreret sibi multa: recideret omne quod vltra
Perfectum traheretur, & in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.

Et Quintilianus postquam vt potuit, defendit Lucilium à nota Horatij, qui eum fluere lutulentum dixerat perfectiorem eo Horatium fatetur, cum dicit: Multo est tersior ac purus magis Horatius Hanc perfectionem idem Quintil. dat Tibullo, dicens: Tersus atque elegans videtur esse Tibullus, sunt qui Propertium malint. Et inde de Vergilio loquens: Vt illi naturæ cœlesti atque immortali cesserimus, ita curæ & diligentiæ. & subdit: Cæteri longe sequentur. Et de Cicerone: Nec verò quod in quoque optimum fuit, studio consecutus est tantùm, sed vel plurimas, aut potius omnes, ex seipso virtutes extulit immortalis illa ingenij & beatissima vbertas. & subdit: Vt non hominis nomen, sed eloquentiæ videatur. Et de Cæsare, quòd perfectè loqueretur, Cicero in Bruto: Cæsar Latinè loquebatur elegantissimè, nec id solùm domestica consuetudine, tamen vt esset perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis & exquisitis, summo studio & diligentia est consecutus. Erat præterea Hortensius (vt inquit Cicero) verborum splendore elegans. Erant in L. Torquato pluri-mæ literæ, non hæ vulgares, sed interiores & reconditæ, & summa verborum grauitas, & elegãtia. L. Domitius nulla quidem arte, sed Latinè dicebat. Erat Pisoni verborum delectus elegans. In M. Claudio autem verbum nullum, aut durum, aut insolens, aut humile, aut in longius ductum, Marcellus lectis verbis vtebatur. Quid plures ætatis huius cohor præterea conquirere? quorum nomina vt doctissimorum virorum multis in locis connumerata comperire poterimus: scripta autem, cùm sint vetustate deleta, nusquam reperiemus. quin potius eius temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus versantur. Lege multorum epistolas, quæ inter Ciceronis epistolas leguntur, vt Seruij Sulpitij, M. Marcelli, Q. Metelli Celeris, Q. item Metelli Nepotis, P. Vatinij, L. Luceij, M. Bithynij Curionis, M. Celij, Dolabellæ, Gn. Planci, Galbæ, C. Asinij, Pollionis, M. Lepidi, Au. Cæcinnæ, Decij Bruti, M. item Bruti, C. Cassij, C. Marij, P. Lentuli, Trebonij, M. Catonis, C. Cæsaris, Gn. Pompeij, Q. Ciceronis filij. Cor. Balbi, Oppij, Hircij, quos, & penè infinitos alios eruditissimos viros florentissima hæc Ciceronis ætas effudit. dicas in hac sola inesse succum illum, & quasi sanguinem incorruptæ Latinitatis: ac non fucatum, sed naturalem quandam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenij felicitate, & verborum elegantia: vt si titulos dempseris, illas non facile à Ciceronis epistolis internoscas. Quod præclarè Cornelius Tacitus de claris oratoribus, comprobat, cùm dicit: Sicut apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum disertos antecessit, sic Caluus & Asinius, & Cæsar & Brutus, iure prioribus & sequentibus an-

teponuntur. Nec refert quòd inter se specie differant, quum genere cõsentiant. at astrictior Caluus, numerosior Asinius, splendidior Cęsar, amarior Cęlius, grauior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. Omnes tamen eandem sanctitatem eloquentiæ ferunt, vt si omnium pariter libros in manum sumpseris, fatearis, quamuis in diuersis ingeniis, esse quandam iudicij ac voluminis similitudinem & cognationem.

Sed iam de imperfecto, & corrupto potius, ac vitioso tempore vt proposuimus, aliquid afferamus. Secuta post ætatem Ciceronis alia doctorum ætas, satis vel eorum proprio testimonio indicauit, non solùm quantum à cacumine & fastigio præcedentis ætatis abfuerit: verumetiam mutato dicendi genere, & eloquentia omni propè in barbariem versa, ad imum celerius quidem quàm ascenderat, properauit. Quod vt luce clarius videatur, pauca quæ ex multis breuitatis causa collegi, labenti stylo veluti quodam inducto fræno subnectam. Seneca in prologo primæ declamationis: Vt possitis, inquit, æstimare quantum quotidie ingenia decrescant: & nescio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia se retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod insolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia quæ lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt. In deterius quotidie data res est, vt ad summum perducta, rursus ad infimum velocius quidem quàm ascenderat, relabatur. Quod etiam affirmat Statius in epistola Syluarum suarum, dicens: Manlius certè Vopiscus vir eruditissimus, qui vindicat à situ literas iã penè fugientes. Et Quintil. Dicẽdi, inquit, mutauimus genus, & vltrà nobis quàm oportebat, indulsimus. Et alibi: Quid multà? totus propè mutatus est sermo. Et Diomedes Grammaticus hanc literarum bonarum quasi ruinam testatur, cùm dicit: Iniecit postera ætas manum & veluti disciplinam pristini seculi, ita sermonem fastidire cœpit, & noua veluti parturire verba. Et alibi quasi ante oculos ponit non solum imperfectionem sui seculi, sed etiam nostri, dum ait: Quid quòd nihil iam proprium placet, dum parum creditur disertum quod alius dixerit? A corruptissimo quoque poetarum figuras seu translationes mutuamur, tum demum ingeniosi, si ad intelligendos nos opus sit demum ingenio. Et Aulus Gellius: Animaduertere est pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse, vel in aliam longè, vel in proximam, eámque decessionem factam esse consuetudine & inscitia temerè dicentium, quæ cuiusmodi sint, non didicerunt. Cornelius verò Tacitus in eo libello, quem de Claris oratoribus scripsit, hæc omnia latius persequitur, cùm in dialogo Maternum quærentem inducit: Exprime, inquit, Materne causas, cur tantum ab eloquentia eorum recesserimus, cùm præsertim centum viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit. Et subdit: Quis enim ignorat eloquentiam, ac cæteras artes desciuisse ab ista vetere gloria? non inopia hominum, sed desidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inscitia præcipientium, & obliuione moris antiqui. Quæ mala primùm in vrbe nata, mox per Italiam fusa, iam in prouincias manant. Quod adeo negligitur ab horum temporum disertis, vt in actionibus eorum, in quoque verbo quotidiani sermonis fœda ac pudenda vitia deprehendantur. Et subdit: Vt in paucissimos sensus, & angustas sententias detrudant eloquentiam, velut expulsam regno suo: vt quæ olim omnium artium, vt dicunt pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circuncisa & amputata, sine apparatu, sine honore penè dixerim, sine ingenuitate, quasi vna ex sordidissimis artibus discatur. Ergo hanc primam & præcipuam causam arbitramur, cur tantum ab eloquentia recesserimus. Imperfectionem etiam sui temporis testatur Plinius in epistola naturalis historiæ, cùm libros suos respersos esse affirmat plurimarum rerum aut rusticis vocalibus, aut externis, imò barbaris, non sine honoris præfatione ponendis. Et vt per gradus ad summum ascenderat eloquentia, sic eam per gradus ad imum descendisse videamus. Macrobius etiam tempora sua hac imperfectione infecta significat, cùm dicit: Petitum, impetratúmque volumus, vt æqui bonique consulant, si in nostro sermone natiua Romani oris elegantia desideretur. Apuleius autem, quem nostri temporis magis curiosi, quàm eruditi sequi & æmulari student, in principio operis sui, Latinas literas ignorare se fatetur. In vrbe, inquit, Latia aduena studiorum Quiritium, indigenum sermonem ærumnali labore, nullo magistro præeunte, aggressus excolui. En ecce precamur veniam, si quid exotici ac forensis sermonis rudis locutor effudero, iam hæc quidem ipsa vocis imitatio desultoriæ scientiæ stylo, quem accessimus, respondet. Quis rogo te ferat non tam Apuleium, qui vt mali ædificij dominus se architectum non adhibuisse, ita literas sine præceptore coluisse gloriatur: quàm aliquos esse, qui malint fœtores & quisquilias eius colligere, quàm verborum floribus perfectissimæ Ciceronis ætatis, quam signauimus, inhærere? Sed quid alij Apuleio similes insequentium ætatum authores de se ipsis & temporum suorum inscitia balbutiant, videamus. Sidonius de suis nugis: Talis est ordo, inquit, vt sine plurimis, nouisque verbis, quæ præfata pace plurimorum eloquentium specialiter tibi & complatonicis tuis nota sunt, nugæ ipsæ non valuerint expediri. Et alio in loco de liberalibus artibus agens, ita loquitur: Virtutes artium istarum seculis potius priscis seculorum rector ingenuit, quæ per ætatem mundi iam senescentis, lassatis veluti seminibus, emedullatæ, parum aliquid hoc tempore, atque id in paucis mirandum, ac memorabile ostentant. Et alibi: Increbruit, inquit, multitudo desidiosorum, vt nisi vel paucissimi meram Latialis linguæ proprietatem, de triuialium barbarismorum rubigine vindicaueritis, eam breui abolitam defleamus. Et Fulgentius: Nostri, inquit, temporis ærumnosa miseria non dicendi erit studium, sed viuendi flet ergastulum. Nec famæ assistendum poëticæ, sed fami consulendum domesticæ. Martianus verò Capella, Martianum filium nugas suas non ferentem introducit, dum in principio operis sui sic orditur: Dum crebrius istos Hymenei versiculos, nescio quid inopinum intactúmque moliens, respersum capillis albicantibus verticem, incrementísque lustralibus decuriatum, nugulas ineptas non perferens Martianus, interuenit. Quid de aliis aliarum ætatum hominibus dicam? quorum nonnulli etiam nostri temporis scriptores, cùm quid scribere sunt aggressi, non solùm bonorum verborum delectum neglexerunt: sed illud maximè studuerunt, vt vel veteratorum rubiginẽ, vel nouorum authorum asperitatem suis scriptis admiscuisse, & similitudinem pessimi cuiusque & corruptissimi vltro appetiisse videantur. Quo factum est, vt non solùm proprietatem Romani sermonis, verùm omnem penè illam suauitatem, & quasi salubritatem Latinæ dictionis amiserint: obliti hunc esse legendi fructum, æmulari meliora, & quæ in aliis maximè probes quæue inter optimi cuiusque & elegantissimi dicta mireris, in aliquem vsum non sine venustate atque luce ac munditia verborum concinna deriuatione conuertere, sicuti Cicero & eius ætatis eruditissimi authores fecerunt: quamuis ad illud fastigium, illam summitatem, & propè diuinitatem aspirare nemo possit. Illa enim sublimitas, quanquam imitabilis illa quidem videtur cupienti, nihil tamen est experienti minus, audendum tamen, & ita annitendum, vt quod assequi non possumus, imitari saltem voluisse videamur. Sed quoniam nihil nos præcipiendi causa dicere, neque magistri, sed æstimatores videri volumus: nec sermonem nunc tam informamus bonum, quàm deterremus malum: quantum Cicero, & ea ætate Latinitatis principes noua verba vitauerint, vnde omnis Latinæ linguæ pernicies comparata est, breuiter ostendamus. Cicero in Oratore, oratorem instruens ita præcipit: Ergo ille tenuis orator, modò sit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus, & in priscis reliquisque ornamentis & verborum & sententiarum remissior. Quintil. verò, Vsitatis, inquit, verbis tutius vtimur: noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt: repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendum tamen, neque, vt ait Cicero, etiam quæ primò dura visa sunt, vsu molliuntur.

molliuntur. sed nobis non est concessa fictio nominum. Si quis autem dixerit, ideo nouanda esse nobis verba, quòd eorum penuria laboremus, audiat Ciceronem, qui de Natura deorum ita loquitur: Quòd illa quæ à Græcis accepissent, Latinè dici posse diffiderent. In quo genere tantum profecisse videmur, vt à Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. Et in Tusculanis: O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Græcia. Et de Finibus bonorum & malorum: Sed ita sentio, & sæpe disserui, Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putatur, sed locupletiorem esse quàm Græcam. Sed dicet aliquis, parienda esse necessariò noua verba, cùm quid ex Græco vertendum sit, & minus occurrat verbum Latinum vsitatum. Sunt enim (vt inquit Cicero de Finibus bonorum & malorum) imponenda noua nouis rebus nomina. Sed ad hoc quasi respondere videtur Aulus Gellius, cùm dicit: Cùm quid ex Græco, quod non placeret, transferre voluissem, hoc ego supersedi vertere: nouis & inconditis vocibus vtendum esset, quas pati aures per insolentiam vix possent. Sed ipse idem Cicero, qui dixit verba noua parienda esse, imponendáque noua nouis rebus nomina, vsque mollienda quæ dura præ nouitate viderentur: quàm abstinens illorum fuerit, quámve nouitatem verborum vitauerit, infrà ponemus. Cùm in Bruto, Declamo, verbum sui temporis nouum dicere vellet: Commentabar, inquit, declamitans: sic enim nunc loquuntur. & idem in libello de mundo: Vt in singulis, inquit, essent bina media, vix enim audeo dicere medietates: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. Et in Philippicis, M. Antonium notans, quòd verbum nouum protulisset, ita dicit: Tu porrò ne pios quidem, sed piissimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Varro autem de lingua Latina docet, antiquos etiam vitasse verba nimium noua: Extremum, inquit, nouissimum quoque dici cœptum vulgò: quòd mea memoria vt Aelius Gallus, sic senes aliquando nimium nouum quod esset, vitabant. Et Aulus Gellius: Quod à M. Varrone Proloquium, à M. Cicerone pronunciatum dictum est. Quo Cicero tamen vocabulo tantisper vti se attestatus est, quoad melius, inquit, inuenero. Quintilianus autem: Veriloquium, inquit, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Et Cicero de Finibus bonorum & malorum, quasi cum dolore dixit, vt ita dicam, Indolentia. Varro verò de analogia verborum repertores verborum nouorum damnat, ostendens ipsas aures nouitates has quodammodo respuere, cùm dicit: Tantum inter duos sensus interesse volunt, vt oculis semper aliquas figuras supellectilis nouas conquirant: contrà, aures expertas esse velint. Quotusquisque iam seruos habet priscis nominibus? quæ mulier suum instrumentum vestis atque auri, veteribus vocabulis appellat? sed inductis non tam illis irascendum, quàm huiusce prauitatis patronis. Et idem Aeditimum dici oportere censet, magis, quàm Aedituum: quòd alterum sit recenti nouitate fictum, alterũ antiqua origine incorruptum. Sed pro eo à plerisque Aedituus dicitur noua & commentitia vsurpatione. Quæ omnia cùm ita sint, Aulus Gellius quasi de iis sententiam ferens, libro decimo ita scriptum reliquit: Verbis vti aut nimis obsoletis exculcatisque, aut insolentibus nouatisque durè & illepidè, par esse delictũ videtur. Sed molestius equidem culpatiúsque esse arbitror, verba noua, incognita, inaudita dicere quàm inuulgata & sordẽtia. Noua autem videri dico, etiam ea quæ sunt inusitata & desita, tametsi sint vetusta. C. etiam Cæsar de analogia, monuit infrequens atque insolens verbum, tanquam scopulum fugiendum esse. Suetonius quoque de Augusto scribens: Genus eloquentiæ, inquit, secutus est elegans, & temperatum, vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (vt ipse dicit) fœtoribus: præcipuámque curam dixit sensum animi quàm apertissimè exprimere. Cacozelos autem & antiquarios, vt diuerso genere vitiosos, pari fastidio spreuit. Sed nec Tiberio parcit, exoletas interdum & reconditas voces aucupanti. Marcum quidem Antonium vt insanum increpat, quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quàm intelligant. Sed opus est, inquit, dare operam, ne molestè scribas aut loquaris. Quin Augustũ Aul. Gellius ab eloquentia & Latinitate laudat, dum dicit: Diuus etiam Augustus memoriarum veterum exequentissimus, linguæ Latinæ non nescius, munditiarum patris sui in sermonibus sectator. Et Cicero de Oratore, præclarè monet vitanda esse verba prisca, & à consuetudine sui temporis quo perfectio sermonis vigebat, remota, cùm dicit: Quanquam sunt illi veteres, qui ornatè nondum poterant, ea quæ dicebant, omnes propè præclarè locuti. Quorum sermone assuefacti, qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui nisi Latinè. Neque tamen erit vtendum verbis iis, quibus iam consuetudo nostra non vtitur, nisi quando ornandi causa parcè. Sed vsitatis poterit vti lectissimis & vtitur iis, qui in veteribus erit scriptis studiosè & multum volutatus. Et sic Latinè loquamur, vt verba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat. Hæc Cicero. Sed quanquam in omni re difficilimum est, formam optimi exponere, quòd aliud aliis videtur optimum (varia enim sunt iudicia, nec facilis explicatio, quæ forma excellat) dubitari tamen à rectè considerantibus nequaquam poterit, quin illa multorum nostri temporis insulsitas & insolentia, ac quædam (vt ita dicam) orationis insania, siccitas, inopia, à malorum authorum lectione & imitatione nascatur. Quare cùm sit eloquẽtiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia: vnde in Poëtica testatur Horatius,

Scribendi rectè, sapere est & principium & fons.

Et in bonis omnia quæ summa sunt, iure laudentur: verborum bonorum delectus est in primis sapienter habendus, idque facile assequemur, si delegerimus nostratia, non peregrina, propria, non ineptè translata: vsitata, non noua: pura, non horrida: luminosa, non tenebricosa. Quod contingere certè nulli poterit, nisi ei, qui authores diuinæ illius Ciceronis ætatis perlegerit. Sublimitas enim & magnificẽtia, & nitor, & authoritas, ex optimis illis eius seculi authoribus tantummodo prouenit: ii soli locutionem emẽdatam & Latinam, & originem, & quasi solum ac fundamentum quoddam eloquentiæ posuerunt. Insequentium autem authorum lectio, doctrinam quidem diuersarum rerum conferre poterit, elegantiam autem & nitorem verborum non poterit: quin potius mixtura verborum quibus illi vsi postea fuerunt, omnem propè florem incorrupti illius sermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, breui quasi de manibus excutiet, barbarúmque omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum iudicio deceat: sitque decus hominis ingenium, ingenii verò eloquentia: nec tam præclarum, scire Latinè, quàm turpe, nescire: toto (vt aiunt) pectore incumbere debemus, vt non vulgares literas, sed interiores & perfectas, verborum grauitatem & elegantiam, nitorem & candorem, atque veram denique Romani sermonis eloquentiam, de perfectorum illorum quos connumeraui, authorum fontibus hauriamus: abiecta, obsoleta, prisca nimium & vetusta priorum, nouáque omnia sequentium authorum fugiamus. Sed in hoc verborum delectu aurium quoque quoddam iudicium adhibendum est, quod non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu, prudentiáque percipitur. Cum verò ex verbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illustria verba ex optimo quoque id ætatis authore legenda sint, vt Latina & elegans surgat oratio: id quoque maximè obseruandum est, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiæ potius extinguat, quàm accendat. Remouendus erit igitur (vt ait Cicero) omnis insignis ornatus, nec calamistri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia tantum & munditia quæratur: sermo purus & Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, pressus, planus, quid deceat, circumspicietur. Omnis enim pars orationis esse debet laudabilis, sic, vt verbum nullum nisi graue aut elegans excidat. Cúmque in omnibus rebus videndum sit, quatenus, ne nostra modum excedat o-a-

tio, vna breuíque Ciceronis clausula concludemus: Sit, inquit, modò is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter, educatione doctrináque puerili, & flagret studio, & à natura adiuuetur: & vniuersorum generum infinitis disceptationibus exercitatus, ornatissimos scriptores, oratorésque ad imitandum cognouerit: næ ille haud sanè quemadmodum verba struat & illuminet, à magistris istis requiret, ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta, duce natura ipsa, si modò est exercitata, labetur. Hæc ille. Exercitatione autem hæc omnia facilè cōsequemur. Stylus enim optimus, scribendi artifex, structuram non inopem, non minutam, non interpunctam, sed locupletem, numerosam, aptámque conficiet. Omissis igitur & repudiatis nouitiis istis & semidoctis, qui ignobilia nimis & sordentia, nouata, fictáque verba de imperfectis authoribus eruere, & in vsum Latinæ linguæ introducere, ac veluti ciuitate donare, & quasi in Latinam coloniam deducere gestiunt literarum ostentatione, inepti verius quàm gloriosi, elaboremus veluti apes lectissimis floribus insidere. Prosequi enim quod quisque vnquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ est, aut certè inanis iactantiæ, & detinet atque obruit ingenia, melius aliis vacatura. Eruditionem vernaculam ac plebeiam, & verborum monstra vitemus eorum hominum, qui inquinatè & parum compositè, minúsque eleganter scripserunt: quorum ita est confusa oratio, ita perturbata, tantáque insolentia ac peruersitate verborum interlita, vt oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, obscuritatem potius, & tenebras afferat. Dum enim exquisitis, nouísque verbis vti volunt, infantissimi reperiuntur: qui veluti Sisennæ simioli, cùm emendatores vsitati sermonis esse velint, deterreri non possunt, quò minus inusitatis verbis vtantur, nihil aliud rectè & Latinè loqui putantes, nisi nouè & inusitatè loqui: verbísque impropriis gaudentes, redundantibus, obscuris, ambiguis, nouis, Græcanicis: quo magis eorum expurgandus est sermo, fugiendáque barbaria, ediscendáque de Cicerone & Ciceronis æqualibus vera Latinitas: quæ nihil aliud est, nisi incorrupta loquendi obseruatio secundum Romanam linguam. Cuius (vt dixi) licet veteres illi, quos connumeraui, quasi genitores extiterint, eam tamen seculum illud Ciceronis emendauit, excoluit, expoliuit. Sed satis sit hoc admonendi, non docendi causa dixisse, propter agrestes quosdam & indomitos certatores. Qui cùm imitari nesciãt authores bonos, malos causa nouitatis extollunt. Nec id vitio mihi dari debet. An (vt ait Varro) reprehendendus sit, qui orationem minus valentem, propter malam consuetudinem, traducit in meliorem? An non cùm quis perperam consueuerit quid facere in ciuitate, non modò non patiemur, sed etiam pœna afficiemus? Idem: Si quis perperam consueuerit dicere verbum, non corrigemus, cùm id fiat sine pœna? Adde quòd perfugio literarum nihil gratius, nihil iucundius, nihil homini libero dignius inuenio. Agitatio enim mentis institutæ ad agendum semper aliquid dignum viro, tantisper acquiescit, dum in literarum studiis versatur. Ea enim vel discendo, vel scribendo alitur, in eáque scientiæ & cognitionis delectatione perfunditur, fitque (vt ait M. Varro) vt dum ista musitamus, pluribus horis viuamus: quanquam ea demum soláque dicenda est vita quæ sine CHRISTO Deo non viuitur. Vale.

A LITERA

A

A LITERA vocalis, prima in Alphabeti serie, quæ sono insuauissima est, si sæpius iteretur in fine. Cicer. in Orat.
Auratus aries Colchorum-
splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus insuauissima litera finitus,
Frugifera & fertila arua Asiæ tenet.

A, sicut reliquæ literæ sua figura pingitur. Cic. 1. de Diuin. Sus rostro si humi A literam impresserit, num propterea suspicari poteris Andromachā Ennij ab ea posse describi?

A, litera nota erat in suffragiis & comitiis legum, qua se ciues repudiare rogationem significabant. Nam duę dari tabulæ solebant, quarum in altera V. R. id est, Vti rogas, scriptum erat: in altera A. id est, Antiquo, antiqua sequor, noua non placent.

Dicitur item A, litera salutaris à Cicerone in oratione pro Mil. quòd vt scribit Asconius, si videbatur iudicibus bona caussa, absoluebant reū, notámque absolutionis A, literam in tabella, quam à prætore accipiebant, scribebant: quemadmodum contrà, tristem literam eodem loco appellat literam C, quòd vt ibidem scribit Asconius, condemnādi nota esset. Cic. pro Mil. Quòd nisi vidisset, posse absolui eum qui fateretur; cùm videret nos fateri, neque quæri vnquam iussisset, nec vobis tam salutarem hanc in iudicando literam, quam illam tristem dedisset.

A, puncto postposito, prænomen significat, vt A. Cecinna id est, Aulus.

A (sicut reliquæ literæ) ponitur interdum sola pro sola dictione cuius est initium, vt A. A. A. id est Ære, Argento, Auro: quo de genere scripti sunt à grammaticis integri libri.

A, præpositionem Latinam deduci putant à Gręca præpositione ἀπὸ, detracta vltima syllaba πο.

Ab, etiam inde ductam tradunt. Siquidem ο litera vltima eliditur ab ἀπὸ, præsertim in collisionibus vocalium: id est, sequente dictione à vocali incipiēte, & remanet ἀπ. Quod si π tenuem verteris in β suam mediam, habebis Ab præpositionem Latinam.

A & Ab, præpositiones videntur factæ ex Abs præpositione. Cic. in Orat. Vna præpositio est abs, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam Amouit dicimus, & Abegit, & Abstulit. vt iam nescias, Ab ne verum sit, an Abs. Quid si etiam Abfugi turpe visum est, & Abfer noluerunt, Aufer maluerunt? Quæ pręposițio, præter hæc duo verba, nullo alio in verbo reperitur. Hactenus Cicero: vbi demonstrat Abs penè exoletū, & Ab, in cōpositione duorum tātùm verborū, Abfugio, & Abfero inueniri.

Significat autem præpositiones Abs, Ab, A, caussam efficientem: ideóq; seruiunt verbis passiuæ significationis in ablatiuo.

Abs, videtur esse ex Græco ἄψ, i. retro. Vnde & Festo retractationem significat. Ter. Adel. abs quiuis homine. Idem Phor. Vt abs te abij.

Quibus autem literis præponatur, compositio indicat, vt Abscondo, Abstineo, &c.

Ab & A frequentioris sunt vsus.

Ab corripitur, A producitur. Ab præponitur omnibus literis, A solis consonis. Quintil. lib. 12. cap. 1, Fabritius respondit à ciue se spoliari malle, quam ab hoste venire. Horat. 1. Serm. satyr. 2, Laudatur ab his, culpatur ab illis. Verti potest hic ablatiuus in datiuū, Græco more, vt Seruio placet. Virgil. Æneid. 1, Neque cernitur vlli. Id est, ab vllo.

A meis ciuibus ea res mihi fuit honori, id est, Ob eam rem honoribus affectus sum à ciuibus meis. Cic. pro Milone, Beatos esse quibus ea res honori fuerit à suis ciuibus. Idem pro Rabirio Posthu. Quorum impunitas fuit non modò à iudicio, sed etiam à sermone. Idem lib. 7. ad Att. Sumus enim flagitiose imparati cum à militibus, tum à pecunia. Idem lib. 3. de Orat. Hæc cùm Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit. Alij tamen codices præpositionem non habent. Plaut. Epid. 3, A morbo valui, ab animo æger fui. Idem Curc. 2, Tam à me pudica est, quasi soror mea sit. Terent. Hecyra, 1. 2, Narrátque vt virgo à se integra etiam tum siet. Cic. Att. Cùm Romæ à iudiciis forum refrixerit.

A Platone & Aristotele homines, id est, Academici & Peripatetici, siue Platonici & Aristotelici, Platonis & Aristotelis doctrinā sequentes. Cic. pro Mur. Nostri inquam illi à Platone & Aristotele moderati homines & temperati, aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam.

Ab aliquo legare. Cic. pro Cluentio, Itaque ei testamento legat grandē pecuniam a filio, siqui natus esset: ab secundo hærede nihil legat. Idē ad Atticum libr. 13. ep. 45, Cognoui Cluuium à T. Hordeonio legare & Terentiæ HS. ꟾↃↃↃ. & sepulcro, multísque rebus, nihil à nobis. Id est, Cognoui Cluuium iubere, vt Hordeonius cohæres meus Terentiæ numeraret, & ad sepulcrum ædificandum, multásque alias res sumptus suppeditaret; ego verò nihil darem, ita vt meliore conditione sim quam Hordeonius cohæres meus. Illi enim de sua parte detrahendum est, quod Terentiæ soluat, quod sepulcro multísque rebus, mihi prorsus nihil.

Ab aliquo possidere. Vlp. in l. j. §. fi. D. Vti possidetis. Quod ait Prætor in interdicto, Nec vi, nec clam, nec precariò alter ab altero possidetis, hoc eo pertinet, vt si quis possidet vi, aut clam, aut precariò, si quidem ab alio, prosit ei possessio. si verò ab aduersario suo, non debeat eum propter hoc, quod ab eo possidet, vincere. Paulus in l. iij. in princ. eo. tit. Ego possideo ex iusta causa: tu vi, aut clàm. Si à me possides, superior sum in interdicto: si verò non à me, neuter nostrum vincetur. nam & tu possides, & ego. Ab alio possidere vi, aut clam, aut precariò, est possessionem vsurpasse rei alienę aut vi, aut clàm, aut precario. Id est, cùm alius possideret, tu illum possessione deiecisti aut vi, aut clàm, aut precariò.

Ab aliquo via vti. Vlpian. in l. iij. in princ. D. De itinere actúque priuato. Si cùm à me rectè via vtebaris, fundum vendidero per quem vtebaris: deinde emptor te prohibuerit, licet clàm videaris ab eo vti (nā qui prohibitus vtitur, clam vtitur:) tamen interdictum tibi competere intra annum. Paulo pòst: Si quis ab authore meo vi, aut clàm, aut precariò vsus est, rectè à me via vti prohibetur, & interdictum ei inutile est: quia à me videtur vi, aut clàm, vel precariò possidere, qui ab authore meo vitiose possidet. Nam & Pedius scribit: Si vi, aut clàm, aut precariò ab eo vsus sit, non in cuius locum hæreditate, vel emptione, alióve quo iure successi, idem esse dicēdum. A me via vti est, cùm ego dominus essem fundi, tibi concessi, vt via in meo fundo vtereris. Ab authore meo vti, cùm author meus qui mihi fundum vēdidit, tibi eam viam concessit.

Ab altero frui. Vlpian. in l. j. in princ. D. De superficiebus. Alter ab altero fruemini. Id est, altero alteri fructum concedente.

Ab aliquo aquam ducere, id est, per alicuius fundū in suum deductam habere. Vlpian. in l. j. §. Deinde ait prætor. D. de aqua quotidiana & æstiua. Vti priore æstate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clàm, nec precariò ab illo duxisti, quo minus ita ducas vim fieri veto, id est, vti per illius fundum in tuum duxisti.

Consimilia etiam sunt sequentia, Ab aliquo soluere, dare, numerare. Cic. Att. lib. 5, Non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se à me soluere. Quòd enim Prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se à me quodammodo dare. Hoc est, quasi de meo, vel de mea pecunia. Cic. Att. li. 7. epist. 16, Frater laborat, vt tibi quod debet, ab Egnatio soluat. Id est, sumptam ab Egnatio debitore suo pecuniā tibi numeret. Idem pro Flacco, Si Prætor dedit, vt est scriptum, à Quæstore numerauit: Quæstor à mensa publica: mensa aut ex vectigali, aut ex tributo. A Quæstore, inquit, quasi à Quæstore acceptam, intellige pecuniam.

Persoluere ab aliquo. Cic. Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere.

Repræsentare pecuniam ab aliquo. Cic. Att. 12, Reliquæ pecuniæ vel vsuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræsentabimus. Quasi dicat, Spero fore, vt a Faberio exigamus ita citò, vt possimus Silio soluere ante diem constitutam: ideirco pendemus vsuram, dum repræsentemus.

Suppeditare ab aliquo. Cic. contra Rullum, Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis.

A cauda de ouo exire. Plin. lib. 10. cap. 16, Hylas tradit noctuam, bubonem, picum arbores cauantem, trogonem, cornicem, a cauda de ouo exire: quoniam pondere capitum peruersa oua, posteriorem partem corporum fouendam matri applicent. In similibus tamen locutionibus interdum supprimitur præpositio: vt apud eundem lib. 7. cap. 8, Neronem pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos est, pedibus efferri.

Item mutatur in præpositionem IN aliquando. Plin. li. 10. cap. 64, Quæcunque, ait, animal pariunt, in capita gignunt, circumacto sub enixum fœtu, aliàs in vtero porrecto.

A matre pulli: Id est, recentes à nido accepti. Colum. lib. 8. cap. 5, A matre pulli non exiguis pretiis væneunt.

Elephanti nuper à sylua. Flor. lib. 4. cap. 2, Elephanti bellorum rudes & nuper à sylua, consternati subito clangore, &c.

A lenone manu asserere. Plaut. Persa, 4, Continuò tu illam à lenone asserito manu. Sermo est concisus, pro eo quod est, à lenonis possessione vel dominio.

Ab exule propè esse. Tacit. lib. 17, Licinius Mutianus, vir secūdis aduersisque iuxta famosus, suspecta Claudii iracundia in secretum Asiæ repositus, tam propè ab exule fuit, quàm postea à principe.

A contumelia quàm à laude propius fuerit, post Vitellium eligi. Tacit. lib. 18. Hoc est, Propius contumeliæ quàm laudi, Contumeliosum magis quàm gloriosum.

Ab amore scribere. Balbus Cic. lib. 9, Hæc quàm prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certè scio, me ab singulari amore beneuolentiáque quæcunque scribo tibi scribere. Gallice dicimus, *De grand amour.*

Ab aspectu decorus: pro eo quod Galli dicimus, *Beau à voir.* Colum. lib. 6. cap. 1. Apenninus boues progenerat durissimos, omnémque difficultatem tolerātes, nec ab aspectu decoros. Cicero dicit, Ad aspectū præclarus, Ad aspectum pulcher. Vide suis locis.

Ab aliquo describere. Cic. lib. 13. ad Attic. Scripsit Balbus ad me, se à te quintum de Finibus librum descripsisse: id est, ex tuo libro.

A se aliquid promere. Cic. de Orator. lib. 1, Videar non ipse aliquid à me prompsisse, sed fortuitò in sermonem vestrum incidisse.

A se aliquid facere, Cic. de Orat.

A me salutem dic Ciceroni: id est, verbis meis, seu nomine meo. Cic. ad Attic. lib. 6, Valebis igitur, & valere Piliam & Cæciliam nostris iubebis literis, & salue bis à meo Cicerone.

A me illos habe commendatissimos, Cicero lib. 12. epistol. 25, ad Cornificium.

A sole calor. Cic. de Nat. deor. lib. 2, Gallinæ pullos cùm excuderint, ita tuentur, vt & pennis foueant, ne à frigore lædantur: & si est calor à sole, se opponant.

A stirpe, id est à maioribus. Sallust. in Iugurth. Iugurtha homo omnium quos terra sustinet sceleratissimus, contempto imperio vestro, Masinissæ me nepotem, etiam à stirpe socium atque amicum populi Romani, regno fortunísque omnibus expulit. Gallicè, *De race.*

A stirpe, pro stirpitus & funditus. Liu. 4. bel. Maced. Equidem fabulam & fictam rem ducebam esse, virorum omne genus in aliqua insulâ coniuratione muliebri à stirpe sublatum esse.

Ab auro fulgorem revereri. Lucret. lib. 2. 11,
Audacterque inter reges, rerúmque potenteis
Versantur: neque fulgorem reuerentur ab auro.

A bis feptenis vndis. In eos competit, qui à noxia quapiã purgati funt, propterea quòd antiquitus mos effet,homicidio pollutos, veftes fuas bis feptenis inundationibus immerfionibúfque lauare. Teftis Suidas.

A mortuo tributum exigere vel colligere. Competit in principes expilatores plebis,aut auaros facerdotes, qui nulla non ex re lucrum exprimunt, aut vectigal extorquent. In eos etiam qui per fas nefáfque diuitias vndique cõgerunt,aut è rebus minutis ac fordidis & turpibus. Ex Arift.lib.Rhet.2.

A puro pura defluit aqua. Quadrat in hominem vfquequaque inculpatum & innocentem, quem etiam fiquis aliquando vocet in crimen, tamen non folùm fama illius non contaminatur, verùm etiam illuftrior redditur.Ex Theognide in fententiis elegiacis.

Ab eo,pro eius. Terent.Eunuch.3.5, Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle,inibo. Vbi Donatus: Hæc eft elocutio,gratiam ab eo inibo.Pro eius gratiam merebor.

Ab illo iniuria. Terent.in And.1.1, Ea primùm ab illo animaduertenda iniuria eft. Quem locum fic exponit Donatus: Animaduertenda, caftiganda, vindicanda. Ab illo iniuria, quam facit,non quam patitur. Quòd fi dixiffet, Iniuria eius,amphiboliam feciffet, vtrum quam paffus eft ab alio,an quam ipfe aliis intulit.

Ab re tua,pro A negotiis tuis familiaribus. Cic.ad Attic.12, Tantúmne ab re tua eft otii tibi, vt etiam Oratorem legas? fumptum ex Terent. Vide OTIVM.

Ab aliqua re otium vel tempus habere. Terent.Phorm.5.5, Otium à fenibus ad potandum vt habeam. Cicero 1. Verr. Et qui omne tempus quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his ftudiis laboribúfque confumam.

Ab & A exponuntur interdum per Quantum attinet ad.Cicer. pro Rabir.Pofthum. Trucul.3. Bis periit amator, ab re, atque animo fimul. Idem Ciftel.2, Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Terent.Phorm.2.2,Otiofus ab animo. Plancus Cicer.lib.10.epiftola 15, Et Antonius ab equitatu firmus effe dicebatur. Cælius Cic. lib.8.epift.10, Ego quidem præcipuum metum, quòd ad te attinebat, habui, qui fcirẽ quàm paratus ab exercitu effes. Cic.in Bruto, Acuti funt,elegantes,faceti,breues. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. Idem Poft reditum ad Quir. Me nudum à propinquis, nulla cognatione munitum,&c. Pro domo fua ad Pontifices,Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tã nuda Refpublica magiftratibus? In Bruto, Erat ab Oratoribus quædã in foro folitudo. Ad Quint. fratrem, lib.2.16, Sic enim habeto,nunquam me à caufis & iudiciis diftrictiorem fuiffe.

Ab hac parte,pro quantum ad hãc partem attinet. Planc.Cic.lib.10.24, Securos vos ab hac parte reddemus.

Inftructus ab aliqua re. Cicer. in Brut. Vt eò nihil fermè quifquam addere poffet, nifi qui à philofophia, à iure ciuili, ab hiftoria fuiffet inftructior.

Inuictus à labore. Cic.Offic.1, Non eft autem confentaneum,qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum fe à labore præftiterit,vinci à voluptate.

Exponuntur item per varias præpofitiones,vt fequitur.

Per.Plau.Rud.12, Ab fe cãtat cuia fit. Idem Bacch.17.22,Nunc ab tranfenna hic turdus lumbricum petit: id eft,per tràfennam.Hoc prouerbio fignificamus aliquem in magno verfari difcrimine, fuóque periculo effe proximũ. Vide Eraf.Chilia. Cic.lib.3.de legibus,Cui ne reditus quidem ad bonos,falutem à bonis potuit afferre: id eft,per bonos. Idem pro Milone,Adde cafus,adde incertos exitus pugnarum, Martémque cõmunem: qui fæpe fpoliantem iam & exultantem euertit,& perculit ab abiecto,id eft,per eum qui abiectus eft & proftratus. Idem lib.6.ad Att. Ex Idib.Maij in Ciliciam, vt ibi Iunius confumatur,velim tranquillè à Parthis.Hoc eft,Mihi per Parthos liceat totum Iunium agere tranquillè in Cilicia.

De,tefte Donato.Plaut.Ciftel.9,Hinc ab oftio iacẽtem fuftuli. Sueton. in Vefp. cap. 23, Ad Iuniam Caluinam à gente Augufti pertinere dicebat,pro de gente. Martialis libro 10,Ipfa protinus à via falutes. Vide A FORIS.

Verfus,feu pro eo quod vulgò de parte dicimus. Cicer.ad Brut.10.8,Firmos omnino & duces habemus ab occidente,& exercitus.Dicitur & à parte,pro eodẽ. Plin.lib.13.cap.25, Laudatiffimo à parte Aquilonis aut cum fpõgiis. Idẽ lib.12.cap.15,Myrrhæ caudex craffior quam thuris, & ab radice etiam, quàm reliqua fui parte. Cic.1.de Diuin.Quod faciebat etiam Panætius,requirens Iuppiterne cornicem à læua, coruum à dextra canere iuffiffet.

A contraria aure inftillare. Plin.lib.24. cap.10, Erafiftratus hederæ acinos quinque tritos in rofaceo oleo, calefactófque in cortice punici, inftillauit dentium dolori à contraria aure.

A vento aliquid opponere.Plin.lib.17.cap. 2.de arboribus,Aquilone maximè gaudent, denfiores ab afflatu eius lætioréfq;,& materiæ firmioris.Qua in re plerique falluntur, cùm in vineis pedamenta non fint à vento eo opponenda,& id tantum à Septentrione feruandum.

A verecundia:id eft,præ verecundia,propter verecundiam. Liu.Decad. 4.lib.9,de Philopœmene,Iacentem hoftes fuperfufi oppreſſerunt. cognitúmque primum à verecundia memoriáque meritorum haud fecus quàm ducem fuum attollunt.

Ab illo friget,Id eft,præ illo,feu illius comparatione. Erafmus in 18.cap. Lucæ, Scio fic alicubi loqui Gellium, Friget ab illo, pro eo quod eft, friget comparatus ad illum.

Propter. vt Ab fecundis rebus incauti, Id eft, Ob res profperas parum fibi cauentes. Liu.6.bel.Maced.Non tam ab ira,nec ab odio,quàm vt miles fentiret.&c. id eft, Propter irã. Plin.lib.2.cap.8, Tertium fydus Martis,quod quidam Herculis vocant,ignei, ardentis à folis vicinitate,binis ferè annis conuerti,&c.Liu.1.ab Vrbe,Quinque dierum fpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annuúmque interuallum fuit: id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum.

A fole dolet.Plin.lib.24.cap.5,Cupreſſi folia trita,ferpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta,fi à fole doleat.

Erga. Cicero pro Sextio Rofc. Amer. Præeft huic quæftioni vir, & contra audaciam fortiffimus,& ab innocentia clementiffimus: id eft, erga innocentes,vel pro Innocentia.

Cõtra. Virg.in Melib. Dum teneras defendo à frigore myrtos. Hoc eft, contra frigus. Cic.pro Fonteio.A quo periculo defendite iudices ciuem fortem. Plin.li.10.ca.17, Veftes quoq; à tineis defendit. Plaut. Afin.5.71, Haud ab re aucupis. Hoc eft, non inutile, aut præter propofitum.

Ab re confulere alicui: hoc eft, contra commodum. Plaut. Trinum.5, de Amore -fubdolè blanditur,ab re Confulit.

Ab re orare. Plaut. Capt. Act.2.fce.2, Quiduis, dum ab re nequid ores, faciam.Id eft,fi quid ores non alienum ab honefto.

Ab orbita, Varro dixit, quod non alienum eft à via & inftituto, fed ex confuetudine & via. Eius verba funt de vita populi Romani, Neque id ab orbita matrumfamiliàs inftituti, quòd ex pectore ac lacertis erant apertis,nec capitia habebant.

Pro.Cic.in Brut. Vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentiámque dementiam, à fenatu & à bonorum caufa fteterit conftantius. Idem pro Cluentio,Non modò dicendi ab reo,fed ne furgendi quidem poteftas erat. Idem 2. Tufc.Quid enim dicát,& quid fentiant hi,qui funt ab ea difciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Rurfum li.1.de Inuẽt.Commune eft,quod nihilo magis ab aduerfariis, quàm à nobis facit. Pro fuperioribus locutionibus dicunt etiam eleganter Latini, Cum aliquo facere, Cum aliquo ftare, Pro aliquo effe. Sed & cum his magnam habent affinitatem quæ fequuntur exempla. Cice.lib.2. de Inuent. Locus communis à tranflatione, & contra eum qui tranflationem inducit. Et lib. 2. ad Heren. Communes loci funt: à teftibus, contra teftes: à quæftionibus,contra quæftiones:ab argumentis,contra argumenta: à rumoribus,contra rumores.

A & Ab in fuperioribus exemplis fuerunt principij efficientis, vnde transferuntur ad principium loci, vel temporis, ad fignificandum continuationem à loco, vel tempore. Loci fequentia funt aut tanquam localis motus. Virg.2. Æneid. Et iam Argiua phalanx inftructis nauibus ibat, A Tenedo.

A Gadibus fe ducere. Vide DVCO. Tacitus lib.2, Orfus oppido à Canopo.

Ab initio(ἀπ' ἀρχῆς). Cic.ad Brut.10. Vide INITIVM.

A calce ad carceres.Id eft,A fine ad principium.Cic. de Senectute, Nec verò velim quafi decurfo fpatio, à calce ad carceres reuocari. Hoc eft,à fenio ad pueritiam.

A vertice ad imos talos,ad imos vngues, Idem eft quod à capite vfque ad calcem. Hor.lib.2.epift.2,
Candidus & talos à vertice pulcher ad imos.

A capite vfque ad calcem,id eft,totum: Nonnunquam, ab initio ad finem: interdum,à fummo ad imum. Plaut.in Epid.Act.5.fcen.1. Contempla Epidice ab vnguiculo ad capillum fummum. Plerunque etiã à capite,id fignificat quod à præcipuo autore,à fonte,ab origine.

Ab extremo. Liu. 1. ab Vrbe,Ab extremo orfi, ad primos exciuere Albanos.

A fundamento. Plaut.Rud.13,Qui à fundamento mihi vfque mouifti mare. Pro à fundo. ¶A fundo. Virgil.1. Æneid. Atque imo Nereus ciet æquora fundo. ¶Ab infimo.Plautus Moftel.10.

Ab humili ad fummum. Cic.2.Tufc. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad fummum.

Ab vnguibus incipere, hoc eft, à leuiffimis, minimeque ad rem pertinentibus. Cuius contrarium,A capite incipere. Caput enim rei dicitur,quod eft illius præcipuum.Ex Bafilio.

Ab imis vnguibus vfque ad verticem fummum. Cic. pro Rofc. Comœ. Nónne ab imis vnguibus vfque ad verticem fummum (fiquam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude,fallaciis, mendaciis conftare totus videtur? Id eft, ab vnguibus pedum, & vt dici folet,à planta pedis.

A linea incipere dicuntur,qui ab ipfo rei exordio fumũt initium. Sumpta eft metaphora ab his qui curfu certant in ftadiis. Nam iis linea quædam ducitur,ad quam ex æquo ftent, donec currendi fignum accipiant. Hinc eft illud Tertulliani lib.aduerfus Marcionem,1,Age igitur ad lineas rurfus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod eft, Ab integro. Eandem habet fententiam & illud,A carceribus: metaphora vtique fumpta à ftadiis, in quibus carceres erant repagula quædam, vnde curfus initium quadrigarum agitatores fumebant. Itaque à carcere, aut à carceribus, id fignificat, quod Ab ipfo rei principio.

A remo ad tribunal,dici folitum, vbi quis repentè ab infima conditione prouehitur ad honefti muneris adminiftrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete.

A terra ad cœlum percontari.Plaut.in Perf.16,
Hofpes,volo ego hanc percontari. s. A terra ad cœlũ quid lubet.
Id eft, quacunque de re ab extremo initio vfque ad fupremum finem. Terent.And.1.1,Ita vt ingenium eft omniũ hominum ab labore procliue ad libidinem. Cæfar,bel.Gall.lib.5,Opportuno atque occulto loco à millibus paffuum circiter duobus.Romanorum aduentum expectabant:pro,interuallo duũm millium paffuum. Idem li.6,Pofitis caftris à millibus paffuum quindecim, auxilia Germanorum expectare conftituunt.

A veftigio. Plin.lib.7.cap.17, Quod fit hominum fpatium à veftigio ad verticem, id effe paffis manibus inter longiffimos digitos, obferuatum eft.

A fronte & à tergo. Cic.3.Philip. A tergo, à fronte, à lateribus tenetur. Id eft,vndique. Liuius Decad.3.lib.7,non procul à fine:Ita ex omnibus partibus ab fronte,ab latere,ab tergo trucidantur Hifpani.

A fronte & à tergo videre,hoc eft,diligenter infpicere,& præterita cum præfentibus ac futuris conferre. Eodem fenfu dicimus, A fronte fimul & occipitio.Ex Homero.

A frõte præcipitium,à tergo lupi: Cùm aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, vt in vtruncunque inciderit,pereundum fit.

A pectore

A pectore denudari.Cic.5.Verr. Ne denudetur à pectore, ne cicatrices pop.Romanus aspiciat.
Ab exteriori parte læuis vncus.Celsus lib.7.cap.26.
A limine disciplinas salutares:hoc est,eas leuiter attingere,& earum modò rudimenta degustare, non etiam valde diuturnam atque præcipuam operam eis impendere.Seneca epist.49.
A vel Ab,pro parte, siue parte.Liu.li.1.ab Vrb. Con. Principes vtrinque pugnam ciebant: ab Sabinis Metius Curtius: ab Romanis Hostius Hostilius.
Ab Romanis tubæ cornuáque cecinerunt.Liu.Decad.lib.10.
Ab antesignanis pila non cessabant.Liu.3.Decad.lib.10.Id est, non cessabant antesignani pila iaculari.
A vel Ab nonnunquam ponitur pro Gallica præpositione *par*, præsertim vbi res significatur vnde quid incipiat:vt,A frigore solet febris incipere. A potu quidam prandium incipiût. Plin.li.7.in præfat.A supplicijs vitam auspicatur,animal cæteris imperaturum.
A vel Ab cum casu possessoris possessum domicilium significant. Terent.And.4.5, Vnde est? dic clarè. MY. à vobis: id est, à domo vestra. Ibidem,Sed Mysis ab ea egreditur. Sic à me,à milite, à Glycerio,apud eundem. Plautus Cistel.9. Hæc cistella numnam hinc à nobis domo est? Pro eo quod est,ab hac domo nostra.
A me,pro à mea villa.Cic.de Senect. Cuius quidem ego villam contemplans,abest enim non longè à me,admirari satis non possum. Id est, abest enim non longè à mea villa. Ter.Adelph.Quisnam à me pepulit tam grauiter fores?Id est meas:ait Donatus.
A Pontio,ex Trebulano,ad V.Id.Maij.Cicer.ad Att.libr.5.epist.3,in fin. Id est,cùm essem apud Pontium in Trebulano hæc scripsi.
A & Ab nominibus vrbium interdum præponuntur. Cicero libro 1. Acad. Nuntiatum est nobis à M. Varrone, venisse eum à Roma pridie vesperi.Hoc est,non ex ipsa vrbe Roma, sed (vt vulgus loquitur) de prope Romã.Alioqui non solet Cicero temerè addere præpositionem proprijs vrbium nominibus.Cicero Attic. lib.3, Neque de illius itinere quicquam certi habebamus,nisi eum ab Epheso ante aliquantò profectum. Cic.in Verrem,Nam Brutus ab Roma aberat.
A vel Ab iunctum cum nomine loci, incolam eius loci significat,& pro adiectiuo ponitur:vt,Turnus ab Aricia,pro Aricinus. Liuius libro 1. ab Vrb. Coloni à Velitris,id est Veliterni.Idem lib.6.
Temporis sequentia sunt, Ab adolescentia. Cic.2. de Finib. Tua erga me & erga philosophiam voluntate ab adolescentia suscepta.
Ab ineunte adolescentia. Cic.Oct.li.13.M.Æmilius Auianus ab ineunte adolescentia me obseruauit,semperque dilexit.
A prima adolescentia. Cicero ad Lentulum,lib.1. epist.9,Refero me ad mansuetiores musas,quæ me maximè,sicut iam à prima adolescentia delectarunt.
Ab adolescentulo.Cic.pro Quint. Nam qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio.
Ab ineunte ætate. Cicero pro lege Manilia, Sed meæ vitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt.
A prima ætate. Cic.lib.1. epist. A prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis,& maximè philosophia delectauit.
A cunabulis.Plaut.Pseud.11, Quid sapit? CH. vsque à cunabulis. pro eo quod est ab infantia.
A primis cunabulis.Columel.lib.1.cap.3.Vide oriundus in ORIOR.
Ab incunabulis.Liu. 4. ab Vrb. C. Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum.
Ab ipsis dicendi incunabulis.Quintil.in procem.lib.1.
Ab infante.Colum.lib.1.cap.8.
Ab infantibus,Id est. à pueris.Cels.lib.7.cap.7.
Ab infantia prima.Tacit.Annal.1.
Ab initio ætatis.Cic.ad Sulpitium,lib.4.epistol.3.
Ab iuuenta. Liu.6.bel.Pun.
A paruis,Idem. Cic.2.de Leg.A paruis enim Quinte didicimus.
A paruulo.Terent.Adel.2.1.
A paruulis duritiæ & labori student.Cæsar 6.bel.Gall.
A primordio sui. Tacit.lib. 19, Hic exitus Cremonam habuit anno ducentesimo octogesimo sexto à primordio sui.
A principiis ita diligentior sit puer.Quintil.lib.1.cap.1.
A puero & à pueris. Cic.4.Acad. Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui? Cic.1.Tusc. Nec verò fieri vllo modo posse, vt à pueris tot rerum notiones haberemus.
A puero paruulo.Plaut.Merc.3.
A pueritia.Cic.2.Tusc.Hæc & à pueritia legimus,& discimus.
A pusillo puero. Plautus Sticho,4, Quia iam inde à pusillo puero ridiculus fui.
A tenero & à teneris. Columella libro 5. cap. 6, Eam partem cœli spectent, cui à tenero consueuerunt. Id est, cum adhuc teneræ essent. Virgilius libro 2.Georg. Adeò à teneris consuescere multum est.Subaudiendum, an[illegible]
A teneris vnguiculis.Cic.Lent.lib.1.6 Hoc est ab infantia.
Ab auo. Terent. Phorm.2.3, Progeniem vestram vsque ab auo, atque atauo proferens:id est,ab aui tempore.
Ab aurora,Ab sole orto. Plautus Pœn.4,Vsque ab aurora ad hoc quod est die.
A mane. Plaut. Milit.9, Longum diutinúmque à mane vsque ad vesperum. Vlp.l.2.D. de Ann.leg. Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non à mane,sed à sexta diei hora det,totius diei nomine tenebitur.
A media nocte togatus ero,Martial.lib.10.
Ab ouo vsque ad mala,dixit Horat.libr.1.Serm.satyr.3,pro eo quod est, Ab initio conuiuij vsque ad finem.Prouerbium est. Antiquitus enim cœnam ab ouis auspicabantur, malis finiebant.Erit venustius,si longius trahatur, Ab ouo vsque ad mala, id est, toto colloquio,tota nauigatione,aut toto opere.
Ab omni æternitate vixit animus.Cice.lib.1. de Diuina.Id est quod dicunt ab æterno.
Ab omni vetustate acceptum.Cic.de Arusp.resp. Cæremonias ab omni vetustate acceptas,à Brogitaro polluí non sinit.

A pridie Idus Septembris.Plin.lib.11.cap.16, Gignitur mel ericeum,maximè Arcturi exortu,à pridie Idus Septembris.
A prima luce.Cæsar belli ciuil.libro 1, Hoc idem postero die à prima luce faciunt.
A primo lucis. Macrobius libro 1.Saturn.capite 5, A primo lucis in cœnæ tempus.
A primo,pro à principio. Cice. ad Attic.lib.16, Vtinam à primo ita tibi esset visum:id est, à principio.
A principio.Cic.Attic.lib.7.121, At vellem à principio te audiisse.
Ab seculo ad seculum viuunt.Plaut.Milit.14.
Ab Sylla & Pompeio Consulibus,Id est,à Consulatu Syllæ & Pompeij. Cic.in Rullum.
Ab illo tempore. Cic.6.Verr. Habuit secum eos ab illo tempore.
Ab octaua.Iuuen.Saty.1. Cice.Philip.2, Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.
Aliquãdo tempus hoc per Post explicatur.Cic.de senect.Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus.Hoc est,post cuius mortem. Cic. Attic.lib.1.3,Quod mihi mandaras, vt primũ à tuo digressu Romam veni,confeceram. Idem 1.Acad. Qui quartus ab Archesila fuit. Hoc est,post regem primus.Liu.3.ab. Vrbe.Neque hostium à tergo incursum vidit. Plin lib.16.cap.39,Scipionis classis quadragesimo die à securi nauigauit:id est,postquam cæsa est materia.
A & Ab cum certis nominibus significant ministros.
A commentariis, qui præsunt commentariis: id est, qui in commentarium referunt,& veluti diarium cõsiciunt.Hos Asconius vocat commentarienses.
Ab epistolis ([illegible]) qui præest epistolis, siue vt eas accipiat,siue vt ad illas respondeat. Vide studiis, & Sueton. in Claudio,cap.28.
A latere, Id est, chari & amici principum, & qui eorum lateribus semper adsunt.Vide latus,lateris.
A libellis, qui præest libellis supplicibus, quas requestas vocant ([illegible]) Vide Libellus,in LIBER,libri.
Manu serui, & manibus, Scribæ, quorum manu ad literas scribendas principes vti solent. Sueton.in Vesp.Post vxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam, & à manu, dilectam quondam sibi,reuocauit in contubernium. Idem in Cæsare Dictatore,ca.74.Philomenem à manu seruum.
Apedibus, vel A pedibus seruus, qui pedibus iter facit, non equo vehitur. Cic. Att. lib.8,Nec vllam ob aliam causam Pollucem seruum à pedibus meum Romam misi. Martial.lib.5,in inuitatorem,
Omnia cùm retrò pueris obsonia tradas,
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus? Idem Pedes eos appellat libro 3,in Zoilum,
At ipse retrò flexus ad pedum turbam,
Inter catellas anserum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæstritis.
Idem appellat eos,Ad pedes,lib.7.in Sanctram,Misso lagenam replet ad pedes vino. Hi etiam Circum pedes vocantur.Cic.in Ver.lib.3, Seruos artifices pupilli cùm haberet domi,circum pedes autẽ homines formosos & literatos,suos esse dicebat,&c. Non tamen desunt qui sic dictos putent, quòd suis dominis semper adessent, quasi iuxta eorum pedes. DomitiusCalderinus putat seruos ad dominorum pedes discumbere solitos.
A pugione,qui principis pugionẽ gestat, eique semper præstò est.Lampridius in Commodo Antonino,Inter quos libertinus,qui à pugione appellatus est.
A punctis,qui præest reditui aquariorum: vt est apud Frontinum lib.2, de aquæ ductibus.
A secretis ([illegible]) Sunt qui ab ore principis imperia recipiũt diplomatum subscribendorum,dictorúmque quę in consilio selecto decerni solent.Budæus.
A studiis,Is intelligitur qui præest studiis alicuius,puta principis,vtpote vir eruditissimus, cuius opera in studiis literarum vtitur. Sueton. in Claud. cap.28, Libertorum præcipuè suspexit Posidem spadonem & Harpocram: ac super hos Polybium à studiis, qui sæpe inter duos consules ambulabat. Sed ante omnes Narcissum ab epistolis,& Pallantem à rationibus.
A rationibus, Ratiociniorum præfectus,qui nunc vulgò apud nos clericus aut magister computorum dicitur. Vide exemplum Suetonij paulo antè.
A voluptatibus, Qui studium habet comminiscẽdi voluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum voluptatis genus reperisset. Suet. in Tiberio, Nouum denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T.Cæsonio Prisco.
A,interdum redundare videtur. Tacitus libro 20, Cerialis à metu infamiæ,&c. pressit iras.Hoc est,metu infamiæ,vel propter metum infamiæ. Idem in vita Agricolæ,Quum denotandis tot hominũ pallo-ribus sufficeret sæuus ille vultus & rubor, à quo se contra pudorem muniebat. Liu.3.Deca.lib.8, Dextra Pœnos tenere castra,à stationibus,vigiliis,omni iusta militari custodia tuta & firma.
A & Ab nonnunquam deesse videtur. Tacit.lib.3,Neque prælium omisit,donec desertus suis caderet. Idem lib.12,Modo pecorum Barbaris trahebatur Id est,à Barbaris:id quod in hoc autore sæpe occurrit.
A & Ab cõpositionem ingrediuntur. A,vt Amoueo,auello. Ab,vt Abigo,abduco,aberro,&c. Notanda sunt aufero & aufugio,in quibus euphoniæ causa,b in u mutatum est,teste Cic.in Orat.
A & Ab,elegãter vtimur cum his dictionibus Vsque & Prope.Cice. pro P.Sextio, Vsque à Capitolio. Pro Cluentio,Illam vsque à mari supero Romam proficisci. Virgil.Æn.7. Cic.in Verr.lib.4.tam propè ab domo,tam bonis fructuosísque rebus detineri. In eundem lib.7,In Italia bellum tam propè à Sicilia,tamen in Sicilia non fuit.
Aaron([illegible])Suidas.nomen propriũ summi sacerdotis apud Hebræos, qui vnà cum fratre Mose Israelitas eduxit ex Ægypto. Acta eius reliqua vide in Exodo.

Ab, præpositio ablatiua, Vide A.

ABA {ἄβα} vrbs Arabiæ fœlicis, vt ait Ptolem. Item mõs Armeniæ vnde oritur Euphrates. Plin. lib. 5. cap. 24.

ABA, teste Strabone lib. 10. ex Aristotelis sentẽtia, fuit ciuitas Phocidis, cuius ciues Abantes dicebantur, qui postea relicta patria Eubœam incoluerunt, quæ etiam ab ipsis Abantis {ἀβαντὶς} Stephano dicta est.

ABA {ἄβα} Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ vrbis tyrannidem, quam pater procuratorio nomine administrarat, cultu, obsequiisque ab Antonio & Cleopatra sibi impetrauit. Vide Strab. lib. 14.

ABABA, Maximini imperatoris mater. autor Capitolin' in Maximinis.

ABACAENA {ἀβάκαινα} Ptolemæo, vel Abacænũ {ἀβάκαινον} Suid. & Stephano, oppidum est Siciliæ, non procul à Messana, cuius incolæ dicuntur Abacæni {ἀβακαινῖνοι.} Stephan. Est præterea Abacæna, teste Ptolemæo lib. 6. oppidum Mediæ.

Abacion, Vide ABAX.

Abactor, Abactus, Vide ABIGO.

Abacus, abaci, pen. breui, masc. ge. {ἄβαξ, κος} apud antiquos planities erat ad sessum habilis, è marmore facta, vel structura. Nam & calcis vsum in abacis fuisse, Plinius docet libro 33. cap. 12, Ad abacos nonnisi marmoroso: quoniam marmor in eo resistit amaritudini calcis. Vulgus ipsum hodie quicquid tale est in quo multi sedere possint, appellat bacum, detrita tantum (vt imperitæ plebis mos est) vocali prima. Sidonius Apollinaris li. 2. ep. 2, Ibi stibadium, inquit, & frequens abacus. Ex Hermolao in Plinium. Nostrates vulgo bancum vocant.

Abacus, Mensæ genus ex opere intestino, vbi in tricliniis vasa omnis generis aut ad vsum, aut ad elegantiam comparata exponi solent. Iuuen. Saty. 3,

> Lectus erat Codro, Procula minor, vrceoli sex,
> Ornamentum abaci: necnon & paruulus infrà
> Cantharus.

Cic. 6. Verr. Ab hoc iste abaci vasa omnia, vt exposita fuerãt, abstulit. Liu. 9. bel. Maced. Et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam aduexerunt. Gallis dicitur *Buffet*.

Abacus Solis dicitur astrologis, pro disco eius, qui est ipsius orbis siue latitudo. Cæl. lib. 24. cap. 12.

Abacus, Tabula quadra quæ imponitur epistyliis siue capitulis colũnarum. De quo Vitru. lib. 13. cap. 1.

Abacus item tabula est calculatoria, in qua arithmetici numeros ducũt subinde deletiles, & geometræ figuras designant. Pers. saty. 1,

> Ne qui abaci numeros, & secto in puluere metas
> Scit risisse vafer.

Veteres mensam Pythagoricam appellabant.

Abacus præterea, alueolus est aleatorius, seu tabula lusoria aut latrũcularia. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 5, Sed vultisne diem sequentem, quem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis à primo lucis in cœnæ tempus exigamus?

Abaculus, abaculi, pen. corr. {ἀβάκιον} diminutiuum, Paruus abacus.

Abaculos Plinius intellexisse videtur (vt interpretatur Hermolaus) calculos, quibus in dispunctione ac supputatione numerorum vtebantur antiqui. Verba Plinij hæc sunt lib. 36. cap. 26, Vitri fragmenta tepo rata agglutinantur tantùm, rursus affundi non queunt, præterquam abrupta sibimet: veluti cùm calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, aliquos etiam pluribus modis versicolores.

ABADIR, inquit Priscianus, deus esse dicitur, & lapis, quẽ Saturnus deuorasse fertur pro Ioue: Græci βαίτυλον dicunt: nam, vt Hesychius ait, βαίτυλος dicitur saxum illud fasciis reuinctum, quod pro Ioue deuorasse dictus est Saturnus.

ABAE, abarum {ἄβαι} oppidum Phocidis Strab. Nomen habet ab Aba heroë, vt Stephanus & Suidas prodiderunt. Dicitur & Aba, numero singulari, vt paulo antè diximus.

ABAEA, abææ {ἀβαία} Ptolemæo oppidum est in sinu Messeniaco, non procul à Pheris, quod nonnulli idem esse putant cum Hira, seu OEchalia, vna ex septem ciuitatibus, quæ apud Hom. 10. Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone. Vide Hermo. in Plin.

ABAEVS, adiectiuũ, vnde Abæus Apollo. Ibi enim templum fuit Apollinis, in quo dabantur oracula, priusquam in Delphis darẽtur, vt Stephanus scribit. Huius templi meminit & Pausanias in Phocaicis. Abæa, inquit, vrbs dicta, ab Abante Lyncei & Hypermnestræ filio nuncupata, quæ Apollini dicata fuit. Erat in ea vetustissimum Apollinis oraculum, quod ab exercitu Xerxis incensum est.

ABAEATAE, pe. prod. {ἀβαιᾶται} populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum vrbs Abæa cõmemoratur à Ptol. li. 5. Vide Plin. li. 4. ca. 6.

ABAGARVS, rex Persarũ quem subegit Seuerus imperator. author Spartianus in Seuero. Abagarus Osrohenorum rex ad Seuerum transfugit, traditisque obsidibus liberis fidem suam auctorauit, sagittariorúmque vim magnam misit auxilio. author Herodian. lib. 3.

Abagarus, Edessenorũ princeps, morbo incurabili detẽtus, ad Christũ scripsit sanitatis per eum recuperandæ causa. Itaq; post resurrectionẽ à mortuis, & ascensionẽ ad cælos, Taddæus vnus è septuaginta, iuxta Christi promissum, ab Apostolo Thoma Edessam missus est, ibíque Abagarum & filium eius Audum (alij Abdum vocant) sanauit, Christianorúmque sacris initiauit. Historia fusissimè recitatur ab Nicephoro libro 2. cap. 7. Sciendum tamẽ, Abagarum nonnunquam dici Abgarum, nonnunquam Augarum. Quin & Agbarus dicitur Eusebio lib. 1. Historiæ ecclesi. cap. 12, & 13.

Abagio, abagionis, gen. fœm. vox obsolete. Vide Adagium.

ABALA {ἄβαλα} oppidum est Troglodytarum nõ procul à mari rubro. Plin. lib. 6. cap. 29.

Abalieno, abalienas, pe. prod. {ἀλλοτριόω, ἀπαλλοτριόω, νοσφίζω.} Quod nostrum erat, alienũ facio. Abalienationis duo genera ponit Cicero in Top. 13, hoc modo, Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Cic. de lege Agraria contra Rullum, idémque agros vectigales pop. Rom. abalienaret. ¶ Hinc à rebus ad animũ & personas trãsfertur. Cic. 2. Philip. At verò Cn. Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea. lib. 2. de Ora. Eáque omnia valde beneuolentiam conciliant, abalienántque ab iis in quibus hæc non sunt.

Abalienari ab aliquo, Disiungi. Plaut. Milit. 20, Istuc crucior à viro me tali abalienarier.

Abalienare & Retinere, contraria. Cic. ad Lent. lib. 1. epist. 7, Quos fouendo in cõmuni causa retinere potuerunt, inuidendo abalienarunt.

Abalienatus, pren. prod. {ἀπαλλοτριωθείς} Cicero 6. Verr. Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationésque. Idem Attic. lib. 1. 1, Sed mirandum in modum est animo abalienato. Subaudi, abs te. Idem de Inuentione lib. 1.

Interdum iungitur ablatiuo sine præpositione. Liuius de bello Punico, Serò nũc desideratis, diminuti capite, abalienati iure ciuiũ. Pro à iure.

Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quint. lib 8. cap. 3, Vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes & perniciosos, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputandos.

Abalienatio {ἀπαλλοτρίωσις} Verb. Ipse abalienãdi actus. Vide ABALIENO.

ABALITES sinus {ἀβαλίτης κόλπος.} Exiguus est sinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Plinius libro 6. cap. 29.

ABALVS {ἄβαλος} Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt Electrum ex arboribus fluere. Plin. lib. 37. cap. 2. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluuium. Plin. lib. 6. cap. 19.

Abambulantes, Abscedentes. Festus.

Abamita, abamitæ, pen. corr. {ἀπόθεια.} Soror abaui. Ex lib. 3. Institutionum, de gradibus cognat. & l. Iurisconsultus. D. de grad. & affin.

ABANA, næ, penul. cor. Fluuius Damasci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

ABANNAE, populi Africæ, vicini Caprariensibus, quos vtrosque bello subegit Theodosius. Marcellinus lib. 29.

Abannatio, abannationis, vnius anni exilium, Absentia in annum. Budæus in Annotation. poster. Interpretes Homeri tradunt morem fuisse apud vetustissimos, vt qui non voluntariam cædem admisisset, is exularet patria: ad ædésque locupletis hominis se conferens, ibi opertus sederet in limine, oraretque & postularet admissę cædis expiamẽtum. Huiusmodi verò exilium ἀπενιαυτισμός appellabatur. verbum è verbo ductum Abannatio dici potest, quasi annuum exilium.

ABANTES {ἄβαντες} populi fuerũt origine Thraces, qui relicta patria in Phocide sedes collocarunt, Abásque oppidum incoluerunt, sub Helicone situm: vnde & Abantes dicti sunt, vt refert Strabo lib. 10.

ABANTES, populi sunt Ionum inter Achiuos, vt scribit Herodot. lib. 1. Alios dixit Orpheus in Argonaut. iuxta Pontum.

ABANTIADES, Vide ABANTIAS infra in ABAS.

ABANTIS, idis {ἀβαντὶς} Insula est maris Ægæi, toti illi Græcię litori opposita, quod à Sunio Atticæ promontorio ad Thessaliam vsque extenditur, angustissimóque freto, quem Euripum vocant, à Bœotia dirempta. Dicta Abantis, vt quibusdam placet, ab Abantibus incolis, è Thracia oriundis, qui relictis Abis, Phocidis ciuitate (à qua & nomen acceperunt) in hanc insulam transmigrarunt. Quanquam non desunt (inter quos est Homeri Scholiastes) qui hanc insulam ab Abante potius heroë nomen accepisse existiment, qui in ea non multò ante Troiana tempora dicitur regnasse. Hæc primum à situs longitudine Macris dicta est: postremo autem Eubœa. Vide Strabo. lib. 10.

ABAORTAE à Plinio lib. 6. cap. 20. numerantur Inter indiæ populos.

Abaphus, a, um, pen. corr. {ἄβαφος.} Id est, non tinctus, ab α priuatiua particula: & βάπτω, tingo.

Abaptistum, abaptisti, substãtiuum n. gen. Medicorum est instrumentum, terebellæ vsum præbens, quoties cranij os propter fracturam aliquam perterebrandum est. Habet enim hoc instrumentum in summitate sua labrum, siue obicem prohibentem ne altius immergi possit, aut meningas lædere: vnde & nomen habet ἀβάπτιστον. Vide Galenum libro 6. Method. capite 6. Dicitur & Trypanum, τρύπανον, id est, terebrum seu terebra, & Trypane, trypanes, τρυπάνη. nam τρυπάω valet Terebro, Perforo, Pertundo, Aperio, Patefacio.

Abaptistus, adiectiuum, {ἀβάπτιστος.} quod mergi non potest. Epitethon est, propriè suberi conueniens.

ABARBAREA {ἀβαρβαρέα} Vna Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis Æsepum genuit, & Pedasum. Hom. 6. Iliad.

Abarceo, abarces, abarcui {ἀπείργω} Prohibeo, Festus. Alij scribũt Aberceo vt Coerceo.

ABARI, Scythica Hamaxobiorum gẽs, qui campos vltra Caucasum existentes depascunt, à vicinis Turcis, à quibus malè afficiebantur, profugi, & litora maris Euxini, quod Pontum vocant, relinquentes, ad Bosphorum venerunt. Hæc, & multo plura Euagrius Historiæ ecclesiasticæ lib. 5. cap. 1. & aliis locis. Hos Nicephorus Abares vocat.

ABARIM, mons excelsus, diuidẽs terram Amon & Euphratis à Iudæa, contra Iericho ad Iordanem vsque fluuium protendens radicem.

ABARIMON {ἀβάριμον} Scythiæ regio, in magna Imai montis cõualle, in qua syluestres homines degũt, auersis post crura plantis, qui maximam habent velocitatem, passímque cum feris vagantur. Plinius libro 7. cap. 2.

Abaris {ἄβαρις} dicitur continentis habitator, & cuius habitatio in aquis non est, quia baride, id est nauigio non indiget.

ABARIS, huius Abaris, pen. corr. {ἄβαρις} nomen viri proprium: de quo sic Cælius lib. 16. cap. 22, Abarin Hyperboreum ferunt, sagittam per orbem terræ circuntulisse, nihil omnino vescentem. Hunc Abarin Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula scripsisse tradunt, quæ Scythica nuncupentur, & nuptias Hebri fluminis, Apollinis aduentum ad Hyperboreos, ratione metrica, abs quo sagittam acceperit quam diximus. Hactenus Cælius. Ouid. 5. Metam. Caucaseúmque Abarin, Sperchesiadénque Lycetum. Meminerunt huius & Herodotus in Melpomene, & Strabo lib. 7.

ABARNVS, ἄβαρνος Stephano, vel Abarnis, ἄβαρνις Herodoto, oppidum est & regio aspera in tractu Bariano, ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Hellespõtum collocant, & Lampsaci arcem esse volunt. Vide Stephan.

ABAS, huius Abantis {ἄβας} Lyncei ex Hypermnestra filius, rex duodecimus Argiuorũ, pater Prœti, Lasij & Acrisij, & auus Persei: à quo postea

Argiuorum

Argiuorum reges Abantiadæ dicti:& Argi ipsi,Abantæi. Ouid.15.Met.
Cognoui clypeum læuæ gestamina nostræ
Nuper Abantæis templo Iunonis in Argis.

ABAS item alius fuit Troianus nobilis,& Æneæ comes.Virg.

AB ANTIAS, Abantiadis,pen.cor.f.g.patronymicum est à nomine Abas: quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Vnde apud poetas ferè pro Danaë ponitur, Abantis ex Acrisio nepte: vel pro Atalanta,nepte eiusdem ex Iasio.Vide ABAS.

ABANTIADES,huius Abantiadæ,pen.cor.patronymicum,m.g. Ouid.li. 4.Metamorph.
Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acrisius superest. Id est, Abantis filius. Idem lib.5.Metam.
Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam
Vltor Abantiades. Hoc est,Perseus pronepos Abantis: fuit enim filius Danaës,filiæ Acrisij.

ABASES, pen.corr. numero plur.loca sunt deserta & inaccessa in Occidentali plaga Ægypti {ἄβασις.}Hoc enim nomine Ægyptij vocāt regiones inhabitatas, & maximis desertis circundatas, vt scribit Strabo lib.17.

ABASTER,siue Abastrus{ἄβαστρος} vnus equorum Pluto. Bocatius lib.8. cap.6. Vide PLVTO.

ABATON, Abati,pen.corr. Latinè dicitur inuium,auium,inaccessibile, {ἄβατον.} Hinc Abaton ædificium erectum à Rhodiis ad tegēdum Artemisiæ trophæum, quod religione impediti, diruere non poterant. Cælius Antiq.lect.lib.13.cap.33. Artemisiam, inquit, mirari non desinunt Græci, quæ irruentes Rhodios classe exuerit, insulámque domuerit, erecta in vrbe Rhodo statua, quæ ciuitati stigmata videretur inurere. Quem locum obseptum mox Abaton dixere, quoniam trophæa mouisse,religio est.

ABATOS,Abati,pen.corr.g.f.{ἄβατος} Ægypti insula in palude Mēphitica,sic dicta,quòd propter limi & papyrorum copiam difficillimus ad illam esset aditus. ab α,priuatiua particula, & βαίνω, quod est vado,vel ascendo.Lucanus lib.10.
Hinc Abaton,quam nostra vocat veneranda vetustas,
Terra potens,primos sensit percussa tumultus.

ABAVCHAS,nomen viri,cuius amicus fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus in dialogo cui nomen Toxaris.

Abauunculus,pen.corr.{ἀπόθειος}Abauiæ frater.

Abauus,abaui,pen.corr.{ἀπόπαππος}Qui abest ab auo: & est auus aui. Iustus. Cic.de claris Orat. Iam duorum abauorum quàm est illustre nomē P.Scipionis. Dicitur à Virgilio quartus pater,lib.10.Æneid.39.

Abauia,abauiæ{ἀπομάμμη}Est auia aui vel auiæ.

Abax,abacis,pen.corr.m.g. Vide ABACVS.

Abaces, pro vasorum conditoriis videtur vsurpasse Iabolenus l. Heres meus.D. de legatis & fideic. tertio, Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque corū vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas abaces vasorū numero testator habuit. Proculus verò rectè ait, si æneæ quidem sint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. Alciatus tamen hoc in loco & legit & interpretatur,non abaces,sed bases,lectionem Florentinam retinens.Haloander à vulgata lectione non recedit.

ABAZEA,orum, pen. prod. {ἀβάζεα} Instituta sacra à Dionysio Caprij filio rege Asiæ: quorum meminit Cic.lib.3.de Nat.deor. Dicta Abazea à taciturnitate,qua hæc sacra celebrabantur. ἀβάζειν enim taciturnum significat.

A B B

Abba{ἀββᾶ} Hebræa, vel potius Syriaca dictio,in qua singulare quiddā est,quod & patres libenter audiūt, & pueri primū sonare discunt. Paul. Rom.8.Per quem,inquit,clamamus Abba,pater.

Abbas,abbatis{ἀρχιμάνδριτης} Collegij,societatisq; magister,monachorū primus & antistes ac moderator.Sunt qui per vnicum b scribant.Budæus Cœnobiarcham vocat Græco vocabulo in l. nos reddentes.C. de hæreticis.& in l.4.C.de summa trinit.dicitur archimandrita.

Abbatissa,fœm.ab abbate{ἡγουμένη}Hieron.de modo viuendi,Cùm à feminis iustitiæ deuiat,ipsamet etiam abbatissa cognoscat.

Abbatia,æ{ἀββατεία} à recentioribus capitur tam pro Abbatis dignitate,quàm pro loco vbi habitat Abbas.

Abbreuio,abbreuias,abbreuiare. Vegetius in prologo lib.3,Quæ per diuersos authores librósque dispersa,Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iussisti: ne vel fastidium nasceretur ex plurimis,vel plenitudo fidei deesset in paruis.

A B D

ABDALA Sarracenus, Viri proprium,qui,vt scribunt nonnulli,interrogatus quid in hac quasi mundana scena admirandum maximè spectaretur:Nihil videri homine præcellentius,respondit. Vide Cæl.lib. 15.cap.25.

ABDEMONVS,ni, Nomē pueri cuiusdam, qui vincebat omnia problemata à Salomone Hierosolymorū rege iniuncta. Ioseph.de Ant.Iud.

ABDERA,pen.prod.{ἄβδηρα}oppidū est Hispaniæ Bęticæ. Testes Strabo lib.3,Ptolem.lib.2,Pompo.Mela.lib.2,& Plin.lib.3.cap.1.Est & insula ad Samothracen, eodem teste lib.4.cap.12. Oppidum item Thraciæ, patria Protagoræ & Democriti philosophi, iisdem testibus, dicta & condita ab Abdera Diomedis Thracum regis sorore.De ea meminit Solinus cap.15. Hellanicus, Stephan.& Philostratus in Iconibus ab Hercule conditam fuisse tradunt.

Abdera,Abderæ,g.f.dicimus,& Abdera,Abderorum,g.n.Authores Valerianus in Melam,& Hermolaus in Plinium, qui etiam Abderon singulari numero dici ab Ephoro,annotauit.

Abdera, pulchra Teiorum colonia. Strab.lib.14,tradit Teios cùm Persarum contumelias ferre non possent, vrbe relicta, Abderam Thracum vrbem demigrasse:atque hinc illud vulgatum fuisse, Abdera pulchra Teiorum colonia.Hoc ænigmate prouerbiali significamus,non deesse quò confugiamus,siquis præter modum pergat esse molestus. Huc fortassis allusit M.Tul.lib.7.ad Att. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc æqui boni facit: & eo magis quòd iam à multis audio constitutum esse Pompeio, & eius consilio, in Siciliam me mittere,quòd imperium habeam.Id est,Abderiticon. Idem lib.4. Hic Abdera non tacente me. Laudantur & ab Herodoto Teij, quòd relicta patria libertatem seruarint:cuius rei meminit & Strabo lib.14. Ciceronis locum alij aliter distinguunt & exponunt. nimirum sic: quòd imperium habeam.Id est,Abderiticum. Id est,ridiculum,& dignum risu Democriti Abderitæ. Id est, ratione carens, quasi factum Abderitarum.non enim Abderiticū,refertur ad imperium.Id,ea res, est &c. Rursus illud, Hic Abdera. Hoc est,Hic summa senatorū stultitia quasi Abderitæ viderentur, de quorū stupore atque insania multi scripserunt. Vitruu. quoque lib.7. cap.5, scribit Alabandeos & Abderitas fuisse iudicatos insipientes.

Abdera,Abdera.Exclamatio prouerbialis.Arnob.aduersus gentes lib.5. O Abdera,Abdera,quàm fias mortalibus irridenda,talis si apud te esset fabula ita conflata.Dicunt eam cuncti patres,& superciliosæ perlegunt ciuitates:& esse tu fatua,& stoliditatis frigidissimæ iudicaris.

Abderita,Abderitæ,& Abderites,Abderitæ,pen.pro.g.m.vir{ἀβδηρίτης} Abderæ natus.

Abderitæ propter ranarum muriúmque multitudinem, relicto patrio solo,coacti sunt nouas sedes quærere. Author Iustinus lib.15.& Plin. lib.10.cap.65. & Orosius lib.3.

Abderitanus,adiectiuū,pen.prod.{ἀβδηριτικός} Martial.lib.10,Abderitanæ pectora plebis habes. Hoc est,insanus es,& stupidus.

Abderiticus,aliud adiectiuum,pen.cor. {ἀβδηριτικός.}Cic.li.7.ad Atti.Imperium habeam. Id est,Abderiticum.de quo paulo ante in ABDERA.

Abderitica mens, Id est stupida aut insana. Abderitæ in stuporis insaniæque fabulam abiere. Quod perspicuum est ex epigrammate Martialis libro 10,de eo qui damnatus in theatro, repræsentauit Mutium Scæuolam, ac manum imposuit igni,sed iussus, & acrioribus paratis suppliciis,ni faceret.

Abderitanis autem natura peculiarem fuisse mentis stuporem indicat M.Tullius in libris de Natura deorum. Et Plin.lib.25.cap.8, docet huic vrbi vicina esse pascua, in quibus equi pasti inflammātur rabie, quemadmodum apud Pothniam asini. Meminit & Cælius Antiqua. lect.lib.30.cap. 4.

Abderus,pen.prod. {ἄβδηρος.}Hyginus fabula 30, de Abdero ita scribit, Hercules,inquit,Diomedem regem Thraciæ,& equos quatuor eius, qui carne humana vescebantur,cum Abdero famulo interfecit.

Abdico,abdicas,pen.cor.{ἀποκηρύττω}Id est tanquam dicatum reiicio. Hinc filius,lex,magistratus abdicari dicitur. Quintil.lib.7.cap.5,Mauult pater corrigere,quàm abdicare. Abdicat autē pater filium cùm priuat eum omni iure filij. quod olim sic fiebat: Cùm filius patrem iniuria affecisset, aut minus obediens ei fuisset, eum pater ad iudices vocabat,& probata causa, abdicabat. Sic abdicatū filium pater alere non tenebatur, imo egenum,vestibus spoliatum dimittebat: nec defuncto patri in hæreditatem succedebat. Vide Alciatum lib.3. Dispunction.cap.28.

Abdicare generum,in argumento Andriæ Terent.Plin.lib.6.cap.22,Eligi regem à populo senecta, clementiáque, liberos non habentem: & si postea gignat,abdicari,ne fiat hæreditarium regnum.

Abdicare magistratum.Sallust.in Catilina.Senatus decreuit,vti abdicato magistratu,Lentulus, itémque cæteri in liberis custodiis haberentur. Pro quo dicitur etiam Abdicare se magistratu, Deponere magistratum. Liu.2.ab vrb.10,Abdicauit se Cōsulatu. Cæs.3 bel.ciuil.6, Dictaturáque se abdicat, & ab vrbe proficiscitur. Cic. in Catil.orat. 3, Cùm se prætura abdicasset. Idem 2. de Diuin. Magistratu se abdicauerunt. Idem 2.de Nat.deorum, Augures rem ad senatum: senatus vt abdicarent Consules:abdicauerunt.

Abdicare se tutela,libertate,& similibus, pro eo quod est, deponere,siue relinquere. Cic.Attico,lib.6, Itaque aut tutela cogito me abdicare: aut, vt pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recusare. Idem Philip.3, Eo die non modò Cōsulatu,sed etiam libertate se abdicauit. Piso apud Gellium,Scripto sese abdicasse.

Abdicare legem,Abrogare.Plin.lib.7.cap.30, de Cicerone: Te dicente, legem agrariam,hoc est,alimenta sua, abdicauerunt tribus.

Abdicare simpliciter, pro reiicere. Cic. 2. de Orat.Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abdico atque reiicio. Sic legit Budæus. Plin. libro 4.cap.8,Accipit amnem Eurotam,nec recipit,sed olei modo supernatantem (vt dictum est ab Homero) breui spatio portatum abdicat. Idem libro 33. cap. 1, Vtinámque posset è vita in totum abdicari aurum.

Abdicatio, abdicationis, Verbale{ἀποκήρυξις} Ipse abdicandi actus,cui opponitur adoptatio. Plinius libro 7.cap.45, Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem. Quintil. 7. cap.5, Abdicationum formæ sunt duæ:altera criminis perfecti,vt si abdicetur raptor,adulter: altera imperfecti, velut pendentis & adhuc in conditione positi: quales sunt in quibus abdicatur filius,quia non pareat patri.

Abdico,abdicis, pen.prod. abdixi, abdictum, abdicere, Reiicere,reprobare, & auspicio negare {ἀπειπεῖν} oppositum est Addicere. Vtrunque autem,Augurale est verbum. Cic.1. de Diuinat. Cúmque in quatuor partes vineam diuisisset,tresq; partes aues abdixissent: quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine vuam,vt scriptum videmus,inuenit.

Abdicere,pro Abdicare,alienare. Ouidius 1.Metam.de Io quam sibi ab Ioue dari petit Iuno,
Quid faciat? crudele, suos abdicere amores. Non dare, suspectum. Rectius legitur addicere,quasi in seruitutem dare.

Abdicere, Pro decreto recusare,ac denegare.l.ij.§.xiij.D.de Orig.iuris. Qui cùm animaduerteret Appiū Claudium cōtra ius vindicias filiæ suæ à se abdixisse,&c.Id est,decreto recusasse. Hotomanus.

Abditamentum,abditamēti,n.g. Detractio,diminutio.Apul.lib.9.Istud ego dolium quinque denariis cuidam vendidi. Verba sunt mariti, quæ sic vxor excipit: Strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem quam ego mulier iamdudum septem denariis vendidi, minoris distraxit abditamento pretij. Id est, detractione ac deductione pretij. Contraria sunt Additamentum & Abditamentum.

Abdo, abdis,abdidi, abditum, penult.corr.{κρύπτω,ἀποκρύπτω} abdere,

Occultare, obtegere, abscondere. Hoc verbum varium habet vsum & constructionem, vt infrà videbis. Cic. in Pisonem, An amici tui tabulas abdiderint. Id est, eas non sint ausi recitare.

Abdere & Contegere. Cic. lib. 1. Offic. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas contexit atque abdidit.

Abdere se in aliquem locum, Est secreti aut latibuli gratia, se in aliquem locum recipere, & ferè cum accusatiuo & præpositione IN construitur. Cic. ad Curium, lib. 7. 29, Abdo me in bibliothecam. Idem Planc. lib. 13. 30, Abdidit se in intimam Macedoniam, quò potuit lōgissimè à castris. Cæsar lib. 1. bel. Gal. Sese in proximas syluas abdiderunt.

Interdum nullus exprimitur locus. 2. Æneid.

Illa sibi infestos euersa ob Pergama Teucros,
Permetuens, &c.
Abdiderat sese, atque aris inuisa sedebat. Id est, se se absconderat.

Abdere se in occultum. Cæsar lib. 7. Bel. Gal. Neque se in occultum abdiderat.

Abdere intra vestem, vel sub terram. Liuius 2. ab V.C. Abdito intra vestem ferro, proficiscitur. Cic. lib. 2. Tuscul. Audisne hæc Amphiarae sub terram abdite?

Abdere se rus vel domum. Terent. Hecy. 1. 12, -nam senex rus abdidit se. Cic. in Piso. Domum se abdidit.

Abdere se in tectis. Liu. 1. ab V.C. Se in suis quisque tectis abdiderunt.

Abdere sub, cum ablatiuo. Liu. 1. ab V.C. Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit. De Lucretia.

Interdum subauditur IN præpositio. Virgil. 3. Georgic.

Hunc quoque vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo.

Sueton. in Tiberio, Mediterraneis agris abditus.

Abdere se ex. Plaut. Pseud. Ex conspectu heri sui si se abdiderunt. Hoc est, latenter se amouerunt, se subtraxerunt.

Abdere se literis, & in literas. Cic. pro Archia poeta, si qui ita se literis abdiderunt. Est autem LITERIS datiuus. Idem Volumnio, lib. 7, Ac me totum in literas abdere.

Abdere aliquem in insulam aliquã. Hoc est, relegare, deportare. Tacit. Annal. 2, Satis visum de Vistilia statuere, eáque in insulam Seriphon abdita est.

Stultitiam. Plaut. Trinum. 14. 2.

Verum, Id est, veritatem occultare. Ouid. Fast. 3.

¶Abdor, passiuũ ex abdo, Condor, occultor. Plin. lib. 9. cap. 8. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultantúrque incognito modo. De delphinis.

Abditus, penult. corr. participium.

Æs, argentum, & aurum. Cic. 2. Offic. Nec ferrum, æs, aurum, argentum effoderetur, penitus abditum. Idem de Nat. deor. lib. 2, Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus.

Abditum & occultum. Cic. 1. de Natu. deor.

Abditum & penetrale. Cicero de Arusp. respon. Abditos ac penetrales focos.

Abditus agro, pro in agro. Horat. epist. lib. 1. epist. 1.

Abditus carceri, pro in carcere. Patercul. lib. 2, Abditus carceri, cũ consciis facinorosis mortem dignissimam vita sua obiit.

Abditus in tectis. Cic. 1. de Inuent. rhet. lib. 4, Qui dispersos homines in agris & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, & congregauit.

Abditus æther tenebris. Senec. in Agam. 7. 28, Et æther abditus tenebris latet.

Ambages abdita, Id est, obscura. Tacit. lib. 5, Nanque Macroni non abdita ambage, Occidentem ab eo deseri, Orientem spectari exprobrauit.

Consilia abdita, Hoc est, arcana. Val. Flac. 4. Argonaut.

Abdita loca. Cicer. ad Attic. lib. 15, Loca venusta sunt, abdita certè, & si quid scribere velis, ab arbitris libera.

Abditum & opertum. Senec. in Hercu. fu. 99. -vt iura abdita
Et operta terris, liceat impunè eloqui.

Abditas causas morborum vocat Celsus in præfat. lib. 1, quibus opponuntur euidentes.

Abdita fata. Tibul. lib. 2. eleg. 5, ad Phœbum.

Abditos sensus gerere, Id est, occultos. Senec. in Hippolyto, 8. 12. Tacit. lib. 5, Abditos principis sensus, & si quid occultius parat, exquirere, illicitum.

Abdita voluntas ac retrusa. Cic. de petit. Consul.

Abditum, abditi, pen. corr. substant. {κρυπτόν} pro loco occulto. Plin. lib. 8. cap. 5, Nunquam nisi in abdito coeunt.

Abdita rerum. Horat. in Arte poet.

Indiciis monstrare recentibus abdita rerum.

Abdita terræ. Lucret. lib. 6,

Terrai penitus scrutantes abdita ferro.

Abditè, aduerbium {κρυφίως} Occultè, secretò, absconditè. Cic. 4. in Verr. Omnia ita condita fuisse, atque ita abditè latuisse videantur.

Abditiuus, adiectiuum, penult. prod. nunc, vt opinor, obsoletum. Festus, Abditiui, Abortiui.

ABDOLOMINVS. Iustinus lib. 11, Tunc in Syriam proficiscitur (de Alexãdro loquitur) vbi obuios cum infulis multos reges Oriẽtis habuit. Ex his pro meritis singulorum, alios in societatem recepit, aliis regnum ademit, suffectis in loca eorum nouis regibus. Insignis præter cæteros fuit Abdolominus rex ab Alexandro Sidoniæ constitutus, quem Alexander, quum operam ablocare ad puteos exhauriendos, hortósque irrigandos solitus esset, miserè vitam exigentem regem fecerat, spretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarẽt. Sunt qui Abartomium vocent.

Abdomen, pen. longa, abdominis, pen. corr. neut. gen. {κατωγάστριον, ἦτρον} Pars est humani corporis, quam sic describit Cornelius Celsus libro 4. cap. 1, Ipsa autem ilia inter coxas & pubem imo ventre posita sunt: à quibus ac pube abdomen sursum versus ad præcordia peruenit: ab exteriori parte, euidenti cute: ab interiori, leui membrana inclusum, quæ omento iungitur, ἐπίπλουν autem à Græcis dominatur.

Quid verò Abdomen sit in sue docet his verbis Plinius libro 8. cap. 51, Hinc Censoriarum, inquit, legum paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glandia, testiculi, vuluæ, syncipita verrina, vt tamen Publij mimorum poetæ cœna, postquam seruitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine etiam vocabulo suminis ab eo imposito. Placuere autem & feri sues. Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrãt callum. Et lib. 11. cap. 37, Vulua eiecto partu melior quàm edito. Eiectitia vocatur illa, hæc porcaria primiparæ, suis optima: Contrà effœtis. A partu, præterquam eodem die suis occisæ, liuida ac macra. Nec nouellarum suum, præterquàm primipararum probantur, potiúsque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut post partum, aut quo eiecerint die. Proxima eiectitiæ est, occisæ vno die post partum. Huius & sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: eiectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen vocabant, priusquam callerẽt id, scientes occidere non assueti. Hactenus Plin. Quem locum iustis de causis altius repetitum, sic exponit Hermolaus, Id quod modò sumen dicitur, hoc est, suillas cum lacte suo mammas, veteres abdomen vocabant, ab lacte opinor iam abdito & fugato: vtpote qui antequam vbera callescerent, hoc est, siccato lacte durescerent, suem occidere non solerent.

Abdomen porcæ. Iuuenal. Satyr. 2. 18,

Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ
Et magno cratere deam.

Abdomen insaturabile. Cic. pro Sestio, Libelli etiam pro vino oppignerabantur: manebat insaturabile abdomen: copiæ deficiebant. Quo in loco pro vitio ventris, quod gulositatem vocant, accipitur.

Abdomini natus, Id est, vẽtri & gulæ. Cic. in Pisonem, Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ.

Abdominis voluptates. Cicero in Pisonem, Solet in disputationibus suis oculorum & aurium delectationi, abdominis voluptates anteferre.

ABDVA {Ἄδδουα} fluuius Galliæ Cisalpinæ, qui Addua etiam dicitur. Vide ADDVA

Abduco, abducis, penult. longa, abduxi, abductum {ἀπάγω} Ab loco duco. Cicero 2. de finibus, Maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, vt Dictator esset. Cicero 5. Verrina, Omne instrumẽtum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Sic, à marito ad diuortium vxor abducitur, teste Donato. Virg. Æneid. 10, Et gremiis abducere pactas.

Abducere vi, vel per vim. Cicero 5. Verr. Isidori mimi filiam, vi abductam à Rhodio milite. Liuius 2. ab V.C. Cōsularibus negotio dato, vt collegam per vim, si aliter non possent, de foro abducerent.

In aliquem locum. Cic. 7. Verr. Ipsos in latomias abduci imperabat.

Rus. Plaut. Casina 3, Abduxi mecum vxorem rus.

In diuersum à nido. Plin. lib 10 cap. 33. de perdice & aucupe.

In seruitutem. Cæs. 1. Bel. Gal. Liberi eorum in seruitutem abduci.

Abduci etiam pecora dicuntur. Ouid. epist. 15, Paris de se loquitur,

Penè puer cæsis abducta armenta recepi
Hostibus, & causam nominis inde tuli.

Abducere, pro Abstrahere, reuocare: vt,

Abducere à testibus. Cic. pro Cælio, Equidem vos abducam à testibus.

A meretricio quæstu. Cic. 2. Philip.

Aciem mentis à consuetudine oculorum. Cic. 2. de Nat. deor.

Animum à cogitationibus, Cicero 5. de finibus. Sic, ab querelis, Idem Attico, lib. 9. Item, Abducere cogitationem à consuetudine, Idem 1. Tuscul.

Animum à solicitudine. Cic. lib. 4. epist. 3.

Puerum à Grammaticis. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Discipulum à præceptore. Cic. lib. 5. de finib. Quem discipulum cupio à te abducere.

Se ab angoribus & molestiis. Cic. Luccio, lib. 5. 13.

A negotiis. Plaut. Rud. 4. 1.

Ab officio. Cic. de Amicitia.

A rebus gerendis abduci. Idem 1. Offic.

Abducere ab studio. Terent. in prol. Hecyræ. & Cic. lib. 4. epist. 4.

Abduci à vero. Cic. 3. de finib.

Equitatum ab aliquo ad se. Cic. 11. Philip.

Seruum ab aliquo. Cic. pro Deiotaro.

Vxorem à viro. Cic. pro Flacco.

Abduci ab institutis suis pecunia. Cic. lib. 6. in Verr. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab institutis suis magnitudine pecuniæ.

Abducere aliquem ad nequitiam. Terent. Adel. 3. 3. In eum locum Donatus ait, Ad nequitiam abducere, quasi inuitum dixit, non vocare, sed abducere. Ducimus enim volentes, sed abducimus inuitos.

A re aliqua ad aliam. Cic. 5. Verr. Ab illis hominibus qui tum versati sunt in rep. ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis? Cic. 2. de Orat. Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere. Idẽ lib. 1. de Diuinat. de Aruspicina loquẽs, ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis authoritate abduceretur ad mercedem atque quæstum.

Aliquem à Republica. Cic. lib. 3. ad Quint. frat. Abduco equidem me ab omni Reipublicæ cura, dedóque me literis.

Aliquem ex acie. Cic. in Bruto.

Aliquem à fide, pro Reuocare à fide præstanda. Cic. pro L. Flacco.

Abducere caput ab ictu, Id est, auertere. Virgil. Æneid. 5,

Abduxere retrò longè capita ardua ab ictu.

Gradum. Silius lib. 10. 4.

Somnum. Ouid. Fasto. 5,

Visáque confugiens somnos abduxit imago.

Vincula ab aliquo loco. Val. Flac. 5. Argonaut.

Vincula prensa manu saxis abduxerat imis.

Visum. Plin. lib. 11. cap. 37, Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus visu. Hoc est, Visu ab oculis ad animum traducto.

Non abducar

Non abducar vt. Cic.1. de Diuinat. Nec abducar vt reár aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare.
Abducere aliquid, pro auferre, figuratè dictum. Plaut. Cas. Vbi intrò hâc nouam nuptam deduxi via rectâ, clauem abduxi.
Au ferre & abducere. Cic. pro Quintio.
Abduco tibi, pro abs te. Diomedes.
Abduce, pro abduc dixit Terentius Adelph. Act.3. sce.4, Hunc abduce, vinci.
Abductus {ἀπαχθείς} participium, siue nomen ex participio. Montes abducti. Id est, semoti. Val. Flac. Argonaut.4.
Flumina ponto abducta. Val. Flac. Argonaut.5.

A B E

ABBA, Vide ABABA.
ABBACVS, Siracorū rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Strab. li.11.
ABBATAE, Vide ABABATAE.
Abecedarium, abecedarij, n.g. {ἀλφάβητον} apud Augustinū est ordo ille literarum, quem pueruli condiscunt. Alphabetum Graeci vocant. Ex Caelio lib.14. cap.28, Quemadmodum autem à primis duabus literis Graecis dicitur alphabetum, sic à quatuor primis Latinis abecedarium.
Abecedarij in discentium classibus nuncupantur ab Hieronymo, qui prima imbibunt elementa. Syllabarij, qui iam syllabas connectere insuescunt. Nominarij, qui denique integra proferunt nomina. Ex Caelio lib.14. cap.28, Abecedarium quoque praeceptorem rectè dixeris, qui prima docet elementa. Meminit Fulgentius, 3. Mytholo. de Orpheo loquens.
Abedo, abedis, penul. corr. vel abes, abedi, pen. prod. abesse {κατατρώγω} Idem quod Exedo, absumo. Corn. Tacitus lib.15, Sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nam exorta vis locustarū abederat quicquid herbidum aut frondosum.
ABELLA, Abellae {ἄβελλα} Oppidū Campaniae Italicae, supra Neapolim, versus Septentrionem. Author Volaterranus. Virgil. Aeneid.7,
Et quos maliferae despectant moenia Abellae. Alij tamen per apocopen legunt Bellae. Vide AVELLANA.
Abellina, abellinae, pen. prod {ἀβελλινάριον} ab Abella Cāpaniae Italicae oppido, priscis dicebatur, quam nunc Auellanam dicimus. Plinius lib.15. cap.22. Vide AVELLANA.
ABELLINATES, pen. prod. {ἀβελλινάται} sunt Italiae populi, antè Protropi appellati, vt scribit Plin. lib.3. cap.11. Iidem Auellinates appellantur.
ABELLINVM {ἀβέλλινον} siue AVELLINVM, Italiae oppidum. Plin. lib.3. cap.4. hodie Troia dicitur.
Abemo, abemis, penult. correpr. Verbum obsoletum. Plaut. Abemito vestem. Id est, demito, vel auferto. Festus. Emere enim antiqui dicebant pro accipere.
Abeo, abis, abiui, pen. prod. & per syncopam, abij, abitum, penul. corr. {ἀπέρχομαι, οἴχομαι} abire, Discedere. Terentius Eunuch. Act.2. scen.3, Rogo nunquid velit. Rectè, inquit, abeo. Id est, discedo.
Abire à vel ab, aut de loco. Plaut. Menech.12, Sed non abire possum ab his regionibus. Cic. Terentiae, li.14.1, De loco nunc quidem abiit pestilentia. Qui locus Ciceronis aliter tamen intelligendus videtur & dispungendus, hoc modo: De loco, nunc quidem abiit pestilentia. Id est, quantum ad locum attinet, scias pestilentiam abiisse.
Abire hinc, illinc, istinc, inde. Plaut. Rud. Sine me hinc abire.
Abire vrbe vel domo. Plaut. Mer. 12, Cedò si hac vrbe abis, amorem te hic relicturum putas? Pro, ab hac vrbe.
Ab aliquo. Plaut. Aul.7.
Ab, vel Ex oculis, E conspectu, &c. Liuius.5. Bel. Pun. Conspectúque repentè ex oculis abierunt. Plaut. in Amph. Abin' è conspectu meo?
Ab aliquo, pro exire ab eius aedibus. Terent. And.1.5.
Aliquò, fere pro ire ponitur. vt, Quò abiit? hoc est, quonam iuit?
Abire ad vel in. Cicer. lib.1. Tuscul. Abiit ad deos Hercules. Terent. Adel.5.2, Interea in angulum aliquò abeam. pro, in aliquem angulum. Liu. 5. Bel. Pun. Cuius rei periculum vitantes plerique in exilium abierunt.
Intrò, istuc, longè, peregrè, obuiam. Terent. Eunuch.5.5. Idem Adel.2.1, Nimium istoc abisti. Pro, istuc, more antiquo. Idem Eunuch.5.2, Obsecro abeamus intrò. Idem Adel.5.5, Rogat frater ne abeas longius. Plin. lib.35. cap.12, Illo abeunte peregrè, vmbram ex facie eius, ad lucernam in pariete lineis circumscripsit. Terent. Heaut.2.3, Abi dum tu Dromo illis obuiam.
Abire impunè. In IMPVNE.
Peregrè. In PEREGRE.
Sic per metaphoram, abire longius, pro euagari, & à proposito discedere. Cicer. pro Roscio Amerino, Quasi verò mihi difficile sit, quamuis multos nominatim proferre, (ne longius abeam) vel tribulcis, vel vicinos meos, &c. Ne longius abeam, id est, ne alienos dicam vel longinquos.
Non longè abieris, Pro abeas. Id est, non longè petatur exēplum: non petantur exempla remotiora. Cic. Trebatio, lib.7.20. Quod Lucan. lib.1. dixit, Ne longè exempla petantur.
Abire in infinitum. Plin. lib.17. cap.25, ne in infinitum abeamus.
Abire, sine praepositione: praesertim in vrbium nominibus. Virgil.1. Aeneid. Ipsa Paphum sublimis abit. Idem 6. Aeneid. Ripámve inuisus abibis? Pro, ad ripam vel in ripā, figuratè. Praepositio tamen aliquando additur: vt, Abire Tarentum, Abire in Asiam ad mercaturam. Ter. Heaut.1.1. Plaut. Menech.14.
Abire, cum priore supino. Plautus Merc.12. Si opprimit pater quod dixit, exulatum abiit salus.
Abire exulatum, aliquò, ad aliquem, id est, In exilium. Liuius.2. ab V. C. Tarquinius spe omni reditus incisa, exulatum ad generum Mamilium Octauium Tusculum abiit.
Abire pessum. Plaut. Trucul.3, Quando abiit rete pessum.
Abiit res aliqua, absolutè dictum: vt,
Fides. Liuius lib.3. ab vrbe, Quia occidione propè occisos Volscos & Aequos mouere sua sponte arma posse, iam fides abierit. Id est, desiit credi, & esse verisimile.
Animus abit in varios cursus. Ouidius 9. Meta.
Ferrum in corpus. Stat. lib.11. Theba.
Hasta trans pectus. Idem Theba.
Memoria. Liuius.2. ab vrbe, vetustate memoria abiit. Pro periit, effluxit, obliterata est.
Modus. Ouid.11. Metam.3.
Nausea. Cic. Attic. libr.14, Nausea iam planè abiit. Hoc est, cessauit.
Pedes tres. Pro mensura trium pedum. Cato de re rust. cap.135, In commissura abibunt pedes tres. Id est, diminuentur & detrahentur.
Pestilentia. Cic. Terentiae, lib.14.1.
Pretium retrò abiit. Plin. Iunior, lib.3. epist.19, Vt reditus agrorum, sic etiam pretium retrò abiit. Pro, imminutum est.
Sol. Plaut. Merc.22.
Spes. Lucanus lib.3, Spes victis telluris abit. Hoc est, periit, effluit. Ouidius 7. Met.
Sic, Abit tempus, aut aliud nomen tēpus significans. Pro, praeterit, cedit, effluit. Cic. pro Sextio. Terent. Eunuc.2.3, Dum haec dicit, abiit hora. Idem Adelph.4.5, Haec dum dubitas, menses abierunt decem.
Et abire dicitur, quod paulatim nos deserit.
Timor abiit. Liuius libro 2. ab V. C. Vbi cum pace laxior etiam annona rediit, & aduecto ex Campania frumento, & postquam timor sibi cuique futurae inopiae abiit, eo quod abditum fuerat, prolato.
Abit tutela ad propinquos. Hora. lib.2. Sermo. satyr.3.
Abiit oppidum in villas. Plin. lib.3. cap.34.
Abire, sequente nominatiuo. Liuius 2. V. C. praeceps Fabius in vulnus abiit. Id est, pronus cecidit in vulnus. Quidam codices habent, obiit. Virg. lib.5. Aeneid. Quò diuersus abis?
Abire à re aliqua. Cicer.4. Acad. Sed abeo à sensibus: quasi dicat, desino plura de sensibus dicere.
Ab emptione. Vulgus dicit, Non tenere emptionem, nō habere pro rata. Paulus Iurisconsult. abitum est à priore emptione. Id est, discessum à priore contractu. Hic impersonale est.
Ab iure. Cic. De suis bonis ita dat, vt ab iure non abeat. Id est, ab iure non discedat, vt nemini iniuriam faciat.
E medio, E vita, Ex matrimonio. Terent. Phor.5.9, Ea mortem obiit, è medio abiit. Cic. lib.1. Tuscu. Cato autē sic abiit è vita. Hoc est, mortuus est. Plaut. Milit.16, Quasi ex hoc matrimonio abierim.
Ad vulgi opinionem. Cic. lib.3. Offic. Id est, Accedere ad vulgi opinionem, & demittere se ad opinionem vulgi.
Abire magistratu, Consulatu, &c. pro, Deponere magistratum, Consulatum, &c. Liu.3. ab vrbe. Cic. Metello, lib.5.2.
Incepto, Omittere inceptum, incepto desistere. Liuius 4. Belli Punici.
Abire incepto longius. Tacit. lib.5.
Abire in rem aliquam: pro, in eam rem transire, mutari, redigi. Liuius lib.1. ab V. C. Ciuibus facta spes in aui mores atque instituta Tullum regem abiturum. Ouid. epi.21, Sine abeunt studia in mores, artésque magistras.
In malam crucem, & similia, locutiones sunt imprecandi. Terent. And. Act.2 sce.1, Abi hinc in malam crucem. Idem Phor. Act.2. scen.3. Vbi Donatus, aduerbialiter: vt, huc viciniae. Ex cuius verbis apparet legendum esse, Abi hinc malam crucem, absque praepositione. Vnde & in Eunucho, Malam rem hinc abis? Plaut. Aul. Aut abi in malum cruciatum ab aedibus. Cicer. Philip.13, Quin tu abis in malā pestem, malúmque cruciatum?
Abire in creditum, non omnino idem est quod credere, sed tantùm eas res credere quae accipientis fiunt. Hoc est, quae functionem non in specie, sed in genere recipiunt: veluti pecuniam, frumentum, &c. Vlpia. l.v. §.vi.j D. Hotomanus.
Abire in desuetudinem. Vide Desuetudo, in Desueo.
Abire in diem. Terent. Phorm.5.2,
Praesens quod fuerat malum, in diem abiit. Id est, in aliud tempus dilatum est.
In ora hominum. Liuius 2. V.C. ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Id est, Ne in ludibrium & irrisionem veniret, Ne rideretur ab omnibus, Ne fieret vulgi fabula.
In satietatem. Plin. lib 8. cap.16.
In sumptus. Cic. Attico, lib.11, In quos enim sumptus abeūt fructus praediorum.
In ventos, Id est, in obliuionem venire. Ouid. lib.1. Trist.7.
Sub iugum. Liuius 3. V.C.
Abeunt sursum radices, pro sursum tendunt. Cato de re rust. cap.61, Si male arabit, radices sursum abibunt.
Sic abire. Terent. And.1.2, Mirabar, hoc si sic abiret. Id est, Si haec res ita praeteriret. Cicer. in Catilin. Non hoc tibi sic abibit. Id est, non hoc impunè feres.
Abire, de sermone dictum. Cicer. pro Rosc. Amer. Quid ad istas ineptias abis, inquies? Id est, quamobrē sermonem habes de istis ineptiis? Cur transis ad istas ineptias? omissis rebus necessariis.
Abire prae, pro praeire, siue praecedere. Plaut. Amph.6, Abi prae Sosia, iā ego sequar.
Abire viam, figuratè dictum, sicut ire viam. Plaut. Rud.23, Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam.
Abire fuga. Id est, fugere. Virg.4. Aeneid.
Ardet abire fuga, dulcésque relinquere terras.
Abiisse, pro Abisse poeticè dici putat Seruius. cuius haec sunt verba in 2. Aeneid. vbi hic est versus,
Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.
Abisse, inquit, & petisse dicimus, sed propter metrum fit Epenthesis, cùm dicimus Abiisse & Petiisse. Considerabis tamen hoc Seruij dictum.
Abi, vt ait Donatus, est verbum vel sibi vel alteri cum laudatione blandientis. Terent. Adelph.4.2, Patrissas: abi, virum te iudico. Ibidem 5.1, Aedepol Syrisce te curasti molliter, lautéque munus administrasti tuum. abi,

Abi, item per contemptum dicitur. Terent. Adel. 2.2, Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines.
Abi, abi. Terent. Adelph. 4.4, Abi, abi iam Æschine,
Satis diu verba dedisti nobis.
Abi dicimus quasi hærenti morantíque. Terent. And. 1.1, Vos istæc intrò auferte: abite.
Abibitur, pen. corr. impersonale. Plaut. Merc. 16,
-scio iam quid velis,
Nempe me hinc abire vis. L. volo inquam. C. abibitur.
Abiens, abeuntis, participium {ἀπερχόμενος} Discedens. Ter. Andr. 1, Obseruabam mane illorum seruulos venientes aut abeuntes.
Abiens magistratu. Cice. in Pisonem. Ego cùm in concione abiens magistratu dicere à Trib. plebis prohiberer quæ constitueram. Hoc est, deponens magistratum.
Abiens currus. Horat. 3. car. -sol vbi montium
Mutaret vmbras, & iuga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens abeunte curru.
Abeuntia vela. Ouid. 5. Epist.
Prosequor infelix oculis abeuntia vela
Quà licet, & lacrymis humet arena meis.
Abeuntes anni. Stat. 4. Thebai. -rex tristis & æger
Pondere curarum, propiórque abeuntibus annis,
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus.
Abitio, abitionis, Verbale {ἄπιξις} Ipse abeundi actus, hoc est, discessus. Terent. Heaut. 1.2, Propterea hæc turba atque abitio euènit.
Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus.
Abitus, abitus, m. g. pen. corr. Verbale {ἄπιξις} Idem quod abitio. Terent. Heauton. 3.1, Cùm videam miserum hunc tam excruciarier eius abitu.
Abitus, non solùm est ipse discessus & abitio, sed etiam locus per quem abire possumus. Virg. 9. Æneid.
Obiiciunt equites sese ad diuortia nota,
Hinc atque hinc, omnémque abitum custode coronant.
Abitus sepire. Tacit. lib. 14, Circuniecta vehicula sepserant abitus.
ABBONA, & ADBONA, deæ cultæ fuerunt ab antiquis, quæ adeundi & abeundi facultatem præstarét. Harum meminit August. in 4. & 7. lib.
Abequito, as, pen. cor. {ἀφιππάζω} Abequitare, Equo abire, vel aufugere. Liu. 4. Bel. Pun. Vt prætores pauidi inter tumultú abequitarent Syracusas.
Aberceo, aberces, abercui, abercitum {ἀπείργω} abercere, Arcere, prohibere, authore Festo. Plaut Atque eam abercet domo.
Aberro, aberras {ἀποπλανάω, ἀποτυγχάνω, ἐξαμαρτάνω} aberrare, Est propriè à via recta per errorem digredi, deflectere, discedere: quod & deerrare dicitur. Plaut. Menech. 2, Puer inter homines aberrauit à patre.
Aberrare per metaphoram venustè dicimus. Cic. 5. Tusc. Sed redeat vnde aberrauit oratio. Id est, ad illud redeamus, à quo longius digressi sumus. Idem 2. de Orat. A quo quidem homine iandudum, Antoni, non aberrat oratio tua.
Aberrare à regula & præscriptione vitæ. Cic. 4. Acad.
Aberrat ad alia oratio. Cic. lib. 1. Offic. Danda igitur opera est, vt etiam si aberrare ad alia cœperit, ad hæc reuocetur oratio.
Aberrat animus à sententia. Cic. 7. Philip.
Aberrare à communi vtilitate. Cic. pro Ligario.
Non multum ab Herilli leuitate aberrauimus. Id est, Penè tam leues erimus quàm est Herillus. Cic. 4. de Finib.
Aberrare à miseria. Cicer. Attic. lib. 12, Nullo enim alio modo à miseria quasi aberrare possum. Id est, A miseria cogitationem auertere, & quasi subterfugium aut occasioné quærere eius obliuiscendæ. Subauditur & ablatiuus. Cic. Att. lib. 12, At ego hic scribendo dies totos, nihil equidem leuor: sed tamen aberro. Subaudi, à dolore, vel molestia: dolorem aut molestiam scribendo fallo.
Proposito, & à proposito. Cic. 1. Tusc. Aberrare proposito facilè patiebar. Idem 5. de Fin. Tamen à proposito, inquam, aberrauimus. Idem pro Cæcin. Ne nimium multa complectamur, atque ab eo quod propositum est, longius aberret oratio. Id est, digrediatur & deflectat.
Aberrare, pro Errare: vt, Aberrare coniectura, vel à coniectura. Cice. Attico lib. 14, Cupio enim ante quàm Romam venio, odorari diligentius quid futurum sit: quanquam vereor, ne nihil cóiectura aberrem. Hoc est, errem in coniectura, aut coniectura fallar. Idem 1. de Natura deorum, Qui etiam si aberrant à coniectura, video tamen quid sequantur.
Aberrare verbo aut nutu. Cicero de Arusp. Resp. Si Ædilis verbo, aut si nutu aberrauit, ludi sunt non rite facti? Id est, lapsus est, seu errauit.
Aberrant inter se orationes. Liuius 8. Bel. Maced. Nec inter scriptores rerum discrepat solùm, sed orationes quoque aberrant inter se. Hoc est, discrepant.
Aberrare in melius. Plin. Iunior lib. 4. epist. 28, A qua rogo, vt artificem quem elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare. Id est, ab illo exemplari discedere, etiamsi melius facturus sit.
Aberratio, Verbale {ἀποπλάνησις} Digressus à recta via.
Aberratio, per metaph. Cic. Cassio, lib. 15. 18. ep. Veruntamen aliam aberrationem à molestiis nullá habemus. Hoc est, aliud auocamentú. Idem Attic. lib. 12, siue hanc aberrationem à dolore delegerim, quæ maximè liberalissima doctóque homine dignissima.
Aberrunco, Vide AVERRVNCO.
ABESAMIS {Ἀβεσαμίς} Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum. Plin. lib. 6. cap. 28.
ABESTE {Ἀβέστη} oppidum, autore Plinio, apud Hermandum fluuium. lib. 6. cap. 23.

A B F

Abfore, pen. corr. {ἀπέσεσθαι} infinitiuus ex fore compositus: pro Abfuturum esse: cuius vsus est rarior. Virg. 8. Æn.
-nos si pellant, nihil abfore credunt
Quin omnem Hesperiam penitus sua sub iuga mittant.
Hoc est, sibi obfuturum nihil arbitrantur. Seruius.

Abfuturus, Vide ABSVM.

A B G

Abgrego, abgregas, penul. cor. {ἀφαγελάζω} abgregare, Ab grege ducere. Fest. ¶ Adgregare, Ad gregé ducere. ¶ Segregare, Ex pluribus gregibus partes seducere: vnde & Egregius dicitur è grege lectus. Quorú verborum frequens vsus, non mirum si ex pecoribus pendet, cùm apud antiquos opes & patrimonia ex his præcipuè cóstiterint, vt adhuc pecuniam & peculia dicimus. Hæc Festus.

A B H

Abhinc, aduerbium temporis, de præterito dictum {ὅθεν, vt τρίτον ἔτος} iungitúrque sæpius accusatiuo, rarius ablatiuo.
Abhinc, cum accusatiuo. Terent. And. 1.1, Abhinc triennium commigrauit huc viciniæ. Cic. 4. Verr. Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus est. Id est, ante.
Abhinc, cum ablatiuo. Plaut. Merc. 7, qui abhinc sexaginta annis occisus foret. Cic. pro Rosc. Com. Abhinc annis quindecim. Idé Att. libro 12. 41, Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius XXV, spopondisse dicit Flauius.
Abhorreo, abhorres, abhorrui {ἀποστρέφομαι, μυσάττομαι} abhorrere, ablatiuo iungitur cum præpositione à vel ab, & significat horrere ab aliquo. Id est ab eo prorsus alienú esse. Teren. Hecy 4. 4, Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptiis.
Abhorret ab auribus vulgi. Cice. 3. de Orat. Sed vt in Oratore exile, inusitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obscurum, inane, ieiunum.
Abhorret à fide, pro Incredibile est. Liuius 1. Decad. libro 9, Sed neque commercium linguæ, nec vestis, armorúmve habitus sic eos texit, quàm quòd abhorrebat à fide, quenquam externum Ciminios saltus intraturum.
Abhorret auris atque animus à nobis. Cic. in epist. ad Octauium, Nisi fortè frustra deos appello, quorum auris atque animus à nobis abhorret.
Abhorrere à nuptiis. Cicero pro Cluent. Se ab his nuptiis abhorrere respondit.
Abhorret facinus ab illo. Cic. pro Cluent. Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur?
Abhorrere à re vxoria. Ter. in And. 5.1.
Abhorret oratio ab aliqua re. Cic. pro Sextio, Et vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio nostro, nec ab ipsa causa Publij Sextij, abhorrebit oratio mea.
Abhorret voluntas eius à me. Cic. ad Canin. lib. 2. 16, Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo sunt, certiorem me nunquam fecisti quàm valde Bibuli voluntas à me sine causa abhorreret. Idem 4. Ver. A quo mea longissimè ratio voluntásque abhorrebat.
Abhorrere animo. Cic. 7. Philip. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non voluntate fuisse populares.
Abhorrere studio & voluntate ab aliqua re. Cic. pro Flacco. Nam siquis vnquam de nostris hominibus à genere isto, studio ac voluntate non abhorrens fuit, me & esse arbitror: & magis etiam tum cùm plus erat otij, fuisse.
Abhorrere à studiis. Cicer. Brut. lib. 13. 13.
Abhorrere longè vel multum. Cic. pro Deiotaro, Etsi à veritate longè, tamen à consuetudine criminandi non multum res abhorrebat.
Additur interdum nomen adiectiuum participiale. Cicer. Attic. lib. 14, A ducenda autem vxore sic abhorret, vt quicquam libero lectulo neget esse iucundius. Sic, ab vrbe relinquenda. Idem Cælio, lib. 2. 15.
Eodem modo construitur cum gerundi verbis in do. Cic. Attic. lib. 7, Nam delectus adhuc quidam inuitorum est, & à pugnando abhorrentium. Eidem lib. 2. 21, A scribendo prorsus abhorret animus.
Abhorrere, suppressa præpositione. Cice. de Fato, Alij talibus vitiis abhorreát. Pro, à vitiis. Sic abhorret vero. Hoc est, à veritate. Tacit. lib. 21, Potuisse tunc opprimi legiones, & voluisse Germanos, sed dolo à se flexos, imputauit Ciuilis. Neque abhorret vero, quando paucis pòst diebus deditio insecuta est.
Abhorrere, cum accusatiuo, pro exhorrere, detestari, & quasi execrari. Suet. de Augusto, cap. 83. Nam pumilios atque distortos, & omnes generis eiusdem, vt ludibria naturæ, malíque ominis, abhorrebat. Liu. 4. ab vrbe, Eodem anno Posthumia virgo Vestalis de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspicionem propter cultum amœniorem, ingeniúmque liberius quàm virginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde absolutam pro collegij sententia Pontifex max. abstinere iocis, colíque, sanctè potius, quàm scitè iussit.
Interdum ponitur absolutè. Cice. pro A. Cluentio, Nemo illum aditu, nemo cógressione, nemo sermone, nemo conuiuio dignum iudicabat: omnes aspernabantur, omnes abhorrebant.
Abhorrens, pro absurdo. Liu. lib. 10. bel. secundi Pun. Risus illic nequaquam tam absurdus est, quàm vestræ absurdæ & abhorrentes lacrymæ.
Abhortor, aris, {ἀποτρέπω} Idem ferè quòd Dehortor. Sipontinus.

A B I

Abies, abietis, f. g. pen. corr. {ἐλάτη} nomé arboris: de qua sic Plin. lib. 16. cap. 10, Abies è cúctis amplissima est, & fœmina etiam prolixior, materia mollior, vtiliórque, arbore rotúdior, folio pinnato densa, vt imbres non transmittat. Ibidé cap. 39, Abietis quę pars à terra fuit, enódis est: hæc qua diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita sapinus vocatur: superior pars nodosa, duriórque, fusterna. Virgil. Eclog. 7, Populus in fluuiis, abies in montibus altis.
Idem 2. Æneid. -sectáque intexunt abiete costas.
Abietem pro tabellis vsurpauit Plautus in Persa, 6. quod non recipit libera oratio, teste Quintiliano, lib 8. cap. 6.
Abies visura casus marinos. Virg. 2. Georg.
Abies audax. Stat. lib. 6. Theb. Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus. Quòd ex ea fiant naues, quibus quid audacius?
Abies crispa, Ciceroni 3. Tusc. Idque ob crispantes venarum flexus.
Abies enodis. Ouidius lib. 10. Metamorph. Enodísque abies curuatáque glandi-

glandibus ilex.

Abies longa. Virg. 11. Æn. -cuius apertum
Aduersi lõga transuerberat abiete pectus. Id est, hasta abiegna. Seru.

Abies nigra, Id est, Vmbrosa. Seruius. Virg. 8. Æneid. -& nigra nemus abiete cingunt.

Abies tacita. Hoc est, ventorum flatibus non commota. Valerius Flac. Argonaut. 7,
Abietibus tacitis, aut immotis cyparissis
Assimiles, rapidus nondum quas miscuit Auster.

Abies latè vmbrosa. Claudianus lib. 3. de raptu, Altior & cunctis abies, vmbrosaque latè. Id est, ramos longè spargens.

Abies vncta. Virg. 8. Æn. Labitur vncta vadis abies. Id est, nauis abiegna. Vnguntur autem naues pice.

Abies apta fretis, Id est, mari. Claudianus,
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

Abiegnus, adiect. denominatiuum à nomine abies {ἐλάτινος} vt, Trabes abiegnæ, quæ sunt ex abiete. Col. lib. 12. cap. 43, Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna scobe virides vuas custodiunt. Dictio est quadrisyllaba, sed interdum apud poetas trisyllaba. Propert. lib. 3. eleg. 19. Induit abiegnæ cornua falsa boui. Idem li. 4. eleg. 1, Læserat abiegni vèter apertus equi. Idem lib. 3. eleg. 1, Nam quis equo pulsas abiegno nosceret arces?

Abietarius, abietarij {ἐλατουργός} Faber lignarius, ab abietibus, & aliis lignorum generibus. Hi etiam Materiarij dicuntur, à materia, cuius nomine ligna quæ ad ædificandum fulciendúmque necessaria sunt, intelligenda esse declarat Iurisconsultus. ¶ Festus pro denominatiuo vsurpat: Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet ab abietibus coëmendis: & Abietarius negotiator.

Abigena bos, Varroni de ling. Lat. lib. 6. Varro nuper Romæ excusus habet Ambiegna.

Abiga, abigæ, f. g. pen. corr. ab abigendo partu sic vocata, alio nomine Chamæpitys {χαμαίπιτυς} Ea est herba quam vulgus herbariorum Iuam appellat, cognomento muscatam. teste Ruellio, libr. 3. cap. 75. Plin. lib. 24. ca. 6, Chamæpitys, Latinè abiga vocatur, propter abortus.

Abigo, abigis, pen. cor. {ἀπελαύνω, ἀπάγω} abactum, abigere, A loco remouere, atque expellere. Cic. de Orat. lib. 2, Puer abige muscas. Idē libr. 4. Acad. Pestē abige à me. Martial. lib. 10, Abigatque moto noxias aues panno. Cicer. lib. 1. Tusc. Proiici se iussit inhumatū. Tum amici, Volucribúsne & feris? Minimè verò, inquit: sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Subaudi, à me.

Abigere homines, Pro expellere. Plaut. Merc. 19, Non viuam vesperi, nisi illam à me scelestam abigam. Sic abigere delatores, apud Plinium in Paneg. 66.

Abigunt nubes venti, Plin. lib. 2. cap. 47.

Abigere à cibo, pro Prohibere. Plaut. Curcul. 4, Irascere, si te edentem hic à cibo abigat.

Abigere de vel ex frumento anseres. Plaut. Trucul. 5, Idem de frumento anseres clamore absterret & abigit. Idem Asin. 12, Hinc me clamantem ex ædibus abegit huius mater.

Abigere aliquò, pro ablegare. Plaut. Merc. 18, Abegit vir meus olim ipse ad mercatum Rhodum, filium. Terent. Adel. 3. 3, Abigam hunc rus.

Abigere ab ædibus, pro arcere. Plaut. Amphit. 3, Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.

Abigere præterea, est furto aut latrocinio pecudes abducere. Cic. 5. Ver. Omne instrumētum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Idem 4. Verr. Præterea greges equarum eius istum abigēdos curasse. Hanc significationem apertius videbis ex Vlpiano, in ABIGEVS.

Abigere pecus, pro Agere sine vi, aut furto: vt fit cùm boues in pascua mittuntur. Varr. 2 de re rustic. cap. 1, Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium, æstiuatum.

Abigere translatum ad res incorporeas: vt, Abigere fastidium, lassitudinem. Plin. lib. 12. cap. 17, Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in focis abigentes suorum fastidium. Plaut. Merc. 4, Agedum Achantium, abige abs te lassitudinem, caue pigritiæ præuorter.

Abigere partum, vel fœtum, est immaturum fœtum eiicere. Cicer. pro Cluentio, Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quod ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Sic Plinius lib. 14. cap. 18. Et Colum. lib. 6. cap. 27, Nam hæc omnia incommoda fœtum abigunt.

Abigere venenatorum morsus. Plin. lib. 20. cap. 5.

Abigendus, participium {ἀπελαυνόμενος} Ouid. 3. Fastorum,
O vir colloquio non abigende deûm.

Abactus, participium {ἀπελαθείς} vt, Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt. Liu. 4. ab V. C. Exercitus in agrum Veientem ac Faliscum ducti, prædæ abactæ hominum, pecorúmque.

Abactus furto. Plin. lib. 8. cap. 51, Compertum, agnita voce suarij, furto abactos.

Abacta nox, figuratè, pro exacta. Virg. 8. Æneid.
-medio iam noctis abactæ Curriculo.

Abacti magistratu dicebātur, qui coacti deposuerant imperium. Festus.

Abactum flamen. Stat. lib. 3. Thebaid.
Syluarúmque comas, & abacto flamine nubes,
Mulcet iners æstas.

Abacti oculi. Stat. lib. 1. Thebaid. de Tisiphone,
-sedet intus abactis
Ferrea lux oculis.

Abacta pauperies epulis regum, Id est, reiecta, expulsa. Horat. lib. 2. Ser. satyr. 2, -necdum omnis abacta
Pauperies epulis regum. nam vilibus ouis
Nigrísque est oleis hodie locus.

Abactus, huius abactus {ἀπέλασις} Verbale, Ipse abigendi actus, & violenta expulsio. Pli. Iunior in Paneg. Quàm dissimilis nuper alterius principis transitus (si tamen transitus ille, non populatio fuit) cùm abactus hospitum exerceret, omniáque dextra, læuáque perusta.

Abactor, abactoris, m. g. {ἀπελάτης} Verbale, Dicitur pecuariorum animalium fur, latrunculúsve. Apuleius de Asino, libro 7. Meum verò Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentúmque percussorem criminantes.

Abigeus, abigei, m. g. penult. cor. Idem quod abactor {ἀπελάτης} Quid significet docet Vlpian lib. 47. digest. l. j. D. de abigeis. his verbis, Abigei propriè ij habentur qui pecora ex pascuis, vel ex armētis subtrahūt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes.

Abigeatus, huius abigeatus, pe. prod. {ἀπέλασις} denominatiuū à nomine abigeus, Ipse abigendi actus, siue crimen. Marcellus lib. 47. digest. Abigeatus, crimen publici iudicij non est: quia furtum magis est.

ABII {Ἄβιοι} Steph. populi sunt Scythiæ, quos ait Solinus ex Abiano flumine dici, iuxta quod habitant: vel nonnullis, quòd sine vita stabili, aut domicilio sint in curribus degentes. Horum meminit Homerus, Γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων. Iustissimos enim vocat, quòd in pace sine bello degant, vel quòd extemporali victu vtantur.

Abiicio, abiicis, penult. corrept. {ἀπορρίπτω, ἀποβάλλω} abieci, abiectum, abiicere, Ex ab & iacio, est propriè aliquid ab se iacere, proiicere, vel reiicere: & ferè ex contemptu aut indignatione. Et præter casum proprium, habet ferè accusatiuum cum præpositione, In. Cicer. 1. Tuscul. Cùm ei nihil accidisset aduersi, è muro se in mare abiecisse, lecto Platonis libro.

Abiicere arma defatigatione, pro relinquere bellum. Cic. Torquato, libro 6. epist. 2, Necesse est, aut armis vrgeri rempublicam sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditus interire. Si arma valebunt, nec eos à quibus recesseris, vereri debes, nec eos quos adiuuisti. Si armis aut conditione positis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit.

Abiicere se aliquò, quasi ex suo ipsius contemptu, vel despectu. Cic. lib. 1. de Orat. Quod ille durissimis pedibus fecit, vt se abiiceret in herbā.

Abiicere se humi. Plin. libro. 21. cap. 13, Qui edêre, abiiciunt se humi.

Abiicere se, pro parui æstimare. Cicer. in Parad. Sic te ipse abiicies atque prosternes, vt nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes interesse?

Abiicere se alteri ad pedes. Id est, alicui supplicem esse, supplicandi gratia ad alicuius pedes se prosternere. Cic. Att. lib. 8. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Eidem lib. 4. Abiecta toga, se ad generi pedes abiecit.

Abiicere se supplicem, Demittere se ad supplicandum & prosternere. Cic. pro Milone, Ego me plurimis pro te supplicem abieci.

Abiicere aliquem, pro negligere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3, Scaurum autem iampridem Pompeius abiecit.

Abiecit, Id est, prona fecit. Cic. de Legibus lib. 1, Nam cùm cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominē erexit: & ad cœli, quasi cognitionis domiciliique pristini conspectum excitauit.

Abiicere, translatum ad res animi, pro Deponere.

Abiicere ædificationem. Cic. ad Memmium lib. 13. 1, Quòd, te abiecisse illam ædificationem constabat inter omneis amicos meos.

Amorem ab aliquo. Cic. 2. Philip. Caput autem literarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum; omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.

Animum, pro Animum deiicere, ac deprimere, & penè desperare.

Senatus authoritatem, pro eo quod est, deponere, & quasi vilem abiectámque reddere. Cic. Attico, lib. 1, Nam & senatus authoritatem abiecit: & ordinum concordiam disiunxit.

Cogitationem in. Cic. in Lælio, Qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, támque contemptam.

Curam, Commētationem. Idem ad Pætum lib. 9. 20, Nam omnem nostram de Republica curam, cogitationem de dicenda in senatu sententia, commentationem causarum abiecimus.

Consilium, Mutare, respuere, reiicere, repudiare. Cic. Atti. 5, Fannius autem consilium ædificandi abiecerat. Idem in Caul. Nunc si cōsilium faciendi belli abiecerit.

Famam ingenii. Cic. ad Papirium, libr. 9, Effugere autem si velim nonnullorum acutè aut facetè dictorum ostensionem, fama ingenij mihi est abiicienda. Id est, dissimulanda.

Gloriam abiicere & deponere. Cic. lib. 2. de Orat. Gloria parta non delectari, totámque abiicere atque deponere.

Intercessorem. Cic. Planco, lib. 10. 12, Hunc quemadmodum fregerim, quantáque cōtentione Titium intercessorem abiecerim, ex aliorum te literis malo cognoscere.

Memoriam doloris. Cic. 1. Philip.

Obedientiam relinquere & abiicere. Cic. lib. 1. Offic. Relinquunt enim & abiiciunt obedientiam, nec rationi parent.

Onus abiicere aut deponere. Cic. pro Sex. Roscio Amer. Onus susceptum aut propter perfidiam abiicere, aut propter infirmitatem animi deponere.

Socordiam abiicere. Plaut. Asin. 6. 6.

Spem, pro Desperare. Cicer. 3. Verr. Socij verò nationésq; exteræ, spem omnium tum primùm abiecere rerum. Hoc est, suis de rebus omnibus desperare cœperunt.

Spem abiicere de aliquo. Brutus Cice. lib. 11, Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit.

Superbiam abiicere. Plaut. Mercat. 22. 10.

Timorem. Cic. Bruto, lib. 11. 21.

Voluntatem discendi. Cic. lib. 2. de Orat. Vt voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus.

Abiicere aliquid ostentui. Hoc est, ad ostentum. Tacit. lib. 1. Annal. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos: alij corpora extra vallum abiecta ostentui.

Abiectus, participium {ἀπορριφθείς, ἀποβληθείς} Iacēs, summissus, contēptus, quod tam ad res quàm ad personas pertinet. Cic. Attic. lib. 4. Sic abiectis armis apud Hirtium de bel. Afric. lib. 5.

Abiecta cunctatione. Cic. 1. Offic. Abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus.

Abiectus in herbis, Id est, prostratus. Ouid. epist. 7.
Abiecta ira, Id est, sedata, & prorsus deposita. Senec. in Thyeste, 5, Ira frater abiecta redit.
Abiectus, abiectior, abiectissimus, nomen ex participio {ἀπερριμμένος, ταπεινός} vt abiectus homo, qui perpetuo humi desidet, nihilque arduum molitur, & ob id ab omnibus contemnitur. Cic. 4. Acad. Hos si contemnimus, etiam abiectos putamus.
Abiectus & cōtemptus. Cic. contra Rullum, Quem hominem vt grandi macie torridum Romae, contemptum, abiectum videbamus. Et pro Cluentio, Aut causam pecuniae publicae contemptam atque abiectam putarent.
Desertus atque abiectus. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. Nisi per te sit restitutus, desertum se atque abiectum fore.
Humiles abiectósque sequitur contemptus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 10.
Abiecta & humilis oratio. Cic. in Orat. Ita neque humilem, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat: plenam tamen eam vult esse grauitatis.
Nihil abiectum & humile cogitare. Cic. 5. de fin.
Abiectus & neglectus. Cic lib. 3. de fin. Minimè autem conuenit, quum ipsi inter nos abiecti neglectique simus, postulare vt diis immortalibus chari simus, & ab illis diligamur.
Abiectus & summissus. Cic. lib. 1. Offic. Priuatum autem oportet aequo & pari cum ciuibus iure viuere, neque summissum & abiectum, neque se efferentem.
Abiectus & semiuiuus. Cic. in Pisonem, Abiecti hominis & semiuiui furorem petulantiámque fregistis.
Abiectus fortuna. Cic. Figulo, lib. 4. 13, Ipse enim pari fortuna abiectus.
Abiectum excitare. Cic. Atti. lib. 1, Senatum ad pristinam suam seueritatem reuocaui, atque abiectum excitaui.
Abiectus metu, Penè desperatus. Cic. pro Domo sua, Ciuitatémque fractam malis, mutam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam spem libertatis, & pristinae dignitatis erexit.
Abiecto animo homo. Cic. Attic. lib. 3, Plura scribere non possum, ita sum animo perculso atque abiecto.
Abiectior animus. Cic. de Amicitia, Saepe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandae fortunae fractior.
Abiectior animi, dictum Graeca figura, pro eo quod est animo abiectiore. Liuius, Multos sibi moestiores & abiectiores animi visos.
Abiectus gemitus. Cic. 2. Tuscul. Sin erit ille gemitus lamentabilis, si imbecillus, si abiectus, si flebilis: ei qui se dederit, vix eum virum dixerim.
Abiectae nugae. Hor. lib. 2. Epist. 2, Nimirum sapere est abiectis vtile nugis. Hoc est, depositis. reiectis.
Abiecta, apud Iurisconsultos dicuntur, quae incendij causa sub diuum emittuntur. l. Falsus. §. qui alienum. D. de furt.
Senarij abiecti. Cic. in Orat. At Comicorum senarij propter similitudinem sermonis sic saepe sunt abiecti, vt nōnunquam vix in his numerus & versus intelligi possit.
Verba abiecta. Cic. in Bruto, In M. Crassi oratione sermo Latinus erat, verba non abiecta, res compositae diligenter.
Abiectio, Verbale {ἀπόῤῥιψις} vt Animi abiectio, quasi deiectio atque defectio & penè desperatio. Cicero in Pisonem, Quid debilitatio, atque abiectio animi tui.
Abiectè, Aduerbium qualitatis {ἀπερριμμένως} Contemptim, & abiecto animo. Cic. 2. Tuscul. Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebritérve faciamus. Idem 3. Philippica, Nec abiectè, nec sine aliqua dignitate, casum illorum temporum & dolorem tuli.
Abiecto, abiectas, pen. prod. {ἀπορρίπτω} significat frequenter abiicio.
ABILA {Ἄβιλα} oppidum in regione Decapolitana. Plin. lib. 5. cap. 18.
ABILA, mons, Vide ABYLA.
ABILATAE {Ἀβιληνοί} ab vrbe Abila, ex Stephano.
Ab incunabulis, Ab ineunte aetate, Ab infantia, Vide A.
Abin, seu Abis, quid significet, sic explicat Hierony. in Prolog. Dialog. aduersus Pelag. Vt praeteream, inquit Manichaeū, Priscillianum, Euagrium, Hyperboritam, Iouinianum, & totius penè Syriae haereticos, quos sermone gentili Abin, & Paanin. Id est, peruersos, & Massilianos vocant.
Abintegro {ἐκ τοῦ ἀκεραίου} aduerbium iterandi, pro denuo, authore Seruio: quasi res perfecta rursus inchoetur. Virgil. 4. Ecloga, Magnus abintegro seclorum nascitur ordo. Cic. 3. Verr. Vtrum existimatis minus operis esse, vnam columnam efficere abintegro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere?
Abintestato, aduerbialiter dictum {ἀδιαθέτως, μὴ διαθέμενος} pro eo quod est Sine testamento. Nam aut ex testamento, aut si non est, vel irritum est, propinquitatis iure haeredes fiunt. Afranius lib. 29. Digest. Quicunque enim abintestato successerit, locum habent codicilli. nam vnus casus est, nec interest qui succedat, dum abintestato succedat.
Abiotos, pe. prod. {ἀβίωτος} Herba est, quae notiori nomine Cicuta appellatur. Nomen inde ductum videtur, quòd capite damnatis cum vino misceri soleat. Dioscorid.
ABIS, fluuius in Danubium influens. hic etiam Absus dicitur. Author Althamerus.
ABISAMA {Ἀβίσαμα} ciuitatis nomen, quae à Ptolemaeo collocatur in ea Arabiae parte, quae Arabia felix dicitur. Ptolem.
ABISARI, aliàs Biasari, regio est Indiae, apud Strabon. lib. 15.
ABISONTES, à Plinio inter Alpinos populos numerantur. Plin. lib. 3. cap. 2.
Abitio, Abitus, Vide ABEO.
Abiudico, abiudicas, pe. cor. {ἀποδικάζω} abiudicare, Iudicio auferre: ea forma dictum, qua abiurare: & ei contrarium est adiudicare: vt, Abiudicare agrum ab aliquo. Cic. de lege Agraria, Iudicabit Alexandriam regis esse, à populo Ro. abiudicabit.
Abiudicare ab ordine senatorio rationem veritatis. Cic. 3. Verr. Neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere, quàm opinione pop. Rom. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abiudicari.
Abiudicare, Reiicere. Cic. de Orat. lib. 2, Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico, atque reiicio. Metaphoram declarauit per verbum magis proprium, REIICIO. Budaeus legit, abdico.
Abiudicare aliquid ab aliquo. Cic. 4. Verr. Nulla res cuiusquam tam patria atque auita fuit, quae non ab eo, imperio istius abiudicaretur.
Abiudicare sibi libertatem. Cic. pro A. Cecinna. Hoc iud. cat, cùm is qui in seruitute iusta fuerit, censu liberetur: eum qui cùm liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. Datiuus SIBI pro ablatiuo ab se.
Abiudicabo me à vita. Plaut. in Asinar. 12, satis durè dixit, pro eo quod est, vitam mihi adimam, me vita priuabo.
Abiudicatus, adiectiuum ex participio. Liu. 4. ab V. C. Laeti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defecisse.
Abiugo, abiugas, pen. corr. {ἀποζεύγνυμι} abiugare, Quasi à iugo remouere: vt, abiugare bouem, hoc est, à pari disiungere.
Abiugare, per translationem, pro, Separare, alienare. disiungere, abiungere. Pacuuius Medo, Quae res te ab stabulis abiugat, certum est loqui. Author Nonius. Antiquum est verbum, pro quo abiungere dicitur vsitatius.
Abiungo, abiungis, abiūxi, abiunctum {ἀποζεύγνυμι} abiungere, Disiungere, separare. Virg. 3. Georg.
-it tristis arator
Moerentem abiungens fraterna caede iuuencum. Plaut. Mil. 10, quando aspicio hunc, lacrymor, qui abiungitur. Cic. Atti. lib. 2. 16, Quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit.
Abiurasso, Vide in ABIVRO.
Abiuro, abiuras, pen. longa {ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμι} abiurare, rem creditam negare periurio, ait Seru. Plaut. Cur. 10, Qui abiurant siquid creditum est.
Pecuniam in iure. Plaut. in Rud. 2, Quíque in iure abiurant pecuniam. Id est, iuramento apud praetorem negant se pecuniam accepisse.
Abiurare creditum, Sallust. in Catil. De Sempronia.
Abiurare, pro simpliciter negare & inficiari, inquit Budaeus. Cice. Attic. lib. 15, Tulliola nostra, deliciae nostrae, tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat: mihi autem abiurare certius est, quàm dependere.
Abiurasso {ἀπόμνυμι} pro, abiuro. Plaut. Pers. 15, Nec metuo, quibus credidi hodie, nequis abiurassit mihi.
Abiuratus, penul. prod. {ἀπομοσθείς} participium à passiuo abiuratur: vt, pecunia abiurata. Id est, periurio alicui abnegata.
Abiuratus, in alia significatione. Virg. 8 Aeneid.
Abstractaéque boues, abiurataeque rapinae
Caelo ostenduntur. Hoc est, contra ius retentae, ait Seruius.
Abiuratio, nis, Verbale, {ἐξωμοσία} Est rei creditae abnegatio cū periurio.

A B L

Ablacto, ablactas {ἀπογαλακτίζω} A lacte remoueo: pro quo Varro, à mamma disiūgo. Virgil. à lacte depello, dixit. Verbum est à vetere Bibliorum interprete vsurpatum.
ABLACVS {Ἄβλακος} Fluuius Danubium ingrediens. Althamerus.
Ablaqueo, ablaqueas {ὑποσκάπτω} ablaqueare, propriè ad vites & arbores pertinet: quod fit cùm circum illas terra foditur, & radices superiores reciduntur: vulgò discalciare. Colum. lib. 4. ca. 29, Sed antiquissimū est, & ante haec ablaqueari vitem, radicésque summas vel soboles amputari, & posthaec adobrui truncum. De ablaqueatione vide plura ibidem, cap. 8. & Cato. de re rust. cap. 5.
Ablaqueari, passiuum in tertiis personis: vnde ablaqueatus, pen. prod. vt Vitis ablaqueata. Plin. lib. 6. cap. 27.
Ablaqueatio, ablaqueationis {ὑποσκαφή} Ipse actus ablaqueandi. Colum. de arboribus, cap. 5. Per brumam, vitem ne colito: nisi si voles eas radices, quae in ablaqueatione apparebunt, persequi. Plin. lib. 12. cap. 15, Myrrha gaudet rastris, & ablaqueationibus.
Ablatiuus, casus, pen. prod. {ἀφαιρετικὴ πτῶσις} Grammaticis dicitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine (teste Prisciano) Comparatiuus appellatur: vt, aufero ab Hectore, & fortior Hectore. Diomedes lib. 1, Ablatiuum Graeci non habent: hunc tamen Varro interdum sextum, interdum Latinum appellat, quia Latinae linguae proprius est, cuius vis apud Graecos per genitiuum explicatur. Priscianus lib. 5. cap. de casibus. Quintil. lib. 1. cap. 8, Quaerat etiam, sítne apud Graecos vis quaedam sexti casus, & apud nos quoque septimi: nam cùm dico hasta percussi, non vtor Ablatiui natura, nec si idem Graecè τῷ δορί. Vide CASVS, eo significato quo vtitur Grammatici, in Cado.
Ablatus, Vide AVFERO, aufers.
Ablectae aedes {ἐκλεκτοὶ οἶκοι} Id est, nitidae & elegantes, quae emptores facilè inuitent. Plaut. Mostel. 11.
Ablego, ablegas, pen. longa {ἀποπέμπω, ἐκπέμπω} ablegare. Est propriè quempiā alió mittere, qui nobis est taedio, aut impedimento. Dictum à legatis, qui cum legationibus mittuntur. Nonius. Plaut. Mil. 11,
-hunc subcustodem suum
Foras ablegauit, dum eapse transire huc placet.
Ablegare aliquò. Terent. Hecy. 3. 3. -aliquò mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.
Remouere & ablegare aliquem. Cice. 7. Verr. Ipse autem remoto atque ablegato viro, non liberius quàm antè, sed paulo solutiore tamen animo secum illam haberet.
Dimittere & ablegare consilium. Cic. 4. Verr. Causam sese dimisso atque ablegato consilio defensurum negauit.
Ablegare cum priore supino. Liuius 1. ab vrbe, Pueros venatum ablegauit.
Ablegare, dictum de pecoribus. Var. 2. de re rust. cap. 47, Quin & pecus à prato ablegandum.
Ablegare simpliciter pro remouere. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 18, A C. Caesare valde liberaliter inuitor in legationem illam sibi vt sim legatus: sed haec à fratris aduentu me ablegat. Hoc est, me hinc remouet, vt in fratris aduentu adesse non possim.

Ablegatio,

Ablegatio,ablegationis{ἀποπομπή}Ipse actus ablegandi.Liu.6.ab Vrbe, Ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum. Cic.1.de leg.Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

Ablegmina,partes erant extorum,quæ diis immolabantur.Festus.

Ablepsia,ablepsiæ{ἀβλεψία} Animi cæcitas, inconsiderantia. Suet. de Claudio Cæs.cap.39,Inter cætera, in eo mirati sunt homines & obliuionem & incósiderantiam,vel vt Græcè dicam,μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν.

ABLETI,pen.prod. populi sunt non procul à Pergamo, qui parent Mysis,vt author est Strabo lib.13.

Abligurio,tertia producta, abliguris,abligurini,abligurìtum {καταλαφύσσω}abligurire.Liguriendo absumere. Terent.Eunu.2.2,Itidem patria qui abligurierat bona. Vide LIGVRIO. & OBLIGVRIO.

Abloco,ablocas,pen.corr. {ἐκμισθόω}ablocare,Idem quòd locare,verbum rarissimum. Suet.in Vitell.cap.7. vt domum in reliquam partem anni ablocaret.

Abludo, abludis, penul.prod.{ἀπᾴδω} ablusi, ablusum, abludere:Cui opponitur,Alludere. Horat.2.Ser.saty.3, Hæc à te non multum abludit imago.Id est,hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus.Vel,vt Budæus,absona est & absimilis.

Abluo,abluis,ablui,ablutum, penul. prod. abluere {ἀπολούω, ἀποπλύνω} Lauando abstergere. Plin.lib.12.cap.12, Gallicum nardum cum radice vellitur,abluiturque vino.

Abluere pro madefacere,aut rigare.Colum.lib.3,terra quæ in eum congesta est,pluuiis non abluitur. Cic.pro Rosc.Amer.de parricidarum supplicio:ita iactantur fluctibus vt nunquam abluantur.

Abluere pro expiare,& quasi purificare.Virg.2.Æneid.
Me bello ex tanto digressum,& cæde recenti
Attrectare nefas:donec me flumine viuo
Abluero. Vide Macrobium Saturn.lib.3.cap.1.

Abluere,translatum ad animum. Plin. Iunior, libro 3. epist. 7. maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. Hoc est, deleuerat, sustulerat,purgauerat.

Abluere pedes.Cic.5.Tuscul.

Periurium.Ouid Fast.lib.5.Hoc est, expurgare ab omni periurio.

Perfida verba,Idem ibidem.

Sibi vmbras.Lucret.lib.4.Id est,auferre.

Abluor, ablueris,passiuum:vt,Abluitur sitis.Lucret.lib.4,
Sic igitur anhela sitis de corpore nostro
Abluitur. Id est,restinguitur.

Ablutus.participium.pen.longa{ἀπολουθείς} Var.3.de re rust.cap.9,eáque abluta condunt in furfures. Id est,lota.

Ablutio, ablutionis {ἀπόλουσις} Ipse abluendi actus. Macrob. Satur.lib 3. cap. 1, Constat diis superis sacra facturum, corporis ablutione purgari: quum verò inferis litandum est, satis actum videtur, si aspersio sola contingit.

Abluuium pro diluuio{κατακλυσμός} Laberius nimis licéter dixit,teste Gellio lib.16.cap.7.

A B M

Abmatertera,pen.cor.{ἀπομήτρως}Soror abauiæ.Institut.de gradib.cog. & in D.tit.eod.l.Iurisconsultus.

Abmitto,abmittis,abmisi,abmissum,abmittere{ἀποπέμπω}Idem quod mittere:verbum rarissimum,Plaut. Truc.11. vbi tamen Camerarius pro abnuerit,legit,ad me miserit.

A B N

Abnato,abnatas,pen.corr. {ἀπονήχομαι}abnatare, Alicunde natádo recedere.Statius lib.1.Achilleidos.

Abneco,abnecas,pen.corr. {ἀποπνίγω}abnecui,& abnecaui,abnecatú, abnecare,Idem quod necare.Plautus Truc.4. vbi Camerarius legit, puerúmque vt enecaret.

Abnego,abnegas,penul.corr. {ἀπαρνέομαι,ἐξαρνέομαι}abnegare,Propriè est denegare.Abnegamus autem quod à nobis aut dono,aut commodato petitur.Colum.lib.10,
Ingeniúmque loci,vel Iuppiter abnegat imbrem.

Abnegamus item quod nobis creditum est, vt depositum. Plinius Iunior, libro 10. epist.103, de Christianis, Ne depositum appellati abnegarent.

Rursus abnegamus quod promisimus.Virg.8.Æneid.
Rex tibi coniugium,& quæsitas sanguine dotes Abnegat.

Abnegare pro renuere. Virgil. lib.2. Æneid. Abnegat excisa vitam producere Troia.

Abnegare comitem. Id est recusare.Horatius lib.1.Car.
Te spes,& albo rara fides colit
Velata panno,nec comitem abnegat.

Abnepos,penult.corr. {ἀπέγγονος} abnepotis,penult.longa, masc.gen. Filius pronepotis vel proneptis:& refertur ad abauum.Sueton.in Tiberio Cæsare,cap.3.

Abneptis,huius abneptis{ἀπεγγόνη} Pronepotis vel proneptis filia.Sueto. in Nerone,cap.35.

ABNOBA, mons Germaniæ,in quo oritur Danubius.Plin. lib.4. cap.12. In plerisque tamen Plinij codicibus Arnoba legitur, non Abnoba. Quidam Abnoua legunt.Vide ARNOBA.

Abnocto, abnoctas, abnoctaui, abnoctare {ἀπονυκτερεύω} Per noctem abesse. Martianus in l. Illud.D.de officio præsidis, abnoctare ei non liceat. Seneca de vita beata, Alius Iouem adulterum inducit & abnoctantem.

Abnodo,abnodas,pen.longa. {ἀποκλαδεύω}abnodare.Idem quod enodare,Id est,arbores & vites nodis repurgare.Colu.lib.4.cap.24,Hunc ergo tanquam æmulum diligenter adé amputant,& abnodant,prius quàm corroboretur,&c.

Abnormis,sine norma {ἄμετρος}Horat. lib.2.Ser.Rusticus,abnormis sapiens,&c.Id est, qui sapiens quidem est, sed non ad istorum philosophorum normam. Lambinus.

Abnuo, abnuis,abnui,abnuitum,pe. prod. {ἀνανεύω,ἀπονεύω}abnuere.Est propriè nutu significare te nó assentiri,vel non concedere. Hoc est,te negare,vel denegare quidpiam:cui contrarium est Annuere. Plautus Capt.8, Vbi cœnamus,inquam?atque illi abnuunt.

Abnuere,Recusare,Liuius lib.1.ab Vrbe, Bruti quoque haud abnuit cognomen. Virgil.5.Æneid.
-nec maximus omen Abnuit Æneas.

Abnuere curam pecoris.Colu.lib.6.cap.1.statim ab initio.

Imperium Liu. Decad.3.libro 8,in Scipionis oratione ad seditiosos milites.Vos imperium auspiciúmque abnuistis.

Iussa ducis. Tacit.lib.14. abnueráque contra ritum militiæ,iussa ducis, seipsum gladio transegit.Id est,quia iubenti duci non paruerat.

Abnuere,Solo verbo,simpliciterque negare.Col.lib.2.cap.8,Nos quoque abnuimus, in agro temperato & minimè humido, sementem sic fieri debere. Alij codices habent,annuimus. Nunc vulgò sic legitur,Nos quoque non ambigimus in agro,&c.

Abnuere aliquid alicui.Cic.de fato,Nihil enim vnquam abnuit meo studio voluntas tua.Id est,negauit.

Abnuere alicui de re aliqua. Sallust. in Iugurth. Neque Mario Senatus, quanquam infestus,abnuere de vllo negotio audebit.

Recusare & abnuere.Cic. pro Mil. Non recuso,non abnuo.

Abnuere & agnoscere, opponuntur. Tacitus, Atque ita compositus, vt ex euentu rerum abnueret,vel prospera agnosceret.

Abnuere & concedere,contraria.Cic.2.de fin.& intelligas quid quisque concedat,quid abnuat.

Abnuere, Prohibere. Virgilius 10.Æneid. Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

Abnuit locus impetum. Hoc est, negat facultatem impetum faciendi. Tacitus lib.21.

Abnuit spes.Id est,negat. Tibul.lib.4.eleg.1.ad Messalam.

Abnuendus,da,dum{ἀνανευτέος}Senec.in Thyeste,5,
Nec abnuendum si dat imperium Deus,
Nec appetendum.

Abnueo,abnues {ἀνανεύω} pro abnuo. Ennius 8. annalium, Certare abnueo,metuo legionibus labem. Idem in Thelamone,Ex eo futurum abnueant. Diomedes.

Abnuitur,pen.corr.Impersonale{ἀνανεύεται} Liuius 3. ab V.C.

Abnuto,abnutas,penul.longa {ἀνανευστάζω}abnutare:Frequenter signum oculis facere.Plautus Capt.11,Longius quid mihi abnutas? T.tibi ego abnuto? Cicer.3.de Orat. Quidnam est obsecro?quid te adiri abnutas?Id est,abnuis & recusas seu prohibes.

Abnutiuum, abnutiui {ἀπόρρησις} Dissentio,voluntas cótraria. sed sine actione ad impediendum exprompta. Paul.in l.83. D.de verb. obligat. Qui spondet dolum malum abesse, absuturúmve esse, non simplex abnutiuum spondet,sed curaturum se,vt dolus malus absit.

A B O

ABOBRICA, nomen est insignis oppidi in citeriore Hispania, in conuentu Braccarum,Plin.lib.4.cap.20. Ptolemæus vocat ἀβόβριγα.

ABOCCIS,Æthiopiæ oppidum,Plin.lib.6.cap.20.

ABOLANI,sunt populi Italiæ, Albensibus proximi, inter Latinos à Plinio relati,lib.3 cap.5.

Aboleo,aboles,pen.cor.aboleui & abolui,abolitum {ἐξαλείφω,ἀφανίζω} abolere,Omnino rem tollere, delere, obliterare, ita vt ne odor quidem rei eius relinquatur.Virg.4.Æneid.
-abolere nefandi Cuncta viri monumenta iubet.

Abolere conscientiam generis humani.Hoc est,facere vt homines obliuiscantur. Tacitus in vita Agricolæ nó procul ab initio, vt monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro vrerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur.

Abolere corpus igni.Hoc est,Cremare.Tacitus lib.16.

Crimen,vel nomina reorum,Est ex reis eximere, siue crimen remittere & condonare Tranquil.in August.ca.32. Paul.l.3. D.de accusat.Rei nomen non aboletur,& ex integro repetédi reum potestas fiet. Hinc titulus est in D.de abolitionibus criminum.

Dolorem & iram. Tacit.lib 20.

Imagines.Tacit.lib.4.

Lex vetus sermonis abolebitur.Quintil.11.

Magistratum abolere alicui,pro abrogare magistratum.Liu.3.ab V.C.

Memoria aboleuit.Liu.lib.9. ab Vrb. Cond. Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleuerat. Id est,extincta & adempta erat.

Pœna aboleuit. Id est, in desuetudinem abiit. Gell. lib. 20.cap.1,Si non illa etiam ex XII.tab.de testimoniis falsis pœna aboleuisset.

Sterilitatem fœminarum,& virorum insaniam abolere.Plin.lib.31.cap.2.

Vires alicuius. Tacit.lib.20.

Aboleo,pro Abluo,seu lauo. Virg.4.Georg.versu octauo à fine:
-nec viscera quisquam,
Aut vndis abolere potest,aut vincere flamma. Seruius, Nec lauari,nec coqui poterant,exponit.

Abolesco,abolescis,abolescere {ἀφανίζομαι} Aboleri, destrui. Columella libro 3.cap.2, Eadémque nec imbribus putrescit, nec siccitatibus abolescit. De vinea. Virgilius lib.7.Æneidos,
-nec vestra feretur
Fama leuis,tantíque abolescet gratia facti.

Abolescere,pro decrescere. Lucret.lib.5,
Inque dies priuos abolescere quæque creata. Sic Lambinus.

Abolior,passiuú {ἐξαλείφομαι} ponitur pro mori.Plin.lib.7.in proœ. Itaque multi extitere, qui non nasci optimum censerent, aut quàm ocyssimè aboleri.Id est,mori,extingui.

Abolitus,pen.breui {ἐξαλειφθείς} participium:vt,nomen abolitum.Plin. lib.14.cap.4. Sic Plin.Iunior, Libri aboliti, & abolitæ accusationes. Gell.lib.12.cap.1, Abolitis & obliteratis naturæ pietatis elementis.

Abolita atque abrogata retinere,insolentiæ cuiusdam est. Quintil.lib.1. cap.10.

Abolitæ ædes. Tacitus Annal.lib.2,ædes vetustate,aut igni abolitas.

Abolitos paulatim patrios mores, funditus euersi per acceptá lasciuiam. Tacitus lib.14.

Abolitio,abolitionis {ἀφανισμός}Verbale:vt Abolitio legis. Suetonius in Augusto, cap.34.

Abolitio criminis, dicitur à Iurisconsultis cùm accusati nomen de reis eximitur, sic, vt accusationis institutæ memoria funditus extinguatur. l. abolitio. §. D. ad S.C. Turpil. Et est duplex, Publica & priuata: Publica quę principis, senatúsve authoritate fit: Priuata quæ rei, accusatorísve postulatu conceditur. l. j. C. de general. abolit. l. aut priuatim. D. ad Turpil. Hotomanus.

Abolitio sententiæ. Tacit. lib. 5.

Abolla, abollæ, teste Nonio, vestis erat militaris {χλαμύς} Vnde iocus Martialis in Crispinum, qui posita abolla, togam sumpserat, lib. 8,
Nescit cui Tyriam dederit Crispinus abollam:
Dum mutat cultus, induitúrque togam.

Seruius in illud Virg. 5. Æneid. -duplicem ex humeris reiecit amictū. Id est, inquit, abollam quæ duplex est, sicut chlamys. Horat. Contra quem duplici panno patientia velat. Hæc ille. Horatij locus est lib. 1. epist. 18. de Diogene philosopho Cynico.

Abolla, videtur etiam fuisse vestis philosophica, quemadmodum ex superiore loco Horatij intelligitur, & indicat idem Iuuenalis saty. 3. vbi de philosophis,
-audi facinus maioris abollæ.
Stoicus occidit Baream, delator amicum. maioris abollæ, Id est, non militaris, sed philosophicæ. vt sit sensus, audi quæ fecerit Græcus philosophus vir magnæ authoritatis. Sic Martialis de quodam Cynico, lib. 1.

Ab olla præterea videtur fuisse vestis honoratiorum, apud Suet. in Caligula, cap. 35.

ABOLVS {ἄβολος} Pullus est, qui nōdum dentes illos amisit, ex quibus, in equis præsertim, ætas dignoscitur. vnde etiam dētes illi à Xenophonte & Aristotele γνώμονες appellantur. Budæus.

Ab olocs, Pro, ab illis dicebatur. Antiqui enim literam non geminabant.

Abomasum, abomasi, penul. prod. {ἤνυστρον} vt Omasum. Horat. lib. 1. epist. 16, -patinas cœnabat omasi
Vilis & agnini, tribus vrsis quod satis esset. Quid sit, his verbis docet Hermolaus in nonū caput libri 28 Plinij. Quid autem, ait, significet inter ventres centipellio, vulgaris & trita laniorum vox ostendit. Quartum ventrem interpretatur Gaza ἤνυστρον, quem & abomasum vocauit. Quod genus edulij Iulius Pollux, taconas à Cratete Comico putauit appellatū, etiamsi aliter in ea voce multi sentiant. Corium certè vetus hodie quoque vulgus taconas vocat: propterea & centipelliones fortasse nominati. Hactenus Hermolaus. Enyſtron seu abomasum ab alijs exponitur, sinus seu venter qui iungitur quasi in ventre post reticulum.

Abominor, pe. cor. abominaris, abominari {βδελύττομαι} Est rem aliquam, veluti malum omen detestari, execrarique, & à nobis amoliri. Plin. libro 28. cap. 2. 15, Incendia inter epulas nominata, aquis sub mensas profusis, abominamur.

Abominari etiam dicimus, cùm aliquod verbum veluti sinistri ominis auersamur, deprecamúrque: vt cùm dicimus, Si quid tibi acciderit humanitus, quod Deus prohibeat. Vnde abominatio dicitur ea figura. Curtius lib. 6, Hoc regum insigne aut moderatè perferendum est, aut (quod abominor) in te ruet.

Abominari, cum infinitiuo. Seneca de benef. Hæc vniuersa habere, de quibus loqueris, abominabitur.

Abominandus {βδελυκτός} Detestatione dignus. Quint. libro 9. cap. 2, Abominanda crimina sparguntur.

Abominanda infelicitas. Quint. in procem lib. 8.

Abominandam opem alicui ferre. Senec. in Hippol. 8,
Fer abominandam nunc opem nato parens. Hoc est, filij necem inuisam atque abominandam esse oportebat.

Abominanda optata. Senec. in Hippol. 10.

Abominatio, verbale, Detestatio, execratio {βδέλυγμα} in Sacris literis.

Abominatus, pen. prod {ἀπευκτός} participium passiuè sumptum. Horatius in Epodis, ode 16, Parentibúsque abominatus Annibal. Hoc est, execrationi habitus, Acrone interprete.

ABONOTICHITAE {Ἀβωνοτειχῖται} Populi sunt ad Pōtum Euxinum, ita dicti ab exiguo oppido, cui Ἀβώνου τεῖχος, hoc est Aboni murus, nomen est. Vide Stephan. & Lucian. in Pseudom.

ABORACA {Ἀβόρακα} Regiuncula est ad Mæotidem paludem, nō procul ab Hypani fluuio. Vide Strabo. lib. 11.

ABORIENSE, ciuium Romanorū in Africa oppidum. Plin. lib. 4. cap. 5.

ABORIGINES, aboriginum, pe. cor. {Ἀβοριγῖνες} appellati sunt, quasi sine origine, vtpote quorum ignoraretur origo, eo quòd vagi errantésque, ex varia gentium colluuione misti, conuenerint in agrum qui nunc est pop. Rom. Fuit enim gens antiquissima Italiæ. author Festus. Alij putant Aborigines dictos Græco nomine, quòd mōtes incoluerint & in ijs geniti sint. ὄρος enim mons est, & γίνομαι generor, nascor, & γένος genus. Hi postea aduectu Æneæ, Phrygibus iuncti, Latini vno nomine appellati sunt. De his meminit Sallust. in Catil. & Liu. in principio ab Vrbe cond. Alij per secundam vocalem in penultima, scribunt aborigenes.

Aborigenes, fuit Varronis quidam liber hoc nomine, in quo de hominis natura & origine, primisque illis rudi cælo natis hominibus loquebatur. Turnebus.

Aborior, aboreris, pen. corr. vel aboriris, pen. prod. abortus sum, aboriri {ἀμβλίσκω} Significat fœtum abortiuum fieri, vel intempestiuè nasci. Gellius lib. 12. cap. 1, Quod quidem eadem vecordia, qua quibusdam commentitiis fraudibus nituntur, vt fœtus quoque ipsi in corpore suo concepti aborìantur. Id est, ante maturum partum eiiciantur.

Aboriri quidam actiuè accipiunt, vt de matre dicatur, pro, abortum facere: de qua significatione citatur apud Nonium Marcellum Varronis locus pro Callio vel Fundanio, de admirandis rebus, his verbis, Vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri, vt aboriatur. In quibus verbis videtur desisse nomen (fœtus) vt sit sensus, fieri vt fœtus aboriatur. Potest tamen absolutè accipi aboriatur, Id est, abortus fiat.

Aboriri vox dicitur, idque per metaphoram, quando præ metu, aut alia de causa deficit. Lucr. lib. 3,
Corpore: & infringi linguam, vocémque aboriri. Id est, intercludi, intermori.

Abortio, abortionis, verbale {ἄμβλωσις, ἔκτρωσις} Actus ipse aboriendi. Plautus Truc 4, Celabat, metuebátque te ne tibi persuaderes vt abortioni operam daret. Cic. pro A. Cluentio. si hæc salutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Abortire ponit Calepinus ex Columella lib. 7. cap. 6, sed corruptè locum citat. nam Columellæ verba hæc sunt, Nec tamen ea sola creant abortus, sed etiam glans cùm citra satietatem data est.

Abortium, aborti {ἔκτρωμα} Idem quod Abortio. Hierony. ad Pammachium, in epistola consolatoria super obitu Paulinæ vxoris: Dúmque crebris abortus, & experta fœcunditate conceptuum non desperat liberos, & socrus auiditatem, maritíque tristitiam præponit imbecillitati suæ, passa est aliquid de Rachelis exemplo. Quem locum sic exponit Erasmus: Sæpius aborsum fecerat Paulina. Non facit autem abortum, nisi quæ concepit, etiam si vitio aliquo vel corporis vel feminis fit, vt fœtus nondum maturus eiiciatur. Ex abortus igitur intellexit se non esse sterilem.

Aborto, abortas {ἀμβλίσκω, ἐξαμβλίσκω, ἀμβλόω} abortare, Abortum facere. Varr. 2. de Re rust cap. 4. 13, Ne dum exilire velit prægnās abortet. Firmicus lib. 3. cap. 7, Aut abortabit frequenter, aut difficilem edet partū. Idem lib. 6. cap. 31, ad finem, Filios quoque geminos abortabit.

Aborsus, huius aborsus, aborsui, m. g. {ἄμβλωσις} Verbale: de quo sic Nonius. Abortus & aborsus varias habent significationes. Aborsus enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cùm conceptui exordium factum est. Abortus prope tempus pariendi. Hæc Nonius. Cui conuenit quod scribit Festus, Abortum grauidæ mulieris dici, quòd non fit tempestiuè ortum. Aborsus ab abordior, abortus ab aborior deduci videtur.

Abortus, ta, tum, Id est Exortus. Stat. lib. 8. Thebai. 7. de Plutone,
Nec solitus sentire metus, expauit aborta
Sidera, iucundáque offensus luce profatur.

Abortus, huius abortus {ἄμβλωμα, ἔκτρωμα} Verbale, Idem quod abortio. Terent. Hecyr. 3. 3, Dicam abortum esse. Vbi Donatus, Non est Latinum, aborsa est: sed abortum fecit. Plin. lib. 7. cap 11. 1, Extat in monumentis etiam medicorum, vno abortu duodecim puerpeuia egesta.

Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. li. 12. cap. 2, Quoniam arborum etiam abortus inuenimus.

Abortum facere, Pro abortū pati. Plin. Iunior, li. 8. epist. 10, ad Fabatum, Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc tristior audies, neptem tuam abortum fecisse.

Abortum facere, pro Abortum inferre. Plin. li. 21. cap. 18, Quod ad cyperon attinet, Apollodorum quidem sequar: qui negabat bibendū, &c. fœminis quidem abortus facere non dubitat.

Abortum facere per metaphoram. Plin. in præfat. 12, Quoniam audio & Stoicos, & cæt. subinde abortus facere iam decem annis, cùm etiam celerius Elephanti pariant. Loquitur de libris qui etiamsi diu ab auctoribus compressi sint, nimium tamen maturè sunt editi, vt abortus potius sit, quam perfectus & verus partus.

Abortum pati. Plin. li. 28. cap. 7.

Abortum inferre. Plin. li. 24. cap. 16, de dracunculo, Tantúmque inesse ei virus, vt olfactum grauidis abortum inferat.

Abortiuus, ua, uum, pen. prod. {ἐκτρωματικός} à supino abortum: vt, Abortiuus fœtus, imperfectus & informis, qui scilicet abortu natus est. Horat. 1. Sermo. satyr. 3, Si cui filius est, vt abortiuus fuit olim Sisyphus.

Abortiuum, Id est, quod aboriri facit. Plin. li. 7. cap. 6, Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternutasse à coitu abortiuum. Idem li. 25. cap. 3, Ego nec abortiua dico, ac ne amatoria quidem.

Abortiuum, abortiui, pen. prod. {ἀμβλωθρίδιον} Idem quod abortus. Plin. li. 18. cap. 17, Est & aliud ex vicino auenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum sed nondum matura, prius quàm roboretur corpus, afflatu noxio cassum & inane à spica euanescit quodam abortiuo.

Abortum, genere neutro. Vlpian. in l. cùm quidam. §. quod dicitur. D. de adq. vel admitt. hered. Quid ergo si prægnans fuit cùm putaret heres non esse prægnantem, & adijt: mox abortum factum est? sic habent Haloander & Pand. Florentinæ.

ABORRAS {Ἀβόῤῥας} fluuius est Mesopotamiæ, in Euphratem influens. Strab. lib. 16.

ABOTIS, idis {Ἄβωτις} vrbs est Ægypti, vt tradidit Hecatæus, cuius incolæ dicuntur Abotitæ. Stephan. de Vrbb.

A B P

Abpatruus, ui {Ἀπόπαππος} Frater abaui. Ex lib. 3. Instit. de grad. cog. & I. iurisconsultus. D. eod. tit.

A B R

Abra, abræ {ἄβρα} ancillam adolescentiorem significat.

ABRACES {Ἀβράκης} vnus ex summis Artaxerxis ducibus. Xenoph. lib. 1. de Cyri minoris expeditione, Regij verò exercitus quadrifariam diuisi. Ter centenis hominum millibus singuli duces summa potestate imperabant, atque ij fuere, Abrocomas, Tyssaphernes, Gobrias, Abraces.

ABRADATAS {Ἀβραδάτας} Rex Susorum fuit, & maritus Pantheæ nobilissimæ matronæ, quam cùm à Cyro captam, castè & liberaliter haberi præter spem intellexisset, ad eam accedens, quæsiuit quid sibi illa faciendum censeret, quò tāti Principis beneficio gratiam aliquam rependeret. Cui cùm illa respondisset, vt eniteretur se tanto regi simillimum præstare, statim in aciem profectus, strenuè pugnans occubuit. Cuius corpus ad se relatum cùm Panthea aspexisset, acinace seipsam confodit, capite super viri pectus recumbens. Xenophon lib. 7. Pædiæ Cyri.

Abrado, abradis, penult. long. {ἀποξύω, ξύω} abrasi, abrasum, abradere, Radendo tollere, siue detrahere, quod & deradere dicitur. Columel.

Columel. lib. 3, Arida & vetera quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito.

Abradi pars summæ dicitur, pro detrahi vel decidi, Plin. Iuniori in panegyrico.

Abradere per metaphoram, Difficulter aut per vim, & quasi radendo auferre. Terent. Phormio. 2. 2, Vnde aliquid abradi potest. Cicer. pro Cecinna, Posteaquam videt nihil se ab A. Cecinna posse litium terrore abradere.

Nec manibus quicquam teneris abradere membris Possunt, & c. Lucret. lib. 4.

Abradere barbam, Idem quod radere. Plin. lib. 6. cap. 20.

Abrasus, sa, sum, participium, pen. prod. {ἀποξυσμένος} Luca. lib. 6, Abrasæ fauces.

Abrasa supercilia. Cicer. pro Roscio Comœdo, Nonne supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur?

ABRAXAS, siue ABRASAX, Vnus ex deis, qui ab hæreticis inducti sunt, barbaris & incõditis nominibus: de quibus ab Irenæo & Epiphanio facta est mentio.

Ab re {ἐπὶ τρόπου, οὐκ ἀπὸ τρόπου} non ab re. Vide A.

Abreptus, Vide ABRIPIO.

ABRETTANA {Ἀβρεττανή} Suidæ, Mysiæ regio est, ita dicta à Brettia nympha, Strab. lib. 12. Abretanus Iupiter, Mysius deus est, sic ab Abretana dictus, Straboni. Abretini {Ἀβρετινοί} Plinio dicuntur Mysiæ populi, cap. 3. lib. 5.

ABRINATAE {Ἀβρινάται} Populi sunt nõ procul à Ponto. Steph. de Vrb.

ABRINCATVI, Galliæ Lugdunensis populi. Lugdunensis Gallia, habuit Lexouios, Vellocasses, Galletos, Venetos, Abrincatuos. Plinius cap. 18. lib. 4.

Abripio, abripis, penult. correpť. abripui. {ἀφαρπάζω, ἀναρπάζω} abreptum, abripere. Ex ab & rapio: quasi raptu & violenter alicunde auferre, vel vi eripere, vel protrudere. Cicer. in Verrem actio. 6, Quem obtorta gula de conuiuio, in vincula abripi iussit. Id est, detrudi.

Abripere frumentum ab aratore. Cic. 5. Verr. Frumentum per triennium auersum à Rep. esse, abreptúmque ab aratoribus.

Maritum à coniuge. Cic. antequam iret in exilium, Nec patiamini me à liberis meis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focísque innocentem proiectum, vitam degere in exilio.

Aliquem à terra. Cic. lib. 3. de Orato. Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

A complexu, vel ex complexu aliquem. Liuius 3. ab Vrbe. Cic. 3. Verr. Qui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret.

Abreptus ex. Terent. Eunucho, 1. 2,

Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam.

Abripere ad quæstionem. Id est, trahere. Cic. pro Cluentio, Eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est. ¶ In seruitutem. Hirtius de bel. Afric. lib. 5. ¶ In cruciatum. Terent. And. 4. 4. ¶ In vincula. Vide paulo antè.

Abripi tempestate. Cic. pro Ligario, Tempestate abreptus est vnus.

Abripi tempestatibus in aliquem locum. Plin. lib. 2. cap. 27, Tempestatibus essent in Germaniam abrepti.

Abripi à parentis similitudine. Cic. 7. Verr. vt eum, etiam si natura à parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina patri similem esse cogeret.

Abripere sese. Plaut. Milite. 5, -quis is est homo?
PY. Nescio: ita abripuit repentè sese subitò. Pro, surripuit, subduxit, subtraxit.

Abreptus, ta, tum, participium: vt, Abreptæ remis in terram naues. Vide NAVIS.

ABROCOMAS, Vnus ex summis Artaxerxis ducibus. Xenoph.

Abrodiæton, ti, g. n. penult. prod. {ἀβροδίαιτον} Politianus vertit ex Herodiano, vitam mollissimam. Vnde Abrodiætus, abrodiæti, penul. prod. Delicatè & molliter viuens, Lautè & opiparè victitans, Græcè ἀβροδίαιτος, Latinè significat delicatum atque elegantem. Quod nomen sibi arrogauit Parrhasius pictor nobilissimus. Plinius libr. 35. cap. 10.

Abrodo, abrodis, penult. longa, abrosi, abrosum {ἀποβιβρώσκω} abrodere, Est rodendo abscindere. Plin. lib. 10. cap. 62. 1, Viperæ mas caput inserit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Abrogo, abrogas, pen. corr. {ἀπαγορεύω, ἀκυρόω, ἀναιρέω} Abrogare, Est consensu publico aliquid penitus abolere, tollere, obliterare, irritum facere, vt legem, imperium, magistratum.

Abrogare, Infirmare. Festus.

Abrogare legi & legem dicimus: sed vsitatius accusatiuo iungitur. Modestinus in l. Derogatur. D. de verborum significatione. Derogatur legi, cùm pars detrahitur: abrogatur legi, cùm prorsus tollitur. Liu. 9. ab Vrbe, Vbi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat noua. Sic habent omnes libri typis excusi. Hieronymus tamen Ferrarius in Philipp. Cicer. hunc locum asserit esse mendosum, legendúmque, Antiquam abrogat noua. quam lectionem retinent manu scripti Codices.

Tollere & abrogare legem. Cice. 2. de Legib. Lex illa neque tolli, neque abrogari potest.

Lex aut rogatur, Id est, fertur: aut abrogatur, Id est, prior Lex tollitur: aut derogatur, Id est, pars primæ tollitur: aut subrogatur, Id est, adijcitur aliquid primæ Legi: aut abrogatur, Id est, mutatur aliquid ex prima Lege. Hæc Vlpian. in fragmentis. tit. 1.

Iurisdictionem abrogare. Valer. Max. lib. 7. cap. 7, De Genutio quodam: Genutius quidam Matris Magnę gallus, à Cn. Oreste Prætore vrbis impetrauerat, vt restitui se in bona Neniani iuberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus à Surdinio, cuius libertus Genutium hæredem fecerat, Prætoriam iurisdictionem abrogauit: quòd diceret Genutium amputatis suis ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum neque mulierum numero haberi debere. Erat autem Mamercus hic, Consul: ne quid erret lector.

Alicui imperium, magistratum, potestatem: Hoc est, eum publicè priuare imperio, &c. Cicer. 3. Offic. Cùm Collatino Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogabat. Cic. 4. Verr. Si tibi magistratum abrogasset. Idem. 3. de legibus, Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogauit.

Abrogare quempiam, figuratè dictũ. Plin. de viris illustrib. de Pompeio Ma. Lepidum acta Syllæ rescindere volentem, priuatus Italia abrogauit. Id est pepulit, eiecit.

Fidem homini, aut alicui rei, Est fidè eius abolere: hoc est, facere vt iam ei nulla fides habeatur. Plaut. Trin. Malè fidem seruando, illis quoque abrogant etiam fidem qui nihil meriti.

Abrogare alicui fidem iurisiurandi. Cicero pro Roscio Com. Si iam tibi deliberatum est quibus abroges fidem iurisiurandi, responde. Id est, facere ne alicuius iuramento credatur.

Multam. Vide in MVLTAM dicere.

Beneficiis abrogare vires. Plin. lib. 2. cap. 53, Nec minus hebetis, beneficiis abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eò profecit scientia, vt ventura alia finito die præcinat. Id est, existimare beneficia nullarum esse virium.

Abrogatio, Actus ipse abrogandi: vt Abrogatio legis, aut magistratus, {ἀπαγόρευσις} Cic. Attic. lib. 3. Quint. lib. 1. cap. 9.

ABRON {Ἅβρων} Abronis vita. Id est, vita intemperata & sumptuosa. Adagium de molliter ac delitiosè viuentibus dici solitum, sumptum ab huius Abronis moribus notæ luxuriæ: quemadmodum apud nos Apicius & Æsopus luxu nobilitati sunt. Vide prouerb. Erasmi.

ABRONI MOENIA, vrbs Galatiæ Ptolemæo, lib. 5. cap. 4. vulgò Arcani.

ABRONYCHVS {Ἀβρώνυχος} Nobilis Atheniensis fuit, Lysiclis filius, cuius fideli strenuáque opera vsus est Themistocles in bello Persico, & in legatione apud Macedonios. Vide Herod. lib. 8. & Thucid. lib. 1.

Abrotonum, abrotoni, gen. neut. penult. corr. {ἀβρότονον} Herbæ nomen: de qua sic Plinius lib. 21. ca. 10, Abrotonum odore iucundè graui, floret æstate. Flos aurei coloris. vacuum sponte prouenit. cacumine suo se propagat.

Abrotonus etiam dicitur f. g. Lucanus lib. 9,

Et larices, fumóque grauem serpentibus vrunt
Abrotonum, & longè nascentis cornua cerui.

Abrotoni duo sunt genera, hortense, & campestre, tenuioribus foliis, & minutiore semine. Matheolus in Dioscorid. lib. 3.

Abrotonites, abrotonitis, vel abrotonitæ, penul. longa, masc. gen. {ἀβροτονίτης} sed figuratè neutri generi iungitur, & est vinum factitium ex abrotono. Dicitur autem vinum Abrotonites & vinum absinthites, sicut oppidum Roma. Flumen Rhenus. Columel. lib. 12. cap. 35.

ABROTONVM {Ἀβρότονον} Meretrix, ex qua Themistocles dicitur natus, vt Amphicrates tradit. Erat autem Thressa genere. At Neantes Cyzicenus, Euterpes filium fuisse Themistoclem tradit. Hęc Stephan. Niger ex Musonio.

ABROTONVM, penul. corr. {Ἀβρότονον} Stephano oppidi nomen est in Aphrica inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 4. & Strab. lib. 17.

Abrumpo, abrumpis, abrupi, penul. prod. abruptum {ἀπορρήγνυμι} abrumpere, Idem quod rumpere: vt Abrumpere vincula.

Abrumpere ex re aliqua. Plin. lib. 2. cap. 92, Ex insula Cea amplius XXX. millia passuum abrupta.

Abrumpere se ab aliquo. Cic. Philip. 14, hæc se prima latrocinio abrupit Antonij.

Transfertur ad res incorporeas: vt, Abrumpere rem inchoatam. Pli. Iunior epist. 100, vt quæ semper inchoatũ aliquid abrumpat. De morte.

Actus ingentes abrumpere. Lucan. lib. 5,

-licet ingẽtes abruperit actus
Festinata dies fatis, sat magna peregi.

Æther abrumpitur ignibus. Ouid. 2. Fast.

Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther.

Abrumpi dissimulationem. Tacit. lib. 11.

Fas abrumpere. Virg. 8. Æneid. Fas omne abrumpit, &c.

Fatum. Seneca in Hercul. OEth. 7, Natum relinques? fatáque abrumpes tua? Id est, vitam seu stamina fatalia vitæ tuæ.

Fidem. Tacit. lib. 20, Cæteri retro in castra profugiunt, quærente sanè Ciuile & increpante Germanos, tanquã fidem per scelus abrũperent.

Flammas. Ouid. lib. 2. de Remed. Amor.

Non ego te iubeo medias abrumpere flammas. Id est, amores.

Lucem inuisam. Virg. 4. Æneid.

Inuisam quærens quamprimum abrumpere lucem. Id est vitam.

Noctem. Id est, somnum. Stat. 9. Thebaid.

Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, mœstóque cubili
Exilit, & falsos quærit per lumina fletus.

Abrumpuntur ordines laxati. Tacit. lib. 19.

Patientiam abrumpere. Tacit. lib. 12, Atqui illi quanuis seruitio assueti, patientiam abrumpunt.

Sermonem. Virg. 4. Æneid. His mediũ dictis sermonẽ abrumpit, &c.

Somnos. Virg. 3. Georg. -nec somnos abrumpit cura salubres.

Spem & metum. Tacit. lib. 4, Sed Tarsa properũ finem, abrumpẽdas pariter spes ac metus clamitãs, dedit exemplũ, demisso in pectus ferro.

Vectigalia. Tacit. lib. 20, Instituta cultúmq; patrium resumite, abruptis vectigalibus, quibus Romani plus aduersus subiectos quàm armis valent.

Venas. Tacit. lib. 15, Seneca quoniam senile corpus & paruo victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat, crurũ quoque & poplitum venas abrumpit.

Vitam. Virg. 8. Æneid. Nunc nunc ô liceat crudelẽ abrumpere vitam.

Abruptus, participium & nomen {κατάντης, ἀπόρρωξ} præceps, citatus: vt, Abrupta loca, diuulsa, atque ob id inuia: quæ descensum non habent, sed tantum præcipitium: & alio nomine prærupta dicuntur, vt ferè sunt rupes & scopuli. Græcè ἀπόκρημνα, κρημνώδη. Vnde per metaphoram Plin. sic ait libro 11. cap. 37, Supercilia homini & pariter &

alternè mobilia:& in iis pars animi, negamus, annuimus. hæc maximè indicant Fastum. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet. in corde nascitur: huc subit, hic pendet. nihil altius simul abruptiúsque inuenit in corpore, vbi solitaria esset.
Abruptus in altitudinem. Id est, profunditatem. Liu. lib. 1. bel. Pun. Natura locus iam antè præceps, recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.
Anni abrupti. Stat. lib. 1. syluar. 3,
Et nunc ignaro forsan vel lubrica Nais,
Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.
Antrum abruptum. Sil. Ital. lib. 7, -immanis in antro
Conditur abrupto Protheus.
Barathrum. Catull. 63. epigram. ad Mallium,
Æstus in abruptum detulerat barathrum.
Blandimenta vitæ abrupta. Tacit. lib. 18, Sola posteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis.
Coniugium abruptum. Catul. 63. epig.
Posset vt abrupto viuere coniugio.
Abrupta contumacia. Tacit. lib. 4, Liceátque inter abruptam contumaciá & deforme obsequiú, pergere iter ambitione ac periculis vacuú.
Abruptum dictum, vel abruptus locus orationis, Quintiliano. Id est, non congruens cum præcedentibus, vel non cohærens. Et abruptus transitus. Seruio 11. Æneid.
Abruptum sermonis genus Salustij, ait Quintilianus.
Ignes abrupti nubibus. Lucret. lib. 2,
Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concursant, &c.
Ingenium. Id est, præceps. Sil. Ital. lib. 7. verba sunt Fabij,
Feruida si nobis corda, abruptúmque putassent
Ingenium Patres, &c.
Initium. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Lucrum, quasi præceps & præter spem obiectum. Vlpia. in l. j. D. Quar. rer. act. Neque enim oneratum se hoc nomine potest quem libertus, si lucrum abruptum ex re patroni non fecerit.
Nubes. Virgil. 2. Æneid.
-ingeminant abruptis nubibus ignes.
Procellæ. Virgil. 3. Georg. de Leandro,
-nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat cæca serus freta.
Querelæ. Stat. Thebaid. -sic fata, repentè
Concidit, abruptísque immutuit ore querelis
Quies Sil. Ital. lib. 7,
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Ripæ abruptissimæ. Vide RIPA.
Abruptus sermo, siue abrupta oratio, quæ caret exordio: quales sunt orationes patheticæ & concitatæ: de quibus Macrobius Saturn. lib. 4. cap. 2, Oportet enim, inquit, vt oratio pathetica aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigatur. Et paulo pòst, Et necesse est initium abruptum habeat: quoniam satis indignantibus leniter incipere non conuenit.
Abruptus testudini sibilus. Plin. lib. 11. cap. 51.
Spes abrupta è medio. Sil. Ital. lib. 8,
Et spes abrupta è medio, &c.
Studia abrupta. Quint. in prooemio li. 7, querens de filioru morte, Quis enim dilata studia miretur, quæ potius nó abrupta esse mirandú est?
Sydus abruptum. Virg. 12. Æneid.
Abruptum, nomen substant. n. g. {Greek} Stat. 3. Thebai. Iámque iter extremum, cælique abrupta tenebat.
Ire in abruptum. Stat. 3. syl. 2.
In abruptum sorbere fluctus. Id est, in profundum. Virg. 3 Æneid.
Abruptio, verbale {Greek} Actus ipse abrumpendi. Cicer. de Diuin. lib. 2, abruptio corrigiæ, & sternutamenta erút obseruanda. ¶ Item ponitur pro subito diuortio & repudiatione. Cicer. ad Attic. lib. 11. epist. 3, Ista quam scribis abruptio. Ciceroni scripserat Atticus sibi quidem videri, Terentiam quamprimum esse repudiandam: authórque Ciceroni erat, ne differret, sed abrumperet.
Abruptè, aduerbium {Greek} Quintil. lib. 3. cap. 10, Nec enim abruptè, nec vnde libuit, incipiendum. Id est, sine exordio.
Abruptè, pro Absolutè. Macrob. in somn. Scip. libr. 1. cap. 19, Hoc adiiciendum est, cur Cicero cùm quartum de septem, solem velit, quartus autem inter septem non fere medius, sed omnino medius & sit, & habeatur: non abruptè medium solem, sed ferè medium dixerit.

A B S

Abs {Greek} Vide A & AB.
Apud priscos illos Latinos, inquit, erat vna præpositio Abs, quæ deinde remotis literis triplex facta est, abs, ab, a: sicut nihilum, nihil, nil. Illa verò integra, Abs, rarissima est, adeò vt tantum in accepti tabulis maneat, neque tamen in omnibus. Hæc Cicero de Consuetudine sui temporis ait, in Oratore. Ipse tamen in lib. 2. de Diuinat. hac præpositione vsus est. Eos, inquit, defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quàm abs te defensos esse malunt.
Præponitur autem dictionibus à litera q vel t incipientibus: vt, Abs Quinto, abs te. Terent. Adelphis 2.3. Abs quiuis homine. Idem Phorm. 4.3, Vt abii abs te.
Abs præpositio, à Græco deducitur, {Greek}: significat autem retractationem in partem posteriorem. Festus.
Abs compositionem recipit, vt Abscondo, Abstineo, Abstrudo.
ABSARVM Plinio, {Greek} Ptolemæo: Flumen est Armeniæ minoris, non procul à Sebastopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris montibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione separat. Plin. lib. 6. cap. 9.
Abscedo, abscedis, penult. long. {Greek} abscessi, abscessum, abscedere, Recedere, vel discedere. cui contrarium est accedere. Et propriè iungitur ablatiuo cum præpositione A vel Ab: aut aduerbio de loco, vt hinc, illinc, inde. Plaut. Cas. 15, Abscede ab ista obsecro.
Abscedere procul. Ouid. 6. Metamorph.
Retro. Sil. Ital. lib. 16.
Hac. Plaut. Asin. 9.
Ab aliquo. Plin. 2. cap. 17.
Abscessit è conspectu meo. Plaut. Capt. 7.
Abscedere in altum siue in altitudinem. Plaut. Rud. 2.
Abscedere, suppresso ablatiuo. Cic. de Diuin. lib. 2, Iam abscedet simul ac molam & vinum insperseris.
Abscedit sol. Plin. lib. 2. cap. 1.
Somnus abscessit. Ouid. Fast. lib. 3.
Abscedere alicui. Ouid. 5. Metamorph.
Abscedere, sine præpositione, vt Abscedere incepto, Idem quod incepto desistere. Liu. 6. bel. Pun. Abscedere irrito incepto, & mouere à Capua statuit castra. Potest tamen hic esse ablatiuus absolutus: vt sit, Cùm irritum fuisset inceptum, statuit abscedere. Id est abire, &c.
Abscedere, de pecunia dictum. Plaut. Persa, 16,
Decem accedent minæ. D. abscedent enim, non accedent.
Abscedere, transfertur ad animum. vt, Abscedit ægritudo, ira, & similia. Plaut. Merc. 4. Ædepol tu calidam picem bibito, ægritudo abscesserit. Terent. Hecy. 5.2, Id leue est, citò ab eo hæc ira abscedet.
Abscedere etiam dicitur, quod incipit in abscessum seu apostema verti. Celsus lib. 5. cap. 18, Malagma ad supprimendum omne quod abscedit. Rursum, Satísque omnia abscedentia digerit murex combustus.
Abscessem, pro Abscessissem. Sil. Ital. lib. 8,
-nec abscessem thalamo, ni magna minatus, &c.
Absceditur, impersonale. Liuius 7. belli Punici, Sed literæ Marcelli negantis è republica esse, vestigium abscedi ab Annibale, curam iniecerant ne, &c.
Abscessum manibus æquis. Subaudi, est. Tacit. Annal. 1, Inde hostibus terror, fiducia militi, & manibus æquis abscessum.
Abscedens, abscedentis, participium, siue nomen ex participio, {Greek} Vnde abscedentia & prominentia in picturis. Vitruuius in præfat. lib. 7.
Abscedente vsufructu. Caius in l. An vsusfructus D. de vsufruct. An vsusfructus nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est. Periculum enim esse videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte neque facilè capitis deminutione periturus est. qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente vsufructu.
Abscessus, huius abscessus masc. gen. Verbale, {Greek} Recessus. Cic. 2. de Nat. deor. Longinquo solis abscessu. Huic contrarium est, Accessus, quod & appulsum solis ad nos vocant.
Abscessus dicitur etiam concursus mali humoris in aliquam partè corporis, ex quo suppuratio fit, quam Græci vocant apostema. Celsus lib. 5. cap. 18, Prodest impositum minutis, maioribúsque abscessibus.
Abscessio, onis {Greek} fœm. gen. Verbale, Idem quod abscessus. Cic. de vniuersitate, Cùmque ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio necesse erat, &c.
Abscido, abscidis, penultima producta, abscidi, penult. etiam prod. ex abs & cædo, Idem significat quod abscindo {Greek} Ouid. 12. Metamorph.
Abscidit iugulo pectúsque humerúmque sinistrum.
Sic habet Aldina editio. Ab abscindo verò, abscidi penultimam corripit. Virg. 3. Æneid. Hesperium Siculo latus abscidit, aruáq; & vrbes. Lucan. lib. 3, Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas.
Abscindo, abscindis, abscidi, penult. corr. {Greek} abscissum, abscindere. Id est, amputare. Ouidius libro 1. Metamorphoseon, Ná cœlo terras, & terris abscidit vndas. Dicitur autem propriè pars à toto, siue minus à maiore abscindi: vt, Abscindere linguam, caput, &c.
Querelas, operas, venas, & similia, apud Plautum, Cæsarem, Plin. Val. Flaccum, & Tacitum.
Et præter accusatiuum interdum iungitur ablatiuo cum præpositione expressa vel suppressa. Cice. 7. Verr. Tunicámque eius à pectore abscidit. Hoc est, laceratam auulsit. Idem Phil. 11, Post autem ceruicibus caput abscidit.
Abscindere sibi omniú rerum respectum. Liu. 9. ab Vrbe Condita, Nos omnium rerum respectú, præterquam victoriæ nobis abscindamus.
Abscissus, Participium {Greek} Amputatus.
Abscissa à continenti insula, Plin. lib. 4. cap. 1.
Abscissus, sa, sum, nomen, dicitur abruptum, præruptum, & præcisum: {Greek} vt Abscissus locus. Liu. Decad. 3. lib. 5, Nec fermè quicquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti aditum assensumve difficilem præberet.
Sic per translationem res abscissæ, & spes abscissa. Cic. de prouin. consul. Impositæ verò res & acerbæ si erunt relictæ, quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuirescent. Liu. 4. bel. Macedo. Nec nisi abscissa omni spe auxilium Antiochi imploraturos fuisse.
Abscissa castigatio, pro dura & aspera. Valer. Maxim. lib. 2. cap. 2. de Africano posteriore, Aspero enim & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget.
Abscissa. Abrupta. Quintil. lib. 9. cap. 4, Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus breuia & abscissa sunt?
Abscissi dicuntur, quibus exsecta sunt virilia, æqua ferè conditione ac serui, nullo cognomento, aut ordine, infames. Nanque Senatusconsulto prohibitum erat ne abscissi, vtpote semiuiri, aut lenones, quærendi iuris, aut postulandi causa, tribunalia adirent. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 4.
Abscissior, comparatiuú: vt, Abscissior iustitia, in eadem significatione. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 5. præfractior & abscissior iustitia.
Abscisse, aduerbium, vel Abscisè, pro eo quod est fixè. Præcisè, {Greek} Callistratus in l. Semper, de iure immunitat. Demonstratur variè, nec abscissè, numerum liberorum ad excusationé municipalium munerum prodesse, &c.
Abscissio, onis, Verbale fœm. gen. {Greek} Idem quod scissura. Cic. 4. ad Herenn.
Abscio, abscis, absciui, abscire, De memoria exire. Verbú inusitatum.

Abscondo,

Abscondo, abscondis, abscondi, absconsum & absconditum, penult. breui (ἀποκρύπτω.) Lucret. lib. 1, Quòd si tanta foret syluis abscondita flamma. abscondere, Ex abs & condo, quod ipsum ex do compositum est. Idem quod condere, abdere, occultare. Plaut. Cistel. 2, In latebras abscondas pectore penitissimo tuam stultitiã. Virg. Georg. 1, Ante tibi Eôæ Atlantides abscondantur.

Abscondere fugam furto, Virgilio 4. Æneid. Id est, furtim & secretò fugere.

Crimen. Senec. in Hippol. 5. 2.

In terram. Colu. lib. De arboribus cap. 7, Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, sic abradas.

In tenebris. Cæcil. Exule. Nam hic in tenebris intus sese abscondit. Ex Nonio. ¶ Inter nates. L. Pomp. Macchis geminis: Perij, non puella est. nunquid abscondisti inter nates? Ex Nonio.

Abscõdidi, antiquum præteritum, teste Prisciano lib. 10. Plaut. in Carbo. Secundum ipsam aram aurum abscondidi. Sil. Ital. lib. 8,
Donec arenoso (sic fama) Numicius illam
Suscepit gremio, vitreisque abscondidit antris.

Absconditus, pen. cor. participium (κεκρυμμένος) Cic. 2. Verr. Non obscurum opinor, neque absconditum.

Abscondita flamma. Lucret. lib. 1.

Absconsus, aliud participium. Iul. Firmic. lib. 3. cap. 8, Mercurius Vespertinus faciet aurifices, aut fossores auri, aut absconsarum quarundam artiũ magistros. Paulo pòst, faciet alieni patrimonij heredes, & qui casu absconsas inueniant facultates. Idem alijs quoque locis hoc participio vtitur. melioribus autem auctoribus inusitatum est.

Absconsor, verbale. Firmicus lib. 3. cap. 8, Mercurius absconsores auri & diuitiarum faciet. Et cap. 11, Pecuniarum absconsores faciet.

Absconditor, pen. corr. aliud verbale. Firmicus libro 5. cap. 15, Mercurius homines faciet simulatores, multæ cogitationis ac rerum humanarum absconditores.

Absconsio, nis, verbale (κρύψις.) Plin. lib. 8. cap. 16, Velut deputans absconsione turpitudinem.

Absconditè, pen. cor. aduerbium qualitatis (κρυφίως) Occultè. Cicero 2. de Inuent. Absoluta est, quæ ipsa in se, non vt negotialis implicitè & absconditè, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Absens, In ABSVM.

Absentio, absentis, si, sum (ἀπᾴδω) Idẽ quod dissentio. Nam qui minimè conuenit, absentire videtur. Calep.

Absento, In ABSVM.

ABSILAE, Ἄψιλαι, Stephano, Populi Asiæ à Plin. lib. 6. cap. 4, in Colchide prope Phasim amnem collocati.

Absilio, absilis, pen. cor. (ἀποπηδάω) absilire, ex ab & salio compositum, Saltu alicunde recedo. Lucret. lib. 6,
Multáque humi cùm inhumata iacerent corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, vt acrem exiret odorem.

Absimilis, & hoc absimile, penul. cor. (ἀνόμοιος) Multum dissimilis. Et ferè iungitur negatiuis particulis, nec, neque, non, & haud. Columel. lib. 6. cap. 17, Odoris grauis, neque absimilis bituminis. Suet. in Othone cap. 1, Non absimilis Tiberio principi fuit.

Absinthium, Vide ABSYNTHIVM.

Absis, absidis, Vide APSIS.

Absisto, absistis, abstiti, penult. cor. (ἀφίσταμαι) absistere, A loco vel à re aliqua discedere. Cui opponitur Assistere. Et ferè iungitur ablatiuo sine præpositione. Virg. 6. Æneid.
-procul ô procul este prophani,
Conclamat vates: totóque absistite luco.

Bello absistere. Tacit. lib. 20.
Furore. Liu. 4. Decad. lib. 7.
Incœpto. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Imperio Liu. 4. Decad. lib. 8.
Oppugnatione, vel obsidione. Liu. 5. Decad. lib. 4.
Pugna. Liu. 4. Decad. lib. 1.

Absistere à. Plin. lib. 2. cap. 8, Ab sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius.

Absistere, cum gerundi verbo pro ablatiuo. Liu. 4. bel. Pun.

Absistere obsidendo, Pro eo quòd est ab obsidione discedere, siue desistere obsidione.

Absiste precando. Virg. lib. 8. Æneid.

Absistere, sine casu, pro desinere. Virg. 1. Æneid.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi.

Absistere, cum infinitiuo, pro desinere. Virgil. 6. Æneid.
-Absiste moueri.
Colum. lib. 11. cap. 19, Nec absistat id facere.

Absistitur, penult. corr. impersonale (ἀφίσταται.) Liu. 1. bel. Pun. Legati missi Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

Absistens, absistentis, participium (ἀφιστάμενος.) Liu. 4. bell. Pun. Tamen spe labefactandæ fidei haud absistens, Salapiam tendit. Hoc est, non desistens, non destitutus spe.

Absoleo, es (ἀπαρχαιόομαι) Est ab vsu recedo: vnde absoletus locus, neglectus & sordidus dicitur. Calep.

Absoluo, absoluis, absolui, absolutum, penul. prod. (ἀπολύω, ἀπαλλάττω) absoluere, Liberare. Multiplicem habet vsum: sed maximè ad iudicia refertur. Contrarium est damnare.

Absolui omnibus sententiis. Cicer. 6. Verr. Seruius ille innocens omnibus sententiis absoluitur.

Absoluere improbitatis. Cic. 3. Verr. Non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cædis. Absolui iniuriarũ, auctor ad Heren. Absolui maiestatis, Cic. pro Cluentio. In hoc genere loquendi subauditur aliquis ablatiuus: vt, crimine: sicut & in verbis accusandi, cùm iunguntur genitiuo.

Absoluere aliquem bello. Tacit. lib. 4, Is demum annus populum Romanum longo aduersum Numidam Tacfarinatem bello absoluit. Id est, liberauit.

Aliquem suspicione regni. Liu. lib. 2, Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspicione absoluerent. Id est, liberarent.

De præuaricatione. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16.

Reum sine casu criminis. Cic. 1. Verr. Reus vt absoluatur non peto.

Quempiam alteri. Cic. 4. Verr. Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat. maluit videlicet homines peccare, quàm deos. Hoc est, quòd ad Venerem pertinet, absoluit.

Se iudicio ab aliquo, Pro eo quod est, ab eius accusatione se liberare. Cic. pro Rosc. Comœdo, Cur tam imperitè facit, vt nec Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat?

Absoluere copiosè. Id est, multis sententiis. Cic. lib. 2. ad Quint. frat. Senatorum vrna copiosè absoluit.

Absoluere per metaphoram. Horat. 2. Sermo. satyr. 3,
-an commotæ crimine mentis
Absolues hominem: & sceleris damnabis eundem?

Absoluere, Perficere, & rei finem imponere (ἀποτελεῖν, διαπεραίνειν) vt absoluere librum, aut aliud opus. Cic. 3. Offic. Vt nemo pictor esset inuentus qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolueret.

Absoluere aut perficere. Cic. 2. de Nat. deor. In omni natura necesse est absolui aliquid aut perfici.

Conficere & absoluere. Cicero libro 13. ad Attic. Dialogos confeci & absolui.

Perficere & absoluere. Cic. 4. de Fin. Quæ coniuncta cum honestis, vitam beatam perficiant & absoluant.

Absoluere & ad exitum perducere. Cic. 2. de Finib. Nec enim absolui vita beata sapientis, neque ad exitum perduci poterit.

Absoluere bellum. Lucan. lib. 2.

Creditorem, aut quéuis alium qui pecuniam petit. Ter. in Adelph. 2. 4, Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam. Vbi Donatus, Vt hunc absoluam, Id est, vt huic reddito illi pretio dimittam. Plaut. Epidico, Age, age, absolue atque argẽtum numera, ne comites moret. Hoc etiam dicitur per simplex Soluo. Vide SOLVO.

Fidem. Tacit. lib. 18.

Absoluere nauem, Pro soluere. Plaut. Milit.

Pensum. Varro de Re rust. libro 2. cap. 2. Translatum à lanificio muliebri, in quo singulis certum lanæ pondus in opus distribuebatur. Prouerbiale est.

Pignus, Pro luere pignus. Paul. 2. Sentent. cap. 5, Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, vt pignus absoluat, ne à se distrahatur.

Promissum. Varro 2. de Re rust. cap. 11.

Orbem absoluere. Id est, consumere & perdere. Lucan. lib. 7,
Quid totum premitis, quid totum absoluitis orbem?

Absoluere, Finire. Sallust. Nanque vti paucis verum absoluam. Plautus Rud. 16. 37, Vno verbo absoluam, leno est.

Absoluere de re aliqua, similiter pro finire. Sallust. in Catil. Igitur de Catilinæ coniuratione quàm verissimè potero, paucis absoluam.

Absoluere, Pro dimittere. Plaut. in Amph. 7,
Quæso absoluito hinc me extemplo, quando satis deluseris.

Absoluere, Pro vitam adimere. Plaut. Capt. 12,
Diu ego hunc cruciabo, non vno absoluam die. Hoc est, nõ vno die vitam illi adimam, vel eum enecabo.

Absolutus, penult. prod. (ἀπολυθείς, ἀφεθείς, τέλειος, τελεώτατος) participium. Plin. lib. 18 cap. 6, Omnium sententiis absolutus.

Absolutus adulterij. Tacit. lib. Annal. 3, Cæsar Antistium Veterem è primoribus Macedoniæ absolutum adulterij, increpitis iudicibus, ad dicendam maiestatis causam retraxit.

Vinculis: Id est, exolutus. Tacit. lib. 12.

Absolutus, nomen ex participio, Idem quod perfectus, ad exitum perductus, suis numeris omnibus constans. Plin. lib. 9. cap. 5, Visum ab his in Gaditano Oceano marinũ hominem, toto corpore absoluta similitudine. Cic. Quo fit vt illam veram & absolutam eloquentiam nemo consequatur. Hoc est, perfectissimam.

Numeris omnibus absolutus. Vide NVMERVS.

Absoluta & perfecta elegantia. Plin. lib. 3. cap. 4.

Absoluta constitutio. ad Heren. Græcè ἀντίληψις. Hermog.

Absoluta similitudine homo. Id est, perfecta. Plin. lib. 9. cap. 5, Visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine.

Absolutus perfectè. Cic. 4. de Finib.

Absolutior & hoc absolutius. Plin. lib. 34. cap. 8.

Absolutè, pen. prod. aduerbium qualitatis (τελείως) Perfectè. Cic. 3. de Fin. Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè viuere.

Perfectè & absolutè. Cic. 4. Acad. Sed vndique perfectè & absolutè ita pares, vt inter eos nihil prorsus intersit. Addidit (absolutè) quasi perfectius aliquid significet, quàm perfectè. Perfectè atque absolutè beatus. Cic. 4. Tuscul.

Absolutè doctus. Sueton. de claris Gram. 4, Vt Græci grammaticum à grammatista: & illum quidem absolutè, hunc mediocriter doctum existimant.

Absolutè respondere. Scæuola in l. Mæuia. D. de ann. leg.

Absolutio, verbale, Perfectio (τελείωσις, ἀπόλυσις.) Cic. 5. de Fin. In homine autem summa omnis animi est, & in animo rationis, ex qua virtus est, quæ rationis absolutio definitur.

Absolutio, Pro liberatione à crimine. Cic. pro Fonteio, Magna mehercule causa Iudices absolutionis cum cæteris causis hæc est. Sic absolutio maiestatis. Cic. Appio, lib. 3. 11.

Absolutioni esse. Tacit. lib. Annal. 3. Quod neque cõuictum, noxæ reo, si recentia purgaret: neque defensum absolutioni erat, si teneretur maioribus flagitiis. Hoc est, Nihil faciebat ad reum absoluendum.

Absolutionem conficere. Vide CONFICIO.

Absolutorius, adiectiuum, quod ad absolutionem pertinet (ἀπολυτικός.)

Sueton.in Augusto,cap.33.Non tantum duas tabellas, damnatoriam & absolutoriam,simul cognoscentibus dedit.

Absolutorium,substantiuum,n.g. {ἀπολυτήριον} Remedium absoluens, siue liberans. Plin.lib.28.cap.6, Clauum ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali:absolutorium eius mali dicitur.

Absonus,adiectiuum,penul.corr. {ἀπῳδός,ἀπηχής}Dissonum,discors, discrepans:quasi à sono alienum, vel sono absurdum.vt vox absona, repugnans,& malè conueniens.

Absonum.sine sono. Cic.1.de Orat.Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes,aut ita voce absoni, aut ita vultu motúque corporis vasti atque agrestes,vt etiam si ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Nonius.

Clamor absonus,Dissonus.Quintil.

Tectum absonum.Lucret.lib.4.

Vox.Cic.lib.3.de Orat.Vox extra modum absona atque absurda.

Absona fortunis dicta. Horat.in Art.poet.

Si dicentis erunt fortunis absona dicta. Id est, parum conuenientia.

Absonus per metaphoram, Pro alienus,siue differens.Liuius 7.ab Vrb. Nec absoni à voce motus erant.

Absonum fidei, id est,fidei repugnans,alienum à fide, minimè credendum.Liu.1.ab Vrb.Quorum nihil absonum fidei diuinæ originis.

Absorbeo, absorbes,absorbui & absorpsi, absorptum {ῥοφέω,καταπίνω,ἀμφιχάνω} absorbere, Quasi sorbendo absumere. Propriè dicitur de rebus liquidis. Plin.lib.11.cap.35,Araneus omnem humorem absorbens,ariditatem ampliat.

Transfertur quoque ad alia:vt,Absorbere rupes.Lucan.lib.4.

Transfertur item ad res inanimatas. Cic. in Bruto, Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ.

ABSORVS,pen.corr.{ἄψορος}Insula est in mari Adriatico, Liburniæ adiacens,cum oppido eiusdem nominis.Vtriusque meminit Ptolem.

Absque, præpositio ablatiua {ἄνευ,χωρὶς,δίχα} Idem quod sine. Nam teste Prisciano lib. 14, Absque & Sine habent consimilem significationem, quæ est negatiua: vt, Absque iniuria. Plaut.Menech.11,Nam absque te si fuissem hodie,nunquam ad solem occasum viuerem.

Absque te esset,absque eo foret,vel esset. Terent.Phor.14,

-nam absque eo esset,

Rectè ego mihi vidissem. Pro eo quod est, Nisi per eum stetisset: nisi ille obstitisset. Idem Hecy. 4. 2. Quàm fortunatus cæteris sum rebus, absque vna hac foret. Vide ibi Donatum. Plaut. Trinum. 22.13, -nam absque foret te,sat scio in alto

Distraxissent. Idem Bach.8.8,

Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

Abstemius, abstemia, abstemium, secunda producta {ἄοινος} Dicitur ab abstinentia temeti, teste Fabio lib.1.cap.7. Hoc est, qui vino abstinet. Ouid.15.Metamorph.

Vina fugit,gaudétque meris abstemius vndis.

Gellius libro 10.cap. 23, Qui de victu atque cultu pop. Rom. scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abstemias egisse. Hoc est,vino semper, quod temetū prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt.

Abstemius vini.Plinius libro 22.cap.24,Et mulieribus vini abstemiis.

Prandium abstemium.In PRANDIVM.

Abstergo, abstergis, & Abstergeo,absterges, abstersi,abstersum {ἀπομάττω,ἀπομόργνυμι,ἀποψάω,ἀποσμήχω} Detergere, purgare. Terentius Eunuch.4.7,Qui abstergerem vulnera.

Abstergere dolorem,per translationem.Cic.ad Quint.frat.lib.2.11,Abstergebo dolorem.

Ægritudinem. Vide infrà ABSTERGENS.

Fastidium.Plin.lib.20.cap.5.

Fletum.Cic.14.Philip.

Labellum.Plaut.Asin.13.

Luctum.Cic.3.Tuscul.

Metum.Cic.Bruto,lib.11.epist.

Molestias.Cic.de Senect.

Abstergere succum villo.Plin.lib.12.cap.17.

Abstersti,pro Abstersisti.Catul.94.epig.ad Iuuentium.

Abstergens, abstergentis, particip. Cic. in Topic. Oratio ægritudinem abstergens.

Abstersus,a,um{ἀπομαχθείς}Valerius,Abstersis lacrymis.

Abstersus cruor.Liu.1.ab Vrb.Cond.

Abstersa fuligo.Cicero Philip.2.

Abstersus puluis & sudor.Liu.3.ab Vrb.Cond.

Absterreo,absterres,absterrui,absterritum,pen.cor.{ἀποσοβέω}absterrere, Ab aliqua re deterrere.Hoc est,terrore iniecto auertere,arcere, prohibere. Terent.And.3.1,Hanc simulant párere,quò Chremetem absterreant. Subauditur,à danda filia.

Absterrere à vel ab. Liu.lib.2.ab Vrb.Absterrendo singulos à concionibus,conciliísque.

A pecuniis capiendis homines absterrere.Cic.4.Verr.

Supplicem absterrere à se.Id est, reiicere & excludere. Cic. Anteq. iret in exil.

Absterrere de frumento anseres. Plaut.Trucul.5, Vt de frumento anseres clamore absterret & abigit.

Absterrere,sine præpositione. Plin.libro 8. cap.16, Quia cæteri metu similis pœnæ absterrentur eadem noxa.Pro,ab eadem noxa.

Absterrere sibi pabula amoris. Id est,à se repellere & abigere. Lucr.li.4.

Absterrere alicui aliquid.Lucret.lib.4,

Nec diuina satum genitalem numina cuiquam

Absterrent. Id est, liberorum generationem impediunt, & semen genitale auferunt.

Absterrere auctum. Id est,impedire aut vetare incremētum. Lucr.lib.5.

Absterres te adiri. Cic.3. de Orat. Quidnam est obsecro? Quid te adiri abnutas?Melius esset,vetas,prohibes,absterres.

Absterreor,absterrêris,passiuum.Horat.2.Serm.saty.5,

Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto.

Absterritus,participium,pen.cor.{ἀποσοβηθείς} Liu.lib.5.ab Vrbe,Inde rursus ipsa solitudine absterriti.

Abstineo,abstines,penul.corr.abstinui,abstentum{ἀπέχομαι,ἐγκρατεύομαι,ἀπέχω, vel ἀπέχομαι} abstinere, ex abs & teneo, Est ab aliqua re omnino se cohibere:quasi se tenere ab re illa: vt, Abstinet furto,qui omnino non furatur. Abstinet vino,Venere,voluptate,qui prorsus iis rebus non vtitur. Abstinuit cœna,qui non cœnauit,&c.

Abstinere se ab alieno.Id est,omnino se cohibere à rebus alienis. Cicero 2.de finibus.

Armis.Liuius 8.ab vrbe.

Abstinere bonis placitis. Ouidius 16.Epistol.

Est virtus,placitis abstinuisse bonis.

Se à cantu.Plin.lib.10.cap.55.

Cibo.Cæsar 8.bell.Gall.

Carne.Plaut.Aulul.17.

Ostreis & murænis.Cic.lib.7.ad Gallum,27.

Culpa.Plaut.Menæ.17.

Comitiis.Plin.Iunior,in Paneg.

Dono & pactione.Plin.Iun.epist.109.

Ab hereditate. Vxor ab hereditate abstinuit.in l. Thais.§.Stichus.D.de fideicom.liber.

Imperio.Iustinus lib.1.

Iniuria.Cic.3.Offic.

Insectatione.Sueton.de clar.Gram.

Inspectione rerum suarum.Plin.Iunior,epist.164.

Iurgiis.Cic.1.de Diuinat.

Maledictis.Cic.2.Philip.

Man.Plaut.in Milit.

A nefario scelere.Cic.Philipp.2.

Negotiis,Id est,nulla negotia tractare.Cels.lib.3.cap.12.

Pecuniis.Cic.Attico.lib.9.173.

Prælio vel pugna.Liu.2.ab Vrbe. Cæs.1.bel.Gall.

Publico.Tacit.lib.3,paulo pòst initium, Tiberius atque Augusta publico abstinuere, inferius maiestate sua rati, si palàm lamentarentur. Id est non commiserunt se publico,non prodierunt in publicum.

Rebus vrbanis.Plaut.Casin.3.

Seditionibus.Liu.lib.3.ab Vrb.Con.

Tactu.Virgil.3.Æneid.

Venere & Baccho.Horat.in art.poët.

Verbis.Plin.Iunior,epist.79.

Vino.Plin.lib.28.cap.7.

Virgine.Ter.Hecyr.1.2.

Vrbe. Liuius 1. ab Vrbe Cond. Vrbe valida, muris & situ ipso munita abstinuit.

Præter ablatiuum rei à qua abstinetur frequentissimè adiicitur accusatiuus personæ.Vt ex sequentibus exemplis apparet.

Abstinere ægrum cibo apud Celsum frequenter.

Abstinet tutor pupillum hereditate patris. Papin.in l. tutores. §.aduersus.D de administ.tut.

Abstinet se nepos hereditate aui. Paul. in l. si quis filium. D. de adquirenda hereditate.

Abstinere manum alieno.Cato de Re rust.cap.5.

Manus ab alienis.Cicer.lib.1.de Orat.Coërcere omnes cupiditates,nostras tueri,ab alienis mentes,oculos,manus abstinere.

Manus in iudicio. Cicer.2.Verr. Abstineant in hoc iudicio manus, animósque ab hoc scelere nefario. Hoc est, se abstineant ab hoc iudicio corrumpendo.

Manum à se aut ab alio, interdum ad necem refertur. Cic.4.Tusc.Qui cùm interemisset Clytum familiarem suū, vix à se manus abstinuit. Hoc est,Vix se cohibuit quin sibi mortem consciscceret. Idem in Antonium, Nunquam profectò à me sacrilegas atque impias manus abstinebit.

Manum,sine vllo ablatiuo.Terent.Adelph.5.2,

Non manum abstines mastigia?

Abstinere me manum,figuratè dictum,pro à me. Plaut.Rud.11, Potin' vt me abstineas manum? Non absimile est illud Liuij in ipso statim totius operis initio, Iam primum omnium satis constat, &c. omne ius belli Achiuos abstinuisse.

Abstinere ignem ab æde, Liu.7.ab Vrbe. Sermonis compendium: pro, abstinere se ab ædis incendio,siue ab æde incendenda.

Abstinere bellum & vim ab aliquo. Liu.lib.8. ab Vrb.Cond. Denuntiatúmque Samnitibus, vt eorum populorum finibus vim abstinerent. Paulo pòst,Orare se Cõsulem,& bellū ab innoxio populo abstineat.

Et sine præpositione. Horat.2.Serm.satyr.3. -abstinuit vim

Vxore & gnato. Id est,ab vxore,&c.

Abstinere, in alio genere loquendi, licet manēte eadem constructione, significationéque.Lucanus lib.4,A trepido vix abstinet ira magistro. Pro eo quod est,ipse iratus vix abstinet.Et est hypallage.

Abstinere, cum infinitiuo. Plautus Curcul. 4, Dum mihi abstineant inuidere.

Abstinere quominus,pro quin.Suet.de clar.Gram.Vt ne clarissimi quidem viri abstinuerint,quominus & ipsi aliquid de ea scriberent.

Sunt & aliæ figuratæ, & minus vsitatæ per hoc verbum locutiones, de quibus authorum exempla hic subiecimus.

Abstinere irarum & rixæ, Horatio 3. carminum. E Græco expressum est {ἀπέχου τῆς ὀργῆς} nam Latino more dixisset Abstinere ab iris. Lambinus.

Abstinere aliquando accusatiuum habet rei à qua abstinetur. id quod est inusitatius. Vt, Abstinere gemitus,screatus &c. Terentius Heauton.1.3,

Gemitus,screatus,tussis,risus abstine.

Abstinere sermonem de re aliqua.Plaut.Mostell.8.

Abstinere,pro Arcere,prohibere.Plaut.Amphit.10,

Nunc quando factis me impudicis abstines:

Ab impu-

Ab impudicis dictis auorti volo. Hoc est,quoniam me prohibes ab impudicitia. Liuius, Dec.1.lib.8,de Alexandro Epeirensi,Romano bello fortuna Alexandrum magnum abstinuit.

Abstinere,pro separare, & (quod dicunt) excommunicare. Cyprianus lib.1.epist.11,ad Pomponium, Consulte & cum vigore fecisti frater charissime,abstinendo diaconum qui cum virgine sæpe mansit.

Abstinetur,passiuum in tertiis personis.Cic.6.Ver. Nihil ægrius factum est multo labore meo,quàm vt manus ab illo appellatore abstineren tur.Colum.lib.7.cap.10, Totus grex tecto clauditur stabulo, atque vno die abstinetur potione & pabulo.

Infinitiuus passiuus.Colum.lib.6. cap.9, Febricitanti boui conuenit abstineri vno die.

Abstinetur (ἀπέχεται) impersonale. Plin.lib.26.cap.12. Lichen herba si cùm sumitur,cætero olere abstineatur. Liu.5.ab Vrbe, Dictator præcones edicere iubet,vt ab inermi abstineatur.

Abstentus (ἀποχωρηθείς) particip.ab Abstineor.Id est,separatus & excommunicatus.Cyprian.lib.1, epist.3.ad Cornelium,Quo in mendacio suo posteaquam quinque solis conuenientibus naufragis, & à nobis abstentis,detecti sunt atque confusi,Romam cum mendaciorum suorum merce nauigauerunt. Et in expositione orationis Dominicæ, Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus,& eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus,intercedente aliquo grauiore delicto,dum abstenti & non communicátes à cœlesti pane prohibemur,à Christi corpore separemur. ¶ Abstentus etiã dicitur à iurisconsultis, qui tutoris authoritate ab adeunda hereditate est reuocatus Scæuol.in l.penul.D.de auct.tutor. An secúdum hæc acta adolescens à bonis paternis abstentus sit: respondi,proponi abstentum. Hotomanus in suo Lexico.

Abstinens,pen.breui,abstinentis (ἐγκρατὴς,ἀπεχόμενος) nomen ex participio.Plin.Iunior,epist.94,Homo est alieni abstinentissimus. Horat. 4.carm.Abstinens ducentis ad se cuncta pecuniæ.

Homo mirificè abstinens.Cic.lib.5.ad Attic.

Homo abstinens præ cæteris.Cic.Attic.lib.5.

Oculi abstinentes. Cic.lib.1. Offic. At enim Prætorem,Sophocle, decet non solùm manus,sed etiam oculos abstinentes habere.

Abstinentissimus rebus Venereis.Colum.lib.11.cap.4.

Abstinendus (ἀφεκτέος) Colum.lib.6. cap.7,Prohibendus erit bos potione per triduum,primóq; die cibo abstinendus. Idem lib.8.ca.5,Quibus scilicet cibis abstinendæ sunt aues.

Abstinentia,abstinentiæ (ἐγκράτεια,ἀποχὴ) deriuatũ nomen ab abstinens. Virtus cui opponitur Rapacitas:& sic differt à continentia, teste Val la:Est enim hæc cùm à voluptatibus nos continemus.Abstinentia autem,cùm abstinemus ab alienis,nulli vim inferentes,nihil cuipiã eripientes.Est igitur abstinentia in viro innocente, continentia in temperante.Cic.5.ad Attic.Sic in prouincia nos gerimus, quòd ad abstinentiã attinet,vt nullus teruntius insumatur in quenquam. Idem 2. Offic.Nulla autem re cóciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ij qui reip.præsunt,quàm abstinentia & cótinentia. Quintil. lib.5.ca.10, Si continentia,virtus:vtique & abstinẽtia.Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur, vt apud Valer. Max.titulus est De abstinentia & continentia:vbi harum virtutũ exempla promiscua sunt.

Abstinentia mitigare febrem.Quintil.Lib.2.cap.17.

Abstinentiam summã præstare.Quin.de officio præceptoris,lib.2.cap.2.

Abstinentia vini,abstinentia cœnæ.Plinius libro vigesimoquinto,capite quinto,Corpus septem diebus antè præparandum cibis acribus, abstinentia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abstinentia.

Abstinenter,aduerbium qualitatis (ἐγκρατῶς) Cic.in Sall. Posteaquam Prætor est factus,modestè se gessit,& abstinenter.

Absto abstas,absteti (ἀφίσταμαι) penult.correp. Disto,longè sto.Horatius in Arte poet.

> Vt pictura poesis erit:quæ,si propius stes,
> Te capiet magis:& quædam,si longius abstes.

Abstit, pro abstitit legit Priscianus apud Ouidium lib. 11. Metamorph. Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet abstit. In editis tamen legitur, Absit.

Abstorqueo, abstorques (ἀποστρέφω) Torquendo aufero.Verbum non perinde frequens.

Abstraho,abstrahis,pen.corr.abstraxi,abstractum, (ἀποσπάω,ἀφέλκω) abstrahere,Ex abs,& traho compositum:Propriè à loco trahere.Hoc est,violenter abducere:vt, abstraxit eum ab ædibus. Construitur autem frequentius cum ablatiuo & præpositione à vel ab, aut cum aduerbio loco eius ablatiui. Terent.Adel.5.3,

> -& istam psaltriam
> Vna illuc mecum hinc abstraham. Vbi Donatus, Mecum hinc

abstraham:non abducam,sed quod est sæuientus,abstraham.

Ab impetu abstrahere.Cicer. 3.Philipp.Ab hoc impetu abstractus consilio & copiis Cæsaris.

Abstrahere copias ab aliquo.Plancus Cic.lib.10. 18, Siquas copias à Lepido abstraxissent.

Abstrahere & auocare.Cic.pro Archia,Vt ab illis nullo me vnquã tempore aut commodum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit.

Abstrahere à malis,à bonis. Cic.1.Tuscul. Mors nos à malis,non à bonis abstraxisset.

A disciplina.Cic.lib.4.Acad.

Ciuitatem à seruitio.Cic.Bruto.16 16.

A conspectu.Cic.3.de Orat. Atque in altum à conspectu pene omnium abstraxit.

Ab exercitatione & consuetudine. Cicer.1. de Orat. Deinde illud etiam verendum est, ne abstrahamur ab hac exercitatione & consuetudine dicendi populari & forensi.

A ratione. Cicer.4 Tuscul. Animus concitatus & abstractus ab integra certáq; ratione,non cõstantiam solùm amittit,verumetiã sanitatem.

A rebus gerendis.Cic.de Senect.A rebus gerendis senectus abstrahit?

A sensu mentis.Cic.lib.1.de Diuinat.Sæpe vidi in Æsopo tantum ardorem vultuum atque motuum, vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur.

Abstrahere se à corpore.Cic.in somnio Scipionis, Idque ocyus faciet, si iam tum cùm erit inclusus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans,quàm maximè se à corpore abstrahet.

A solicitudine.Cic.pro Deiotaro, Non dubito quin tuis literis, quas ad eum Tarracone huic Blesamio dedisti,se magis etiam erexerit, ab omníque solicitudine abstraxerit.

Abstrahere de complexu. Cic.pro Fonteio, Num etiam de matris hunc complexu lectissimæ,miserrimæq; fœminæ vobis inspectantibus auellet atque abstrahet?

E sinu & gremio.Cic.pro Cælio,Cùm Qu.Metellus abstraheretur è sinu gremióque patriæ.

Ex amplissimorum virorum comitatu.Cicer.pro Sylla,Quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimorũ me vnum abstrahas.

Ad bellicas laudes.Cic.in Bruto,Pompeius vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset,nisi eum maioris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset.

In seruitutem,Quod & abripere in seruitutem dicitur. Cæs.7.bell.Gall. Bona ciuium Rom. diripiunt, cædes faciunt, in seruitutem abstrahunt. Sic,In seruitium,apud Liuium 8.bel.Maced.

Abstractus,participium, (ἀποσπασθείς) Stat.lib.1.Achil.

> -ipsi mihi sæpe queruntur
> Centauri,raptásque domos,abstractásque coràm
> Armenta. Cic.4.Tusc.quæst.Animus concitatus,& abstractus

ab integra certáque ratione,non constantiam solùm amittit, verumetiam sanitatem.

Abstractum (τὸ ἀφῃρημένον) Id dicitur quod ab alio trahitur. Definitur autem à logicis hoc modo, quod significat formam aliquam cum exclusione subiecti,vt albedo. Contrarium eius est Concretum:quod significat eandem formam cum hærẽtibus subiecti, vt album.Et hæc aliter dicuntur Denominans, & Denominatiuum, vt est apud Arist. in antepræd.

Abstringo,abstringis,abstrinxi,abstrictum (ἀποσφίγγω) abstringere, Soluere:contrarium sui simplicis Stringo.Liu.3. Decad.lib.4,Tanquã laxaret elatũ pedem abstricto modo. Sigonius legit,ab stricto nodo.

Abstrudo,abstrudis,pen.longa, abstrusi,abstrusum, (ἀποκρύπτω) abstrudere,Abscondere,occultare,abdere. Virg.6.Æneid.

> -quærit pars semina flammæ
> Abstrusa in venis silicis. Vbi Seruius, Abstrudere, est de-industria celare.

Abstrudere penitus in.Cic.4. Academ.Naturam accusa,quæ in profundo veritatem (vt ait Democritus) penitus abstruserit.

Abstrudere foris.Plaut.Aul.2.6,Auro formidat Euclio,abstrudit foris.

Abstrudere se in syluam.Cicer. Attic.Lib.12. Quùmque mane me in syluam abstrusi densam & asperam.Pro abdidi.

Abstrudere se i ter aliqua.Tacit.lib.4.

Abstrudere thesaurum, pro abdere & in terram defodere. Plaut.Aul.16.

Abstrudere tristitiam. Tacit.lib.3.

Abstrusus,sa,sum,nomen ex participio (ἀπόκρυφος) Vnde abstrusæ insidiæ.Id est penitus latentes & valde occultæ.Cic.pro lege Agraria,Patefacio vobis quas isti penitus abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn.Pompeij dignitatem.

Abstrusus homo, Qui suum secretũ magnopere celat. Tacit. Ann.lib.1. Ratio.Claudian.Paneg.8.

Animi dolor. Cicero pro Domo sua,Reconditus & penitus abstrusus animi dolor.

Incendium abstrusum.Paterc.lib.2.in fi. Quàm diu abstruso (quod miserrimum est) pectus eius flagrauit incendio, quòd ex nuru,quòd ex nepote dolere,indignari coactus est.

Abstrusus cum datiuo. Paterc.lib.2.in fin.Qua vi consiliorum suorum, Maroboduum inhærentem occupati regni finibus, velut serpentem abstrusum terræ,salubribus consiliorũ suorum medicamentis coëgit egredi?

Abstuli,præteritum ab Aufero. Vide AVFERO.

Absum,abes,priore breui,absui (ἄπειμι) abesse, Absentem esse. Cui contrarium est Adesse.

Abesse vsitatius construitur cum præpositione A vel Ab.& ablatiuo,qui aut locum,aut personam, aut rem aliam significet: sed pro ablatiuo sæpe additur aduerbium de loco: vt, Aberat illinc: pro,ab illo loco. Memineris igitur eiusmodi aut ablatiuum, aut aduerbium quoties deerit,in hoc verbo subaudiẽdum esse,quicquid significet. Interdum tamen vertitur hic ablatiuus in datiuum. Ouid.epist.9,Vir mihi semper abest,pro à me. Vide paulo pòst Abesse, pro Deesse.

Abesse à signis.Plin.Iunior.epist.139.

Vrbe,domo,&c.vel Abesse ab vrbe,ab domo,&c.Cicero Torquato lib. 6,Aut quòd absim ab vrbe, vt qui ad te proficiscantur,scire non possim.Cic.6.Verr.Abesse ab domo paulisper maluit.

Abesse,absolutè positũ,absque ablatiuo aut aduerbio loci. Plaut. Stich, 14.Id abest,aliud nihil abest. Virg.Æn.1, Vnus abest.

Abesse in altercationibus. Cicero Attico lib. 4, Ergo vt sit rata, absuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero nõ molestè, Pro, non interfuisse dum fierent altercationes.

Abesse & longè disiunctum esse.Cic.in Topic.Extrinsecus ea ducuntur, quæ absunt,longéque disiuncta sunt.

Abesse tres menses.Terent.Heaut.1.1.

Abesse magnã partem temporis alicuius. Cic. in epist. Absui magnam partem consulatus tui.

Spatio,transitu,passibus,&c.Plancus Cic.lib.10.17,Ventidius bidui spatio abest ab eo.

Abesse bidui à castris.Cicero Attico lib. 5,Cùm in castra proficiscerer:à quibus aberam bidui.Sub itinere,spatio,via.

Aliquot millia passuum,spatium,iter,viam,&c.Cæsar 5.bell.Gall.cuius hyberna aberant ab eo millia passuum xxv. Cic. Reliquæque legiones magnum spatium abessent. Idem, Cùm paucorum dierum iter abesset. Idem pro Plancio,Qui cùm abessent aliquot dierum viam,

Longè. Cic. de Senect. Cuius quidem ego villam contemplans (abest enim non longè à me) admirari satis non possum. Altissimè, Plinius libro 2. capite 16. Procul, Liuius 1. ab vrbe. Paulum, Cicero prima Academ.
Longius. Terent. Heaut. 2. 2. Ouid. 2. Metam.
Longè gentium abesse. Vide LONGVS.
Propius abesse. Cic. lib. 1. ad Attic. 1.
Abesse propius à morte, Propinquiorem esse morti. Cic. de Senect.
Abest hinc à nobis. Plaut. Merc. 22.
Multum abest ab iis: Id est, Longè est inferior. Cic. in Brut.
Ab eo plurimum absum. Cic. 3. de finib.
Vnde longè absum. Cic. in Bruto.
Abesse, pro deesse, cum ablatiua præpositione, aut aduerbio loco ablatiui, aut etiam datiuo. Cic. pro Rosc. Amer. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? Cic. pro Corn. Balbo, Quid abest huic homini, quod si adesset, iure hoc & tribui & concedi putaremus? Varr. 2. de Re rust. cap. 2, Et si cui vetustate dentes absunt.
Abest huic de. Cic. 1. de Orat. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Id est, deesse.
Abesse, pro alienum esse, vel carere, siue immunem esse: vt, Abesse à contentione. Cic. Attic. lib. 10.
Abesse ab auribus. Cicero pro C. Rabirio, Et nomen ipsum crucis absit non modò à corpore ciuium Rom. sed etiam à cogitatione, oculis, auribus.
A bello. Cic. 10. Philippic. Tantum autem aberat à bello, vt quum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit ciuium studiis potius, quàm eos in armorum discrimen adduceret. Id est, animum habebat à bello alienum.
A cogitatione, Vide ABESSE ab auribus.
A consilio fugiendi. Cic. lib. 8. ad Att.
A contentione. Cic. Attic. lib. 10, Neque honestius reperies quicquam quàm ab omni contentione abesse.
A corpore. Vide AB auribus.
A crimine. Cic. pro Roscio Amerino.
Abest mea culpa. Cic. ad Cornificium, lib. 12. epist. 22, Ego certè reipub. non deero: & quicquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram.
A culpa abesse aliquem. Cicero pro Roscio Amerino, Innocens est quispiam: verumtamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret.
Abest fortuna à culpa. Cic. ad Torquatum lib. 6. epist. 2, Intelliges ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit à culpa. Difficultates. Cic. 4. ad Heren. Absunt à nobis omnes hæ difficultates.
Ab insania. Cic. 3. Tuscul. Non multum abest ab insania.
Insidię. Oui. 3. de Arte amād. Adde quòd insidiæ sacris à vatibus absunt.
A laude. Cicero 8. ad Attic. Quum & illi ciues optimi sint, & ego ab ista laude non absim.
A spe consulatus. Cic. 2. Offic. C. Marius quum à spe consulatus longè abesset, & iam septimum annum post præturam iaceret, &c. Id est, Quum parum speraret consulatum.
Absit, pro sit procul. Cic. 2. de Offic. Vt illiberalitatis auaritiæque absit suspicio. Martial. lib. 1, Absit à iocorum nostrorum simplicitate malignus interpres.
Longè abest vt. Cicer. 4. Academ. Næ ille longè aberit vt argumentis credat philosophorum. Quasi tu dicas, Longè alienus erit ab ea credulitate vel persuasione.
Non longè abest quin. Cic. Attic. lib. 9, Aberit non longè, quin hoc à me decerni velit.
Abesse non potest quin. Cic. in Orat. Abesse non potest quin eiusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet.
Nihil abest quin. Vide NIHIL.
Abesse alicui. Cic. pro P. Sylla, Vt mirari Torquatus desinat me, qui Antronio abfuerim, Syllam defendere.
Absit verbo inuidia: modus loquēdi apud veteres, quum quid erant dicturi quod arrogans videri posset. Liu. lib. 9. ab Vrb. Cond. Absit verbo inuidia, & ciuilia bella sileant.
Abesse, verbum relatiuum est. Cùm enim aliquem abesse dicimus, locum simul vnde abest cogitatione comprehendimus. Itaque & absentem eum esse dicimus qui in Iure non est. Id est, qui ad tribunal Prætoris non est quamuis in foro sit. L. 4. §. Prætor ait. D. de damno infecto.
Abesse res dicitur non modò quæ in rerum natura non est, cuiúsve pretium domino abest, sed etiam ea cuius corpus manet, forma mutata est. Hinc Paulus ita scribit in L. 14. D. de verborum significat. Si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit: veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item, si eam dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.
Tantum abest, Vide TANTVM. Brutus Cic. lib. 11. 10, Tantum abest, vt meę rei familiaris liberum sit quicquam, vt meos iam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.
Abesse, interdū diuiditur in partes duas. Cæsar, Qui erat ab oppido millia passuum circiter tria. Pro, aberat.
Præsens abest. Paræmia est, in eum dici solita qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata. Vide plura apud Erasmum.
Absens, absentis {ἀπών} participiū à verbo absum, Qui non adest vbi adesse solet, aut desideratur. Vlp. in l. Absentem D. de verb. sig. Absentem accipimus eum, qui non est in eo loco in quo petitur: non enim trans mare absentem desideramus: & si fortè extra continentiam vrbis sit, abest. Terent. Heaut. 2, Vereor ne me absente mulier hic corrupta sit.
Absente nobis, figurata & antiqua locutio: pro eo quod est, nobis absentibus. Quod Priscianus libro de constructione, more Attico dictū esse probat. Plautus Amph. 8, Si in actione hanc absente nobis inuenerit puer? Terent. Eunu. 4. 3, Nescio quid profectò absente nobis turbatū est domi. Vbi Donatus: Aut distinguendū est, & subaudiendum (me) aut ἀρχαϊσμὸς figura est, absente nobis, pro nobis absentibus. Idē paulò pòst: Cùm sic dicit, pro præpositione ponit Absente, ac si diceret, coram amicis.
Absens locus dicitur in quo quis non est. Horat. 2. Serm. sat. 7,
Romæ rus optas, absentem rusticus vrbem
Tollis ad astra leuis. Pro tu absens ab ipsa vrbe. hypallage. Idem lib. 1. epist. 11, Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.
Venti absentes. Stat. 5. Theb.
-ventisque absentibus Ægon
Motus, & ingenti percussit littora Ponto. Ægon. Id est, mare Ægæum. Lactantius.
Absentia, absentium, pro rebus futuris vsurpat Cicero in epist. ad Octauium. cùm scribit: Et absentium sensus significatio. Iam enim de præsentibus & præteritis erat locutus. Turnebus.
Absuturus, penult. prod. participium, Qui aberit, vel deerit. Cic. ad Qu. Fratr. lib. 1, epist. 1. Simul & illud Asia cogitet, nullam à se neque belli externi, neque domesticarum discordiarum calamitatem absuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur.
Absentia, absentiæ {ἀπουσία} sicut præsentia, præsentiæ dicimus. Seneca ad Lucilium, Æquo animo ferre debemus absentiam.
Absento, absentas, absentaui, absentare {ἀποξενόω} Ablegare. Claud. de rapt. Proserpinæ lib. 3,
Et dura de matre queri, quæ tale recessu
Maluerit damnare decus, vetitámque deorum
Colloquio, patriis procul absentauit astris.
Absentaneus, Adiectiuum, Quod in absentia fit. Verbum infrequens.
Absumo, absumis, penult. longa, absumpsi, absumptum {καταναλίσκω, ἀπολλύω} absumere, Omnino consumere vel abolere.
Absumere animam letho. Virg. 3. Æneid.
Argentum. Plaut. Mostel. 16.
Diem. Liuius 10. bell. Punic.
Absumpsit domos incendium. Plin. Iunior epist. 250.
Absumere reliquias pugnæ. Liuius 5. ab Vrb. Cond.
Tempus. Cicero pro Quintio
Vinum. Terent. Heaut. 3. 1.
Absumpsit illuuies maiorem partem Syriæ. Id est, aquis immersit, inundauit. Iustinus. Dicimus autem reciprocè. Incendium absumpsit domos, &, Domus absumptæ sunt incendio. sic de similibus.
Absumi re aliqua, vt fame, Liu. 1. bel. Pun. Clade, Cic. 2. Tusul. Cura. Terent. Phor. 2. 2.
Absumi in. Plin. lib. 11. cap. 37, Qui putant dentes in cornua absumi, facile coarguuntur ceruarum natura.
Absumpti sumus, pro periimus, actum est de nobis. Plautus Mostell. 6. Virgil. Æneid. 1,
Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrûm
Pontus habet Libyæ. Sub. est: Id est, si periit nobis.
Absumptus fato. Val. Max. lib. 4. cap. 6. vbi de Artemisia.
Morte fortuita absumptus. Tacit. Annal. lib. 2.
Absumptus nouo genere mortis. Val. Max. lib. 4. cap. 6. de Portia.
Absumptio, absumptionis. Verb. Vlpian. in l. Hoc Senatusconsultum. D. de vsufr. ear. rer. quę vs. consi. Vel cęterę res, quę in absumptione sunt.
Absumedo, absumedinis, f. g. Cōsumptio, à verbo Absumo. Plaut. Capt.
Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!
Quanta sumini absumedo!
Absurdus, adiectiuum {ἄτοπος, ἄλογος} propriè significat auditu alienum, siue alienum ab auribus: sed vsitatius ad animum transfertur. Absonum, quod omnium mentes aspernantur ac respuunt. Cic. pro Rosc. Comœdo, Fraudauit Roscius. Est hoc quidē auribus, animisq; hominum absurdum. Idem 8. Philip.
Ineptum atque absurdum. Terent. Adel. 3. 3, -vostram nequeo mirari satis Rationem. s. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque Absurda.
Ineruditum & absurdum. Cic. 4. Acad. Modò nequis illud tam ineruditum absurdúmque respondeat.
Absurdum atque alienum à vita mea. Terent. Adel. 5. 8.
Absona extra modum & absurda vox. Cic. 3. de Orat.
Incredibile & absurdum. Cic. pro Sylla, Iam verò illud quàm incredibile, quàm absurdum, qui Romæ, &c.
Absurda res est. Cic. pro Corn. Balbo.
Ingenium. Tacit. lib. 13.
Sonus. Cic. 1. de Diuin. Absurdóque sono fontes & stagna cietis.
Vir. Cic. 2. de Orat. Sin planè abhorrebit, & erit absurdus: vt se cōtineat, aut ad aliud studium transferat, admonebo.
Subabsurdum tempus discessus. Cic. lib. 16. ad Att. Mouet etiam nauigationis labor, alienus non ab ætate solùm nostra, verùm etiam à dignitate tempúsque discessus subabsurdum.
Absurdum est, cum infinitiuo. Cic de prouin. consul. Nam & non fortiri, absurdum est: & quod sortitus sis, non habere.
Absurdè, aduerbium qualitatis {ἀτόπως} vt, Absurdè aliquid dicere aut facere, quasi ineptè & repugnanter. Cic. 2. de finib. Idque si ita dicit, nō esse reprehendendos luxuriosos: si sapientes sint, dicit absurdè. Idem 2. de Diuin. Sed nescio quomodo nihil tam absurdè dici potest, quod non dicatur ab aliquo philosophorum. Plaut. Epid. 7. 6, Absurdè facis, qui angas te animi.
ABSVS, fluuius. Vide ABIS.
Absynthium {ἀψίνθιον} alij absinthium scribunt, ab ἀψίνθιον quod tangendo dicimus, ex aduerso nomen Græci deflexerunt: quòd nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. Veteres Graiæ familię comici Apinthion quoque conformi etymo, quasi impotabilem, pronuntiarunt: quòd hanc nemo ob insignem amarorem possit ebibere. Hinc Latini absynthiū vsurparunt, pro re quæ parum allatura sit voluptatis, non tamen propter commoditatem respuenda. Sic verebatur Fabius Quintilianus, ne liber suus parum mellis & absynthij multū habere videretur, essétque salubrior studiis quàm dulcior. Sic aloen pro amaro, quòd à palato paucam inferet gratiam, Iuuenalis

Iuuenalis protulit inquiens, Plus aloes quàm mellis habet. Ex Ruellio. Vide Plin.lib.27.cap.7.

Absynthium marinum { ἀψίνθιον θαλάσσιον } Est absynthij genus, abrotoni parui similitudine, refertum minutis seminibus, subamarum, & stomacho inimicum, grauiter olens, & cum quadam calfactione astringens. Hoc & Seriphium à nonnullis appellatur: de quo sic scribit Plinius libro 27. cap. 7, Est & Absynthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taposiri Ægypti. Huius semen Isiaci præferre solenne habent. Hodie semẽ lumbricorum vocant. Gallicè, *La mort aux vers.*

Absynthium Ponticum { ἀψίνθιον ποντικόν } Idem est cum absynthio vulgari, siue propriè dicto. Nomen habet à Ponto Asiæ regione, in qua tanta copia prouenit, vt pecora illo pinguescãt, & sine felle inueniantur. Plin.lib.27.cap.7.

Absynthium rusticum { ἀψίνθιον ἄγροικον } Idem quod Absynthium vulgare, siue Ponticum.

Absynthium Santonium { ἀψίνθιον σαντονικόν } absynthij species est copiosissimè proueniens apud Santones, Galliæ populos, vulgari absynthio non dissimilis, semine tamen non æque fœcunda. Easdem vires habet quas Seriphium. Plin.lib.27.cap.7.

Absynthia cana. Ouid.5. Trist.

Absynthia tetra. Id est, tetri odoris. Lucret.lib.1.

Absynthia tristia. Ouid.3 de Ponto.

Absynthius, genere masculino. Var. Quinquatribus, Quid medico mihi est opus, nempe tuo, absynthium vt bibam grauem, & castoreum, leuémque robur. Ex Nonio.

Absynthites, absynthitæ, penultima producta, masculini generis { ἀψινθίτης } sed figuratè neutro iungitur: & est vinum factitium ex absynthio. Columella libro duodecimo, capite trigesimoquinto, Vinum absynthiten, & hyssopiten, & abrotoniten sic condire oportet. Sic Plin.lib.23. cap.1.

ABSYNTHVS vel ABSINTHVS { ἄψινθος ἢ ἀψινθός } (vtroque enim modo scribitur, teste Stephano) Vrbs est Thraciæ, cuius incolæ dicuntur Absynthij, ἀψίνθιοι, quorum meminit Herodot.lib.6.

ABSYRTIDES { ἀψυρτίδες } Insulæ sunt in Adriatico mari, Illirico adiacentes, à fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Absyrto, sic appellatæ. Plinius lib.3.cap.26. & Strab.lib.7.

ABSYRTIVM { ἀψύρτιον } Insula est maris Adriatici, non procul ab Issa. Plin.lib.3.cap.21.

ABSYRTVS { ἄψυρτος } filius Æetæ regis Colchorum, alio nomine Ægialeus, quem soror eius Medea sequens Iasonem, lacerauit: vt sic retardaret patrem volentem eam retrahere à fuga. Huius meminit Cicero libro tertio de Natura deorum. Fabulam describit Ouidius 3. Trist. Eleg.9.

ABSYRTVS { ἄψυρτος } Illyrici fluuius, in mare Adriaticum se exonerans. Lucanus libro 3, Et cadit Adriacas spumans absyrtus in vndas. ¶ Fuit insuper ABSYRTVS, teste Suida, Nicomediensis quidam miles, qui cum sub Constantino ad Istrum militaret, librum vtilissimum scripsit de medicandis equis, & de cura animalium, cúmque pulcherrimum & emendatissimum habet Antonius Viceecomes Mediolanensis.

A B V

ABVDIACVM { ἀβουδιακόν } Vrbs est Germaniæ, non procul ab Augusta Vindelicorum, Ptolemæo.

Abuerto abuertis, abuerti, abuersum { ἀποτρέπω } abuertere, pro auertere. Plaut. Ab saxo abuerti fluctus, ad littus scapham.

ABVLA, Vrbs Hispaniæ, Ptolemæo.

Abundo abundas { περισσεύω, βρύω } abundare, Affluere re aliqua, & tam de bonis rebus quàm de malis dicitur: nec solùm ad res corporeas, sed etiam incorporeas pertinet: vt, Abundare argento, ingenio, vitiis. Nonius, Abundare, supra modũ aliquid esse scribit. Tractum ex amnibus, qui quoties augentur imbribus, maioribus & crebris vndis eriguntur. Virg. Georg.1. Præsertim incertis si mensibus amnis abundans. Cic. de Senect. Villáque tota locuples est: abundat porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caseo, melle.

Abundare, pro Diuitem esse. Cicero lib.1. ad Attic. 3 Caietam, si quando abundare cœpero, ornabo. Idem de Amicitia, Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius dictu est) mortui viuunt.

Abundare & Deficere, contraria. Cic. pro Cluentio.

Abundare & Egere, contraria. Cic. 2. Officiorum, Iam verò & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus inuectio, certè nulla esset, nisi his muneribus fungerentur.

Abundare & Deesse, contraria. Cic. lib.1. de Diuinat. Siue deest naturæ quippiam, siue abundat atque effluit.

Circunfluere atque abundare. Cicer. 5. Verr. Istum rebus omnibus vndique ereptis impune eludentem circunfluere atque abundare?

Abundare atque effluere. Cicero lib. 1. de Diuinat. Quorum vtrunque perstringere aciem mentis solet, siue deest naturæ quidpiã, siue abundat atque effluit.

Abundare in re aliqua. Cicero 3. de Legibus, Theophrastus verò institutus ab Aristotele, abundauit, vt scitis, in eo genere rerum.

Abundare audacia. Cic. pro Cluent.

Amore. Terent. Phorm.1.3.

Æqualium familiaritatibus & consuetudine propinquorum. Cicero 5. Tusculan.

Copia frumenti. Cæs. 8. bell. Gall.

Abundat amor barbarie. Ouid.2. de Arte amand.

Abundare diuitiis, Terentius in Heauton. 3. 1. Doctrina & ingenio, Cicero tertio de Oratore. Honoribus, Cicer. 10. epist. 10. Ira, Ouidius 6. epist. Lætitia, Plaut. Stich.5.6. Bellicis laudibus, Cicero primo Officiorum. Otio, Idem 7. epistol.1. Præceptis philosophiæ, Idem 1. Offic. Rebus, Idem 4. de finibus. Opibus fandi, Id est, eloquentia. Stat.1. Syl.4.

Abundare sapientia. Cicero in Pisonem.

Venere. Plinius libro 11. cap.37.

Virtutibus. Plinius Iunior lib.1. epist.17.

Vitiis. Quintil. Abundat dulcibus vitiis de Senecæ oratione.

Abundat domus caligine. Ouid.2. Metam.

Abundare, absolutè positum. Virgilius Georgic. 4, Rursus abundabat fluidus liquor. Plinius lib.14, in procemio, abundabant & præmia & opera vitæ.

Abundat fons in omnem partem. Plin.lib.18.cap.22.

Abundare cum genitiuo. Lucilius, Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Ex Nonio.

Abundare, cum accusatiuo. Neratius in l. Si fundum. D. Mandati, Sic tua pars coarctabitur, vt non abundet mandati quantitatem. Id est, non superet, non excedat. Sic habent Haloander & Pandectæ Horentinæ.

Inter Abundare & Redundare hæc est differentia. Abundat, non quod superfluum est, sed quod est copiosum & cumulatum. Redũdat, quod superuacaneum est.

Abundans { ἀφθονῶν, περισσεύων } participium, siue nomen ex participio: vt Priscianus lib.18, Abundans illius rei, nomen est. Nam participium ablatiuo, quo modo & verbum eius, coniungitur. Virgilius in Bucolic.

> Quàm diues pecoris, niuei quàm lactis abundans.

Cicero pro Cornelio, Quis tam abundans copiis?

Abundans & Inops, contraria. Cic. in Bruto, Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non planè horrida oratio.

Abundans homo. Cic. 2. Philip. Multa & lauta supellex, & magnifica multis locis: non illa quidem luxuriosi hominis, sed abundantis.

Ingenio, doctrina, otio & studio abundans. Cicero primo de Oratore, Græci homines non solùm ingenio & doctrina, sed etiam otio studióque abundantes.

> Latum abundans. Claudian. de bello Getico,
> Semper ab his famæ petiere insignia bellis,
> Exercere dabant, currus regúmque catenæ
> Inter abundantis fati ludibria ductæ.

Abundans pecunia, contrarium adesa. Cicero pro Quintio, Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia, sic dissolutus fuisset, vt fuit Sextus Neuius?

Abundantissimus. Cic. 2. de Orat. Longè eruditissimus Timæus, & rerum copia & sententiarum varietate abundantissimus.

Abundanti doctrina homo. Cicero 1. de Oratore, Excitabatur homo promptus ab homine abundanti doctrina, & quadam incredibili varietate rerum & copia.

Ex abundanti. Quintil. lib.4. cap. vlt. Egregiè vero Cic. pro Milone, insidiatorem primo Clodium ostenditurum addit ex abundanti, etiam si id non fuisset, talem tamen ciuem cum summa virtute interfectoris & gloria, necari potuisse.

Abundans corporis. Claudian. in Eutrop. libro 2, -abundans Corporis, exiguúsque animi.

Abundans pietatis. Claud. Paneg.7, -mitis precibus, pietatis abundãs, Pœnæ parcus erat.

Abundantia, tiæ, { εὐθηνία, περιουσία, περισσεία, ἀφθονία } Rei alicuius copia: vt, Abundantia ingenij. Cicero 1. Acad. Abundantia quadam ingenij præstabat.

Abundantia & copia. Cicer. de Amicit. Atque vbi suppeditans omnium rerum quas natura desyderat, abundantiam & copiam.

Abundantia amoris. Cicero lib. 1. epist. 9. Facis tu quidem abundantia quadam amoris.

Otij. Cic. lib.7. epist. epist.1.

Magna rerum aliquarum abundantia. Cic. 2. de Inuent.

Vbertas agrorum, abundantiáq; rerum omnium. Cic. contra Rullum.

Circunfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere. Cic. de Amicit.

Abundantiæ modo aliquid ducere. Tacitus in vita Agricolæ, Ludos & inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit, vti longè à luxuria, ita famæ propior. Hoc est, secundum mensuram rationis & suarum opum.

Abundantia fœminarum: Id est, menses, seu menstrua largius fluentia. Plin. lib.24. cap.11, Rhus fœminarum abundantiam sistit cibo. Et lib. 27. cap.12.

Abundatio, abundationis { πλήμμυρα } Verbale. Plin. lib.3. cap.16, Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

Abundanter, aduerbium qualitatis { περισσῶς } Copiosè, affatim, affluenter. Plin. lib.24. cap.9, Hæc fert in Ægypto, Syriáque etiam abundanter lignosum fructum. Idem libro 18. cap.18, Tanto tardius decedit, quanto abundantius creuit.

Copiosè & abundanter loqui. Cic. de Orat.

Satis abundanter. Cicero 3. ad Herenn. Ad omnem iudicialem causam quemadmodum conueniret inuentionem rerum accommodari, satis abundanter, vt arbitror, superioribus libris demonstratum est.

Abundantius & Angustius, contraria. Cic. in Topicis, Tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius.

Abundantius crescere. Plin. lib.18. cap.18.

Abundanter & Pressè dicere, contraria. Quintilianus libro 8. cap.3, Concitatè dicere an moderatè, lætè an seuere, abundanter an pressè, asperè an leniter.

Abundè { ἅλις } aduerbium quantitatis, deriuatum à verbo Abundo, teste Prisciano: Abundanter autem ab abundans.

Et est abundè, idem quod satis. Vnde satis abundanter dicimus: satis abundè, non item: nisi addita coniunctione: vt, Satis abundéque. Author Valla in Pogium. Plin. in præfa. 6, Abundè pulchrum & magnificum est. Sallust. in Iugurth. Abundè magna præsidia.

Abundè est, cum genitiuo. Virg. 7. Terrorum & fraudis abundè est. In hoc loquendi genere ipsum (abundè) figuratè pro nominatiuo ponitur, sicut & cùm dicimus, Satis est illi pecuniæ.

Abundè potentiæ gloriǽque adeptus. Suetonius in Cæs. dictatore, capite 86.

Abundè salis. Quint. lib.10. cap.1.

Abundè esse alicui. Id est, satis esse. Celsus lib.1. cap.3, Ergo huic abundè

est loco tepido demittere se.

Abunde est, sequente infinitiuo. Plin. Iunior, epist. 103, Sed vtrunque tam magnum est, vt abundè sit alterum efficere.

Abundè est, pro Sufficit, satis superque est, ait Budæus. Plin. Iunior, epist. 121, Abundè est si epistolæ sunt molestæ.

Abundè gratus. Ouid. 4. de Ponto, 8.

Abundè promittere. Lucret. lib. 3.

Abundè ratus. Tacit. lib. 18

Abundè satisfacere. Id est, affatim, largiter & copiosè. Cice. 2. de Diuin. Erit abundè satisfactum toti huic quæstioni.

Abundè, cum aliis verbis. Cic. de Senect. Etiam si non abundè potitur. Sic abundè tibi adsunt omnia: Pro copiosè suppetunt. Cic. ad Brut. 4. Abundè tracta ita est ratio, Plin. lib. 9. cap. 41.

Abundè, cum substantiuo nomine. Sallust. Iugurtha, Dein quòd parentes abundè habemus. Quasi tu dicas, satis parentum, vel satis multos parentes. Idem in oratione M. Tribuniplebis ad plebem: Cunctáque præsenti ignauia mutastis, abundè libertatem rati, quia tergis abstinetur: hoc est, rati satis esse libertatis, aut satis magnam libertatem. Sic abundè est arboribus altitudo quatuor pedum, Columel. lib. 2. cap. 2.

Abundus, adiectiuum. Gell. lib. 1. cap. 2, Lauacris nitidis & abúdis, & collucentibus. Hinc aduerbium Abundè, de quo antea.

Abuolo, abuolas, penult. corr. { ἀποπέτομαι } Volando discedo. Cic. 2. de finibus, Fluit igitur voluptas corporis, & prona quæque abuolat, sæpiúsque relinquit causas pœnitendi quàm recordandi. Alij legunt auolat.

Abvpvs, Britanniæ fluuius maximus, Ptolemæo.

Abvs { Ἄβος } Pars est montis Tauri supra Armeniam, ad viam qua itur versus Ecbatanâ. Vide Strabon. lib. 11. Est etiam Abus Ptolemæo, fluuius Britanniæ.

Abusio. Vide Abvtor.

Abusque { ἕως ἐκ } aduerbium modò tẽpus, modò locum significans: & est poetica vox, pro vsque ab. Plaut. Amphit. 4, Hæc illic est pugnata pugna abusque manè ad vesperum. Id est, à manè vsque ad vesperum. Virg. 7. Æneid. Siculo prospexit abusque Pachyno. Vbi Seruius, Abusque & adusque vsurpatiuè dicimus. Præpositio enim nec aduerbio iungitur, nec præpositioni. (Vsque) autem aut præpositio est, aut aduerbium. Idem sentit Diomedes.

Abusque, nonnunquam suo ablatiuo postponitur. Tacit. lib. 15, Animalia maris Oceano abusque petiuerat.

Abutonon { ἀβρότονον } Herba est Dioscoridi, quæ alio nomine Abrotonum vocatur. Vide Abrotonvm.

Abutor, penultima longa, abuteris, abusus, sum { καταχρῶμαι, καταχρήσομαι, κατακέχρημαι } abuti. Abuti, est valde vti. Sed etiam in bonam & pro simplici vti. Cicero 2. de Natura deorum, Nos Elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad vtilitatem nostram abutimur. Idem lib. 9. epi. 6, Quæ igitur studia magnorum hominum sententia, vacationem habent, eadem publici muneris, iis concedente repub. cur non abutamur? Similiter in bonam partem accipitur in Miloniana.

Abuti veteres hinc dixerunt, pro eo quod est vtendo consumere, conficere, extinguere, vt notauit Hotoman. in suo Lex. Et in hac significatione Cicero ablatiuo iungit. Vetustiores etiam accusatiuo. Cic. Ver. 3, Nisi omni tempore, quod mihi lege cõcessum est, abusus ero. Id est, Nisi omne tempus, quod mihi lex concessit, dicendo consumpsero. Cato de Re rustica, Linito vsque adeò donec omnẽ caseũ cum melle abusus eris. Plaut. in Trin. 10, Me qui abusus sum tantam rem patriam. Et ita Terentius dixit in prolog. Andriæ, Operam abuti in prologis scribundis, Pro collocare & consumere, quemadmodum rectè Turnebus contra receptam interpretationem annotauit.

Abuti veteres passiuè dixerunt pro Consumor. Varro apud Priscianum lib. 8, Vtile vtamur potius, quàm ab rege abutamur. Inde abusus participium in eadem significatione. Ibidem Hortensius, Abusis iam omnibus locis, κατακεχρημένων. Plaut. Asin. 5,

Vbi quæ dedi ante? c. abusa. In quem locum Nonius, Abusa, vtendo, vel in vsum consumpta.

Hinc abuti per metaphoram, pro male vti.

Abuti muliere. Terent. Phorm. 2. 3. Vbi donatus, Vtimur cum honore, Abutimur cum iniuria.

Abuti translatum ad res incorporeas: vt, Abuti alicuius patientia. Cicero in Catilin. 1, Quousque tandem abutère Catilina patientia nostra?

Abuti auribus alicuius. Plinius Iunior, epist. 150, Accedunt querelæ rusticorum, qui auribus meis post longum tempus suo iure abutuntur.

Immoderatè facilitate alicuius. Cicero ad Cassium libro 11, epist. 1, At enim ita decreuimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in rep plurimum: sed immoderatè quidam & ingratè nostra facilitate abutuntur.

Dominatione, Suet. in Cæsare

Festiuitatibus. Cice. in Orat. Gorgias autem auidior est generis eius, & his festiuitatibus insolentius abutitur.

Fortunis hominum ad cupiditatem. Cic. 7. Verr.

Gloria nominis. Cic. 4. Acad.

Ignoratione alicuius. Cicero pro Ligario, Paratus veneram, quum tu id neque per te scires, neque audire aliũde potuisses, vt ignoratione tua, ad hominis miseri salutem abuterer.

Legibus ad quæstum. Cic. pro Rosc. Amerino, Quid est aliud iudicio, ac legibus, ac maiestate vestra abuti ad quæstum, atque ad libidinem: nisi hoc modo accusare?

Nomine alieno ad suos quæstus. Cic. 5. Verr.

Otio & literis. Cicero 1. Tuscul. Fieri autem potest, vt rectè quis sentiat: & id quod sentit, politè eloqui non possit: sed mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis. Paterculus lib. 2. Sentium Saturninum, militarium officiorum patientem ac peritum: sed eundem, vbi negotia fecissent locum otio, liberaliter lautéque eo abutentem.

Regno & licentia ad omnia. Cic. 2. de Nat. deor.

Scelere & perfidia ad alicuius exitium. Cic. Att. lib. 3.

Sermone aliquo abuti pro mandatis. Id est, verba alicuius arripere, & ad alium tanquam ei mandatum sit deferre. Cicero Attico libro 7, Vt id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi fortè non dedit, & hic sermone aliquo arrepto, pro mandatis abusus sit. Id est, verba alicuius arripere, & ad alium tanquam ei mandatum sit, deferre.

Viribus corporis, Cicero. 1. de Inuent.

Abutendum se permittere. Sueton. in Galba, ca. 14, His diuerso vitiorum genere grassantibus, adeò se abutendum permisit & tradidit, vt vix sibi ipsi constaret. Hoc est, ita se permisit illorum arbitrio, vt pro libidine sua quiduis ei facilè persuaderent.

Abusio, Tropus est durior, qui κατάχρησις dicitur: de qua Cicero in oratione ad Brutum. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit, & abusionem, quam catachresin vocant: vt cùm minutum dicimus animum pro paruo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quòd delectat, vel quòd licet. De hac quoque meminit Fabius lib. 8. & 10, & lib. 3. cap. 3.

Abusus, huius abusus, penultima producta, masculini generis. { κατάχρησις. } Dicitur quum aliqua re per licentiam malè vtimur. ¶ Ponitur à Iurisconsultis pro consumptione, quemadmodum & verbum Abuti pro consumere, & vtendo perdere. Hinc eæ res in abusu, non vsu consistere dicuntur, quarum vsus nisi pereant, nullus est, siue quæ vtendo consumuntur. Vlpianus L. quinta, §. primo, D. de vsufructu earum rerum quæ vsu consum. Si pecuniæ vsusfructus, inquit, legatus sit, vel aliarum rerum, quæ in abusu consistunt, nec cautio interueniat: videndum est, an finito vsufructu, pecunia quæ data est, vel cæteræ res, quæ in absumptione sunt, condici possint. Cicero in Topicis, Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Vsus enim, non abusus legatus est. Vbi Boëthius, Vtimur iis, quæ nobis vtentibus permanent: iis verò abutimur, quæ nobis vtentibus pereunt.

Abusus, abusa, abusum, Adiectiuum nomen ex participio. Vide paulò ante in Abvtor.

Abusiuè, Aduerbium { καταχρηστικῶς } Quintilianus lib. 11. cap. 4, Nunc non abusiuè dispensatio est.

A B Y

Abydocomae, penult. correpta, { Ἀβυδοκόμαι } Dicuntur sycophantæ, à verbo κομᾶν, quod est efferri, & parum modestè se gerere. Hoc enim nomine malè audiebát Abydeni, quòd insignes calumniarum artifices essent. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 21.

Abydon, abydonos, penult. genit. prod. { Ἀβυδὼν } Regiuncula est Macedoniæ. Authores Suidas, & Stephanus.

Abydvs, y longa { Ἄβυδος } vrbs Asiæ à Milesiis condita ad Hellespontum sita, patria Leandri, cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari Hellespontiaco: de qua apud Virgilium libro primo Georgic. Pontus & Ostriferi fauces tentantur Abydi. Est itẽ Ægypti oppidum Memnonis regia & Osiris templo inclytum. Plinius libro 5. cap. 9.

Abydum ne temerè. Subaudiendum, nauiges. Ne quod graue periculum suscipias, sine causa idonea. Erasmus in prouerbiis, Ne temerè Abydum.

Abydos gemina. Appropinquantibus enim apparet gemina propter Sesti vicinitatem. Val. Flac. Argon.

Abydenus, adiectiuum, penul. prod. { Ἀβυδηνός. } Stat. 1. Syl. 2,

Vidi & Abydeni iuuenis certantia remis.

Brachia. Id est, Leandri. Idem 1. Achill. Littore Abydeno.

Abydeni à Philippo Macedonum rege graui obsidione pressi, omni spe salutis abiecta, in eam rabiem sunt accensi, vt se suásque vxores & liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis crudelissimè interficerent, ne in hostis venirent potestatem. Liuius Decad. 4. lib. 1.

Abydena illatio, vel Abydena bellaria, Prouerbium. Vide Erasmum in Adagiis.

Abydeni fama fuerunt parum secunda, quòd essent sycophantę, molles & effœminati. Pausan. ex Suid. Vide paulò ante in Abydocomae.

Abyla nonnullis per metathesim Alyba dicitur, Straboni lib. 3.

Abylyx. Dionysius Afer in libro De situ orbis mediam corripuit hoc versu: { Στῆλαι ἀλλὰ περὶ πυμάτην ... } De Abyla sic Plinius in libri tertij procemio: Proxima autẽ faucibus vtrinque impositi montes, coërcent claustra, Abyla Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ columnas eius dei vocant: creduntq; perfossas exclusa antea admisisse maria, & rerũ naturę mutasse faciem. Pomponius Mela libro primo, Deinde, inquit, est mons præaltus, ei quem ex aduerso Hispania attollit, obiectus. hunc Abylani, illum Calpen vocant, columnas Herculis vtrunque. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipsum iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atque ita exclusum antea mole montium oceanum, ad quæ nunc inundat, admissum. Strabo libro tertio, de columnis Herculis varias referens opiniones, Al-qui, ait, columnas Calpen & Abylycem opinati sunt, montem ex Africa procumbentem. Paulo pòst: At quidam alij columnas dici illas aiunt, quæ intra Herculis ædem in Gadibus existant. Sunt autem ex ære, cubitorum octo, in quibus construendi templi sumptus inscriptus est. Ad quas quum perueniant qui nauigationem absoluerint, Herculi sacra ferentes, à Deo se iuuari instruuntur, hic maris & terræ finem esse. Hunc verisimiliorem esse sermonem, etiam Posidonius arbitratur. Est & Abyla Syriæ oppidum. Plinius lib. 5. cap. 1.

Abyrtace { Ἀβυρτάκη } Apud Mediæ populos erat edulij genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, sinapi, aliísque nonnullis rebus confectum. Etym. author.

Abyrtacopœi { ἀβυρτακοποιοί } Dicuntur, qui eiusmodi esculenta parant. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 23.

Abyssus,

Abyssus, abyssi, fœm. gen. {ἄβυσσος} Aqua patens in immensam profunditatem: hoc est, quæ fundum non habet. In sacris literis.

A B Z

ABZOAE, pen. corr. populi sunt ad Oceanum Scythicum, Plinio teste lib. 6. cap. 13.

A C

Ac, coniunctio est copulatiua {καὶ} pro &, siue atque. Terent. And. 1,
-pudicè vitam, parcè ac duriter
Agebat. Ibidem, Lana ac tela victum quæritans.

Ac, pro his duabus particulis (idque) vel (& quidem.) Terent. Heaut. 4. 5, Faciam boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. Idem Eunuch. 5. 2, Amabo quid ais? cognoscitne? c. ac memoriter.

Ac, Etiam. Cicero pro Muræna, Ac de officio defensionis meæ, ac de ratione accusationis tuæ, fortasse etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac potius, loquendi genus per correctionem, Idem quod imò potius. Cic. Lentulo. lib. 1, Ego omni officio, ac potius pietate erga te, &c.

Ac non, pro nec. Terent. Adelph. 3. 3,
-nimium inter vos Demea,
Ac non quia ades præsens dico. Cic. pro Domo sua. Sit fanè hoc de nostris ædibus, ac nō de publicis templis. Vnum ostende verbum consecrationis in ipsa tua lege, si illa lex est, ac nō vox sceleris & crudelitatis tuæ.

Ac, in principio sententiarum, continuandi vim habet, pro autem. Cicero libro 1. de Orat. in proœm. Ac primò quidem totius rationis ignari, &c. Virgil. 1. Æneidos,
Ac primùm silici scintillam excudit Achates.

Ac, pro contra quàm, teste Donato. Terent. And. 5. 1, Et nescio quid ubi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

Ac, pro quàm, aut pro vt, ferè his dictionibus postponitur, æquè, aliter, alius, contra, iuxta, par, perinde, secus, & similibus. De quibus exempla in singulis eorum inuenies.

Ac si, ponitur pro quasi, perinde quasi, & tanquam si.

Iuxta ac si, Non secus ac si, Non aliter ac si, ponuntur pro, Non secus quàm, Non aliter quàm.

Ac, in compositione ponitur pro ad, mutatione c literæ in d: vt. Accedo, accipio, accolo: quæ tamen antiqui per d scribebant Adcedo, adcipio, adcolo, & similia. Non est igitur ex coniunctione, sed ex corrupta præpositione compositio eiusmodi.

A C A

ACA {ἄκη, siue ἄκα} ciuitas Phœnicum, quæ postea Ptolemais dicta est Strab. lib. 16. Plinio autem dicitur Ace, quæ quondam colonia fuit Claudij Cæsaris. lib. 5. cap. 19.

ACABE {ἀκαβὲ} mons est in finibus Ægypti Ptolemæo.

ACABIS {ἄκαβις} ciuitas est in Cyrenaica Aphricæ regione. Ptolem.

Acabo, penult. cor. animal multum valens vi medica, in desertis Arabiæ. Calep.

Acacalis {ἀκακαλίς} semen est fruticis in Ægypto nascentis, similitudinem cum fructu Tamaricis obtinens. Nomen frutici à nympha datum crediderim Acacali, quæ ab Apolline compressa Phylaciden & Phylandrum edidertit in Creta: miraculo ab Elyræis populis cōfito, nutritos à capra eos fuisse. cuius monumentum in Apollinis quoque Delphici delubro, vt author est Pausanias, monstrabatur. Apollonius poeta in Argonautico, Acacalim Minois regis filiam ab Apolline quidem vitiatam cecinit, sed quæ in Aphricam relegata, filium edidit nomine Amphithoon, qui & Garamas quoque vocaretur, Nasamonis & Caphauri pater, ex nympha Tritonide.

ACACESIVM, ἀκακήσιον Stephano, vrbs Arcadiæ, sic dicta ab Acaco Lycaonis filio, vt tradit Pausan. lib. 8.

Acacia, acaciæ {ἀκακία} genus spinæ est, teste Plinio, libro 24. cap. 12, cuius semen lenticulæ est simile, minore tantùm & grano & folliculo. Est & succus è spina illa expressus. Nunc acaciam ex syluestri pruno colligit officinarum desidia. Ruellius. Pharmacopolæ vocant Accac.e.

Acacia, acaciæ {ἀκακία, ας} Innocentia, simplicitas, animus ab omni terrore liber, in quo Democritus philosophus summum bonum constituebat. Cicero libro 5. de Finibus, Id enim ille summum bonum, euthymiam & sæpe acaciam appellat. Id est, animum terrore liberum.

ACACIVS {ἀκάκιος} Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir imprimis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. Vitam eius vide apud Suidam. ¶ Fuit præterea Acacius, Rhetor insignis, qui Libanij & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

Acacus, acaci {ἄκακος} Purus, simplex, apertus, non versutus. Dionysius ad Domophilum scribens, ostendit acacos esse, quibus aliorum mores non sunt formidolosi. Ex suo enim animo, alienum existimant animum: vt sit acacus, minimè malitiosus, aut suspiciosus.

Academia {ἀκαδημία} verti potest lauacrum, aut ciuitas. Dicitur etiam gymnasium Athenis, quia prope lauacrum positum, authore Hesychio. Diogenes tamen Laertius in vita Platonis, Academia, inquit, est lucus in suburbano nemorosus, à quodam heroe Academo nomine appellatus, sicut & Eupolis & Timon testantur. Antea per e tenue scribebatur Ecademia. Horatius libro 2. epist. 1. 2, Atque inter syluas Academi, quærere verum. Ibi cùm philosopharetur, studendi vsu, & discipulorum frequentia, morúmque celebritate insignis fuit. Vnde Academici philosophi. Cic. l. b. 1. Academ. Illi autem qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium locum, cœtus erant & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Plura in Academicis, & in principio libri 5. de Finibus. ¶ Academiam quæ arida prius fuerat, & inculta, Cimon irriguum lucum effecit, sua opera purissimis aluéis vmbrosisque deambulacris elaboratum. Plutarchus in vita Cimonis. Hic locus sex stadiis à Dipylo porta vrbis Atheniensium distabat, vt testatur Cic. lib. 5. de Finibus.

Academia volatica. Cicero ad Atticum libro 13, O Academiam volaticam & sui similem, modò huc, modò illuc, &c. Vocat Academiam volaticam, quòd Academicorum ancipites essent viæ & rationes, vt mox dicetur in Academicis.

Academiæ spatia. Cicero in Oratore, Ego autem fateor me Oratorem, si modo sim, aut etiam quicunque sim, non ex Rhetorum officinis, sed ex Academiæ spatiis extitisse. Illa enim sunt curricula multiplicium variorúmque sermonum, in quibus Platonis primùm sunt impressa vestigia. Ex Academiæ spatiis, id est, ex Platonis philosophia, qui primus in Academia docuit.

Academia, villa fuit Ciceronis, ab Auerno lacu Puteolos tendentibus litori imposita, celebrata porticu & nemore, quam nominauit Academiam ab exemplo Athenarum, compositis voluminibus eiusdem nominis, in qua & monumentum sibi instaurauerat. Hæc Plin. libro 31. cap. 2. Meminit huius Academiæ suæ Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 3.

Academia, per metonymiam subiecti, pro Philosophia Academica. Cic. de Orat. Academiæ illi ac Lycæo, tuum hoc suburbanum gymnasium antepono.

Academia penultimam variat. Cic. lib. 1. de Diuinat.
Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lycæo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.
Laurea Cic. libertus apud Plinium lib. 31. cap. 2, Atque Academiæ celebratam nomine villam. Claudian. in 8. Panegyr. de Manlij Theodori consulatu, In Latium spretis Academia migrat Athenis. Sidonius in epithalamio Polemij,
Obuiet & quanquam totis Academia sectis.

Academicus, adiectiuum, penult. corr. {ἀκαδημαϊκός} Cicero libro 2. de Finibus, Nam cum Academici. incerta luctatio est, qui nihil affirmant, & quasi desperata cognitione certi, id sequi volunt quodcunque verisimile videatur. Idem libro 3. de Oratore, Reliqui sunt Peripatetici & Academici: quanquam Academicorum nomen est vnum, sententiæ duæ. Nam Speusippus Platonis sororis filius, & Xenocrates, qui Platonem audierat, & qui Xenocratem Polemo, & Crantor, nihil ab Aristotele, qui vna audierat Platonem, magnopere dissensit: copia fortasse & varietate dicendi pares non fuerunt. Arcesilas primum qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris, sermonibúsque Socraticis hoc maximè arripuit, nihil esse certi, &c. Hinc hæc recentior Academia emanauit.

ACADINVS {ἀκάδινος} fons iuxta Palicos in Sicilia manat: in quo tabellas inscripto iuramento, si rectè iuratum foret, supernatare, neque liquore perfundi asserit Aristoteles: si perperam, protinus in profundum rapi, neque apparere vltra. Alexander ab Alexandro, lib. 5. capite 10.

ACADRA, oppidum in Arabia Felici, apud Ptolemæum.

Acæna {ἄκαινα} virga erat pedum decem, qua dimetiebantur agros. Vide Cælium lib. Antiq. lect. lib. 7. cap. 29.

ACALANDRVM Plinio, ἀκάλανδρος Straboni, fluuius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Plin. lib. 3. cap. 11.

Acalanthis, acalanthidis, fœm gen. {ἀκαλανθίς} auis est, de qua sic Probus, Acalanthis ea est, quæ Græcè ἀκανθίς dicta est: Latinè carduelis, à carduo. Virgil. 3. Georg. Resonant Acalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teste Pierio, non, & acanthida. Aristophanes, Acalanthida cæcos fœtus parere præ pariendi festinatione tradit.

ACALLIS, idis {ἀκαλλίς} Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Stephanus de Vrbibus. Oaxus, inquit, oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

Acalyphe {ἀκαλύφη} herba est, quam nostri Vrticam vocant, dicta Acalyphe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἁφὴν ἡδεῖαν. Hoc est, quòd tactui non sit iucunda. Est etiam ex genere muscarum apud Aristot. de Animalibus. Item piscis quoddam genus, quod & nostri Vrticam appellant. Plin. lib. 9. cap. 45, inter ζωόφυτα connumerat: hoc est, inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia, & plantas. Vide latius in dictione VRTICA.

ACAMANTIS {ἀκαμαντίς} insula est in mari Cilicio, quæ notiori nomine Cyprus appellatur. Dicta Acamantis, ab Acamante promontorio, sito ad occasum. Vide Plin. lib. 5. cap. 31. ¶ Fuit etiam Acamantis, vna ex decem tribubus Atheniensium, ita dicta ab Acamante, Thesei filio. Suidas.

ACAMANTIVM {ἀκαμάντιον} vrbs est in maiori Phrygia, opus Acamantis Thesei filij, qui cùm in expeditione aduersus Solymos se strenuè gessisset, locum condendæ vrbis à patre impetrauit. Hinc fit gentile Acamantius {ἀκαμάντιος} & fœmin. {ἀκαμαντίς} & possessiuum Acamantæus, pen. prod. {ἀκαμάντειος.} Steph. de Vrb.

ACAMANTIVS {ἀκαμάντιος} philosophus fuit Heliopolita, de quo vide Suidam.

ACAMARCHIS {ἀκαμαρχίς} marinæ nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cuius meminit Diodorus lib. 6.

ACAMAS, acamantis {ἀκάμας} promontorium syluosum in Cypro, quod duarum mamillarum speciem præbet. Vnde Cyprus antea Acamantis vocitata est. Strabo lib. 14.

ACAMAS, vnus fuit (teste Homero Iliad. 2.) è Thracum principibus, qui in auxilium Troianorum venerunt. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis filius Antenoris, qui tempore belli Troiani celebs erat, & diis similis habebatur. Dictus παρὰ τὸ μὴ κάμνειν, quasi indefessus.

ACANNAE {ἀκάνναι} emporium est ad mare rubrum. Stephan. de Vrb.

Acanon {ἄκανον} herba est, quam quidam Eryngæ adscribunt, breuis, ac lata, spinísque lateribus. vt author est Plin. lib. 22. cap. 9.

Acantha {ἄκανθα} herba eadē est cum Acantho. Vide ACANTHVS.

Acanthaleuce {ἀκανθαλευκή} herba est foliis aculeatis, & candidis maculis variegatis, quasi lacte conspersis: vnde & Latini Spinam albam vocant. Officinæ Punico nomine vocant Bedegarim.

Acanthia cicada, prouerbium in indoctos atque infantes, aut musices ignaros torqueri solitum. Author est Stephanus Byzantius iuxta Acanthum Ætoliæ oppidum, cicadas alibi vocales, mutas esse, atque hinc ortum adagium, cuius authorem citat Simonidem. Cælius Antiq. lect. libro 9. capite 30, admonet de his etiam dici qui non lo-

quantur. Vnde est illud Hermolai Barbari. Malui diuinator videri, quàm Ætoliæ cicada.

Acanthica mastiche {ἀκανθικὴ μαστίχη} lacryma Helxines herbæ, de qua sic Plinius libro 21, capite 16, Helxine rara visu est, neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat, contectum sua fronde. Huius vertex summus lacrymam continet iucundi saporis, Acanthicen mastichen appellatam.

Acanthilis, acanthilidis, fœm.gen. Auis est, quæ & Acanthis dicitur. Testis Hermol.in Plin.lib.10.cap.33.

Acanthion, siue achantium, achanthij {ἀκάνθιον} spinæ genus. Plinius lib.24.cap.12. Acanthion verti potest Latinè Spinula.

Acanthis, acanthidis, fœm.gen. {ἀκανθίς} auis est minima. De qua sic Seruius in tertium Georgic. Acanthis, quam alij lusciniam esse volunt, alij verò carduelem, quæ spinis & carduis pascitur: vt inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta sit, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν. Id est, spinis quibus pascitur. Plin.lib.10.cap. 74, Et acanthis in spinis viuit, idcirco asinos & ipsa odit, flores spinæ deuorantes.

Acanthida si vincat Cornix. Id est, cùm Cornix vicerit Acanthida, hoc est, nunquam. Fieri enim non potest, vt Cornix Acanthidem vincat. Calphur. Bucolicus poeta, ecloga 6,

Astyle credibile est, si vincat acanthida Cornix,
Vocalem superet si turpis aëdona bubo.

Acanthis enim vocalis est auis, & in primis canora. Cornix obstrepera quidem, sed minimè canora. ¶ Acanthis est etiam genus herbæ, quæ Latinè Senecio dicitur. Plin. lib.25.cap.13.

ACANTHON {ἄκανθον} Mons est Ætoliæ, cuius meminit Plinius libro 4.cap.2.

Acanthus, acanthi, masc.gen. {ἄκανθος} genus herbæ, de qua Plinius lib.22.cap.22, Acanthos est topiaria & vrbana herba, elato longóque folio, crepidines marginum, assurgentiúmque puluinorum toros vestiens. Virgil.4. Ecloga,

Mistáque ridenti colocasia fundet acantho.

Ridenti, id est, læto, ait Seruius.

Quæ Acantho scriptores tribuunt (ait Philander) iam quadrant herbæ vulgari quæ refert pedes vrsi anteriores, Brancha vrsina appellata, vt nihil amplius dubitandum sit, eam ipsam esse. Dioscorides etiam Herpacantham ait vocari, libro 3. capite 17. Folia habet multò quàm lactucę latiora, longioráque, erucæ modo diuisa. Nam cùm caule sit duorum cubitorum altitudine, crassitudine digiti, per interualla sub ipsum vsque verticem foliolis quibusdam oblongis veluti nucamentis vestito, ex quibus candidus prodit flos, semine oblongo & luteo, capitulo thyrsi figura. Vide plura apud Philandrum in Vitruuium.

Acanthi folia veteres ob pulchritudinem & figuræ elegantiam insculpebant columnarum Corinthiarum capitulis. Cuius rei inuentionem latissimè exequitur Vitruuius. Vestibus quoque pretiosis figuram foliorum acanthi circuntexebant. Vnde Virgil.1.Æneidos,

Et circuntextum croceo velamen acantho.

Croceum, Id est, aureum. Præmiserat enim poeta,

Ferre iubet palam signis auróque rigentem.

Mox subiunxit,

Et circuntextum, &c.

Tale est illud Ouid.13.Metamorph.

Summus inaurato crater erat asper acantho.

Acanthus flexus. Virgil.4. Georg. Quod idcirco dixit poeta, quia suo ductili flexu identidem in topiarium opus intorquebatur. Qua de etiam causa tortos appellat acanthos, Columel. libro 10. de cinara loquens.

Mollis acanthus. Virg.3.Eclog. & 4.Georg.

Olens acanthus. Lactant.de Phœnice,

Non casiæ mitis, nec olentis vimen acanthi.

Rutilus acanthus. Calphurnius,

Quem modò cantantem rutilo spargebat acantho.

Sidonius acanthus. Stat.lib.3.Sylu.1.8,

Hic tibi Sidonio celsum puluinar acantho
Texitur, & signis crescit torus asper eburnis.

¶ Acanthus, arboris nomen. Virg.2.Georg.

Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamáque, & baccas semper frondentis acanthi?

Vbi Seruius, Acanthus, arbor est in Ægypto semper frondens, vt oliua, laurus: acanthos dicta, quia spinis est plena. Abundat hac etiam Circina insula. Ruellius putat hic errare Seruium.

Acanthinus, pen. corr. adiectiuum {ἀκάνθινος} Quod est acanthi aut acantho simile. Plin.lib 25.cap.7, Spectatur foliis acanthinis. Id est spineis. Caules acanthini, Colum.lib.9 cap.4.

ACANTHVS {ἄκανθος} Puer fuit regius, conuersus in florem sui nominis. ¶ Est item ciuitas Ægypti propè Memphim. Præterea etiam Macedoniæ, & Ætoliæ. Plin.lib.4.cap.10.

ACAPEATAE {ἀκαπεᾶται} Populi sunt circa Mæotim: de quibus Plinius lib.6.cap.7.

ACAPIS, pen.corr. fluuius Asiæ apud Lazos populos. Calepinus.

Acapna {ἄκαπνα} ligna (de quibus est titulus apud Martialem in Xeniis) ea videntur esse, quæ Vlpiano dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant: Nam ἄκαπνον, sine fumo interpretatur. De lignis eiusmodi Cato de Re rust.cap.130, Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt. Est & mellis genus, quod eadem ratione acapnon Plinius appellat, libro 11. capite 16. Strabo acapniston.

Acapna thysia, Sacrificia absque fumo. Dicitur de nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti obsonij apponitur. Vide Erasmum.

ACARA, pen.corr. {ἄκαρα} Oppidum est in medio Pannoniæ. ¶ Est etiam alterum huius nominis oppidum in octaua Italiæ regione, non procul à Regio Lepido, cuius meminit Strabo libro 5.

ACARNANIA {ἀκαρνανία} est regio & pars Epiri, quam Achelous amnis ab Ætolia separat, mersa medio sinu Ambracio. Plinius libro 4. capite 1.

ACARNAN, Acarnanis, penul.prod. {ἀκαρνάν} Ouidius 8.Metamorph. de Acheloo fluuio, Amnis Acarnanum lætissimus. Qui est (vt ita dicam) de Acarnania. Virgil.5.Æneid.

Hunc Salius simul & Patron: quorum alter Acarnan,
Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis.

Acarnan (ait Seruius) id est Epirota. Acarnania enim est pars Epiri. ¶ Est & Acarnan, seu (vt alij legunt) Acarnas, mons Atticæ admodum lapidosus. Seneca in Hippolyto 1.5.

Subditus austris frigora mollit
Durus Acarnas.

ACARNANES, Curetes & Abantes, iidem ferè sunt. Nam hi Eubœam incoluisse traduntur, bellúmque continenter de Lilanteo campo cum vicinis gerentes, tandem ab hostibus in pugna per crines anteriores apprehensi ac deuicti, sinciput postea rasisse, relictis tantùm occipitio capillis: Vnde Curetes dicti, id est, detonsi, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id est, tonsura. Quapropter Homerus Abantes post terga comantes, dixit. Hi postea migrantes in Ætoliam atque Epirum, vocati sunt Acarnanes, quasi minimè rasi, quòd detonsos crines succrescere permiserint. Strabo libro decimo, & Volaterranus libro octauo Geograph.

Acarnanicus & Acarnanius, adiectiua {ἀκαρνάνιος} Vnde apud Lucianum in dialogis meretriciis, Acarnanius porcellus: & Erasmum in Chiliadibus, Acarnanici equi.

ACARNE {ἀκάρνη} Oppidum est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, vt tradit Plinius libro 4. capite 9. ¶ Est etiam Acarne, piscis marini genus, teste eodem Plinio libro 32. capite 11. ¶ Acarne quoque Theophrasto, herba quædam aculeata, Atractylidi simillima, spinam habens pro folio, succo pingui, & colore ruso.

Acaron {ἄκαρον} Myrtus syluestris. Plin.lib 15.cap.7.

Acaros {ἄκαρος} Frutex est aculeatus, qui & Oxymyrsine, & Chamæmyrsine, & Latinè Ruscum appellatur. Vide Ruellium.

ACARRHA, æ {ἄκαρρα} gemino r, vrbs est Achaiæ, teste Stephano, vnde sit gentile Acarrhæus, ἀκαρραῖος.

Acarus, acari {ἄκαρι} tineæ genus in cera nascens, quod omnium animalium minimum esse existimatur. Ex Aristotele lib.5. de Histor. anim.cap.32, Gaza interprete. Dicitur καὶ τὸ ἄκαρι, quod indiuisibile & insectibile Græcis dicitur.

ACASTA {ἀκάστη} Nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiod.in Theog. aliquando dicitur & Actasta.

ACASTVS {ἄκαστος} fuit Laodamiæ pater. Id quod ipsa testatur apud Ouid.epist.13.

ACASTVS. Magnesiæ rex, à quo Peleus fraterna cæde purgatus est, & expiatus. Cùm autem Peleus iuuenis esset ac castus, ab Acasti vxore de stupro tentatus renuit. Illa itaque falsò apud virum se ab eo tentatam deferens, effecit vt ab Acasto ad venationem mitteretur, vt ibi à feris discerperetur. quas cùm virtute superasset, domū reuersus, Acastum cum coniuge interfecit, eorúmque regnum inuasit. Author enarrator Apollonij Volaterranus. Huius Acasti vxorem nonnulli Creteidem, alij Hippolyten appellant.

ACASTVS fuit Peliæ Thessalorum regis filius, venator sagittis clarus, cuius meminit Ouid lib.8 Metamorph. & lib.11.

Acatalecticus {ἀκατάληκτος} versus Grammaticis dicitur, cui nihil deest, nihil abundat. Huic opponitur Catalecticus, cui vna deest syllaba.

Acatalepsia, acatalepsiæ {ἀκαταληψία} Incomprehensibilitas. Cic. ad Attic.lib.13.

Acatalepton {ἀκατάληπτον} Quod comprehendi non potest. Sic interpretatur Cic.lib.4.Acad quæst.

Acatium, acatij {ἀκάτιον} nauigij genus actuarij: author Plutarchus. Pollux quidem velum in naui maximum acation vocari tradit: sicut minimum, dolonem: tertium verò quod retrorsum panditur, epidromon. Hactenus Hermolaus. Plinius libro 9.cap. 30, Concham esse acatij modo carinatam, inflexa puppe, prora rostrata. Cum Polluce & Hermolao sentit Bayfius, docens acatium & pro nauigio accipi, & pro maximo velo nauis.

A C C

ACCA LAVRENTIA {ἄκκα λαυρεντία} Faustuli pastoris vxor, quæ Romulum & Remum lactauit atque aluit. Seruius in 1.Æneid. & Liu.1. Decad.lib.1.

ACCABICOTI CHITAS {ἀκκαβικοῦ τεῖχος} Populi sunt in Mauritania, nō procul à monte Atlante, ita dicti ab oppido, cui ἀκκαβικὸν τεῖχος, Acabicus murus, nomen erat. Autor Stephan.

Accanto, accantas, accantaui {ἐπᾴδω} accantare, Iuxta cantare. Stat.4.Syl.4.

-& magni tumulis accanto magistri.

ACCARON {ἀκκαρών} Vrbs est Iudææ Palæstinæ, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est. Pomponius.

Accedo, accedis, penult. longa, accessi, accessum {προσέρχομαι, προσιέναι, πλησιάζω} accedere, Ex Ad & Cedo compositum. Est propriè ad aliquid propius venire.

Accedere ad fores. Terent. Adelph.4.4,

Ad illas ibo, vt purgem me: accedam ad fores.

Idem Phor.5.6,

-ad fores
Suspensо gradu placidè ire perrexi: accessi: astiti.

Idem Andr.1.1, Ad flammam accessit imprudentius. Cic. Sulpitio, lib. 4 4, Et ad Cæsarem supplex accederet. Sic Accedere ad despera tos, Cælius Ciceroni, libro 8.16. Cicero in Pisonem, Non audebit accedere ad ludos. Idem 7. Verrina, Prædones accedere incipiunt ad Syracusas.

Accedere ad manum. Cic. Attic. libro 2. 16, Si muli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alij autem neglegant.

Propè ad aliquem. Plaut. Milit.18.

In prouinciam, in senatum, in funus, &c. Cic. Attic. lib.5, Bibulus nuntiabatur quidem etiam nunc in prouinciam suam accedere. Eidem lib 7. Ne antè in senatum accederem, quàm rem confecissem. Idem lib. 2, de Legibus, Quocirca Pittacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum. Idem pro Cecinna, Obstitisse ne in ædes accederes. In Pisonem, Accede in regnum.

In oppidum. Cic.6. Verr. Ipse in oppidum accedere noluit.

Scopulos.

Scopulos. Virg. 1. Æneid.

Vos & Scyllæam rabiem, penitúsque sonanteis
Accestis scopulos. Vbi Seruius, Bene ait accestis. non enim passi sunt hæc pericula, sed his fuere vicini.

Mœnibus, & ad mœnia. Liu. Decad. 3. libro 4, Annibal quum propè iam mœnibus accessisset, nullo ad conspectum primi agminis, vt rebatur, motu facto, castra ab vrbe fermè passus mille locat: Tarentum triduo antequam Annibal ad mœnia accederet, &c.

Accedere rei iudicatæ aliquid dicitur, cùm cautio à reo datur actori, quæ executionem non tollit. Vlpian. l. 4. §. si ex conuentione. D. de re iudic.

Ad alicuius sententiam. Id est, alicui subscribere, & sententiam alicuius approbare. Vlpian. l. 4. §. ait prætor. D. de re iudic.

Alicui ad aurem. Cic. 5. Verr. Si tibi ad aurem accessisset, & dixisset Apronium dictitare te sibi esse socium.

Accedere inter initia morbi dicitur medicus. Cels. lib. 3. cap. 1, Ibi deliberationi & mutationi remediorum tempus patet: adeò, vt rarò, si inter initia medicus accessisset, obsequens æger sine illius vitio pereat.

Accede huc. Plaut. Curc. 14, Accede huc tu. Terent. Eunuch. 3. 2, Vbi tu es Dore? accede huc.

Accedere obuiam. Plaut. Trinum. 17,
-modò mihi aduenienti nugator
Quidam accessit obuiam. Pro, Obuiam mihi venit.

Propè, aut propius. Plaut. Rud. 18, Iube modò accedat propè. Cic. pro Cecinna, Tamen accessit propius.

Cominus. Cic. Attic. lib. 2. epist. 2.

Ad rempub. Hoc est, ad magistratus & rempublicam gerendam se conferre. Cic. pro Rosc. Amer. Propterea quòd nondum ad rempub. accessi. Idem 1. Offi. Itaque eos ad rempub. ne accessuros quidem putant, nisi coactos.

Ad rempub. liberandam. Brut. Cic. lib. 11. epist. 10.

Ad periculum, pro Adire periculum. Cic. 1. Verr. Pro exterarum nationum commodis inimicitias suscipere, ad periculum accedere.

Periculum, sine præpositione dixit Plaut. in Epidico.

In infamiam. Plaut. Trinum 4.

Accedere febris dicitur, cùm in aliquem inuadit, & eius contrarium est Decedere. Cic. ad Attic. lib. 7. epist. 2, Quartanam Pamphilus tuus dixit decessisse, & alteram leuiorem accedere.

Accedit febris, & Accedit somnus Celso locutiones valde familiares.

Accessit verbum ad aures. Cic. in Vatinium, Non puras fas esse, verbum ex ore exire cuiusquam, quod non iucundum & honorificum ad aures tuas accedat.

Accedere, pro Insuper addi, adiungi vel augeri, duntaxat in tertiis personis: varus modis construitur. vt, hoc accedit huic rei, & ad hanc rem.

Accessit illi ætas. Cic. libro 1. de Oratore. Solet idem Roscius dicere, se quò plus sibi ætatis accederet, eò tardioris tibicinis modos & cantus remissiores esse facturum.

Accessit illi animus. Cic. Attico, lib. 5. 5, Cassio qui Antiochia tenebatur, animus accessit. Liu. 4. ab Vrb. Dictatori ac Romanis, quòd detrectasset pugnam hostis, animi accessere.

Accedit nobis illud incommodum. Cic. pro Quintio, Illud quoque nobis accedit incommodum, quòd M. Iunius, qui, &c.

Accedit illi ira. Sil. Ital. lib. 16,
At iuuenis cui, telum ingens, accesserat ira,
Barbaricam assiliens magno clamore bipennem Incutit.

Ad reliquũ suasoriæ laborẽ accedit etiam personæ difficultas. Quintil. libro 3. cap. 8.

Accedunt hæc in ornamentum operis. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Accedit cumulus ad eam liberalitatem. Cic. ad Cornificium, libro 12, epist. 25, Quare à te peto, vt ad eam liberalitatem, qua sine meis literis vsus es, quammaximus his literis cumulus accedat.

Accedit aliud malum. Celsus libro 3. cap. 10, Considerandum est etiam, febres ne solæ sint, an alia his quoque mala accedant. Id est, num caput doleat, num lingua aspera, num præcordia intenta sint. Græci medici quæ morbis accedunt [illegible] vocant.

Accedit plurimum pretio, pro Valde augetur pretium. Columel. libro 3. cap. 21.

Accessit operi manus extrema, pro Imposita est, siue etiam addita est. Cic. de clar. Orat.

Accedere nihil potest ad amorem. Cic. libro 15. epist. Nam ad amorem quidem nihil poterat accedere. Idem 4. de Finib. Ad virtutis autem summam accedere nihil potest.

Accedere ad amicitiam alicuius. Cæsar 1. bel. Ciuil. Neque ciuitates, quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant. Hoc est, quæ Cæsari se adiunxerant.

Accessit magnum pondus ad tollendam dubitationem. Cic. Oppio, lib. 11. 29, In vtranque partem multa in mentem veniebant: magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium & consilium tuum.

Accessit mihi hoc ad labores reliquos. Cic. ad Brut. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit. Idem Cornificio libro 12, Ad hæc officia vel merita potius iucundissima consuetudo accedit.

Fortunis pernicies. Cic. 3. Verr. Neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere. Terent. Hecy. 3. 5,
Quia paululum vobis accessit pecuniæ, Sublati sunt animi.

Robur ætati. Cic. pro Cælio, Cùm autem paulum iam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est.

Spatium morbis. Celsus libro 2. cap. 11, Opus etiam esse cucurbitula potest in morbis longis, quanuis iam & iis spatium aliquod accessit, sine corrupta materia, sine spiritu malè habente. Iis spatium aliquod accessit. Id est, quanuis non sint recentes, sed his aliquot iam dies laborent ægri.

Senecta. Horat. epist. vltima ad finem,
Lenior & melior fis accedente senecta?

Accedit ad maiorem socordiam. Plinius libro 2. capite 7, Innumeros quidem deos credere, atque etiam ex virtutibus vitiísque hominum, vt pudicitiam, concordiam, mentem, spem, honorem, clementiam, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, maiorem ad socordiam accedit.

Accedere indici aliquem. Tacit. lib. 5, Sed Minutius & Seruęus damnati, indicibus accessere. Hoc est, Bona illorum indicibus accusatoribúsque cessere præmij loco. Simile est illud apud Liuium libro 5. Decad. 5. sed aliis prolatum verbis, Bonáque eorum qui interfecti essent, & exulum, possidere qui arguebant.

Accedere dicuntur, qui tanquam appendices sunt contractus emptionis. Varr. lib. 2. de Re rust. cap. 9, Quibus gregibus canes siue pastoribus accessissent. Ibidem, Plerique stipulantur vt accedãt canes qui consueuerunt esse vnà.

Accedent tibi à me hęc dona. Liu. 7. bel. Pun. Super dotem, inquit, quam accepturus à socero es, hæc tibi à me dotalia dona accedent.

Accedit absolutè. Plaut. Persa. 16,
Pro vestimentis decem accedant minæ. Cic. Torquato libro 6, Illud satis est, præsertim quum accessit nihil noui.

Accedit ætas vino, cùm veterascit. Cels. Atque etiam illud vinum, cui nihil adhuc ætatis accessit.

Accedere ad causam, pro Causam suscipere. Cic. 1. Verr. Vtrum Q. Cæcili hoc dices, me non Siculorum rogatu ad causam accedere?

Accessit ea res in cumulum. Cic. contra legem Agrariam, Accesserint in cumulum manubiæ vestrorum imperatorum.

Accedere item pro Addi, cum aduerbiis, huc, eò, & eòdem: modò sequente quòd, modò sine ipso. Cic. pro Rosc. Amer. Eò accessit studium doctrinæ. Hoc est, ad id vel illud. Idem Attic. lib. 1. 8, Accedit eò, quòd mihi non est notum. Idem 5. Verr. Eòdem accedit, quòd hoc quoque intelligere potestis. Cic. pro Rosc. Amer. 6, Huc accedit summus timor quem mihi natura, pudórque meus attribuit. Cęlius Cic. li. 8. 2. Accessit huc, quòd postridie eius absolutionis in theatrum Curionis Hortensius introiit.

Accedit quòd, etiam sine aduerbiis suprà dictis. Cic. ad Attic. lib. 13, Accedit enim quòd patrem (vt scire te puto) plus etiã quàm non modò tu, sed quàm ipse scit, amo. Idem pro Roscio Amerino, Accessit illa quoque causa, quòd à cæteris forsitan ita petitum sit, vt dicerent. Liuius 5. bel. Macedon. Accedebat, quòd alter decimum iam prope annum assiduus in oculis hominum fuerat. Plin. in præfat. Meæ quidem temeritati accessit hoc quoque, quòd leuioris operæ hos tibi dedicaui libellos.

Subauditur nonnunquam ipsum quòd. Terent. And. 1. 3,
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,
Siue ista vxor, siue amica est, grauida è Pamphilo est.

Accedit vt. Cic. de Senect. Ad Appij Claudij senectutem accedebat etiam, vt cæcus esset. Idem ad Brutum, Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem.

Accedere, similitudinem significat. Cic. pro C. Rab. Vos Quirites quorum potestas proximè ad deorum immortalium accedit, oro. Id est, quorum potestas deorum potestati simillima est. Idem aliquando effertur per datiuum. Quintilian. lib. 10. cap. 1, Homero maximè accedit Virgilius.

Accedere ad similitudinem alicuius rei. Cic. Attic. lib. 7, Quòd tam propè accederet ad similitudinem tuæ literæ.

Propius ad similitudinem deo. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Ad similitudinem enim deo propius accedebat humana virtus, quàm figura.

Accedit proximus illi. Cic. in Bruto, Duobus igitur summis Crasso & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, sed longo interuallo tamen proximus.

Accedere virtuti. Cic Bruto, lib. 11. 21, Sed velim tibi persuadeas, cùm te constet excellere hoc genere virtutis, vt nunquam extimescas, nunquam perturbere: me huic tuæ virtuti proximè accedere.

Accedere pro assentiri, datiuo iungitur: & nonnũquam accusatiuo cum pręposition ad. Quintil. lib. 9. cap. 4, Accedam in plerisque Ciceroni. Et alibi sæpe.

Sacramento alicuius accedere. Tacit. lib. 17, Cæcina paucos in Heluetiis moratus dies, lætum ex Italia nuntium accipit, alam Syllanam circa Padum agentem sacramento Vitellij accessisse. Hoc est, adiunctum esse.

Sententiæ cuiuspiam. Tacit. lib. 18.

Ad pactionem, pro Consentire. Cicer. Attic. libro 8, Nec illos congressuros, nec si congressi essent, Pompeium ad vllam conditionem accessurum putabam.

Ad conditionem, pactionémque. Cicero. 5. Verrina, Condemnari cum istius inuidia, infamiáque malebant, quàm ad eius conditionem, pactionésque accedere.

Societatem alicuius. Tacitus libro 12, Quod primi Iceni abnuêre, valida gens, nec præliis concussa, quia societatem nostram volentes accesserant.

Acceditur, pen. corr. Impersonale. Cic. pro Cecinna, Ad eas cùm accederetur, iste cum omnibus copiis præstò fuit.

Accessus, accessa, accessum {[illegible]} nomen, siue participium, à passiuo acceditur. Ouid. lib. 5. Fast. de Parthis loquens,
Gens fuit & terris & equis & tuta sagittis:
Et non accessis inuia fluminibus. Alij legunt, Et circunfusis, &c.

Accessus, huius accessus {[illegible]} verbale ab accedo: cui contrarium est, Abscessus, discessus, vel recessus. Cic. 3. de Orat. Vt luna accessu & recessu suo solis lumen accipiat.

Accessus anxius. Plinius libro 12. cap. 8, Contermina Indis gens Ariana appellatur, cuius spina lacrymarum pretiosa, myrrhæ similis, accessu propter aculeos anxio.

Accessus maris, & Recessus dicitur, cùm ad nos affluit & refluit. qui propriè æstus dicitur. Cicero 2. de Diuinatione, Quid de fretis aut de marinis æstibus plura dicam? quorum accessus & recessus lunæ motu gubernantur.

Accessus fluminum. Senec.lib.3. Natural.quæst. Procellæ quatiunt mare,tunc primum auctum fluminum accessu.
Accessus ventorum.Virgil.3.Æneid.
Portus ab accessu ventorum immotus & ingens Ipse.
Accessus ad. Cic.2.de Nat.deor.Bestiis autem sensum & motum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum.
Accessus ad vrbem. Cic. pro Milone, Illi, etiam si hunc non timeret, tamen accessum ad vrbem nocturnum fuisse metuendum.
Accessus & discessus solis. Cic.lib.2.de Nat.deor. Possetne,&c.accessus discessúsque solstitiis brumísque cognosci.
Accessus & recessus stellarum. Cic. 2. de Diuinat. Cùm tempore anni tempestatúmque cœli conuersiones commutationésque tantæ fiant accessu stellarum & recessu.
Accessus febris. Plin.libro 38.cap.4,Reliquum dant in tertianis accessu febrium bibendum.
Accessum dare alicui.Ouid.2.de Ponto.2,
Da precor accessum lacrymis mitissime nostris,
Nec rigidam timidis vocibus obde forem.
Negare accessum.Ouid.10.epist.
Finge dari comitésque mihi,ventósque,ratémque;
Quid sequar?accessus terra paterna negat.
Prohibere accessum. Ouid.14.Metam.
Vim tamen agrestum metuens,pomaria claudit
Intus,& accessus prohibet,refugítque viriles.
Accessus hominum fugati.Stat.12.Thebaid.
-procul vsque fugati
Accessus hominum:solis auibúsque ferísque Ire licet.
Mollire accessus.Ouid.1.de Arte aman.
Sed prius ancillam captatæ nosse puellæ
Cura sit: accessus molliet ista tuos. Hoc est, molliores facit, seu faciliores.
Tacitus accessus.Stat.2.Syl.1,
-timidè primum vestigia iungit
Accessu tacito,summósque lacessit amictus.
Accessio,accessionis,verbale fœm.gen. {προσθήκη,ἐπίδοσις.} Propriè additionem & incrementum significat: vt, Accessio nummorum, est quod capiti accedit. Id est,principali,vt vulgò loquimur. Cic.5.Verr. Populus publicè coactus est ei conferre lucri tritici modium XXVI, & accessionem HS MM. Idem 4.Verr.hoc vocat Corollarium nummorum. Columel.lib.1.cap.7, Vt lignis & cæteris paruis accessionibus exigendis.
Accessio annorum. Cic.de Amicit. Quid igitur hunc paucorum annorum accessio iuuare potuisset?
Accessiones fortunæ & dignitatis,Cic.Curioni,lib.2.1.
Accessio & Decessio,contraria sunt. Cic.3.Offi.Eorum neque accessione meliorem vitam fieri,nec decessione peiorem.
Accessio & Abscessio,contraria. Cic.de Vniuersit.Cúmque ad corpora necessitate cùm accessio fieret, tum abscessio, principio necesse erat sensum existere vnum.
Accessionem adiungere ædibus. Cic.1.Offic.Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit ædibus.
Afferre accessionem ad veteres necessitudines. Cic.lib. 16.ad Attic. Ad paternas magnas & veteres & iustas necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.
Facere sibi accessionem. Plancus ad Cic.lib.10.18, Magnam etiam perditi hostes accessionem sibi fecissent,fiquas copias abstraxissent.
Accessio febris, dicitur intensio, quæ Græcis dicitur paroxysmus. cui contraria est remissio. Celsus libro 3.cap.5, Si verò febres vagæ sunt, quia verendum est ne cibum statim subsequantur: quandocunque quis ex accessione leuatus est,tunc debet assumere. Plin.lib.23,Si id dandum non nisi in accessione senserit,alij in remissione.
Accessio, de quouis morbo. Plin.lib.20. cap. 13, Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ succum in cyathis quatuor ante accessiones. Suet.in Vespas, cap. 23, Prima quoque morbi accessione,vt(inquit) puto,Deus fio.
Accessio Ciceroni in Verrem Act. 3, pro eo accipitur, quod vulgò vinum ministrorum vocatur, Timarchides suo labore suisque accessionibus vsus,negotij molestiam consequebatur, vt ad istum sine vlla solicitudine summa pecunia referretur.
Accessiones etiam fideiussores vocantur à Paulo in l. Si seruum stipulatus.D.De verb.obligat. Accessio est fideiussor qui principali debitori accedit.
Accessio,verbum iuris est,inquit Hermolaus. Eo Plin.propriè vsus est in proœmio libri 33,Nec hoc fuit satis: turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentię causa tenere Indiam iuuat,& aurum iam accessio est.Quasi dicat(ait Hermolaus)Principalia luxuriæ irritamenta sunt gemmæ, accessoria verò aurum argentúmque.
Accessio, pro Accessu.Plaut.Trinum.20,
-quid tibi interpellatio,
Aut in consilium huc accessio est?
Accessiones in iure etiam appellantur fructus, partus, & omnis causa. l.13. D. de in diem addict.l.50. D.ad Trebel.In Ædilium verò edicto quæcunque emptioni accedunt, & præter pretium ab emptore erogantur, accessiones vocantur. l. 25.§.vltim. & l.27. D. de ædil. edict. Possessionum etiam Accessiones dicuntur, quando auctorum,& eorum in quos ab his ius transit,possessiones coniunguntur.l.pen.D.de diuers.& temp.præscr.
Accessio cedit principali. Vlpian.in l.Cùm aurum.§.peruenimus.D.de aur.& arg.leg.
Accessor,accessoris, verbale {πρόσοδος} Qui accedit. Valer. lib. 5. cap. 7, Nec accessor gloriosæ illius pompæ,sed author spectatus est.
Accessorium,accessorij, Idem est quod Accessio, & sequitur naturam sui principalis. Instit.de rer.diuis.§.quod si partim.l.si eum.§. qui iniuriarum.D.si quis caut.

Accelero,acceleras {ἐπείγω} Ex ad & celero,celeras,pen.corr. actiuè & neutraliter legitur. Accelerare, actiuè positú, Rem aliquam facere celeriorem.vt,Accelerare mortem.Plin.lib.16.cap.36. Sil.Ital.li.7. Opem,&c.Stat.1.Syl.2,
Acceleret partu decimum bona Cynthia mensem.
Accelerare, neutraliter, Properare, Festinare. Cic. in Catil. Aurelia via profectus est:si accelerare volent,ad vesperam consequentur.
Accelerare & Tardare, contraria. Plin.lib.2. cap. 16, Non quia accelerent,tardentve naturales motus.
Accelerare gradum,vel iter,periphrasis pro eo quod est properare. Liu. 2.ab Vrbe. Idem 1. bel Macedon. Cæsar 2. bel.Ciuil. Iterque accelerat,vt quammaximè ex fuga perterritos adoriri posset.
Accelerare alicui magistratum aliquem. Tacit.lib.3,ad finem,Consulatum ei accelerauerat Augustus.
Opus accelerare.Stat.Thebaid.6.
Præcepta accelerare, Studiosè facere imperata. Claudianus, de raptu Proserp.lib.1.
Viam accelerare.Val.Flac.Argonaut.8.
Acceleratio,accelerationis {ἐπιτάχυνσις} Festinatio,properatio. Author ad Herennium,libro 3, Continuatio, est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.
Accendo, accendis, accendi, accensum {ἀνάπτω,καίω,ἐξάπτω} accendere, Ex ad compositum:licet verbum simplex in vsu non sit. Nonnulli tamen ex candeo compositum dicunt. Significat autem Inflammare. Cic. de Vniuersit. Deus ipse solem quasi lumen accendit. Vnde accensus rogus, Plin.lib.6.cap.19. Accendi ebenum Fabius negat. Plin.lib.12.cap.4.
Accendere de.Ennius apud Cic.1.Offic.
Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat,facit
Vt nihilominus ipsi luceat,cùm illi accenderit.
Accendere & Extinguere,contraria.Cic.in Pisonem,Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium comprehendi,protuli,extinxi.
Accendere,ad animum,aut res alias translatum,pro vehementer commouere,aut incitare:quod per metaphorã quoque inflãmare dicitur. Sallust. Sed quæ res Marium, præ honore quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderat.
Accendere calore. Plin.lib.14.cap.5,Vino natura est hausto,accendendi calore viscera intus,foris infuso refrigerandi.
Accendere,ad aliquam rem. Liu.5.bel.Pun. Adeò accensæ sunt spes ad pellendos Sicilia Romanos.
In aliquam rem:vt,in pœnam, rabiem, in amorem,&c. Plin.lib.35.cap. 10,Accenso in pœnam tyranno. Liu.9 bel.Pun. Tum verò in multo impotentiorem subitò rabiem accensi.
Affectus vestros in amorem mei accendere.Tacit.lib.17.
Impensius accendi certamina. Liu.1.Decad.lib.4.
Accendere mentes in prælia.Sil.Ital.lib.4.
Accendit sol æstus medios.Virg.4.Georg.
Ipsa ego te,medios cùm sol accenderit æstus,
Cùm sitiunt herbæ,& pecori iam gratior vmbra est,
In secreta senis ducam.
Accendere clypeum auro.Sil.Ital.lib.15,
Et gemmis galeam,clypeúmque accenderat auro.
Curas.Sil.Ital.lib.7,
Quem postquam rapidum vidit procedere castris,
Hinc Libys,hinc Fabius,simul accendere sagaces
In subitum curas.
Desiderium panis.Plin.lib.19.cap.4.
Equum stimulis.Stat.lib.1.Syl.18.
Febres.Cels.lib.3.cap.9,Sed est circunspecti quoque hominis,& nouare interdum,& augere morbum,& febres accendere.
Ignem. Virg.5.Æneid.
-quæ tantum accenderit ignem Causa latet.
Lignum.Ouid.15.Metamorph.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur,minimos quum luna recessit in orbes.
Lumen.Virgil.1.Georg.
Illic sera rubens accendit lumina vesper.
Accendere Martem.Virgil.6.Æneid.
Ære ciere viros,Martémque accendere cantu.
Offensiones. Tacitus Annal.libro 2, Germanicus erat clementior, sed amici accendendis offensionibus callidi, intendere vera, aggerere falsa.
Pectus donis.Sil.Ital.lib.16,
His actis,ductor lęta ad certamina plantæ
Inuitat, positísque accendit pectora donis.
Pertinacia accenditur. Tacit.lib.10,Vicit ratio parcendi,ne sublata spe veniæ,pertinacia accenderetur.
Accendere pretium rei alicuius. Plin. lib.18.cap.25, Nubilo occasu pluuiosam hyemem denuntiat, statimque augent lacernarum pretia: sereno asperam,& reliquarum vestium accendunt.
Sensus.Lucret.lib.3,
Et quasi iam lethi dominantem in corpore motum
Discutere,ac penè amissos accendere sensus.
Sitim. Cels. lib. 3. cap. 6, Hæc enim sitim accendit, & tum maximè aquam exigit,quum illa periculosissima est.Loquitur de febre.
Spem. Tacit.lib.12,Ad hoc gentium ductores circumire,hortari,firmare animos, minuendo metu, accendenda spe, alijsque belli incitamentis.
Vitia. Ouid.lib.1.de Remed.amor.
Quinetiam accendas vitia,irritésque vetando,
Temporibus si non aggrediare suis.
Accendor,accenderis,pen.corr. passiuum {ἀνάπτομαι.} Plin. lib 2.cap. 38,Mundi celeritate discordia accenditur.
Accendi & commoueri. Cic. 1. de Orat. Præclarè se res habeat, si hæc accendi aut commoueri à te possunt.

Accendier,

Accendier, per Paragogen, pro infinitiuo accendi. Lucret. lib. 6,

Nonne vides etiam nocturna ad lumina linum
Nuper vbi extinctum admoueas, accendier ante
Quam tetigit flammam?

Accensus, participium: vt Accensa altaria {[illegible]} Sil. Ital. lib. 1.

Accensus in arma. Paterculus lib. 2, Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus eius gentis nationibus in arma accensis.

Flamma accensa. Ouid. 10. Metam.

Foci. Ouid. lib. 1. Fast.

Ignis. Ouid. 12. Metam.

Furiis accensus. Virg. 12. Æneid. ad fi.

Furore. Virg. 4. Æneid.

Libidine. Plin. lib. 35. cap. 3.

Luctu. Virg. 12. Æneid.

In iram. Lucan. lib. 3.

Accensus odio, ira, amore. Plin. lib. 17. cap. 1.

Cupidines accensæ. Tacit. lib. 17.

Iræ accensæ stimulis maioribus. Stat. lib. 11. Thebaid. & Ouid. lib. 9. Metamorph.

Sensus. Lucret. lib. 2.

Spes alicui accensa. Virg. 5. Æneid.

Accensa sic. Virgil. 4. Æneid.

Luminibus tacitus, & sic accensa profatur.

Accensus, accensi, ab ad & census compositum {[illegible]} Varro de lingua Lat. lib. 6, Accensos ministratores Cato esse scribit. Festus lib. 1, Ascriptitij veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus ascribebantur, hos & accensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Nonius Marc. Accensi, genus militiæ est, administrantibus proximum. Varro Rhetor. lib. 20, Vt Consules ac Prætores, qui sequuntur in castra, accensi dicti, quòd ad necessarias res sæpius acciantur, velut accensiti. Idem, Decuriones & Centuriones a numero cui in militia præerant, dicebantur. Accensi, qui his accensebantur. Id est, attribuebantur. Liu. Accensos à nouissima acie ante signa procedere iubet. Vegetius lib. 2. de Re militari, Ad obsequia tamen iudicum, vel tribunorum, necnon etiam principalium, deputabantur milites, qui vocabantur accensi. Hoc est, postea additi quàm fuisset legio completa, quos nunc supernumerarios vocant. Asconius, Accensus, nomen est ordinis & promotionis in militia, [illegible] nunc dicitur princeps vel commentariensis aut cornicula[illegible] hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. ¶ Accensi, inquit Nonius, qui his accensebantur. Id est, attribuebantur. Varro de Vita pop. Rom. lib. 3, Quid ea scripti vis. Cùm erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum habent numerum, accensi vocabantur. Eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis & lapidibus, his armis, quæ ferrentur, non quæ tenerentur. Hæc ille.

Accensus, vt ostendit Varro lib. 5. de ling. Lat. fuit etiam minister siue præco magistratuum, ita dictus, quòd ad censum solitus esset vocare populum. Plin. lib. 7. cap. 60, Post aliquot annos adiectus est & meridies, accenso Consulum id pronuntiante. Cic. ad Quint. frat. lib. 1, Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt: qui hoc non in beneficij loco, sed in laboris ac muneris non temerè, nisi libertis suis deferebant.

Accensus & præco in hoc conueniunt, quòd ambo Consulis alteriúsve magistratus dicto ad imperium nutúmque præstò essent: at ille, vt ad concionem, hic, vt ad comitia Quirites aduocaret. Alex. ab Alex. 2. Genial. cap. 27.

Accentus, Vide ACCINO.

Accepso, Vide ACCIPIO.

Acceptilatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, Vide ACCIPIO.

Accersio, accersis, accersiui, accersitum {[illegible]} accersire, Idem quod accersere, aduocare. Plaut. Pseud. 5, Accersi hostias. Liuius 1. Decad. lib. 3, Placere itaque patrem accersiri. Sallust. Postremò Scyllam accersiri iubet.

Accersire capitis, Accusare. Cicer. lib. 2. de Inuent. Quidam capitis accersierunt.

Accerso, accersis, accersiui, accersitum, pen. prod. {[illegible]} accersere. Deriuatum ab accio, significat ire ad vocandum, vel vocare.

Accersere aliquem. Cic. 2. Verr. Accersit alter cons. designatus Siculos: veniunt nonnulli.

Vxorem. Terent. And. 3. 4, Cur vxor non accersitur? Donatus in illud Terentianum in Hecyra, Abduxit suam: sic ait. Abduxit propriè. Accersi enim dicitur ad maritum: Abduci à marito ad diuortium.

Ad se aliquem. Cic. 7. Verr. P. Vectium ad se accersit.

Auxilia ex aliquo, vel ab aliquo loco. Cæsar 7. belli Gallici, Atque ea pars quæ minus sibi confideret, auxilia à Vercingetorige accerserat. Sic Cic. 7. Verr. Nec proficisci quoquam potes, nec accersere res transmarinas ex iis locis.

Ad aliquod negotium: vt, ad rem diuinam, ad bellum. Terent. Hecy. 1. 2, Accersi ad rem diuinam. Sallust. Gallorum gentem infestissimam Rom. nomini, ad bellum accersunt.

Accersere cum aduerbiis de loco & ad locum. Plaut. Casin. 4,

Accersas hinc me. Cic. 4. Tusc. Multa sanè occurrunt cur ea quoque accersita aliunde.

Accersitus domo huc sum. Plaut. Sticho. 13.

Accersitur lauatum interea virgo. Terent. Eunuch. 3. 5.

Accersere, suppresso accusatiuo. Terent. Andr. 5. 2, Vbi voles, accerse. Sub. vxorem.

Accersi infinitiuus. Plaut. Amphit. 14, Cupio accersi. Terent. Hecy. 1. 2, Simulat se à matre accersi.

Accersere mercede. Cæs. 1. bel. Gal.

Accersere orationi splendorem. Cic. lib. 3. de Orat. Translationes orationi splendoris aliquid accersunt. Per metaphoram, pro aliunde siue extrinsecus afferunt.

Accersere, pro Accusare. Cicer. 4. Verr. Sin absolutus eris, quis erit tam

amens, qui te ex tot tantisque criminibus elapsum, post quinquennium statuarum nomine accersat?

Aliquem crimine. Cicer. 4. Verr. Quòd tum magis inuidioso crimine, quàm vero accerseretur.

Crimine ambitus. Cic. pro Cælio, Nec si semel periculum ambitus subeundum putaret, ipse alterum iterum ambitus crimine accerseret.

Maiestatis. Cic. 2. de Inuent. Accersitur maiestatis. Subauditur ablatiuus crimine.

Accersiui, præteritum. Cicer. lib. 1. ad Attic. 11, Accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Idem in Bruto, ad fin. Nec decet te ornatum vberrimis artibus, quas quum domo haurire non posses, accersiuisti ex vrbe ea quæ domus est semper habita doctrinæ, numerari in vulgo patronorum. Rursus lib. 16. ad Att. Ego autem & eius librum accersiui, & ad Athenodorum Caluum scripsi.

Accersere & attrahere. Brutus Attico 17, O magnam stultitiam timoris, idipsum quod verearis ita cauere, vt quum vitare fortasse potueris, vltrò accersas & attrahas.

Accersite, pen. corr. Imperatiuus ab Accerso, inflexionis tertiæ. Ouidius 15. Metamorph. Ite bonis auibus, prolémque accersite nostram. Idem 4. Fasto.

Accersitus, accersita, accersitum, pen. prod. {[illegible]} participium, Vocatus.

Accersitum dictum. Cicer. 2. de Orat. Cauendum est ne accersitum dictum putetur: permulta tamen acutè dicemus. Hoc est, aliunde, & nimium longè petitum.

Commendatio. Plin. lib. 13. cap. 1.

Accersitus & ductus riuulus. Cic. pro Cælio, Si ipse orietur & nascetur ex sese, fortasse vt soleo commouebor: sin autem vt riuulus, accersitus & ductus ab ipso capite accusationis vestræ, lætabor.

Accersitus ad aliquem. Plaut. Cistel. 2, Nam ad matrem accersita sum.

Accersita descriptio, Superuacanea, non natiua, nec propria. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Accersita & aduecta humus. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Accersitus aliquis in opere. Cic. Attic. lib. 13, Nicias à Dolabella in magno opere accersitus. Vetus exemplar habet, à Dolabella magno opere arcessitus. Dixit autem magno opere, pro magnopere.

Adscita atque accersita sacra. Cicer. 6. Verr. Nunc verò in communi omnium gentium religione, inque his sacris quæ maiores nostri ab exteris nationibus adscita atque accersita coluerunt, negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, qui possumus?

Accersita studia aliunde. Cic. 4. Tusc. Hoc autem loco consideranti mihi studia doctrinæ, multa sanè occurrunt cur ea quoque accersita aliunde, neque solùm expetita, sed etiam conseruata & culta videantur.

Somnus. Propert. lib. 3. Eleg. 17.

Accersitus erit somnus in ossa mea. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Accersitus, huius accersitus, m. g. {[illegible]} Cic. 1. de Nat. deor. Nam cùm feriis Latinis ad eum, ipsius rogatu accersitúque venissem.

Accersitor, accersitoris, pen. prod. m. g. {[illegible]} Vocator. Apul. Mittunt è suis accersitorem vnum. Plin. Iunior, epist. 101.

Accido, accidis, accidi, pen. breui {[illegible]} accidere. Quasi ad (id est iuxta) aliquid cadere. vt Accidere ad genua. verbum inuentu rarum, nisi in tertiis personis. Sueton. in Dictatore: vt ad genua sibi accideret. Cic. Attic. lib. 1. 9, Ad pedes omnium sigillatim accidente Clodio. Terent. Hecyr. 3. 3, Iam vt limen exirem, ad genua accidit. Vbi Donatus, Accidere, est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis, propter AD, quod est iuxta, & cadere.

Accidere, vetustè positum cum accusatiuo sine præpositione. Plautus Sticho, 3, Certò enim mihi paternæ vocis sonitus aures accidit. Pro, ad aures, vel auribus. Sallust. in Iugurth. Quos accidam? aut quos appellem? Pro, ad quos, vel ad quorum genua accidam, id est, quibus supplicem.

Accidere pro cadere. Cæsar 3. bell. Gall. Vt neque ex inferiore loco satis commode tela adiici possent, & missa à Gallis grauius acciderent. Ennius in Rhet. ad Heren.

Vtinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegna ad terram trabes.

Accidit auribus, & ad aures, pro eodem. Vnde & philosophi, teste Prisciano, vocem diffiniunt, vt sit aer ictus, auribus accidens. Liu. 8. ab Vrbe, Quod vbi ad aures accidit regis. Id est, peruenit.

Accidere pro euenire, duntaxat in tertiis personis. sed propriè de malis dicitur, sicut contingere de bonis. Cicer. 4. Acad. Et siquid aduersi acciderit. Idem in Lælio, Nihil mali accidisse Scipioni puto; mihi accidit, siquid accidit.

Accidit calamitas. Cic. ad Cluuium lib. 13. epist. 7.

Dolor. Cic. 6. Verr.

Accidere casu. Ouid. 20. Epistol.

Siquid illi accidat, pro si fortè moriatur. Genus est loquendi ad vitandam sermonis atrocitatem inuentum. durius enim auditur verbum mori, cùm de viuentibus loquimur. Pompon. de verb. signif. Siquis ita in testamento scripserit, Siquid filio meo acciderit, Damas seruus meus liber esto: mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidat & viuis, attamen vulgi sermone etiam mors significatur. Cic. lib. 2. de Inuent. Siquid pupillo accidisset. In hac locutione aliquando adiungitur aduerbium, Humanitus. Cic. 1. Philipp. Sed vt, si quid mihi humanitus contigisset, &c.

Accidunt etiam bona. Terent. And. 2. 3, Interea aliquid acciderit boni. Vbi Donatus, Nota (acciderit) etiam pro bono, & à Terentio, & apud veteres frequentatum.

Accidere alicui aliquid gratum. Cic. Appio, lib. 3. epist. 1, Omnia quæ à me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima.

Aliquid alicui iucundum. Cic. ad Appium, lib. 3. 10, Quæ scribis ad me, minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt.

Accidere alicui aliquid iucundum ex aliquo. Cic. lib. 1. ad Attic. epist. 4, Nam mihi omnia quæ iucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere possunt, ex illo accidebant.

Accidit ægritudo alicui. Tacit. Annal. lib. 2.
Dubitatio, pro euenit vel incidit. Cic. 3. Offic.
Facultas. Cæs. Accidere visa est facultas bene rei gerendæ.
Fama, pro venit, siue allata est. Liu. 7. bel Pun.
Nouum, & aliquid noui, Terent. Phorm. 2. 1. Cicero filius Senatui, libro 15. 2, Cùm admirarer quid accidisset noui.
Tempus. Cic. 1. Verr. Siquod tempus accidisset, quo tempore aliquid à me requirerent.
Voluntas. Cicer. 2. de Inuent. Voluntas accidit vt artem dicendi perscriberemus.
Euenire & accidere. Cicer. ad Toranium, lib. 6. 21, Timebam enim, ne euenirent ea quæ acciderunt.
Euentus accidit. Cicer. 1. de Diuin. Mihíque à peritis in Asia prædictum est, fore eos euentus rerum, qui acciderunt.
Accidere præter opinionem. Cic. pro Plancio, Nihil vt plerunque euenit, præter opinionem accidet. Idem ad Appium, lib. 3. 10, Grauiter primo nuntio commotus sum, quòd nihil tam præter opinionem meam accidere potuit.
Accidere vt ex &c. Quint. lib. 2. cap. Adeò vt vix ex admirabili quodam casu possit accidere.
Accidere præter optatum, Accidere etiam nihil tale speranti. Cic. in Pisonem, Illud etiam accidit præter optatum meum, sed valde ex voluntate. Hoc est, quanuis non optarem, aut sperarem.
Accidit ad animum. Cic. Attic. lib. 3. 61, Quod me vetas quicquam suspicari accidisse ad animum tuum, quod secus à me erga te commissum aut prætermissum videretur.
Accidit de. Cic. Attico, lib. 1. 11, Quæris ex me quid acciderit de iudicio quod tam præter opinionem omnium factum est.
Accidere aliquid in aliquo, Pro alicui. Cic. de Prouinc. consul. Neque solùm summo in viro, sed etiam in mediocri homine ne accidat prouidendum.
Accidit in te istuc verbum. Terent. Andr. 5. 3, Eodem die istuc verbum verè in te accidit. Hoc est, eodem die euenit vt istuc verbum Miserû, verè in te competeret, verè tibi conueniret.
Quorsum accidat timeo. Terent. And. 1. 5, Id est, quorsum euadat.
Accidit diuinitus. Cic. in Partit. Maximéque si id diuinitus accidisse potuerit videri.
Accidit nec opinanti. Terent. Hecyr. 3. 3.
Accidit positum absolutè, sequente particula vt. Cicer. 3. Verr. Accidit quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset, vt se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret, &c. vt illo itinere veniret Lampsacum, cum magna calamitate, & propè pernicie ciuitatis. Idem Cælio lib. 2. 10, Putarésne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent.
Accidere cum infinitiuo. Cic. Trebatio, lib. 6. 11, Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus esse.
Accidens, pen. corr. accidentis, absolute, n. g. (συμβεβηκὸς σύμπτωμα.) Diffinitur à Dialecticis, quod adest & abest præter subiecti corruptionem. Quintil. lib. 5. cap. 10, Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera, sunt rerum accidentia. Theodorus, qui de eo, an sit, & de accidentibus ei, id est, περὶ οὐσίας καὶ συμβεβηκότων existimat quæri. Quintil. lib. 3. cap. Quot & qui status: & lib. 4. cap. de egressione, personæ cum suis accidentibus ponendæ.
Per accidens. Vide PER.
Accidentia quoque vocátur casus hominum. Quintil. in Ægro redempto: Quanuis Iudices in tanta malorum continuatione iam potuerim nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, &c. Paulo pòst, Hic nanque robustius ac patiens, non mollis prosperis facile, non accidentibus frangi, &c. Id est, rebus aduersis. ¶ Accidentia etiam vocantur à Grammaticis, Genus, Species, Figura, Tempus, & cætera quæ in orationis partibus accidunt.
Accidentia, accidentiæ, verbale (συμπτῶσις) vt accidentia naturæ, pro euentu. Plinius libro 32. cap. 2, Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, apposito occurrit exemplo.
Accîdo, accidis, pen. long. accidi, accisum (ἐκκόπτω) accidere, Ex ad & cædo, Extenuare, affligere, exhaurire. Liuius Decad. 1 lib. 8. 144, Ita prælio vno accidit Vestinorum res, vt non in castra solùm refugerêt hostes, sed iam ne vallo quidem ac fossis freti, dilaberentur in oppida, situ vrbium mœnibúsque se defensuri.
Accisus, pen. prod. (ἐκκοπείς) participium. Tacit. de moribus German. Accisis crinibus nudatam corà propinquis expellit domo maritus.
Accisæ dapes. Virg. 7. Æneid. Vbi Seruius, Accisis, vndique consumptis. Et hoc est apud nos AC, quod apud Græcos ἀμφί.
Accisæ res, Extenuatæ, afflictæ, & imminutæ, Liu. 6. ab Vrbe. Sic Accisæ opes, apud eundem.
Acciêo, accies, acciui, accitum, pen. br. (μεταπέμπω) Ex ad & cieo: verbum in vsu rarissimum, Idé significat quod accio. Plaut. Mil. 12,
Vos modo curate, ego illum probe iam oneratum huc acciebo.
Ponitur & à Diomede lib. 1, in secunda coniugatione.
Accingo, accingis, accinxi, accinctum (ὑποζώννυμι, ἐνζώννυμι, διαζώννυμι) accingere. Ex ad & cingo.
Accingere se alicui rei, Est eam rem gnauiter aggredi. Virgil. 1. Æneid. Illi se prædæ accingunt. Vbi Seruius, Accingunt, Studiosè parant. Accinctos enim industrios dicimus. Sicut cōtrà negligentes, discinctos vocamus.
Accingere operi, suppresso accusatiuo. Virg. 2. Æneid. Accingût omnes operi. Sub. se.
Accingi ad rem aliquam. Liu. 8. bell. Pun. Quin igitur ad hoc accingeris? Id est, Cur te ad hanc rem non paras? vel, Cur hanc rem non aggrederis?
Accingi ad sordidum lucrum. Quintil.
Magicas artes. Virg. 4. Æneid. Magicas inuitam accingier artes. Pro, ad artes accingi. Hoc est, magicas artes aggredi: siue, vt vult Seruius, ad illas discendas præparari.
In discrimen. Liu. 2. ab Vrbe.
Accingere, sine casu posteriore. Terent. Phorm. 1. 2, Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum: accingere.
Accinge, pro accingere. Pomponius Maccis geminis: Is ego mihi adero, dum ego reuortor, age antè accinge ad molas. Ex Nonio.
Accingi, pro armari, instrui: vt Accingi armis, ferro, ense, &c. Virgil. 2. Æneid. Atque omnis facibus pubes accingitur atris.
Animos accingere futuris. Hoc est, præparare ad futura. Valer. Flacc. Argonaut. 4.
Se aliquo homine. Tacit. lib. 12, Se quoque accingeret iuuene, partem curarum capessituro. Hoc est, Domitium adoptaret, eóque aduersus curas & imperij negotia se muniret, & velut armaret.
Accingor, cum infinitiuo. Virg. 3. Georg.
-accingar dicere pugnas Cæsaris.
Accingi ad spem maiorem. Tacit. lib. 11.
Ira. Senec. in Medea, 1.
Telis tanquam in aciem. Tacit. lib. 40.
Accinctus, participium (διεζωσμένος, ἐζωσμένος.) Plin. Iunior, in Paneg. Ad hoc comitatus; accinctus, & parens.
Accinctus ensis lateri. Stat. 1. Thebaid.
Accinctus flagello. Virg. 6 Æneid.
Animus in magnos vsus. Stat. 4. Syluar. 4.
Accinctus studio popularium. Tacit. lib. 12.
Accino, accinis, pen. breui, accinui, accentum (προσᾴδω) accinere, Ex ad & cano compositum, cuius nullum exemplum occurrit nobis ex authoribus: ab eo tamen fit accentus.
Accentus, huius accentus, m. g. (προσῳδία) verbale ab accino, accinis, accinui, accentum. Diomedes lib. 2, Accentus, est acutæ, vel grauis, vel inflexæ elatio orationis, vocísve intensio vel inclinatio, aut inflexio, sono regens verba. Nam vt nulla vox sine vocali, ita sine accentu nulla est: & est accentus (vt Martianus Capella rectè putauit libro 3,) velut anima vocis. Accentus, quidam fastigia vocauerunt, quòd capitibus literarum apponerentur: alij tenores vel tonos appellant: nōnulli cacumina diffinire maluerunt. Sunt autem tres, Acutus ', Grauis `, & qui ex duobus factus est, Circunflexus ^. Hæc ille. Quintilian. lib. 1. cap. 10, Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidem ab Antiquis dictos tonores comperi, vt videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνους dicunt, vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant, cùm acuta & grauis alia pro alia ponitur. Accentum Cic. sonum vocis appellat in Orat. Mira est enim (inquit) quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, & graui, tanta sit, & tam suauis varietas, perfecta in cantibus.
Accentus, metaphoricè. Lucret. lib. 5,
Tandem bruma niues affert, pigrúmque rigorem
Reddit, hyems sequitur crepitans accentibus algi.
Accio, accis, acciui, accitum, penult. prod. (μεταπέμπω, ἐπικαλέω) accire. Accersere, euocare. Vnde acciri esse dicuntur, qui per nuntium euocati sunt. Liu. 1. ab Vrbe, Ludicrum fuit, equi pugiléſque ex Hetruria maximè acciti.
Accire peregrè. In PEREGRE.
Pueros. Cicero libro 5. ad Atticum, Tu inuita mulieres, ego acciuero pueros.
Accire in. Liu. 1. ab Vrbe, Et Numam ignarum vrbis, non petentem, in regnum vltrò accitum. Id est, vltrò à plebe euocatum.
Accire, per metaphoram. Cicer. 5. de Fin. Qui se fatentur, virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse. Acciret, Id est, adferret.
Accire absolutè. Cic. ad Att. lib. 13. Is igitur si accierit, accurram.
Acciri properis literis. Tacit. lib. 1. Annal. Vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur.
Accitus, penult. prod. participium (μεταπεμφθείς) Accersitus, vocatus. Sallust. in Iugurth. Acciti ibant. Virgil. 11. Æneid.
Spem siquam accitis Ætolûm habuistis in armis. Vbi Ser. Accitis, Euocatis, Adiunctis.
Accita Vitellio auxilia, Pro, à Vitellio. Tacit. lib. 20.
Accitus, huius accitus, pen. prod. verbale (κλῆσις) Aduocatio. Virg. 1. Æneid.
Regius accitu chari genitoris ad vrbem
Sidoniam puer ire parat. Cicer. 5. Verr. Et quinque primi accitu istius euocantur.
Acciendus, participium passiuum (μεταπεμπτέος.) Cic. de Arusp. respon. Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus.
Accito, accitas, penul. prod. accitaui (μεταπέμπομαι) accitare, Frequenter accire. Lucretius lib. 5,
Vt nunc montibus è magnis decursus aquai
Clarior accitat sitientia secla ferarum. Id est, allicit, inuitat, euocat ad sitim explendam.
Accipenser, Vide ACIPENSER.
Accipio, accipis, pen. corr. accepi, pen. prod. acceptum (δέχομαι, λαμβάνω, παραλαμβάνω, προσδέχομαι) accipere, Ex ad & capio. Quintil. lib. 2. cap. 9, Ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipientisque concordia. Hoc est, doctoris & discipuli.
Inter capere & accipere. Vlpianus de verb. signif. Aliud est capere, aliud accipere: capere cum effectu accipitur: accipere, etsi quis non sic accipit vt habeat. Ideóq; non videtur quis capere quod est restituturus.
Accipere ab aliquo rem aliquam. Plautus Pseud. 15, Ab eo argentum accipies.
De loco aliquo, vel de homine. Cicer. Att. lib. 1. 1, Quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret.
Ex aliquo. Plaut. Amphit. 8, Ex tua accepi manu pateram.
Aliquid in muneribus. C. Gracchus apud Gellium, Ita versatus sum in prouincia, vt nemo posset verè dicere assem, aut eò plus in muneribus me accepisse.
Accipi in numero. Plin. lib. 9. cap. 47, Quo in numero Chalcis accipitur. Id est, Est ex eorum numero, & similiter regitur & viuit.
Accipere æstimationem. Cic. ad Papyr. lib. 9. 16, Quum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere.

Ætatem.

Ætatem.Plin.lib.14.cap.7.

Animum quietum,aut mentem benignam in aliquem.Virgil.1.Æneid.
-in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum,mentémque benignam.

Artes à magistris.Ouid.9.Metam.

Auras taurinis follibus.Virg.4.Georg.

Cælum.Ouid.14 Metam.ad finem:
Coniugis ora mihi,quem si modò posse videre
Fata semel dederint,cælum accepisse videbor. Id est,mihi videbor esse felix.

Causam,pro,accipere excusationem.Cic.Tironi lib.16.19,Et si ob eam rem moraris,accipio causam. Idem in Pisonem,Quam nos causam quum accepissemus, &c.

Causam accipere pro suscipere & defendere. Cicer. 2. de Orat. Tenere quæ didiceris in accipienda causa. Terent.Hecy.Mea causa causam hanc accipite.

Cognomentum alicuius.Tacit.lib.15.ad finem.

Colorem.Plin.lib.11 cap.38.

Commeatum.Id est,profectionem impetrare.Plin.Iun.lib.3.epist.4.

Complexum.Liu.2 ab Vrbe.

Conditionem. Valla, Dicimus offero conditionem, vel fero, vel pono conditionem: nunquam ferè per aliud verbum. Quæ conditio dum placuit,etiam ferè semper dicimus,accipio conditionem.

Conditionem ab hoste armato, pro pactum oblatum accipere. Cæs.5. bel.Gall. Cicero ad hoc vnum modò respondit, non esse consuetudinem pop. Romani accipere ab hoste armato conditionem.

Conditionem paciscendi.Liu.3.bel.Pun. Læti tamen quamcunque conditionem paciscendi acceperunt.

Coniecturam accipere quid senserit legis cõstitutor. Quint.lib.3.cap.6.

Consilium.Liu. 4.bel.Pun.

Consulem de plebe,pro admittere plebeium consulem. Cic.Quum de plebe consulem non accipiebant.

Decumas. Cic.5.Verr. Imperat Agyrinensibus,vt decumas ipsi publicè accipiant: Apronio lucrum dent. Sic Plin.lib.12.cap. 14.

Disciplinam ab aliquo.Cæs.1.bel.Gal. Quos tamen aliquis vsus ac disciplina,quam à nobis accepissent,subleuarat.

Excusationem.Cic.Att.lib.16, Atticæ meæ excusationem accipio. Reciprocum,Afferre excusationem.

Experimento suo accipere:siue natura docente:non alio tradente.Quintil. lib.6 cap.2.

Exercitum: cui reciprocum est, Tradere exercitum. Cæs.2. bell.ciuil. Amisso exercitu,quem à Cæsare fidei commissum acceperit.

Fœdera. Sallust. in Iogurth. Postremò Masinissa nos ita statuit P. C. ne quem coleremus,nisi populum Romanum:ne societates, nec fœdera noua acciperemus.

Fœnore,sub.(nummos)aut(pecuniam.) Plaut.Curcul.9. Plin.Iunior, epist.9.lib.3. Reciprocum,Dare fœnori.

Fidem. Virgil 8.Æneid. Accipe,dáque fidem. Id est,inquit Valla,accipe sponsionem factam à me,& tu mihi vicissim da tuam. Liu.4. bel.Pun. Legati responderunt,fide accepta.

Accepit fidem fabula,pro fabulæ creditum est.Martial.lib.1.5.

Fiduciam. Cic.pro Flacco, Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta,occupauisti.

Formam.Virg 1.Georg -& curui formam accipit vlmus aratri.

Frænum.Virg 12.Æneid.
Vrbem hodie causam belli,regna ipsa Latini,
Ni frænum accipere,& victi parère fatentur.

Fumum accipere.Columel.lib.12. cap.12,Lagenam in tabulatum quod fumum accepit, reponunt. Id est,vt idem in fine eiusdem capitis exprimit,In tabulatum quod suffumigatur reponunt.

Accipere gremio.Virg 1.Æneid.
Vt cùm te gremio accipiat lætissima Dido.

Accipere honores Brutus ad Cic. Quum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentũ. Huic reciprocum est,Deferre honores.

Humanitatem.Cic.ad Quint.frat.lib.1.1, Certè humanitatem iis potissimum tribuere debemus,à quibus accepimus.

Ignominiam.Cic.1. Verr.Tanta accepta ignominia. Idem 7.Verr.Cæsar,illo imperante meruisse,vt nullam ignominiam acciperent.

Imperium,pro parère imperio, iussis obedire. Liu.5.bel.Pun. Reciprocum,Imperare.

Accipere iniuriam.Id est lædi:cui opponitur,Beneficium accipere.Cic. 5.Tusc. Nam cùm accipere,quàm facere præstat iniuriam.

Iudicium, Est se defensorem controuersiæ quæ mouetur ostendere, & litem contestari: denique pati, vt iudices dentur ad eam rem disceptandam de qua mouetur controuersia. Cic.pro Quintio, Iudicium cùm acciperet in ea ipsa verba quæ edebat Næuius, non recusare. Locutio hæc Iurisconsultis frequens est. vt, in l.2. §.1.D. Si ex nox. causa.l.8.§.3.D.de procurat.& l.35.§ 2.D.de iureiurando.

Accipere iugum dicuntur boues,cùm iugum non recusant. Columella lib.6 cap.2.

Per translationem dicuntur etiam homines iugum accipere, pro imperium durius & seuerius pati siue perferre. Liuius 3. ab Vrbe. Tacitus l b.12. Vrbésque Armeniorum Artaxata & Tigranocerta iugum accepere.

Iusiurandum. Cæsar 3.belli ciuilis. Reciprocum,Dare iusiurandum,& deferre.

Legem.Cic.3.Offic.Quo deprecante accepta lex non est.

Leges à victoribus. Liuius 5. belli Punici, Vt victi à victore leges acciperent.

Libertatem ab aliquo. Sallust. Vos pro libertate quam ab illis accepistis. Reciprocum,Dare libertatem.

Literas aut epistolam ab aliquo, vulgatum est de eo dici ad quem scriptum est: vt Cic.Sulpitio lib.4, Ad tertium Calend. Maias quum essem in Cumano,accepi tuas literas. Idem ad Q.frat.lib.2.16, Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Blandenonæ. Sed & is dicitur Accipere literas, cui dantur aut ferendæ aut mittendæ. Idem ad eundem, Accipio excusationem tuam, &c. sed accipio ex ea parte,quatenus aut negligentia, aut improbitate eorũ, qui epistolas accipiunt,fieri scribis,ne ad nos perferantur.

Litem ad se.Plaut. Mostel.16, accipiam hanc ad me litem. Id est, in me transferam,& eam pro te meo nomine suscipiam: siue, vt vulgò loquimur,capiam super me.

Accipit lumen Solis Luna.Cic.3.de Orat. Vt luna accessu & recessu suo solis lumen accipiat.

Accipere malum.Plin.Iunior,epist.53,Dedi malum,& accepi.

Accipere mancipio.Vide MANCIPIVM.

Mandata. Cic.8.Philipp. Cui is qui non paret, non ab eo mandata accipienda sunt, sed ipse est totus repudiandus. Reciprocum, Dare mandata.

Accipere in manum.Vide MANVS.

Accipere metum. Terent.Heaut.2.3.

Memoriam de aliquo. Cicero de Amicitia, Loquimur de iis amicis quos videmus,aut de quibus memoriam accepimus. Id est, de quibus aliquam fieri mentionem audiuimus.

Morem. Cic.3.Offic.Itaque præclarum à maioribus accepimus morem rogandi iudicis. Reciprocum,Tradere morem.

Mores.Stat.2.Achil.

Aliquid muneri, hoc est,dono. Tacit.lib.14, Quasi cunctam regionem muneri accepissent.

Noctem oculis aut pectore.Virg.4.Æneid.
At non infelix animi Phœnissa,nec vnquam
Soluitur in somnos,oculísve aut pectore noctem
Accipit. Seruius, Quia potest aliud esse sine alio, vt siquis dormiens,mente turbetur.

Nomen.Plin.Iun.lib.2,Timiditatis nomen accipiat.

Nomen: pro eo, quod vulgus dicit Recipere ad monstram. Liu.3.bell. Pun.lib.7, Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros Tribuni dixerunt.

Nuntium.Cic.Rufo lib.2.18, Cùm optatissimum nuntium accepissem. Reciprocum,Nuntiare,vel Afferre nuntium.

Obsides. Liu.5.ab Vrbe, Mittite qui arma, qui obsides, qui vrbe patentibus portis accipiant. Huic respondet,Dare obsides.

Omen.Cicer.1.de Diuin. Liu.1.ab Vrbe, Mi pater,inquit,Persa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen,inquit,mea filia. erat autem mortua catella eo nomine. Reciprocum, Facere omen,vel Omen offerre.

Originem ab aliquo.Quintil.lib.5.cap.11.

Onus.Cicer.2.de Nat.deor. Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse ad onus accipiẽdum figurata, ceruices autem natæ ad iugum,&c.id est,Ad onus admittendum.

Opinionem. Cicer.Lentulo,lib.1.9, Qui de vno acerrimo & fortissimo viro, meóque iudicio, omnium magnitudine animi & constantia præstantissimo,Q.Metello L.filio quondam falsam opinionem acceperunt.

Palmam.Cic.in Bruto, Cùm palmam iam primus acceperit. Pro, obtinuerit,adeptus sit.

Pecuniam aduersum legem.Plaut.Trucul.16.

Pecuniam ob rem iudicandam.Cic.2.Verr.

Pignori rem quampiã accipere. Marcian.l.1.D.quæ res pignori vel hypoth. Quid ergo si prædium quis litigiosum pignori acceperit. Pap. l.2.D.qui pot.in pign.hab.

Pœnas.Lucan.lib.8, -nunc accipe pœnas,
Sed quas sponte luam. Id est,Sume pœnas de me quas tamen libens patiar.

Potestatem. Plin. Iunior, de Viris illust. 12, Accepta potestate in castra Porsenæ venit. Reciprocum est, Tradere, vel dare potestatem.

Præcepta ab aliquo.Cic.lib.2.de Orat. Sit enim mihi tinctus literis,audierit aliquid,legerit, ista ipsa præcepta acceperit. Ad hoc refertur, Dare vel tradere præcepta.

Prædes:cui respondet,Dare prædes.Cic.Caninio lib.2.16,Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ.

Prædia in æstimationem. Cic.Rutilio, lib.13.9, Albinus prædia in æstimationem accepit.Id est,in solutionem,secundum æstimationem.

Prouinciam.Cicer.Cælio Rufo lib.2.9,Bibulus prouinciam acceperat. Tradere prouinciam,eius reciprocum est.

Accipere pro vero. Quintil.lib.2.cap.4.

Rationes à colono. Cic.pro Cecinna, Deinde ipse Cecinna quum circuiret prędia,venit in istum fundum:rationes à colono accepit.Huic respondet,Reddere rationes.

Remp.Id est reip.administrationem. Cic.post reditum, Remp. illis accepi temporibus eam,quæ penè amissa est.

Repulsam.Cic.pro Plancio,C.Manij,qui duabus ædilitatis acceptis repulsis,septies Consul est factus.

Rogationem.Cicer.3.Offic.Rogationem suasit eam,quam L.Furius & Sex.Attilius ex S.C.ferebant:qua accepta est hostibus deditus.

Rudem, propriè dicuntur gladiatores, dum donantur rude: hoc est, cùm remittuntur à munere gladiatorio, accepta virga quæ rudis propriè dicitur. Per metaphoram verò significat ab arte aut re alia consueta cessare. Cicer.2.Philipp. Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti?

Accipere sacramentum. Tacit.lib.10.

Salutem.Plaut.Epid.11.

Salutem ab aliquo,pro liberari.Cicer. Audieras ex illo,se à me bis salutem accepisse. Hoc est,liberatum esse.

Satis accipere.Vide SATIS.

Accipere satisfactionem, ea forma qua accipere excusationem. Cic.ad Trebatium,lib.7.13, Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem meam accipis. Cæsar sexto belli Gallici, Centuriones egerunt, vti Cæsari satisfacerent, se neque vnquam dubitasse, neque timuisse, neque de summa belli suum iudicium, sed imperatoris esse, existimauisse.

Sententiam. Liu. 3. ab Vrbe, Hæc sententia accepta est. Id est, rata habita est.
Sententiam contrariam accipere, pro Condemnari. Pap. in l. pen. D. de except. rei iudic. Si debitor de dominio rei quam pignori dedit, non admonito creditore causam egerit, & contrariam sententiam acceperit: creditor in locum victi successisse non videbitur, quum pignoris conuentio sententiam præcesserit.
Seruitutem. Tacit. lib. 12.
Societatem alicuius. Tacit. lib. 20. Sallust. Postremò Masinissa nos ita statuit P. C. ne quem coleremus, nisi Pop. Rom. ne societates, ne fœdera noua acciperemus.
Solem totius diei. Plin. lib. 20. cap. 9.
Sordes ab aliquo. Cicer. Attic. lib. 5, Caue putes quicquam homines vnquam esse miratos, quàm nullum teruncium, me obtinente prouinciam, sumptus factum esse, nec in remp. nec in quenquam meorum, præterquam in L. Tullium Legatum. Is cæteroqui abstinens (sed Iulia lege transita semel tamen in diem, non vt alij solebant omnibus vicis, præter eum semel nemo accepit) facit vt mihi excipiendus sit, quum teruncium nego sumptus factum: præter eum accepit nemo. Has à nostro Q. Titinio sordes accepimus.
Speciem. Columel. lib. 2. cap. 10, Nanque in alio solo rapa biennio sata conuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit speciem. Id est, vertitur siue mutatur in rapum.
Stipendium de publico. Liu. 4. ab Vrbe.
Sub imperium aliquid accipere. Tacit. lib. 1, Et Pompeij, Crassique potentia citò in Cæsarem: Lepidi, atque Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta discordijs ciuilibus fessa, nomine principis sub imperium accepit.
Tabellarium. Cicer. ad Q. frat. lib. 3. 24, Habeo absolutum suaue mihi quidem vt videtur, ἔπος ad Cæsarem, sed quæro locupletem tabellarium.
Testimonium publicum. Cic. 4. Verr.
Tempus debitum. Plin. Iunior, epist. 20.
Accipere aliquem vadem pro aliquo. Cic. ad Brutum 18, Quum me pro adolescentulo ac penè puero resp. accepisset vadem.
Veniam pro aliquo. Ouid. 11. Metam.
Accipiunt ventos à tergo naues. Ouid. 12. Metam.
Accipere ventos aperto pectore. Ouid. 2. Fast.
Vires, aut vim. Plin. Iunior, epist. 53.
Vitam deorum, Referri in deos. Virg. 4 Eclog.
Voluntatem parem accipere, & reddere. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2, Cùm par voluntas accipitur & redditur. Illud est, quod ipse Cicero appellat mutuum in amicitia.
Vrbem, pro capere. Cicer. Attico, lib. 8, Cùm imparatam iam Capuam, nō solùm ignauiæ delectus, sed etiam perfidiæ suspicionem fugiens, accipere nolui.
Vrbem in deditionem. Cæs. 1. bel. Gall. Liu. 7. ab Vrbe, Quum iam scalas mœnibus admouerent, in deditionem vrbem acceperunt.
Accipere beneficium. Ter. Adelph. 2. 3.
Inter Accipere beneficium & Recipere. Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit: Recipit, qui iam contulerat. Ex Seneca de beneficiis.
Gaudium, aut lætitiam. Plaut. Capt. 13, Nunc hāc lætitiam accipe à me, quam fero.
Accipere voluptatem. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 24, De virtute & grauitate Cæsaris, quam in summo dolore adhibuisset, magnam ex epistola tua accepi voluptatem.
De malis autem & aduersis rebus, hæc subsequuntur testimonia.
Accipere calamitatem ab aliquo. Cæs. 7. bel. Gall. Ne quam à finitimis Bellouacis calamitatem accipiant.
Cladem, cuius reciprocum est Inferre cladem. Liu. 5. ab Vrbe, Quum plus aliquanto cladium intulisset, quàm accepisset.
Contumeliam & contumelias. Cæs. 7. bel. Gall. & 5. bel. Gall. Cicero, Tanta contumelia accepta.
Detrimentum. Cic. pro l. Manil.
Dolorem Cic. pro Domo sua, Accepi, Pontifices, magnum atque incredibilem dolorem.
Iacturam Liu. 4. ab Vrbe.
Ictum, Id est feriri. Lucret. lib. 4,

> Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
> Vnde feritur, eò tendit.

Accipere offensionem, Offendi. Cicero Attico, lib. 1, Nam quanta sit in Quinto meo comitas, quanta iucunditas, quàm mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Reciprocum est. Offendere.
Offensiunculam in ædilitate. Cic. pro Plancio, Vidit M. Pisonem in ista ædilitate offensiuncula accepta summos à populo Romano esse honores adeptum.
Plagam seu vulnus propriè. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. vltimo. Cæsar 4. bel. Gal. Cùm circumuentus multis vulneribus acceptis cecidisset. Cic ad Attic. lib. 5, Qua in fuga magna authoritate Osaces dux Parthorum vulnus accepit. Cels. lib. 5, Sin cerebrum membranáve eius vulnus accepit.
Accipere, Concipere. Virgil. 8. Æneid.

> -alij ventosis follibus auras
> Accipiunt, reddúntque. Nonius.

Accipere, Audire. Terent. Hecyra 4. 3. Quem cùm istoc sermonem habueris, procul hinc stans accepi, vxor. Cicer. 1. Verr. Sic enim à maioribus nostris accepimus.
Accipere, Intelligere. Cic. 2. de Legib. Hunc locum idem ego te accipio dicere, Arpinum germanam vestram patriam esse.
Accipere auribus, periphrasis pro audire, siue potius attentè ac diligenter audire. Cic. 1. de Orat. Sit boni oratoris multa auribus accepisse.
Æquis auribus, hoc est, libenter & patienter audire. Plin. Iunior, epist. 8.
Auribus pronis aliquid. Tacit. lib. 17, Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur.
Pronis animis. Tacit. lib. 17, Legati eorum in squalorem mœstitiámque compositi, per principia, per contubernia, modò suas iniurias, modò ciuitatum vicinarum præmia: & vbi pronis militum animis accipiebantur, ipsius exercitus pericula & contumelias conquerentes, accendebant animos.
Auidè acceptum. Tacit. lib. 4.
Accipiunt aures. Cic. 4. Verr. Nunc primùm hoc aures tuæ crimen accipiunt? Hoc est, an nunc primùm audis hoc crimen?
Accipe & accipite, sæpe dicimus, cùm vt aliquid attentius audiatur ac intelligatur, monemus. Virg. 2. Æneid. Accipe nunc Danaûm insidias. Cic. in Catone, Accipite enim optimi adolescentes veterē orationem Architæ.
Accipere auditionem, Ex auditu cognoscere. Cælius ad Ciceronem lib. 8. 2, Romam cùm venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi.
Auditione & fama, pro eodem. Sic accipere fama, pro ex fama cognoscere. Cicer. 2. de Nat. deor. Nec tamen vnquam exissent supra terram, accepissentque fama & auditione esse quoddam numen & vim deorum.
Aliquid aduersis animis. Tacitus Annal. 3, Vtque hæc secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, quod filio Claudij socer Seianus destinaretur.
De aliquo aliquid, id est, fama aut literis cognoscere. Cic. 1. Offic. Vt de Socrate, itemque de C. Lælio accepimus. Idem 6. Verr. Eriphylen accepimus in fabulis ea cupiditate, vt, cùm vidisset monile. Hoc est, accepimus (vt est in fabulis) Eriphylen ea cupiditate fuisse, vt &c.
Accipere memoria. M. Cato apud Gellium, lib. 14. cap. 2, Atque ego à maioribus memoria sic accepi.
Accipere preces, Id est audire. Ouid. in Ibin.

> Ipsáque tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor,
> Ipse meas æther accipe summe preces. Idem sensu longè diuerso dixit lib. 1. Fast.
> At cur læta tuis dicuntur verba Calendis?
> Et damus alternas, accipimúsque preces? Hoc est, Cur alter alteri benè precamur, annúmque felicem optamus, Calendis Ianuarij?

Superbius preces alicuius accipere. Tacit. Annal. libro 2, Quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifesta superbius accepisset.
Accipere, intelligere, cognoscere. Terent. And. 2. 3, Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
Accipere corde: pro, Accipere animo: & est poetica periphrasis, pro intelligere. Plaut. Casina 4. -pol haud satis meo corde accepi Querelas tuas.
Oculis & animo. Cic. 5. Verr. Non me hercule criminis augendi causa dicam iudices, sed quem accepi ipse oculis animóque sensum, hunc verè apud vos, & vt potero planissimè exponam. pro. Sensi oculis atque animo. Periphrasis ad affectum exprimendum.
Accipite animis mea dicta. Id est, intelligite. Virg. 3. & 5. Æneid.
Accipe nostram mentem. Virg. 1. Æneid. Id est, audi meum consilium.
Parum accipere locum aliquem, & Minus intelligere, idem significant. Cic. 3. de Nat. deor.
Vim verbi in aliud atque cæteri accipiant, posse ducere. Cicer. 2. de Oratore.
Accipere, Decipere. Lucil. 29,

> Sic inquam veteratorem illum vetulum lupum
> Annibalem acceptum. Nonius.

Accipere, Capere: vt, Accipere ad contumeliam, vel in contumeliam. Cic. Attic. lib. 15, Egóne vt beneficium accepisset in cōtumeliam? Terent. Adel. 4. 3, Ad contumeliam omnia accipiunt.
Accipere aliquid ad cognitionem rei alicuius. Cicero 2. de Natur. deor. Quæ contuens animus accipit ad cognitionem deorum, è qua oritur pietas.
Ad verbum. Cic. 2. de Orat. Quum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare.
Ad omnia. Subaudi, responsum, vel aliquid simile. Cicer. ad Appium libr. 3. 7, Ad omnia accipe, & cognosce æquitatem expostulationis tuæ.
Excusatius aliquid sub exemplo accipere. Hoc est, citato exemplo. Tacitus Annal. lib. 3.
Quo animo accipias, tento te. Cicer. ad Cassium lib. 15. 16, Tento enim te quo animo accipias. Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus, &c.
Magis accipere. Vide MAGIS.
Æquo animo. Id est, boni consulere, siue in bonam partem accipere. Sall. in Catil. Quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit.
Aliquid amicè. Cic. de Amic. Et monendi amici sæpe sunt, & obiurgandi: & hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.
Aliquid fortiter. Cic. ad Att. lib. 15, Mi Attice, fortiter hoc velim accipias vt ego scribo.
Gratè aliquid. Tacitus lib. 17, Et oratio ad perstringendos mulcendósque militum animos, & seueritatis modus, gratè accepta.
Non difficulter quæ traduntur. Quint. lib. 1. cap. 3. de ingenijs puerorū.
Generaliter. Quint. lib. 1. cap. 5.
Aliquid libenter. Cic. ad Att. lib. 1. 9, Hic dies me valde Crasso adiunxit: & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi. Idem ad Mescinum, lib. 5. 21.
Moderatè. Lepidus ad Cicer. lib. 10. 35, Ea te moderatè accepisse. Id est, tulisse æquo animo.
Mollius aliquid. Tacitus Annalium libro 17, Quò seditio mollius acciperetur.
Monitionem patienter, non repugnanter. Cic. de Amicitia.
Aliquid ægrè. Hoc est, non boni consulere. Tacit. lib. 4.
Aliorsum, pro In aliam partem interpretari. Terent. Eunuch. 1. 2,
-vereor

-vereor ne illud grauius Phædria
Tulerit:néve aliorsum,atque ego feci,acceperit.

Accipere,Senure.Terent.Heauton.2.3, Aliter tuum amorem atque est, accipis.

Accipere asperè.Cic. Att.lib.9, Quanto nunc hoc idē accipiet asperius? Tacit.lib.4,Quod asperè acceptum ad præsens.

Aliquid atrocius.Tacit.lib.17.

Accipere,Videre.Virgil.lib.8.Æneid.
-vt te fortissime Teucrûm
Accipio,agnoscóque lubens,&c. Nonius.

Durius,aut grauiter. Id est,iniquo animo ferre.Cicer.Attic.lib.1.1, Durius accipere hoc mihi visus est, quàm vellem, & quàm homines bel li solent. Idem 2.de Orat.

Fastidiosè,vel supinè. Senec de Ben.lib.3, Alius accepit fastidiosè, alius supinè.

Intéperanter aliquid. Tacit.Annal.li.2,Pisonē interim apud Coum insulam nútius assequitur, excessisse Germanicum. Quo intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa, neque ipse gaudium moderans, & magis insolescente Plancina.

Aliquid sinistrè.Tacit.Annal.17.

Vultu truci aliquid.Tacit.lib.4.

Accipere vxorem dicitur filiusfam.à patre nimirum: ducere autem paterfam.Donat.in Phorm.

Accipere in bonam, vel in malam partem, Est benè vel malè interpretari dictum aut factum alterius, quod ad nos pertineat: Hoc est, de illo benè aut malè iudicare. Huc pertinent, Accipere aliorsum, aliter,in aliam partem,& similia.

Accipere in eam partem. Id est,interpretari,&c. Cicer.Attic.lib.8,Id ego in eam partem accepi,hæc oppida, atque oram maritimam illam pro derelicto habere.

In optimam partem. Cicer. ad Attic.lib.11, Quòd rogas, vt in bonam partem accipiam,siqua sint in tuis literis quæ me mordeant: ego verò in optimam.

Accipi aliquid pro magnifico. Tacit. lib.5, Libertis quoque ac ianitoribus eius notescere, pro magnifico accipiebatur.

In quam partem accipias.Cic.ad Appium lib.3.7,quam in partem tu accipias,minus laborem.

Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit. Id est,quàm dictum sit, Ad Heren.lib.2, Vitiosum est, quod in aliam partem ac dictum sit, potest accipi.

Verbum in duas pluresve sententias. Ad Heren.lib.4, Per ambiguum sit significatio,cùm verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur in eam partem quam vult is qui dixit.

Aliquid in maius, Amplificare famā supra quàm par sit.Liu.9.bel. Punic.omnia in maius metu augente accipiebant. Tacitus lib.17,Sed in maius omnia accipiebantur.Id est,maiora putabantur.

In prodigium aliquid. Tacit. lib.12,Frugum quoque egestas, & orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur.

Loco prodigij aliquid,Tacit.lib.20.Apud imperitos prodigij loco accipiebatur ipsa aquarum penuria: tanquam nos amnes quoque & vetera imperij munimenta desererent.

In matrimonium. Tacit.lib.12,Sedecim annos natus Nero Octauiam Cæsaris filiam in matrimonium accepit.

In solutum aliquid.Id est,Solutionis nomine. Seneca de benefi.2,Inde est, vt omnia meruisse se existimet, & in solutum accipiat. Idem 7, Bonam voluntatem in solutum accipere.

In superbiam aliquid. Tacit.lib.5, Silentium ipsius non ciuile, vt crediderat,sed in superbiam accipiebatur.

Accipe hoc vt à me dicitur.Cic.de Arusp.respon.Velim sic hoc vir summus, atque optimè de mea salute meritus accipiat, vt à me dicitur.

Vt volet quisque accipiat.Cic.pro Deiotaro.

Id ita accipio, vt mihi factum putem. Cic.ad Plancum,lib.10.1, Te hoc existimare volo, quicquid in eum iudicij officijque contuleris, id ita me accipere,vt in me ipsum te putem contulisse.

Quemadmodum accepturi sitis horreo: Accipiatis sine offensione.Cic. 7.Philip. Periculosè dico: quemadmodum accepturi P. C. sitis, horreo: sed quæso, oróque vos P. C. vt accipiatis sine offensione quod dixero.

Quomodo accepturi sitis, vereor. Cic.lib.4.ad Heren. Mihi cum isto, Iudices, fuit amicitia: sed ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis,vos me priuastis.

Accipere,Admittere siue recipere, vt Accipere in amicitiam. Cic. Attic. lib.1, Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam. Vide venire in fidem,in FIDES.

Accipere in societatem regni. Liu.4.ab Vrbe.

In numerum.Liu.10.ab Vrbe, Sabinum aduenam illi antiqui Patricij in suum numerum acceperunt.

In ciuitatem vel in vrbem.Cic.1.Offic. Liu.3.ab vrbe.

Hospitio,quod & Recipere hospitio dicitur.Plaut.Amphit.4. Varro de re rust.lib.3.cap.2. Cic.Attic.lib.9,Et hospitio agresti accipiemus.

In domo. Virgil.3. Æneid. Illos porticibus rex accipiebat in amplis. Id est,epulantes tractabat.

Accipere intrò.Vide INTRO.

Aliquem medijs tapetibus.Valer.Flac.Argon.4.

Accipere, Gratum habere. Cic. 2. de fin. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Idem 2.de Orato. Si se dant, & sua sponte inclinant, atque propendent,accipio quod datur.

Accipere,pro tractare.

Accipere aliquem in prandio.Plaut.Cistell.2.8,
-ita lepide,nitidéque in prandio;
Accepisti apud te,vt semper meminerim.

Ampliter, Plaut.Menæch.3. Apparatu regio,Cic. in somnio Scipionis. Benè,Cic.Att.lib.16. Benè & cōmodè,Plau.Cas.21. Clemēter.Cic.6. Verr.Leniter,clementérque hominem accepit. Comiter,Liu.5.bell. Macedo. Hilari ingenio lepidoque, Plaut. Mostell.5. Magnificè, Idem. Prolixè,Terent.Eunuch.5.9.

Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius. Seruius sic legit,Accipit homo nemo melius, neque prolixius. Donatus, Accipit,pascit,inuitat.

Accipere apparatis epulis. Liu.3.bell. Pun. Hinc senatores omissa dignitatis libertatisque memoria, plebem affari, salutare, benignè inuitare, apparatis accipere epulis.

Aliquē admirabiliter. Cic.ad Atti.li.5,Nos Asia accepit admirabiliter.

Hilarè.Cic.2.de Orat.Hilarè quidem à te acceptus.

Lautè.Horat.Sermo.8.

Accipere aliquem,pro tractare & afficere in malam partem. Plaut.Amphit.4,Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam. Quasi dicat, pessimè accipiam:sed ob irā suppressit aduerbium. Cic. Tusc.4. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cum villico factus esset iratior,Quo te modo,inquit,accepissem,nisi iratus essem?

Accipere cruciatu.Plaut.Pseud.15,Nisi effecero,cruciatu me accipito.

Dictis.Plaut. Menæh.16, Hominem accipiam quibus dictis meret.Hoc est,maledictis & conuitiis agam cum illo.

Malè. Cic.ad Gallum, lib.7.27, Epicurum tuum Stoici malè accipiunt. Cælius ad Cice.lib.8.11,Accipitur satis malè à Curione, & totus eius secundus consulatus exagitatur.

Verbis malè.Cic.3.Verr.malè accepit verbis Rabonium.Idem 4. Verr. Epicrates homines multis verbis malè à se acceptos dimisit.

Haud familiariter.Plaut.Amphit.4, -nisi actûtum hinc abis, Familiaris accipieris faxo haud familiariter.Hoc est,non amicè,sed inimicissimè tractaberis.

Malè in oppugnando acceptus.Lentulus ad Cic. lib.12.14.

Indignis modis.Terent.Adelph.2.1.

Pessimè inopia omnium rerum.Brutus ad Cic.lib.11.13.

Seuerè facinus aliquod.Cic.pro M.Cælio.pro Vlcisci,siue punire.

Vehementer.Id est,seuerè. Cic.ad Att.lib.10. epist.5, Quintum puerum accepi vehementer.

Verberibus.Cic.2.Tusc. Spartæ verò pueri ad aram sic verberibus accipiuntur,vt multus è visceribus sanguis exeat.

Accipere,de humore,aut liquore dictum. Virgil.1.Æneid.
-laxis laterum compagibus,omnes
Accipiunt inimicum imbrem. Hoc est, Contrahunt aquam. de nauibus loquitur. Plin.Iunior.epist.sor.

Aquam ore.Plin.lib.9.cap.18.

Vocem.Plin.lib.36.cap.15, Turres septem, acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant.

Acceptus,participium {[illegible]} vt Regiè acceptus.

Acceptæ à maioribus clientelæ.Cic.Silio,lib.13.65.

Acceptam facere stipulationem. Vide STIPVLOR.

Accepti Vitellio annuli,pro, à Vitellio. Tacit. lib.20, Solatio fuit seruus Verginij Capitonis,quem proditorem Tarracinensium diximus, patibulo affixus,in iisdem annulis quos acceptos Vitellio gestabat.

Acceptum, accepti {λῆψις} absolutè dicitur quicquid ab aliis accipimus,seu dono,seu mutuò, seu alio quouis modo.Plaut. Truc.16,Hic ratio accepti scribitur. Cic. de Amic. Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum.

Accepto ferre {[illegible]} sermo est peculiaris iurisconsultorum,& significat acceptum habere quod nobis ex stipulatione promissum est:siue vt vulgò loquimur, habere pro recepto, etiam si nulla solutio intercesserit.

Dicitur autem accepto ferre, & acceptum ferre: Accepto facere,& acceptum facere, seu facere acceptum:Item,Habere acceptum: omnia pro eodem.Vide ACCEPTILATIO.

Et in passiuo declinatu accepto ferri,& acceptum ferri: accepto fieri,& acceptum fieri. Adde, quòd verbis suprà dictis iungitur (acceptum) in omni genere vtriusque numeri: vt,Acceptam ferre pecuniam, acceptos ferre nummos,&c.

Accepto fert, seu accepto facit stipulator, nempe qui promissorem per acceptilationem liberat: Accepto fertur, seu accepto fit ei, qui liberatur,hoc est promissori. Rursus, accepto rogat promissor: accepto rogatur stipulator. de quibus omnibus permulta exempla inuenies lib.46.Digestorum,sub titulo de Acceptilationibus.

Acceptum referre,& expensum ferre, venustum loquendi genus ex more antiquorum. Duæ enim partes rationum sunt: prior, accepti: posterior,expensi: receptam vulgò dicimus & impensam. Est igitur acceptū referre, scribere se accepisse. Hoc est, in acceptorum paginam referre. Expensum verò ferre, est scribere se dedisse, vt inquit Asconius: vt cùm per singula expensi nomina, summam quandam expensam ascribimus. Nomina autem vocantur in rationibus, quos nunc articulos & partitas dicimus. Et sciendum, in hac significatione dici,acceptum referre, non autem ferre: rursus,expensum ferre,non referre.Cic.pro A.Cecinna,Hac emptione facta,pecunia soluitur à Cesennia: cuius rei putat iste rationem reddi non posse,quòd ipse tabulas auerterit, se autem habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptáque relata: quasi id aliter fieri oportuerit. Idem in Verrem, Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit,quàm Verres illi expensum tulit.

In acceptum ferri dicitur opus publicum, cùm magistratus opus, quod locatum est,tanquam ex lege dicta factum, probare se testatur. l.vij. §.illud.D.ad l.Iul.repetund.

In acceptum referre.Cic.3.Verr. Primò negabat opus in acceptum referre posse. ter ibidem vsurpatum.

Acceptum referre translatè dicitur de omnibus quæ alicui debemus, quæque alicuius ope, aut per aliquem habemus. & tam in bonam quàm malam partem accipitur. Cic. pro Deiot. Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Idem Attic.lib.1.9, Vt ita diceret, se quòd esset Senator,quòd ciuis, quòd liber, quòd viueret, mihi acceptum referre. Idem 2. Philip. Omnia denique quæ vidimus (quid autem mali non vidimus?) si rectè ratiocinabimur,vni accepta referemus Antonio. Id est, omnium malorū quæ vidimus, solum Antonium authorem fuisse existimabimus,quasi dicat, Antonio imputabimus.

Acceptam facere sponsionem.Cic.5.Verr. Scandilium cogis.quid? sponsionem acceptam facere?

Acceptum habere.Cic.5.Tuscul. Quod verò approbaris,id gratum, acceptumque habendum.

Accepto liberare, Est accepti rogatione liberare, cùm ei, qui stipulatus est,an id quod promisit acceptum creditor habeat, respondetur habere.l.8.§.1.& 3. D.de Accept.

Acceptus {προσφιλὴς,ἐπίχαρις} Nomen ex participio dicitur id quod placet,siue quod iucundum, aut gratum est. Cæsar 1.bell.Gal. Maximè plebi acceptus erat.

Acceptum animo.Plaut.Merc.12, Si id fortè ita sat animo acceptú est.

Acceptior plebi oratio.Liu.3.ab Vrbe.Cic. in somnio Scipionis, Nihil est enim illi principi deo acceptius,quàm,&c.

Acceptissimus apud te seruus, Plaut.Capt.12. Cic.antequam iret in exilium, Sit is vestris animis acceptissimus,qui,&c.

Acceptum in vulgus.Hoc est,gratum vulgò.Tacit.lib.5.

Accepso,accepsis {προσλαμβάνω} de quo sic Nonius, Accepso,Accipio. Pacuuius Teucro, Haud sinam quicquam profari, prius quàm accepso quod peto.

Accepto,acceptas,acceptare {λαμβάνω} Frequentatiuum ab accipio, significat accipere soleo. Plaut.Pseud.9,argentum accepto.

Acceptare iugum.Sil.Ital.lib.7.

Veientum populi violata pace negabant
Acceptare iugum. Id est, accipere seruitutem, subiicere se Rom.

Acceptio, verbale fœmininum {λῆψις} Actus ipse accipiendi. Cicer.in Topic.19.Nam neque deditionem,neque donationem sine acceptione intelligi posse.

Acceptor,verbale mascul. gen. {λήπτης} Plaut.Trinum.4, Qui illorum verbis falsis acceptor fui.Hoc est, qui assensus sum vel credidi.

Acceptrica, acceptricæ,penul.prod. {λήπτρια} formatum videtur à verbali acceptrix.Plau.Truc.11. Nomen est insolens & inusitatum.Alij legunt acceptrici, à nominatiuo acceptrix.

Acceptilatio {ἀποχή} Verbale,quod ab acceptum,& supino latum deriuatur: Est autem acceptilatio, liberatio eius obligationis quæ per stipulationem contracta est. Modestinus l.1.D de acceptil.Acceptilatio,est liberatio per mutuam interrogationem, qua vtrique contingit ab eodem nexu absolutio. Vlpian.ibidem,Acceptú fieri non potest, nisi quod verbis obligatum est. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipsa verbis fit. Neque enim potest verbis tolli, quod non verbis contractum est. Tota res manifestior fiet hoc exemplo. Decem aureos à me stipulatus es, (hoc est, verbis rogasti) decem promisi. Postea liberari volens,accedo ad te,& sic interrogo, Quod ego tibi promisi,accepto fers mihi? Respondes, Fero. Ita soluta est stipulatio: hoc est, liberatus sum obligatione, etiam si non soluerim. Et hoc pactum siue hic actus dicitur acceptilatio: quæ videlicet constat ex interrogatione promissoris, & responsione stipulatoris. Potest & ex parte acceptilatio fieri, hoc modo, ex nummis decem,quos tibi promisi,quinque habesne acceptos? Item sic:Quod ego tibi promisi,id pro parte dimidia habésne acceptum?

Acceptilatio & Apocha hoc differunt,quòd acceptilatione omnimodò liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: Apocha non aliàs, quàm si pecunia soluta sit. Vlp.l. Si accepto.D.de Accept.

ACCI,Vrbs Hispaniæ Ptolemæo, Acti olim dicta,Hodie *Guadix*.

Accipiter,accipitris,mascul.gener.pen.corr. {ἱέραξ} Virgilius 11. Æneidos,

Quàm facilè accipiter saxo sacer ales ab alto
Consequitur pennis sublimem in nube columbam. Auis ab accipiendo dicta, aliarum auium rapax. Plin.lib.10.cap.8, de accipitibus. Terent.Phorm.2.2,Non rete accipitri tenditur,neque miluio.

Accipiter nulli aui satis æquus.Ouid.Metam.11.

Accipitrem pingunt Æthiopes, rem citò factam significaturi: quoniam hæc aliarum ferme omnium auis sit velocissima. Diodorus lib. 4.cap.1.

Accipiter, fœminini generis.Lucret.lib.4,

Accipitres somno in leni,sic prælia pugnásque
Edere sunt persectantes,visæque volantes.

Accipitor pecuniarum per metaphoram, pro homine rapaci. Plaut. in Pers.11 5.

Accipitro, accipitras {σπαράσσω} accipitrare, idem significat quod lacere.Verbum obsoletum,sed quo vsus est Næuius. Meminit Gell. lib.19.cap.7.

ACCISI, populi sunt ad Mæotim,quorum meminit Plin.lib.6.cap.7.

Accissare {ἀκκίζω} Ineptire. Vide ACCO.

ACCITANA COLONIA {ἀκκιτανὴ κολωνία} recensetur à Plinio in Hispania Citeriore,in conuentu Carthaginensi.Plin.lib.3.cap.3.

Accito,accitas,Vide accio,accis.

ACCIVS PRISCVS fuit quondã pictor nobilis, qui Honoris & Virtutis ædes Imperatori Vespasiano Augusto restituenti vnà cum Cornelio Pino pinxit. Plin.lib.35.cap.10.

ACCIVS, poeta Tragœdiarũ scriptor insignis, natus traditur parẽtib' libertinis,Marcino & Serano Coss.Eius tragœdiæ fuerũt clarissimæ, grauitate sententiarũ,verborum pódere,& authoritate personarum. Quint.lib.10.c.1, Eũ tamẽ vt duriusculũ notat Cic. ad Att.Sed & Licinius ferreum scriptorẽ appellabat, quòd dũ tragœdias ex Sophocle verteret in Latinum,duriorem se præstiterit. Id quod Quintil in tempora illa reiicit. Quin quum iter faceret in Asiam, diuertit ad poetam Pacuuium,qui Tarenti agebat,cúmque eo dies aliquot versatus est. Cùm autem tragœdiam suam,cui Atreus nomen est,illi recitaret, laudauit eam Pacuuius: & simul grandia, inquit, & sonora esse, quæ ab Accio scripta forent. Videri tamen sibi duriuscula & subacida. Quod Accius quidem minimè negauit: nec se,inquit,pœnitere; quoniam idem fermè ingeniis solet accidere, quod pomis. Quæ enim dura admodum & acerba nascuntur, paulatim mitia fiũt & iucunda. Quæ gignuntur statim vieta & mollia, non matura mox fiunt,sed putria. Author Gell.lib.13.cap.2. Is etiam Iulio Cæsare amplissimo & florentissimo viro in collegium poetarum venienti nunquam assurrexit, non maiestatis eius immemor, sed quòd in comparatione communium studiorum aliquanto superiorem se esse cõfideret: quapropter insolentiæ crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. Author Valer.lib.3.cap.7. Porrò tanti eum fecit D. Brutus,summus imperator, eique amicissimus,vt ipsius carminibus exornauerit suorum templorum ac monumentorum aditus. Testis Cic. pro Archia poeta. Erat humili admodum breuíque corpore: sed eo dissimulato,statuam in æde Camœnarum prægrandi statura sibi posuit. Fuit & T. Accius Pisauriensis, cuius accusationi Cic.respondit pro Cluentio, inter claros oratores ab eodem in Orat.positus. Fuit rursum Accius Næuius, augur celeberrimus, qui iussu Tarquinij Prisci Roman.regis nouacula cotem discidit. Quam historiam fusissimè prosequitur Cic.1.de Diu. Hunc alij Actium vocant.

Accianus,pen.prod. Adiectiuum Cic.lib.3. Quæst.Tuscul. Hinc ille Agamemnon Homericus,& idem Accianus,&c.

Acclamo,acclamas,pen.prod.{ἐπιβοάω,ἐπιφωνέω} acclamare.Ex ad, & clamo. Acclamare propriè dicitur populus oranti aut concionãti, quãdo clamore vel approbat vel improbat id quod agitur: in vtramque enim partem accipitur. Cic. pro Cæcin. Populus cum risu acclamauit ita esse. Idem de clar. Orat. Non metuo, ne mihi acclametur.

Acclamare, Clamorem simul extollere in quempiam, Cum dolore clamare, Reclamare, vt indignantes faciunt. Cic.4.Verr. Homo inimicus iis qui reclamassent,hostis omnibus qui acclamassent,exarsit iracũdia ac stomacho.

Acclamatio, verbale {ἐπιβόησις} Ipse actus acclamandi. Cicer.ad Q. frat.lib.2,Cato cõtradixit & Cassius,maxima acclamatione Senatus.

Acclamatio aduersa populi.Cic.de Orat.

Acclamatione,maledictis & conuitio impediri. Cic.ad Q. Frat.lib.2.7.

Acclamatione & baculo minari in recipiendis cogendísque ouibus. Colum.lib.7.cap.3.

Acclamatio item figuræ species apud Rhetores. Quintil. lib.8. cap.de Amplificatione, Est enim ἐπιφώνημα, rei narratæ vel approbatæ summa acclamatio, Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Facere enim probus adolescens periculosè, quàm turpiter perpeti maluit.

Acclamito, acclamitas, pen.cor. {ἐπιφωνέω} acclamitare, frequentatiuum ab acclamo, Idẽ quod clamito: Id est, clamare soleo.Plaut. Amphit.10.3,Ea quæ sunt facta,infecta esse acclamitat.

Acclino,acclinas, pen. prod. {κλίνω} acclinare, Ad aliquid flecto, inclino.Ouid.5.Metam. Circunspexit Atyn,séque acclinauit ad illũ. Liu.lib 4.

Acclinatus, nomen ex participio {κλιθείς} Ouid.10.Metam.
Appellátque tori sociam,acclinatáque colla
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.

Accliuis,& hoc accliue,pen.prod. {ἀνάντης,ὄρθιος} Leuiter erectũ & acuminatum: quasi in cliuum acuminatum,& pendulum sursum. Et propriè de ascensu dicitur: sicut decliue,de descensu. vtrunque ex cliuus compositum. Cic.Q.Frat. Ea vix pars valdè accliuis est.

Accliuis arbori, vel trunco. Plin.lib.8.cap.15, Ideóque non cubantem, sed accliuem arbori in somno, eáque incisa ad insidias capi.

Virg.10.Æneid. -corpúsque leuabat
Arboris accliuis trunco. Id est acclinatus.Turnebus hic legit Acclinis.

Lacus accliuis.Ouid.9.Metamor.
Est lacus accliuis,deuexo margine formam
Littoris efficiens.

Solum accliue.Virgil.2.Georg.
Sin tumulis accliue solum,collésque supinos.

Trames accliuis.Ouid 10.Metam.
Carpitur accliuis per multa silentia trames
Arduus,obscurus,caligine densus opaca.

Accliuis falsis animus. Id est,inclinatus ad falsa.Horat.2.Serm.2.2, Accliuis falsis animus meliora recusat. Acclinis legit Lambinus.

Accliuus,accliua,accliuum {ὄρθιος} Idem quod accliuis.

Accliuitas,pen.correp.accliuitatis,Denominatiuum {ἡ ὀρθότης} Loci facilitas in ascensu. Cæsar.2.bel.Gal. Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur. Col.lib.2.cap.4, Hac ratione difficultas accliuitatis infringitur.

ACCO, huius Accus {ἀκκώ} nomen mulieris proprium, quæ eius delirij fuisse proditur,vt cùm se contemplaretur in speculo, imaginem suam perinde ac mulierem alteram alloqueretur, innueret,summurmuraret,arrideret,interdũ comminaretur, promitteret, sublandiretur, & quicquid confabulantes solent, numeris omnibus impleret. Scribunt alij, etiam clauos nonnunquam spongia veluti malleo impingere conatam. Cælius lib.9. Ant.lect.cap.17. Hinc qui stultius aut ineptius aliquid agunt, accissare dicuntur, & Accus nomine cõpellantur. Apparet illud etiam moribus huius mulieris adfuisse, vt recusaret quæ tamen magnopere cupiebat. Vnde & Accismus dicitur ficta huiusmodi recusatio & simulatio. Plutarchus indicat Acco & Alphito mulieres fuisse, per quas fœminæ deterrent pueros à peccando.

Accolo,accolis, penult.corr. {παροικέω} accolui, accolere, Quasi colere ad (id est iuxta habitare.) vt Accolere mare,lacum,fluuiũ,montem,syluam.Cic.in somnio Scipionis, Ea gens quæ illum locum accolit.

Accolere fluuium. Cicer.in Orator.vos qui accolitis Histrum fluuium. Priscian.lib.18, Nostri,inquit,dicunt,accolit fluuium,& fluuio.Virg. 4.Georg.

Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

Accolit propinquus nostris ædibus.Plaut.Bacch.5.

Accolitur,pen.corr.passiuum. Plin.lib.3.cap.1, Bætis fluuius accolitur dextra læuáque crebris oppidis.

Accolens,accolentis, participium {παροικῶν} Plin.lib.36.cap.12, Ante has est sphinx vel magis miranda,qua syluestria sunt accolentium.

Accola,

Accola, accolæ, pen.corr.com.g. { πάροικος } qui iuxta habitat. Virgil.7. Æneid.

-amnisque vadosi Accola Vulturni.

Accola & finitimus. Liu.7.belli Maced. Nullos accolas, nec finitimos habere quàm vos volo.

Accola Cereris. Cic.6.Verr. Habitare apud sese Cererem Ennenses arbitrantur: vt mihi non ciues illius ciuitatis, sed omnes sacerdotes, omnes accolæ atque antistites Cereris esse videantur.

Accommodo, accommodas, pen.corr. { συναρμόζω, προσαρμόζω } accómodare, Ex ad & commodo compositum: Adiungere, applicare, inquit Nonius. Et dicimus, Accommoda ensem lateri, vel ad latus. Virgil.2.Æneid. Lateríque Argiuum accommodat ensem. Cic.2.de Orat. Africano illi superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti.

Animum literis. Suet.in Augusto.

Accommodare se assertorem veritati. Suet.in Galba.

Clypeum ad dorsum. Plaut.Trin.10.

Accommodare se ad temp. Adiungere, inquit Nonius. Cic.1.Offi. Qui se ad rempub.& ad magnas res gerendas accommodauerunt. Id est, animum appulerunt, seu contulerunt.

Suum consilium ad consilium alterius. Cic.Varr.lib.9.7, Sed tamen si sciam quid tu constitueris, meum consilium potissimum accommodabo ad tuum.

Curam auribus, Diligenter & attentè audire. Quintil.

Curam accommodare pratis, & pecoribus, & hortis, & aluearibus, Quintil.lib.1.cap.vlt.6.

Fabulas poetarum ad ea quæ dicimus. Cic.lib.1.de Natur.deor.

Accommodare ferulas. Celsus lib.8.cap.10, Deinde membrum eodem modo deligandum, ferulæque super accommodandæ sunt.

Literas ad rem aliquem. Cic.ad Plancum lib.5.16, Illud si fecissem, ad id meas literas accommodassem.

Mendacium suum alicui. Cic. pro Cælio. Vos autem dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacium vestrum accommodauistis.

Operam studio literarum. Quintil.lib.1.

Orationem auribus multitudinis. Cicer.2. de Orator. Hæc nostra oratio multitudinis est auribus accommodanda, ad oblectandos animos.

Vt sumptus huius peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti. Id est, non plus insumat in hac peregrinatione, quàm recipio ex Argileto. Cic.Attic.lib.12.

Tempus alicui rei, & ad aliquam rem. Id est, adhibere, inquit Nonius. Cic.3.Offi. Tantum dabit amicitiæ, vt veram amici causam esse malit, & vt orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Hoc est, commodum & idoneum tempus constituat. Idem pro lege Manilia, Semper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accommodasse. Id est, adhibuisse. Idem ad Sulpitium, libr. 4.6, Totum hoc tempus est ad vnius voluntatem accommodandum.

Testes ad crimen. Cic.2.Verr. Illud à me nouum Iudices cognoscetis, quòd ita testes constituam, vt crimen totum explicem: vbi id interrogando, argumentis atque oratione firmauero, tum testes ad crimen accommodem.

Vocem veritati. Quintil.lib.11.

Voluntatem. Vide Voluntas, in VOLO, vis.

Accommodare & fingere se ad alicuius arbitrium & nutum. Cicer.in Orat. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt intuentur, ad eámque & ad eorum arbitrium & nutum totos se fingunt & accommodant.

Accommodare aliquid in rem aliquam. Cic.2.de Diuinat. Adhibuit etiam latebram obscuritatis, vt iidem versus aliàs in aliam rem posse accommodari viderentur. Idem lib.1.de Inuentio. Vulgare exordiú est, quod in plures causas potest accommodari, vt conuenire videatur.

Intentionem. Plin.Iunior lib 2. epist.ad Lupercum, Rogo intentionem scribentis accommodes. Id est, Induas, sumas. Ea animi intentione lege hæc, qua soles scribere quæ scribis.

Iusiurandum ad alicuius rei testimonium. Cic.pro Rosc. Amerin.

Accommodare alicui de habitatione. Cic.Memmio.lib.13.2, Peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione accommodes.

Accommodare alicui ædes ad nuptias. Id est, commodare. Cic.lib.4. ad Heren. Ait se ædes maximas cuidam amico ad nuptias accommodasse. Ibidem, Apagete, inquit, ædes accommodaui.

Accommodari dicitur quod ab eo cui propriè conuenit, cuiúsque gratia comparatum est, ad aliud transfertur. Itaque Accommodari dicitur quod ex sententia & mente legis per interpretationem tribuitur. l.48. D.de ritu nupt. l.30.§.1.in fin. D.de fideicom.libert. Accommodare etiam significat interponere: veluti, Nomen suum accommodare. l.4.§. Siue autem. D.de manumiss.

Accommodans, tis, participium { ἁρμόζων } Cic.2.de Orat. Coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti.

Accommodatus, Participium & nomen { ἁρμοστὸς, πρόσφορος } Vnde accommodatior, accommodatissimus. Aptus. Cæsar 3.bel.Gal. Reliqua illis essent aptiora & accommodatiora.

Accommodata aduersus morsus emplastra. Cels.lib.5.cap.19, Sunt etiam aduersus morsus quædam accommodata.

Accommodatum puri mouendo. Cels.lib.5. cap.28, Si cætera desunt, imponi debent: primùm non pingue emplastrum, vt id reprimat: deinde si non repressit, quodlibet puri mouendo accommodatum.

Accommodatus in hoc. Id est, ad hoc. Quintil.lib.4.cap.2, Ipsa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, vt iudex quæ dicuntur, quàm facillimè capiat.

Accommodatus, Propensus, procliuis, authore Nonio. Cicer. 3. Verr. Ad summum Græcorum otium potius, quàm ad vim aut tumultum accommodati.

Accommodatus ad flagitia. Cicer.5.Verr. Ad Verris flagitia libidinésque accommodato.

Accommodata oratio ad consolandum, Cic.3.Tusc.

Accommodati tantùm ad speciem, Quintil.lib.8.cap.6.

Accommodatum ad naturam. Cic.4. Acad. Appetere id quod accommodatum ad naturam appareat.

Accommodatum naturæ. Cic.4. Acad. Percipi non potest, accommodatúmne naturæ sit, an alienum.

Accommodata frugibus demetendis tempora. Cic.de Senect. Reliqua autem tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata sunt. Id est, ad eam rem apta, & vt dici solet, propria.

Accommodata tempora ad aliquid. Cic Attic.lib.2.19.

Accommodatius nobis est ad liberam legationem tempus illud.

Accommodatiores glandium generi castaneæ. Plin.lib.15.cap.23.

Accommodatio, onis, verbale, Ipse actus accommodandi { ἁρμογὴ } Cic. 5.Verr. Ex accommodatione magistratuum, consuetudo æstimationis introducta est. Idem 1.de Inuent. Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accommodatè, aduerbium { πρεπόντως } Appositè, aptè. Cicer.1.de Orat. dicere ad persuadendum accommodatè. Idem 5. de finib. Ita finis bonorum existit, secundum naturam viuere: sic affectum, vt optimè affici possit, ad naturámque accommodatissimè.

Accommodus, adiectiuú { εὔθετος } Ex ad & cómodus, Idem quod nomen accommodatus, aptus, idoneus. Virgil.11.Æneid.

Est curuo anfractu valles, accommoda fraudi.

Accommodè, aduerb. Quintil.lib.4.cap.1, cui accommodissimè iungi initium sequentium poterit.

Accredo, accredis, pen.prod. accredidi, accreditum, pen.corr. { πιστεύω } accredere, Verbum rarius, pro eodem quod credere. Col.lib. 1.cap.1, Idque etiam non spernendus author rei rusticæ Saserna videtur accredidisse. Alij more antiquo scribunt, adcredidisse.

Accreduo, accreduis, obsoletum verbum, pro accredere, siue credere. Plaut.Asin. 16, Neque diuini, neque mihi humani quicquam accreduas.

Accresco, accrescis, accreui { προσαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι } accrescere. Ex ad & cresco compositum, Idem quod crescere. Sallust.in Cicer.3, Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit.

Accreuit cum ætate. Terent.And.3.3, Quæ incœpta à paruis, cum ætate accreuit simul.

Flumen subitò accreuit, Cic. de Inuent.

Negotia noua veteribus accrescent. Plin.Iunior, epist.8.lib.2.

Accreuit pectori cespes. Hoc est, ad pectus vsque creuit. siue ad pectoris altitudinem. Tacit.lib.1. Annal. Aggerebatur nihilominus cespes: iámque pectori vsque accreuerat.

Accretio, onis, Incrementum, ipse actus accrescendi { αὔξησις } Cicer.1. Tuscul. Lunámque accretione & diminutione luminis, quasi fastorú notantem & significantem dies.

Accrementum, accrementi { αὔξημα } verbale ab accresco, Idem quod incrementum. Plin.lib 9.cap.2, In mari autem tam latè supino, mollíque ac fertili accremento, accipiente causas genitales è sublimi, semperque pariente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur.

Accubo, accubas, pen.corr. accubui, accubitum { κατακλίνω } accubare, Quasi ad (id est iuxta) cubare, vel assidere. Virg.6.Æneid.

-furiarum maxima iuxta

Accubat. Plaut.Asin.15, Accubat mecum.

Accubare eodem lecto. Liu.lib.8.bell.Pun. Et eodem etiam lecto Scipio & Asdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt.

Accubare scortum. Plaut.Menæch.11, Prandi, potaui, scortum accubui.

Accubare per translationem de situ alicuius rei, pro adiacere. Sueton. in Cæsare, Theatrum summæ magnitudinis Tarpeio monti accubans.

Accubare, ad epulas translatum, Idem quod accumbere. Antiqui enim epulantes, in toris cubabant: quod accumbere siue accubare, & discumbere dicebatur. Quæ verba hodiéque vsurpamus, quanuis sedeamus ad mensam, non cubemus. Cic.4.Tusc. Morem apud maiores hunc epularum fuisse, vt deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes.

Accubare in conuiuio. Cic.in Catil. Qui mihi accubantes in conuiuiis, eructant sermonibus suis cædem bonorum. Mihi, datiuus est communis, qui Græco more abundat & magnam elegantiam habet.

Accubare apud aliquem. Cic.ad Attic.lib.14.38, Hæc scripsi 2. Calendas accubans apud Vestorium.

Accubare, pro iacere. Senec.in Hippol.10, Hippolytus (heu me) flebili voto accubat. Hoc est, mortuus iacet, vt optasti.

Accubatio, onis, verbale { παράκλισις, κατάκλισις } Actus ipse accubandi. Cic.1. Offic. Status, incessus, sessio, accubatio. Idem de Senect. Benè enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt. Nonius legit accubitionem, quomodo & accubitus, mox non accubatus.

Accubitus, huius accubitus, masc.gen.penul.corr. { κλίσις } Idé quod accubatio. Plinius lib.8.cap.2, Plerísque hominum tricliniis accubitu iere per lectos.

Accubuò, Aduerbium. Plaut.in Trucul. Act.2.scen.4, -post id ego tecum mea voluptas vsque ero assiduò. D. imò hercle verò accubuò mauelim iuxta me cubes, quàm sedeas.

Accudo, accudis, pen.prod. accudi, accusum { προσκόπτω } accudere, Cudendo addere quidpiam: per translationem. Plaut.Merc.7, Tres minas accudere etiam possum, vt triginta fient.

Accumbo, accumbis, accubui, accubitum, pen.corr. { παρακλίνομαι } accumbere, Idem quod accubare. Plautus Sticho, 15, Vtrum tibi accúbo? SA. vtrum? vbi tu vis. ST. cum ambobus volo. Idem Persa, 22, Age age ergo tu Sagaristio, accumbe in summo.

Accumbere, aliud est quàm sedere. Nam qui accumbit, neque stat, neque sedet, neque ambulat, sed medium quiddam facit. l. 124. D. de verb.signifi.

Inter Accumbere & Discumbere illud interest, quòd discumbere sem-

per de pluribus dicitur: vt Cic. ad Attic.lib.5.epist.1.Discubuimus omnes præter illam.
Accumbere pro cubare.Plaut.Mostel.5,
* Caue modò ne prius in via accumbas,&c.
Cic.Pæto,lib.9.16, Accubueram hora nona.
Accumbere alicui,& cum aliquo.Plaut.Sticho,15. Mart.lib.8.44,Accubuit genitor cum plebe deorum.
In conuiuio.Cicer.3.Verr.Tum ille negauit moris esse Græcorum,vt in conuiuio virorum mulieres accumberent.
Accumbere epulis. Virgil.1.Æneid. Tu das epulis accumbere diuûm. Cic pro Muræna,Qui quotidianis epulis in robore accumbunt.
Accubitum,accubiti.penult.corr.neut.gen. {ἀνακλιτήριον.} quid significet, his verbis explicat in Plinium Hermolaus, Stibadia lecticulæ sunt ab herba quidem & stramentis dicta, vt apud nos tori: sed ex marmore tamen quádoque, vt in epistolis Plinij Cæcilij, Nunc ex opere intestino, in quibus accubatur interdiu maximè, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica. Dicuntur & Anaclinteria, sicut apud Lampridium in Heliogabalo accubita. Horum etiam facit mentionem Cælius Antiq. lect.lib.26.cap.29, & lib.27.cap.25. obiter admonens à nonnullis accubitas vocari genere fœminino.
Accubitale, Vide CVBITALE.
Accumulo,accumulas, pen. corr. {ἐπισωρεύω, ἐπισωρεύειν, σωρεύειν} accumulare,Ad cumulum aliquid addere. Cicer. de Lege agr. Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat.
Cædem cædi accumulare.Lucret.lib.3,
Sanguine ciuili rem conflant: diuitiásque
Conduplicant auidi, cædem cæde accumulantes. Hoc est, Post cædem,alteram quoque edentes,cædem cædi addentes.
Causas.Ouid.13.epist.
Non tamen excuso reditus,licet vndique fata
Accumulent causas.tempora parua peto.
Curas. Ouidius 21.epist.
Et tanquam desint, quæ me sine fine fatigent,
Accumulat curas filia parua meas.
Honorem alicui. Ouid.2.Fast.
Dum canimus sacras alterno pectine Nonas,
Maximus his Fastis accumulatur honos.
Accumulare aliquem donis. Virg.6.Æneid.
Purpureos spargam flores: animámque nepotis
His saltem accumulem donis.
Accumulare vitem,arborem,aut aliquid simile, Post hyemem aggerare terram atque circunfundere, & veluti circummunire arbores optima terra, ne calore nimio radices exarescant. Vulgus gallicum vocat *Rechausser*. Eius contrarium, Ablaqueare. Plin.lib.17.cap.19, Idē lib.18.cap.29.
Accumulare aceruatim. Lucret.lib.6.
Accumulans,tis,participium. Plin.lib.4.cap.13, Ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium.
Accumulatè, aduerbium {σωρηδόν.} Cic. Culleolo, lib.13.43. Cùm diceret, omnia te accumulatissimè & liberalissimè procuratoribus suis pollicitum esse.
Accumulatio,onis,verbale {ἐπισώρευσις.} Plin.li.17.ca.26, Communia, ablaqueatio,accumulatio. De remediis arborum loquitur.
Accuro,accuras,pen.prod.{ἐπιμελοῦμαι} accurare, Studiosè & diligenter aliquid facere siue curare. Cic.lib.1.de Inuentio. Melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur. Plaut.Persa.13,
Si quam rem accures sobriè,aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere,
Atque ædepol fermè vt quisque rem accurat suam.
Accurare hospites. Plaut.Epid.13,Remeabo intrò, accurentur aduenientes hospites. Id est,curentur, & tractentur diligenter.
Prandium.Plautus Menæch.5,
Iube nobis tribus apud te prandium accurarier.
Pensum, prouerbialis sermo. Plaut. Bacch.20, Ego pensum meum lepidè accurabo. Hoc est, curabo vt efficiam quod mihi mandatū est.
Accuratus,a,um, {ἐπιμελής,ἀπηκριβωμένος.} Diligenter curatum & perfectū: vt, Accurata oratio. Liu.4.bel. Maced. Sed oratione etiam longa & accurata insectatus sit rogationem nostram.
Accurata commendatio. Cic.Sulpitio,lib.13.18.
Accurata orationis copia. Cic.1.de Orat.
Accuratus corporis cultus,apud Gellium.
Accuratissima diligentia tuarum literarum sum mirum in modum delectatus.Cic.ad Attic.lib.7.
Accuratum & exquisitum dicendi genus.Cic.in Bruto.
Accuratæ literæ. Cic. Attic.lib.13, Ad quem accuratissimas literas dedi.
Accurata malitia, Studiosè excogitata. Plaut.Trucul.9.
Accuratæ adorantium preces.Plin.Iunior.in Panег.
Accuratus sermo.Cic.2.de Orat.
Accuratum habere.Plautus Bacchid.11, Ipse quod in se fuit, accuratum habuit quid posset &c. Satis Plautinè dictum, pro accurauit. Id est, studiosè curauit.
Accuratè,aduerbium qualitatis {ἐπιμελῶς} Diligenter. Cic.1.de fin.accuratius explicari. Idem ad Brutum, Literis tam accuratè scriptis.
Accuratè defendere.Cic.in Parad.
Accuratè & cogitatè aliquid scribere. Cic.pro Archia.
Accuratè & diligenter disputare. Cic.1.de Nat.deor.
Accuratè & exquisitè disputare de re aliqua. Cic.in Brut.
Studiosè accuratéque facere aliquid.Cic.in Bruto.
Accuratè cum aliquo agere vt,&c.ad Attic.lib.16.
Perscribere.Cic.ad Attic.lib.8.
Ad aliquem scribere.Cic.ad Attic.lib.5.
Accuratio,verbale {ἐπιμέλεια} Actus ipse curandi. Cicer.de Clar.Orat. At inueniendis, componendísque rebus mira accuratio.
Accurro,accurris,accurri, accursum {συντρέχω,προστρέχω} accurrere, Ad aliquid, vel ad aliquem currere.Cic.2.de Diuinat. Ita nobis dicta audientes sunt,vt simul atque velimus,accurrant?
Accurre huc Terent.Phor.5.8.
Accurrit Romam.Cic.3.Offic.
Accurrit ad me. Terent. Eunuch. 2.3. Cic. ad Varronem, lib.9.4, Nos accurremus ad te.
Accurrere in Tusculanum.Cic.ad Attic.lib.15.
Accurrere alicui.Id est,ad aliquem.Stat.2.Thebaid.
Rapidis accurrunt passibus Stat.3.Thebaid.
Accurro,vt sciscam.Plaut.Amph.17.
Accurritur, Impersonale. Tacit.lib.1.Annal. Accurritur ab vniuersis.
Accursus,huius accursus,verbale {προσδρομή.} Tacit.lib.1.Annal. accursu multitudinis,protectus est. Senec.in Hippol.8,
Liquit stuprator,ciuium accursum timens.
Accursus prouinciarum. Tacit.lib.20.
ACCVSIORVM colonia,Ptolemæo,vrbs Allobrogum in Gallia, hodie Gratianopolis,vulgò,*Grenoble*.
Accuso,accusas,penult. prod. {κατηγορέω,ἐγκαλέω,αἰτιάομαι, χέγω} accusare. Componitur ex ad & cuso, quod à cudo deducitur: licet ipsum cuso in vsu non sit. Vnde non desunt, qui dicant,ex ad & causa,seu causor causaris componi. Est autem (vt ait Valla) accusare, vel apud iudices, vel apud alium quenuis, etiā apud illum ipsum quem accuses, significare atque ostendere aliquem peccasse. Huic opponitur Defendere.
Accusare & Excusare,contraria.Cic.ad Q. frat. lib.2.6, Primùm me tibi excuso in eo ipso,in quo te accuso.
Accusare crimine aliquo.Cicer.3.Verr. Suis certis proprijsque criminibus accusabo.
Capitis.Cic.2.de finib. Eam tanquam capitis accuset. Probri.Plaut. Amphit.9,Quam vir insontem probri Amphitrio accusat.Cic.pro L. Sylla.Qui alterum coniurationis accuset.
Probri apud populū. Liu.5.bell. Pun.Aliquot matronas apud populum probri accusarunt.
Grauissimè aliquem,Cic.ad Attic.lib.11.
Leuiter aliquem,Cic Appio, lib.4.11.
Liberius.Cic.ad Lentulum,lib.1.1.
Inertiam alicuius,pro culpare,reprehendere,vituperare.
Sic Accusare vitium, culpam, aut crimen alicuius. Hoc est, eum de ea re vituperare, siue reprehendere. & est figura Græca: quia Latinè potius dixeris, accusare inertiæ, perfidiæ, aut accusare de inertia, &c. Cic.ad Q. frat. Nam quòd inertiam accusas adolescentium.
Accusare auaritiam & perfidiam. Æmil.Prob.in Lysan. Desperationē, Cic.ad Torquatum lib.6.epist.1. Fidem,Plaut Mercat.7. Operam, Plaut.Mercat.9.
Accusare tabulas. Quintil.lib.5.cap.5.
Accusare aliquem de re aliqua. Cic Attic.lib.14,Non committam posthac,vt me accusare de epistolarum neglіgentia possis.
Accusare de crimine.Cic.pro Rosc. Amer.De veneficiis accusabant.
Accusare aliquem de alio. Cic.ad Attic.lib.1.1, Hoc ad te scripsi, quòd is me accusare de te solebat.
Accusare in re aliqua alterum. Cic.pro Sylla,Atque in ea re per Lucium Cæcilium Sylla accusatur.
Accusare inuicem.Quintil.lib.7.cap.3.
Accusas id me, apud Plautum, figuratè: pro ob id, vel de eo, vt multa eiusmodi, præsertim apud poetas.
Accusans, & accusatus,Participia.Cicer. ad Attic.& de optimo genere Orator.
Accusator,verbale {κατήγορος, ὁ δικαστής} Qui accusat. Cic.1.de finib.Plerunque improborum facta suspicio insequitur, deinde sermo atque fama,tum accusator,tum iudex.
Accusator de via citur consuetudine antiqua. Festus.Quod valet(vt censet Turnebus) accusatorem reum citari de via, & rei nomine contineri. In editis, de vi accitur scriptum est, sed mendosè, vt idem existimat.
Accusator acer & acerbus. Cic.in Bruto.
Districtior accusator. Tacit.lib.4.
Mutus accusator.Vide MVTVS.
Accusator vehemens & molestus. Cic.in Bruto.
Accusatorem comparare in aliquem.Vide COMPARO.
Moliri accusatorem & crimina. Iisdem Consulibus atrox odij Agrippina ac Lolliæ infensa, quòd secum de matrimonio principis certauisset,molitur crimina & accusatorem, qui obiiceret Chaldæos, Magos,interrogatúmque Apollinis Clarij simulacrum super nuptiis imperatoris.Tacit.lib.12.
Accusatorem ponere vel apponere alicui. Cic.3 Verr. Accusator autem apponitur ciuis Romanus de creditoribus Lampsacenorum.
Accusatores struere. Tacit.11, Quominus strueret crimina & accusatores.
Accusatoris nomen sustinere. Tacit.lib.4, Subditis qui accusatorum nomina sustinerent.Hoc est,se profiteri accusatorem.
Accusatorius,adiectiuum {κατηγορικός} Quod ad accusationem pertinet.Cic.pro Cluent. Non accusatorio animo.
Accusatorium artificium,Cic. pro Rosc. Amer. Ius,Cicer. pro Flacco. Spiritus,Liu.2.ab Vrb.Con.
Accusatoriè,aduerbium {κατηγορικῶς} Cic.4.Verr. Nequis hoc me magis accusatoriè,quàm liberè dixisse arbitretur. Liuius 10.bel. Maced. Iam illud quàm accusatoriè? Hoc est, animo & studio accusandi.
Accusatrix,pen.prod. verbale fœmin. {κατήγορος} Quæ vituperat aut reprehendit.Plaut.Asin.10,Tu mihi accusatrix ades.
Accusatio,verbale {κατηγορία,αἰτίασις} Actus ipse accusandi: cui opponitur Defensio.
Accusatio, Est expositio eius criminis, cuius quis reus legitimus factus est,apud iudicem,cuius de ea re notio est.Hotom.
Accusationes ad pœnam sanguinis,vel corporis coercitionē pertinent: Actiones verò ad pœnam pecuniariam.Oldendorp.
Intenta accusatio,ab Intento,pro Intentata. Tacit.lib.5,Inter quæ Haterius

terius Agrippa Consules anni prioris inuasit, cur mutua accusatione intenta, nunc silerent?

Licentior. Vide LICET.

Accusationes capessere. Tacit.lib.4, Mox capessendis accusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiæ quàm morum fama fuit.

Accusationem & iudicium conflare. Vide CONFLO.

Accusationem petere in aliquem. Quint.lib.5. cap.13.

Accusationem Rhetorices profiteri.Quintil.lib.2.cap.17.

Accusationes exercere. Tacit lib. 17, Ipsum Crispum easdem accusationes cum præmio exercuisse meminerant. Hoc est, vt idem author ibidem vocat, delationes factitare. Quod & Cicero in Bruto dixit accusationem factitare.

Instituere. Vide INSTITVO.

Instruere. Vide INSTRVO.

In accusationem alicuius coire. Vide COEO.

Suscipere. Tacit.lib.5.

Inter accusationem & maledicentiam. Cicer.pro Cælio, Aliud, inquit, est maledicere, aliud accusare. Accusatio, crimen desiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur.

Accusabilis & hoc accusabile {ἐγκλητός} Quod accusatione aut reprehensione dignum est. Hoc est, quod iure accusari vel reprehendi potest. Cicer. 4. Tuscul. Quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Accusatiuus casus {αἰτιατικὴ} Grammaticis dicitur, qui etiam incusatiuus vel causatiuus, est qui rem significat tum infinitis verborum à priore, tum actiuorum transitioni accommodatam. Per hunc vel accusamus, vel laudare videmur: vnde & laudatiuus dicitur.

Accusito, as, accusitare, Frequentatiuum ab Accuso, apud Plautum.

A C E

ACE, Vide ACA.

Acedia, æ {ἀκηδία} Latinè securitas, pigritia, inertia, socordia, tædium, tristitia. Vulgus ineptè *Accidiam* appellat.

ACEDICI, pen.corr. {ἀκεδικοί} Populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Æquicolis paruerunt. Vide Plin.lib.3.cap.12.

ACELA, siue Acele {ἀκέλη} Ciuitas est Lyciæ, ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. Steph.de Vrb.

ACELVM {ἄκελον} Oppidum Italiæ in ora Venetorum. Vide Plin. cap. 19.lib.3.

ACEMA {ἄκεμα} Mons est in Alpibus, à quo profluit amnis Varus. Plin. lib.3.cap.5.

Acentera {ἀκέντητα} Id est, sine punctis aut centris. Sic appellantur puriores crystalli. Plinius lib 37.cap.2.de crystallis, Quæ sine vitio sunt, puras esse malunt, acentera appellantes.

Aceo, aces, acui {ὀξίζω} acère, Acidum esse. Acere vinum dicitur, cùm in acetum degenerauit. Cato de re rust. cap.148, Vini in culeos singulos quadragenæ & singulæ vrnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Inde fit acetum, & acidus adiectiuum.

Acesco, acescis {ὀξίνω} acescere, Acidum fieri. Columel.lib.12.cap.26, In quo agro vinum acescere solet. Horat. in epist. Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Acui præteritum ab acesco. Vlpianus 18. Digest.titulo de Periculo & commodo rei venditæ, Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitij sustinuerit: id est, factum fuerit acidum, acorem contraxerit.

Acescens {ὀξίνων} Plin.lib.11.cap.16, Quarum iniuriam celerrimè sentiunt mella, vel minimo tactu roris acescentia.

Acor, acoris, mascul.gener. penult.prod. {ὀξύτης} Verbale ab aceo, sapor acidus, vt in vino postquam acuit: item in malo punico, & aliis rebus acidum succum habentibus. Colum.lib.3.cap.21, Vt aut ferum fructum cum præcoce eleuet: quæ res mox acorem facit.

Iucundus acor in cibis. Quint.lib.9.cap.3.

Periculum acoris præstare. Id est, vino vendito, acoris periculum in se recipere. l. si quis vina. D. de per.& com.rei.ven.

Acidus, Acidulus, Vide suo loco.

Acephali dicti sunt quidam peruersi dogmatis sectatores, qui hæreseos suæ proprium authorem non habebant: vnde id nomen sortiti, quasi sine capite. Alciatus ex Suida.

Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina vel prouidentia gubernantur, velut sine capite. Cælius lib.3. Antiq.lect.cap.12.

Acephali versus, à breui syllaba incipientes, quasi sine capite. Cælius lib.2.cap.35.& Hermolaus in Plinium.

Acephala fabula, Imperfectus sermo, vel fabula nondum absoluta, apud Platonem.

Acer, aceris, neut.gener.prima & pen.corr. {σφένδαμνος} Arbor de qua Plinius lib.16.cap.15, Acer tiliæ ferè amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate cedro secundum, &c. Ouid.lib.1. Amorum, Eleg.11,

Subscribam Veneri fidas tibi Naso tabellas
　Dedicat: at nuper vile fuistis acer.

Acernus, acerna, acernum {σφενδάμνινος} Quod est ex acere arbore: vt trabes acernæ. Virg.2.Æneid.

　Præcipuè cùm iam hic trabibus contextus acernis
　Staret equus.

Acerna mensa. Martialis lib.14.

Acer, hæc acris, hoc acre {δριμύς, ὀξύς, ἰσχυρός} Pro forti ac vehementi sæpius accipitur: vt acre acetum. Columel. lib.3.& 12. cap.5, Radice tenus vitem præcidito, plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra linito, eademque radices irrigato.

Acer & acidus succus. Vitruuius lib.8.cap.3.

Lectum est hic & hæc acris: vt Acris somnus, apud Ennium teste Prisciano.

Acer & sublimis. Horat.lib.2.epist.34.

Acer bello accendendo, Hoc est ad accendendum. Tacit.lib.20.

Ad somniandum acer. Cic. lib.1.de Diuinat. Tum eueniet, vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniádum acrémque præbeat.

Armis acer. Virgil.9. Æneid.

Cursu equus. Virgil.3.Georg.

Acer militiæ Vespasianus. Tacit.lib.18. Militiæ putat Rhenanus genitiuum esse.

In rebus gerendis acer. Cælius ad Cicer. lib.8.15, Ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis aut legisti, aut vidisti?

In rebus inueniendis & iudicandis. Cic.in Orat. Quis in rebus vel inueniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit?

Acetum acre. Horat.2 Serm.3,

　-acre Potet acetum.

Acerrimum acetum. Gallicè, *Bien fort*. Celsus lib.4.cap.4, Asclepiades acetum ait quàm acerrimum esse sorbendum.

Acies ingenij acris. Cic.3. de Orat. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum & ingeniis vt res tantas quisquam, nisi monstratas possit videre: neque tanta tamen in rebus obscuritas, vt eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modò aspexerit.

Aduersarius acerrimus. Cic.ad Att.lib.10.

Ætas acris. Ouid.3.Metam.

Amator acer, qui amat vehementius. Cic. Att.lib.1, Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris.

Ambitus acrior. Tacit.lib.14.

Amor acer. Cic.pro Archia. Et de meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, verumtamen honesto. Tibul.lib.2.Eleg.3.

Animaduersor acer & diligens vitiorum. Cic.1.Offic. Sic nos si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum: magna sæpe ex paruis intelligemus.

Animus acer. Cic.pro Milone, Quum autem hic de rheda reiecta penula desiluisset, seque acri animo defenderet, &c. Id est, forti.

Animus acer & præsens. Cic.2.de Orat. Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus inuictos viros efficit.

Apri. Ouid.10.Metam.

　Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Arcus. Virg.7.Æneid.

　Aut acres tendunt arcus. Id est, fortes. Seruius.

Ardor. Claudian. Panegyr.4.

Astus. Valer.Flac.Argon.2.

Bellum acre & magnum. Cic pro Cornel. Balbo.

Bella acriora. Pompon.l.2.§.Populo.D.de origin.iur.

Cædes. Ouid.11.Metam.

Canis. Horat.Epod.12.

Canis naribus. Ouid.7.Metam.

Cibi, Qui acrimoniam & vehementiorem vim habent, & quasi mordaces sunt: vt sinapi, allia, cæpe. Plin.lib.11.cap.53, Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria.

Cogitatio acerrima atque attentissima. Cic.3.de Orat. Omne illud tempus meridianum, Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse.

Consilia acriora. Tacit.lib.11.

Cor acre. Lucret.lib.3.

Cupiditas acerrima & fortissima. Cic.12.Philip. An vos acerrimè illam & fortissimam populi Romani libertatis recuperandæ cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita?

Cura acris. Cic.3.de Orat.

Curæ acres, Acerbæ. Varro apud Nonium. Lucret.lib.5.

Cursus. Stat.4.Sylu.3.

Custodia. Tacit.lib.1.Annalium.

Defensor acerrimus. Cic.ad Lent.l.1.

Dolor acer. Virg.11.Æneid.

Dominus. Lucret.lib.5.

Egestas. Lucret.lib.3.

Equus acer non modò velocem equum significat, vt Nonius accipit, sed etiam ardentem & concitatum ad ipsum cursum. Virgilius 4. Æneid.

　At puer Ascanius mediis in vallibus acri　Gaudet equo.

Fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagij acceptus est. Tacitus libro 11.

Fax acerrima. Tacitus lib.18.

Feræ acres. Seneca in Octauia,7.

Flagitator assiduus & acer. Cic.in Bruto, Hunc video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen & acrem fore.

Flamma. Lucret.lib.5.

Fremitus. Lucret.lib.1.

Frigus. Lucret.lib.4.

Fuga. Virgil.3 Georg.

Fugitor. Plaut. Trin.10.

Genus leonum. Ouid.4.Fastor.

Genus virûm. Virg.2.Georg.

Homo, Diligens. Virgil.2.Georg.

Homo acer, pro aspero, cuius contrarium est lenis. Terentius Phormione 2.1.

Homo acer, pro forti, Nonio interprete. Virg.9.Æneid.

　Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.

Hostis. Horat.Epod.6.

Hyems, pro aspera & vehementi. Plaut.Trin.7. Horat.in Carm.

　Soluitur acris hyems.

Iactator acer. Claudian.in Eutrop.lib.2.

Ignis. Ouid.13.Metam.

　Vror enim, læsusque exæstuat acrior ignis.

Imagines. Cic.lib.2.de Orat. Imaginibus autem est vtendum agentibus, acribus, insignitis: de memoria loquitur.

Impetus. Lucret.lib.6.

Incitatio acris & vehemens. Cic.3.de Orat.

Ingenium, quasi ardens & concitatum: vt plus fit acre ingenium, quàm acutum. Cic.1.Acad.

Inimicus acerrimus, Acerbissimus. Cic.in Lælio.

Instigatrix acerrima. Tacit.lib.17.

Intentio acris. Plin. lib. 18. cap. 26.
Inuestigator acer & diligens. Cic. de Vniuers.
Inuidia. Horat. 1. Serm. 3.
Ira. Lucanus lib. 3.
Acrior ira subit. Lucret. lib. 3.
Iudex. Cic. 1. Offic. Suum igitur quisque noscat ingenium, acrémque se & bonorum & malorum suorum iudicem præbeat. Id est, vt Nonius exponit, seuerum.
Iudicium. Cic. 4. Acad. Quæstion.
Iurgium acre inter Heluidium & Eprium. Tacit. lib. 20.
Labor. Silius Ital. lib. 3.
Libertas. Tacit. lib. 13.
Lupus. Horatius, Epod. 12. Maiestas. Claudian. Paneg. 5.
Malum. Lucret. lib. 3.
Mel, austerum, acerbum, asperum, Nonio. Cic. in Hortensio. Quòd alterius ingenium, sicut acetum Ægyptium, alterius sic acre, vt mel Hymettium dicimus.
Memoria. Cic. 2. de Orat.
Metus. Virg. 3. Æneid.
Militia. Horat. 1. Carm. ad Iccium.
Ministerium. Tacit. lib. 3.
Acerrimum ministerium. Tacitus, Annal. lib. 2.
Molossus acer. Virg. 3. Georg. Id est, vehemens, sæuus, Nonio.
Morbus acer & durus. Plaut. Menæch. 17.
Morsus. Catullus 2. epigram.
Natura. Horat. 2. Sermon. 7.
Nox acerrima atque acerbissima. Cicer. pro Sylla, Quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit atque acerbissima.
Oculus acer & acutus. Cic. pro Plancio.
Oculis acribus gallinæ. Plin. Iun. in Epist. Gallinas vt à te missas libéter accepi, quas satis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguissimas vidi.
Odor acer apud Plinium sæpe legitur, pro odore vehementiore, vt lib. 12. cap. 17.
Odor acerrimus. Plin. lib. 15. cap. 28. & lib. 21. cap. 7.
Potentia solis acrior. Virgil. 1. Georg. Vbi Seruius, Acrior, validior.
Potor acer. Horat. 2. Serm. 8.
Prælium acre. Tacit. lib. 12.
Prælium acerrimum. Ouid. ad Pison.
Pruina acris. Lucr. lib. 3.
Remex acer. Virg. 5. Æneid.
Res. Catul. 78. epigram.
Rubor, Id est, (vt vulgò dicunt) viuus, aut ardens. Senec. Natural. quæstion. 3.
Rumor. Tacit. lib. 5.
Rusticus, Id est, Prouidus, diligens, authore Nonio. Virg. 2. Georg.
Iam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus.
Sensus videndi acerrimus. Cic. 2. de Orat.
Seruitium acrius. Tacit. lib. 5.
Silentium acre & intentum. Plin. Iunior lib. 2. epist. 10.
Solacer. Plin. lib. 4. cap. 8, Vuæ paulùm ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum. Lucret. lib. 6. Plin. 17. cap. 24.
Sonipes. Stat. 5. Thebaid.
Sonitus. Virgil. 4. Georg. Spiritus. Horat. 1. Serm. 4.
Stimuli, vrgentes, vehementes, excitantes, impellentes. Horat. 2. Serm. satyr. 7.
Stomachus. Id est, acidus. Horat. 2. Serm. 4.
Studium. Cic. lib. 1. de Orat. Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore, quàm nos sumus atque fuimus, & otio, &c. existat talis orator.
Suauitate summa & acerrima condita vnguenta. Cicero 3. de Orat.
Testes acerrimi. Plaut. Menæch. 14.
Tibia acris. Horat. lib. 1. Carm. 12. Sic dicta, teste Turnebo, nempe quòd cùm lyræ sonus dulcissimus sit, tibiæ vehementior est, & acutior, & vlulantior, magisque tinnulus. Huius epitheti proprietatem & Fabius in Flacco obseruauit.
Turba prædonum. Horat. 1. Serm. 2.
Venenum. Lucret. lib. 5.
Violentia leonum. Lucret. lib. 3.
Vir. Cic. Attic. lib. 4. 72.
Virtus. Lucret. lib. 1. Vis. Horat. Epod. 7.
Visus. Plin. lib. 8. cap. 25.
Vox. Lucret. lib. 3.
Vultus. Lucret. lib. 6. Ouid. 10. Metam.
Acer, cum infinitiuo. Sill. Ital. lib. 3,
Herdus agit, iuga Pyrenes venatibus acer
Metiri, iaculóve extendere prælia Mauro.
Acre, pro acriter. Persius Sat. 4,
Et prope te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores. Id est, expuendo, mores acriter & acerbè excecretur.
Acra. Plaut. Bacchid.
Perij, multa mala mihi nunc
In pectore acra atque acerba eueniunt. Aut acria legendum, aut vetustè dictum est ab acer, acra, acrum.
Acriter, penult. corr. {σφοδρῶς, ὀξέως} acrius, acerrimè, aduerbium qualitatis, Vehementer. Plaut. Pseud. 5, Quid agitur Callidore? c. amatur, atque egetur acriter.
Acriter & ardenter causas agere. Plin. Iunior lib. 1. epist. 16.
Acriter aliquid cauere. Horat. 2. Serm. 3.
Acriter elatrare. Id est, vociferari. Horat. lib. 1. epist. 19.
Acriter aliquid expectare. Vide EXPECTO.
Acriter intelligere. Cic. in Pisonem, Lubricum genus orationis, adolescenti non acriter intelligenti sæpe praeceps.

Acriter animum intendere. Liu. 1. ab Vrbe. Acriter cogitare, Cic. 5. de finib. Acriter videre. Id est, acutissimè, Cic. 4. Acad. Acutius atque acrius videre. Cic. 1. de Orat.
Acriter infestus, Lucret. lib. 6.
Acriter oculis solem intueri. Cic. 1. Tuscul.
Acriter offerre se morti. Cic. pro Milone.
Acriter speculari. Tacit. lib. 19.
Acriter & vehementer dixerat accusator. Cic. pro Flacco.
Acrius, comparatiuum ab acriter, positiuo iunctum, pro multo magis, aut vehementius. Horat. 2. Serm.
-quanto constantior idem
In vitiis, tanto leuius miser: acrius ille
Qui iam contento, iam laxo fune laborat.
In editione Aldina legitur, ac prior ille, & multo rectius. Plau. Merc. 18, multò insaniunt acrius.
Amare acrius. Martial. lib. 8. epig. in Gelliam,
Hos natis amat acrius duobus.
Ardet acrius. Tacit lib. 4.
Acrius doluit populus. Tacit. lib. 2. Annal.
Acrius exarsit. Ouid. de arte Amandi, lib. 2.
Experiri acrius. Tacit. lib. 4.
Gratiam Cæsaris acrius fouere. Tacit. lib. 5.
Acrius incumbere. Virg 4. Georg.
Incurrere & vrgere. Sil. Ital. lib. 15.
Iudicare. Plin. Iunior, epist.
Acutius atque acrius vitia iudicare. Cicer. 1. de Orat. Adest ferè nemo, quin acutius atque acrius vitia iudicet, quàm ea laudet quæ recta videat.
Acrius micare. Lucret. lib. 3.
Acrius, quàm consideratius initium tumultus excitauit. Tacit. lib. 17.
Acrius vrget. Ouid. Amorum lib. 1. 2.
Vrit. Ouid. lib. 2. Amorum, Elegia 19.
Acerrimè emendare: Id est, diligentissimè. Plin. Iunior in epist. Acerrimè decertare, Cic. 2. Tuscul.
Acerrimè aliquid agere. Cic. 2. de Orat.
Aliquem virgis cædere. Cic. 7. Verr.
Acerrimè aliquid oculis quammaximè intentis contemplari. Cicer. pro Flacco.
Aliquid vituperare. Cic. ad Attic. lib. 7.
Acrimonia, acrimoniæ, denominatiuum {σφοδρότης, δριμύτης} Frequentius dicitur in saporibus nimia quædam vis ac vehementia, quæ vel acri odore, vel gustu mordaci nares aut linguam, palatúmve torquere solet, sæpe etiam vsque ad lacrymas, vt in sinapi, cæpis, alliis, nasturtio & pipere: quæ ob id quoque acria dicuntur. Cato de re rust. cap. 157, Et si vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto. Plin. lib. 12. cap. 19, Ipsum cinnamomi lignum in fastidio est, propter origani acrimoniam. Colum. lib. 10.
Acrimonia in oratione, dicitur orationis maxima vis & vehementia. Cicer. 2. de Inuent. Ideo quod, si id quo nititur aduersariorum causa subduxerit, omnē illā eius vim & acrimoniam lenierit ac diluerit.
Acrimonia, Animi viuacitas. Næuius Lycurgo, Ne ille mei feri ingenij atque animi acrem acrimoniam. Nonius.
Acrimonia in vultu. Author ad Heren. li. 3, Conuenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse.
Habere nimium acrimoniæ. Author ad Heren. lib. 4.
Acrimoniam capere. Vide CAPIO.
Acritas, penult. corr. acritatis, penul. prod. denominatiuum {σφοδρότης} Vehementia. Actius Neoptolemo, Vis veritatis atque acritas. de quo eodem loco sic scribit Gellius lib. 13. cap. 2. Sicut autem nihil quicquā interest suauitudo dicas, an suauitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an quod Accius in Neoptolemo scripsit, acritas: ita nihil rationis dici potest, qui necessitudo & necessitas separentur.
Acredo, acredinis, pen. prod. {δριμύτης} Pro ea amaritudine quæ est in fructibus non maturis ponitur à Calepino, sed nullo authore probat.
Acritudo, pen. prod. acritudinis, pen. corr. {ὀξύτης} denominatiuum, pro acore. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quòd acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. Ibidem, Ratiocinemur iisdem rationibus ex acidis propter acritudinem succi, etiam calculosos in natura rerum similiter posse curari.
Aceratus, Acerosus, Acerare, Vide ACVS, aceris.
Acerbus, ba, bum {πικρός} Immaturum, atque ita gustatu asperum. Et propriè de fructib. dicitur. Cic. de Senect. Vua primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.
Acerbum dicitur per translationem, durum, molestum, triste, austerum. Cic. 2. de Orat. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse.
Homo acerbus, cui Lenis opponitur, siue mansuetus. Cic. 2. de Orat. Eáque omnia quæ proborū, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde beneuolentiam conciliant. Horat. 1. Serm. 3,
Quod nisi concedas, habeare insuauis, acerbus. Cic. ad Lent. lib. 1. epist. 4, Eo die acerbum habuimus Curionem: Bibulū multò iustiorem, penè etiam amicum. Acerbum, id est, acrem aduersarium.
Miserum, acerbum, calamitosum, funestum, indignum, luctuosum, horribile. Cic. pro Quinctio, Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est iniuria. Acerbum est, ab aliquo circumueniri: acerbius, à propinquo, &c.
Acerba amatio. Plaut. Pœnul. 16,
Earum hic alterā efflictim perit,
Neque eam incestauit vnquam. P. acerba
Amatio est. Hoc est, dura & toleratu difficilis.
Animis acerbis sæuire. Virg. 5. Æneid.
Tum pater Æneas, procedere longius iras,
Et sæuire animis Entellum haud passus acerbis.

Casu

Casu acerbo concuti. Virgil.5.Æneid.
At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat.
Cinis virtutum omnium acerba. Catul.ad Mallium,63,
Troia virûm, & virtutum omnium acerba cinis.
Corpus Neptuni acerbum. Id est, aqua maris aspera & amara. Lucretius libro 2.
Damnum. Claudian.in Gigantomachia.
Dies. Virgil.5 Æneid.
Dissensus. Claud.de bello Gildonico.
Acerbis facetiis Tiberium irridere solitus. Tacit.lib.5.
Acerbum aliquid & maius facere verbis. Vide FACIO.
Fatu acerba poscere. Senec.in Agam.6.
Frigus acerbum. Horat.1.epist.18.
Acerbum funus, & acerbus interitus, pro morte immatura: ideóq; grauiore, atque amariore. Virg.6.Æn. Cic.4.Tusc. Angor, est ægritudo premens: luctus, ægritudo ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. Potest hic etiam pro crudeli interitu accipi.
Horror serræ acerbus. Id est, durus & inamœnus serræ stridor. Lucretius libro 2.
Ictus. Ouid.lib.1.de Ponto 4.
Inimicitiæ. Propertius lib.2. eleg.9.
Acerbissimus inimicus, apud Ciceronem. Id est, maximè infensus aut crudelis.
Acerbissimus Consulum interitus. Plancus Cic.lib.10.17.
Iræ acerbæ. Lucret.lib.5.
Libitina. Horat.2.Serm.6.
Liuor. Claud.de rapt.Pros.
Luctus. Tibul.lib.2.eleg.7.
Lux. Id est, dies. Seneca in Hercule OEth.11.
Mater in suos partus. Ouid.2.Fast.
Mors acerba. Ouid.14.Metam.
Odium. Virg.10.Æneid.ad finem. Cic.Att.lib.10.
Pectus. Ouid.lib.3. Amorum, eleg.5.
Pestis. Virg.l.3.Georg.
Pestis acerba boum, pecorisque aspergere virus.
Recitator. Horat.in arte poet. ad finem, Indoctum doctúmque fugat recitator acerbus.
Res. Lucret.lib.3. -multóque in rebus acerbis
Acrius aduertunt animos ad relligionem.
Impolitæ res & acerbæ. Id est, imperfectæ. Cicero de prouinc. Consul. Impolitæ verò res, & acerbæ si erunt relictæ (quanquam sunt abscissæ) tamen efferent se aliquando, & ad renouandum bellum reuiuescent.
Rumor. Tibull.lib.4.eleg.13.
Quid miserum torques rumor acerbe tace.
Sors. Seneca in Hipp.10. O sors acerba & dura famulatus grauis. Id est, O conditio, &c. Idem in Hercule OEth.7. O sortem acerbam!
Acerbum spectaculum, durum, crudele, & visu horrendum. Cic.7.Verr. Idem ad Quint.frat.lib.12.epist.12.in fine.
Vita. Cic Lentulo, lib.1.1.
Vulnus. Virg.11.Æneid.
Hactenus Acca soror potui. nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigrescunt omnia circum.
Vultus. Ouid.lib.5.Trist.eleg.9,
Sed modò læta manet, vultus modò sumit acerbos.
Acerba, pro Acerbè aduerbio. Lucret.lib.5.
Asper acerba tuens, immani corpore serpens. Ouid. epist.8.22,
Nox vbi me thalamis vlulantem, & acerba gementem
Condidit, in mœsto procubuique toro.
Acerbum, acerbi, substantiuum, gen.n. Ouid.lib.5. Trist.eleg.2,
Detrahat vt multum, multum restabit acerbi.
Pársque meæ pœnæ totius instar erit. Cic. antequam iret in exilium 13, Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempub.iurabitur.
Acerbitas, penult.corrept. acerbitatis {[illegible]} denominatiuum: propriè dicitur asperitas illa siue austeritas in fructibus immaturis.
Acerbitas, Tristitia, dolor, aduersitas, cruciatus. Cic. ad Q.frat. lib.1.1. Nam si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa lenitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est. ¶ Acerbitates in plurali, pro periculis & rebus aduersis. Cicer.
Habere aliquid acerbitatis. Cicer. lib.1.Offic. Atque etiam illud ipsum quod acerbitatis habet obiurgatio, significandum est ipsius id causa qui obiurgetur, susceptum esse. Pro Plancio, Nunc timeo ne nihil tibi præter lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti.
Acerbitas, dolor, cruciatus. Cic.in Catil. Vt omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatúsque perferrem.
Acerbitas, pro nimia asperitate ac duritie. Cic.4.de finib. Nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probauit.
Acerbitas, pro grauiore & nimio animi dolore. Cicer.in Lælio, Apud quem euomat virus acerbitatis suæ.
Acerbitates conquisitæ. Tacitus lib.5.
Acerbitatibus dilacerari. Tacit.Annal.lib.2.
Acerbitas proscriptionis. Cic.pro Cluentio.
Temporis acerbitas. Cic Q.Valerio, lib.13 4.
Acerbitudo, Idem quod acerbitas. Gell.lib.13.cap.3, Sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas an suauitas, sanctitudo an sanctitas, acerbitudo an acerbitas, &c.
Acerbo, acerbas {[illegible]} acerbare, Asperare, acerbum facere: vt, Acerbare crimē, quasi exaggerare, amplificare, facere atrocius. Virgil.11.Æneid.
Vel cùm se pauidum contra mea iurgia fingit,
Artificis scelus, & formidine crimen acerbat.
Claudianus lib.1,
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum stimulando vulnus acerbat.

Inde fit exacerbare.
Acerbè, acerbius, acerbissimè, qualitatis aduerbium {[illegible]} Durè, seuerè, asperè. Cicer.3 de Nat.deor. Nec tamen possumus dicere non plures captiuos acerbè, quàm prædones necatos. Idem 1. Tuscul. Acerbius exigere dixit.
Acernus, Vide ACER pro arbore.
Acero, aceras {[illegible]} acerare, Paleas inficere. Sipontinus.
Acerosus, Vide ACVS, aceris.
Acerra, acerræ {[illegible]} Ara quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Alij dicunt arculam esse thurariam, vbi thus reponebant. Festus. Martialis lib.10, -septimámque
Vestris addimus hanc focis acerram.
Plin.lib.35.cap.10, Item sacerdotem astante puero cum acerra & corona. Cornutus scribit esse pateram in qua libabatur. Virg.5.Ænei.
-& plena supplex veneratur acerra.
Acron in Horatium, thuribulum vocat. Cic.2.de legib. Ne sumptuosa respersio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur. Ouid.8.Metamorph. Idem 4. Fasto.
Cúmque meri patera, thuris acerra fuit.
ACERRAE, acerrarum {[illegible]} Vrbs Campaniæ Italicæ. Virg.2.Georg.
Talem diues arat Capua, & vicina Vesæuo
Ora iugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Acerræ (inquit Seruius) ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluuius: cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait vacuis. Id est, infrequentibus. Sill. Ital.lib.8,
Illic Parthenope, ac Pœno non peruia Nola,
Alliphe, & Clanio contemptæ semper Acerræ. ¶ Fuit item eiusdē nominis oppidum in Vmbria. Plin lib.3.cap.14.
Acersecomes, acersecomæ, penult. corrept. masc. gen. {[illegible]} Latinè intonsus dicitur, quales erant Romanis in delicus pueri. Iuuenal.sat.8,
Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendit acersecomes, si nullum in coniuge crimen.
Aceruus, aceruι, mascul. gener. {[illegible]} Valla lib.4, Aceruus, minutarum propriè rerum congeries est, vt frumenti & leguminis, vt salis. Interdum etiam aliquanto maiorum: vt, aceruus scutorum, apud Virg.8.Æne. Et ferè generale est ad omnia. Plaut. Pseud.4. Aceruι frumenti sunt domi. Cicer. contra Rullum, Vix iam videtur locus esse, qui tantos aceruos pecuniæ capiat. Idem in Catil. Aceruis corporum redundauit. Horat.in epist. -æris aceruus & auri.
Altus aceruus. Lucret.lib.3,
Vt ab summo tibi diffluat altus aceruus.
Cæcus. Ouid.1.Metam. Quæ postquam euoluit, cæcóque exemit aceruo, Dissociata locis concordi pace ligauit. Per aceruum cæcum, chaos elementorum intelligit.
Grandis. Ouid.lib.1. Amor.eleg.8.
Ingens. Virgil.1.Georg.
-populatque ingentem farris aceruum Curgulio.
Magnus & paruus. Horat.1.Serm.1,
-at suaue est ex magno tollere aceruo.
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cameris granaria nostris?
Modicus. Horat.2.epist.2.
Ruens. Id est, decrescens. Horat.2.epist.1.
¶ Aceruus, translatū ad res incorporeas. Cic. pro Sylla. Quantos aceruos facinorum reperietis?
Aceruatim, pen.prod. aduerbium quantitatis {[illegible]} Per aceruos. Varro lib.1.de Re rustica, cap.38, De pecore aceruatim poni.
Aceruatim accumulare. Lucret.lib.6.
Dicere, quasi promiscuè & nullo seruato ordine. Cic.pro Cluentio. Aceruatim iam reliqua Iudices dicam.
Multa frequentare. Id est, coniungere, & accumulare. Cic.in Orat.
Plerique aceruatim se de vallo præcipitauerunt. Cæsar.
Apes aceruatim sub fauis enectæ reperiuntur. Colum.lib.9.cap.13.
Aceruo, aceruas {[illegible]} aceruare, Accumulare. Pli.lib.6.cap.4, Plura vndique aceruabimus. Idem libr.21.cap.17, Octoginta simul aceruatis sæpe bulbis. Quintil.li.9.cap.3, Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes aceruantur.
Acerualis & hoc aceruale, penul.prod. Argumenti genus, quo vtebatur Chrysippus. Cic.in 2. de Diuin. Aut quēadmodum Soriti respōdeas? quem si necesse sit, Latino verbo liceat aceruαlem appellare: sed nihil opus. vt enim ipsa philosophia, & multa verba Græcorum, sic [illegible] satis Latino sermone tritus est.
Aceruatio, verbale ab aceruando {[illegible]} Ipse actus aceruandi, siue accumulatio. Plin.lib.11.c.53, Homini cibus vtilissimus simplex: aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora.
Aceruus Mercurii. Prouerb.26.
ACERVETIS, Thraciæ vrbs, posteà Calatis dicta. Plin.lib.4.cap.11.
ACES, {[illegible]} Fluuius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans. Herod. Thalia, i.lib.3.
ACESAE, pen. corr. {[illegible]} Oppidum est Macedoniæ, cuius ciues dicuntur Acesæi. Vide Stephan.
ACESAMENAE, {[illegible]} Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, vno eorum qui in Pieria regnauerunt. Vide Steph. Gentile est Acesamenius.
Acesco, acescis. Vide ACEO.
ACESEI & Heliconis opera, quæ singulari artificio confecta viderentur, sic antiquitus appellabantur. Locū prouerbio fecerunt duo quidam celebratæ artis artifices. Acesεus natione Patarensis, & Helicon Carystius: qui primi contexuisse dicuntur peplum Palladis Poliadis. Id enim cognomen Mineruæ, quæ in arce Atheniensium colebatur.
Acesias medicatus est. Dicitur de re quæ semper vergit in deterius, & quæ quo magis accuratur, hoc peius habet. Occasionem adagio dedit Acesias quidam medicus imperitus & stupidus, qui dū cuidam

pedum dolore laboranti mederi studeret, auxit dolorem. Author Diogenianus.

ACESINUS, fluuius gemmas ferens. Plinius libro 37. cap. 13. Gemmiferi amnes sunt Acesinus & Ganges. Quem li. 6. ca. 20, tradit influere in Indum fluuium.

Acesis, (Ἄκεσις) Genus est Chrysocollæ, diuersæ ab Orobitide. Vide Plin. lib. 33. cap. 5.

ACESIUM Apollinem apud Eleos eundem Pausanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienses. Cælius Antiq. lect. lib. 9. cap. 19.

ACESIUS (Ἀκέσιος) Nouatianorum Episcopus fuit sub Constãtino Imperatore: De quo vide Suidam.

ACESSAEI luna. Dictum in comperendinatores, qui nouã subinde causam comminiscuntur, quò negotium differant: à nautæ cuiusdam moribus ortum, cui Acessæo fuit nomen. Is quum esset ignauus, ita prorogare consueuit nauigationem, vt se diceret lunã magis opportunam expectare. Author Diogenianus.

ACESTA (Ἀκέστα) Siciliæ vrbs, ab Aceste dicta, teste Virg. Æneid. 5.
Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam.

ACESTES, huius Acestæ (Ἀκέστης) filius fuit Crimnisi fluminis ex Segesta Troiana, vt lib. 5. Æneid. testatur Virgil.
Famáque finitimos, & dari nomen Acestæ
Excierant. Vide Seruium in illud 1. Æneid. Troianóque à sanguine clarus Acestes.

Dardanius Acestes. Virg. 5. Æneid.
Est tibi Dardanius diuinæ stirpis Acestes.

Fidus. Ouid. 14. Metamorph.
Ad sedes Ericis, fidúmque relatus Acesten, Sacrificat.

Grauis. Virgil. 5. Æneid.
Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Grauis ætate, vel obiurgatione. Seruius.

Senior. Virgil. 5. Æneid.
Cætera Trinacriis pubes senioris Acestæ Fertur equis.

Troianus, Propter originem. Sil. Ital. lib. 14.
Miscuerunt Phrygiam prolem Troianus Acestes,
Troianúsque Helymus.

ACESTIDES (Ἀκεστίδες) Fornaces sunt ferreæ, prægrãdésque, in quibus fit cadmia. Dioscorid. lib. 5. in cap. De cadmia.

ACESTIS, Acestis, fluuius Indiæ nauigabilis, iuxta quem Alexãder Macedo Bucephalam vrbem condidit.

ACESTIUM, Acestij, gen. fœ. Nomen mulieris proprium, de qua Pausanias in Attica. Acestium Xenoclis, qui ex Sophocle Leontis filio prognatus est, filia fuit. Huic ad Leontem vsque atauũ, omnes gentiles Cereris ministros quassantes facem, dum viueret, videre contigit. Nam primùm in eo vidit Sophoclem fratrem, dein Themistoclem coniugem, atque eo mortuo Theophrastum filium: atque hęc illius fortuna commemoratur.

Acetabulum, acetabuli, pe. cor. neut. ge. (ὀξύβαφον) ab accipiendo dicitur, vt testis est Hermolaus: etiamsi Græci oxybaphon appellant, quasi ab aceto. Et est genus mensuræ, capiens sesquicyathum. Plin. lib. 21. cap. 34. Cùm acetabuli mẽsura dicitur, significat heminæ quartam partem. Id est, drachmas xv. Idem lib. 18. cap. 7. Coriandri selibras, salisque acetabulo. Celsus lib. 5. cap. 24. Instillatúrque subinde quàm optimi mellis acetabulum.

Acetabula in corporibus dicuntur pro pyxidibus, vt anatomici vocãt, quibus coxendices infiguntur, circáque ea vertuntur ossa coxarum. Plin. 28. cap. 11, Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur.

Acetabula item sunt veluti quidam caliculi in iis piscibus, qui molles appellantur, vt in polypo. Plin. lib. 9. cap. 30, de polypo loquens: Præterea negat esse vllum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit, cùm in naufragos vrinantésve impetum capit. Et paulò pòst, Ostendêre Lucullo caput eius, dolij magnitudine, amphorarum xv. capax: atque (vt ipsius Trebij verbis vtar) barbas, quas vix vtroque brachio complecti esset, clauarum modo torosas, lõgas pedum triginta, acetabulis, siue caliculis vrnalibus, peluium modo, dentes magnitudini respondentes.

Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula, siue caliculi, quibus astantium oculos fallendo pęrstringunt. Senec. lib. 6. epist. Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calculi in quibus me fallacia ipsa delectat.

Acetabulum abusiuè dici potest de rebus aliis quæ similitudinem quãdam referant acetabuli, quod in corporibus esse suprà dictum est. Vnde Quintil. lib. 8. cap. 6, Eo magis necessaria (inquit) καταχρῆσις, quam rectè dicimus abusionem: quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est. Et paulò pòst, Mille sunt hæc: & acetabula, quicquid habet: & pyxides, cuiuscunque materiæ sunt: & parricida, matris quoque aut fratris interfector.

Acetare dicebant veteres, quod nunc dicimus Agitare. Festus.

Acetaria, acetariorum, plu. num. (ὀξηρά) Nomen ab aceto dictum: & sunt herbæ seu cibaria quæ ex aceto sumuntur ad excitandam appetentiam: quales sunt herbæ virentes, quas aceto oleóque guttatim instillato concinnamus. Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. lib. 20. cap. 20, Stomachum in acetariis sumpta corroborat. De portulaca loquitur. Idem lib 19. cap. 4, Horti maximè placebant, quia non egerent igni, parceréntque ligno, expedita res & parata semper: vnde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura sensum cibo. Quem locum sic exponit Hermolaus: Porro hic acetarium non ab aceto, vt credi cœptum est, sed ab accipiendo flectitur. Ideo enim, inquit Plin. acetaria appellabantur horti. Hoc est, hortensia: quoniã expedita res & parata semper esset. Nam & acetabulũ ab accipiendo dicitur: etiamsi Græci oxybaphon appellant, quasi ab aceto.

Acetaria (vt nonnulli volunt) dici quoque possunt carnes frustillatim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

Acetum, aceti, penult. prod. (ὄξος) nomen omnibus notissimum. Martialis lib. 13.
Amphora Niliaci non sit tibi vilis aceti,
Esset quum vinum, vilior illa fuit.

Acetum acre. Horat. 2. Serm. 3.

Durum. Id est, acidissimum & acerrimum. Sammonicus,
Furfuribúsque nouis durum miscebis acetum.

Frigorificum. Gellius lib. 17. cap. 8.

Mordax. Pers. satyra 5.

Moriens. Pers. satyra 4.

Acetum mulsum. Gal.

Pharium. Id est, Ægyptiacum, à Pharo Ægypti insula. Iuuenalis saty. 13.

Piperatum. Colum. lib. 12. cap. 47, Deinde exiguum aceti piperati, & plusculum mellis ad iciunt.

Rubens. Martial. lib. 11. in Cheremontem.

Acetum scillinum, scilliticum, & scillites. Vide SCILLA.

Acetum exacuere. Plinius lib. 19. ca. 5, Verùm nobilissima est scilla, quanquam medicamini nata, acetóque exacuendo.

Aceto quempiam perfundere, Amara mordacitate reprehẽdere. Horat. 1. Serm. 7.

Acetum ad animum transtulit Plautus. Sic enim ait in Pseud. 11, Ecquid habet is homo aceti in pectore? Videtur acerbitatem significare: hoc est, dolorem, mœrorémve acerbissimum. Idem Bacchid. 8. 1, Nunc experiar, sit ne acetum tibi cor acre in pectore: Id est, acrimonia & indignatio. Erasmus astutiam intelligit.

Acetum, Neutrum Adiect. vt Acetum mel. Plin. lib. 11. cap. 15, In omni melle, quod per se fluit, vt mustum oleúmque appellatur, acetum maximè laudabile est. Sic enim ex manu scriptis reponit Turnebus, contra fidem exemplarium. De hoc postea in ACOETUS.

A C H

ACHAEAE PETRAE (Ἀχαιαὶ πέτραι) Sunt rupes abscissæ eius mõtis ex quo Iardanus effluit, super quibus Samos ciuitas condita est. Vide Strab. lib. 8.

ACHAEIUM (Ἀχαίειον) ciuitas est ad vlteriorem Tenediorum regionem pertinens. Strab. lib. 13.

ACHAEMENES, penultima abbreuiata (Ἀχαιμένης) fuit primus rex Persarum, à quo postea reges omnes vsque ad Darium vocati sunt Achæmenidæ. Ex Herodoto lib. 4. Horat. 2. Carm. 12.

ACHAEMENIA, pars Persidis, ab Achęmene Ægæi filio. Author Steph.

Achæmenius (Ἀχαιμένιος) Id est, Persicus, vel Parthicus, author Lucan.
Passus Achæmenius longè decurrere campis.
Stat. 5. Sylu. 3,
Alter Achæmenium secludit zeugmate Persen.
Sagittæ Achæmeniæ Propert. lib. 2. eleg. 14.

ACHAEMENIDES, pen. cor. (Ἀχαιμενίδης) Vnus è sociis Vlyssis, qui apud Virg. narrat de Polyphemo 3. Æneid.

Achæmenidon (Ἀχαιμενίδων) herba est, quæ colore electri sine folio nascitur in Tardilialis Indiæ, cuiúsque radice in pastillos digesta, in d éque pota in vino, noxij, per cruciatus, noctè confitentur omnia per varias numinum imaginationes. Author Plin. lib. 24. cap. 17.

ACHAEI (Ἀχαιοὶ) Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

ACHAEUS (Ἀχαιὸς) Eretrius poeta tragicus, paulò iunior Sophocle, tragœdias triginta quatuor docuit, vicit autem vna. Fuit & alter iunior item tragicus, qui & vnam ipse reliquit. Author Suidas.

ACHAIA, penult. correp. (Ἀχαΐα) Ampla regio Græciæ, & penè insula. Nam Ægæo & Ionio mari cingitur, præter exiguam partem. Eius caput Corinthus, vrbs olim ditissima, cui ab Achæo Xuthi filio hoc nomen inditum tradit Strabo lib. 8. Ægialos (vel vt alij, Ægialea) antè vocabatur, propter vrbes in littore dispositas. Author Plin. lib. 4 cap. 5, Sanè Ægialus, in g. αἰγιαλὸς, Græcis littus significat. At Pausanias ab Ægialo dictam ait primo rege è Thessalia veniente, ac patre Achæi qui regioni nomen dedit. Dicta & Ionia, quòd Iones habuerit colonos ab Atheniensibus missos. Sed & Peloponnesus, quasi Pelopis insula. Nunc vulgò Morea vocatur. Ouid. 8. Metam 54. Idem epist. 15. 38.

Achæus (Ἀχαιὸς) aliquis de Achaia, vel Græcus. Ouid. 4. de Ponto,
Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis.

Achæus, a, um, adiectiuum. Idem quod Achaicus. Stat. 2. Achil. de Paride Helenam rapiente,
-terrásque freto diductas Achæas.

Achæias, huius Achæiados (Ἀχαιϊὰς) Ouid. epist. 3,
Inter Achæiadas longè pulcherrima matres.
Alij scribunt, Achaiadas.

ACHAEORUM PORTUS (Ἀχαιῶν λιμὴν) Portus est in Troade, sub promontorio eiusdem nominis: ita dictus quòd ibi Gręci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. Plin. lib. 4. cap. 12.

Achaicus, adiectiuum, pe. corr. (Ἀχαϊκὸς) Id est, Græcus. Virg. 2. Æneid.
Et Danaûm solitæ naues, & Achaica castra.
Horat. 1. Carm. 15.
Post certas hyemes vret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

Achais, penul. prod. huius Achaidis & Achaidos, penul. corr. gen. fœm. (Ἀχαΐς) Ou d. 5. Metam.
Pérque tot Hæmonias, & per tot Achaidas vrbes
Huc venit.
Alij scribunt Achæidas. Patronymicum est, pro possessiuo, quod frequens est, potissimum poetis.

ACHAICARUS (Ἀχαΐκαρος) Vates quidam apud Bosphoranos erat, qui petentibus responsa dabat, quemadmodum Tiresias, Trophonius, Amphiaraus, & alij plures, de quo vide apud Strab. lib. 16.

ACHANA, fluuij nomen in Arabia, non procul ab Euphrate, de quo Plin. lib. 6. cap. 28.

Achane (Ἀχάνη) Genus erat mensuræ frumentariæ apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Cæl. lib. 8. cap. 9, docet esse vasis genus, in quo commeatus eorum includebatur qui ad Theorias mittebantur. Quas Athenienses vocarint Theorias, videbis infra suo loco.

ACHANI (ἀχανοί) populi sunt Scythiæ, qui & Acharni dicũtur à Theopompo. Author Stephan.

ACHAR, nomen ciuitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

ACHARACA (Ἀχάρακα) oppidi nomen. Strab. lib. 14.

ACHARDEVS (Ἀχαρδεύς) fluuius, est, prope quem Siraci populi habitant, qui ex monte Caucaso fluens, in Mæotim decurrit. Author Strabo libro 11.

ACHARITANVM (Ἀχαριτανόν) oppidum liberum est in Aphrica, ab ea parte qua spectat tractum Cyrenaicum. Author Plin. lib. 5. cap. 4.

ACHARNAS (Ἀχαρναί) ciuitas est Græciæ in Attica regione, totius eius tractus potentissima. Thucid. lib. 2.

ACHATES, Achatæ, pen. prod. (Ἀχάτης) nomen proprium comitis Æneæ, qui teste Seruio, à sollicitudine dictus est. Diximus (inquit) quæri cur Achates Æneæ sit comes: melius tamen hoc fingitur vt tractum nomen sit à Græca etymologia. ἄχος enim dicitur sollicitudo, quæ regum semper est comes. Hæc ille, illud Virgilij enarrans, libro Æneid. 1.

-ipse vno graditur comitatus Achate.

Achates, achatæ, penul. prod. m. g. (ἀχάτης) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Achates magna fuit authoritate, nunc in nulla est: Reperta primùm in Sicilia, iuxta flumen eiusdem nominis: postea plurimis locis, excedens amplitudine numerosa, varietatibus diuersis mutantibus cognomina eius. vbi videtur esse generis fœminini. Sed hæc adiectiua fœminina referuntur ad hoc nomen gemma subauditum.

Achates, annulus dicitur, qui minimo digito gestatur: quo verò Index ornatur, corianos. Latini autem leuis materiæ annulum, qui minimo gestatur, æstiuum nuncupant. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. vlt.

ACHEDORVS, Vide ECHEDORVS.

ACHELOVS, pen. prod. (Ἀχελῷος) Epiri fluuius, à Pindo monte fluens, qui Acarnaniam ab Ætolis diuidit: Thoas prius vocatus à celeritate: nomen sub Achelo rege mutauit, qui cum Alcmeone è Thessalia profectus, apud eum consedit. Acheloi autem ipsius Ætoliæ, siue Epiri fluminis fabulam, Diodorus lib. 5. refert. Strabo quoque lib. 10. & Ouid. 9. Metam. Nunc vulgò dicitur *Pachicolam, Pachicolamur.*

Acheloum Oceani & Tethyos fuisse filium tradit in Theogonia Hesiodus.

Ætolus Achelous. Propertius libro 1, Eleg. 35, ad Lynceum poëtam.

Nam rursus licet Ætoli referas Acheloi
Fluxerit vt magno fractus amore liquor.

Calydonius. Ouid. 8. Metam.

-nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur.

Deformis cornu. Stat. 7. Thebaid.

-Acheloon vtroque
Deformem cornu vagus infamat Acarnan.

Naupactæus. Id est, Ætolus, à Naupacto vrbe Ætoliæ. Ouid. 2. Fast.

Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Turbidus. Stat. 2. Thebaid.

Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.

Achelous, apud veteres generaliter aquam significabat. Vnde est illud Virgil. 1. Georg.

Poculáque inuentis Acheloia miscuit vuis.

Id est, aquam miscuit vino. Author Seruius ex Orpheo. Macrobius quoque lib. 5. Saturn. cap. 18, docet hunc morem loquendi peruagatum fuisse, vt Acheloum pro quauis aqua dicerent, citátque multorum testimonia.

Acheloius, adiectiuum possessiuum (ἀχελώϊος.) Ouid. 15. epist.

Vt ferus Alcides Acheloia cornua fregit.

Acheloides, pen. corr. (Ἀχελωΐδες) Id est, Sirenes Acheloi filiæ. Ouidius 5. Metam.

-vobis Acheloides vnde
Pluma, pedésque auium, cùm virginis ora geratis?

Acheloiades, pen. corr. (Ἀχελωϊάδες) eædem quæ & Acheloides. Ouidius 14. Metam.

Soluit, & Hippotadæ regnum, terrásque calenti
Sulfure fumantes, Acheloiadúmque relinquit
Sirenum scopulos.

ACHELVS, li, penult. prod. (Ἄχελος) nomen proprium viri. Valer. Flacc. Argonaut. 3,

Ambrosium Peleus, ingentem Ancæus Achelum
Sternit.

ACHEMON, siue ACHMON (Ἀχέμων, Ἄχμων) vnus fuit Cercopum, qui vnà cum fratre Passalo nullo non iniuriarũ genere in obuium quemque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sẽnonis, mulier fatidica, quæ filios cauere iussit, nequando in Melampygũ inciderent, &c. Reliquum fabulæ vide apud Erasmum in prouerbio, Ne in Melampygum incidas.

ACHERINI, populi Siciliæ. Cic. 5. Verr.

ACHERIVS orator, tempore Augusti Cæsaris, cui tãta orationis celeritas fuit, vt & vitium fieret, & bracteata Cæsaris Augusti sententia ad id circunferatur, Acherius noster sufflaminandus est. Is cùm libertinum reum defenderet, cui obiiciebatur, quòd patroni concubinus fuisset, dixit, Impudicitia in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Ex Cæl. lib. Antiq. lect. 15. cap. 11.

Acherois, pen. prod. huius acheroidis & acheroidos, pen. corr. fœm. gener. (ἀχερωΐς) Epitheton populi albæ. Texebant (ait Parrhasius in Claud.) sibi Bacchæ coronas ex alba populo, quòd ea arbor inferna credebatur, & (vt ait Harpocration) iuxta ripas Acherontis enata, eóque ab Homero Acheroida appellari putant.

ACHERON, penul. corr. huius Acherontis, masc. gen. (Ἀχέρων) dicitur à poëtis fluuius inferorum. Seruius autem apud Virgil. lib. Æneid. 6, scribit locum esse in Campania, mõtibus septum, adeò vt nec orientem, nec occidentem solem possit aspicere, sed tantum medium diẽ, non procul à Baiis, vbi necromantia exercebatur: cui vicina loca omnia calidis & sulphuratis aquis scatent. Est item Acheron, fluuius Epiri & etiam Lucaniæ, teste Plinio.

¶Acheron à Seruio in 6. Æneid. dici putatur, quasi sine gaudio. Siquidem α, particula est priuatiua: χαίρειν lætitiam significat. Sunt qui malint ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέειν, quasi doloris tristitiæque fluuius. Virg. 2. Georg.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari.

Id est, omnem mundum in mortem trahentis. Seruius.

¶Acheron (Ἀχέρων) teste Strab. lib 6, fluuius est in agro Brutio, vbi Alexander Molossorum rex trucidatus est, Dodonæo deceptus oraculo, Acherontem atque Pandosiam cauere iubente. Vide plura apud eundem.

¶Acheron (ait Parrhasius in Claud.) ad Heracleam Ponti fluuius est, ab Acheronte Mariandynorum rege dictus, vt Telus Andro refert. Is postea Soonautes à Megarensibus quibusdam nautis vocatus est, qui tempestatem maris illuc euaserunt, vt canit Apollonius. Eiusdem nominis alter apud inferos esse fingitur, ad exprimendum mœrorem quo charissimos quosque vita functos efferimus. Aliter Academici: Nam quicquid fecisse dixisséve vsque ad tristitiam, humanæ varietatis more nos pœnitet, in Acheronte significari putauerunt. Hæc Parrhas. Meminit & Hermolaus in Plinio, lib. 6. cap. 1.

Adustus Acheron. Lucanus lib. 3,

Præparat innumeras puppes Acherontis adusti
Portitor.

Aquas enim flammeas habere dicitur.

Durus. Stat. 2. Syl. 6.

-iam littora duri
Sæua Philete senis, durúmque Acheronta videbas.

Fumeus. Valer. Flacc. lib. 4. Argonaut. de Acheronte Pontico,

Illic pestiferas subter iuga concaua torquet
Alter aquas Acheron, vastóque exundat hiatu
Fumens, & sæua sequitur caligine campos.

Mœstus. Senec. in Thyeste 1. Mœstus, ab effectu, mœstitiam inducens.

Nefastus. Stat. 4. Thebaid.

Profundus. Lucret. lib 3.

Tartareus. Virg. 6. Æneid.

Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.

Tristis. Sil. Ital. lib. 13.

ACHERONS, Acherontis (Ἀχέρων) siue ACHERVNS, Acheruntis, Idem quod Acheron. Plaut. Amphit. 4,

Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? vlmorum Acheruns.

Quem locum sic Pylades exponit, Vlmorum Acherũs, vorago & dissipatio virgarum, non aliter quàm Acheruns, siue Acheron fluuius infernus, qui est vorago & assumptio animarum. Dicitur vtroque modo Acheros & Acheron. Ex vlmis autem virgæ fiebant ad plagas seruis malis inferendas. Vnde alibi verberonem seruum, appellat vlmitribam. Idem Capt. 5,

Vidi ego multa sæpè picta, quæ sub Acheronte fierent
Cruciamenta: verum enimuero nullus adæquè est Acherons,
Atque vbi ego fui in lapicidinis.

Nonius fœminino genere Plautum in hoc exemplo protulisse testatur, Verum enimuero nulla adæquè est Acherons, Atque vbi ego fui in lapicidinis. Dicit Tyndarus se multa vidisse picta cruciamenta quæ fierent apud inferos, vt Tityi, Sisyphi, Ixionis, & aliorum: verùm nullum Acherontem inueniri posse adeò ærumnosum, vt sunt illæ lapicidinæ, in quibus aliquot dies fuerat exercitus.

Apud veteres Latinos inferos plerunque significat: vt apud Plautum,

In nostro agro ostium est Acheruntis. Id est, inferorum.

Et apud Virgilium,

-qui solus honos Acheronte sub imo est.

Acheruntem, aduerbium ad locum. Plaut. Casin. Hunc Acheruntem præmittam prius. Acherunti verò, aduerbium in loco. Plaut. Capt. Quæ Acherunti fierent.

Acheronticus, adiectiuum: vt Acherontica regio (ἀχεροντικός.) Plautus Bacch. 4, Regiones colere mauellem ego Acheronticas.

ACHERONTIA (Ἀχεροντία) ciuitas est Apuliæ, cõtermina Lucaniæ, quã ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi auiũ in summis arboribus. Hæc Acron. Horat. lib. 3. Carm. 4.

ACHERONTINI (Ἀχεροντῖνοι) populi sunt in agro Brutio, iuxta Acherontem fluuium habitantes. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACHERVSIA (Ἀχερουσία) palus est inter Capuam & Auersam iuxta Cumas, oriẽs ex Acherõte. Est item lacus Thesprotiæ, in Epiro, ex quo lacu profluit amnis Acheron, qui in Ambracium sinum defertur. au thores Pomponius & Strabo lib. 5. Plin. quoque lib. 4. cap. 1.

Acherusia quoque, specus est in Ponto iuxta Heracleam, ad manes (vt aiunt) peruius. Illac extractum ab Hercule Cerberum existimant. Vide Plin. lib. 6. cap. 1. & lib. 27. cap. 2, Pomponium Melam lib. 1. & 2, Solinum cap. 55, Diodorum Siculum lib. 2, Ouid. Metam. 7.

ACHERVSIS, pen. prod. huius Acherusidis & Acherusidos, pen. corr. fœm. gen. (Ἀχερουσίς) Idem quod Acherusia. Valer. Flacc. lib. 5. Argon.

Inde premente Noto tristes Acherusidos oras, Præterit.

Acherusius, adiectiuum (ἀχερούσιος.) Lucret. lib. 3. At contrà nusquam apparent Acherusia templa. Id est, Infernæ regiones.

Acherusius humor. Sil. Ital. lib. 13.

Acherusia vita. Id est, anxia, sollicita, ærumnosa, omnibus denique pœnis & cruciatibus referta, quibus Tantalus, & alij affici apud inferos putantur. Metaphora est. Lucret. lib. 3. Hinc Acherusia fit stultorum denique vita.

Achetæ, pen. cor. achetarum (ἀχέται) Cicadæ sunt argutæ & canoræ. Plin. lib. 11. cap. 26, Quæ canunt, vocantur Achetæ: & quæ minores ex eis sunt, Tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere: fœminæ silent.

ACHILLEON, oppidum Troadis, ad Achillis tumulum à Mitylenæis conditum, authore Plinio capite 30. libro quinto. Meminit & Strabo libro 13.

ACHILLAS, Ἀχιλλᾶς Plutarcho, serui Ægyptij nomen est, cuius manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharsaliæ,

-sceleri delectus Achillas. Plutarch.in vita Pompeij.

ACHILLEA {ἀχίλλεια} Insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta: ab Achille in ea sepulto nomen habens, vt refert Pompon.lib.2.

Achilleis, siue Achilleas, ἀχιλληῒς Theophrasto, ἀχίλλειον Hippocrati, hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris: ideóque ærugini magis obnoxium. Vide Ruell. lib.2. capite 15.

Achilleos {ἀχίλλειος} Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inuenisse traditur in curãdo vulnere Telephi. Plin.lib.25.cap.5. Mathiolus tamen in Dioscoridem non eandem esse cum Millefolio author est, quam & Achilleam vocat.

ACHILLES, huius Achillis & Achilli: vel Achilleus, huius Achillei & Achilleos: nisi malis Achilli, ab Achillei, per contractionem fieri, vt volunt plerique {ἀχιλλεύς} Græcorum omnium fortissimus, filius fuit Pelei & Thetidis: quem infantem (vt fabulantur poëtæ) mater Stygiis aquis totum immersit: vnde inuulnerabilis toto corpore factus est, præterquam ea parte pedis qua comprehẽsus à matre fuerat dum ablueretur. Demum Chironi Thessalo homini iustissimo, deinde Phœnici datus est educandus, vt sub eis bellicis artibus insuesceret à primis statim annis, in disciplina quoque musica proficeret, atque etiam bonis moribus enutriretur. Hunc autem cùm mater à Proteo vate audisset in expeditione Troiana periturum, si eò cum cæteris Græcis proficisceretur: iam adultum inter filias Lycomedis in Scyro Ægæi maris insula regnantis puellari habitu furtim occuluit. vbi quum aliquandiu latuisset, Deidamiam Lycomedis filiam vitiauit, ex eáque Pyrrhum suscepit. Audiuerant autem Græci Troiam expugnari nõ posse, nisi Achilles ipse adesset. Itaque Vlysses id quod erat, suspicatus: mercibus quibus fœminæ capiuntur, gladium, scutúmq; ac galeam immiscens, ad Lycomedem se contulit, vbi mercibus expositis, Achilles gladium ac scutum, alia negligens, tractare cœpit. Vnde cognitus, ad bellum Troianum deductus est. Vbi tandem cum Agamemnone propter ereptam sibi quam amabat Briseidem, simultates exercuit, adeò vt aliquandiu bello abstinuerit. Neque vllis precibus adduci potuit vt cõfligeret, donec Patroclum sibi charissimum intellexerit ab Hectore interfectum. Cuius mortem occiso Hectore ad postremum vltus est. Tandem Polyxenæ Priami filiæ coniugium sperans, à Paride in Apollinis Tymbræi templo sagitta occisus est, & in Sigæo promontorio à Græcis inhumatus. Hæc ex variis.

Achillem heptapechyn vocat Lycophron, quasi septem cubitos altum. Testis Hermolaus in Plin.lib.8.cap.29.

Achillem scribit Euphorion videri nuncupatum, quòd non chilo, Id est, cerealibus cibis primùm sit connutritus: verùm ex infantia medullis animalium, mox & carnibus venatu comparatis, cùm illi foret pædagogus Chiron. Chili mentio item Xenophonti est, vbi ex castris abiisse milites scribit ἐπὶ χιλὸν, veluti frumentatum dicas. Sunt qui Eustathio tradente, dici Achillem opinentur, quòd bello victis tristitiam immitteret. Alij quòd Ilienses mœrore confecerit. Quo etymi argumento, l simplici scribendum arbitrantur, succinente vel analogiæ ratione: nam Oileus dicitur, & Basileus. Illud obiter sciendum, Achillis patriam dici Phthiam, quæ nũc Pharsala, à Phthia muliere, vel à Phthio Neptuni filio. Cæl.Antiq lect.lib.13.cap.7. Non desunt qui ab ἄχος, id est dolor, & λύω, soluo, à soluendo scilicet dolore, nuncupatum Achillem contendant. Medicus enim fuit, à Chirone medicinam doctus. Plin.lib.25.cap.5, Inuenit & Achilles discipulus Chironis. herbam qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac sanasse Telephum dicitur. Alij primùm æruginem inuenisse, vtilissimam emplastris. Ideóque pingitur ex cuspide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alij vtroque vsum medicamento volunt. Achilleon Galli vocant Millefolium, teste Ruellio.

Achilles & templum habet, & tumulum iuxta Sigæum promontorium: Patroclus autem & Antilochus tumulos, quibus omnibus, & Aiaci, Ilienses sacrificant. Hæc Strabo lib.13.

Achillis asylum in Sigæo erat, sicut in Rhetæo littore, Aiacis. Alex. ab Alex.lib.3.cap.20.

Achillis matri Thetidi prædixerat Proteus, ipsam parituram esse filium patre maiorem. Fabulam elegantissimè describit Ouid.Metam.11.

Achillem ita infensum habuerunt Tenedij, quòd Tenedum deuastasset, vt supplicio afficeretur qui restituto templo Achillem nominasset. Alexand.ab Alex.lib.2.cap.14.

Ad Achillis statuam Alexander Ilium profectus, vnà cũ sociis vnguento delibutus, nudúsque de more circuncurrẽs, eam coronis ornauit, felicem illum appellans, quòd viuo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum contigisset habere præconem. Plutarchus in Alexandri vita. Cicer.pro Archia, Quàm multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Atque is tamen, cùm in Sigæo ad Achillis tumulũ astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneris.

Achillis ædem ante Borysthenem nulla ales ingreditur. Alexander ab Alexand.lib.2.cap.14.

Achillis hastam ex fraxino fuisse testatur ex Homero. Plinius libro 16. capite 13.

Alumnus Chironis Achilles. Stat.lib.1.Achill.

> Qui rapis ingentem magni Chironis alumnum.

Filius Thetidis Achilles. Horat.1.Carm.8.

Thetidis proles. Id est, Achilles. Sil.Ital.lib.7.

Cedere nescius Achilles. Horat.1.Carm.6.

Thessalus dux. Id est, Achilles. Senec. Mactanda virgo est Thessali busto ducis.

Thessalicus dux. Id est, Achilles. Seneca, Emicuit ingens vmbra Thessalici ducis.

Timor Phrygum, & Græcorum decus Achilles. Ouid.lib.12.Metam.

> Iam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
> Nominis Æacides, caput insuperabile bello   Arserat.

Pelides Achilles. Id est, Pelei filius. Virgil.5.Æneid.

> -Pelidæ tunc ego forti
> Congressum Æneam, nec diis, nec viribus æquis,
> Nube caua eripui.

Æmonius Achilles. Id est, Thessalus. Ouid.12.Metam.

Æquoreus, à Thetide matre, quam poëtæ inter maris deas connumerant. Lucan.lib.6.

Æternus carmine. Sil.Ital.lib.14.

Animosus. Horat.1.Serm.7.

Armipotens. Virg.6.Æneid.

> -genus armipotentis Achilli.

Atrox. Claudian.ad Hadrianum.

Clarus. Ouid.3.Trist.5.

Cristatus. Virg.1.Æneid.

> Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.

Expers terroris. Catul.epig.59.in Argonaut.

Fatalis Priamo. Stat.lib.1.Achilleid.

Flauus. Claud.in 7.Paneg.

Honoratus. Id est, Homeri & multorum carminibus laudatus, &c. Horat.in arte poët.

> Scriptor, honoratum si fortè reponis Achillem:
> Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
> Iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.

Immitis. Virg.1. Æneid.

> Troas relliquias Danaûm, atque immitis Achilli.   Pro Achillis.

Indocilis. Stat.lib.1.Achil.

Indomitus. Seneca, Non illum Achilles flexit indomitus minis.

Ingens. Ouid.11.Metam.

Insolens. Horat.2.Carm.4.

Larissæus, à Larissa vrbe Thessaliæ. Virg.2.Æneid.

> Quos neque Tydides, nec Larissæus Achilles,
> Non anni domuere decem.   Seruius: A vicinitate: nam Phthius

fuit. Vtraque tamen Thessaliæ ciuitas est.

Magnanimus. Ouid.13.Metamorph.

Magnus. Ouid.Metam.13. Virg.4.eclog.8,

> Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Nereius. Id est, Nerei nepos. Thetis enim filia fuit Nerei, & eadem Achillis mater, vt Homerus & alij plerique asserunt. Dionysius tamen Chalcidensis putat Achillem ex Thetide Chironis filia natum: Dimachus ex Philomela Actoris filia. Suidas. Horat.Epod.17,

> Mouit nepotem Telephus Nereium,
> In quem superbus ordinarat agmina   Mysorum.

Peruicax. Horat.Epod.17.

Phthius. Horat.4.Carm.6.

Sæuus. Virgil.2.Æneid.

> Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

Superbus. Stat.lib.1.Achil.

Velox. Ouid.lib.2. Amorum, eleg.1. Eum quippe dicit Statius super glaciem prima nocte concretam cucurrisse.

¶ Achilles, nomen est tragœdiæ ab Aristarcho compositæ. Plaut.in prologo Pœnuli,

> Achillem Aristarchi mihi commentari lubet:
> Inde mihi principium capiam ex tragœdia.

Translatè fortes, magnanimos & rebus gestis claros viros, vocamus Achilles. Sic L. Sicinius Dentatus ob insignem fortitudinem Achilles Romanus dictus est, quòd pugnauerit in hostem centum & viginti præliis: cicatricem auersam nullam, aduersas quinque & quadraginta tulerit. Author Gellius lib.2.cap.11. Achillis etiam cognomen eadem de causa adscribit Q. Cotio Valerius Max.lib.3, in titulo de fortitudine. Eadem ratione Virg.6.Æneid. Turnum Latij Achillem vocat, cùm ita de eo loquitur: -alius Latio iam partus Achilles.

Achilleus, adiectiuum possessiuum, penult.prod. {ἀχίλλειος.} Virgilius 3. Æneidos,

> Nos patria incensa diuersa per æquora vectæ,
> Stirpis Achilleæ fastus, iuuenémque superbum
> Seruitio enixæ tulimus.

ἀχιλλέως δρόμος, **ACHILLEVS CVRSVS**, peninsula est propè Borysthenen, Plinio, Pomponio, & Strab.lib.7. Eò vsque dicunt Achillem prosecutum Iphigeniam fuisse, raptam ex Aulide in Scythiam à Diana, quum Ceruam pro ea supposuit, ibíque moratum, cum ea rem habuisse. Nonnulli alium Achillem eius regionis regem illius amore captum fuisse dicunt. Hæc Eustathius in Dionys. apud Volaterranum. Plin.lib.4.cap.12, ait hanc peninsulam ad formam esse gladij in transuersum porrectam, & ab exercitatione Achillis cognominatam esse Achillis cursum.

ACHILLEIDES, Achilleidæ, m.gen. {ἀχιλληΐδης} Patronymicum, Achillis siue Achillei filius. Ouid.8.epist.

> Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.   Non desunt qui

Achillides legendum putent.

Achilleum, Achillei {ἀχίλλειον} genus spongiarum tenue densúmque, ex quo penicilli fiunt. Plin.lib.9. cap.45.

ACHILLIS, Achillidos, Insula in Ponto Euxino ad Borysthenen, teste Plinio cap.13.lib.4.

Achimenis, huius Achimenidis, fœm.gen. {ἀχαιμενίς} herba est, quam tradunt Magi ea vi pollere, vt ea in aciem hostium cõiecta, trepident agmina, ac terga vertant. Plin.lib.26.cap.4.

ACHISARMI {ἀχισαρμοὶ} Africæ populi, quorum meminit Plinius libro 6.cap.30.

ACHIVVS, penult.prod. adiectiuum {ἀχαιὸς} Id est, Græcus. Virgilius 2.Æneid.

> Aut hoc inclusi ligno occultantur Achiui.

Ouid.14. Metam.

> In mare protendens gentem execratur Achiuam.

Idem 1.Epistol.

> Denique quisquis erat castris iugulatus Achiuis.

Achne, huius achnes, fœminini gener. {ἄχνη} significat minutias ab excussis prouolantes spicis. Sed & pro maris aspergine & spuma Achnen reperias. Achnẽ Sophocles pro rore accipit. Et rectè vtique, quòd non continuæ deferantur guttæ, verũ disparatæ. Vnde Achnes

profluxit

profluxit nomen, quasi Achne dicatur. Id est, diuulsa, abiunctáque. Quin Achne ignis, pro fumo. Et Achne somni apud Hippocratem. Cælius Antiq.lect.lib.26.cap.21. Accipitur generatim pro tenuissimo minutissimóque & leuissimo cuiuslibet rei.

ACHNE {ἄχνη} Insulæ nomen apud Plin.lib.5. sic enim ait, Rhodiorum insulæ Carpathus, quæ mari nomen dedit, Casos, Achne olim.

ACHOLAI {ἀχολαί} oppidum est Arabiæ, non procul à Nabathæis. Plin. lib.6.cap.28.

ACHOLIVS, nomen authoris, cuius meminit Lampridius in Alexandro, & alibi frequenter.

ACHOLLA {ἄχολλα} Libera ciuitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella. Strab.lib.17.

ACHOR {ἄχωρ} Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam inuehebat, quæ protinus, vt deo huic litatum erat, extinguebantur. Plin.lib.10.cap.28.

Achores, penultima prod. {ἄχωρες} sunt manantia capitis vlcera quæ fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus sanies effluit glutinosa. Notum mali genus, pueris admodum familiare. Nostrates à tinearum in vestibus similitudine, tineas appellant. Egnatius Teniam, à tenacitate, eo quòd difficile curari possit. Vide MANO.

ACHRADINAE, penult.prod. ἀχραδίνη Stephano, Pars est vrbis Syracusanæ, cum reliquis eius vrbis partibus ponte coniuncta. Hanc describit Cic.6. Verr. Vide ACRADINA.

Achras, huius achradis {ἀχράς} Pyrus syluestris, Pyraster. Ruellius. Meminit Colum.lib.7.cap.9.

Achrestus, achresti {ἄχρηστος, ου} abusiuus, inutilis, inidoneus. Vitur Ausonius Sectione 1. in epigr. de duobus fratribus.

ACHRIANE, ἀχριανὴ Stephano, oppidum est ad mare Hyrcanum, cuius meminit Polybius lib. 10.

ACHRVA, ἄχρυα Ptolemæo est ciuitas Arabiæ felicis.

Achyrum, ri, f.g Palea. Festus.

A C I

Acia, ciæ {ῥάμμα} Filus, quem Itali etiam alicubi Azza, & alibi Rese appellant. Vitur Cels.lib.5. Turnebus, Vt acus, ita acia in instrumento Phrygionis erat, & filum aciculæ erat, noménque ab acie habet. Titinnius,

　Phrygio fui primò, benéque id opus sciui:

　Reliqui acus aciásque hero atque heræ nostræ. In Lexico vetere Latinogræco acia explicatur ῥάμμα. Quin acia & aciela in eo exponitur ῥαφανίς.

Aciaris, Securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes vtebantur. Festus.

ACIBI {ἄκιβοι} populi sunt in Sarmatia Europæa, post Riphæos montes. Ptolemæus.

Acicula, aciculæ, pen.corr. {ῥαφίδιον} qua mulieres vtuntur ad ornamentum capitis. Valla lib.1. ¶ Est & piscis tenuis, ac longus, qui & Acus dicitur. ¶ Est & herba huius nominis, incultis in locis sponte nascens, plebis Atheniésis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, excerta habens in vertice cornicula, quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, teste Dioscoride. Græcis dicitur σκάνδιξ: quo nomine & Latini vtuntur.

Acida muria, quam Græci ὀξάλμη vocant, genus quoddam liquaminis, cuius vsum nostra ætate prorsus exoleuisse auctor est Mathiolus in Dioscorid.lib.5. vbi de hoc vide plura.

ACIDALIA {ἀκιδαλία} Veneris epitheton, à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate: in quo se Gratiæ lauant, quas Veneri consecratas. Ipsius enim & Liberi filiæ sunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hactenus Seruius in illud 1.Æneid.

　-at memor ille

　Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum

　Incipit.

Acidalius {ἀκιδάλιος} fons in Orchomeno ciuitate Bœotiæ: Veneri & Gratiis sacer, vt scribit Bocatius.

ACIDON {ἀκίδων} Amnis est in Elide, Peloponnesi regione, Iardanis sepulchrum prætertlabens. Strab.lib.8.

Acidoton, pen.prod. {ἀκίδωτον} herba est, quæ notiore nomine Poterium {ποτήριον} & Neuras {νευράς} dicitur. Plin.lib.25.cap.5. Eandem Phrynion vocat. Vide Dioscor.lib.3.cap.15.

Acidula, aqua. Plin.lib.2.cap.103, Lyncestis aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Meminit & lib.31.cap.2.

Acidus, adiectiuum, pen.corr. ab aceo, aces {ὀξύς} propriè dicitur id quod acuit. Id est, in acorem versum est. vt Vinum acidum. Plin.lib. 10.cap.70, Culices acida petunt, ad dulcia non aduolant. Plautus Pseud.11, Ecquid habet is homo aceti in pectore? CH. atque acidissimi. Metaphora, de qua vide Acetum.

Acida sorba. Virg.3.Georg.

　Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti

　Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Acidæ venæ fontium. Vitruu.lib.8.cap.3.

Vina. Pomponius in l. Si vina. D. De peric.& comm.rei vendit. Si vina emerim, exceptis acidis & mucidis, & mihi expediat acida quoque & mucida accipere, Proculus ait, quàuis id emptoris causa exceptum sit, tamen acida & mucida non vænisse.

Acidi dicuntur qui iucundi acoris saporem habent. Sic herbæ acidæ, & Acidus succus. Colum.lib.5.cap.10, Malum punicum si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur.

Acidulus, la, lum, diminutiuum, pen.corr. {ὑπόξινος} Aliqua ex parte acidum: quod & subacidum dicitur. Plin.lib.15.cap.15, Post autumnalia, acidulo sapore iucunda. De pyris loquitur.

ACIENSES, olim populi erant in Latio, qui vnà cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Plin.lib.3.cap.5.

Acies, Acumen, Acus, & Acutre dicuntur ab ἀκίς, quam Latinè dicimus cotem. Festus.

Acies, aciei, fœm.gen. {ἀκμή, ἀκωκή} Dicitur in ferro ea pars quæ secat. Sic Acies oculi, pro acumine visus. Inde ad alia transfertur, vt Acies animi vel ingenij. Virgilius 1.Georg.

　Ipsa acie falcis nondum tentanda: sed vncis.

Acies rostri. Plin.lib.11.cap.37, Testudini marinæ lingua nulla, nec dentes, sed rostri acie comminuit omnia.

Vnguium. Plin.lib.8.cap.16.

Exacta falcis. Plin.lib.17.cap.22. Et cap.27, Exactam falcis aciem vtraque manu imprimentes.

Hastæ. Id est, cuspis. Ouid.3.Metam.

　Primáque de fulcis acies comparuit hastæ.

Minax mucronis. Firmic.lib.1.cap.3.

Securium. Cic.7.Verr. Quòd iam antè aciem securium tuarum, Sextiq; tui carnificis vultum & manum vidisset.

Stricta ferri. Virgil.2.Æneid.

　-stat ferri acies mucrone corusco

　Stricta, parata neci. Stricta, Id est, nuda. Seruius.

Aciem dicuntur trahere, aqua, cotes: pro eo quod est exacuere. Id στόμωμα Græci vocant, authore in Plinium Hermolao. Plin.lib.36.cap. 22. Repertæ sunt & in Italia, aqua trahentes aciem acerrimo effectu. De coticulis loquitur.

Excitare aciem falcis. Plin.lib.18.cap.28, Creticis tantum transmarinísque cotibus notis, nec nisi oleo, falcis aciem excitantibus.

Hebetare. Plin.lib.13.cap.vlt.ad finem.

Nobilior acies. Claudianus in præfatione 7. Paneg. Hinc metaphora varia est.

Firma. Plin.lib.10.cap.3.

Obtusior. Cic.de Senect.

Peruicax oculorum. Seneca in Agamem.6.

Recta oculorum. Ouid.2.Metam.

Sagax, Oculorum scilicet. Lactan. Stat. Thebaid.10.

Sanguineam oculorum aciem voluere. Virgil.4.Æneid.

　At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,

　Sanguineam voluens aciem, &c.

Turbida oculorum acies. Seneca in Hercul.fur.11.

Vespertina. Plin.lib.8.cap.50.

Errat acies luminum, Id est, oculorum. Senec.in Hercul.fur.11.

Stupet oculorum acies. Horat.2.Serm.2.

Dirigere aciem oculorum ad aliquê. Catul.de Berecynthia & Aty.58.

Effugere aciem. Id est oculorum acumen. Senec.in Agam.12.

Exacuere oculorum & ingenij aciem ad bona deligendà, & reiicienda contraria. Cic.1 de Legib.

Excitare aciem oculorum. Plin.lib.20.cap. 4.

Flectere aliquò geminas oculorum acies. Virg.6.Æneid.

　Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem.

Flectere oculorum aciem retro. Seneca in Hercul.fur.9.

Fugere. Cic.1.Tusc. An tanta sit eius tenuitas, vt fugiat aciem. Id est, videri non possit.

Intendere oculorum aciem. Vide INTENDO.

Ludere aciem oculorum. Id est, decipere. Senec.in Herc.fur 9.

Circumferre acies. Id est, oculos, vel oculorum aciem. Virgilius 12. Æneidos,

　Huc atque huc acies circumtulit, aspicit vrbem.

　Idem 6.Æneid.

　Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem.

　Cicer. 2.de Nat.deor. Acies ipsa qua cernimus, quæ pupula vocatur, ita parua est, &c.

Ardentes oculorum acies torquere aliquò. Virg.12.Æneid.

Contenta oculorum acies. Id est, intenta. Lucret.lib. 1.

Firma acies oculorum. Vide in Nobilior acies.

Hebes oculorum acies. Cicer.4.de Finib.107, Hebes acies est cuipiam oculorum.

Aciem oculorum offendit claritas colorum. Plin.lib.35.cap.10.

Aciem oculorum protendere in mare. Catul.in Argon.

Aciem oculorum succo fœniculi reficiunt serpentes. Plinius libro 20. capite 23.

Reflectere oculorum aciem. Senec.in Herc.fur.8.

Hebetare oculorum aciem. Plin.lib. 20.cap.6. & 32.cap.7.

Luminum acies torpet. Id est, acumen oculorum hebescit. Seneca in Hercul.fur.9.

Hebescere aciem authoritatis senatus patimur. Cic. in Catil. 1, At nos vigesimum iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis. Habemus enim huiusmodi senatuscósultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse Catilina conuenit.

Acies animi. Cic.in Catone maiore, Nóne vobis videtur animus is qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci: ille autem cuius obtusior sit acies, non videre?

Acies ingenij. Cic.4.Acad. Idem 1.de Legib. & ad Brut.18. & 1.de Orat. Acies mentis, Cic.4.Acad.

Præstringere aciem ingenij. Cic.ad Brutum 18, Multi ad deprauandum parati, qui splendore falsi honoris obiecto, aciem boni ingenij præstringi posse confidunt.

Contemplari aliquid omni acie ingenij. Cic.1.de Orat.

Acies intentionis. Florus in prologo lib.1, Rerum diuersitas aciem intentionis abrumpit.

Abducere aciem mentis à consuetudine oculorum. Cicero 2. de Natura deorum.

Præstringere aciem mentis. Cic.1.de Diuin. Nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum vtrunque præstringere aciem mentis solet, siue desit naturæ quippiam, siue abundat atque effluit.

Acies orationis. Plaut.Epid.11.

Acies, pro Chalybe vsus est Plinius libro 34.cap. 14, Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est. Seres hoc cum vestibus suis pellibúsque mittunt. Secunda Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie temperantur, cæteris enim admiscetur.

Acies (παράταξις, τάγμα) vt Vegetius lib.3.cap.14, scribit, est exercitus instructus. Cic.2.Tusc. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera.
Acies interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. Tac.lib.20, Prima acie fusum victúmque Romanum.
Exercitus nostri acies. Cic.in Catil. Quibus ego non modò si aciem exercitus nostri, verumetiam si edictum prætoris ostendero, cócident.
Æratæ acies: Id est, æreis armis munitæ. Virg.9.Æneid.
Aucta acies numero. Vide AVGEO.
Belligeræ acies. Stat.12.Thebaid.
Ciuili acie cadere, Id est, mutuis cædibus, & velut bello ciuili. Ouid.7. Metam.
Commota. Liu.3.Dec.lib.10.
Condensa. In CONDENSVS.
Confirmata. Liu.4.Dec.lib.3.
Conferta. Tacit.lib.5.
Confertæ campis. Sil.Ital.lib.6.
Conuersæ, Id est, in bellum coactæ. Seruius. Virgil.12.Æneid.
Defixa, Id est, immota. Stat.9.Thebaid.
Dehiscens. Liu.3.Dec.lib.9.
Directæ. Virgil.2.Georg.
Diuersa, Hoc est, aduersariorum. Tacit.lib.14.
Equestris acies. Patercul.lib.2, Fugata regiorum equestris acies.
Feræ. Seneca in Agamem.7.
Firmata subsidiis. Liu.1.Decad.lib.4.
Fluctuans. Curt.lib.3.
Formosa. Claudian.Paneg.3.
Frænata, Id est, equestris. Sil.Ital.lib.11.
Funestæ. Lucan.lib.3.
Generosa. Stat.Thebaid.6.
Horrida. Tacit.lib.5.
Immanis. Immani acie Metellus fudit Achæos rebellare incipientes. Patercul.lib.1.
Incondita inordinatáque acies. Liu.Decad.5.lib.4.
Infestior. Liuius 1.Decad.lib.4.
Instructa. Cicero 4.Philipp. Faciam igitur, vt Imperatores instructa acie solent.
Iusta. Liu.4.Decad.lib.1.
Licitæ: id est, Bella licita. Stat.11.Thebaid.
Noua facta. Liu.4.Decad.lib.4.
Opimæ. Stat.4.Sylu.6.
Non parca fugæ acies. Sil.Ital.lib.10.
Pedestris. Liu.1.Decad.lib.2.
Porrectior. Tacit.in vita Agricolæ.
Primori in acie versabantur Sido, &c. Tacit.lib.19.
Prospera Sequanorum acie belli impetus stetit. Tacit.lib.20.
Recta. Liu.4.Decad.lib.4.
Sociæ. Claud.4.Paneg.
Subsidiaria. Liu.3.Decad.lib.10.
Tenuis. Tacit.Annal.lib.1.
Trepidæ. Ouid.lib.3.Amorum.
Turbatæ. Virgil.11.Æneid.
Vaga. Liu.3.Decad.lib.10.
Versa retro. Horat.3.Carm.4. Propertius lib.3.eleg.11.
Versatilis acies. Vide VERSATILIS.
Vesana. Claudian.de rap.Pros.
Vulcania horrida, Id est, vis ignis. Seru.Virgil.10.Æneid.
Defessus acie, Id est, bello fatigatus. Stat.12.Thebaid.
Densos acie rapit. Id est, raptim ducit constrictos, & in acie cóiunctos. Virgil.10.Æneid.
 Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Inuictus acie, Id est, qui núquam vinci potuit in prælio. Senec.in Oct.8.
Receptus tutus erat in aciem peditum. Liu.3.Decad.lib.8.
In aciem telis accingi. Tacitus lib.20, Quidam expedire arma, telísque tanquam in aciem accingi.
Accipere socios in mediam aciem. Liu.3.Decad.lib.8.
Administrare aciem. Hircius in Commen. belli Alexandrini, Vt quum esset in duas partes vrbs diuisa, acies vno consilio atque imperio administraretur.
Adsistit in aciem ordo agminis. Tacit.lib.2.
Amplecti hostium aciem, Id est circunuenire. Liu.4.Decad.lib.1.
Aperire mediam aciem venienti ex aduerso hosti. Liuius 3.Decad.lib.8.
Aciem audere. Tacit.lib.12, Vastatu agri, prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus: vel si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo.
In aciem audere. Tacitus lib.12.
Bellat acies. Stat.lib.1.Thebaid.
Bellare acie. Liu.4.Decad.lib.2.
Cadere in acie, Id est, occidi. Liuius 3.Decad.lib.9.
Cadere per acies. Tacit.lib.1.Annalium, Quùm ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.
Certant acies. Virg.2.Æneid.
 Classibus hic locus, hic acies certare solebant.
Ciere acies. Virgil.6.Æneid.
 Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
 Attigerint, quantas acies, stragémque ciebunt!
Circunuallare aciem. Sil.Ital.lib.7.
Circunuenire. Liu.4.Decad.lib.1.
Claudere. Liu.3.Decad.lib.10.
Coercere. Virgil.9.Æneid.
 Messapus primas acies, postrema coercent
 Tyrrhidæ iuuenes. Id est, Cogunt, colligunt. Seruius.
Cohærent acies. Curt.lib.3.
Coire inter se mediæ acies possent. Liu.3.Decad.lib.8.
Colligere se ad aciem. Vide COLLIGO.
Collucet flammis acies. Vide COLLVCEO.
Committere se in aciem. Vide COMMITTO.
Componere aciem. Tacit.in lib.de moribus German.
Duplici acie confligere. Quintil.lib.5.cap.7.
Concurrunt acies. Liu.4.Decad.lib.4.
Concurrere acie. Liu.4.Decad.lib.10.
Per acies conficere bellum. Tacitus Annalium, libro 2, Lætiore Tiberio quia pacem sapientia firmauerat, quàm si bellum per acies confecisset.
Congredi acie. Tacit.lib.14.
Consistere in acie. Liu.1.Decad.lib.9.
Continentur acies. Cæsar de bel. ciuili lib.1, Tali instructa acie tenere vterque propositum videbatur: Cæsar, vt nisi coactus prælium non committeret: ille, vt opera Cæsaris impediret. Producitur tamen res: aciésque ad solis occasum cótinentur. Inde vtrique in castra discedút.
Damnare aciem, Id est, Detestari & relinquere. Sil.Ital.lib.17.
Datur acies. Tacit.in vita Agricolæ: Fortissimi cuiusque vocem audiebam, Quando dabitur hostis? quando acies?
Decernere acie. Liuius 4.Decad.lib.1, Potuisse castris prope vrbem positis, tutanda colonia, ita vt acie non decerneret, in aduentum eius rem extrahere. Et lib.2, Quum acie decernendum videret.
Deductus in aciem. Tacit.lib.17.
Deducta legio in aciem. Tacit.lib.18.
Descendere in aciem omnibus copiis. Liuius 4.Decad.lib.1.
Dicere acies, Id est, Describere, narrare. Virg.7.Æneid.
 Tu vatem, tu diua mone: dicam horrida bella,
 Dicam acies, actósque animis in funera reges.
Dilatare aciem. Liu.4.Decad.lib.1.
Dimicare acie si vellet. Liu.4.Decad.lib.1, & 4.
Dirigere aciem. Cæs.bello Ciuili, lib.5, Hostes interim aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, sed equitum confertam. Liu.4. Decad.lib.1.
Disiecta acies. Tacit.lib.19.
Disposita Vitellianarum legionum acie. Tacit.lib.18.
Distrahere aciem, & distendere. Cæs.bel.Ciu.lib.3, Pompeius suis prædixerat, vt Cæsaris impetum exciperent, néve se loco mouerent, aciémque eius distrahi paterétur: vt primus excursus vísque militum infringeretur, aciésque distenderetur: atque in suis ordinibus dispositi, dispersos adorirentur.
Diuertere acies. Lucan.lib.2.
Ducere firmamentum in aciem. Liu.3.Decad.lib.9.
Duplicare acies. Sil.Ital.lib.15.
Educere in aciem. Cæs.bel.Ciu.lib.4.
Erigere aciem. Liu.1.Decad.lib.2. Tacit.lib.19.
Erigere aciem in aduersum collem. Liu.3.Decad.lib.8.
Erumpit noua acies. Liu.1.Decad.lib.4.
Euadere aduersus aciem. Liu.3.Decad.lib.7.
Acie excedere. Liu.4.Decad.lib.1.
Excire milites in aciem. Liu.3.Decad.lib.7.
Exire in aciem. Liu.ibidem.
Exornare aciem. Sallust.in Iugurth.
Explicare. Liu.1.Decad.lib.4.
Extenditur acies. Curt.lib.3.
Extenuare aciem. Liu.4.Decad.lib.1.
Ferre. Tacit.lib.4. Id est sustinere.
Firmare subsidiis. Liu.1.Decad.lib.4.
Firmare. Liu.3.Decad.lib.7.
Hortari aciem. Ouid.lib.1.de Arte amandi.
Impulsa acies. Liu.3.Decad.lib.4.
Inclinauit acies. Liu.1.Decad.lib.2.
Inclinatur acies, Fusa est acies. Liu.1.Decad.lib.1.
Incubuit tum acies hostium integris ordinibus. Tacit.lib.18.
Incurrere in auersam hostium aciem. Liu.3.Decad.lib.10.
Inducere aciem in hostem. Liu.1.Decad.lib.4.
Inducere legiones in aciem. Liu.3.Decad.lib.7.
Inferre se in mediam aciem. Liu.3.Decad.lib.8.
Infertur pedestris acies. Tacit.lib.2.
Instaurare aciem. Vide INSTAVRO.
Instituere, pro Facere. Cæsar bel.Ciu.lib.3, Timens Cæsar ne à multitudine equitum dextrum cornu circunueniretur, celeriter externa acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit. Paulo pòst, Quod vbi Cæsar animaduertit, quartæ aciei quam instituerat ex cohortium numero, signum dedit.
Instruere. Cic.pro Muræna, Tu actionem instituis: ille aciem instruit.
Integrare. Sil.Ital.lib.12.
Interrumpere aciem. Vide INTERRVMPO.
Transuersam hostium inuadere. Liu.Decad.1.lib.1.
Inuehi in aciem, Id est inferri. Liu.1.Decad.lib.2.
Ire in aciem. Tacit.in vita Agricolæ.
Iterare aciem, Id est, renouare. Stat.11.Thebaid.
Labantes acies. Tacit.in lib.de morib.German.
Laxata acies. Liu.3.Decad.lib.7.
Locare ante aciem pedites ex omni iuuentute delectos. Tacit.in lib.de morib.German.
Miscere pauidos fuga, vulneribúsque milites in certam & integram aciem. Liu.3.Decad.lib.10.
Antequam miscerentur acies. Tacit.lib.18.
Mouere loco. Liu.3.Decad.lib.10. Sil.Ital.lib.11.
Nudare cornibus, auxilio, &c. Liu.3.Decad.lib.10.
Nutantem aciem victor equitatus incursat. Tacit.lib.19.
Opponere. Virgil.9.Æneid. Æneadæ duri murorum in parte sinistra
 Opposuere aciem.
Ordinare. Curt.lib.3.
Pandere aciem. Tacit.lib.20. Liu.3.Decad.lib.8.
Patefacta acie, cornua hostium amplexus in orbé, pugnantes ad vnum omnes occidit. Liu.3.Decad.lib.8.
Pellere. Vide PELLO.
Perfringere. Tacit.lib.20.

Perrumpere.

Perrumpere. Virg. 9. Æneid.
Saxa quoque infesto voluebant pondere, siqua
Possent tectam aciem perrumpere. Id est, scutis facta testudine se tegentem.
Perturbata acies. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Poscere acies. Virgil. 8. Æneid. -poscant acies, & fœdera rumpant.
Procedere in aciem. Liu. 1 Decad. lib. 4. & 3. Decad. lib. 7.
Procurrit acies. Cæs. bel. Ciuil. lib 3, Eodem tēpore tertiā aciem Cæsar, quæ quieta fuerat, & se ad id tempus loco tenuerat, procurrere iussit.
Prodire in aciē. Cæs. bel. Gal. lib. 8, Omnibus rebus inseruiendū statuit, quò celerius hostes contempta suorum paucitate prodirēt in aciem.
Producere in aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Profligare & perfringere aciem. Sil. Ital. lib. 11.
Progredi in aciem. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Promouere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Propinquabat legionum acies. Tacit. Annal. 3.
Proruebat hostilem aciem ingentibus saxis. Tacit. lib. 19.
Prorumpere in aciem. Tacit. lib. 18.
Prosiliunt acies. Lucan. lib. 7.
Protrita hostium acie. Tacit. lib. 18.
Pugnare acie. Liu. 3. Decad. lib. 9.
Recedere ex acie. Cæsar bel. Ciuil. lib. 5, In eo prælio Petreius grauiter ictus ex acie recessit.
Recipere aliquem in aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Redintegrata acie, manus ad obsessos tendere. Tacit. lib. 20.
Pedem refert acies. Val. Max. lib. 1. cap. 8.
Refugere in secundam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Refugere acie. Cæs. bel. Ciuil. lib. 3, Qui acie refugerant milites, & animo perterriti, & lassitudine confecti.
Restituere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Resedit acies hoc campo. Virg. 8. Æneid. -tum Hetrusca resedit
Hoc acies campo, monitis exterrita diuûm.
Sistere aciem. Liu. 1. Decad. lib. 2.
Sonat acies cantu virorum. Tacit. lib. 20, Vt virorum cantu, fœminarum vlulatu sonuit acies.
Sternere aciem. Virgil. 8. Æneid.
O mihi præteritos referat si Iuppiter annos,
Qualis eram quum primam aciem Præneste sub ipsa
Straui, scutorúmque incendi victor aceruos.
Struere. Virgil. 9. Æneid.
Neu struere auderent aciem, neu credere campo.
Subducere saucios in postremam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Subducere legionem ex acie. Tacit. lib. 2.
Successit vallo Romana acies, vbi primùm illuxit. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Suggredi acie. Tacit. lib. 4, Quidam audentius apertis in collibus visebantur: quos dux Romanus acie suggressus haud ægre pepulit.
Summouere aliquos in postremam aciem. Liu. 3. Decad. lib. 10.
Sustentare. Virg. 12. Æneid. Tacit. lib. 18.
Sustinuit labantem aciem Antonius accitis prætorianis. Tacit. lib. 19.
Temperare acies. Id est, Regere ac moderari. Stat. 9. Thebaid.
Tenere aciem, pro Regere. Cæs. bel. Ciuil. lib. 3, In eo loco ipse erat Pōpeius: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat.
Turbauit extemplo aciem eorum eques immissus. Liu. 4. Decad. lib. 4.
Turbata acies. Liu. 3. Decad. lib. 7.
Venire in aciem. Tacit. in lib. de morib. German.
In aciem dimicationémque veniamus. Cic. in Orat.
Versari in acie & ferro. Cic. de Opt. genere Orat.
Volitare tota acie. Tacit. lib. 2.
¶ Acies, vt alia quintę inflexionis, olim habuit in genitiuo acie, authore Seruio. Sallust. 1. hist. Dubitauit acie pars.
ACILA {Ἄκιλα} emporium est maritimum Arabiæ, distans triginta dierum nauigatione à Berenice Troglodytarum vrbe. Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione nauigationis Indicæ.
ACILAS {Ἀκίλας} philosophi nomen, qui dialecticos commentarios conscripsit de syllogismis. Suid.
ACILIA gens plebea Romæ fuit à Troianis oriunda, vt author Herodianus. Hanc verò gentem abiectam fuisse & obscuram, inde apparet, quòd postremos omnium eorum, quorum originem veteres ad Æneam referunt, honores adeptos constet. Primus enim M'. Acilius. C. Fil. CI LVII anno ab Vrb. Cond. curules gessit magistratus, qui Antiochum regem & Ætolos apud Thermopylas deuicit, déque iis triūphauit. Liu. lib. 35. Ob quam victoriam ei statua delata est aureis bracteis incrustata. vt annotauit Rhodig. lib. 29. cap. 24. Fuit & M'. Acilius L. F. C. N. Cos. cum L. Quintio, anno DCIII. author est Cassiodorus. & Plin. lib. 7. cap. 36. Item fuit M'. Acilius Glabrio, apud quem Cicero Verrem accusauit.
ACILIVS Buta {Ἀκίλιος} homo Prætorius, cui post patrimonium ingēs consumptum Tiberius paupertatem confitenti, Serò, inquit, experrectus es. Cælius Antiq. lect. lib. 9. cap. 13.
ACILIVS STHELENVS, è plebe Libertina, in excolendis vineis cura & artificio singulari fuit, ita vt cunctis miraculo esset. Huius meminit Plin. lib. 14. cap. 4.
ACILISENA, pen. prod. {Ἀκιλισηνή} regio est Asię inter Taurum & Euphratem: de qua Strabo lib. 11.
ACIMBRO, oppidum Bæticæ Hispaniæ, Plinio: quod idem Acinipo Ptolemæo dicitur.
ACINA {Ἄκινα} Arabiæ oppidum. Plin. cap. 29. lib. 6.
Acinaceus, Vide ACINVS.
Acinacis, huius acinacis, pen. corr. m. g. {ἀκινάκης} gladius Persarum, siue Medorum, inquit Acron. Horat. 1. Carm. 27,
Vino & lucernis Medus acinacis
Immane quantum discrepat. Valer. Flac. lib. 6,
Insignis manicis, insignis acinace dextra. Cùm Scythæ per ventum & acinacem iurabant, per vitam se & mortem affirmabant iurare, quòd vetus vite hominum causa sit, acinacis verò mortis, sicut Lucianus in Toxari testatur. Acinaces legit Lambinus.

ACINACI, Scythæ illi inhospitales, qui in intimas solitudines acti sunt, velut Martis simulacro, annuis hostiis litabant. Alexander ab Alex. lib. 6. cap. 26.
ACINIPPO, Vide ACIMBRO.
Acinus {ἄκινος} Dioscoridi, herba est tenuibus siccisque surculis, ocymo similis, odorata, sed hirsutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex vulgo syluestre Basilicum vocant, Latini Ocymastrum, quod planè Ocymum imitetur. Plinius hanc herbam & coronarum, & ciborum caussa ab Ægyptiis seri asserit, & alio nomine Epitreton vocari, & nunquam florere. Vide lib. 20. cap. 16.
ACINTANI, gens Hispana, simulacrum Martis ornatum radiis maxima religione colentes, Necum vocabant: quod eorum lingua marem significat. Sipont. & Macrob. Saturn. lib. 1.
Acinus, acini, pen. cor. m. g. & acinū neutri, teste Nonio {ῥάξ} Horat. 2. Serm. 6, Aridum & ore ferens acinum, semesáque lardi Frusta dedit. Vulgò granum id appellatur, nascitúrque inter fructus minutiores arborum fruticúmve. Inter acinos enim numerantur grana vuæ, hederæ, sambuci, ebuli, mali punici: addo etiam morū, & quicquid his est simile. Cic. de Senect. Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur è terra, quæ fici ex tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum aut stirpium minutis seminibus tantos truncos ramósque procreat. Quo loco Turnebus Acinum vinaceum ea dici forma censet, qua gallum gallinaceum, & cunilam gallinaceam dicebant.
Acina ebriosa, gen. fœm. pro Acino ebrioso gen. neut. dixisse Catullum poetam, scribit Gellius lib. 7. cap. 20.
Acinum corrugatum, In CORRVGO.
Acinus callosus, In CALLOSVS.
Acini coccinei, In COCCVM.
Acini mespilorum. Plin. lib. 15. cap. 20.
Acinaceus, adiectiuum {ῥαγώδης} Ex acinis confectum: vt Acinaceum vinum.
Acinaticum, cij, substant. n. g. potio ex acinis vinaceis aqua maceratis confecta. Vlp. l. 9. de oleo vin. leg. Acinaticum planè vino non continebitur. Quo loco Hotom. mauult legere Acinacium, aut Acinaticum. Huius potionis conficiendæ rationem vide apud Cassiodorum cap. 12.
Acinosus {ῥαγώδης} aliud adiectiuum, pen. prod. Dicitur quod multos habet acinos: vt, Vua acinosa. Plin. de vitium generibus lib. 14. cap. 3. Columbinæ acinosissimæ.
Acinosum, pro re succosa in modum acinorum. Plin. lib. 12. cap. 13, Asari semen acinosum, saporis calidi, ac vinosi.
Acipenser, seris, penult. corr. masc. gen. {ἔλοψ} genus piscis, de quo Plin. lib. 9. cap. 17, Apud antiquos pisciū nobilissimus habitus acipenser, vnus omnium squamis ad os versis contra aquam nando meat, nullo nunc in honore est: quod quidem miror, cum sit rarus inuētu. *Cic. in dialogo de Fato, vt citat Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 16. Nā cùm esset apud se ad Lauernum Scipio, vnáque Pontius, allatus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum rarò capitur, sed est piscis, vt ferūt, in primis nobilis. Cùm autem Scipio vnum & alterum ex iis qui eum salutatum venerāt, inuitasset, pluresque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, acipenser iste paucorum hominum est. Hæc Macrob. Martial. in Xeniis 13,
Ad Palatinas acipensera mittite mensas,
Ambrosias ornent munera rara dapes. Legimus in aliquibus exemplaribus (acipensem) & (ornant.)
Acipenser decumanus, Vide DECVMANVS.
ACIRIS {Ἄκιρις} Italiæ fluuius apud Plinium: cuius etiam mentionem facit Volaterranus. Vide Plin. lib. 3. cap. 5.
ACIS, acis, vel huius acidis {Ἄκις} fluuius est Sicilię, qui decurrit ex Ætna, teli impetu, vnde dictus est, vt docet Eustathius.
Acis, apud Ouid. primam producit. Claudian. lib. 3. de rapt. corripit, Lucus erat prope flumen Acin, &c.
ACIS, pulcherrimus fuit adolescens, Fauni filius ex Simethi fluuij filia, pastor Siculus, quē dū Galatea Nerei & Doridis filia amaret, & Polyphemū Cyclopa sperneret, ille iratus Acin necauit: qui postea Gala teæ miseratione in fontē mutatus est, vt scribit Ouid. lib. 13. Metam.
¶ Acis item insula vna est ex Cycladibus, authore Plin. cap. 12. lib. 4.
ACITANI, Vide ACINTANI.
ACITAVONES, Plinio populi inter Alpinas gentes numerantur, cap. 20. lib. 3.
ACITHIVS {Ἀκίθιος} fluuius est Siciliæ apud Ptolemæum, alio nomine Acis & Acilius dictus.
ACITIA, insula, quæ & Melos, & Siphnus dicitur. Sipontin.
ACITOS, Vide ACYTOS.

A C L

Aclassis, tunica ab humeris non consuta. Festus.
Acleti {ἀκλητί} aduerb. citra vocationem, citra inuitationem. Prouerbij loco dicitur, quoties inuocatus quis accedit ad conuiuium: quod & amici faciunt & cœniperæ. Hermolaus in Plin. lib. 35. cap. 11.
Aclis, aclidis, pen cor. fœm. gen. {ἀγκυλίς} Virg. 7. Æneid.
-teretes sunt aclides illis Tela. Nonius, Aclides, inquit, iacula breuia.
Accludo, accludis, pen. prod. compositum à Cludo. Vide CLVDO.

A C M

ACME, es {Ἀκμή} nomen mulieris proprium. Catul. epigram. 42,
Acmen Septimius suos amores
Tenens in gremio, mea, inquit, Acme, &c.
ACMODAE {Ἀκμῶδαι} septem sunt insulæ post Hiberniam, non procul ab Orcadibus. Plin. lib. 4. cap. 16.
ACMODES {Ἀκμώδης} insula est in mari Britannico, vt Plinius author est cap. 17. lib. 4.
ACMON {Ἄκμων} vnus ex Idæis Dactylis, Id est, Magnæ Matris deorum ministris, & assessoribus: de quo vide plura apud Lilium Gyraldum in lib. de Dijs Gentium.
ACMONIA, Ἀκμονία Stephano, vrbs est Phrygiæ in conuentu Synnadi-

co:cuius meminerunt Ptolemæus & Stephanus. Hinc

ACMONIDES {ἀκμονίδης} vnus Cyclopum. Vide BRONTES.

ACMONIENSES, siue, vt Plinius legit lib.5.cap.25. Acmonenses, populi sunt Acmoniæ vrbis.

Acmothetum, acmotheti, pen.corr.n.g. {ἀκμόθετον} Lignum sustinens incudem.

A C O

ACOETES {ἀκοίτης} nomen viri pauperis. Huius tenuitatem exprimit Ouid lib.Metam.3.

Acœtus {ἄκοιτος} Sine cubili. Vnde Plin.lib.11.cap.15. mel acœton vocat, fine retrimento sedimentóve. In omni (inquit) melle, quod per se fluit, vt mustú, oleúmque, appellatúrque acœton, maxime laudabile est. Nam κοίτη lectum significat. Vnde & cœton {κοιτών} hoc est dormitorium Plinio: & Procœtion in epistolis Ciceronis, pro antecubiculo: etiam Procestrion quoque legitur, non absurdè. Quid sit Procestrion, Festus Pompeius docebit. Procœtion & Cœten, Vitruuius thalamum & antithalamum vsurpat. Hermol.in Plin.

Acolastus, sti {ἀκόλαστος} Prodigus, intemperans, immodestus, lasciuus, libidinosus, infrænis, immoderatus. Gell.lib.19.cap.2, negat Latinè verti posse. Sonat ad verbū, impunitus, vel incoercitus, vt sit qui cupiditates nō puniat, velut iniecto fræno. Nam κολάζω punio est, & α priuat. Nec solùm de hominibus, verumetiam de rebus dicitur, vt ἀκόλαστος γλῶττα, lingua infrænis. Acolastus homo, homo nihil, neque rei, neque frugis bonæ. Gell.lib.7.cap.11. Budæus in Comment. proteruum propriè significare putat, & qui sibi in libidine temperare non potest.

ACOLITANUM {ἀκολιτανόν} oppidum liberum est in Africa propriè dicta, ab ea parte qua tractum Cyrenaicum spectat. Plin.lib.5.cap.4.

Acoluthus, thi, pen.prod {ἀκόλουθος} Consequens, cōsentaneus. Substantiuè, Assectator, comes, asscla, puer iunior ministrans in rebus corporis, famulus à corpore. Erasmus in epist. Hieronymi ad Nepotian.de vita clericorum.

Acolythus, thi, pen.corr. {ἀκώλυτος} Impedimento carens. Qui nullis terroribus à proposito dimoueri potest. Vnde Epictetus verū atque sincerum Stoicum, acolythum esse dicebat. Vocabatur item eo nomine apud Christianos, qui ipse quidem non peragebat mysteria, sed non excludebatur cum cæteris, quòd ignem aut simile quiddam ad sacra necessarium afferebat: quasi dicas, non prohibitus, ab α & κωλύω prohibeo. Ridendi sunt qui Ceroferarium interpretantur. Erasm.in epist.Hieron.ad Nepot.de vita cleric.

Aconæ, pen.corr. {ἀκόναι} cautes. Vide ACONITUM.

ACONE, Acones, pen.cor. {ἀκόνη} portus Bithyniæ, veneno aconito dirus. Plin.lib.6.cap.1.

Aconiti {ἀκονιτί} aduerb. Sine puluere, citra puluerē sudorémque, citra negotium & laborem, sine pugna κόνις, ιος, fœm.g. puluerem significat. Plin.lib.35.cap.11, Alcimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod vocant aconiti) vicit: contra Nemea. Prouerbij loco dicitur de eo qui sine labore victor euadit: ab athletis sumptū, qui puluerem inspergebāt corporibus, vt se facilius cōprehendere possent. Ouid.lib.9. Metam.de lucta Herculis & Acheloi. Vide Hermolaum in Plin. & Erasmum in Chiliad. Eadem forma dicimus & ἀνιδρωτί sine sudore, & ἀναιμωτί, sine sanguine.

ACONITES {ἀκονῖται} populi sunt montani, prope Sardiniam insulam, quorum meminit Strabo lib.5.

Aconitum, ti, pen.prod. {ἀκόνιτον} herbæ genus, de qua sic Plin. lib.27. cap.3. Aconitū, folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta, radicem modicam, cammaro similem marino. Quare quidam cammaron appellauere, alij thelyphonum, ex qua diximus causa. Radix incuruatur paulum, scorpionum modo: quare & scorpion aliqui appellauere. Nec defuerunt qui myoctonon appellare mallent: quoniam procul & è longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis cautibus, quas aconas vocant. & ideo aconitum aliqui dixere, nullo iuxta, ne puluere quidem, nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alij, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statímque admota velocitas sentiretur. De hoc plura eod.lib.cap.2. Ouid. Lurida terribiles miscēt aconita nouercæ. Videtur de quibuslibet venenis intellexisse. Virg.2.Georg. Nec miseros fallunt aconita legentes. Vbi Seruius, Aconita nascuntur in Italia, sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota. Hæc autem herba dicitur nata esse de spumis Cerberi, quo tempore eū Hercules ab inferis traxit. Quæ quia in saxis & cotibus nascitur, aconitum dicitur, ἀπὸ τῆς ἀκόνης. Id est, à cote. Et dicimus τὸ ἀκόνιον, ἐκ τῆς ἀκόνης. Theophrastus tamen de plantarum histor. lib. 9. cap.16, aliud affert nominis etymon, affirmans non esse ἀπὸ τῆς ἀκόνης. Id est, à cotibus, sed ab Aconis Periandinorum vico ad Heracleam Ponti sito. vbi & plurimum & optimum nascitur.

Aconitum, Dioscoridis interpres vertit, non picatum. At Cælius Antiq. lect.lib.28.cap.2. Aconita, inquit, intelliguntur Græcis vasa non illita, quæ calido diluta humore, aquam in se trahunt.

Aconita dira. Ausonius Sect.2.monosyllabis.

Lurida. Ouid.1.Metamorph.

Pallida. Lucan.lib.4. Viuacia. Ouid.7.Metamorph.

ACONTEUS, venator egregius, vt docet Stat.lib.7.Theb.& Sil.lib.16.

Acontia, tiæ {ἀκοντίας} cometæ genus, de quo Plin.libro 2.cap.25, Acontiæ iaculi modo vibrantur ocyssimo significatu. Hæc fuit de qua quintò consulatu suo Tiberius imperator Cæsar præclaro carmine perscripsit, ad hūc diem nouissimè visa. Easdem breuiores, & in mucronem fastigiatas, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore, ac sine vllis radiis.

Acontia, est etiam serpens magnitudine duorum cubitorum, figura autem crassa in tenuem abeunte, colore viridi, maximè iuxta aluum, vt milium colore referat. vnde & Cenchrias, id est, Miliaris appellatur. Aetius serm.13.cap.27.

Acontia, calcei muliebres. Vide infrà PLOBARIA.

ACONTION {ἀκόντιον} oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. Stephanus.

ACONTIUS {ἀκόντιος} Bœotiæ mons est, teste Plin.lib.4.cap.7.

ACONTIUS {ἀκόντιος} è Ceo siue Cea Ægæi maris insula profectus ad sacra Dianæ, quæ in Delo insula omniū Cycladū clarissima, frequēti virginū conuentu celebrabātur, in amorē visæ Cydippes puellæ nobilis exarsit. Quā cùm ob generis imparitatē nō auderet palam vxorē petere, nouam cōmentus est fraudem, qua illam sibi cōiugio obligaret. Siquidem in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce versus,

Me tibi nupturam (felix cat omen) Aconti,
Iuro quam colimus numina magna Deæ. Sunt qui hos malint,
Iuro tibi sacræ per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, sponsámque futuram. Itaque sic inscriptum pomū proiecit ad pedes puellæ. Quæ fraudis inscia, cùm imprudēs legeret, visa est se vxorem Acontio pacisci. Nam quæ ante deos in tēplo Deliæ Dianæ dicerētur, rata esse debere, lex erat. Cùm autem paulò pòst pater huiusce rei nescius, illam alteri despondēret, subita febre correpta est. Cui Acontius per epistolam persuasit, morbum à Diana esse immissum, eò quòd non impleuisset quæ Dea præsente promiserat. Proinde contra patris voluntatem maluit in Acontij venire sententiam, quàm diutius torqueri. Extat vtriusque epistola inter Ouidianas.

Acopa, pen.cor. acoporum, n.g. {ἄκοπα} medicamenta lassitudines & fatigationes leuantia. Plin.lib.29.cap.3. Ad omnia quæ acopis curantur, vnguentúmque pariter & medicamētum est. Budæus, Acopos, minime lassum significat.

Acopis {ἀκοπίς} gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subferuefactum, perunctis lassitudinem soluit. Plin. lib.37.cap.10.

Acopos, siue acopus, pen.cor.f.g. ἄκοπος Dioscoridi, herba est fruticosa, graui odore, flore oleris, quæ & Anagyros vocatur à Plinio, à Dioscoride etiam ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignū fœtidum appellat. Huius semen, quod in oblongis corniculis habet, cōmanducatū, vomitiones ciet. ¶ Vnde factus est locus prouerbio, ἀνάγυριν κινεῖν, Anagyrin mouere, quo vtimur in eos qui obfutura sibi commouent. Vide Plin.lib.27.cap.4.

Acor, Vide ACEO.

Acorna, næ {ἄκορνα} herba est ex genere acanacearum, spinam habens pro folio, vernaculo Cneco similis, colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineum fundens. Plin.lib.20.cap.16.

Acorum {ἄκορον} describit Diosc. lib. 1.cap.2. Plin.lib.25.cap.13, Hermolaus, Ruellius, & alij multi. Quid autem sit acorus, seu acorum, non satis norunt recentiores. Ego (ait Manardus lib.6) quoties acoro opus est, non vulgari illa radice, & iniucundi odoris, sed vocato aromatico calamo vti cōsueui. Antonius verò Musa, Quam, inquit, galangam appellatis, verus Dioscoridis acorus est: quod sæpe ab excellentissimo Leoniceno dictum memini.

Acosmia, acosmiæ {ἀκοσμία} rerum congeries indigesta, confusa, & incondita. Acosmia etiā dedecus & indignitas, & status publici perturbatio, quum vnicuique ordini suæ vices suaque dignitas non constant. Quo verbo Plutarchus statum Reipublicæ tempore belli Ciuilis appellauit. Budæus.

Acosmus, acosmi {ἄκοσμος} Inornatus, incomptus. Lucret. vtitur lib.4.

A C Q

Acquiesco, acquiescis, acquieui, acquietum, pen.prod. {ἐπαναπαύομαι} acquiescere. Pro simplici ponitur, quod est quiescere. Cic.ad Att. lib. 13, Vitandi caloris causa Lanuuij tres horas acquieueram.

Acquiescere per trāslationem dicimus, quum remittitur dolor, aut alia animi molestia. Cic.1.de Fin.de improbitate loquēs, Cuius in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. Idem 4.Acad. Quum es commotus, acquiescis.

Acquiescere in re aliqua aut in aliquo homine, cum quadam animi voluptate quiescere, consistere & oblectari in re aliqua, in qua prius in dubio aut solicitudine animus fuisset. Cic. Attic. lib.7, Acquiesco enim scribēs ad te, & legēs tua. Acquiesco, id est, oblector. Idē de Amicit. Vt ijsdem autem senes in adolescentium charitate acquiescimus.

Acquiescere alicui rei, pro In aliqua re. Senec. epist.24, Vt meliora tibi proponas, & acquiescas ei blandæ.

Acquiescens, particip. {ἐπαναπαυόμενος} Cic.lib.2.ad Q.frat. Erat summū otium forense, sed senescentis magis ciuitatis, quam acquiescentis.

Acquiro, acquiris, pen.prod. acquisiui, acquisitū, pen.prod. acquirere. {ἐπικτάομαι, προσκτάομαι, πορίζομαι, ἐπιτυγχάνω} Ex ad, & quæro, idem quod Comparo. Virg.4. Æneid.

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. De fama loquitur.

Opes. Ouid.2.de Art.aman. Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo.

Acquirere rerum dominiū, aut possessionem dicimur, cùm illa iure aliquo ciuili, hoc est, ea ratione quæ iure ciuili ad dominij possessionisve translationem instituta est, nanciscimur. Hotoman.

Acquirendi dominij modi sunt sex, Mancipatio, traditio, vsucapio, in iure cessio, adiudicatio, & lex Vlp. in Fragmen. Possessionis autem septem, Pro emptore, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro suo. lib. Digest.x l 1.

Ad honorem & gloriam aliquid acquirere. Cic.ad Appium Pul. lib.3.7, Vt mihi nihil neque ad honorē, neque ad gloriā acquirendū putarē.

Ad vitæ fructum. Cic. in Catil. Mihi quidem ij si quid est quod iam ad vitæ fructum possit acquiri?

Beneuolentiam acquirere. Quintil.lib.3.cap.10.

Dignitatem. Cic.ad Plancum, lib.10.5, Omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo Reip.statu acquires.

Gratias. Cic. ad Att. lib.1, Vides in quo cursu sumus, & quàm omnes gratias non modò retinendas, verumetiam acquirendas putemus.

Moram ad condemnandum. Cic.pro Cecinna, Quanquam ego mihi sic persuadeo, Recuperatores, non vos tam propter iuris obscuram dubitationem, quàm propter rationem, bis iam de eadem causa dubitasse, quàm quòd videtur ad summā illius existimationem hoc iudicium pertinere, moram ad condemnandum acquisisse: simul & illi spatium ad se colligendum dedisse.

Studia vulgi. Tacit.lib.12.

Aliquid

Aliquid per seruum. Paul. in l. si id. D. de donat. inter vir. & vxor. Si quid per eum seruum, quem emerat ex nummis à marito donatis, mulier acquisisset, fortè legatum, hæreditatem, &c.

Acquirere de malis etiam rebus dicitur: vt, Acquirere inimicitias. Plaut. Milit. 6.

Acquiri, pro Augeri, vel conciliari. Plin. lib. 15. cap. 17. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

A C R

ACRA {ἄκρα} Vicus est Panticapensis agri, ad ostium Mæotidis, septuaginta stadiorum freto à Corocondame opposita sibi vrbe discretus. Est & Acra cognomento Iapygia, promontorium extremum Salentinorum, quo quàm longissimè, vt inquit Plin. lib. 3. cap. 11, in mare excurrit Italia: Iapygiæ cognomentum discriminis gratia additum est. Nam Græci quælibet promontoria ἄκρας vocant. Vnde & pleræque vrbes in promontoriis sitæ, Acræ appellantur. Vide Steph.

ACRABATHENA {ἀκραβατηνή} vna est ex decem Iudææ Toparchiis. Plin. lib. 5. cap. 14.

ACRADINA {ἀχραδίνη} Cic. 6. Verr. Altera autem est vrbs Syracusis, cui nomen Acradina est: in qua forū maximum, pulcherrimæ porticus, ornatissimum Prytaneum, amplissima est curia, templúmque egregium Iouis Olympij: cæteræque vrbis partes vna lata via perpetua, multisque transuersis diuisæ, priuatis ædificiis continentur.

ACRAEA IVNO {ἥρα ἡ ἀκραία} dicta fuit à Corinthiis, quòd ἐν ἄκρᾳ, hoc est in promontorio quodam inter Lechæum & Pagas, nō procul à Corintho, coleretur: vbi & vetustum eius extabat oraculum. Strabo lib. 8.

Acræpala {ἀκραίπαλα} ab Hippocrate dicuntur ea omnia quæ crapulæ obsistunt, quemadmodum ἄλιμα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amariores.

ACRAEPHIA {ἀκραιφία} vrbs est Bœotiæ, quæ ab Homero Arne vocatur: dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, vt Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert Acræphium, ἀκραίφιον.

ACRAGAS {ἀκράγας} vrbs Siciliæ, quæ Agrigētum alias dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8, in descriptione Siciliæ: Oppidum Acragas, quod Agrigētum nostri dixere. De hoc meminit Virgil. 3. Æneid. Vide suo loco AGRAGAS.

Acragantinus, pen. prod. {ἀκραγαντῖνος} adiect. Idem quòd Agrigentinus. Lucret. lib. 1, Quorum Acragantinus cum primis Empedocles est.

Acratismus, acratismi, m. g. {ἀκρατισμός} & acratisma, acratismatis, n. g. Ientaculum. Plutarchus in Symposiacis, à meracius potandi consuetudine nomen hoc inflecti coniectat, quoniam panis buccellam mero tingerent. Cæl. Antiq. lect. lib. 13 cap. 57.

Acratocothones, pen. prod. {ἀκρατοκώθωνες} dicti sunt homines vinosi, & meracius bibentes: quasi dicas, vini meri pocula. Cæl. lib. 27. cap. 27.

Acratophoron, acratophori, pen. corr. {ἀκρατοφόρον} Vrceolus Latinè dicitur. Cic. 4. de Finibus, Et tamen puto concedi nobis oportere, vt Græco verbo vtamur, siquando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius, quàm, &c.

Acratoposia, æ {ἀκρατοποσία} Latinè, potio vini meraci. Hinc Acratoposiæ certamen: de quo sic Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 31, Sunt qui Indos esse philænos, id est, vini amatores catenus prodant, vt Calano moriente, præter gymnica & musica ab Alexādro proposita certamina, etiam acratoposiæ sit institutum, in quo primas occupanti talentum foret præmium: secundas autem, minæ triginta: tertias, decem. Mortuos verò inibi statim quinque & triginta, mox etiam sex. Qui plurimum bibit, ac vicit, meri choas persiccauit quatuor, nomen homini Promachus. Hæc Cæl.

ACRATVS {ἄκρατος} bacchantium Genius, Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Pausan. in Attica.

ACRAVISCI {ἀκραυίσκοι} populi sunt Pannoniæ inferioris, iuxta Scordiscos: de quibus Plinius lib. 3. cap. 25.

ACRE, oppidi nomen apud Plin. lib. 5. cap. 12.

Acrea Venus in Cypro colebatur, cuius templum mulieribus nec videre nec adire fas erat. Alexander ab Alexandro, lib. 6. cap. 2.

Acredo, acredinis, pro illa amaritudine quæ est in fructibus non maturis ponitur à Calepino, sed nullo authore probat.

Acredula, acredulæ, pen. cor. {ἀηδὼν} Putatur luscinia auis, siue quem vulgò Rauatinum dicimus. Cic. 1. de Diuinat. Et matutinis acredula vocibus instat.

Acrementum, acrementi, quidam Latinum probant ex Plin. lib. 20. cap. 7, In eos vsus, & oxypropôlæ seruāt addito dulci, acrementū temperantes. Qui locus sic nunc legitur, Stomachi dissoluti vtilissimè adiuuantur, in eo vsu & oxypon obolis asperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes.

ACRENSES {ἀκρεῖς} populi sunt Siciliæ, stipēdiarij Romanorum, non procul ab Acesta oppido. Plin. lib. 3. cap. 8.

ACRIA {ἀκρία} oppidum est Hispaniæ, in conuentu Hispalensi, de quo Plin. lib. 3. cap. 1. Item alterum in Peloponeso, ad ostium Eurotæ fluuij, in sinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acribodicæon, acribodicæi, pen. prod. g. n. {ἀκριβοδίκαιον} exactum, summum ius, Ius quod strictum iurisconsulti dicunt. Et qui illud æquitati præferunt, Acribodicæi ab Aristotele vocantur, quasi prædurì interpretes iuris, quasique deterioris iuris studiosi, vsurpatorésque. Budæus in Pandectas.

ACRIDOPHAGI {ἀκριδοφάγοι} Æthiopiæ populi, deserto cōtermini, homines paulo cæteris breuiores, macilēti, ac supra modū nigri. Veris tēpore Zephyrus & Libycus vēti, infinitū penè locustarū ex deserto ad eos deferūt numerum. Has sale, qui ibi plurimus est, superinfuso, diutius seruāt, cibum gustu eis suauem. Hic est solus eorū per omne tempus locustarū victus. Neque enim pecora nutriunt, neque pisces edūt, procul à mari positi: neque vllū aliud vitæ adminiculū habent. Corpore leues sunt, veloces cursu, & vitæ breuis: vt qui longissimè viuunt, quadragesimū non excedant annum. Finis eorum admirabilis est. Nā propinquante senecta, pediculi alati, non solùm visu varij, sed specie horridi ac turpes, in corporibus nati, vētrem primò, tū pectus, deinde totum corpus paruo tēpore exedūt. Qui morbum patitur, primùm veluti scabiei cuiusdā prurītu allectus corpus scalpit, voluptate simul & dolore perceptis. Deinde exorientibus pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, vnguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta verò vermium copia effluit, aliis super alios tāquam ex perforato vase scaturientibus, vt deleri nequeāt. Hoc pacto siue cibi siue aeris causa, miserum sortiuntur vitæ finem. Diodorus lib. 4. cap. 3. Strabo lib. 16.

Acrifolium, acrifolij, arbor quæ & Lotos appellatur. Galli Alysam & Alyserum vocant. Ruellius acrifolium inter infelices arbores commemorat. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 19.

ACRILLA {ἀκρίλλα} oppidum est Siciliæ non procul à Syracusis, cuius incolæ dicuntur Acrillæi. Stephan.

Acrimonia, Vide ACER adiectiuum.

ACRIO, nis, philosophus fuit Pythagoricus: cuius meminit Cic. 5. de Fin.

ACRISIVS {ἀκρίσιος} Argiuorum rex, Abātis filius, vt scribit Lactātius: & vt Eusebius in Chronico scribit, Prœto fratri successit in regnū. Hic, vt idem Lactātius asserit, nec ab hoc discrepat Seruius, vnicam habēs filiā Danaen, in responsis habuit, se manu eius qui ex filia nasceretur, moriturū, qui ad effugiendam prænuntiatam mortem, filiam in quadam turri seposuit, seruarique iussit, nequis posset ad eam accedere. Cōtigit igitur, vt audita pulchritudinis eius fama, illam cōcupisceret Iuppiter, qui cùm ad eā accessum aliū non videret, versus in auri guttā, ex tegulis se in gremiū eius cadere permisit, & sic prægnās effecta est. Quod ęgrè ferēs Acrisius, eam capi iussit, & in arcā poni, atque in mare proiici. quod cùm ministri fecissent, in littus vsque Apuliæ arca delata est, & casu à piscatore capta: in qua cùm cōperisset Danaen, & paruū filiū quem enixa fuerat, eā ad Pilumnū regem detulit, qui cùm genus eius cognouisset, & patriā, illam libēter cōiugio sibi copulauit. Filius autē, cui Perseus nomen fuit, cùm excreuisset, & Gorgoni Medusæ caput abstulisset, Argos veniēs, Acrisium transmutauit in saxū. quæ quidem transmutatio secundum Eusebium id significat, quòd cùm regnasset Acrisius apud Argos annis XXXI, à Perseo nepote suo, non spōte, tamen occisus est, & in lapidem, id est in frigiditatem perpetuam versus est. Ex Eusebio, Bocatio, Seruio.

Acrisius Abantiades, id est, Abantis filius. Ouid. 4. Metam.

Acrisius grauis. Stat. Thebaid. 6.

¶ Fuit & Acrisius alter, Laertæ patris Vlyssis pater, & Iouis filius, dicēte Vlysse apud Ouid. lib. Metam. 13,

Nam mihi Laertes pater est, Acrisius illi, Iuppiter huic, &c.

Hunc alij Arcesium vocant, & Arcesius legunt apud Ouidium.

Acrisioneus, pen. prod. adiectiuum {ἀκρισιώνειος} Ouid. lib. 5. Metam.

Acrisioneas Prœtus possederat arces.

Acrisionēis, pen. prod. Danae Acrisij filia. Virg. 7. Æneid.

Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur vrbem
Acrisionēis Danae fundasse colonis,
Præcipiti delata, &c. Seruius, Acrisionēis Danae, Patronymicū.

Nā malè putāt Acrisionēis colonis. Sola enim venerat, nō cū colonis.

Acrisioniades, huius Acrisioniadæ, pen. cor. g. m. {ἀκρισιωνιάδης} Perseus Acrisij nepos. Ouid. 4. Metam.

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ
Acrisioniades, adigitque in pectus.

ACRITAS {ἀκρίτας} Peloponnesi promontorium, iuxta Maleam & Tænarum. Pompon. Mela, lib. 2.

ACRITAS {ἀκρίτας} Messenij sinus initium, prope Methonem, vt refert Strab. lib. 8.

Acritas, Acritudo, Acriter, Vide ACER adiectiuum.

Acroama, pen. prod. acroamatis, n. g. {ἀκρόαμα} Auditio Latinè dicitur. Mos erat apud veteres, qui hodie nullus est, vt in fabulis agēdis, actionē histrionū musica symphonia cōmendaret. vnde illud, tibiis dextris, & sinistris, aut, paribus, & imparibus, aut, Serranis, & Phrygiis. erat igitur in voce histrionum actio: erat in musica symphonia, quòd acroama dicebatur, inde scilicet, quòd hæ fabulæ pars auribus perciperetur, & audito quædam esset, animum leniente musico concentu, sicut illa, quę ad actionem histrionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. atque hāc fuisse acroamatis significationem, loci demōstrant quos in antiquorum scriptis obseruauimus. nam in oratione pro Archia distinxit acroama & vocē, id est, eū qui fidibus, & eum qui voce caneret. Cùm, inquit, ab eo quæreretur, quod acroama aut cuius vocem libentissimè audiret, respōdit, eius, a quo sua virtus optimè prædicaretur. Et in Verrem, acroama pro homine potius, quàm pro re, planè constat esse vsurpatum. sunt enim hæc verba: Hic quasi festiuū acroama, nec sine corollario discederet, emblemata auellēda curauit. sed nusquam apertius, quàm apud Macrobium, quid acroama sit, intelligitur. est enim certè is, qui fidibus, non is, qui voce delectat. Saturnal. inquit lib. 11, Delectatus inter cœnā erat Augustus pueris symphoniacis Turonij Flacci māgonis, atque eos frumēto donauerat, cùm in alia acroamata fuisset liberalis nummis: eosdémque postea Turonius æque inter cœnam quæreti Cæsari sic excusauit, Ad molas sunt. In oratione autē pro Sextio, de P. Clodio: Ipse ille maximè ludius, non solùm spectator, sed actor, & acroama. quod ideo dixit Cicero, quia Clodius vtrunque munus, & histrionis, & musici, obtiret. Ex P. Manut. commentario in orationem pro Sextio.

Acroamaticus, pen. cor. adiectiuum. {ἀκροαματικός} Auscultatorius. Aristoteles in epistola quadam ad Alexādrum Logos acroamaticos appellat, libros de recondita Peripateticæ sectæ disciplina editos. Gell. lib. 20. cap. 4. & Budæus.

Acroasis, huius acroasis, pen. cor. f. g. {ἀκρόασις} Auscultatio, audiētia. Cic. ad Att. lib. 15. epist. 9, Vt eas vel in acroasi audeam legere. hoc est, in auditorum conuentu, multis audientibus, in cōcione.

ACROATHON, penult. cor. {ἀκρόαθον} oppidum est Thraciæ, in vertice montis, qui Athos dicitur, situm: vnde & nomen habet. Pomp. Mela lib. 2. Dicitur & Acrothon.

ACROCERAVNIA, Acroceraunioram {ἀκροκεραύνια} montes excelsi in diuersis locis, sic dicti propter altitudinem & iactus fulminum, vt

Seruius author est in 3. Æneid. Quorum alij sunt in Epiro, diuidentes Ionium mare ab Adriatico. Alij sunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiam. Nam ἄκρα dicitur mons, vel summitas: & κεραυνὸς, fulmen. Horat. lib. 1. Carm. Qui vidit mare turbidum, & Infameis scopulos Acroceraunia. Virgil. Ceraunia dicūtur 3. Æneid.

Prouchimur pelago vicina Ceraunia iuxta. Nunc vocantur, *Montagnes du diable.*

ACROCERAVNION {ἀκροκεραύνιον} est primum Epiri promontorium, eáque Acrocerauniorum montiū pars, quæ mari imminens, secundum Europę sinum à tertio, hoc est, Adriaticum mare ab Ionio diuidit: distátque à Lacinio, extremo Italiæ promontorio, 75000 passus. Author Plin. lib. 3. cap. 11. & 26.

Acrochiristæ {ἀκροχειρισταὶ} Athletæ dicebantur, summis inter se manibus depugnantes, nullo complexu hærentes, vt palæstritæ. Bud. Hinc Acrochirismus, qui pugilatus interpretari potest. Vide & Cæl. lib. 11. cap. 6.

Acrochordon, donis, pen. cor. f. g. {ἀκροχορδών} Verruca, amplitudine fabæ, pueros maximè infestans, sic dicta, quòd in imò vsque adeo sit angusta, vt pendere videatur. Hermolaus in Plin. Meminit Cels. lib. 2. cap. 1. Rursum lib. 5, Acrochordon, inquit, excisa nullam radiculam relinquit.

ACROCOMAE {ἀκρόκομοι} populi sunt Thraciæ, sic dicti, quòd antias in fronte muliebriter demitterent, quemadmodum è diuerso Abantes priora capitis tōdebant. Author Homer. Meminit Hermol. in Plin.

ACROCORINTHVS {ἀκροκόρινθος} montis qui vrbi Corintho imminet, inter Ægæū & Ionium mare, vertex est: quem Soli, cùm de eo certaretur, adiudicauit Briareus: Sol autem Veneri concessit, vt Corinthij asserunt. Pausanias in Corinthiaca. Plin. lib. 4. cap. 4, Acrocorinthum vocat summam Corinthi arcem, in qua fons Pyrene: vnde spectantur diuersa duo maria.

Acrocorium {ἀκροκόριον} Bulbi species est. Plin. lib. 19. cap. 5.

Acrodrya, dryorum, g. n. {ἀκρόδρυα} Caius in l. 23 D de verb. sign. hoc nomine omnem fructū arborū significari dixit. Propriè tamen Acrodrya vocantur, quæ in ambitu lignosum putamen habent. Quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur. Budæus. Ruellius.

ACROLISSVS {ἀκρόλισσος} arx est in colle supra Lissum Illyrici vrbem. Strabo lib. 7.

ACROLOCHIAS {ἀκρολοχίας} promontorium est Ægypti ad Pharon. Strabo lib. 17.

ACRON, huius Acronis, pen. prod. {ἄκρων} Ceninensium rex, quem Romulus singulari certamine vicit, teloque traiecit, & eius spolia opima Ioui Feretrio dedicauit. Quem ob illata in hostem vulnera teste Plutarcho in vita Romuli, sic appellauit. Nam aut ferire apud Latinos, esse vulnerare sagittis.

Acron Ceninus. Propert. lib. 4. 11.

Herculeus, vel quia oriundus ab Hercule: vel quia Ceninēses Herculem colebant: vel quia fortis & bellicosus vt Hercules. Propert. lib. 4. 11.

Acron alius, medicus Agrigētinus, Athenis vna cum Empedocle philosophatus est: fuit antiquior Hippocrate. scripsit lingua Dorica de medicina librum vnum. Author Suidas.

Acron, nobilis grammaticus, qui Horatium poetam editis commentariis enarrauit.

ACRONIVS LACVS, ἀκρώνιος λίμνη Pomponio lib. 3. Brigantinus Plinio & Solino, nunc vulgò Constantiensis. In eum duobus alueis influit Rhenus. Glareanus & Vadianus.

Acronyctæ {ἀκρόνυκτοι} stellæ vespertino tempore orientes, cùm sol vergit ad occasum. Nam ἀκρόνυξ à Græcis dicitur, quod nos crepusculum vespertinum vocamus. Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 5.

ACROPOLIS, penult. corr. {ἀκρόπολις} dicebatur ipsa arx Atheniensium. Athenæ enim in tres partes diuiduntur, scilicet ἀκρόπολιν, ἄστυ, & Piræum portum.

Acrospyria {ἀκροσφύρια} genus calceamentorum muliebrium Polluci lib. 7. cap. 22.

Acrostichis, pen. cor. huius acrostichidis, pen. etiam cor. f. g. {ἀκροστιχίς} Quum ex primis aliquot versuum continuo ordine sequētium literis oratio aliqua connectitur, vt in quibusdam Ennianis & Sibyllinis. Cæl. Antiq. lect. lib. 25. cap. 9. Et Cic. 2. de Diuinat.

Acrostolia, acrostoliorum, n. g. {ἀκροστόλια} sunt extremæ partes nauis, quæ facilè euellebātur, quum collisitū fuerat: vt constat ex Diodoro Siculo lib. 20. Latini, vt putat Bayfius, rostra vocant, & si quæ similia. Erat autem in more positum apud antiquos, ornari naues victrices acrostoliis captiuarum.

ACROTADVS {ἀκρόταδος} insula est in sinu Persico, de qua Plin. lib. 6. cap. 23.

Acroteria, acroteriorum, g. n. {ἀκρωτήρια} Extremitates sunt corporis. Aristoteles sic appellat extremam partem digitorum sub vnguibus latentem, & extremam partem ossium. Significat etiam pinnacula & prominentias ædificiorum. Item statuas, quæ in ædificiorum ratione in angulorum summitate constituuntur. Sunt etiam rostra nauium & ornatus. Budæus & Cæl. lib. 25. cap. 9.

Acrotetus, pen. prod. {ἀκρότητος} non respondens ad numerum saltationis. Vnde ἀκρότητα κύμβαλα, Acrotetа cymbala, non congruentia ad numeros. Athenæus lib. 11. vocat sermones intempestiuos, aut nihil ad rem pertinentes. Erasm. in Chiliad.

Acrothinia {ἀκροθίνια} Primitiæ frugum sunt, quæ de summo aceruo solent tolli. ἄκρα enim summū sonat, θὶς autem frumentorum aceruni dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod est, summa delibare, vel primitias consecrare.

ACROTHON, Vide ACROATHON.

Acrothorax, pen. prod. {ἀκροθώραξ} huius acrothoracis, penult. etiam prod. m. gen. Qui leuiter, aut (vt nonnullis placet) summè ebrius est. Cæl. lib. 13. cap. 39.

Acrumeruma, vtensilia amplora. Festus.

A C T

Acta, actorum, Vide AGO.

Acta, actæ {ἀκτὴ} id est, secretum & amœnum litus. Virg. 5. Æneid.

At procul in sola secretæ Troades acta

Amissum Anchisen flebant. Author Seruius. Cic. 7. Verr. Ipse tamen cùm vir esset Syracusis, vxorem eius parum poterat animo soluto ac libero tot in acta dies secū habere. Siculorum lingua, Acta, litus significat, inquit Turnebus.

ACTA, Actæ, vel Acte, Actes {ἀκτὴ} Attica regio, vt testātur Gel. lib. 14. c. 6. & Plin. lib. 4. c. 7. Causā nominis exprimit his verbis Strabo li. 9. Atticā apud veteres Acten, id est litus, appellatā esse cōstat, & nomine deriuato pro Actica. Atticā esse nuncupatā: quoniam maxima illius pars ad mare est extenta & angusta: oblonga verò satis & porrecta montibus vsque Sunium subiicitur. Hermolaus in Plin. lib. 4. cap. 7, Acten dictam scribit ab Actęone siue Actæo rege, vt Fauorino placet & Lycophroni, qui Actæos, vocat Athenienses: vel quia litoralis ferè tota sit, exili & angusto quodam velut margine, vt Apollodoro & Straboni. Dicebatur & Atthis, sed ab Atthide Cranai regis filia, vt inquiunt Eustathius, Martianus, Trogus.

Actæus, adiectiuum {ἀκταῖος} Litoralis, Atticus. Virgil. 2. Eclog.

Canto, quæ solitus, siquando armenta vocabat,

Amphion Dircæus in actæo Aracyntho. Seruius. Sanè Aracynthus mons est Thebanus. Vnde Actæo, litorali debemus accipere, non Atheniensi. Ouid. 1. Metam.

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis. Id est, Atheniensibus, seu Atticis.

ACTAEVM primum in Attica regnasse ferunt. Quo vita defuncto, Cecrops ducta vxore illius filia, regnum suscepit: ex qua Ersen, Aglaurum, Pandrosum, & Erysichthonē liberos sustulit. Erysichthon viuo adhuc patre vita excedens, regni successionē inanem ipse reliquit. At Cecropi Cranaus, Athenis facilè princeps, successit. Cranao verò filias cum alias, tū Atthida fuisse narrāt: à cuius nomine regionē prius Actæam dictam, Atticam nominant. Author Pausanias in Attica.

Actias, Actiadis, pen. cor. f. g. {ἀκτιάς} Id est, Atheniensis. Virg. 4. Georg.

Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithya.

Actiacus, pen. corr. Adiectiuum {ἀκτιακὸς} Atheniensis. Ouid. epist. 21,

Cur nunc Actiacas miseram me mittis ad vndas?

Actius, adiectiuum {ἄκτιος} idem quod Actiacus. Virgil. 3. Æneid.

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Actius Apollo in Leucadio litore colebatur, atque ita & litoralis vocabatur, & ludis triennalibus, & gymnicis, & circensibus nauallbúsque celebrabatur Nam Apollini litora grata esse ostēdit Homerus in eius hymno. Virgil. Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo. Fuit & templum Actij Apollinis in Magnesię finibus ab Argonautis constitutum, Hygino teste.

Actia, orum, à Stephano, ludi erant in Actio Epiri promontorio, quinto quoque anno in laudem Apollinis celebrari soliti. Hos ludos vetustissimos esse constat: quippe quorum Callimachus meminit. Ab Augusto summo apparatu instaurati fuerunt, cùm Antoniū & Cleopatram nauali prælio ante Actium superasset: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata, quemadmodum Strabo author est libro 7. Stephanus tertio quoque anno celebratos fuisse tradidit: tribúsque certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & nauali.

Actæa, herba est, siue frutex, graui foliorum odore, caulibus anisi geniculatis, semine nigro, vt hederæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis, & asperis, & aquosis. Hæc Plin. lib. 27. cap. 7. Ruellius hanc eandem esse putat, aut certè simillimam illi quæ à Dioscoride χαμαιάκτη, à Latinis Ebulum vocatur.

ACTAEON, pen. prod. huius Actæonis, pen. corr. {ἀκταίων} Ouid. libro 3. Metam. Filius fuit Aristei, ex Autonoë cōiuge, Cadmi filia. Hic venator fuit, vt docet Ouidius. & cùm die quadam venatione fessus in vallem Gargaphiæ descēdisset, eò quòd in ea fons esset, recēs & limpidus, & ad eum fontem potaturus accederet, vidit in eo Dianam nudam se lauantem. Quod cùm ægrè Diana tulisset, sumpta manibus aqua, in faciem eius proiecit, dicēs, Vade, & dic si potes. Is autem repente in ceruum conuersus est: quem cùm canes eius vidissent, cōfestim irruerunt in eum, atque dentibus laceratū, comederunt. De quo figmento sic scribit Fulgentius: Anaximenes, inquit, qui de picturis antiquis disseruit, ait libro secūdo, Actæonem venationem dilexisse. qui cùm ad maturam peruenisset ætatem, consideratis venationum periculis, id est, quasi nudam artis suæ rationem vidēs, timidus factus est. Et paulo post, Sed cùm venandi periculū fugeret, affectum tamen canum non deposuit, quos inaniter pascendo penè omnem substantiam perdidit. Ob hanc rem à suis canibus deuoratus est. Hæc ille. Hæc de Ouidij sententia lib. Metam. 3. Quanquam de Actæone aliter in commentariis Apollonij lib. 4. Sed receptior est & communior Ouidij sententia. Diodorus lib. 5. cap. 14, Actæonem fabulātur à suis canibus discerptum, quòd Dianæ concubitum, cùm venaretur in montibus iuxta templum sitis, appetierit. Alij putant id ei accidisse, quòd se illi Actæon prætulerit in venandi arte.

Actæon Hyantius, id est, Thebanus vel Bœotius. Siquidem Bœotij antiquitus Hyantes vocabātur, teste Plin. lib. 4. cap. 7. Ouid. 3. Metam.

Autonoeius, Id est, Autonoes filius. Ouid. 3 Metam.

Additus & pauor est: fugit Autonoeius heros.

Actæon Cadmi nepos. Ouid. 3. Metam.

Celer. Senec. in Thebaid. 1.

ACTAEVS {ἀκταῖος} vnus ex Telchinibus, qui, vt Strabo refert, ex Creta primùm in Cyprum venerunt, postmodum Rhodum. Horum nomina erant, Actæus, Megalesius, Ormenus, Lycus, Nicon, Mimon. Vide Gyraldum in lib. De diis Gentium.

ACTANIA {ἀκτανία} insula est in mari Germanico, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 13.

ACTASTA, Vide ACASTA.

Acte {ἀκτὴ} planta est, cuius duo genera refert Galen. lib. 6. Simplic. medic. sic inquiens: Acte, tum magna illa, & arborescens, tum herbacea, quam & Chamæacten Græci vocant, (Latini hanc Ebulum, illam sambucum.) Vtraque potentiam habet desiccandi, conglutinandi, modicéque digerendi.

Actiacus, Actias, Actia, Vide ACTA.

Actinæ

Actinæ legiones. Cic. ad Attic. lib. 7. epist. 18.

ACTIO. Vide AGO.

ACTISANES, { [illegible] } Æthiopum rex, qui Amasim Ægypti regem suis crudelius imperantem regno deturbauit, Ægyptijsque summa æquitate imperauit. Hic latrocinia nouo more compescuit, sontes neque morte plectens, neque linquens impunitos. Constituto quippe eorum iudicio, reos omnes in vnum cogens, amputatis naribus, in vltima deserti ire compulit: ibique ciuitatem condidit ab excisis naribus Rhinoceram appellatam. Ea in Ægypti Arabiæq; finibus haud procul à mari sita, omnibus vitæ commodis caret. Nam omnis vicina regio salsa est. Intra vrbis mœnia vnicus est puteus, & is inutilis, vtpote aqua gustu amara. Hos autem eo in loco posuit, ne suis moribus vicinas gētes inficerent: neve eorum erga reliquos iniuriæ essent occultæ: sed vt tanquam in oram desertam relegati, omni re egentes, cogente necessitate sibi victū exquirerent. Fissis itaque calamis, quos ex vicinis agris collegerant, longa sibi retia fecere: quibus iuxta littus per plura stadia dispositis, ex captis coturnicibus (nam magnus earum numerus in littore ad capiendos pisces versatur) victum sibi compararunt. Diodor. lib. 2. cap. 1.

Actito, Actiuus, Actor, Vide AGO.

ACTIVM, { [illegible] } oppidum Epiri & promontorium ad mare vbi Augustus Antonium & Cleopatram vicit nauali prælio, vt scribit Plutar.

ACTIVS NAVIVS, inclytus Tarquinij Prisci tēporibus augur fuit, quem inspectante Rege cotem nouacula discidisse fabulatur. Vide Liuium lib. 1. ab Vrbe. Alij malunt scribere ACCIVS. Meminit huius & Cic. lib. 1. de Diuinat.

Actius. Vide ACTA, Actæ.

ACTOR, Actoris, penul. corr. Astyoches pater, vt ostendit Homerus lib. Iliados 2. Alter fuit Auruncus, cuius meminit Virg. lib. 12. Æneid.

-validam vi corripit hastam
Actoris Aurunci spolium, &c.

Alius, cuius meminit Statius 19. Thebaid.

Actorides, Actoridæ, m. g. pen. corr. Patronymicum, { [illegible] } Actoris filius vel nepos, Id est, Patroclus. Ouid. 8. Metam.

ACTRIDA { [illegible] } oppidum coloniæ cuiusdam Milesiorum, quæ Ampelone dicitur. Plin. lib. 6. cap. 28.

ACTVARIVS { [illegible] } Medici Græci nomen, qui plurimis scriptis voluminibus artem illustrauit, ex quibus etiam hodie sunt in manibus septem libri de vrinarum ratione.

Actuarius, Actuosus, Actum est, Actus, adiectiuum & substantiuum, Vide AGO.

Actutum, penult. prod. aduerb. temporis. { [illegible] } Virg. 9. Æneid.

-tum cætera reddet
Actūtum pius Æneas. Vbi Seruius, Actūtum, confestim, sine dilatione. Cic. 12. Philip. Si cætera castra cæteri vi derint, ego mortem actūtum futuram puto.

A C V

ACVENVM { [illegible] } magna ciuitas est in Latio, iuxta quam Melpis flumen labitur, ingens ad Interamnium, inter duos confluentes in vnum fluuios, iacentem, Lirin, & alterum Casinum. Hæc Strab. lib. 5.

Aculeus, aculei { [illegible] } in insectis dicitur id quo pungunt, vt notum est in vespis, apibus, & crabronibus. Cic. 2. Tuscul. Apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Idem libro 5. de Finibus, Cornibus vti videmus boues, vespas aculeis.

Aculeus etiam dicitur quasi spina in folijs aut semine quarundam plantarū, vnde & herbas aculeatas, & folia, & semina sæpe legimus. Plin. libro 10. cap. 32. Idem libro 12. cap. 15.

Sunt & aculei herinaceorum, & histricum spinæ. Plin. lib. 8. cap. 35, sed histrici longiores aculei. Hinc varia translatio,

Aculeus sagittæ pro spiculo. Liu. 8. bel. Maced. Plaut. Trin. 13.

-iam dudum meum ille
Pectus pungit aculeus, quid illi negotij fuerit ante ædes meas. Id est, illa me stimulat molestia, & male habet.

Aculeus & maledictum. Cic. in Brut. In altercando, cum aliquo aculeo & maledicto facetus.

Contumeliarum aculei. Cic. lib. 2. de Orat. Atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant.

Fuerunt aculei in eum. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 5. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio.

Aculeus orationis. Cic. in Orat. Horū oratio neque neruos, neque aculeos oratorios ac forenses habet. Hoc est, nullos habet stimulos, nullos affectus, nullam vehementiam. Vide Nerui atque aculei oratorij ac forenses, in NERVVS.

Aculei seueritatis. Cic. pro Cluentio. Hoc metu proposito euellere se aculeum seueritatis vestræ posse confidunt.

Disputandi. Cic. 4. Acad.

Solicitudinum domesticarum. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. Ac domesticarum quidem solicitudinum aculeos omnes & scrupulos occultabo.

Aculeum testimonij conuertere. Vide CONVERTO.

Aculei in reprehendendo. Cic. pro Planc. In quibus ipsi aculei, si quos habuisti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.

Dimittere aculeum. Cic. pro Flacco, Mortuus est aculeo iam dimisso ac dicto testimonio.

Emittere aculeos seueritatis in aliquem. Cic. pro Cælio, Sed vestræ sapientiæ Iudices est, non abduci ab reo: nec quos aculeos habeat seueritas grauitasque vestra, quum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in reum.

Erigere aculeos in aliquem. Cic. pro Cælio.

Euellere aculeum seueritatis. Cic. pro Cluent.

Aculeos iudicij refringere. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 15. Confido tamen me non sic auribus duci, vt omnes aculeos iudicij mei illarū delinimentis refringantur, &c.

Relinquere in animis audientium. Cic. in Brut. Non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum a quibus esset auditus.

Aculeolus, aculeoli, penultima correp. diminutiuum { [illegible] } Martialis libro 8.

Aculeatus, penultima producta, denominatiuum { [illegible] } Qui habet aculeos, aut aliquid instar aculei. Plin. lib. 10. cap. 32. Putant ex spinis aculeatis.

Aculeatum, per metaphoram dicitur, quod quasi pungit ac mordet animum. Plaut. Bacchid. 1.

Quia hæc lepida sum memoratu:
Eadem in vsu, atque vbi periculum facias, aculeata sunt,
Animum fodicant, bona dissimulant facta, & famam sauciant.

Folium aculeatum. Plin. lib. 12. cap. 15.

Aculeata sophismata. Cic. 4. Acad.

Literæ. Cicero Attico, lib. 14.

Aculeius, aculeia, aculeium, Item denominatiuum, vt Aculeia cura. Varro.

Acumen, Acuminare. Vide post ACVO.

Acuo, acuis, acui, acutum, penultima prod. { [illegible] } acuere. Ab acone Græco vocabulo, quod Latinè cotem significat, dicitur, authore Sipontino. Est propriè ferri aciem sic tenuare, vt bene incidat, vt cote fieri solet. Cui contrarium est, Obtundere vel hebetare. Cic. 5. Tusc. At vocem citharœdi non audiunt, ne stridorem quidem serræ tum cùm acuitur.

Est etiam acuere, mucronem alicui rei facere. Virg. 1. Georg.

Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes. Pro, acuunt.

Enses acuere in aliquem. Ouidius 5. Metam.

Falcem. Colum. lib 3. Quoties falcem acueris, aciem pelle detergito.

Ferrum. Horat. 1. Carm. od. 2.

Sagittas. Horat. 2. Carm. 8.

Acuere per translationem, pro incitare, instigare, stimulare. Cicero 3. Offic. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant; otium & solitudo.

Acuere, pro exercere, vt Seruius interpretatur. Virg. 1. Georg.

-pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primúsque per artem
Mouit agros, curis acuens mortalia corda.

Acuere, pro irritare. Virgil. 7. Æneid. Postquam visa satis primos acuisse furores. Ibidem, Quam Iuno his acuit verbis. Vbi Seruius, His acuit verbis, Irritauit, & instigauit eius insaniam.

Acuere animos. Liu. 4. bel. Maced.

Ætas acuit. Terent. Adelph. Illos sat ætas acuet.

Aliquem ad crudelitatem. Cic. pro Ligario, Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio?

Ad bonas artes iuuentutem. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 7.

Excitare & acuere. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere.

Acuere & alere ingenium. Cic. in Bruto, Legendus inquam est hic orator Brute, si quisquam alius, iuuentuti: non enim solùm acuere, sed etiam alere ingenium potest.

Acuere & adiuuare iuuentutem ad dicendum, Cic. in Orat. Dentes acuere. Horat. 3. Carm. 20.

Fletus. Val. Flac. Argonaut. 2.

Gradum. Stat. Thebaid. 6.

Industriam. Ad Herennium, lib. 4.

Ingenium. Cicero 2. Philipp. Vini exhalandi, non acuendi ingenij causa declamitas.

Iras. Virg. 12. Æneid. de Apibus.

Linguam exercitatione dicendi. Cic. in Bruto, Tuum forum, tuum erat illud curriculum, tu illuc veneras vnus, qui non linguam modò acuisses exercitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletauisses grauiorum artium instrumento.

Lumina, Id est, Visum. Ouid. lib. 2. de Remed. amoris,

Vtilius sumas acuentes lumina rutas.

Lupos acuunt agni balatibus. Virg. 4. Georg.

Martem. Virg. 12. Æneid.

Mentem. Cic. 1. Tusculan. Multa è corpore existunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant.

Metum alicui. Virg. 12. Æneid.

Plausus acuunt equum certantem de celeritate. Stat. lib. 5. Sylu. 2.

Prudentiam intelligendi acuere. Cic. 1. de Orat. Quòd consuetudo exercitatióque & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incitaret.

Ruborem acuere. Claudian. in Epigr. de Locusta.

Studia acuere. Vide STVDIVM.

Tubæ milites acuunt. Lucan. lib. 1.

Gloria vos acuat. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 6.

Acutus, penult. prod. { [illegible] } nomen ex participio, à verbo acuor: vt, Ferrum acutum. Id est, aciem habens benè secantem. Cui contrarium est hebes, vel obtusum. Plaut. Milite, 22. Vide vt tibi istic sit acutus Cario culter probè.

Acutum etiam dicitur, quod in mucronem siue acumen definit: vt, Palus acutus.

Ouid. in epist. Et acutæ cuspidis hastam.

Bellum acutum. Horat. 4. Carm. 4.

Cacumen. Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

Carex. Virg. 3. Georg. Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.

Cupressus. Ouid. 3. Metam.

Cuspis. Virg. 5. Æneid. Ferratásque sudes, & acuta cuspide contos Expediunt.

Ensis. Ouid. 14. epist.

Falx. Ouid. 9. Metam.

Ferrum acutum reddere dicitur cos. Hor. in Arte poet.

-ergo fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.

Gladius acutus, cui opponitur hebes. Ouid. lib. 3. de Arte aman.

Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Hasta. Ouid. lib. 1. de Remed. amor.

Iaculum. Virgilius 3. Æneid.
Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit
Telorum seges,& iaculis increuit acutis.
Murex. Virgil. 5. Æneid. Concussæ cautes,& acuto in murice remi
Obnixi crepuere. Vbi Seruius, Murex, saxi cacumen eminens per tranquillitatem.
Pinus. Ouid. 1. Metam.
Robur. Virg. 2. Georg. -hic stirpes obruit aruo,
Quadrifidásq; sudes,& acuto robore vallos. Id est,roboris acuti.
Radius. Quid. 6 Metam. De radio textorio loquitur poeta.
Rostrum. Author de Pulice,
Quúmque tuum lateri rostrum defigis acutum.
Acuta volucribus rostra. Plin. lib. 11. cap. 37.
Rubus. Senec. in Hippol. 10.
Sagitta. Ouid. 5. Metam.
Saxum. Ouid. 4. Fast.
Scopulus. Virgil. 1. Æneid. Illum expirantem transfixo pectore flammas Turbine corripuit,scopulóque infixit acuto.
Spiculum. Ouid. lib. 3. de Arte aman.
Spinæ. Virg. 5. Eclog. Carduus,& spinis surgit paliurus acutis.
Telum. Virgil. 3. Æneid.
Vnguis. Orat. lib. 1. Epist. 20.
Acutum per metaphoram dictum: vt, Acuti oculi. Id est,clarè cernêtes. Plaut. Pseud. 20, Magno capite,acutis oculis.
Acuti cibi, qui appetentiam excitant, & quasi stomachum acuunt: iidem penè qui & acres dicuntur, nisi quòd acres cibi sunt vehementiores, acuti mitiores: vt acetaria, salsamenta, & condimenta quædam. Plinius Iunior in epist. Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutósque miscerem, vt obtusus illis & oblitus stomachus his excitaretur.
Morbus. Horat. libro 1. epistol. 6, Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.
Naribus acutis rideri. Id est, in rugam contractis. Horat. 1. Serm. 3.
Odor acutus. Plin. lib. 15 cap. 28. Sua & in odore miracula: malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus. Et lib. 21. cap. 7.
Acutus, Græco more pro acri & vehementi. Grammatici enim Græci obseruant ὀξὺ significare plerunque magnum & vehemens. Horat. -gelúque Flumina constiterint acuto.
Acutus, Subtilis, quales sunt disputatores & sophistæ. Cicer. Attic. lib. 12, [illegible] mihi sic placuit, vt cætera Antisthenis, hominis acuti magis, quàm eruditi. Idem contra Rullum, Siqui acutiores in concione steterant.
Acutus vini sapor. Plin. lib. 15. cap. 27.
Sol acutus. Horat. lib. 1. Epist. 10.
Acutus & Hebes, contraria. Cic lib. 1. de Inuen. Velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliuiosus.
Acutum & perspicax. Cic. lib. 1. Offic. Si naturam sequemur ducem, nunquam aberrabimus: sequemúrque & id quod acutum & perspicax naturâ est, & id quod ad hominum consociationem accommodatum est.
Acutus ad excogitandum. Cicero libro 1. de Orat. Nam & animi atque ingenij celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti,& ad explicandum ornandúmque sint vberes, & ad memoriam firmi atque diuturni.
Aures acutæ. Id est, ad audiendum arrectæ. Horatius 2. Carm. 19.
Acuta belli. Horat. 4. Carm. od. 4,
-& curæ sagaces Expediunt per acuta belli. Hoc loquendi genus, acuta belli, & Horatio vsitatum est, & illis simile, subita belli, obliqua tumuli,&c. quæ extant apud T. Liuium.
Elementa. Lucret. lib. 2,
-facilè vt cognoscere possis
Non è perplexis, sed acutis esse elementis. Id est, ex atomis.
Genus dicendi acutum & subtile. Cic. 2. de Orat. Alter acutissimum & subtilissimum dicendi genus est consecutus.
Homo ingenio prudentiáque acutissimus. Cicer. lib. 1. de Orat. Scæuola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina iuris eruditissimus, & ingenio prudentiáq; acutissimus, & oratione maximè limatus atque subtilis.
Acutior atque habilior ad inueniendum Quint. lib. cap. 3.
Homo acutus,& natura vsuque calidus. Cic. 1. de Orat.
Homo in primis acutus Antiochus. Cic. lib. 1. de Nat. deor.
Homo minimè malus quidem, sed non satis acutus. Cic. 3. Offic.
Acutum ingenium, Idem quod subtile: cui opponitur, obtusum, hebes, retusum. Cic. 2. de Diuin. Aliæ agrorum partes, quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa.
Motus animi celeres & acuti. Cic. lib. 1. de Orat.
Conclusiones acutæ. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Opus lenonis acutum, Hoc est, ingeniosum & vafrum. Claudian. in Eutropium lib. 1.
Principia orationum acuta sententiis. Cicero in Orat. Principia verecunda, non elatis intensa verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem aduersarij, vel ad commendationem sui.
Sententiæ docendi. Cic. de Opt. genere Orat. Sunt enim sententiæ docendi, acutæ: delectandi, quasi argutæ: commouendi, graues.
Æs. Ouid. 6. Metamorph. Horat. 1. Carm. 16. Acron, acutum, sonorum: à tinnitu.
Hinnitus. Virgil. 3. Georgic.
Acutus sonus, cui opponitur grauis. Plin. lib. 10. cap. 29, Modulatus editur sonus, grauis, acutus. Cic. 1. de Orat.
Acutus & excitatus sonus. Cic. in Somnio Scip. 18, Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono: grauissimo autē hic lunaris atque infimus.
Stridor. Horat. 1. Carm. 34.
Tinnitus. Ouid. 5. Metam.
Vlulatus. Catul. epig. De Berecynthia & Aty.
Vox. Ouid. 3. Metam. Horat. 3. Carm. 4.

Acutum cernere. Id est acutè. Horat. 1. Serm. 3. 6,
Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?
Triste & acutum resonare. Horat. 1. Serm. 8.
Acuta-spina, ὀξυάκανθα Dioscoridi, arbor est Pyrastro similis, spinosa valde,& exigua, baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles & intus nucleum: radicem habet multifidam altè descendentem. Dioscorid. lib. 1.
Acutulus, la, lum, diminutiuum, penultima correpta, (ὀξύλος) Cic. 3. de Natura deorum, Breues & acutulas conclusiones. Id est, aliquantum argutas & subtiles.
Acutè, acutius, acutissimè, aduerbium qualitatis (ὀξέως) Id est, subtiliter & ingeniosè. vt Acutè explicare, Cic. 1. Acad. Acutè respondere. Idem in Lælio 6, Vel responsa acutè ferebâtur. Acutissimè ac diligentissimè scripta. Cic. 5. Verr.
Acutè colligere. Cic. 1. de Orat. Quum multa colligeres non modò acutè, sed etiam ridiculè ac facetè.
Acutè, arguteque coniicere. Id est, coniecturam facere. Cicer. in Bruto, Quis putet aut celeritatē ingenij L. Bruto illi nobilitatis vestræ principi defuisse? qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acutè argutéque coniecerit, qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit,&c.
Acutè, argutéque respondere. Cic. pro Cælio 14, Si mihi ad hæc acutè, argutéque responderit.
Sonare, cui Grauiter sonare opponitur. Cic. in somnio Scip. Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent.
Aliquid tractare. Cic. lib. 2. de Inuent. Sed illæ tenuius & acutius & subtilius tractantur.
Acumen, penultima producta, acuminis, neut. gen. (ἀκὴ, ὀξύτης, ἀκμὴ, τὸ ὀξὺ) Nomen ab acuo, videtur propriè mucronem significare, vt Acumen cultri, aut styli. Ouid. 4. Metam. de cruribus Cadmi versis in caudam serpentis,
Paulatim tereti curuantur acumine crura.
Acumen nasi. Lucr. lib. 6, Compressē nares, nasi primoris acumen. Sed frequentius legitur per metaphoram dictum: vt Acumen ingenij. Quintil lib. 5. cap. 7, Acumen naturale. Cic. 1. Tuscul. 19, Quem esse negas, eundem esse dicas: vbi est acumen tuum?
Rostri auium. Plin. lib. 10. cap. 71. Alia dentibus prædantur, alia vnguibus, alia rostri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excauant.
Saporis. Plin. lib. 14 cap. 20, & saporis quædam acumina.
Acumen, pro astu, vafritia, calliditate. Horat. lib. 1. epist. 18, meretricis acumina.
Sine acumine homo. Cic. 2. de Nat. deor. Epicurus sine acumine vllo, sine authoritate, sine lepôre.
Argutum iudicis acumen. Id est, ingenium subtile. Horat. de Arte poet.
Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. Nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi.
Ingeniorum acumen. Cic. pro Flacco, Græcis non adimo sermonis lepôrem, ingeniorum acumen, dicendi copiam.
Leue mentis acumen discurrit. Claudian. de rap. Proser. 2.
Acumen Stertinij delirat. Id est, Stertinius homo acutus. Horatius lib. 1. Epist. 12.
Sub acumen styli subire & succedere. Cic. lib. 2. de Orat. Omnésque sententiæ, verbaque omnia quæ sunt cuiusque generis, maximè illustria, sub acumen styli subeât & succedant necesse est. Ducta est metaphora à stylo, quo in tabulis scribebant.
Admouere acumen chartis Græcis. Id est, ingenium ad libros Græcorum. Horat. lib. 2. epist. 1.
Acuminibus suis se compungunt dialectici. Cic. 2. de Orat.
Habet acumen hæc interpretatio. Cic. 2. de Orat.
Illudere alicuius acumen. Cic. 1. de Orat.
Acumino, acuminas, penult. corr. (ὀξύνω) Acutum facio. Lactantius de Opific. In quadrupedibus autem contextum spinæ à summo capite deductum, longius extra corpus eduxit,& acuminauit in caudam.
Acuminatus, pen. prod. adiectiuum (ὀξυνθείς) Qui acumen habet: vt, Telum acuminatum. Plin. lib. 11. cap. 2. & lib. 18. cap. 35.
Acupedius (ὠκύπους) dicebatur, cui præcipuum erat in currendo acumen pedum. Festus.
Acus, huius acus, acui. f. g. (βελόνη) Est (inquit Festus) qua sarcinatrix, vel etiam ornatrix vtitur. Valla lib. 1, Acus dicitur qua vestes sarciuntur. Cic. pro Milone, Vulnus in latere, quod acu pūctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.
Acus pro ea qua ornatrix vtitur ad discernendos capillos. Iuuenal. sat. 2, Ille supercilium madida fuligine tinctum.
Obliqua producit acu. Videtur id esse quod calamistrum siue discerniculum dicitur.
Acus ahena. Ouid. 2. Fast.
Assyria, ob rationem dictam in Acus Semiramia. Claud. de Phœnice.
Acus Babylonis. Martial. lib. 14. & vide Acus Semiramia.
Acus crinalis. Apuleius lib. 8.
Comere comas acu. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Immittere lina per acum. Celsus lib. 7. cap. 17, Quidam per acum duobus linis ad imam basim immissis, sic vtrinque vinciunt, quemadmodum,&c.
Traiicere acu. Cels. lib. 7. cap. 7.
Acu transuere. Celsus lib. 7. cap. 7.
Acus emerita. Iuuen. sat. 6. Id est, ab officio cosmetæ & ornatricis, quæ crines acu concinnat. Nam qui Iuuenalem de sarcinatrice sensisse suspicantur, à Musis & Gratiis absunt. Parrhasius in Claud.
Idalia, ab Idalio Cypri oppido. Claudian. lib. 2, de raptu Proserp.
Mæonia. Id est, Lydia. Nam Lydi lanificio & telarum vsu maximè claruerunt. Vnde orta est fabula de Arachne regionis illius puella, quæ cum Pallade certasse dicitur. Seneca,
Nec Mæonia distinguit acu.

Nilotis,

Niloticis. Id est, Ægyptia, vel ob præcipuam Ægyptij lini bonitatem: vel quòd Ægyptij multis licijs polymitas vestes texere docuerint. Lucanus libro 10.

Obliqua. Iuuenal. satyr. 2.

Acus Semiramia. Id est, Babylonia. Nam Babylonij primi omnium diuersos colores intexuerunt. Martial. lib. 8.

Tenuis. Ouid. Epist. 4.

Acu pingere. Ouid. 6. Metam.

Siue leui teretem versabat pollice fusum,
Seu pingebat acu, scires à Pallade doctam. Virg. lib. 11. Æneid.
Pictus acu tunicas. Seruius: Id est, habebat vestem Phrygionis arte perfectam.

Rem acu tetigisti, apud Plautum in Rudente: Id est, rem ipsam diuinasti, nihil aberrans. Perinde quasi dicas, Ipsissimum punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu.

Filum neuisti, nunc acu opus est. Prouerbij faciem habet, quum significamus non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias. Citat hunc anapæsticum Iul. Pollux ex Hermippi satis. Vide Erasm.

Acum inuenisses. Apud Plaut. in Menæch.

-si acum credo quæreres, Acum inuenisses. Prouerbialis hyperbole, de re diligenter vestigata. Nam acus inuentu difficillima, quòd ob exiguitatem facilè fallat oculos quærentis.

Acus, aci, masc. gen. Piscis genus, de quo Mart. lib. 10, Et satius tenues ducere credis acos. Hic etiã belone à Græcis dicitur, aut Raphis vt Dorion meminit, aut Ablenis vt Diphilus, est piscis longus, tenuis & leuis, rostro subuli, acuto porrectoque sine dentibus, dorso cæruleo ad viride inclinante, ventre argentei coloris, nunc Venetis Acicula nuncupatus. Massarius. Plin. li. 9. ca. 51, Acus siue belone vnus piscium dehiscente propter multitudinẽ vtero, parit. Hic ab eodem Plin. lib. 32. cap. 11, aculeatus piscis, belone dicitur.

Acus, aceris, penultima correpta, neutri generis est, vt ait Priscianus, quod Græci [illegible] & [illegible] vocant. Id est, purgamentum tritici. Varro de Re rust. lib. 3, Acus substernendum gallinis parturientibus, in area excutitur. Idem libro 1. cap. 52. Cato de Re rust. cap. 54, Acus fabaginum.

Acus etiam in fœminino genere pro eodem ponitur. Festus, Paleę etiam quædam de frumento, acus dicuntur. Colum. lib. 2. cap. 10, durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus. ¶ Exercitus quoque instructio, acus dicitur, quòd ea pars militum vehementissima est ad hostem vulnerandum, acumine telorum. Festus.

Acerosus, acerosa, acerosum, penult. prod. {[illegible]} vt Acerosus panis. Id est, non sine paleis. Festus.

Acerosum panem, farre minus purgato, ac sordibus à candido separato, dicendum veteres putauerunt. Nonius. Talis esse solet panis ordeaceus.

Aceratus, acerata, aceratum, penult. prod. Aceratum lutum, cum paleis mistum. Festus.

ACVSILAVS Atheniensis Romæ ludum aperuit Rhetorices. Volaterranus ex Suida.

Acustici {[illegible]} Sunt auditores, quales erant discipuli Pythagoræ. Ille enim à suis auditoribus vt minimum biennium exigebat, quo illis tantum audire, non etiam loqui licebat.

Acuta spina. Vide Acutus in ACVO.

ACVTABA, penult. prod. {[illegible]} Hispaniæ vrbs est Stephano, cuius incolæ dicuntur Acutani.

ACVTIA {[illegible]} P. Vitellij vxor. Tacit. lib. 5.

Acutus. Vide ACVO.

A C Y

Acylon, seu potius Acylos, [illegible] Suidæ, Fructus est Ilicis fœminæ. Plin. lib. 16. cap. 6. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiusdam, quæ mediam quandam naturã obtinet inter suber & quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Ruellius lib. 1. cap. 89.

Acylos, seu Aculos, [illegible] Homero, glans iligna est: verùm & pro pudendo ponitur à similitudine, quemadmodum balanus etiam dicitur à Galeno. Vide Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 6.

ACYPHAS {[illegible]} oppidum est in Dorica tetrapoli, vt ex Theopompo refert Stephanus.

Acyrologia, acyrologiæ, penult. corr. {[illegible]} Latinè impropria locutio dicitur. Virg. 4. Æneid. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem. Vbi Seruius, Sperare pro timere. & est acyrologia: nam speramus bona, timemus aduersa.

Acyrologia est etiam in sensu. Terent. Eunuch. 5. 9, Isti te ignorabant. Vbi donatus, Figura acyrologia: ad vtrunque enim pertinet, & ad laudem, & ad mores.

ACYTOS, [illegible] Stephano, Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniæ ciuitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plinium lib. 4. cap. 12.

A D

A. D. Ante diem. Rectè illud esse animaduertendum monuit Paulus Manutius, quòd vbi apud Cic. in impressis libris legitur Ad IIII. calend. Ad VI. Idus, & similia, in vetustioribus libris legi A. D. quæ literæ ab imperitis coniunctæ fecerunt Ad.

Ad {[illegible]} præpositio est accusatiua, cuius proprius est vsus cũ motus aliquò significatur. In hac autẽ significatione quãdoque iungitur vrbiũ nominibus. Cic. in Ver. Eo die Verres ad Messanã venit. Idem Philip. 2, Quum inde Romam proficiscens, ad Aquinum accederet.

Ad vrbem esse dicebantur olim magistratus, qui cum potestate aut nuper è prouincia reuertissent, aut nondum in prouinciã profecti essent. Cic. 4. Verr. Ad vrbem quum esset, audiuit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hæreditatem. Idem 2. Verr. Quum primùm concionem ad vrbem Cos. designatus habuit. Vbi Asconius, Sic autem dici solebat de iis qui cum potestate prouinciali redierant: aut nondum in prouinciam profecti essent. Idem in 4. Verr. Omnis magistratus qui intramuranus non est, nec vrbanus, etiamsi administrator eius Romæ est, Ad Vrbem dicitur.

Ad vrbem esse, pro in vrbe. Cic. ad Attic. lib. 7, Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. Calend. Febr. rogatum esse, vt scriberet ad me vt essem ad vrbem. Idem 1. Philip. Pecunia vtinam ad ædem Opis maneret. Id est, in æde seu templo Opis.

Ad, sine motu frequenter dicitur, ídque manente prima illa & propria significatione. Cicero 4. Academ. In Hortensij villa quæ est ad Baulos. Virgil. 1. Æneid.

-veterísque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis. Vbi Seruius. Apud, semper in loco significat: Ad. & in loco, & ad locum. In loco: vt, Ad quem tum Iuno supplex his vocibus vsa est. Et Cic. 2. Verr. Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse, comitiorum nomine. Hactenus Seruius.

Ad, cum suo accusatiuo interim pro datiuo ponitur. Plaut. Capt. 19, Ad carnificem te dabo. Licenter dictum, pro, dabo te carnifici. Varr. de Re rust. lib. 1. cap. 40, Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Ibidem, cap. 38, Quod non solùm ad agrum vtile, sed etiam ad cibum. Terent. Phorm. Ad ditem datur ea in seruitutem. Pro diuiti datur. Virgil. 12. Æn. Obiecit sese ad currum. Vbi Seruius, Ad currũ, pro currui se obiecit.

Ad Dianę, Ad Veneris, Ad Castoris, & similia: modus est loquendi eclipticôs, in quo subauditur accusatiuus (templum, vel ædem.) Hoc autem fit Attico more, teste Prisciano. Terent. Adelph. 4. 2, Vbi ad Dianæ Veneris, ito ad dexteram. Cic. pro Mil. Cum falcibus ad Castoris, cum gladiis, toto foro volitarunt.

Ad album se transferre. Vide Album in ALBVS.

Ad domum. Cic. 3. Verr. Omnes ad eam domum, in qua iste diuersabatur, profecti sunt: cædere ianuam saxis, instare ferro, &c.

Ad pro Apud. vt Plaut. Merc. 6, Mihi quoque etiam est ad portum negotium. Cæsar 5. bell. Gall. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decreuit. Cic. in Pisonem, Deprehensus denique cum ferro ad senatum. Cic. Attic. lib. 9, Commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionysius fuit. Eidem lib. 10. epist. 4, Fuit ad me sane diu. Liu. Dum hæc ad Veios geruntur. Virg. 6. Æn.

Hi multum fleti ad superos. Plaut. Casi. 4,
-nam ius viri suum
Ad mulieres haud obtinere queunt. Cic. 5. Verr. respondebat se ad Recuperatores esse dicturum. Eamus ad me, Ter. Eun. Id est, ad meam domum. Pro Rosc. Comœdo, 7, Quis vnquam ad arbitrum quantum petit, tantũ abstulit? Ibidem, Cæteri quũ ad iudicem causam labefactari animaduertunt, ad arbitrum confugiunt. Terentius Adelph. 4. 4, Ad me abducta est domum, pro domum meam. Item A me domo, pro à mea domo, vt videre est suprà in A vel Ab.

Ad, cum accusatiuo personę, addito vrbis nomine itidem in accusatiuo. Cic. Att. lib. 3. Sed te oro vt ad me Vibonem statim venias.

Ad, Circa. vt, Ad id tempus. Cic. Attico lib. 4. Tu quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem velim. Varr. de Re rust. Nam refert, in agro ad quam partem cæli quisque locus spectet: sicut ad quod tempus quæque res facillimè crescat. In quo exemplo, priore loco (ad) pro versus: posteriore, pro circa accipitur.

Ad, comparationem significat. Cic. Nihil ad tuum equitatum. Id est, præ equitatu. Terent. Eunuch. 2. 3, Estne vt fertur forma? P. sanè. CH. at nihil ad nostram hanc.

Ad, pro Contra. vt, Ad illum mihi pugna est: pro, Contra illum. Cicer. ad Curionem libro 2, Ne ad eam meditere, imparatum te offendam. Virgil. 2. Æneid.

-clypeósque ad tela sinistris
Protecti obiiciunt. Autores Seruius & Priscianus. Cic. pro Roscio Amer. Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est.

Ad annum, pro Intra annum. Cicer. Attic. libro 5. epist. 2, Confirmant ad eam causam etiam Furnium nostrum, quem ad annũ Tribunum plebis videbam fore. *[illegible]*

Ad, Post. Cic. Attic. lib. 12, Aut nescio quid intersit, vtrum illuc nunc veniam, an ad decem annos.

Ad, Propter. Propert. lib. 4. eleg. vlt.

Panditur ad nullas ianua nigra preces. Liu. 1. ab Vrbe, Inde quum actæ boues quædam ad desiderium (vt fit) relictarum mugissent. Hoc est, Præ desiderio, siue propter desiderium.

Ad, Pro. Cic. 5. Verr. Vnum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse quod oportuerit, solutum. Terentius Heaut. 4. 5, Argentum dabitur ei ad nuptias.

Ad memoriam aliquid notare. Cic. 5. Philipp. An illa non grauissimis ignominiis, monimentisq; huius ordinis, ad posteritatis memoriam sunt notanda.

Ad memoriam posteritatis aliquid extare. Cicer. 14. Philipp. Vt extet ad memoriam posteritatis sempiternam.

Ad, Ante, vel coram. Virg. 4. Æneid.

-cunctantem ad limina, primi
Pœnorum expectant. Vbi Seruius, Ad, ante, vel apud. Suet. Ad pedes stare passus. Cic. pro Rosc. Comœdo, Eius testis ad iudicem fidem infirmabit.

Ad. Præter. Terentius And. 1. 3, Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Cicero pro Plancio, Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa maiores suscipio quàm in cæteris, etiam hanc molestiam assumo, quòd, &c.

Ad. pro secundum, similitudinem significat: vt, Ad arbitrium illius, ad nutum, ad hoc exemplum, ad hunc modum. Cic. 1. de Finib. Num desistunt ad arbitrium suum scribere? Idem de Arusp. resp. Bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus iam non erit. Terentius Hecyra 1. 2. Ad hoc exemplum ambarum, mores earum existimans. Sic, Ad hunc modum vti, & ad eum modum. Plautus Aulularia 4. 3. & Menæch. 5.

Ad normam. Cicero in Lælio.

Ad perpendiculum columnas exigere. Cic. 3. Verr.

Ad portionem virium. Plin. lib. 24. cap. 8.

Ad coniecturam alieni sensus, non ad iudicium suum scribere. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7.

Ad meum sensum. Cic. Catoni, lib. 15. 6.

Ad præscriptum omnia agere. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Ad naturam viuere. Seneca, Id est, secundum naturam.

Ad similitudinem. Cic. Fab. Gallo. lib. 7. 24.

Sic dicimus, Pinxit ad exemplar, Id est, secundum exemplar.

Ad rationem loci & temporis. Plin. Iunior, epist. 62.

Ad numerum esse. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8.

Ad, pro eo quod vulgò dicitur, quantum pertinet ad. Cic. 3. Verr. Vidi simul cum populo Romano forum comitiúmque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogitationémque, acerbo & lugubri. Hoc est, quantum ad speciem, quantum ad sensum, &c.

Ad, Circiter. Cic. ad Quint. fratr. Sanè frequentes fuimus ad ducentos. Cicero Lentulo, libro 1. 2, Hæc scripsi ad xvi. Calend. Februarij ante lucem.

Ad, pro versus. Virgil. 1. Æneid.

Ingemit: & duplices tẽdens ad sydera palmas. Pro, cælum versus. Idem 2. Æneid. Ad cælum tendens ardentia lumina. Ter. Phorm. 5. 1, Ad me respice. quod Gallicè dicitur *à*, aut, *vers moy*. Sic dicimus, Ad orientem spectat, Ad meridiem vergit, & similia.

Ad se versum. Sallust. in Iugur. Deinde conuerso equo, animaduertit fugam ad se versum fieri. Ibidem, Vaccenses vbi animaduertere ad se versum exercitum pergere, &c.

Ad, Vsque ad, vel vsque in. Cæsar. 4. bel. Gall. Ad horam nonam in anchoris expectauit. Sic,

Ad hanc diem. Cic. in Catil.

Ad hanc horam. Cic. Philipp. 14.

Ad lucem dormire. Cic. 1. de Diuin.

Ad lucem pugnare. Liu. 3. ab Vrbe.

Ad multum diei, &, Ad multã diem. Liu. 3. bel. Pun. Cic. ad Att. 13, Multus fermè ad multam diem.

Ad multam noctem vigilare. Cic. in somnio Scip.

Ad vesperum. Cic. ad Attic. lib. 7. Ab hora octaua ad vesperum secretò collocuti sumus.

Ad vesperum perpotare. Cic. 2. Philipp.

Ad solis occasum. Plaut. Menæh. 2. 2.

Ad meridiem. Plaut. Mostel. 8.

Ad rauim poscamus prius, quàm quicquam detur. Plaut. Aulul. 10.

Ad meum reditum. Cic. Lent. lib. 1. 9, Vt integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reseruarem. Idem 2. Offic. Rémque integram ad reditum suum iussit esse.

Ad centena numero. Plin. lib. 9. cap. 10, Pariunt oua, auium ouis similia, ad centena numero.

Ad cinerem ambustus. Hoc est, ita ambustus, vt in cinerem redigatur. Plin. lib. 10. cap. 33.

Ad insaniam concupiscere. Cic. ad Attic.

Ad exactam ætatem. Ad vltimam ætatem. Fest.

Ad id locorum. Id est, Adhuc, vel Vsque ad id tempus. Liu. 5. Decad. lib. 3, Nec se ad id locorum scire, propter quam causam Consuli pro hostibus fuerint. Sallust. in Iugurtha, de Mario loquens, Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) Consulatum appetere non audebat.

Ad, sæpenumero vsum quendam rei significat. Plin. lib. 20. cap. 3, Hoc ad albicandam cutem in facie, totóque corpore vtuntur.

In hoc genere loquendi per contra vel aduersus interdum declarari potest, vt in talibus, Ad parotidas, ad tormina, ad scorpiones, & alia eiusmodi multa apud Plin. Cic. 1. de Diuinat. Mirari licet quæ sint animaduersa à medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.

Huius præpositionis vsus frequens est cum gerundij verbis in dum, & modò cum motu: vt Iuit ad lauandum. Modò sine motu, vt Terent. Andr. 1. 1, Nec satis ad obiurgandum causæ. Cic. pro lege Manilia, Hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus. In his præpositione (pro) vulgus abutitur.

Ad viuendum firmus. Plinius libro 16. cap. vltimo, Firmissimæ ergo ad viuendum oleæ, vt quas durare annis ducentis inter authores conueniat.

Ad agnatos & gentiles deducendus. Id est, mente captus. Varro de Re rust. libro 1. cap. 2, Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. 2. de Inuent. Si furiosus est, agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáq; eius potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosis ius adimunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatósque transferunt: quemadmodum legimus lib. 1. Institutionum, titulo De curatoribus.

Ad aliquem conuenire, pro in aliquem competere & quadrare. Cic. pro Sylla, Equidem vehementer lætor, eum esse me, in quem tu, quum cuperes, nullam contumeliam iacere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conueniret.

Ad amussim. Vide AMVSSIS.

Ad aspectum præclarus. Cic. 6. Verr. Nam & situ est cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari præclaro ad aspectum.

Ad assem impendium reddere. Plin. Iunior, epist. 15. lib. 1.

Ad denarium soluere. Vide SOLVO.

Ad nomen respondere, Hoc est, comparere, & prẹstò esse. Dicitur de eo qui in delectu habendo vocatus, respondet, nomenq; suum dat. Liu. lib. 7. ab Vrb. Cond.

Ad nummum subducere. Cic. ad Att. lib. 5, Adsidunt, subducunt ad nummum, conuenit: alij aliter distinguunt. Vide SVBDVCO.

Ad bonitatem proficere. Plin. lib. 33. cap. 3. de auro, Quinimò quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Id est, fit melius ac purius.

Ad cibos auiditas Plinius lib. 20. cap. 16, de cunila, Concoctionem mirè adiuuat, & ad cibos auiditatem.

Ad cibum purus. Plin. lib. 29. cap. 4.

Ad currum leones iungere, vel equos. Plin. lib. 8. cap. 16.

Ad cyathos stare dicuntur pincernæ regibus, quibus cyatho vina ministrant. Sueton. in Cæsa. Sed Cn. Memmius etiã ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse obiecit. Vide CYATHVS.

Ad dextra, Ad læua. Plin. lib. 16. cap. 36, Latera harundini calamóque in rotunditatem bina, super nodos alterno semper inguine, vt alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad læua per vices.

Ad dextram manum, & similia: locutiones sunt peruenustæ, quæ ex subiectis exemplis facilius intelligentur, quàm per alia verba declarari possint.

Ad dexteram, sub. manum. Terent. Heaut. 4. 4, Proximam esse huic fundo ad dexteram?

Ad sinistram. Terent. Adelph. 4. 2, Ad sinistram hàc recta platea.

Ad læuam. Plaut. Mil. 18, Vbi is est? M. ad læuam.

Ad diem simpliciter veteres dicebant, pro eo quod integrè dicitur ad constitutam diem, vel ad dictam diem. Cic. 4. Verr. Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Cæsar. 2. bel. Ciuil. Nulla fuit ciuitas quin ad diem conueniret.

Additur tamen aliquando & adiectiuum. Cic. Cælio, lib. 2. 10, Vel quia belli magni timor impendet: quod videmur effugere, si ad constitutam diem decedemus. Idem Tironi, lib. 16. 12, Tu musis nostris para vt operas reddas: nostra ad diem dictam fient.

Ad digitos venire. Plin. lib. 2. cap. 23, Vt protinus mundi quoque ipsius mensura veniat ad digitos. Id est, supputetur.

Ad extremum, Ad postremum, Ad vltimum, Aduerbia sunt modò ordinis, pro denique vel postremò: modò temporis, pro tandem. Itaque pro loco & sensu accipienda erunt. Sunt autem binæ dictiones, vna tamen pars orationis: qualia sunt In primis, In dies, Ad summam, In summa, & alia huiusmodi. Cicero Att. Illud te ad extremum & oro & hortor.

Ad extremum & Ad vltimũ, nonnunquam binæ sunt orationis partes, hoc est prẹpositio & nomen absolutum, pro Vsque ad extremũ, vsque ad vltimum. Id est, ad finem vsque. Cic. ad Brut. Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Liu. 2. ab Vrbe, Patres ad vltimum dimicationis rati rem venturam. Id est, ad vltimam & periculosissimam dimicationem.

Ad extremum, Id est, In extrema parte. Liu. 3. Decad. lib. 1, Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat.

Ad postremum. Plaut. Aulul. 15, Ibi ad postremum sedit miles.

Ad fidem affirmare. Id est, fideliter & verè. Liu. 1. Decad. libro 3, Difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnauerint ceciderintve, exacto affirmare numero.

Ad gratiam esse dicitur res aliqua. Liu. 4. Decad. lib. 5, In Quintio noua & recentia omnia ad gratiam erant. Hoc est, faciebant vt Quintius gratior esset populo Romano.

Adhoc, & Adhæc, nonnulli dicunt esse ordinis aduerbia, alij pro coniunctionibus accipiunt: & ab aliis coniunctim, ab aliis separatim scribuntur. Sic autem dicuntur quasi præter hoc, præter hæc. Valla lib. 2, (Hoc) compositum cum præpositione (ad) significat præterea: vt apud Sallust. Cognoueram paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus: adhoc sæpè fortunæ violentiam tolerasse, facundia Græcos, scientia belli Gallos ante Romanos fuisse.

Ad hoc, pro Ob id. Paul. in l. debitor. D. de leg. 2. Domini persona ad hoc tantum inspicitur, vt sit cum eo testamenti factio. Gallicè dicimus *A celle fin que*.

Ad teli iactum peruenire. Id est, ad eum locum vnde tela in hostes iaci possint. Q. Curtius libro 3. vbi Ad teli iactum & Extra teli iactum ab ipso opponuntur.

Ad id, pro Ad illud tempus, Vsque eo. Liu. Quũ ad id dubios seruassent animos. Budæus.

Ad infinitum, pro Vsque ad infinitum. Id est infinitè. Plin. lib. 34. cap. 7, Sed hæc ad infinitum effloruit multorum voluminum opere, siquis plura persequi velit: omnia enim quis possit? Dicitur & In infinitum.

Adinstar non dicimus, teste Seruio: quamuis Apuleius verborum artifex, eo licenter vtatur. Vide INSTAR.

Ad irritum cadit spes. Liu. 1. Decad. lib. 2.

Homines ad lecticam, pro lecticariis. Catul.

At certè tamen inquiunt, quòd illic
Natum dicitur, ære comparasti
Ad lecticam homines.

Turnebus (vt id obiter) hunc locũ interpretatur de lecticariis quos habere soliti erant Bithyniæ reges. Cic. in Verr. Nam (vt mos fuit Bithyniæ regibus) lectica octophoro ferebatur, in qua puluillus erat pellucidus melitensi rosa farctus.

Ad libita. Tacit. lib. 12, Arripi coniuges ad libita Cæsarum.

Ad limina custos. Virgilius libro 9. Æneidos. Id est, æditiuus, Seruio interprete.

Ad liquidum explorata veritas. Liu. 4. Decad. 5.

Ad literam. Quintil. lib. 9, Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad literam subieci. Pro quo vulgò dicunt In forma. Erasmus.

Ad manum esse, Est aliquid ita in promptu esse, vt quasi manu teneatur. Liu. ab Vrbe, Adde quòd Romanis ad manũ domi supplemẽtũ esset.

Ad manum habere. Vide MANVS.

Ad manum venire. Liu. 8. bel. Maced.

Ad manus venire, Est etiã ad dimicandũ, siue ad arma venire. Cic. 7. Ver. Nonnunquam etiam ea res ad manus atque ad pugnam veniebat.

Ad morem actionum aliquid persequi. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Ad manum, legimus relatũ ad visum, pro cominus, siue ex propinquo. Vitruuius, Alia enim ad manum species esse videtur, alia in excelso. Plin. lib. 31. cap. 10, vbi de Apelle, Vnum imitari nemo potuit, quòd absoluta opera atramento illinebat ita tenui, vt idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodirétque à puluere & sordibus: ad manum intuenti demum appareret.

Ad manum seruus is dicitur, cuius manu ad literas scribendas princeps aut quiuis alius vtitur: éstque idem qui & A manu, & Amanuensis dicitur. Cicero 2. de Orat. Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum.

Ad matrem pendent pyra. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ad nasum venire. Plin. lib. 15. cap. 28, Vinum dulce sine odore, tenue odoratius. Multóque celerius talia ad nasum veniunt quàm pinguia. Hoc est, nares feriunt.

Ad omnia alia, pro In omnibus aliis. Terent. Adelph. 5. 3,
　Ad omnia alia ætate sapimus rectius.

Ad pedes desilire, Est de equo descendere. Cæsar in Comment. Vide A pedibus in A præpositione.

Ad pilum vlcera reducere. Plin. lib. 22. cap. 22, Iumentorum quoque vlcera ac scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit.

Ad plenum. Hoc est Perfectè. Asconius in Diuinationem Ciceronis.

Ad pyrum, Nomen regionis in qua habitabat Martialis. Frequenter enim arbores nomina regionibus dabant: vt, Ad pinum, quod est apud Senecam: Ad malum punicum, quod est apud Tranquillum, Sipont. & Domit. Calder. Martial. lib. 1. ad Lupercum.

Ad planum reducere cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ad polituram sarcire. Plin. lib. 11. cap. 24.

Ad portionem. Id est, portione, seu pro portione. Plin. lib. 16. cap. 41. & alibi sæpe.

Ad præsens. Plin. lib. 8. cap. 22, Vocémque homini, quem priores contemplantur, adimere ad præsens. Quasi dicat, non in perpetuum, sed duntaxat ad illud præsens tempus. Loquitur de lupis.

Ad præsens, pro Tum, de præterito. Tacit. lib. 13, Plautus ad præsens silentio transmissus est. Idem lib. 16.

Ad quid. Cic. ad Attic. lib. 4, Quid mihi hoc monumentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas?

Ad remum dare aliquem. Tranquil. in Augusto, cap. 16, Viginti seruorum millibus manumissis, & ad remum datis.

Ad Seras aliquid petere. Hoc est, Ex Serum regione. Plinius libro 2. in proœmio.

Ad solarium versari. Cic. pro Quintio, Non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est. Ad solarium versari dicitur, qui spectacula frequenter inuisit. Cæl. Antiq. lect. lib. 28. cap. 10. Turnebus de solario intelligit, quod erat in foro inumbratum, secundum quod conuenire solebant homines animi causa, vt & in alias fori partes, vt è Curgulione cognoscimus. Eius meminit Varro libro 5. de ling. Latin. his verbis, Solarium dictum, id in quo horæ in sole inspiciebantur, quod Cornelius in Basilica Æmilia & Fuluia inumbrauit. Vide plura in dictione SOLARIVM.

Ad summam, & in summa, ordinis aduerbia, pro Denique, siue Postremò, siue Vt breuiter concludam. Cic. lib. 1. Offic. Ad summam, ne agam de singulis.

Ad summum, aduerbium qualitatis, quod ad numerum refertur. Cicero ad Curionem, libro 2, A te verò bis térue ad summum, & eas perbreues accepi. Idem pro Milone, Quatuor, ad summum quinque sunt inuenti.

Ad tempus, duobus modis sumitur: Vno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Cicero pro Milone, quàm ad tempus aptæ simulationes. Idem Dolabellæ, 9. 14, Neque solùm ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. Altero ad spatium temporis: vt, Silebo ad annum, Latebo ad tempus: Id est, vsque ad annum, & vsque ad tempus quoddam, vel in tempus. Huc pertinent, Ad quoddam tempus. Cic. 3. de Nat. deor. Ad punctum temporis. Idem 2. Philip. Ad breue & breuissimum tempus. Idem in Catil.

Ad terga recipere. Plin. lib. 10. cap. 23. de anseribus & oloribus, Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt.

Ad terram dare, Id est, Abiicere. Tranquil. in Augusto, cap. 96, Aquila duos coruos hinc & inde inVestantes afflixit, & ad terram dedit.

Ad tertias decoquere, & similes locutiones. Plin. libro 20. cap. 3, Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias. Id est, vt supersit tantùm pars dimidia. Idem cap. 4, Item ad tertias decocto eorum poto cum vino, enterocelis prosunt.

Ad verbum exprimere, referre, ediscere. Cic. 1. de Finibus, Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Suet. de claris Rhet. Ex quibus non alienum fuerit vnam & alteram, exempli causa, ad verbum referre. Cic. 1. de Orat. Exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quàmplurimis & nostris scriptis & alienis. Sueton. in Augusto, Exempla ad verbum excerpta. Plin. lib. 18. cap. 7, Ad verbum traslata sententia.

Ad vetustatem fidelis. Plin. lib. 13. cap. 6, de terebintho, Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem.

Ad vicem. Aurelius Arcad. D. de offic. præfect. Prætor. Ad vicem magistri equitum præfectos Prætorio antiquitus esse institutos, à quibusdam scriptoribus traditum est.

Ad vinum disertus. Id est, Inter conuiuium, Inter poculum, Iuxta vinum. Cic. pro Cælio, Quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint: alia fori vis est, alia triclinij. In eos dicitur, qui ad ferias causas agendas inepti, multa garriunt inter pocula, vbi nihil opus. Allusit Cicero ad morem priscum, quo causæ ad mensuram aquæ agebantur. Ea diuidebatur in tres partes: vna infundebatur actori, altera reo, tertia iudici. At qui ad vinum diserti sunt, ad aquam ferè muti sunt.

Ad vinum transire. Plin. lib. 20. cap. 5, Esse tamen vtile conualescentibus ad vinum transeuntibus.

Ad viuum resecare. Columel. lib. 6. cap. 12, Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur, & ita emittitur. Cic. lib. de Amicit. vsus est pro eo quod est rem exactius & accuratius examinare & excutere. Sumpta metaphora à tonsoribus capillos aut vngues resecantibus. Nam ij sæpenumero molesti sunt, dum nimium diligentes esse student.

Ad vltimum, pro Ad finem vsque. Liu. 5. Decad. lib. 5, Pietatem, constantiámque laudaturos, si fidem ad vltimum fratri præstitissent.

Ad vnguem. Id est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. A marmorariis sumpta metaphora, qui superinducto vngui commissuras explorant marmorum. Colum. lib. 11. cap. 2, Ab vno fabro dolari ad vnguem per quadra debet. Horatius,
　Cocceius ad vnguem　Factus homo.

Ad vnguem castigare. Horat. in Art. poet.

Ad voluntatem loqui. Vide LOQVOR.

Ad vnum, Nullo excepto, ait Seruius. Cicero de Amicitia, De amicitia verò omnes ad vnum idem sentiunt. Lentulus ad Ciceronem, libro 12. 14, Onerariæ omnes ad vnam à nobis sunt exceptæ. Virgilius 5. Æneidos,
　Iuppiter omnipotens, si non exosus ad vnum　Troianos.

Ad votum, & Ex sententia, eodem ferè significationis veniunt. Quintil. Habésne vxorem ex animi tui sententia? Et alibi, Et ad omne votum fluente fortuna lasciuit otium.

Interdum subauditur aliquid, vnde pendeat ipsum Ad, cum suo accusatiuo. Terent. Andr. 3. 2,
　Quæ assolent quæque oportet
　Signa ad salutem esse. Vbi Donatus, Deest, inquit (hærentia) aut (pertinentia.) Sic in Heaut. 1. 2,
　Atque hæc sunt ad virtutem omnia. Ergo absolutè dixit, vt desit aliquid tale. Vnde & nos dicimus, Quid ad rem? &, Quid ad me? Hæc Donatus. Ex cuius sententia satis apparet neque (esse) in priore exemplo: neque (sunt) in posteriore legi debere.

Ad, interdum postponitur accusatiuo. Tacit. lib. 12, seu delecto die augendam ad inuidiam. Sic alibi sæpè, sed ferè inter adiectiuum & substantiuum.

Sunt & alia significata, sed quæ facilius ex ipsis intelligentur exemplis, quam interpretatione per alia verba, qualia sunt in illis, Canis ad lyram, Studet ad lucernam, Ad sonum mergere se solent: pro eo quod est, Audito sono. Et in illo Horatij,
　Ad strepitum citharæ cessantum ducere curam. Et Ouidius,
　ad tua verba riguit. Et Virgil. 1. Ecloga,
　canet frondator ad auras. Item, ad tibicinem immolare, Cic. pro lege Agraria. Id est, canente tibicine. Et, Ad eum nuntium, pro, Audito eo nuntio. Liu. 2. ab Vrb.

Ad præpositio, apud antiquos integra in compositione seruabatur: vt, Adficio, adseruo, adfirmo, adcurro, adquiro. Terent. Andr. 3. 3,
　Quæ incœpta à paruis, cum ætate adcreuit simul. Vbi Donatus, Adcreuit, vt suprà adcuratè. Ad enim præpositione vtitur familiariter.

A D A

ADA, Adæ, filia fuit Hecatomni Cariæ regis, eadémque Artemisiæ & Mausoli soror, Idryei fratris sui vxor: quæ à Pixodoro fratre post viri mortem expulsa regno, tandem opera magni Alexandri restituta est. Author Strabo, lib. 14.

Adactio, Adactus, Vide ADIGO.

ADAD {Ἀδαδ} hinc Adadus, deus est quem Assyrij summum habent, ac maximum venerantur. Significat hæc vox non aliud ferè, quàm vnum. Adiiciunt & deam nomine Adargatin, siue ea sit etiam Atergatis, de qua suo loco. Omnia horum duorum numinum potestati subiecta opinantur, solem interpretati, terrámque. Argumento esse, quod Adad simulachrû insigne radiis cernatur proclinatis, tanquam illi fiat virtutis cælestis in terram vehiculum. terræ autem seu Adargatis imagunculæ diuerso fiebant schematismo, in sublime radiis surrectis, quòd cælesti afflatu progerminent cuncta, de terreno velut fermento. Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 34. Et Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 23. Meminit Plin. lib. 27. cap. 11.

ADADATA {Ἀδάδατα} ciuitas Pisidarû, ad Taurum mõtem. Strab. lib. 12.

ADAE, Adarum, oppidum Asiæ Strab. lib. 13.

ADAEI, Arabes Ægypto finitimi, vt scribit Ptolemæus.

Adæquo, adæquas, pen. prod. {ἰσόω, ἀπισόω, ἰσοφαρίζω} adæquare. Idem propriè quod æquare, hoc est complanare. Liu. 1. ab Vrb. Romanus passim publica, priuatáque omnia tecta adæquat solo.

Adæquare altitudinem, cursum, &c. similiter pro æquare, sed metaphoricè. Cæsar 5. bel. Gal. Qui vectoriis, grauibúsque nauigiis, non intermisso nauigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt. Id est, currendi celeritate pares illis fuerût. Deorum vitam adæquare. Cic. de Vniuersitate. Id est, ad deorum immortalitatem peruenire. Idem ad Q. frat. lib. 2. 10, Senatorum vrna copiosè absoluit, equitum adæquauit. Id est, par vtrinque numerus fuit, absoluentium scilicet & damnantium. Budæus.

Adæquare cum virtute fortunam. Cic. pro Archia, Quid noster hic magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit? Hoc est, æquè fuit fortunatus, ac virtute præditus.

Adæquare memoriam nominis nostri cum omni posteritate. Cic. pro Archia, Inidet quædam in optimo quoque virtus, quę noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam cõmemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.

Adæquare aliquem sibi. Tacit. lib. 12.

Adæquè, pro Æquè {ἐπίσης} aduerbium quantitatis, Idem quod æquè. Id est tam, siue tantum. Plaut. Casina,
　Nunquam ecastor vllo die risi adæquè.　Liu. 1. Decad. lib. 4.

Adæro, adæras, pen. prod. {ἐκτιμάω} adærare. Budæus, Adærare, est ære æstimare: hoc est, ad æris pretium redigere. Imperatores in l. 12. C. de erog. mil. Septem diebus per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia solenniter stellaturæ nomine species consequuntur: species resistentes non aliter adærentur, nisi vt in foro rerum venalium distrahuntur. Sensus est, Species quæ militibus stellaturæ causa penduntur à prouincialibus, si pecunia æstimentur, æstimari tanti debere, quãtum est fori pretium. Species autem resistentes intelligo, restantes quæ reliquamenti causa debentur: Id est, quæ ex præterito debentur.

Adærata prædia, in l. 1. C. de collat. donat. dicuntur, ex quibus æs certum præstabatur. Hotoman.

Adæratio, adærationis, verbale. in l. Militaris. C. de militari veste. lib. 12. & l. repetita. C. de erog. mil. nihil aliud est quàm æstimatio ad æris pretium. Hotoman.

Adæstuo, adæstuas, adæstuaui {ἐπικυμαίνω} adæstuare, Valde æstuare. Stat. libro 5. Thebaid.

-squammisque incisus adæstuat amnis.

Adaggero, adaggeras, penult. corr. {ἐπισωρεύω} adaggerare, Accumulare. Cato de Re rust. cap. 94, Cùm ver appetit, terram adaggerato benè. Plin. lib. 36. cap. 12. Cōpositum est ex Ad, & Aggero, quod ab agger aggeris deriuatur.

Adagium, adagij, & apud antiquos, adagio, adagionis {παροιμία} significat prouerbium. Varro libro 6. de ling. Lat. Apud Valerium Soranum vetus adagio est. Adagio est, litera commutata, Abagio: dicta ab eo quòd ambit orationem, neque in aliqua vna re consistit sola. Festus, Adagia, ad agendum apta. Donatus in Eunuchum, Et dicta & prouerbia, & adagiones, quòd rem agant, facetis hominibus adscribuntur. Plaut. Amphit. 15,

-vetus est adagium, Fames & mora
Bilem in nasum conciunt.

Ad aliquid {πρός τι.} Quintil. lib. 1. cap. 10, Illi autē idem cùm interrogantur cur aper apri & pater patris faciat. Illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt.

Adalligo, adalligas, pen. corr. {προσδέω} adalligare, Idem quod alligare. Hoc est, ad aliquid ligare. Plin. lib. 27. cap. 10, Quos pyxide conditos adalligari cum pane, brachio, &c.

Adalligatus, pen. prod. participium. Plin. lib. 17. cap. 23, Adalligato protenduntur in viduam arborem vnco.

ADAM {ἀδὰμ} primus homo, Hebraica lingua, sicut 1. lib. Iosephus scribit, Idem est quod ruber, quoniam è rubra terra factus est Adam.

ADAMANTII, cognomen olim tributum est Didymo grammatico, ob indefatigabilem scribendi instantiam. Ab hoc translatum est in Origenem. Erasmus in Hieron.

Adamantis, adamantidis, penul. cor. {ἀδαμαντίς} herba quædam esse traditur à Magis, Armeniæ, Cappadociæque alumna, qua admota Leones resupinari ferūtur hiatu laxo. Nominis rationem iidem hanc tradunt, quòd conteri nequeat, quemadmodum nec adamas. Plinius lib. 24 cap. 17.

Adamas, pen. corr. adamantis, masc. gen. {ἀδάμας} Est lapis durissimus. ab α particula priuatiua, & verbo δαμάζω, Id est, domo, quasi indomitus. Virgil. 6. Æneid.

-solidóque adamante columnæ,
Vis vt nulla virûm, non ipsi excindere ferro
Cœlicolæ valeant. Plin. lib. 37. cap. 4, Genera adamantis sex noscuntur. Vnde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Item paulo pòst, Siquidem illa inuicta vis, duarum violentissimæ naturæ rerum, ferri ignisque cōtemptrix, hircino rumpitur sanguine, nec aliter quàm recenti, calidóque macerata.

Adamas, species est ferri, vt nonnulli Hesiodi astruūt interpretes. Galli vocant *Esmeril*. Eo perpoliuntur gemmæ. Est & lapis, insita densitate ignibus ac ferro inuictus, quamuis plumbo & leonis atque hirci sanguine molliatur. Cæl. Antiq. lect. lib. 19. cap. 10.

Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in proœm.

Durus. Ouid. Amor. lib. 3. eleg. 6,

Illa graues potuit quercus, adamantáque durum,
Surdáque blanditiis saxa mouere suis.

Non exoratus. Propert. lib. 4.

Inuictus. Ouid. lib. 4. de Ponto. 12.

Perennis. Ouid. 15. Metamorph.

Solidus. Virg. lib. 6. Æneid.

Textus. Seneca in Hercul. fur. 9. Id est, adamantina catena.

Adamanta mouere lacrymis. Ouid. de Arte aman. lib. 1.

Adamanta superare duritia. Ouid. epist. 2.

Ex adamante securis facta. Ouid. 3. Fast.

Adamas supernas. Reperitur in quadam Augusti in Mœcenatis affectationem illusione, vbi inquit, Vale mel gētium, metuelle, ebur ex Hetruria, laser Aretinum, adamas supernas, &c. Est autem adamas supernas, adamas Hetruriæ: & si non tam supernates Hetruriæ sunt quàm infernates. Turneb.

Adamantæus, adiectiuum {ἀδαμάντειος} Quod ex adamante factum est, vel quod durissimum est Ouid. 7. Metam.

Adamantinus, aliud adiectiuum, pen. corr. {ἀδαμάντινος} propriè dicitur quod est ex adamante factum, vel ad adamantem pertinet: vt, Adamantina duritia. Plin. lib. 37. cap. 11.

Adamantinum per metaphoram vocamus, quicquid durissimum aut inuictum atque inexpugnabile indicare volumus: propter ea quòd incredibilis est ipsius adamantis durities.

Adamantini claui. Horat. 3. Carm. 24.

Iuga. Propert. lib. 3. eleg. 11.

Saxa. Lucret. lib. 2.

Tunica. Horat. 1. Carm. 6.

ADAMASTOR, Adamastoris, pen. corr. {ἀδαμάστωρ} nomen gigantis ingenti statua, & immani membratura conspiciēdi: qui apud Claudianum in Gigantomachia, Damastor nuncupatur.

ADAMASTVS {ἀδάμαστος} nomen viri proprium apud Virgilium lib. 3. Æneid.

ADAMIANI, hæretici sic dicti, quòd nuditatem quam Adam in paradiso habuit ante peccatum, imitarentur, & ita semper mares & fœminæ nudi obambularent, nudi lectiones audirent, nudi orarent, nudi celebrarent sacramenta. Hi suam ecclesiam, hoc est, suam congregationem appellabant Paradisum. A nonnullis etiam Adamitæ vocantur.

Adamo, adamas, pen. corr. {ὑπεραγαπάω} adamare, Vehementer amare, & quasi cupere. Cic. 3. de Orat. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat. Et alibi sæpe. Ouid. Trist. lib. 3. eleg 4.

Adamare, Amatoriè amare, vt ait Valla. Quint. in Infami in matrem, Me quidem marite siquis interroget, omnes matres liberos suos tanquam adamauerint, amant.

Adamare, pro Concupiscere, exoptare. Cicero in Verrem, Cùm signa quædam pulcherrima atque antiquissima Thermis in publico posita vidisset, adamauit.

Adamatrix, Quæ amat. Plaut.

Adamussim, aduerbium, Examinatè, ad regulam, vel coagmentum. Varro, Quare si id ingens est, adamussim, per me licet assumas, teneo. Nonius. Vide AMVSSIS.

ADANA, neut. gen. vrbs Ciliciæ Ptolemæo, vulgò Adena {ἄδανα.} Hanc incoluere Adanus & Sarus, cum Tarsensibus bellum gerentes, ac potiti in ea regione, alter Adanam ciuitatem, alter Sarum flumen vicinum, quod prius Cœranum vocabatur, de suis nominibus appellauerunt. Volaterranus ex Stephano. Meminit & Plinius libro 5. cap. 27.

ADANI, Adanorum, duæ vrbes in Arabia felici, vt scribit Ptolemæus.

Adaperio, adaperis, penult. corr. adaperui, adapertum {ἀνοίγνυμι} adaperire, Ex Ad, & Aperio, ex pario compositum, significat idem quod aperire siue patefacere. Liu. 5. bel. Pun. Qui improuiso adorti semiplenas stationes, & adapertas fores portæ. Plin. lib. 2. cap. 47, Vnde nubes discussæ adaperuere cælum.

Adaperire caput. Vide CAPVT.

Adaperire, Resoluere. Plinius libro 32. capite 95, Horum ius traditur aluum & vesicas exinanire, interanea distringere, omnia adaperire.

Adapertus, a, um {ἀναπεπταμένος} Idem quod apertus, vel semiapertus. Ouid. 1. Amor. eleg. 5,

Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestræ.

Adapertæ vites. Columel. lib. 5. cap. 5, Adapertas vites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere conuenit.

Adapertilis, adiectiuum, pen. corr. {εὐανοικτος} Quod est apertum, vel apertu facile. Ouid. de Trist. lib. 3. eleg. 11,

Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri.

Adaquo, adaquas, penult. corr. {ποτίζω} adaquare, Est aquæ potione reficere: vt equos, boues, greges, armenta. Sueton. in Galba, cap. 7, vt ad lacum vbi adaquari solebat, duceretur, &c.

Adaquare, pro Irrigare, per metaphoram. Plin. lib. 17. cap. 10, Denis diebus adaquari. De arborum satione loquitur.

Adarca, adarcæ {ἀδάρκη} Salsilago quædam est, seu spuma salsuginosa, concreta & velut gelata, in humidis & palustribus locis per siccitates paludum prouenìens in Cappadocia, atque ipsis harundinibus & herbis adhærescens. Galenus, Dioscorides, & alij. Vocatur etiam Adarces, Adarcion, Adarcos, & Calamochnus: id est, calami seu harundinis lanugo. Sunt qui adspirent, Adarcha scribentes.

Adarco, adares, pen. prod. adarui {ξηραίνομαι} adarere, Verbum rarissimè lectum, idem quod arere, siue exarere. Cato de Re rustica, capite 98, Amurca decoquito ad dimidium, & ea vnguito fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos. Vbi ea adaruerit, vestimenta condito.

Adasia, Ouis vetula recentis partus. Festus.

Adaxo {βιάζομαι} scripsere veteres pro Adigo. Plaut. Vtinam diui adaxint ad suspendium. Festus legit adaxint.

Adasus, Tunica quæ ab humeris non erat consuta. Sipont.

Adaugeo, adauges, adauxi, adauctum {ἐπαύξω} adaugere, Idem quod simplex augere. Cicero libro 2. de Inuent. Per quem facti vtilitas aut honestas adaugetur.

Cumulare & adaugere. Cic. pro Rosc Amer. Hæc aliis nefariis cumulant atque adaugent.

Adaucto, adauctas {ἐπαυξάνω} adauctare, frequentatiuum, Idem quod augere. Accius Æneadis, Quibus rem summam & patriam nostram quondam adauctauit pater. Ex Nonio.

Adaugesco, adaugescis, adaugescere {ἐπαυξάνω} Augeri, Crescere. Lucretius libro 2,

Nam neque adaugescit quicquam, nec deperit inde. Cicero libro 1. de Oratore,

Aut densus stridor quum celso è vertice montis
Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

Adauctus, participium {ἐπαυξηθείς} Vide ADAVGEO.

Adauctus, huius adauctus, m. g. {ἐπαύξησις} Lucret. lib. 2,

Nam quæcunque vides hilari grandescere adauctu. Id est, incremento.

A D B

Adbibo, adbibis, adbibi, pen. corr. adbibitum, pen. corr. {ἐπιπίνω} adbibere, Verbum rarius, idem quod simplex bibere. Terent. Heaut. 2. 1,

Is mihi vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora!

Adbibere, interdum significat multum bibere, propter Ad, quæ est augendi particula. Plaut. Sticho, 6, Euge, quando adbibero, alludiabo.

Adbibere, pro Imbibere, per metaphoram. Horat. 1. Epist. 2,

-nunc adbibe puro Pectore verba puer.

A D C

Adcensi, pro accensi, veteres scribebant, quasi ad censum adiecti. Vide ACCENSI.

Adcido, adcidis, Compositum ex Ad, & Cado: idem quod Cado. Ennius apud Varron. lib. 6. de ling. Latin. Vtinam ne in nemore Pelio securibus cæsa adcidisset abiegna ad terram trabes. Obsoletum.

Adcorporo, adcorporas, penult. corr. Solin. cap. 50, & carinis ita tenaciter adcorporatur, vt nisi abrasa parte ligni, ægrè separetur.

Adcredo, adcredis, penult. prod. adcredidi, pen. corr. {προσπιστεύω} adcredere. Lucret. libro 3,

-tum motus materiai
Multimodi quàm sint, facilè hoc adcredere possis. Id est, credere.

Adcresco, adcrescis, adcreui, penult. prod. {ἐπαυξάνομαι} adcrescere. Horat. in Arte poet.

Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus,
Pes citus, vnde etiam trimetris adcrescere iussit
Nomen Iambis. Id est, addi, vel dari.

A D D

Addax, addacis {στρέψικερως} Strepsiceroti, quem Addacem Aphrica appellat,

appellat, Græci à contortis cornibus indidere nomen. Plinius libro 11.cap.37.

Addecet, pen.corr. {[illegible]} addecebat, addecuit, impersonale: poeticum est verbum, idem quod decet. Plaut. Amph. 12,

Eius studio seruire addecet. Idem Casina, 15.

Addecimo, addecimas, penult.corr. {[illegible]} addecimare, Decimam partem detrahere. Verbum in sacris vsurpatum: vt 1. Regum 8, Sed & segetes vestras, & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Hoc est, decimam partem eorum accipiet.

Addensco, addenses, addensui {[illegible]} addensere, Ex Ad, & Denseo, teste Seruio: Densum facere, stipare, siue constipare. Virgilius 10. Æneid. Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Addenso, addensas, addensare, Idem quod addenseo, pro spissare, id est, spissum facere. Plin. libro 20. cap. 21, Mirum, aquam radice ea addita, addensari sub dio, atque lactescere.

Addephagia {[illegible]} Inexplebilis edendi auiditas. Hæc apud Siculos pro dea colebatur, vbi etiam templum habebat sibi peculiariter dedicatum. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 11.

Addico, addicis, penult. prod. addixi, addictum {[illegible]} addicere, Est licitanti rem auferendam permittere. *Deliurer au plus offrant*. Cicero pro A. Cæc. Ebutio negotium datur. adest ad tabulam. licetur Ebutius. deterrētur emptores, multi partim gratia Cesenniæ, partim etiam pretio. Fundus addicitur Ebutio. Ex Budæo.

Addicere & tradere. Cicero pro domo sua, Hominem inuenire ista labes tum, cùm omnia tenebat, neminem potuit, cui ædes meas addiceret, cui traderet.

Bona alicuius nummo sestertio addicere alteri. Cicero pro Rabir. Tua bona Posthume nummo sestertio à me addicuntur?

Nummo vno addicere, Vide DICIS causa.

Addicere & vendere. Cicero 5. Verrina, Iam addictis & venditis decumis.

Vendere & addicere sententiam. Cicero 2. Philippica, Cùm te neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu mouendo, neque frequens senatus agendo de vendita atque addicta sententia mouere potuit. Id est, mancipata venditáque Cæsari.

Addicere. Auctionem facere. Hoc est, bona sua proscribere, & licitantibus obiicere. Quintil. in Ægro redempto. Suetonius in Cæsare, capite 50, Bello ciuili super alias donationes, amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo addixit. Quo in loco (nummo) rectè quidam legunt.

Addictam pretio habere fidem. Cic. 4. Verr. Pro, obnoxiam quasi venalem habere fidem & religionem.

Addicere suos amores. Ouid. 1. Metam.

Fundum triginta aureis. Iulian. in l. qui fundum. §. Procurator. D. Pro emptore.

Sanguinem alicuius. Cic. in Pisonem. Sic addicere aliquem supplicio, apud eundem, antequam iret in exilium.

Addicta vita alicuius, & proposita præmiis. Cic. pro Milone.

Addicere bona in publicum, Publicare. Cæs. 2 bel. Ciuil.

Addicere, propriè est idem dicere, & approbare dicendo. Aliàs addicere, damnare est. Author Festus. vt, Addicere morti, pro destinare ac deuouere. Cic. 3. Offic. Cùm is qui morti addictus esset, paucos dies commendandorum suorum gratia postulasset.

Addicere, in augurali disciplina aues dicuntur, Id est, approbare facienda. Liu. 7. bel. Pun. Fabio auspicanti prius quàm egrederetur ab Tarento, aues semel atque iterum non addixerunt. Eius contrarium Abdicere.

Addicere dementem & furiosum rationibus necessariis, Id est, dementes & furiosos, eorúmque familiam agnatis gentilibúsque addicere. Cicero in Paradoxis, Ego verò te non stultum, vt sæpe, non improbum, vt semper, sed dementem & insanum rationibus addicam necessariis.

Addicere se alicui homini, siue cuipiam rei {[illegible]} pro mancipare se alicui & planè deuouere & dedere. Nonius, Addictum, inquit, est quasi deuotum vel obnoxium. Cic. in Sallust. Non enim vni priuatim ancillatus sum, neque me addixi.

Addicere sese alicui certo. Cic. lib. 2. de Inuent.

Corpus suum turpissimæ cupiditati. Ad Heren. lib. 4.

Pueritiam suam omni intemperantiæ. Ad Heren. lib. 4.

Se senatui. Cic. pro Plancio.

Addicere se & consecrare certis sententiis. Cic. 2. Tuscul.

Addicere quempiam pro debito {[illegible]} De hoc significatu sic ait Valla libro quinto, Addicti apud veteres dicebantur, qui Prætoris pronuntiatione ac iussu, cùm soluendo non essent, creditoribus in temporariam seruitutem addicebantur. Est enim vnum ex tribus verbis Prætoris, Do, Dico, Addico. Plaut. Pœnulo, 3,

-vbi in ius veneris, Addicet Prætor familiam totam tibi.

Cicero pro Flacco, Iste cùm iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.

Addicere aliquē liberum. Vide Vindicare, Liberare, In libertatem asserere, in VINDEX.

Addici dicebatur iudex, arbitérve, qui ex formula à Prætore dabatur, vel ex conuentione litigatorum sumebatur. l. 39. l. 46. & l. 80. D. de iudic. Et ita addictus actioni arbitrariæ iudex. in l. 3. in fine. D. quòd cert. loc.

Addicere litem, in 12. tabulis pro secundum aliquem iudicare. Gellius libro decimoseptimo, capite secundo, Post meridiem præsenti, litem addicito. Hotoman.

Addicti quid à seruis differant, his verbis explicat Quintilianus libro 7. capite 4, Addictus, quem lex seruire donec soluerit, iubet. Seruus cùm manumittitur, fit libertinus: Addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus, inuito domino libertatem non consequitur: Addictus soluendo, citra voluntatem domini consequetur. In summa, Addicti dicuntur, qui quum soluendo non sunt, à magistratibus adducuntur creditori in seruitutem, tantisper videlicet, dum seruiendo æs alienum rependerint. Hi ergo tametsi interim seruiunt, non tamen sunt serui: quoniam serui si manumittantur, posteà dominorum liberti fiunt: sed addicti etiam seruitutis onere liberati, deinceps pro libertis non habentur.

Addicere in seruitutem. Liu. 3. ab V.C.

Addictum sub sua iura trahere Propert. lib. 3. eleg. 11.

Habere aliquem addictum, deditum, obstrictum. Cic. pro Cælio.

Addictus auibus & canibus: Id est, expositus, & velut damnatus atque deuotus. Horat. Epod. 17,

Luxêre matres Iliæ addictum feris
Alitibus, atque canibus homicidam Hectorem.

Vastitati. Cic. Attic. lib. 9. Quasi iam destinata ac damnata, vt in vastitatem redigantur. Hoc est, vastentur.

Addicere aliquem ad iusiurandum, Velut adigere & cogere. Sallust. in Catil. Cùm ad iusiurandum populares sceleris sui conscios addiceret. Fortasse legendum adigeret.

Addicere opus aliquod, pro locare faciendum. Cic. 3. Verr. Addicitur id opus HS DLX millibus.

Addictus {[illegible]} participium, siue nomen ex participio. Horatius 1. epistola 1,

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Addictus, Nomen Plautinæ comœdiæ ab eo in pistrino scriptæ. Author Varro apud Gellium lib. 3. cap. 3.

Addictè, aduerbium {[illegible]} vt, Addictius regnari. Tacitus de moribus Germanorum, Trans Lygios Gothones regnantur, paulò iam addictius quàm cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem. Hoc est, suum habent imperium, suam ditionem, & principes Romanis addictiores quàm, &c.

Addictio, addictionis, verbale {[illegible]} Cic. 2. Verr. 7, Simul in iure dicendo bonorum possessionumque cōtra omnium instituta addictio & condonatio.

Addisco, addiscis, addidici, pen.corr. {[illegible]} addiscere, Quasi aliquid addere ad ea quæ didiceris. Cic. de Senect. Quid, quod etiam addiscunt aliquid? vt Solonem in versibus gloriantem vidimus, qui se quotidie aliquid addiscentem, senem fieri dicit.

Addiscere, simpliciter pro discere. Cic. 3. de Orat. Atque velocius puer addidicerat.

Addiscere aliquid noui. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 5.

Addiscere tubas, id est, cantum tubarum. Stat. 3. Syl. 1.

Addiuino, addiuinas, penult. prod. {[illegible]} addiuinare, Idem quod simplex diuinare. Plin. lib. 35. cap. 10, Vt Appion Grammaticus scriptum reliquerit, quēdam ex facie hominum addiuinantem (quos metoposcopos vocant) ex iis dixisse aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.

Addo, addas {[illegible]} addare, pen. corr. Obsoletum verbum pro dare vel addere. Plaut. Trucul. 19,

Tuo arbitratu quod iubebis, addabitur.

Addo, addis, addidi, pen. corr. additum, pen. cor. {[illegible]} addere, Ex Ad, & Do, das, Adiicere, adiungere, teste Seruio. Et præter accusatiuum, propriè datiuo iungitur. Virgil. 9. Æneid.

Et verbis hæc insuper addit. Terent. Phorm. 1. 1.
Vt semper aliquid addant ditioribus.

Addere ad, vel in. Cic. libro 1. Offic. Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? Idem ad Attic. libro 1. 8 9, In illam orationem Metellinam addidi quædam. In his ponitur accusatiuus cum præpositione, pro datiuo.

Addere ex abundanti. Quintil. lib. 4 cap. 5.

Additur in caua dentium. Plin. lib. 29. cap. 8.

Addere in coronas. Plin. lib. 21. cap. 4.

Addere in potu vnguentum. Plin. lib. 13. cap. 3.

In nares. Plin. lib. 25. cap. 11, Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita.

Addere in ouum inane. Plin. lib. 20. cap. 22.

Additur in potionem. Plin. lib. 20. cap. 23.

Addere atque afferre de suo. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 3, Sed aliquid atque adeò multa addunt afferúntque de suo. Idem de Arusp. responsis, Nihil addo de meo.

Addit hoc, id est, hoc dicit præterea. Terent. Eunuch. 1. 2.

Adde huc, siue huc adde: modus connectendi sententias: pro quo etiam dicitur, Huc accedit quòd. & vtrunque loquendi genus ponitur velut pro aduerbio ordinis. Liu. 7. ab Vrb. Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas,

Adde quod, eandem vim habet. Ouidius,

Adde quod insidiæ sacris à vatibus absunt.

Addo etiam. Cic. libro 1. Offic. Harum rerum duarum splendor omnis & amplitudo, addo etiam vtilitatem, in posteriore.

Addere historiæ maiorem sonum vocis. Cicero libro 2. de Oratore, Paululum se erexit, & addidit historiæ maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater: cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores.

Addere & Demere, contraria. Cic. Acad. lib. 4, Cùm aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.

Addere & Detrahere, contraria. Cic. 2. de Oratore, Equidem sic iudicare soleo, quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris, vitiosius & deterius futurum.

Addere & Deducere, contraria. Cic. 1. Offic. Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo deducendóque videre quæ reliqui summa fiat.

Alacritatem scribendi alicui. Cic. Attic. lib. 15.

Animum, pro Augere. Cic. Attic. lib. 7, Quos tu laudando animos addidisti.

Annos duos addiderat ad duo lustra: Id est, natus erat annos duodecim. Ouid. 4. Fast.

Aquam flammæ. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Ardorem mentibus. Virgil. 9. Æneid.

Nisus ait: Dine hunc ardorem mentibus addunt Euryale?

Calcar alicui, Stimulare & instigare. Horat.1.epist.1.
Cornua pauperi: id est, superbiam, petulantiam, violentiam. Horat.3. Carm. 21, amphoram vini alloquens. Simile est illud Ouid. libro 1, de Arte amandi, 48.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit. Proinde ait Festus, homines nimio vino truces fieri, & ideo Liberi patris simulachro cornua addi.
Astris aliquem: id est, in diuos referre, cælo adscribere. Ouid.lib.4.de Ponto, eleg.8.
Cognomen, pro cognominare. Liu.4.ab Vrb. Virgil.1.Æneid.
At puer Ascanius cui nunc cognomen Iulo Additur.
Addere, vel ponere ad compendium. Plaut. Casina, 11.
Cumulum commendationis. Cic.ad Cæsarem lib.13 16, Si ad id quod ipsorum causa vis, addideris cumulum commendationis meæ.
Custodem vel comitem, pro Dare. Plaut. milit.9,
Cui me custodem herus addidit miles meus. Virgil.9.Æneid.
Tum comitem Ascanio pater addidit.
Dies paucos sibi addere ad dictaturam gerendam. Cic.3.Offic.
Addere dono, Quasi insuper dare. Plaut. Epid.10.
Exemplis melioribus se addere. Hoc est, exempla meliora sequi. Claud. 4. Panegyr.12.
Facta pollicitis, Id est, facere seu implere quod promiseris. Ouid. libro 2. Amorum, eleg.16.
Fidem, pro Confirmare. Plin. Iunior, epist.148.
Fidem pollicitam dictis. Ouid.3.Fastor.
Fiduciam alicui. Tacit. lib. 17.
Finem alicui rei, pro Imponere. Claud.7.Panegyr.
Fræna equis. Virg.5.Æneid.
Iungit equos curru genitor, spumantiáque addit Fræna.
Fuga se addidit horum mentibus. Val.Flac.Argon.6.
Gradum, pro Accelerare gradum. Plin. Iunior, epist.106.
Laborem alicui rei. Tacit.lib.10.
Lucrum emptori. Cic.5.Verr.
Manus in vincula. Ouid.lib.1.Amor.eleg.7. Id est, conijcere.
Addere in spatia. Virgil.1.Georg.
Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt in spatia: & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Id est, currendo plus eorum cursus augetur. Seruius.
Naturam, pro Dare. Virg.4.Georg.
Nunc age, naturas apibus, quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam.
Nomen alicui. Claud.5.Panegyr.
Operam, pro Dare operam. Plaut. Pœn. 14, Vt ego hanc familiam interire cupio. M. adde operam si cupis. Idem Persa, Optata vt conueniant, operam addito.
Partes illæsas vitiatis. Ouid.2.Metam.
Pœnam. Ouid 3.Metam.
Scelus addere in scelus. Ouid.8 Metam.
In scelus addendum scelus est, in funera funus.
Spem & metum alicui. Tacit.lib.17.
Stimulos in prælia menti. Lucan.lib.1.
Addere vitium pudicitię dicitur is qui alienam pudicitiam violat, quod etiam offerre vitium dicimus. Plaut. Amph 8,
Pudicitiæ huius vitium me hic absente est additum.
Vocabulum aliquod filio addere. Claud. in laudibus Serenæ reginæ, epigram.22.
Virtutem. Sallust. Compertum habeo, milites, verba virtutem non addere.
Addere, pro Dare, vel potius Abundè & copiosè dare. Tibullus sic incipit elegiam 2. lib.1,
Adde merum, vinóque nouos compesce dolores,
Occupet vt fessi lumina victa sopor.
Addidit multum reipub. pro multum profuit, siue contulit. Hoc est, remp. auxit, adiuuit. Sallust. Iugurth. Quorum maiores Punico atque aliis bellis multum reip. addiderant.
Additus, pen.corr. {προστεθειμένος} Participium, Adiectus, adiunctus.
Addita ætate, quasi aucta & adulta. Plin. lib.11.cap.48.
Additus, pro Inimico. Virg.5.Æneid. -nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit. Vbi Seruius, Addita, Inimica. Est autem verbum Lucilij & antiquorum, vt Plautus, Additus Ioui Argus. Macrobius lib.6.Saturn.cap.4. Addita, hoc est affixa, & per hoc infesta Iuno & inimica. Hoc iam dixerat Lucilius in lib.14.his versibus,
Si mihi non Prætor siet additus, atque agitet me,
Non malè sic ille, vt dico, me extenderat vnus.
Additus est vnus annus tuo labori. Cic.ad Q.frat.1.1.
Additus in cauis dentium. Plin.lib.23.cap.7.11, Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest, aut in cauis eorum additus.
Additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus legatus. Tacit. libro 20.
Calor vix additus est omnibus. Hoc est, vehemẽs eundi voluntas. Val. Flac. Argonaut.1.
Addito vicies tanto aquæ. Plin. lib. 14.cap.4. de vino Maroneo, Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.
Addito tempore, Quod vulgò dicunt, Successu temporis. Tacit.lib.12.
Addito vt. Plin. lib.15. cap. 16, Similiter deligi & ex locis siccis, & ante perfectam maturitatem, addito vt luna infra terram sit.
Additamentum, additamenti {προσθήκη} verbale, Quod additum est. Id est, accessio. Cic. pro Sextio, Intercessit Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorum meorum. In oratione de Republ. ordinan. ad Cæsarem, Reliqui de factione sunt inertissimi nobiles, in quibus præter nomen nihil est additamenti.
Addoceo, addoces, penult.corr. {προσδιδάσκω} addocere, Idem quod simplex Doceo, vel abundè seu vehementer doceo. Horat. libro 1. epistola 5,
Addocet artes. Sunt tamen qui legant, Ac docet.

Addormisco, addormiscis {ἐπικοιμάομαι} addormiscere, ab Addormio: quod fortasse tamen in vsu non est. Opponitur verbo expergisci. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 8, Et quoties post cibum addormisceret. In quibusdam codicibus legitur obdormisceret.
ADDVA, Ἀδούας Strabo. fluuius est Galliæ Cisalpinæ, Larium lacum influens. Plin.lib.2.cap.103, de aquarum miraculis, Quædam verò & dulces inter se supermeant alias. Vt in Fucino lacu inuectus amnis, in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Lemano Rhodanus. Hic fluuius à nonnullis Abdua vocatur.
Addua celer. Claudian. in sextum Consul. Honorij.
Cærulus. Idem ibidem. Huit ex Alpibus in Larium lacum, qui nunc Comensis dicitur: deinde ex Lario in Padum.
Addua spumosus. Claudian.4.Panegyr.92.
Addubanum, dubium. Festus. Abijt in desuetudinem.
Addubito, addubitas, penult. corr. {ἐπιδιστάζω} addubitare, Aliquantum dubitare, quod & subdubitare dicitur. Cicero Volumnio, lib. 7. 33, Quod sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitaui num à Volumnio senatore esset. Idem Cecinnæ, libro 6. 6, Habes augurium meum: quo, siquid addubitarem, non potius vterer, quàm illa consolatione. Sic in Orat.
Addubitare paulułum de. Liu.2. ab Vrb. De legatis paululum addubitatum est. Horat.1.serm.4, -& inutile factu
Nécne sit, addubites?
Addubitatus {ἐπιδιστασθείς} participium, vt, Res addubitata: hoc est, de qua dubitaueris. Cic.1.Offic. Eóque magis, si plus adipiscare re explicata boni, quàm addubitata mali.
Adduco, adducis, penult.prod. adduxi, adductum {προσάγω, παράγω} adducere, Ad locum vel personam ducere: cui contrarium est, Abducere. Cic.ad Attic.libro 8, Gentes feras armatas in Italiam adducere. Idem pro Quinctio, Qui ex Gallia pueros venales isti adducebat. Terent.Hecy.5.2, Puero nutricem adduxit.
Alicui ante oculos. Terent.Heaut.5.4.
Huc coràm. Terent.And.5.3.
Ante oculos coràm. Terent.Eunuch.4.7.
Adducere à foro, ex Italia. Plaut.Milite, 11. Cæsar, Quod ex Italia adduxerat. Hinc per metaphoram varius vsus.
Hominem ad, siue in rem aliquam, Est ad aliquid agendum inducere, incitare, impellere, & quasi aliquid persuadere. Hinc dicimus, Adduci re aliqua, id est, ob eam rem moueri vel impelli ad agendum quidpiam. Huius igitur generis hæc sunt exempla ex authoribus.
Aliquem ad arbitrium nostrum. Cicero in epist. Neque ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem.
Ad authoritatem nostram. Cic. pro Deiot. Húc ad meam authoritatem non potui adducere. Hoc est, non potui illi persuadere vt authoritati meæ accederet.
In cognitionem. Cic. Post reditum in Senatu.
Ad concordiam. Cic. Attico libro 7, Siue enim ad concordiam res adduci potest, siue ad bonorum victoriam, &c.
Ad conditionem aliquam. Cic. Attic. libro 8, Qui vt adduci tali tempore ad vllam conditionem possit, magis opto, quàm spero.
Ad consuetudinem, & Adducere se in consuetudinem. Cic. 2. Tuscul. Ad quam nos consuetudinem à familiaribus nostris adducti. Id est, illi rei assuefacti. Cæsar 4.bel. Gall. In eam se consuetudinem adduxerunt. Hoc est, seipsos assuefecerunt.
In certamen rem aliquam. Cic. in Pisonem, Adducta res in certamen, te consule, putabatur, vtrum quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur.
In controuersiam. Cic.1.de Orat. Mediocrísne res in controuersiam adducta est?
Ad dubitationem. Plin.lib.2.cap.26.
In dubitationem. Cic. Appio, libro 3.5, Quòd itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. Hoc est, ad dubitandum impellere, Facere vt dubites.
In dubium. Liu.4.bel.Pun.
Ad effectum. Liu. Decad.4.lib.3, Hoc spe concipere, audacis animi fuisse: ad effectum adducere, virtutis & fortunæ gentis.
In expectationem. Cic. 1. Tuscul. An tu, quum me in summam expectationem adduxeris, deseris?
In crimen, Vide CRIMEN.
Ad facinus. Cicero pro Roscio Amerino, Num quærenda causa, quæ te ad tantum facinus adduxerit?
Ad vel in fletum. Cic. de clar. Orat.
Ad indignationem, ad iracundiam. Author ad Herennium libro.4, Ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus.
Ad intelligendum. Cic. 1. Academ. Aut quem ad intelligendum poterit adducere hæc ipsa de vita & moribus, de expetendis fugiendísque rebus.
Adducta vita in extremum. Tacit.lib.14.
Res in fastidium. Plin. in præfat. ad Vespas.
Aliquid in honorem. Cic. Gallo. libro 7.27, Nam dum volunt isti lauti, terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, &c. Hoc est, facere, vt illa in honorem ac pretium veniant.
Aliquem in inuidiam. Cic. pro Cluentio, In summam enim L. Quintius inuidiam concionibus eum quotidianis, seditiosis & turbulentis adduxerat.
Hominem, vel rem aliquam, ad vel in ius, siue iudicium. Cicero pro Cluentio, Quis vnquam audacior? quis nocentior? quis apertior in iudicium adductus est? Idem pro Quinctio, Vt te in ius adducerent.
In metum, Metum alicui incutere. Cicero pro Muræna, Cùm tu populum Romanũ in eum metum adduxisti, vt pertimesceret, ne consul Catilina fieret.
Ad misericordiam. Terent. Heaut.5.2.
Rem ad mucrones ac manus. Tacit in vita Agricolæ.
In necessitatem. Liu.8.ab Vrb.
In negligentiam. Hirt. de bello Afric.lib.5.

Ad nequitiam,

Ad nequitiam,quod & Abducere dicitur. Plaut.Bacch.2.
In opinionem.Cic.Lentulo,lib.1.
In ordinem.Cicer.de Vniuersit. Ideóque ex inordinato,in ordinem adduxit.
In periculum.Liu.5.bel.Maced.
Aliquem in nostram sententiam.Liu.4.bel.Maced.
In sermonem.Cic.5.Verr.Adductus erat in sermonem,inuidiam, vituperationem.Hoc est,Malè audiebat,odio habebatur,vituperabatur.
Ad vel in seruitutem.Cic.in Pisonem.
In solicitudinem.Cic.Cassio,12.
In voluntatem.Cic.ad Attic.lib.1.14.
In spem. Cic.Attico,lib.2.
Ad veritatem.Cic.in Bruto.
Ad vitam communem.Cic.1.Academ. Auocauisse philosophiam à rebus occultis,& ad vitam communem adduxisse.
Rem aliquam ad vtilitatem.Varr.1.de re rustica,cap.20. Consuetudine creberrima ad vtilitatem adducito.
Adduci in eum statum & locum. Liu.3 ab V.C.& Cic. ad Brutum.
In suspicionem. Cic. Attic.lib.3.
Adducere, Intorquere.Rotare.Virg.lib.9,
Ipse ter adducta circum caput egit habena. Nonius.
Adducere nonnunquam transfertur ad ea quæ intenduntur & remittuntur,vt ad arcû,& ea tela quæ amentis,loris,funibúsve intorquentur:cui contrarium est Remittere.Virg.5.Æneid.
Pòst acer Mnestheus adducto constitit arcu.
Cic.2.Tuscul.Reliqua torméta telorum eo grauiores emissiones habent,quo sunt contenta atque adducta vehementius.
Sic Adducto lacerto,Virg.9.Æneid. Hinc etiam Adducere equorû habenas & remittere dicimus. Cicero vsus est per metaphoram,in Lælio, Quàm commodissimum esse laxissimas habenas habere amicitiæ:quas vel adducas cùm velis,vel remittas.
Adducere lorum,pro astringere. Liu. Quum apparitor verecundia maiestatis Posthumium laxè vinciret, Quin tu,inquit,adducis lorum,vt iusta fiat deditio? Budæus.
Adducere,pro Contrahere Ouid.3.Metam.
Et tenuant vigiles corpus miserabile curæ,
Adducítque cutem macies,& in aera succus
Corporis omnis abit, vox tantum atque ossa supersunt.
Virgil.3.Georg.
Omnibus acta sitis,miseros adduxerat artus.
Adducere in odium.Seneca de Ben.lib.2.cap.4.
In obliuionem. Cic.5.Verr.32, Quum accusatio nostra in obliuionem diuturnitatis adducta sit.
Adducere præterea declaratur per verbum redigere: vt. In angustum res adducta est. Cic.in Lælio,Cótracta res est.& adducta in angustû.
Aliquem in summas angustias.Cic.pro Quinctio.
Adducere febres. Horat.lib.1.Epist.6.
Sitim tempora. Virgil. Horat.4.Carm.12.
Tædium alicuius rei. Plin.lib.30.cap.15.
Vultum ad tristitiam: Id est,contrahere. Seneca epist.58.
Adduci re aliqua, vt benignitate,iniuria,&c. Cic.5.Verr. Qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt, vt nummos pro frumento darent.
Commendatione alicuius.Cic.lib.3.epist.55.ad Thermum.
Mercede.Cic.lib.1.de Orat.
Metu. Cic.5.Verr.
Odio.Cicer.Attico,lib.1.13.
Officio,fide. Cicer.4.Verr.
Oratione. Cæsar 1.bell.Gal.
Ostentatione aliqua.Cicer.4.Acad.
Pretio. Cic pro Cæcinna.
Precibus. Cic. Attic.lib.14.
Rationibus. Cicer.1.Tuscul.
Spe mercedis. Cic.de Amicitia.
Studio certandi. Cicer.4.Academ.
Temporibus. Cicer.1.Offic.
Testimoniis. Cicer.7.Verr.
Voluntate. Cic.ad Antonium lib.5.epist.5.
His rebus adducti. Cæsar 1. belli Gallici.
Adducere vel adduci vt. Cic.5. Tuscul. Adducis me vt tibi assentiar. Id est me inducis, mihi persuades. Idem Philip.8, Nam illud quidem non adducor vt credam.
Adduci illuc vt. Cic.1.de Finib. Nam illuc quidem adduci vix possum, vt ea quæ senserit ille,tibi non vera videantur.
Adduci, Cogi. Cic.de Senect. Nullo imbri, nullo frigore adduci, vt capite operto sit.
Adduci, quandoque declaratur per verbum Venire: vt, Res in crimen adducta est.Hoc est in crimen,siue in criminationem venit. Plin. lib. 22.cap.25,Inter ea quę temerè mãduntur, boletos meritò posuerim, opimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem à coniuge Agrippina dato.
Adduci in discrimẽ.Cic.6.Philip.Res in extremû est adducta discrimẽ.
Adductus,participium,([Greek]) Vide in ipso verbo.
Adductus,Nomen ex participio, pro Côtractus.Plin.Iunior,lib.1 epist. 16, Pressior tantùm,& circunscriptior,& adductior.De Pompeio Saturnino loquitur,qui in scribendo studebat breuitati.
Adduces.pro addideris.Festus.Verbum obsoletum.
Adduplico,adduplicas,penult.correp.([Greek]) adduplicare,Idem quod duplico. Plaut.Pœnu.7, Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.
Adedo,ades siue adedis,penult.correp.adedi,adesum pen.prod.([Greek]) adesse vel adedere, Idem quod simplex edo, vel exedo,siue consumo.Virg.4.Georg.
-nam sæpe fauos ignotus adedit Stellio:
Adesus, adesa, adesum, penult. prod. ([Greek]) Participium ab adedor: Id est,consumptum, ait Nonius. Liu.1.ab Vrbe.Fortè ita euenit, vt Potitij ad tempus præstò essent, iísque exta apponerentur, Pinarij extis adesis ad cæteram venirent dapem.
Adesa bona. Tacit.lib.17, Aut qui adesis bonis per dedecus alebantur.
Frumentum, Consumptum. Sisenna histor.lib.3, Iisdem temporibus Æsernini duplici fossa vallóque circundati, frumento adeso, quod ex agris in oppidum portatum est.Festus.
Iecur. Cùm verò adesum,inflatu renouatum est iecur.Cic 2.Tuscul.
Pecunia,pro absumpta, metaphoricé. Cic.pro Quintio, Quis tam perditus ac profusus nepos, non adesa iam, sed abundanti pecunia sic dissolutus fuisset.vt fuit Sex.Næuius?
Lapides adesos:Id est,vi aquarum corrosos. Horat.3 Car.29.
Fortunæ omnes adesæ.Tacit.lib.13.
ADELPHIVS, nomen viri proprium. Hic fuit Antonio familiaris, eiúsque in Parthos expeditionem conscripsit,in qua ipse & adfuit & præfuit.Author Strabo lib.11.
Adelphides,pen.correpr. ([Greek]) Palmæ species est,sapore quàm proximè ad caryotas accedens,vnde & Adelphides dictæ sunt, quasi caryotarum sorores. Plin.lib.13.cap.4.
Ademptio,Ademptus.Vide ADIMO.
Adenes,penultima correpta ([Greek]) In se conuolutæ carnis durities, siue glandulæ: quæ quum indurucrunt, chœrades, id est scrophulæ vocantur, teste Æginera lib.3. Sunt tumores in gutture glandium instar. In homine tonsillas, in sue verò glandulas dici author est Plin.lib.11.cap.37.
Adeò ([Greek]) aduerbium quantitatis, vel potius intendendi. Festus, Adeò quum secunda acuta effertur, idem est quod vsque eo, non quidem secundum rationem: quia (ad) præpositio accusatiuis accommodata est:sed vetusta quadam loquendi consuetudine.
Adeò vt,separatim in duobus membris. Terent.And.1.1.
-& vultu Sosia
Adeò modesto, adeò venusto,vt nihil suprà.Id est, tam. Cic.pro Flacco,Neminem quidem adeò infatuare potuit,vt ei nummum vllum crederet.
Adeò,pro eò aduerbio. Terent.Heaut.1.1,Postremò adeò res rediit. Id est,eò res rediit.
Adeò,apud poetas,præsertim comicos, sæpe est particula ornatiua, seu mauis expletiua. Terent.And.4.5,Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. Virgil.2.Æneid.
Iámque adeò super vnus eram. In his, & similibus Donatus & Seruius dicere solent, abundat (adeò) aut vacat. In prosa quoque oratione sic legitur,sed rarius. Liu.4.bel.Pun. Sed surdę adeò omniû aures concitatæ multitudinis erant, quòd nô minore intus vi, quàm foris,portæ effringerentur.
Id adeò,pro Id verò. vel Agedum. Cic.6.Verr. Id adeò, Iudices,vt mihi ab illis demonstratum est, sic vos ex me cognoscite. Idem pro Cecinna. Id adeò si placet considerate. Et pro Cluentio, Id adeò sic cognoscite.
Adeò, pro Non solum.Tacit.lib.20,Fauore militum anxius, ac superbia viri,superiorum quoque adeò æqualium impatientis.
Adeò,pro Etiam,citra auxesin. Terent.And.5.6,
-factvrum quæ voles,scio esse omnia.
P. Memini, atque adeò longum est,nos illum expectare.
Adeò,pro Valde, siue multùm, Seruio interprete: quod Donatus satis durè, per (nimis) declarare solet. Terent. Eunu.1.2, Adolescentem adeò nobilem. Virg.4.Æneid. Nec me adeò fallit.
Adeò videtur interdû pro Certè accipi. Plaut.Epid.4, -neque. adeò iniuria. Cicer. lib.2.de Orat. Magis adeò id facilitate, quàm alia vlla culpa mea contigit. Idem ad Attic lib.9, Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius: hanc adeò habeo gratiam illi.
Adeò pro Etiam,quum præcedit Atque, ferè accipitur: ídque sæpius cû auxesi.Cicer. in Catil. Eorum autem castrorum imperatorem, ducémque hostium, intra mœnia, atque adeò in senatu videtis. Hoc loquendi genus magnam auxesin habet, quasi tu dicas, Non solùm intra mœnia, sed etiam (quod maius est) in senatu.
Adeò si, Plin.lib.26.cap.10, pro tantum si, vel multo magis si.
Adeò non,&c. vt, pro Tantum abest vt. Colum.lib.2, quum sola hæc res adeò non infestetur herbis, vt ipsa herbas perimat. Plin.lib.11. cap.6,Conduntur à Vergiliarum occasu, sed latent vltra exortum: adeo non ad veris initium,vt dixere.
Adeò,per se positum in sententia absoluta.Virg.3.Georg.
Adeo à teneris consuescere multum est.
Cic.1.Offic. Priore amisso iure, cum hostibus pugnare non poterat: adeò summa erat obseruatio in bello mouendo.
Adeóne.Cic.pro Rabirio, Adeóne hospes huiusce vrbis, adeóne ignarus es disciplinæ consuetudinísque nostræ,vt hæc nescias?
Adeò vt, coniunctim in eodem membro. Cic.ad Q. frat.lib.1.14,Rempublicam funditus amisimus: adeò vt Cato adolescens nullius consilij, sed tamen ciuis Romanus & Cato, vix viuus effugeret.
Adeò,non sequente vt,sed subaudito.Virg.1.Æneid.
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni. Subaudi, vt hæc ignoremus.
Adeousque, siue vna est dictio, siue duæ, idem est quod vsque adeò. Plau.Asin.7, -age age mansero.
Tuo arbitratu,vel adeousque dum peris.
Adeo,adis,adiui vel adij,aditum, penult. correp.([Greek]) adire,Ex ad,& verbo eo is, compositum. Festus, Adeo,quum prima acuta effertur, idem significat quod accedo: vt cùm dicimus, Adeo prætorem. Hæc Festus. Cic.4. Acad. Tribunum aliquê censeo adeát.
Adire videtur interdum plus aliquid significare,quàm accedere. Terêt. And.3.3,Aliqui me adiere,ex te auditum qui aiebant.
Adire aliquem, siquid velit. Cic. ad Appium Pul.lib.3 9, Te adeunt ferè omnes, siquid velis.
Adire aliquos cum cura. Tacit.lib.17, Vitellius inferiorem Germaniâ ingressus, hyberna legionum cum cura adierat. Hoc est, diligenter, non segniter, aut incuriosè.

Aliquem legatione. Tacit.lib.17, Quies & Illyrico: quanquam exciræ à Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adiissent.

Aliquem per epistolam. Plaut. Per epistolam, aut per nuntium quasi regem eum adiri aiunt.

Aliquem scripto. Tacit.lib.4, At Seianus nimia fortuna socors, & muliebri insuper cupidine incensus, promissum matrimonium flagitante Liuia, componit ad Cæsarem codicillos. Moris quippe tum erat, quanquam præsentem, scripto adire.

Adire quempiam de re aliqua. Id est, ob eam, propter eã. Terent. Hecy. 2.2, Adij te heri de filia.

Aliquem postulatum. Plaut. Bacchid.8.

Adi huc. Plaut. Trucul. 11.

Adi huc modo. Vsitatius ac venustius est, accede huc.

Adire contrà, pro obuiam ire. Plaut. Rud.6.

Adire ad aliquem, pro Ire, aut etiam venire. Terent. And. 2.1, Quid tibi videtur? adeón' ad eum? Hæc præpositionis repetitio Ciceroni familiaris est. Cic. 6. Verr. Sese à suis ciuibus hæc habere mandata, vt ad Verrem adirent.

Ad fores, ędes, loca, &c. Cic. in Verr. Homines tenues, obscuro loco nati, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt.

Ad arbitrum de aliquo nomine. Cicer. pro Rosc. Comœd. De quo nomine ad arbitrum adisti, de eo ad iudicem venisti. Sic adire in ius de re aliqua, vide loco suo.

Ad causas. Cic. in Bruto, Tum primùm nos ad causas & priuatas & publicas adire cœpimus.

Lingua ad aliquid. Sil. Ital. lib. 8.

Ad pactionem. Plaut. Aulul.7,

-nunc hic eam rem volt, scio,
Mecum adire ad pactionem. Idem quod Accedere ad pactionẽ.

Hoc est, in pactionem consentire.

Ad Rempub. Idem quod suprà dictum est, ad Remp. accedere. Cicer. pro lege Manilia, Qui omnium mentes eorũ qui ad Remp. adeunt, maximè perspiciunt.

In ius de re aliqua. Cicer. Attic. lib. 11, Ephesio qui veniunt, ibi se eum de suis controuersiis in ius adeuntem vidisse nuntiant. Id est, euntem in iudicium ob suas controuersias.

Adire aliquem, pro aggredi. Terent. Phor. 1.4, Nunc prior adito tu. Vbi Donatus, Adito, quasi ad prælium: vt Virg. 5. Æneid.

-nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum.

Blandis verbis aliquem, pro Conuenire. Plaut. Pseud.7,

-quanto satius est adire blandis verbis? Sub. illum.

Adeo præterea variè accipitur, pro adiectis sibi nominibus.

Adire discrimen, pro Subire. Plin. Iunior epist.199.

Fortunam. Liu.5. bell. Pun.

Gaudia. Tibul. lib.1. eleg.5.

Hæreditatem, Quod cernere hæreditatem dicebant veteres. Cic. pro Archia, Et adiit hæreditates ciuium Romanorum. Adire autem & cernere hæreditatem, itémque pro hærede gerere, hæredis est alieni: Immiscere, sui ac necessarij. Nam ille aliunde ad alienam familiã accedebat, eóque his vtebatur verbis: Cùm me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo, cernóque, vt ait Vlp. tit. 22. At filiusfa. permanebat, neque aliud quidpiam noui captabat, nisi quòd, quas res antea non attigerat, earum se liberæ administrationi tum immiscebat. Hotoman.

Inimicitias, pro Suscipere, quod & Subire dicitur. Cic. pro Sext. Sudandum est his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, subeundæ sæpe pro rep. tempestates.

Labores. Virg. 1. Æneid.

Quidve dolens regina deûm, tot voluere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit.

Periculum, Subire. Terent. And. 5.1,

Satis pericli cœpi adire, orandi iam finem face.

Capitis periculum adire. Cic. 1. de Finib. At magnum periculum adiit.

Ad periculum, Idem. Cæsar 2. bel. Ciuil. Sed Nasidianæ naues nulli vsui fuerunt, celeritérque pugna excesserunt: non enim has aut cõspectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant.

Periculum in re aliqua. Cic. 4. Verr. Séque in eo capitis periculũ aditurũ.

Periculum memoriæ. Tranquillus in Augusto.

Periculum situs, Hoc est, situ corrumpi. Seneca de benef. libro 3. cap. 2.

Præsto. Tibul. lib 1. eleg. 5,

Pauper erit præsto tibi, præsto pauper adibit.

Sydera fama. Virg. 4. Æneid.

Vsque ad sydera. Sil. Ital. lib. 15.

Adeor, adiris, pen. prod. { προσιέμαι } passiuum, sed ferè in tertiis personis. Cic. 2. Tuscul. Illa pericula adeuntur in præliis. Cic. ad Q. frat. lib. 1, Neque prætores diebus aliquot adiri possent.

Aditur, pen. prod. impersonale { προσιέται } Cic. 4. Verr. Antequam in ius áditum esset. Hoc est, itum aut ventum in iudicium. Idem ad Appiú, lib. 3.7, Quum ad me áditum esset ab iis qui dicerent.

Adito, aditas, penult. corrept. { φοιτῶ } aditare, ab Adeo adis: sicut, Itare ab Eo is. Diomedes, Adeo, adis: hoc iteramus, adito aditas dictitantes. Plaut. Capt. 11, Si adites propius. Verbum in vsu rarissimum.

Adiens, adeuntis { προσερχόμενος } participium. Sil. Ital. lib. 10.

Aditurus, pen. prod. participium { προσελευσόμενος } Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 4.

Adeundus, Participium { προσιτέος. } Ouid. 3. Trist. eleg. 1,

Altera templa peto vicino iuncta theatro.
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.

Aditus, penult. correp. { προσιόμενος } participium à passiuo Adeor adiris. Cic. 1. Offi. Vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculísque aditis. non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam.

Aditus, huius aditus, penul. corr. aditui, verbale { πρόσοδος } ipse adeundi actus. Cic. 7. Ver. Illi aditum litoris Syracusanis ademerũt. Id est, accessum ad litus. Virgil. 4. Æneidos.

Sola viri molles aditus, & tempora noras.

Aditus, Via, seu ingressus ad aliquid perueniendi. Virgil. 9. Æneid. Aditúmque per auia quærit. Cic. Catoni lib. 15. ep. 4, Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria.

Aditus nidi. Plin. lib. 10. cap 33.

Portus. Cic. 7. Verr. Nam in ipso aditu atque ore portus.

Templi. Cic. 4. Verr.

Aditus, ianuáque patefacta. Cicer. 1. de Orator. Sic ego intelligo, si in hæc quæ patefecit oratione sua Crassus, intrare volueritis, facillimè vos ad ea quæ cupitis, peruenturos ab hoc aditu ianuáque patefacta.

Æquus aditus. Tacit. lib. Annal. 2.

Aërius, Id est, Iter per aëra. Ouid. 17. epist. 9.

Angustus. Virg. 4. Georg.

Apertus quum nemini esset aditus in templũ Castoris. Cic. pro domo sua ad Pontif.

Arduus. In ARDVVS.

Cæcus, Id est, obscurus, caliginosus, tenebricosus. Seneca in Hercul. fur. 10.

Flexus, Id est, obliqua via. Lucret. lib. 4.

Lati aditus ducunt illuc. Virgil. 6. Æneid.

Præclusus alicui aditus. Cic. Antequam iret in exilium, Socij quò fugiãt, quum aditus custodi patriæ præclusus sit?

Promptus ad capessendos honores. Tacit. Annal. 3.

Superbi regum aditus. Senec. in Hercul. fur. 3.

Primo aditu ædium suarum quempiam prohibere. Cicer. pro Cecinna, Quæro si te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati non modò limine, tectóque ædium tuarum, sed primò aditu vestibulóque prohibuerint, quid acturus sis?

Ex omni aditu. Cic 6. Verr. Nam & situ est cùm munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari præclaro ad aspectum. De Syracusis loquitur.

Angustare aditum, Hoc est, angustum facere. Claud. 5. Paneg.

Carere aditu. Ouid. 3. Metam.

Claudere omnes aditus. Cic. 1. Philip. Forum sepietur, omnes claudentur aditus, armati in præsidiis multis in locis collocabuntur.

Claudere aliquid ex omni aditu. Cic pro lege Manilia, Patefactúmque nostris legionibus esse Pontum, qui antè Pop. Roman. ex omni aditu clausus erat.

Dare alicui aditum ad cælum. Cic. ad Att. lib. 14, Quæ quidem nostris amicis diuinis viris aditum ad cælum dederunt.

Ferre aliquò aditum. Catul. in epithalamio Iuliæ & Mallij,

-huc aditum ferat,
Dux bonæ Veneris, boni
Coniugator amoris.

Aditus firmare. Tacit. lib. 17.

Habere difficiles aditus ad pastum. Cic. 2. de Nat. deor. Manus etiam data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad pastum.

Habere aditum in vrbem. Cic 4. de finib. Quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem, in forum, in curiam.

Munire aditum, In MVNIO.

Obsidere. Ouid. 4. Metam.

Occupat Æneas aditum. Virg. 6. Æneid.

Pererrare. Virg. 5. Æneid.

Prohibere. Ouid. 13. Metam.

Prohibere quempiam aditu. Cic. pro Cecinna, Qui multitudine coacta non introitu, sed omnino aditu quempiam prohibuerit?

Præponere ædibus ac templis vestibula & aditus. Cicer. 2. de Orat. Sed oportet, vt ædibus ac templis vestibula & aditus, sic causis principia pro portione rerum præponere.

Quærere. Virg. 1. Æneid.

Reperire sibi aditum. Ouid. 14. Metam.

Rumpere. Virgil. 2. Æneid.

Inaccessos aditus rumpere. Sil. Ital. lib. 3.

Tentare. Virgil. 4. Æneid.

Aditus in aliquem locum. Cic. 6. Verr. Aditus in Cereris sacrarium non est viris.

Difficilior ad Antonium aditus esse dicitur. Cic. ad Atticum lib. 15. Idẽ ad Ligarium lib. 6. epi. 13, Magnis occupationibus eius, à quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt.

Aditus ad aliquem facilis. Cicer. 13. epist. Commendo tibi hominem, sicuti tua fides, & meus pudor postulat: tantum vt faciles aditus ad te habeat.

Obstructus alicui ad aliquid. Cicer. in Bruto, Nec enim ex nouis (vt agricolæ solent) fructibus est vnde tibi reddam quod accepi: nec ex conditis, qui iacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui penè solis patuit, obstructus est.

Patefacere aditum rerum. Cic. lib. 1. de Orat. Vterque vestrum patefecit earum ipsarum rerum aditum, quas quærimus.

Virtutis aditus. Id est, ad virtutem. Stat. lib. 2. Achil.

Comparare sibi aditus ad res pestiferas. Cic. lib. 2. ad Attic. Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.

Dare alicui ad summam authoritatem. Cicer. 3. de Oratore, Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium concessu ad summam authoritatem dabat, is eius omnem spem atque omnia vitæ consilia morte peruertit.

Dare oculis. Ouid. 15. epist.

Date de hac religione aditum Pontifices, iam nullum fortunis communibus exitum reperietis. Cic. pro domo sua ad Pontif.

Dant aditum conuiuia. Ouid. 1. de Arte amandi.

Est aditus ad officij inuentionem. Cicer. 1. Offic. Idem 2. Offic. Est alius quoque quidam aditus ad multitudinem, vt in vniuersorum animos tanquam influere possimus.

Facere

Facere aditus ad causam illustres. Cic. in Orat. Vestibula nimirum honesta, aditúsque ad causam faciet illustres.

Iacere ad aliquid. Cic. contra legem Agrariam, Sed attendite animos ad ea quæ consequuntur: hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Intercludere aditum ad aliquem. Cic. pro Rosc. Amer.

Inuenire aditum ad aliquem. Vide INVENIO.

Patet alicui aditus ad causam. Cic. pro Sylla.

Patet alicui aditus ad Consulatum. Cic. pro Muræna.

Aditus, cum primo gerundio. Cic. Trebiano, lib. 6. 10, Itaque siquis mihi erit aditus de tuis fortunis, Id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia, agendi, &c.

Aditiculus, pro paruo aditu. Festus.

Aditio, onis, Verbale {[illegible]} Plaut. Truc. 11, Quid tibi hanc aditio est? pro, Cur hanc adis? Vbi est dignum notatu, casum verbi additum esse nomini: vt apud Ciceronem, Domum reuersio. & Cæs. lib. 1. de bel. Gal. Domum reditio.

ADEONA, Vide ABEONA.

Adeps, adipis, pen. corr. masc. & fœm. gener. {[illegible]} Aristoteles 3. de animalibus, Gaza interprete, Adeps autem & seuum differunt inter se, quum seuum fragile vsquequaque sit: & quum refrixit, concrescat. Adeps liquidus sit, miniméque aptus durari. Iura enim seuo opimorum concrescunt: vt ouis, vt capræ. Adipe pinguium liquida resistunt frigori: vt equi, vt suis. Locis etiam discrepant. adeps enim inter carnem, cutémque solet consistere: seuum in fine carnis semper est. Plin. lib. 28. ca. 9, Proxima in cõmunibus adipis laus est, sed maximè suilli, apud antiquos etiam religiosi. Certè nouæ nuptæ intrantes, etiamnum solenne habent postes eo attingere. Inueteratur duobus modis: aut cum sale, aut syncerus: tanto vtilior, quanto sit vetustior. Axungiam etiam Græci vocauere in voluminibus suis.

Adipes, in plurali. Columel. lib 8. cap. 14, Quæ res ad creandas adipes multum conferunt. Plin. lib. 8. cap. 36, Illi sunt adipes medicaminibus apti.

Adeps Cassij. Hoc est, adiposus & præpinguis Cassius. Cic. 3. in Catil.

Adipes tenuare, Quintil. libr. 2. cap. 11. Id est, ad maciem redigere, vel potius excrescente pinguedine minuere. Plin. lib. 11. cap. 38, vocat adipes detrahere.

Adipem minuere. Plin. lib 32. cap. 9.

Adipalis, adiectiuum, pen. prod. {[illegible]} Cic. in Oratore, Itaque Caria & Phrygia & Mysia, quòd minimè politæ, miniméque elegantes sunt, asciuerunt aptum suis auribus opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Alij legunt, adipatæ dictionis genus: negantque vspiam legi adipalis, quamuis Erasmus in prouerbio, Ponticalis cœna, dicat alicubi se legisse adipales cœnas, & adiposas, verùm locum vbi legerit, non citat. Vide OPIMVS.

Adipatum, neut. gen. penult. prod {[illegible]} Hoc est, cibus pinguis, vel adipe conditus. Iuuenal. Satyr. 6. Nonius, Adipatum veteres honeste pro pingui & succulento & opimo posuerunt.

Adiposus, penult. prod. {[illegible]} pro Locuplete & opulento accipitur, quoniam & in Sacris literis adipum vocabulo diuitiæ continentur. Hermolaus in Plin. lib. 10. cap. 20.

Adeptio, Adeptus, Vide ADIPISCOR.

Adequito, adequitas, pen. correpr. {[illegible]} adequitare, Iuxta vel propè equitare. Plin. lib. 15. cap. 18, Portæ Collinæ adequitans Hannibal. Liu. 5. bell. Maced. Numidæ adequitare, dein refugere, sed propius saltum paulatim euehi.

ADERCO {[illegible]} Hispaniæ vrbs est Stephano, cuius ciues dicuntur Aderconitæ.

Aderro, aderras, aderraui, aderratum, aderrare. Stat. Syl. lib. 2. de Surrentino Pollij,

> -emergunt pelago, doctámque trahuntur
> Ad chelyn, & blandi scopulis Delphines aderrant.

ADES, siue HADES {[illegible]} Molossorũ rex, cuius filiam nomine Coram apud Acherontem fluuium conatus est rapere Pirithous. Vnde factus est locus fabulæ, Pirithoum ad inferos descendisse, & vxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, [illegible] à Græcis dicitur, rapere voluisse. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen regem hunc non Adem vocat, sed Aidonem.

Adesdum {[illegible]} Terent. And. 1. 1, Adesdum, paucis te volo. Vbi Donatus, Ades, imperatiuum est, & (dum) [illegible]: est enim productio & adiectio syllabæ, vt Ehodum ad me.

Adespotus, ta, tum, Incertus, & sine authore. Cic. ad Cassium lib. 15. 17, De Hispania noui nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed adespoti.

Adespotus, pen. corr. Nullius dominio mancipatus, libertate donatus. Sic enim Lacedæmonij seruos libertate donatos aphetas, & adespotas, atque eritheras dixerunt. Author Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

Adespota bona sunt quæ vindicem & assertorem nullum habent, & eã ob causam fisco cedunt. Budæus.

Adesse, Vide ADSVM.

Adesurio, adesuris. pen. correpr. adesuriui {[illegible]} adesurire, Idẽ quod Esurio: aut valde esurio. Plaut. Adesuriuit magis, & inhiauit acrius lupus.

Adesus, Vide ADEDO.

A D F

Adfabrè, Vide AFFABRE.

Adformido, Vide AFFORMIDO.

Adfremo, adfremis, penult. correp. {[illegible]} adfremere, Ad aliquid fremere. Valer. Flac. Argonaut. 1,

> Adfremit his, quassátque caput.

Adfrico, as, Vide AFFRICO.

Adfringo, adfringis, adfregi, penult. prod. {[illegible]} adfringere, Ad aliquid frangere. Stat. Thebaid. 5,

> -plenísque adfringere partos
> Vberibus, ferróque omnes exire per annos.

Idem Thebaid. 10. de lupis famelicis non valentibus in ouium stabula irrumpere:

> Quod superest, duris adfringunt postibus vngues,
> Pectoráque, & siccos minuunt in limine dentes.

A D G

ADGANDESTRIVS, Chattorũ princeps. sic Tacitus lib. 2. Annal. inquit, Chattorum principis literas Romam ad Senatum & Tiberiũ misit, quibus mortem Arminij Germani, acerrimi Romanorum hostis, promittebat, si patrandæ neci venenum mitteretur. Cui responsum est, non fraude neque occultis, sed palàm & armatum populum Romanum hostes suos vlcisci.

Adgemo, adgemis, penult. correp. adgemui {[illegible]} adgemere. Stat. 11. Thebaid.

> Flent mœsti retrò comites, & vterque loquenti
> Adgemit. Vide AGGEMO.

Adgnati. Vide AGNASCOR.

Adgrego. Vide AGGREGO.

Adgretus. Vide AGGRETVS.

A D H

Adhæc. Vide AD.

Adhæreo, adhæres, adhæsi, adhæsum {[illegible]} adhærere, Idem quod hærere: hoc est, fixum manere, aut artissimè insidere. Cæsar, Hæc casu ad turrim adhæsit.

Adhærere lateri. Liu. 9. bel. Maced.

Adhæsit mihi ad infimum ventrem fames: Iocus est Plautinus in Sticho, 4, pro eo quod est vehementer esurio.

Ad omnem contactum adhærens bitumen. Plin. lib. 7. cap. 15.

Adhærere in re aliqua. Cælius ad Cic. lib. 8. 7, Tela adhæserunt in me. Cic. pro domo sua ad Pontif. In me omnia quæ ego quondam retuderam coniurationis nefaria tela adhæserunt. Translatio est.

Adhærere subter caudam. Cic. in Arat.

Adhæresco, adhærescis {[illegible]} adhærescere, Idem est quod adhærere, & eodem modo construitur. Cic. 1. Offic. Omninóque iustitiæ, honestatique adhæresceet: metaphora est.

Adhærescere ad columnam. Cic. pro Sextio.

Ad saxum. Cic. 5. de Finib. Vt homines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent.

In rem aliquam. Cic. pro domo sua, Nónne prouidendum senatui fuit, ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret?

In re aliqua, pro alicui rei. Cato de re rust. cap. 152, Ne fæx in lateribus adhærescat. Cic. in Bruto.

In loco aliquo. Cic. ad Attic. lib. 4, Ipse verò vtique fac venias, si potes in his locis adhærescere.

Adhærescere, sine casu. Cic. lib. 2. de Orat. Argumentum enim ratio ipsa confirmat, quæ simulatque emissa est, adhærescit.

Iustitiæ honestatique. Cic. 1. Offic.

Fastidiis. Cic. lib. 1. de Orat.

Adhæsus, huius adhæsus. masc. gener. penul. prod. {[illegible]} Idem quod Adhæsio. Lucret. lib. 3.

> Nam neque pulueris interdum sentimus adhæsum
> Corpore. Idem lib. 4.

Adhæsè, aduerbium {[illegible]} Gellius lib. 5. cap. 9, de Ægle Samio athleta, Per omne inde vitæ tempus non turbidè neque adhæsè locutus est: Id est, non hæsitanter.

Adhærentia, æ {[illegible]} Ipse adhærendi actus. Sipontin.

Adhalo, adhalas, penul. prod. {[illegible]} adhalare, Afflare. Plin. lib. 22. cap. 22, Nunc quidem si serpentis cauerna iuxtà fuerit, si patefcentes primò adhalauerit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum.

Adhamo, adhamas, penult. prod. adhamare, Obligare. Cicer. 2. Acad. quæst. Qui enim serius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos. Hæc Nonius.

Adhibeo, adhibes, penult. correpr. adhibui, adhibitum {[illegible]} adhibere, Ex ad, & habeo.

Adhibere ad. Cic. in Bruto, Celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Id est aduocari.

Ad deliberationes eas quas habebat domi de Republica, principes ciuitatis adhibebat. Cic. 1. Philipp.

Ad alicuius officij magnitudinem adhiberi. Aurelius Arcadius. D. de offic. Præfect. Prætor.

Ad panem aliquid. Cic. 5. Tusc. Persarum à Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium. Id est, adiungere.

Ad partus adhibetur Iuno Lucina. Cic. 2. de Nat. deor. Id est, In partu mulierum inuocatur.

Cœnæ aliquem, pro Admittere in cœnam: vel Adhibere epulis. Quint. lib. 11. cap. 2, Adhibitus ei cœnæ Simonides. Virg. 5. Æneid.

Adhibere animum, pro Attendere, aduertere. Cic. de Arusp. responsis, Quare ne plura de re minimè loquar dubia, adhibete animos: & mentes vestras, non solùm aures, ad aruspicum vocem admouete.

Arbitrum. Cic. pro Muræna. Huic ego, iudices, satisfacere cupio, vósque adhibere arbitros.

Artem, Est cuipiam rei artificiũ addere, vel artificio vti in re aliqua. Cic. 1. Acad. Qui nulla re adhibita, de rebus ante oculos positis, vulgari sermone disputant. Liu. 4. ab Vrb. Artem adhibitam ferũt à Patriciis.

Audaciam, Vti audacia. Cæsar 3. bel. Ciu. Illi adhibita audacia & virtute nacti Austrum naues soluunt.

Aures, pro Aures admouere. Hoc est, attentè audire. Cicer. pro Archia, cùm res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset.

Authoritatem ad. Hoc est, vti authoritate ad aliquid agendum. Cic. de Amicitia, Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valet authoritas: eáque adhibeatur ad monendum.

Auxilium. Cels. lib. 2. cap. 11, Idque auxilium vt minus vehemens, ita magis tutum, neque vnquam periculosum est, etiam si in medio febris impetu, etiamsi in cruditate adhibetur.

Blanditias. Ouid. 10. Metam.
Calcaria equo adhibere, Idem quod Admouere, & addere, & subdere calcaria: & per metaphoram pro stimulare, vel instigare quempiam. Contrà, Frænos adhibere, est retinere, reprimere, coercere. Cicer. in Bruto, Vt Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frænos.
Cautionem, Vti cautione. Cic. Att. lib. 1. 14, Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem & diligentiam.
Celeritatem. Cic. ad Brutum libro 11. 12, Opprimi potuisset, si celeritas adhibita esset, existimant.
Celeritatem in re aliqua. Planc. ad Cic. lib. 10. 21, In quo si celeritas erit adhibita, Respublica in possessione victoriæ deletis sceleratis permanebit.
Cibum & potum. Cic. de Senect. Tantum cibi & potionis adhibẽdum, vt reficiantur vires, non opprimantur.
Collegium Prætorum, Euocare, denuntiare vt adsit. Cic. 3. Offic. Quum collegium Prætorũ Tribuniplebis adhibuissent, vt res nummaria de communi sententia constitueretur.
Conscientiam alicuius. Tacit. lib. 12. non procul à fine, Agrippina prouisam iam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Hoc est, conscium facit dandi Claudio veneni Xenophontem, & hac in re vtitur eius opera.
Consilium in suffragium. Cic. 3. de Legib. Descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilij, quàm fuse in tribus conuocatus.
Adhibere sibi aliquem, ad vel in consilium. Cic. 2. Offic. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit. Cæsar 7. bel. Gall. Neque hos habendos ciuium loco, neque ad consilium adhibendos censeo. Id est, in consilium admittendos.
Adhibere se in consilium. Cic. Curioni lib. 2. 6, Tecum loquere: te adhibe in cõsilium, te audi, tibi obtempera. Ac si diceret, Tuo ipsius vtere consilio, non alieno.
Consolationem alicui. Cic. in Bruto, Tamen ea consolatione sustẽtor, quam tu, mi Brute, adhibuisti tuis suauissimis literis.
Consuetudinem. Cic. 4. Acad. At non videmus hoc vsu venire, vt quos nunquam putassemus à nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facilè internosceremus, vti minimum quidem similes viderentur. Id est, vbi consuetudo accessit.
Contentionem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Quia tanta adhibeatur & à nobis, & à Prætoribus contentio, vt rem posse confici non diffiderem.
Correctionem. Cic. 3. Offi. Quem nos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus.
Crudelitatem in aliquem. Cic. pro domo sua, ad Põtifices. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis? Hoc est, qua vsi estis in me, quam in me exercuistis.
Adhibere curationem, Idem quod vti curatione. Cic. 1. Offic. Grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Sic Cels. lib. 5. cap. 27.
Curam. Cic. ad Curionem, lib. 2. 6, De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognosces.
Curam & diligentiam. Cic. 4. Acad. Vt non mediocrem curam adhibeant & diligentiam.
Delectum adhibere. Cic. in Orat. Interdum ex illis locis, aut leuia quædam, aut causis aliena, aut non vtilia gignuntur: quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur.
Deos in auxilium. Ouid. 4. Fast.
Diligentiam. Cic. ad Sextium, lib. 5. 6, Adhibui diligentiam quotiescunque senatus fuit.
Diligentiam ad se conseruandum. Cicer. ad Senatum lib. 15. epist. 2, Monui regem vt omnem diligentiam ad se conseruandum adhiberet.
Diligentiam in hoc. Cic. ad Tironem, lib. 16. 9, In hoc omnem diligentiam si adhibueris.
Diligentiam in se. Cic. ad Tironem, lib. 16. 7, Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ.
Doctrinam, Addere doctrinam alicui. Cicero ad Q. frat. Cuius natura talis est, vt etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse. Ea autem adhibita doctrina est, quæ vel vitiosissimam naturam excolere possit. Idem in Bruto 21, Sed tum ferè Pericles primus adhibuit doctrinam.
Dolorem. Cic. ad Ser. Sulpitium, lib. 4. 6, Et in me consolando non mediocrem ipse animi dolorem adhibuisti.
Dolum, fraudem, calumniam. Cic. pro domo sua, Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur.
Festinationem adhibere, Vti festinatione. Colum. lib. 11. cap. 1, Quo cautior villicus, vt iam dixi, vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.
Fidem in amicorum periculis, Amicos in periculis fideliter adiuuare, Adesse amicis in periculo. Cicero pro Cluentio, Facilè hoc Iudices impetrabo, vt quam ipse adhibere consueuit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatémque dicendi, in hac mihi concedat.
Fletum in funeribus. Cic. 2. Tusc. Et hic nimirum est fletus, quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi voluerunt.
Flores adhibet orator in causis. Cic. in Orat.
Frictionem. Cels. lib. 8. cap. 11, Tunc frictionem ei membro adhibere.
Genus victus adhibere. Cels. Genúsque victus adhibendum est, quo carnem ali ducui.
Grauitatem in dolore. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 14, De virtute & grauitate Cæsaris, quam in summo dolore adhibuisset. Hoc est, præstitisset.
Ignes adhibere. Cic. 3. Tusc. Lacerant, vexant, stimulos admouẽt, ignes adhibent, respirare non sinunt. Metaphora est.
Iudicium, Vti iudicio in re aliqua. Cic. in Orat. Iudiciũ ergo adhibebit, nec inueniet solùm quid dicat, sed etiam expendet.
Laborem. Colum. lib. 3. cap. 9, Si laborem & curam velimus adhibere.
Laudatorem. Cic. lib. 2. de Finib. Quæ nec testes vllos è claris viris, nec laudatores poterit adhibere.
Lectionem ad aliquid. Cic. ad Rufum, lib. 5. 20, Ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. Id est, Addidi, adiunxi.
Ludos. Cic. 2. de Finib. Ius & sacculos abstulerit, adhibentis ludos, & quæ sequuntur illa: quibus detractis clamat Epicurus se nescire quid sit bonum.
Lumen. Dare lumen. Cic. 3. de Orat. Vt oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat.
Machinas. Cicer. Bruto, 18. 5, Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis. Hoc est, vtar omnibus artibus.
Magnificentiam & despicientiam rerum humanarum. Cic. 1. Offic. Capessentibus autem Rempublicam nihil minus quàm philosophis, haud scio an magis etiam & magnificentia & despicientia adhibenda sit rerum humanarum quam sæpe dico, & tranquillitas animi atque securitas.
Magnitudinem animi. Cic. 1. Offic. Et magnitudo animi est adhibẽda, & vacuitas ab angoribus.
Manus genibus. Ouid. 9. Metam.
Manus medicas ad vulnera. Virg. 3. Georg.

Dum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
Abnegat.

Manus pomis: id est, admouere. Senec. in Herc. OEth. 8.
Manus vectigalibus. Cic. contra legem Agrariam, Adhibeant manus vectigalibus vestris, irrumpant in ærarium.
Medicum. Cic. de Fato, Siue tu medicum adhibueris, siue non adhibueris, conualesces.
Medicinã. Cic. Att. lib. 16, Sed desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Id est, vti medicina circa eos quorum salus desperata est.
Memoriam. Cic. 2. de Orat. Vt his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, memoriam, vt vocem, vt vires.
Misericordiam. Id est, præstare se in re aliqua misericordem. Cic. pro Rabirio, Adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in Reipub. salute sapientiam.
Miserationem. Cic. in Bruto.
Moderationem. Cicer. 2. de Orat. Hæc igitur adhibenda est primùm in iocando moderatio, &c.
Rationem, moderationémque dicendi adhibere. Cic. de lege Agraria contra Rullum.
Modum, Vti moderatione, seruare mediocritatẽ, quod & Seruare modum, & Tenere modum dicitur. Cic. 5. Tusc. Plena vita exemplorum est: sed adhibeat oratio modum, & redeat illuc vnde deflexit. Idem pro Cluentio, In quo non modus est adhibitus, non mos, consuetudóque seruata.
Motus iudici. Cic. 2. de Orat. Nisi omnes ij motus, quos orator adhibere volet iudici, in ipso oratore impressi esse atque inusti videbuntur.
Munditiem. Cic. de Offic. Adhibenda est præterea munditiés.
Necessitatem adhibere. Cic. 4. Acad. Nullam adhibent persuadendi necessitatem.
Negligentiam. Vlpian. in l. si ambo. D. De compensat. Si ambo socij parem negligentiam societati adhibuimus.
Neruos. Cic. Att. lib. 16, Si tu neruulos tuos mihi sæpe cognitos, suauitatémque qua nemo tibi par est, adhibueris.
Numerus iambicus adhibetur in fabulis. Cic. in Orat. 111.
Officium adhibere. Cic. ad Valerium, lib. 13. 6, Itaque hoc eius officium quod adhibetur erga illos, ego mea facultate, & gratia foueo, quantum possum, adiuuare.
Orationem ad aliquem. Cic. 4. Acad. Interdum enim quum adhibemus ad eos orationem huiusmodi. Id est, Quum apud eos tali vtimur oratione.
Odores ad deos. Cic. 1. de Nat. deo. Quos odores adhibebis ad deos, vt eos perfundas voluptatibus.
Odorem rebus. Hoc est, dare, tribuere. Lucret. lib. 2.
Ordinem. Vlp. in l. Quia. §. 1. D. Si quis omissa causa test.
Ornamenta ad rem aliquam. Cic. in Orat. Ad has tot, tantásque res adhibenda sunt ornamenta innumerabilia.
Parsimoniam adhibere, Vti parsimonia, seruare frugalitatem. Plaut. Mostel. 4,

-noctes, diésque estur,
Bibitur, neque quisquam parsimoniam adhibet.

Patronum. Cic. 3. de Orat. Quum difficilius intelligatur quid patronus velit dicere, quàm si ipse ille qui patronum adhibet, de re sua diceret.
Pietatem, Præstare pietatem, Pium sese præstare. Cic. 2. de Legib. Ad diuos adeunto castè, pietatem adhibento, opes amouento.
Plagas. Cels. lib. 3. cap. 18, Quorundam vani metus leuandi sunt, sicut in homine prædiuite famem timente incidit, cui subinde falsæ hæreditates nuntiabantur: quorundam audacia coercenda est, sicut in his sit, in quibus continendis plagæ quoque adhibentur. Loquitur de insanis hominibus.
Pompam in dicendo. Vide POMPA.
Præparationem in rebus agendis. Cic. 1. Offic.
Preces diis. Cic. 1. de Nat. deor. Quid est quod vllos diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus?
Prudẽtiam ad omnes res. Cic. Att. li. 12, Cura, obsecro, vt valeas: eamq́; quam ad omnes res adhibes, in primis ad conualescendum adhibe prudentiam.
Querelas adhibere. Tibul. lib. 3. eleg. 4.
Rationem. Cic. in Bruto, Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta cõsuetudine emendabat.
Adhibe te ad veram rationem. Subaudi, intelligendam. Lucr. lib. 1.
Adhibere nobis religionem. Cicer. in Bruto, Vide ne religio nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus.
Remedium. Cic. ad Oct. 1. Nulla remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria.

Reuerentiam

Reuerentiā aduersus homines. Cic. 1. Offic. Adhibēda est igitur quędam reuerentia aduersus homines, & optimi cuiusque, & reliquorum. Id est, seruanda est erga homines reuerentia, seu uerecundia.

Sæuitiam in aliquem. Cic. 2. Offic. Sed iis qui vi oppressos imperio coercent, sit sanè adhibenda sæuitia: vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt.

Adhibere se ita, &c. Cic. ad Quint. frat. lib. 1. 1, Permagni hominis est, sic se adhibere in tanta potestate, vt nulla alia potestas ab iis quibus præsit, desideretur. Id est, sic se gerere.

Sermonem. Cicer. de Amicitia, His fictus ad eorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam, testimonium esse laudum suarum putant.

Adhibere sermonem in poculo. Cicer. de Senect. Et is sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo. fortè populo.

Seueritatem in filio, Vti seueritate in filium. Cic. 1. de Finib. Quum illam seueritatem in eo filio adhibuit, què in adoptionem D. Syllano eman cipauerat, vt eum Macedonum legatis accusantibus, quòd pecunias Prętorē in prouinciacepisse arguerent, causam apud se dicere iuberet.

Hos castris adhibe socios, & fœdera iunge. Virg. 8. Æneid.

Solatia. Consolari, vel vti verbis ad consolandum accommodatis. Plin. Iunior epist. 12.

Solertiam. Cæsar 2. bel. Ciuilis, Hominum adhibita solertia inuentum est, magno esse vsui posse.

Speciem in dicendo. Cic. 2. de Orat. Sed adhibere quandam in dicendo speciem atque pompam, & pugnæ similem fugam. Quasi ostentatione quadam vti, siue (vt vulgò loquimur) facere magnā monstram, magnámque apparentiam.

Stimulos. Lucret. lib. 3.

Studium ad aliquid, Ponere studium in ea re. Cic. in Bruto, Non facilè quem dixerim plus studij, quàm illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuisse.

Supplicium. Cic. 11. Philip. Neque Antonius vllius supplicij adhibendi, si potestatem habeat, vllam partem est relicturus.

Tempus adhibere, Ponere tempus in re aliqua. Cic. 1. Offic. Adhibebit ad considerandas res & tempus & diligentiam.

Testes, Quod vulgò dicitur, Capere testes. Terent. Phorm. 4. 5, Hoc temere nunquam amittā ego à me, quin mihi testes adhibeam Quum dem: & quamobrem dem, commemorabo. Cic. de Finib. lib. 2.

Deum testem. Cic 3. Offic. Quum verò iurato sententia dicenda sit, meminerit deum se adhibere testem. In aliis exemplaribus legitur Habere testem.

Titulum humatis. Liuius 6. belli Punici, Eos vno tumulo contegerent, adhib erẽtque humatis titulum, HIC SITI SVNT ACARNANES, pro Adderent.

Tormentum. Cic. 3. Offic. Sed tanquam tormenta quædam adhibemus. Hoc est, quasi machinas bellicas admouemus: aut fortasse de tormentis intelligit, quæ ad veritatem extorquendam adhibentur.

Tympanum. Plaut. Pœnulo 19, Cur non adhibuisti, dum hæc loquereris tympanum? Cur (inquit) hæc non dixisti ad sonum tympani? cur altiori voce non inclamasti?

Vanitatem orationis. Cicer. 3 Offic. Qui orationis vanitatem adhibuerunt. Id est, vana vsi sunt oratione.

Vim, Est vim afferre, siue cogere. Cicer. 3. Offic. Quasi verò forti viro vis possit adhiberi. Hoc est afferri, vel inferri. ac si diceret, virum fortem cogi non posse: vt qui nihil non sponte faciat.

Adhibere vim veritati Cic. pro Quinctio.

Vires in re aliqua, Vires ad eam rem accommodare, adiungere, applicare, quod est Adniti. Quintil. lib. 5, Plurimum adhibere virium in studio litterarum.

Virtutem. Vide suprà Grauitatem adhibere.

Vsum. Cic Studio adhibito & vsu.

Vocem. Vide suprà Memoriam adhibere.

Vincula alicui. Ouid. 3. Fast.

Nec fine vi tradent: adhibe tu vincula captis.

Vinum ægrotis. Id est, dare. Cic. 3. de Natura deorum, Vt vinum ægrotis quia prodest rarò, nocet sæpissime, melius est nō adhibere omnino, quàm spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere.

Vultum aliquò. Id est, conuertere. Ouid. lib. 2. Amor. ad Ilsidem, vt pacientem Corinnam iuuaret,

Huc adhibe vultus, & in vna parce duobus.

Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi. Hoc est, huc oculos aduertere, meas preces auditura.

Adhinnio, adhinnis, adhinniui, adhinnitum, pen. prod. {προσχρεμετίζω} adhinnire, Ex ad, & hinnio, Equorum est, qui equabus adhinniunt, Id est, ad eas hinniunt, videlicet coitum appetentes: quin & equæ ipsæ interdum equis adhinniunt. Plinius libro 35. cap. 10, Nanque ambitu æmulos præualere sentiens, singulorum picturas inductis equis ostendit. Apellis tantum equo adhinniuere. Ouidius libro 1. de Arte amandi.

Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.

Idem lib. 2. de Remedio amoris,

Fortis equus visæ semper adhinnit equæ.

Adhinnire ad orationem alicuius, per translationem dictum. Cicero in Pisonem, Itaque admissarius iste, simulatque audiuit à Philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est: sic suos sensus voluptarios omnes incitauit, sic ad illius hanc orationem adhinniuit, vt non magistrum virtutis, sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur. Hoc est, ea re audita ita exarsit in voluptatem, vt &c.

Adhoc, Vide AD.

Adhorresco, adhorrescis, adhorrui {φρίττω} Ouid. ad Liuiam de morte Drusi, Ipse pater flauis Tyberinus adhorruit vndis. Hoc est, valde vehementérque horruit. Vel, ad peditum & equitum clamorem horruit. Vel, exterritus est ad clamorem & planctum funebrem.

Adhortor, adhortaris, adhortatus sum {ἐγκελεύω} adhortari, Idem significat quod hortari. Terent. Heaut. 1. 1,

Quod mihi videre præter ætatem tuam

Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.

Adhortor ad rem aliquam. Cic. Vt ad defendendam Rempub. te adhortarer. Idem 1. Offic. Maximè ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. Id est, admonere, aut incitare.

Adhortari sese. Catul. 58 epig. de Berecynthia & Aty,

Ferus sese ipse adhortatus, rapidum incitat animum. Id est, Leo sese ad iram acuens.

Adhortatio, Verbale {ἐγκέλευσμα} Ipse actus adhortandi. Id est, hortatio. Cic. 2. de Orat. Omissa nostra adhortatione, ad eorum quos proposuimus, sermonem, disputationémque veniamus.

Adhortator, pen. prod. Verbale {ἐγκελευστής} Qui adhortatur. Liu. 7. ab Vrbe, Vtrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator sit, verbis tantum ferox, operum militarium expers: an qui, &c.

Adhuc {μέχρι τοῦ, νῦν, ἔτι} aduerbium temporis, idem significat quod vsque adhuc, hactenus, ad hoc tempus. Compositum est autem ex ad, quod tam in compositione quàm in appositione quandoque significat vsque: & aduerbio huc: quasi tu dicas vsque huc, vel hucusque, Id est, vsque ad hoc. Plaut. Trucul. -conueniunt Adhuc vtriusque verba. Cic. ad Att. lib. 7, Vnam adhuc à te epistolam acceperam. Et ad Ligarium, lib. 6, Ego tamen Cæsari pro te, sicut ad huc feci, supplicabo.

Adhuc, pro Etiam, vel prætereà. Quintil. Est adhuc alia in respondendo figura. Cic. in Lælio, Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quid adhuc fortè vultis.

Adhuc, Continuationē temporis denotat, quod Gallica lingua dicimus *Encore*. Terent. Phor. 3. 1, Adhuc tranquilla res est. Plaut. Pseud. 20,

-tún' hodie Ex Sicyone huc peruenisti? n. alto adhuc meridie.

Ouid. Adhuc tua messis in herba est.

Adhuc locorum, pro Adhuc, nam (locorum) ornatus causa tantum ponitur, eadem figura qua dicimus Vbique locorum, & Nusquam gentium. Plaut. Capt. 7, Vt adhuc locorum feci, faciam sedulo.

A D I

ADIABARAE, populi sunt Æthiopiæ. Plin. lib. 6. cap. 30, Deinde contra Meroen Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauere.

ADIABENA, regio orientalis prope Assyriam, vt author est Strabo libro 16. Plin. lib. 5. ca. 12, Adiabene, Assyria antè dicta. Volater. sic dictam putat ἀπὸ τοῦ μὴ διαβαίνειν, Id est, à non permeando, quòd ibi Euphrates sit minimè vado permeabilis.

ADIABENE olim vocabatur Syriæ pars vltra Armeniam. Stephanus ostendit mediam fuisse inter Euphratem & Tygrim. Vnde & Messene sit dicta. Quidam hinc vocabulum inditum putant Adiabene, quòd ob frequentiam occurrentium fluminum transire facilè non possit.

Adiaceo, adiaces, pen. cor. adiacui {παράκειμαι} adiacēre, Iuxta vel propè iacēre. Liu. 2. ab Vrbe, Thuscus ager Romano adiacet.

Adiacens insula dicitur, quæ est prope ædes, non tamen coniuncta contextui ædificiorum. Vlp. l. si finita. D. de damno infecto. Item quid dicemus si insula adiacens domui vitium faciat?

Adianoeta {ἀδιανόητα} sunt, quæ verbis aperta, occultos sensus habēt: mythica. Author Quintil. lib. 8. cap. 2.

Adiantum, adianti {ἀδίαντον} herba, dicta ab α & διαίνω, quòd folium eius aqua perfusum non madescat, sicco semper simile. Vulgò Capillus Veneris dicitur. Sic enim vertit Theodorus.

Adiaphoria. Cic. 4. Acad. quæst. Aristoni summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri, quæ Adiaphoria ab ipso dicitur.

Adiaphoron Cicero vertit indifferens, lib. 3. de Finib.

ADIATORIX {Ἀδιατόριξ} Mecli cuiusdā Galatæ Tetrarchæ filius fuit, qui cùm apud Heracleam Ponticā, coloniā Romanorum eò missam, nocte vna iussu Antonij iugulasset, paulo pòst in prælio Actiaco captus, & in triūpho circūductus, vna cū filio ingulatus est. Strab. li. 12.

Adides, putat Sipontinus telí genus esse, citátque locum Virgil. 7. Æn.

-teretes sunt adides illis

Tela, &c. Sed ibi Aclides legendum. Vide ACLIS.

Adiectio, Adiectiuus, Adiectus, huius adiectus. Vide ADIICIO.

Adigo, adigis, penult. corr. adegi, adactum {εἰσελαύνω, βιάζομαι} adigere, Vi impellere, sicut feriendo adigimus cuneum. Plin. lib. 16. cap. 10, In ipsam arborem clauus ferreus adigatur. Idem lib. 17. cap. 17, Si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur altè, exiguo super terram relicto capite.

Adigas, Id est, dare cogas. Festus.

Adigere, Vsque ad aliquid agere, siue iacere. Cæsar 3. bel. ciuil. Pompeius tumulum quendam occupauit, qui tantum aberat à nostro castello, vt telum tormentumve missum adigi non posset.

Adigere naues, Hoc est, agere, admouere. Tacit. Annal. 2.

Vulnus. Tacit. lib. 5.

Ensem in pectus, Ouidius 5. Metam. Et in media præcordia, Sil. lib. 7.

Aliquem ad vmbras infernas. Virg. 4. Æneid. 5.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,

Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad vmbras,

Pallentes vmbras Herebi, noctémque profundam,

Antè pudor quàm te violem, aut tua iura resoluam.

Adigo, cum infinitiuo. Virg. 6. Æneid.

-tua me genitor, tua tristis imago

Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit. Id est, huc venire me impulit, coegit.

Adigere per metaphoram, Concitare, Impellere. Terent. Adel. 1. 2, Tu homo adiges me ad insaniam. Idem Eunuc. 2. 1,

Noctu te adigent horsum insomnia.

Adigere arbitrium: vel, Adigere arbitrum, locutiones sunt à veteribus vsitatæ, pro Agere ad arbitrum, pro, agere in, vel ad Iudicium. Cic. pro Q. Roscio Comœdo, Quæ cùm ita sint, cur non arbitrium pro socio adegeris Qu. Roscium, quæro. Idem 3. Offic. Itaque Calphurnius cùm demolitus esset, cognouissétque Clodium ædes postea proscripsisse, quàm esset ab Augurib. demoliri iussus, Arbitrum illum adegit, Quicquid sibi Dare facere oporteret ex fide bona.

Adigere sacramento, vel iureiurando, siue ad iusiurandum, dicitur is qui conceptis verbis alium iurare cogit. Ex Budæo. Cæsar 7. bel. Gal.

Probata re,atque omnibus ad iusiurandum adactis. Liu.4. bell. Pun. Citatósque singulos iureiurando adigam.

Sacramento alicuius adigere legiones. Tacit.lib.17.

Sacramento adactus pro aliquo. Tacit.lib.17.

Adigere iusiurandum,sine præpositione. Liu.5.Decad.lib.3.ita iusiurandum adigebant. Loquendi genus est non improbandum.nam apud veteres in verbis compositis non solebat præpositio repeti.Sic Horat. Propugnare nugis dixit.

Adigere in verba, Cogere quempiam vt in nostra verba iuret. Cæsar 2. bel.Ciuil.Prouinciam omnem in sua & Pompeij verba per iusiurandum adigebat.

Adigi iureiurando in verba principis,est quod nunc dicitur,Præstare iuramentum fidelitatis.Ex Budæo.

Adigere, pro Agere,vt Adigere oues.Plaut.Bacch.23.

Adaxint.Id est,adegerint.Fest.Pomp.

Adaxint, adigant. Plaut. in Aulul. Vtinam me diui adaxint ad suspendium.Ex Nonio Marcel.

Adactus,Participium ab adigo { [illegible] } Vi impulsus.Plinius lib.16.cap 40.

Adactus,Infixus,Nonio. Virg.lib.9, -sed viribus ensis adactus
Transadigit costas.

Adactus cũ datiuo.Plin.lib.25.cap.2,Dixit Democritus, credidit Theophrastus,esse herbam,cuius contactu illatæ ab alite quam retulimus, exiliret cuneus à pastoribus arbori adactus.

Adactus cũ accusatiuo,præpositione intercedẽte. Propert.lib.3.eleg.22,
Adactus iugo Rhenus,Adactus legibus Ister.

Stat.lib.1.Thebaid.4.
-limes mihi carminis esto
Oedipodæ confusa domus:quando Itala nondum
Signa,nec Arctoos ausim sperare triumphos,
Bisque iugo Rhenum, bis adactum legibus Istrum. Rhenum & Istrum dicit, pro Rheni & Istri accolis.

Adacta intus vis mortis. Lucret.lib.3.

Tempus soluendi pœnas.Lucret.lib.5.

Vulnus alte.Virg.10.Æneid. Id est profundè impressum.

Adactio { [illegible] } Verbale ab Adigo,Ipse actus adigendi. Liu. 2. bell. Pun.A tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum.

Adiicio,adiicis,pen.cor.adieci,pen.prod. adiectum { [illegible] }adiicere,Ex ad,& iacio,propriè est iacere ad: Vt adiicere tela.Cæsar 3.bell.Gall. Vt neque ex inferiore loco satis commodè tela adiici possent,& missa à Gallis grauius acciderent.

Adiicere telum,est plusquam iácere:nempe ita iacere,vt ad eum locum, quẽ iaculator petit,perueniat.Cæs.lib.2.bel.Gal.Et quia non longius hostes aberant,quàm quò telum adiici posset,prælij committendi signum dedit. Idem lib.4.Atque ita montibus angustis mare continebatur,vt ex locis superioribus telum in litus adiici posset. Lambin.

Adiicere intus,pro Inijcere,immittere,infundere. Corn.Cels.lib 7.cap. 27,idémque humor clystere intus adiicietur.

Adiicere,pro Iacere.Colum.lib.12.cap.16,In lixiuiæ sextarios decem salis tres cyathos adiiciat. Potest hic pro Addat accipi.

Adiicere pro Addere.Liuius 2.ab Vrbe, Adiiciebat huic muneri agri aliquantum.Cicer.de petitione Consulatus,Non vt aliquid ex iis noui adiicerem.

Adiicere doctrinæ gloriam ad laudem belli. Cicero 1. Officior. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius:qui quum belli laude non inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem,doctrinæ & ingenij gloriam adiecit.

Adiicere ex abundanti,Quintil.lib.5.cap.6. Vitiosè adiicere,Idem lib. 1.cap.13.

Adiicere animum rei vel ad rem,pro Animũ appellere, adiũgere, applicare. Ter.Eun.1.2, Quantum suspicor, ad virginem animum adiecit.

Animum consilio,& ad consilium. Liu.8.bel.Pun.Idem lib.5.

Adiicere authoritatem. Plinius Iunior, epistol.20, Quinetiam voluminibus ipsis authoritatem quandam & pulchritudinem adiicit magnitudo.

Calculum.Plin.Iun.lib 1.epist.2 ad Arrianum,Si modò tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. Vide CALCVLVS.

Celeritati.Cels.lib.7.cap.4, Adiicitur celeritati sic,vt tormento quoque, si & linum , & id quod ex penicillo est aliquo medicamento illinitur ex his, quibus callum exedi posui.Id est,Id celerius fit, sed maiori dolore. Et cap.21.eiusdem libri.

Clamorem. Tacit.in vita Agricolæ.

Aliquid disciplinæ.Cels.in procem.lib.7, Ac Romæ quoque non mediocres professores, maximéque nuper Tryphon pater,& Euelpistus, & (vt ex scriptis eius intelligi potest) horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis,aliquantum ei disciplinæ adiecerunt.

Expectationem. Quintil.in procem.lib.4.

Adiicit febres. Id est,addit. Corn.Cels.lib.2. cap.1,At æstas non quidem vacat plerisque ab his morbis,sed adiicit febres,vel continuas,vel ardentes,vel tertianas.

Malo multum.Cels.lib.3.cap.11,Hæc enim paulò antè data multum malo adiicit.

Modum.Hoc est,adhibere. Tacit.Annal.3.

Oculos in aliquem , Quod propriè conicere oculos dicimus. Plautus Asin.13.

Oculos alicui rei , vel in aliquam rem , Est cupiditate rei visæ teneri. Cicero 4 Verrina, Parum planè videbant adiectum esse oculum hæreditati.

Adiicere oculorum imprudentiam aliquò , Aliquid intueri non dedita opera & ex industria,sed per imprudentiam. Cicer. lib.2.de Legibus, Qua licentia Romæ data , quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quò ne imprudentiam quidem oculorum adiici fas fuit?

Stimulos Ioui frementi , Iouem iam iratum magis accendere. Ouidius 1.Metamorph.

Vires.Liu.4.ab Vrbe.

Virus in angues.Ouid.lib.3.de Arte aman.
Dixerit è multis aliquis,cur virus in angues
Adiicis?& rapidæ tradis ouile lupæ?
Prouerbia sunt.

Adiicere aliquid cibo , est addere : cui aduersum Demere aliquid cibo. Cels.lib.4.cap.2.

Aliquid potioni adiicere , Est aliquanto largius bibere. Cornel. Cels. lib.1.cap.3.

Adiicere,pro Consentire. Virg.10. Æneid.
Tercẽtũ adiiciunt,mẽs omnibus vna sequẽdi. Vbi Seru. Adiiciũt, accedunt,& cõsentiunt eius voluntati. Vnde ait,Mens omnibus vna sequendi.Id est,coniurati sunt.Hæc ille. Cæterùm videtur esse sermo eclipticus:vt sit, Adiiciunt illi animũ,aut studiũ,aut voluntatẽ,aut se.

Adicio,adicis,adicere, Verbũ Iurisconsultis vsitatũ,pro Adiicere.Paul.in l.Necesse.D.de in diem addict.Necesse autẽ habebit vẽditor meliore conditione allata,priorem emptorẽ certiorem facere, vt siquid aliud adicit,ipse quoque adicere possit.Vide Ant.August.lib.2.Emẽd.cap.3.

Adiiciales cœnæ { [illegible] } & adipales,sacerdotum vocabãtur. Plin.lib.10.ca.20. Var.de Re rust.lib.3 c.6,vbi de pauonibus,Primus hos Q. Hortensius augurali adiiciali cœna posuisse dicitur. Dicitur autem adiicialis cœna,quòd in ea multa extra ordinem,vltráq; iusta fercula adiiciuntur. Eadem & Pontificalis dicta,teste Macrobio lib. 3.Satur.cap.13.Hæc ex Hermolai in Plinium sententia.

Adiectus, Participium { [illegible] } Vide in verbo. Plin. lib.18. cap.3, M quidem Curij post triumphos immensúmque terrarum adiectum imperio,nota concio est, perniciosum intelligi ciuem,cui septem iugera non essent satis.

Adiecta ignominia post mortem. Quint.lib.3.cap.7.

Adiectus, huius adiectus, Verbale { [illegible] } Idem quod adiectio. Vitruuius lib.9.ca.9, Cuneorum adiectus,aut exemptus in singulis diebus aut mensibus.

Adiectus,pro Iactu,appulsu, coniectu,qui ad id perueniat quò contendit.nam adiicere telum,est plusquam iacere. Lucret.lib.1,
-neque sunt igni simulata:neque vllæ
Præterea rei,quæ corpora mittere possit
Sensibus:& nostros adiectu tangere tactus. Lambinus.

Adiectio,Verbale { [illegible] } Vitru. lib.9. cap.9, Sin autem cuneorum adiectionibus & detractionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur,&c.

Adiectio, Iurisconsultis dicitur melior allata conditio in pretio,quæ in addictionibus,& auctionibus plerunque locũ habet. Adiectionis autem & Addictionis(quæ verba non parum frequenter in quibusdã libris inepte confunduntur) ea est differentia,vt cùm in diem addictio ita fiat,ille fundus esto tibi emptus cẽtum,nisi siquis intra illum diem meliorem conditionem attulerit:siqui adiectionem ad pretium fecerit,& id rei domino placuerit,addicet ei rem:si nemo adiecerit,illi in diem emptori addictio facta consistit. Idem in auctionibus.Vlp.in l. Vbi autem.§.Idem Iulianus.D.de in diem addict. Idem Iulianus libro quintodecimo quęrit,si res in diem addicta interciderit,vel ancilla decesserit : an partus vel fructus eius nomine adiectio admitti possit?& negat admittẽdã adiectionem :quia alterius rei,quàm eius quæ distracta est,non solet adiectio admitti. Quo loco si addictio scriberetur,vt quidam volunt,ineptus Vlpianus foret.Vide Ant.August.lib. 2.Emend.cap.3,ex quo hæc descripsimus.

Adiectiones Iustinianus §.vlt.de Success.libert.accipere videtur pro modis ciuitatẽ Romanã & ius familiæ assequẽdi. Alciat 17.lib.1. parerg.

Adiectiones familiarum. Tacit.Emeritensibus familiarum adiectiones. Sic autem dicebantur,quia certus in coloniis erat familiarum numerus,cui iniussu Senatus adiicere non licebat. Quem in sensum esse Taciti verba accipienda,ostendit Liuius sic scribens, Postulantibus à Senatu Aquiliensium legatis,vt numerum colonorum augeret,M.& D.familię ex S.C.scriptę. Sic etiam adiectio locorum in quadam inscriptione legitur. Tribus xxxv. quod liberalitate optimi principis commoda earum locorum adiectione ampliata sunt.Ex Turneb.

Adiectiuus,adiectiua,adiectiuũ,pen.prod. { [illegible] } Denominatiuum à participio Adiectus, Nomẽ est fictum à Grammaticis.vt quum dicunt,adiectiuum nomen. Prisc.lib.2, Adiectiua nomina ideo vocantur,quòd aliis appellatiuis,quæ substantiam significant, vel etiã propriis adiici solent , ad manifestandam eorum qualitatem vel quantitatem , quæ augeri vel minui sine substantiæ consumptione possunt, vt Bonum animal,magnus homo.

ADILISIVS { [illegible] } Mons est Bœotiæ,de quo Plin.lib.4.cap.7.

ADIMANTVS { [illegible] }Nomẽ viri Atheniẽsis,fratris Platonis. Laert. lib.3. ¶ Fuit etiã hoc nomine Corinthiorũ dux, qui cùm Themistocli exilium obiiceret,Num putas,respondit Themistocles, exulẽ quempiam esse,qui ducentas habeat triremes? Suidas.

Adimo,adimis,pen.corr.ademi, pen.prod.ademptũ { [illegible] }adimere, Auferre.Ex ad,& emo:quòd antiqui,vt ait Festus,Emere dicebant,pro accipere. Ter.And.4.2,Hanc,nisi mors mihi adimet nemo.

Adimere aditum.Cic.7.Ver. Illi aditum litoris Syracusanis ademerunt. Id est,prohibuerunt à litore.

Ægritudinem. Terent.Heaut.3.1.

Animam alicui.Plaut.Mil.10.

Beneuolentiam,charitatem,nomen soceri adimere.Cic.pro Sextio, Ademit Albino soceri nomen mors filię,sed charitatem illius necessitudinis & beneuolentiam non ademit.

Causam rei alicuius faciendæ. Terent.And.5.1.

Ciuitatem alicui,Est cum priuare ciuitate,siue expellere. Vnde & ciuitatis ademptio dicitur. Cic. pro Cæcinna, Deinde nihil rationis affers quamobrem si libertas adimi nullo modo possit,ciuitas possit. Nam & eodem modo de vtraque re traditum nobis est. Et si semel ciuitas adimi potest,retineri libertas non potest.

Curam. Terent.Phor.5.7.& Hecy.5.3.

Consuetudinem. Terent.Phorm.1.3.

Diem adimit nox.Plaut.Capt.7.

Dolores

Dolores. Horat. 2. Serm. Satyr. 3.
Facultatem. Caes. 1. bel. Ciuil. Cic. ad Attic. lib. 3.
Formam alicui. Plaut. Amphit. 16.
Fortunas patrias. Cic. 3. Ver.
Leges. Cic. 2. de Finib.
Leto aliquem adimere. Id est, morti. Horat. 3. Carm. 22.
Memoriam. Plin. lib. 37. cap. 12.
Metum. Terent. And. 2. 2.
Misericordiam hominibus lenissimis. Cic. pro Rosc. Amer. Hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum.
Meipsum mihi. Cic. ad Attic. lib. 3, Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt.
Nomen alicui. Plaut. Epid. 5.
Nomen virgineum. Id est, virginitatem. Ouid. 8. Metam.
Potestatem. Cic. 3. de leg. & pro Quinctio, & 1. Verr.
Risum. Plin. lib. 11. cap. 73.
Soccos pedibus, pro Detrahere soccos. Plaut. Epid. 13.
Somnum. Cic. Attic. lib. 2. 3.
Spolia. Plaut. Amphit. 16.
Transitum. Plin. lib. 17. cap. 21.
Vincula canibus. Ouid. 8. Metam.
Vires. Ouid. 3. Metam.
Vitam. Cic. in Partitionibus. Vide VITA.
Vocem homini adimere creditur lupus. Plin. lib. 8. cap. 22.
Adimo, cum infinitiuo loco nominis posito. Horat. 1. epist. 20.
-adimam cantare seueris. Id est, cantum.
Ademptus {[illegible]} participium, & interdum nomen adiectiuum ex participio. Horat. 2. Carm. 4,

Barbarae postquam cecidere turmae
Thessalo victore, & ademptus Hector. Hoc est, occisus, è medio sublatus.

Anima adempta. Lucret. lib. 3.
Conditio mortis adempta. Id est, moriendi potestas. Virg. 12. Aeneid.
Adempta equorum pernicitas. Tacit. lib. 18.
Augmen ademptum, Absumptum augmentum. Lucret. lib. 2.
Fratrem ademptum lugere. Ouid. 11. Metam.
Lumen alicui. Id est, oculus. Virg. 3. Aeneid.
Lux. Ouid. 14. Metam.
Pax. Ouid. lib. 1. de Ponto, 2.
Spolia. Ouid. lib. 1, Amorum. eleg. 10.
Succi. Ouid. 2. Metam.
Torquis. Ouid. 1. Fast.
Virilitatis ademptae homo. Id est spado, exectus. Cornel. Tacit. Annal. lib. 5, Sed Parthis mittendi secretos nuntios validissimus author fuit Sinnaces, insigni familia, ac perinde opibus, & proximus huic Abdus ademptae virilitatis. Non despectum id apud Barbaros, vltróque potentiam habent.
Ademptio, ademptionis {[illegible]} Verbale ex Adimo, hoc est, ablatio, priuatio. Cic. pro domo sua, Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti & aquae & ignis interdictione faciebant.
Ademptio bonorum. Callistratus in l. ex iudiciorū D. de accusationib.
Ademptio libertatis. Paul. in l. Si seruo. D. de adimend. legat.
Adimpleo, adimples, adimpleui, adimpletum, penult. prod. {[illegible]} adimplere. Videtur idem esse quod Impleo, sed est verbum rarissimum. Plin. lib. 11. cap. 37, Cochleis oculorum vicem cornicula bina praetentatu adimplent. Quasi oculorum vicem implent, aut potius supplent.
Adindo, adindis, adindidi, adinditum, penult. corr. {[illegible]} adindere, verbum antiquum, compositum ex indo, quod ipsum ex do est compositum, significat Imponere, immittere. Cato de Re rust. cap. 18, Orbem olearium latum pedibus quatuor punicanis coagmentis facito crassum digitis sex, subscudes ligneas adindito.
Adinuenio, adinuenis, penult. corr. adinueni, penult. prod. adinuentum {[illegible]} adinuenire, Ex ad, & inuenio: quod ipsum ex venio compositum est: idem quod inuenire significat, siue potius comminisci: Hoc est, ingeniose & subtiliter inuenire. Cicero 2. de Nat. deor. Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos, &c. Plaut. Curcul. Iam huic vo luptati hoc adinuentum odium est.
Adipalis, Adipatum. Vide ADEPS.
Adipiscor, adipisceris, pen. corr. adeptus sum {[illegible]} adipisci. Ex ad, & verbo antiquo apiscor. Est rē aliquam assequi. Hoc est, ad aliquid peruenire. Plaut. Sticho, 5. 8, Nunc potestas tibi adipiscendi est gloriam, laudem, decus.
Adipisci honores. Cic. 4. Verr.
Adipisci iudicium, siue ius, quod & ius obtinere dicitur. Terēt. Phorm. 2. 3. Liu. 1. ab Vrbe, Ius nostrum adipiscamur.
Adipisci nuptias. Terent. Andr. 2. 1, Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier.
Ordinem Senatorium. Cic. pro Flacco.
Palmam. Plin. lib. 35. cap. 10.
Senectutem. Cicero de Senect. Quo in genere in primis est senectus, quam vt adipiscantur omnes optant eandem, accusant adepti.
Adipisci quempiam, pro assequi: de itinere dictum. Plaut. Epid. 2. 13, Nam vt apud portum te conspexi, curriculo occepi sequi: Vix adipiscendi potestas modo fuit.
Adipisci aliquid ad dicendum & iudicandum. Cic. in proœm. Offic. 3, Vt non modò Graecarum literarum rudes, sed etiam docti aliquantum se arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad iudicandum.
Adipiscor, in passiuo significatu. Plaut. Trin. 6, Non aetate, verùm ingenio adipiscitur sapientia. Pro Acquiritur, comparatur.
Adipiscendus {[illegible]} Cic. lib. 2. de Legib. Intelliget quanta instrumenta habeat ad obtinendā adipiscendámque sapientiam. Sic 1. Offic. Idem 3 de finibus.
Adeptus, Participium {[illegible]} Idem quod assecutus. Plin. lib. 7. cap. 24, Tam multis gloriam eius adeptis.
Adeptus cognomen. Propert. lib. 4. eleg. 4.
Crimen. Ouid. lib. 2. Trist.
Coniugium regium. Catul. epig. 61. 6.
Connubium. Catul. epig. 57.
Nomen. Ouid. 8. Metam.
Adeptus rerum. Id est, rerum potitus, qui rerum imperium tenet. Corn. Tacit. Annal. lib. 3.
Summos honores à populo Romano. Cic. pro Cluent.
Adeptae palmae. Id est, victoriae. In significatione passiua. Ouid. 4. Trist. eleg. 7. 4,

Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas.

Vetustatem adepta. Colum. lib. 5. cap. 6.
Adeptio, verbale {[illegible]} Cic. 2. de Finib. Nos beatam vitam, non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus. Id est, assecutione.
Adiposus, Vide ADEPS.
Adipsa {[illegible]} Dicuntur quaeque medicamenta sitim aut extinguentia, aut obrepere prohibentia: quemadmodū Alima, [illegible], quae fami obsistūt. Vtrorumq; meminit Plutarch. in cōuiuio septem sapientum.
Adipsos, vocatur Glycyrrhiza, quam vulgus Rigoliciā appellat. Plin. lib. 22. cap. 9. Hac diximus sitim famémque sedari. Ob id quidam adipson appellauere eam, & hydropicis dedere ne sitirent. Idem lib. 12. cap. 22, meminit palmae Aegyptiae, quae Adipsos vocatur, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno.
Adipsateon, Plin. lib. 24. cap. 13, scribit fruticem esse spinosum in Nisyrio & Rhodiorum insulis, quem alij erysisceptrum, alij dipsacon, alij diacheton vocant.
Aditio, Aditus, Vide ADEO, adis.
Adiudico, adiudicas, penul. cor. {[illegible]} adiudicare, Per sententiam & iudicium attribuere, cui cōtrarium est abiudicare. Cic. 1. Offic. Itaque illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminauit: in medio relictum quod erat, populo Romano adiudicauit.
Adiudicare, per translationem, quouis modo attribuere, quasi iudiciali sententia. Cicero Attic. lib. 1, Saepe, multisque verbis suis mihi salutem imperij atque orbis terrarum adiudicarit. Horat. lib. 1. epist. 19,

Et nunc siquid abest, Italis adiudicat armis.

Adiudicare causam alicui. Cic. 2. de Orat. Hoc necesse est, vt is qui nobis causam adiudicatur' sit, aut inclinatione volūtatis propēdeat in nos, aut defensionis argumētis adducatur, aut animi permotione cogatur.
Domum. Cicer. Att. lib 4, Nemo enim dubitat quin domus nobis esset adiudicata.
Adiudicare aliquem in seruitutem alicui. Cicer. 1. Verr. Iste in possessionem bonorum mulieris mittit: ipsam Veneri in seruitutem adiudicat.
Adiudicare saporem alicui rei. Plin. lib 9. cap. 54. Is primus optimum saporem ostreis Lucrinis adiudicauit. Id est, iudicio suo comprobauit ea esse optimi saporis.
Adiudicare & Abiudicare, contraria. Cic. contra Rullum.
Adiudicare pro decernere, quod vulgò dicitur cōcludere. Plaut. Menęch. 5. Adiudicato cum viro hanc noctem sies.
Adiugo, adiugas, penult. corr. {[illegible]} adiugare, Compositum ex ad, & iugum iugi: propriè significat boues ad iugum pariter accommodare: cui opponitur Abiugare. Nonius, Adiugare, adiungere. Pacuuius Chryse, Mater est terra, ea parit corpus, anima mater adiugat. Idem Iliona, Blandam hortatricem adiugat voluntatem.
Adiugare vitem, Est vitem in iugum disponere, quod & iugare dicitur. Iugum autem hoc loco sumitur pro palis quibusdam, velut in iugum assurgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. Plin. lib. 17. cap. 22, Satius pampinos adiugatae detergēre. Colum. lib. 4. cap. 17, Nihil enim refert iugum in stellam decussari atque diduci, nisi & palmites adiungentur.
Adiumentum, Vide ADIVVO.
Adiungo, adiūgis, adiūxi, adiunctū {[illegible]} adiungere, Quasi ad aliquid iungere, & penè idem quod cōiungere. Cic. 1. de Orat. Iuris scientiā eloquentiae tanquam ancillulam adiunxit. Adiungi & contineri. Cic. 6. Ver. Eorum coniunctione, pars oppidi, quae appellatur insula, mari disiuncta angusto, ponte rursum adiungitur & continetur.
Adiungit atque annectit rebus praesentibus futuras. Cic. 1. Offic.
Adiungere aliquem alteri. Cic. Att. 1. 9, Hic dies me valde Crasso adiunxit. Pro, Cōiunxit, & amicum fecit. Idem ad Pompeium, lib. 5. 7, Illud non dubito, quin si te mea summa erga te studia parum mihi adiunxerint, Respublica nos inter nos conciliatura coniuncturáque sit.
Adiungere se ad aliquem, Cum aliquo familiaritatē inire. Cic. in Philip.
Adiungere se ad aliquos propinquitate. Plaut. in Aulul. 7.
Aliquem ad amicitiam, Eum nobis amicitia coniungere. Cicer. de petit. Consul.
Applicare se & adiūgere ad aliquid. Cic. de Amicitia, Siqua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat.
Accessionem aedibus, pro Addere. Cicer. 1. Offic. Hanc Scaurus demolitus, accessionem adiunxit aedibus. Vide ACCESSIO.
Animum aliquò, aut ad aliquod studium, Idem quod appellere animū. Terent Hecyra, 4. 4. & And. 1. 1.
Animos hominum ad vsus nostros, pro Accōmodare. Cic. 2. Offic. Quū igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & prosint & obsint: proprium hoc statuo esse virtutis, conciliare animos hominum, & ad vsus suos adiungere.
Adiungi ad authoritatem senatus. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9.
Auxilium sibi adiungere, Comparare sibi auxilium. Cic. pro Rosc. Amer. Auxilium sibi se putat adiunxisse, qui cum altero communicauit.
Sibi aliquem beneficio, Eum beneficio deuincire atque astringere, & amicum reddere. Terent. Adelph. 1. 1.
Aliquem beneficio ad suam necessitudinem. Cicer. ad Plancum, lib. 13, Ipsum Capitonem gratissimum, officiosissimum, optimum virum, ad tuam necessitudinem tuo summo beneficio adiunxeris.
Beneuolentiam hominū sibi adiungere lenitate audiendi. Cic. pro Murena, Praetor offensionē vitat aequabilitate decernēdi, beneuolentiam adiungit lenitate audiēdi. Hoc est, conciliat sibi, & acquirit fauorem.

Se ad causam alicuius.quod barbarè dicitur,Ponere se de parte alicuius. Cic.Lentulo,lib.1.9, Ad eorum causam me adiungerem. Hoc est, illorum causæ fauerem.
Comitem fugæ.Cic. ad Atticū, lib.9,Nihil dignum faciebat quare eius fugæ comitem me adiungerem.
Diligentiam alicuius sibi in aliquo adiungere, Vti alicuius diligentia in aliquo negotio.Cic.pro Cluentio,Alteram partem causæ sic agemus, vt vos doceamus : alteram sic, vt oremus. In altera, diligentia vestra nobis adiungenda est:in altera,fides imploranda.
Dignitatem & decus alicui.Cic.ad Curionem, lib.5.13, Mihi verò tantum decoris,tantum dignitatis adiunxeris, vt eundem te facilè agnoscam fuisse in laude mea,qui fueris in salute.
Fidem alicui rei,Credere,Fidem habere. Cicero 2.de Diuinatione, Authoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adiungere.
Fortuna adiuncta diuinitus summis viris ad res benè gerendas.Cic.pro lege Manilia,Fuit profectò quibusdam summis viris quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas diuinitus adiuncta fortuna.
Generum.Virgil.7.Æneid.

-petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus,auis atauísque potens,quem regia coniunx
Adiungi generum miro properabat amore.

Metus ad gratiam adiunctus.Cic.1.Verr. Vt aliquis metus adiunctus sit ad gratiam.
Numeros verbis solutis.Cic.in Ora. Qui Isocratem maximè mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quòd verbis solutis numeros primus adiunxerit.
Opportunitas adiuncta ad cæteras vtilitates.Cic.pro lege Manil. Nunc quum ad summas vtilitates hæc quoque opportunitas adiungatur,vt in his ipsis locis adsit, vt habeat exercitū,vt ab iis,qui habent, accipere statim possit,quid expectamus?
Ornamenta oratoria dicendi ad elegātiam verborum Latinorum.Cic. in Bruto.
Prouincias ad imperium,aut Rempublicam.Id est,Addere vel acquirere imperio. Cic.pro lege Manil.Quinquagesimo die totā ad imperiū pop.Romani Ciliciam adiunxit.
Se ad rationes alicuius. Cic. Lent.lib.1.8,Me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti.
In societatem vrbem aliquam.Liu.7.bel.Maced.
Sibi socium,Quod & socium adsciscere dicimus. Cic.3. de Finib.& pro Quinctio.
Sibi socium ad malam rem.Plaut.Asin.7.
Singulos adiunxit ad singula.Cic.de Vniuersit.
Tauros aratro.Tibul.lib.1.eleg.9.
Vitem palis.Tibul.lib.1.eleg.7. Virgil.1.Georg.
Voluptatem,vel vacuitatem doloris ad virtutem.Cicer.2.de Finib. Qui ad virtutem adiungunt vel voluptatem,quam vnam virtus minimi facit,vel vacuitatem doloris.
Vxorem sibi.Cic.3 de Finib.Atque vt è natura viuat,vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare.
Adiungitur ad Aphricam etiam Hispania.Cic ad Attic.lib.11.
Adiunctus,Participium. Cic.2.de Nat. deor. Aspera arteria ostium habet adiunctum linguæ radicibus.
Adiunctæ aues Id est,adiugatæ.Ouid.lib.1.Amorum,2.
Adiunctus { συναπτὸς } nomen ex participio. Cic. pro Cluent. Aceruatim iam reliqua, Iudices, dicam, vt ad ea quæ propiora huius causæ, & adiunctiora sunt,perueniam.
Adiunctum, Substantiuè neutro genere Gellius dici putat, quod Græci συνημμένον ἀξίωμα dicūt.Id adiunctum verò tale est, Si Plato ambulat, Plato mouetur : si dies est,Sol est super terras.Vide Noct.Attic.lib.16. cap.8. Vide CONNEXVM.
Adiunctio,adiunctionis.Verbale { σύναψις } Cic.2.de Finib.In quibus nulla est virtutis adiunctio.Id est,accessio.
Adiunctio animi.Cic.de petit.Consul.Tribus rebus homines maximè ad beneuolentiā ducūtur,beneficio,spe, adiūctione animi vel volūtate.
Adiunctio naturæ ad hominem.Cic.ad Attic. lib.7, Etenim si hæc non est,nulla potest homini esse ad hominem naturæ adiunctio: qua sublata,vitæ societas tollitur. De parentum amore in suos loquitur.
Adiunctio.Id est,Additio,cōditio.Cic.2.de Inuent.Atque etiam hoc mihi videor videre,esse quasdam cum adiunctione necessitudines,quasdam simplices & absolutas. Nam aliter dicere solemus, Necesse est Casilinēses se dedere Annibali,nisi malint fame perire:aliter autem, Necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Illic in superiore adiūctio est hæc,Nisi malint fame perire:si enim id malint,non est necesse.Hoc inferius non item,propterea quòd siue velint Casilinenses se dedere,siue famem perpeti atque ita perire,necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Vulgò vocant necessitatem conditionalem.
Adiunctio pro quadam figura seu exornatione oratoria, quum verbum quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primùm aut postremū collocamus. Ad Heren.lib.4. Idem 3. de Orat.Et in eadē verba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio. Hanc verò, Adiectionem vocat Quintil.lib.9.cap.3.
Adiunctor,adiunctoris { συνάπτων } Qui aliquid adiungit.Cic.Att.lib.8, Ille Galliæ vlterioris adiunctor. Hoc est, vlteriorem Galliam adiunxit Romano imperio.
Adiurgium { λοιδορία } idem significat quod iurgium, nisi locus est mendosus.Plaut.Menæh.17,

-nec.pol,filia vnquam accersit patrem
Ad se,nisi quid commissi adiurgij est causa.

Adiurgo,adiurgas { ἐπιπλήσσω } adiurgare, Valde obiurgare. Plaut.At pol quin certa res est adiurgare hāc quæ me hodie aduenientem domum noluerit salutare.Budæus.
Adiuro,adiuras,penult.prod. { ἐπόμνυμι, ἐξορκίζω } adiurare, Idem quod iurare:aut certè iurare vehementius & grauius. Terent.And.4.2, Per omnes tibi adiuro deos,nunquā eam me deserturum. Cic.2.Philip. Adiurásque,id te inuito me non esse facturum.
Adiurare.pro Iusiurandum exigere,vel Adigere ad iusiurandum,vulgò vsurpatur.In quem sensum videtur dixisse Liu.5.Decad.lib.3, Censores,vt eam rem adiuuarent, ita in concione edixerunt : legem censui cēsendo dicturos esse,vt præter commune omnium ciuium iusiurandum hæc adiurarent,&c.
Adiurare omnia.Cic.ad Quint.frat.lib.3.21, Crebrius vt antè ad te scripsi,Romæ est : & qui omnia adiurant, debere tibi valde renuntiant. Alij legunt,adnuat.
Adiurare alicui.Ouid.19.epist.

· Promisit pater hanc,hæc adiurauit amanti:
Ille homines,hæc est testificata deam.

Adiuto,Vide ADIVVO.
Adiuuo,adiuuas,penult.corr.adiuui, adiutum, penult. prod. { βοηθῶ, συμμαχῶ, ἀρήγω, συναίρομαι, ἐπικουρῶ } adiuuare, Opem ferre, Auxiliari, Subleuare. Terent.Phorm.3.3, Qui me dudum,vt dixti,adiuuerit comiter? Cic.4.Verr. Adiuuo te.
Adiuuare,pro Fauere.Terent.Phor.1.4, Fortes fortuna adiuuat.
Adiuuare ad aliquid. Cic pro Quinctio, Vt omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, authoritatem adiuuare. Idem pro Archia,Qui profectò si nihil ad percipiendam, colendámque virtutem literis adiuuarentur, nunquam se ad earum studium contulissent. Idem 2.Offic.In filiarum collocatione amicos adiuuant.
Adiuuare in aliquo.Terent.And.3.3, Vt me adiuues in hac re. Cicer.ad Curionem, libro 11.5, Non enim mihi tam mea salus chara fuit,in qua præcipuè sum adiutus ab illo,quàm,&c.
Adiuuare,cum dictionibus quid,nihil,& multum. Plaut. Pœnul.14, Siquid tu adiuuas. Pro,si in re aliqua:aut sine præpositione,si aliqua re adiuuas. Cicero 3. Verrina. Iam nihil te iudicium Neronis adiuuat. Id est, nulla in re. Terentius Hecyra, 3. 3, Qui sic sunt, haud multum hæredem adiuuant. Id est, parum consulunt hæredi, vt vult Donatus.
Adiuuare auxilio.Liu.lib.9.bel.Pun. Sic Adiuuare consilio, factis, manu, opera,prudentia,pecunia.Ex Terent. Phorm.5.3, Plauto Casina. 6,Cicerone 2.Offic.
Artes.Ouid.8.Metam.
Concoctionem.Plin.lib.23.cap.1, Concoctionem minus adiuuant.Hoc est,minus conferunt ad concoctionem. Est autem concoctio quam barbari digestionem vocant, quum digestio sit distributio alimenti per corpus.
Consensum omnium gentium.Cic.ad Planc.lib.10.10, Subueni patriæ, opitulare collegæ,omnium gentium cōsensum & incredibilem conspirationem adiuua.
Consilium.Senec.in Medea,7.
Delectum.Cic.ad Att.lib.7.Me Pompeius Capuam venire voluit,& adiuuare delectum.
Errorem alterius. Cic. ad Att. lib.12, Sed ferendus tibi in hoc meus error.ferendus?immo verò etiam adiuuandus.
Facultates alicuius,pro augere.Plin.Iunior,epist.139.
Formam cura.Ouid.2.Metam.
Ignē.Hoc est magis excitare & inflāmare.Liu.4.bel.Mac. Ouid.10.Met.

-Cythereáque comprecor,ausis
Adsit ait nostris,& quos dedit adiuuet ignes.

Insaniam alterius,pro Augere.Plaut.Amphit.8.
Ira adiuuat manus.Ouid.lib.1.Amorum,eleg.7.
Mœrorem orationis lacrymis.Cic.2.de Orat. Quum C.Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lacrymis suis adiuuaret.
Nequitiam præceptis.Quintil.lib.2.cap.15.
Adiuuare temeraria via. Cels.lib.2.cap.10, Sed si nullum tamen apparet aliud auxilium, periturúsq; sit qui laborat, nisi temeraria quoque via fuerit adiutus.
Voluntatem,Augere,aut subleuare.Cic. de Amicitia.
Comiter. In COMIS.
Lepidè.In LEPIDVS.
Monificè.In MVNVS.
Adiuuo cum infinitiuo. Plin. 11. cap. 24, ad finem, Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero:qui vt emerserit,matrem consumit,sæpe & patrem:adiuuat enim incubare.
Adiutum est à me,Impersonale. Sallust. de Repub.ordin. ad Cæsarem, Nam siue hac,seu meliore alia via perges,à me quidem pro virili parte dictum & adiutum fuerit.
Adiutus, participium, penult.prod. { βοηθούμενος. } Ouidius 1. epistol. -adiutus ab vno.
Amor adiutus fatis.Ouid.24.epist.
Adiuta vires hasta.Sil.Ital.lib.6.
Adiuta est nouitas numine nostra dei.Ouid.1.de Pont.13.
Nerui aliquo conamine adiuti.Ouid.15.Metam.
Adiuto,adiutas,penul prod. { ἐπικουρῶ } adiutare,ab adiuuo,pro eodem, sed ferè apud veteres vsitatius quàm ipsum primitiuum. Teren. And. 1.3,Nec quid agam certum est,Pamphilúmne adiutem,an auscultem seni. Ennius apud Cic.de Senectute,

O Tite,siquid ego adiuto,curámve leuasso.

Adiuta mihi, vetustè dictum pro Adiuua me. Pacuuius in Chryse. Ex Donato.
Adiutare aliquid,pro Adiuuare in re aliqua.Terent.Phorm.1.2,

-neque cognatus extra vnam aniculam,
Quisquam aderat,qui adiutaret funus. Idem Hecyra,3.2,
Tu pueris curre Parmeno obuiam,atque eis onera adiuta. Et est

μεταφορικῶς,pro,ipsos onera portantes,eis onera adiuta.
Adiutor,adiutaris,Passiuum { ἐπικουροῦμαι } Lucret.lib.1,

Adiutamur enim dubio procul,atque alimur nos.

Adiutor, adiutaris, deponens, { ἐπικουρέω } Vetustè dictum pro Adiutare. Pacuuius Dulorestе, Illū quæro qui adiutatur. Afran. Inimicis,

Hæc obse

Hæc obſecro igitur agite,& me adiutamini. Nonius.

Adiutans, participium {ὑπουργῶν.} Terent. in Phorm. prologo, Boni- táſque veſtra adiutans atque æquanimitas. Vbi donatus, Sic veteres dicere maluerunt, quàm adiuuans. Varr. 2.de Re ruſt.cap.7, Eo e- nim adiutante equa alligata celerius admittitur.

Adiutor,pen.prod.verbale {συνεργὸς,βοηθὸς,συναγωνιστής,ὑπουργός} Qui ad- iuuat.Cicer. 3.Verr.Homines arrogantes hoc adiutore Q.Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertiſſe. Pro eo quod eſt adiuuante.

Adiutor magnus.Horat.1.Serm.9.

Belli adiutor.Cic.ad Attic.lib.9, Huius igitur belli ego particeps & ſo- cius & adiutor eſſe cogor.

Honori alterius. Cæſ.1.bel.Ciuil. Cuius ipſe honori & dignitati ſemper fauerit,adiutórque fuerit.

Honoris.Cic.pro Flacco,Honoris potius L.Flacci me adiutorem futu- rum ſperabam,quàm miſeriarum deprecatorem.

Iracundiæ alterius.Terent.Adelph.1.2.

Adiutor ad aliquid. Cic.de Amic. Vt aut libidinis miniſtri, aut adiuto- res eſſent ad iniuriam.

Adiutor in re aliqua.Cic.Attic.lib.8. Ille abſentis in omnibus adiutor.

Legis author atque adiutor. Cic.de Lege agraria, Omni hoc vobis ra- tione confirmare poſſum Quirites, hoc animo me ad legendam le- gem,cognoſcendámque veniſſe: vt ſi eam vobis accommodatam at- que vtilem eſſe intelligerem,author eius atque adiutor eſſem.

Adiutor,authórque eiuſdem ſententiæ Epicurus.Cic.3.Offic.

Adiutor victoriæ.Cic.1.Tuſcul.

Adiutorem venire alicui.Cic.1.de Nat.deor. Tu autem nolo exiſtimes me adiutorem huic veniſſe,ſed auditorem.

Adiutor his contra patriam inuentus eſt nemo.Cic.de Amicit.

Socio atque adiutore conſiliorum periculorúmque meorum,L. Flacco. Cic.pro Flacco.

Adiutorium {βοήθεια,ἀντίληψις} deriuatum ab Adiutor,pro Adiumento ſeu Auxilio.Aſinius Pollio apud Sueton.de Claris grammat. In eam rem adiutorium ei fecit maximè quidam.

Adiutorium deorum immortalium.Valer.Max.

Ignis Senec.ad Lucil.epiſt.31,Nihil calidum eſt ſine adiutorio ignis.

Adiutorio iuris elabi ex crimine. Quintil.lib.3.cap.6.

Adiutoria ſenectutis.Colum.in præfat.lib.12.

Egere adiutorio. Quintil.lib.1.cap.1.

Vti adiutoriis.Quintil.lib.10.

Adiutrix,pen.prod. {συνεργήτρια} adiutricis,pen.etiam prod. verbale. Ter.Hecyr.Adiutrix noſtræ induſtriæ. Sic Adiutrix ſcelerum, Cic. 7.Verr. Et in Lælio,Aſſentatio,vitiorum adiutrix.

Adiutrix legio dicta apud Tacit.lib.18.& 19.& in l.vlt.C.de ſtipat.Præ- fect.Prædlib.12.

Adiutrix in peccato filij.Terent.Heaut.5.2,
-matres omnes filiis
In peccato adiutrices.

Adiutrix noſtris cœptis.Ouid.7.Metam.

Adiumentum {βοήθημα} verbale ab adiuuo, Auxilium. Cic.1.Offic. Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum.

Vti adiumento.Cic. 5.de Finib. Neque ſanè multum adiumentis exter- nis & aduentitiis vteretur.

Adiumentum aduentitium.Vide ADVENIO.

Adiumentum ad pulchritudinem.Terent.Phorm.1.2.

Adiumento eſſe alicui,Prodeſſe,iuuare. Cic.7.Verr. Vbi hoc videt,illo- rum confeſſionem, teſtificationem ſuam, tabellas ſibi adiumento futuras.

Adiumento eſſe ad victoriam.Cic.ad Brutum,Bruti eruptio non ſolum ipſi ſalutaris fuit,ſed etiam maximo ad victoriam adiumento.

Adiumento eſſe in cauſis.Cic. pro Quinctio.

Adiumentum afferre alicui ad rem aliquam.Cic.1.Offic.

Adiumenta importare. Vide IMPORTO.

Adiumento iuuari,apud Columel.

Adiumenta firma.Ouid.lib 4.de Ponto 13.

Adiumenta & auxilia. Cic.4. Tuſcul. A philoſophia omnia adiumenta & auxilia petamus bene beatéque viuendi.

A D L

Adlaboro,adlaboras, pen.prod.adlaboraui {ἐπιπονέω} adlaborare. Cic.in Bruto, An tu, inquit, adlaboraſſe huic modo Bruto probatu- rus es?Horat.1.Carm.
Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus curo. Hoc eſt,Nihil labores myrto applicare. Porphyr.
Idem Epod.8.
Quod vt ſuperbo prouoces ab inguine,
Ore adlaborandum eſt tibi. Hoc eſt, Valde laborandum. Alij Allaboro ſcribunt.

Adlæuo,Vide ALLAEVO.

Adlatro,as {ἐπιϋλακτέω} Quintil.lib.8,Adlatrari ab aliquo.

Adlecti.Vide ALLECTI.

Adlicio,Vide ALLICIO.

Adlino,Vide ALLINO.

Adliueſcit.Liuere incipit,Id eſt,Liuidum fieri.Feſtus.

Ad limina ſeruus,Vide LIMEN.

Adlubeſco, Vide ALLVBESCO.

Adluceo,es {ἐπιλάμπω} pen.prod.adluxi,adlucere,Iuxta aliquid lu- cere, vel ad aliquid lucere. Vtuntur Eccleſiaſtici, Pſalm.96. Adluxe- runt fulgura eius orbi terræ. Hoc eſt, Lucere fecerunt fulgura eius orbem.Alij ſcribunt Alluceo.

A D M

Admando, {ἐπιτέλλω} Ad aliquem vel aliquò aliquid cuipiam com- mitto. Plaut.in Pœnul.
Reuertor rurſus denuò Carthaginem,
Siquid admandare vultis,aut curarier:
Argentum mihi qui dederit,nugas egerit. Sic legit Calepinus.
At exemplaria caſtigata ſic habent,
Reuortor rurſus denuò Carthaginem,
Siquid mandare voltis,aut curarier:
Argentum niſi qui dederit,nugas egerit:
Verùm qui dederit,magis maiores egerit.

Admetior,admetiris,admenſus ſum {ἐπιμετρέω} admetiri,Idē quod ſimplex metiri. Caius in l.Quod ſæpe.D. De contrahen. empt. In iis quæ pondere,numero, menſuráve conſtant, veluti frumento, vino, oleo,argento,non aliter videatur perfecta venditio,quàm ſi admen- ſa,& appenſa, adnumeratáve ſint.

Frumentum admetiri. Cic. 5.Verr.An poterat non modò Apronius,ſed quiuis,exercitus,ſi metiendum eſſet, improbare Siculum frumētum, quod illi ex area,ſi vellet,admetiri licebat?

Frumentum militi.Liu.lib.5. bel.Maced.

Vinum.Cato de Re ruſt.cap. 154, Vinum emptoribus ſine moleſtia ad- metiri debet.

ADMETE,es {Ἀδμήτη} vna Nympharum,Oceani & Tethyos filia. He- ſiodus in Theogonia,
Πλησώ τ', Ἀδμήτη τ', Ἰάνθη τ', Ἠλέκτρη τε.

ADMETVS,pen.prod.{Ἄδμητος} fuit rex Theſſaliæ,ſiue Phereorum,cu- ius armenta nouem annis pauit Apollo, diuinitate priuatus. Calli- machus fabulam ſcribit in hymno Apollinis.

De Admeto per adagium dicitur, Admeti nænia, de triſti, lugubríque cantione.Iuuenal.ſatyr.6. Ouid.3.de Ponto.1,
Si mea mors redimenta tua(quod abominor)eſſet,
Admeti coniunx quam ſequereris erat.

Pheretiades Admetus, propterea quòd apud Pheras regnauerit. Sunt autem Pheræ,vrbs Theſſaliæ.Ouid.lib.3.de Arte aman.

Pheræus Admetus.Senec.in Medea, 8.

Adminiculum,pen.corr.{χάραξ,ἔρεισμα}proprié dicitur ſuſtentacu- lum,ſiue fulcimentum rei alicuius, quale eſt pedamentum vitis, aut palus arbuſculæ.Cic.2.de Nat.deorum, Iam verò vites ſic clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. Cic.de Senect. Ad- miniculorum ordines,capitum coniugatio, religatio, propagatio vi- tium ſarmentorúmque.

Adminiculum,Adiumentum,auxilium.Cicero 3.Officior. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullius adminiculis, ſed (vt dicitur) Marte noſtro.

Adminiculo,las,pen.cor. {χαρακόω} adminiculare:adminiculum adhi- bere, fulcire adminiculo. Columel. de arboribus, cap. 16, Tum de- mum circa Calendas Martias vitem de ſeminario ne minorem qui- dem decem pedum ſternito, & adminiculato, arborique iungito. Plin.lib.14 cap.1, Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus horrent.

Adminiculare, pro iuuare. Varronis Cato, ſiue de liberis educandis, Quod petiſti,vt eius educationis ſierem tibi ſocius, quoad potui,ad- miniculaui tuam voluntatem ſcribendo. Nonius.

Adminiculor,deponens {χαρακίζω} pro eodem.Cic.5.de Finib. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat,amputet,erigat,ex- tollat,adminiculetur. Colum.lib.4.cap.16,His peractis,ſequitur(vt antè diximus)adminiculandæ,iugandæque vineæ cura.

Adminiculatus,pen.prod. {χαρακωτός} nomē ex participio. Gell.lib.20. cap.11, aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminicula- tior, aut oratio ſolertior.

Adminiſter, {διάκονος, ὑπηρέτης} Qui miniſtrat aut iuuat in aliquo,vel etiam alicui opem præbet. Cicero pro Sex. Roſcio, Vnus puer victus quotidiani adminiſter,ex tāta familia Sexto Roſcio relictus non eſt.

Adminiſter,Interpres,ſiue internuntius.Cic.4.Verr. Rerum huiuſmodi omnium tranſactor & adminiſter,ad Sopatrum venit.

Adminiſter audaciæ,libidinis,cupiditatum alicuius.Cic.in Catil. 4.

Adminiſtri & ſatellites Sex. Næuij.Cic.pro Quinctio.

Adminiſtra,& comes virtutis,ars.Cic.pro lege Manilia.

Adminiſtro,adminiſtras,adminiſtrare { ὑπηρετέω, παρέχω } interdum ſi- gnificat præbere, ſuggerere, ſuppeditare. Cæſar 7. belli Gallici, Re- liqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare in- ſtituit.

Adminiſtrare, pro diſtribuere, impartiri, & reſtituere, in l.10.in fin.D. de Inoffic.

Adminiſtrare,interdum gubernare. Cæſar 2.belli Gall. Nihil iam Cæ- ſaris imperium expectabant, ſed per ſe, quæ videbantur, admi- niſtrabant.

Adminiſtrare bellum.Cic. Attic.lib.7.

Bellum cum Iugurtha,cum Cimbris,cum Theutonis. Cicero pro lege Manilia.

Ciuitatem.Cic.1.Offic.

Leges & iudicia. Cic.1.Verr. Per homines honeſtiſſimos, viróſque for- tiſſimos leges iudiciáque adminiſtrentur.

Negotium. Cic.ad Brutum, lib.13.12, Operámque des, vt per te quàm commodiſſime negotium municipij adminiſtretur, quamprimúm- que conficiatur.

Adminiſtrare omnia admirabiliter.Cic.2.de Nat.deorum,Sic vndique omni ratione concluditur, mente conſilióque diuino omnia in hoc mundo, ad ſalutem omnium conſeruationémque admirabiliter ad- miniſtrari.

Commodè adminiſtrare.Vide COMMODVS.

Lautè munus ſuum.Vide LAVTVS.

Adminiſtrare & regere mundum.Cic.1.de Nat. deor.

Rem.Cic.ad Brutum,lib.13.12, Ad ea viſenda, pecuniáſque quæ à colo- nis debentur exigendas, totámque rem & cognoſcendam & admi- niſtrandam,legatos miſimus.

Conſilio & ratione rem.Cic.1.de Finib.

Adminiſtrare & gerere rem.Cic.5.Verr.

Rem familiarem. Cicero lib. 1. de Inuent. Quomodo rem familiarem adminiſtret.

Rempublicam.Cic.4.Verr.

Prouinciam,Regere.Cic.Attic. Sic ad Q. frat.lib. 1.

Pocula Ioui, Idem quod miniſtrare.Cic.1.Tuſcul.

Vindemias,aut sementem,pro facere.Varr.de Re rust.

Administrator,penult.prod. verbale {ὑπηρέτης} Cicer.5.Tuscul.Itaque nec pulchros illos administratores aspiciebat. Id est, ministros,siue administros.

Administrator belli. Cic.1.de Orat. Qui quum esset constitutus administrator belli gerendi.

Administratio, verbale {ὑπηρεσία} Gubernatio.Cicero 4. de Finib. Diligentia rei familiaris, administratio Reipub. ordo gerendorum negotiorum.

Actio & administratio Reipublicæ. Cicer.ad Lentulum lib.1.9, In sententiis Senatoriis, & in omni actione atque administratione Reip. floruissemus.

A curatione & administratione rerum vacare.Cic.1.de Nat.deor.

Administratio libera quæ sit, vide in l.filiusfam. D. de donat. Vlp.in l. cum actû.D.Neg.gest.casum indicat,quo ex superioris temporis administratione nihil amplius in iudicium deduci potest.Cæterùm administrationem liberam, qualem dominus procuratori commisit, barbari altam & bassam vocant. Ex Oldend.

Administratiuus, pen.prod. adiectiuum: Vnde ars administratiua, quæ & actiua dicitur.Quintil.lib.2.cap.18, Si tamen vna ex tribus artibus habenda sit,quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima,dicatur actiua,vel administratiua.

Admiror,pen.prod.admiraris {θαυμάζω} Idem quod Mirari,vel Mirari vehementer. Cicero ad Attic. lib.6, Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ.

Admirari aliquem, Venerari,Suspicere,Magnopere æstimare. Terent. Eunu.2.2, His vlerò arrideo, & eorum ingenia admiror simul. Cic. 4.Acad.205, Diodoro quid faciam Stoico, &c. quem & admiror, & diligo. Virg.4.Georg.43,

Ille operum custos,illum admirantur,& omnes
Circunstant.

De aliquo, vel de re aliqua. Cicer.ad Attic. lib. 9. De Dionysio sum admiratus.

Aliquem in re aliqua. Cic.1.de Orat. Quo in libro in hoc maximè admirabar Platonem,quòd mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur.

In homine aliquid. Cic.2.de Orat. Ego verò in vobis hoc maximè admirari soleo,quòd cùm inter vos in dicẽdo dissimillimi sitis,ita, &c.

Admirari quòd.Cic.ad Att.lib.6,Sed amaui tamen, admiratúsque sum quòd nihilominus ad me tua manu scripsisses.

Suspicere & admirari. Cicero 2. de Diuinat. Esse præstantem aliquam æternámque naturam, & eam suspiciendam admirandámque hominum generi,pulchritudo mundi,ordóque rerum cælestium cogit confiteri.

Admirari aliquem ex ore alterius.Cic.1.Tuscul.Errare mehercule malo cum Platone, quem quanti tu facias, scio, & quem ex tuo ore admiror:quàm cum istis vera sentire.

Admirandus, admiranda, admirandum {θαυμαστὸς} Dignum stupore. Id est,admiratione:Idem quod admirabilis. Virg.4.Georg.1,

Admiranda tibi leuium spectacula rerum,&c.

Admirandus in plurimis.Quintil.lib.3.11.

Admirator,pen. prod. verbale {θαυμαστὴς} vt apud Quintil.lib.2.cap.5, Admirator nimis antiquitatis.

Admiratio.admirationis, verbale {θαυμασμός.} Cic.2.de Nat.deor. Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus. Plin.lib.10.cap.29, Alia admiratio circa oscines.

Decrescit admiratio.Quintil.lib.1.cap.3.

Affici admiratione. Cic.2. Offic. Admiratione autem afficiuntur ij qui anteire cæteris virtute putantur.

Efficere admirationes in aliquibus.Cicer.1.de Orat.Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt.

Cepit eum admiratio.Vide CAPIO.

Habere admirationem dicitur res aliqua. Cicer.in Orat.6, Idem 4.de Finib.Quid autem habent admirationis,cùm prope accesseris?

Incessit admiratio quòd,&c.Vide INCESSO.

Intermittere admirationem,Vide INTERMITTO.

Mouere admirationem maximam alicui.Cic 10.Philip.Hoc certè quod mihi maximam admirationem mouet,non tacebo.

Obstupefacti homines admiratione.Cic.pro Deiot.

Mulcere animos admiratione.Quintil.lib.1.cap.10.

Obtinere admirationem.Vide OBTINEO.

Esse in admiratione.Plin.lib.16.cap.26,In maxima tamen admiratione pinus est.Habet,&c.

Traducere auditores ad magnam admirationem.Cic.in Orat.

Admirabilis & hoc admirabile,pen.corr. {θαυμαστὸς, θαυμάσιος} verbale, Quod admiratione dignum est. Cic.3.de Finib. Verum admirabilis compositio disciplinæ incredibilisque rerum traxit ordo. Ouidius 6. Metam. opus admirabile.

Admirabilis in re aliqua. Cicer.lib.1. de Orat. Quærendum esse visum est,quid esset, cur plures in omnibus artibus quam in dicendo admirabiles extitissent.

Admirabilitas, pen.corr. admirabilitatis, denominatiuum ab Admirabilis, Idem quod Admiratio {τὸ θαυμάσιον.} Cic.2.Offic. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. Nonius tamen hic legit mirabilitatem. Idem 2.de Nat.deor. Quanta sit admirabilitas cælestium rerum atque terrestrium.

Admirabiliter,pen.corr.aduerbium qualitatis {θαυμασίως} Id est,honorificè, insigniter,ac veluti cum admiratione quadam omnium. Cic. de opt.gen.Orat. Plato suum ferè æqualem admirabiliter in Phædro laudari fecit à Socrate.

Accipere aliquem admirabiliter.Cicer.ad Attic.lib.5, Nos Asia accepit admirabiliter.

Admirabiliter administrare. Vide ADMINISTRO.

Nimis admirabiliter,nimísque magnificè dicere.Cic.4.Tuscul.

Admisceo,admisces,admiscui,admistû, siue admixtum {συμμίγνυμι, συγκεράννυμι} admiscere,pen.prod.Rem aliquam cum alia miscere.Cic. 2. Tusc.Veruntamen versus ab his admisceri orationi.

Admiscere se alicui negotio. Terent. Heaut.4.5, Ita tu istæc tua misceto,ne me admisceas. Ibidem 5.2, Ne te admisce,nemo accusat Syre te.Quod vulgò dicitur,De hac re noli te miscere vel interponere. In priore autem exemplo subauditur Illis: in posteriore Huic rei, vel huic negotio.

Aliquem istó.Cic.ad Q.frat.lib.3.17, Trebatium verò meum quòd istò admisceas,nihil est.

Aliquid cum re alia. Cicer. ad Attic. lib.7.121, Sed hoc tamen quicquid est Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, admisceri nolo.

Ad aliquod consilium.Cic.12.Philip.

Aliquid in aliud.Plin.lib.26.cap.10, Admixto in heminam seminis thuris cochleare vno.

Admistus,participium {συμμεμιγμένος.} Cic.1. Acad.In illis veteribus nostris scriptis multa admista ex intima philosophia.

Aër admistus multo calore.Cic.2.de Nat.deor.

Calor.Cic.2.de Nat.deor.Atque aquæ etiam admistum esse calorem.

Admistio,verbale {σύμμιξις.} Cicer.2.de Nat.deor.Suum retinet ardorem tenuem,& nulla admistione concretum. Idem de Senect.73, Animus omni admistione corporis liberatus.

Admissiuus, Admissarius, Admissio, Admissura, Vide ADMITTO.

Admitto.admittis,admisi, pen.prod. admissum {εἰσδέχομαι, προσδέχομαι} admittere,Intromittere,introducere. Cic. 7.Verr.In tam graui nuntio nemo admitteretur.Ouid.lib.5.Trist.7.

Turpius eiicitur,quàm non admittitur hospes.

Admitti ad aliquem. Terent.Hecyr. 2.1.

Partum ad vbera.Plin.lib.8.cap 42.

In cubiculum.Cic.8.Philipp.In cubiculum admittere & reducere.

In domum.Cic.1.Offic.

Admitti ad puellam.Terent.Eunuch.2.2.

Per tegulas.Cic.2.Philipp.

In animum iudicis, quod barbarè dicitur Esse in gratia. Quintil. lib.4. cap.14,Sed quia in initiis maximè necessaria,per quæ in animum iudicis,vt procedere vltrà possimus,admittimur.

Aliquem ad suas capsas.Cic.1. Verr. Mihi quàm multis custodibus opus erit,si te semel ad meas capsas admisero?

Aliquem arcanis,Id est,ad arcana & secreta.Senec.in Hercul.Oeth.4.

Admittere auribus. Liu.4.bel. Maced. Pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse. Hoc est,nullo modo fuisse audiendam. Sic,Admittere consilium auribus.Ibidem,lib.9.

Ad causam dicendam.Cic.in Verr.

Ad colloquium. Cæs.3.bel.Ciuil.Hæc ad eum mandata Clodius refert: ac primis diebus, vt videbatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur.

Ad,vel in consilium.Sallust.in Ciceronem,Quem Minerua omneis artes edocuit,Iuppiter Opt.Max.in consilium deorum admisit. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur,nec ad consilium casus admittitur.Cic.pro M.Marcello.

Admittere, pro Recipere missum in possessionem l.17. D. de damno infect.

Admittere bonorum possessionem, pro Agnoscere, & accipere, in l.7. C.de iure delib.

Admittere aliquid,Perferre,pati fieri. Terent. Eunuch.4.6,

Sed tu quod cauere possis,stultum admittere est.

Admittere,interdum ad auguria refertur. Vide ADDICERE.

Admittunt ritè aues,de Auguribus dictum. Liu.1.Decad.lib.4.

Admittere aliquid ad cibos, vel in cibos.Plin.lib.20.cap.11. Idem lib.9. 25,In cibos non admittitur echineis.

Curationem.Cels.lib.3.cap.12,Horror autem eas ferè febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. Ideóque tutissimæ sunt,maximè quæ curationes admittunt. Id est, quæ eo tempore curari possunt quo eis caret æger.

Diem. Plin.Iunior,epist.213, Notarium voco, & die admisso, quæ formaueram, dicto. Hoc est, diei luce intromissa in cubiculum per fenestras.

Equum, pro Concitare. Cicer.2.de Finib. Quum se deuoueret,& equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat,&c. Liu.1.Dec.lib.2, In Posthumium Tarquinius equum infestus admisit.

Admittebantur excusationes multæ. Asconius.

Fidem admittere. Hoc est,credere.Claudian.in Eutropium,lib.2.

Frigus.Cels.lib.7.cap.26, isque subinde oleo tepido madefaciendus est, vt neque frigus ad vesicam admittat,& neruos leniter molliat.

Iocos.Patienter ferre quicquid ioco dicitur.Martial.lib.4.

Medicinam.Cels.lib.7.cap.14, Ex his id quod ex spiritu vitium est,medicinam non admittit.

Preces.Id est Recipere.Senec.in Thebaid.1.

Solatia.Plin.Iunior,epist. 169.

Solem, Hoc est, radiis solis viam aperire. Plinius libro 12.cap.1, Commendatio platani non alia maior est,quàm solem æstate arcere,hyeme admittere.

Sumptum,pro Sumptum facere. Terent.Adelph.5.7.

Venerem curis.Id est,inter curas.Lucan.10,

Admisit Venerem curis,& miscuit armis.

Viam.Claudian.4.Panegyr.de Metauro monte,

Admisítque viam sectæ per viscera rupis.

Admittere, pro Recipere ad accusandum, aut testificandum, aut iudicandum. Cicer.pro Cluentio,In litibus æstimandis ferè,Iudices,aut quòd sibi eum quem semel condemnarunt, inimicum putant esse:siqua in eum lis capitalis illata est,non admittunt.

Admittere,absoluté.Plin.Iunior,lib.6.epist.ad Corn.Tacit.Placuit egredi in littus,& è proximo aspicere ecquid iam mare admitteret, quod adhuc vastû & aduersum permanebat. Admitteret, id est,an fluctus posuisset. Cataneus.

Admittere,Peccare,committere.Donat.Admittere plus est quàm facere.Plaut.

re.Plaut.Menæch.16, Quid tádem admisi in te,vt loqui non audeam?

In se aliquid admittere,pro Perpetrare aliquod facinus. Cic. 2.Philipp. Tu autem eò liberior, quòd ea in te admisisti, quæ à verecundo inimico audire non posses. Idem pro Cluentio, Quid vnquam Habitus in se admisit, vt hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur?

Culpam admittere. Liu.1.bel.Maced.Cæterùm non plures tantùm Macedones quàm antè,tuebantur vrbem,sed etiam præsentioribus animis,& castigationibus regis in admissa culpa.

Culpam in se admittere.Plaut.Trinum.4,

Hic ille est,senecta ætate qui factus est puer,qui admisit
In se culpam castigabilem. Terent.Phorm.2.1,
Si est,patrue,culpam vt Antipho in se admiserit.

Dedecus.Cic.Attic.lib.9.173.

Delictum in se admittere. Terent.Adelph.4.5, Me hoc delictum admisisse in me vehementer dolet.

Facinus,flagitium.Cic.3.Offic.

Fraudem capitalem.Cic.pro Rabirio.

Maleficium.Cic.pro Roscio Amer.

Noxiam. Terent.Eunuch.5.2,

-vnam hanc noxiam
Mitte:si aliam vnquam vllam admisero,occidito.

Noxiam alicui,pro Condonare. Plaut.Pœnul.4, Verumetiam tibi hãc admittam noxiam vnam Agorastocles: Non sum irata.

Turpe aliquid in se admittere. Terent. Phorm. 2.3. de virgine ciue loquens, Vt nequid ciuis turpe in se admitteret Propter egestatem, proximo iussa est dari.

Admittere & committere. Cic.ad Appium,lib.3.10,Siquid à me prætermissum erit:commissum facinus,& admissum dedecus confitebor.

Admittere, Est marem fœminæ, aut mari fœminam admouere ad initum.Colum.lib.7.cap.2.Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit,& mansuefactos tectis ouibus admisit.

Admittere marem ad concubitum dedignatur contumax gallina. Columel.lib.8.cap.2.

Admittere venustè ad insitionem transtulit Plinius lib. 17. cap. 18, Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire, Id est, surculum trunco adiungunt: quod est, arbores inserunt.

Admissum,substantiuum {[illegible]} pro Commisso seu delicto. Liu. 5.bel.Pun. Non erat colloquij copia: quia multorum animi suspecti omnium curam oculósque conuerterant,nequid falleret tale admissum. Macer in l. 2. D. de Abigeis, Grauiter puniri eorum admissum solet.

Admisso honorem amittere.l.vlt.D.de pœnis.

Admissio,verbale {[illegible]} Plin.Iunior,in Paneg. An quisquam studia humanitatis professus,non cum omnia tua,tum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? Hoc est,quòd facilè quẽlibet admittis ad colloquium. Habebant autem veteres,primas & secundas admissiones. Id quod hodieque seruatur in aulis principum. Seneca lib.de Benef.6,Non sunt isti amici,qui magno agmine ianuã pulsant,qui in primas & secundas admissiones digeruntur. Idem 1. de Clemen. Totam cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit.

Admissionem dare,Id est,ius ingrediendi cubiculum principis.Plin.lib. 33.cap.3.

Admissio, idem quod admissura: nempe Actus ipse admittendi mares fœminis. Varro de Re rust.lib.2.cap.7, Horũ fœturæ initium admissionis facere oportet ab æquinoctio verno ad solstitium, vt partus idoneo tempore fiat.

Admissionalis,m.g pen.prod. {[illegible]} Is dicitur, cuius officium est admittere aulicos intra cubiculum ad principem salutandum. Lamprid. in Alexandro. Salutaretur quasi vnus de senatoribus, patente velo,admissionalibus remotis.

Admissiuus,ua,uum,pen.prod. Aues admissiuæ dicebantur ab Auguribus,quæ consulentem iuberent.Festus.Hoc est,quæ id,de quo auspicium capiebatur,approbarent,& addicerent.

Admissura,ræ,penul.prod.{ὀχεία}Tempus & actio ipsa,qua mares gregum admittuntur fœminis, fœturæ causa. Varr.lib.2.cap.5, Propter fœturam hæc obseruare soleo ante admissuram, mensem vnum, ne cibo & potione se impleant. Sic Admissuræ tempore apud Plin. lib. 10. cap. 12. Idem libro 8. cap. 42. de equis, Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per interualla admissuræ dantur.

Admissarius {[illegible]} Denominatiuum ex participio Admissus. Admissarius equus,qui ad sobolem procreandam potissimum seruatur. Plin.lib.28.cap.15.Sanguis equi,præcipuè admissarij. Varr.2.de Re rust.cap.7,Et equos emittere incipiam,nec solùm mares quos admissarios habeo,vt Atticus singulos in fœminas denas.

Admissarium Cic.in Pison. pro homine libidinis peruagatæ posuit, ad omniúmque fœminarum libidinem exposito.Vide ADHINNIO.

Admodulor,penult.corr.admodularis {[illegible]} admodulari,Simul modulari.Claudian. in Epithal.Honorij & Mariæ,

Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

Admodum,pen.corr.{[illegible]} quantitatis aduerbium,significat satis:quasi iuxta modum, Id est, mediocritatem: sicut è contrario,Supra modum, & Præter modum. Hoc est,plus quàm satis. Alij pro Valde accipiunt,vt sit intendẽdi aduerbium.Cic.de Senect.Eum colere cœpi non admodum grandem natu.

Admodum in responsione,pro Etiam.Plaut.Rud.7,

Nempe equo ligneo per vias cæruleas estis vectæ.
P.Admodum. Terent.Phorm.2.2.Itáne patris ais cõspectum veritum hinc abijsse? G.admodum.

Vbi Donatus,Admodum,annuendi vim habet,duntaxat modò:& subauditur veritum.

Admodum nihil. Cic. in Bruto, Curio literarum admodum nihil sciebat.Hoc est,nihil omnino. Idem lib.eod.Nam planè quidem perfectum,& cui nihil admodum desit,Demosthenem facilè dixeris.

Nullus admodum. Liu.Dec.3. lib.3, Equestris pugna nulla admodum fuit.quia simul inclinatam mediam aciem Numidæ Maurísque viderunt:extemplò fuga effusa nuda cornua deseruere.

Admodum videtur pro Ferè interdũ accipi.Plaut Epid.3.2, -atque admodum Meûm mœrorum atque amorum summam edictaui tibi.

Admodum, cum genitiuo. Columel.lib.4.cap.1, Quum scrobes defodimus, admodum exigui pulueris viuiradici subijcimus. Hoc est, paululum,pauxillum.

Admodum,cum aduerbiis iunctum,elegantem vim habet, & significationem auget: vt Nuper admodum, pro Nuperrimè. Terent.Heaut. 1.1,Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est. Cicero 4. Acad.Isti philosophi rarò admodum cohærent.

Admodum,cum verbis,pro Valde,& mirum in modum sumitur. Plin. lib.9 cap.38,Pelagio admodum alligatur. Idem lib.20.cap.3,Admodum prodest.

Admœnio,admœnis, admœniui {[illegible]} admœnire. Plaut.Pseud. 5, Hoc ego oppidum admœnire, vt hoc die capiatur, volo. Videtur Plautus more suo finxisse pro Obsidere.

Admolior,admoliris,admolitus sum {[illegible]} admoliri,Admouere: propriè dicitur de rebus magnis aut grauibus,vt moles & moliri: vt Admoliri saxum,cui contrarium est,Amoliri. Plaut.Asin.11, Vbi sacro manus sis admolitus. Curt.Velut de industria rupes præaltas admolita natura est.

Admoneo, admones,penult.corr. admonui, admonitum, pen.corr. {[illegible]} admonere, In memoriam adducere,siue commonefacere.Cic.Att.lib.1.7, Vt me locus ipse admoneret. Idem 6.Verr. Rectè admones.

Admoneri ad aliquid faciendum. Cic.2. de Diuinat. Quàm multi inopes digni præsidio deorum, nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonentur?

Admonere ad aurem.Cic.2.de Finib. Et eum tantùm ad aurem admonerent(si modò id pictura intelligi posset) vt caueret nequid perficeret imprudens.

Aliquem verbis alterius. Cic.Varr. lib.9.epistol.6, Caninius noster me tuis verbis admonuit vt scriberem.

Flagello, pro Stimulare, instigare, siue id percussu fiat, siue sola flagelli concussione. Colum.lib.2.cap.2. Virg.10.Æneid.

Lucagus vt pronus pendens in verbera telo
Admonuit biiugos. Nonius Percussit interpretatur.

Admonere de.Cic.pro L.Man.De quo vos paulò antè inuitus admonui.

Amicissimè admonere quempiam.Cic.ad Att.lib.8.

Præclarè aliquem admonere. Cic.ad Attic.lib.9.180, Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar.

Admonemur multa ostentis.Cic.2.de Nat.deor.Multa præterea ostentis,multa in extis admonemur,multísque rebus alijs,quas diuturnus vsus ita notauit,vt artem diuinationis efficeret.

Admonemur multa ab amicis. Plin Iunior. lib.5. ad Aristonem,epist.3, Qui scripta sua recitat, multa à multis admonetur: & si non admoneatur,quid,&c.

Admoneo te hoc & illud.Cic. pro Cælio, Illud tamen te esse admonitum volo: primùm qualis es, talem te esse existimes. Quod barbarè dicitur,Ego bene volo vt scias.

Admoneo te huius rei.Liu.5.bel.Maced.Qui admonerent fœderis eum Romani.

Admoneo te vt. Cic ad Q frat.lib.1. epist.1, Sed te illud admoneo, vt si hoc plenè vitare non potes,quòd antè occupatur animus ab iracundia, quàm prouidere ratio potuit ne occuparetur, vt te antè compares,quotidiéque meditere resistendum esse iracundiæ.

Admoneo,cum infinitiuo.Virg 4.Georg. -rursus easdem

Vesper vbi è pastu tandem decedere campis
Admonuit. Horat.1.Serm.satyra 6,
Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum
Admonuit,fugio rabiosi tempora signi.

Admonitus, pen.corr. participium {[illegible]} Qui admonetur. Ouid.6.Metam.

Ad matrem veniebat Itys:quid possit,ab illo Admonita est.

Admoniturus,pen.prod.{[illegible]}participium.Ouid.epist.10,

Candidáque imposui longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.

Admonitus,huius admonitus,verbale,pen.corr.{[illegible]} Idem quod Admonitio.Cic.Att.lib.9,Hominis prudentis & amici tali admonitu. Ouid.3.Fast.

Flet tamen admonitu mortis Elisa tuæ. Hoc est, ob recordationem mortis Didonis.

Admonitum,admoniti. pen.corr.subst.n.g. {παράγγελμα} Cic.2.de Orat.In eodem silentio multa alia oratorum officia iacuerunt. cohortationes,consolationes, præcepta, admonita, quæ tractanda sunt omnia disertissimè.

Admonitio, verbale {[illegible]} Cic.2.de Orat. Tum obiurgatio, si est autoritas:tum admonitio,quasi lenior obiurgatio.

Admonitio in consilio dando familiaris.Cic.1.Offic.

Admonitionibus locum non relinquere.Cic.Lentulo,lib.1.1.

Admonitione agitare animum alicuius.Quintil.lib.4.cap. 1.

Admonitio morbi aut doloris, Quod vulgò reliquias morbi vocant. Plin.lib.24.cap.17,Siqui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quamuis sanatos, admonitionem eorum sentire quoties florere eam contigerit. Idem lib.25.cap.8, Diebúsque vicenis interpositis idem fiat,siqua admonitio doloris supersit.

Admonitioni irasci.Vide IRA. Quintil.lib.2.cap.6.

Admonitio, pro interpellatione, per quam debitor admonetur vt soluat. Vlp.l.2.§.In omnibus.D.de Iudicijs.

Admonitione non indignum.Quintil.lib.6.cap.1.

Admonitor, pen.corr. admonitoris, verbale {[illegible]} Cic.in Top. Etsi admonitore non eges. Ouid.4.Metam.

Admonitórque operum cælo clarissimus alto Lucifer ortus erat.

Admordeo, admordes, admordi, admorsum {προσδάκνω} admordere. penult. prod. Maius quiddam est quàm mordere, & quasi abrodere. Virgil. 2. Georg. Et admorso signata in stirpe cicatrix. Vbi Seruius, Admorso participium est, acsi diceret abroso. Pers. Demordere dixit, satyr. 1,

Nec demorsos sapit vngues.

Admordere aliquem, per metaphoram, pro Aliquid ab eo corradere, vel damno afficere. Plaut. Persa. 7, Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos Bene admordere, qui alliū seruo obsignant cum sale. Idem Pseud. 20. 19, Habet argentum: iam admordere hunc mihi lubet.

Admorsus, participium {προσδηχθείς} Propert. lib. 3. eleg. 11,

Brachia spectaui sacris admorsa colubris.

Admoueo, admoues, penult. corr. admoui, admotum, penult. prod. {προσάγω, προσφέρω, προσπελάζω} admouere, Aliquid vicinius facere, & proximè adiungere: quod vulgus dicit Appropinquare: & ei contrarium est Amouere. Liuius 4. ab Vrbe, Locum dedere scalas admouendi.

Admouere ad. Liu. 4. bel. Maced. Ad vrbem Romam admoturus exercitum videbatur: pro Adducturus prope vrbem, hoc est, ad ipsos vsque muros.

Fasciculum ad nares admouere. Cic. 3. Tusc. Fasciculum ad nares admoue bis, incendes odores.

Se ad aliquid. Cic. de Amicitia.

Aurem. Terent. Phorm. 5. 6.

Blanditias, Id est, Blandiri. Ouid. 6. Metam.

Calcar equo, Est equum calcaribus stimulare. Figuratè verò ad hominem transfertur, pro Instigare, impellere, incitare. Cicer. Attic. lib. 6, Adscribit etiam, & quasi calcar admouet, intercessisse sese pro us magnam pecuniam. Quod & addere dixit Ouidius,

Et admissis addere calcar equis.

Cibum ad os. Plin. lib. 11. cap. 43.

Rei alicui. Liu. 5. bel. Maced. Altaribus admotum iureiurando adegit. Hoc est, iuxta altaria constitutum.

Cruciatus. Cic. 7. Verr. Quid quum ignes, candentésque laminæ, cæterísque cruciatus admouebantur, &c.

Curationem ad aliquem. Cic. 4. Tuscul. Sed alia quædam fit ad eum admouenda curatio.

Cucurbitulam. Cels. lib. 5. cap. 26. Quod lib. 6. cap. 6, Accommodare cucurbitulam dicit.

Alicui equum. Liu. 2. ab Vrbe, Equitibus admoti equi, vt persequi hostem possent.

Fabricas. Dolis tentare. Plaut. Cistel. 6,

Quot admoui fabricas? & quot fallacias

In quæstione? vix exculpsi vt diceret. Metaphora ab oppugnatione vrbium, quibus machinæ solent admoueri, vt expugnentur. Nam & eadem figura pro eodem Machinas adhibere dicimus.

Faces doloris, quasi Doloris flammas & incēdia adhibere. Cic. 2. Tusc. Quùmque quasi faces ei doloris admouerentur, sæpè dixisse, Nihil agis dolor.

Gressus. Stat. 11. Thebaid.

Dum videt hæc dicens, gressus admouit, & arma, &c. Hoc est, propius accessit.

Horas mortis. Lucan. lib. 7,

Mortis vicinæ properantes admouet horas. Hoc est, suæ mortis tempus accelerat.

Iras. Hoc est, ad iracundiam incitare. Stat. Thebaid. 5.

Machinam. Cic. pro Cluentio, Oppianicus continuò sperare cœpit hoc se à Iulio, tanquam aliqua machina admota, capere Asinij adolescentiam, & fortunas eius patrias expugnare posse.

Manum alicui rei, pro Apponere, adhibere. Plin. lib. 35. cap. 11. Inde illud, Admouere manum operi. Ouid. 10. Metam.

Manum nocentibus, Punire nocentes. Liu. 5. ab Vrbe.

Manum vectigalibus, Quod & Manum vectigalibus adhibere dicitur. Cic. de lege Agraria. Reges denique exhauriunt, admouent manus vectigalibus populi Romani. Id est, vectigalia inuadunt, manus illis iniiciunt.

Oscula. Ouid. 10. Metam.

Preces. Ouid. 3. de Ponto 7.

Probationi reum. Ita compellere reum argumentis, vt penè conuictus videatur. Vlpian. in l. 1. D. De quæstion. Ad tormenta seruorum ita demum venire oportet, quum suspectus est reus, & aliis argumentis ita probationi admouetur, vt sola confessio seruorum deesse videatur. Sic legit & exponit Budæus. Sic habent & Pandectæ Florentinæ, tametsi aliter legat Haloander.

Sonum vocis. Cic. in Orat. Itaque ille perfectus orator, vtcunque se affectum videri, & animum audientis moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

Stimulos, Citare, quod & Stimulare dicitur. Metaphoricū. Cic. 3. Tusc. Vide ADHIBERE. Idem pro Sextio. Liu. 7. ab Vrbe, Itaque tantos pudor stimulos admouit, vt ruerent in hostium tela.

Talos alicui. Plaut. Asinar. 13, Talos ne cuiquam homini admoueat, nisi tibi.

Terrorem, est Terrorem iniicere. Liu. 6. ab Vrbe.

Vim. Cels. lib. 7. cap. 26.

Vultum admouere ad auditores. Author ad Heren. Nam hoc est à natura datum, vt quamproximè tum vultum admoueamus ad auditores, siquam rem docere eos, & vehementer instigare velimus.

Admouere simpliciter, pro Admouere exercitum seu copias. Corn. Tacit. in libro de Moribus German. Non Samnis, non Pœni, non Hispaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem sæpiùs admouere. Sic legit Rhenanus. Alij, admonuere.

Admouere propè. Cic. de Amic. Quam qui appetiuerunt, applicant sese, & propius admouent.

Propius vrbem. Cic. 6. Philip. Dum ne exercitum propius vrbem Rom. cc. mil. admoueret.

Admotus, pen. prod. participium {προσαχθείς}

Admotus & contiguus. Plin. lib. 2. cap. 9. de Luna. Iam verò humilis & excelsa, & ne id quidem vno modo, sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus.

Bellum admotum. Sil. Ital. lib. 16.

Mors. Stat. Thebaid. 5.

Occasio sceleris exequendi. Curt. lib. 8.

Spes. Ouid. 11. Metam.

Admotus, huius admotus, pen. prod. verbale {προσαγωγή} Plinius lib. 24. cap. 11, Ciet menstrua admotu. Hoc est, menstrua ciet, si ventri inferiori admoueatur, & applicetur. Sermonis compendium peculiare Plinio.

Admotio, admotionis, verbale {προσαγωγή} Cic. 2. de Nat. deor. Ad neruorum eliciendos sonos, ad tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

Admugio, admugis, pen. prod. admugiui, admugitum, penult. prod. {προσμυκάομαι} admugire, Aliorum mugitibus respōdere, vel ad alios mugire. Ouid. lib. 1. de Arte amandi,

Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,

Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.

Admurmuro, admurmuras, pen. corr. {ἐπιθορυβέω} admurmurare, Summisso quodam murmure applaudere dicēti, & quasi dictum eius approbare. Vt fieri solet à populari corona in concionibus, & in foro iudiciali. Huic contrarium est, Obmurmurare. Cic. Attic. lib. 1. 8, admurmurante senatu.

Admurmuratum est, Impersonale. Cic. 2. de Orat.

Admurmurare, Murmure obstrepere, murmure refragari & indignationem ostendere. Cic. 7. Verr. Memoria teneris Iudices, quàm valde vniuersi admurmurarint, quàm palam principes contradixerint?

Admurmuratio, verbale {ἐπιθορυβισμός} Quum populus murmure quodam applaudit concionanti, aut aliquid palàm dicenti. Cui contrarium est obmurmuratio. Cic. pro leg. Manil. Idem ad Q. frat. lib. 1. 5, Claudium accusaui tanquam reum, multis & secundis admurmurationibus.

Admurmuratione petulantiam & furorem alicuius abiicere. Cic. in Pisonem, Qui non admurmuratione, sed voce & clamore abiecti hominis & fœminiui furorem, petulantiamque abiecistis.

Admutilo, admutilas, pen. corr. {ἀποκείρω} admutilare, Idem quod mutilare: nempe torquere, & plagis afficere. Plaut. Pers. 13, Me vsque admutilasti ad cutem. Idem Capt. 6, Si frugi est, vsque admutilabit probè.

Admutilari militem perelegantèr dixit Plaut. Milit. quod est tonderi, pro falli, & sycophantia versuta deludi. Turnebus.

A D N

Adnascor, adnasceris, pen. corr. adnatus sum {προσφύομαι} adnasci, Quasi ad aliquid nasci. Nam adnasci propriè dicimus quod nascitur in re aliqua, præter id, quod ei naturale & proprium fuerat. Plin. lib. 16. cap. 44, Viscum autem in quercu, robore, ilice, pruno syluestri, terebintho, nec aliis arboribus adnasci. Vide AGNASCOR.

Adnato, adnatas, pen. corr. {προσνήχομαι} adnatare, frequentatiuum ab Adno, adnas, Idem quod primitiuum adnare. Id est, natando aliquò peruenire. Plin. lib 9 cap. 10, Troglodytæ autem ad quos adnatant, vt sacras adorant. Ibidem cap. 29, Ad manum hominis adnatat.

Adnatare insulæ. Plin. lib. 8. cap. 25, Itaque ei vni insulæ crocodili non adnatant. Idem lib. 9. cap. 10, Adnatare enim singulis ternos.

Lateri. Senec. in Agam. 6, Et comes lateri adnatabat. Id est, iuxta latus.

Adnauigo, Vide ANNAVIGO.

Adnecto, Vide ANNECTO.

Adnicto, adnictas {ἐπισκαρδαμύττω} adnictare, ex Nicto compositum, Festus, Adnictat, sæpe & leuiter oculo annuit. Næuius in Tarentilla, Alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet.

Adnitor, penult. prod. adniteris, penult. corr. adnixus vel adnisus sum {ἐπερείδομαι} adniti, Ad aliquid niti, & dare operam, aut niti vehementius. Liu. 1. bel. Pun. Pœno cepisse iam se vrbem, si paululum adnitatur, credente.

Aliquid adniti. Plin. Iunior, epist. 18. lib. 6. Id est, conari.

De re aliqua. Cicero Attic. lib. 6, Ego, nisi Bibulus, &c. adniteretur de triumpho, æquo animo essem. Hoc est, ad triumphum vehementius aspiraret.

Omni opere, vt viueret, adnixus est. Plin. lib. 7. cap. 53.

Adniti, pro Adiuuare. Sallust. in epistola Mithridatis, apud Cizycū magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit nullo circùm adnitente.

Adnixus: vel adnisus {ἀπερεισάμενος} Virg. 1. Æneid.

Cymothoë simul, & Triton adnixus acuto

Detrudunt naues scopulo. Seruius: Adnixus antiquum est, vt cōnixus, quibus hodie nō vtimur. Dicimus enim Adnisus, & connisus.

Adniti ad aliquid. Cic. de Amic. Sic natura solitarium nihil amat, sempérque ad aliquid, tanquam adminiculum, adnititur. Hic expressa est propria verbi significatio: quæ est, ad aliquid tendere cui innitamur, Id est, incumbamus.

Adnixi hastis, Hoc est, incumbentes hastis. Virg. 9. Æneid.

Stant longis adnixi hastis, & scuta tenentes.

Adno, adnas {προσνήχομαι} adnare, Natando aliquò venire: quod & Adnatare & adnauigare significat. Cæsar 2. bel. Ciuil. Quibus rebus accidit vt pauci milites, patrésque familiæ, qui aut gratia, aut misericordia valerent, aut naues adnare possent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent. Virg. lib. 6. Æneid. Paulatim adnabam terræ.

Adnare nauibus. Liu. lib. 8 bel. Pun. Multique adnantes nauibus.

Oris. Virg. 1. Æneid. -huc pauci vestris adnauimus oris.

Adnoto. Vide ANNOTO.

Adnubilo, adnubilas, pen. corr. adnubilaui {ἐπισυννεφέω} adnubilare, Stat. lib. 5. Sylu. 1,

-sic plena maligno

Afflantur vineta Noto: sic alta senescit

Imbre seges nimio: rapidæ sic obuia puppi

Inuidet,

Inuidet,& velis adnubilat aura fecundis. Hoc eſt,nubilum tẽpus immittit.

Adnumero,Vide ANNVMERO.

Adnuntio,Vide ANNVNTIO.

Adnuto,as {ἐπινεύω.}Plaut.

Adnutrio,adnutris,penult.prod.adnutriui,adnutritum,penult.prod. {ἐπιτρέφω}adnutrire,Idem quod iuxta nutrio.Plin.17.cap.23,Singulis denas ſæpe adnutriunt vites.Id eſt iuxta ſingulas arbores.

A D O

ADOBOGION{Ἀδοβόγιον} vir clarus,qui ex tetrarchia ſtirpe Galatarum fuit. Hic cùm eſſet Cæſaris amicus, ad id honorum peruenit,vt materni generis tetrarcha, & cùm aliorum , tum Boſphori rex efficeretur. Author Strab.lib.13.

Adobruo,adobruis,adobrui,adobrutum,penult.corr.{ἐπιχώννυμι}adobruere,Ex ad & obruo,quod ipſum ex ruo cõpoſitum eſt:Idem quod Obruere.Colum.lib.11.cap.2,Omnes arbores quæ fuerant in ſegete, circunfodere,& adobruere oportet. Hoc eſt,terra multa ſepelire,vt non appareant trunci.

Sarculis adobruere.Columel.lib.2.cap.11,Minimis aratris proſcindunt, atque ita iaciunt ſemina,& ſarculis obruunt.

Adoleo,adoles,pen.corr. adolui & adoleui,adultum{ αὐξάνω, θυμιάω, θύω} adolere.Nonius,Adolere,verbum eſt propriè ſacra reddentium:quod ſignificat votis aut ſupplicationibus numẽ auctius reddere. Virg.Ecl.8,Verbenáſq; adole pingues.Vbi Seruius,Adole,incẽde: ſed κατ᾽ ἀντίφρασιν.nam adole,eſt auge. Idem 1.Æneid.Cura penum ſtruere,& flammis adolere penates. Vbi Seruius, Adolere,colere. ſed Adolerẽ,propriẽ eſt augere.In ſacris autem adolere per bonum omẽ dicitur.Nam in aris non adolentur aliqua,ſed cremantur.

Adolui ab adoleo,pro cremaui,& ſacrificaui.Caſſius ad Tiber.2, At cõtra Ægyptios vbi integrum anſerem adoluerunt. Ex Priſc.lib.9.

Adoleri in paſſiuo, pro Incendi. Plin.lib.28. cap.2, Si pontifici accidat ditis cauſa epulanti, in menſa vtique id reponi,adolerique ad larem, piatio eſt.

Adolere altaria donis.Lucret.lib.4. Sic Virg.7.Æneid.
Adolere altaria tædis caſtis.

Adolebunt cinnama flammæ.Id eſt, cremabunt.Ouid.15.epiſt.

Honores aris.Ouid.8.Metamorph.Et Deo adolere honores. Virgilius 3. Æneid.

Adoleſco, adoleſcis, adolui & adoleui , adultum{ αὐξάνω, μέγας γίγνομαι, ἡβάω} videtur ab Adoleo ſecundum analogiã formatum: ad quod etiam accedit ſignificatio. Eſt enim Adolere, augeri ætate, ætate creſcere. At Feſtus Græcum eſſe oſtendit,his verbis, Adoleſcit,à Græco ἀλδήσκω,id eſt,accreſco venit. Vnde fiunt Adultus & adoleſcens.

Adolui,præteritum ab adoleſco. Colum. de Arbor.cap.22, Ita iucundi ſaporis fructũ cũ adoluerit,præbebit.Alij codices habẽt adoleuerit.

Adoleſcere , dictum propriè de hominibus. Cic.in Salluſt.8, impudicus & procax adoleuerit. Idem 1.de Nat. deor. Niſi in eo qui natus ſit, niſi in eo qui adoleuerit,niſi in eo qui didicerit.

Adoleſcit ætas. Virg.lib.2.Georg. Ac dum prima nouis adoleſcit frondibus ætas. Metaphoricè.

Adoleuit ætas robuſtis viribus.Lucret.lib.3.

Martia ter ſenos proles adoleuerat annos. Ouid.3.Faſt.

Infans adoleuit.Celſ.in l.Inficiando.D.de furtis.

Pupillus adoleuit.Vlpian.l.vlt.D.Si quis caution.

Adoleuit annis virtus.Ouid.5.Faſt.

Adoleſcere ad aliquam ætatem. Plaut.Caſ.2.

In tria cubita triennio , Hoc eſt triennio ſolo creſcere ad altitudinem trium cubitorum. Plin.lib.7.cap.16.tractum ad arbores & femina.

Pueritia adoleſcit. Tacit.lib.11.

Adoleſcere,de mutis animalibus. Plin.lib.9.cap.8, Adoleſcunt celeriter delphini.

Adoleſcere,de plantis. Plin.lib.6.cap.32, Arborum ibi proceritatem ad CXLIIII.pedes adoleſcere.

Adoleſcere in partum.Colum.lib.6.cap.35.

Adoleſcit ratio.Cic.1.de Legib. Quæ cùm adoleuit, atque perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia.

Adoleſcit cupiditas.Cic.5.de Finib.Eáque cupiditas agendi aliquid,adoleſcit vna cum ætatibus.

Cupido potentiæ. Tacit.lib.18.

Ius legatorum,prauo certamine. Tacit.lib.20.

Authoritas. Tacit.lib.20.

Cremona numero colonorũ,opportunitate fluminum , vbere agri annexu,connubijſque gentium adoleuit,floruitque. Tacit.lib.19.

Adoleſcit amor in longos annos.Ouid.lib.3.Amor.19.

Adoleſcebat interea lex maieſtatis. Tacit.lib.Annal.2.

Opes adoleſcunt. Tacit.lib.2.Annal.

Adoleſcere alicui ſocordia dicitur,pro,Accedere vel accreſcere. Tacit. lib.18, Vix credibile memoratu eſt , quantum ſuperbiæ ſocordiæque Vitellio adoleuerit.

Ver adoleſcit. Tacit.lib.13.

Senſim adoleſcere. Cicero de Senect. Quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim adoleſcit.

Adoleſcere,in ſacrificiis,pro Incendi.Virg.4.Georg.
Adoleſcunt ignibus aræ. Vide ADOLEO.

Aduleſco,ſcis,idem quod Adoleſco. Plin.Iunior, epiſt.3.lib.3, Quibus omnibus ita demum ſimilis aduleſcet,ſi &c.

Adultus{ηὐξημένος}ab Adoleſco. Adultus,quum ad hominem refertur, qui adoleuit,Id eſt,creuit ad ætatem,quæ adoleſcentia dicitur.Sed & de mutis dicitur,quæ iam ætate creuerunt.Virg.4.Georg.
-aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus. Seruius,Educẽdo adultos faciunt. Plin.lib.11. cap.29,In Cyrenaica regione lex eſt ter anno debellandi eas: primò oua obterendo,deinde fœtum,poſtremò adultas. De locuſtis loquitur.Vide ADOLESCO.

Adulta virgo.Cic.in Bruto.

Adultus{ηὐξημένος} de inanimatis dictum,Vt vrbs adulta.Cic.in Bruto, Qui non naſcentibus Athenis,ſed iam adultis fuerunt.

Adultus viribus.Patercul.lib.2,Adulta viribus Dalmatia,omnibus tractus eius gentibus in ſocietatẽ adductis, ex cõſtituto arma corripuit.

Adulta peſtis.Cic.in Catil.

Ver.Seruius exponẽs verſum illũ in 1.Georg. Vere nouo,Anni,inquit, quatuor ſunt tempora diuiſa in ternos menſes : quòd ipſorum temporum faciunt diſcretionem : vt primo menſe vern , nouum dicatur ver,ſecũdo adultum,tertio præceps:ſicut etiã Salluſtius dicit vbique. Item autumnus,Hyems noua:adulta,præceps vel extrema. Hæc ille.

Adultior,comparatiuum ab Adultus. Plin.lib.10.cap.33,Adultioréſque circumagi doceat,& foras ſaturitatem emittere.De hirundinibus.

Adultus,participium,pro Crematus. Antias in 74,Eò omnes hoſtiæ:vituli XXVI.conlecti:& ita omnia adulta ſunt. Ex Priſc.lib.4.

Æſtas adulta. Tacit.Annal.2.

Ætas. Lucret.lib.4.

Ætatis adultæ gradus ſcandere. Lucret.lib.2.

Ætate adulta puer.Cic.5.Verr.

Artus adulti.Stat.3.Sylu.4.

Authoritas.Tacit.lib.1.Annal.

Autumnus. Tacit.Annal.11.

Crinis.Stat.2.Sylu.1.

Nox.Tacit.lib.19.

Eloquentia.Tacit.in dialogo de Orat.Quum fatear quædam eloquentiæ eorum,vt naſcenti adhuc,nec ſatis adultæ defuiſſe.

Parthi.Tacit.lib.21.

Robur.Lucret.lib.2.

Seditio.Tacit.lib.17.

Seges.Senec.in Hercul.fur.9.

Vitia adulta,& prævalida.Tacit.Annal.3.

Adoleſcens,adoleſcentis,com.gen. {ὁ νεανίσκος,μειράκιον,νεανίας} à verbo Adoleſco. Dicitur autem propriè quis adoleſcens, à fine pueritiæ,nempe ab anno duodecimo vſque ad annum viceſimumprimum , quandiu ſcilicet homo, teſte Plinio, creſcit in longitudinem corporis,& primam lanuginem producere incipit.vnde Eſſe in ephebis dixit Terentius.quum autem percreuit, adultus dicitur. Inde cõparatiuum adoleſcentior,ſine ſuperlatiuo.Terent.Eunuch.1.2. Cic.1.Offic.Eſt igitur adoleſcentis maiores natu vereri.

Adoleſcens in iure dicitur,qui inter annum decimumquartum, & viceſimumquintum ætatem agit.l.non alter.§.1.D.de leg.1.

Adoleſcens moribus.Plaut.Mil.10. Interdum etiam ſuauitatis gratia ſo let o in u commutari: quemadmodum in obulus & obolus.

Adoleſcens & vir vocatur Iſocrates à Cicerone in Orat.

Adoleſcens homo. Cic.Cælio,lib.2.14, Hominem adoleſcentem non tam allicere volui, quàm alienare nolui.

Primarius.Seruius Sulpit. Cicer.lib.4.5,Vt cum aliquo adoleſcente primario coniuncta ætatem ageret?

Lætæ indolis.In INDOLES.

Lectiſſimus.In LEGO.

Perditus ac diſſolutus.Cic.4.Tuſcul.

Decet verecundum eſſe adoleſcentem.Plaut.in Aſin.Act.5.Scen.1.

Adoleſcentia{νεότης} Prima ætas hominis poſt pueritiam:quam infantiam appellat vſque ad ſenectutem Quintil.Cic.de Senect. Qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus,quàm pueritiæ adoleſcentia obrepit?

Fretum adoleſcentiæ.Vide FRETVM.

Obiecta morbis adoleſcentia.Gell.lib.2.cap.1.

Adoleſcentia,flos ætatis.Cic.in Top.

Feruida.Senec.in Octauia,8,
Regenda eſt magis feruida adoleſcentia.

Intemperans. Cicero de Senect. Libidinoſa etenim & intemperans adoleſcentia,effœtum corpus tradit ſenectuti.

Libidinoſa.In LIBET.

Lubrica. In LVBRICVS.

Sumptuoſæ adoleſcentiæ homo.Tacit.lib.20.

Adoleſcentiæ lubricum.Tacit.lib.14.

Ab adoleſcentia. Vide AB.

Ineunte adoleſcentia.In INEO.

Ab ineunte adoleſcentia.In AB.

Iam à prima adoleſcentia me Muſæ manſuetiores delectarunt. Cic. ad Lentulum,lib.1.9.

Adoleſcentulus,diminutiuum {μειράκιον.} Cic.1.de Nat.deor.

Ab adoleſcentulo. Vide AB.

Adoleſcentula, diminutiuum { νεᾶνις.} Terent. Andr.1.1, Fortè vnam aſpicio adoleſcentulam.

Adoleſcentiari {νεανιεύεσθαι} obſoletum verbum , pro nondum ſatis habere modeſtiæ. Varro , At tu quidem vt iacias cenſeo, quoniam tu quoque adhuc adoleſcentiaris. Ex Nonio.

Adoleſcenturire {μειρακιεύεσθαι} Adoleſcentium more facere,ſiue in adoleſcentiam redire. Laberius, Incipio adoleſcenturire, & neſcio quid nugarum facere.

Adoleſchos, huius adoleſchi {ἀδόλεσχος} Garrulus, nugator, loquax, qui libens multa commemorat fabulamenta,vel etiam hiſtorias: qui & adoleſches dicitur. Budæus. Cic. ad Attic.lib.16, Quòd vereris,ne ἀδολεσχίαν mihi tu quis minus:cui,vt Ariſtophani Archilochi Iambus, ſic epiſtola longiſſima quæque,optima videtur.

ADONAI { Ἀδωναΐ } Hebraica dictio eſt אדני , Latinè ſonat Dominus meus. Hac voce Iudæi vtebantur pro יהוה nomine ſoli Deo conueniẽte, quòd putarẽt hoc adeò ſanctũ eſſe vt pronunciari nõ deberet.

ADONEVS , Arabum genti dictus eſt Bacchus , ſic à veteribus Latinis appellatus, qui hodie Adonis vocatur. Plaut. Vbi aquila catamitum raperet,aut Venus Adoneum. Vide ADONIS.

ADONIS,pen.prod.huius Adonis & Adonidis{Ἄδωνις}nomen propriũ filij Cinyræ Cypriorum regis,& Myrrhæ:quem Venus in delicijs habuit , formoſitate præcellentem. Hic apri dente ſub inguine percuſſus laceratúſque proſternitur leto. Venus miſerata in florem adoniũ, qui eſt ſanguineo colore,eum trãsformauit. Hunc Auſonius cũ Plauto vocat Adoneum; Fulgẽtius, Adon. Adon Græcè,ſuauitas dicitur,

Et quia myrrha odore suauis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo autē Venerē amasse dicunt, quòd hoc genus pigmenti sit valde feruidum. Legitur apud Lucianum, Adonim fluuium ex Libano monte profluentem, singulis annis sanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Ezechielem sic habet, Quem nos Adonidē interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thāmus vocat. Vnde quia iuxta gentilem fabulam in mense Iunio, amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iunium mensem eodem appellant nomine, & anniuersariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus, & postea reuiuiscens canitur atque laudatur. Vnde apud Ezechielem prophetam legitur, Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Vbi intelligi vult fuisse idololatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius verò lib. 1 Saturn. cap. 21, accepit Adonidem pro Sole. Moscopulus [illegible] nomen ab [illegible], quod est cano, deriuatum putat. De eodem festiuissimè Theocrit. [illegible] 15. & 16. Est autem apud Eobanum Hessum interpretē illius Idyllij 23. & 30. Item piscis etiam quidam hoc nomine appellatur: qui & [illegible] (vt inquit Oppian.) [illegible]. Hoc est, quòd prosilit vndis, In littus sicca ponens tellure cubile. Videas Plin. lib. 9. cap. 19, & Oppianum [illegible], lib. 1. Nicander Colophonius memoriæ scriptum reliquit, Adonidem Myrrhę filium, quū lactucam deuorasset, ab apro fuisse interemptum. Addidit Callimachus, Venerem eum sub lactuca condidisse. Quibus verborum inuolucris innuunt poëtæ, eorum concubitus elanguescere, pigerrimósq; in coitum fieri, qui lactuca vescantur assiduè. Ex Ruellio.

Adonis, dicitur fluuius prope Byblū vrbem Phœnicū, author Ptolem.

Adonis Cinyreius, Hoc est, Cinyræ ex Myrrha filia per incestum filius. Ausonius Sectione 1. epigram. Sic Ouid. 10. Metamorph. Alij tamen legunt Cinareius, propterea quòd Cinaram vocant, qui ab alijs Cinyras dicitur.

Formosus. Virg. 10. Eclog.

Niueus. Propert. lib. 2. Eleg. 14.

Pictus murice. Auson. Sectione 2. in Cupidine cruciato,

> Et crocus auricomans, & murice pictus Adonis.

Ploratus Veneri, Id est à Venere. Ouid. de Arte aman. lib. 1.

Adonidis horti, Prouerbiali figura, dicitur de rebus leuiculis, parúmq; frugiferis, & ad breuem præsentémque tantum voluptatem idoneis. Erant autem ij horti Veneri sacri, propter Adonidem eius amasium, primo ætatis flore præreptum, atque in florem conuersum: nihilq; in eis serebatur, nisi quod ad oblectationem & delicias faceret. Author Pausanias: qui etiam tradit in iis hortis semina deponi non aliter solere, quàm in testis, eóque rem in prouerbium abiisse cōtra futiles ac leuiculos. Meminerunt Hermol. in Plin. & Erasmus in Chil.

Adonia, orum {[illegible]} Festa Adonidi dicata. Ammianus lib. 2. Histor. Euenerat iisdem diebus annuo cursu cōpleto, Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris, vt fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrabantur à mulieribus. Veneris planctum imitantibus. quod non obscurè innuit Ouid. 10. Metam.

Adonium {[illegible]} species est Abrotoni, quod in testis, turbinibúsve cadorum viui radice seri solet, quo pacto Adonidis hortulos pangere solebant. Quidam hāc herbam esse, quam ex Adonidis sanguine ortum traxisse Poëtæ fabulantur, atque inde Adonium appellatum putauerunt. Quod tamē falsum esse Nicandri & Theophrasti testimoniis facilè conuincitur, qui herbam illam Anemonem esse ostēdunt. Sumitur etiam Adonium pro Adonidis simulacro, & pro luctu sacro, quo mulieres ad Adonium fluuium, & Byblum oppidum, Adonidem plangere solebant.

Adoperio, adoperis, pen. corr. adoperui, adopertū {[illegible]} adoperire. Idem quod operire, nisi aliquid additum videatur à compositione, significat. Colum. lib. 4. cap. 8, Quod opus adopertas ostendit æstiuas radiculas.

Æther adopertus nubibus. Ouid. 2. Fast.

Hyems gelu. Ouid. 3. Fast.

> Quid? quòd hyems adoperta gelu tunc denique cedit,
> Et pereunt lapsæ sole tepente niues?

Caput adopertum. Liu. 1. ab Vrbe cond.

Lumina somno. Ouid. 1. Metam.

Mors adoperta caput tenebris. Tibul. lib. 1. eleg. 14.

Adopinor, pen. prod. adopinaris {[illegible]} Idem quod Opinor. Lucret. lib. 4.

> Deinde adopinamur de signis maxima paruis.

Adopto, adoptas {[illegible]} adoptare, Eligere, asciscere, accersere. Plaut. Cistel. Sociam te mihi adopto ad meam salutem. Cic. 1. Verr. Quem sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptauit. Ibidē, Tum illa erat causa iustissima, quòd eum sibi Achæi patronum adoptarent. Vatinius Cic. lib. 5. 9, Ego autem quem potius adoptem, aut inuocem, quàm illum quo defendente vincere didici?

Adoptare, est verbum iuris. Adoptare autem dicitur, qui in suam familiam transfert, & in locum filij assumit alienum, & hoc genus transitus & commigrationis in alienam familiam, dicitur adoptatio. Hæc ferè ex Aulo Gell. lib. 5. cap. 19. Plin. lib. 9. cap. 16, Quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptantem eum sibi, Sexto Pompeio repudiato.

Adoptare sibi aliquem filium, Id est, pro Filio. Plaut. Adoptat illum puerum subrepticium sibi filium.

Aliquem pro filio. Cic. pro Dom. & Plaut. Pœnul. 2.

Se alicui ordini, pro Inserere, immiscere, asciscere semetipsum, & sibi ordinem aliquem vendicare. Plin. lib. 12. cap. 1, Qui se potentię causa, Cæsaris libertis adoptasset spado Thessalicus.

Adoptare se. Cic. in Bruto. Et C. Stalenus, qui se ipse adoptauerat, & de Staleno Æliū fecerat. Loquitur de Staleno, qui cùm ex Ælia familia non esset, Ælium se appellauit, & ita seipse in Æliam familiam adoptauit. Moris enim erat, vt adoptati nomē familiæ & gentis in quam transibant, assumerent.

Adoptare in diuitias. Plaut. Pœnul. 14, Is in diuitias homo adoptauit hunc, quum diem obit suum.

Aliquem ab aliquo. Cicer. de clar. Orat. Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem à Paulo adoptauit.

Sibi nomē, Hoc est, Alienū nomen assumere, suo immutato. Mart. lib. 1.

Adoptare herbam aliquam. De suo nomine eam nūcupare. Plin. lib. 25. cap. 7, Mulieres quoque hāc gloriam affectauere. In quibus Artemisia vxor Mausoli, adoptata herba quæ antea parthenis vocabatur.

Adoptat ramus ramum, quum inseritur ramus ramo. Ouid. lib. 1. de Remed. amor.

Adoptatus {[illegible]} partic. Cic. ad Att. Adoptatus à patricio plebeius.

Adoptatus testamento. Cic. de clar. Orat. Liciniæ filius Crassi testamento adoptatus.

Adoptatio, verbale {[illegible]} Idem quod Adoptio: sed in vsu rarissimū. Gell. lib. 5. cap. 19, Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio.

Adoptatitius, verbale {[illegible]} Festus, Adoptatitius, ex adoptato filio natus. Plaut. Pœn. 16, Demarcho item ipse fuit adoptatitius. Quo in loco, pro filio adoptiuo sumitur.

Adoptator, verbale {[illegible]} Dicitur qui aliquem adoptauit. Vide ADOPTIVVS.

Adoptio {[illegible]} verbale per syncopen factum ex Adopto. Cic. pro Domo sua, Quod est pontifices, ius adoptionis? nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit: & quum potuerit, sit expertus. Vide ADOPTO.

In adoptionem dare. Quintil. lib. 3. cap. 6, Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterū abdicauerat, sustulit nothum, &c. Vide titulum de Adoptionibus in Pandectis.

Adoptio nomen generale est, in que duas diducitur species, Adoptionē, & arrogationem. Illa, cùm eos qui in parentis potestate sunt imperio magistratus adoptamus: hæc, cùm eos qui sui iuris sunt principis authoritate. Modest. in l. 1. D. de Adoption.

Adoptio lege curiata fiebat. licebat autem non patricio plebeium, sed plebeio patricium adoptare. atque hoc in genere tria lex iubebat obseruari: primum, vt is adoptaret, qui neque procreare iam liberos posset: & cùm potuisset, expertus esset. alterum, vt tum generum ac dignitatis, tum sacrorum ratio haberetur, id est, vt ita fieret adoptio, vt ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minueretur: tertiū, ne qua omnino calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur: quæ si seruarentur omnia, tum adoptionem rectè fieri. nihil tamen horum in adoptione P. Clodij seruatum esse, arguit Cicero in oratione pro domo sua: neque solùm ob hanc caussam ait esse infirmam irritámque illam adoptionem, verumetiam quòd, cùm curiata lex ferretur, tum seruatum de cælo sit: quod cùm fieret, neque legem ferri, neque omnino quicquā agi cum populo licebat. primùm enim adoptandi caussas esse oportuit, de quibus pontifices iudices erant: deinde, si caussæ probarentur, curiata lex ferebatur: quā qui ferret, is omnia seruare debebat, quæ in cæteris legibus, cùm ferrētur, seruari mos fuit. quod vtrúque significat Cic. in Orat. cùm ait: Vt is adoptet, qui, quod natura iam assequi non potest, legitimo & pontificio iure quærat. itaque, quod est apud Tacit. lib. 12, Lege curiata apud pontifices adoptio fiebat. id ita est intelligendum, vt nisi & lex ferretur, & adoptādi causas pontifices probassent, adoptio fieri non posset. vtrúque verò separatim agebatur: cùm de causis pontifices cognoscerēt, legem vero magistratus ferret. Adoptantis autem ætatem XVIII annis maiorem, quàm eius qui adoptaretur, esse oportere, à Modestino scriptum est his verbis: Non tantùm cùm quis adoptat, sed & cùm arrogat, maior esse debet eo quem sibi per adoptionem vel per arrogationē filium facit: sed vtique plena pubertate, id est XVIII annis, eum præcedere debet. Ex lib. P. Manut. de legibus Romanis.

Adoptio. Plin. de insitione dixit lib. 16. in prœmio. Pomiferæ arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias immiscere docuerūt, siue illæ vltro, siue ab homine didicere blandos sapores adoptione, & connubio, idq; munus etiam feris volucribúsque dedimus, intra prædictas constaut.

Adoptiuus, penult. prod. {[illegible]} verbale ab Adopto: vnde qui adoptatus est, vocatur filius adoptiuus eius qui adoptauit. Gell. lib. 5. cap. 19, Id etiam eum culpauisse, quòd filius adoptiuus patri adoptatori inter præmia patrum prodesset. P. Scipio ibidem, Filium adoptiuum tam procedere, quàm si senatum habeat.

Adoptiua sacra. Cic. pro Domo sua, Tu neque Fonteius es, qui esse debebas: neque patris hæres, neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti. Hoc est, in sacra adoptatoris tui Fontei.

Ador, indeclinabile, n. g. Festus, Ador, farris genus, edor quondam appellatum ab edendo: vel quòd aduratur vt fiat tostum, vnde in sacrificio mola salsa efficitur. Nonius, Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus sacris pium putatur. Vide far vernaculū, in FAR.

Adoris, pen. corr. genitiuus. Auson. in Monosyllabis,

> Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.

Ador, pro vili quodam frumenti genere videtur accipi apud Horatium. Serm. 2. satyra 6, de mure rustico,

> Quum pater ipse domus palea porrectus in horna
> Esset ador. loliúmque, dapis meliora relinquens.

Esset, Hoc est, comederet.

Adorea, adoreæ. Festus, Adoream, laudem siue gloriam dicebant veteres, quia gloriosum eum putabant esse, qui farris copia abundaret: Vel, vt in Plinium tradit Hermolaus, qui farre à populo donatus esset. Dona enim amplissima imperatorū ac fortium ciuium (ait Plin. lib. 18. cap. 3,) quātum quis vno die plurimum circum arauisset. Item quartarij farris aut heminæ conferente populo. Plaut. Amphit. 4. Qui præda atque agro, adoreáque affecit populares suos. Plin. lib. 18. cap. 3, Gloriam denique ipsam à farris honore adoream appellabant. Quidam per tertiam vocalem adoria dicunt.

Adoreus, adiectiuum, vt Far adoreum. Varro de Re rust. lib. 1, In loco humidiore far adoreum potius serunt, quàm triticum. Virg. lib. 7,

> -& adorea liba per herbam

Subiiciunt epulis. Seruius, Ador propriè est genus farris. Columel.lib.2.cap.6, Frumenta, triticum, & semen adoreum. Stat.libro 1.Sylu.6,

Vix aurora nouos mouebat ortus, Iā bellaria adorea pluebant.

Adorea alma, Hoc est, gloria altrix virtutis. Horat.4. Carm.4,

-& pulcher fugatis

Ille dies Latio tenebris, Qui primus alma risit adorea. Ablatiuus est. Acron. Adorea, laus publica dicebatur, eò quòd victores à victis adorarentur. Porphyr. Adorea, laus bellica dicitur, fortassis quòd adorandi sunt qui laudem ex bello reportant.

Adoreum, g.n. Idem quod Ador. Plinius lib.18 cap.8, Frumenti genera non eadem vbique: neque vbi eadem sunt, iisdem nominibus. Vulgatissima, far, quod adoreum veteres appellauere, siligo, triticum. Et libro eodem, cap.17, In creta & rubrica & aquosiore agro adoreum seri, Catonis sententia est.

Adorior, adoriris, pen.prod. vel adoreris, pen.corr. adortus sum, vel adorsus sum, quod tamen videtur esse inusitatius {ἐπιχειρῶ, ἐπιτίθεμαι, ἐπέρχομαι} adoriri, Aggredi significat, & inuadere quouis modo: vt, adoriri verbis, adoriri iurgio. Terent. Adelph.3.3, Adortus iurgio fratrem apud forum De psaltria istac. Cic. 7. Verr. Postremam enim quanque nauem piratæ primam adoriebantur.

Adoritur, pen.prod. Lucret.lib.3,

Commutare animum quicunque adoritur, & ipsum.

Adoriri ciuitatem. Liu.1.ab Vrbe.

Aliquem gladiis & fragmentis septorum, & fustibus. Cic.pro Sext.

Aliquem a tergo. Liu.3.ab Vrbe. Cic.pro Milone.

Adoriri, pro Aliquid facere, conari, & dare operā atque aggredi ipsum opus per vim. Cic.2.de Orat. Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. Virgil.6.Æneid.

Hi dominam ditis thalamo deducere adorti.

Adorsus {ἐπιχειρήσας} participium, apud Ouid. nisi mendosus sit codex, 1.de Ponto.2,

-& nullum maius adorsa nephas.

Adoriendus, adiectiuum {ἐπιχειρητέος.} Author ad Heren. Occasio quæritur, idoneáne satis fuerit ad rem adoriendam, an alia melior.

Adorno, adornas, adornare {ἐπικοσμέω, κατασκευάζω} Idem quod Ornare, nisi quòd compositio aliquid addit venustatis. Liu.1.ab Vrbe, Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insigníque eum veste & curuli regia sella adornauit.

Adornare leuiter. Quintil.lib.7.cap.2.

Verbis benefacta sua. Idem quod ornare, & insignire, ac multiplicare. Plinius Iunior, epistola 8, Ij verò qui benefacta sua verbis adornant, non ideo prædicare quia fecerint: sed vt prædicarent, fecisse creduntur.

Adornare, Apparare, vt ait Donatus. Terent. Eunuch.3.5, Continuò hęc adornant, vt lauet.

Adornare, Parare, & conari. Plaut. Epid.14, Tragulam in te iniicere adornat. Id est, molitur & parat te decipere.

Adornare bellum. Liu.10.ab Vrbe.

Comparationem criminis. Cic.pro Cluent. Id est, comparare & fingere crimen.

Galeas, scuta, gladios. Plin.lib.32.cap.2.& lib.19.cap.34.

Mare classibus, firmissimísque præsidiis. Cic.pro lege Manil.

Naues. Cæs.1.bel.Ciuil. pro Instruere.

Nuptias. Plaut. Cas.8, & in Aulul.6.

Adornare & instruere petitionē consulatus diligēter. Cic.pro Muræna.

Testium copiam. Cic.pro Cluent. Id est, comparare.

Adornare aliquem, pro Ornare, & ad honores promouere, honoribus augere. Cic. Bruto, lib.11.epistol.14, Mirabiliter mi Brute lætor, mea consilia, meásque sententias à te probari de Decemuiris, de ornando adolescente. Cæsarem Augustum intelligit.

Adornatus venatui, Instructus & ornatus, paratúsque ad venationem. Tacit.lib.12, equos venatui adornatos sistant.

Adoro, adoras, pen. prod. {προσκυνέω, προσεύχομαι} adorare. Apud antiquos significabat, Agere. Vnde & legati, adoratores dicuntur, quia mandata populi agunt. Festus. Hinc Antonius Augustinus rectissimè & ingeniosissimè vidit in lege 12.tab. Si adorat furto quod nec manifestum erit: adorare esse agere.

Adorare, ab Ador, Hoc est frumento sacrificiis destinato, deriuatur, authore Prisciano. Nonius, Adorare, propitiare religiones. ab Ador potest dictum videri. Valla, Adorare, ab oro, quod est ore precor, componitur. Ouid.1. Trist.eleg.3,

Hac prece adoraui superos ego, pluribus vxor. Virg.Æneid.2,

Affatúrque deos: & sanctum sydus adorat.

Hinc varia metaphora,

-elephas te Cæsar adorat. Mart. Liu.6. ab Vrbe, Romanus Dictator castris eo die positis, postero cùm auspicato produxisset, hostiáque cæsa Pacem deûm adorasset, lætus, &c.

Adorare curam priscorum. Plin.lib.27.cap.1, Quantóque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem subit: pro quo idem alibi venerari dixit.

Adoraturi sedeant. Hoc prouerbium Plutarchus adscribit Numæ: significat autem, Vota certa concipere oportere, & in quæ sunt optima perseuerare. Quidam arbitrantur alium subesse sensum, quòd oporteat eos qui sacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes hoc facere, sed vacuos ac totos rei diuinæ & orationi intentos. Vnde, vt Plutarchus idem tradit, quoties pontifex sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra adirent, reuerenter & attentè id facerent.

Adorati imbres, sparsiones quæ ab Imperatoribus fiebant in populum à Seneca vocantur, quòd illas populus adoret imbrem simulantes. De his Statius. In Senecæ tamē loco, odoratos, editū est, sed mendose, vt existimat Turneb. qui adoratos reponit, id est, optatos populo.

Adoratio, onis, verbale {προσκύνησις} Plin.lib.28.cap.2, Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Adorationem hic pro religione posuit vel potius precatione.

ADOVACRIS {ἀδόακρις} rex Herulorum fuit, qui anno nostræ salutis 475, tanta cum manu in Italiam irrupit, vt terrore perculsus Augustulus spontè purpuram poneret. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium anno ab Vrbe condita 1229. Vide Paulum Diacon. libro 16.

Adoxia, adoxiæ {ἀδοξία} Ignominia, infamia, obscuritas nominis, incredulitas. Adoxon, Quintil.lib.4.cap.1, vertit humile.

Adoxus, adiectiuum {ἄδοξος} Inglorius, infamis, absurdus, inopinatus, præter opinionem. Et Phauorinus apud Gellium, differens de materiis infamibus, siue inopinabilibus, Quas Græci (inquit) ἀδόξους καὶ ἀπίστους appellant.

A D P

Adpereo {συναπόλλυμαι.} Apud Plaut. Adperire aliquem amore, Idem quod perire.

Adpeto, Vide APPETO.

Adplumbo, Vide APPLVMBO.

Adporrigo, Vide APPORRIGO.

Adposco, adposcis {προσαιτίζω} Idem quod simplex Posco. Horat.lib. 2.epist.2, -si plus adposcere visus.

Adprecor, pen.corr. adprecaris {προσεύχομαι} Idem quod precor. Horat.4. Carm.6,

Rite deos prius adprecati. Id est, Inuocantes. Acron.

Adprime, Adprobus, Adpromitto, Adpromissor, Adpropero, Vide A ante P.

Adpugno, adpugnas, adpugnaui, adpugnare, Contra pugnare, seu oppugnare. Tacit.lib.2, Interim Piso classem haud procul opperientem adpugnare frustra tentauit. Idem libro 4, Alij castra Romana adpugnarent.

Adpulsus, In APPELLO, is.

A D Q

Adquo {ἕως} pro Inquantum. Afranius Promo,

Vt scire possis adquo te expediat loqui. Idem Priuigno,

Ni tantum amarem talem tam meritò patrem,

Miratus essem adquo licere.

A D R

ADRA {ἄδρα} trium oppidorum nomen est Ptolemæo, quorum vnum in Arabia petrosa collocat, alterum in Caua Syria, tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Bebyorum montium, non procul à Tito fluuio.

Adrachne {ἀδράχνη} arbor est bifera, arbuto similis, in montibus nascens, cacumine semper virenti, quæ detracto in orbem cortice non offenditur.

Andrachne autem (ne quis nominis vicinitate fallatur) herba est, quam Latini Portulacam vocant. Vide Plin.lib.13.cap. 22.

Adrado, adradis, adrasi, adrasum, pen.prod. {ἀποξύω} adradere, Idem quod rado siue abrado. Columel. de Arborib.cap.8, Ita ne medullam lædas, adradito. Et paulo pòst, Et paratos surculos in fissurā demittito, eatenus qua adrasi sunt. Plin.lib.17.cap.15.

ADRAEMON {ἀδραίμων} fuit, teste Hom.lib. Iliad.2, Thoantis pater.

ADRAMELECH, idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

ADRAMVS deus in tota colebatur Siciliæ insula, cui Adranum ciuitas sacra fuit, vt in parallelis author est Plutarchus.

ADRAMYTTEON, vel Adramittium, pen.prod. {ἀδραμύττιον} siue, vt apud Plinium legitur, Adramytteos, ciuitas est litoralis in maiore Mysia, siue Æolide: ita dicta ab Adramytto conditore, Alyattæ filio, & Crœsi fratre, vt tradidit Aristot. in Politic. Alij à Mercurio nomen accepisse ferunt, quem Lydi Phrygia lingua Adramyn vocant. Thucyd.lib.5, ἀτραμύττιον vocat: quam scripturam etiam Steph. agnoscit.

ADRAMYTTENVS {ἀδραμυττηνός} Stephan. ciuis ex Adramytteo vrbe Mysiæ. Cic. pro Flacco 23.

ADRANA {ἄδρανα} fluuius est Chattorum in Germania, vt tradit Tacit. Annal.lib.1. Est etiam Adrana {ἀδράνη} teste Stephano, oppidum Thraciæ, quod & ἀδρηνὴ à Theopompo appellatur. Vide Andrena.

ADRANON {ἄδρανον} Siciliæ oppidum, in Ætnæ montis radicibus, fluuium habens eiusdem nominis. Stephan.

ADRAPSA, orum, n.gen. {ἄδραψα} vrbs Bactrianorum. Strabo lib.15.

ADRASTIA, Regio, & ciuitas eiusdem nominis non longè a Troade, quæ est in Mysia, vbi Alexander pugnauit cum numerosissimo Persarum exercitu iuxta Granicum flumen. Meminit Iustin.lib.11. Plin. lib.5.cap.vlt.4. Strab.lib.13. Regio hæc consuetudine quadam Adrastia vocatur, & Adrastiæ campus. Callisthenes dicit ab Adrastio rege, qui primus Nemesis templum ædificauit, Adrastiam vocitatam. Hæc ciuitas inter Priapum est, atque Parium: & subiectum campum eodē nomine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit.

ADRASTIA, Iouis ac Necessitatis filia, scelerū vindex acerrima: quam nemo flagitiosus neque magnus, neque paruus, vi aut clam effugere potest.

Adrastia {ἀδράστεια} Nemesis. Subaudiendum, Adest, aut aderit, aut eiusmodi quippiam. Licebit vti vel in eos, quibus ob insolētiam arrogātiámq; minamur fortunæ commutationē: vel qui à rebus florētibus, ad calamitosam fortunā sunt redacti. Hanc Nemesim deā putant, insolentiæ & arrogantiæ vindicē, quæque spes immoderatas & vetet & puniat. Adrastia autē pen.prod. dicta est, quòd nemo nocens meritā pœnā vsquam effugerit: etiam siquando serius assequitur. Plutarch. de Sera numinis vindicta. Strab.lib.13, Adrastiam dictā tradit, non ab aufugiēdo, sed ab Adrasto rege, qui primus huic tēplum cōstituerit: idq; Antimachi poetæ versibus cōfirmat. Ammian.lib.14, Hæc & huiusmodi innumerabilia, vltrix facinorum impiorum, bonorúmq; præmiatrix, aliquando operatur Adrastia, atque vtinā semper: quā vocabulo duplici, etiam Nemesim appellamus. Hanc aiunt ex opinione veterū theologorum, Lunæ superpositam, generali potētia præsidere fatis, omnia terrena despectantē, vt reginam & arbitram omnium: quæ pręcipuè fastui infensa, nūc erectas mentiū ceruices opprimit, & eleuat, nunc bonos ab imo suscitans ad bene viuendū extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis symbolū. Dedit gubernaculum

& totam, significans illam per omnia discurrentem singula moderari. Zenodotus originē adagionis ad huiusmodi fabulam refert. Eadē appellatur Rhamnusia à Rhamnunte Atticæ loco, vbi huic deæ statua est, solido lapide, decem cubitorum magnitudine, Phidiæ opus.

ADRASTVS (Ἄδραστος) Talaonis & Eurynomes filius, rex Argiuorum, de quo proximè dictum. Fuit & alius Adrastus teste Homero libro Ilia. 2. Percosij filius, vt infrà videbimus in dictione PERCOSIVS. ¶ Fuit & alius Adrastus, Mydæ Phrygiæ regis filius, qui quum imprudens fratrem suum interfecisset, à patre eiectus, ad Crœsum Lydorum regem Sardis aduenit: à quo receptus, & à cæde fraterna qua pollutus erat, expiatus, filium regis, patri longè charissimum, sibi commendatum vnicè, imprudens uidem peremit: quamobrem præ nimio dolore se super interfecti bustum transfodit. Vide Herodot. Clio, lib. 1.

Adrastus Talaonides, Hoc est, Talaonis filius. Stat. lib. 5. Theb. 4.

Inachius, Hoc est, Argiuus, ab Inacho Argiuorum rege. Stat. libro 2. Thebaid.

Adrastus in honore est apud Megarenses. Author Pausanias in Attica.

Adrastus longæuus. Stat. lib. 4. Thebaid.

Adrasti pallentis imago. Virg. 6. Æneid.

Adrastus Perseius. Hoc est, oriundus à Perseo Iouis ex Danae filio, & Argiuorum rege. Stat. lib. 3. Thebaid.

Adrastus, peripateticus clarissimus, qui Categorias Aristotelis præponebat Topicis, & appellabat τὰ πρὸ τοπικῶν.

Adrasteus, adiectiuum, pen. prod. (Ἀδράστειος.) Stat. lib. 1. Syl. 1,

Hunc & Adrasteus visum extimuisset Arion.

Adrepo, adrepis, pen. prod. adrepsi, adreptum (προσέρπω) adrepere, Rependo accedere. Varro 3. de Re rust. cap. 7, Ne mus aut lacerta quà adrepere ad columbaria possit.

Adrepere ad amicitiam alicuius. Cic. 5. Verr.

Animo alicuius. Tacit. Annal. 3.

Ad matris morientis mammam adrepens infans. Plin. lib. 35. cap. 10.

In spem hæreditatis. Horat. 2. Serm. satyra 4,

-leniter in spem

Adrepe officiosus, &c. Id est, Sensim ad spem hæreditatis accede: officiis tuis paulatim assequere, vt iam sperare audeas fore, vt secundus hæres scribaris. Lambinus.

ADRIA, Adriæ, m. g. siue (vt nónulli malunt) Hadria (Ἀδρίας) Sinus maris, siue mare Adriaticum, quod & superum dicitur, vulgò mare Venetum. Ibi enim sitæ sunt Venetiæ.

Adria, Adriæ (Ἀδρία) duarum vrbium nomen est: quarum altera à Thuscis ædificata est. eius quædam adhuc apparent vestigia. Altera in Piceno iuxta Vomanum fluuium sita. Ex Volaterr. lib. 4. & 6. Geographiæ. Plin. lib. 3. cap. 13.

Adria (inquit Iustinus lib. 20.) Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen dedit. Liu. 1. Dec. lib. 5, Mari supero inferóque, quibus Italia insulæ modo cingitur, quātum potuerint Thusci, nomina sunt argumento: quòd alterum Thuscum cōmuni vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Thuscorum Colonia vocauere Italicæ gentes. Græci eadē Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Plin. lib. 3. cap. 16, Nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ, à quo Atriaticū mare antè appellabatur, quod nunc Adriaticum. Strabo lib. 5. in Italiæ descriptione, Atriam quidem inclytam ciuitatem fuisse, memoriæ proditum est: à cuius nomine, modica transpositione sumpta, & sinus appellatus est Adriaticus. Transpositionem intelligit harum literarū t & d. Eustathius, teste in Pliniū Hermolao, Adriaticū & ab oppido & ab amne appellatum scribit. Nónulli tamen (vt apud Ianum Parrhasiū idē Eustathius tradit) ita scribunt: Ion Italus Adriæ pater fuit, à quo sinus Ionius, qui mox ab Adria filio dictus est Adriaticus.

Adriæ arbiter Notus ventus. Horat. 1. Carm. 3. 4,

-nec timuit præcipitem Africum

Decertantem Aquilonibus:

Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti,

Quo non arbiter Adriæ

Maior, tollere, seu ponere vult freta. Hoc est, Quo Noto non est maior dominus Adriæ: non est ventus vllus qui magis ex arbitrio regat Adriaticum mare, vel fluctus tollendo, quum sæuit: vel placando, quum flare desinit.

Sinus Adriæ. Horat. 3. Carm. 27,

-ego quid sit ater

Adriæ noui sinus.

Curuans Calabros sinus Adria. Calabriam enim alluit. Horatius 1. Carm. 33.

Improbus, Propter sæuitiam & tempestates plurimas: æstuosum quippe est mare Adriaticum. Horat. 3. Carm. 9,

-& improbo Iracundior Adria.

Inquietus. Horat. 3. Carm. 3.

Humectata Vomano Adria. Sil. Ital. lib. 8. Hic pro vrbe quæ in Piceno est, sumitur: vt testatur Volaterr. lib. 6. Geographiæ.

Raucus. Horat. 2. Carm. 14.

Præceps. Stat. lib. 3. Sylu. 2.

Vagus. Lucan. lib. 5.

Ventosus. Senec. in Thyeste 4.

Adriacus, penul. corr. adiectiuum (Ἀδριακός) Id est, Adriaticus. Propert. lib. 3. Eleg. 21,

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes.

Adriacus pontus. Lucan. lib. 4.

Adriacum latè patens. Ouid. 4. Fast.

Adriacæ vndæ. Lucan. lib. 2.

Adrianus, pen. prod. adiectiuum (Ἀδριανός.) Horat. lib. 1. Carm. 16. Cic. in Pison. Brundusiúmque vitauit, & vltimas Adriani maris oras petiuit. Plin. lib. 3. cap. 13, Picentes tenuere ab Aterno amne, vbi nunc ager Adrianus, & Adria colonia, à mari septem millibus passuum, flumen Vomanum.

ADRIANVS ager limitibus maritimis & Gallicis quos nos D. & Kappellamus, finitur, per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel nouercarum, quod tegulis cōstruitur. aliis verò lapi muris, maceriis, scorofionibus, congeriis, carbunculis, terminis Augusteis, fluminum cursibus. Ex libro de Limitibus agrorum.

Adriaticus, pen. corr. adiectiuum (Ἀδριατικός.) Vide ADRIA.

Minax Adriaticum. Subaudi, mare. Catul. 4. Epigr. 2.

ADRIANVS nomen ciuis R. qui cùm Africam obtineret Proprætor, & ciues Rom. qui ibi negotiabantur, vexaret, Vticæ domi suæ exustus est. Cic. Verr. 3. & 7. Valer. Max. lib. 9 cap. 10.

ADRIANVS (Ἀδριανός) Decimus quintus Rom. Imperator fuit, & successor Traiani, qui Hierosolyma à Tito Vespasiano solo æquata, muro cinxit, & à prænomine suo Æliam appellauit.

ADRIANOPOLIS (Ἀδριανούπολις) ciuitas est Thraciæ ad Hebrum fluuiū, primùm Orestia dicta, à nomine Orestis conditoris: posteà ab Adriano Cæsare, instaurata fuit, cùm ei furore agitato responsum esset, vt se in furiosi domum reciperet. Cælius Rhodig. lib. 17. cap. 2.

ADRIVS (Ἄδριος) mons est Dalmatiam per medium secans. Strabo libro septimo.

ADROBICVM (Ἀδρόβικον) oppidum est in Artabris Hispaniæ populis, in tractu Celtico, cuius meminit Pomponius Mela, lib. 3.

ADROBOLON, Vide HADROBOLVM.

Adrodo, Vide ARRODO.

Adrogo, Vide ARROGO.

ADROTTA, orum, Ἀδρόττα, τά, Stephano, locus est in Lydia, mari adiacens, cuius incolæ dicuntur Adrotteni.

Adrudus. Festus, Quemadmodum omnis ferè materia non deformata, rudis appellatur: sic vestimentum rude, non perpolitum. sic æs infectum rudusculum, apud ædem Apollinis æs conflatum iacuit: id adrudus appellabant.

ADRVMA (Ἄδρυμα) ciuitas est, non longè à Melite insula, in qua erant naualia. Strab. lib. 17.

ADRVMETVM, siue Adrumetium, ciuitas est Mysiæ, authore Stephano. Est & Adramyttis insula Lyciæ: & Adrumes, Adrumetis, ciuitas Aphricæ. Hieronymus ait Adrumetum esse ciuitatem in Byzacio regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat neutro genere. Stephanus ab Adramyttio oppido deformat Adramyttenum. Erasmus in 27 cap. Actorum Apost.

Adrumo, as, are, pen. prod. Antiquum & obsoletum verbum. Festus. Adrumauit, rumorem fecit, siue commurmuratus est. quod verbum quidam à rumine, Id est parte gutturis putant deduci.

ADRYX (Ἄδρυξ) ciuitas est in agro Syracusano, cuius meminit Steph. Hinc Adricinus gentile, sicut ab Erix, Ericinus.

A D S

Adscire, siue Adsciscere (προσλαμβάνειν) Idem quod Adiungere. Columel. in præfat. Quoniam & hanc adsciuimus quasi agriculturæ partem, quum separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. Vide ASCISCO.

Adscribo, Vide ASCRIBO.

Adsector, Vide ASSECTOR.

Adsentio, & Adsentior, Vide ASSENTIO & ASSENTIOR.

Adsequor, Vide ASSEQVOR.

Adsero, Vide ASSERO.

Adseruo, Vide ASSERVO.

Adseuero, Vide ASSEVERO.

Adsestrix, adsestricis, pen. prod. (προσκλήτρια) quasi vocatrix. Foemininum est ab eo quod est adsessor. Afranius Fratribus, Dimittit adsestricem, me ad sese vocat. Nonius.

Adsicco, Vide ASSICCO.

Adsideo, Vide ASSIDEO.

Adsignifico, adsignificas, adsignificare (προσσημαίνω) Idem quod significare. Varro 2. de Re rust. cap. 11, Olim tonsores non fuisse, adsignificant antiquorum statuæ.

Adsigno, Vide ASSIGNO.

Adsilio, Vide ASSILIO.

Adsimilis, Vide ASSIMILIS.

Adsimulo, Vide ASSIMVLO.

Adsipere, & Præsipere (προσγινώσκειν, & προγινώσκειν) dicebant antiqui à sapiendo: sicut nos quoque modò dicimus ab æquo iniquū, à quærendo inquirere. Hæc Festus.

Adsisto, Vide ASSISTO.

Adsitus, pen. corr. participium ab Adsero, Iuxta satus. Varro, Vt vitis adsita ad olus facere solet. Budæus.

Adsolet, Vide ASSOLET.

Adspuo, is, adspui, adsputum, pen. prod. Plin. lib. 28. cap. 4, Aut si dormiens spectetur infans, à nutrice terna adspui.

Adstipulor, Vide ASTIPVLOR.

Adstrepo, Vide ASTREPO.

Adstringo, Vide ASTRINGO.

Adstruo, Vide ASTRVO.

Adstupeo, Vide ASTVPEO.

Adsum, ades, adfui, adesse, adfuturus (πάρειμι, παραγίγνομαι, παρέσομαι) Præsens sum. Antiquos autem duplici ss, assum scripsisse, manifesto argumento est locus Plautinus. sic enim ait ille in Pœn. 4, Heus Milphio, vbi es? M. assum apud te eccum. AG. At ego elixum volo. Itaque minus laborandum esset, vtrum per d scribas adsui, & adsuturus, an geminato ss, assui, & assuturus.

Adesse, propriè significat Prope esse, vel præsentem esse. Plaut. Rud. 2. 4, Quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam. Sic Adesse res dicitur, quæ præsens est, vt bonum, malum, commodum. Plaut. Amphit. 1.

Adesse pugnæ, pro Interesse. Cic. Philipp. 2, Omnibus his pugnis Dolabella affuit.

In re aliqua, pro Interesse. Terent. And. 4. 4, In pariundo aliquot affuerunt liberæ.

In aliquo loco, pro Esse. Terentius Eunucho 2. 3, Aderit vnà in vnis ædibus.

In consilio. Cic. pro Quinctio, Qui adestis in consilio, quæso, vt diligenter attendatis.

Adesse

Adesse ad, variè declaratur. Plaut. Amphit. 6, Vbi summus imperator non adest ad exercitum. Pro, non est in exercitu. Cic. 1. de Diuin. Petere vt mane ad portam adesset. Id est, ad portam esset: sicut quum dicimus, Ad vrbem esse, Hoc est, prope vrbem. Cato de Re rust. cap. 83, Mulier ad eam rem diuinam ne adsit. Pro, Non intersit illi rei diuinæ, seu sacrificio.

Adesse ad iudicium, idem quod Præsto esse: Hoc est, comparere in iudicio, quod & Iudicio adesse, & Adesse absolutè dicitur. Cic. 3. Verr. Atque hanc opinionem populi Romani fuisse, C. Verrem altera actione responsurum non fuisse, neque ad iudicium affuturum.

Apud aliquem, pro Esse. Plaut. Amphit. 7, Et apud te adsum Sosia idem. Pro eo quod est, Sum apud te.

Vnà cum aliquo. Terent. And. 1, -ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidē, vnà aderat frequens. Id est, erat.

Adesse cum aduerbiis in loco, Idem quod esse. Terent. Heaut. 3. 1, Adero hic continuò. Plaut. Epid. 5, Ille aut iam hic aderit, credo hercle, aut iam adest. Sic adesse domi. Terent. Eun. 3. 2.

Adesse, cum datiuo superuacaneo. Terentius Heaut. 2. 2, Eccum Dromonem cum Syro vnà adsunt tibi. Hic datiuus, tantùm festiuitatis & elegantiæ gratia est additus.

Adesse senatusconsulto scribendo. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 28, Quanquam erat nobis dictum, te existimare alicui senatusconsulto quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo iamiam affuisse.

Decreto scribendo. Idem pro Flacco, Decreto scribendo primum video adfuisse Lysaniam.

Iudici, pro Assidere: & Adesse iudici in consilio, dicuntur assessores. Cic. pro Quinctio, Quæ quò plura sunt C. Aquili, eò te & hos qui tibi in consilio adsunt, meliori mente nostra verba audire oportebit.

Adest præsens, pro Præsens est. Plaut. Mostel. 15, Adsum præsens præsenti tibi. Cic. pro domo sua ad Pontif. Adest præsens vir singulari virtute. figura est Pleonasmos, vt apud Terent. in Adel. 3. 3.

In prouinciam. Vlpian. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Si arbiter iusserit in prouinciam adesse litigatores, quum Romæ esset in eum compromissum: an ei impunè non pareatur, quæritur. Haloāder & Pandect. Florent. habent, in prouincia.

Alio loco. Vlp. in l. Quid tamen. D. de arbit. Impunè igitur ei non parebitur, si alio loco adesse iusserit. Sic Haloander. Pandectæ verò Florent. aliò loci.

Eò loci. Vlpian. in l. Quid tamen. D. de arb. Quid tamen, si eò loci, qui sit circa vrbem, adesse iusserit? sic Haloand. At Pandectæ Florent. si in eo loco qui, &c.

Coràm adesse, eodem modo & ratione dicitur, qua Præsentem adesse. Nam si simpliciter accipimus, tantum per se valet Adsum, quantum Coràm adsum. Cicero Cassio, libro 15. 16, Fit enim nescio quomodo, vt quasi coràm adesse videare quum scribo aliquid ad te. Virgilius 1. Æneidos, Coràm quem quæritis adsum.

Coràm aderit præsens tibi ipse, & ille quem insimulas pugio respondebit. Cicero in Antonium. Duplex (vt ita loquar) pleonasmos: nisi hoc & similia ad loquendi affectum referamus.

Adesse, pro Accedere, præsertim in secunda persona imperatiui. Terent. And. 1. 1, Adesdū, paucis te volo. Quasi accede ad me. Nam hic D V M teste Donato, parelcon est. Id est, productio & adiectio syllabæ. Virg. in Bucol. Huc ades ô formose puer.

Adesse, pro Aduenire. Virg. 2. Æneid.
Ianque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus.

Aduentare & propè adesse. Cic. ad Att. lib. 4.

Adesse ex Aphrica, pro Aduenire. Cic. ad Att. lib. 11.

Adesse & impendere, Vide IMPENDEO.

Adest dies, vel tempus, pro Aduenit: ferè cum aduerbio. Virg. 9. Æneid. Ergo aderat promissa dies. Idem in Buc. Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores.

Propè adesse, significat idem quod vulgò dicitur Pro foribus esse. Propè adest, cum alieno more viuendum est mihi. Sub. tempus. Sic, Adest partus, pro Instat. Terent. Adel. 4. 4.

Ad tempus. Cicero Att. lib. 5, Quoniam nunc abes quum id nō agetur, aderis autem ad tempus, vt mihi scripsisti.

In tempore. Liu. 8. ab Vrbe, Aderunt in tēpore, Manlius inquit, & cum illis aderit Iuppiter ipse.

Adesse, pro Consistere. Plaut. Aulul. 4,
Istic adesto. si hercle tu ex isto loco
Digitum transuorsum, aut vnguem latum excesseris, &c. Id est, consiste, & mane vbi tu es.

Adesse, pro Inesse. Plautus Amphit. 8, Omnia adsunt bona, quem penes est virtus. Sub. ei.

Adsit modus amori. Virg. 2. Eclog.

Adest morbus. Cicero 2. de Finibus, Tanti autem morbi aderant vesicæ & torminum, vt nihil ad eorum magnitudinem posset accedere.

Aderant vires in corpore. Propert. lib. 3. eleg. 15.

Adesse, In promptu esse. Plaut. Capt. 7,
-ergo quum optimè fecisti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare.

Adesse, pro Esse in conspectu, siue ante oculos. Cic. 1. Offic. Ad id solùm quod adest, quódque præsens est, se accommodat. Quasi dixerit, ad id quod videt.

Adest mihi ante oculos. Virg. 2. Æneid.
In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi.

Adesse, Paratum esse. Terent. Phorm. 2. 1, Hic in noxia est: ille ad defendendam causam adest.

Adesse, interdum demonstrandi significationem habet, in his duntaxat vocibus, adsum, adest, adsumus, adsunt. Terentius Eunucho, 3. 2, Dona adsunt tibi à Phædria, Quasi dixerit, En tibi dona, ecce tibi dona.

Adesse animo, vel animis, Est fauere illi rei cui interfis. Cicero pro P. Sylla, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes, auresque vestras. Hoc modo attentionem captat auditorum, quasi dicat, Attenti estote cum fauore & silentio.

Æquo animo. Terent. in prolog. Andriæ, & in Phorm.

Cum silentio. Plaut. Trinum. 2, Valete, adeste cum silentio.

Adesse animo, in alio significatu dicitur, pro eo quod est, Præsenti esse & forti animo. Cic. pro Milone, 2. Idem in Somnio, 5, Sed ille, Ades, inquit, animo: & omitte timorem.

Adesse animo, pro Intentum esse rebus agendis. Cic. 8. Philip. Sed etiam nuper summa laus Cōsularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro repub. aut facere, aut dicere.

Adest ei animus, quasi Præsenti & forti est animo: vt plus sit, quàm est ei animus. Plaut. Casin. 13,
Rogitare oportet prius & percontarier
Adsitne ei animus, nécne adsit.

Adesse alicui, pro Fauere, vel auxilio esse: cui contrarium est Deesse. Virgilius 4. Æneid. Adsis ô, placidúsque iuues. Liu. 2. bell. Pun. Sed pueri fœminæque super animi, corporisque vires, adsunt pugnantibus, tela ministrant. Sic in iudicio, Adesse alicui, est Eū defendere, vt solent aduocati adesse reo. Cic. de Senect. Adsum amicis, venio in senatum frequens.

Adsunt huic opinioni meæ leges. Hoc est, fauent meæ opinioni. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 20. ad Cornel. Tacitum.

Adesse alicui ad rem aliquam. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 20, Pontino ad triumphum ad III. No. Nouemb. volebam adesse.

Alicui in consilio. Cic. 4. Verr.

Alicui contra alium. Plin. Iunior, epist. 5.

Causæ suæ. Paulus in l. Paulus. D. de procurat. Paulus respondit, etiam eum qui ad litem suscipiendam procuratorem dedit, causæ suæ adesse non prohiberi.

Rebus alicuius. Cic. Ligario, lib. 6. 14.

Precibus alicuius. Ouid. 6. epist.

Ad summam, ὡς ἐπὶ τὸ κεφάλαιον.

Ad tempus, πρὸς καιρὸν, ἐπὶ χρόνον.

A D T

Adtexo, adtexis, adtexui, adtextum, adtexere {συνυφαίνω} Adiungere: quasi texendo connectere. Varro 2. de Re rustica, capite 5, Nos interea secundum actum de maioribus adtexamus. Scribitur etiam duplici tt attexo.

Adtibernalis, penul. prod. {πάροικος} Habitator continuæ tabernæ, quod genus domicilij antiquissimū Romanis fuisse, testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Vnde etiam tecta castrensia quanuis pellibus conteguntur, tabernacula tamen dicuntur. Hæc Festus. Alij scribunt Attibernalis: alij Adtubernalis.

Adtondeo, adtondes, adtondi, adtonsum {ἀποκείρω} adtōdere. Plautus, Is me scelus auro vsque adtondit dolis doctis. Budæus.

A D V

ADVBANVS, penult. prod. {Ἀδούβανος} Fluuius, qui & Ister, & Danubius dicitur. Calep.

ADVALLAS, Mons ex quo in Septentrionem Rhenus excurrit. Et diuersa ex parte Aduas, in lacum Larium iuxta Comum intrans. Strabo lib. 5. Hunc tamen lib. 4. vocat Adulam.

Aduecho, aduehis, aduexi, aduectū {ἐπάγω, ἐπιφέρω} aduehere. Est ad locum vehere, seu vehiculo, seu quouis alio modo. Liu. 3. bell. Pun. Impositóque, quem secum aduexerat, milite, Romam nauigat.

Aduehere ex alto. Plin. lib. 31. cap. 6, Ex alto, & ad hunc vsum aduehunt ex India.

In hospitium, aut in fanum. Cic. Att. lib. 14. & 1. Tusc.

Per mare. Plaut. Trinum.

Trans mare. Plin. lib. 35. cap. 17.

Frumenti magnum numerum. Cic. 3. Offic. Siquis profectus Rhodum magnum frumenti numerum aduexerit.

Aduehere naue. Plinius lib. 35. cap. 17. Et Seruius Ciceroni lib. 4. epist. 12, Quum ab Epidauro Piræeum naui aduectus essem.

Equo. Cic. 1. de Diuin.

Aduehere aliquem oras alias, pro Vehere ad vel in oras alias. Virgil. 1. Æneidos.

Aduehi aliquem, pro Vehi ad aliquē. Tacit. lib. 2, Vt quosque aduectus erat. Sil. Ital. 4,
Nunc Itali in tergum versis referuntur habenis,
Nunc rursus Tyrias retrò pauor aduehit alas.

Aduehit imbres Auster, Senec. in Medea, 8.

Aduehit vnda rates. Ouid. 5. epist.

Aduectus, huius aduectus, Verbale. Tacit. lib. 20, Hæc de origine & aduectu dei celeberrima.

Aduectio, Verbale {ἐπαγωγὴ} Plin. lib. 9. cap. 54, Nuper excogitatum, famem longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Aduecto, aduectas, aduectaui {ἐπάγω} aduectare, frequentatiuum ab aduecho. Tacit. lib. 5, Addiditque quibus è prouinciis & quanto maiorem quàm Augustus rei frumentariæ copiam aduectaret.

Aduelitatio, Iactatio quædam verborum, figuratè ab hastis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quasi volites, Id est, volantes. Festus.

Aduelo, aduelas, penult. prod. {περικαλύπτω} Idem quod Velo. Virg. 5. Æneid. Victorem magna præconis voce Cloanthum Declarat, viridique aduelat tempora lauro.

Aduena, aduenæ, penultima correpta, com. gen. {πάροικος, ἐπηλύτης, συνοικήτης} Verbale ab aduenio: dicitur qui vel quæ aliunde venit eò vbi habitat.

Aduenæ, Seruius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenæ. Indigenæ, sunt inde geniti. Aduenæ, de vno loco venientes. Conuenæ, de diuersis.

Aduena anus. Terent. Heaut. 1. 1.

Dij. Cic. 2. de Legib.

Volucres. Varro 3. de Re rust. cap. 5.

Aduena, Græcè ἐπήλυτος dicitur. Festus apud Iunianum.

Aduena, teste Prisc. interdum neutris adiungitur. vt Aduena mancipiū.

Aduena hyemis,& Aduena æstatis. Plinius lib.10.cap.23. de ciconiis & gruibus.
Aduena belli.Stat.8.Thebaid.
Amor aduena.Ouid.1.de Arte amandi.
Exercitus aduena. Virgil.7.Æneid. -aduena classem
Quum primùm Ausoniis exercitus appulit oris.
Grus.Horat.Epod.2.Vbi Acron:Quia grues transmarinæ sunt.
Pellex.Ouid.9.epist.
Peregrinus & aduena. Cic.1.de Orat. Ne in nostra patria peregrini atque aduenæ esse videamur.

Adueneror, penult. corr. aduenetaris vel aduenerare, aduenerarus sum,aduenerari {[illegible]} Valde & ex animo venerari.Var.lib.1. de Re rust. cap.1, Item aduenetor Mineruam & Venetem,quarum vnius procuratio oliueti,alterius hortorum. Sil.Ital.lib.13,
Prosequiturque oculis puer aduenetatus euntes.

Aduenio,aduenis,penul.corr.adueni,penul.prod.aduentum {[illegible]} aduenire, Ad locum venire significat:quod vernaculo sermone dicimus *Arriuer*. Vnde & aduentus dicitur. Terentius Hecyra,3.5,
Aduenis modò?
Aduenire optato. Vide OPTATO.
Aduenire,cum aduerbiis. Terent.Eunuch.3.2, Si fortè huc aduenerit. Idem And.2.2, Cum illò aduenio,solitudo ante ostiú. Plaut.Asin.16, Aduenit domum noctu.
Ab aliquo loco.Plaut.Stich.8.3, à portu aduenerit.
Ex aliquo loco.Cic.3.de Nat. deor. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt aduenisse.
Ad forum.Plaut.Capt.13.
Ad vrbem.Ouid.1.Trist.9,
A quibus adueniat Miletida sospes ad vrbem.
Vrbem.Virgil.1.Æneid.
-Tyriam qui adueneris vrbem.
In prouinciam. Cic.11. Philipp. Quancunque in prouinciam eius belli gerendi causa aduenerit.
Alicui,pro Ad aliquē.Tacit.lib.1.Annal.Properantibus Blæsus aduênit.
Aduenire, cum priore supino. Terent.Phorm.2.3,Etiam me vltrò accusatum aduenit. Ibidem,2.3, Tentatum aduenis. In his & similibus nihil aliud quàm Venire significat.
Aduenio pace. Plaut.Amphit.3, Propterea pace aduenio, & pacem ad vos affero.Sub. (cum)
Aduenire,& Venire,pro eodem sæpe indifferenter accipiuntur.Sed Aduenio interdum cum datiuo ponitur:interdum & sine ipso.
Aduenire in tempore.Plaut.Capt.13,Optimè mihi in tempore aduenis.
In tempore ipso.Terent.And.5.6.
Tempore.Plaut.Menæch.22.
Per tempus.Terent.Andr.4.4.
Opportunè.Terent.Heaut.1.2.
Aduenire,pro Accidere.Cic.11.Philip. Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit,id præmeditari:ferēdú modicè,si aduenerit,esse.
Aduenire,de tempore dictum, Idem quod Venire.Cic.4.Verr. Interea dies aduenit, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturú Syracusis iste edixerat.
Annus aduenitet.Tibul.lib.4.eleg.6.
Hora proficiscendi aduênit.Tacit.lib.20.
Aduenerunt literæ,pro Allatæ sunt.Suet.in Vespas.Aug.cap.7.
Luces optatæ aduenere.Catul.in Argonaut.
Aduenire morbus dicitur, quando incipit. Cicero 2. de Diuinat. Nam medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt.
Aduenisse senectus dicitur,quum quis ad eá peruênit. Aduenire autem, quú accedit,siue appropinquat.Plaut.Menæch.17, -consitus sum senectute. Et paulo pòst. -vt ætas,mala est merx:mala est ergo,
Nam res plurimas pessimas quum aduenit,affert.
Aduenire ad aures.Lucret.lib.6,
-quia semper ad aureis
Tardius adueniunt,quàm visum quæ moueant, res.
Aduenit,in præsenti,penult.corr.Id est,appropinquat.
Aduenit,in præterito,penultima producta. Id est, iam accessit. Horat. 1. Serm.satyr.5,
-collyria lippus
Illinere.Interea Mecœnas aduenit,atque
Cocceius,&c. Virg.7.Æneid.
Hos super aduênit Volsca de gente Camilla.
Aduenien,participium {[illegible]} Terent. Eunuch. 2.2. Cicer.ad Attic.lib 6, Est enim quiddam, aduenientem non esse peregrinum atque hospitem.
Liquor aduenien.Lucret.lib.4.
Mare.Plin.lib.12.cap.9.
Aduentitius {[illegible]} Verbale,dicitur quicquid aliunde nobis accedit,& à nobis aut nostris facultatibus non proficiscitur. Cicero 3. Verr.In re aduentitia atque hæreditaria.
Aduentitiis & externis adiumentis vti.Cic.5.de Finib.
Aduentitium auxilium requirere.Cic.6.Verr.
Aduentitiis regum & nationum copiis iuuari.Cic.pro lege Manilia.
Quà humor aduentitius transire possit. Varro 1.de Re rust.cap.8.
Aduentitia pecunia.Cic.Attic.lib.1.14.
Aduentitia pecunia, cui respondet exaduerso Pecunia sua & propria. Cicero pro Rabirio Postum. Quod,iudices, non faciatis oro obtestórque vos, atque eo magis si aduentitia pecunia petitur ab eo cui sua non redditur.
Aduentitio, opponitur Innatum & insitum. Cicero Topicis, Specie autem comparantur,vt anteponantur quę propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud:& vt innata atq; insita,assumptis & aduentitiis.
Transmarina atque aduentitia doctrina.Cic.3.de Orat.
Aduentitia dos,Profectitiæ opponitur.Est autem profectitia dos Vlpiano, in l.profectitia. D. de iure dotium, quæ à patre,vel parente profecta est de bonis vel facto eius. Aduentitia verò, quam nemo ex paternis bonis,sed quispiam extraneus alicunde dedit:vt ex Iuliani verbis colligitur.
Aduentitius fructus.Liu.
Aduentitiæ personæ in fabulis risus gratia introducuntur extra argumentum.
Aduentitium donú appellat Budæus,quod olim Consulibus in prouincias aduenietibus honoris loco dabatur:quod & Honorariú dicitur.
Aduentitia necessitas intelligitur, vbicunque repentè aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam vtilitatem spectet. Vide Alciatum enarrantem l.placet.C.de sacrosanct.eccl.
Aduentitium peculium est, quod ab extraneis & cognatis nobis obuenit: quo in numero sunt maternæ maternive generis hæreditates: amicorum item & legata & hæreditates: item lucra nuptialia: omnia denique quæ extra laborem militiæ & nostram industriam aliunde quàm ex paternis bonis nobis acquisita sunt.
Externus & aduentitius tepor.Cic.2.de Nat.deor.
Externa & aduentitia visione pulsari.Cic.2.de Diuinat.
Aduentus,huius aduentus, Verbale {[illegible]} Terent. in Eunuch.2.2, Salutant,ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Vbi Donatus, Aduentus propriè expectatorum, necessariorúmque dicitur. Idem Phorm.1.3, Vbi in mentem eius aduenti venit. Vbi Donatus,Aduenti,sic veteres genitiuo casu proferebant.
Aduentus & Discessus,contraria. Cic.ad Att.lib.12, Vt me leuarat tuus aduentus,sic discessus afflixit.
Aduentus malorum.Cic.3.Tuscul.Hæc igitur pręmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum.
Aduentú inimicorú suis corporibus intercludere.vide INTERCLVDO.
Aduentus in vrbem, & ad vrbem.Cic.pro lege Manilia,Vt etiá si ab hoste defendant,tamen ipsorum aduentus in vrbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. Idem pro Milone,Vt illi nocturnus ad vrbem aduentus.
Aduento {[illegible]} aduentas, aduentare, antiquis pro primitiuo ponebatur,sicut Adiuto pro adiuuo: Nunc ferè significat appropinquare.De priore significatu:Plaut.Aulul.6, Te id admonitum aduento.
Aduentare,pro Appropinquare, nunc de tempore dicitur,nunc de persona,nunc de re alia. Cic.1.de Orat. Quod ferè iam tempus aduétat. Idem ad Curionem, lib.2.5,Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare. Idem Att.lib.4, Aduentare,& propè iam esse debes.
Aduentant discrimina.Lucan.lib.7.49,
-discrimina postquam
Aduentare ducum,supremáque prælia vidit.
Reipublicæ excidium.Tacit.lib.20.
Rates.Ouid.12.Metamorph.13.
Aduentabat accipiendo Armeniæ regno Tyridates. Tacit.lib.16,Hoc est,ad accipiendum,siue vt acciperet.
Aduentare alicui,pro Ad aliquem. Tacit.lib.5.
Portis,Hoc est,appropinquare.Stat.lib.11.Theb.
Locum aliquem,pro Ad locum.Tacit.lib.5.
Aduentare ab vrna.Stat.8.Thebaid.
Aduentare sub finem.Virgil.5.Æneid.
Aduentans, particip. Cic.5. Tusc. Tum morti iam ipsi aduentanti paulum procedere obuiam.
Aduentantes Euri.Virgil.4.Georg.de Apibus.
Aduentans senectus.Cic.de Senect.
Aduentor,Verbale {[illegible]} Plaut.Truculent.4.2,
Ad fores auscultato,atque adserua has ædes,
Nequis aduentor grauior abeat,quàm adueniat.
Videtur nomen à Plauto fictum præter vsum latinitatis,pro quolibet homine externo:Id est,qui non sit nobis domesticus.
Aduentorius,adiectiuum {[illegible]} Quod aduenienti cuipiam offertur. Vnde Aduentoria epistola apud Martialem in præfatione lib. 11. Cæl.Antiq.lect.lib.28.cap.3.

Aduerbero,aduerberas,penult.corr.aduerberaui {[illegible]} aduerberare,Vehementer verberare.Stat.9.Thebaid.
-& auratis aduerberat vnguibus armos.

Aduerbium {[illegible]} est vox sine numero quæ alij voci adiungitur: vt,valde constans, differit acutè,bene manè. Hinc ficta à grammaticis vocabula,Aduerbialis,Aduerbialiter,Aduerbiaster,Aduerbiari.

Aduersarius,Aduersaria,Aduersator,Aduersitas, Aduersitor,Aduersor,Vide ADVERSVS.

Aduersus {[illegible]} ab Aduertor.Oppositus,siue obiectus: quæ est eius propria significatio. Sallust. in Iugurth. Haud procul ab latere castelli quod aduersum præliantibus erat.
Aduersus aut contrarium significat,aut idem quod erga.Festus.
Aduersus & auersus.Colum.lib.1.cap.5,Cauendum tamen erit,vt à tergo potius quàm præ se flumen habeat: vt ædificij frons auersa sit ab infestis eius regionis ventis,& amicissimis aduersa.
Aduersæ cicatrices.Cic.2.de Orat.Qui in causa perotanda non dubitauit excitare reum Consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis Imperatoris ostendere.
Aduerso corpore cicatrices exceptæ. Cic.7.Verr. Aduerso pectore cicatrices ostendere.
Aduersi dentes,Id est anteriores.Cic.2.de Nat.deor.
Aduersa inter se folia.Plin.lib.27.cap.13.
Fronte aduersa obuius.Sil.Ital.lib.5.
Aduersis frontibus concurrunt damæ. Martial.lib.1.
Hastis aduersis incurrere.Virgil.11.Æneid.
Manum aduersam ostendere.Cic.4.Acad.
Pectore aduerso ferrum excipere. Hoc est,obiecto. Seneca in Agam.4.
Spatia aduersa.Virg.5.Æneid.
Solem aduersum intueri nequitis, ciúsque radiis acies vestra sensúsque vincitur.Cic.in somn.Scip.
Aduersa vestigia. Cicero 4. Academ. Nónne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra.

nostra vestigia, quod Antipodas vocatis?
Aduersa via, opposita. Plaut. Bacch. 2.5, Quò nũc capessis tu te hinc aduersa via?
Vulnera. Liu. 2. ab Vrbe, Aduersis vulneribus occisi.
Aduersus & infestus. Cic. pro Milone.
Aduersa ærumna. Terent. Phorm. 2.1, Abundat (aduersa) teste Donato. Nam omnis ærumna, aduersa est nobis.
Amor aduersus & fecundus. Lucret. lib. 4.
Animis aduersis aliquid accipere. Vide ACCIPIO. Tacit. li. 3, Vtque hæc secundo rumore, ita aduersis animis acceptum, &c.
Animo aduerso aliquid auscultare. Id est, inuito, ac repugnante. Plaut. Pseud. 5.
Aqua aduersa per flumen aducti sumus. Quod vulgò dicitur, contra aquam. Plaut. Trinum. 13, Sic vehi aduerso fluuio.
Aduerso flumine nauigare, aut nauem ducere. Virg. 1. Georg.
Non aliter quàm qui aduerso vix flumine lembum
Remigiis subigit.
His contraria sunt Secundo flumine, & secunda aqua.
Austris aduersis æstatem ducere. Horat. 1. epist. 2.
Bellum aduersum. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Casus. Cic. 3. Tuscul.
Deo aduerso aliquid mouere. Ouid. 7. epist.
Deos aduersos habere, Id est, aduersantes & contrarios. Propert. lib. 1. Eleg. 1.
Fama. Liu. Decad. 4. lib. 7. Aduersa omnium fama, quòd prouinciam Siciliam reliquisset.
Felicitas. Terent. Eunuch. 2.3,
-cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sient.
Fortuna. Virg. 9. Æneid. cui Secunda opponitur.
Homo, pro inimico. Sallust. in Catil. Multósque mortales ea causa aduersos habeo.
Mens alicuius alteri aduersa & infensa. Cic. pro Sylla, Cõsolare te, quòd omnium mentes improborum mihi vni maximè sunt infensæ & aduersæ.
Musis aduersis tangere carmina. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.
Pars aduersa, seu aduersaria, Est noster aduersarius, aut etiam multi in eadem causa nobis aduersarij Quintil. lib. 7. cap. 4, Nam & nostra confirmanda, & aduersæ partis destruenda fi...
Prælium. Valer. lib. 6. cap. 5, Sempérque aduersis contusa prælus. Sic sæpe apud Liuium, pro prælio infeliciter commisso.
Procella. Virg. 1. Æneid. Id est, tempestas aduersa.
Res, cui Secundæ opponuntur. Cic. 1. Offic. Vt aduersas res, sic secundas immoderatè ferre, leuitatis est.
Rumore aduerso esse: pro Sinistro & cõtrario: hoc est, malè audire. Liu. 7. bel. Punic. Marcellus etiam aduerso rumore esse, super quàm quòd primò malè pugnauerat.
Aduerso in vulgus rumore fuit. Tacit. lib. 18.
Tempestate aduersa vsi fumus, Ter. Hecy. 3.4. Cic. Offic. 1, In tranquillo, tempestatem aduersam optare, dementis est.
Tempore aduerso. Id est, quum sumus in aduersis rebus constituti. vt, Aduerso Reipublicæ tempore, apud Ciceronem. Idem 4. Ver. sed in alia significatione, Satisque feliciter anni iam aduerso tempore nauigasset. Hyemem significat, quæ nauigantibus est maximè contraria.
Valetudo aduersa: cui contraria est, Bona, secunda, prospera. Liu. 10. ab Vrbe, Posthumium valetudo aduersa Romæ tenuit.
Aduersa valetudinis rimari. Tacit. Annal. lib. 2.
Ventus aduersus. Id est, contrarius. Ouid. 6. epist. 2,
Quamlibet aduerso signetur epistola vento
Hypsipyle missa digna salute fuit.
Rerum vndæ. Horat. lib. 1. epist. 2. de Vlysse,
-aspera multa
Pertulit, aduersis rerum immersabilis vndis.
Aduersus, cũ datiuo. Quint. lib. 3. cap 9, aduersum gratiæ an obnoxium.
Aduersus alicuius, pro alicui. Tacit. li. 3, Veneno cum à Lepida petitum illustrium domuum aduersa.
Aduersior, Comparatiuum ab aduersus. Plin. lib. 32. cap. 4. Neque est testudine aliud salamandræ aduersius. Id est, magis contrarium.
Aduersissimus, Superlatiuũ ab aduersus. Cęsar 3. bell. Ciuil. Qui Alexandria nauigantibus sunt aduersissimi venti.
Aduersissimus & Secundissimus opponuntur. Idem Cæsar Ciceroni in epist. ad Attic. lib. 10. 199, Omnia enim secundissima nobis, aduersissima illis accidisse videntur.
Aduersum absolutè {Ἀτυχία} pro re aduersa, quam vulgus aduersitatem vocat. Brutus Ciceroni in epist. ad Brutum 4, Nihil iam nobis aduersi euenire potest.
Aduersa vocant. Virgil. 9. Æneid.
Quos pater Æneas, si quando aduersa vocarent,
Rectores iuuenum, & rerum dedit esse magistros.
Aduersis alicuius indolere. Hoc est, in aduersis, vel ob aduersa. Ouid. li. 5. Trist. eleg. 5.
Aduersis premi. Ouid. 5. Trist. eleg. 2.
Tot premor aduersis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.
Scandere in aduersum. Quintil. de Demosthene loquens, lib. 11. cap. 3, Scandens in aduersum continuabat quàm posset plurimos versus.
Aduersa, sunt in oppositorum argumẽtorum generibus contraria affirmantia. Cic. in Topic. Hæc quæ ex eodem genere contraria sunt, appellantur aduersa, vt celeritas, tarditas.
Aduersum, & aduersus {ἀντίον, ἐναντίον} præpositiones accusatiuæ indifferenter pro eodem accipiuntur. Plaut. Amphit. 8, Mirum quin te aduersus dicat. Id est, tibi cõtradicat. Antonius Ciceroni in epist. ad Attic. lib. 14, Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te.
Aduersum, pro apud, authore Donato. Terentius Andr. 1.5, Sed nunc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui.
Aduersum, pro erga. Terent. And. 1.1, Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. Id est, tibi gratum. Cic. 1. de Nat. deor. Est enim pietas, iustitia aduersum deos.
Aduersum tendere. Virgil. 6. Æneid.
Isque vbi tendentem aduersum per gramina vidit
Æneam. Hoc est, versus se venientem.
Aduersum, pro contra. Id est, è regione. Plin. lib. 3. cap. 5, Et Lerina aduersum Antipolim.
Ab hac significatione dicitur Exaduersum, pro è regione. Cic. 1. de Diuinatione, Ara enim Aio loquenti, quam septam videmus exaduersus eum locum, consecrata est.
Aduersum, nonnunquam postponitur. Sallust. in Iugurth. Iámque paulum à fuga aberant, quum Sylla profligatis iis quos aduersum ierat, rediens ab latere, Mauris incurrit.
Aduersus cliuum agitabo quadrupedem. Id est, contra mõtis ascensum: quale est si quis dicat, Aduersus flumen nauigare, quasi cõtra aquam. Vide Agitare equum.
Aduersum, aduerbium, pro Cõtrà aduerbio, & interdum pro Obuiam. Plaut. Amph. 8. huic eam aduorsum. Idem Menæch. 9, Quis hic est, qui aduersum mihi fit?
Aduersum quòd, pro Cõtrà quàm. Plaut. Stich. Aduersum quòd eius me obsecrauisset pater.
Aduersus resistere. Æmilius Probus in Pelopida, Cum Thebanis sibi iẽ esse existimabant, & eos esse solos, qui aduersus resistere auderent.
Aduersus, pro Secundum. Vlpian. tit. 21. in suis Instit. Latinus Iunianus, item is qui dedititiorum numero est, testamentum facere non potest. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Iunia prohibitus est: is autem qui Dedititiorum numero est, quoniam nec quasi ciuis Romanus testari potest, quum sit peregrinus: nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ ciuitatis ciuis est, vt aduersus leges ciuitatis suæ testetur. Id est, secundum leges.
Aduerso, aduersas {ἀντιτάσσω} antiquè dictum pro Aduersor. Plaut. Rudente, Animo aduersaui sedulò, ne herum vnquam præterirem.
Aduersor, aduersaris {ἀντιπράττω, ἀνθίσταμαι} aduersari, ab Aduersus, pro contrario, deriuatum. Plaut. Capt. 7. Neque me aduorsatum tibi. Cic. 7. Verr. Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen huius libidini aduersari nec poterat, nec audebat.
Aduersari & repugnare. Cicer. pro Sylla, Ego verò quibus ornamentis aduersor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno?
Infensè aduersari alicui. Cic. in Orat. de Aristotele. Quis porrò Isocrati est aduersatus infensius?
Aduersari rem aliquam. Tacit. lib. 1. Annal. Sua facinora aduersari deos lamentatur. Idem lib. 17, Sed ambitionẽ scriptoris facilè aduerseris.
Aduersari, absolutè positum. Terentius Phorm. 1.2, Cœpi aduersari primò.
Aduersari contrà, vel aduersus. Plaut. Casin. 5,
-iam domuisti animum, potius vt quid vir velit
Fieri, id facias, quàm aduersere contrà?
Idem in Merc. 7, Nolo tuam aduersari aduersus sententiam.
Aduersans, aduersantis {ἀντιπίπτων} Cic. 2. de Orat. Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem & repugnantem, vt Imperator bonus ac fortis, capere possit.
Aduersante natura quicquam facere, Est quod vulgò dici solet, Contra naturæ inclinationem. Id est, inuita Minerua. Cicer. de Senect. Quod idem contingit adolescentibus, aduersante & repugnante natura. Idem 1. Offic. Nihil decet inuita, vt aiunt, Minerua. Id est, aduersante & repugnante natura.
Aduersarius {ἀνταγωνιστής, ἀντίδικος, ἀντίπαλος} Propriè dicitur qui aduersus nos litigat in iudicio. Alio nomine dicitur Pars aduersa: sed hoc est generalius, quia & de fœmina, & de multis simul dici potest.
Aduersaria, in fœminino genere. Cic. ad Curionem lib. 2.3, Est enim tibi grauis aduersaria constituta & parata incredibilis quædam expectatio: Sic aduersaria dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit.
Aduersarius palàm. Vide PALAM.
Aduersarius illius. Cic. de Arusp. respon. Ecquid sciat vnum acerrimum aduersarium Hermachi Theodosium legatum ad Senatum à ciuitate libera missum sica percussum.
Aduersarius illi. Cic. pro Cluent. Hic Tribunus plebis modestus, prudens, non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius.
Capere aduersarium. Vide CAPIO.
Conuenit mihi cum aduersario. Vide CONVENIO.
Conuincere aduersarium authoritatibus & testibus. Vide CONVINCO.
Aduersarius acerrimus. Vide ACER.
Capitalis. Vide CAPITALIS.
Fortis. Cicero de Aruspicum responsis, Vt tanquam fortis in pugna vir, vir, acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis & honestis cadere videatur.
Grauis. Cicero in Vatinium, Nemo enim horum, aut ita te refutandum, vt grauem aduersarium: aut ita rogandum, vt religiosum testem arbitrabatur.
Intendere se aduersarium in aliquem. Cæl. Ciceroni, libro 8.4, In cuitandis eorum consiliis, qui se intenderant aduersarios in eius Tribunatum.
Valentiorem nactus aduersarium. Vide NANCISCOR.
Aduersarius, adiectiuum {ἐναντίος} Oppositus, aduersus. Cic. 2. de Orat. Opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificij, apud eos qui res iudicent, oratori aduersariam esse arbitror. Idem pro Cecinna, Vis ea quæ iuri maximè est aduersaria.
Aduersaria, aduersariorũ, neut. gen. {Ἐφημερίδες} Dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum cõfectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret: vt ex iis postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. Cic. pro Rosc. Comœd 3, Nimium citò, ait, me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen accepti, in codicem accepti & expẽsi

relatū confitetur, sed in aduersariis patêre cōtendit. Et rursus, Quid est, quòd negligenter scribamus aduersaria? quid est quòd diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia hæc sunt mēstrua: illæ sunt æternæ. Hæc delentur statim: illæ seruantur sanctè. Hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ æstimationis fidem & religionem amplectuntur. Hæc sunt conie cta: illæ in ordinem confectæ. Aduersaria igitur, sunt libri, in quibus res omnes sine ordine ad tempus memoriæ causa coniiciuntur. Codex verò est, in quo digeruntur, & ordine conscribuntur. Aduersaria ex eo dici putant, quod aduersa etiā parte scriptis implerentur, & per transuersum quoque. Solebant autem veteres ex altera tantum parte scribere. Quod admonet Iuuenal. illo versu, satyra 1,

Scriptus & in tergo, necdum finitus, Orestes.

Proinde opisthographi dicebantur libri vtrinque scripti. Plinius Iunior de Plinio auunculo ad Macrum, lib. 3. epist. 5, Electorúmq; commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissimè scriptos. Meminit Cælius lib. 7. Antiq. lect. cap. 21.

In aduersaria referre. Cic. pro Rosc. Comœd.

In aduersariis iacere. Cic. pro Comœd.

Aduersator, Verbale (ἐναντιωτής) Qui aduersatur. Vnde fit Aduersatrix, penult. prod. Terent Heaut. 6. 3,

-vllámne ego

Rem vnquam volui, quin tu in ea re mihi aduersatrix fueris Sostrata? Plaut. Nunc assentatrix scelesta est, dudum aduersatrix erat.

Aduersitor, penul. corr. (ἀπαντητὴς) nomen est ab eo dictum, quòd Aduersum ire, pro Obuiam ire, dicimus. Nam aduersitores Romani seruos appellant, qui eunt aduersum domino, illumque deducunt & reducunt. Vnde apud Plaut. in Mostel. 4. 1, inducitur seruus Aduersitoris nomine, qui cum Danisco aduersum it domino suo potanti apud amicum. Terent. Adelph. 1. 1,

Non rediit hac nocte à cœna Æschinus,

Neque seruulorum quisquam, qui aduorsum ierant. Vbi Donatus, Propriè locutus est: nam Aduersitores dicuntur.

Aduersitas, penult. corr. (ἐναντιότης) Denominatiuum à nomine Aduersus, aduersa, aduersum, Est (vt sic dicam) contrarietas ac repugnantia. Plin. lib. 11. cap. 25, Magna, inquit, putatur esse scorpionibus aduersitas cum stellionibus. Hoc est, stelliones & scorpiones creduntur sibi inuicē aduersari, contraríque ac infesti esse.

Aduersio, aduersionis. Inde sunt locutiones illæ, Aduersione emere, vendere, conducere, locare. Vide AVERSIO.

Aduerto, aduertis, aduerti, aduersum (ἐπιστρέφω) aduertere, Est aliquò (hoc est, ad aliquid) vertere. Cui contrarium est, Auertere.

Aduertere se aliquó. Terent. Eunuch. 2. 3, Illa sese interea commodùm huc aduorterat In hanc nostram plateam.

Aduertere vrbi agmen, & similia. Virgil. 12. Æneid. Id est, contra vrbem, ait Seruius. Sic Aduerti Orienti, & similia. Colum. lib. 3. cap. 12. 6, Vt in locis frigidis meridiano vineta subiiciantur: tepidis Orienti aduertantur. Hoc est, vertantur ad Orientem.

Aduertere (ἐπιστρέφω) per metaphoram pro Animaduertere, attendere, & quasi obseruare. Terent. Heaut. 4. 1, Non aduerti primó.

Animum aduertere, pro eodem. Terent. Eunuch. 3. 1.

Animum aduertere, pro Intelligere. Terent. Phorm. Act. 5. Scen. 8, Postquam tantopere id vos velle animum aduorteram.

Aduertere animum hæc, pro Aduertere animum ad hæc. Lucret. lib. 1, Hoc etiam magis hæc animum te aduertere par est Corpora, &c.

Aduertere, sine adiecto, pro intelligere. Plin. lib. 8. ca. 10, Hausta hirudine, quam vulgò sanguisugam cœpisse appellari aduerto.

Aduertere animum, aliter præterea dictum, pro Diligēter obseruare atque curare: & aliquando pro Attendere ad ea quæ dicuntur. Liu. 4. ab Vrbe. Aduerterent animos ne quid noui tumultus Labicis oriretur.

Animum leuissimis. Tacit. lib. 13.

Animo, Diligenter considerare. Plin. lib. 22. cap. 1, Equidē & formæ gratia, ritúsque perpetui in corporibus suis aliquas exterarum gentium vti herbis quibusdā, aduerto animo. Quod Cicero dixit, Animaduerto. Multa Plinij exemplaria habent, animum.

Aurem fabulis. Martial. lib. 6.

Aliquid grauiter. Terent. Heaut. 3. 3.

Oculos. Plin. in Paneg. Aduertisti oculos, atque vt antè castris, ita postea pacem foro reddidisti. pro. Animaduertisti.

Aduerte huc mentem. Virg. 8. Æneid. Et huc aduertite mentem.

Aduertebatur, impersonaliter. Cic. Lent. 1. 1, Nam aduertebatur Pōpeij familiares assentire Volcatio.

Aduertunt hominē res insigniores, aut nouæ, aut admirādæ. Plin. lib. 1. epist. 10, Multa in Euphrate sic eminēt, & relucēt, vt mediocriter quoque doctos aduertāt & afficiant. Loquitur de Euphrate quodā suæ ætatis philosopho, & in nōnullis exemplaribus est, Vertāt. Hoc est, attentiores faciant ad considerandū. & quasi in admiratione couertant.

Aduertere aliquem ad aliquid. Sil. Ital. lib. 16,

Illum ego ad incensas trepidantem & sæua pauentem

Aduertam patriæ sedes.

Animos monitis. Ouid. 15. Metam.

Acrius animos ad religionem. Lucret. lib. 3.

Aures ad vocem. Ouid. 1. Fast.

Aures monitis. Propert. lib. 1. eleg. 1.

Cursum aliquó. Ouid. 3. Metam.

Numen lusibus. Ouid. 2. Trist. ad Augustum Cæsarem.

Pedem ripæ. Virg. 6. Æneid.

Vultum alicui rei. Ouid. 8. Metam.

In aliquem, pro Animaduertere, siue punire. Tacit. lib. 5, Placitum posthac vt in reliquos Seiani liberos aduerteretur.

Parsimoniæ. Tacit. lib. 3, ne Princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret. Hoc est, attenderet.

Aduesperascit (ἑσπεριάζει) Instat vesper: Id est, vespertinū tempus. Et est de verbis quæ Grāmaticis dicuntur exemptæ actionis Terent. And. 3. 4, Iam aduesperascit. Plin. lib. 7. cap. 52, Deinde quum aduesperauisset. Cic. 6. Verr. Quum iam aduesperasceret, discessimus.

Aduigilo, aduigilas, penult. corr. (ἀγρυπνέω) aduigilare, Diligenter vigilare, & per translationem, alicui rei incumbere, operam dare. Terent. And. 4. 1,

-nam satis credo, si aduigilaueris,

Ex vnis geminas mihi conficies nuptias.

Aduigilare ad aliquid. Cicer 2. de Legib. Et colendæ virgines præsint, vt aduigiletur facilius ad custodiam ignis. Hoc est, diligenter vigiletur iuxta ignem, ne extinguatur.

Alicui. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Aduigilātia pila somnis regū. Hoc est, regib' dormiētibus Stat. 1. Theb.

Non impacatis regum aduigilantia somnis

Pila, nec alterna ferri statione gementes Excubiæ.

Aduiuo, aduiuis, pen. prod. aduiuere (ἐπιζάω) Idem quod simplex viuo, sed est verbum rarissimum. Plin. lib. 15. cap. 18, Eadem autem fortuito satu aduiuit in medio foro. Sic legit Hermolaus, cùm alia exemplaria habeant viuit. Scæuola in l. Alumnę D. de adim leg Et alibi in Pandect. frequenter.

ADVLAS, Mons Germaniæ, qui Alpibus Rheticis siue mōti sancti Gotthardi ab ortu connectitur, continenti quidē iugo: vt Alpium vel brachium aut maius cornu dici queat. Adyas vocatur Alciato, quasi inaccessus. Vide Rheticæ Alpes, in RHETIA.

ADVLIS (Ἄδουλις) Ciuitas Æthiopiæ, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur Adulitæ. Vide Stephan.

ADVLITON, Ἀδουλιτῶν Ptolemæo, oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, siue ea Æthiopiæ parte, quæ sub Ægypto ad mare spectat, commune Æthiopum & Troglodytarum emporium, à seruis, qui à dominis profugerant, conditum, vnde & nomen habet, vt indicat Plin. lib. 6. cap. 29.

Adulor, pen. prod. adularis (κολακεύω, σαίνω, ὑποσαίνω, ἀνασαίνω) adulari. Adulatio, inquit, Nonius, est blādimentū propriè canū: quod & ad homines tractū cōsuetudine est. Valla lib. 5, Adulari, est inseruire & captare, vt fauorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estq; tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod est seruus. Et sanè adulari, seruile est, non liberale & ingenuum. Ouid.

Agmen adulantum media procedit in aula.

Apertè adulantem nemo non videt. Cic. in Lælio.

Adulor aliquem. Cic. 2. de Diuinat. adulatus fortunam alterius. Colum. lib. 7. cap. 12, de canibus, illi quoque furem adulantur. Cic. 1. Offic. Cauendū est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. Quod quidā passiuè dictū putant. Non desunt tamē qui actiuè.

Adulari alicui. Quintil. lib. 9. cap. 3, Verborū verò figuræ & mutatæ sunt semper, & vtcunque valuit cōsuetudo, mutantur. Itaque si antiquum sermonem nostro comparemus, penè iam quicquid loquimur, figura est: vt, Huic rei inuidere, non vt omnes veteres, & Cicero præcipuè, hāc rem: &, Incumbere illi, nō in illum: &, Plenum vino, non vini: &, Huic, non hunc Adulari, iam dicitur: & mille alia: vtinámq; non peiora vincant. Quo loco Quintil. dictionis Ciceronianæ se valde negligentem ostendit. Totum siquidem contra esse horum verborum exempla in hoc opere demonstrant.

Adulo, adulas (κολακεύω) vetustè dictum pro adulari. Cic. 2. Tuscul.

Tum tecore opimo farta, & satiata affatim,

Clangorem fundit vastum: & sublime aduolans

Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. Id est, detergit & palpat. Turnebus.

Lucret. lib. 5. de canibus,

Longè alio pacto gannitu vocis adulant.

Adulandi libido. Tacit. lib. 20.

Adulatio (κολακεία, θωπεία) Verbale. Cic. 2. de Natu. deor. Canum verò tam fida custodia, támque amans dominorum adulatio.

Adulatio, in secundo significatu. Cic. in Lælio, Nullam in amicitiis pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Absurda adulatio. Tacit. Annal. lib. 3.

Gliscens. Tacit. lib. 1. Annal.

Indecora. Sueton. in August.

Quæsitior adulatio. Hoc est, exquisitior. Tacit. lib. 3.

Segnis. Tacit. lib. 17.

Adulatio in aliquem. Tacit. lib. 1. Annal. Multa patrum & in Augustam adulatio.

Semper magnæ fortunæ comes adest adulatio. Patercul. lib. 2.

Fœdissimæ adulationis tantum infamia vsurus. Tacit. lib. 3.

Adulationem induere. Tacit. lib. 5.

Demitti in adulationem. Tacit. Annal. 14.

Absurdam in adulationem progressus. Tacit. Annal. 3.

Lapsos in adulationem cohibebat ipse. Tacit. lib. 4.

Tristi adulatione aduersus superiores. Id est, erga. Tacit. Annal.

Fœdis aduersus Neronem adulationibus. Tacit. Annal. 15.

Adulator, penul. prod. (κόλαξ, θωπευτής) Qui ficto amore, & obsequio, gratiam ac fauorem captat. Est igitur adulatori contrarius amicus verus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè & ex animo facit ac dicit omnia. Adulator, homo leuis atque fallax, ad voluptatem facit ac dicit omnia, nihil ad veritatem. Ex Cic. in Lælio.

Adulatorius, adiectiuum (θωπευτικός) Tacit. lib. 5, Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudij, turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur.

Adulatrix, cis, pen. prod. (κολακεύτρια) Quæ adulari solet.

Adulter, adulteri, pen. corr. (μοιχός) Vnde fœmininum adultera. Festus, Adulter & adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt.

Adulter in aliqua. Tacit. Annal. 3.

Adulter omnium cubiculorum. Cic. in Sallust. Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter.

Callidus adulter. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 10.

Adulter sororis Clodius. Cicero pro Sextio.

Dardanius. Hoc est Paris. Virg. 10. Æneid.

Fraternus. Hoc est, Thyestes, qui cum Merope fratris sui Atrei vxore adulterium fecit. Stat. 5. Syluar.

Nitidus. Id est, Comptus. Horat. 3. Carm. 24.

Nocturnus.

Nocturnus.Horat.3.Carm.16.
Obscœnus.Claudian.de bello Gildonico.
Secretus.Iuuenal.Satyr.6.
Abditus interea latet,& secretus adulter.
Temerarius.Ouid.2.Fast.
Adultera alicuius.Ouid.10.Metam.
Túne eris & matris pellex,& adultera patris?
Clauis adultera.Ouid.3.de Arte amandi.
Coniunx. Ouid.lib.3.Amorum.4.
Mens.Ouid.lib.3. Amorum,4.
Turpis.Ouid.13.epist. Virgo.Ouid.6.epist.
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo. Virgo, ad ætatem refertur.
Adulter, per synecdochen speciei pro genere, pro amatore. Horat.1. Car.Od.33.
Quàm turpi Pholoë peccet adultero. Sic alibi sæpe.
Adultera, dictum de brutis. Plinius lib. 8.cap.16, Odore pardi coitum sentit in adultera leo, totáque vi consurgit in pœnam.
Adulterio, adulterionis, Idem quod adulter. Citat Laberium Nonius, quem siquis legere, vt ille ait,voluerit,ibi inueniet,& fidem nostram sua diligentia adiuuabit. Vide & Gell.lib.16.cap.7.
Adultero, adulteras, penult.correpr.(μοιχεύω) adulterare, Verbum à nomine (adulter) deriuatum. Adulterio stuprare. Suet. in Aug. cap. 67, Adulterare matronas. Hinc per metaphoram pro arte aliqua quidpiam pro vero assimulare, atque ita rem synceram corrumpere. Plin.lib.12. cap.7, Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi.
Adulterare rebus exteris. Plaut. Bacchid.5, Vbi interpres, Adulterare rebus exteris:Id est,fraudem inicere rebus alienis.
Adulterare,per translationem dictum:vt, Adulterare iudicium,pro corrumpere.Cic.de amicitia, Quum autem omnium rerum simulatio est vitiosa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè.
Ius adulterare pecunia. Cicer.pro Cecinna, Quod enim est ius ciuile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia possit?
Naturam. Cic.in part. Voluptas naturam boni fallaciter imitando adulterat.
Rationes domini adulterare. Vlp.l.1.in fin.ff.De seruo corr.Vel si actori suasit, siue verbis,siue pretio, vt rationes dominicas intercideret, vel adulteraret,vel etiam vt rationem sibi commissam turbaret.
Adulteror,adulteraris,passiuum, adulterari. Horat.Epod. 16,
Mirus amor,iuuet vt tigres subsidere ceruis,
Adulteretur & colúba miluio. Hoc est,a miluio per adulterium ineatur.
Adulteror,adulteraris(μοιχεύομαι)adulterari,deponens,Adulterium cómittere.Cic.1.Offic. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est, sed dicitur non obscœnè.
Adulterata,Hoc est,adulterio stuprata.Sueton.in Cæsare Dictatore 48, Libertum gratissimum,ob adulteratam equitis Romani vxoré(quanquam nullo querente) capitali pœna affecit.
Adulteratus,pen.prod.(νόθος) nomen ex participio: Quod alienæ rei admistione corruptum est. Alio nomine falsum etiam à Plinio dicitur. Huic opponitur Syncerum. vt Adulteratum gummi. Plin.lib. 19.cap.3.
Adulteratus nidus.Plin.lib.10 cap.9.
Adulterator,toris,verbale, Idem est quod corruptor & deprauator.vt, Adulteratores monetæ in l.aut facta.in fin.D.de pœnis.
Adulterinus,penult.prod.(νόθος) adiectiuum, quod pro vero assimulatum est: vt,adulterinum signum: id est, alieno annulo factum, inquit Festus. Cic.pro Cluentio, Testamentum in alias tabulas transcriptum,signis adulterinis obsignauit.
Adulterina moneta.Vide MONETA.
Adulterinum symbolum.Plaut. Bacchid.5.32, -infit dicere, Adulterinum,& non eum esse symbolum. Id est,signum. Festus.
Nummum adulterinum, & Clauem adulterinam dicimus: vulgus dicit Falsus nummus,falsa clauis,&c. Cic.3. Offic. Si sapiés adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.
Adulterinum,interdum dicitur quasi ex adulterio procreatum. Plin.lib. 10.cap.3, Etsi conniuentem humectantémque animaduertit: præcipitat e nido, velut adulterinum & degenerem. Loquitur de aquilæ pullo.
Adulteritas,pro Adulterio à Laberio nimis licenter dictum, teste Gellio lib.16.cap.7.
Adulterium (μοιχεία) à nomine adulter, genus est criminis. Papinianus in l.6.§.1.D.ad leg. Iuliam de adult. Lex Iulia stuprum & adulterium promiscuè καταχρηστικῶς appellat: Sed propriè adulterium in nuptam committitur, propter partum ex adultero conceptum,composito nomine: Stuprum verò in virginem viduámve cómittitur,quod Græci φθορὰν siue [illegible] appellant. Hanc Papiniani definitionem Valla lib.6.cap.45, approbat: illud tamen addens, Legem Iuliam rectè hæc duo promiscuè appellasse: non quòd omne stuprum sit adulterium: sed quòd omne adulterium sit stuprum.
Adulterium,per metaphoram dictum.Plin.lib.9.cap.40, Iuuátque ludere impendio,& lusus geminare miscendo iterú,& ipsa adulterare adulteria naturæ: sicut testudines tingere,argentum auro confundere, vt electra fiant: addere his æra, vt Corinthia. Eadem ratione dicuntur arborum adulteria, hoc est insitiones. Idem lib.17. cap.1.8, Ob hoc insita & arború quoque adulteria excogitata sunt, vt nec poma pauperibus nascerentur.
Labes adulterij Ouid.in fragment.
Fœdum matris adulterium.Ouid.8.Metam.
Obscœnum.Ouid.2.Trist.
Sordidum.Liu.1.Decad.lib.1.
Turpe.Iuuenal.Satyr.11.
Cogere adulterium.Ouid.2.de Arte amandi,
Cogis adulterium dando tempúsque locúmque.
Committere.Quint.lib.7.cap.4.
Committere in aliquam fœminam. Vlpian. in l.1. §.si quis.D.de offic. præfect. vrb. Si quis seruum suum adulterium commisisse dicat in vxorem suam,apud præfectum vrbi erit audiendus.
Facere adulterium malum cum aliquo. Catul.ad Ianuam epigram.
Impuro adulterio se dedere. Catul.de Coma Berenic.
Inire adulterium.Patercul.lib.2, P. Clodius infamis etiam sororis stupro, & actus incesti reus, ob initum inter religiosissima populi Romani sacra adulterium.
Adulterio nobilitatus.Vide NOBILIS.
Adulteria mercis.Plin.lib.19 cap.3, Vilior ille ac putrescens radice cortex niger, & ad mercis adulteria. Sub. valens: id est, conducens ad merces adulterandas. Adulterium mercis, alibi fraus ab ipso Plin. dicitur.
Adulteriis cælata vasa.Plin.lib.14 cap.22.
Adultus (ἀκμαῖος) Vide ADOLEO.
Adumbro, adumbras,adumbraui, adumbrare (σκιαγραφῶ) Vmbrá exhibere,siue vmbram tegendo facere. Columel.lib.5.cap.5, Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.
Adumbrare, Lineari pictura vmbratilique aliquid fingere & simulare. Adumbratis autem imaginibus addútur colores. Quintil.lib.7.cap. 11,Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cic.3. Tusc.6, Est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata: id est, non leuiter informata, sed expressa. Sumpta est à pictoribus metaphora, qui res adumbrare dicuntur, quoniã in pingendo vmbram potissimum sequuntur. Dicút etiam ipsam picturam ab vmbra hominis lineis circunducta repertam fuisse.quod Quintil. lib.10.cap.2, his verbis affirmat: Non esset pictura, nisi quæ lineas modò extremas vmbræ, quam corpora in sole fecissent, circunscriberet. Est igitur adumbrare, pictoris more aliquam rem leuiter informare, vt quasi vmbra duntaxat eius rei quam picturi sunt, appareat. Nam exprimere posteà dicuntur, quum adhibent colores.
Adumbrare & Exprimere, contraria. Cic. pro Cælio, permulta maximarum non expressa signa,sed adumbrata virtutum.
Adumbrare,pro Imitari.Cic.3.de Orat.9, Idipsum fumus in eorum sermone adumbrare conati.
Imitari atque adumbrare. Cic.2.de Orat. Quare nolite existimare meipsum, qui non heroum veteres casus fictósque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo,&c.
Adumbrare morem alicuius.Vide MOS.
Res fictæ & adumbratæ.Cic.de Amicitia.
Adumbrare,Quouis prætextu quidpiam assimulare.Cic.5.Verr.adumbratus publicanus. Id est, cuius nomen tegeret,& obumbraret Prætoris redempturam: qui quum ipse reuera publicanus esset, nomine Æschrionis accómodato vtebatur. Hæc Budæus. Cic.pro domo sua, Quòd si non fuit,quid te audacius, qui eius nomen incideris? quid desperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem?
Indicium adumbratum. Cic.pro Sylla, Sed quoniam Cornelius ipse, etiam nunc de indicando dubitat, vt dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium,filium.
Intelligentia.Cic.1.de Legib. Quoniam principio rerum omnium quasi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit:quibus illustratus sapientia duce,bonum virum,& ob eam ipsam causam cernat se beatum fore.
Lætitia.Tacit.lib.4.Hoc est,ficta & simulata lætitia non vera.
Opinio virtutis.Cic.5.de Finib.
Suffragia.Cic.de lege Agrar.
Dij.Cic.1.de Nat.deor. Cedò mihi istorum adumbratorum deorum lineamenta atque formas.
Adumbratio, Verbale (σκιαγραφία) Cic.de perfecto Orat. Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua,si non perfectio, at conatus tamen,atque adumbratio. Hoc est, rei veræ similitudo ac repræsentatio.
Adumbratim,pen. prod. aduerbium (σκιαγραφικῶς) Subobscurè, non apertè.Lucret.lib.4,
Non tamen vt corám quæ sunt,veréque rotunda,
Sed quasi adumbratim paulùm simulata videntur.
Aduncus (ἐπικαμπής) Adiectiuum compositum ex ad & vncus, propriè dicitur quod quasi ad nos (id est, versus nos) vncum siue incuruum est:quale est aquilæ rostrum, & canum, leonum, similiúmque vngues. Huic opponitur Reduncus. Liu.1.ab Vrbe, Dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem lituum appellauerunt. Cic.pro Cluentio, Se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aducam ex omni parte dentuum & tortuosam venire serrulam.
Aratrum aduncum.Ouid.2.Metam.
Arcus.Ouid.4.epist.
Cymba.Ouid.1.Metam.
Dentes aprorum.Ouid.10.Metam.
Falx.Ouid.14.Metam.
Ferrum.Ouid.9 Metam.
Hamus.Ouid.13.Metam.
Naris.Lucan.lib.2.
Naso adunco aliquem suspendere, Spernere,subsannare, fastidire, irridere.Acron. Horat.1.Serm.6.
Os.Ouid.12.epist 4, -oráque adunca boum.
Pedes aquilæ.Ouid 6.Metamorph.
Præpes Iouis adunca.Hoc est,aquila.Ouid.6.Fast.
Puppis.Ouid.14.Metamorph.
Rostrum auis. Plin.lib.11.cap.37,Et acuta volucribus rostra, eadem rapto viuentibus adunca.
Vngues.Cic.2.Tuscul.
Vomer.Ouid.4.Fast.
Aduncitas,penult.corr.denominatiuum, ipsa (vt sic dicam)incuruitas, vt Aduncitas rostri.Plin.lib.8.cap.27.& lib.10.cap.49. Cicer.de Nat-

deor. Rostrorum aduncitate.

ADVNICATAE {[illegible]} Populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plinio, lib.3.cap.4.

Aduno, adunas, penult. longa {[illegible]} adunare: in vnum cogere, & quasi conglobare, verbum rarissimè lectum. Plin.lib.19. cap.2. Vulsum fascibus in acetuo adunatum biduo.

Aduoco, aduocas, pen.corr. {[illegible]} Generaliter est conuocare: Propriè autem ad ius pertinet, & significat homines vel patrocinij, vel consilij vel testimonij causa conuocare. Hotoman. Terent. Phorm.2.1, Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsient. Cic. pro Quintio, quos tibi aduocasti, viris electissimis ciuitatis. Hoc est, quos tibi assessores, & in iudicando vocasti adiutores, quos in consilium adhibuisti. Pomponius in l. si procurator. D. Rem ratam haberi. In id committitur stipulatio, quòd interfit agentis. Et ideo sæpius ex ea stipulatione agi potest, prout interfit agentis in eo quòd litigat, quòd consumit, quòd aduocat, quòd damnatus soluit. Aduocat, hoc est, aduocatos accersit.

Aduocor causæ. Quintil.lib.11.cap.1, Etiam in iis causis quibus aduocamur, earum differentia diligenter est custodienda.

Aduocare ad consultandum, aut ad aliud agendum, idē significat quod simplex vocare. Cic. Att. li.12, Nā quòd nō aduocaui ad obsignandū, primùm mihi non venit in mentem.

Ad concionem, pro eo quod est, Vocare ad concionem. Nam sine præpositione propriè dicimus. Aduocare concionem. Liu.4. ab Vrbe.

Concionem. Cic.5. Verr. & De lege Agraria.

Animum ad seipsum. Cic.1. Tuscul. Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id est, à corpore: quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à republica, quum à negotio omni seuocamus animum? Quid, inquam, tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, maximéque à corpore abducimus?

Aduocare, Aduocati officio fungi. Senec. lib. De breuit. vitæ cap.2, Hic aduocat, hic adest, ille periclitatur, ille defendit, hic iudicat.

Aliquem contra alterum. Cic. pro Quintio.

In consilia. Quintil.lib.3.cap.10.

In cœtum. Virg lib.5. Æneid. In cœtum aduocare socios.

Aduocare artem. Cic.4. Acad.

Aduocatur India in eo cibi genere. Plin. lib.15.cap.26. Inque alio cibi genere India aduocatur, in alio Ægyptus.

Artes aduocare. Ouid.7. Metam.

Enses. Sil. Ital.17.

> Ergo asper monitis frustra nitentibus enses
> Aduocat. Id est, poscit.

Genas in planctum. Senec. in Herc. OEth.14.

Sacramentum in alicuius nomen. Tacit.lib.17, in Senatus populique Romani obliterata iam nomina, sacramenta aduocabant. Hoc est, in S. P. Q. R. verba iurabant.

Ventos. Stat.lib.1. Achil.

Vires omnes. Hoc est, totis viribus conari. Seneca in Medea 7,

> -hoc age: omnes aduoca
> Vires, & artes.

Aduocasse, Prouocasse, teste Nonio. Lucil.lib.29,

> Amicos hodie cum improbo illo audiuimus Lucilio aduocasse.

Aduocari ægro, hoc est, ad ægrum. Ouid.1. de Remed. am.

Aduocare, pro Allicere. Plin. Iunior lib.1. epist. vlt. Tranquilli mei stomachum multa solicitant, vicinitas vrbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui aduocet magis quàm distringat. Hoc est, qui delectet magis quàm occupet. Alij legunt auocet: interpretanturque, à curis vrbanis remoueat.

Aduocatus, Qui defendit alterum in iudicio, aut patronus dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: aut procurator, si absentis negotium suscipit: aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam. Ascon. Pæd.

Aduocatus {[illegible]} Valla lib.4, Quicunque adest alteri in causa, officij gratia, aduocatus appellatur, etiam si nihil dicat neque agat, sed qui tantum paratus sit defendere. Vlpian. l.1. D. de var. & extraor. cognit. Aduocatos accipere debemus omnes omnino qui causis agendis quoquo studio operantur. Terent. Eunuch.4.6, Volo ego [illegible] adesse hic aduocatos nobis in turba hac. Cic. pro P. Sylla. Consul de pecuniis repetundis Catilinæ fuit aduocatus.

Aduocatus, pro Patrono, seu causidico, siue pro eo qui causam agit. Quint.lib 12.cap.1, Frequenter autem accidit, vt iis etiam vera dicentib. fides desit: videatúrque talis aduocatus, malæ causæ argumentū. Aliquanto pòst, Non enim forensem quandam instituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (vt asperioribus verbis parcamus) nō inutilem sanè litium aduocatum, quem denique causidicum vulgò vocant.

Aduocatus asto cuipiam. Vide ASTO.

Per aduocatum defendi. Vide DEFENDO.

Aduocatus eo, aut venio amico. Cic. Offic.1, Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum.

Inuocare aduocatum ad causam defendendam. Cic.2. de Orat.

Aduocatum Plautus pro teste rogato accipit in Pœnulo, 3.6, -factum à vobis comiter. Bonā dedistis Aduocati operam mihi, &c. Verba sunt Agorastoclis ad testes quos aduocauerat in Lycum lenonem, quos in primo huius scenæ versu disertè testes vocat. Sed & in superiore scena Lycus Agorastoclem sic alloquitur. LYC.

> Malus es. captatum me aduenis cum testibus:
> Tuorum apud me nemo, nec quicquam tui. AGORA.
> Mementote illuc aduocati. ADVOC.
> Meminimus.

Aduocamentum, ti, {[illegible], vel [illegible]} aduocatio vel remedium. Plin. Iunior epist.5 lib.8.

Aduocatio, Verbale {[illegible]} Hoc est, aduocati officium, aut etiam patrocinium quod nobis affertur ab eo. Cic. Trebatio lib.7, Sed tu in re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus. Plin. Iunior Arriano lib.2, in fine sententiæ adiecit, Quòd ego & Tacitus iniuncta aduocatione diligenter fortitérque functi essemus: arbitrari Senatum, ita nos fecisse, vt dignum mandatis partibus fuerit. Hoc est, Prisci accusatione demandata ab Senatu.

Aduocatus enim tam accusatoris est, quàm defensoris.

Aduocatio, à Cicerone dicitur quam Consultationem dicimus.3. Verr. 92, Quò sæpenumero senatus conuocatur, quò maximarum rerum frequentissimè quotidie aduocationes fiunt. De æde Castoris loquitur. Budæus.

Aduocatio, interdum collectiuum nomen est, pro multitudine, & quasi cohorte patronorum & amicorum qui alicui veniunt aduocati. Liu. 3. ab Vrbe, Virginius sordidatus filiam secum obsoleta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti aduocatione in forum adducit.

Aduocitare, Sæpe aduocare. Festus.

Aduolo, aduolas, aduolaui, aduolare {[illegible]} Quasi ad aliquid volare.

Aduolare, cum datiuo. Plin. lib.10.cap.40, Caprarúmque vberibus aduolant. Hoc est, volant ad caprarum vbera. De Caprimulgis loquitur.

Aduolare ad. Cic.2. de Natur. deor. Legi etiam scriptū esse, auem quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantē ad eas aues quæ in mari mergerent.

Aduolare ex. Plin.lib.9.cap.8, Quamuis occultus atque abditus ex imo aduolabat.

Ex loco in locum. Plin. lib.10.cap.29, At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat.

Aduolare, translatum ad homines. Cicer. ad Brutum 10, Quamobrem aduola obsecro. Hoc est, veni celerrimé. Idem ad Marium lib.11.27, Oblitúmne me putas, qua celeritate, vt primùm audieris ad me Tarento aduolaris?

Aduolare ad pectus. Cicer. ad Cassium lib.15.16, sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius [illegible] mihi aduolabit ad pectus.

In auxilium. Plin.lib.9.cap.8.

Aduolat fama alicui. Virgil.10. Æneid.

Aduolare rostra, pro in vel ad Rostra. Cic. ad Att. lib.1.9, Hic tibi rostra Cato aduolat, conuicium Pisoni Consuli mirificum facit.

Vrbem nuntius. Claud.5. Paneg.

Aduolatus, huius aduolatus, Verbale {[illegible]} Cic. lib.2. Tusc. Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus. Aduolatus de volucribus dicitur, vt accessus de hominibus.

Aduoluo, aduoluis, aduolui, aduolutum {[illegible]} aduoluere, Quasi voluendo adducere: vt aduoluere lapidem. Virg.3. Georg.

> -congestáque robora totas
> Aduoluere focis vlmos, ignísque dedere.

Aduolutus genibus. Liu 8. bel. Pun. Qui aduolutus genibus fatalem rabiem temporis eius accusat. Aduolutus genibus dicitur, qui nixus flexis genibus ad alterius genua supplex quodammodo prorepsit. Dicitur etiam Prouolutus.

Aduoluere ad. Plin. lib.11.cap.37, Ad ignem aduolutus lora cum corpore excussit.

Cumulos rerum multarum in vnum carmen. Claud.1. Paneg.

Clamor aduoluitur astris. Tale est illud Virgilij, It cælo clamor. Id est, ad cælum vsque. Stat.5. Thebaid. Hinc stimuli ingentes, magnúsque aduoluitur astris Clamor.

Aduorsem, pro aduersarium veteres dixere. Festus.

Aduorsum, pro aduersum: & Aduorto pro aduerto: veteres scripsisse, testimonio sunt Plauti ac Terent. comœdiæ.

Adurgeo, adurges, adursi {[illegible]} adurgere. Vehementer vrgere. Celsus lib.7.cap.12. Is qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus est. De dentibus. Horat.1. Carm. 37.4.

> Cæsar ab Italia volantem,
> Remis adurgens, accipiter velut
> Molleis columbas.

De Augusto & naui Cleopatræ loquitur.

Aduro, aduris, penult. prod. adussi, adustum {[illegible]} adurere, Idem quòd simplex Vrere. Cicero 2. Officior. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum?

Adurere barbam & capillum. Cic.5. Tuscul. Instituit vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.

Adurit solis calor, adurit etiam frigus. Virgil.1. Georg.

> -rapidísve potentia solis
> Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Vbi Seruius, Vno, inquit, sermone duo diuersa conclusit: quæ tamen vnum effectum habent. Nam & frigoris finis, est caloris initium: & summus calor, frigoris est principium. Vnde quasi vnus effectus est & caloris & frigoris.

Adurit Venus. Horat.1. Carm.27.

Aduri, dicitur etiam de intertrigine. Plin. lib.28.cap.15, Fœmina atteri adurique equitatu, notum est.

Adusta niuibus. Plin. lib.28.cap.8.

Adustus cibus. Terent. Adel.3.3, Hoc salsum est, hoc adustū est, hoc lautum est parum.

Adustior, comparatiuum ab Adustus. Liu.7. bel. Pun. Siqui fortè adustioris coloris, vt ex recenti via, essent. Hic nota colorem in homine adustum dici, qui ex sole & vento contrahitur in itinere faciendo.

Adustio, verbale {[illegible]} Plinius lib. 14. cap. 20, de resinæ & picis vitiis, Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum virus: picis autem, adustio. Hoc est, si pix inter decoquendum adusta sit.

Adustio infantium, quæ vocatur siriasis: emendatur adalligatis ossibus in canino fimo inuentis. Plin. lib.30.cap.15. Est autem inflammatio circa cerebrum & tuniculas eius, quam consequitur cauitas oculorum cum pallore & siccitate corporis. Hermolaus in Plinium.

Adusque {μέχρι, ἄχρι} dictio composita ex duabus præpositionibus, pro vsque ad. Virgil.11. Æneid.
Atrides Prothei Menelaus adusque columnas
Exulat.
Vbi Seruius, Adusque sic est dictum, quemadmodum Siculo prospexit abusque Pachyno. Nam cùm præpositio præpositioni nunquam cohæreat, adusque & abusque licenter admissum est. Gell.lib.5.cap.3.
Præterea vini libidine adusque ludibria ebriosos.

Adustio, Vide ADVRO.

A D Y

Adyas, Vide ADVLAS.

Adylisus {Ἀδυλισὸς} Mons est ad Thebas Bœotias, vt scribit Plin.lib.4.cap.7.

Adynamum vinum {ἀδύναμον} Plin.lib.14.cap.16, de vinis fictitiis: Fictitiorum primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon. Hoc est, inualidum, ac sine viribus. Hermolaus.

ADYRMACHIDAE {Ἀδυρμαχίδαι} Populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Ægyptum spectat. De horum moribus memoriæ proditū est, vxores in vtroque crure armillam æream gestare: vtrunque autem sexum ex æquo comatum esse: quo fit vt plurimos alant pediculos, quos vbi ceperint, præmorsos abiiciunt. Virgines viro maturæ ad Regem coueniunt, ex quibus ille vnam diligit, quam vbi vitiarit, statim dimittit. Vide Cæl.Rhod.

Adytum, adyti, penult. corrept. {ἄδυτον} Locus est secretior templi, ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus: nam & ex eo oracula reddebantur. Sic interpretatur Cæsar lib.3. de bell. ciuil. his verbis, Pergamique in occultis ac remotis templi, quò præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt. Latinè interdum penetrale dicitur. Virg.2.Æneid.
Isque adytis hæc tristia dicta reportat.
Ima adyta. Virgil.5. Æneid.
Penetralia. Virgil.2.Æneid.
Æternúmque adytis effert penetralibus ignem.
Profunda. Stat. Thebaid.5.
Remota. Luca.lib.5.
Terrifica. Stat.10.Thebaid.

Æ A

AE syllabam antiqui Græca consuetudine per AI scribebant, vt musaī, aulaī, pictaī. Festus.

AE A {Αἶα} nomen puellæ venatricis, quæ Phasidis fluuij amplexus fugiens, deorum miseratione in sui nominis insulam versa est. Valerius Flaccus lib.5.

AE A, vrbs Colchidis, ad Phasin ab Æeta rege ædificata. Strab.lib.1.

AE AE A, Circe à Virgilio dicta est Homeri exemplo, qui ita scribit Odyss.11,
ὄφρ' ἐκ ποταμοῖο λίπεν ῥόον ὠκεανοῖο (?)
νῆσον, Αἰαίαν. Erat autem Æxa, metropolis Colchorum, de qua paulò antè: atque eiusdem nominis etiam erat insula Circes, à qua Æxa Circe dicta est.

AE ACVS, Æaci, penult. corrept. {Αἰακὸς} Iouis ex Ægina (Seruius in 6. Æneid. ex Europa) filius, apud OEnopiam insulam (alij OEnonen vocant) regnauit: quam de matris nomine Æginam appellauit. Describitur tertius apud inferos iudex cum Minoë & Rhadamantho fratribus, ob eius in populos iustitiam. Suscepit Telamonem, & Peleū, & Phocum. Ex Volaterrano & Seruio. Ouid.in Ibin. -tuásque
Æacus in pœnas ingeniosus erit.
Propert.lib.4.eleg.12.
Aut siquis posita iudex sedet Æacus vrna,
In mea sortita iudicet ossa pila.
Æacus Asopiades, hoc est, Asopi Bœotiorum regis nepos. Asopus enim pater fuit Æginæ matris Æaci. Ouid.7.Metam.
Seuerus. Martial.lib.10, in maledicum poetam.
Æacon, accusatiuus pro Æacum. Ouid.9.Metam.
Nec nostrum seri curuarent Æacon anni.
Æacides, Æacidæ, penult. corrept. {Αἰακίδης} Æaci filius vel nepos. Virgil.1.Æneid.
Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector. Hoc est, Achillis, quem genuit Peleus Æaci filius.
Æacides, Pyrrhus Achillis filius, & Æaci pronepos. Virg.3.Æneid.
Æacides, Pyrrhus Epirotarum rex, ab Æaco trahens originem, tametsi longa serie. Virg.6.Æneid.
Æacideius, adiectiuum sex syllabarum {Αἰακίδειος, Αἰακήϊος} Ouid.7. Metamorph.
OEnopiam Minos petit Æacideia regna. Hoc est, Æacidarum.
Æacidinus, Aliud adiectiuum, vt Æacidinæ minæ. Plaut. Asinar. Siquidem herclè Æacidinis minis animísque expletus incedit. Iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. Non sine prouerbij specie dictum est, pro atrocibus ac superbissimis minis. Vocantur autem Æacidinæ minæ, ab Achille Æaci nepote, quem Homerus vbique facit stomachabundū ac minitabūdum: velut in primo statim Iliados libro, vbi sic incandescit in Agamemnonem vt manum admoueat capulo, & conuicijs ad pugnas venturus, nisi Pallas eum capillis reuocasset.

AE AE E, Æxes, siue Æxa, Æxe {Αἰαίη} insulæ nomen. Mela lib.2, Circa Siciliam in Siculo freto est Æxe, quam Calypso habitasse dicitur. Vadianus, Hæc est Æxa, ad quam ab inferis regressus Vlysses appulit, assequente eum cum vino & pane Circe.
Artes Ææx. Ouid. lib.2. Amorum, eleg.15.
Carmina. Ouid. lib.1. Amorum, eleg.8,
Illa magas arteis, Æxáque carmina nouit.
Puella. Hoc est, Circe, vel Calypso, vt putat in Melam Vadianus. Propert. libro 3. eleg. 12.
Et thalamum Ææx flentis fugisse puellæ.
Ææus {Αἰαῖος} adiectiuum penult. prod. diphthongo. Virg.3. Æneid.
Infernísque lacus, Æxǽque insula Circes.

Seruius: Æxæ, tres sunt diphthongi: nam genitiuus est ab Æxa. Hermolaus in cap.4. libri 5. Plinij, Æa, vrbs est Colchica, vnde Circen Æxam cognominant.

AE AMENE, pe.prod. {Αἰαμήνη} Regio est Nabathæorum, apud Steph.

AE ANT, Sinus in Arabia, in quo Heroū oppidū est. Plin.lib.6.cap.29.

AE ANTIVM, oppidū in Sigæo Troadis promontorio à Rhodiis cōditum in altero cornu: Aiace ibi sepulto, 30. stadiorum interuallo à Sigæo, & ipso in statione classis suæ. Author Plinius lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 13, tradit apud Æantium fuisse Aiacis tumulum & templum & statuam, quam ab Antonio ablatam & in Ægyptum asportatam, Augustus Cæsar Iliensibus restituit. Sanè Aiax Græcè dicitur Æas, Æantos.
Æantium est Magnesiæ promontorium, Plinio authore, lib.4.cap.9. Est item Æantium oppidum Macedoniæ, Ptolemæo.

AE ANVM, Macedoniæ oppidum, quod Æanus Helymi filius Tyrrhenorum rex condidit, authore Stephano. Hermolaus in Plin. Volaterranus autem sic tradit, Æane ab Æano Elyminthi regis Hetruriæ filio, qui huc applicans hanc vrbem ædificauit.

AE AS, Æantis {Αἴας} fluuius Epiri, ex Macedonia profluens in Ionium mare. Lucan.lib.6,
Purus in occasus, parui sed gurgitis Æas,
Ionio fluit in mari. Meminit Strabo lib.6. & 7. Et Plin. lib.4.cap.23. Dicitur alio nomine Aous.

Æ C

AE CA, vrbs Italiæ, à qua Æcani populi. Plin.lib.3.cap.11.

AE CHINE, huius Æchines, nomen canis apud Xenophontem, in libro de Venatione.

AE CLVS, viri nomen, Straboni libro decimo, dicenti, Post res verò Troianas Æclus & Cothus ex Athenis profecti habitauerunt: ille quidem Eretriam, Cothus verò Chalcidem. Est autem Eretria totius Eubœæ ciuitas amplissima post Chalcidem.

AE CVLANI, Populi sunt in secunda regione Italiæ, de quibus Plin. lib.3.cap.11.

Æ D

AE D. ædes. AE DIL. CVR. Ædilis Curulis. AE DIL. PL. Ædilis plebis. AE Q. P. Æqualis persona. AE R. Ærarius. AE R. COL. ære collato.

AE DEMON, nis {Αἰδήμων} Ptolemæi libertus, qui patronum à C. Cæsare interfectum vltus est. Vide Plin.lib.5.cap.1.

Ædepol, penult. correpta, iurandi aduerbium est, compositum ex ædes & Pollux: & est quasi tu dicas, Per ædem Pollucis. Gell. lib.11. cap.6, Ædepol autem quod iusiurandum per Pollucem est, & viro & fœminæ commune est. Sed Marcus Varro asseuerat antiquissimos viros neque per Castorem, neque per Pollucem deierare solitos: sed id iusiurandum fuisse tantum fœminarum. Plaut. Capt.16. Ædepol benignè facis. Cicero Cælio, libro 2, epistola 8, Non ædepol, quantam egeris rem.

AE DEPSVM, oppidum in regione Locride, Plinio & Straboni.

Ædes, ædis, fœmin. gener. {ἱερὸν, οἰκία (?)} Ædes in plurali accipitur pro domo, nec vnquam aliter. In singulari, atque adeò in plurali, pro templo. Sed hac in re differt à templo, quòd semper in vtroque numero habet adiectionem, vt, in æde Iouis, Mercurij, in æde Concordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis, in æde sacra: & in plurali sacras ædes, ædes deorum, ædes nympharum. Nam cùm ait Lucretius, de Ioue loquens, Ipse suas ædes disturbat: perinde est ac si dixisset, Iouis ædes. Igitur pro templo dicemus duas, tres, quatuor deorum ædes, duas sacras ædes. Pro domo, binas, ternas, quaternas, priuatas ædes. Hæc Valla libro 3. Plaut. Sticho 3, Nitidæ ædes meæ sint, cùm redeam domum. Varro de lingua Latina, lib.4, Ædis ab aditu: quòd plano pede adibant. Itaque ex ædibus efferri indictiuo funere præco etiam eos dicit, qui è tabernis efferuntur. Festus, Ædis, domicilium in ædito positum, simplex atque vnius aditus. Siue ideo ædis dicitur, quòd in ea æuū degatur, quod Græcè αἰὼν vocatur. Cic. ad Q. frat.lib.3.17, Reddita est mihi peruetus epistola, in qua de æde Telluris me admones. Idem pro domo sua ad Pontif. Consecrabantur ædes, non priuatorum domicilia.
Ædis, in nominatiuo singulari. Varro de vita populi Romani, lib.1, Hæc ædis quæ nunc est, multis annis pòst facta sit, in qua omnia regis tēporibus delubra parua facta. Hæc Nonius. Hoc etiā probat ab eo diminutiuum ædicula: vt ab apis apicula. Nam à nominatiuo ædes potius fieret ædecula, sicut à vulpes vulpecula.
Angustæ ædes. Ouid 1.Fast.
Cauæ ædes. Virg.2.Æneid.
At domus interior gemitu, miseróque tumultu
Miscetur: penitúsque cauæ plangoribus ædes
Fœmineis vlulant. Id est, tecta camerata. Ser.
Decora. Horat.1.Carm.36.
Excelsa. Ouid.15.Metam.
Ædes liberæ. Vide LIBER.
Magnas ædes peruolare. Virg.12.Æneid.
Magnifica æde aliquem diuum dedicare. Ouid.6.Fast. Cic.5.Tuscul.
Ædibus in nostris quæ praua aut recta geruntur. Scribit Gell. hunc Homeri ex Odyss. versiculum vice prouerbij semper in ore fuisse. Alij tribuunt Socrati. Diocles adscribit Diogeni, vt refert Laertius. Quo versu monemur, vt ea potissimum quæ ad nosipsos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus.
Ædes nouæ. Vide NOVVS.
Perpetuæ. Vide PERPETVVS.
Primæ. Hoc est, primæ ædium partes. Ouid.5.Metam.
Prophanæ. Cic.3 de Nat.deor. Fores in liminibus prophanarum ædiū, ianuæ nominantur.
Ædes sacra. Cic.Verr.7. Idem pro Flacco,35, Pecuniam in ædem sacrā reficiendam se perscripsisse dicunt.
Vacua. Horat.lib.2.epist.2,

Votiuam ædem reddere. Horat. 2. Carm. 17.
Disturbare ædes. Lucret. lib. 2.
Inerrat ignis ædibus. Stat. lib. 1. Syl. 5.
Ædes inscribere mercede, aut Inscribere ædes venales. Vide INSCRIBO.
Ædem & in ædem intrare. Vide INTRO, & INTROEO.
Ædes mancupi. In MANCEPS.
Ædes obligare. In OBLIGO.
Obscurare. Vide Recludere lumen, in LVMEN.
Perierunt ædes. In PEREO.
Reficere labantes deorum ædes. Horat. 3. Carm. 6.
Reserata ædes. Lucan. lib. 3.
Tendere ad ædes alicuius, pro Ire. Horat. lib. 1. epist. 7.
Ædes pro cubiculo. Curt. lib. 8, Excubabant principum liberi, seruatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua rex acquiescebat.
Ædes marmorea. Ouid. in epist. 20, Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Locus Ouidij penè sumptus est ad verbum ex illo Virgilij 4. Æneid.
Præter ea fuit in tectis de marmore templum, &c.
Ædes, pro apum aluеis. Virg. 4. Georg.
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes.
Ædicula, diminutiuum, pro cellula in ædibus. Plaut. Epid. 9,
In ædiculam seorsum istæc eat, iube.
Ædicula, Sacellum. Id est, ædis sacræ appendix. Liu. Decad. 4. lib. 5, Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis prope ædem Concordiæ M. Portius Cato dedicauit. Cic. pro domo sua ad Pontif. Quum Licinia virgo Vestalis, sanctissimo sacerdotio prædita, aram & ædiculam & puluinar sub sacro saxo dedicasset.
Ædicula, Loculamentum simulacri. Plin. lib. 36. cap. 5, Ædicula eius tota aperitur, vt conspici possit vndique effigies deæ. De Venere Cnidia loquitur.
Ædiculæ, ædicularum, Paruæ ædes. Id est, parua domus. Cic. in Parad. M. Manlius patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. In ædiculis habitare. Cic. pro Cælio, Nunc demum intelligo P. Clodij insulam esse venalem: cuius hic in ædiculis habitet decem, vt opinor, millibus.
Ædifico, ædificas, ædificaui, ædificare, ex ædes, & facio compositum {οἰκοδομέω, κτίζω.} Cic. 1. Offic. Qui quum ædificasset in palatio plenam dignitatis domum.
Ædificare ad frigora atque æstus vitandos. Cæs. 6. bell. Gall. Ne accuratius ad frigora atque æstus vitandos ædificent.
Ædificare intelligendus est, non solùm qui opus nouum molitur, verùm is quoque qui vult reficere. Vlp. l. 1. D. de mort. inferend.
Carcerem. Cic. pro Sylla.
Casas. Horat. 2. Serm. 3. Villam. Cic. 2. Legum.
Vrbes. Cic. 2. Offic. Vrbes verò sine hominum cœtu non potuissent nec ædificari, nec frequentari.
Tribus locis ædifico: reliqua reconcinno. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 10.
Bellè ædificare. Cic. ad Att. lib. 16.
Benè & ratione. Cic. 3. Offic. Quòd si qui proscribunt villam bonam, beneque ædificatam: non existimantur fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione.
Celeriter. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8.
Eleganter. Columel. lib. 1. cap. 4.
Lautius. Cic. 2. de Legibus 4.
Strenuè. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8.
Descriptio ædificandi. Cic. 1. Offic. Dicendum est etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat esse, cuius finis est vsus: ad quem accommodanda est ædificandi descriptio. Hinc metaphora ad res alias. Plaut. Ædificat nauem gerariam. Cic. pro leg. Man. Qui postea quam maximas ædificasset, ornassetque classes.
Hortos, est eos ædificiis instruere. Sic ædificare prædia & similia. Cicer. ad Att. lib. 9. & lib. 16.
Ædificauit Deus mundum. Cic. 1. de Natur. deor. Quibus enim oculis animi intueri potuit vester Plato fabricam illam tanti operis, qua cõstrui à Deo, atque ædificari mundum facit?
Muros. Ouid. 11. Metam.
Porticum. Cic. pro domo sua ad Pontif.
Prædia. Vide paulo antè Hortos.
Rempublicam. Hoc est, bonis moribus, legibus, ac institutis eam fundare. Cic. Varr. lib. 9. 2.
Equum. Virg. 2. Æneid. de equo ligneo, Instar mõtis equum diuina Palladis arte Ædificant.
Specus. Plin. lib. 8. cap. 36, Specus si non habuere, ramorum fruticúmque congerie ædificant impenetrabiles imbribus. De vrsis.
Ædificatio {οἰκοδόμησις.} Cic. Attic. lib. 12, Ædificatio me non mouet.
De ædificatione aliquem vrgere. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 6.
Immensa & intolerabilis ædificatio. Cic. in Pisonem.
Ædificationem sustentare. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8.
Ædificatiuncula {οἰκοδομίδιον} Parua ædificatio. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17.
Ædificator, pen. prod. {οἰκοδόμος, τέκτων} Qui ædificat, aut qui ædificauit. Cic. de Vniuers. Neque mundo quicquam pulchrius, neque eius ædificatore præstantius.
Ædificator, pro eo qui est ædificandi nimis studiosus. Colum. lib. 1. cap. 4, Eleganter igitur ædificet agricola, nec sit tamen ædificator. Huiusmodi ædificatorem aptè describit Iuuenalis, satyr. 14.
Ædificator erat Centronius, & modò curuo
Littore Caietæ, summa nunc Tiburis arce,
Nunc Prænestinis in montibus alta parabat
Culmina villarum, Græcis, longéque petitis
Marmoribus, &c.
Ædificator & opifex mundi Deus, Id est, conditor siue author. Cicer. 1. de Nat. deor.
Ædificium {οἰκοδόμημα, κτίσμα} ab æde & facio dictum, vt inquit Varro, dicitur omne quod ædificatum est. Cæsar bel. Gall. lib. 2, Omnibus vicis ædificiisque, quo adire poterant, incensis.
Ædificium lucidum, cui contrarium obscurum est, & cui sol non allucet. Cels. lib. 1. cap. 2, Habitare verò ædificio lucido perflatum æstiuũ hybernum solem habente.
Ædificij appellatio, aut superficiem significat, aut solum quoque cui ædificium superpositum est. Iulian. l. Si quis testamento. D. de leg. 1.
Ædificiis emouere. Liu. 7. de bell. Pun. Milites ædificiis emotos.
Ædificiis vtilis, Id est, ad ædificandum. Plin. lib. 16. cap. 6.
Ædilis, huius ædilis, penultima longa, masc. gen. {ἀγορανόμος} quid sit, Cic. 7. Verr. ostendit his verbis, Nunc sum designatus ædilis: habeo rationẽ quid à populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo, plebique Romanæ, ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani sunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque esse faciendos: mihi sacrarum ædium procurationem: mihi totam vrbem tuendam esse commissam: ob earum rerum laborem & sollicitudinem, fructus illos datos, antiquiorem in Senatu sententiæ dicendæ locum, togam prætextam, sellam curulem, ius, imagines ad memoriam posteritatémque prodendam. Idem lib. 3. de Legibus, Suntóque Ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorúmque solennium. Ollisque ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto.
Ædilis, Qui ædes sacras & priuatas procurat. Varr. 4. de Lingua Latina.
Ædiles hoc quoque fungebantur officio, nimirum intrandi balnea publica quæ populum receptabant, exigendíque munditias, & vtilem ac salubrem temperaturam. Seneca lib. 13. epist. 1.
Ædilis initio dictus est, qui ædium non tantùm sacrarum, sed etiam priuatarum curam gerebat. Posteà hoc nomen & ad magistratus translatum est. Dictus est autem Ædilis, quòd facilis ad eum plebi aditus esset. Festus.
Ædiles inter minimos magistratus habebantur. Ideóque non numerãtur inter magistratus, in l. 2. D. de in ius vocand. Impunè enim vocabantur in ius, l. Lectos. & l. sequ. D. de peric. & comm. rei vend.
Ædiles quatuor esse in rep. Rom. solebant, duo qui appellabantur Ædiles Curules: duo item, qui appellabantur plebei: vnde & duplex ædilitas Curulis, & plebeia. Plutarch. in Mario, Duo erant ordines ædilium. Vnus in quo ipsi ædiles in iure dicendo sellis incuruos pedes habentibus vtebantur: & hic nomen magistratus retinebat. Alterum, popularem magistratum appellabant. Liu. lib. 7, Annus hic insignis nouis duobus magistratibus, Prætura, & Curuli ædilitate: hos sibi Patritij quæsiuere honores, pro concesso plebi altero consulatu. Ouid. 5 Fast.
Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios: animus defuit antè viris.
Ædilatus, dicebatur Ædilis dignitas, sicut Pontificatus, Magistratus. Festus.
Ædilitas, pen. correpť. {ἀγορανομία} Ædilium magistratus. Cic. 1. Offic. Munificentissima ædilitate functus est.
Curulis ædilitas, quæ maximè hanc tueri religionem solet. Cic. de Arusp. respon.
Ædilitas furiosa. Cic. ad Q. frat. 2. 6, Sed omnia sunt tardiora propter furiosæ ædilitatis expectationem.
Ædilitatem gerit sine populi suffragio. Plau. in Sticho, 2. Prouerbij vice vtimur, vbi quis imperiosior est in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad parasitum respicit, in domo non sua mandãtem & imperantem, non aliter ac sua.
Magnificentissima ædilitas. Cic. 2. Offic.
Ædilitatem petere cum hominibus nobilissimis. Cic. pro Cluentio.
Ædilitatum splendor. Cic. 2. Offic. Quanquam intelligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus, vt splendor ædilitatũ ab optimis viris postuletur.
Ædilitius, Adiectiuum {ἀγορανομικός} Quod ad ædilem pertinet: vt, facere ludos, erat munus ædilitium, hoc est officium ad ædiles pertinens. Cic. 2. Offic. Crassus tum cognomine diues, tum copiis, functus est ædilitio maximo munere.
Ædilitia edicta. De quibus amplissimè in Pandectis lib. 21. vnde officiũ ædilium melius nosces.
Homo ædilitius. Cic. pro Cluent. Id est, ædilitate functus.
Ædilitia repulsa. Cic. pro Planc. Sed quid ego ædilitias repulsas colligo?
Ædilitiam prætextam togam, quam frustrà confeceras, te vendidisse. Cic. in Vatin.
Ædilitius, Qui aliquando ædilis fuit. Cic. in Bruto, Sed omnia is summa sperans, ædilitius est mortuus. Hoc est, nullum adeptus magistratum præter ædilitatem.
Ædilitiorum vectigal apud Ciceronem exponit Budæus collationem pecuniæ ad ludos ædilitios. Sic autem ait Cic. ad Q. frat. lib. 1, Quantum verò illud est beneficium tuum, quòd iniquo & graui vectigali ædilitiorum magnis nostris simultatibus Asiam liberasti?
Æditimus, pen. corr. {νεωκόρος, ζάκορος} Qui sacris ædibus præest. Varr. de re rust. lib. 1. cap. 2, Sementinis feriis, in ædem Telluris veneram rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus nostris: vt corrigamur à recentibus vrbanis, ab æditumo. Cic. in Topicis, In quo Seruius noster (vt opinor) nihil putat esse notandum, nisi POST & LIMINIVM illud productionem esse verbi vult: vt in finitimo, legitimo, æditimo, non plus esse TIMVM, quàm in meditullio TVLLIVM. Hæc Ciceronis verba refellunt Festi etymologiam, cui dicitur æditimus, quasi ædis intimus. Vide Gell. lib. 12. cap. 10.
Æditũus {ἱερόδουλος} idẽ quod æditimus. Festus, Æditũus, sacræ ædis tutor, id est curam agens. Plin. lib. 32. cap. 2, Hierapoli Syriæ in lacu Veneris æditũorum vocibus parent vocati. Horat. 2. epist. 1,
Sed tamen est operæpretium cognoscere, quales
Æditũos habeat, belli spectata domíque
Virtus. Hoc est, narratores, vt ait Porphy. Æditui enim templorũ ac numinum quibus inseruiũt, sacrorum originem aduenis & ignorantibus narrant. Alij æditũos pro clientibus ac familiaribus dici putant: ac per hoc laudatores poetásque significant.

Valerius

Valerius Æditnus, poeta vetus, cuius aliquot carmina citat Gell. libro 19. cap. 9 ad quem fortè respexit Horatius: quo modo etiam rectè dixeris. Quales habeat Virgilios.

Æditnor, & Æditimor {ναοφυλακέω, ἱεροφυλακέω} Ædem tueor. Gell. lib. 12. cap. 10. sic ait: Pomponij fabula attellana est, quæ ita inscripta est, Æditimus: in qua hic versus est,

Qui postquam tibi appareo, atque æditimor in templo tuo.

Æditnentes {ἱεροφύλακες} pro Æditnis dixit Lucret. libro 6. non procul à fine,

-oneratáque passim
Cuncta cadaueribus cælestum templa manebant,
Hospitibus loca, quæ complerant æditnentes. Meminit Gell. lib. 12. cap. 10.

AEDESIA {αἰδεσία} mulier Ægyptia, vxor Hermeæ, & Syriani philosophi propinqua, totius castitatis & probitatis exemplar. Vide Suid.

Aëdon, Dictio trisyllaba, pen. prod. huius aëdonis, pen. corr. fœm. gen. {ἀηδών} Auis, quæ & luscinia & philomela dicitur. Virgil. de cantu Sirenum,

Quódque leues calami, quod suauis cantat Aëdon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor. Nomen habet ab ἀεὶ semper, & ᾄδω canto, quasi perpetuò cantans vbi semel inceperit. Sunt qui putêt ab ἀηδία, hoc est, tristitia. Creditur enim Philomela canês lugere virginitatem vi sibi ereptam à Tereo Thracum rege. Proinde tristem eam vocat Seneca in Agamem. 7,

Non quæ verno nobile carmen
Ramo cantat tristis Aëdon. Idem in Octau. 17.
Quis mea dignè deflere potest
Mala? quæ lacrymis nostris questus
Reddet Aëdon?

Aëdon vocalis. Calphurn. eclog. 6,
Vocalem superet si turpis aëdona bubo.

AEDON {Ἠδωνός} mons est Thraciæ: vnde Ædonus adiectiuum, penult. prod. Id est Thracius. Virgil. 12. Æneid.

Ac velut Ædoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Ægæo, sequitúrque ad littora fluctus. In quem locum sic ait Seruius: Sanè sciendum hoc loco errasse Donatum, qui dicit Ædonij esse legendum: vt DO breuis sit secundum Lucanum qui dicit, Ædonis Ogygio decurrit plena Lyæo. Nanque certum est syllaben fefelisse Lucanum. Vnde Ædoni legendum est, vt sit hic Ædonus, huius Ædoni. Statius & Virgilium & artem secutus ait, Ædonas hyemes Hebrúmque niualem: non Ædonias. Hactenus Seruius. Alij tamen Edon & Edonus scribunt sine diphthongo.

Ædonius, adiectiuum {Ἠδώνιος} Hoc est, Thracius. Senec. in Hercul. Oeth. 3,

-me vel Siculis
Addite saxis, vbi fata gemit
Thessala Syren, vel in Ædonias
Tollite syluas.

Ædonis, penult. prod. huius Ædonidis, penult. corr. {Ἠδωνίς} fœm. gen. Ouid. 11. Metamorph.

Protinus in syluis matres Ædonidas omnes
Quæ videre nefas, torta radice ligauit. Hoc est, mulieres Thracias.

Æ E

AEETA, Æetæ, vel Æetes, Æetæ, pen. prod. {Αἰήτης} Solis & Perseidos nymphæ (alij Persam, alij Hecaten vocant) filius, vt in Theogonia canit Hesiodus, rex fuit Colchorum, & ex Idyia Medeam & Chalciopen genuit, vt tradit Hesiodi interpres. Diodorus tamen Siculus lib. 5. scribit, Æetam ex Hecate, fratris sui Persę siue Persei filia, quam alij vocant Ipseam, tres liberos sustulisse, Cyrcen, Medeam, & Ægialeum, quem plerique Absyrtum nuncupant. Val. Flac. 8. Argonaut.

O mihi si profugæ genitor nunc ille supremos
Amplexus Æeta dares, fletúsque videres.

Æetes infligena. Val. Flac. 5. Argon. -& ferus Æetes.
Colchus. Senec. in Medea 4, Medea Colchi noxium Æetæ genus.

Æetæus {Αἰήτειος} adiectiuum quatuor syllabarum. Catul. in Argon.

Phasidos ad fluctus, & fines Æetæos.

Æetias, Æetiadis, pen. cor. {Αἰητιάς} Medea Æetæ filia. Ouid. 7. Metam.

Concipit interea validos Æetias ignes. Patronymicum est.

Æetis, pen. prod. Æetidis, pen. corr. {Αἰήτις} Medea Æetæ filia. Patronymicum Valer. Flac. 6. Argonaut.

-& pauor artus
Protinus, atque ingens Æetida perculit horror.

Æetius, adiectiuum {Αἰήτιος} ad Æeten pertinens: vt, Proles Æetia, Id est, Æetæ nepotes. Valer. Flac. 6. Argonaut.

Nec minus Æonij proles Æetia Phryxi
Fertur & ipsa furens.

Æetia virgo Medea. Flac. 5. Argonaut.

Æ G

AEGA, Ægæ, nymphæ nomen, quæ ex Oleno nata, Iouis nutrix fuisse fertur, vt Higynus aliique prodidere. Quidam Ægam Panos vxorem dixere, a qua & Ægis dicta. Vide plura apud Higynum.

AEGA, Ægæ, siue Æx, Ægos, promontorium est Æolidis ad Ægæum mare vergens, vnde & ei nomen. Strabo lib. 13. Hoc promontorium Ægates dicitur Stephano, teste in Plinium Hermolao.

AEGAE, Ægarum, Macedoniæ oppidum, in quo mos sepelire reges. Plin. lib. 4. cap. 10. Est & eodem nomine oppidum Ciliciæ. Plin. lib. 5. cap. 27. Item Æolidis. Plin. lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 8. & 9, meminit Ægarum in Eubœa sitarum, in quibus locatum est Ægæi Neptuni templum, & à quibus Ægæum pelagus nomen ass. qui putat esse verisimilius. Ad Ægas Achaiæ, nemo præter nauigantium tempestatem maris passus creditur, ob Neptuni præsentiam, qui (vt Nicocrates ait) illic impendio colebatur.

Ægea {Αἰγαί} vrbs Æmathiæ, ἀπὸ τῶν αἰγῶν, Hoc est à capris nomen habet, quum prius Edyssa vocaretur. Historiam prodidit Iustinus lib. 7, Caranus (Cranaus Eusebio dicitur) vrbem Edyssam, ob memoriam muneris, Ægæam: populum, Ægeades vocauit.

AEGAEAE {Αἰγαῖαι} insulæ sunt Ioniæ adiacêtes, quæ commemorantur à Plinio libro 5. capite 31.

AEGAEON, Ægæonis, pen. prod. {Αἰγαίων} Gigas, teste Hesiodo Cæli & Terræ filius, læuissimus & immanis fuisse pirata creditur: sic vt quibusdam placet dictus ab Ægis, Ægæi maris insula, in quo insidebat more piratarum, quibus fas non est ob latrocinium vrbes incolere. Produnt fabulæ veteres, hunc centum à Ioue religatum catenis: vt possit inde intelligi eum potentissimum fuisse, dum tot catenis eius astringuntur vires. Is autem centumgeminus ideo dictus est, quòd centum homines remigio deseruientes haberet in manibus. De quo Ouid. 2. Metam. Seruius eundem cum Briareo esse scribit, apud Virgil. lib. 10. Eumelus Corinthius, in Titanomachia tradit hunc fuisse Ponti & Terræ filium, in marique habitasse, ac inde Titanibus contra deos opem tulisse. Homerus Iliados 1, scribit hunc à diis Briareum dici, ab hominibus Ægæona, centimanúmque esse. Non desunt qui putêt Ægæo mari nomen ab hoc Ægæone inditum. Ion Chius in Dithyrambis refert Ægæonem euocatum à Thetide, Ioui tulisse suppetias, aduersus Iunonis Neptunique & Apollinis insidias, qui Iouem è rerum gubernaculis eiicere moliebantur. Conon in Heraclea scribit Briareum cum Neptuno gradum contulisse, sed ab ipso deo superatum, demersúmque in ea maris parte, quod Ægæonis monumêtum cum Apollonio plerique vocant. Ab Ouidio memoratur inter maris numina, tum quia Ponti filius, tum quòd Opyiam Neptuni filiam habuit in matrimonio, vt canit Hesiodus. Ægæoni Chalcidenses rem diuinam faciebant, sicut Briareo Carystij. Nam omnis fermè Eubœa Titanum regnum fuit. Author Solinus.

Ægæon Cycladas amplexus. Stat. 5. Thebaid. Quo in loco Ægæonem pro mari Ægæo putarim accipi.
Ægæon centumgeminus. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 3.
Cruentus. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 1.

AEGAEVM mare {Αἰγαῖον πέλαγος} est prope Græciam amplû & multas habens insulas: dictum ab Ægæo rege, vel quodam in eo saxo, quod habet speciem αἰγὸς, Id est, capræ. Est autem inter Hellespontum & Tenedum: vulgo hodie dicitur *Archipelago*, vel *Arcipel*. Plin. lib. 4. cap. 11, Ægæo mari nomê dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius quam insula, Æx nomine, à specie capræ, quæ ita Græcis appellatur repentè in medio mari exiliens. Cernunt eum à dextera parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac pestiferum. Festus aliam affert nominis rationem, quòd in eo Amazonû regina Ægea perierit. Producit penultimam. Horat. 1. epist. 11,

Idcirco nauem trans Ægæum mare vendas.

Altum Ægæum. Virgil. 12. Æneid.
Aquæ. Ouid. 9. Metamorph.
Cærula Ægæa. Valer. Flac. lib. 1 Argonaut.
Ægæum nauigat. Prouerbium, quo vtitur Ælianus. Hoc mare cæteris est periculosius ob frequentes scopulos. Quadrabit igitur in eum qui in maximis versatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri studium nihil omnino periculi recusantem.
Patens Ægæum, subaudi mare. Horat. 2. Carm. 16.
Profundum. Val. Flac. lib. 1. Argonaut.
Ægæum scaphula transmittere. In eos dicitur, qui rem supra modum arduam leui opera conficere tentant. Vtitur Lucian. in Sectis.
Cyclades Ægææ. Ouid. 1. Trist. 10.
Fluctus. Stat. 2. Achileid.
Fretum. Senec. in Thebaid. 1.
Gurges. Stat. 2. Thebaid.
Hyemes. Stat. 1. Sylu. 3.
Nereus Ægæus. Id est, mare Ægæum. Stat. 5. Thebaid.
Pontus. Senec. in OEdip. 5.
Portus. Claudian in Eutrop. lib. 2.
Procellæ. Stat. 1. Achil.
Salum. Propert. lib. 1. eleg. 6.
Stagna. Stat. 6. Thebaid.
Tumultus Ægæi. Id est, maris Ægæi tempestates. Horat. 3. Carm. 29.
Venus. Stat. 8. Thebaid.
Vndæ. Tibul. eleg. 3.
Æquor. Ouid. 11. Metam.

AEGALEOS {Αἰγάλεως} nomen montis apud Strabonem lib. 8, subquo antiqua Pylos Messenia ciuitas erat.

AEGEMON {Αἰγήμων} poetæ Græci nomen est, qui bellû Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum carmine complexus est. Calep. sine authore.

Æger, ægra, ægrum {ἀσθενής, ἄρρωστος, νοσώδης, νοσῶν} Festus, Ægrum ex Græco αἶγος appellatur: à quibusdam putatur à voce doloris appellari, quæ est αἲ αἲ. Seruius, Æger & corpore & animo dicitur: sicut etiam ægrotus. Cic. 2. de Natur. deor. Ne ægri quidem omnes conualescunt. De morbo autem animi. Virgil. 1 Æneid.

-cursúsque ingentibus æger. Idem in 4. Æneid.
Ægram nulli quondam flexere mariti. Id est, mœstam.

Æger amore, pro ex amore. Id est, ob amorem. Liu. 10. bel. Pun. Stimulabat ægrum amore vxor, socérque.
Animi. Liu. 2. ab Vrb.
Animo. Plin. Iunior. lib. 8. epist.
Ab animo, Id est, quantum ad animum. Plaut. Epid. 3.
Auidus æger, hoc est, intemperans. Porphyr. Horat. 1. serm. 4.
Consilij. Stat. lib. 11. Thebaid. Hoc est, Tristia cogitans, siue consilio imbecillis.
Delicti, Hoc est, dolens ob delictum à se commissum. Sil. Ital. lib. 13.
Ex vulnere. Liu. 6. bel. Pun.
Fluore. Cels. lib. 3. cap. 6.
Morbo graui. Cic. in Catil. 1.
Pedibus. Sallust. Antonius pedibus æger.
Timoris. Sil. Ital. lib. 3.
Valetudine. Tacit. lib. 14.
Æger alicui. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 10,

Dicta erat ægra mihi, præceps, aménsque cucurri,
Veni: & riuali non erat ægra meo.

Podes.Gell.lib.19.cap.10.
Morbi.Valer.Max.Pulsu venarum comperit cuius morbi æger esset. Id est,quo morbo ægrotaret.
Æger,de mutis animalibus dici potius quàm ægrotus,obseruatum est. Virgil.3.Georg. -& quatit ægros
Tussis anhela sues. Sic in prosa oratione ferè inuenies.
Amans ægra.Virg.1.Æneid. Id est,mœsta & anxia,inquit Festus.
Amor æger.Virgil.4.Georg.
Anhelitus æger quatit vastos artus.Virgil.5.Æneid.
Animam ægram ponere:Id est,vitam.Lucret.lib.6.
Ægram animam auferre.Ouid.9.Metam.
Animus æger.Ouid.de Remed.amoris,lib.1.
Ausonia ægra vulnere.Sil.Ital.7.
Balatus ægri.Ouid.7.Metam.
Cor.Ouid.lib.3.Trist.
Corpus.Virgil.3.Æneid. Cicero ad Quirites post reditum, Bona valetudo iucundior est eis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt.
Dolores.Lucret.lib.3.
Familia.Cic.ad Attic.lib.16.
Femur.Virgil.10.Æneid.
Genua.Virgil.5.Æneid.
Hiatus.Stat.6.Thebaid.
Inuidia lætis ægra:Ob alienam scilicet felicitatem tristis.Stat.1.Theb.
Luctus.Ouid.2.Metam. Lucret.lib.3, -nimis ægris
Luctibus indulges?&c.
Manus.Ouid.20.epist.
Membra.Ouid.11.epist.
Mens.Ouid.lib.4.Trist.5.
Mors.Virgil.3.Georg. -ipsisque suos iam morte sub ægra
Discissos nudis laniabant dentibus artus. Hoc est, difficili & violenta.
Mortales.Virgil.2.Æneid.
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit. Id est,anxiis & solicitis.
Ægris oculis aliquid aspicere.Tacit.
Os.Sil.Ital.lib.13.
Partes reipublicæ. Cic. pro Milone, Sed quis non intelligit omnes tibi Reipub.partes ægras & labantes esse commissas?
Passus.Val.Flac.lib.3.Argonaut.
Pectora ægra curis.Val.Flac.lib.6.Argonaut.
Pudor.Val.Flac.7.Argonaut.
Respub.Cic.3.Verr.Itaque mihi videor magnam,& maximè ægram,& propè depositam reip.partem suscepisse.Vide Ægrota respublica.
Seges.Virgil.3.Æneid.
Arebant herbæ,& victum seges ægra negabat.
Senectus,per metonymiam ex effectu, quòd homines ægros reddat. Ouid.14.Metam.
Spes.Claudian.de nuptiis Honorij & Mariæ.
Suspiria.Stat.6.Thebaid.
Infirma atque ægra valetudo.Cic.in Bruto.
Verba.Val.Flac.lib.8.Argonaut.
Vis.Stat.8.Thebaid.
-ægra animo vis,ac fiducia cessit.
Grauiter. Cic.1.de Diuinat. In eo igitur oppido ita grauiter ægrum Eudemum fuisse,vt omnes medici diffiderent.
Mediocriter. Cic.2.Tuscul. Corpus etiamsi mediocriter ægrum est, sanum non est.
Ægrum,ægri, absolutè positum,pro animi ægritudine. Id est,dolore ac molestia.Plaut.Amphit.8, -plus ægri
Ex abitu viri,quàm ex aduentu voluptatis cepi. Lucret.lib.5,
Sed cui nihil accidit ægri.
Ægresco,ægrescis{ἀθυμαίνω} ægrescere,A nomine Æger deriuatum, significat ægriorem fieri, & propriè refertur ad animum. Virgil.12. Æneid. -exuperat magis, ægrescítque medendo. Vbi Seruius, Inde magna eius ægritudo crescebat, vnde se ei Latinus remedium sperabat afferre. Valla, Quomodo curari quis antè possit, quàm ægrotus sit? Necesse est ergo vt antè ægrotare cœperit:& cùm dicitur ægrescere,vt intelligatur inter medendum ægriorem fieri. Et hoc de Turno Virgilius intelligit, cuius augebatur ægritudo ad Latini salubria consilia. Hæc Valla lib. 1, vbi de verbis in s c o contra Priscianum disputat.
Ægrescere,pro Ægrotare. Plin.lib.10.cap.12, Corui ante solstitium generant:iidem ægrescunt sexagenis diebus siti maximè antè, quàm fici coquantur Autumno.
Animus ægrescit.Lucret.lib.3.
Cura.Stat.1.Thebaid.Tantum in corde sedens ægrescit cura parentis.
Morbis ægrescere.Lucret.lib.5.
Ægrescere rebus lætis,Ob alienam felicitatem dolere.Stat.lib.2.Theb.
Ripæ ægrescunt puluere.Idem 4.Thebaid.
Cura ægrescente ducere dolorem.Sil.Ital.lib.8.
Ægrè {ἀνιαρῶς} aduerbium qualitatis ab Æger deriuatum. Virgil. 3. Georg. Ergo ægrè rastris terram rimantur. Id est,difficulter,ait Seruius. Cic.de Prouin. Consul. Cùm Byzantij totum Pontum armatum efferuescentem in Asiam, atque erumpentem, ægrè repulsum sustinerent.
Ægrè risum continere.Plaut.Asin.11.
Ægrè repertus. Plin.lib.7.cap.44.
Ægrè est,pro Molestum est. Plaut.Casina,4.8, -sed quid est
Quod tuo nunc animo ægrè est? Idem Menæch.
Dic mea vxor,quid tibi ægrè est?
Ægrè ferre, vitiosè scribitur coniunctim, cùm duæ sint dictiones: pro eo quod est molestè ferre. Cic. lib. 1.de Diuin. Discessit ægrè ferens. Dicitur & ægrè pati.
Ægrius, Difficilius. Cic.6. Verr. Nihil ægrius factum est multo labore meo,quàm vt manus ab illo appellatore abstinerentur.

Ægerrimè,Difficillimè.Cæsar 1.bel.Gall.Ægerrimè confecerant vt flumen transirent.
Ægrè alicui facere. Terent.Eunuch.4.1. pro rem molestam facere.
Ægrè pati.Terent.Adelph.1.2, -sed ostendere
Me ægrè pati illi nolui.
Ægrè, Grauatè, & inuito animo. vt, Ægrè id concessit mihi. Terent. Hecyra,Sed reprimam me:ne ægrè quicquam ex me audias.Vbi Donatus,Vtrum Ægrè pro malè,an Ægrè pro inuita.
Ægrè aliqua re carere.Cic.ad Attic.lib.7. Idem pro lege Manilia 8.
Ægrè se tenere. Cic.ad Attic.lib.16, De Sicca,ita est vt scribis: ast ægrè me tenui.
Ægrè & Facilè,contraria. Cic.de Senect. Iam omnis conglutinatio recens,ægrè,inueterata,facilè diuellitur.
Ægrimonia {ἀθυμία} denominatiuum, sic ab Æger factum, vt ab Acer, acrimonia, Idem significat quòd ægritudo. Plaut.Cic.Attic.lib. 12.epist.Ferrem grauiter,si nouæ ægrimoniæ locus esset.
Ægrimonia vetus.Plin.lib.28.cap.8.
Deformis,quia tristitia deformes facit.Horat.Epod.13.
Fastidiosa.Horat.Epod.18.
Fastidiosa tristis ægrimonia. Duo sunt ablatiui, ægrimonia fastidiosa.
Ægrimonia afficere,& lætantem facere. Plaut.Sticho,
Olim quos abiens affeci ægrimonia,
Eos nunc lætantes faciam aduentu meo.
Ægritudo,penult.prod.denominatiuum {λύπη} Est animi ægri affectio.Cic.4.Tuscul. Hæc prima definitio est,vt ægritudo sit animi aduersante ratione contractio. Et paulo pòst,Est igitur ægritudo,opinio recens mali præsentis,in quo demitti, cõtrahique animo rectum esse videatur. Ibidem libro 3,Sed propriè vt ægrotatio in corpore,sic ægritudo in animo nomen habet, non seiunctum à dolore. Et paulo antè, Itaque præclarè nostri, vt alia multa, molestiam, solicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominauerunt. Hoc propemodum verbo Græci omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim πάθος,Id est morbum, quicunque est motus in animo turbidus. Nos melius. ægris enim corporibus simillima est animi ægritudo.
Acerbæ ægritudines.Cic.4.Tuscul.
Acrior. Cic. 3. Tuscul. Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit.
Anxiæ. Cicero 4. Tuscul. Important enim ægritudines anxias atque acerbas.
Crucians,vocatur Dolor.Cic.4.Tuscul.
Flebilis,est Mœror.Cic.4.Tuscul.
Grauissimæ.Cic.3.Tuscul.
Laboriosa,vocatur Ærumna.Cic.4.Tuscul.
Leuior. Cic.3. Tuscul. Defatigatio igitur miseriarum ægritudines cùm faciat leuiores,intelligi necesse est, nõ rem ipsam causam atque fontem esse mœroris.
Modica.Cic.4.Tuscul.
Noua.Cic.4.Tuscul.
Leuatio ægritudinis. Cic.3. Tuscul. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione,ad contemplandas voluptates.
Magnitudo ægritudinis.Cic.3.Tuscul.
Perturbatio ægritudinis.Cic.3.Tuscul.
Sanatio ægritudinis.Cic.4.Tuscul.Sed & ægritudinis, & reliquorum animi morborum vna sanatio est, omnes opinabiles esse & voluntarios.
Sedatio ægritudinis.Cic.4.Tuscul.
Societas ægritudinis.Cic.Sulpitio,lib.4,epist.6.
Stirpes ægritudinis. Cic.3.Tuscul. Atqui stirpes sunt ægritudinis quàm multæ,quàm amaræ,quæ ipso trunco euerso omnes elidendæ sunt.
Vacuitas ægritudinis. Cic.5. Tuscul.Securitatem autem nunc appello, vacuitatem ægritudinis.
Criminis ægritudo. Hoc est, leuitas criminis & velut infirmitas seu debilitas.Cic.pro Rosc.Comœdo.
Aberit igitur à sapiente ægritudo.Cic.3.Tusc.
Accedunt ægritudines.Cic.4.Tuscul.
Ægritudinem adimere.Terent.in Heaut.
Ægritudinem afferre.Terent.in Heaut.
Affici ægritudine.Cic.3.Tuscul.Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici.
Amplificata ægritudo. Cic.4. Tuscul. Ægritudo autem cæteræque perturbationes amplificatæ,certè pestiferæ sunt.Hoc est auctæ.
Cadit ægritudo in aliquem. Cic. 3. Tuscul. In quem cadit ægritudo, in eundem timor.
Confectus ægritudine. Cic.3. Tuscul. Tarquinius Cumas se contulisse dicitur,inque ea vrbe senio & ægritudine esse confectus.
Debilitatus.Cic.4.Tuscul.Quid autem est non miserius solùm, sed fœdius etiã & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatúsq; iacens?
Dédere se totum ægritudini. Hoc est, Mœrori prorsus indulgere. Cic. 3. Tuscul.Ægritudini se solent dédere.
Depellere ægritudinem.Cic.3. Tuscul.
Detrahere.Cic.3.Tuscul.
Efficere. Cic.4. Tusc.Quæ enim venientia metuuntur,eadem efficiunt ægritudinem instantia.
Eleuare.Cic. 3. Tuscul.
Eripere alicui.Cic.3.Tuscul.
Esse in ægritudine.Cic.3.Tuscul.
Existit ægritudo. Cic.3.Tuscul.Cyrenaicorum restat sententia,qui tum ægritudinem censent existere,si nec opinato quid euenerit.
Extenuare ægritudinem.Cic.3.Tuscul.
Exturbare ex animo.Plaut.Curcul.5.9,Ægritudinem istam exturbes ex animo.
Incidere in ægritudinem.Cic.3.Tuscul.

Intercedit

Intercedit gaudio ægritudo. Terent. Andr. 5.5.
Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Lenire ægritudinem. Cic. de Diuinat.
Leuare aliquem ægritudine. Cic. ad Attic. lib. 9.
Manat longius ægritudo. Cic. 3. Tuscul.
Mœrens ægritudo. Cic. 3. Tuscul.
Mouere ægritudinem. Cic. 4. Tuscul. Si nec mala sint illa, quæ metum ægritudinémve, nec bona quæ cupiditatem lætitiámve moueant.
Nascitur ægritudo ex re aliqua. Cic. 4. Tusc. Ex malis metum & ægritudinem nasci censent: metum futuris, ægritudinem præsentibus.
Obtundere ægritudinem. Cic. 3. Tuscul.
Opprimi ægritudine. Cic. 3. Tuscul.
Oritur ægritudo ex re aliqua. Cic. 3. Tuscul.
Permanens ægritudo, vocatur molestia. Cic. 4. Tuscul.
Premi ægritudine. Cic. 3. Tuscul. Neque tamen cùm se in media stultitia, qua nihil est peius, hærere intelligant, ægritudine premuntur.
Premens ægritudo, est Angor. Cic. 4. Tuscul.
Priuare aliquem ægritudine. Cic. 3. Tuscul.
Quati ægritudine. Cic. 3. Tuscul. Humanum id quidem quòd ita existimas: non enim silice nati sumus, sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate, quatiatur.
Repellere ægritudinem ab aliquo. Cic. 3. Tuscul. Timor igitur ab his ægritudinem potuit repellere, ratio ac sapientia vera non poterit?
Sedare ægritudinem. Cic. 3. Tuscul. Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut supprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.
Sustulit vniuersam ægritudinem philosophia. Cic. 3. Tuscul.
Sublata ægritudo. Cic. 3. Tuscul.
Supprimere ægritudinem. Vide paulò antè, Sedare ægritudinem.
Suscipere. Cic. 3. Tusc. Voluntate igitur & iudicio suscipi ægritudinem confitendum est.
Tangit eos ægritudo. Cic. 3. Tusc. Acta ætas honestè ac splendidè, tantam affert consolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor.
Tolerare ægritudinem. Cic. 4. Tuscul. An omnium rerum toleranda omnino ægritudo?
Tollere. Cic. 3. Tusc. Quum constet ægritudinem vetustate tolli. Paulò pòst, Tollere ægritudinem funditus.
Vacare ægritudine. Cic. 3. Tuscul.
Vindicare aliquem ab ægritudine. Cic. 5. Tuscul. Quid potest ad beatè viuendū deesse ei, quem fortitudo ab ægritudine & à metu vindicet?
Ægritudo, pro morbo corporis. Terent. Phor. Act. 5. sce. 1. Matrē ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est. Sic Plin. lib. 18. cap. 6, & lib. 8. cap. 1.
Ægrotus, pen. prod. denominatiuum ab Æger {ἄῤῥωστος, νοσῶν.} Seruius, Æger & corpore & animo dicitur: Ægrotus, corpore tantum. Horat. 1. epist. 2.
Non domus, & fundus, non æris aceruus & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres.
Ægroto dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abiiciendam esse spem. Cic. ad Att. lib. 9. Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pōpeius in Italia fuit, sperare non destiti.
Ægrota respub. Idem quod Ægra: id est, male habens. Cic. 1. Verr. Et profectò aut hoc remedium est ægrotæ ac propè desperatæ reipublicæ, iudiciisque corruptis, &c. Vide Ægra respub.
Ægroto, ægrotas, pen. prod. {νοσεῖν, ἀῤῥωστεῖν, ἀσθενεῖν, κακοπαθεῖν.} ægrotare, Malè valere à corpore. Et est verbum ex nomine Ægrotus factum. Cicero pro Cluentio, Apud hunc ille Romæ habitauit, apud hunc ægrotauit.
Ægrotare, translatū ad fructus. Plin. lib. 17. cap. 24, Ægrotant aliquando & poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defuere, aut contrà abundauere.
Ægrotant in te artes animi tui. Hoc est, malè se habent mores tui, tu corruptis es moribus. Plautinus est iocus in Trinummo.
Fama ægrotat. Lucret. lib. 4.
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.
Vitio animi ægrotare. Horat. 2. ser. 3.
Diu ægrotare. Cic. pro Cluentio.
Animus ægrotat. Cic. 4. Tusc. Quis dubitarit quin ęgrotationes animi, qualis est auaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quòd magni æstimetur ea res ex qua animus ægrotat, oriantur?
Grauiter ægrotare. Cic. 1. Offic.
Grauissimè ægrotare, & Optimè valere, contraria. Cic. 2. de Finib. Quæ cùm Aristoni & Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, vt inter optimè valere & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse.
Leuiter. Cic. 1. Offic. In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leuiter ægrotantes leuiter curant: grauioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur.
Mortiferè. Vide Mortiferè, in MORS.
Periculosè. Cic. ad Attic. lib. 8. In vnius hominis quotannis periculosè ægrotantis anima, positas omneis nostras spes habemus.
Vehementer. Cic. pro Cluentio, Ibi primùm in morbum incidit, ac satis vehementer diúque ægrotauit.
Ægrotatio, verbale {νόσημα, ἀῤῥώστημα} propriè est morbus in corpore. Vide Ciceronis exemplum in AEGRITVDO. Plin. lib. 17. cap. 24.
Ægrotatio animi. Cic. 4. Tusc. Definiunt autem animi ægrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tanquam valde expetenda sit, inhærentem & penitus insitam. Paulò pòst, Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, ligurritio, vinolentia, cupedia, & siqua similia.
Ægrotatio mentis. Cic. 3. Tuscul. Quia nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum.
AEGERIA {Αἰγερία} nympha nemoris Aricini, & vxor Numæ Pompilij secundi regis Romanorum, quæ teste Ouid. lib. 15. Metam. mortuo Numa cùm flere non desineret, Dianæ miseratione in fontem sui nominis versa est. De qua idem Ouid. lib. Fast. 3.
Ægeria est, quæ præbet aquas dea grata camœnis:
Illa Numæ coniunx, consiliúmque fuit. Liu. 1. Decad. lib. 1. Numa, &c. simulat sibi cum dea Ægeria congressus nocturnos esse: eius se monitu, quæ acceptissima dijs essent, sacra instituere: sacerdotes suos cuique deorum præficere. Paulò pòst, Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quò, quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ inferebat, Camœnis eum lucum sacrauit, quòd earum sibi cōcilia cum cōiuge sua Ægeria essent. Tradit Sipontinus moris fuisse, prægnantes Ægeriæ sacrificare, quòd eam putabant facilè conceptum aluo egerere.
AEGESTANAE AQVAE in Sicilia, de quibus sic Strabo: Calidarum igitur aquarum scaturigines habet insula multis in locis, è quibus Selenuntiæ ad Himeram salsæ sunt, Ægestanæ verò potabiles. Hæc ille lib. 6.
AEGESTANI, Siciliæ populi, quos Plinius Segestanos vocat lib. 3. cap. 8: In quem locum hæc prodidit Hermolaus, Vetus ferè lectio, Ægestani. Omnes quoque Græci codices, Ægestani, non Segestani, ab Ægesto Troë, qui cum Philoctete venerat: Thucydides, Strabo, Diodorus, Lycophron, Dionysius. In vno tamen Polybio, itémque Ptolemæo, quandoque Segestani, quod & in Cicerone ac Solino cernitur. Vide Strab. lib. 6. & 13.
AEGEVS, dissyllabum, huius Ægei vel Ægeos, penul. corr. {Αἰγεύς.} Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit coniuges, quarum prima dicta est Æthra, filia Pithei regis, ex qua Theseum suscepit. Secunda, vt testatur Ouidius, fuit Medea profuga, quam ab Iasone repudiatam, atque fugientem nō solùm suscepit hospitio, sed illam etiam sibi matrimonio copulauit, & ex ea, vt placet Iustino, Medum filium suscepit. Successit quidem in regno Pandioni regi reuera patri. Ægeo regnante, Atheniensibus bellum intulit Minos Cretensium rex ob cædem Androgei filij, legésque durissimas imposuit, vt scilicet quotannis septem iuuenes nobiles in Cretam mitterētur ad Minotaurum, qui tribus annis forte missi sunt, quarta autem sors obtigit Theseo, qui maximo patris Ægei dolore nauem conscendit. & cùm omnia nauigij ornamenta nigra essent, & nauis velum, habuit in mandatis à patre, vt si contingeret in agendis eum felicem sortiri exitum, rediens naui album poneret velum amoto nigro, vt eminus infortunium suum nosceret. Theseus autem Ariadnæ consilio victor, mandatorum immemor, non amoto velo nigro redibat. Ægeus excelsa turri prospectans nigrum velum, Theseum mortuum arbitratus, ex turri se deiecit in mare, quod ab ipso vocatum est Ægæum. & mortuus, ab Atheniensibus liberatis & Neptuni filius, & marinus deus in solatium Thesei consecratus est. Ex Bocatio, & Seruio. Ouid. lib. 7. Metamorph.
AEGIALE, pen. corr. {Αἰγιάλη} Diomedis Ætoliæ regis vxor, quam post Troiæ expugnationem in patriam reuersus, cùm cognouisset cum Cyllabaro Stheneli filio concubuisse, verecundia ductus domum noluit reuerti, vt scribit Seruius in 11. Æneid. Stat. 3. Sylu. 5, Questa est Ægiale, questa est Melibœa relinqui. Dicitur & Ægialea, pen. prod. {Αἰγιάλεια.}
AEGIALE, antiquitus nuncupabatur ciuitas, ab Ægialeo, qui autochthon seu indigena comparuit ibidem primus, sicuti memorant Sicyonij, & est à Pausania repetitum: quæ tempestate insecuta Sicyon dici cœpit de regis nomine, quem ex Attica ascitum Lamedon sibi generum adoptarat, filia illi Zeuxippe tradita. Cæl. Antiq. lect. lib. 6. cap. 48.
AEGIALEVS, Adrasti filius: quem eo bello quod secundum Argiui aduersus Thebas gessere, primo prælio iuxta Glisam oppidum interfectum, necessarij Pagas in Megaridem retulerunt, atque ibi humarunt, & adhuc heroum ipsum Ægialeum dicitur. Pausanias in Atticis.
¶ Ægialeus, Apis frater, primi Iouis filius. De quibus scribit Eusebius.
AEGIALIA, insula est adiacens Ætoliæ regioni, vt scribit Plin. cap. 12. lib. 4.
AEGIALOS, Latinè dicitur litus. Vnde Achaia propter vrbes in litore per ordinē dispositas, antè Αἰγιαλὸς vocata est, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Pausanias dictam putat ab Ægialo primo rege è Thessalia veniente, ac patre Achei qui regioni nomen dedit.
Ægiali proprio vocabulo vocantur multa litora apud cosmographos: velut inter Sicyonem & Buprasium. Est & alius finitimus Ponto, post promontorium Carambin, cuius meminit Homerus. Rursus est Thraciæ apud fluuium Strymonem. Postremò est Ægialus, cognomento magnus, inter Ægyptum & Æthiopiam. Erasmus in 27. cap. Actorum Apostolicorum.
AEGIALVS, Medeæ frater apud Iustinum lib. 42. Hunc alij Absyrtum vocant: qui cùm Medeam persequeretur, ab ea dicitur interfectus. Author Strabo lib. 7. Ægialeus vocatur ab aliis.
AEGIALVS, mons Atticæ. Solin. cap. 12.
AEGIALVS, promontorium Paphlagoniæ, vt Apollonius poeta indicat. Habet & vicum eiusdem nominis. Est alter quoque Ægialus, qui sub Agamemnonis erat imperio, in medio Sicyonis & Buprasij, ab Ægialeo Inachi filio. Est & Thracius Ægialus iuxta Strymonem. Æthiopicus quoque Ægialus iuxta Ægyptum. Ex Volaterrano.
AEGIDA, oppidum Istriæ. Plin. lib. 3. cap. 19.
AEGIDES, huius Ægidæ, pen. prod. {Αἰγείδης} dicitur Theseus filius Ægei. Stat. Thebaid. 12,
-risit vocésque manúmque
Horridus Ægides, ferratáque ab arbore magnos
Molitur iactus.
Perfidus Ægides. Ouid. 4. epist.
Perfidus Ægides ducentia fila secutus
Curua meæ fugit tecta sororis ope.
AEGILA, insula quindecim millibus passuum distans à Cythera. Plin. lib. 4. cap. 12.
AEGILODES, sinus Laconiæ, apud Plin. cap. 5. lib. 4.

AEGILIPS, Ægilipis, vrbs Epiri proxima Crocyleæ. Volaterr. ex Homero. Item locus altus, ἀπὸ τῦ αἶξ καὶ λείπειν, vt quem iam capra depasta reliquerit, aut quò præ altitudine ascendere non possit.

AEGILIVM, insulæ nomen Plinio lib.3. cap.6, contra Cosanum litus sita.

Ægilops, pen.corr. huius ægilopis, pen. prod. {αἰγίλωψ} Arboris glandiferæ species. Plin.lib.16.cap.6.

Ægilops, Fistula oculorum. Cels.lib.7. Dicitur & Ægilopa, huius ægilopæ, vox frequens Plinio.

Ægilops, Bulbi genus. Plin.lib.19.cap.5.

Ægilops, Herba hordeū enecans. Plin.lib.18.cap.17. Est herba quæ cicer enecat & eruum circunligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo æra: hordeum festuca, quæ vocatur ægilops. Hæc Plin. Virgil. Latinè vertit auenam, in hoc versu,

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Georgic. 1. Vide AVENA.

AEGILOS, insula quæ Latinis Capraria dicitur. Plin.lib.3.cap.6.

AEGIMIVS, nomen proprium viri, qui annos vixit ducentos. Author Plin.lib.7.cap.48.

AEGIMORI, sunt cōtra Carthaginis sinum duo scopuli verius quàm insulæ: inter Siciliam maximè & Sardiniam. Plin.lib.5.cap.7.

AEGIMVRVS, insula. Strabo lib.6. Est ante Siciliam & Africam Ægimurus, & aliæ quædam exiles insulæ. Idem libro 7, Non procul à Corsica & Sicilia distant, cùm aliæ complures insulæ, tum etiam Ægimurus. Stephano Ægimoros dicitur. Ex Hermolao.

AEGINA, Æginæ, pen.prod. {αἴγινα} Asopi regis Bœotiæ filia, cum qua Iupiter in ignis specie congressus est, ex eáque genuit Æacū & Rhadamanthum. Ouid. Metam.7.

AEGINA, insula Epidaurico litori proxima. Mela lib.2. Hæc vt tradit Strabo lib. 8, inter Cyclades insulas nobilissima est. Hinc Æacus, eiúsque posteri genus duxisse decantantur. Hæc est quæ maris aliquando tenuit imperium. Hæc est quæ contra Atheniēsem populum in nauali ad Salaminem prælio de principatu contendere non dubitauit, qua tempestate Persæ Græciam inuaserant. Eius insulæ ambitus, 180 stadiorum esse traditur. Eiusdem appellationis oppidum in ventum Africum vergens habet. Illam Attica & Megarica coronat ora, & Peloponnesus vsque Epidaurum, cùm centum ferè stadiis singulæ ab illa distent. Pars autem Orientem Austrúmque prospectans, Myrtoo perfunditur pelago, ac etiam Cretico. OEnoa diu vocata est: seu potius OEnone, penult. prod. vt Plin.lib.4.cap.12. & ex Pausania Cæl. Antiq.lect.lib.5.cap.44. Ephorus scriptis prodidit, primò Æginæ à Phidone signari cœptum argentum. Emporium autem ideo effectum, quia locus admodum sterilis erat: proinde homines illi maritima mercando negotia tractare assueuerunt. Vnde multis variísque rebus constantem quæstum, Æginæam appellamus mercaturam.

Æginam insulam ab Ægina Æaci matre nomen habere putat Ouidius, eandémque OEnopiam prius vocitatam. Eius verba sunt libro 7. Metamorph. -latere inde sinistro

OEnopiam Minos petit Æacideia regna.
OEnopiam veteres appellauere: sed ipse
Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Ouidio quoque subscripsit Stephanus.

Æginæus, adiectiuum {αἰγιναῖος} vt, Æginæa mercatura.

Æginæa, Æginæorum, gen. neut. dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur maius cæteris. Sunt etiam Æginæa, rerum venalium onera miscellanea, Id est, sarcinæ complectentes varias merces. Vnde Æginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Cæl.lib. Antiq.lect.11.cap.56. & Erasm. in Chiliad.

Æginensis {αἰγινήτης} Æginæ incola.

Æginenses (ait Strabo lib.8.) Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quòd inualescente ingenti pestilentia, formicæ ad preces Æaci in homines versæ fuerint, verùm quia formicarum more terram fodientes, petras transportarent, vt agricolandi materiam haberent. habebāt enim terram supernè lapidosam, infernè frumentis idoneam. Itaque asportandis lapidibus quodammodo formicarum industriam repræsentabant. Quarum etiam more in cauernis habitabant, frugalitati & parsimoniæ studentes, impensásque ædificiorum vitantes.

Ægineticus {αἰγινητικὸς} adiect. Vnde æs Æginericū Plin.lib.34.ca.2, nō quod insula ipsa gigneret, sed quod ibi officinæ præclarè tēperarent.

Ægineta, Æginetæ, pen. prod. {αἰγινήτης} Idem. Hinc Paulus Ægineta, clari inter medicos nominis.

Æginopolæ, pen.prod. Vide AEGINAEA.

AEGINIVM, oppidum Macedoniæ, in ea regione quæ appellatur Pieria. Plin.lib.4. cap.10.

AEGIOCHVS, pen.corr. {αἰγίοχος} Iouis epitheton, ab ὀχεῖν, & αἰγὸς, Id est, ab alimonia & capra, quia puer fuerit nutritus à capra: vel ab ἔχειν, tenere, & αἰγίδα, quoniam ægide vtitur. vel quia corio capellæ Amaltheæ vsus fuerit pro scuto, quando contra Titanas dimicauit.

AEGION, αἴγιον Suidæ, oppidum Achaiæ propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Plin.lib.4.cap.5.

AEGIPAN, Ægipanos, pen. prod. {αἰγίπαν} Semicaper, Pan deus. Ægipanes sunt nudi, leues, caprinos pedes habentes. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanósque: Faunos quidem ac Satyros, nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum. Plin.lib. 5.cap.1. Et cap.8, Ægipanos semiferos, & Blemmyas, & Satyros.

AEGIRA, insula. Plin.lib. 5. cap.31. Est etiam eiusdem nominis oppidum in Achaia. Idem lib.4.cap.5. Idem lib.18.cap.9, Taurinus quidem sanguis recens inter venena est, excepta Ægira. Ibi enim sacerdos Terræ vaticinatura, tauri sanguinem bibit priusquam descendat in specus.

AEGIRA, vrbs inter Ætolos & Peloponnesiacos. Author Pomp.lib.2.

Ægirinon, ægirini, n. g. Populneum vnguentum {αἰγείρινον.} Ruellius lib.1.cap.119, Vnguentum populneum, quod Ægirinon Græcis dicitur, ex vua populi, quæ bryon est, conficitur verno tempore, cùm plurimum grauis est prægnánsque resina.

AEGIROESSA, {αἰγιρόεσσα} oppidum Æolidis in Asia, cuius meminit Herodot.lib.1.

Ægiros, pen.prod. {αἴγειρος} arbor quæ Latinè Populus nigra dicitur.

AEGIRVS, {αἴγειρος} vicus est agri Methymnæi, cuius meminit Strab. libro 13.

AEGIRVS, vt ex Pherenico refert Cælius, Oxyli filia fuit. Hic enim cum Hamadryade fuit congressus sorore Caryam genuit, ac Balanum, Cranium, Oream, Ægirum, Ptelcam, Ampelum, Sycam, quæ & Hamadryades nuncupantur nymphæ: vnde & arboribus conciliata nomina. Hæc ille lib. Antiq.lect. 18.cap.9.

Ægis, {αἰγὶς} apud Græcos varia significat. Pelliceum tegmen quod gestant Aphri. Præterea maris intumescentis vndas, ac ventorum procellas & turbines. Alij malunt esse quid è coronis contextum, aut rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem, & ita ingredi ad eos qui nuper duxissent vxores. Apparet autem in huiusmodi sacris multum fuisse licentiæ, quemadmodum & apud Christianos multis ineptiis celebrantur nuptiæ. Vnde factum est prouerbium, Ægis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Simul quoque allusum est ad procellam. Ex Erasmi Chiliad. & Cælio Antiq. lect. lib.18.cap.6. & cap.38. Est insuper Ægis, scutum Iouis, vt Iliados 4: & Palladis, vt Iliad.5. describitur: in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput, serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox in lapides vertebantur, vt canit Ouid.4. Metam. ad finem. Seruius, Ægis propriè est munimentum pectoris æreum à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorū statuis videmus, lorica dicitur. Virgil.8. Æneid.

Ægis coruscans. Valer. Flac. Argonaut.4.

Cruenta. Claudian.3. de rapt. Proserp.

Fulua. Claudian.7. Panegyr.

Irata. Claudian.lib.3. de rapt. Proserp.

Nigrans. Virgil.8. Æneid. -Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iouem, cùm sæpe nigrantem
Ægida concuteret, dextra nimbósque cieret.

Sonans. Horat.lib.3. Carm.4,
Contra sonantem Palladis ægida.

Terrifica. Valer. Flac. Argonaut 6.

Ægisonus, pen.corr. {αἰγίσονος} Hinc Ægisonum pectus Palladis. Valer. Flac.lib.3. Argonaut.

Ægis {αἰγὶς} ornamentum pectorale, Polluci lib.5.cap.16. Ouidius autem lib.2. de Art.amand. Ægidem appellat gemmas, & alia huiusmodi ornamenta, quibus deformitatem tegunt mulieres.

-gemmisque auróque teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sui.
Sæpe, vbi sit quod ames, inter tam multa requiras:
Decipit hac oculos ægide diues amor. Idque metaphoricè.

Ægis, arboris laricis fœmina. Plin.lib.16.cap.39.

AEGISTHVS {αἴγισθος} filius Thyestis ex Pelopeia filia. Pelops enim Tantali Phrygiæ regis & Thaygetæ filius, ex Hippodamia Atreum & Thyestem sustulit, Peloponnesi prius, deinde Mycenarum reges. Porro iis alternatim administrantibus, (sic enim inter eos conuenerat) Thyestes cùm sciret regnum penes eum fatali dispositione mansurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem Atreus regiam ingressus diligenter custodiebat, corrupta Ærope (alij Europam malè vocant) Atrei vxore, imperium ad se transferri posse iudicauit. Itaque stuprata fratris coniuge, duos filios ex ea sustulit, Tantalum & Philisthenem. Quod vbi resciuit Atreus, Thyestem regno expulit. Sed paulò pòst simulata reconciliationis gratia, eum ab exilio reuocauit. Cui tandem Tantalum & Philisthenem partim elixos, partim assos, non solùm apposuit epulandos, sed etiam eorum sanguinem vino permixtum propinauit, allatáque eorum capita post epulas ostendit. Quod scelus ne videret Sol, vultum suum auertit. At verò tam impij facinoris cùm Thyestes à diis vltionem exquireret, respōdit Apollo posse alio scelere eius sceleris vindicē nasci, si cum Pelopeia filia cōcumberet. Quo peracto, natus est puer: qui à matre propter cōscientiam abiectus, vberibus tamen capræ nutritus, ex rei euentu Ægisthus est appellatus. Hic cùm adoleuisset, Atreum occidit: & Agamemnonem eius filium ex bello Troiano redeuntem interemit, adiuuante Clytemnestra vxore, quæ corpus suum Ægistho per adulterium prostituerat. Ipse tandem Ægisthus ab Oreste Agamemnonis filio peremptus est, necem patris vlciscente. Hæc latè describit Seneca in Thyeste, & rursum in Agamemnone. Lactant. quoque in libro 4. Thebaid.

Ægisthus adulter, desidiosus. Ouid.lib.1. de Remed. amor.

Ægisthus Thyestiades, quia Thyestis filius. Ouid.2. de Art.amand.

Ægisthum C. Cæsarem gemens & indignabundus Pompeius vocare solebat. Suet. in Cæsare Dictatore, cap.50, Quemadmodum enim Ægisthus cum Clytemnestra vxore Agamemnonis summi Græcorum imperatoris consuetudinem habuit adulterij, sic Iulius Cæsar Mutiam vxorem Pompeij summi Romanæ militiæ ducis absentis adulterio corrupit. Quam propterea repudiauit Pompeius: quanuis ex ea iam tres liberos sustulisset. Author Suetonius.

Ægithalos, auis est apud Aristotelem, quæ à Theodoro Parus vertitur. Hermol. in Plin.

Ægithus, auis minima, dissidet cum asino. Plin.lib.10.cap.74, Spinetis enim se scabendi causa atterēs, nidos eius dissipat: quod adeò pauet, vt voce omnino rudentis audita, oua eiiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans, vlcera eius rostro excauat. Et paulo pòst, Ægithum verò odit Anthus in tantum, vt sanguinem eorum credāt non coire. Plin.lib.10.cap.75.

Ægitis, penult. prod. αἰγῖτις Dioscoridi, herba est, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

AEGIVM

AEGIVM {αἴγιον} oppidū Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quod in loco Iouem à capra nutritum ferunt, vnde oppido nomen. Strab. lib. 8.

AEGLE, Ægles {αἴγλη} nymphæ nomen, Solis ex Neæra filiæ. Virgil. eclog. 6.

Ægle Naiadum pulcherrima. Latinè interpretatur splēdor. Est etiā Lunæ nomen. Item genus ludi. Sed & placentæ genus, testibus Pausania & Cratino.

AEGLES, Nomen athletæ cuiusdam Samij, qui quum mutus esset antea & elinguis, repentè loqui cœpit. Gel. lib. 5. cap. 9. & Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8.

Ægocephalos, auis est liene omnino carens. Authores Aristot. lib. 2. Et Plin. lib. 11. cap. 37. Capriceps vertitur.

Ægoceras, Fœnumgræcum. Plin. lib. 24. cap. vlt. Nec fœnogræco minor authoritas, quod Telin vocant, alij Carphos: aliqui Buceras: alij Ægoceras, quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam.

Ægoceros, penul. cor. huius ægocerotis, vel ægocerotos, penul. prod. m. g. Latinè dicitur Capricornus {αἰγόκερως} Lucr. lib. 5,

Nec ratio solis simplex ac recta patescit,
Quo pacto æstiuis è partibus Ægocerotis
Brumales adeat flexus: atque inde reuertens,
Canceris vt metas vertat se ad solstitiales.

Hunc Iupiter, quòd cum eo erat nutritus, inter sydera cælestia esse voluit, vt capram nutricem. Fabulam describit Hyginus.

Humidus Ægoceros. Lucan. lib. 9.

Ægolethros {αἰγόλεθρος} Herba in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta à capris interimendis.

AEGON, Ægonis {αἴγων} viri proprium, qui deficiente olim Archinis Heraclidarum familia, ex qua regem creari mos illis antiquus erat, rex ab illis creatus est: quòd, cùm sciscitantibus illis de rege creando deus respondisset, aquilam ostensuram, paucis pòst diebus aquila super Ægonis domo consederit. Ex Budæo.

Ægon, Ægonis, pen. prod. nomen pastoris apud Virg. ecloga 3.

Ægon Lyctius. Virg. ecloga 5,

Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon.

Seruius: Lyctius, Cretensis.

Ægon, Caprile siue caprarum stabulum.

Ægon, pro mari Ægæo apud Stat. lib. 5. Thebaid.

-Delóve sonanti
Peior, & innumeris quas spumifer assilit Ægon.

Lactantius, Ægon, mare Ægæum, quod insulas plurimas habet, dictum ab Ægæo patre Thesei. Assilit insulas. Id est, circunfluit.

Valerius Flac. lib. 1. Argonaut.

-vix littore puppim
Soluimus: & quanto fremitu se sustulit Ægon?

AEGONENSIS, porta Romæ, & Quirinalis, eò quòd mons ipse Quirinalis prius Ægonensis cognominatus est. Calepinus.

Ægonomus {αἰγονόμος} Caprarum ductor, qui & Æpolus dicitur.

Ægonychon, Herba est quæ & Lithospermon dicitur, & ab aliis semen leoninum. Ab omnibus tam officinis quàm medicis hodie Milium Solis appellatur, quòd (vt reor) semen candore solari ac lucis splendore fulgeat. Ruellius lib. 2. cap. 70.

AEGOPHAGOS, Cognomen Iunonis apud Lacedæmonios, quòd ibi capræ illi immolarentur. Cæl. Antiqu. lect. lib. 18. cap. 5.

Ægophthalmos {αἰγοφθαλμός} gemma sic ab oculo caprino cognominata. Plin. lib. 37. cap. 11.

AEGOS {αἰγός} flumen in Chersoneso Thraciæ, naufragio classis Atticæ insigne. Author Mela lib. 2. Marcel. lib. 22, Chersonesum pulsat Ægos potamos, in quo loco lapides casuros ex cælo prædixit Anaxagoras. Hermolaus putat Ægos genitiuū esse casum ab Æx nominatiuo: traditque eius loci accolas à Stephano Ægopotamitas vocari. Plin. lib. 2. cap. 58, Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimæoctauæ secundo anno prædixisse, cælestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset è sole. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehis, colore adusto. Apud hunc fluuium classem Atticā fregit Lisander Lacedæmonius, Athenis postea semidirutis, & triginta Tyrannis impositis: vt Plutarchus in eius vita est author. Meminit & Iustinus lib. 5.

AEGOSTHENENSES, Græciæ populi contributi Magarensibus. Plin. lib. 4. cap. 7, Horum ciuitatem Pausanias vocat Ægosthenen.

AEGOSTHENIA {αἰγοσθένια} Ciuitas est Locridis, quam recenset Ptolemæus in descriptione Achaiæ.

Ægrè, Ægresco, Ægrimonia, Ægritudo, Ægrotus, Ægroto, Ægrotatio, Vide AEGER.

AEGVSA, Vide AETHVSA.

AEGYON, siue ENGYION, Vrbs fuit in Sicilia, non magna, sed valde vetusta, & celebris, dearum, quas Materas vocant, religione: quarum templum à Cretensibus ibi positum fuisse ferunt, vbi hastæ quædam ostendebātur, & ex ære cassides: & hæ quidē Merionis, illæ verò Vlyssis inscriptiones habebant, vt Plutarchus in Marcello prodidit.

Ægyptilla, æ, Gemma est, de qua Plin. lib. 37. cap. 10.

AEGYPTINI, penult. prod. Dicuntur Æthiopes, quia Ægyptiis sunt finitimi. Festus.

AEGYPSOS, seu AEGYPSVS {αἴγυψος} vrbs ad ripam Istri fluuij sita, nomen habens ab Ægypso Caspio conditore. Ouid. lib. 1. de Ponto, eleg. 9.

AEGYPTA, Ciceronis libertus: cuius idem meminit ad Tyronem lib. epist. 16. 13, Ægypta ad me venit. Et ad Atticum lib. 8, Epistolas mihi tuas Ægypta reddidit.

AEGYPTVS, & DANAVS {αἴγυπτος καὶ δαναός} filij fuerunt Beli Babyloniorum regis: quorum hic ex diuersis vxoribus quinquaginta filias habuit, ille totidem filios. Inhians imperio Ægyptus fratris filias matrimonio suis filiis iūgi flagitabat. Abnuebat Danaus, quoniā oraculi responso acceperat se generi manibus occidēdum. Parata igitur classe, Argos profectus est: expulsóq; Gelanore, Argiuorum imperio potitus. Porrò Ægyptus eò misit filios, ea quidē lege, vt ad se nō redirent, nisi Danao interempto, aut connubiis cum filiabus eius initis. Obsidione igitur coact' Danaus, filias suas fratris filiis despondit. sed ipso nuptiarū die gladios virginibus dedit, quibus prima nocte viros interficerent, necē eis interminatus nisi parerent. Itaque omnes mandata patris sunt executæ, dēpta vna Hypermnestra. Hæc enim Lino, seu Lynceo, viro pepercit, eumque à somno excitatum impulit vt fuga suæ saluti consuleret. Author Lactant. in 2. Thebaid. Statij. Ægyptus autem, vt scribit Manethon, eiecto fratre Danao, sexaginta octo annis regnū Ægypti tenuit, & ex suo nomine regionem Ægyptum dixit, quum antea Aeria diceretur. Addit Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1, quosdam fabulari, Nilum fluuium amore captū filiæ Ogdoi regis, qui Memphim vrbem condidit, & de filiæ nomine sic appellauit, in tauri formam conuersum, puellam compressisse: éxque ea genitum, quem propter virtutem incolæ Ægyptum dixere: à quo & regio sit omnis denominata.

Ægypti nuptiæ, inauspicatæ & infelices dicebantur. Sumptum à notissima fabula Ægypti, qui filios quinquaginta, totidem Danai fratris filiabus maritos dedit. At hi præter vnū, omnes à sponsis iugulati sunt. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocia nascuntur exitia. Erasm. in Chiliad.

AEGYPTVS {Αἴγυπτος} (vt inquit Pomponius Mela lib. 1,) Asiæ prima pars. in duas diuiditur partes. Delta, ex forma literæ, quæ Ptolemæo, itémque Plinio Ægyptus inferior vocatur. Altera, quæ secundum Nilum contermina Æthiopiæ meridiem versus vsque ad Syenen procedit: Thebais appellata. De Ægypti antiquitate, ac disciplina sacerdotū (quos prophetas vocant) innumerabilia penè ab authoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melāpus, Pythagoras, Homerus, Solon, Musæus, Plato, Democritus, Apollonius, Tyanæus, compluréesque alij eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisque patriam retulere. Primi siquidem omnium Ægyptij immortalem esse animam dixere, eámque de corpore in corpus vagari, vt est author Diodorus. Vide Plin. lib. 5. cap. 9.

Ægyptus vniuersa, teste Stephano, prius Aeria vocata est, quòd fusco & caliginoso sit aere. Id quod etiam testatur Plin. lib. 21. cap. 7, Rosa, ait, & crocum odoratiora, cùm serenis diebus leguntur: & omnia in calidis quàm in frigidis. In Ægypto tamen minimè odorati flores, quia nebulosus & roscidus aer est à Nilo flumine. Meminit & Gellius libro 14. cap. 6.

Ægypti sulcus. Libyæ nō curat arenas. Adagium ex Antiphili epigrammate depromptum. Dicitur autem de loco nō admodum quidem lato, sed insigniter fœcundo ac fructuoso: qui longè anteponendus est desertis incultisque agris, tametsi vastioribus. Siquidem Ægyptus magnitudine cedit vtique Libyæ, sed ita, vt illius tota vastitas ne huius quidem assequatur portiunculam. Nēpe Ægyptus dicta est veteribus publicum orbis horreum. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 16. cap. 20.

Demens Ægyptus, ob vanas superstitiones, & deorum portenta ab Ægyptiis excogitata. Iuuenal. saty. 15.

Ferax. Claud. Epigram. 6. de Nilo, Ægyptus sine nube ferax, imbrésq; serenos, &c.

Fertilis. Dionysius de situ orbis interprete Prisciano, Fertilis Ægypti terras fœcundat opimas. Plin. lib. 17. cap. 4, Est fertilis Thracia frugum, rigore: æstibus, Africa & Ægyptus.

Hiulca. Id est, ob nimiam siccitatem diducta. Stat. Theb. 4.

Horrida. Id est, incompta. Iuuenal. Satyr. 15, -horrida sanè
Ægyptus: sed luxuria, quantum ipse notaui,
Barbara famoso non cedit turba Canopo.

Iacens per plana. Lucan. lib. 2. de Eridano,
Non minor hic Nilo, si non per plana iacentis
Ægypti Libycas Nilus stagnaret arenas.

Loquax ac ingeniosa in præfectorum contumelias prouincia Ægyptus: in qua etiam qui vitauerunt culpam, non effugerunt infamiam. Seneca in consolatione ad Albinam.

Memphitis. Hoc est, Memphitica, à Memphi præcipua Ægypti vrbe. Iuuenal. satyr. 15,
-ánne aliam terra Memphitide sicca
Inuidiam facerent nolenti surgere Nilo?

Sagax, à studio rerum syderalium. Macrob. in somnium Scipionis lib. 1, cap. 21. Claudianus in Ruffinum lib. 1.

Viridis. Virg. 4. Georg. de Nilo,
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Ægyptiacus, penul. cor. adiectiuum. Plin. lib. 6. cap. 28, Ad mare nostrum littúsque Ægyptiacum.

Ægyptius, adiectiuum {αἰγύπτιος} Sil. Ital. lib. 13,
-Ægyptia tellus.

Cic. in Pisonem, Nomen ad dignitatem imperij, regi Ægyptio vendidit.

Ægyptio Scytha non inuidet. Prouerbium dici solitum, quando in dissimiles, & quos nunquam nouerimus, non exeritur virulenta rabies. Cæl. lib. 20. cap. 30.

Ægyptij machinarum artifices. De versutis, & (vt ait Plautus) consutis dolis dictitatum. Torqueri potest & in perplexas sophistarum argutias, ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in sycophantas ac delatores, qui vera falsis permiscendo, nectunt calumnias. Erasm. in Chiliad.

Ægyptiis duplex fuit scribendi genus. Vnum, quod vulgò discunt: alterum, quod sacras literas appellant, soli sacerdotes attingunt, à parentibus per manus traditas: quas ab Æthiopibus primùm accepere. Nō enim literarum cōpositione, aut à literis verba exprimuntur, sed animalium aut aliarum rerum imaginibus. Scribūt enim Accipitrem, vt rem sacram denotet: Crocodilum, vt malum: Oculum, vt iustitiā: Manum dextram passam, vt liberalitatem: Compressam, vt auaritiam: & iis similia. Denique à dextro ad sinistrum scribunt latus. Hæc Volaterranus ex Diodoro. Primi (ait Tacitus lib. 11) per figuras animaliū Ægyptij sensus mentis effinxerunt: & antiquissima monumenta me-

moriæ humanæ impressa saxis cernitur. Cæl. Antiqu. lect. lib. 16. cap. 25, tradit literas id genus appellari Hieroglypha grammata, quòd iis mysteria in rebus sacris significarentur.

Fallax Ægyptiorum gens, semperque alia cogitans, alia simulans. Hirtius in commentario belli Alexandrini.

Tusci, ob ingentem regionis calorem. Propert. lib. 2.

Ægyptij à Dione philoxeni nuncupantur. Id est, in vinum procliues, ac philopotæ, quoniã apud eos cõperta primùm tradatur vitis in Plinthine ciuitate: vt scribit Hellanicus: vnde facti sunt vinolenti. Vide Cæl. Antiqu. lect. lib. 9. cap. 3.

Ventosi Ægyptij. Vopiscus, Sunt Ægyptij ventosi, furibundi, iniuriosi, nouarum rerum auidi.

AEGYS {αἰγυς} oppidum est Laconicæ regionis apud Stephanum.

Æ L

AELANA, Ælanorum, genere neutro, plurali numero, vt ait Hermolaus, vrbs Arabiæ fœlicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Ælaniticus maris Arabici sinus, quem alij Elenaticum vocant. Artemidorus Aleniticum. Iuba Læniticum. Plin. lib. 6. cap. 28.

AELETANI {αἰλετανοὶ} populi sunt apud Strabon. lib. 3, intra Iberum, vsque ad montem Pyrenæum, & Pompeiana trophæa habitantes.

AELIA {αἰλία} vrbs Palæstinæ ab Ælio Adriano, quondam Hierosolyma, nunc Hierusalem. Steph.

AELIANVS {αἰλιανὸς} sophista Romanus à Philostrato maximè laudatur, quòd Romanus homo tam probè Atticissauerit, támq; eleganter peregrinã à patria vocẽ retinuerit. Scripsit de animalibus, De varia historia, De re militari, quæ omnia ad nos peruenerunt. Fuit auditor Pausaniæ sub Adriano principe. Decessit annorum sexaginta, sine liberis, quum cælebs fuisset. Volater. Eius meminit Cæl. Antiqu. lect. lib. 11. cap. 65.

Ælij, vel etiam Helij {αἰλιοι} dicuntur, quibus duæ nupserint sorores. Cæl. Antiqu. lect. lib. 15. ca. 24. Alciatus lib. 2. dispunct. cap. 23.

AELIA gens plebea fuit Romæ. Nam quod Põponius scribit in l. 2. D. de orig. iur. Ælium Tuberonem patriciũ fuisse, perspicuè falsum est. Nã vt hoc omittam, Tribunos pl. ex Ælijs cõplures fuisse (quod sanè hac in re solet valere plurimũ) illud certè satis magno argumento nobis esse debet, quòd cùm cõsulũ alter è plebe, alter è patriciis crearetur, authore Liuio, Ælij cũ patriciis semper, nũquã cum plebeis comparati sint. Qui enim primus Æliorũ consulatum est adeptus, collegã Sulpicium habuit: secundus Fabium: tertius Seruilium: quartus Valerium, vsque ad annum DXXCI. quo quidem anno duo primũ è plebe Coss. creati sunt, C. Popilius, & P. Ælius, vt in tabulis Capitolinis notatum videmus. Æliorum autem alij Pæti sunt, alij Tuberones, Ligures, Cati, & Lamiæ. Pæti cognomen qui primus tulit, quòd oculis leuiter declinatis esset, sic dictus est, teste Porphyrione in Horatij sat. 3. Acro tamen eũ cuius oculi huc illuc celeriter mouerẽtur, Pætum nominatum existimat. Hoc Æliorum fuisse cognomen Cicero, tum in Sextiana, tum etiam in Cuentiana demonstrat, cùm ait, Quid tu, inquit, Pæte: hoc enim sibi Stalenus cognomẽ ex imaginib. Æliorũ delegerat, ne si se Ligurẽ fecisset, nationis magis suæ quã generis vti cognomine videretur. Vbi tamẽ in omnibus, quos ego quidem viderim libris, Paceto, pro Pæte corruptè legitur. Cati à P. Ælio dicti sunt, quem Ennius, quia Iuris Ciuilis omnium peritissimus esset, Catum, id est, sapientem, authore Varrone appellauit. Lamiæ verò à Lamo Formiarum tyranno. Horat. lib. Carm. 3,

> Æli, vetusto nobilis ab Lamo
> (Quando & priores hinc Lamias ferunt
> Denominatos & nepotum
> Per memores genus omne fastos)
> Authore ab illo ducis originem
> Qui Formiarum mœnia dicitur
> Princeps, & innantem Maricæ
> Litoribus tenuisse Lyrim
> Latè tyrannus. Hæc ex Richardo Streinnio.

Æliorum familia Romæ pauperrima fuit: adeò vt sexdecim eodẽ tempore Ælij fuerint: quibus vna domuncula erat, & vnus in agro Veientano fundus, sitq; max. mo circo Flaminio spectaculi locus. quæ quidem loca ob virtutem publicè donata possidebant. Eadem gens nullum antè scrupulũ argenti habuit, quàm Paulus Perse rege deuicto, Q. Ælio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex præda donaret. Valerius Maxim. lib. 4. cap. 4.

Ælios cum diphthongo, & Helios cum aspiratione in antiquo marmore inuenimus: vt author est Volaterr. in Anthropologia.

Ælia series, Hoc est Æliorum familia. Claudian. in laudibus Serenæ reginæ, epigram. 22, Hispaniã alloquẽs, -series his fontibus Ælia fluxit.

Ælium Catum quum legati Ætolorum in Consulatu prandẽtem in fictilibus adiissent: missa ab his vasa argentea non accepit: neque aliud habuit argenti ad supremum vitæ diem, quã duo pocula, quæ L. Paulus socer ei ob virtutem deuicto Perse rege donasset. Plin. lib. 33. ca. 11. Hic teste Cicerone lib. 1. de Oratore, prudẽtia & Iuris Ciuilis scientia præditus, hoc carmine celebratur ab Ennio, Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus. Censuram cum M. Cethego egit, in qua in spectaculis senatum secreuit à populo, quum promiscuè prius spectaret. Cuius rei gratia plebs maximè est indignata. Volaterr. in Anthrop. Liu. 4. Decad. lib. 4.

Ælius Gallus ordinis equestris, Arabiam felicem primus subegit Romanis, ab Augusto imperatore missus. Plin. lib. 6. cap. 28. Strabo lib. 2. lib. 16. & lib. 17. Huius amicitia vsus est Strabo Geographus, & cum eo Nilum nauigauit, totámque ferè Ægyptum lustrauit, ac bonam etiam Africæ partem. Testis ipse Strabo.

Ælius Grammaticus cognomine duplici fuit. Nam & Præconis, quòd pater eius præconium fecerat, vocabatur: & Stylo, quòd orationes nobilissimo cuique scribere solebat, tanto optimatum fauore, vt Metellum Numidicũ comitatus sit in exilium. Sueton. De illustribus Grammaticis: apud quem corruptè (vt puto) legitur Lælius Istilo. Certè Volaterranus Ælius Stylo legit: & Plin. lib. 9. cap. 35, Ælij Stylonis testimonium citat aduersus Fenestellam.

Ælius Mantia Formianus Libertini filius, de quo legendus Valer. Max. lib. 6. cap. 2.

Ælius Melissus, ait Gell. lib. 18. cap. 6, Nostra memoria fuit Romæ summi quidem loci inter Grammaticos: sed maiore in literis erat iactantia & σοφιστείᾳ, quàm opera. Is præter alia quæ scripsit cõpluria, librum edidit De loquendi proprietate: vbi matronam eam esse dicit, quæ semel peperit: quę sæpius, matremfamilias, sicuti sus quæ semel peperit, porcetra dicitur: quæ sępius scropha.

Q. Ælius Tubero, vita & oratione durus, incultus & horridus fuit, eámque ob causam honoribus suorum maiorum respondere non potuit, vt Cicero de eo scribit in Bruto. Filium hic habuit L. Æliũ Tuberonem Græcis & Latinis literis eruditissimum, & antiquitatis peritissimum, vt Cicero eodem loco testatur. Huius nepos fuit L. Ælius Tubero, qui in Africam bello Ciuili Pompeiano à Senatu missus, & Vticam veniens, ab Actio Varo portu & oppido vnà cum suofilio tum ægroto prohibitus est: Quam iniuriam filius vt vlcisceretur, Q. Ligarium, qui tum in Africa Legatus à C. Cõsidio relictus erat, apud Cæsarem Dictatorem accusauit, defendẽte Cicerone: vt constat ex ea oratione quæ adhuc extat. Et cùm causam non obtinuisset, à causis agendis ad Ius Ciuile se contulit: vt scribit Pomponius de orig. iuris.

Ælius Verus Imperator, omnium primus, excogitauit Pẽtapharmacum præcipui saporis, ex sumine, phasiano, crustulo, aprugna, siue perna, & pauone, instar Vitellianæ patinæ, quæ immenso constitit, quam Clypeum Mineruæ appellauit. Author Spartianus.

Ælurus, penultima producta, {αἴλουρος} latinè felis dicitur, animal domesticum, quod vulgò catus appellatur, παρὰ τὸ αἰόλειν τὴν οὐρὰν, Hoc est, à varianda & mouenda cauda. Gell. lib. 20. ca. 7, Æslurorũ quoque oculi ad easdem vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Ælurus, Deus quidam fuit Ægyptiis celebris, quod ex Herodoto licet cognoscere, & Iuuenale, vbi scribit,

> Illic Æluros, hic piscem fluminis, &c. Sic enim legendum censet Turnebus, non ceruleos.

AELLO {ἀελλὼ} trium syllabarum, huius Aellus, vt Sappho Sapphus, nomen est vnius Harpyiarum: quę tres esse fingũtur, Aello, Ocypete, & Celęno. Testis Seruius in lib. 3 Æneidos, & Ouid. 13. Metamorph. Dicta Aello, quasi ἄλλου ἔχουσα, Id est, alienum tollens. Alij malunt à turbine & procella, quæ Græcè ἄελλα dicitur. Id quod satis innuit Valer. Flac. Argonaut. lib. 4,

> -Harpyiæ semper mea pabula seruant:
> Fallere quas nusquam misero locus. ilicet omnes
> Deueniunt, niger intorto seu turbine nimbus.

Aello, inter canes Actæonis cẽsetur ab Ouid. lib. 3. Metam.

> Præualidúsq; Lacon, & cursu fortis Aello. Ab impetuosa velocitate nomen habet, vt dictum est.

Æ M

AEMATHIA, Vide Emathia, nõ enim per æ diphthongum scribi debet, sed per e, Græcè ἠμαθία, Steph. & Ptol.

Æmidum, tumidum. Festus.

AEMILIVS, Vide AEMYLIVS.

AEMINIVM, Hispaniæ oppidum apud Ptolemæum.

AEMINIVS, fluuius Hispaniæ in Lusitania. Plin. lib. 4. cap. 22.

AEMOCHARES {αἱμοχάρης} Martis fuit cognomentum, quasi sanguine gaudens Calep. Sed rectius Hæmochares.

AEMON, (vel vt alij scribunt, Hæmon) Æmonis, pen. cor. {αἵμων} viri proprium, cuius meminit Ouid. in Ibin, Nec tibi siquid amas, felicius Æmone cedat. Egnatius ex Euripide scribit hũc fuisse Creontis filiũ natu minorem, Menœci qui se pro patria deuouit, fratrem: cui Antigone OEdipi filia desponsata fuerat: illa verò patrem in exilium secuta, Æmon à Sphinge dilaniatus est. Æmon, vt alij tradũt, iuuenis fuit Thebanus, qui tanto amore dilexit Antigonem OEdipi & Iocastę filiam, vt ad mortuæ tumulum sese interfecerit. Fuerat autẽ Antigone iussu Creõtis, qui vetuerat Græcorũ cadauera inhumari, iugulata, quòd fratrem mortuum sepulturæ noctu mandasset. Huc putarim respexisse Ouidium in carmine paulo antè citato. Proper. lib. 2. Eleg. 9,

> Quid? non Antigones tumulo Bœotius Æmon
> Corruit ipse suo saucius ense latus?

AEMON, nomen proprium viri apud Statium lib 8. Thebaid.

> Sterneret aduersos etiamnum Ismenius Æmon.

AEMONA {αἰμώνα} Colonia est in Pannonia. Plin. lib. 3. cap. 25.

AEMONENSIS, hoc est Æmonius. Cic. pro Flacc. Citat præco voce maxima legatos Æmonenses.

AEMONIA, penult. corr. {αἰμωνία} oppidum Norici, apud Plinium lib. 3. cap. 24.

AEMONIA {αἱμονία} Regio Græciæ. De ea sic Plin. lib. 4 cap. 7, Sequitur mutatis sæpe nominibus Æmonia. Eadem Pelasgicũ Argos, Hellas, eadem Thessalia, & Dryopis, semper à regibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus, à quo Græcia: Ibi Hellen, à quo Hellenes. Hos eosdem Homerus tribus nominibus appellauit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos. Strabo in fine lib. 9, tradit eam aliquando Pandoram de matris Deucalionis nomine appellatam: dein Pyrrhæam ab ipsius Deucalionis vxore Pyrrha: sed & Nesonidem à filio Thessali Nesone. Hæmonia sunt qui malint, quàm Æmonia.

Æmonia niualis. Horat. 1. Carm. 37.

Æmonius, adiectiuum {αἱμόνιος} Hoc est, Thessalicus.

Adulter Æmonius Id est, Iason. Valer. Flac. 8. Argonaut.

Artes. Id est, artes magicæ. Ouid. 2. de Arte amand.

Arcus. Ouidius 2. Metamorph. Per tamen aduersi gradieris cornua Tauri, Æmonióque arcus. Hoc est, per Sagittarium cæleste sydus. Quod dixit propter Chironem Thessalum, quem fabulantur inter sydera relatum.

Boreas Æmonius. Sil. Ital. lib. 10.

Culter. Ouid. 7. Metamor.

Æquus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Gens. Ouid. 1. Trist. eleg. 9.

Hospitium. Id est, Iasonis. Propert. lib. 1. eleg. 14.

Iuuenis. Hoc est, Iason. Ouid. 17. Metam.

Lyra. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Proceres. Ouid. 12. Metam.
Puppis. Id est, Argo. Ouid. de Arte amandi, lib. 1.
Ratis. Id est, Argo nauis Argonautarum. Val. Flac. 2. Argon.
Terra. Ouid. 1. de Remed amoris.

AEMONIDES, penult. corr. {[illegible]} nomen viri: non patronymicum, vt Thucydides. Virg. 10. Æneid. Vide Seruium.

Æmulor, penult. corr. æmularis {ζηλόω, ζηλοτυπέω} æmulari. interdum pro Inuidere accipitur: quia videlicet ex æmulatione ferè nascitur inuidia. Cic. 1. Tusc. Quumque corporis facibus inflammari soleamus, ad omnes ferè cupiditates, eóque magis incendi, quòd iis æmulemur qui ea habeant quæ nos habere cupimus.

Æmulari propriè significat cum quadam inuidia atque ambitione & quasi certamine conari, alienum opus superare, vt inde maiorem gloriam consequamur, quàm ille quem æmulamur. Plinius Iunior, libro 7. epist. 30, Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de vltione Heluidij, Demosthenis orationi [illegible] confers. Quam sanè cùm componerem, illos habui in manibus: non vt æmularer (improbum enim ac penè furiosum) sed tamen imitarer, & sequerer tantum quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ similitudo pateretur.

Æmulari instituta ciuitatis alicuius. Cic. pro Flacc. Vt omnes eius vrbis instituta laudare facilius possint quàm æmulari.

Vitem æmularetur vlmus, ni pondus esset in culpa. Plin. lib. 16. cap. 43.

Æmulari cum aliquo. Liuius 3 Decad. lib. 8, Tanquam mihi ab infimo quoque periculum sit, ne mecum æmuletur.

Æmulari, cum datiuo. Quintil. lib. 10. cap. 1, Nam & consummati iam patroni veteribus æmulantur.

Æmulari, pro Contendere. Quintil. lib. 1. cap. 3, Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles lusus: quum positis inuicem cuiuscunque generis quæstiunculis, æmulantur.

Æmulans, Participium {ζηλῶν} Liu. lib. 1. Decad. 1, Æmulantium iuuenum cœtum Pythagoram habuisse constat, &c.

Æmulandus {[illegible]} Plin. Iunior, epist. 110, Vna diligimus, vnà dileximus omnes ferè, quos ætas nostra vtroque sexu æmulãdos tulit.

Æmulatus, huius æmulatus, penult. prod. {ζῆλωμα} Idem quod æmulatio. Hinc æmulatus agere, Id est æmulari. Tacit. lib. 13, Otho, ne in vrbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur.

Æmulatio, Verbale {ζῆλος, ζηλοτυπία} Cic. 4. Tusc. Æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, vt & in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: sed ea nihil hoc loco vtimur: est enim laudis. Et est æmulatio, ægritudo, si eo quod quis côcupierit, alius potiatur, ipse careat. Ibidem. Obtrectare verò alteri, aut illa vitiosa æmulatione quæ riualitati similis est æmulari, quid habet vtilitatis? quum sit æmulantis, angi alieno bono, quod ipse nô habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Æmulatio, ab Imitatione hoc distat: quòd Imitatio simplex est, & liuorem atque inuidiam non admittit: Æmulatio autem habet quidem imitandi studium, sed cum malitiæ operatione. Virg. lib. 6,
Æmulus exceptum Triton si credere dignum est
Inter saxa virum spumosa immerserat vnda. Ex Nonio.

Æmulatio laude excitatur. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Æmulatio alit firmiores profectus in literis. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Æmulatio alit ingenia. Patercul. lib. 1. sub finem.
Æmulatio infensa exercetur. Tacit. lib. 13, Quippe inter Agrippinam & Domitiam infensa æmulatio exercebatur.
Æmulatio, pro inuidia. Valer. lib. 1. capite De censoria nota, Instinctu autem æmulationis, animo dissidens.

Æmulator {ζηλωτής} Qui aliquem æmulatur. Cicero Attico, libro 2. 16, Quòd Sicyonij te lædunt, Catoni & eius æmulatori attribuas Seruilio.

Æmulus, pen. corr. {ζηλότυπος} Inuidus, vt ait Nonius. Virgil. 5. Æneid.
-æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus. Æmulam senectutem dixit, quòd videatur quodammodo nobis inuidere iucũdiorem ætatis felicitatem.

Æmulus, Eiusdem rei studiosus, vt ait Seruius: vel, vt Nonius, sectator atque imitator. Accipitur autem & in bonam & in malam partem. Virg. 5. Æneid. Partem rostro premit æmula pistris. Cicero pro Muræna, Fuit summo ingenio vir Zeno: cuius inuentorum æmuli, Stoici nominantur.

Æmulus & imitator studiorum alicuius. Cic. pro M. Marcello.

Æmulus, Riualis, & eiusdem mulieris vel rei alterius amator. Terentius Eunuch. 2. 1, Istum æmulum quòd poteris ab ea pellito. Cicero ad Att. lib. 6, Licebit eum solus ames, me æmulum non habebis.

Æmulus alicuius de re aliqua, Contendens cũ aliquo de re aliqua. Plin. lib. 15. cap. 18, Carthago de terrarũ orbe per cxx. annos Vrbis æmula. Hoc est, cum vrbe Roma certans de orbis imperio.

Æmula gummi arbor. Plin. lib. 1. cap. 9.
Fama æmula Herculei laboris. Id est, non minor quàm quæ de Hercule olim ferebatur: vel, quàm si aduentaret Hercules. Sil. Ital. lib. 4.
Labra æmula rosis. Id est, rosarum ruborem imitantia, & velut rubore cum rosis certantia. Martial. lib. 1,
Pestanis rubeant æmula labra rosis.
Lingua æmula Timagenis, Quæ conatur imitari Timagenem. Horat. lib. 1. epist. 20.
Lux. Stat. 2 Achilleid.
Marinis æmula mustela. Plin. lib. 9. cap. 17, Lacus Rhetiæ Brigantinus æmulas marinis mustelas generat. Id est, similes & pares.
Sidus Veneris, æmulum Solis & Lunæ. Liu. lib. 2. cap. 8.
Virtus. Lucan. Stimulos dedit æmula virtus.
Vmbra. Colum. lib. 5. cap. 6, Ne æmula vmbra viti noceat.
Ejusdem musæ æmulus. Vsurpatur apud A. Gelliũ prouerbij vice. Quadrabit in eos qui eiusdem artis aut disciplinæ sunt studiosi. Erasm.

AEMVS, siue Hęmus {Αἶμος} rex fuit Thraciæ potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluuij filiam duxit vxorem. Hi in tãtam arrogãtiam elati sunt, vt Æmus se esse Iouem, Rhodope Iunonem prædicarent, seque vt deos adorari iuberent. Qua insolentia Iupiter indignatus, eos in montes commutauit. Ouid. 6. Metam.

Æmus, seu (vt alij malũt) Hæmus, mõs est Thraciæ, vasto iugo procumbens in Pontum: cuius excelsitas sex millibus passuum subitur. Nunc vocatur *Costegnaz*. Oppidum habuit in vertice Aristæum. Plin. lib. 4. cap. 11, In Pontum quidem vergit mons Æmus, cæteros eius spatij magnitudine ac sublimitate superãs, mediámque Thraciam diuidẽs. Strabo lib. 7, Existimat Polybius ex eius vertice vtrunque mare cerni, vtpote Ægæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens interuallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybij sequitur Mela. Nomẽ ei inditum ab Æmo Boreæ & Orithyię filio. Author Stephanus de vrbibus. Seruius in illud Georg. Æmathiam & latos Æmi pinguescere campos, tradit montem esse Thessaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliam à Thracia Æmus diuidit. In eadem est sentẽtia idem Seruius in illud 2. Georg.
-ô qui me gelidis in vallibus Æmi Sistat, &c. Liu. 4. Decad. lib. 10, montem describit.

Gelidus Æmus. Horat. 1. Carm. 12. Geticus. Stat. lib. 1. Thebaid.
Infelix mille furoribus. Val. Flac. 1. Argon.
Niualis. Claudianus, Præda sumus iam Bistoniis, Æmóque niuali.
Nubifer. Claud. lib. 1. in Ruff.
Nudus. Stat. 5. Thebaid.
OEagrius Æmus. Ouid. 2. Met. Hoc est, in quo Orpheus OEagri fluuij filius nondum fuerat à Menadibus discerptus: à cuius interitu postea cognomen OEagrij sortitus est.
Opertus niuibus. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 5,
Quum gelidam Thracem & opertum niuibus Æmum.
Orpheus, ab Orpheo ibi occiso. Martial. lib. 1.
Pulsus Aquilonibus Æmus. Id est, agitatus. Ouid. 10. Metam.
Thracius. Lucan. lib. 3.
Vmbrosus Æmus. Ouid. epist. 2. Vmbrosum putant appellari ob arborum densitatem.

AEMYLIA gens Romæ patritia antiqua & nobilis fuit, quam Festus ab Æmylio Ascanij filio ortã scribit. Plutarchus in Paullo à Mamerco Numæ regis filio Æmylios deducit: quod eò facilius credo, quia Æmylij Mamerci, & Mamercini, à gentis principe dicti sunt. Æmyliorum autem alij Mamercini erant, à Mamerco gentis authore: alij Lepidi, à sermonis lepore: alij Paulli, à pusilli corpore: alij Scauri: alij Barbulæ. Ex hac gente fuit Æmylia virgo, cuius disciplinã extincto igne vestali tutam ab omni reprehensione Vestæ numẽ præstitit, quã adorãte cùm carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit. Valer. Max. lib. 1. cap. 9.

Æmylius Lepidus puer etiam tum progressus in aciem, hostem interemit, ciuem seruauit. Cuius tam memorabilis operis index est in Capitolio statua bullata, & incincta prætexta, senatusconsulto posita. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 1.

Æmylius Lepidus Triumuir fuit cum M. Antonio & Octauio, Africam sortitus cum viginti legionibus, eóq; imperio elatus, primas sibi partes vendicabat, Octauiúmque spernebat: nec auxilium contra Sext. Pomp. petentem iuuit. Quapropter ab eodem & spoliatus exercitu, & supplex concessa vita apud Circeios relegatus in perpetuum fuit. Hic M. Æmylius Lepidus Paulum Æmylium Lepidum fratrem ante omnes proscripsit, quòd ab eodem prius ipse hostis patriæ iudicatus fuerat. Ex Volaterr. Apian. lib. 5. & Diony. lib. 49.

Æmylius Mamercus ter Dictator, Fidenates deficientes in potestatem cum oppido recepit. Censuræ honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & sex mensium spatio finiuit. Quam ob rem Censores eum tribu mouerunt, octuplicatóque censu ærarium fecerunt. Dictatura volens se abdicauit. Ex Volaterrano & Liuio 1. Decad. lib. 4.

Æmylius Paulus Consul cum Terẽtio Varrone, temeritate collegæ inire pugnam cum Annibale coactus, apud Cannas cecidit: cuius cadauer inuentum, hostis honorificè tumulauit. Ex Volaterran. & Liuio 3, Decad. lib. 2. Huius filius L. Æmylius Paulus, primo consulatu, quem post tres repulsas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Vide Liu. 5, Decad. lib. 5.

Æmylius Porcina. Cic. in Bruto. M. Æmylius Lepidus, qui est Porcina dictus, iisdẽ tẽporibus ferè, quibus Galba, sed paulò minor natu, & summus orator est habitus: & fuit, vt apparet ex orationibus, scriptor sanè bonus. Hoc in oratore Latino primùm mihi videtur & lenitas apparuisse illa Græcorum, & verborum comprehensio, etiam artifex (vt ita dicam) stylus. Hunc studiosè duo adolescentes ingeniosissimi & propè æquales C. Carbo & T. Gracchus audire soliti sunt.

Æmylius Regillus. Liu. 4. Decad. lib. 7, Æmylio Regillo, qui classe præfectum Antiochi regis deuicerat, extra vrbem in ęde Apollinis quum senatus datus esset, auditis rebus gestis eius, quantis cũ classibus hostiũ dimicasset, quot inde naues demersisset aut cepisset, magno consensu Patrum triũphus naualis est decretus. Triumphauit Cal. Febr. In eo triumpho vndequinquaginta coronæ aureæ translatæ sunt.

Æmylius Scaurus nobilis & pauper. Nam pater eius, quanuis patritius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Idem primò dubitauit, honores peteret, an argentariam faceret: sed eloquentiæ consultus, ex ea gloriam peperit. Ædilis, iuri reddendo magis quàm muneri ædendo studuit. Prætor aduersus Iugurtham pugnauit, eius tandem pecunia victus. Cõsul legem de sumptibus & Libertinorum suffragiis tulit. Vide Pliniũ Iunior. de Viris illustribus, Volaterranum, & Valerium lib. 3. cap. 2, & 7. Item lib. 4. cap. 6. & lib. 8. cap. 5. Cic. pro Fonteio, Ecquem hominem vidimus, ecquem verè commemorare possumus, parem consilio, grauitate, constantia, cæteris virtutibus, honoris, ingenij, rerum gestarum ornamentis, M. Æmylio Scauro fuisse? Tamen huius, cuius iniurati nutu propè terrarum orbis regebatur, iurati testimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmium creditum est. Huius filius M. Æmylius Scaurus Syllæ priuignus fecit in Ædilitate sua theatrum temporarium, opus maximum omnium quæ vnquã fuere humana manu facta. Vide Plin. lib. 36. ca. 15. Hic Prætor

prouinciam Sardiniam sortitus, repetundarum postulatus est apud M.Catonem,& à Cicerone defensus. Asconius pro Scauro.

AEMYLIVS, apud Sybarim Italiæ oppidum erat spectatæ venustatis adolescens, mirum in modum venandi studiosus. Vxor autem nouella cùm in alterius puellæ complexus ipsum ire opinaretur, in saltus egressa delitescebat. Conquassatis autẽ arbusculis, canes accursant, & pro fera discerpunt. Adolescẽs seipse interfecit. Plutarch. in Parallelis.

Æmylius Segestæ in Sicilia tyrannus, cuius meminit Plutarch. Volaterranus.

Æmylius, adiectiuum {αἰμύλιος.} Hinc ludus Æmylius. Horat. de Arte poet. Æmylij Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneum est. Porphyr.

Propert. lib. 3. eleg. 3. de Ennio poeta,

> Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
> Regiáque Æmylia vecta trophæa rate.

AEMYLIA regio, Est regio Italię, quæ & Flaminia & Romãdiola dicitur: in qua sunt vrbes Ariminum, Cæsena Sassina, Fauentia, Rauenna, Imola, Forumliuij, Bononia, & Ferraria.

Æmylia tribus. Vide TRIBVS.

Æmylia via. Strabo lib. 5, Æmylius Scaurus per Pisas & Lunã vsque Sabatios viam strauit Æmyliam. & hinc per Derthonem. Alia verò est Æmylia, quæ Flaminiam excipit. Eodem enim in Cõsulatu M.Æmylius Lepidus, & C.Flaminius collegæ fuerunt. Victores autem Ligurum strauere, hic quidem Flaminiam è Roma per Tusciam & Vmbriam, vsque Ariminum: Alter Æmyliam vsque Bononiam. & ex ea in Aquileiam, prope Alpium radices, ducto per gyrum circa paludes opere.

Æmylianus, penult. prod. adiectiuum {αἰμυλιανός} quod est ex familia Æmylia, & quod ad Æmylios pertinet. Hinc Cornelius Scipio dictus est Æmylianus, cùm ex Æmylia familia per adoptionem in Corneliam transiuisset. Hic postea etiam dictus est Africanus partim à suo auo adoptiuo, partim etiam quòd ipse tandem extincta Carthagine planè Africam subiugarit.

Æmyliana ædificia, erant extra Romam, de quibus Tacit. lib. 15, de Vrbis incendio sub Nerone, Plus infamię id incendiũ habuit, quia prædiis Tigillini Æmylianis proruperat. Videbatúrque Nero condendæ vrbis nouæ, & cognomento suo appellandæ, gloriam quærere.

Æ N

AENARE {αἰνάρη} Insula est in Asia finitima Samo & Lesbo, vt tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

AENARIA {αἰναρία} Insula est in Puteolano sinu, quæ nomen assumpsit à statione nauium Æneæ, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 6. Hæc Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauere: sed à figlinis doliariorum. Author ibidem Plin. Nunc Ischia vocatur, à nomine oppidi imaginẽ coxendicis in monte præbẽtis. Hermol. in Plin. in ea sunt aquæ vim medicam habẽtes: calculosis enim medentur. Autor Plin. lib. 31. cap. 2. Stat. quoque Sylu. 3. 5, Ænariæque lacus medicos, Statinásque renatas.

Ænariam, appellauere locum vbi Æneas classem à Troia veniens appulit. Festus.

AENARIVS {αἰνάριον} Lucus in Achaia, Peloponnesi regione, iuxta Olenum oppidum, in quo Achæi de rebus cõmunibus consultaturi conuentum agebant. Strabo lib. 8.

AENEA {αἰνεία} ciuitas postea dicta Ianiculum, condita à Romulo filio Æneæ, vt inquit Dionysius. Hermol. in Plin.

AENEA, teste Herodoto lib. 7. vrbs in regione Cressa contermina Mygdoniæ. Hác dicit Liuius esse propinquam Thessalonicę, & ab Ænea Troiano olim conditam. Et subdit, Proficiscũtur à Thessalonica Æneam ad statutum sacrificium, quod Æneæ conditori, cum magna ceremonia quotannis faciunt. Hæc Liuius.

AENEADES, populi, ab Ænea Thraciæ oppido, qui & Æneatæ appellantur. Hermol. in Plinium.

Æneaticus, adiectiuum ab Ænea Thraciæ oppido, cuius libro 4. Theophrastus meminit, Circa Ænean, inquit, ficus arbor scabiem non sentit.

AENEAS, {αἰνείας} nobilis Troianus Anchisæ & Veneris filius. Post excidium Troianum, post longos errores in Italiam venit: vt scribit Virgilius. Hic sapientia apud Troianos, vti Hector fortitudine præstitit. Itaque hic manus, ille sensus putabatur: ambo ætate staturaque æquales. Autor Philostratus in Heroicis. Dictys autem Cretensis dicit, Æneam & Antenorem, Ilium prodidisse Græcis: domos eorum in direptione incolumes fuisse: postremò in Italiam ambos nauigasse. Dares Phrygius Polydamanta, Antenorem, Dolonem, & Æneam proditores enarrat: dicítque ab Ænea Amphimachum & Nireum è Græcis interfectos. Homerus tradit eundem cum Diomede congressum in pugna: ac iam deficientem, Veneris matris auxilio adiutum: quę demũ & ipsa vulnerata, apud Iouẽ questa, hoc accepit respõsum,

> Non tibi bellorum partes mea nata dabuntur:
> Dulcia coniugij sed tantum vincula cura.

De hoc Vide Liuium & Iustinum lib. 43.

Æneas Iupiter indiges dictus est, vt ait Liu. lib. 1, quasi in loco vel genitus, vel degens, & magis propitius patriæ, loco, & ciuibus. De Ænea autem à Venere expiato, & deo facto, vide apud Ouid. in 14. Metam.

Acer Æneas. Virgil. 8. Æneid.

Anchisa generatus. Virg. 6. Æneid.

Anchisa satus. Virgil. 6. Æneid.

Anchisiades Hoc est, Anchisæ filius. Virg. 8 Æneid.

Bonus. Virg. 11. Æneid.

Castus. Horat. in carmine seculari. Acron, Castum pro religioso siue propitio posuit: vt. Hac casti maneant in religione nepotes. Alij castum dici putant Æneam, quasi purum & immunem à proditione Troiæ, quam ardentem ait poëta sine fraude Æneæ. Sed hæc in gratiam Augusti dicta sunt.

Cretus à sanguine Troiano. Virg. 4. Æneid.

> Venisse Æneam Troiano à sanguine cretum.

Cythereius, Cythereææ Veneris filius. Ouid. 13. Metam.

Dardanius. Virg. 6. Æneid.

Fatalis. Virgil. 11. Æneid.

Ferus. Virg 4. Æneid.

Gens deũm. Virg. 10. Æneid. Seruius: propter illud, Diis genite, & geniture deos.

Heros maximus. Virgil 6. Æneid.

Iliacus hospes, Troianus, ab Ilio. Sil. Ital. lib. 8.

Impiger. Tibul. lib. 2. eleg. 6.

Improbus. Virg. 11. Æneid. Id est, magnus.

Ingens. Virg. 6. Æneid.

Insignis pietate & armis. Virg. 6. Æneid.

Laomedontius. Id est, Troianus, à Laomedonte Priami patre. Virgil. 8. Æneid.

Magnanimus. Virg. 1. Æneid.

Magnus. Virg. 10. Æneid.

Maximus. Virg. 5. Æneid.

Penatiger, quia deos Penates secũ asportauit in Italiã. Ouid. 15. Metam.

Phrygius. Virg. 12. Æneid.

Phryx. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Pius, quia deos Penates, & Anchisen patrem suis humeris vectum, ab incendio Troiano eripuit. Virg. 1. Æneid.

Rhœteius. Hoc est, Troianus, à promontorio Troiæ. Seruius. Virgil. 12. Æneid.

Romanæ stirpis origo. Virg. 12. Æneid.

Sæuus. Virg. 11. Æneid.

Satus gente deorum. Virgilius 8. Æneid. Alibi dixit, Deûm certissima proles.

Troianus. Virg. 4. Æneid. Et 1. Æneid. Troius Æneas. Item li. 6, Tros Æneas. Et ibidem,

> Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.

Æneadæ, penult. corr. Troiani, aliquando Romani, ab Ænea oriundi. Virg. 1. Æneid. Vbi Seruius: Æneadæ, nunc Troiani, aliquando Romani: vt Æneid 8,

> Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.

Idem lib. eodem,

> Quis genus Æneadum, quis Troiæ nesciat vrbẽ?

Rursum Æn. 3,

> Æneadásque meo nomen de nomine fingo.

Ænides Æneidæ {αἰνείδης} Patronymicum. Virg. 9. Æneid.

> Atque his ardentem dictis affatur Iulum,
> Sit satis Æneide, telis impune Numanum
> Oppetiisse tuis.

Vocatiuus est. Vbi Seru. Patronym. hoc non venit ab eo quod est Æneas. Nam hic Æneades & ô Æneade faceret. Priscianus lib. 2, Si nominatiuus Græcus in ας, vel in ης, vel in ος desinat, genitiuus verò in ου diphthongum: a penultima breuis ante des inuenitur in patronymico: vt Pelias Peliades, Æneas Æneades, Menœtias Menœtiades. Nam Ænides magis contra regulam authoritate poetica posuit Virgilius, e & a correptas in i productam conuertens, vel quasi ab Æneus Ænides, sicut à Peleus Pelides, proferens in nono, Sit satis Ænide telis impune Numanum Oppetiisse tuis. Paulo pòst, Inueniuntur poetæ in quibusdam addentes quasdam literas, vel adimentes: vt Scipiades, pro Scipionides, & vt suprà diximus, Ænides, pro Æneades.

Æneis, penult. indiff. huius Æneidos, penult. corr. {αἰνηΐς} Liber de gestis Æneæ. Statius ad finem Thebaidos, ipsam alloquens,

> Viue precor, nec tu diuinam Æneida tenta:
> Sed longe sequere, & vestigia semper adora.

Ouid. lib. 2. Trist.

> Et tamen ille tuæ felix Æneidos author
> Contulit in Tyrios arma virúmque toros.

Æneidomastix {αἰνειδομάστιξ} liber à Carbilio Pictore in Virgilium æditus: quanquam nõ desint, qui eum à Mecœnate suppositum asserant. Hic eius vitia furtáque adnotauit, vt sibi quidem persuaserat stultissimus nebulo.

Æneius {αἰνείος} adiectiuum quatuor syllabarum. Virg. 7. Æneid.

> Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
> Æternam moriens famam Caieta dedisti.

Arma Æneia. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 15,

> Tityrus, & segetes, Æneiáque arma legentur,
> Roma triumphati dum caput orbis erit.

Carmina Æneia. Hoc est, de gestis Æneæ. Ouid. ad Pisonem, de Virgilio & Æneide.

Fata Æneia, mors Æneæ. Stat. lib. 5. Sylu. 3.

Pietas. Ouid. 4. Fast.

Virtus. Ouid. 14. Metamorph.

AENESI, dicti sunt comites Æneæ. Festus.

AENESIDEMVS Dymæus, prę̨sidij Argis per Achęos impositi prę̨fectus, de quo videndus Liu. 4. Decad. lib. 2.

Æneus, penult. cor. idem significat quod æreus {χάλκεος} Columel. lib. 12. cap. 20, In coctura æruginem remittunt ænea vasa.

Candelabra ænea. Cic. 6. Verr.

Equus æneus. Cic. 3. Offic.

Æneum vinculum, pro perpetuo accipiunt poetæ: quoniam, vt inquit Porphyrius, æris metallum rubigine non consumitur. Cæl. Antiqu. lect. lib. 19. cap. 10.

Æneatores {σαλπικταί} Tubicines, ab ænea tuba. Sueton. in Cæsare Dictat. cap. 32, Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo sedens repentè apparuit harũdine canens: ad quem audiendum, quum præter pastores plurimi etiam ex stationibus milites cõcurrissent, intérque eos & æneatores, rapta ab vno tuba prosiluit ad flumen: & ingenti spiritu classicum exorsus, pertẽdit ad alteram ripam. Festus, Æneatores, cornicines dicuntur. Id est, cornu canentes.

AENOBARBVS, Vide AHENOBARBVS.

Æneolum, quod ex ære fit dicimus. Festus.

AENI Insula {αἰνείου νῆσος} Est insula in sinu Arabico. Ptolem.

AENIA, αἰνεία Stephano, oppidum est Perrhæborum, non procul ab Acheloo fluuio, cuius meminit Strabo lib. 8.

AENIENSES, quorũ meminit Plin. lib. 4. cap. 2. Hermolaus ab Ænia Perrhæborum oppido putat appellatos, quos in Epiro Græci modò

Ænios

Ænios, modò Æniadas vocant. Strabo Ænianas quoque nominat: etiamsi alios hoc nomine in Ponto haberi meminit. Citantur Ænienses & à Liuio.

AENIANENSES & Magnetes (ait Xenophon de Cyri minoris expeditione, lib. 6.) in medium processere, eámque saltationem in armis saltarunt, quam patria voce Carpæan appellant, de qua vide apud eundem Xenophontem.

Ænigma, ænigmatis, pen. corr. n. g. (αἴνιγμα) vt Valla interpretatur, allegoria obscurior, quam diuinare magis quàm interpretari oportet: cuiusmodi est hoc, Quot animalia manus effugerunt, non perdidimus: quot non effugerunt, perdidimus. Gell. lib. 12. cap. 6. Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidã ex nostris veteribus scrupos appellarunt. Cicero 3. de Orat. Sumpta re simili, verba eius rei propria deinceps in rem aliam (vt dixi) transferuntur. Est hoc magnum ornamẽtum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea quæ dicuntur ænigmata.

Obscuritates & ænigmata. Cic. 2. de Diuin. Iam verò quò pertinent obscuritates & ænigmata somniorum?

Ænigmaticus (αἰνιγματικός) Obscurus, & ænigmatibus inuolutus.

Ænigmatistes, stæ (αἰνιγματιστής) Qui ænigmata componit, aut proponit.

AENIOCHI, Vide HENIOCHI.

AENNA, seu Enna (Ἔννα) ciuitas est in medio Siciliæ in excelso loco ac vndique prærupto sita, proinde inexpugnabilis. Authores Strabo lib. 6. & Liu. 3. Dec. lib. 4. Iuxta Ænnam rapta est Proserpina à Plutone, vt inter naturæ miracula refert Arist. & Halieuticõn 3. Oppianus. Meminit & Liuius loco paulò antè citato: sed fusius Cic. 6. Verr.

Ænnenses, siue Ennenses, quum vellent à Romanis ad Carthaginenses deficere, L. Pinarius præsidij præfectus omnes ad concionem vocatos vltima internecione clàm submissis militibus armatis deleuit. Liu. 3. Decad. lib. 4.

Ænobarbus (Αἰνοβάρβος) Vide AHENOBARBVS.

AENONA, æ (Αἰνῶνα) ciuitas Illyrici, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

AENOS (Αἶνος) oppidum Thraciæ liberum cum Polydori tumulo, Ciconum quondã regio. Verba sunt Plin. lib. 11. cap. 4. Straboni Poltiobria dicitur. Hermol. in Plin. Ænon prius à cõditore Poltiobriam vocabant, itémque Absynthum. nunc Ænos ab Æno amne, qui secus Ossam montem labitur: siue ab Æno Gynæi fratre. Strabo, Apollodorus, cæteri.

Ænos (αἶνος) differt à mytho, Id est, fabula: quia Ænos, vt Aristophanis interpretes produnt, non pueris concinatur, sed ad viros dirigitur: nec cõsolatorius modò est, sed parænecticus quoque. Admonet enim & docet: quod Hesiodum fecisse animaduertimus. Ænon sunt qui apologum interpretentur, item prouerbium quandoque. Cæl. lib. 15. Antiq. lect. cap. 28. Idem lib. 18. cap. 4. Griphum alio vocabulo Ænon dicunt: quod ex Eustathio est. Vti apud Clearchum: vir, non vir: auis, nec tamen auis: lignum, non lignum: lapis, non lapis. Significantur verò hæc: Eunuchus, vespertilio, ferula, pumex. Quintil. lib. 5. cap. 11. Ænon Græci vocant: nostrorum quidam non sanè recepto in vsum nomine Apologationem.

Ænulum, vas ex ære paruum. Festus.

AENVS (Αἶνος) mons est Cephaleniæ, in quo Ænæsij Iouis templum est, teste Strabone in decimo. cuius & Leon meminit in [illegible], & Demosth. [illegible]. Item Hesiodus hoc carmine,

> [illegible]   Hoc est,
> Fundebántque preces Æneio altitonanti.   Ab Æno enim Æneius deflexit.

Aenus, aena, aenum, pen. prod. (χάλκεος) trisyllabum nomen ab æs æris factum, sed æ diphthongo diuisa. Vide AHENVS.

AENVS, Germaniæ fluuius, qui in Danubium defertur, Vindelicos à Norico discriminans. Hermol. in Plin.

Æ O

AEOLA fuit, teste Homero in 10. Odyss. filia Æoli ex Lepatra coniuge.

AEOLIA (Αἰολία) vrbs Æoli. Stephan. aliter Strongyle, vna ex septem Æoliis. Plin. lib. 3. cap. 9.

Æoliæ insulæ. Vide Æolides insulæ. Æoliæ, ab Æolo qui ibi regnauit, & Vulcaniæ à Vulcano qui ibi officinam habuisse dicitur. Virgil. 1. Æneid.

> Æoliam venit. hic vasto rex Æolus antro
> Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
> Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.

Æolicus, penult. corr. adiectiuum (αἰολικός) Hinc digamma Æolicum apud Quintilianum lib. 1. cap. 4. Et rursum cap. 6. Siue illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipuéque Æolica ratione declinata.

Æolidæ (Αἰολίδαι) Ouid. 9. Metam. At non Æolidæ thalamos timuere sororum. Machareus Æoli filius cum Canace sorore concubuit, & ex ea filiũ suscepit. Byblis autem Cauni fratris amore capta, ad suum scelus eleuandum, plurali numero vtitur.

Æolides (Αἰολίδης) patronymicum pen. corr. gen. masc. epitheton Vlyssis apud Virgilium. Nam Anticliæ filius est, quæ ante Laertæ nuptias clàm cum Sisypho Æoli filio concubuit, vnde Vlysses natus est. Hoc ei apud Ouid. 13. Metam. Aiax etiam obiicit, Quid sanguine cretus Sisyphio? Author Seruius in illud Virg. 6. Æneid. Hortator scelerum Æolides.

Æolides Misenus. Virgil. 6. Æneid.

> Misenum Æoliden, quo non præstantior alter
> Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.   Bene Misenum

dicit tubicinem. Ipse est enim qui dicitur filius fuisse Æoli: quia constat sonum omnem ex vento creari. Seruius in illud 3. Æneid.

> -dat signum specula Misenus ab alta   Ære cauo.

Æolides Sisyphus, Æoli filius. Horat. 2. Carm. 14.

> -damnatúsque longi
> Sisyphus Æolides laboris.

Æolides insulæ, ait Diodorus libro 6. cap. 3. septem sunt numero (solus Seruius nouem facit) Strongyle, Euonyma, Didyme, Phœnicusa, Sacra (hanc alij Græca voce Hieram appellant) Vulcania, Lipara, in qua est eiusdem nominis ciuitas. Sitæ autem sunt inter Italiam Siciliámque recto cursu. Distant à Sicilia centum quinquaginta fermè stadiis, pares inuicem magnitudine. Earum maxima circuitu cõplectitur stadia centum quinquaginta. Ignem hactenus euomebant omnes: quarum meatus oráq; ignis etiam nunc visuntur. In Strongyle ac Sacra hucusque ex terræ hiatu ventus erũpit, & fœtor ingens: eructat quoque arenam lapidésque igneos permultos: quemadmodum & Ætnæ accidit. Asserũt nõnulli, meatus esse subterraneos, ab Ætna ad has insulas, & his omnibus eandem ignem spirandi causam esse. Has insuper insulas tradunt olim desertas fuisse: sed Liparum quendam Ausonis regis filium à fratribus dissidentem, ex Italia cum longis nauibus adducta secum militum copia, ad insulam appulisse: quæ ab eo Lipara sit appellata: Inque ea sui nominis vrbe cõdita, reliquarum quoque insularum agros excoluisse. Eo senescente, Æolus Hippotæ cum sociis quibusdam in Liparam quum venisset: sumpta vxore Lipari filia, his postmodum insulis imperauit. Verùm Liparus quũ in Italiam reuerti cuperet, iuxta Surrentum tenuit loca, quibus magna cum laude præfuit. Defunctus deinde, ac magnificè sepultus, honores heroicos ab incolis assecutus est. Æolum verò (is est ad quem fabulæ Vlyssem errantem diuertisse tradunt) iustum ac pium extitisse legimus, & erga hospites perhumanum. Præterea velis vti nautas docuit. Obseruatione ignis, qui venti futuri essent prædixit. Vnde & illum fabulæ ventorum potentem dixere. Ob eximiam eius pietatem, deorum amicus est nominatus.

Æolis, pen. corr. huius Æolidis, pen. corr. (Αἰολίς) patronymicum gen. f. Hoc est, Æoli filia vel neptis. Ouid. 11. Metam.

> Æolis interea tantorum ignara malorum
> Dinumerat noctes.

Æolis, regio Hellesponto adiacens: Mysia quondam appellata Plin. lib. 5. cap. 30.

Æolis vel Æolia, est regio Græcorum in Asia inter Ioniam & Troadem sita. Hinc dicitur Æolica lingua vna Græcorum. Plinius libro 5. cap. 30.

Æolius (Αἰόλιος) adiectiuum ab Æolide regione. Horatius libro 4. Carm. 3.

> Fingent Æolio carmine nobilem.   Vbi Porphyrio, Æolio carmine ita dictum accipe, vt si diceret, Lyrico carmine: quia quidam Lyrici poetæ, vt Alcæus, Æolica dialecto magis vsi sunt. Sanè Horatius Alcæum Lesbium imitatus est. Lesbos autem in Æolia regione est.

Fides Æoliæ. Horat. 2. Carm. 13. Id est, carmen lyricum.

Lyra. Ouid. 21. epist. Domit. Calder. Æolia, Id est, Lesbia. Nam Lesbos insula Æolica est: imò Æolicarum fermè vrbium metropolis, vt scribit Strabo, qui author est Æolicam gentem magnam fuisse, & per totam fermè Græciam euagantem. Lesbia autem fuit Sappho.

Plectrum. Propert. lib. 2. eleg. 3.

Puella. Horat. 4. Carm. 9. Id est, Sappho Lesbia.

AEOLVS, penult. corr. (Αἴολος) filius Iouis ex Acesta siue Sergesta, filia Hippotæ Troiani, à quo dicitur Hippotades. Ouid. 14. Metamorph. Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos. Hic regnauit in Æolia, & inuenit rationem ventorum. Proinde ventorum rex & ventus dicitur à poetis. Seruius: Æolus, vt Varro dicit, rex fuit insularum, ex quarum nebulis & fumo Vulcaniæ insulæ, prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos in sua potestate retinere.

Æolus rex Tuscorum. De quo Plutarchus in Parallelis.

Æolos duos faciunt Direchidas apud Ianum Parrhasium, & Diodorus Sicul. lib. 5. cap. 6. & 7. Priorem, Hellenis filium. Hellenis autem pater fuit Deucalion. Posteriorem, Hippotæ ex Menalippe. Huius posterioris filiam Arnen compressit Neptunus. Qua de re indignatus pater Metapontino cuidam qui tum casu aduenerat, Arnen ea lege tradidit, vt Metapontum illam deferret. Quo delata, geminos peperit, Æolum, & Bœotum: quem propterea Bœotum dixit quòd statim natum intra boum stabulum abiecerit. Quòd igitur inter boues fuit nutritus Bootus, & postea Bœotus est appellatus, vt tradit Euphorion.

Æolus pater, Æolus imperiosus. Stat. 10. Thebaid.

Æolus tempestatum rex. Virgil. lib. 1. Æneid.

Æolius, adiectiuum (Αἰόλιος) Virg. 5. Æneid.

> -maria omnia cœlo
> Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis.   Ouidius 14. Metamorph.
> Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris.

Tyrannus Æolius, Hoc est, Æolus insularum Æoliarum rex. Ouid. 14. Metamorph.

Senex, Sisyphus Æoli filius. Senec. in Hippol. 12.

Æolipyla, æolipylæ, pen. corr. f. g. Vitruuius lib. 1. cap. 6. Fiunt Æolipylæ æreæ, cauæ. Hæ habent punctum angustissimum, quo aquæ infunduntur: collocantúrque ad ignem: & antequam calescant, non habẽt vllum spiritum: simulac autem feruerẽ cœperint, efficiunt ad ignem vehementem flatum. Hactenus Vitruu. Porrò dictæ sunt æolipylæ, quasi Αἰόλου πύλαι: Id est, Æoli siue venti portæ. Qua figura, quáve materia fiant, parui refert, dum cauæ sint, exiguúmque habeant foramẽ, per quod infusa aqua, dum ad ignem collocatæ feruere cœperint, tantisper flatum efficiant, quoad quicquid intus habent humoris, sit feruore exhaustum, & in summum sit efflatum.

AEOS (Αἶος) Typhonis fuit filius, quem quidam scribunt Paphon Cypri ciuitatem condidisse, cùm tamen sint qui Paphi Pygmalionis filij opus esse scribant.

Æ P

AEPALIVS quum è regno suo fuisset expulsus, Herculis ope atque opera restitutus est. In cuius beneficij memoriam, ei iam rebus humanis circa OEtam defuncto, gratiam reddidit: quippe Hylum inter eius filios natu maiorem, adoptauit. Isque regni successionem suscepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuere. Strabo lib. 9.

AEPEA, Æpeæ, pen. prod. {[illegible]} vrbs Laconiæ, quæ & Thuria dicta est, Pheris contermina, sita in excelso colle, vnde Æpea, Id est celsa nuncupata est. Strab. lib. 8.

AEPHITIVS, adiectiuum. Stat. lib. 4. Thebaid. Æphitios idem ardor agros. Vbi Lactantius: Æphitios: ciuitatem vel montem à ducis nomine nuncupatos. Hi quoque Arcadiæ populi.

AEPITVS, Arcas fuit genere: heros nobilis inter Græcos qui ad Troiam profecti sunt. Cuius meminit Homer. lib. Iliad. 2.

AEPVLO, Histrorum rex, qui oppido in quod confugerat, ab Romanis capto, traiecit ferro pectus, ne viuus caperetur. Liu. 5. Dec. lib. 1.

AEPY {[illegible]} vrbs Messeniorum, quondam sub Nestoris ditione, cuius meminit Homerus lib. 2. Iliad.

> Inde vadum Alphei Thryon, altis turribus Æpy.

Strab. lib. 8. Vrbis nomen Æpy, Hoc est, sublime, ex eo quod illi situ naturali obuenit. Stat. 4. Thebaidos,

> Quos Thryon, & summis ingestum montibus Æpy.

Æ Q

Æquabilis. Vide AEQVVS.

Æquæuus, penult. prod. adiectiuum {[illegible]} compositum ex æquus, æqua, æquum, & æuum, Eiusdem ætatis: vt, Æuum hic pro ætate accipiatur. Plin. lib. 16. cap. 44, Verum altera lotos in Vulcanali, quod Romulus constituit ex victoria de decumis, æquæua vrbi intelligitur. Virg. 2. Æneid.

> Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi
> Vitam exhalantem.

Nomen est propriè poeticum. Nam æqualis, oratorium est.

Corpus æquæuum. Sil. Ital. lib. 13.

Grex. Seneca in Agamemn. 7, de pueris eiusdem ætatis.

Maiestas. Claudian. 7. Paneg.

Palmes æquæuus. Stat. lib. 5. Sylu.

Æqualis, Vide AEQVVS.

Æquamentum {[illegible]} Ab æquo, æquas, idē quod Æquilibrium. Sipontin.

Æquanimus, pen. corr. ex æquus, & animus compositum {[illegible]} Animi æqui & sedati. Auson. Sect. 4, ad Drepanium, de ludo septem sapientum,

> Æquanimus fiam te iudice: siue legenda,
> Siue tegenda putes carmina quæ dedimus.

Cicero, bono animo, & æquo animo esse dixit.

Æquanimitas, pen. corr. æquanimitatis, pen. prod. {[illegible]} Animi æquitas. Plin. lib. 18. cap. 12, Inuenio apud authores æquanimitatem fieri vescentibus ea. Hæc est propria eius nominis significatio: nempe perpetua quędam tolerantia, quum scilicet nulla re grauiter indignamur, sed æquo animo ferimus omnia. Budæus ægritudinum vacuitatem interpretatur.

Æquanimitas populi, fauor, & propitius animus, vt ait Donatus. Terent. in prol. Phorm.

> Bonitásque vestra adiutans, atque æquanimitas.

Æquanimiter {[illegible]} Moderatè, patienter, æquo animo.

Æquatio, Vide Æquo, æquas in AEQVVS.

Æquator, æquatoris, pen. prod. verbale {[illegible]} Circulus in cælo, ad cuius medium vbi sol peruenit, tunc æquales sunt noctibus dies: hunc & æquinoctialem vocat Plinius. Vide AEQVIDIES.

Æquè. Vide AEQVVS.

AEQVBSILICI, Hispaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

AEQVI {[illegible]} qui fuerint populi, non facilè distinguitur, commixti alioqui Latinis & Volscis. Volaterr. lib. 6. Georg. Hos Liu. 1. Dec. lib. 9, vocat veteres Romanorum hostes: tradítque vnum & quadraginta eorum oppida intra dies sexaginta omnia oppugnando ab Romanis capta, & pleraque diruta atque incēsa, noménque Æquorum propè ad internecionem deletum.

AEQVICOLA gens {[illegible]} Virgil. 7. Æneid.

> Horrida præcipuè cui gens, assuetáque multo
> Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:
> Armati terram exercent: sempérque recentes
> Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

AEQVICVLANI {[illegible]} Italię populi. Plin. lib. 3. cap. 12. qui etiam ibidem Æquicolos vocat. Ouid. lib. 3. Fast.

> Quintum Laurentes, bis quintum Æquiculus acer.

Æquidies, æquidiei {[illegible]} ea forma qua æquinoctium dicimus. Archithrenius lib. 8. cap. 9,

> -Æquator solem statione reflectit,
> Æquidiémque facit.

Idem lib. 9. cap. 4,

> Circulus æquidiem librans, Austrúmque colurus
> Qui secat & Boream, Zephyri sub cardine mundum
> Auroræque ligant.

Ibidem cap. 5,

> -hæc plenior, illa
> Æquidie breuior, brumalibus euolat horis.

Æquidiale, æquidialis {[illegible]} pen. prod. Festus, Æquidiale apud antiquos dictum est, quod nunc dicimus æquinoctiale: quia nox dici potius, quàm dies nocti annumerari debet. Græci quoque in hoc cōsentiunt {[illegible]} id est, æquidiale dicentes.

Æquilanium, videtur ex æquus & lana compositum. Festus, Æquilanium significat ex toto dimidium: dictum à lauatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, quum dimidium decidit sordibus. Hæc Festus. Scribitur in nonnullis exemplaribus, Æquilauium, per u in penultima: vt sit ab æquus & lauo lauas.

Æquilatatio {[illegible]} nomen duriusculè compositum ex æquo & latum: quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruu. lib. 2. cap. 8, Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur, vbi erit litera e, sinisteriore parte. Id est, æqua siue æqualis latitudo.

Æquilaterus, pen. corr. adiectiuum, Ab æqualitate laterum. Firmicus lib. 2. cap. 11. Quum æquilateri trianguli figura, in semet æqua sit & conueniens.

Æquilibrium {[illegible]} Æquatio libræ, quum scilicet pondera ita sunt æqualia, vt neutra pars libræ præponderet: Hoc est, in neutram partem libra incliner, quod & libramentum dicitur.

Æquilibrium membri. Gellius lib. 20. cap. 1, per metaphoram posuit, ita scribens, Nam cui membrum ab alio ruptum est, si ipsi itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium? vt sic sensus, an ita parem vicem reddere possit alteri, vt neque plus, neque minus rumpat ei membrum, quàm ille ipsi ruperit.

Æquilibris & hoc æquilibre, pen. corr. {[illegible]} ex æquus & libra compositum, propriè significare videtur quod ad libram æquali constat pondere: vt si dicas, Hi nummi sunt æquilibres: Id est, æquali pondere. Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruu. lib. 5 ca. 12, Deinde ad ipsam aquam & latera puluino circiter sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ suprà scripta est. Hoc est, omnino æquales: quasi ad libram æquati: vel quasi æqualiter librati, eiusdem libramenti.

Æquilibritas, pen. corr. æquilibritatis, pen. prod. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Confugis ad æquilibritatem: sic enim [illegible] (si placet) appellemus, aliter æquabilitatem.

Æquimanus {ἀμφιδέξιος} A nonnullis dicitur velut ambidexter, qui scilicet vtraque manu æquè vtitur. Nos enim sinistram immunem & propè mancam inutilémque gerimus: quibusdam vtraque est munifex, & operosa. Isidorus, Æquimanus appellatur, qui vtraque manu gladio incunctanter vtitur. Auson. in monosyllabis,

> Quis myrmilloni contenditur æquimanus Thrax?

AEQVIMELIVM, Æquimelij, locus Romæ vbi domus Melij solo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumēti largitionem in suspicionem affectatæ dominationis venit. Et quum ad populi, cui fuerat largitus, fidem confugeret: ab Seruilio Hala equitum magistro deprehensus & occisus est, domúsque eius diruta, & area Æquimelium dicta. Ex Liuio 1. Dec. lib. 4. Cic. pro Domo sua ad Pontif. Sp. Melij regnum appetētis domus est complanata. & quid aliud æquum accidisse Melio populus Romanus iudicauit? Nomine ipso Æquimelij stultitia pœna comprobata est.

Æquimentum, ti. Nonius, Æquimentum positum est, non æquamentum, quasi parem vicem: sed merces, pro eo quod dicitur admissum. Varr. sexages. An si equam emisses quadrupedem, vt meo asino Reatino admitteres: quantum poposcissem, dedisses æquimētū? Equimentum putarim scribendum, ab equo, aut equa. Est enim merces pro admissura equi.

Æquinoctium {ἰσημερία} ex adiectiuo æquus, & nox: quasi noctis cum die æqualitas. Varro lib. 4 de ling. Latina, Quòd dies æquus sit ac nox æquinoctium dictum. Columel. lib. 9. cap. 14, Idque optimæ notæ enitescit Autumni æquinoctio, quod est ante Calendas Octobris, cùm octauam partem Libræ sol attigit. Plin. lib. 18. cap. 25, Cardo temporum quadripartita anni distinctione constat, per incremēta lucis. Augetur hæc à bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio diebus 90, horis tribus. Deinde superat noctes ad solstitium diebus 93, horis 12, vsque ad æquinoctium Autumni. Et tum æquata die, procedit ex eo ad brumam diebus 89, horis tribus. Omnēsque hæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorum: Bruma, Capricorni, ab 8 Calend. Ianuarij ferè: æquinoctium vernum, Arietis: solstitium, Cancri: alterúmque æquinoctium, Libræ: qui & ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent.

Æquinoctium autumnale. Colum. lib. 11. cap. 2, Octauo Calend. Octobris, & septimo, & sexto, Æquinoctium autumnale, pluuiam significat.

Æquinoctium vernum. Columel. lib. 11. cap. 2, Nono & octauo Calend. Aprilium, Æquinoctium vernum, tempestatem significat.

Æquinoctialis & hoc æquinoctiale, pen. prod. {ἰσημερινὸς} Quod ad æquinoctium pertinet: vt, æquinoctialis circulus, qui & æquator dicitur, & tempus æquinoctiale. Plin. lib. 2. cap. 75, Sic fit vt vario lucis incremento, in Meroë longissimus dies 12 horas æquinoctiales, & 8 partes vnius horæ colligat. Ibidem cap. 69, Quum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasúsque cernatur. Catull. epigram. 43. ad seipsum de aduentu Veris,

> Iam ver egelidos refert tepores,
> Iam cæli furor æquinoctialis
> Iucundis Zephyri silescit auris.

Æquipar, pen. corr. huius æquiparis, pen. corr. adiectiuum. Auson. in monosyllabis,

> Bissenas partes quis continet æquipares? As. Id est, æquales.

Æquiparo, æquiparas, pen. corr. {[illegible]} æquiparare, (non desunt qui Æquipero scribāt) ex adiectiuo æquus, & par paris, Æquare, & quasi æquè parem facere. Virgil. eclog. 5, Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum. Cic. 5. Tuscul. Nemo est qui factis me æquiparare queat.

Æquiparare, pro comparare. Plaut. Milite,

> Cum quo bellator Mars haud ausit dicere,
> Neque æquiparare suas virtutes ad tuas.

Æquiparare, datiuo iunctum. Liu. Mari tranquillo quod ventis concitaretur, æquiparando multitudinem Ætolorum.

Æquiparatio, verbale {[illegible]} Gell. lib. 14. cap. 3, Æquiparatio ipsa plerunque & parilitas virtutum inter sese consimilium.

Æquiparabilis, & hoc æquiparabile, pen. corr. {[illegible]} Æquari vel comparari cum aliquo dignum. Plaut. Trinum. 8,

> Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris
> Factiones atque opes? Idem Curcul. 4,
> Quid vidisti, aut quid videbis magis diis æquiparabile?

Æquipolleo, es {[illegible]} æquipollere. Æquiualere significat, vt ait Sipontinus, Hoc est, æquè pollere, & viribus parem esse.

Æquipollentia, Æquiualentia. Sipontin.

Æquipondium {[illegible]} ex adiectiuo æquum & pondus. Id est, ponderis æqualitas. vt si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur apud Vitruuium, lib. 10. cap. 8, apud quem & [illegible] pro eodem.

Æquiua-

Æquiualere ([illegible]) Æquè posse. Sipont. Author libelli de Philomela 2,
Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis æquiualere tuis.
Æquitas, Æquiter, Vide AEQVVS.
Æquor, æquoris, pen. corr. neut. gen. ([illegible]) Propriè æqualitatem & planitiem significat. Colum. lib. 8. cap. 17, Sublimius esse maris æquor ostēdat. Cic. 1. de Diuin. Vt enim Ægyptij, vt Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. Hinc per synecdochen significat mare, fluuium, terram, campum, quia æquata sint. Varro 6. de ling. Lat. Æquor mare appellatum, quòd æquatum, commotum vento non est. Nonius, Æquor, ab æquo & plano, Cic. Academicarum lib. 2, vocabulum accepisse cōfirmat, Quid tam planum quàm mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant.
Altum æquor. Ouid. 2. Metam. Virg. 4. Georg.
Angustum. Stat. 1. Achilleid. pro freto.
Æquor, Fluuius. Virgil. 8. Æneid. Viridésque secant placido æquore syluas. Nonius.
Arctoa, Id est, Scythica, quæ sunt sub Arcto. Valerius Flaccus, libro 5. Argonaut.
Armatum scopulis. Claud. de bello Getico.
Aspera nigris ventis æquora. Horat. 1. Carm. 5.
Atlanticum, Id est, Oceanus. Horat. 1. Carm. 31.
Atrum. Valer. Flacc. 3. Argonaut.
Cæruleum. Sil. Ital. lib. 15.
Cærula. Catull. in Argonaut.
Canens. Hoc est, spumosum. Canescit enim spuma. Sil. Ital. 4.
Canescunt æquora. Ouid. 3. epist. 3.
Canum. Lucan. lib. 8.
Concita æquora mulcere, Maria commota placare & sedare. Ouidius 2. epistola.
Contracta. Id est, angustiora & arctiora facta. Horat. 3 Carm. 1. Virgil. 5. Æneid.
Curua æquora. Lucan. lib. 5. Et Ouid. 11. Metam.
Densum. Id est, gelatum. Lucan. lib. 2.
Diductum. Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 2.
Diffusum. Lucan. lib. 1.
Dubium pendet æquor cui vento pareat. Nimirum quando flant venti contrarij. Lucan. lib. 5.
Dura æquora. Id est, in glaciem indurata. Seneca in Herc. fur. 7.
Feruidum æquor, æstuans & valde commotum. Horat. 1. Carm. 9.
Flutans æquor magnis anfractibus. Lucret. lib. 1.
Hospita æquora lustrare. Virgil. 3. Æneid.
Horrida æquora. Horat. 3. Carm. 24.
Hybernum Catull. in Argonaut. Hyemali frigore horrens.
Illisa scopulis æquora reclamant. Virg. 3. Georg.
Ima æquora petere. Virg. 9. Æneid.
Immania ponti æquora. Lucret. lib. 4.
Immensum spatiis æquor conficere. Virg. 2. Georg.
Immensa æquora. Virgil. 6. Æneid.
Imperiosum. Horat. 1. Carm. 14.
Indignatum magnis stridoribus. Virg. 2. Georg.
Indomita. Tibul. lib. 2. eleg. 6.
Inertia, Id est, pigra, non fluentia, quia glaciata. Lucan. lib. 5.
Ingens æquor iterare. Horat. 1. Carm. 7.
Cras ingens iterabimus æquor. Id est, Iterum nauigabimus, ait Acron.
Inuia æquora faciunt venti. Hoc est, innauigabilia. Ouidius 11. Metamorph.
Irata. Sil. Ital. lib 4.
Læua. Virgil. 3. Æneid.
Lassa æquora ponunt furorem, Id est, deponunt. Stat. lib. 2. Sylu. 2.
Lassatum fluctibus Lucan. lib. 5.
Latum. Horat. lib. 1. epist. 2. & Ouid. 6. Metam.
Lenta æquora iacent. Lucan. lib. 5.
Æquora lenta iacent alto torpore ligata. Hoc est, congelata, & in glaciem concreta.
Liquidum. Stat. lib. 1. Achilleid.
Longum. Stat. lib. 5. Thebaid.
Longinqua. Claud. de rapt. Proserp. 3.
Lunata, In modum bicornis lunæ recurua. Stat. lib. 2. Sylu. 2.
Magnum æquor metiri. Virgil. lib. 4. Georg.
Magna æquora surgunt. Virgil. 3. Æneid.
Maris æquora. Horat. 4 Carm. 5.
Maris æquor arandum est tibi. Virg. 2. Æneid.
Longa tibi exilia, & vastum maris æquor arandum.
Minax Ouid. 18. epist. 18,
Nam memini, quum te sæuum veniente mináxque
Non minus, aut multò non minus æquor erat.
Mobile. Ouid. 2. epist.
Mollia. Ouid. 22. epist.
Nigrum. Horat. 3. Carm. 27.
Patulum, Id est, patens campus. Sil. Ital. lib. 13.
Peruia velis. Lucan. lib. 5.
Placida. Virgil. 10. Æneid.
Ponti æquora. Virgil. 1. Georg. Vbi Seruius, Non sine causa addidit, ponti: quia sunt & campi æquora.
Ponti æquora. Lucret. lib. 1. Id est, tranquillitas atque æquabilitas maris: mare nullis ventis concitatum, & idcirco æquabile & tranquillum. Lambinus.
Procellosum. Valer. Flac. lib. 3. Argonaut.
Proscissum. Virgil. 1. Georg.
Et qui, proscisso quæ suscitat æquore terga. Vbi Seruius, Id est, terram quam arauerat.
Puluereum, Campus puluerulentus, Planities puluerulenta. Stat. 11. Thebaid.

Quieto æquore ferri. Horat. Epod. 10.
Rapidum. Valer. Flac. lib. 4. Argonaut.
Recussum. Valer. Flac. lib. 5. Argonaut.
Refluum. Sil. Ital. lib. 2.
Reuoluta. Virgil. 10. Æneid.
Rubrum æquor Oceani: propter occidentis in eo solis radios. Virgil. 3. Georgic.
Rubrum æquor, Mare rubrum, siue Erythræum. Claud. lib. 1. in Ruff. Et 7. Paneg. ad finem.
Sæua. Stat. lib. 1. Sylu. 2. Et Ouid. 18. epist.
Salsum. Lucret. lib. 5.
Sinus æquorum. Senec. in Hippol. Id est, marium.
Sinuata æquora. Sil. Ital. lib. 2.
Sinuosa. Valer. Flac. lib. 3. Argonaut.
Spumantia. Claudian. in laudibus Serenæ reginæ.
Spumea. Sil. Ital. lib. 17.
Spumosum. Lucan. lib. 2.
Stratum. Vide, Silet æquor.
Sulcata, Id est quasi in sulcos rostris nauium scissa. Seneca in Agamemnone, 6.
Summum æquor saxi, Hoc est, Superficies ac planities. Lucret. lib. 3.
Summa. Vide, Sternunt venti æquora.
Toto æquore aliquem agere præcipitem, Id est, per totum campum vrgendo persequi. Virgil. 5. Æneid.
Turbida. Lucret. lib. 5.
Tuta æquora tenere. Virgil 5. Æneid.
Tranquillum. Claudian. 5. Paneg.
Truculentum. Catull. in Argonaut.
Tumefacta. Sil. Ital. lib. 16.
Tumida. Vide, Placare æquora. & Sternunt venti æquora.
Vacuo æquore patent campi. Virgil. 12. Æneid.
Vastum æquor currere. Virgil. 3. Æneid.
Ventosum. Ouid. in Ibin. Et Virgil. 6. Æneid.
Vndiuagum. Virgil. de ortu Solis.
Vndosum æquor. Virgil. 4. Æneid.
Arare æquor maris. Virgil. 2. Æneid.
Ciere æquora imo fundo, Id est, à fundo commouere. Virg. 2. Æneid.
Commouere æquora dicuntur venti. Lucret. lib. 2.
Concurrunt æquora. Lucan. lib. 5, -motáque possunt
Æquora subductis etiam concurrere ventis.
Conscendere nauibus æquor. Virgil. 1. Æneid.
Currere æquora. Virgil. 5. Æneid.
Egerere æquora fundo. Stat. 5. Thebaid. Egerere. Hoc est, aquam marinam è fundo nauis eiiciebant.
Euertere æquora ventis. Virg. 1. Æneid. Stat. 5. Thebaid. 29,
-en validis spumant euersa lacertis Æquora.
Feruet æquor. Virgil. 1. Georg.
-feruétque fretis spirantibus æquor.
Frangere æquora vado. Lucan. lib. 2.
Lustrare æquor nauibus. Virgil. 3. Æneid.
Mergere aliquem æquore. Virgil. 6. Æneid.
Mergere aliquem sub medio æquore. Virgil. 6. Æneid.
Miscetur æquor magnis clamoribus. Virgil. 4. Æneid.
Nauigare æquor. Virgil. 1. Æneid.
Percutere æquora multis classibus. Lucan. lib. 3.
Permensi classibus æquor. Virgil. 3. Æneid.
Personat aliquis æquora. Virg. 6. Æneid. de Miseno tubicine Æneæ,
Sed tum forte caua dum personat æquora concha
Demens, &c. Vbi Seruius: Personat, personare facit: aut per æquora sonat.
Placare æquora. Virgil. 1. Æneid. Et Ouid. 11. Metam.
Proscindit nauis æquor rostro. Catull. in Argonaut.
Quæ simulac rostro ventosum proscidit æquor.
Quiescunt alta æquora. Virgil. 7. Æneid.
Refundere æquor in æquor. Hoc est, aquam marinam è naui reiicere in mare. Ouid. 11. Metamorph.
Egerit hic fluctus, æquórque refundit in æquor.
Secare æquor. Valer. Flac. lib. 4. Argonaut.
Secatur æquor puppe. Ouid. 11. Metam.
Silet æquor. Virgil. 9. eclog. 12,
Et nunc omne tibi stratum silet æquor: & omnes
(Aspice) ventosi ceciderunt murmuris auræ.
Spumescunt remo æquora. Ouid. 2. epist.
Sternunt venti æquora. Virg. 5. Æneid. Iterum libro eodem,
-tumidúmque sub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vasto æthere nimbi.
Superare æquor, Euadere, & velut vincere enatando. Ouid. in Ibin.
Temperare. Id est, regere. Virgil. 1. Æneid.
Et vastas aperit Syrtes, & temperat æquor.
Tenent venti æquora. Ouid. 11. Metam.
Tentare æquora fuga, Experiri an per mare possis aufugere. Virgilius 2. Æneidos,
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.
Tepent æquora. Stat. 1. Sylu. 2.
Tingi æquore. Virg. 3. Georg. Arctos, Oceani metuentes æquore tingi. Idem 4. Æneid.
Vel mare per medium, fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Turbant æquora venti. Lucret. lib. 2.
Verrere æquora. Virgil. 3. Æneid.
Verrunt delphines caudis æquora. Virg. 8. Æneid.
Verrere æquora remis certantibus. Virg. 3. Æneid.
Verrunt æquora venti. Lucret. lib. 5.
Vibrare æquora. Seneca in Agamemn. 6.
Vorat æquore nauem vortex. Virg. 1. Æneid.
-ast illam ter fluctus ibidem

Torquet agens circùm,& rapidus vorat æquore vortex.
Idem 3.Georg.
-ac per aperta volans,ceu liber habenis,
Æquora,vix summa vestigia ponat arena. Id est , per campos patentes.
Æquor pro terra.Virgil.1.Georg. Ac prius,ignotum ferro quàm scindimus æquor. Vbi Seruius: Æquor modò terram accipe, ab æqualitate dictum:vnde & maria,æquora dicuntur.
Æquor,Campus.Virg.12. Æneid. -illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrúmque volant. Nonius.
Æquoreus,adiectiuum (πελάγιος) Quod ad æquor pertinet. Colum.lib. 10,Nunc pater æquoreus,nunc & regnator aquarum. Oceanum intelligit,qui à poetis fingitur aquarum deus: & per aquarum regnatorem,Neptunum significat. Martial.lib.13, Hic Scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis.
Arma æquorea.Sil.Ital.lib. 13.
Britanni.Ouid.15.Metamorph.
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos. Hoc est, mari circundatos,& nauigationi deditos.
Bustum, Id est , sepulcrum in litore maris erectum. Valer. Flacc. lib.5. Argonaut.
Genus. Virg.4.Æneid.Et genus æquoreum,Pro piscibus.
Imber.Ouid.lib.4.de Ponto,eleg.1.
Origo.Ouid.10.Metam.de Hippomene,
Quid,quod ab æquorea numeratur origine quartus? Id est, à Neptuno æquoris deo.
Pisces.Ouid. 10.Metam.
Proceres æquorei, Id est, principes dij marini. Claudian.lib.3, de raptu Proserp.
Puellæ,Id est.Nereides maris nymphæ.Propert.lib.3.eleg.7.
Rex æquoreus Neptunus.Ouid.8. Metam.
Tridens,Sceptrum Neptuni.Lucan.lib.4.
Vias æquoreas monstrare.Sil.Ital.lib.17.
Vulgus æquoreum,Monstra omnia marina.Senec. in Hipp.8.
AEQVVMTVTICVM, Apuliæ oppidum à Diomede Græco post euersionem Troiæ conditum. Author Seruius in 8.Æneid.
AEQVVS CLVILIVS dux Volscorum qui à M.Geganio Consule ad deditionem coactus, suis sub iugum missis, ante Consulis triumphantis currum ductus est.Liu.1.Dec.lib.4.
Æquus,adiectiuum (ἴσος,δίκαιος,ἐπιεικής) significat ęquum propriè,quod sic omni ex parte æquatum est,vt nihil emineat.
Æquus & planus locus. Cic.pro Cecinna , Illud verò nullo modo potest deiectus esse quisquam,nō modò qui tactus non sit, sed ne æquo quidem & plano loco.
Æquum campi,pro superficie plana. Liu.5.ab Vrbe, Haud dubius facilem in æquo campi (tantum superante multitudine) victoriam fore.
Ex æquo loco dicere, Est quum æqua est conditio,eius qui dicit, & auditorum: vt in senatu,vbi æqua erat omnium conditio,vt locus sedēdi æquus erat: idque ita intelligendum apud Cic.in 3. de Orat. Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina, siue de humana,siue ex inferiore loco,siue ex æquo,siue ex superiore,&c.
Æquus,pro æqualis. Ter.Eunuch. -vtinam esset mihi Pars æqua amoris tecum. Id est,me æqualiter amares atque ego te. Virg.12.Æn.
-numeróne an viribus æquis Non sumus? Hinc æquus per metaphoram pro Iusto,qui ita iustus est, vt neutram in partem propendeat,vtrique parti æquè fauens. Cic.ad Q.frat.lib.2.15, Ab æquis verò, aut etiam à propensis in hanc partem, vehementer excolamur & amemur.
Æquus alicui dicitur , qui mansuetè & benignè cum eo agit, & fauet. Hinc dicimus,Præbere se æquum sibipsi,vel alteri Cic.pro Deiot.2, Nemo enim ferè est,qui sui periculi iudex,non sibi se æquiorē quàm reo præbeat.
Æquus & iniquus contraria. Cic. Curioni lib.2.1, Quare si iniquus es in me iudex,cōdemnabo eodem ego te crimine.sin me id facere noles,te mihi æquum præbere debebis. Terent. And.2.5,
-quo æquior sum Pamphilo.
Æquum aliquid esse in quempiam.Cic.pro Quinctio.
Æquus animus , Moderatus & tolerans, & minimè querulus in aduersis, quíque nunquam irascitur , sed omnia in bonam partem accipit. Hinc est,Æquo animo ferre,pro patienter ferre. Animus æquus,iniquo animo oppositus est.vnde & æquanimitas dicitur.Cicero de Senect. Quid,quòd sapientissimus quisque animo æquissimo moritur, stultissimus iniquissimo? Plaut.Rud.10,Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.
Æquo animo attendere,Id est,beneuolo.Ter.in prolog.Phorm. Adeste æquo animo per silentium. Hoc est,beneuolè audite & silete.
Æquo animo aliquid accipere,Id est,libenter. Horat.de Arte poët.
Æquo animo alijs concedere,Hoc est,volēter & libenter. Lucret.lib.3.
Animus æquus te deficit.Horat.1.epist.11, -quod petis,hic est,
Est Vlubris,animus si te non deficit æquus. Hoc est,non te destituit,non tibi deest.
Animo æquo esse de re aliqua, Id est, non esse solicitum. Cic.ad Attic. lib.6,Ego,nisi Bibulus adniteretur,de triumpho æquo animo essem. Hoc est,non curarem.
Animus æquus est, Non curo, non sum solicitus. Cic.pro Rosc.Amer. Prædia mea tu possides : ego aliena misericordia viuo , & quòd animus æquus est,& quia necesse est.Mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero.Familia mea maxima vteris: ego seruum habeo nullum:patior,& ferendum puto.
Æquo animo aliquid pati.Cic.ad Brut.4,Quæ tua est humanitas,æquo animo te moneri patieris,præsertim de communi salute.
Libentibus aut æquis animis aliquid remittere.Cic.pro Cluent. Eámq; animis vestris libentibus aut æquis remittatis.
Animo æquo aliquid videre,Id est,sedato,quieto, & non indignabundo. Cicero de prouinciis Consul. Quos animo æquo videre non possumus.

Æquo animo parcè viuere.Hoc est,non procaci , neque iniquo & insatiabili.Lucret.5.
Conditio æqua.Cic.4.Verr.Æqua enim conditio,æquúmque certamen proponitur.
Discrimen æquum,Æquale interstitium.Virg.5.Æneid.
Imperio æquo regere dicitur Deus.Horat.3.Carm.4.de Ioue. Cui simile est illud Virg.Æneid. Rex Iuppiter omnibus idem.
Æquus iudex,cui contrarium est iniquus. Cic. 1.de Finib. Æquus iudex dicitur, quem vulgus non suspectum vocat.Budæus.
Ius æquum.Cic.1.Offic.
Iura æqua describere. Cicero pro Quint. Quis tandem nobis ista iura tam æqua describit?
Æquo & pari cum ciuibus iure viuere. Cic.1.Offic. Priuatum autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere , neque summissum & abiectum,neque se efferentem.
Æqua lance,prouerbiali figura dicitur fieri, quod pari iure fit citra personarum respectum. Ita Modestinus l.non tantum.20. D.de Re iudicata,Quod & in persona mulieris æqua lance seruari, æquitatis suggerit ratio.
Æqua lex, Hoc est, iusta. Cic.pro Corn. Balbo, Et erat æqua lex & vobis,Iudices,atque omnibus qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer vtilis.
Libra: Quia sub Libra signo cælesti æquantur noctes diebus, fitque æquinoctium. Senec.in Herc.fur.10,
Libra Phœbeos tenet æqua currus.
Magistratus æquus,Hoc est,iustus.Cic.pro Quinctio, Quum adhuc ei propter vim aduersariorum non ius par, non agēdi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit.
Mens.Horatius 2.Carm.3,Æquam memento rebus in arduis Seruare mentem.
Oculis æquis aliquem aspicere.Virg.4.Æneid.
-iamiam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Æqui, placatíque. Cic. in Orat. Consequeris tamen,vt eos ipsos quos contra statuas,æquos placatósque dimittas.
Placati æquíque. Quintil. de per. Consul. Tamen ij possunt abs te placati æquíque discedere.
Vti quopiam æquo. Cic.7.Verr. Hic vide quàm me sis vsurus æquo. Id est,Quàm æquum me sim tibi præbiturus.
Æqua atque honesta postulatio.Cic.pro Sex.Rosc.
Æquus & sapiens. Cic. 6. Verr. Prætor æquus & sapiens dimitti iubet Senatum.
Æqui & iniqui, Id est, amici & inimici, fauentes & non fauentes. Cic. Appio lib.3.6, Ego, vt me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant,curabo. Sallustius ad C.Cæsarem,de Republica ordinanda, Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent , tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est.
Æquum absolutè,& per se positum,pro æquitate.Virg.2.Æneid.
-cadit & Ripheus iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris,& seruantissimus æqui.
Arbiter æqui , Id est , iudex secundum æquitatem iudicans. Seneca in Herc.fur.9.
Contemptor æqui.Ouid.3.Fast.
Cultor æqui.Ouid.5.Metam.
Æquum dicere. Terent.Adelph.5.3, Non æquum dicis. Hoc est, quod indoctè dicitur.Non loqueris rationabiliter.
Æquum facere.Terent.Heaut.Ah,non ęquum facis.Pro,non rectè facis:& vt dici solet,non facis rationabiliter.
Æquum postulare. Cic. Attic. lib. 11, De cohæredibus Suffidianis nihil fuit quod ad me scriberes:nam & æquum postulant.
Æquum pro æquitate,interdum iuri opponitur.Cic.in Bruto, Qui quidem quum peracutus esset ad excogitādum quid in iure,aut in æquo verum aut esset aut non esset,&c.
Æquum est , quod & Par est interdum dicitur : Hoc est, licet ac iustum est. Terent.Eunuch.2.3, An potius hæc pati æquum est fieri, vt a me ludatur dolis?
Æquum factum est.Quod indoctè dicitur,Rationabile est.Cic.Att.lib. 8,Æquum est me à te impetrare,vt &c.
Æquo niti.Quintil.lib.3.cap.6.
Æquo pugnare.Quintil.lib.6.cap.5.
Æquo concretius. Hoc est, plus quàm par sit, seu competat. Lucret.4, Crassius hoc porrò quoniam concretius æquo Mittitur.
Æquum & bonum quum dicimus,absolutam bonitatem,æquitatémq; significamus.Ter.Adel.1.1, Nimium ipse durus est, præter æquúmq; & bonum. Sic Budæus. Sunt autem ambo hæc nomina substantiua ex adiectiuis. Dicitur & æquitas pro eodē: quæ est velut simplex illa & quasi naturalis bonitas. Hac autem qui præditus est , eodem iure erga vnumquenque vtitur,quod sibi ab alijs fieri postulat.
Æquum & bonum colere.Plaut.Menæch.14.
Æquum & bonum habere.Cic.pro Cecin. Cùm se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant.Hoc est,ius optimum: quod barbare dicitur.Habere bonam causam.
Æquum bonum,sine copula.Cic.in Bruto, Deinde æquum bonum,testamentorum sententias,voluntatésque tutatus est.
Æquum bonum dicere.Terent.Phorm.4.3,
Si tu aliquam partem æqui boníque dixeris:
Vt est ille bonus vir,tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. Id est,vt vulgus loquitur,Si ad rationem venire volueris. Budæus.
Pro æquo & bono dicere.Cic.de clar.Orat.Ita enim multa tum contra scriptum pro æquo & bono dixit.
Æqui boni facere:vel æqui boníque facere, Quod & boni consulere dicitur.Cic.ad Att.lib.7,Tranquillissimus autem animus meus,qui totum istud æqui bonique facit.Terent.Heaut.4.5,
-cæterum equidem istuc Chreme,

Æqui bonique facio. Vulgus Accipere in bonam partem dicit.

Æquum bonúmve impetrare, Pro eo quod lingua vernacula dicimus, habere rationem ab aliquo: Id est, ius suum obtinere, rem suam recipere. Cic. 2. Philip. Is igitur à quo viuo nec præsens, nec absens quicquam æqui bonive impetrauit, apud mortuú factus est gratus. Bud.

Ex æquo & bono arbitrari, statuere, censere, æstimare, constituere: est quod vulgus epicaizare dicit. Budæus in Pand.

Ex æquo & bono facere. Terent. Adelph. 5. 9,
Id non fieri ex vera vita, neque adeò ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.

Ex æquo & bono viuere, Est ad normam diuinitus institutam viuere. Budæus.

Iudicare ex æquo & bono. Vide IVDICO.

Æquius melius. Formula in iudiciis bonæ fidei obseruari solita. Cic. 3. Offic. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, In arbitrio rei vxoriæ, Melius æquius, In fiducia, Vt inter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo quod Melius æquius est, potest vlla pars inesse fraudis? aut cùm dicitur, Inter bonos bene agier, quidquam agi dolosè aut malitiosè potest? Idem in Topic. In omnibus igitur iis iudiciis, in qui[illegible]s Ex fide bona est additú, vbi verò etiam, Vt inter bonos bene agi oportet, in primísque in arbitrio rei vxoriæ, in quo est, Quid æquius melius, parati esse debent.

Æquè, aduerbium, Iustè {[illegible]} Seneca, Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiam si æquè statuerit, haud æquus fuit. In hac significatione rarum est.

Æquè, pro tam, vel adeò, venustè accipitur quibusdam dictionibus præpositum. Terent. Phor. 3. 3, Nihil est æquè quod faciam lubens. Plautus, Ioui si viuo argento sacrificassem, nunquam id æquè benè collocassem.

Æquè ac, pro tam & quàm. Cic. 4. Acad. Et somnia dormienti, non æquè ac vigilanti probantur. Idem ad Curionem, lib. 2, Cui charus æquè sis & iucundus, ac fuisti patri.

Æquè ac si, pro tanquam si, aut similiter ac si. Liu. 10. ab Vrb. Æquè ac si T. Manlius collega eius deuoueretur.

Æquè atque, Idem quod æquè ac, vel quemadmodum. Cic. 1. Offi. Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio consideratè constanterque delata sunt.

Æquè mecum, æquè tecum, & similia. Terent. Aduerte animum: vt æquè mecum hæc scias. Compendium sermonis, pro eo quod est, vt hæc æquè, atque ego, scias. Idem, Iuxta tecum æquè scio. Hoc est, id fere æquè ac tu, scio.

Æquè, cum datiuo vel ablatiuo. Plin. lib. 35. cap. 3, Extât certè hodiéque antiquiores vrbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris, quibus equidem nullas æquè demiror tam longo æuo durantes.

Æquè pares. Plaut. Menæch. 2. 4, Æquè ambo pares. Aut vacat Æquè, aut est æquè pro omnino.

Æquè, ablatiuo iunctum. Plaut. Amph. 4, Nullus est hoc meticulosus æquè. Id est, tam meticulosus, quàm hic est.

Æquè pauci. Cæs. 2. bel. Ciuil. diebusque æquè pòst paucis se in regnum cum omnibus copiis recepit.

Æquè quàm. Plaut. Epid. 6. pro Æquè ac.
Nullum esse ego agrum opinor in agro Attico
Æquè feracem, quàm hic noster Periphanes. Sueton. in Augusto, cap. 64, Ac nihil æquè laborauit, quàm vt imitárentur chirographum suum.

Æquè, Similiter, aut æqualiter. Terent. Hecyra, 2. 1, Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, velíntque omnia. Et paulò pòst, Viris esse aduorsas, æquè studium est, similis pertinacia est. Æquè studium, pro æquale, vel simile.

Non æquè. Cic. 2. Offi. Fortasse non æquè omnes egent. Paulò antè dixerat, Sed ea non pariter omnes egemus.

Æquè vt, pro æquè ac. Cic. pro Domo sua, Cn. Pompeium studio & authoritate æquè vt vnumquenque vestrum opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipuè pro salute mea laborasse.

Æquiter {[illegible]} aduerbium pro Æquè. Accius Antenoridis, Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter sententiæ fuere. Liuius Ægystho, Nam vt pergam accésa, & prædam per participes æquiter partita est. Nonius.

Æquitas, pen. cor. {[illegible]} denominatiuum, est veluti quoddam temperamentum & mediocritas inter ius & licétiam aut indulgentiam. Donatus, Inter ius & æquitatem, hoc interest. Ius est, quod omnia recta & inflexibilia exigit. Æquitas est, quæ de iure multum remittit. Valer. lib. 6. cap. de Iustitia, Ita debitum supplicij modum legi reddidit: æquitatis admirabili téperamento, se inter misericordem patrem & iustum legislatorem partitus. Cic. in Partit. Æquitatis autem vis est duplex. Cuius altera directi, & veri, & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur. Altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio gratia, in iniuria vltio nominatur. Hactenus Cicero. Hæc est illa æquitas, quæ frequentius æquum & bonum, aut sine coniunctione, æquum bonum appellatur.

Æquitatem animi dicimus rectam animi constitutionem, tranquillámque affectionem, atque omni indignatione vacantem. Cæs. 6. bel. Gal. Vt animi æquitate plebem contineant, cùm suas quisque opes cum potentissimis æquari videat.

Æquitatem pro eodem absolutè dixit Cic. in Pisonem, Quo quidem in spectaculo, mira reip. æquitas erat, vter eorum perusset, tanquam lanista, in eiusmodi pari lucrum fieri putabat.

Bonitas & æquitas causæ. Cic. Planc. lib. 16, Propter summam bonitatem & æquitatem causæ.

Vti æquitate. Cic. pro Cecinna, Omnino iam benè agis. A verbis enim recedis, & æquitate vteris,

Explicare æquitatem. Cic. in Bruto, in explicanda æquitate, nihil erat Crasso copiosius. Idque cùm sæpe aliàs, tum apud Centumuiros in M. Curij causa cognitum est. Ita enim multa, tum contra scriptum pro æquo & bono dixit. Æquitatem, & Æquum & bonum, pro eodem vsurpauit.

Æquitate alicuius niti. Vide NITOR.

Habere æquitatem. Cic. 2. Offic. Quam autem habet æquitatem, vt agrum multis annis aut etiam seculis antè possessum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat?

Æquitas multis iniuriis iactata atque agitata. Cic. pro Quinctio. Te C. Aquili, vósque qui in consilio adestis, orat atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco consistere & confirmari patiamini.

Reiicere æquitatem. Cic. pro Plancio, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti.

Seruare. Cic. 1. Offic. Difficile autem est, cùm præstare omnibus cupieris seruare æquitatem, quæ est iustitiæ maxime propria.

Æquitas, pro Æqualitate. Senec. Natur. quæst. Et natura partes suas, velut in ponderibus constitutas, examinat: ne portionum æquitate turbata, mundus præponderet.

Æquabilis, & hoc æquabile, pen. corr. {[illegible]} verbale ab Æquo æquas. Valla lib. 4, Æquabilis idē quod æqualis, in priore significatu: vt Cic. 1. de Inuent. Non ius æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat. Ad Heren. lib. 3. Et lib. 2, Par est, quod inter omnes æquabile est.

Æquabile genus orationis videtur significare quod semper sui simile est. Cic. 1. Offic. Sed hoc quoque colendum est æquabile & temperatum orationis genus.

Æquabilis, pro Æquo, vt interpretatur Rhenanus. Tacit. libro 20. de Heluidio Prisco: Quæstorius adhuc, à Pæto Thrasea gener delectus, è moribus soceri nihil æquè ac libertatē hausit, ciuis, senator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum cōtemptor, recti peruicax, constans aduersus metus.

Descriptio sumptus æquabilis. Cic. pro Flacco, In quo igitur Prætoris est diligentia requirenda? in numero nauium, & in descriptione æquabili sumptus?

Fama. Sallust. in Iugurth. Metello Numidia euenerat, acri viro, & quanquam aduerso populi partibus, fama tamen æquabili & inuiolata.

Moderatus æquabilísque habitus. Cic. lib. 5 de Finib. Itaque è contrario moderati, æquabilésque habitus, affectiones, vsúsque corporis, apta esse ad naturam videntur.

Æquabilis in suos. Id est, æquus. Tacit. lib. 5.

Æquabile inter omnes. Cic. pro Cecinna, Nihil est quod æquabile inter omnes, atque vnum omnibus esse possit.

Certus & æquabilis motus. Cic. 2. de Nat. deor. Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. Quod autem alitur & crescit, motu quodam vtitur certo & æquabili.

Lenitate æquabili profluens orationis genus. Cic. 2. de Orat. Genus orationis fusum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens.

Æquabilis prædæ partitio. Cic. 2. Offic. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem, & Bargulus Illyricus latro magnas opes habuit, & multo maiores Viriatus Lusitanus.

Æquabilis plausus. Cic. Attic. lib. 5.

Æquabilem se præbere. Cic. 2. Tuscul.

Æquabilem iuris rationem tenere. Cic. ad Q. frat. lib. 1, Nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, suos coercere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilem te in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admittendísque præbere, præclarum magis est quàm difficile.

Perpetua atque æquabilis satio. Cic. 5. Verr.

Tractus orationis lenis & æquabilis. Cic. 2. de Orat. Cælius neque distinxit historiam varietate locorū, neque verborum collocatione: & tractu orationis leni & æquabili perpoliuit illud opus.

Æquabilis tributio. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Vt omnia omnibus, paribus paria respondeant. Hanc Isonomiam appellat Epicurus: Id est, æquabilem tributionem.

Æquabilitas, denominatiuum, pen. corr. {[illegible]} Idem quod æqualitas.

Constantia & æquabilitas. Cic. ad Brutum, epist. 16, Fortem & liberum animum, quo & Consul & nunc Consularis rempublicam vindicasti, sine constantia & æquabilitate nullum esse putaris.

Lenitas & æquabilitas dicendi. Cic. in Orat.

Æquabilitas in omni vita. Cic. 1. Offic. Præclaráque est æquabilitas in omni vita, & idem semper vultus, eadémque frons: vt de Socrate, itémque de C. Lælio accepimus.

Æquabilitas iuris. Cic. 2. de Orat.

Æquabilitatem iuris exercere. Cic. 1. Offic. In liberis verò populis, & in iuris æquabilitate exercenda, etiam est facilitas & altitudo animi quæ dicitur.

Æquabilitatem iuris transire. Vide Æquabilitas iuris.

Æquabilitas motus. Cic. 2. de Nat. deor.

Æquabilitas vniuersæ vitæ. Cic. 1. Offic. Omnino si quidquam est decorum, nihil est profectò magis quàm æquabilitas vniuersæ vitæ, tum singularum actionum.

Æquabiliter, pen. cor. aduerbium {[illegible]} Idem quod æqualiter. Varro 1. de Re rust. cap. 6, Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit.

Æquabiliter & constanter. Sallust. de coniuratione Catilinæ, Quòd si regum atque imperatorum animi virtus, in pace ita vt in bello valeret: æquabilius atque constantius sese res humanæ haberent.

Tactus toto corpore æquabiliter fusus. Cic. 2. de Nat. deor.

Æquabiliter prædam dispertire. Cic. 2. Offic. Ille autem qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

Æqualis, & hoc æquale, pen. prod. {[illegible]} denominatiuum ab Æquus, æqua, æquum, Idem quod similis vel statura, vel forma. Cic. in Lælio, Súntque pares in amore, & æquales.

Æqualis, Eiusdem ætatis cum alio {[illegible]} Et dicimus, Æqualis meus, tuus, &c. vel æqualis eius. Cic. de Senect. Nec cum æqualibus solùm, qui pauci admodum restant, sed cum vestra etiam ætate, atque nobiscum. Terent. Andr. 2. 6, Quem, inquit, vocabo ad cœnam meo-

rum æqualium? Vbi Donatus, Æqualium, ætate. Quint. lib. 10. cap. 3, Memini narrasse mihi Iulium Secundum æqualem meum.
Æqualis Dei vis illa quæ à peccatis auocat. Cic. 2. de Legib.
Æqualis alicui. Cic. in Bruto, cui cùm æqualis fuerit Liuius, minor fuit aliquantò is qui primus fabulam dedit.
Æqualis illorum temporum. Cic. 1. de Diuinat. Dionysij mater eius qui Syracusiorum tyrannus fuit, vt scriptum apud Philistum est, & doctum hominem, & diligentem, & æqualem temporum illorum, cùm prægnans, &c.
Æqualis, etiam de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 53, In Cæsaris piscinis à Pollione Vedio coniectum piscem sexagesimum post annum expirasse scribit Annęus Seneca, duobus aliis æqualibus eius ex eodem genere etiam tunc viuentibus.
Æqualis item transfertur ad rerum inanimatarũ ætatem. Cic. de Arusp. responsis, Etenim quod sacrificium tam vetus est, quàm hoc quod à regibus æquale huius vrbis accepimus? Id est, à condita vrbe institutum.
Æqualis ætati alicuius, in aliquem beneuolẽtia. Cic. 11. Philip. Quid dicam de Deiotaro patre, cuius beneuolentia in populũ Romanorum est ipsius æqualis ætati?
Æuum æquale. Virgil. 3. Æneid.
Et nunc æquali tecum pubesceret æuo.
Æquales æui: hoc est, ætate pares. S. I. Ital. lib. 3.
Æqualis ab omni parte. Ouid. 1. Metamorph.
Æqualis & Impar, contraria. Cic. in Orat. Idque quando, aut cur: quibúsque partibus, pluribúsne an singulis, imparibus an æqualibus.
Æqualis & nota memoria. Cic. in Bruto, Non puto existimare, te ambitione me labi, quippe de mortuis, sed ordinem sequẽs, in memoriam notam & æqualem necessariò incurro.
Æqualem ætatis suæ memoriam deposcit. Cic. lib. 1. de Legib. Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriam deposcit, vt ea complectatur quibus ipse interfuit.
Peccata esse æqualia contendunt Stoici. Cic. in Parad.
Par & æqualis. Cic. in Orat. sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio.
Pares & æquales inter se virtutes. Cic. 1. de Orat.
Parem & æqualem verbis vitam agere. Cic. in Sallust.
Æqualis temperies. Plin. lib. 34. cap. 2. de ære Corinthio.
Æqualitas, pen. corr. {ἰσότης} denominatiuum, Similitudo, paritas. Cic. in Top. Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur.
Ad æqualitatem redigere, pro æquare. Plin. libro 30. cap. 13, Carnésque excrescentes, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit.
Exuere æqualitatem. Tacit. Annal. lib. 3, At postquam exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat, prouenere dominationes.
Fraterna æqualitas. Cic. pro Ligario, Quis est qui horum consensum conspirantem & penè conflatum, in hac propè æqualitate fraterna non nouerit.
Similitudo æqualitásque verborum. Cic. in Partit. Habeátque similitudinem æqualitatémque verborum.
Æqualitas vestra, & pares honorum gradus. Cic. in Brut. Simul illud gaudeo, quòd & æqualitas vestra, & pares honorum gradus, & artium studiorúmque quasi finitima vicinitas, tantum abest ab obtrectatione inuidiæ, quæ solet lacerare plerosque, vti ea non modò non exulcerare vestram gratiam, sed etiam cõciliare videatur. Æqualitas vestra, id est, vestrarum ætatum.
Æqualiter, pen. corr. {ἴσως} aduerbium qualitatis, siue (vt alij volunt) quantitatis. Liu. 2. ab Vrb. Captiuum agrum plebi quam maximè æqualiter darent. Ouid. lib. 5. Fast.
Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit.
Æqualiter abrogare fidem, Id est, tam vni quàm alteri. Æqualiter omnibus abrogatur fides, Ciceroni.
Æqualiter irruere. Cic. pro Milone, Quanquam hæc quidem iam tolerabilia videbantur, etsi æqualiter in Rempub. in priuatos, in longinquos, in propinquos, in alienos suos irruebat.
Pariter æqualitérque. Cic. de Amic. Vt nostra in amicos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentiæ pariter æqualitérque respondeat.
Æquo, æquas, æquare {ἰσάζω, ὁμαλίζω, ἰσόω} Est æquum, siue æquale facere, complanare. Plinius, Æquato deinde pauimento, infunditur oleum. Virgil. 1. Georg.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro.
Æquare solo vrbes, domos, turres, ædificia. Vsque ad superficiem terræ diruere & complanare. Liu. 4. bel. Pun. Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem.
Æquare solo Dictaturam. metaphoricè dictum pro abrogare, omninóque abolere. Liu. 6. ab Vrb. Solo æquandæ sunt Dictaturæ, Consulatúsque: vt caput attollere Romana plebes possit.
Amorem æquare, In amore respondere. Virgil. 6. Æneid. de Didone apud inferos visa ab Ænea,
-coniux vbi pristinus illi
Respondet curis, æquátque Sichæus amorem.
Animum æquare natalibus, Animi generositate respondere nobilitati natalium. Ouid. ad Pisonem,
At tu qui tantis animum natalibus æquas.
Æquare cælum videtur pontus: Id est, æquè altus esse ac cælum. Ouid. 11. Metamorph.
Ducem vadentem æquare passibus: Hoc est, incedere æquè celeriter atque dux. Virg. 6. Æneid.
Formas veras imitamine æquare: Hoc est, imitari & repræsentare. Ouid. 11. Metam.
Laborem operum æquare iustis partibus: Hoc est, Laborem æqualiter in omnes partiri, suum cuique opus assignando. Virgil. 1. Æneid. de Didone.
Labores æquare lacrymis. Virgil. 2. Æneid. Seruius, Hypallage, pro laboribus æquare lacrymas.
Munia comparis æquare dicitur iuuenca, ab Horat. 2. Car. 5. Id est, Iuuenca nondum potest officia & in arando labores comparis ex æquo præstare.
Nomen claris virtutibus æquare. Ouidius libro 2. de Ponto, eleg. 3, ad Maximum.
Numerum æquare cum nauibus. Virgil. 1. Æneid.
Nec prius absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum nauibus æquet.
Æquare, cum datiuo. Virgil. 6. Æneid.
Imperium terris, animos æquabit olympo.
Æquare pondus, aut temperamentum. Plin. lib. 19. cap. 8, Eruca præcipuè frigorum contemptrix, diuersæ est quàm lactuca naturæ, concitatrix Veneris. Idcirco iungitur illi ferè in cibis, vt nimio frigori par feruor immistus temperamentum æquet. Hoc est, æquale faciat.
Æquat pretia excellentium margaritarum. Plin. lib. 19. cap. 1.
Æquare quempiam re aliqua, Est ea in re illi se æqualem siue parem præbere. Liu. 1. ab Vrb. Quin ea arte æquasset superiores reges.
Æquare cursu. Liu. lib. 1. bel. Maced. Quantum equidem velocissimi pedites cursu æquare poterunt.
Æquare picturam alicuius. Plin. lib. 35. cap. 11, Eam enim picturam primus inuenit: quem imitati sunt multi, æquauit autem nemo.
Æquare se cum alio, Parem se illi facere. Cic. in Læl. Qui sunt in amicitiæ coniunctionisque necessitudine superiores, se æquare cum inferioribus debent.
Æquare se alicui. Cic. in proœm. Offic. Vt non solùm orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui se iam illis ferè æquarunt, studiosè legas.
Æquari cum aliquo. Cic. 3. de Leg. Inuentum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint.
Æquare conferréque scelera alicuius cum alterius sceleribus. Cicero 3. Verr. Omnium antè dãnatorum scelera, furta, flagitia, si in vnum locum cõferantur, vix cum huius parua parte æquari, conferríq; posse.
Æquare aliquem alicui, pro Comparare. Liu. 4. Decad. lib. 1, Ne æquauerit is Annibali Philippum, ne Carthaginẽsibus Macedonas: Pyrrho certè æquabitis.
Æquare, Cum æquitate, seu æqualiter diuidere. Liu. 6. bell. Pun. Ita æquante fortuna suspensa omnia vtrinque erant, integra spe, integro metu.
Æquare, Continuare. Virgil. -felix si protinus illum
Æquasset nocti ludum.
Æquatus, penul. prod. participium {ἰσωθείς} vt, Æquatæ auræ. Virgil. 5. Æneidos.
Æquatæ spirant auræ. Vbi Seruius, Æquatæ, prosperæ: vt, Æquatis classem procedere velis.
Æquata nox diei, hoc est, æqualis. Plin. lib. 2. cap. 19.
Æquati numero. Virg. 7. Æneid. Ibant æquati numero. Id est, digesti in ordinem. Seruius.
Æquato omnium periculo. Cæs. lib. 1. de bell. Gall. Cæsar primùm suo, deinde omnium è cõspectu remotis equis, vt æquato omnium periculo spem fugæ tolleret.
Æquatis viribus: Id est, paribus. Liu. 3. bel. Pun. Deinde concursu facto, æquatísque viribus, atrox esse cœpit pugna.
Vela æquata. Virg. 4. Æneid.
Æquatio, verbale, propriè dicitur ipse æquandi actus: vt, Difficilis est eius loci æquatio.
Æquatio pro Æqualitate. Liu. 4. ab Vrbe, Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, sed per æquationem ad dignitates fore credidit, vt multi essent qui arma pro patria ferrent.
Æquatio bonorum. Cic. 2. Offi. Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens: qua peste, quæ potest esse maior? Id est, vt nõ plura bona possideret vnus quàm alius.
Æquatio gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Cic. pro Muræna, vt omnes & dignitatis & gratiæ gradus tollerentur.
Æquatio iuris. Liu. 1. Decad. lib 8, Si fœdus est: si societas æquatio iuris est: cur non omnia æquantur?

A E R

Aer, aeris, penul. corr. masc. gen. sine plurali {ἀήρ} Vnum ex elementis. Plin. lib. 2. cap. 5, Proximum spiritus: quem Græci, nostríque eodem vocabulo aera appellant. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totóque consertum: cuius vi suspensam, cum quarto aquarum elemẽto, librari medio spatio tellurem. Cic. de Nat. deor. lib. 2, Principio enim terra sita in media parte mundi, circunfusa vndique est hac animali spirabilíque natura, cui nomen est Aer. Græcum illud quidem, sed perceptum iam tamen vsu à nostris: tritum est enim pro Latino.
Aer, Altitudo. Virgil. 2. Georg.
-vbi aera vincere summum
Arboris haud vllæ iactu potuere sagittæ. Nonius.
Aer, Sonus, vel flatus aut spiritus. Varro Andabatis, Anima, vt conclusa in vesica, quando est arctè ligata, si perculeris, aera reddet. Nonius.
Aer, apud Homerum & Ennium genere fœminino legitur. Gell. lib. 13. cap. 19, Ennius in Annali duodeuicesimo, aere fulua dicit, non fuluo: non ob id solùm, quòd Homerus ἠέρα βαθεῖαν dicit, sed quòd hic sonus (opinor) vocalior est visus & amœnior.
Aerem sunt qui dici putant ἀπὸ τοῦ αἴρειν, quòd terram ferat, vel quòd ab ipsa feratur. Aliis magis arridet ἀπὸ τοῦ ἄημι, quod spiro significat. vnde & producit vltimam. Lucan. lib. 1,
-dum terra fretum, terrámque leuabit
Aer, & longi voluent Titana labores.
Aeres, numero plurali dixit Vitruu. lib. 1, Nouisse, inquit, oportet aeres locorum, qui sunt salubres aut pestilentes. Lucret. lib. 4,
Aeribus binis quoniam res confit vtrinque.
Æstus aeris. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 2.
Caliginis aer, Id est caliginosus. Lucret. lib. 4.
Sonitus & ardores aeris. Cic. in Topic. Deinceps aerei volatus auium atque cantus: deinde eiusdem aeris sonitus & ardores.
Aspiratio aeris. Cic. 2. de Nat. deor. Animantes autem aspiratione aeris sustinentur,

sustinentur, ipséque aer nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat.

Vitio aeris mori. Virgil. 7. eclog.

Aret ager: vitio moriens sitit aeris herba.

Agitabilis aer, Id est, mobilis, qui facilè huc illuc impellitur. Ouid. 1. Metamorph.

Apertus. Lucret. lib. 3.

Ater: Id est, obscurus, cui Candens opponitur. Lucret. 4.

Cassus lumine, Id est, priuatus. Lucret. lib. 4.

Circunfusus. Ouid. 1. Metamorph.

Concretus, Id est, densus. Vide Aer fusus.

Crassus nobis offunditur. Cic. lib. 4. Acad. quæst. Dicet me acrius videre, quàm vllos pisces fortasse, qui neque videntur à nobis, & nunc quidem sub oculis sunt, neque ipsi nos suspicere possunt. Ergo vt illis aqua, sic nobis aer crassus offunditur. Horat. 2. epist. 1.

Densus. Horat. 2. Carm. 7.

Densatus & Laxatus, contraria. Quintil. lib. 5. cap. 9.

Lucis egens. Ouid. 1. Metamorph.

Elisus, Id est, impulsus. Ouid. 1. Metamorph.

Exilis. Stat. lib. 6. Thebaid.

Maximè frigidus. Cic. 2. de Nat. deor. Ipse verò aer, qui natura est maximè frigidus, minimè est expers caloris. Ille verò & multo quidem calore admistus est: ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidam, aer habendus est. Is autem existit motu eius caloris qui aquis continetur: quam similitudinem cernere possumus in his aquis quæ efferuescunt subditis ignibus. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 13.

Aer fusus & extenuatus. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Exin mari finitimus aer die & nocte distinguitur. Isque tum fusus & extenuatus sublime fertur: tum autem concretus, in nubes cogitur.

Gelidus. Vide Tenuare aerem.

Humidus. Lucan. lib. 4.

Immensus. Tibul. lib. 4. eleg. 1.

Iucundior. Claudian. in nuptiis Honorij & Mariæ.

Largus. Lucret. lib. 4.

Laxatus, Vide paulo antè Aer densatus & laxatus.

Leuis. Ouid. 11. Metamorph.

Liquidus, Id est, purus. Virgil. 1. Georg.

Purus & liquidus. Plin. lib. 2. cap. 23.

Liquidum aera lambere. Stat. lib. 5. Thebaid.

Lucidus. Ouid. 1. Fast.

Madentem rore aera suspirare. Lucan. lib. 6. Hoc est, exhalare, vel sursum exhalare, emittere, expirare.

Magnus. Virgil. 1. Æneid. de Mercurio.

Mobilis. Lucret. lib. 4.

Morbidus, Vide M O R B V S.

Nebulosus & roscidus aer à flumine. Plin. lib. 21. cap. 7.

Niger. Virgil. 1. Georg.

Nimbosus dissilit aer. Lucan. lib. 5.

Nitidus. Stat. lib. 1. Sylu. 3.

Nubilus. Virgil. in Ætna.

Nudus, Id est, apertus. Stat. 9. Thebaid.

Obscurus. Virgil. 1. Æneid.

Pallore obsitus. Lucan. lib. 5.

Pacatus, Id est, tranquillus & serenus. Lucret. lib. 3.

Pestifer aer sæuit. Claudian. de bello Gildonico, 1.

Piger. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. Cryptoporticus patentibus fenestris fauonios accipit, transmittitque: nec vnquam aere pigro & manente ingrauescit. Id est, grauior fit inhabitātibus. Nam vbi aer quiescit ac silet, densior est & pestilentior.

Placidus, Placatus. Lucret. lib. 3.

Pluuius. Stat. lib. 5. Sylu. 1.

Pronus, Id est, deorsum vergens. Ouid. 14. Metamorph.

Purpureus. Ouid. 6. Metamorph.

Purus. Lucret. lib. 4.

Aer purus & tenuis: cui opponitur, Cælum crassum atque concretum. Cic. lib. 2. de Nat. deor.

Quietus. Virgil. 5. Æneid. de columba,

-mox aere lapsa quieto

Radit iter liquidum. Id est, secat purum aerem. Seruius.

Rarus. Lucret. lib. 2.

Roscidus. Plin. lib. 21. cap. 7.

Stridulus. Lucan. lib. 7.

Tabificum aera resoluere. Lucan. lib. 5.

Temperatus. Cic. lib. 2. de Diuinat. Non verisimile solùm, sed etiam verum esse censent perinde vtcunque temperatus sit aer, ita pueros orientes animari atque formari, ex eóque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cuiusque euentúsque fingi.

Tenebrosus. Virgil. 5. Æneid.

Tener, Id est, agitabilis & liquidus. Ouid. 4. Metamorph.

Tenuem aera carpere. Virg. 4. Georg. de apibus in aerem euolantibus.

Tenuissimus. Ouid. 15. Metamorph.

Tepidus. Ouid. 1. Fast.

Torridus. Propert. lib. 2. eleg. 29.

Toto aere ningit, Id est, per totum aerem. Virg. 3. Georg.

Turbidus aer spargitur. Claudian. de Aponi balneis.

Vacuus. Virgil. 3. Georg.

Vagus. Tibul. lib. 4. eleg. 1.

Violentior. Lucan. lib. 5.

Candescit aer. Ouid. 6. Metamorph.

Captare aera auribus. Virgil. 5. Æneid.

Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes

Explorat ventos, atque auribus aera captat. Vbi Seruius, Naturale enim est, vt à qua parte flaturus est ventus, ad eam auris admota frigidior fiat.

Cogitur aer in nubem. Virgil. 5. Æneid.

Concipit aerem buccina, Id est, vento inflatur inspirante & canente tubicine. Ouid. 1. Metam. de buccina Tritonis.

Condenset se aer. Lucret. lib. 1.

Discutere aera, Id est, in diuersas partes quatere ac disiicere. Lucr. lib. 6.

Dissilit aer. Lucan. lib. 5.

Ducitur aer. Lucret. lib. 4,

Interiorem etiam partem spirantibus aer

Verberat, hic idem cùm ducitur, atque reflatur. Hoc est, cùm emittitur & reciprocatur. Spirantibus, Id est, animalibus.

Findere aera. Ouid. 4. Metamorph. de Perseo.

Fluit aer. Lucret. lib. 5.

Lambere aera. Vide paulò antè, Liquidum aera lambere.

Mulcere aera concentibus. Ouid. 1. Fast.

Odorare aera fumis. Ouid. 5. Metam. -& odorant aera fumis. Id est, odoribus replent.

Offunditur nobis aer. Vide paulò antè, Aer crassus, &c.

Permetiri. Lucret. lib. 6,

Aera permensus multum, campósque natantes.

Perrumpere, Vide P E R R V M P O.

In aere piscari. Plaut. Asin. Iube vna me opera piscari in aere, venari autem iaculo in medio mari.

Procudere, Agere, Propellere, Lucret. lib. 4. eodem sensu dicuntur.

Reflatur aer, Vide Ducitur aer.

Resoluere aera. Vide paulò antè, Tabificum aera resoluere.

Rumpere. Ouid. 4. Metam. -ictibus aera rumpit.

Sæuit aer pestifer, Vide paulò antè, Pestifer aer.

Secare aera pennis. Cic. in Arato.

Silet aer. Ouid. 7. Metamorph.

Immotæque silent frondes, silet humidus aer.

Temperare aerem. Virgil. 3. Georg.

Solis ad occasum, cùm frigidus aera Vesper

Temperat, & saltus reficit iam rosida Luna. Vbi Seruius: Temperat, refrigerat.

Tentare. Ouid. 6. epist. ad finem,

Cùm mare, cum terras consumpserit, aera tentet. Id est, per aera volet Medea.

Tenuare. Stat. lib. 1. Thebaid.

Voluere. Lucret. lib. 4.

Aerius (ἀέριος) adiectiuum quadrisyllabum. Cic. in Top. Deinceps aerij volatus auium, atque cantus. Id est, qui fiunt in aere.

Aerium, pro Alto. Virgil. in Buc.

Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

Aditus aerios rumpere alicui. Hoc est, iter per aerem. Ouid. epist. 17.

Alpes aeriæ, Altæ. Virgil. 3. Georg. Ouid. 2. Metamorph.

Arces, Id est, altæ. Virgil. 3. Æneid.

Astra. Virgil. 5. Æneid.

Auis, Per aerem volans. Ouid. de Arte aman. 1.

Cacumen, Id est, altum. Catul. epigram. 59.

Columbæ. Ouid. 3. de Ponto. 3.

Cupressus. Catul. epigram. 59.

Cursus, Id est volatus. Ouid. 6. Metamorph.

Genus animantium pennigerum & aerium. Cic. de Vniuers.

Grues. Virg. 1. Georg.

Iter aerium peruolare. Ouid. 2. Fast.

Mel. Virgil. 4 Georgicorum,

Protinus aerij mellis cælestia dona

Exequar. Mel aerium vocat, quia ex rore colligitur qui ex aere defluit.

Murus, Id est, altus. Valer. Flac. lib. 2. Argonaut.

Palumbes. Virgil. in Bucol.

-aeriæ quo congessere palumbes. Id est, altius in aere volantes.

Quercus. Virgil. 3. Æneid.

Rupes. Virgil. 4. Georg.

Venti. Catul. epigram. 59.

Vias aerias carpere. Ouid. 2. de Arte amandi.

Volatus auium aerei. Cic. in Top.

Volucres. Lucret. lib. 1.

Aeripes, aeripedis, pen. corr. (ἀερίπους) adiectiuum quadrisyllabum, significat celerem, quasi aerios pedes habentem. hoc est leues. Virgil. 6. Æneid. Fixerit æripedem ceruam licet. Duas syllabas in diphthongum contraxit, metri gratia, æripedem, pro aeripedem.

Æra, æræ (αἶρα) herba est inimica segetibus, de qua sic Plinius libro 18. cap. 17, Est herba quæ cicer enecat & eruum, circunligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo æra. Et paulo post, Æræ granum minimum est, in cortice aculeato. Cum est in pane, celerrimè vertigines facit: aiúntque in Asia & Græcia balneatores cùm velint turbam pellere, carbonibus id semen inijcere. Hactenus Plinius. Latini lolium appellant. Virgil. eclog. 5. & Georg. 1,

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Ærinus, pen. prod. adiectiuum (αἴρινος) Id est, loliaceus, ab Æra. Plinius libro 22. capite 25, Ærina farina magis cæteris purgat vlcera vetera. Idem lib. 21. cap. 19, Panis verò cum melle & ærinea farina. Sic enim Hermolaus legit, quem Calepin. sequitur: quanquam in alijs legatur auenæ farina.

A. E R. A. Id est, Annus erat Augusti, quibus in vnum contractis factum est barbarum vocabulum A E R A. Vide Genesium in libro De correctione anni.

A E R A E (Αἰραί) oppidum est Macedoniæ, cuius incolæ Ærei dicuntur. Alterum ad Hellespontum, à quo Gentile Ærates (Αἰράτης) Tertium in Ionia. Vide Steph. de Vrbibus.

Æranthemis, Vide A N T H E M I S.

Ærarium, & cætera id genus, Vide A E S æris.

Ærenerui. Iulius Firmic. lib. 6. cap. 31, Musicos faciunt, qui lyræ vel harenarios, vel ærenervos dulci modulatione percutiant. Sed apparet locum esse mendosum, legendúmque, qui lyræ vel cytharæ neruos dulci modulatione percutiant.

Aereus, quadrisyllabum, & Aeripes, Vide AER.

AERIA, Aeriæ, vrbs Galliæ. Strabo lib. 4. Sunt medio in spatio vrbes, Auenio, Arausio, & Aeria: quæ sic appellata est teste Artemidoro, quia in sublimi sit ædificata cacumine.

Ærica, æricæ, interprete Theodoro, piscis est qui Græcè Chalcis dicitur. Est autem piscis fluuiatilis carniuorus, qui quodammodo stridet, & ter in anno parit, gregatimque sua oua gurgiti altiori mādat congesta. Vitio infestatur diro, vt pediculi sub branchiis innati plurimi interimant: quod nulli ex cæteris accidit. Author Aristoteles lib. 8. de historia animalium.

Ærizes {ἀερίζαι} gemmæ sunt è Beryllorum genere. Plin. lib. 37. cap. 5.

Aerizusa, aerizusæ, Iaspis aeri similis. Plin. lib. 37. cap. 8. Plurimæ ferunt iaspidem gentes. Smaragdo similem Indi. Cypros duram glaucéque pingui: Persæ aeri similem. ob id vocatur Aerizusa, cæli autumnali matutino similis.

Aeromantia, pen. prod. {ἀερομαντεία} diuinatio ex aere.

Aeromeli {ἀερόμελι} liquor est in Syria præcipuè, & Arabia sereno cælo ex aere defluens, sub exortu Vergiliarum, plantisque adhærescens, & deinde duritiem quandam colligens. A quibusdam ros Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Ruellius lib. 1. cap. 24.

AEROPE, Aeropes, pen. corr. quadrisyllabum, Atrei vxor, à Thyeste adulterio corrupta. Ouid. lib. 2. de Trist. Si non Aeropen frater sceleratus amasset, Auersos Solis non legeremus equos. Malè quidam hoc nomen per æ diphthongum scribunt. ἀερόπη Græcè dicitur. Homerus & Callimachus. ¶ Fuit & altera Aerope Cephei filia, de qua vide in dictione Aphnæus Mars.

Aeropes {ἀέροπες} auis genus, quod parentes senio confectos alit, Aristotele teste, quod & de Ciconiis memoratur. ¶ Item est gens Trœzenorum.

AEROPVS, Martis & Aeropes filius, de quo Pausan. in Arcad.

AEROPVS. Æropi {ἀέροπος} Macedoniæ rex, si quando erat ab negotiis feriatus, [Greek], id est, mensulas, & lychnidia optime construere consueuerat. Et propterea Cato dicere solebat, Nō minus otij, quàm negotij clarorum virorum rationem extare oportere. Vide Cæl. lib. Antiq. lect. 11. cap. 3.

Ærugo, pen. prod. æruginis, pen. corr. f. g. {ἰὸς χαλκοῦ} Rubigo in ære, vt ferrugo in ferro. Columel. lib. 7. cap. 5. Vel æris ærugine infriata. Plin. lib. 34. cap. 12. & lib. 28. cap. 7. Æs contactum graue virus odoris accipere & æruginem, magis si decrescente luna id accidat.

Ærugo, poeticè translatum, pro linguæ mordacitate, seu maledicentia, vel liuore & inuidia. Martial. lib. 2. in maledicum,

> Vteris ore aliter, nimiáque ærugine captus,
> Allatras nomen, quod tibi cunque datum est. Horat. 1. Ser. 4.
> hic nigræ succus loliginis, hæc est Ærugo mera.

Ærugo, item translatè, pro immodico pecuniæ & lucri studio, propterea quòd eo, tanquam ærugine quadam, ingenia præclara, & ad res maiores nata, corrumpuntur ac deprauantur. Horat. de Art. poet.

> at hæc animos ærugo, & cura peculi
> Cum semel imbuerit, &c. Lambinus.

Ærugo, metaphoricè ad segetum rubiginem transfertur apud Theophrastum libro 4. de causis plantarum. appellat enim Græcè [Greek]. Est autem ærugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in puluerem fœtidum confracescunt. Ruellius lib. 2. cap. 16. de Ærugine, Erysiben Græci vitium hoc appellant, plenilunijs fere accidens: quod & Rubigo frequentius dicitur.

Ærugo mordax. Sedulius, Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat.

Viridis. Martial. lib. 10. ad Numacium Gallum,

> Vt tu, si viridi tinctos ærugine versus
> Forte malus liuor dixerit esse meos. Id est, liuore, & maledictis.

Æruginosus, pen. prod. {ἰωμένος} adiectiuum, æruginis plenus. Seneca libro de Breuitate vitæ, Maiorem dierum partē æruginosis lamellis consumit.

Ærugo rasilis {ἰὸς ξυστός} & Ærugo Scolecia {ἰὸς σκωληκίας} Medicamenta sunt, de quibus Galen. lib. 9. Simplicium medicam. Ærugo, inquit, gustantibus acrem qualitatem affert, digerens, detrahens, & liquans, non teneram modò, sed & duram carnem. Horum confectionem & naturam vide plenè apud Dioscorid. lib. 5. cap. 51. & 52.

Ærumna, {ἄρσις} Festus, Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant, Quarum quia C. Marius retulit vsum, Muli Mariani postea appellabantur. Itaque ærumnæ, labores onerosos significant. Siue à Græco sermone deducuntur. nam αἴρειν Græcè, Latinè tollere dicitur. Hæc Festus. Cic. lib. 2. de Finibus, Vel Herculis perpeti ærumnas (sic enim maiores nostri labores non fugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam in deo nominauerunt) exigerem ex te.

Æterna ærumna. Cic. post reditum in Senatu, Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer, morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem.

Graues. Senec. Hercul. furent. 4.

Miseria & ærumna. Cic. lib. 5. de Finib. Vt vbi virtus sit, ibi esse miseria & ærumna non possit.

Ornatus ærumnis. Cic. pro Sylla.

Affici ærumnis. Lucret. lib. 3.

> Omnibus ærumnis affecti denique viuunt.

Domare ærumnas victas. Senec. Thebaid. 1.

Exoluere ærumnas duas vno labore. Plaut. Amphitr. 5.

> Vno vt labore exolueret ærumnas duas. De Alcmena loquitur, quæ vno partu geminos edidit.

Incidere in ærumnas. Cic. Fam. lib. epist. 14.

Perpeti ærumnas. Cic. lib. 2. de Finib.

Ærumnæ omnes te premunt. Cic. in Parad.

Leuare ærumnas fletibus. Senec. in Troade 86.

Superare ærumnas. Plaut. Persa,

> Superauit ærumnis suis ærumnas Herculis.

Ærumnalis, penult. prod. adiectiuum {ἐπίπονος} Apuleius lib. 1. de Asin. Mox in vrbe Latia aduena studiorū Quiritium indigenam ærumnali labore aggressus excolui.

Ærumnabilis, pen. corr. {ἐπίπονος} Ærumnis plenus. Lucret. lib. 6.

> Illud in his rebus miserandum magnopere vnum
> Ærumnabile erat.

Ærumnosus, pen. prod. {ἐπίπονος} Plenus ærumnis. Cic. 4. Tuscul. At eos qui se ægritudini dediderunt, miseros, afflictos, ærumnosos, calamitosos.

Ærumnosissimus. Cic. Attic. lib. 3. & pro Cluentio.

Infelix & ærumnosus. Cic. 7. in Verr.

Ærumnosa & miseriarum compos mulier. Plaut. Epid. 11.

Salum ærumnosum. Cic. 3. Tuscul. Nec tam ærumnoso nauigassem salo, Id est, per mare in quo tot labores tolerandi fuerunt. Versus est Ciceronis ex Græco.

Ærumnatus, pen. prod. adiectiuum {ἐπίπονος} Plaut. Capt. 11.

> Tum igitur ego ærumnatus, dearcuatus sum miser. Hoc est, multis ærumnis affectus. Nomen fictum more Plautino.

Ærumnula, pen. corr. diminutiuum {ἐπίπονον} Vide ÆRVMNA.

Ærusco, ærus cas {ἀγείρω} æruscare, Obsoletum verbum. Æra vndique, id est pecunias colligere. Festus. Gell. lib. 9. cap. 2. Æruscanti cuipiam id genus, & philosophū se ostentanti, dari iussit mille nummûm. Id est, vt exponunt nonnulli, æra poscenti: aut æruginosæ & obscuræ vitæ.

Æruscator, pen. prod. {ἀγύρτης} Qui malis artibus æs, id est pecuniam corradit vndique. Gell. lib. 14. cap. 1. Sed id præstigiatorum atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores, & cibum quæstúmque ex mendaciis captantes.

Æ S

Æs, æris, neut. gen. {χαλκός} genus est metalli. Eius tria sunt genera, Regulare, Coronarium, & Caldarium. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cypro coronarium & regulare est, vtrunque ductile. Coronarium tenuatur in laminas: taurorúmque felle tinctum, speciem auri in coronis histrionum præbet. Idémque in vncias, additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Regulare & in aliis fit metallis: Itémque Caldarium. Differentia, quòd caldarium funditur tantùm, malleis fragile, quibus regulare obsequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium est. Sed & in cæteris metallis cura distat à caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctísque, regulare est. In reliquis generibus palma Campano. Hæc Plinius. Æs coronarium, [Greek]. Æs regulare siue ductile, [Greek]. Æs caldarium, [Greek].

Æris appellatione aurum etiam per synecdochen continetur, Vlpiano teste in l. etiam. 159 de verb. sign. Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 2.

Æris metalla inuenit Cynira, Agriopæ filius, idque in insula Cypro. Plin. lib. 7. cap. 56.

Æs, pro galea ærea, per metonymiam. Ouid. 8. Metam. Cùm verò faciem dempto nudauerat ære. Id est, deposita galea. Sic Æs, pro rostris nauium. Fiebant enim ex ære. Virgil. 1. Æneid. Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant. Valerius quoque Argon. lib. 1, & spumas vomit ære tridenti. Flaccus igitur Horatius lib. 1. Carm. 1. cùm vellet longam nauem significare, & rostratam firmámque, Cypriam dixit: vt ærea accipiatur, quòd Cyprus olim metalla æris habuerit, & in ea prima fuerit æris inuētio, vt testatur Plin. lib. 34. cap. 2. Sic Æra pro operibus ex ære factis. Virgil. 1. Georg. Et mœstum illacrymat templis ebur: æráque sudant. Idem in 3. Æráque dissiliunt: vulgò: restéque rigescūt. Species metonymiæ: vt ferrum pro gladio. Horat. 4. Carm. 8. Sic Æs, Pecunia ex ære facta. Veteres enim primùm signatam pecuniam ex ære habuerunt. Cato, Fundū æribus suis emptum possidebant. Terent. Phorm. 3. 2. Ancillam ære emptam suo.

Æra, neutr. plur. Cic. Hortensio, Quid tu, inquam, soles, cùm rationem à dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam quæ ex his confecta sit non probare? Nonius.

Æs quando primùm Romæ fuerit signatum, his verbis prodidit Plin. lib. 18. cap. 3. Seruius rex, ouium boúmque effigie primus æs signauit. Idem libro 33. cap. 3. Signatum est nota pecudum: vnde & pecunia appellata.

Ære dirutus miles. Festus, Ære dirutum militem dicebant, cui stipendium ignominiæ causa non esset datum, quòd æs diruebatur in fiscum, non in militis sacculum. Nonius, Ære diruti appellabantur milites, quibus propter ignominiam stipendium, id est merces menstrualis, aut annua, quæ esset in nummis æreis, subtrahebatur. Hoc verbo Cicero facetissimè in Verrem vsus est, actione 7. Aleatoris Placentini castra commemorabuntur: in quibus cùm frequens fuisset, tamen ære dirutus est. Id est, quamuis non esset emansor, sed frequens in castris aleatoriis, tamen ære dirutus est, id est, stipendia perdidit, alea scilicet omnia absumente. Idem in Antoniana. XIII. Fraudator creditorum Trebellius, homo dirutus diruptúsque Quintus Cælius. Id est, tum herniosus, tum dissipato patrimonio expeculiatus, atque omni ære exhaustus. Lusit enim Cicero per paronomasiam diruptus, id est, herniosus, & dirutus.

Æs alienum. Vlpianus l. 213. D. de verb. signific. Æs alienum est, quod nos aliis debemus. æs suum est, quod alij nobis debent. Cicero pro Quinctio, Cùm æris alieni aliquantulum esset relictum. Sallust. de coniur. Catil. Simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Id est, multi erant obærati.

Æris alieni atque litis comes miseria. Chilonis Lacedæmonij oraculum apud Plin. lib. 7. cap. 32.

Nexus ob æs alienum. Vide NEXO.

Æs meum alienum. Cicero ad Attic. libro 13. Si quid æri meo alieno superabit. Hoc est, siquid mihi supererit, postquam æs alienum persoluero.

Æs alienum tuum. Cicero 2. Philippica, Etenim quæ res egestati & æri alieno tuo, præter mortem Cæsaris, subuenire potuisset? Id est, Vnde æs alienum dissoluisses: nisi ex morte Cæsaris tanta pecunia tibi accessisset?

Æs alienum afferre. Cic. Famil. 7.

Æs alienum cogere, conflare, contrahere, facere: omnia hæc idē significant:

cant: hoc est, ære alieno se obligare, nempe se debitorem facere, pecunia vel mutuò, vel fœneratò accepta. Plaut. Sticho, 4, Alienum æs cogat. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1, epist. 1, Nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. Eidem, Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. Sallust. Quisque æs alienum grande conflauerat.
Crescit tibi æs alienum. Cicer. 6. Verr. Metuisti ne æs alienum tibi cresceret.
Deuouere se pro ære alieno, Seipsum pro dissoluendo ære alieno sub hasta vendere. Cic. 11. Philipp. Pro alieno se ære deuouit.
Æs alienum dissoluere, Soluere creditoribus, & ab eis se liberare. Cic. pro Sylla.
Donare æs alienum. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brut. 6.
Ducite ex animis curam, atque alienum æs ne quis formidet efflagitatorem suum. Plaut. Budæus.
In ære alieno nullo esse, Idem quod nihil debere. Cic. 6. Verr. At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil vnquam, non modò in ære alieno nullo, sed in suis nummis nullis semper fuisse.
Exire ære alieno, Liberari debitis Cic. 11. Philipp. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, quum venderet aliena!
Æs alienum exonerare. Paul. in l. profectitia. D. De iure dotium.
Habere, Hoc est, debere. Cic. ad Sextiū lib. 5. epist. 6, Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni, vt cupiam coniurare, si quisquam recipiat.
Incidere in æs alienum. Vide INCIDO.
Inueterascere eorum æs alienum non patiebatur Atticus, neque multiplicandis vsuris crescere. Cornel. Nepos in vita Attici.
Laborare ex ære alieno. Cæsar bell. ciuil. lib. 3, Interim Milo quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, solicitabat.
Leuare se ære alieno. Vide leuo in LEVIS.
Liberare se maximo ære alieno. Cic. ad Attic. lib. 14.
Luere æs alienum, Hoc est, dissoluere. Cur. lib. 10.
Minuere. Vide MINVO.
Obrui ære alieno. Vide OBRVO.
Ære alieno obstringere omnes amicos. Brutus ad Cic. lib. 11. epist. 10.
Oppressus ære alieno. Cic. pro Fonteio.
Persoluere æs alienum. Plin. Iunior epist. lib. 9. ad Paulinum.
Reddere causas æris alieni. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 8.
Æs alienum relinquere. Cic. pro Quint.
Succurrere æri alieno. Senec. de Benefic. lib. 2. cap. 7.
Æs alienum alicuius suscipere, Est prouinciam suscipere soluendi eius creditoribus. Cic. 2. Offic. Liberales autem qui suis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorū, aut in filiarum collocatione adiuuant.
Vacillare in vetere ære alieno. Cic. in Catilinam.
Æs circunforaneum, pro fœneratitio. Cic. Attic. lib. 2. epist. 1, Tusculanum & Pompeianum me valde delectant, nisi quòd me ipsum illum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt. Æs vocat circunforaneum, quod ab argentariis fœnerantibus sumitur, qui tabernas habebant in porticibus circa forum.
Æs graue. Seruius in sextum Æneidos, Qui pro hoc, ære graui donatus est: Id est, massis.
Æs signatum, & graue, opponuntur. Liu. Decad. 1. lib. 4, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi. Et quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium còuehentes, speciosam etiam collationem faciebant.
In ære meo est, aliter accipit Cic. lib. 13. epist. 63, Et me hercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse. Id est, inter amicos meos esse. In ære enim meo est, idem est quod meus, & in bonis meis est, atque in censu meo. Idem ad Cassium, lib. 15. 14.
Ære meo me lacessis: Id est, iocantem ioco excipis. Plaut. Pœnul. 4, Enimuero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis.
Æs militare, Pecunia quæ in stipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solebat. Asconius.
Ære publico fixum Senatusconsultum. Tacit. lib. 12, Et fixum est ære publico Senatusconsultum, quo libertinus sestertij ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur.
Æra lupinis quid distent, non ignorat. Horat. lib. 1. epist. 7, Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. Id est, quantum pecunia differat à lupinis, legumine vilissimo. Acron: Quæ sit differentia inter bonos & malos. Erasmus in Chiliad. Id est, nouit discrimen rerum vilium & preciosarum. Agit autem Horatius de iis qui beneficia non ita conferunt in quosuis, veluti abiiciant: sed ita collocant, vt expendat & eius meritum ac dignitatem cui præstant, & preciū muneris quod largiuntur.
Æribus, pluraliter ab ære. Id est, æramento, dicit Cato. Festus.
Æris faber. Vide FABER.
Æris flos {χαλκοῦ ἄνθος} Medicamentum est, cuius vires sic perstrinxit Galen. lib. 9. Simplic. medicam. Flos æris tenuiorum partium facultatis est, quàm aut æs vstum, aut squama. Meritò itaque, ex eo factis collyriis extergunt, auferùntque superciliorum magnas asperitates, quas vocant Sycoseis.
Æris squama {λεπὶς χαλκοῦ} Medicamen est ad multa vtile, cuius meminit Galen. lib. 9. Simplic. medicamen. & latissimè Dioscorid. libro 5. cap. 49.
Æs vstum {χαλκὸς κεκαυμένος} Medicamentum est, cicatrici vlceribus inducendæ vtile, de quo Dioscor. lib. 5.
Acuta æra, Acutè sonantia Horat. Carm. 1. 16.
Æginecicum æs. Vide Deliacum æs.
Arguta. Sil. lib. 17,

> Circum arguta cauis tinnitibus æra, simúlque
> Certabant rauco resonantia tympana pulsu.

Canorum. Virgil. Æneid. 9,

> At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit.

Cauum. Id est, tuba ærea. Virgil. Æneid. 3,

> -dat signum specula Misenus ab alta Ære cauo.

Cauum æs, pro vase æreo concauato. Ouid. 4. Metamor.
Cauo ære clypeus. Virg. Æneid. 3,

> Ære cauo clypeum magni gestamen Abantis
> Postibus aduersis figo. Seruius, Æris caui: vt pulcra prole.

Concauum. Ouid. 4. Metam.

> -impulsáque tympana palmis
> Concauáque æra sonant, longóque foramine buxus.

Cordubense. Vide, Æs Sallustianum.
Corinthia. Plin. lib. 34. cap. 2. Ex illa autem antiqua gloria, Corinthium æs maximè laudatur: hoc casus miscuit.
Crepitantia. Virgil. 4. Georg.
Decorum. Virg. 4. Æneid. pro Orichalco, vt ait Seruius.
Deliacum. Plin. lib. 34. cap. 2, Antiquissima æris gloria Deliaco fuit. Et paulò pòst, Proxima laus Æginetico fuit. Insula & ipsa nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.
Ephyræa. Virg. 2. Georg.

> Illusásque auro vestes, Ephyræiáque æra.

Vbi Seruius, Ephyræia æra: Corinthia, quæ laudat etiam Cicero: nam Ephyrus est Corinthus.
Exercita pulsu æra. Vide Tacent Æra.
Fuluum. Ouid. 1. Metam.
Liuianum. Vide Æs Sallustianum.
Marianum. Vide Æs Sallustianum.
Micantia. Id est, arma ærea. Virgil. 2. Æneid.
Operosum. Id est, magno opere & artificio fabricatum. Ouid. 3. epist.
Paphium. Hoc est, Cyprium: Paphos verò Cypri est oppidum. Ouid. in Ibin.
Raucum, pro clypeo æreo, ad teli tactum, raucum sonum emittente. Virg. 2. Æneid.
Rauci æris canor. Hoc est, tubarum clangor. Virg. 4. Georg.
Recuruum. Lucan. lib. 1, -quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. Hoc est, litui inflexi incitauere ad ineundam pugnam.
Renidens. Virg. 2. Georg.
Æra rotunda, pro Cymbalis. Propert.

> Qua numerosa fides, quáque æra rotunda Cybeles
> Mythratisque sonant Lydia plectra choris.

Ea enim vera est scriptura, teste Turnebo: non vt editur,
-quáque errat turba Cybelles.
Sallustianum, Liuianum. Plin. lib. 34. cap. 2, Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum alpino tractu, non longi & ipsum æui. Successitque ei Liuianum in Gallia. Vtrúque à metallorum dominis appellatum: illud ab amico diui Augusti, hoc à coniuge: velocis defectus. Liuianum quoque certè admodum exiguum inuenitur. Summa gloria nunc in Marianum conuersa: quod & Cordubense dicitur.
Saturnia æra, Vasa ærea, quibus vtebantur tempore Saturni in sacris. Pers. satyr. 2,

> Aurum vasa Numæ, Saturniáque impulit æra.

Solita. Virg. Æneid. 9.
Sonans. Ouid. 12. Metam. de fama loquitur,

> -tota est ex ære sonanti,
> Tota fremit, vocésque refert, iterátque quod audit.

Sonorum. Claud. 7. paneg.
Stridentia. Virg. 4. Georg.
Temesæa. A Temese oppido Cypri, in quo præcipua æris bonitas & fertilitas fuit, vt tradit Strab. lib. 6. Ouid. 5. Fast.
Tinnula. Tinnientia ac resonantia. Ouid. 4. Metam.
Vetusta, Moneta vetus. Ouid. 1. Fast.
Vnca. Id est, hami. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 7,

> Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
> Omnibus vnca cibis æra subesse putat.

Concrepant æra. Ouid. 5. Fast.
Æs conflare. Hoc est, liquefaciendo commiscere. Plin. lib. 7. cap. 56, Æs conflare & temperare Aristoteles Lydum Scythen monstrasse: Theophrastus Delam Phrygem putat.
Domare æra. Hoc est, malleis tundendo mollire, & in longum latúmve ducere. Stat. lib. 1. Achil.
Ex ære aliquem ducere. Id est, ære fuso, aut malleis in laminas ducto exprimere, effigiare, repræsentare: nam id quoque ducere significat. Virg. 6. Æneid.

> Ducent viuos de marmore vultus.

Plin. lib. 7. cap. 37, Edixit Alexander nequis ipsum alius quàm Apelles pingeret, quàm Pyrgoteles sculperet, quàm Lysippus ex ære duceret.
Æs ducere, Idem. Horat. 2. epist. 1,

> Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
> Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
> Fortis Alexandri vultum simulantia.

Excudere æra spirantia. Hoc est, statuas tam affabrè efficere, vt animata videantur. Virg. 6. Æneid.

> Excudent alij spirantia mollius æra.

Incidere in ære, & in æs. Vide INCIDO.
Mutari ære. Vide MVTO.
Tacent æra. Stat. lib. 1. Achill.
Æramentum, Denominatiuum {χάλκωμα}. Sunt autem æramenta, opera ex ære facta, quemadmodum ferramenta ex ferro. Plin. lib. 35. cap. 15, In reliquo vsu æramentis illinitur.
Æraria, æ {χαλκῖτις} Herba est, quam sic vertit Theodorus, Hermolaus in Plin.
Ærana, ærariæ, locus in quo æs effoditur. Plin. lib. 34. cap. 13.
Ærarium, substantiuum {δημόσιον, ταμεῖον} Pecunia erat publica vno in loco condita: quam Tribuni ærarij, quum opus erat, promebant. Festus, Ærarium sanè populus Romanus in æde Saturni habuit. Cic. 3. Tuscul. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium.
Ærarium populi, Fiscus principis dicitur. Interdum tamen pro eodem

à Iureconsultis vsurpatur. Martian. l. 1. §. 5. D. Ad l. Cornel. de falsis. Paul. l. 13. D. de iure fisc.

Ærarium pro loco & repositorio publicæ pecuniæ. Cæs. bel. ciuil. Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repentè terror inuasit, vt quum Lentulus Consul ad aperiendum ærarium venisset, ad pecuniá Pompeio ex s. c. proferendam, protinus aperto sanctiore ærario ex vrbe profugeret.

Ad ærarium rationes suas referebant imperatores exercituum ex prouinciis decedentes, Id est, computos reddebant, vt nunc loquimur. Cic. in Pisonem, Rationem ad ærarium retuli continuò Cæsar, sicut lex tua iubebat. Budæus.

Ærarium militare. Sueton. Ærarium militare cum vectigalibus nouis constituit. Hoc est, quod peculiariter accommodatum esset ad soluenda militum stipendia.

Ærarium publicum Vrbis, fuit Saturni templum. Plutarch. in Problematis, Quam causam esse dicemus, quamobrem Saturni ædem pecuniæ publicæ sacrarium esse voluerunt? Nam ærarium est: & tabulas publicas in eo seruant, & ex eo Tabularium dicitur. An quòd fama obtinuit, Saturni tempore, nec auaritiam nec improbitatem vsquam in hominibus fuisse, sed iustitiam & fidem? An quòd fructuum inuentor, & agricolationis author, is deus fuisse memoratur? Falx enim id significat, &c.

Ærarij præfectos hodie (vt arbitror) vocare possumus, quos Thesaurarios dicunt: qui etiam Quæstores vocitari possunt. Tribunos verò ærarios, quos Receptores generales appellant. Budæus.

Ærarium sanctius ab antiquis dictum est, quod prorsus intactú erat, ex quo nihil promi licebat, nisi in summa & propè extrema reipublicæ necessitate. Liu. lib. 7. secundi belli Pun. aurum vicesimarium, quod in sanctiore ærario ad vltimos casus seruabatur, promi placuit. Cicer. Attic. lib. 7, Attulit mandata ad Consules vt Romam venirent, pecuniam de sanctiore ærario auferrent, statim exirent vrbe relicta. Budæus.

Ærarius, substátiuum {χαλκεὺς} Qui ærea opera fabricatur. Plin. lib. 16. cap. 6, Ærariorum tantum officinis compendio.

Ærarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in Ceritum tabulas referebatur, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ: scilicet ad hoc vt esset ciuis, sed tantummodo vt pro capite suo tributi nomine æra penderet. Hæc Budæus ferè ex Asconio. Vnde Ærarium facere, & inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodem leguntur: Hoc est, ea ignominia quempiam afficere. quod ius propriè ad Censores pertinebat. Cic. pro Cluen. vt alter in ærarios referri, aut tribu moueri iubeat, alter vetet. Liu. lib. 4. secundi bel. Pun. His, superioribúsque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribúque moti, ærarij omnes facti. Valerius lib. 2. cap. de Censoria nota, Salinator verò quatuor atque triginta tribus inter ærarios referre non dubitauit.

Ex ærariis eximere Latini dicebant, cùm aliquem prædicta ignominia leuabant. Budæus. Cic. lib. 2. de Orat. Is qui te ex ærariis exemit, lustrum condidit.

Ærarius, adiectiuum, Quod ad æs pertinet. Plin. lib. 33. cap. 5, Laudationem eandem in ærariis metallis, & proximá in argentariis fieri compertum est.

Ærarius faber, Qui opera ex ære fabricat. Plin. lib. 34 cap. 8. & cap. 1, A rege Numa collegio tertio fabrûm ærariorum instituto. Fabrûm pro fabrorum, per syncopen.

Ærariam fabricam alij Chalybas monstrasse putát, alij Cyclopas. Plin. lib. 7. cap. 56.

Ærarius lapis, ex quo æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12, Scolecia fit & per se rasa ab ærario lapide, de quo nunc dicemus. Chalcitim vocant lapidem, ex quo & ipsum æs coquitur.

Milites, vt ait Varro 4. de ling. Lat. dicuntur ab ære, quòd stipendia facerent.

Officina. Plin. lib. 18. cap. 10. Æraria fabrica, Idem lib. 7. cap. 56.

Ærarios Quæstores hodie vocare possumus eos quos mulctarum, id est emendarú receptores vocant. Tacit. lib. 13. Vide QVAESTOR.

Æraria ratio. Vide RATIO.

Ærarius scriba, Cic. pro Cluentio. Hoc est, qui rationes scribebant expensi lati & accepti relati.

Ærarij tribuni, à tribuendo ære sunt appellati. Hæc Festus. At Varro de lingua Latina lib. 4, Tributum, inquit, dictum à tribubus: quòd ea pecunia quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Ab eo, quibus attributa erat pecunia, vt militi reddant, Tribuni ærarij dicti.

Æratus, penul. prod. adiectiuum {χαλκωτὸς} Quod ære tectum est. Fit autem ab ære, vt auratus ab auro. Cic. 6. Verr. Iam verò lectos æratos, & candelabra ænea.

Abaci ærati. Vide infra Ostia ærata.

Æratæ acies. Vide ACIES.

Crates. Stat. 4. Theb. Omnibus æratæ propugnant pectora crates.

Classes, Naues rostris æreis munitæ. Virg. 8. Æneid.

Clypeus. Sil. lib. 15.

Cuspis. Ouid. 5. Metam.

Fores. Tibul. lib. 1. eleg. 3.

Æratus homo, Ære alieno obstrictus: qui vsitatius dicitur obæratus. Cic. Attico, lib. 1. Maculosi Senatores, nudi Equites, Tribuni nó tam ærarij vt appellantur, quàm ærati. Plautus pro pecunioso & bene númato posuit in Mostel. 8, Ferocem facis, quia te æratus amat.

Naues, quæ & rostratæ dicebantur. Nauiú enim rostra ex ære fiebant. Cæsar lib. 2. de bell. ciuili, Interim L. Nasidius à C. Pompeio cú classe nauium sedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Massiliensibúsque subsidio missus.

Ostia. Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius Quæstor, quòd ærata ostia haberet in domo. Nam triclinia ærata, abacósque & monopodia Cn. Manlium Asia deuicta primùm inuexisse triumpho suo L. Piso author est. Plin. lib. 34. cap. 3.

Puppes. Virgil. 9. Æneid. vbi de nauibus Troianorum in nymphas marinas versis,

-hinc virgineæ (mirabile monstrum)
Reddunt se totidem facies, pontóque feruntur,
Quot prius æratæ steterant ad littora puppes.

Pila. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Portæ. Ouid. 8. Metam.

Postes. Virg. 2. Æneid. 2.

Proræ. Virgil. 9. Æneid.

Puppes. Ouid. 8. Metam.

Securis. Virgil. 11. Æneid.

Tela. Tibul. lib. 1. eleg. 10.

Triclinia. Vide paulò antè in OSTIA.

Æreus, adiectiuum trisyllabum {χάλκεος} dicitur quod ex ære factum est: quod & ahenum etiam dictum est. Virg. 1. Æneid.

Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis. Loquitur de foribus

tépli. nam prisci, teste Plin. lib. 34. cap. 3, limina etiam ac valuas ex ære in templis factitauere.

Ærea arma, & tela iisdem ex ære, vetustas habuit: vt est apud Homerum: quæ Combo puella in Eubœa primùm inuenit: vnde cognominata Chalcis est. Ianus Parrhasius in lib. 1. Claudiani de rapt. Pros. Idem tradit Cælius antiqu. lect. lib. 19. cap. 10, Eustathij testimonium afferens.

Cassis. Sil. lib. 3.

Clypeus. Virg. 12. Æneid.

Ærea cuspide, vel gladio æreo facta vulnera, minus afferre doloris, facilius etiam persanari, tradit Aristoteles: quòd medicam vim quandam in se obtineat æs, quam in vulnere statim relinquat. Cæl. Antiq. lect. lib. 16. cap. 5.

Galea. Virgil. 10. Æneid.

Rota. Virg. 5. Æneid.

Æreum seculum, siue ætas ærea, dicitur apud poetas pro tertia illa ætate, quæ successit argenteæ. Hanc Ouidius aheneam, Id est æratam appellat.

Temo. Virg. 3. Georg.

Vas. Plin. lib. 12. cap. 7.

Æreus, pro forti, poeticé. Virg. 5. Æneid. Vastis tremit ictibus ærea puppis. Vbi Seruius, Ærea, fortis: vt, -& iunctos temo trahat æreus orbes. Nam puppis ærea non est, sed prora. Sic in eodem lib. -æream rotam pro forti, idem Seruius interpretatur.

Ærifer, pen. corr. adiectiuum {χαλκοφόρος.} Id est, æs ferens. Ouid. 3. Fast.

Iámque erat ad Rhodopen, Pangæáque flumina ventum.
Æriferæ comitum concrepuere manus. Id est, crepitacula ærea ferentes.

Æruficium {χαλκουργικόν} Dictum quod fit ex ære. Varro γνῶθι σεαυτόν, Nihil sunt musæ politis, quasi ærificiæ dixi. Nonius. Quem locum sic citat Sipontinus, Poliæ enim quasi ærificio videbantur.

Æripes, pen. corr. {χαλκόπους} vox trisyllaba, huius æripedis, penult. cor. Id est, æreos vel æratos pedes habens. Ouid. 6. epist.

Narrat & æripedes Martis arasse boues. Hoc est, habentes pedes ære munitos. Ita enim dicunt poetæ eos habuisse. Idem 12. epist.

Ærisonus, pen. corr. adiectiuum {χαλκόφωνος.} Stat. lib. 1. Thebaid.

-melius votis Mareotica fumat
Coptos, & ærisoni lugentia flumina Nili. Id est, æris sonum dantis

propter sistrum, quo in Isidis sacris vtebantur.

Ida ærisona. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut.

Et libro 3.

Ærisono de monte ratem, præfixáque regum Scuta videt.

Vrbes. Hoc est, resonantes propter crebros peluium & tintinnabulorú æreorum crepitus in eclypsi Lunæ pulsari solitorum. Claudianus de bello Getico.

Æro, æras {χαλκῶ} significat æs misceo, ære adultero, siue ære orno. Vnde æratæ fores apud Virgilium. Priscianus de speciebus verború lib. 8, A metallorum quoque nominibus solent nasci verba: vt ab auro, auro auras: ab ære, æro æras: vnde auratus, & æratus. Huius verbi composita sunt obæro, & subæro.

Ærosus, pen. prod. {χαλκώδης} Festus, Ærosam appellauerunt antiqui Cyprum, quòd in ea plurimum æris nascatur.

Ærosum aurum, Quod multi æris admistionem habet. Plin. lib. 33. cap. 5, E diuerso ærosum contrahit se, hebetatúrque, & difficulter ferruminatur.

Lapis, qui multum habet æris, & ex quo æs fit. Plin. lib. 34. cap. 1, vbi de æris generibus, Fit & è lapide æroso, quem vocant Cadmiam: celebritas in Asia, & quondam in Campania, &c.

Pecunia ærosa dicitur à Scæuola in l. 102. D. de solution. quæ æs mixtum habet. Creditor, inquit, oblatam à debitore pecuniam, vt alia die accepturus distulit, mox pecunia qua illa respub. vtebatur, quasi ærosa, iussu principis sublata est. & cæt.

ÆSA {Αἶσα} Thraciæ oppidum est, Pallenæ proximum, cuius incolæ dicuntur Æsei. Ex Stephano.

ÆSACVS, pen. corr. {Αἴσακος} Priami ex Alyxothoe nympha filius, quum amore Hesperies nymphæ Cebrenij fluuij filiæ captus, eam fugientem persequeretur, à serpente in pede icta interiit: tantóque dolore Æsacum affecit, vt moriturus è scopulo se in mare præcipitarit. Quem miserata Thetys, in mergum transformauit. Ille verò indignatus quòd mori non potuerit, se mergere nunquam desistit: vnde & Mergus à Latinis dictus est. Ouid. lib. 11. Metam. ad finem.

ÆSACVS, pen. corr. Fluuius Troianus ad Idam montem.

ÆSAGEVS. Montis nomen, apud Homerum.

Æsalon, æsalonis: vel Æsalus, æsali {αἰσάλων} genus accipitris apud Plinium lib. 10. cap. 8, Æsalona Græci vocant, qui solus omni tempore apparet, cæteri hyeme abeunt. Idem lib. eod. cap. 74, Æsalon vocatur parua auis, oua corui frangens: cuius pulli infestantur à vulpibus. Inuicem hæc catulos eius ipsámque vellit. Quod vbi viderunt corui, contrà auxiliantur, velut aduersus communem hostem.

ÆSAPVS, Æsapi, pen. prod. {Αἴσηπος} Troadis fluuius. Strab. libro 13, Post Cyzicenorum igitur vrbem & Æsapum, est Troadis initium,

secundum

secundum Homeri descriptionem. Sunt qui Æsepus scribant penul. prod.quia Græcè per η scribitur.

AESAPVS, teste Homero lib.6. Iliad. filius fuit Bucolionis, maximi filiorum Laomedontis.

Æsapius,adiectiuum {αἰσήπιος.} Valer.Flac.3.Argonaut.

Ampycides petit aduersis Æsapia syluis Flumina.

AESAR,Æsaris,pen.cor. {αἴσαρ} fluuius ponitur Theocrito,quem in Sicilia quidam esse affirmant.Alij verò in Calabria apud Crotonem. Huius meminit Ouid.lib.15.Metam. -lapidosas Æsaris vndas, I,pete. Straboni lib.6, Æsarus vocatur, iuxtáque Crotonem locatur.

Æsareus,pen.corr.Adiectiuum.Ouid 15.Metamor.

Inuenit Æsarei fatalia fluminis ora.

AESCHINES,pen.cor.{αἰσχίνης}Atheniẽsis orator,Demosthenis æmulus: cuius orationes tres extant,& aliquot epistolæ. Quũ populus Atheniensis in duas partes esset diuisus: alteráque regi Persarum faueret, vbi princeps erat Demosthenes: altera Philippo Macedoni, vbi Æschines: essétque pecunia vterque corruptus: ortæ sunt inter hos duos oratores inimicitiæ. Philostratus hanc dissensionem mauult diuersitati morum adscribere. Nam & Æschines potator erat, & dulcis, ac remissus, facetéque pronuntians. Ille contrà sobrius, grauisq; supercilio, insuper aquam potans, ac propterea vt difficilis & morosus taxabatur. Porrò Æschines tandè Athenis discessit, minimè quidem iussus,sed vt vitaret ignominiam quam acceperat suffragiis excidens in accusatione Demosthenis & Ctesiphontis: abiítque Rhodum: vbi quum aliquando publicè legeret eam quam aduersus Ctesiphontem habuerat orationem:admirantibus Rhodiis quonam modo tanta facundia victa fuisset, putantibúsque Atheniẽses improbũ tulisse iudicium. Atqui, inquit, nulla vos teneret admiratio, si Demosthenem contra hæc differentem audissetis. Qua re non solùm inimici collaudauit eloquentiam, sed etiam sententias iudicum excusauit. Ex Philostrato & Volaterrano. Plin.lib.7.cap.30. & Valerius Max.lib.8.cap.10.& Cic.3. de Orat. & in Bruto. Quintil.lib.2.cap.17. Idem lib.10.cap.1, Demosthene plenior Æschines, & magis fusus & grandiori similis, quo minus strictus: carnis tamen plus habet, minus lacertorum.

Æschines philosophus, Charini lucanicas facientis, siue (vt volunt) Lysaniæ filius, Atheniensis, à puero miræ indolis, laborúmque patientissimus fuit. Quocirca & à Socrate nunquàm discessit: atque ideò Socrates de illo dicere solebat, Solus nos colere nouit Æschines. Aiunt ipsum inopia adactum,venisse in Siciliam ad Dionysium, atque à Platone despectum, ab Aristippo fuisse illi commendatum: ibíque prolatis dialogis quibusdam accepisse munera: demum Athenas reuersum,ibíque minimè docere philosophiam suam ausum, quòd illic Platonis & Aristippi esset clarissimum nomen, auditores sibi mercede quæsiuisse, deinde in defensionem innocentium se ad scribendas orationes iudiciales conuertisse. Socratem ferunt illi dixisse,quum premeretur inopia,vt à seipso vsuras exigeret, sibi subducendo cibaria. Ex Diogene Laertio.

Æschines octo memorantur Diogeni Laertio. Primus, Atheniensis philosophus, Socratis discipulus. Secundus, qui artem oratoriam conscripsit. Tertius,orator, Demosthenis æmulus. Quartus, Arcadia profectus, Socratis etiam discipulus. Quintus, Mitylenæus,quẽ & flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus, Academicus philosophus, Melanthij Rhodij discipulus. Septimus, Milesius, ciuilis scriptor. Octauus, statuarius. Æschinis Milesij, qui Asiatico dicendi genere, sed faceto & ornato vsus est, meminit Cic.in Bruto.

AESCHRIO, Æschrionis, nomen proprium hominis Syracusani, in Herbitẽsibus decumis publicani, cui vxor fuit Pippa Verri adamata. Cic.5.Verr.

AESCHRION, Æschrionis, Viri proprium. Æschrionem citat Plin. in indice lib.10.Meminit & Varro. Nomine hoc & præceptor Galeni fuit.& alij. Hermol.

AESCHRON {αἴσχρων} Mitylenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximéque ei dilectus, vt tradit Menander Alexandrinus in libro de Discipulis Aristotelis. Volaterran.

AESCHYLVS.pen.corr. {αἰσχύλος} poeta tragicus Atheniensis.Horat. in Arte poetica,

Post hunc personæ,pallæque repertor honestæ

Æschylus,& modicis instrauit pulpita tignis,

Et docuit magnúmq; loqui,nitíque cothurno. Valer.Max.lib.9. cap.12.cum appellat originem & principium fortioris tragœdiæ.Hic Athenis excedens, in Siciliam venit. Quúmque audiret in fatis esse, vt ex ictu supernè proueniente mori eum oporteret: tectum vitans, sub dio manebat, aperto capite. Itaque mœnibus vrbis in qua morabatur,egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens,elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, vt fractæ testudinis carne vesceretur: eóque ictu extinctus est anno ætatis LVIII.Ex Valer.& Volat. Vide Plin. lib.10.cap.3. Et Quint.lib.10.cap.1. Cicer.2. Tuscul.

Æschylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere vsus est. Cic.in Bruto.

Æschyleus, pen. corr.adiect. {αἰσχύλειος} Propert.lib.2.eleg. vltima, Desine & Æschyleo componere verba cothurno.

Æschynomene, es {αἰσχυνομένη} Herba est, Plinio ita dicta, quòd appropinquante manu folia contrahit. Plin.lib.24.cap.17.

AESCVLANVS deus & ARGENTINVS, dicti sunt, æris & argenti: Id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Budæus lib.5.de Asse, Quem Quæstorum ærarij natio, vt deum Æsculanum summa veneratione coluit.

AESCVLAPIVS, {ἀσκληπιός} fuit Apollinis ex Coronide nympha filius,& idem medicinæ deus habitus. Seruius in 6.Æneí. Tarquitius apud Lactantium lib.1.cap.10,dicit eũ incertis natũ parentibus,expositũ in syluis, repertũ à venatoribus,caprino (vel vt alij canino) lacte nutritum, & custoditũ à cane,mox traditum Chironi,& sub eo medicinam didicisse. Cuias autem fuerit, non minor est controuersia. Sunt qui Epidaurium faciant: alij Messenium, sed Epidauri mansisse. Medicinam plurimum auxit,& illustrauit adeò,vt Androgeonem Minois filium ab Atheniensibus interfectum, & Hippolytum dicatur ad vitam reuocasse.Proper.lib.2.eleg.1.

Ferunt etiam Æsculapium ab Ioue fulminatum: quòd Hippolytum suscitasset. Quum Romani sæuissima peste laborarent, inspectis Sibyllinis libris didicerunt non aliter pristinã recuperari salubritatem posse, quàm si ab Epidauro vbi plurimum colebatur, Æsculapius esset accersitus. Itaque missis Epidaurum legatis, Æsculapius prægrandis serpentis specie Romam naui aduectus, in insulam Tyberinam vbi templum ei dicatum est, tranauit, aduentúque suo pestem omnẽ dispulit. Valer. Max.lib.1.cap.8. Ouid.lib.15. Metam. Anguis Æsculapius (ait Plin.lib.29.cap.4.) Epidauro Romam aduectus est,vulgóque pascitur & in domibus. Quin & angui multa inesse remedia creduntur,& ideo Æsculapio dicatur. Sunt qui putent serpentes Æsculapio propterea dicatos,quia sunt vigilantissimi:qualem oportet medicum esse.

Æsculapius apud Syracusas sacrificiis anniuersariis colebatur. Cicero 6.Verr.

Æsculapij fons Athenis,in quo quæ immersa sunt, in Phalerico redduntur. Plin.lib.2.cap.103.

Æsculapios multos facit Cic. lib.3.de Nat. deor. his verbis,Æsculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse,primúsque vulnus dicitur obligauisse. Secundus, secundi Mercurij frater: is fulmine percussus,dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius, Arsippi & Arsinoæ,qui primus purgationem alui, dentísque euulsionem, vt ferunt, inuenit: cuius in Arcadia non longè à Lusio flumine sepulcrum & lucus ostenditur.

Asclepius pro Æsculapius legitur in Homerico versu,quem apud Theodoritum Cyrenensem Zenobius Acciaolus Latinum fecit. Sic enim habet versus,

Huic homini pater est Asclepius arte medendi Clarus.

Epidaurius Æsculapius.Ouid.15.Metam.

Opifer deus Æsculapius.Ouid.15.Metam.

Pergameus deus. Martialis libro 9. de coma Earini. Pergami enim colebatur.

Phœbeius iuuenis.Ouid.15.Metam.

Phœbigena. Virg.7.Æneid.

Ipse repertorem medicinæ talis & artis,

Fulmine Phœbigenam Stygias detrusit ad vndas. Vbi Seruius, Pœnigenã:matre Pœna genitum. Alij Phœbigenã legunt,vt Probus.

Salutifer.Ouid.2.Metam.

Æsculapium,apud Vitruuium lib.7,est templum Æsculapij,Græca imitatione. Nam Graiis ἀσκληπιεῖον in neutro genere illius dei templum est. Cùm autẽ exemplum illud propè singulare apud Latinos videretur, admonere lectorem placuit, qui fortasse oscitans, aliúdque agens non animaduertisset. Mineruium tamen & Dianium apud Latinos similia ei sunt: sed locum Vitruuij ascribamus. Item, inquit, Argelius de symmetriis Corinthiis, & Ionico Trallibus Æsculapio, quod etiam ipse dicitur sua manu fecisse. Turnebus.

Æsculus,æsculi,pen.corr.fœmin. gener. {πλατύφυλλος} Arbor glandifera,teste Plinio lib.16. cap.6. Ioui sacra, lib.12. cap.1,& lib.16.cap.4. Hæc,vt idem ait lib.17.cap.20. prouenit cæsura triennio serior,nimis morosa nasci. In quacunque terra seritur, nascitur è balano, sed non nisi æsculi scrobe dodrantali. Idem lib.16.cap.4, Corona Ciuica iliginea primò fuit: postea magis placuit ex æsculo Ioui sacra. Variatúmque & cum quercu est,ac data vbique quæ fuerat, custodito tantùm honore glandis. Virg.2.Georg.

Altius ac penitus terræ defigitur arbos:

Æsculus in primis:quæ quantum vertice ad auras

Æthereas,tantum radice in tartara tendit. Vbi Seruius:Æsculus, arbor est glandifera, quæ licet ab esu dicta sit, tamen per æ scribitur. Sunt tamen qui sine diphthongo scribant, ab esca deriuantes. Plin. lib.16.cap.31. Vide Ruellium in Esculus.

Maxima æsculus.Virg.2.Georg.

Rigida.Horat.3.Carm.10.

Æsculetum,æsculeti,pen.prod.neut.gen.{πλατυφυλλὼν}locus æsculis cõsitus. Horat.1.Carm.22,

Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit æsculetis.

Æsculeus,adiectiuum {πλατυφύλλινος} Palladius lib.1.titu.9,Deinde vt axes quernæ cum æsculeis non misceantur.

Frons æsculea. Ouid. 1.Metamorph.

-æsculeæ capiebat frondis honorem.

AESERNIA, αἰσερνία Ptolemæo, Samnitum vrbs in Italia, hodie Essernia. Strab.lib.5,Æsernia & Allifæ, Samnitica sunt oppida.

AESERNINVS,pen.pro.{αἰσερνῖνος} Viri nomẽ,cuius meminit Cic. de Optimo gen.orat. Et ad Q.frat.lib.3,cum Æsernino Samnite Pacideianus comparatus videretur. Erant autem Æserninus & Pacideianus gladiatores per omnia pares,longéque omnium nobilissimi.

AESIMA. Vide AESYMA.

AESIS {αἶσις} vulgò *Esino & Fiumesino*, Vmbriæ fluuius in Italia.vnde Æsinates populi. Plin.lib.11.cap. 42, Caseum Æsinatem ex Vmbria mitti tradit. Strab.lib.5, In his locis priores fuere Italiæ termini atque Galliæ, licet Imperatores sæpenumero transposuerint. Antea quidem Æsin flumen terminum faciebant: rursus Rubiconem fluuium. Æsis inter Anconem labitur & Senogalliam: at Rubicon inter Ariminum & Rauennam: vterque in Adriaticum excurrit pelagus. Hermol.in cap.42.lib.11. Plinij,Æsini quoque amnis & vrbis nomen in Vmbria scimus: authore Ptolemæo & cæteris: hodiéque ita vulgò dicitur.

AESISIVM {αἰσίσιον} vrbs Vmbrorum,Ptolemæo:hodie Assisia.

AESIVM {αἴσιον} Vicus quidam in Vmbria, qui ex Ocrilis Ariminum permeanti,via dextra occurrit.Strab.lib.5.

AESIVS {αἴσιος} amnis est in ora Bithyniæ.Plin.lib.5.cap.32.

AESOLANI{αἰσωλανοί}Populi sunt in Latio,quorũ meminit Plin.li.3.ca.5.

AESON, Æsonis, pen. cor. {[illegible]} Cretheus Æoli filius Æsonem genuit ex Tyro Salmonei fratris sui filia: Æson verò Iasonem: cuius rogatu Medea Æsonem in aheno recoctum pristinæ iuuentuti restituit. Ouid. lib. 7. Metam. & Volaterranus in Philologia.

Æsonides, Æsonidæ, pen. corr. {[illegible]} Iason, Æsonis filius. Ouid. 7. Metamor.

Æsonius, nomen possessiuum {[illegible]} Ouid. 12. epist. Ausus es Æsonia dicere cede domo. Quandoque pro patronymico ponitur. Ouid. 7. Metam. -& auro

Heros Æsonius potitur. Hoc est, Iason Æsonides.

AESOPVS, pe. prod. {[illegible]} philosophus, Phryx genere, conditione seruus, tempore Crœsi Lydorum regis, cui fabulas suas dicauit. Itẽ alius Æsopus anagnostes Mithridatis eruditissimus, scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, vt author est Suidas. Præterea Æsopus tragœdus amicitia iunctus Ciceroni, sæpe cum eo ad videndũ in curia pronuntiantem Hortensium profectus est, teste Valerio: in maximas opes ex histrionica peruenit, adeò vt sestertiûm centies ei patina steterit: filium reliquerit adeò diuitem, simul & prodigum, vt is vniones aceto liquefactos cœnis adponeret, vt scribit Plin. li. 10. cap. 51. Hic Æsopus ab Horatio dicitur grauis, Quæ grauis Æsopus, quæ doctus Roscius egit. lib. 2. epist. 1. ¶ Est item fluuius, qui Zeliam præterlabitur, eodem Plinio authore lib. 5. cap. 32. Sed hic rectius Æsapus, vel Æsepus dicitur.

Æsopi patina. Plin. lib. 10. cap. 51, Maximè insignis est in hac memoria Clodij Æsopi tragici histrionis patina, sexcentis sestertiis taxata: in qua posuit aues cantu aliquo, aut humano sermone vocales, nummis sex singulas coemptas: nulla alia inductus suauitate, nisi vt in his imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem suos reueritus illos opimos & voce meritos: dignus prorsus filio, à quo deuoratas diximus margaritas. Horat. lib. 2. Sermon. 3.

Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet vt decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insignem baccam.

Erat autem Metella huius Æsopi vxor. Plin. lib. 9. cap. 35, Clodius tragœdi Æsopi filius, ne solus sciret quid saperent margaritæ, singulos vniones conuiuis absorbendos dedit.

Æsopus libertus Demosthenis, conscius adulterij quod cum Iulia patronus admiserat, tortus diutissimè perseuerauit non prodere patronum, donec alijs coarguentibus consciis, Demosthenes ipse fateretur. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11.

Æsopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximè succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollere, condiscant pueri. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Ne Æsopum quidem triuisti. De vehementer stupidis & imperitis dici solet, vt testatur Suidas. Extat apud Aristoph. in Auibus,

Indoctus enim es, neque sat solers,
Neque triuisti saltẽ Æsopum. Nam antiquitus Æsopi fabellas etiã vulgus idiotarum terebat. Has igitur qui nõ legisset, nihil scire videbatur. Erasmus in Chiliadibus.

Æsopeus, adiectiuum {[illegible]} Senec. de breuitate vitæ, Non audeo, inquit, vsque eò te producere, vt fabellas quoque, & Æsopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate connectas.

Æsopicus, aliud adiectiuum, vt Æsopicus graculus. Prouerbium dici solitum in eos qui aliena sibi vsurpant, aliorúmque bonis sese venditant. Extat apud Lucianum in Pseudologista. Erasm.

Æsopicus sanguis. Dicitur, aut vbi quis præter meritum acerba patitur: aut vbi propter læsam innocentiam, irati superi pœnam immittere viderentur. Natum ex historia, cuius meminit Plutarchus in libro [illegible], vbi & indicat dici solere, quoties serò pœna datur.

AESQVILIAE, Vide EXQVILIAE.

Æstas {[illegible]} secunda est ex quatuor anni partibus: olim tamen pars erat anni dimidia. Tunc enim (teste Seruio) annus in duas tantùm partes diuidebatur: hoc est, in æstiuum, & hyemale solstitium: ex quibus æstatem ac hyemem intelligimus. Porrò secundum hanc diuisionẽ æstas constat sex mensibus, & incipit à verno æquinoctio: finitur autem æquinoctio autumnali. Virgil. 3. Georg.

Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oues, dum mox frondosa reducitur æstas. Vbi Seruius, Id est, donec vernum tempus adueniat. Nam ver & æstas, sicut etiam hyems & autumnus, vnum erant secundum rationem hemisphærij. Varro 4. de Ling. Lat. Ab æstu æstas. hinc æstiuum: nisi fortè à Græco [illegible]. Plin. lib. 12. cap. 19, Austri ibi tam ardenter flant, vt æstatibus syluas accendant.

Antiqui, authore Seruio, annos per æstates numerabant. Virg. 1. Æneid.
-nam te iam septima portat
Omnibus errantẽ terris, & fluctibus æstas. Id est, septimus annus.

Æstates, quæ decolorem cutem faciunt, fimum vituli cum oleo & gummi manu subactum emendat. Plin. lib. 28. cap. 12. æstates appellans, maculas solares, quas Solis feruor & æstas elicere solet.

Adulta æstas. Vide ADVLTVS.

Atrox. Claudian. Paneg. lib. 2.

Calida. Virgil. de quatuor temporibus anni, Spicea serta gerit calidissima solibus æstas.

Feruens. Idem ibidem.

Florens. Virgil. de obitu Mecœnatis.

Formosa messibus. Ouid. 1. de Remed. Amoris.

Frigida. Stat. syl. lib. 3. 5.

Grauis. Virg. 2. Georg.
-grauis incumbens scopulis arentibus æstas.

Ignea. Horat. 1. Carm. 17.

Iners: Homines inertes reddens. Stat. 3. Thebaid.

Iniqua. Columel. lib. 10. de cultu hortorum.

Læta. Virg. 3. Georg.
At verò Zephyris quum læta vocantibus æstas.

Liquida. Virg. 4. Georg. Id est, serena.

Mollior. Virgil. 1. Georg.
Atque vbi iam breuiórque dies, & mollior æstas.

Noua. Virg. 1. Æneid.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Exercet sub sole labor. Vbi Seruius, Æstate noua: Bene noua, quia est & adulta, & præceps secundum Sallustium. Dicitur autem æstas noua, primo æstatis mense: adulta, secundo: præceps vel extrema, tertio.

Nuda. Virgil. de quatuor temporibus anni.
Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.

Pestilens. Liu. Grauis pestilénsque omnibus animalibus æstas.

Puluerulenta. Virg. 1. Georg.

Salubris. Horat. 2. Sermo. satyr. 4. -ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.

Serena. Virg. 6. Æneid.
Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena
Floribus insidunt variis.

Torrida. Virg. 7. eclog.

Vaga. Claudian. in Eutrop. 2,
Sed vaga lasciuis flueret discursibus æstas.

Ineunte æstate. Vide INEO.

Ingruente æstate. Vide INGRVO.

Æstiua, æstiuorum, plurale tantum {[illegible]} loca sunt in quibus armenta & greges, & milites æstiuant: sicut hyberna, in quibus hybernãt. Liu. 3. bel. Maced. Educto in æstiua milite. Virg. 3 Georgicorum, -nec singula morbi Corpora corripiunt, sed tota æstiua repentẽ. Vbi Seruius, Loca posuit pro animalibus. Æstiua autem sunt loca vmbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant solis calorem.

Æstiua Prætoris. Cic. 7. in Verr. Ac primò ad illa æstiua Prætoris accedunt.

Æstiuorum timor. Cic. ad Treb. lib. 7. epist. 14, Sin æstiuorum timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de Britannia.

Æstiuo, æstiuas, pen. prod. æstiuare, Ad æstum vitandum alicubi morari. Plin. lib. 12. cap. 5, Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris. Varro 2. de Re. rust. cap. 2, Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant. Stat. 4. sylu. eleg. 4, Latiis æstiuat in oris.

Abigere æstiuatum. Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apulia æstiuatum. Varr. 2. de Re rust. cap. 1.

Æstiuare etiam dicitur de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 15, Multi in Propontide æstiuant. De thynnis.

Æstiuus, adiectiuum, penult. prod. {[illegible]} Quod æstatis est, licet ab æstus, non ab æstas formatum sit.

Æstiui menses. Cic. Attico, lib. 5.

Æstiua animalia vocat pulices & pediculos. Plin. lib. 9. cap. 47.

Aqua. Vlp. in l. 1. D. de aqua quotid. & æsti. Æstiua, inquit, aqua est, qua sola vti æstate expedit: sicut dicimus vestiméta æstiua, saltus æstiuos, castra æstiua: quibus etiam interdum hyeme, plerunque autem æstate vtimur.

Aquæ æstiuæ, id est tepidæ. Propert. lib. 4. eleg. 25.

Aura. Horat. 1. Carm. lib. 1. 22.

Calores. Columel. lib. 4. cap. 7.

Candor. Claudian. Paneg. lib. 1.

Canis. Tibul. lib. 1. eleg. 4. Vulgò vocant, Dies Caniculares.

Classes. Claud. de bello Gildon.

Dies. Cic. 1. de Leg. Et in Ver. 7.

Falces. Claudian. Paneg. lib. 4.

Feruores. Colum. lib. 4. cap. 24.

Ignes. Propert. lib. 3. eleg. 20.

Iubar. Claudian. Paneg. lib. 6.

Leo. Claud. Paneg. lib. 3. Nempe æstate viget Leo, sydus cæleste.

Locus, In quem per æstatem animi gratia secedere solemus. Cic. Q. frat. lib. 3. 17, Nunc hoc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æstiuum locum obtinebit.

Lux. Virg. 4. Georg.

Menses. Cic. Attico lib. 5.

Nilus. Claudian. in Ruff. lib. 1.

Niues. Martial. lib. 5.

Nox. Horat. Epist. lib. 1. epist. 5.

Nubes. Virg. 4. Georg.

Orbis. Tibul. lib. 1. eleg. 2.

Æstiuæ partes vitis. Columel. de arboribus, cap. 5. 4, Itaque optimum est exiguam partem relinqui, atque ita summas partes, quas æstiuas rustici appellant, resecare. Videtur significare secundum illud incrementum in palmitibus, quod circiter mensem Augustum fieri solet, & quasi partes illas vitium quæ magis insolatæ sunt.

Partus. Plin. lib. 12. cap. 14, Autumno thus legitur ex æstiuo partu. Hoc est, ex eo quod produxit ipsa æstas.

Puluis æstiuus. Claudian. Paneg. lib. 4. 43.

Æstiua supellex. De poculis dictum, quòd ea tempestate lagenam & potionem potius quàm cibum & obsonium quæramus. Propert.
-vtrique æstiua supellex
Et Methymnæi grata saliua meri.

Saltus hybernos æstiuósque animo possidemus, quamuis certis temporibus eos relinquamus. Paul. in l. 3. ff. de acquir. possess.

Sol æstiuus. Plin. lib. 12. cap. 14. Et apud Virgil. lib. 4. Georg.

Soles. Stat. 4. syl. 4.

Sopor. Claudian. epigram. 6.

Tellus. Seneca in Medea, 10, Æstiua tellus floruit cantu meo. Hoc est, Tellus meis incantationibus talis facta, qualis æstate solet esse.

Tempora. Cic. 7. Verr. Tabernacula quemadmodum consueuerat temporibus æstiuis, carbaseis intenta velis collocari iussit in littore.

Vmbra. Ouid. 13. Metamor.
Solibus hybernis, æstiua gratior vmbra.

Æstimo, æstimas, penult. correp. {[illegible]} æstimare, Considerare. Quintil. lib. 2. cap. 13, Consumptis affectibus, non reperiens quo dignè

dignè modo vultũ patris posset exprimere, velauit eius caput, & suo cuiusque animo dedit æstimandum. Cic.de Leg.lib.1, Sisenna eius amicus omnes adhuc nostros scriptores, nisi qui fortè nondum ediderunt, de quibus æstimare nõ possumus, facilè superauit. Et in Verr. Expendite hæc, atque æstimate. Vnde dictum est æstimare pro taxare: ab æs æris, & τιμὴ Græcè, quod est pretium Latinè.

Æstimare, Videre, prospicere, & è loco sublimi considerare. Mart.lib.1,
   Hinc septem dominos videre montes,
   Et totam licet æstimare Romam,
   Albanos quoque, Tusculósque colles.

Æstimare, cum ablatiuo pretij. Cic.5.Verr. Eodem tempore Antonius tribus denariis æstimauit post messem. De frumento loquitur.

Æstimare, cũ accusatiuo & ablatiuo. Quint.lib.11.cap.1, Sic egit, vt qui pœnam suam honoribus summis esset æstimaturus. De Socrate loquitur.

Æstimare litem. Cicer.Verr.5, Qua in ciuitate Caio Catoni clarissimo viro, Consulari homini, sestertiũm XVIII millibus lis æstimata sit. Litem æstimatam Catoni dicit, Id est, eum damnatum octodecim millibus nummûm iudicio repetundarum. Idem in vltima actione, Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam domum, sed ex tua calamitate cineri atque ossibus filij sui solatium vult reportare. Lites æstimatas, vocat pecuniam mulctatitiam, & nummarias sententias: vt hodie quum iudices certa summa, actorum dispendia & incommoda æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. Id à iuris authoribus, quanti interest actoris appellatur. Litis autem æstimatio ita appendix erat dãnationis, vt hodie ex formula iudiciali. Id est, quod Damna & interesse vocant. Hæc Budæus. Asconius, Repetundarum caussa ita se habet, vt si reus conuictus sit atque damnatus, pecuniam reddat æstimata lite: hoc est, in pretium redactis omnibus furtis: quam summam pecuniæ proscriptis eius bonis sectores curabant.

Æstimare nomina alicui. Cic.3.Verr. Illa sunt nomina, quæ Dolabellæ necessariò sunt æstimata.

Pecunia. Cic.7.Verr. Deinde hæc expendite atque æstimate pecunia. Vulgò appretiare dicunt.

Personas accusatorum æstimare, vel de dignitate, vel ex eo quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iusta de causa. Vlpian.in l. si plures. D. De accusation.

Pretium rei. Cic.7.Verr. Deinde crimen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione: æstimate harum rerum omniũ pretia. Ac sic diceret, considerate quàm parui hæc sint momenti.

Carius. Plancus Ciceroni, lib.10. epist.4, Etsi à te propter amorẽ carius sunt æstimata. Brut. Ciceroni in epistolis ad Brut.16, Valde carè æstimas tot annos.

Flocci. Plaut. Mostell.2, Neque quod dixi flocci æstimat. Hoc est, nihili facit.

Æstimare magni & magno, hoc est, magnifacere. Cic. 2.de Finib. Magni enim æstimabat pecuniã. Ibidem lib.3, Ne ego istam gloriosam memorabilémque virtutem non magno æstimandam putem.

Magni litem æstimare. Paulus in l. Puta. D. ad leg. Aquiliam, Qui cõuenitur, fateatur se occidisse, & paratus sit æstimationem soluere, & aduersarius magni litem æstimet.

Nonnihilo. Cic.4.de Finib. Non quia bonum sit valere, sed quia sit nõnihilo æstimandum.

Æstimare tanti, quanti, tantidem, pluris, & minoris. Cic.6.Verr. Quanti hæc eorum iudicio, qui studiosi sunt harum rerum, æstimentur. Idem, Et aiebat se tantidem æstimasse. Idem 1.Acad. Ex iis alia pluris esse æstimanda, alia minoris. Liu. Mancipia minora annis xx. quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluris vænissent, ea quoque decem tanto pluris, quàm quanti essent, æstimarentur.

Expendere atque æstimare aliquid. Cic. post reditum in Senatu. Iidem expendunt atque æstimãt voluptates: sententiámque dicunt & iudicant: quantum cuique libidini tribuendum esse videatur.

Æstimare ac dispicere. Colum.lib.4.cap.27, Quare prudentis est ac maximè callentis vinitoris æstimare ac dispicere, quibus locis in annũ debeant materias summittere.

Æstimare aliquem. Plaut. Capt.7, Nam ego te æstimatum huic dedi viginti minis.

Bene de aliquo: Vulgus dicit, Habere bonam opinionem de aliquo. Cic.Att.lib.9, Oratio fuit ea nostra, vt benè potius ille de nobis æstimaret, quàm gratias ageret. Putarim hoc loco legẽdum, existimaret: vnde & bonam existimationem de aliquo dicimus.

Aliquem ex artificio. Cic.pro Rosc.Comœd. Nemo illũ ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat.

Aliquid ex veritate, vel ex opinione. Cic. pro Roscio Comœdo, Sic est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat.

Largè liberalitérque æstimare. Vide LIBER, liberi.

Grauius aliquid. Cæsar belli Gal.lib.7, Hæc si grauia aut acerba videantur, multò illa grauius æstimari debere.

Æstimandum dare aliquid suo cuiusque animo. Quint.lib.2.cap.13.

Æstimata pœna, ab antiquis ab ære dicta est, qui eã æstimauerunt ære: ouem decussi, bouem centussi, hoc est, decem, & centum assibus. Festus.

Æstimatorius, Adiectiuum {τιμητικός} vt Actio æstimatoria. Vlpian.in l. 1.D. de æstimat.action. Conueniret tamen aliquam actionem dari, daretur æstimatoria præscriptis verbis actio.

Æstimatoria exceptione agere. Pomp.in l.Si tamen. D.de Ædilit.edict.

Æstimator, pen.prod. {τιμητὴς} Qui æstimat & cõsiderat. Cic.3.de Finib. 10, Et quia te æquissimum habeo eorum studiorum quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem. In Orator. Quis tandem id iustus rerum æstimator reprehenderet?

Æstimator, Qui taxat. Cic.in Pisonem, Vnus tu dominus, vnus æstimator, vnus venditor. Idem in Paradoxis, Isti callidi rerum æstimatores prata & areas quasdam magno æstimant, &c.

Acerrimus alicuius rei æstimator. Cic.in Brut. De Cæsare & ipse ita iudico (inquit Atticus) & de hoc huius generis acerrimo æstimatore sæpissime audiui, illum omnium ferè Oratorum Latinè loqui elegantissimè. De acerrimo æstimatore, Id est, de Cicerone.

Immodicus æstimator sui. Curt.lib.8.

Parcus æstimator. Vide PARCO.

Æstimatio {τίμησις, τίμημα, διατίμησις} Id est, consideratio & perpensio. Cic.3.de Finib. Quod pondus dignum habeat æstimatione.

Æstimatio, Taxatio. Cæsar 1.bel.Ciuil. Militibus æqua facta æstimatione, pecuniam pro his rebus soluit.

Æstimatio census. Non æstimatione census, verùm victu atque cultu terminatur pecuniæ modus. Cic.in Paradox.

Æstimationem accipere. Vide ACCIPIO.

In æstimationem aliquid accipere. Cic. ad Rutilium lib.13, A M. Laberio C. Albinus prædia in æstimationem accepit.

¶ Æstimatio, pro re æstimata. Cic. Papirio Pæto lib.9.epist.16, Nunc quum tam æquo animo bona perdas, non eo sis cõsilio, vt quum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. Etiã hæc leuior est plaga ab amico, quã à debitore. Allusit ad æstimationẽ possessionum, quam Cæsar, pulso ex Italia Pompeio, quum Romam reuertisset, per arbitros causa debitorum fieri voluerat, vt ij creditoribus facilius satisfacerent. Qua de re initio li.3. de bellis ciuilibus, his verbis: Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur, constituit vt arbitri darentur: per eos fierent æstimationes possessionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellũ fuissent, atque eæ creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem nouarum tabularum tollendum, minuendúmque, qui ferè bella & ciuiles dissensiones sequi consueuit: & ad debitorum tuendam existimationem esse aptissimum existimauit. Hactenus Cæsar. Suetonius etiã in Iulio cap.42, De pecuniis (inquit) mutuis, disiecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebrò mouebatur, decreuit tandem vt debitores creditoribus satisfacerent per æstimationẽ possessionum, quanti quasque ante ciuile bellum cõparassent, deducta summa æris alieni, siquid vsuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua cõditione quarta pars ferè crediti deperibat. Hæc Suetonius. Quum igitur Papirius ex eo Cæsaris decreto magnã à debitoribus plagam accepisset, æstimatis eorum possessionibus, non quanti vænire tunc possent, sed quanti ante ciuile bellum fuissent: iocans Cicero: Ne credas, inquit, quum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam accepturũ. Et dixit, æstimationem aliquam, tanquam si, magnum aliquod damnũ, dixisset. Papirius enim æstimationes, id est, prædia per arbitros iniquè æstimata à debitoribus accipiens, crediti iacturã non minimam fecerat. Deinde sequitur: Etiam hæc leuior est plaga ab amico, quàm à debitore. Hoc est, Et tamẽ, quòd ab amico bona tua comedantur, non id tibi æquè graue esse debet, atque illud est, quod debitorũ causa deperdis: à quibus possessiones, quanti vendere nunquam poteris, accipiendæ tibi sunt. Idem Cicero ad eundem Pætum epist.18, Æstimationes tuas vendere non potes. Hoc est, res æstimatas. significat enim possessiones per æstimationem à debitoribus acceptas. Hinc est, quòd ipse Cic. quãdoque dicit accipere æstimationem, pro accipere à debitore possessionem, aut rem lege Cæsaris æstimatam. vt in exemplo superiore. Et ad Att.lib.12, Ouię C. Lolij curanda sunt HS. C. negat Eros posse sine me. credo, quòd accipienda aliqua sit & danda æstimatio. Hoc est, accipienda mihi possessio aliqua, & domus, aut res à debitoribus meis, & ea Ouiæ, cui ipse debeo, tradenda. Et posuit hic Cicero æstimationem pro re æstimata, æstimata, inquam, ab arbitris Cæsarianis, quanti ante ciuile bellum fuisset.

Æstimabilis, & hoc æstimabile. penul.corr. {τιμητὸς} Quod æstimari potest: vnde Inæstimabile, quod nullo pretio potest æstimari. Cic.3.de Finib. Æstimabile esse dicitur &c.

Æstimias, Æstimationes, obsoletum. Festus.

Æstiuus. Vide AESTVS.

AESTRAEVM, oppidum Macedoniæ: & Æstræi, populi sunt eius vrbis incolæ, teste Ptolemæo.

Æstuarium, æstuo, æstuas, Vide AESTVS.

Æstus, huius æstus, masc.gen. {καῦσων, πνῖγος, ζέσις, κλύδων} Festus, Æstus solis & æstiui temporis flagrantia. Virg.3 Georg.
   Æstibus & medijs vmbrosam exquirere vallem.

Æstus, de calido ignis vapore dictum, qualis exit è fornace. Virgil.2. Æneid.
   Propiùsque æstus incendia voluunt. Ibidem,
   Exuperant flammæ: furit æstus ad auras.

Æstus, vt ait Nonius, est marinus impetus & commotio. Plaut. Asin.
   Quo magis te in altum capessis, æstus te in portum refert.
Virgil.1.Æneid. Furit æstus arenis. Ab hac significatione legimus æstuosum mare.

Marinus, siue maritimus æstus. Cic.2.de Diuinat. de Natura deorum.

Æstus reciproci vis inenarrabilis. Plin.in procem.lib.32.

Vasti æstus maris. Catul.in Argonaut.

Æstus maris accedunt, &c. Plin.lib.2.cap.97, Æstus maris accedere & reciprocare, maximè mirum: pluribus quidẽ modis, verùm causa in sole lunáq;. Bis inter duos exortus lunæ affluũt, bisq; remeãt vicenis quaternisq; semper horis. Et primùm attollẽte se cũ ea mundo, intumescentes: mox à meridiano cæli fastigio vergente in occasum, residentes: rursúsq; ab occasu subter cæli ima, & meridiano cõtraria accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, se sorbẽtes. Nec vnquã eodem tempore quo pridie, reflui: vt ancillante sidere, trahentéq; secũ auido haustu maria, & assiduè aliunde quàm pridie exoriente: paribus tamẽ interuallis reciproci, senisq; semper horis, nõ cuiusq; diei, aut noctis, aut loci, sed æquinoctialibus. Hactenus Plin.

Æstus maris crescit, decedit, recedit. Plin.lib.2.cap.97, In ripa Bætis oppidum est, cuius putei crescente æstu minuũtur, augescunt decedẽte. Et cap.98, His addit Aristoteles, nullum animal nisi æstu recedente expirare.

Æstus reciproci vis inenarrabilis. Plin.lib.32, in prooemio.

Æstus maris modici, &c. Plin.lib. 2.cap.97, Modici luna noua æstus, pleniore ab ea exundant, plenáque maximè feruent. Inde mitescũt. Pares ad septimam primis. Iterumque alio latere diuidua augentur.

In coitu Solis pares. Planè eadem Aquilonia, & à terris longè recedente, mitiores, quàm quum in Austros digressa, propiore nisu vim suam exercet. Paulo pòst, Duobus æquinoctiis maximè tumentes, & autumnali amplius quàm verno. Inanes verò bruma, & magis solstitio.

Feruet æstu pelagus. Cic.3.de Orat.

Æstu frangitur mare. Lucret.lib.6.

Furit æstus arenis. Virg.1.Æneid.

Æstus pro mari æstuoso. Virg.2.Georg.

Tyrrhenúsque fretis immittitur æstus Auernis.

Æstus vlceris. Cic.2.Tuscul.

Iamiam absumor, conficit animam
Vis vulneris, vlceris æstus. Id est, vlceris inflammatio. Eodem modo calor ille febris intentissimus, æstus quoque dicitur.

Æstus translatum ad animum. Cic. de Claris Orat. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam non insolitæ adolescentibus gloriæ: Pro vehementiori cupiditate & ardore quodam.

Æstus animi. Firmicus lib.3.cap.5, Erunt autem semper tales, in æstu animi, & in maximis necessitatibus constituti.

Inter æstus iracundiæ fluctuare. Macrob.lib.4.Saturn.cap.2.

Fluctuare æstu curarum. Virg.8.Æneid.

Ingenij. Cic.3.de Orat. Quò quum ingressus esses, repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.

Consuetudinis, Impetus, vis. Allusio est ad æstum maris. Cic.2. de Legibus, Ne æstus nos consuetudinis absorbeat.

Commouere æstus belli. Lucret.lib.5,

Et belli magnos commouit funditus æstus. Hoc est, tumultus bellicos.

Æstus, pro amore. Ouid.14.Metamor.

Vt primùm valido mentem collegit ab æstu.

Æstus, Agitatio, & difficultas. Quint.lib.11.cap.1, Illic maior æstus vbi quis pudenda queritur.

Æstus, Dubitatio, Solicitudo. Plin. Iunior lib.1.epist.penult.ad Pompeiū Falconem, Erat hic quoque æstus ante oculos, si fortè me appellasset. Idem alibi, Explica æstum meum. Id est, dubitationem, inquit Budæus.

Anceps æstus. Senec. Medea, 12,

-anceps æstus incertam rapit. Hoc est, incertus animi furor & agitatio.

Æstus, pro ipsa caloris vi, qualis æstate solet esse. Ardens æstus. Virg. de quatuor anni partibus.

Calidi. Lucret.lib.1.

Dubius. Claud. in Ruff.lib.1.

Feruidus. Horat.1.Serm.satyr.1.

Grauem æstum solari fluuiis. Horat.2.Carm.5.

Horriferi. Vide Eructare æstus horriferos, in ERVCTO.

Ignaui. Ab effectu, quòd ignauos homines reddant. Ouid.7.Metam.

Incensos æstus auertere. Id est, febrem. Virg.3.Georg.

Letiferi. Ouid.7.Metamor.

Medij, hoc est, Meridies, quo tempore sol ardet maximè. Virg.4.Georg.

Mustulentus. Plaut. Cistel.10. Mustulentus æstus nares attigit. Iocò dictum de vapore vini recentis & mustei.

Nebulosus. Vide NEBVLA.

Rabidi æstus. Id est, calores. Ausonius 3.Sectione.3, ad Paulinum epistola.

Rapidus. Virg.2.Eclog.

-& rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpyllúmque, herbas contūdit olentes. Vbi Seruius, Rapido æstu, Vehementi & feruenti.

Sicci. Colum. de cultu hortorum, lib.10.

Steriles. Claud.3.Paneg.

-steriles iuuat ire per æstus.

Sydereus. Ouid.6.Metam. Hoc est, solis ardores.

Torrens. Plin.lib.8.cap.12, Elephantis frigidissimum esse sanguinem, ob id æstu torrente præcipuè à draconibus expeti.

Tremulus. Lucret.lib.6.

Validus. Ouid.14.Metam.

Exæstuare æstus. Lucret.lib.6,

Hos igitur tellus omnes exæstuat æstus. Id est, ebullit & efflat.

Æstu, febríque iactari. Cic. in Catilin. Sæpe homines ægri, morbo graui, quum æstu febríque iactantur, si aquam gelidam biberint, primo releuari videntur: deinde multò grauius vehementiúsq; afflictantur.

Insinuare æstum. Lucret.lib.6.de Sole.

Laborare æstu. Columel.lib.4.cap.24.

Releuare æstus. Ouid.3.de Arte amandi.

Secare. Virg.8.Æneid.

Et circùm argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æstúmque secabant. Hoc est, maris agitationem. Seruius, Naturalem rem ostendit. Nam semper mare turbatur, quum delphines apparuerunt.

Solari æstum fluuiis. Vide, Grauem æstum solari fluuiis.

Solui æstu. Lucret.lib.1.

Sustinere æstus. Ouid.1.Metam.

Torrens æstu terra. Colum.lib.4.cap.19.

Æsti, pro æstus. Pacuuius Chryse, Æsti fortè ex arido. Nonius.

Æstuarium, Denominatiuū. Æstuaria (vt Strabo ait) sunt loca quæ marinis aquis referta sunt ex inūdationibus pelagi, per quas sæpe in mediterranea fluuiorū instar nauigantes ascendunt: aliquando non nisi nando transiri possunt, à Græcis ἀνάχυσις, hoc est, inundatio dicitur. Festus ait esse omnia, quà mare vicissim tum accedit, tū recedit. Cæsar lib.2.bell.Gall. Maiores natu, quos vnà cum pueris mulieribúsq; in æstuaria ac paludes collectos dixeramus. Plin.lib.5.cap.1. Affunditur autem huic æstuarium è mari flexuoso meatu. De eiusmodi æstuariis intelligitur Virgilij periphrasis in 2.Georg. his verbis,

-qua vi maria alta tumescunt
Obiicibus ruptis: rursúsque in seipsa residunt. Vbi Seruius, Æstuaria Oceani accipimus, quà per Gallias & Hispanias in infinitum erumpit, contempta lege riparum, ad quas rursus recurrit.

Æstuarium, quo vapores exhalantur: Id est, emittuntur, siue sit hiatus naturalis, siue fossa manufacta: quod & vaporarium & spiraculū dici potest. Vitru.lib.8 ca.7, Lucerna accēsa demittatur: quę si permanserit ardens, sine periculo descendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis, tunc secundum puteum dextra ac sinistra effodientur æstuaria, ita (quemadmodū per nares) spiritus ex æstuariis dissipabuntur. Eandē sententiam, sed breuius habet Plin.lib.31.cap.3.

Æstuo, æstuas {καυματίζω} æstuare, Æstu feruere, & quasi calore suffocari. Iuuenal.Sat.3, -si dixeris, Æstuo, sudat. Cic.2.Tuscul. Itémque Lycurgi, laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Colum. Vt à sole æstuante vuæ & à ventis protegantur.

Æstuare, Exhalare: Hoc est, Emittere calidum vaporem, qui æstus dicitur. Virgil.6.Æneid.

Turbidus hic cœno, vastáque voragine gurges
Æstuat: atque omnem Cocyto eructat arenam. Sic fornax æstuare dicitur.

Aer æstuat. Propert.lib.2.eleg.29.

Caloribus æstuare. Columel.lib.4.cap.8.

Desiderio. Cic. ad Trebatium lib.7.18, Sed magis vt desiderio nostri te æstuare putarem. Id est, vehementer me desiderare: quasi cum quodam animi æstu. Id est, feruore.

Dies æstuat. Lucan.lib.1.

Humor. Virg.4.Georg.

Interea teneris tepefactus in ossibus humor Æstuat.

Ignis. Virg.4. Georg.

Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

Mare. Id est, agitatur. {κυμαίνει, ζέει} Curt. Æstuare semper fretū: quóque arctius voluetur inter insulam & continentē, hoc acrius furere.

Ventus æstuat in eum locum. Suet. Fossas omnes in quas ventus æstuat, oblimatas longa vetustate, opere militari detersit.

Æstuare, Angi, {ἀγωνιᾶν} & cum ægritudine animi solicitum & perturbatū esse. Cic. de Arusp.respon. Exanguis atque æstuans se è curia proripuit cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis. Tralatio ducta à maris æstibus nunc accedentibus, nunc recedentibus.

Æstuare in aurum. Claud. in Eutrop.lib.1,

Iste nec Eunuchis placidus, sed peius in aurum Æstuat.

Pudor æstuat in corde. Virgil.10.Æneid.

Insolenter æstuare. Catul.epigram.22.

Lenius. Ouid.9 Metam.

Æstuare & tergiuersari. Cic. pro Flacco, Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur.

Cupiditatibus æstuare. Firmicus lib.3.cap.8.

Dubitatione. Cic.4.Verr. Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in vtranque partem, non solùm mente, verumetiam corpore.

Æstuare inuidia, Quod & flagrare inuidia dicitur. Sallust. Nanque pleraque nobilitas inuidia æstuabat.

Æstuans {κυμαίνων} Catul.epigram.58, Animo æstuante rursus reditum ad vada retulit.

Æstuantia refrigerare. Plin.lib.17.cap.4.

Æstuatio, Verbale {κύμανσις} Vt Æstuatio vrbanorum ciuium. Plin.lib.18.cap.1, Quorum æstimatione & gaudio nos quoque relictis æstuationi suæ istis hominum turbis, pergamus excolere vitam. Id est, vehementibus desideriis & cupiditatibus.

Æstuosus, penul.prod. {πνιγώδης, καυματώδης, ζεσματώδης} adiectiuū, Quod æstu, id est calore plenum est. Colum.lib.11.cap.2, Septimo Cal. Augustas Canicula apparet, caligo æstuosa.

Æstuosus Auster, Vulturnus & Fauonius. Plin.lib.2.cap.47.

Æstuosa & puluerulenta via iter conficiebam. Cic. Attic.lib.5.

Calabria æstuosa. Horat.1.Carm.31.

Caligo æstuosa. Vide AESTVOSVS.

Cælū æstuosum. Colum.lib.4, Cælum neque niuale vinea, nec rursus æstuosum desiderat.

Freta. Horat.2.Carm.7.

Impotentia. Horat.Epod.16.

Iupiter. Hoc est, Iupiter Ammon, ad cuius oraculum in Libya Cyrenaica, Austro flante, sic agitatur & æstuant arenæ, vt mare fluctibus. Authores Plinius, Mela, Solinus, Catullus epig.7.

Locus. Cornel Cels.lib.8, Locis tamen æstuosis facilius inuenitur. Id est, regionibus calidioribus.

Syrtes. Horat.1. Carm.22, Siue per Syrtes iter æstuosas. Vbi Acron, Æstuosas, id est procellosas, aut nimio sole feruentes. Vnde Virgil. -& inhospita Syrtis. Lambinus verò, Æstuosas, inquit, vocat, propter æstus maris accedentes & recedentes.

Animal æstuosissimum. Colum.lib.7.cap.10.de sue.

Dies æstuosissimi. Plin.lib.34, Non fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum.

Æstuosiùs, aduerbium. Horat.Epod.3,

Nec munus humeris efficacis Herculis Inarsit æstuosiùs.

Æstifer, pen.corr.ra, rum {πυρώδης, καυματηφόρος} Virg.2.Georg.

Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer arua. Æstiferum canē vocat, quòd æstū afferat, id est calorem vehementissimū. Cic. in Arat.

Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. Ibidem,

Æstifer est pandens feruentia sidera Cancer.

Æstifer, Hoc est, æstum ferens, seu patiens. Lucan.lib.1,

-sicut squallentibus herbis
Æstiferæ Libyes viso leo comminus hoste. Stat.3.Syl.3,
-quod messibus Afris
Verritur, æstiferi quicquid terit area Nili.

Campi æstiferi. Hoc est, æstum ferentes, seu patientes. Sil.Ital.lib.17.

Æstifer ignis. Lucret.lib.1,

Æstifer ignis vti lumen iacit, atque vaporem.

AESYETES, Æsyetæ, penult.corr. Viri propriū. Ex huius sepulcro ad Troiam

Troiam extructo speculabatur Polites quid in suis nauibus facerent Græci Troiam obsidentes. Homer.2.Iliad. Strabo lib.13.

AESYMA, αἰσύμη Stephano, Vrbs Thraciæ, patria Castianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. Homer.8.Iliad.

Æsymnitæ (αἰσυμνῆται) dicebantur apud Græcos qui parem regiæ dignitati potestatem habebant: à quo nomine, Dictatoris imperiú traxisse originem creditur. Vide plura apud Alex.ab Alex.lib.4.cap.23.

AESYMNIVS, viri Megarensis nomen, & eiusdẽ nominis tumulus. Pausan.in Attic.

AESYMNVS, vnus è principibus Græcorum ab Hectore interfectus, teste Homero lib.Iliad.11.

AESYRMVS, vrbs Thraciæ, teste Homero lib.Iliad.8.

AETA, Colchorum rex, Medeæ & Absyrti pater. Vide AEETA.

Ætas, ætatis, penul.prod.fœ.gen. (ἡλικία) ab æuo deducitur, quasi æuitas. ¶ Ætatem Varro diuisit in infantiam, pueritiá, adolescentiam, iuuentam, senectam: quarum tamen singulæ trifariam diuiduntur, vt prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Hinc est quod Virgilius ait, -viridísque iuuenta. Seruius in 5.Æneid.

Ætates sic finiuit Seruius Tullius rex, quum census faciendi gratia, illas quinque classes populi Romani instrueret, vt pueros esse existimaret, qui minores essent annis septẽdecim. Inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos iam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsit: eósque ad annum quadragesimumsextum iuniores dixit, suprà que eum numerum seniores appellauit. Author Tubero lib.1. Historiarum, apud Gell.lib.10.cap.28.

Ætas infirma, puerorum, puellarum, senióque confectorum hominum. L.122.D.de legat.1.

Ætas ædificiorum.l.58.D.de legat.1.

Ætas in vino. Plin.lib.23.cap.1, Sua cuique ætas vino gratissima, hoc est, media. Vnde ætatem ferre, & pati æuum, dicitur de fructibus nó fugientibus. Budæus.

Ætas, pro hominibus in ætate degentibus. Ouid.2.Metam.

Quum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas. Hoc est, nullius ætatis homines.

Ætas, pro iuuentute. Cic.7.Verr. Erat ea nauis plena iuuẽtutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati. Paulò pòst, Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificiíque habebant, abducit omnes.

Ætas, pro solo anno interdum ponitur. Varro, Ætatem vix decimam ingressus. Virg.3.Georg.

At tribus exactis, vbi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat. Seruius: Id est, quartus annus. Nam ætatem plerunque generaliter dicimus pro anno, pro triginta, pro centum, pro quouis tempore.

Ætas, pro tempore. Plin.lib.12.cap.1. Hoc actum circa vrbis captæ ætatem. Sic vsitatè, Nostra ætate dicimus, pro nostro tempore.

Ætas, pro seculo, Id est, centum annis. Cic. de Senect. Tertiam enim iam ætatem hominum viuebat. De Nestore dictum, qui secundum poetas trecentos annos vixit. vnde ipse apud Ouidium sic ait lib.12. Metam. -vixi

Annos bis centum: nunc tertia viuitur ætas.

Ætas, pro vita hominis frequenter & venustè accipitur. Est autẽ pars pro toto, per synecdochẽ: quia ætates sunt vitæ partes. Plaut.Rud.27,

-in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ, vbi decipiuntur dolis.

Ætas item aliter accepta. Virg.8.Æneid.

Attulit & nobis aliquando optantibus ætas
Auxilium, aduentúmque dei. Hoc est, beneficium temporis, ait Seruius. Nos vulgò tempus vocamus.

Lanuginis primæ ætas: Hoc est, iuuentus in qua barba incipit pubescere. Ouid.21.epist.

Quid mirum, si me primæ lanuginis ætas
Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?

Cursus ætatis. Cic.de Senect. Cursus est certus ætatis, & via vna naturæ, eáque simplex: suáque cuique parti ætatis, tempestiuitas est data.

Fabulam ætatis peragere. Cic.de Senect. Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendidè vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur: quia sicut fabula quinque actibus constat, ita hominis vita quinque ætatibus seu gradibus.

Fata ætatis implere. Ouid.7.epist.

Feruor ætatis. Cic.de Senect. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modicè, sed erat tamen quidam feruor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora.

Flexus. Cic.1.de Orat. Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum & ætatis flexu constitisset.

Flore ætatis frui. Lucret.lib.4.

Florem ætatis tangere. Lucret.lib.3,

Quóve modo poterit pariter cum corpore, quóque
Confirmata cupitum ætatis tangere florem Vis animi.

Freta ætatis, Feruores ætatis. Lucret.lib.4.

Id ætatis homo, Id ætatis sumus, pro, eius ætatis. Cic. ad Toranium lib.6.epist.20, Ita viximús, & id ætatis iam sumus, vt omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus.

Suæ ætatis homo, qui maior annis est. Modestinus in l. ex duobus. D. De negot. gestis. Ex duobus fratribus, vno quidem suæ ætatis, altero verò minore annis: quum haberent communia rustica prædia, &c.

Idem ætatis, pro eiusdem ætatis. Tacit.li.13, Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum.

Imbecillitas ætatis. Cic.ad Brut.

Infirmitas. Cic. Si quæ minus antea propter infirmitatem ætatis, &c.

Lubricum. Vide LVBRICVS.

Maturitas. Cic.Leptæ lib.6.epist.18, etsi abest maturitas ætatis, tamen personare aures eius huiusmodi vocibus non est inutile.

Peractio. Cic. de Senect.ad finem, Senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulæ.

Progressus. Vide, Iniens ætas.

Robur ætatis quammaturrimum. Tacit.lib.12.

Ruina. Ouid.1.de Pont.eleg.5,

Nec me si subitò videas cognoscere possis:
Ætatis facta est tanta ruina meæ.

Spatium Cic.de Senect. de Valerio Coruino, Itaque quantum spatium ætatis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit.

Spatium vetustum. Lucret.lib.2.

Specie ætatis vti. Ouid.5.Fast.

Et monet ætatis specie, dum floreat, vti:
Contemnunt spinam quum cecidere rosæ.

Tempus ætatis. Cic. de Senect. Breue tempus ætatis satis est longum ad bene honestéque viuendum.

Tempus extremum. Cic.de Senect.

Temporis futuri ætas. Ouid.15.Metam.

Tempus infinitum ætatis. Cic. lib.2. de Finib. Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tẽpore ætatis voluptatem fieri maiorem, quàm finito atque modico.

Tempus nostrum ætatis. Cic.ad Q.frat.lib.3.21, Angor, mi suauissime frater, angor, nullam esse remp. nulla iudicia: nostrúmque hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari.

Ætatis tempora queri. Propert.lib.1.eleg.7.

Tempus vltimum ætatis. Cic.lib.2.de Finib. Neque expectat vltimum tempus ætatis.

Ver breue ætatis. Ouid.10.Metam. -citráque iuuentam
Ætatis breue ver, & primos carpere flores.

Adulta ætate filius, apud Ciceronem. Vide ADVLTVS.

Affecta ætas. Vide AFFECTVS adiectiuum.

Annua ætas. Plin.lib.8.cap.40.

Auida. Seneca,

Et quicquid auida per tot annorum gradus
Abscondit ætas.

Aurea. Ita enim fuit appellata, quòd optimis moribus illo tempore quo Saturnus regnauit, homines floruerint. Ouid.1.Metamorph.

Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectúmque colebat.

Bona, pro adolescẽtia: quæ videlicet felicior vitæ pars existimatur. Cic. de Senect. Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primùm paruulis fruitur rebus.

Constans. Cic.de Senect. Vt enim infirmitas puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.

Consularis ætas. Vide Consularis in CONSVL.

Crastina. Stat.3. Thebaid.

-quid crastina volueret ætas, Scire nefas homini.

Decrepita. Vide Prouecta ætas.

Dura. Horat.1.Carm.35. Id est, Ferrea.

Edax. Lucan.lib.7,

Non ætas hæc carpsit edax.

Effœta. Stat.6.Thebaid.

Extrema. Cic.de Senect. Huius extrema ætas in hoc beatior quàm media, quòd authoritatis plus habebat, laboris minus.

Ferox. Horat.3.Carm.5.

Firmam ætatem dici putat Galenus, eorum qui mediam consistentiæ seu vigoris ætatem, & senectutis agunt: quum iam crescendi ætas & tempus excessit, necdum tamen senectutis sensus vllus notabilis cõparet. Ex Cælio Antiqu.lect.lib.26.cap.20.

Flexibilis. Cic.ad Brutum, epist.18, Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas: multíque ad deprauandum parati.

Florens. Cic.de Senect. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis.

Fœcunda. Claud.8.Paneg. Crescite virtutes, fœcundáque floreat ætas.

Futilis. Sil.lib.16.

Grandior. Vide, Iniens ætas.

Heroicæ. Cic.5.Tuscul. Heroicis etiam ætatibus Vlyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Imbecilla. Horat.2.Serm.satyr.2.

Accedent anni, tractari mollius ætas
Imbecilla volet. Hoc est, Senilis.

Impensa labori. Lucan.lib.2,

-ætásque impensa labori Dant animos?

Impia. Horat.Epod.16.

Improuida puerorum. Lucret.lib.1.

Incuriosa suorum. Tacit. in vita Agricolæ, Clarorum virorum facta morésque posteris tradere, antiquitus vsitatum, ne nostris quidem temporibus, quanquam incuriosa suorum ætas omisit. Id est, suos nihil curans.

Inertior. Ouid. Trist.lib.4.eleg.7,

Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas.

Inferior. Cicer.4. Academ. Id est iunior, & posterior. De Democrito, Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquísque inferioris ætatis?

Infirma. Ouid.6.Fast. Quintil.lib.1.cap.3.

Integra. Terent. And. Egregia forma atque ætate integra. vt Virg. -integer æui Ascanius. Nos flore ætatis non ineptè appellamus.

Inuida ætas. Horat.1.Carm.11,

-dum loquimur, fugerit inuida Ætas.

Irreuocabilis ætas præterita. Lucret.lib.1.

Iustæ ætatis homo. Vlpia.in l.cum filiofam.ad finem.D.de legat.3.

Lacrymabilis. Stat. 2.Syl.1,

Non te forma mouet, non te lacrymabilis ætas.

Lasciua. Horat. 2. Epist. 2.
Legitima ætas ad petendum magistratum. Liu. 3. Decad. lib. 5.
Longa ætas magistra. Ouid. 5. Epist. Quint. lib. 1. cap. 8, Longa ætas spatium dabit.
Lubrica. Claud. de rapt. Proserp. lib. 3.
Mala ætas, pro senectute. Afran. Vopisco,

Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta inuenit. Nonius.

Matura. Claud. 4. Paneg.
Maturissima. ad Heren. lib. 4, Hi sapienter faciunt, qui adolescentes maximè castigant: vt quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare.
Mauortia. Claudian. de bello Getico.
Media. Vide, Extrema ætas. &, Constans ætas.
Militaris, pro Robusta & apta ad militiã. Liuius, Nec vllo iam qui militaris ætatis esset, non aut cæso, aut fugato.
Ætas militaris, Pro iuuenibus. Liu. 3. Decad. lib 8, Igitur non militaris modò ætas, aut viri tãtùm, sed fœminæ quoque pueríque supra animi corporísque vires adsunt.
Mobilis. Virg. 3. Georg. -viámque insiste domandi:

Dum faciles animi iuuenum, dum mobilis ætas.

Mollis. Ouid. 1. de Arte amandi,

Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.

Mollior luxu. Claud. de bello Getico.
Nescia simulandi. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Nobilis. Claudian. 22. Epigram.
Nubilis. Claud. 1. Panegyr.
Obnoxia iniuriæ. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Omnis ætas. Tacit. lib. 5, Iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles, dispersi aut aggerati.
Otiosa & quieta. Cic. de Senect. Nónne melius multò fuisset, otiosam ætatem & quietam sine vllo aut labore aut contentione traducere?
Opportunissima. Cic. ad Trebat. lib 7. 7, Imperatorem liberalissimum, ætatem opportunissimam, commendationem certè singularem habes. Hoc est, commodissimam, & quæ muniis publicis adhuc probè vacare possit.
Perpetuam ætatem reperire. Lucret. lib. 3.
Postera. Vide Præsens ætas.
Prætextata. Gell. lib. 1. cap. 23. hoc est, ætas pueritiæ.
Præsens. Horat. 2. Epist. 2, -veteré sne poetas,

An quos & præsens, & postera respuit ætas.

Pretiosior. Claud. 2. de rapt. Proserp.

-illic pretiosior ætas, Aurea progenies habitat.

In prima ætate pudoris. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Puellaris. Quintil. lib. 6. in procem.
Robusta. Vlpian. in L. Si maritus sit. §. lex Iulia. D. ad leg. Iuliam de adulter.
Robustior. Claud. 7. Paneg.
Senatoria. Tacit. lib. 20, Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipsanus Messala adeptus, nondum senatoria ætate.
Senecta ætate. Plaut. Senecta ætate qui factus est puer: Pro, in senectute. Vide SENECTVS.
Senior. Sene. Herc. OEth. 4.
Sera. Ouid. de Arte amandi. lib. 1,

Seu te fortè iuuat sera, & sapientior ætas.

Simplex Hoc est, iuuenilis. Stat. 9. Thebaid.
Strenua. Ouid. Amor. lib. 1. eleg. 15.
Superior. Cic. de Senect. Vt superiorum ætatum studia óccidunt, sic óccidunt etiam senectutis.
Teneris ætatibus vtilis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Vberior. Ouid. 1 Metam.
Velox. Stat. Achil. lib. 2. 80.
Vetus. Ouid. 5. Metam. At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen.
Vinosior. Ouid. 3. Fast.
Viridis ætas. Plin. Iunior lib. 1. epist. 12. ad Calestrium.
Volatilis ætas. Ouid. 10. Metam.

Labitur occultè, fallítque volatilis ætas,
Et nihil est annis velocius.

Accedit ætas vino, quum inueterascit. Vide ACCEDO.
Accedit illi plus ætatis. Cic. lib. 1. de Orat. Solet idem Roscius dicere, se quò plus sibi ætatis accederet, eò tardioris tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.
Accipere ætatem. Vide ACCIPIO.
Adimere ætatem vino. Plin. lib. 23. cap. 1, Iam & patresfamiliâs ætatem ademere vinis, quæ per se cariem traxere.
Adoleuit ætas. Tacit. lib. 2. Annal. Nam suam ætatem vergere: Drusi nondum satis adoleuisse.
Agere ætatem desidiosè. Lucret. lib. 4.
Ætatem agere in aliquo loco, vel in re aliqua. Cicer. in Bruto, quum ætatem ageret Athenis. Idem 2. de Legibus, Hic ferè ætatem egit in literis.
Nudus ætatem agere. Cic. 5. Tuscul. In India qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt.
Regio cultu ætatem agere Sallust. in Catil. Alios diuites esse, vt regio cultu ætatem agerent.
Acta ætas, vel exacta, pro extrema senectute, quæ decrepitudo dicitur: quia tunc vitæ tempus propemodum exactum est, id est finitum. Cic. ad Brutum, epist. 2, De me possum idem quod Plautinus pater in Trinummo, Mihi quidem ætas acta fermè est, tua istuc refert maximé. Liuius, Exacta ætate Camillus. Id est, senio confectus.
Ætas quietè & purè & eleganter acta. Cic. de Senect.
Ætas anteacta. Lucret. lib. 1.
Antecellere ætate. Cic. de Senect. Multa in nostro collegio præclara sunt: sed hoc in primis, quòd vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet.
Anteire aliquibus ætate. Cic. 1. Tuscul. Nam Galbam, Aphricanum, Lælium, doctos fuisse traditum est: studiosum autem eum qui iis ætate anteibat, Catonem.
Calens ætate. Ouid. 3. de Arte aman.

Ista decent pueros ætate & amore calentes.

Coacescit ætas. Cic. de Senect. Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas coacescit.
Composita ætas. Tacit. lib. 13. non procul ab initio: Virum ætate composita, insontem, nobilem.
Confectus ætate. Hoc est, valde senex. Virg. 4. Æneid. -confectum ætate parentem. Cic. in Catil. Tertium genus est ætate iam cõfectum.
Confirmata. Cic. ad Plancum, lib. 10. epist. 3, Ego, Plance, necessitudinẽ constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto quàm tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata iam ætate familiaritatem, cùm studio meo, cum iudicio tuo constitutam.
Consumere ætatem multo labore & studio. Quint. lib. 2. cap. 20.
Conterere ætatem in re aliqua. Cic. 2. de Legibus, Vt nollent ætatem in litibus conterere.
Ætates totæ contritæ in aliquo studio. Cic. lib. 1 de Orat. Quo in studio, hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorúmque totas ætates videmus esse contritas.
Corroborata. Cic. pro Cælio, Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset: & multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua non modò hæc ætas, sed etiam iam corroborata caperetur. Hæc ætas, Id est, adolescentia.
Decursa. Cic. pro Quintio, Quam honestatem in iudicium tuum propè acta iam ætate decursáque attulit.
Deficit me ætas. Ouid. Metam. lib. 12.
Deflectere ætatem. Cic. ad Attic. 9.
Degere ætatem. Lucret. lib. 3.
Degere tempus ætatis. Cic. de Senect.
Degere omnem ætatem sine dolore Cic. lib. 2. de Finib.
Ætatem cum aliquo degere, id est, Viuere. Plaut. Sic Ætatem exigere dicimus.
Deuexa ætas à laboribus ad otium. Cic. ad Att. lib. 9, Et (vt verum loquar) ætas iam à diuturnis laboribus deuexa ad otium, domesticarũ me rerum delectatione mollit.
Ducere ætatem. Horat. 2. epist. 2.
Ea ætate est. Cic. pro Cluent. Idem pro C. Rabirio, Huic quidẽ afferret aliquam deprecationem periculi, ætas illa, qua tum fuit.
Emendare ætatem. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Emoritur ætate spes in pueris. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Exacta ætas. Cicero pro Rosc. Comœd. Quum illis exactæ ætatis seuerissimè fructum quem meruerunt retribuam.
Exacta ætate est. Cic. de Senect. M. quidem Valerium Coruinum accepimus ad centesimum annum vitam produxisse, quum esset exacta iam ætate in agris.
Excessit illi ætas ex magisterio tuo. Id est, desiit esse sub ferula tua.
Extinguitur ætas. Vide, Senescit ætas.
Fessa alicuius ætas. Tacitus lib. 17.
Firmata. Cic. pro Cælio. Virg. 4 eclog.

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

Florere ætate. Virgil. 7. eclog.

Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.

Formare ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Frangitur ætas. Vide, Senescit ætas.
Fugiens ætas. Catullus, Ne fugiens seclis obliuiscentibus ætas.
Gerere ætatem cum aliquo. Seruius Cic. li. 4. epist. 5, de Tulliæ obitu, Vt cum aliquo adolescente primario coniuncta, ætatem gereret. In correctioribus tamen libris legitur, Ageret.
Satis ætatis habere. Cic. pro Roscio Comœdo.
Ingrauescens ætas. Cic. ad Curionem, lib. 2. epist. 7, Quare hoc animo in nos esse debebis, vt ætas nostra iam ingrauescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat.
Iniens ætas. Id est, initium adolescentiæ, primi anni pubertatis, prima adolescentia. Cic. 2. Offic. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum prudentia regenda est. Ineuntem autem ætatem, adolescentiam vocauerunt antiqui, quòd hæc sit veluti cognitionis sui ipsius initium.
Mutare ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Numerare. Propert. lib. 3. eleg. 7.
Obtinere. Vide OBTINEO.
Ætas præcipitata, pro senili & vergente. Matius ad Ciceronem, lib. 11. epist. 28, An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem? Præcipitata, quòd iam videatur quodammodo præceps in fatum ruere, vt ait Virgilius.
Præcurrere aliquem ætate. Cic. in Orat. Horum vterque Isocratem ætate præcurrit. Hoc est, Isocrate maior natu fuit.
Præterita ætas. Cic. de Senect. Præterita enim ætas quamuis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.
Procedere ætate vsque ad. Cic. de Senect. Liuius vsque ad adolescentiam meam processit ætate. Hoc est, vixit vsque &c.
Progrediens ætas. Vide, Feruor ætatis.
Progressa ætas. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 2.
Progressus ætate. Cic. de Senect. Nisi forte adolescentes, pueritiam: paulum ætate progressi, adolescentiam debeant requirere.
Prouecta Cic. 1. Tuscul.
Prouectus ætate. Cic. de Senect. Eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen iam ætate prouectum.
Ætate prudentiores reddimur. Sumptum ex illo Telemachi apud Hom. Odyss. lib. 2, -eram adhuc puer: ast vbi iam sum

Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipséque grandescit mi animus. Ex Erasf. Chiliad.

Quieta

Quieta. Vide Otiosam ætatem.
Senescit ætas. Cic. de Senect. Ita sensim sine sensu ætas senescit.
Succedit ætas ætati. Cic. 11. Philip. ad finem, Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati.
Tardus ætate Ouid. Metamorph. lib. 8.
Traducere ætatem. Cic. de Senect.
Transcendere ætate æuum. Senec. Troad. 6.
Transierunt hæc ætate. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Vergit ætas. Vide Adoleuit ætas. Tacit. lib. 4.
Viuere tertiam hominum ætatem. Vide Ætas pro seculo.
Volat enim ætas. Cic. 1. Tuscul.
Per ætatem, Id est, ætatis progressu, & ætate permittente. Cic. ad Plancum, lib. 13, Vt primùm per ætatem iudicium facere potueris.
Ætas, masc. gen. protulit Plautus Trinummo,
Propter eosdem quorum causa fui hoc ætate, exercitus.
Ætatula, penult. corr. diminutiuum {ἡλικίδιον} Est tenerior puerorum ætas, & quasi ætatis tyrocinium. Cic. 5. de Finib. Facilè est hoc cernere in primis puerorum ætatulis.
Ætatulæ indulgere. Suet. in Claudio, cap. 16, nihil amplius quàm monuit, vt aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certè cautius.
Ætatula, pro ætate, blandimenti causa positum. Plaut. Pseud. 4,
In munditiis, mollitiis, deliciisque ætatulam agitis. Hoc est, tempus ætatis iucundissimum.
Ætatèm, aduerbium temporis. Terent. Eunuch. 4. 5, Iamdudum ætatèm lites sunt inter eos factæ maximæ. Iamdudum ætatèm, pro longinquo tempore. Lucilius, -vt multos mensesque diésque, Non tamen ætatèm. Ætatèm, diu, longinquóque tempore ac prolixo, vt est ætas. Idem Hecy. 5. 1, Nam neque ille hoc animo erit ætatém. Plaut. Asin. 3, Vt tibi superstes vxor ætatèm siet. Nonius Marcellus, Ætatèm, positum pro sæpe, ac diu. Plaut. Asin. Adeò vt ætatèm ambo ambobus nobis sint obnoxij. Idem eadem, Ætatèm velim seruire, Lebanum vt conueniam modó.
Æternus, adiectiuum {αἰώνιος, ἀΐδιος, ἀθάνατος} Quasi æuiternus: propriè significat quod fine caret. Nam æuum, inquit Seruius, propriè æternitatis est. Idem enarrans illud Virgilij in 6. Æneid. Mens agitat molem: Si, inquit, vt Cicero dicit in Tusculanis, æternum est quicquid in æterno motu est: fine dubio etiam animus æternus est. Semper enim in motu est, adeo vt ne nobis quidem quiescentibus conquiescat. Virgil. 1. Georg.
Impiáque æternam timuerunt secula noctem. Cic. 4. Academ.
Et quicquid est, mortale sit an æternum.
Æternum de eo dictum, quod finem habeat. Terent. Eunuch.
At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais. Hoc est, donec viuemus.
Æuum æternum. Ouid. 1. Metamorph.
Aurum. Stat. 5. Sylu. 1.
Causæ. Cic. de Fato, Nec si omne enútiatum, aut verum aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles, eásque æternas.
Consilia. Horat. 2. Carm. 11. Vbi Acron, Æternis: Id est, infinitis & diuturnis.
Corpus. Lucret. lib. 1.
Decus æternum habere. Ouid. 3. Trist. 1.
Deus æternus. Cic. lib. 2. de Finib. Quid est igitur cur ita semper Deum appellet Epicurus beatum & æternum? Dempta enim æternitate nihilo beatior Iupiter quàm Epicurus.
Dolorem æternum perferre. Lucret. lib. 3.
Excubiæ diuûm. Virgil. 4. Æneid.
-vigilémque sacrauerat ignem,
Excubias diuûm æternas. Seruius, Definitio est æterni ignis.
Exilium. Horat. 2. Carm. 3.
Fœdera. Virgil. 1. Georg.
Continuò has leges, æternáque fœdera certis
Imposuit natura locis.
Honores. Horat. 1. Carm. 1.
Ignis. Ouid. 3. Fast.
Ignibus æternis æterni numina præsunt
Cæsaris. Per ignes æternos intelligit ignem illum qui à virginibus Vestæ consecratis, perpetuò, & summa diligentia colebatur & asseruabatur. Vnde & Horat. 3. Carm. 5, æternam Vestam appellat.
In æternum. Vide IN.
In æternum condita vrbs. Liu. 3. Decad. lib. 8. Id est, vt æterna sit.
Imperia. Virgil. 1. Æneid.
-ô qui res hominúmque deúmque
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.
Laborem æternum carpere. Catull. epig. 59.
Æternum da dictis Diua leporem. Lucret. lib. 1.
Luctu æterno tabescere. Lucret. lib. 3.
Mors. Lucret. lib. 3. Motus. Lucret. lib. 2.
Mundus. Ouid. 5. Metamorph.
Natura. Lucret. lib. 3.
Nomen æternum emere sanguine. Ouid. 2. Amor. eleg. 10.
Nomen æternum tenere. Virgil. 6. Æneid.
-æternúmque tenet per secula nomen.
Nox. Virgil. 10. Æneid.
In æternam clauduntur lumina noctem.
Opus. Ouid. 3. de Art. amand.
Sed famæ inuigilare iuuat. quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus? Id est, semper victurum.
Pacem æternam exercere. Virgil. 4. Æneid.
Quin potius pacem æternam, pactósque Hymenæos
Exercemus?
Pergama. Virgil. 8. Æneid. Hoc est, nunquam famam neque nomen suum perditura.
Posteritas. Ouid. Epist. 15.
Quies. Seneca Agamem. 7, & miseros libera mors vocet: Portus æterna placidus quiete.
Regna. Lucan. lib. 1. Sacerdos. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.
Tempus. Lucret. lib. 3.
Ex æterno tempore. Cic. lib. 1. de Finib. Eúmque motum atomorum nullo à principio, sed ex æterno tempore intelligi conuenire.
Ver æternum, Id est continuum & immutabile. Ouid. 1. Metam.
Ver erat æternum, placidíque tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Vesta æterna. Vide Ignis æternus.
Virtus. Sallust. in Catil. Virtus clara, æternáque habetur.
Vitam æternam dare. Virgil. 12. Æneid.
Quò vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? Hoc est, immortalitatem.
Vrbs æterna, pro Roma. Ouid. lib. 3. Fast.
Iam, modò quà fuerant syluæ, pecorúmque recessus,
Vrbs erat, æternæ cùm pater vrbis ait. Æternam vocat, de qua Iupiter apud Virgilium. Imperium sine fine dedi.
Vulnus æternum seruare sub pectore. Virgil. 1. Æneid.
Perpetuus & æternus. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Idémque etiam legis perpetuæ, & æternæ vim, quæ quasi dux vitæ & magistra officiorum sit, Iouem dicit esse.
Æternus, pro magno atque immenso. Virgil.
Tum pater æterno fatur deuinctus amore. Et Curtius lib. 4, ferè eodem modo scripsit, Ablue corpus illuuie æternísque sordibus squalidum. Ex Turnebo.
Æternus & Sempiternus, pro eodem. Cic. post reditum in Senat. Quòd si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer: morte me ipse potius, quàm sempiterno dolore multassem.
Æternior, comparatiuus. Plin. lib. 14. cap. 1, Nec est ligno vlli æternior natura. Pro durabilior, & minus corruptibilis. Idem de Cedro, Nullum æternius lignum.
Æternitas, pen. corr. {αἰώνιον} Tempus sine carens. Cic. de Nat. deor. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circunscriptio temporum metiebatur. ¶ Æternitatem vt deam coluerunt antiqui, cuius imaginem tempus esse dixerunt Pythagorici, Plato, & Hermes Trismegistus. Eam enim per tempus intelligimus. Describitur verò copiosè & eleganter à poeta Claudiano in Panegyrico, de laudibus Stiliconis. Bocatius carmen interpretatur in suis Genealogiis.
Ad memoriam æternitatis. Cic. 14. Philip. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed cõtectos publicis operibus atque muneribus, eáque extructione quæ sit ad memoriam æternitatis, ara virtutis.
Immutabilis æternitas. Cic. de Vniuersitate, Neque æternitate immutabili continetur.
Ab omni æternitate. Cic. de Diuinat. lib. 2, Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil euenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore: quæ potest esse fortuna? Rursum lib. 1, Animus vixit ab omni æternitate.
Ex omni æternitate. Cic. de Diuinat. lib. 1, Fatum est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna.
In omni æternitate. Cic. 2. de Nat. deor. Ordo autem siderũ, & in omni æternitate constantia, neque naturam significat, &c.
Donare æternitatem alicui. Cic. in Pison. Mihi populus Romanus vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatémque donauit.
Æternitate donare, Immortalem facere. Plinius lib. 2. cap. 7, Nec mortales æternitate donare.
Mandare æternitati. Vide MANDO.
Æterno, æternas {αἰωνίζω, ἀπαθανατίζω} æternare. Varro rerum humanarum, lib. 2, Literísque ac laudibus æternare. Verbum antiquum est, pro æternum & immortale facere. Horat. 4. Carm.
Quæ cura patrum, quæve Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas
Auguste virtutes in æuum
Per titulos memorésque fastos Æternet?
Æternò {αἰωνίως} aduerbium, idem quod Æternùm. Plin. lib. 2. cap. 107, Viret æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.
Æternùm, aduerbium, pro semper. Virgil.
-manet, æternúmque manebit. Idem 2. Georg.
-glebáque versis Æternùm frangenda bidentibus. Id est, perpetuò, semper. Seruius. Idem Virgil. 6. Æneid.
Æternúmque locus Palinuri nomen habebit. Hoc est, ad finem vsque mundi, vt dicitur.
AETHAEA {Αἴθαια} regionis Laconicæ oppidum apud Stephanum.
AETHALIA, vel Æthale, insula {Αἰθαλία, Αἰθάλη} ex Strabo. lib. 5. de scriptione, non procul abest à Corsica & Sardinia: qui etiam ferri Æthalici meminit. Diodorus Siculus lib. 6. cap. 4. Sequuntur post Liparam insulæ ad Tyrrhenum pelagus sitæ: in quibus vna est nomine Æthalia. Populoniæ opposita vrbi, distans à continenti stadiis fermè centum: quæ id nomen ab Æthalio, qui ei præfuit, duce sortita est. In ea effoditur petra, ex qua ferrum excuditur. ¶ Æthalia, insula adiacens Italiæ in mari Ligustico, vt author est Plin. lib. 3. cap. 6. Idem aliam quoque facit Æthaliam quæ & Chios dicitur, lib. 5. cap. 31.
Æthaliones {αἰθαλίωνες} cicadæ dictæ, παρὰ τὸ αἰθαλοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, hoc est, propterea quòd à sole adurantur. Cæl. lib. 17. cap. 6. ex Theocriti interprete.
AETHALIS {Αἰθαλίδης} vel Æthalides, Præco, Mercurij filius: cui quandoque inter mortuos, quãdoque inter viuos esse licere cõcessum est, vt est author Apollonius 1. Argonaut. Volaterr. lib. 33. Hunc à patre Mercurio impetrasse ferunt vt & viuus & mortuus omniũ quæ gererentur memoriam haberet. Eũ se fuisse gloriari solebat Pythagoras, Laert. lib. 8. in Pythagora.
AETHEA. Vna ex centum vrbibus Laconiæ. Steph.
Æther, ætheris, pen. corr. masc. gen. fine plurali {αἰθήρ} Sunt qui æthe-rem pro elemento ignis accipiãt, inter quos est Anaxagoras: alij pro aere. Aristoteles libro 1. Meteor. hoc nomine cælum intelligit: dictum, vt ipse putat, ἀπὸ τοῦ αἴθειν: vt alij, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, à perpetuo

motu.Cic.2.de Nat.deor.Restat vltimus,& à domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus, qui idem Æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. Æther ex aere gignitur. Cic.2.de Nat.deor. Et quum quatuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua,ex aqua oritur aer, ex aere æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere aer, inde aqua, ex aqua terra infima. Ætherem,Seruius in commentariis in Virgilium tribus ferè modis accipit. Pro igne, Id est, supremo elemento: pro aere, & pro Ioue, quem & ipsum dicit ætherem esse. Cæterùm hoc vnum constanter asserit, quòd æther propriè sit ignis.

Æther, pro Ioue.Lucret.lib.1,
Postremò pereunt imbres:vbi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitauit. Virgil.in 2.Georg.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit. Cic.4. Acad. Zenoni & reliquis ferè Stoicis æther videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur.

Æther, pro aere.Virgil.1.Georg.
-Raptim secat æthera pennis.

Æther, pro cælo.Ouidius,secutus Aristotelem,
Sic habites terras,& te desideret æther.

Æther, pro diis, ætherem, hoc est cælum incolentibus. Claudian.3.de rapt.Proserp. -Phlegra nobis infensior æther. Hoc est,multo magis sunt irati nobis dij quàm gigantes.

Æther, pro lumine. Valer.5.Argonaut.
-simul æthere plena corusco Pallas.

Æther & Dies,parentes Cæli,Cælum verò Saturni. Cic.3.de Nat.deor.

Flamma ætheris. Cic. 2. de Nat. deor. Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat.

Abditus tenebris æther, Id est, obscuratum cælum caliginibus. Senec. Agamem.7.
Albus.Catull.de Berecynthia & Aty.
Altus.Virgil.3.Georg. Id est,in cancro,quo altius nequit ascendere.
Altus æther:hoc est,aer.Virgil.4 Georg.de apibus,
-æthere in alto Fit sonitus.
Altus æther,pro cælo alto. Virgil.12.Æneid.
Apertus,Aer.Virgil.1.Æneid.
Arduus,Aer.Virgil.10.Æneid.
Ater. Valer.1.Argonaut. Attritus.Stat.1.Thebaid.Pro aere.
Auius.Stat.5.Thebaid.
Aureus,pro cælo splendido.Ouid.13.Metamorph.
Clarus.Senec.Hercul.furent.9.
Concussus mugitibus.Virgil.3.Georg.
Diffusilis:hoc est,agitabilis,qui in omnes partes agitari potest &diffundi. Vel,quaquauersum diffusus.Lucret.lib.5,
Sic igitur tum se leuis ac diffusilis æther.
Gelidus.Virgil.8.Æneid.
Igneus.Valer.1.Argonaut.
Ignifer.Cic.in Arat.
At propter se aquila ardenti cum corpore portat,
Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis. Lucret.lib.5.
-inde æther ignifer ipse.
Immensus. Cic.lib.2.de Nat.deor. Aerem amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus.
Impulsus sonitu.Lucan.lib.1.
Incertus ducit nubila.Valer.1.Argonaut.
Innubilus.Lucret.lib 3.
Læuus.Stat.5.Thebaid.Id est,sinister & aduersus.
Lætus.Claudian.in præfat.lib.3.
Leuis.Virgil.1.Georg.
Liber nubibus æther,Id est,serenus.Lucan.lib.3.
Liquidus æther,siue aer.Virgil.7.Æneid.
Longus.Stat.10.Thebaid.
Mitior.Claudian.de bel.Gildon.
Nitidus.Valer.3.Argonaut.
Perlucens. Vide,Tenuis ac perlucens æther.
Peruius,Id est, aer penetrabilis.Ouid.6.Metamorph.
Prouidus.Hoc est,deorum prouidentia.Claudian.4.Paneg.
Rapidus. Lucret.lib.5.
Sacer.Ouid.1.Metamorph.Hoc est,cælum.
Serenus. Lucan.lib.1.
Signifer. Lucret.lib.5.
Stellatus.Valer.2.Argonaut.
Summus æther,Id est,cælum.Ouid.in Ibin.
Tenuis ac perlucens.Cic.lib.2.de Nat.deor.
Tenuissimus. Cic. lib. 2. de Nat. deor. Sidera autem æthereum locum obtinent: qui quoniam tenuissimus est, & semper agitatur & viget, necesse est quod animal in eo gignatur, id & sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse.
Vastus,Aer.Virgil.5.Æneid.
Grauitate carens.Ouid.1.Metamorph.
Ferit æthera clamor nauticus.Virgil.5.Æneid.
Mulcere æthera cantu,dicuntur volucres assuetæ ripis.Virg.7.Æneid.
Obscurare æthera pennis dicuntur volucres.Virgil.12.Æneid.
Obumbrare æthera telis.Virgil.12.Æneid.
Onerare æthera votis,Id est,deos.Virg.9.Æneid.
Purgatus æther,discussis nubibus.Sil.lib.12.
Resonat æther clamoribus.Virgil.5.Æneid.
Verberare alis æthera.Virgil.11.Æneid.

Æthra, æthræ {αἴθρα} pro æthere vel aere:poeticum est.Virg.Æneid.3,
Nam neque erant astrorum ignes,nec lucidus æthra
Sidera polus. Est autem æthra Latinè formatum ab accusatiuo Græco æthera per syncopen. Cic.2. de Nat. deor. Aerem complexa summa pars cæli quę Æthra dicitur,& suũ retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretũ, & cum aeris extremitate cõiungitur.
Albens æthra.Sil.Ital.lib.5.
Æthra flamminea, Id est, (vt puto)flammea. Macrob.libro 6.Saturnal. capite 4.
Lenis.Valer.Flac.6.Argonaut. ad finem.
Liquida,Id est,purus aer.Sil.Ital.lib.4.
Rubra.Ennius apud Macrobium,lib.6.Saturn.cap.4. Virg.12. Æneid.
Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra.

Æthereus,siue ætherius,adiectiuum: {αἰθέριος} vt,Cælum æthereum dicitur,siue Olympus æthereus,pro cælo.Virgil.8.Æneid.Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo. Cic. 2. de Nat.deor.Sidera autem æthereum locum obtinent. Locum æthereum pro cælo dixit,quæ est stellarum sedes.
Arcti ethereæ,Id est, vrsæ.Senec.Thyeste.5.
Ars æthera,pro diuinatione.Stat.6. Thebaid.
Arx æthera,Cælum.Ouid.4.Trist.eleg.3.
Astra.Virgil.5.Æneid.
Aura æthera vesci,pro viuere. Virgil.1.Æneid.
Axis,Cælum.Ouid.3.Fast.
Cursus.Virgil.6.Æneid.
Dea,pro Pallade,quòd in æthere,hoc est,in cælo habitet. Ouid.6. Fast.
Domus,Cælum.Horat.1.Carm.3.
Haustus.Virgil.4.Georg.
Esse apibus partem diuinæ mentis,& haustus
Æthereos dixere. Hoc est,diuinos spiritus.
Ignes,Cælestes:hoc est,siderales.Lucret.lib.2.
Iter.Ouid.5.Fast. Lux.Senec.Hippolyt.8.
Nubes.Ouid.15.Metamorph.
Pater.Hoc est,Iupiter.Stat.3.Sylu.1.
Pax.Valer.2.Argonaut.
Plaga.Hoc est,aeris regio.Virgil.1.Æneid.
Sedes æthereas sperare.Ouid.5.Metam.
Solibus æthereis altóque recanduit æstu.Ouid.1.Metam.
Trophæa æthera,Id est,Cælestia,& honori deorum dicata. Claudian. 3.de rapt.Proserp.
Vertex,Altus.Tibul.1.eleg.7.
Via.Ouid.15.epist.
Vindex æthereus,Iupiter.Ouid.in Ibin.
Æthereum semen,Id est,diuinum.Virgil.7.Æneid.

AETHERIA,quæ postea dicta est Æthiopia. Plin.lib.6.cap.30. Ætherios Æthiopias nominat Strabo lib.1.

AETHICES, populi Macedoniæ. Homerus in catalogo. Æthinces vocat Strabo lib.9.

AETHICI,Thessaliæ populi, accolæ Pindi.Strabo lib.7.

AETHIOPE,insula est maris Oceani,Macaria antè appellata.Plinius lib.5.cap.31.

AETHIOPIA {αἰθιοπία} pars Africæ, torridæ zonæ subiecta, inter Arabiam & Ægyptum. Sic dicta ab Æthiope Vulcani filio. Plin.lib.6. cap.30. Prius dicta est Ætheria,deinde Atlantia, tandem Æthiopia. Æthiopiæ duæ sunt, vna circa ortum Solis: altera circa Oceanum, in Mauritania. Virg.4 Æneid.Plin.lib.5. cap.8. Verissima est eorum opinio,qui desertis Africæ duas Æthiopias superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipertitos tradit Æthiopas, ad orientem, occasúmque versos. Æthiopia æstiuos imbres non habet. Proinde in ea omni serunt mense,vt in Ægypto & India.Plin.lib.17.cap.18.

AETHIOPIA Diana cognominata est (teste Stephano) à regiuncula quadam Lydiæ, Æthiopion nomine, vbi colebatur:vel quòd cùm apud Æthiopas ageret, eam Apollo abduxit. Alij [illegible], ab ardore videlicet, quòd Luna sit,vt Callimachus ait: aut quia sit Hecate,quam semper facibus esse instructam creditum est,vt Erasthothenes prodit. Vide Cæl.Antiq.lect.lib.16.cap.15.

AETHIOPS {αἰθίοψ} Vulcani filius:à quo Æthiopia dicta est.

Æthiops,Æthiopis,pen.corr. Qui ex Æthiopia est:qui & Æthiopicus.

Æthiops non albescit. Dici solitum de iis qui nunquam mutatori sunt ingenium.Fertur Æsopicus apologus de quodam,qui empto Æthiopi(cùm eum colorem arbitraretur non natiuum esse, sed domini superioris accidisse neglectu) assidua lotura faciem diuexauit, ita vt morbum etiam adiúgeret,colore nihilo quàm anteà fuerat,meliore. Ex Erasm.Chiliad.

Æthiopes,vt plerique volunt, nomen habent ab αἴθω cremo, & ὤψ aspectus:quòd Solis vicinitate torreantur. Sunt tamen qui sic dictos putant, quòd eorum oculi frequentibus venulis ex calore sint sanguinei. Author Vadianus in lib.3. Pomp.Melæ. Æthiopum literæ sunt variis animantibus, extremitatibúsque hominum,atque instrumentis,sed præcipuè artificum, persimiles. Non enim syllabarum compositione, aut literis verba eorũ exprimuntur, sed imaginum forma: earũ significatione vsu memoriæ hominum tradita. Scribũt quidem accipitrem,crocodilum, serpentem,hominis oculũ, manus, faciem, & cætera eiusmodi.Accipiter rem denotat citò factam:quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit velocissima. Crocodilus malum significat. Oculus,iustitiæ seruator,& totius corporis est custos. Dextera manus passis digitis,liberalitatem designat:sinistra verò compressis & contractis, tenacitatem atque auaritiam. Diodorus Siculus lib.4.cap.1. Æthiopas vicini sideris vapore torreri, adustísque similes gigni,barba & capillo vibrato,non est dubium. Plin.lib.2.cap.78. Strabo lib.15.Cæl.Antiq.lect.lib.9.cap.15.

Rubentes Æthiopes: quia iuxta mare rubrum sunt,ait Lactant. Stat.5. Thebaid.

Æthiopus lectum est: sed tantùm Æthiops dicimus. Seruius in illud 7. Æneid.Hyrcanisve,Arabisve parant.

Æthiopis, pen.corr.æthiopidis, pen. corr.fœm.gen. {αἰθιοπίς} Herba magica, nascens in Æthiopia, in Ida quoque monte Troadis, & in Messenia. Plin.lib.27. cap.4. Æthiopide herba dicunt amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. Plinius libro 26. capite 4. Idem libro 24. cap. 17, tradit Æthiopida in Meroe nasci, ob id & Meroidem appellari, folio lactucæ,hydropicis vtilissimam è mulso potam.

AETHLIVS, Iouis filius, & pater Endymionis. Hesiod.

AETHON {αἴθων} vnus ex equis Solis: sunt enim quatuor, Pyrois, Eous, Æthon, Phlegon. Alij aliis etiam nominibus appellant. Bocat. lib.4. Ouid.2. Metam. ¶ Est & Æthon nomen equi Pallantis, apud Virg.11. Æneid. Seruius, Æthon nomen equi, quo & Auroræ equus vocatur. ¶ Apud Homerum iugalis est equus Hectoris: apud Claudianum Plutonis, ad finem libri 2. de raptu Proserp.

AETHON præterea nomen est proprium viri, qui pedendi vitio ita laborabat, vt in templo Capitolino abstinere non potuerit. Sed affectus hoc supplicio vt triduò cœnauerit domi, didicit comprimere nates, ne eadem pœna iterum afficeretur: nam aliena mensa victitabat. Martial. lib.12.

Æthones {αἴθωνες} Dicuntur quidam tripodes, ab ignis vsu, & ad hoc ipsum comparati: alij autem anathematici, qui ornatus gratia dominibus dicati, vel téplis, prorsum ignibus immaculati, intactíque sunt: vnde & ab Homero ἄπυροι nũcupantur. Hos tamen intelligunt nonnulli, qui necdum ignibus sint admoti, æthonas verò iam flammis succensos. Cæl. Rhod. lib.8. cap.15.

AETHRA {αἴθρα} Pitthei filia, Thesei mater. Author Diodorus Siculus, lib.5. cap.5. & Plutarch. in Theseo. Ouid. in Ibin, de Hippolyto Thesei filio,

Vtque nepos Æthræ, Veneris moribundus ob iram
Exul ab attonitis excutiaris equis. ¶ Fuit & alia huius nominis, præcipua comes Helenæ. Ouid. in epist. Paridis,
Et comitum primas Clymenénque Æthrámque tuarum.

Æthra, pro Æthera. Vide AETHER.

AETHRAEA, insula quæ nunc Rhodos dicitur. Plin. lib.5. cap.31.

AETHRIA, insula maris Ægæi non procul à Lemno, aliquando dicta Aeria, postea Thassos. Plin. lib.4. cap.12.

AETHRIA, vrbs quæ postea dicta est Atria, à qua mare Atriaticum, quod nunc Adriaticum. Atria (inquit Stephanus) Hetruscorum, à Diomede condita est, Æthria primò nominata. Hinc & Hetruscos dictos crediderim, ait Hermolaus in Plin. lib.3. cap.16.

AETHRVRIA. Vide HETRVRIA.

AETHVSA {αἴθουσα} insula est in mari Libyco, quæ à quibusdam Ægusa dicitur. Plin. lib.3. cap.8. ¶ Est & Æthusa, porticus peristylos, soli exposita, vnde & nomen habet. Cæl. lib.12. cap.3.

AETHYIA, Minerua cognominata, quasi αἴθυια dicas, id est mergus, quòd humana prudentia excogitatum sit nauigare, mergi quadam imagine. Mineruæ Æthyiæ meminit in Attic. Pausſ. Cùm (inquit) ab Apollinis & Dianæ agrestis templo descendis, Pandionis heroum occurrit, quem eo loco sepultum iam diximus, quem Mineruæ Æthyiæ scopulum vocant. Hæc ille. Meminit & Cæl. lib.14. cap.18.

AETHYSSEI, populi Libyæ, Marmarinis vicini. Steph. Fortè legendum Marmaridis.

AETIA, Ætiorum {αἴτια} Libri nomen à Callimacho poeta cóscripti: de quo Martial. lib.10. Epig.4. Quo poemate sacrorum ritus & causas complexus est: vnde nomen. Seruius Æneidos 1. & 3. meminit. Priscianus quoque Callimachi versum citat ex Ætiis lib.1. Quippe αἰτία causam significat: & Ætia eodem pené argumento, quo nostri Fasti, cóstabant. Ex Iano Parrhasio in lib.3. Claudiani de rap. Proser. Domitius tamen apud Martialem legit Ethia, interpretatúrque de opere Callimachi in Ibin.

Ætiologia {αἰτιολογία} Latiné, Causæ redditio dicitur. Quintilian. lib.1. cap.15. Sententiæ quoque & Chriæ, & Ætiologiæ. Quorum omnium similis est ratio, forma diuersa: quia Sententia vniuersalis est vox, Ætiologia personis continetur.

Aetites, aetitæ, pen. prod. m.g. {ἀετίτης} Plin. lib.36. cap.21. Aetites lapis ex argumento nominis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum. Aiunt binos inueniri, marem & fœminam: nec sine iis parere aquilas. Genera eorũ quatuor. Pauló pòst, Aetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus in pelliculis, scarificati vteri animalium continent partus, non nisi parturiant remouendi: alioqui vuluæ excidunt. Idem libro 37. cap.11. Aetites nomen habet à colore aquilæ candicante cauda. Rursum lib.30. cap.14. Lapis Aetites in aquilæ repertus nido, custodit partus cótra omnes abortuũ insidias. Libro 10. cap.3. Tribus primis & quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis Aetites, quem aliqui dixere Gagatem, ad multa remedia vtilis, nihil igne deperdens. Est autem lapis iste prægnans: intus cùm quatias, alio velut in vtero sonante. Sed vis illa medica nonnisi nido direptis.

AETIVS {ἀέτιος} quadrisyllabum, nomen authoris in medicina, cuius sedecim libri extant, & quædam epistolæ. Dictus Aetius, id est, Aquilinus, ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ: nam ἀετός, aquila dicitur. Fuit ex Antiochia Syriæ, discipulus Eunomij, tempore Constantini magni imperatoris. pauper natus, ab initio aurificinam ob inopiam exercuit. Pauló pòst ob nobilis præceptoris commoditatem, qui nuper è Tyro venerat, sese literis & eloquentiæ studiis tradidit. Cúmque esset Christianus, & à Leótio præsule Antiocheno diaconatus ordini adscitus esset, Eunomianorum Arrianorúmque sectæ se addixit. Quapropter Atheos vocatus, & ex Antiochia pulsus est. Eius vitam Eunapius author Græcus prosequitur. Volaterr. lib.13.

AETNA {αἴτνα} mons nocturnis mirus incẽdiis. Crater eius patet ambitu stadiorum viginti. Fauilla Tauromininum & Catanam vsque peruenit feruens: fragor verò ad Maronem & gemellos colles. Plin. lib. 3. cap.8. Idem lib.2. cap.103 ad finem, tradit Ætnam flagrare in tantum, vt quinquagena & centena millia passuum arenas flammarum globos eructet: ad eius tamen radices exilire scaturiréque fontes. Vide Strab. lib.6. & Solinum lib.11. Nunc vulgus vocat *Mongibel*. Oliuarius in Melam dicit nunc vulgò vocari *Bolcan*. nec amplius eum flagrare. Constat hunc mõtem olim ab ea parte qua Eurus & Africus flant, speluncas habuisse plenas sulphuris, & vsque ad mare deductas. Hæ speluncæ recipientes in se fluctus, ventum creabant, qui agitatus ignem gignebat ex sulphure: vnde erat (quod videbatur) incẽdium. Hoc autem verum esse illa comprobat ratio: quia & aliis flantibus ventis, nihil ex se emittit: & pro modo flatuum Euri vel Africi, interdum fumum, interdũ fauillas, nõnunquam euomit incẽdia. Ætnam describit Virg.3. Æneid. Quem locum scribit Macrobius Saturn. lib. 5. cap.17. & Gell. lib.17. cap.10, ex Pindaro depromptum à Virgilio. Ætnam & Athonem montes, in molestiæ tædiíque prouerbium abiisse testatur Lucilius apud Gell. lib.16. cap.9. Ætna quippe Enceladum gigãtem sua mole premit, iuxta poetarum fabulas. Est etiam ob crebra incendia grauis ac perniciosus accolis. Vnde & Cic. in Catone maiore dixit, Onus Ætna grauius sustinere. Athõ verò, siue Athos, ob ingentem celsitudinem, sua vmbra molestus est, quam in Lemnũ vsque trecentis distãtem stadiis mittit. Obstat & nauigantibus, quòd toto longè dorso procedat in pelagus, qua continenti adhæret. Vnde & à Xerxe perfossus. Ex Erasm. Chiliad.

Alta Ætna. Ouid.4. Fast. Fera. Propert. lib.3. eleg.1.
Grauis, Id est, ponderosa. Claudian. in præfatione Paneg.
Ignea. Ouid.15. Metamorph.
Ignifera. Stat.1. Achilleid.
Impetus Ætnæ furit ignibus. Lucret. lib.1.
Ingens. Virgil.3. Æneid.
Rapida. Ouid. lib.5. Trist. eleg.3.
Sicana. Horat. Epod.17. Sicanis, Id est, Sicula. Ouid. in Ibin.
Sicula. Lucan. lib.1.
Trinacria. Virgil.3. Æneid.
Typhois Ætna, à Typhoeo gigante sub Ætna sepulto. Ouid. in epist. Sapphus.
Æstuat Ætna. Virgil. in Ætna. Ardens. Horat. de Arte poet.
Excandescit Ætna. Virgil. in Ætna.
Feruens. Senec. in Thyeste 7.
Fumans. Stat.11. Thebaid.
Immugit Ætna cauernis. Virgil.3. Æneid.
Redundans. Claudian. in epig. de duis fratribus.
Vndans. Virgil.1. Georg. -quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam:
Flammarúmque globos, liquefactáque voluere saxa?
Vaporifera. Stat.6. Thebaid.

Ætnæus, adiectiuum {αἰτναῖος}
Camini Ætnæi, Id est, Crateres, vel fornaces Ætnæ montis. Seneca in Hercule OEtheo,9.
Cyclopes Ætnæi. Virgil.4. Æneid.
Deus Ætnæus, Vulcanus. Valer. Flac.2. Argonaut.
Fratres, Cyclopes. Virgil.3. Æneid.
Fulmen. Ouid. lib.3. de Arte amandi. Fabulantur enim poetæ Vulcanum & Cyclopas Ioui fulmen in Ætna fabricare.
Ignes, Id est, tam magni, quantos habet Ætna, inquit Seruius. Virgil.7. Æneid.
Pastor, Polyphemus. Ouid. in Ibin. & lib.2. de Ponto, eleg.2.
Tellus, Sicilia. Ouid.8 Metamorph.

Ætnæus cantharus, De magnis & fœdis vsurpat Aristophanes in pace. Ætnæum autem dixit, quasi prægrãdem: vel quòd in Ætna varij maximíque scarabei sint: vel Ætnæũ dixit, tanquam instar Ætnæ mõtis maximum. Porrò scarabeus insecti genus, quod è stercore vt nascitur, ita pascitur.

AETNA, Siciliæ ciuitas, alio verbo Adranium dicta, quam fluuius eiusdem nominis alluit. Author Steph. ¶ Ætna, oppidum sanè exile, montem conscensuros accipit atque transmittit. Hic enim primus montis ascensus inchoat. Strabo lib.6. ¶ Ætna, vrbs Siciliæ, quæ & Catana dicta est. Strabo lib.2. Huius conditorem Hieronem fuisse Pindarus inquit.

AETOLIA {αἰτωλία} Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima, dicta ab Ætolo Martis filio. Cic. in Pisonem, Ætoliam, quæ procul à barbaris disiuncta gẽtibus, in sinu pacis posita, medio ferè Græciæ gremio continetur, decedens miseram perdidisti.

Ætolia, pen. cor. apud Ouid. lib.3. Amorum, eleg.5. Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti. Hermolaus tamen in versum illum qui legitur apud Plin. lib.35. cap.10, Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus: sit ait, Elotas per synalœphen legitur, elisa litera s. & ad imitationem Græcorum, Ætoliæ penultima producitur.

Ætolicus, pen. corr. adiectiuum {αἰτωλικός} Liu.4. Decad. lib.7, Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit.
Ætolica vestis. Plaut. Pœnulo,9.
Ætolus, siue Ætolius {αἰτώλιος} alia adiect. Ætolius heros, Diomedes Tydei Ætoliæ regis filius. Ouid.14. Metam.
Arpi Ætoli. Virgil.10. Æneid. Vbi Seruius: De Ætolia Diomedes venit, qui Arpos in Apulia condidit.

AETOLVS, vt scribit Plin. cap.56. libro 7, Martis fuit filius. Homeri autem enarrator, de Ætolo sic tradit, Ætolus filius Endymionis fuit: qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Ætolia dicta est, ibique genuit filium Pleuronem, à quo vrbs Ætoliæ dicta. Huius autem duo filij fuerunt, Cures & Calydon, à quibus rursus aliis vrbibus nomina data sunt.

AETVATII {ἀετουάτιοι} populi Galliæ, de quibus sic Strabo, Rheno autem vicina omnium primi colunt Ætuatij, quibus fluminis origo vicina est, in Diaduella monte. Hæc ille lib.4.

AETVS {ἀετός} olim appellatus fuit Ægypti fluuius, qui postea Nilus dictus est, vt ex Lycophrone annotauit Cæl. Antiq. lect. lib.10. cap.13. Quod nomen à cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quòd scilicet volatũ aquilæ (quam Græci vocant ἀετόν) propemodũ æquare videretur. ¶ Commemoratur & in Scythia fluuius nomine Aetus, qui quòd Promethei agrum vberem alioqui crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabulæ, vt Promethei cótinuò renascens iecur, ab aquila exedi diceretur. Ex eiusdem Cælij lib.7. cap.27.

Æ V

Æuum {αἰών} Seruius. Æuum propriè æternitatis est: quæ non nisi in deos venit. Ennius,
Romulus in cælo cum diis genitalibus æuum
Degit. Vnde Cic.1. Tuscul. dixit, Agere æuum cum diis in cælo.

Id est, æternum videre. ¶ Æuum sic definit Cẽsorinus in libro de Die natali, cap. 5, Est enim immensum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est: neque ad quenquam hominum magis quàm ad alterum pertinet. Hoc in tria diuiditur tempora: præteritum, præsens, futurum. ex quibus præteritum initio caret: exitu futurum: Præsens autem, quod medium est, adeò exiguum & incomprehensibile est, vt nullam accipiat longitudinem, neque aliud esse videatur, quàm transacti futuríque coniunctio: adeò porrò instabile, vt idẽ sit nunquam: & quicquid trãscurrit, à futuro decerpit.

Æuum, pro ætate. Virgil. 2. Æneid.

-Vos ô quibus integer æui
Sanguis, ait. Vbi Seruius, Plenam ætatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in iuuenibus.

Æuum, pro rebus aliquo æuo gestis. Virgil. 8. Æneid.

Haud vatum ignarus, venturíque inscius æui. Ouid. quoque 15. Metamorph. -veteris non inscius æui.

Æuum, pro tempore. Virgil. 8. ecloga, -æuóque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Plin. lib. 10. cap. 6, Vmbricius aruspicum in nostro æuo peritissimus.

Æuo nostro accidit. Plin. lib. 2. cap. 13.

Ad hoc æui, pro Ad hoc vsque tempus. Plin. lib. 16. cap. 4.

¶ Æuum, pro vita. Horat. 2. ser. Saty. 6,
Viue memor quàm sis æui breuis.

Confectus æuo. hoc est, ætate. Virgil. 11. Æneid.

Flos æui. Ouid. 9. Metamorph. Æuo iam grauior. Virgil. 2. Æneid.

Maturus. Virgil. 5. Æneid.

Metas æui transcendere. Stat. 5. Sylu. 3.

Præsens æuum. Sill. lib. 17.

Reparator æui immensi. Stat. 4. Sylu. 1.

Robur æui. Ouid. 15. Metamorph.

Sator æui Iupiter. Sill. 16. Sylu.

Situs æui. Vide SITVS.

Tenor æui. Stat. 3. Sylu. 3.

Terminus æui angustus. Virgil. 4. Georg.

Venerabilis æuo. Stat. 11. Thebaid.

In æuum. Callistratus in l. liberorum. 202. D. de verb. signif. Etenim idcirco filios filiásve concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earúmve, diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. Id est, in perpetuum.

Æquale æuum. Vide AEQVALIS.

Æternum. Vide AETERNVS.

Annosum. Lucan. lib. 9. Plin. lib. 4. cap. 12.

Breue. Horat. 2. Carm. 16.

Canum. Claud. 3. Panegyr.

Ab æuo condito. Plin. lib. 7. cap. 43, Tribuit ei pop. Rom. quod nũquam vlli alij à condito æuo.

Extento æuo viuere: hoc est, in æternum. Horat. 2. Carm. 2,
Viuet extento Proculeius æuo.

Futuri æui euentura videre. Tibul. lib. 3. eleg. 4.

Grandæ æuum. Lucret. lib. 2.

Ignauum. Claudian. 3. de rapt. Proserp.

Immensum. Stat. 4. Sylu. 1.

Immortali æuo cum pace frui. Lucret. lib. 2.

Incertum. Ouid. 15. Metamorph.

Longinquo æuo omnia fluunt. Lucret. lib. 2.

Longum æuum prorogare. Horat. de Art. Poet.

Magnum durare per æuum. Lucret. lib. 5.

Memor. Virgil. 9. Æneid. -siquid mea carmina possunt,
Nulla dies vnquam memori vos eximet æuo.

Miserabile. Virgil. de litera Pythagoræ,
At qui desidiam, luxúmque sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores:
Turpis inópsque simul miserabile transigit æuum.

Mutabile. Virgil. 11. Æneid.

Occulto velut æuo crescit arbor. Horat. 1. Carm. 12.

Æuum perbreue. Vide PERBREVIS.

Perpetuum. Lucret. lib. 5. Placidum æuum degere. Lucret. lib. 2.

Æuo sempiterno frui. Cic. de Somnio Scipionis.

Senius. Seneca. Hipp. 6, Fama miratrix senioris æui.

Spatiosum. Ouid. 3. Metamorph.

Tenerum. Claudian. 4. Panegyr.

Velox. Senec. Hercul. furent. 3. Viride. Ouid. 3. Trist. 1.

Agere æuũ securum. Hoc est, sine solicitudine & cura viuere. Lucr. lib. 5.

Agitare æuum sub legibus. Id est, viuere. Virgil. 4. Georg.

Colere vi æuum. Hoc est, vitam traducere in mutua violẽtia. Lucr. lib. 5.

Consumere æuum in curis. Lucret. lib. 5.

Defunctum. Claudian. 3. Epig.

Depereunt æuo omnia. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Ducere æuum per gradus. Seneca. Hipp. 4.

Æuis durare. Plin. lib. 35. cap. 14. In Africa Hispaniáque ex terra parietes æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus.

Exigere æuum studiis virilibus. Ouid. 12. Metam.

Fessus æuo. Lucret. lib. 3.

Finire æuum: Id est, vitam. Ouid. 5. Metamorph.

Florens. Lucret. lib. 5. Implere æuum. Ouid. ad Liuiam.

Ex ineunte æuo. Hoc est, à principio ætatis & natiuitatis. Lucret. lib. 3.

Infractum. Sil. 15. Labens. Sil. lib. 17.

Notare æuum. Virgil. 3. Georg.
-animos æuúmque notabis
Præcipuè. Vbi Seruius, Ante omnia ætatem magnanimitatémque requires.

Pacisci. Stat. 1. Thebaid.
-hac æuum cupiat pro laude pacisci. Hoc est, pro illo die totius vitæ suæ libenter offerre velit tempora.

Pati. Vide PATIOR.

Peragere. Ouid. 15. Metamorph.

Perdere. Stat. 5. Thebaid.

Prorogare. Vide Æuum longum.

Rediens æuum. Vide Æui conditor, in CONDO.

Renouare. Ouid. 7. Metamorph.

Senescere æuo. Lucret. lib. 1.

Solutis annis & æuo. Ouid. 8. Metamorph.

Tardans æuum. Stat. 6. Thebaid.

Terere æuum. Claudian. 3. epigram.

Traducere leniter. Horat. lib. 1. epist. 19.

Transigere in armis. Claudian. 2. epigram.

Vergit æuum. Plin. lib. 7. cap. 16.

Æuitas, pen. corr. æuitatis, f. g. {αἰωνότης} antiqui pro ætas vel annositas dixerunt. Varro Tithono, Quam voluntatem æuitatis extima attigit metam æuitas. Gell. lib. 10. cap. 1. Si in ius vocat, si morbus æuitásque vitium esset, qui in ius vocabit, iumẽtum dato. Sunt autem verba Legis XII. Tabul. Cic. de Leg. Populi æuitates.

Æuiternum, Quod factum est æternum. Sipontin. Hinc Æuiterni dei appellantur, quòd æuo sempiterno permaneant: qualis Iupiter, quem sic vocauit Ennius. Vide Crinitum lib. 12. cap. vltimo. & Lilium de dis gentium, pag. 26.

Æ X

AEX {Αἴξ.} Plin. lib. 4. cap. 11, Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius quàm insula, Æx nomine, à specie capræ, quæ ita Græcis appellatur.

AEXONES, pen. prod. populi fuerunt in Attica, dicacitate & intoleranda mordacitate insignes, vt αἰξωνεύεσθαι signatum inde verbum sit, quo signatur intoleranda mordacitas. Cæl. Antiq. lect. lib. 18. cap. 25. Hinc acerrimi conuitiatores, Æxones vocantur.

Æ Z

AEZANVS, Tantali filius, à quo Æzani populi. Herodianus apud Hermolaum in Plinium.

AEZICA, pars Thraciæ. Steph.

A F F

AFER, Afri. Vide AFRICA.

Affabilitas, Vide AFFOR, aris.

Affabrè, pen. corr. {ἐντέχνως, καλῶς} aduerbium qualitatis, Id est, pulchrè. vt ait Nonius. Cæterùm, vt ex ipsa origine apparet, nõ modò pulchrè significat, sed magis etiam artificiosè. Cic. 2. Verrina, Deum denique nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. Fit autem affabrè ab antiquo nomine affabrũ: quod (vt Festus ait) veteres dixerunt pro fabrefactum, Id est, artificiosè factum. Scribitur & antiquo more per d, Adfabrè.

Affabulatio {ἐπιμύθιον} Dicitur breue documẽtum, quod fabulis subnexum earum explicat vtilitatem. Vide Cæl. lib. 18. cap. 7.

Affaniæ, affaniarum {φλυαρίαι} dictio Apuleiana. pro nugis, à fando inclinatum nomen. Is lib. 4. sic inquit, Hæc alias similes affanias oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

Affatim {ἅλις, ἀφθόνως, ἱκανῶς} aduerbiũ qualitatis, primam teste Gellio, lib. 7. cap. 7. acuit. Festus, Affatim dictum à copia fandi. significat abundanter. Liu. Affatim edi, bibi, lusi. Seruius, Fatim, abundanter dicimus: vnde & affatim.

Affatim diximus. Plin. lib. 17. cap. 24.

Affatim materiæ. Liu. 2. bel. Maced. Item affatim lignorũ, apud eũdem.

Affatim est. Plaut. Bacch. 8, Tibi diuitiarum affatim est. Idem Cist. Aliorum est affatim qui faciant.

Affatim prorsus. Cic. Attic. libro 16. epist. 1, HS. LXX, satis esse, affatim prorsus.

Affatim satisfacere. Cic ad Attic. lib. 2. epist. 13.

Vesci re aliqua. Cic. de Nat. deor. lib. 2, Iisdémque seminibus & homines affatim vescuntur.

Affectatè. Affectatio, &c. Vide AFFICIO.

Affecta fœmina, vel in bonam partem dicitur, velut honorata, vel in malam, quasi ad extremum periculum adducta. Festus.

Affero, pen. corr. affers, attuli, pen. cor. allatum, pen. prod. {Φέρω, προσφέρω, κομίζω} afferre, Apportare.

Afferre & Efferre, contraria. Cic. pro Quintio, Itaque te obsecrat C. Aquilli, vt quam existimationem, quam honestatem in iudicium tuum attulit, eam liceat ei secum ex hoc loco efferre.

Afferre ad os cibum manu. Plin. lib. 10. cap. 46.

Aliquem. Plaut. Pseud. Attuli hunc. P. quid attulisti? CA. adduxi volui dicere. Plautinus iocus.

Se. Virgil. 8. Æneid. Fatis huc te poscentibus affers. Fati necessitate factum est vt venires. Seruius. Plaut. Eius iussu nunc huc me affero. Periphrasis poetica, pro Venire vel accedere.

Sese à mœnibus. Virgil. 3. Æneid.

Afferre & referre. Terent. in prologo Phorm. Quod ab ipso allatũ est, sibi esse id relatum putet. Vbi Donatus, Prouerbiale est, Quod dedit, recepit.

Afferre, pro conferre. Cic. 2. de Finib. Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beatè viuendum aliquid afferre.

Aliquid ad rempub. Cic. 1. Offic.

Aliquid ad communem fructum siue vtilitatem, pro Conferre. Cic. pro Archia, Vt nihil possint ex his neque ad cõmunem afferre fructum, neque in aspectum, lucémque proferre. Idem 1. Offic. Et semper aliquid ad communem vtilitatem afferendum.

Afferre, pro eo quod est nuntiare. {ἀπαγγέλλειν.} Cic. Attic. lib. 8, Complures attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam.

Ad aliquem. Id est, alicui nuntiare. Cic. pro Cæl. Rumor attulit ad alicuius aures. Cic. pro lege Manilia, Non ex prælio nũtius, sed ex sermone rumor afferret.

Afferre, quod dici vulgò solet, allegare & adducere: {προφέρειν, προβάλλεσθαι} vt, Afferre argumẽta, exempla, excusationes. Cic. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda versari senectutem negant. Item 2. de Orat. An ætatem afferret? quadriennio minor est.

Ad ea

Ad ea quæ dixi, affer, siquid habes. Cic. Attico lib.7. Plinius Iunior, quamuis (vt opinor) citra veterum authoritatem, Allegare exemplum dixit.

Causam, vel crimen in iudicium. Cic. pro Cluentio, Simplex in iudicium causa, certa res, verum crimen allatum est.

Ad defensionem. Cic. pro Cecinna, Idque me non ad meam defensionem attulisse, sed illorum defensioni retulisse.

Aliquid in contrariam partem. Cicero 2. de Orat. Aut si ita non refellas, afferendum est in contrariam partem, quod sit aut grauius, aut æquè graue.

In medium. Cic.1. Offic. In hoc naturam ducem debemus sequi, & communes vtilitates in medium afferre. Pro afferre in commune: Id est, communicare.

Accessionem: Id est, Augere. Cic. Attic. lib.16, Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me.

Acerbitatem. Cic. Attico.

Adiumentum alicui ad aliquam rem. Cic.1. Offic.

Æs alienum attulit mihi hæc res. Cic. ad Gallum lib.7.24.

Amaritudinem alicui, Id est, párere, generare. Plin. lib.13. cap.1.

Angorem. Cic. 3. Tuscul.

Animum alicui. Cic. Attic. lib.7.

Animum vacuum ad scribendum. Cic. ad Attic. lib.12.

Animi magnitudinem ad causam alicuius. Cic. pro Milone.

Argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Plinius libro 16. cap.40.

Authoritatem voluminibus, pro dare authoritatem. Plin. lib.24. cap.17.

Authoritatem orationi affert. Cic. in Orat.

Authoritatem peccandi afferre. Cic.3. de Nat. deor.

Authoritatem in iudicium. Cicero. Auxilium. Terent. Adelph.3.2.

Bellum. Ouid.12. Metam.

> Post modò qui rapta longum cum coniuge bellum
> Attulit in patriam.

Calamitatem & cladem. Id est, afficere calamitate, clade, dolore, & similibus. Cic. pro Cluentio, Vt ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falsum crimen afferret. Idem 2. de Nat. deor. Qui risus classe deuicta multas ipsi Claudio lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit.

Causam. Terent. Heaut.4.3, Quid dicam? aut quam causam afferam? Quod per Allegare suprà declarauimus.

Caussam belli ciuilis ad aliquem. Cic. Philipp.2, Ego ad illum belli ciuilis causam attuli.

Causam mortis voluntariæ. Id est, præbere causam. Cic.3. de Finib.

Causam, quoniam. Plin. lib. 16. cap.25, causam afferentes, quoniam in Thessalia, Macedoniáque plurima tunc ficus exeat.

Causas, quòd. Cic. Att. lib.11. Quoniam iustas causas affers, quòd te hoc tempore videre non possim.

Commutationem voluntatis. Vide paulo pòst Offensionem afferre.

Compertum. Liu.7. ab Vrbe, Quidam compertum attulerunt T. Quintium in Tusculano agrum colere. Id est, pro certo nuntiarunt.

Confidentiam. Cælius ad Cicer. lib.8.8, Quæ maximè confidentiam attulerunt hominibus.

Coniecturam, Præbere occasionem coniecturæ. Cic. pro Roscio Com.

Consecutionem voluptatis. Cic.1. de Finib. Vt enim quum cibo potionéque fames sitísque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis: sic in omni re, doloris amotio, successionem efficit voluptatis.

Consilium alicui. Cic. Attic. lib.14.

Consilium in aliquam rem. Liu.5. bel. Pun.

Consolationem alicui malo. Cic. Attic. lib.10.

Constantiam. Cic.1. Offic. Quæ affert tum constantiam, tum etiam dignitatem.

Consuetudinem seruiendi. Cic.2. Philipp.

Contemptionem ad omnes afferre, Cæsar. Facere vt omnes contemnant. Vide paulo pòst, Offensionem afferre.

Crimen falsum alicui. Cic. pro Cluent. & pro Rabir. Posthum.

Cumulum aliquem artibus aliorum. Cic. 3. de Orat. Sic afferre incrementum.

Curam. Cic. Attic. lib.7.

Afferre delectationem. Cic. Mario, lib.7. epist.1.

Dentes in dominum. Varro de Re rust. lib.2. cap.9.

Desperationem. Cæsar 8. bell. Gall.

Detrimentum. vt suprà, Afferre calamitatem. Cæs.8. bel. Gall. & Cic. Att.

Difficultatem alicui. Cic. ad Q. frat. lib.1.1. Atque huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani.

Alicui ad aliquid. Cæs.3. bel. Ciuil. Pompeianis magna res ad receptum difficultatem afferebat.

Dignitatem affert fortuna. Quintil. lib.3. cap.7.

Dolorem. Plin. lib.23. cap.1. & Cic.2. Tuscul.27.

Dubitationem. Cic 2. de Nat. deor. Et 1. Offic.

Afferre egestatem & luctum alicui. Cic. pro Rosc. Amer.

Errorem animis. Cic.1. de Diuin.

Excusationem. Cic. in epist.

Exemplum. Plin. lib.8. cap.6, vnum antiquitatis exemplum afferam.

Exilium, Vide paulo pòst, Pestem atque exilium afferre.

Expectationem. Quintil. lib.3. cap.8.

Facultatem. Cic.1. de Orat. Qui à scribendi consuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, vt etiam subitò si dicat, tamen illa quæ dicantur, similia scriptorum esse videantur.

Affertur fama. Liuius 4. ab Vrbe, Fama affertur, summa vi ad bellum coortos.

Fastidium alicui. Cic. pro Muræna.

Fastidia cibo affert hæc res. Columel. lib. 6. cap. 8, Solent etiam fastidia cibo afferre vitiosa incrementa linguæ, quas Ranas veterinarij vocant.

Fidem alicui rei. Plin. lib.9. cap.58, Verùm omnibus his fidē Nili inundatio affert. Hoc est, fidem facit.

Fiduciam. Cæsar 8. bel. Gall.

Finem tributorum. Cic.2. Offic. Sic Afferre finem edicto prætoris.

Florem afferre dicuntur arbores. Colum. lib.11. cap.2.

Hilaritatem, vel iucunditatem, aut lætitiam. Plin. lib.16. cap.11.

Honorem. Plin. lib. 17. cap.1.

Iacturam. Columel. lib.1. cap.2.

Incrementum. Cic.2. de Finib.

Inertiam alicui. Cic. ad Cornificium, lib.12.20.

Initium morbi. Cornel. Cels. in prooemio lib. 1, Euidentes causas appellant, in quibus quærunt initium morbi calor attulerit, an frigus, fames, an satietas.

Interitum. Cic.2. de Finib. Laborem. Cic. Attico, lib.11.

Labores afferre. Propert. lib.1. eleg.6.

Lacrymas alicui. Cic. Attico, lib.12. Lætitiam alicui. Cic.4. Tuscul.

Languorem alicui. Cic.3. Offic.

Laudem alicui. Cicero.

Laudi oratoriæ aliquid. Cic.1. Tuscul. Siquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria, multò studiosius, &c.

Leuationem. Cic. Seruio Sulpit. lib.4. epist.6, Maior mihi leuatio afferri nulla potest.

Literas. Cic. Attic. lib.1, Nimium rarò nobis abs te literæ afferuntur.

Lucis aliquid rebus. Cic. Attic. lib.2.16.

Luctum alicui. Cic. pro Roscio Amer.

Lumen memoriæ. Cic.2. de Orat. ordinem esse maximè qui memoriæ lumen afferret.

Manus pro se quisque affert. Cic.3. Verr. Id est, depugnat.

Manus alicui. Id est, vim inferre. Cic.1. Offic. Nam qui iniustè impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quasi manus videtur afferre socio. Pro eodem dicitur Inijcere.

Manus sibi. Plancus ad Ciceronem, lib.10.23. Manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Id est, sibi mortem consciscere.

Manus bonis alienis. Cic.2. Offic. Quum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur. Id est, aliena inuadere: quod & manus inijcere dicitur.

Manus vulneribus. Cic. ad Att. lib.3.55, Sed non faciam vt aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus sæpius manus afferam. Quasi dolores meos renouem. Notanda translatio.

Medicinam. Cic. Attic. lib.2.35.

Memoriam. Cic.5. de Finib. Cuius etiam illi hortuli propinqui nō memoriam solùm mihi afferunt, sed ipsum videntur in conspectu meo ponere. Pro eo quod est, Non solùm me admonent.

Metum alicui. Cic.4. Verr.

Molestiam. Cic. ad Attic. lib.1.12.

Moram alicui rei, pro impedire & retardare. Cicero pro Sextio, & pro Cluentio.

Morbum alicui. Plautus Asin. Saluere me iubes, cui tu abiens affers morbum.

Mortem vno ictu. Cic.7. Verr.

Motum animis. Cic. in Partitionibus.

Munus Reip. Cic 2. de Diuinat.

Necem, Vide ΝΕΞ. Plin. lib.17. cap. 24.

Necessitatem. Cic.10. Philippica, Sed mihi, Patres conscripti, necessitatem attulit paulò plura dicendi, &c. Id est, coegit.

Neruos & industriam. Cic. pro Sylla.

Nuntium. Cic.7. Verr.

Obliuionem tristitiæ. Plin. lib.25. cap.2.

Obscuritatem. Cic.3. de Orat. Vt oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras afferat.

Obscuritatem laudibus alicuius. Cic. pro Deiotaro.

Odium. Plin. lib. 25. cap.2, Pauorem aquæ, potúsque omnis afferens odium. Id est generans.

Odium in aliquem. Cic. in Pisonem, Sic odium quod in ipsum attulerant, id in eius imaginem ac simulacrum profuderunt. Hoc est, domi conceptum illuc attulerant.

Odium alicui. Cic. pro Sylla, Mihi maiorem hæc res dolorem quàm Q. Hortensio, mihi maius odium afferre debet: Id est, gignere, párere.

Offensionem. Cic Att. lib.1.12, Quidnam accidisset quod afferret Q. fratri meo, aut offensionem tam grauem, aut commutationem tantam voluntatis? Cæs.3. bel. Ciuilis, Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit. Quod barbarè dicunt, Posuit, vel fecit eos esse in mala gratia & contemptu apud omnes.

Opem alicui, Idem quod ferre opem, Id est, opitulari. Terentius Phormione, 3.3.

Operam afferre. Ouid.2. de Arte amandi,

> Aut latus, aut vires, operámque afferte puellis.

Opinionem populo. Cicero 2. Offic. Id est, in opinionem populum inducere.

Otium. Cic. pro Muræna, Eáque res vobis populóq; Rom. pacem, tranquillitatem, otium, concordiámque afferat.

Pacem animis. Cic.1. de Finib.

Pacem ad aliquem. Plaut. Amphit.3.

Pauorem. Vide paulò antè, Odium afferre.

Pedem. Catullus, Abite, vnde (malum) pedem attulistis? Hoc est, vnde venistis?

Periculum. Cælius ad Cicer. lib.8.10.

Perniciem. Cicero 2. Officior.

Perturbationem rerum. Brutus ad Cic. lib.11.10.

Pestem atque exilium. Cic. pro C. Rabirio.

Pestilentiam. Plin. lib.10. cap.28. Pondus. Cicero Attico, lib.9.

Quæstionem. Cic. in Orat. Nam etiam poëtæ quæstionem attulerunt, quidnam esset illud, in quo ipsi differrent ab oratoribus. Id est, in medium adduxerunt, proposuerunt.

Rationem quoniam. Plin. lib.31. cap.3, Sed hi rationem afferunt, quoniam leuissima sit imbrium aqua. Et, Rationes cur. Cic.5. de Finib. Rationes quoque cur hoc ita sit, afferendas puto.

Religionem.Cic.6.Verr.
Repulsam attulit hæc res.Cic.2.Offic.
Requiem.Ouid.11.Metamorph.
Affertur rumoribus spes.Cic.Attic.lib.3.
Afferuntur rumores. Cic.filius Tironi lib.16.21,Gratos tibi optatósque esse,qui de me rumores afferuntur,non dubito.
Salubritatem.Columel.lib.5.cap.10.
Salutem.Cæsar 3.bell.Ciuil.
Satietatem.Cic.in Orat.Si enim semper vtare,satietatem affert.
Scientiam.Cic.Affert autem vetustas omnibus in rebus longinqua obseruatione incredibilem scientiam.
Seditiones.Cic.pro Sylla,Greges hominum perditorum,metum nobis seditionésque afferebant.
Sententiam. Cicero 5.de Finib. Suam quisque videri voluit afferre sententiam.
Solatium.Cicero.
Solicitudinem. Plancus ad Cicer.lib.10.18,Ea nunc magnam affert solicitudinem,magnúmque habet casum.
Somnum. Cic.Att.lib.9, Quod & somnum inducere, & conciliare somnum dicitur.
Spem maturæ decessionis.Cic.ad Q.frat.lib.1.1.
Splendorem voci.Plin.lib.20.cap.6.
Sumptum alicui.Cic.ad Papirium lib.9.16.
Suppetias.Plaut.Menæh.21.
Suspicionem.Cic.ad Attic.lib.7.epist.
Tabem.Columel.lib.6.cap.5.
Tædium.Liu 4.belli Macedon.
Terrorem,Id est,terrere.Liu.6.ab Vrbe.
Terrores ad aliquem.Cic.Att.lib.6.Pro nuntiare.
Testimonium.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Torporem.Plin.lib.20.cap.21.
Vim.Cic.Att.lib.9,armati,vim & manus afferrent.
Vim afferre alicui.Cic.2.de Legib.Sex.Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit.Hoc est,inuitam stuprauit.
Vim vitæ & corpori.Cic.pro Cecinna,Sed perinde valebit quasi armatissimi fuerint,si reperientur ita parati fuisse,vt vim vitæ aut corpori potuerint afferre.
Vim & celeritatem afferre.Cic.2.de Nat.deor.Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones,quorum celeritas atque vis nobis ipsis affert vim & celeritatem.
Vim in docendo.Id est,credere quodammodo cogere.Cic.4.Acad.
Vim oculis.Quintil.lib.2.cap.15.
Vim sensibus.Cic.2.de Finib.
Afferre vim,aliter positum,pro cogere. Cic.in Lælio, Vim hoc quidem est afferre.Quid enim refert,qua me ratione cogatis?Cogitis certè.
Vinculum ad aliquid copulandum.Cic.Appio.lib.3.4.
Affert aliam vitam hæc dies.Terent.And.1.2, Nunc hæc dies aliam vitam affert,alios mores postulat. Vbi Donatus,Affert, Hoc est,rectè & seuerè & inexorabiliter denuntiat.
Voluptatem.Plin.in proœmio lib.16.
Vtilitatem.Quintil.lib.1.cap.8.
Affertur,impersonale (ἀγγέλλεται.) Liu. 4. ab Vrbe, Volscos exiisse prædatum affertur, Id est,nuntiatur.
Allatus (κομισθεὶς, ἐνεχθεὶς) participium, pen.prod.ab afferor. Plaut. Asin.13, Allata peregrè epistola.
Allatum est mihi,vel ad me,de morte eius. Cicero in Bruto. Et Appio, libro 3.10.
Allatus nuntius. Cic.lib.15.epist.1.
Allaturus,pen.prod.participium (οἴσων, κομίσων.) Stat.11.Thebaid.
AFFICIO,afficis,pen.corr.affeci,pen.prod.affectum (διατίθημι, ἐκπλήττω) afficere, ex ad & facio compositum, interdum ad corpus, sed sæpius ad animum refertur. Quicquid enim, teste Quintiliano, rationem vincit, affectus est. Ergo afficere nos,aut animum nostrum dicitur, quicquid ita mouet, vt rationem conturbet, & penè à statu mentis deiiciat,siue sit bonum,siue malum.
Affici admiratione, Hoc est, in admiratione esse.cui opponitur Contemni.Cic.2.Offic.
Affici ægritudine.Cic.& Columel.lib.7.cap.5.
Afficere aliquos in diuersum,Id est,variè.Tacit.lib.11, Cæterùm is terror milites hostésque in diuersum affecit.
Affici animis.Cic.1.de Orat.Et vti qui audirent,sic afficerentur animis, vt eos affici vellet orator.
Afficere animos.Cicero.
Afficere beneficiis.Cic.7.Verr.
Cæde.Liu.5.belli Punici.
Calamitate.Cic.pro Roscio Amer.
Commodis,Cic.pro Cluent.
Corpus afficere,pro eo quod est macerare,domare.Cic.1.Offic.
Afficiunt corpora fames, & sitis. Liu.8.bel.Pun. Vt prius æstus à meridiano sole,labórque standi sub armis,& simul fames,sitísque corpora afficerent,quàm manus cum hoste consererent.
Cruciatu.Cæsar. Cura.Cic.Attic.
Afficere delectatione.Cic.Attic.
Desiderio.Cic.ad Cælium,lib.2.12.
Difficultate.Cæsar. Sic Cic.pro Quinctio.
Doloribus.Cic Lepta,lib.6.epist.19,Tantis pedum doloribus afficitur, vt se conueniri nolit.
Affecit domicœnio clientem.Martial.lib.12.Vide AETHON.
Errore mentis.Cic.Attico.
Exilio.Cicero in Paradox.
Gloria.Cicero in Epistol.
Honore.Cic.1.de Nat.deor.
Ignominia.Cic.6.Verr.
Incommodo.Cic.2.de Finib. Iniuriis.Cic.
Lætitia.Cic.pro Milone.
Laude.Cic.2.Offic.

Literæ tuæ sic me affecerunt.Cic.ad Attic.lib.14.
Afficere lucro.Plaut.Amphit.
Macula.Cic.pro Rosc.Com. Metu.Cic.
Molestia.Cic.de claris Orat.
Affici molestia ex re aliqua.Cic.Lentulo,lib.1.
Morbo.Terent.Hecyr.3.3. Et Cic.pro Cluentio.
Morte ab aliquo affici, pro Crudeliter interfici. Cic. in Epist. Idem de Inuent.lib.1. Sic Affici mortibus,Colum.lib.9.cap.11.
Muneribus aliquem afficere.Cic.Curioni,lib.2.epist.2.
Nomine aliquo.Id est,appellare.Cic.pro Deiotaro,Vt eum amplissimo regis honore & nomine afficeris.
Pœna.Cic.1.Philip. Et pro Cornelio Balbo.
Præmio.Cic.pro Cornel.Balbo. Et Cæsar 8.bel.Gall.
Affici pudore.Cic.pro Cecinna.
Afficere sepultura. Id est, donare sepulcro, humare. Cic.1.de Diuinat. moneri visus est ne id faceret,ab eo quem sepultura affecerat.
Solicitudine.Cic.Attico,lib.6.
Solicitudo ex te afficit me.Cic.in Bruto.
Stipendio afficere.Cic.pro Corn Balbo,Idem in angustiis ærarij,victorem exercitum stipendio affecit.Pro,stipendium dedit ei.
Timore affici.Cic.pro Quinctio.
Torminibus.Plin.lib.29.cap.5.
Affectus vitiis.Cic.14.Philip.His enim vitiis affectos, & talibus,malos & audaces appellare consuetudo solet.
Voluptate.Cic.ad Brut.epist.16.
Animi voluptate affici.Cic.3.de Finib.
Vulneribus.Columel.lib.4.cap.11.
Afficere,absolutè:vt,Hoc magis afficit.Subaudi Animum. Sic & passiuum eius. Colum.Pulmo totus afficitur.Pro conficitur, & consumitur vel corrumpitur:aut Morbo subaudiendum.
Erga aliquem, vel in aliquem affectus. Cic.de Amicitia, Idem libro 1. de Finibus.
Afficior,afficeris (πάσχω.)
Affectus (διατεθεὶς, κινηθεὶς, πεπονθὼς) participium ab afficior:vt affectus pœna, præmio. Cic.pro Cornel.Balbo.
Affectus interdum absque vlla affectionis voce ponitur. Terentius Hecyra 3.1, Quonam modo Philumena mea nunc te offendam affectam?
Affectus ad munus fungendum. Cic.3.Tusc. Id est,aptus, siue,vt vulgò loquimur, benè dispositus. Idem in Topic. Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus quæ quodam modo affectæ sunt ad id de quo quæritur. Id est,adiunctæ aut propinquæ aut aptæ.
Ærumnis affectus. Lucretius libro 3, Omnibus ærumnis affecti denique viuunt.
Animo.Cic.1.de Legib. Oculi nimis arguti,quemadmodum animo affecti sumus,loquuntur.
Artibus affectus animus.Hoc est,præditus,Qui artes callet. Eius contrarium, Animus inertiis affectus. Vide paulo pòst, Virtutibus affectus animus.
Beneficio.Cic.in Pisonem,Quum tantis à vobis P.C.beneficiis affectus sim,tantis honoribus.
Desperatione.Cic.ad Attic.lib.14.
Difficultatibus. Cic.Clodio, lib.13.epist.8, maximis oneribus pressum, summis affectum esse difficultatibus.
Honore, imperio. Cic 1.Offic. Benè de Repub. sentientes ac benemeritos, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus.
Inertiis affectus animus. Hoc est, ignorantia artium & imperitia præditus Vide Virtutibus affectus.
Inflammatione.Cels.lib.7.cap.26.
Lætitia Brutus Ciceroni in epist.ad Brutum,4.
Molestia ex aliqua re.Cic.Lentulo,lib.1.9.
Morbo.Cic.1.de Diuinat. Nam & idipsum videmus, qui sunt morbo graui & mortifero affecti,instare mortem.
Morte.Seruius Ciceroni,lib.4.epist.12.
Munere deorum.Cic.3.de Nat.deor.
Pestilentia. Liu.5 Dec.lib.1.
Præmiis.Cic.in Pisonem.
Senectute.Cic.3.de Orat.
Solicitudine.Cæsar,Magna affectus solicitudine hoc nuntio Cæsar.
Affecta sterilitate terra, quasi quodam morbo. Columel. in præfatione 1.libri,2.
Valetudine.Cic.5.Tuscul.
Virtutibus affectus animus. Cic.in Partit. Animi autem spectantur,atque quemadmodum affecti sunt virtutibus, vitiis, artibus, inertiis, aut quemadmodum commoti cupiditate, metu,voluptate,molestia.
Vitiis.Cic.pro Muræna,Non debes temere Consulem populi Romani saltatorem vocare,sed conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum cui verè istud obiici possit. Et 14.Philip.
Affectus, Profligatus,afflictus.Cic.ad Octauium,Subitò propè iam affectam ac prostratam Remp.tuis opibus extulisti.
Affecta, ea propriè dicuntur, quæ non ad finem ipsum, sed proximè finem deducta sunt.Cic.de Prouinc.Consf.Bellum affectum videmus, & (vt verè dicam)penè confectum.Ibidem.Nam ipse Cæsar,quid est quòd in ea prouincia commorari velit:nisi vt ea quæ per eum affecta sunt,perfecta Reipublicæ tradat? Idem in OEconomico,Quum verò affecta iam propè æstate,vuas à sole mitescere tẽpus est. Ex Gell. lib.3.cap.16.& lib.15.cap.5. Sic ædificia(vt ibidem scribit)quæ propè absoluta sunt,affecta esse dici Latinè possunt.
Affecta ætas,quæ & grauis dicitur, & effœta, nempe ipsa senectus. Cicero 6.Verr.
Animos affectos recreare. Hoc est,imminutos,debilitatósque.Liuius 3. Decad.lib.1.
Cælum affectum, Id est,dispositum. Cic.2.de Diuinat. Etsi ad rem pertinet, quomodo cælo affecto compositísque sideribus quodque animal oriatur.

Corpus,

Corpus, Id est, læsum, debilitatum. Liu.1.Dec.lib.9, In corpore tamen affecto vigebat vis animi consiliique.

Affectum corpus Celso, corpus malè habitum. Hoc est, quod indoctè dicitur, Malè dispositum.

Affectum malis medicamentis corpus, Id est, vitiatum. Cels.lib.3.cap.22. de tabe quam Græci καχεξίαν vocant, Quod ferè fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt: aut quum malis medicamentis corpus affectum est.

Corpora sic affecta. Cic.1.de Diuinat. Iubet igitur Plato sic ad somnum proficisci corporibus affectis, vt nihil sit quod errorem animis perturbationémque afferat.

Affecta tabo corpora. Liu.4 ab Vrbe.

Affecta fides, Labefactata. Tacit.lib.19.

Hyems, Id est, penè finita. Sil.Ital.lib.15,

Iámque hyeme affecta mitescere cœperat annus.

Opes. Tacit.lib.18.

Res, Id est, labefactatæ. Liu.1.Decad.lib.6.

Spes, Id est, imminuta, fracta. Valer.Flacc.4.Argonaut.60.

Vires corporis. Liu.1.Decad.lib.5.

Auidè sum affectus de Fano: quod nisi fieri videro, incursabit in te dolor meus. Cic.ad Att.lib.12.epist.

Grauiter affectus. Cic.Attic.lib.14, quem pridie Neapoli affectum grauiter videram, Id est, ægrotum.

Malè affectus. Cic. Seruilio, lib.13. epist.69, Istam partem Reipublicæ malè affectam tueri.

Variè sum affectus tuis literis. Cic.lib.16.epist.6.

Affectus quum absolutè ponitur, ferè accipitur pro languente. Propert. lib.2.Eleg.29,

Iuppiter, affectæ tandem miserere puellæ. Hoc est, dolentis & miseræ. Ouid.Amorum, lib.2.Eleg.2,

Ibit ad affectam, quæ non languebit, amicam.

Affectissimus, pen.corr. superlatiuum. Paterculus lib.2, Vigebat in hac parte miles atque imperator, illa marcebāt omnia: hinc reges firmissimi, illinc inopia affectissimi.

Affectus, huius affectus {πάθος, πάθη} verbale. Vide AFFECTIO.

Affectus amoris. Quintil.lib.1.cap.11.

Affectus metus. Quintil. ibidem.

Affectus, pro amore. Plin.Iunior.lib.3.Epist.10.

Exhibere alicui affectum parentis. Id est, amorem paternum. Plin. Iun. lib.2.epist.1, Ille tutor mihi relictus, affectum parentis exhibuit.

Affectus, pro morbo. Cels.lib.2, In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt.

Continuum affectum desiderant nonnullæ materiæ. Quintilianus lib.6.cap.2.

Dubij affectus. Ouid.8.Metam.

Duros affectus mollire. Stat.Thebaid.1.

Falsi. Quintil.lib.6.cap.2.

Lenes. Vide Concitati affectus.

Mites. Quintil.lib.5.cap.13.

Perturbatiores. Quintil.lib.4.cap.5.

Pessimi. Quintil.lib.5.cap.10.

Sanos affectus tenere, Id est, temperatos. Senec.Hippol.2.

Tacito affectu lætari. Ouid.7.Metam.

Truces affectus comprimere. Senec.Agamemn.3.

Veri affectus. Vide Ficti & imitati affectus.

Affectus vehementissimus quum inualuit, &c. Quintil.lib.6.cap.1.

Aduocare affectum. Quintil.lib.4.cap.2, Serum est enim aduocare his rebus affectum in peroratione.

Assumere affectus. Quintil.lib.6.cap.2.

Commoti affectus. Vide Concitati affectus.

Commouere affectus. Quintil.lib.4.in procem.

Compositi affectus. Vide Concitati affectus.

Concitati. Quintil.lib.6.cap.2, Affectus igitur hos concitatos, πάθος: illos mites atque compositos, ἦθος esse dixerunt. In altero vehementer commotos, in altero lenes: denique hos imperare, illos persuadere: hos ad perturbationem, illos ad beneuolentiam præualere.

Effundere totos affectus. Quintil.lib.4.cap.1.

Erumpunt affectus. Vide Ficti & imitati affectus.

Fido & incorrupto affectu maritos diligunt vxores. Firmicus, libro 6.cap.10.

Tenero affectu diligere. Firmicus, lib.6.cap.32, Qui filios suos tenero diligat semper affectu.

Toto cordis affectu ferri. Firmic.lib.5.cap.7, Qui ad omne voluptatum genus toto cordis affectu sæpissimè ferantur.

Ficti & imitati affectus. Quintil.lib.11.cap.3, Sed quum sint alij veri affectus, alij ficti & imitati: veri naturaliter erumpunt, vt dolentium, irascentium, indignantium: sed carent arte, ideóque non sunt disciplinæ traditione formandi. Contrà qui effinguntur, imitatione artem habent.

Inducere iudicem in affectus. Quintil.lib.11.cap.3.

Intrare in affectum. Vide INTRO.

Mollire affectus. Stat.Thebaid.1.

Mouere affectus. Quintil.lib.4.cap.2. Idem lib.6.cap.1, Athenis affectus mouere etiam per præconem prohibebatur orator.

Occupari affectibus. Quintil.lib.6.cap.2.

Pati affectus. Quintil.lib.6.cap.2.

Prosequi affectu dilectionis. Firmic. lib.5. cap.14, Homines tamen faciet, qui stultas mulieres ac temerarias summo dilectionis prosequantur affectu.

Soluere affectus tristes. Quintil.lib.6.cap.3.

Tenere affectus sanos. Vide, Sanos affectus tenere.

Tractare affectus. Quintil.lib.6.cap.1, ad finem.

Trahere affectus. Quintilian.lib.6.cap.1, Ex personis quoque trahitur affectus.

Versatur affectus in periculis. Quintil.lib.6.cap.1.

Affectus, pro liberis, vxoribus, parentibus, & alijs simili propinquitate coniunctis accipitur in L.26.lib.12.Cod.Theod.& Capitol.in M.Anton.& in Gordiano.

Affectio {πάθος, σχέσις, ἕξις} verbale ab afficio. Valla lib.4. Cic.de Inuent.lib.1, Affectio est animi aut corporis ex tēpore aliqua de causa commutatio, vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. Idem ibidem, libro 2, Affectio est quædam ex tempore, aut ex negotiorum euentu, aut administratione, aut hominum studio, commutatio rerum: vt nō tales quales antè habitæ sint, aut plerunque haberi soleant, habendæ videantur. In Tusculanis idem author, & alibi, voluntatem hominis affecti ad virtutem, atque ipsam virtutem, animi appellat affectionē ait: qualis non est affectus, qui Græcè dicitur πάθος, quod ipse Cicero interpretatur, perturbationem malens dicere, quàm morbum, quo nomine sæpè vtitur. At Quintilianus non perturbationem, sed affectum nominat. neque ipse aut solus, aut primus, sed plerique ante eum, vt Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Liuius, aliique multi.

Impetus, commotio, affectióque animi. Cic.lib.2.de Inuent. Illum impetum, & quandam commotionem animi, affectionémque verbis & sententiis amplificare debebit.

Affectio astrorum. Cic.de Fato, Astrorum affectio valeat, si vis ad quasdam res.

Cæli. Cic.2.de Diuinat. Fac in puero referre, ex qua affectione cæli primùm spiritum duxerit.

Distorta & praua. Cic.4.Tuscul. Affectio est illa quidem discrepans sibi ipsa dum est insipiens, sed non distorta nec praua.

Firma corporis, Id est, dispositio. Cic.5.Tusc. Tu verò, Metrodore, qui omne bonum in visceribus medullisque condideris, & definieris summum bonum firma corporis affectione, explorataque spe contineri, fortunæ aditus interclusisti?

Inconstans. Cic.4.Tusc. Vitiositas autem est habitus, aut affectio in tota vita inconstans.

Manens. Cic.4.Tusc. Vitia enim affectiones sunt manentes, perturbationes autem mouentes, vt non possint affectionum manentium partes esse.

Affectio erga aliquem. Plin.lib.8.cap.54, Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio.

Affecto, affectas {ἐπιθυμέω, ἐφίεμαι, μετέρχομαι} affectare, ab Affectu deductum verbum, significat appeto, & nimio affectu rem aliquam inuestigo. In rhetor. ad Herenn. Sic dicimus, Affectat laudem vndequaque: Id est, venatur & captat. Affectat videri doctus. Affectat quietem, pro cupit, non rectè dixeris.

Affectare, est pronum animum ad faciendum habere. Festus.

Cruorem alicuius. Stat.11.Thebaid.

Dextram. Virg.3.Æneid. Seruius, Dextram affectare, dextram intendere, scilicet sic vt posset nauem tenere.

Diligentiam in superuacuis. Plin.lib.17.cap.1.

Iter. Cic.pro Roscio Amer. Nunc verò quam viam muniret, quod iter affectet, videtis.

Regnum, Ambitiosè ad regnum aspirare. Liu.1. ab Vrbe. & Plin.Iun. de Viris illustrib.

Spes. Ouid.5.Metam.

Validius affectare aliquid. Quintil.lib.3.cap.8.

Ad aliquid, pro Aspirare. Firmic.in præfatione lib.5, Hos Romanis tuis libros scripsimus, ne omni disciplinarum arte translata, solum hoc opus extitisse videatur, ad quod Romanum non affectasset ingenium.

Viam ad aliquid, Est ad aliquid magno affectu studióque tendere, aspirare: interdum in bonam, interdum in malam. Virg.3.Georg. Viámq; affectat olympo, Id est, ad diuinos honores aspirat. Terent.Phorm. 5.8, Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.

Affecto, cum infinitiuo. Sil.lib.4,

Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ.

Affectare, pro eo quod est, Consultò aliquid facere. Vlpian.in l. Quod ait lex.D.Ad legem Iuliam de adult.

Affectare aliquem damnis, Afficere. Plaut.Bacchid.6,

Pistoclere tua flagitia, aut damna, aut despoliabula,

Queis patrē, & me, téque amicósq; omnes affectas tuos. Nonius.

Affector, affectaris {ἐπιθυμέομαι} Deponens. Varro, Affectatus est regnum, pro affectauit. Obsoletum est.

Affectans, affectantis, participium {ἐπιθυμῶν} Ouid.4.de Pont.

Sic affectantes cælestia regna gigantes

Ad styga nubifero vindicis igne datos.

Affectatus, pen.prod. {μεμεριμνημένος} participium & nomen: vt affectatus sermo, affectata oratio: & affectata verba dicuntur nimis anxiè, &(vt ita dicam) curiosè quæsita. Eiusmodi autem sermo affectatus reprehenditur à doctis. & Grammatici inter orationis vitia posuerunt. Plin.Iunior, in Paneg. Affectata aliis castitas, tibi ingenita & innata. Stat.lib.5.Sylu.2,

Nec tantùm pietas, sed protinus ardua virtus Affectata tibi.

Affectatio, verbale {ζήλωσις} Nimis studiosè, Id est, affectu nimio quæsita diligentia. Alij sic: Affectatio, est æmulatio siue appetentia rei, ferè in malum sonans, quam Græci cacozeliam appellant: Id est, malam & peruersam affectationem. Quintil.lib.1.cap.11, Nihil odiosius affectatione. Id est, affectu conatúque æmulandi alterius virtutem, quam assequi nequeas, refragante natura, vel nimio affectu nimióque conatu alterius virtutem æmulandi, ita vt turpe sit ac deforme sic auidè æmulari.

Affectatio frigida & puerilis. Quintil.lib.4.cap.1.

Nimia. Quintil.in procem.lib.1.

Affectator, pen.prod. affectatoris {ζηλωτής} Quintil.lib.6.cap.3, habitus est nimius risus affectator.

Affectator imperij. Florus, lib.1.cap.7.

Libertatis. Quintil.lib.6.cap.2.

Affectator nimius. Quintil.lib.6.cap.3.

Affectatè, penult.prod. aduerbium qualitatis, ab Affectatus, Id est, curiosè, vel cum affectatione: vt, Affectatè scribit epistolas. Affectatè

loquitur.nos vulgò illud quoque assumpsimus.

Affictus, Affictitius, Vide AFFINGO.

Affigo, affigis, pen. prod. affixi, affixum {[Greek]} affigere. Ad aliquid figere. Liu. 8. bel. Pun. Laceratósque verberibus, cruci affigi iussit.

Adhæsum affigere, Hoc est, reprimere adhærentiam, adhærere & consequenter creare. Lucret. lib. 4.

Affigere aliquid ad rem aliquam. Cic. pro Rosc. Amer. Sed si ego hos iudices, benè noui, literam illam cui vos vsque eò inimici estis, vt etiā eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, vt postea neminem alium nisi fortunas vestras accusare possitis.

Aliquid ad terram. Liu. 1. Decad. lib. 4, Cuspidem ad terram affixit.

Ad rem, Id est cum re coniunctus. Cic. lib. 1. de Inuent. Cōtinentia cum ipso negotio sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari.

Aliquid animo suo familiarius. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Affigere arma. Plin. lib. 16. cap. 39, Cui viri fortes affixerant arma.

Humi affigere particulam diuinæ auræ, pro animū ad res terrenas demittere. Horat. 2. Serm. satyra 2.

Lecto aliquem. Horat. 1. Serm. satyra 1.

Literas pueris, Hoc est, eorum memoriæ tenaciter infigere, facerèque vt hæreant. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Oscula affigere. Claudian. de bel. Get.

Blanda cruentatis affigunt oscula dextris.

Terræ radicem. Virgil. 2. Georg.

Rura gelu tum claudit hyems: nec semine iacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.

Affigere per translationem dictum. Plin. lib. 30. cap. 1, Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat. Cic. 2. de Orat. Ea maximè animus affigi nostris, quæ essent à sensu tradita, atque impressa, Id est, tenaciter inhærere.

Affixus, participium {[Greek]} Tibull. lib. 1. Eleg. 4.

Ac circa grauibus pensis affixa puella.

Lateri affixus. Virgil. 10. Æneid.

Affixa mundo sidera. Plin. lib. 2. cap. 8.

Alicui. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Dedit etiam alteram mihi, qua iubes eum mihi esse affixum tanquam magistro: Id est, mihi inhærere, & à me non discedere.

In saxis. Cicero libro 1. de Orat. Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret.

Affixus alicui in re aliqua. Cic. Lentulo, lib. 1. 8, Quibus in rebus me ille affixum habebit.

Affixum atque infitum in animo & sensu. Cic. 7. Verr. Sed in anima sensuque meo penitus affixa atque insita est.

Affingo, affingis, affinxi, affictum {[Greek]} affingere. Idem quod simplex fingere, aut fingendo accommodare. Cic. 3. de Orat. Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam totámque formam quasi perfectam reperietis.

Addere & affingere rumoribus. Cæs. 7. bel. Gall.

Affingere, & Detrahere, contraria. Cic. 1. de Diuinat. Paruis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.

Aliquid alicui. Cic. pro lege Manilia, Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam, Quirites, vt neque vera laus ei detracta oratione nostra, neque falsa afficta esse videatur.

Affingere alicui orationē. Cic. in Orat. Poeta peccat etiam, quum probam orationem affingit improbo, stultóve sapientis.

Affingere aliquid, pro mendaciter addere. Cic. 3. Tuscul. Qui nihil opinione affingat, assumátque ad ægritudinem. Idem pro Cluentio 6, Faciámque vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit.

Affingere hominum mores, pro assimulare. Cicero 2. de Orat. In quibus describuntur hominum mores, & ita affinguntur, vt aut re narrata aliqua, quales sunt intelligantur.

Affictus, participium {[Greek]}

Affictum proœmium. Cic. 2. de Orat. Connexum autem ita sit principium consequenti orationi, vt non tanquam citharœdi proœmium affictum aliquod, sed cohærens cum omni corpore membrum esse videatur.

Affictitius {[Greek]} verbale formatum à supino affictum. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 12.

Affinis, penult. longa {[Greek]} adiectiuum ex ad, & finis compositum. Affines, in agris, vicini sunt: in hominibus, consanguinitate coniuncti, ait Festus. Modestinus l. non facile. D. de grad. & affin. Affines sunt (inquit) viri & vxoris cognati: dicti ab eo quòd duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit.

Affinium nomina hæc sunt: Socer, socrus: Gener, nurus: Nouerca, vitricus: Priuignus, priuigna.

Affines, vocat Sallustius, qui finitimos & coniunctos possident agros. Sic enim scribit, Interea parentes, aut parui liberi militum, vt quisque potentiori affinis erat, sedibus pellebantur. Annotauit Turnebus.

Affinis, per translationem dicitur alicuius rei particeps, & quasi coniunctus ei. Iungitur autem genitiuo vel datiuo.

Affinis alicuius culpæ, & alicui culpæ. Cic. 2. de Inuent. Affinem esse alicuius culpæ. Idem pro Rosc. Amer.

Facinori. Cic. in Catil.

Negotiis. Plaut. Trinum. 6.

Noxæ. Liu. lib. 9. belli Maced.

Rei capitalis. Cic. 4. Verr.

Affinis rerum quas fert adolescentia. Terent. Heaut. 2. 1.

Sceleri, vel sceleris. Cicero pro Sylla. & Author ad Herennium, libro quarto.

Suspicionis. Cic. pro Sylla.

Turpitudini. Cic. pro Cluent. Duos solos video authoritate Censorum affines ei turpitudini iudicari.

Affinia vincula, Hoc est, vincula affinitatis. Ouid. 4. de Pont. eleg. 8.

Ius aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quæ semper maneant illabefacta, precor.

Affinitas, penultima correpta {[Greek]} denominatiuum. Est hominum affinium inter ipsos coniunctio. Cicero 1. Offic. Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui.

Affinitatis coniunctio. Cic. pro Cluent. Affinitatis coniunctionem pignori fore putauit.

Arctissima affinitas. Paterculus lib. 6. Honoratum etiam matrimonio sororis suæ filiæ, in arctissimam affinitatem receperat.

Perpetua. Vide PERPETVVS.

Affinitate sese deuincire cum aliquo. Cic. in Bruto.

Affinitates iungere. Liu. 1. ab Vrbe, Neque hospitia modò cum primoribus eorum, sed affinitates quoque iungebat.

Dirimere. Tacit. lib. 12.

Affirmo, affirmas {[Greek]} affirmare. Ex ad, & firmo firmas compositum. Cic 4. Academ. Quid dubitamus igitur affirmare?

Affirmare aliquid de bonitate vini. Caius in l. Si vina. D. De peric. & commod. rei vendit. Si vina, quæ in doliis erant, venierint: eáque antè quàm ab emptore tollerentur, sua natura corrupta fuerint: si quid de bonitate eorum affirmauit venditor, tenebitur emptori. Quòd si nihil affirmauit, emptoris erit periculum.

Certum affirmare. Liu 3. ab Vrbe.

Affirmo tibi. Cic. ad Attic. lib. 12.

Affirmare asseueratione. Cic. Attic. lib. 13, Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, &c.

Fortissimè. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Iureiurando. Liu. 9. bel. Pun. Data vltrò citróque fide, eosdem amicos, inimicósque habituros iureiurando affirmatur.

Crimen, Id est, verisimile reddere. Liu. 2. ab Vrbe.

Constanter. Vide AFFIRMATIO.

Pro certo. Liu. 1. ab Vrbe.

Temerè de aliquo. Cic. ad Brutum, epist. 1.

Valde de aliquo. Cic. ad Attic. lib. 7, Quid opus est de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?

Affirmare, pro confirmare, stabilíreque. Tacit. lib. 20, Populi Romani virtutem armis affirmaui.

Opinionem affirmare. Liu. Decad. 4. lib. 2, Vulgò credebatur, de industria rem in serum tractam, ne tempus dari posset Achæis Ætolisque ad respondendum, & eam opinionem ipse affirmauit, petendo vt summotis aliis, cum ipso imperatore Romano liceret sibi colloqui. Affirmauit, Id est, confirmauit.

Affirmare se animo, Hoc est, confirmare se, & animum firmum inducere. Catull. Epigram. 71.

Spem. Liu. 1. ab Vrbe, Ea res vtique Troianis spem affirmat. Alij hic legunt, Confirmat.

Affirmatus, pen. prod. participium. Liu. 4. Decad. lib. 8, Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto erant. Hoc est, confirmata.

Rationibus aliquid affirmatum. Cic. lib. 1. de Inuent.

Affirmatio {[Greek]} verbale, Actus ipse affirmandi. Plin. lib. 28. cap. 2, Constantissima annalium affirmatione.

Affirmatio & dubitatio, contraria. Cic. ad Pætum, lib. 9, Sed quum explorati nihil haberem: nec tibi solicitudinem ex dubitatione mea, nec spem ex affirmatione afferre volui.

Affirmationi alicuius credere. Planc. Cic. lib. 10. epist. 21.

Affirmatione aliquid alteri recipere. Id est, promittere. Plancus Cic. lib. 10. epist. 7.

Affirmatio religiosa. Cicero 3. Offic. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa.

Affirmatè, pen. prod. {[Greek]} aduerbium. Cic. 3. Offic. Quod autē affirmatè quasi deo teste promiseris, id tenendum est. Quidam codices habent affirmatiuè. Gell. lib. 10. cap 12. affirmatissimè scripserunt, simulacrum columbæ è ligno ab Archyta ratione quadam disciplináque mechanica factum, volasse.

Affixus, Vide AFFIGO.

Afflatus, Vide AFFLO.

Affleo, affles, affleui, pen. prod. affletum, pen. prod. {[Greek]} afflere, Fletum simulare. Plaut. Pers. 4.

Sed longè ab Athenis esse se gnatam autumet:
Et vt affleat, quum ea memoret.

Afflictio, Vide AFFLIGO.

Affligo, affligis, penul. prod. {[Greek]} afflixi, afflictum, affligere. Ex ad & verbo inusitato fligere. Propriè significat ad terram tota vi prosternere. Cic. in Pisonem, Illi autem statuam istius persimilem, quam stare in loco celeberrimo voluerunt, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbāt, affligunt, communiunt, dissipant.

Affligere ad terram. Plaut. Pers. 13, Affligam te ad terram, scelus.

Affligere, per metaphoram, interdum pro perturbare, angere, vexare accipimus. Celsus, Corpus variis morbis afflictum. Cic. in Pisonem, Afflictus luctu, aut mœrore.

Affligere & debilitare animos metu. Cicero 4. Tuscul. Quid autem est fœdius & deformius, quàm ægritudine quis afflictus debilitatúsque iacens?

Affligere & leuare, contraria. Cic. ad Att. lib. 13. Epist. Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit.

Percellere atque affligere. Cic. pro Cælio.

Perdere & affligere. Cic. pro Rosc. Amer.

Affligit corpus senectus. Cic. de Senectute, Non planè me eneruauit, non afflixit senectus.

Afflixit hunc calamitas. Cic. pro Cluentio.

Affligit leuius. Quintil. in proœmio lib. 6.

Monumentum, Id est, diruere & deiicere. Cic. pro Cælio, Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit.

Mores

Mores grauius.Plin.lib.33.cap.11.
Opes alterius.Plin.lib.2.cap.12.
Rem aliquam vituperando,cui contrarium, Augere laudando: Cic. in Bruto.Hoc est deprimere.Oratores enim parua extollere, & magna deprimere possunt.Hinc(vt Plutarchus est author)Isocrates interrogatus quid esset Rhetorica,respondit, τὰ μὲν μικρὰ μεγάλα τὰ δὲ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν.
Affligere se. Id est,se angere,vexare,excruciare.Cic.Att.lib.2.34.
Affligi frigoribus.Colum.lib.2.cap.10.
Sententiis quempiam.Cic.pro Muræna.
Afflictus,participium (κακωθεὶς) Oppressus aduersis rebus. Cic. pro lege Manil: Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentémque rebus suis confirmauit: & afflictum erexit, perditúmque recreauit.
Afflictus, dolore vehementer affectus.Virgil.2.Æneid.
Afflictus vitam in tenebris luctúque trahebam.
Afflictus atque euersus.Cic.pro Quint. Vt per se afflictum atque euersum propinquum suum nō modò honestè partis bonis,verumetiam communi luce priuaret.
Perculsus & afflictus.Cic.pro Flac.Itaque vt hāc Græciam, quæ iandiu suis consiliis perculsa & afflicta est,omittam.
Calamitate afflictus.Cic.pro Sylla,Hic se ita fractum illa calamitate atque afflictum putauit.
Casu aliquo grauissimè afflictus.Cic.Dolabellæ lib.9.11.
Magnis clamoribus.Cic.ad Attic.lib.1.11.
Afflictus & profligatus mœrore.Cic.in Catil.
Amicitia afflicta.Cic.pro Quint.
Animos afflictos recreare.Cic.ad Attic.lib.11.13.
Afflictus & fractus animus.Cic.ad Att.lib.12,Quod certè afflicti & fracti animi non fuit.
Afflicta senio aut tempestate arbor.Colum.lib.5.cap.6.
Mœstitia domus afflicta.Cic.12.Philip.
Fides afflicta,Affecta.Hoc est,collabefactata diminutáque.Tacit.lib.17.
Fortuna alicuius. Cic. pro lege Manilia, vt regum afflictæ fortunæ facilè multorum opes alliciant ad misericordiam.
Afflictus ac iacens homo excitatur. Cic. Post reditum in Senatu, Qui mihi primus afflicto & iacenti dexteram porrexit.
Nauis afflicta ad scopulos.Cic.pro C.Rabirio, Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sexti Titij afflictam nauem videres.
Afflictam & perditam prouinciam erigere atque recreare.Cic.5.Verr.
Pudor afflictus,Stat.11.Thebaid.
Religiones eorum scelere prostratæ afflictǽque sunt.Cicero libro 2.de Legibus.
Res.Lucan.lib.1.
Salus.Cic.ad Lentulum lib.1.6.
Afflicta & prostrata virtus maximè luctuosa est.Cic.lib.2.de Orat.
Afflicta vrbs pestilentia.Liu.3.ab Vrbe.
Erigere afflictum.Cic.de Arusp.responsis.Et pro lege Manilia.
Excitare afflictos.Cic.1.de Orat. Idem libro eodem.
Recreare afflictos animos.Cic.Att.lib.1.11.
Grauissimè afflictus.Cic.Dolabellæ lib.9.11.
Afflictio (κάκωσις) Verbale, Actus ipse affligendi. Cicero 4. Tuscul. Molestia, afflictio,desperatio. Sic 3. Tusculanar. Alij vbique legunt afflictatio.
Afflicto,afflictas,afflictare, Vehementer affligere (συντρίβειν) Cæsar 3.bel.Gall. Naues in vadis afflictarentur.
Afflictari de re aliqua.Cic.ad Att.lib.11.
Amore. Lucret.4.
Morbo,Quod & morbo conflictari dicitur.Liu.9.bel.Pun.
Aliquem luxuria.Tacit.lib.13,Quòd Italiam luxuria sæuitiáque afflictauisset,veneno damnationem anteuertit.
Onera. Cæsar 3.bel.Gal. Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ tempestas afflictabat.Id est,concutiebat,& agitabat.
Sese.Id est,frequenter sese, & plurimùm affligere.Cic.Att.lib.3.
Acerbissimè afflictari.Cic.Attic.lib.11.
Grauius vehementiúsque.Cic.in Catilin.
Turpius afflictatur Resp.Cic.de Arusp.resp.
Afflictatio,Verbale (συντριβή) Cic.4.Tusc.Afflictatio,ægritudo cum vexatione corporis.
Afflictor,Verbale (κακωτής) Qui affligit,vel afflixit. Cic. in Pison. Afflictorem & proditorem,non modò dignitatis & authoritatis,sed omnino ordinis ac nominis sui.
Afflictus, huius afflictus,Verbale (κάκωσις) Idem quod afflictio.Cic.2. Tusc.Effœminata virtus afflictu occidit.
Afflo,afflas, (ἐμπνέω) afflare,Est spiritu,flatúve quasi contingere.Columella libro 8.cap.5, Cauendúmque ne à serpentibus afflentur. Liu. 10.bel.Pun. Afflatíque incendio effugerunt.Horat.2.Serm.
-velut illis Canidia afflasset.
Afflantur odores è floribus. Cic.de Senect. Quum admiraretur Lysander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum subactam atque puram,& suauitatem odorum qui afflarentur è floribus.
Vineta afflantur Noto.Stat.5.Syl.1.
Anhelitus oris afflat vittas.Ouid.5.Metam.
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Odores afflare.Propert.lib.2.eleg.30,
Afflabant tibi non Arabum de gramine odores.
Ore alicuius afflari.Ouid.7.Metam.
At nisi opem tulero,taurorum afflabitur ore.
Afflare tibiam,pro flatu implere.Ouid.6.Fast.
Afflare,de rumore dictum. Cic.Attic. lib.16, Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat. Vt sit sensus, Aliquantulus rumor incertus quasi vento quodam ad aures meas peruenerat.
Afflare alicui,pro aspirare seu fauere.Tibul.lib.2.eleg.1.
Felix,cui placidus leniter afflat amor.

Afflari auram alicui in aliquo crimine.Cic.3.in Verr. Sperat sibi auram posse aliquam afflari in hoc crimine. Id est, ab aliquo fauore se posse adiuuari.
Afflare alicui aliquid mali. Id est, flando immittere. Ad Herennium,libro 4, Circunspectans huc & illuc, si quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.
Afflare aliquem ventis fulminis.Virg.2.Æneid.
Fulminis afflauit ventis,& contigit igni. Plin.Iun.Vtrunque nostrum ille optimi cuiusque spoliator & carnifex, stragibus amicorū, & in proximo iacto fulmine afflauerat. Hoc dicit quia periclitatus est sub Domitiano.
Ignibus afflari.Ouid.1.Trist.eleg.8.
Afflari diuino spiritu,quod vulgò inspirari dicitur.Cic.pro Archia poeta,Poetam natura ipsa valere,& mentis viribus excitari,& quasi diuino quodam spiritu afflari.
Afflatus sidere.Plin.lib.2.cap.41.
Numine dei.Virgil.6.Æneid.
Peste.Sillius lib.6.
Sole.Claudian.de bello Gildon.
Afflatus,huius afflatus,penul.prod. (ἐμπνευσμός) Verbale, Actus ipse afflandi.Plin.lib.10. cap.33, Perdices concipiunt masculorum superuolantium afflatu.
Afflatus benignus.Plin.lib.37.cap.13.
Calidi.Stat.5.Thebaid.
Diuinus,Diuina,vt ita dicam,inspiratio.Cic.2.de Nat.deor. Nemo vir magnus sine aliquo afflatu diuino vnquam fuit.
Afflatu diuino mentem alicuius concitare.Cic.lib.1.de Diuin.
Instinctus afflatúsque diuinus.Cic.lib.1.de Diuinat.Oracula quæ instinctu diuino afflatúque funduntur.
Necare aliquem afflatu.Ouid.3.Metam.
Noxius afflatus.Plin.lib.4.cap.12.
Afflatus è terra.Cic.2.de Diuinat. Quid tam diuinum, quàm afflatus è terra mentem ita mouēs,vt eam prouidam rerum futurarum efficiat? Paulò antè,anhelitum terræ vocauit.
Afflatus,pro H aspiratione,seu nota aspirationis.Varr.lib.3.de Re rust. cap.1, Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quòd ab agri genere non à conditore ei nomen est impositum.Nam lingua prisca & in Græcia Æoles Bœotij,sine afflatu vocāt colleis Tebas:& in Sabinis quò è Græcia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt.
Affluo,affluis,penult.corr.affluxi,affluxum (ἐπιῤῥέω, περισσεύω, παρῥέω) affluere,Propriè ad aliquid fluere.Colum.Ne quum à vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta conuellat. Plin. lib. 2.cap.97, Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bísque remeant. De maris æstibus loquitur.
Affluere,de hominibus dictum. Liu.9.bel. Maced. Dimicantibus iis legio quinta superuenit:deinde vt quæque potuerant,copiæ affluebant. Virgil.2.Æneid.
Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorum.
Amor affluit.Ouid.1.de Remed.amor.
Affluit incautis insidiosus amor. Hoc est illabitur.
Affluunt literæ,& rumor. Cic. ad Quint.frat. lib.3, Nihil ex istis locis, non modò literarum,sed ne rumoris quidem affluxit.
Affluere, per metaphoram pro abundare. Plaut. Pseud.4, frumento affluam.Cic.2.de Finibus,affluere voluptatibus.
Affluere ad.Cic.1.de Fin. Nam si ea sola voluptas esset,quæ quasi titillaret sensus,vt ita dicam,& ad eos cum suauitate afflueret, & illaberetur,&c. Tanquam de liquore dixit afflueret:Id est,leniter flueret.
Diuitiis affluere.Lucret.lib.6.3.
Effusè affluunt opes.Liu.Decad.1.lib.3.
Affluens,participium (περισσεύων) Liu.5.bel.Maced.Quotidie affluente multitudine ad famam belli.
Affluens & beatus.Cic.in Sallust.Id est,copiosus & diues.
Anni affluentes.Horat.4.Carm.11, -quod ex hac
Luce Mecœnas meus affluentes
Ordinat annos. Acron,Affluentes.Id est crescentes,aut multos.
Affluens,abundans.Vt Affluens opibus & copiis.Cic.pro lege Agraria. Et pro Cluentio,Affluens omni scelere domus.
Bonitate affluēs homo. Cic.pro Roscio Comœdo, Largitus est scilicet homo liberalis,& dissolutus,& bonitate affluens Fannius Roscio?
Homo omni lepore & venustate affluens.Cic.7.Verr.
Otio nimio & ingeniis vberrimis affluentes doctissimi homines. Cic.3. de Orat.
Affluens hominibus & studiis locus. Cicero pro Arch. Nam ibi natus est loco nobili,& celebri quondam vrbe & copiosa, atque eruditissimis hominibus liberalissimísque studiis affluenti.
Vnguentis affluens.Cic.pro P.Sextio.
Affluens,affluentior,affluentissimus,pro abundans (ἄφθονος, πλήρης, ἄφθονος) Cic.1.Offic.Omnium rerum affluentibus copiis. Idem in Lælio, Ditior enim esse videtur & affluentior vera amicitia.
Affluenter, affluentius, affluentissimè (ἀφθόνως, εὐπόρως, δαψιλῶς) aduerbium qualitatis. Cic. 5. Tusculanar. Quóque affluentius voluptates hauriat.
Affluentia, (ἀφθονία, εὐπορία, δαψιλεία) Pro abundantia. Cic. De lege Agrar. contra Rul.Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia. Plin.Iunior in Panegyr. Instar ego perpetui congiarij puto affluentiam annonæ.
Magnifica diuitiarum affluentia copiosus. Firmicus lib.5.cap.3.
Verbosa sermonis affluentia Firmic.lib.8.cap.10.
Affodio,affodis,penult.corr.affodi,penult.prod. affossum (παρορύσσω) affodere,Fodiendo adiungere.Plin.lib.2.cap.68, ad finem, Furtóque, vicini cæspitem nostro solo affodimus.
Affor,affaris,affatus sum (προσαγορεύω, προσφωνέω) affari, penult.prod.Ex Ad & Fari compositum,Alloqui.Aiunt Grammatici primam personam in vsu non esse. Est autem verbum apud poetas

vsitatius. Virg. Æneid. 2, Tum sic affari, & curas his demere dictis. Cic. 2. Philip. Qui locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos quò accesserint, non affari atque appetere videatur?
Affari (inquit Nonius) non solùm pro respondere vel fabulari, sed etiam rogare positum. Accius Tereo, Deum Cadmo generatum semel affare. Virgil. 4. Æneid.
I soror, atque hostem supplex affare superbum.
Affari, Agere gratias. Virgil. 2. Æneid.
Affatúrque deos, & sanctum sidus adorat.
Affari dulci amore. Id est, amicè. Virg. 6. Æneid.
Nomine. Cic. de clar. Orat. Nam scripsit his verbis, quum hunc nomine esset affatus.
Verbis blandis. Stat. 1. Achil.
Voce. Sillius lib. 8.
Affari extremùm. Virgil. 9. Æneid.
Affari extremùm miseræ data copia matri?
Affatus, penultima producta, Participium. {...} Allocutus. Virg. 4. Æneid.
Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi.
Affatus, huius affatus, penult. prod. Verbale {...}. Alloquium, colloquutio, Virg. 4. Æneid.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?
Affatus bonus. Stat. lib. 1. Thebaid.
Affatus malignus. Claudian. de rapt. Proser. lib. 3.
Affatus tacitus. Stat. 6. Thebaid.
Affatus alicuius petere: Id est, colloquium. Seneca Medea, 4.
Affabilis, penult. corr. adiectiuum {...} Qui se facilem præbet in congressibus humanis. Hoc est, in loquendo, audiendo, & respondendo. Cic. 1. Offic. Et in omni sermone omnibus affabilem & iucundum se esse vellet.
Affabilitas, penult. corr. {...} Ipsa virtus eius qui affabilis est. Cic. 2. Offic. Comitas affabilitásque sermonis.
Affabiliter, affabilius, affabilissimè {...} Gellius libro 16. capite 3. Hæc tum Phauorinus, multáque istiusmodi alia affabilissimè dicebat.
Affore, penult. corr. {...} ex Ad & Fore, Affuturum esse. Et est verbum ita defectiuum vt ipsum verbum Fore. Virg. 1. Æneid.
Atque vtinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Æneas. Cæsar 5. bel. Gall. Hanc affore biduo.
Affore, pro significatione præsentis videtur accepisse Stat. lib. 1. Thebaid.
-sensit manifesto numine ductos.
Affore, Pro adesse.
Affore ab oris externis. Virg. 7. Æneid.
-generos externis affore ab oris. Id est, venturos, affuturos.
Affòrmido, affòrmidas, penult. prod. {...} affòrmidare, Idem quod formidare. Plaut. Bacchid. 2. Magísque affòrmido ne is pereat.
Affrango, affrangis {...} affrangere. Ad, siue iuxtà frangere. Stat. 5. Syl. 1.
-citius Titonida mœsti
Deficient rores: aut exiccata fatiscet
Mater Achilleis hyemes affrangere bustis. Vide ADFRINGO.
Affremo, affremis, penult. corr. affremere, Idem quod fremere, stridere. Sil. Italicus lib. 14,
Non aliter Boreas Rhodopes à vertice præceps
Quum sese immisit, decimóque volumine Pontum
Expulit in terras, sequitur cum murmure molem
Eiecti maris, & stridentibus affremit alis.
Affrico, affricas, penult. corr. {...} affricare, Ad aliquid fricare. Plin. lib. 29. cap. 6, Anguium adeps ærugini mixtus, ruptas oculorum partes sanat: & membrana siue senectus vernatione eorum exuta, si affricetur, claritatem facit. Colum. lib. 7. cap. 5, Aut arbori affricant. Sub. sese.
Affrictus, huius affrictus, Verbale {...} Actus ipse affricandi. Plin. lib. 31. cap. 6. Spumáque aquæ affrictu verrucas tollit.
Affrio, affrias {...} affriare, Ex Ad & Friare. Friare autem de rebus iis dicitur, quæ facilè, & nullo, vt sic dicam, tritu comminuuntur, & in puluerem rediguntur: vt resina inter digitos. Varro 1. de Re rust. 57.
Affui, Affuturus. Vide ADSVM.
Affulgeo, affulges, affulsi {...} affulgere, Ad aliquid fulgere: vt, Huic ædium parti rarò sol affulget. Hinc varia metaphora.
Affulgere vultu nitenti. Sil. lib. 8.
Affulsit spes. Liuius 7. belli Punici, Prima spes morte nuntiata Marcelli affulsit.
Affulsit fortuna. Liu. 10. bel. Pun. Et mihi talis aliquando fortuna affulsit.
Affundo, affundis, affudi, penult. prod. affusum, penult. prod. affundere {...} Aspergere. Plin. lib. 12. cap. 21, Medici nucleos Arabicæ glandis tundunt, affusa eis paulatim calida aqua. Idem lib. 16. cap. 44, Vinúmque illi affundere.
Affundi, fluuij aut maria dicuntur, quæ vrbem, aut quiduis aliud alluũt. Plin. lib. 5. cap. 1, Affunditur huic autem æstuarium è mari flexuoso meatu. Idem lib. 5. cap 29, Mæander plurimis affusus oppidis.
Affusa vrbs mari, pro affusum mare vrbi. Plin. lib. 3. cap. 3, Cæsaraugusta, colonia immunis, amne Ibero affusa.
Affundo, pro infundo. Taci. lib. 12, frigida in aqua affunditur venenum. -Idem lib 5. de Phœnice aue, vbi mors propinquet, suis in terris struere nidum, eíque vim genitalem affundere.
Affundere vinum. Plin. lib. 16. cap. 44.
Affusus, penult. prod. participium {...} Prostratus, prouolutus. Ouid 8. Metam.
-potui moritura videri,
Amplectísque pedes, affusáque poscere vitam. Lucan. lib. 7,
-regésque tui cum supplice mundo
Affusi, vinci socerum patiare rogamus.
Affusus tumulo. Hoc est, iuxta tumulum fusus, iacens, prostratus. Ouid. 8. Metamorph.
Affusæque iacent tumulo, signatáque saxo
Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.
Affusus, pro Infusus. Ouid. ad Liuiam de morte Drusi,
Aridáque affusa guttura tinxit aqua.

A F O

Aforis, Aduerbium, penult. corr. {...} Plin. lib. 17. cap. 24, In vlcus penetrat omnis àforis iniuria. Sunt qui diuisim scribant, à foris. Alij negant esse Latinam vocem.

A F R

Afra, auis, Vide AFRICA.
AFRANIA Licinij Bructionis vxor, prompta ad lites contrahendas, adeò vt pro crimine improbis fœminarum moribus C. Afraniæ nomẽ obiiciatur. Valer. Maxim. lib. 8. cap. 3.
Afrania fabula. Cic. pro M. Cælio.
AFRANIVS {...} poeta Latinus comicus, teste Cicerone in Bruto, homo peracutus in fabulis, & disertus, quòd in togatis excellit, inquit Quintilian. lib. 10. cap. 1. Horatius huius meminit lib. 2. epist. 1. Dicitur Afranij toga conuenisse Menandro. Hoc est, Afranij fabula togata dicitur fuisse similis comœdiis Menandri. Multa siquidem mutuatus est à Menandro, teste Cicerone lib. 1. de Finib. Ausonius quoque, Qui toga facundis scenis agitauit Afrani.
C. AFRANIVS collega in consulatu Qu. Metello Celeri, vt author est Plin. lib. 2. cap. 67.
L. AFRANIVS, alter dux Pompeianus notissimus. Lucan. lib. 4,
Iure pari rector castris Afranius illis, Ac Petreius erat.
AFRICA, penult. corr. {...} tertia pars orbis, freto Herculeo, ac Nilo à cæteris orbis partibus diducitur: Libya & Hesperia à Græcis appellata. Hanc ab initio (vt ait Sallustius) habitauerunt Getuli & Libyes asperi incultíque, quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum velut pecoribus. Hæc Volaterranus. Madian filius fuit Abrahæ ex Cetura. Huius filius Afer, siue Apher, quum castra fixisset in Libya, & filiorum eius filij habitassent in ea, terram illam ex eius nomine Africam seu Aphricam vocauerunt. Author Iosephus Antiquit. libro 1. cap. 23. Alexandri Polyhistoris sententiam secutus. Alij dictam putant, quasi sine frigore. Siquidem α particula est priuatiua, {...} horrorẽ frigoris significat. Author Seruius in 6. Æneid. Quidam ab Afro Libys Herculis filio dictam malunt. Solinus ca. 37.
Africa semper aliquid noui apportat. Prouerbium, quod quadrabit in homines lubrica fide, sempérque nouandarum rerum auidos. Quod quidem ideo dicebatur, quòd in Africa siticulosa regione, ad vnum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conueniũt cogantur, ibique varia mistura violentę Veneris, varias monstrorum formas subindéque nouas nasci. Ex Plin. lib. 8. cap. 16. Aristotele. & Erasmo in Chil.
Ardens Africa. Lucan. lib. 9, -dracones
Pestiferos ardens facit Africa.
Feris & beluis frequens. Plin. lib. 5. cap. 9.
Fertilis. Horat. 3. Carm. 16.
Pallida. Claud. de bello Gildon.
Vadosa. Stat. 4. Sylu. 5.
Vltima. Horat. 2. Carm. 18. De Numidia intelligit, quæ pars est Libyæ.
Afer, afri {...} Qui est ex Africa.
Dirus Afer. Horat. 4. Carm. 4,
Dirus per vrbes Afer vt Italas.
Discincti Afri. Virg. 8. Æneid. Vbi Seruius, Vel habitum eorum ostendit, qui vsque in talos fluebat: Aut discinctos dixit, inhabiles militiæ: vt contrà, præcinctos, strenuos dicimus. Vnde & Græcè {...} appellatur, non qui bonam zonam habet, sed qui est strenuus.
Rebelles. Sillius libro 15.
Sitientes. Virgilius 1. Eclog.
Est enim Africa calidissima regio.
Tenues. Id est, pauperes. Iuuen. sat. 8.
Vagus. Sil. lib. 15. Et Lucan. lib. 4.
Afer, afra {...} Adiectiuum.
Armentarius Afer. Virgil. 3 Georgic.
-omnia secum Armentarius Afer agit. Armentariũ vocat, quia in Africa armenta & greges abundè sunt.
Afra auis, Id est, Libyca. Refertur à Suida de prægrandibus, quòd ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horatius de prælauta vsurpauit,
Non Afra auis descendat in ventrem meum. Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aues appellant. Acron videtur de struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Non ineptè iacietur & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plaut. Pœnulo 5. 2, Pœnum autem vocat ob manicas, alarum instar vtrinque pensiles. Prouerbium extat in auibus Aristophanis. Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiores. Terent. Hic nebulo magnus est. Erasmus in Chiliad.
Murice Afro tinctæ lanæ. Horat. 2. Carm. 16.
Serpentes Afri. Horat. 2. Serm. sat. 8.
Africanus, penult. prod. adiectiuum {...} Hinc Africanus Scipio, ab Africa deuicta. Horat. epod. 9. De quo vide in SCIPIO.
Africanum bellum. Cicero pro Deiot. Mittebat qui rumores Africanos exciperent.
Africanum mare {...} est è sinu Gallico, inter Massiliam & Narbonem ad regionem Africæ oppositam: cuius meminit Strabo libro 2.
Africanæ, absolutè, dicũtur Pantheræ, quæ & Variæ. Africanæ quidẽ, quoniam in Africa sunt frequentes. Variæ, quoniam macularum varietate sunt spectabiles. Plin. lib. 8. ca. 17, Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Primus autem Scaurus ædilitate sua Varias centum quinquaginta vniuersas misit.

Africanæ,

Africanæ, Gallinarum genus est prægrandium. Columella libro 8. cap. 2, Gallinarum genera sunt, vel cohortalium, vel rusticarum, vel Africanarum. Africana est, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi similis: nisi quòd rutilam galeam & cristam capite gerit: quæ vtraque sunt in Meleagride cærulea. Varro de Re rust. libro 3. cap. 9, Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas Meleagridas appellant Græci.

Africus {λὶψ} substantiuum, Est ventus ab Africa flans inter Austrum (qui etiam Libs vocatur) & Zephyrum. Plin. lib. 2. cap. 47, A meridie Auster, & ab occasu brumali Africus.

Celer Africus. Horat. 1. Carm. 1.

Creber procellis. Virg. 1. Æneid.

Pestilens. Horat. 3. Carm. 23.

Proteruus Africus. Horat. epod. 16.

Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per vndas
Notus vocabit, aut proteruus Africus.

Africus, adiectiuum ab Africo vento {λιβικός} Vt Africæ procellæ, ab Africo vento excitatæ. Horatius 3. Carm. 19, Africa bella. Silius libro 17.

Africia, Genus quoddam liborum, quo vtebantur in sacrificiis veteres. Arnobius, Quid fitilla, quid frumen, quid africia, quid gratilla, catumeum, conspolium, cucubula? ex quibus duo quæ prima sunt, pultium nomina, sed genere, & qualitate diuersa: feries verò quæ sequitur, liborum significantias continet. Hactenus ille.

A G A.

AG. Agit, vel Agrum, vel Agrippa.

AGA, mons è quo Araxes & Euphrates oriuntur, quem Strabo & Ptolemæus Abon siue Aban vocant. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 9.

AGACTURI {ἀγακτοῦροι} Populi sunt in regione Thimanæorum, prope Nabathæos. Plin. lib. 6. cap. 28, Agacturi in montibus, oppido xx. M. passuum, in quo fons Emischabales, quod significat Camelorum oppidum.

AGAGAMANTES, populi circa Mæotim, Plin. lib. 6. cap. 7.

AGALLIS Cercyræa, fœminæ nomen, quæ (vt Athenæus author est) illustris fuit arte grãmatica, & inuentionem pilæ adscripsit Nausicææ.

Agallochum {ἀγάλλοχον} est lignum quod ex India & Arabia defertur, maculatum, odoratum, gustu astringens, & subamarum, cute aliquantum versicolore. Halitum mansu commendat: ventriculum frigidum iuuat. Xylaloe Aetio & Actuario dicitur: Id est, lignum Aloes, arboris, non herbæ. Quod verò ostendunt officinæ, verius est Aspalathum acre & austerum. Galen. lib. 6. simpl. Meminit Ruellius lib. 1. cap. 36.

AGAMEDES {ἀγαμήδης} Viri proprium. Cic. 1. Tuscul. Trophonius & Agamedes quum Apollini Delphis templum exædificassent, petierũt quod esset optimum homini. Qui vt illuxit dies tertius, mortui sunt reperti. Iudicauisse deum dicunt, mortẽ esse optimum homini. Idem tradit Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium.

AGAMEDE {ἀγαμήδη} oppidum Lesbi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.

AGAMEMNON, Agamemnonis, penult. corr. {ἀγαμέμνων} rex fuit Mycenarum, Polysthenis filius, siue Atrei ex Aerope, fraterque Menelai, natu maior. Hic omnium Græcorum in Aulide cõgregatorum consensu imperator delectus, ad expeditionem Troianam profectus est, Clytemnestra coniuge, ex qua iam liberos aliquot susceperat, ad regni administrationem, relicta. De quo Cic. pro Flacco. Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste. necnon & Seneca in Agamemnone. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 12. necnon 15. Metam. Agamemno, idem qui & Agamemnon. Stat. lib. 1. Achil.

Conclamant Danai, stimulátque Agamemno volentes.

Agamemnonem regum regem vocat Cic. ad Dolabellam, lib. 9. epist. 14, Et tamen nõ alienum dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem.

Agamemnonis hostia. In duros & persuasu difficiles dicitur. Inde natum, quòd Agamemnone rem diuinam in Troia facturo, bos effugerit, vixque multo negotio comprehensus. Quadrabit etiam in eos qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, vt hostia lenis ac volens adstaret. Quòd si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit, sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

Atrides Agamemnon, ab Atreo patre. Ouid. 13. Metam.

Mycenæus. Virg. 11. Æneid Et Ouid. 2. Trist.

Tantalides, oriundus à Tantalo. Atreus enim filius fuit Pelopis, Pelops Tantali. Ouid. 5. Fast.

Agamemnonius, adiectiuum. Virg. 6. Æneid.

Eruet ille Argos, Agamemnoniásque Mycenas.

Agamemnonius Orestes. Virg. 4. Æneid. & Ouid. in Ibin.

Agamemnonia puella, Iphigenia Agamemnonis filia. Possessiuum pro patronymico. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Agamemnonij putei. De nouis & admirandis operibus dicitur. Aiunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum inopia aquarum laborari posset. Author Zenodotus.

AGAMESTOR {ἀγαμήστωρ} Nomen est Atheniensium regis.

Agamus, agami. {ἄγαμος} Expers matrimonij, cælebs. Dicitur tam de fœmina, cui non est maritus, quàm de viro, cui non est vxor: ab α particula priuatiua, & γάμος, quod nuptias significat. Hieronymus in Iouinianum, lib. 1. Primus Adam monogamus, secundus agamus.

AGAMIVA, Mediæ oppidum, Plin. lib. 6. cap. 14.

AGANDEI, populi circa Mæotim, Plin. lib. 6. cap. 7.

AGANIPPE, Aganippes {ἀγανίππη} fons in Bœotia Apollini & Musis sacer. Vnde & Aganippides dicuntur Musæ. ab ἀγαν, nimis, valde, & ἵππος, equus: quasi Valde ab equo formatus. Vocatur etiam Hippocrene. Plin. lib. 4. cap. 7. & Solinus cap. 12.

Aganippe Aonia. Virgil. eclog. 10.

Trigemina. Catullus epigram. 55.

Hyantæa. Id est, Bœotia. Hyantes enim populi sunt Bœotiæ. Ouid. 5. Metamorphoseos.

Aganippæus, adiectiuum {ἀγανίππειος} Propert. lib. 2. eleg. 3,

Et quantum Æolio quum tentat carmina plectro,
Par Aganippææ ludere docta lyræ. Claudianus in laudibus Serenæ reginæ, epigram. 22,
Fons Aganippæa Permessius educat vnda.

Aganippis, aganippidis, pen. corr. {ἀγανιππίς} Ouid. 5. Fast.

Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes,
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Agape, agapes, fœm. gen. {ἀγάπη} Charitas, dilectio, Conuiuium pauperibus exhibitum, eleemosyna. Tertullianus aduersus gẽtes, de Cœna Domini loquens. Item Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, cap. 3.

AGAPENOR, penult. prod. Agapenoris, penul. corr. {ἀγαπήνωρ} vt scribit Hom. lib. Iliad. 2, fuit præfectus classis Agamemnonis.

AGAPETUS, penult. prod. {ἀγάπητος} Synnadæ, quæ est in Phrygia, episcopus. De quo vide Eusebium in historia Ecclesiastica.

AGAPITUS, apud Prænestẽ puer XIII. annorum sub Aureliano principe martyrium passus est. Volaterr.

AGAPIUS Alexandrinus, educatus in eloquentiæ studiis, in medicinam commentarios edidit: Byzantij ludum aperuit, magna doctrinæ fama ingeniíque solertia. ¶ Fuit item Atheniensis alter philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

AGARENI, populi sunt Arabiæ, ab Agara oppido, siue ab Agare Saræ ancilla, Ismaelis matre.

Agaricum, huius agarici, penultima correpta, neut. gen. {ἀγαρικόν} Fungus nascens in arboribus, colore candido. Plin. lib. 25. cap. 9. & Dioscorid. lib. 3. cap. 1.

AGARUS {ἄγαρος} fluuius, teste Ptolemæo lib. 3. ca. 5, in Sarmatia, quem Sagarim nominat Ouid. Est item Agarum, ibidem, promontorium in Sarmatia.

AGASIAS {ἀγασίας} ex Stymphalo Arcadiæ oppido, vir fortis, & bello clarus: de quo Xenophon lib. 6. de expeditione Cyri minoris.

AGASICLES {ἀγασικλῆς} rex Lacedæmoniorum, rogãti cuipiam quomodo quis absque satellitibus tutò regnare posset, respondit, Si suis populis ita imperarit, vt parentes filiis. Plutarchus in Apophthegm. Lacon.

Agaso, agasonis, penul. longa, masc. gen. {ἱπποκόμος} ab agendo dictum. Testus, Agasones, equos agentes: Id est, ducentes. Plin. lib. 35. cap. 11, Pinxit & in vna tabula, quáque maximè inclaruit, agasonem cum equo. Curtius lib. 8, Acceptos ab agasonibus equos. Liuius Decad. 5. lib. 2, Et duo equi phalerati cum agasonibus. Plaut. Merc. 22, Egomet mihi comes, clauator, equus, agaso, armiger. In Liuio & Curtio ponitur pro hippocomo, seu equisone, & equorum curatore. Pers. sat. 5, —tressis agaso. Horat. 2. Serm. sat. 8,

—si patinam pede lapsus frangat agaso. Vbi Acron, Agaso propriè dicitur seruus qui iumenta curat. Hic autem satyricè escarum ministrum agasonem appellauit.

AGASTHENES {ἀγασθένης} Fuit (teste Homero Iliad. 2.) pater formosi Polyxeni, qui nauibus suæ gentis præfuit in expeditione Troiana.

AGASTROPHUS {ἀγάστροφος} Pæonis fuit filius, & heros inter primos Troianorum bellatores: sed à Diomede vulneratus in coxa, mortem obiit. Homer. Iliad. 11.

AGASUS {ἀγασός} Portus in Apulia. Plin. lib. 3. cap. 11.

Agasyllis {ἀγασυλλίς} Frutex est, quem iuxta Cyrenen Africa gignit, ex quo succus profluens in subiectas arenas decidit, quem Hammoniacum vocant. Vide Dioscor. & Ruell. lib. 3. cap. 53.

Agasyrtus {ἀγάσυρτος} Cognominatus est Pittacus Mitylenæus philosophus, quòd obtrectatoribus pateret, & sordidus esset. Author Laertius lib. 1. in Pittaco.

AGATASA insula inter Sporades recensetur à Plinio lib. 4. cap. 12. Hæc etiam Telos dicitur, eodem Plinio teste, & Stephano apud Hermol.

AGATHA, ἀγάθη Stephano, oppidum prouinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Ptolemæo eadem Agathapolis dicitur: vnius diei itinere à Monspelio distans. Gallicè Agde. Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano lib. 13.) Cathanensis, & martyr sub Gallo mammillis torta.

AGATHARCHIDES {ἀγαθαρχίδης} Historicus Samius, de quo Plutarch. in Persic. histor.

AGATHEA, penult. prod. {ἀγαθεία} oppidum est Phocidis. Stephan.

AGATHIAS {ἀγαθίας} cognomento Scholasticus, Smyrnæus patria, scripsit post Procopium res gestas Iustiniani principis, eiúsq; ducum Belisarij & Narsetis, collegítque in volumen diuersa epigrammata Græca nobilium poetarum. Composuit & quæ vocantur Daphnica, opus elegantissimum. Hæc Suidas.

AGATHIRNUM {ἀγάθυρνον} oppidum Siciliæ, Plin. lib. 3. cap. 8.

AGATHO, penult. corr. {ἀγάθων} Philosophus Pythagoricus frequens antithetis: adhibitus quondam conuiuio ab Archelao rege, cuius erat familiarissimus, interrogatusq; ab eo cùm iam esset annorum octoginta, si robur adhuc vllum seruaret: Sanè, inquit: nam nõ solùm ver, sed autumnus solet bona & prosperitatem adferre. Author Ælianus de varia histor.

Agatho, penult. corr. alter Athenis vir monstrosæ fortitudinis, simul & magnitudinis, tempore Adriani principis, & Herodis Attici, de quo Philostratus in vita Herodis ait, Adolescens quum esset, in prima lanugine similis ingenti tauro, magnitudine octo pedum, valla coma, hirsutis oculis, ac iunctis, vt vnus videretur, læta facie, naso aquilino, ceruice torosa, pectore vasto, pulchréque compacto, cruribus breuibus, ac extrà incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, certamen cum apris, thois, lupis, tauris: quorum omnium vulnera ostentare solebat. Vescebatur lacte asinino libentius, quòd ei leuius iucundiúsque videretur. Craterem ei iussu Herodis allatum respuit, dicens haud purum esse, quòd odore muliebri offenderetur, quum esset castissimus. Volaterranus lib. 13.

Agatho, Tibicen etiam fuit, cantilenarum suauitate maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mores dissimiles musicę fuisse perhibentur. Laborauit enim infamia mollitiei. Hinc factũ est prouerbiũ,

Agathonia cantio,quod rectè dicetur de oratione blāda magis quàm frugifera.

AGATHOCLES,penult.cor. { ἀγαθοκλῆς } Siciliæ tyrannus, ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, non honestiorem pueritiam quàm principia originis habuit.Plura Iustinus lib. 22. & 23. Meminit & Cælius Antiqu. lect.lib.13.cap.4,vbi etiam disputat cur eum Timæus appellarit Graeculum. Huius exemplo ad modestiam omnes hortatur Ausonius elegantissimo hoc epigrammate,Scilicet,

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem,
Atque abacum Samio sæpe onerasse luto,
Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis,
Et misceret opes,pauperiémque simul,
Quærenti causam,respondit,Rex ego qui sum
Sicaniæ,figulo sum genitore satus.
Fortunam reuerenter habe quicunque repentè
Diues ab exili progrediere loco. Agathoclis meminit Valer. Maxim.lib.7.cap.4. & Plutarchus in Apophthegm.& rursus in lib.de Sera numinis vindicta.

Agathocles Lysimachi filius,in eo bello quod cum patre gessit aduersus Getas,Lysimacho fuga sibi consulente captus est.Tandem patri redditus,Lysandram Ptolemæi Lagi & Eurydices filiam duxit vxorem: atque in Asiam nauibus transgressus, Antigoni regnum in suam ditionem redegit. Ephesum præterea vrbem ad mare cōdidit, in quam Lebadios Colophoniósque,deletis eorum vrbibus, migrare compulit:vt Phœnix Colophonius poeta Iambicus patriæ euersionem carmine defleuerit. Autor Pausanias in Attica,& Strabo lib 13.

AGATHON { ἀγάθων } Vnus fuit ex filiis Priami, qui cum patre corpus Hectoris redempturo, ad Achillem profectus est, vt tradit Homer. vltim.Iliad.

AGATHUSA,ab aliis Agatasa,Vide suprà AGATASA.

AGATHYRNUM,Vide AGATHYRSUM.

AGATHYRSI { ἀγάθυρσοι } populi teste Plin.lib.4.cap.12, cæruleo capillo insignes. Virg.4.Æneid.

Cretésque, Dryopésque fremunt, pictíque Agathyrsi. Vbi Seruius, Agathyrsi populi sunt Scythiæ, colentes Apollinem Hyperboreum. Picti autem,non stigmata habentes: sed pulchri,hoc est,cyanea coma placentes. Pomp.Mela.lib.2,Agathyrsi ora artúsque pingunt,vt quisque maioribus præstat,ita magis vel minus:cæterùm iisdē omnes notis:& sic,vt ablui nequeant. Ab Agathyrso Herculis filio dictos putat Herodotus lib. 4. Rufus ex Dionysio, Præcinctíque fagis semper pictis Agathyrsi. Iuuenal.sat.15,

Sauromatæque truces,aut immanes Agathyrsi.

AGATHYRSUM, { ἀγάθυρσον } Siciliæ oppidum. Agathyrsam vocauit Sil.
Defuerant Agathyrsa manus geminóque Lacone
Tyndaris. Etiamsi Agathyrna in eo versu, non Agathyrsa legebatur. Hæc Hermolaus in libro tertio Plin. cap. 8. Quo tamen in loco vulgati codices Pliniani qui putantur castigatissimi habent Agathyrnum.Strabo lib.3.Agathyrsum vocat.

AGAVE,agaues,penult.prod. { ἀγαύη } Cadmi & Hermiones filia nupsit Echióni Thebano, ex quo Pentheum suscepit filium : qui quum abstemius esset,ac propterea Bacchi sacra despiceret, ab ipsa matre reliquísque Mænadibus in furorem à Baccho versis (inter quas erant Autonoe & Ino ipsius Agaues sorores) membratim dilaniatus est, quum se putarent aprum interficere.Ouid.3.Metam. ¶ Agaue præterea fuit Statij poetæ tragœdia, vt ipsa Thebais, in qua de Agaue & Pentheo meminit.Iuuen.sat.7,

-sed quum fregit subsellia versu,
Esurit intactam Paridi nisi vendat Agauen. Intactam, id est, nouam & nondum recitatam.

Bassaris Agaue.Id est,Bacchi sacerdos. Bacchæ enim dicebantur Bassarides,a Bassareo Bacchi cognomento.Pers.sat.1.

Cadmæa Agaue,Possessiuū pro patronymico.Id est,Cadmi filia. Tibul. lib.3.eleg. 6.de Baccho.

Pentheia Agaue.Stat.11.Thebaid.

Thebana Agaue.Lucan.lib.1. Et Ouid.3.Fast.

AGAVI { ἀγαυοί } populi sunt septentrionales,quos Homerus circa initium lib.13.Iliad.dixit gentem innocentissimam , vt quæ sine vllis diuitiis equino victitet lacte. Quidam legunt AGAVNI.

AGAVUS,vnus è Priami filiis,apud Homerum lib.Iliad.vltimo.

A G B

AGBARUS { ἄγβαρος } Rex fuit Edessæ,cuius ad Christum seruatorē nostrum epistolā, Christíq; itidem responsum, vide apud EVSEBIVM.

AGBATANA,Herodoto ea est vrbs quæ vulgò dicitur Ecbatana.Steph.

A G D

AGDISTIS,Mōs est,sub quo sita est vrbs Pessinus, & in quo Atyn tumulatum fuisse fama est. Author Pausan.in Attica.

AGDISTIS { ἄγδιστις } viri nomen, cuius hæc fertur fabula.Iouem enim dicunt in somnis semen in terram effudisse , quæ in tempore dæmona edidit duplici pudendo, hoc est, virili & muliebri , numénque illi imposuit Agdistim. Verùm dij hunc Agdistim metuentes, illi virile pudendum absciderunt : atque exinde nata amygdala , quæ matura cùm facta esset , Sangarij fluuij filiam aiunt cepisse , & in sinum posuisse,tum statim fructus euanuit : ipsa autem puella prægnans facta , cùm peperisset , hircus puerum expositum curauit. Hinc puer ille Atys dictus,quoniam Phryges hircos Atagos nuncupant. Reliqua vide apud Pausaniam. Agdistis etiam fabulam aliter narrat Arnobius.

AGDUS { ἄγδος } petræ nomen : de qua sic Arnobius, In Phrygiæ finibus , inauditæ per omnia vastitatis petra est quædam , cui nomen est Agdus,&c.

A G E

Age { ἄγε,φέρε } quum est hortandi aduerbium,propriè iungitur verbo imperatiuo singulari, secundæ personæ. Virgil. 4. Æneid. Eia age, rumpe moras. Idem 3.Æneidos, Fare age. Vbi seruius , Hortantis est age.Id est, Dic celeriter.

Age,corripientis aduerbium.Terent.Adelph.2.1,
-age,scis quid loquar?

Age,excitandi aduerbium , frequens est post NVNC in concionibus poeticis.Virgil.Georg 4,
Nunc age naturas apibus,quas Iuppiter ipse
Addidit,expediam. Sic Æneid.6.& 9. Et hoc genus obseruatur in transitione.

Age, pro Dic. Terent.Adelph.2.2. Age,noui tuum animum.

Age,cum verbo tertiæ personæ.Liu.1.Decad.lib.1,non ita procul à fine.
Age sanè,omnes citatis equis aduolant Romam.

Age,cum verbo plurali. Valer.Flac. Vos age funereas ad littora voluite syluas. Plaut.Age licemini. Nonnunquam sine verbo imperatiuo ponitur.Cic. de Senect.Age,ista diuina studia omittamus. Sed in hoc genere loquendi,ferè non vsurpatur nisi in transitionibus. Vide paulò antè,AGE,excitandi.

Age age,consentientis. Terent.Heaut.4.3,Age age,traducatur Bacchis. Cic.5. Tusc.Age age,inquit:satis enim scite me nostri sermonis principium esse voluisti.

Age iam. Cicero in Tusculan. Age iam, concedo non esse miseros qui mortui sunt.

Age nunc. Cic.pro Milone, Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate.

Age porrò. Cic.7. Verr. Age porrò , tu qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum. Age porrò,Id est, Verum esto, Esto, Ita sit sanè. Idem de Inuent.lib.2, Age porrò, quid si ipsi velint iudices adscribere,passurúsne sit populus?

Age sanè,inquam.Cic.lib.2.de finibus,Id est,per me licet facias.

Age verò,teste Valla,propriè dicimus:non,Age autem. Cic.1.de Inuentione,Age verò,vrbibus constitutis. Idem pro lege Manilia,Age verò,cæteris in rebus qualis sit temperantia,considerate.

Age,vix consentientis aduerbium. Terent.And.4.2,
-huc face,ad me vt venias,si quid poteris.
D.Quid veniam? nihil habeo.c .attamen si quid.D.age,veniam.
Vbi Donatus,vix consentientis est,Age veniam.

Agedum,penult.corr.hortantis aduerbium. Festus, Agedum significat Age modò.Est enim adhortantis sermo.Valla,Agedum,non singularem tantum desiderat,sed etiam pluralem:neque id modo in carmine,vt Propertius, Vos agedum. sed etiam in prosa : vt Cic. pro Sylla, Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllæ. Terentius Eunuch.4.4.Agedum,hoc mihi expedi primum. Vbi Donatus, Agedum DVM παρέλκει est,& adiuuat ex animo loquentem. Plaut. Mostel.4.Agedum contempla aurum.

Agedum,cum verbo tertiæ personæ.Liu.1.Decad.lib.7,Quem nūc(inquit)Roma fortissimum virum habet,procedat agedum ad pugnam.

Agesis,vide infra Agesis suo loco.

Agite,penul.corr. Aduerbium hortantis,secundam personam pluralem imperatiui propriè postulat,teste Valla.Plaut. Menæch.17, Agite,equi, facitote sonitus vngularum appareant. Virgil.Æneid.1,
Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris.

Agite interdum absolutè ponitur.Plaut.Amphit.4, Agite pugni,iandiu est quòd ventri victum non datis.

Agite verò.Cicero libro 2.de Orat. Agite verò,ille inquit, vt vultis : sed nunc quidem , quoniam id temporis est, surgendum censeo & requiescendum.

Agitedum ,penult.correp. hortandi aduerbium, idem quod agite : nisi quòd hoc instantius hortatur, sicut & agedum.Liu.7.ab Vrbe,Agitedum ite mecum.

Agea, pen.prod. { ἀγυιά } Via in naui, dicta quòd in ea maximæ quæque res agi soleant.Festus. Ennius,
Multa foro ponens,ageáque longa repletur.

AGEDI,populi circa Mæotim.Plin.lib.6.cap.7.

AGEDICUM, ἀγήδικον Ptolemæo. aliàs AGENDICUM, vrbs Galliæ, vulgò,*Sens*.

AGELADES { ἀγελάδης } Nomen insignis statuarij,& magistri Polycleti,cuius meminit Plin.lib.34.cap.8. Columella producit penultimam lib.10.non ita procul ab initio.
Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ:
Nec Polycletæa,nec Phradmonis , aut Ageladæ Arte laboretur.

Agelæ { ἀγέλαι } Puerorum erant conuentus apud Cretenses. Cæl. libro 18.cap.26.

Agelæus panis { ἀγελαῖος ἄρτος } à nostris gregarius & cibarius dicitur, ex farina parum benè cribrata confectus. Cæl. Rhod.lib.9. cap.16. & Ruell.lib.2.cap.14.

Agelastus { ἀγέλαστος } Latinè dicitur non ridens, mœstus, morosus, quo nomine vocatus est Crassus , quem semel duntaxat in vita risisse scribit Lucilius. Cic.5.de Fin.ἀγέλαστος. Plin.lib.7.cap.19,Ferūt Crassum auum Crassi in Parthis interempti nunquam risisse , ob id Agelastum vocatum.

AGELIA Minerua dicta est,ab agēdo populos, vt Phurnutus scribit:vel ab ἀγέλαις,id est armentis boum, quæ illi sacrificabant, vt indomitæ: vel quasi ἄγουσα λείαν,Hoc est,Agens prædam. Meminit huius Herodotus lib 9 & Homer.cùm alibi,tum in 4 Iliad. Vide & Cæl.Antiq. lect.lib.14.cap.18.

Agellus,Vide AGER.

Agema,penult.prod.agematos,penul.corr.neut.gen. { ἄγημα } Agmen Latinè dicitur. Arrianus scribit alam equitum fuisse , quæ dicebatur ἄγημα : quanquam & de peditibus agema dici idem testatur Arrianus. Liuius 5. Decad. lib.2, Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni Cetratorum numero duo erant agemata : hanc ipsi legionem vocabant.

AGENOR { ἀγήνωρ } rex Phœnicum, Beli regis filius,Cadmi pater.Virg. lib.1.Æneid.
Punica regna vides,Tyrios,& Agenoris vrbem. Id est,Carthaginem,quam condiderunt Phœnices, qui & Agenoridæ dicūtur de sui regis nomine. ¶ Fuit & Agenor,Antenoris filius,vt scribit Homer. lib.Iliad.11.

Agenor

Agenor, Tyriæ gentis gloria. Sil. Ital. lib. 1.

Agenor imperiosus. Stat. 1. Achil.

Agenorides, Agenoridæ, penult. corr. {[illegible]} Cadmus Agenoris filius. Ouid. 3. Metamorph.

-profugus patriámque irámque parentis
Vitat Agenorides.

Agenoreus, pen. corr. adiectiuum {[illegible]} Sil. Ital. lib. 17,

Littora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ.

Agenorea ahena. Sil. lib. 7.

Purpura Agenoreis saturata micabat ahenis. Id est, vasis Tyriis. Nam in Tyro purpura tingebatur.

Nepotes Agenorei. Sill. lib. 17,

Sceptra ad Agenoreos essent ventura nepotes. Id est, Carthaginenses.

AGENORIAM deam vocauerunt antiqui, quæ ad agendum excitaret, ab agendo dictam. August. Reperitur & Agonius deus dictus, qui præesset rebus agendis.

AGEON, locus erat apud Lydos, in quem alienas vxores virginésque producebant, cásque stuprabant. Vide Cælium Rhod. lib. 20. cap. 14.

Ager, agri. masc. g. {[illegible]} Locus in rure, quem colimus siue arando, siue conserendo. Donatus, Ab agendo ager dictus est, quòd in eo multa agenda sunt. Varro 4. de lingua Latina, Ager dictus est, in quo terram agebant, & vbi quidem agebant aliquid fructus causa. Hanc Varronis etymologiam Quintilianus libro 1. reprehendit his verbis, Sed cui non post Varronem sit venia? qui agrum, quòd in eo agatur aliquid, & graculos quia gregatim volant, dictos Ciceroni persuadere voluit? (ad eum enim scribit) quum alterum ex Græco sit manifestum duci, alterum ex vocibus auium. Hæc Quintilianus. Terent. Heaut. 1. 1, Agrum hunc mercatus sum, hic me exerceo. ¶ Ager, inquit Vlpianus, est locus qui sine villa est. l. 27. D. de verborum significatione.

Ager, pro territorio, caret plurali. Sallustius, Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abduxit. In hoc significatu reticetur interdum. Cic. Valerio lib. 13, epistola 5, Is habet in Volaterrano possessionem. Sic in Tusculano, in Cumano, in Albano.

Agrorum bonitas. Cic. de lege Agraria contra Rullum, Campani semper superbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine.

Agri cultio, & cultura agrorum. Cicero de Senectute, Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an vlla vita beatior esse possit: neque solùm officio, quòd hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione quam dixi, & saturitate copiáque omnium rerum quæ ad victum hominum & cultum etiam deorum pertinent.

Fatigatio agrorum. Columel. 2. de Re rust. cap. 1, Neque enim prudentis est, adduci tanquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere: sic cultibus & agitationibus agrorum fatigationem succedere.

Agri occupatorij. Siculus Flaccus, Occupatorij (inquit) agri, quos quidam arcifinales vocant: ij autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit.

Modus agri. Columella 1. de Re rustica, capite 3, Suáque lege C. Licinius damnatus est, quòd agri modum, quem in magistratu rogatione Tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset.

Molitio agrorum, solíque. Columel. in præfat. lib. 1, Accedit huc, quòd ille quem nos perfectum esse volumus agricolam, si quidem artis consummatæ non sit, nec in vniuersa rerum natura sagacitatem Democriti vel Pythagoræ non fuerit consecutus, & in motibus astrorum ventorúmque Metonis prouidentiam, vel Eudoxi, & in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, & in agrorum solíque molitione Triptolemi aut Aristei prudentiam: multum tamen si vsu Tremellios, Sasernásque & Stolones nostros æquauerit.

Professor agrorum. Colum. in præfat. lib. 1, Cuius præcepta si vel temerè ab indoctis, dum tamen agrorum professoribus, antiquo more administrarentur, minus iacturæ paterentur res rusticæ.

Sationes agrorum facere. Colum. 2. de Re rust. cap. 2, Hæc quum ita explorauerimus, agrorum sationibus faciundis expediemus.

Vastitas agrorum. Columella 1. de Re rustica, capite 3, Mox etiam quum agrorum vastitatem victoriæ nostræ, & interneciones hostium fecissent, criminosum tamen senatori fuit supra quingenta iugera possedisse.

Vncia agri. Varro 1. de Re rust. cap. 10, Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subcisiuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt: id habet scrupula ducēta octogintaocto.

Almus ager, quòd nos alat. Virgil. 2. Georg.

Amœnus. Horat. de Arte poetica.

Angustus. Vide Ager laxus.

Apertus. Vide Ager vacuus.

Aquosus. Colum. 2. de Re rust. cap. 16, Nec dubium, quin aquosus ager maiorem stercoris copiam, siccus minorem desideret.

Arduus. Vide Ager confragosus.

Benignus. Ouid. 1 Amor. eleg. 10,

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Calculosus. Columel. lib. 3. cap. 11, Simili quoque de causa probari solutam glaream, calculosúmque agrum, & mobilem lapidem.

Caldus. Cato de Re rust. cap. 6, In agro crasso & caldo oleam conditiuam maximè serito.

Campestris. Varro 1. de Re rust. cap. 6, Igitur quum tria genera sint à specie simplici agrorum, campestre, collinum, & montanum: est ex his tribus quartum, vt in eo fundo, in quo hæc duo, vel tria sunt, vt multis locis licet videri.

Carbunculosus. Columel. lib. 3. cap. 11, Nam carbunculosum agrum nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt.

Collinus. Vide Campestris ager.

Colonus. Cic. 5. Philip. Cognoscerent qui ager colonus esset, quò milites veterani deducti essent. Id est, in quem colonia deducta esset, & qui colonis esset assignatus.

Confragosus atque arduus. Varro 1. de Re rust. cap. 18, Nam si est ita dissimilis ager, vt totus arari nō possit, vt si sit confragosus, atque arduus cliuis, minus multi opus sunt boues & bubulci.

Conterminus. Plin. lib. 18. cap. 6, Pōpeius nunquam agrum mercatus est conterminum.

Copiosi. Varro 1. de Re rust. cap. 16, Aut etiam diuitum copiosi agri & villæ, &c.

Crassus & lætus. Cato de Re rust. cap. 6, Vbi ager crassus & lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet.

Cretosus, vliginosúsque. Colum. 2. de Re rust. cap. 9.

Diues. Virgil. 7. Æneid.

Dotales: Hoc est, agri qui dote acquiruntur. Ouid. 5. Fast.

Effœti, continua fertilitate lassati, ait Seruius. Virgil. 1. Georg.

Egregios agros colere. Varro 1. de Re rust. cap. 16.

Emphyteuticus ager. Macer in l. penult. in principio. D. qui satisd. cogant.

Exilis. Vide Pestilens ager.

Exossatus. Hoc est, elapidatus. Nam lapides ossa terræ dicuntur. Pers. Satyr. 6. 14.

Farrarius, qui far producit, id est fruges. Nam far veteribus fruges omnes significabant. l. defuncta. §. de vsufruct.

Ferax. Colum. 1. de Re rust. cap. 4.

Fertilis & iucundus. Vide iucundus ager.

Flauentes. Claudian. 2. de raptu Proserp.

Fœcundus. Claudian. 1. in Ruff.

Frigidus & macer. Cato de Re rust. cap. 6, Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet.

Fructuosus. Vide Honestior ager.

Frugifer. Lucan. lib. 1.

Frumentarius. Vide Crassus & lætus ager. Colum. 2. de Re rust. cap. 2, Et ideo frumentarius ager, id est pinguis, magis aliis qualitatibus æstimandus est.

Gelidi. Iuuenal. Satyr. 3.

Graminosus. Vide Syluester ager.

Grauidus. Virgil. 2. Georgic.

-tibi pampineo grauidus Autumno Floret ager.

Hispidi. Horat. 1. Carm. 9. Id est, horridi propter vepres.

Honestior. Varro 1. de Re rust. cap. 4, Necnon ea, quæ faciunt cultura honestiorem agrum, pleraque nō solùm fructuosiorem eundem faciunt: vt quum in ordinem sunt consita arbusta atque olïueta: sed etiam vendibiliorem, vt quæ adiiciant ad fundi pretium.

Humidus. Vide Syluester ager.

Ieiunus atque exilis. Colum. 5. de Re rust.

Imbecillior. Colum. 1. de Re rust. cap. 3, Imbecilliorem agrum, quàm agricolam esse debere: quoniam quum sit colluctādum cum eo, si fundus præualeat, allidit dominum.

Immunis & liber. Cic. 4. Verr.

Incultus, cui opponitur Cultus ager. Ouid. 7. Metam.

Informis. Horat. 1. Serm. sat. 4, Albis informem spectabant ossibus agrum: Hoc est, fœdatum & deturpatum.

Infrondes agri. Vide INFRONS.

Ingeniosus ager ad segetes. Ouid. 4. Fast.

Frigida Carseolis nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Insalubris. Plin. lib. 18. cap. 5, Aiebat neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum, neque effœtis saluberrimum.

Iucundus & fertilis. Cic. de lege Agraria contra Rullum.

Iuncosus. Plin. lib. 18. cap. 6.

Lætus. Vide Pinguis ager.

Lapidosus. Ouid. 8. Metamorph.

Lati. Virgil. 8. Æneid.

Laxus. Colum. 1. de Re rust. cap. 3, Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè.

Liber. Vide Immunis ager.

Limitatus. Vide Limitatus ager, in LIMITO, limitas.

Limosus. Columel. 2. de Re rust. cap. 10.

Litigiosus. Ouid. 2. Fast. ad Terminum deum,

Omnis erit sine te litigiosus ager.

Lutosus. Columel. 2. de Re rust. cap. 4.

Macer. Vide Frigidus ager.

Madidi. Ouid. 1. Metamorph.

Malignus. Vide MALVS.

Malus. Plin. lib. 18. cap. 5, Malus est ager, cum quo dominus luctatur.

Mediocris. Colum. 2. de Re rust. cap. 9, Iugerum agri pinguis plerunque modios tritici quatuor, mediocris quinque postulat.

Mediterraneus. Sueton. in Tiberio, cap. 12. Vide MEDITERRANEVS.

Melior. Vide MELIOR.

Miseri. Valer. 1. Argonaut.

Montanus. Vide Campestris ager.

Nebulosus. Cato de Re rust. cap. 6.

Neglectus. Ouid. 2. Fast.

Nobiles. Id est, famosi. Senec. Thyeste, 1.

Operosus. Ouid. 2. Amor. Eleg. 16. 7.

Opimi & fertiles. Cic. de lege Agraria contra Rullum.

Optimus ager, qui sub radice montis situs est. Varro 1. de Re rustica, capite 7.

Orthogonius. Vide ORTHOGONVS.

Patrij. Ouid. 14. Metamorph.

Patuli. Sil. lib. 7. Idem lib. 15.

Perbonus. Vide PERBONVS.

Pestilens & exilis. Colum. lib. 1. de Re rust. cap. 4.

Pinguis ac lætus. Colum. lib. 1. de Re rust. cap. 4.

Pinguis aut campestris. Columel. lib. 3. cap. 14.

Planus.Columel.2.de Re ruſt.cap.4.
Pœnitendus colono.Vide Exercere agrum.
Putris.Columel.2.de Re ruſt.cap.2.Idem pinguis ac putris ager.
Quæſtorius.Vide Quæſtorius in QVAESTOR.
Quæſtuoſus Plin.lib.18.cap.5,Agróque,vt homini,quanuis quæſtuoſus ſit,ſi tamen & ſumptuoſus,non multum ſupereſſe.
Reſtibilis.Vide RESTIBILIS.
Riguus.Colum.2.de Re ruſt.cap.17,Poteſt tamen mediocriter accliuis, ſi aut pinguis eſt,aut riguus ager,pratum fieri.
Rudis,In quo nondum nulla fuit ſeges.Colum.lib.2.cap.2,Sed iam expedienti rudis agri rationem,ſequitur cultorum noualium cura.
Salubrior.Varr.1.de Re ruſt.cap.4.
Secretus. Ouid.de Nuce,18,
Felix ſecreto quæ nata eſt arbor in agro,
Et ſoli domino ferre tributa poteſt.
Semimadidus nimbis. Vide Lutoſus ager.
Serenus.Claudian.3.de raptu Proſerp.
Siccus.Vide Aquoſus ager.
Sterilis.Ouid.1.de Arte amandi.
Spurcus.Vide Syluester ager.
Suburbanus. Cic. 1. de Diuinat.Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri ſuburbani,non ad arcem vrbémque retinendam.
Sumptuoſus.Vide Quæſtuoſus.
Surcularius. Varr.1.de Re ruſt.cap.2, Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat.aliter,Ne caprа natum paſcat.
Syluester, ſiue ſyluestris. Colum.in præf.lib.1. Atque in his ipſis habere cognitum,quid recuſet collis,quid cāpeſtris poſitio:quid cultus,quid ſyluester ager, quid humidus, & graminoſus,quid ſiccus, & ſpurcus, ratione quoque deſpicere.
Ager tabulius, ex tabulis appellatus ille eſt, qui intra quinquageſimum lapidem iis eſt aſſignatus qui mutuam reipublicæ pecuniam ſecundo bello Punico dederant. Hic Trientius quoque dictus eſt, quia pro tertia pecuniæ parte datus erat.Cæl.Antiq.lect.lib.11.cap.21.
Temperatus,& minime humidus.Columel.2.de Re ruſt.cap.8.
Tepidi. Val.3.Argonaut.
Triſtes. Tibul.lib.2.Eleg.3.
Ager tutelatus, vnde ligna in reparationem publicorum vel mœnium, vel balneorum diſtrahebantur. Vide Aggen. Vrbic. de Limitibus agrorum.
Vacuus & apertus.Colum.2.de Re ruſt.cap.9,Inter cætera quoque non ignorare debemus quintam partem ſeminis amplius occupare agrum conſitum arbuſto,quàm vacuum & apertum.
Vber. Colum.3.de Re ruſt.cap.1,Prudens agricola pingui & vberi dabit agro gracilem vitem.
Vectigalis.Macer in l.pen.in princ.D.qui ſatiſdar. cogant.
Viduus pecudibus.Colum.2.de Re ruſt.cap.15.
Viridis.Martial.lib.7.epigram.
Vitiferi.Sil.lib.15.
Vliginoſus. Vide Cretoſus ager.
Vtilior frumentis.Columel.2.de Re ruſt.cap.10.
¶ Alget ager. Martial.lib.7.epigram.
Anhelantes agri.Stat.3.Sylu.1,
Acer anhelantes incendit Sirius agros.
Arare agros. Vide Immunis ager.
Aret ſerenitatibus ager. Columel.2.de Re ruſt.cap.8,vbi æſtiuis ſerenitatibus ager aret.
Aſſignare agros.Horat.2.epiſt.1, -aſpera bella
Componunt, agros aſſignant, oppida condunt. Acron, Agros aſſignant,dum diſtribuunt colonias.Colonias diſtribuere,eſt vacuas hominibus ciuitates,aliúde adductis habitatoribus implere,& agros illis adiacentes diuidere.
Concīdere agrum foſſione. Hoc eſt, foſſas in agro facere ad euacuandam aquam. Plin.lib.18.cap.6,Humidiorem agrum foſſione concidi atque ſiccari,vtiliſſimum eſt.
Conſerere. Virgil.1.ecloga,
-en queis conſeuimus agros?
Conſitus arbuſtis.Columel.2.de Re ruſt.cap.2.
Contemptus.Ouid.de Nuce.
Cultus.Horat.4.Carm.14. Varro de ling.Latin.lib.4.tradit agrum cultum dici ab eo, quòd ibi cum terra ſemina coaleſcebant.Contrà autem inconſitum,incultúmque.
Deſertus.Ouid.3.Metamorph.
Deſolare agros. Colum.1.de Re ruſt.ca 3,Flagitioſum,quos hoſtis profugiendo deſolaſſet agros, nouo more ciuem Romanum ſupra vires patrimonij poſſidendo deſerere.
Diſcretus.Stat.5.Thebaid.
Diuiſi agri. Varro 1.de Re ruſt.cap.20.
Exercere agrum.Colum.2.de Re ruſt.cap.2.
Extricare. Columel.lib.3. cap.11, Ager ſi frutetis aut arboribus obſeſſus eſt,facilè extricatur.
Findere ſarculo.Horat.1.Carm.1.
Induruit ager.Columel.2.de Re ruſt.cap.4.
Infamare agrum.Vide INFAMIS.
Infeſtari agrum quibuſdam ſeminibus.Colum.2.de Re ruſt.cap.14.
Iteratur ager. Vide Tertio tertias in TER.
Metari agros.Virgil.lib.2.Georg.
-ſi pinguis agros metabere campi
Denſa fere. Metàbere,hoc eſt,eliges. Seruius.
Mouere agros.Virgil.1.Georg.
-pater ipſe, colendi
Haud facilem eſſe viam voluit:primúſque per artem
Mouit agros,curis acuens mortalia corda.
Multari agrum peſſimé. Columel. 1. de Re ruſt.cap.2, Nam illud vetus eſt,& Catonis, Agrum peſſimè multari, cuius dominus, quid in eo faciendum ſit,non docet,ſed audit villicum.
Bene natus ager. Vide NASCOR.
Nouare agrum. Vide NOVVS.
Obſerere. Vide OBSERO.
Occare. Vide ſubactus ager.
Onerari agri meſſibus.Ouid.7.Metamorph.
Parare agros.Columel.1.de Re ruſt.cap.3.
Percurrere.Vide PERCVRRO.
Peruri agrum. Vide Refrigeſcere agrum.
Prolatare agros.Tacit.lib.18.
Proſcindere.Columel.2.de Re ruſt.cap.2.
Refrigeſcere agrum Colum.2.de Re ruſt.cap.16,Nec ignorare colonos oportet, ſicuti refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur, ita peruri ſi nimium ſtercoretur.
Renouatus ager.Ouid.1 Metamorph.
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Requietus.Ouid.2.de Arte amandi,
Da requiem:requietus ager bene credita condit.
Reſoluere agrum. Vide Conſitus arbuſtis ager.
Siccari agrum. Vide Concidere agrum.
Stercorare. Varro 1.de Re ruſt.cap.7.
Sternere. Virgil.2.Æneid.
In ſegetem veluti cùm flamma furentibus Auſtris
Incidit,aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros,ſternit ſata læta,boúmque labores.
Subigere.Vide Conſitus arbuſtis ager.
Male ſubactus ager. Columella libro 2.de Re ruſtica, capite 4, Nam veteres Romani dixerunt malè ſubactum agrum, qui ſatis frugibus occandus ſit.
Sulcare agros.Tibul.lib.2.eleg.3.
Teſtuatur ager. Vide Tertio tertias in TER.
Tractare agrum. Vide Lutoſus ager.
Vertere. Colum.lib.3 cap.13, In longinquis & remotis regionibus iſtud genus vertendi & ſubigendi agri minimè vſurpatur.
Agros alienos irrigas,tuis ſitientibus.Hoc eſt,aliena curas negotia,tuis neglectis. Cū alienis vxoribus rem habes,tua poſthabita. C.de ſeruitutibus & aqua.cap.Præſes.
Agrum optimè colere non expedit. Apud priſcos adagionis inſtar fuiſſe Plinius teſtatur libro 18.cap.6, Temerarium,inquit,videatur vnam vocem antiquorum poſuiſſe, & fortaſſis incredibile penitus exiſtiment. nihil minus expedire quàm agrum optimè colere. Paulò pòſt, Imò hercle iudico modum, rerum omnium vtiliſſimum. Bene colere, neceſſarium eſt: optimè, damnoſum. Huc facit illud Horatianum,
In vitium, culpæ ducit fuga, ſi caret arte. Illud quoque prouerbium Hebræorum, admonens, nequis nimium ſit iuſtus. Eraſmus in Chiliad.
Habet inuidiam hic ager Syllanus. Vide INVIDEO.
Agrum imbecilliorem eſſe oportet. Subaudi,quàm agricolam. Colum. lib.1. cap.3, teſtatur apud Afros agricolas huiuſmodi prouerbiū fuiſſe celebre. Virgilius ſic explicuit,
-laudato ingentia rura: Exiguum colito. Non enim dubiū quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm anguſtus eximiè. Conueniet in eos qui ſtudent imperio proferendo, cùm hoc ipſum quod habent non poſſint adminiſtrare: aut qui ſuſcipiunt munus, cui gerendo ſunt impares. Eraſm.in Chiliad.
In agro ſurculario capras. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2, Dictum hoc veluti legem agricolariam affert: Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. Deflecti poteſt ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admiſtu,corrumpunt teneram ætatem:veluti,ſiquis ſacris virginibus adiungat iuuenes laſciuos:aut adoleſcentibus addat laſciuas puellas: aut ſiquis ſtudiis admiſceat voluptates ſtudiis inimicas. Nam capra plantis omnibus non vulnere tantùm, ſed & veneno dentium peſtifera eſt,præſertim oleæ & viti: vnde & Baccho immolatur vindictæ gratia, Mineruæ nihil caprini generis: quòd ille vitis repertor dicitur,huic ſacra eſt olea. Eraſm.in Chiliad.
Nihil ex agro dicis. Id eſt, nihil humile, neque triuiale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur: contrà, quod feſtiuum, quod lepidum,id vrbanum ac ciuile vocant. Meminit Suidas.
Agellus,diminutiuum ab ager {ἀγρίδιον.} Cic.lib.3. de Nat. deor. At enim minora dij negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. Terent. Adelph.5.8, Agelli hic ſub vrbe eſt paululum, quod locitas foris.
Paruus admodum agellus.Plin.lib.17.cap.6.
Dulcis. Lucret.lib.5.
Virens.Horat.de Arte poetica.
Agrarius,adiectiuum,quod ad agros pertinet:vt,Lex agraria {νόμος ἀγρῶν ἐπινομίας} & agrarij homines: Id eſt, fautores legis agrariæ, & qui agros ſibi diuidi cuperent ad egeſtatem depellendam. Cic. in Catilinam,Qui agrarios concitare conatus eſt. Idem Attic.lib.1.14, Huic toti rationi agrariæ Senatus aduerſabatur.
Agraria facultas.Cic.Attic.lib.2.
Agraria lex. Cic.ad Attic. lib.1.14, Agraria lex à Flauio Tribuno plebis vehementer agitabatur authore Pompeio, quæ nihil populare habebat præter authorem. Gal. *Fflott debatue.*
Res.Cic.2.Offic.
Triumuir agrarius.Liu.Decad.3.lib.7.104.
Agroſus,legitur apud Varronem lib.4. De ling.Lat.vbi ait, Quare non cùm de locis dicam, ſi ab agro ad agroſum hominem, & agricolam peruenero,oberraro.
Agreſtis,& hoc agreſte {ἄγριος, ἀγροῖκος, ἀγρικός} Quod ruſticum eſt, & ad agros pertinet. Virgil.1.ecloga,
Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti.
Alumnus agreſtis. Hoc eſt, Ægyſthus: quia in agris, à capris nutritus fuit.Senec.Agamem 7.
Aper agreſtis.Ouid de Philom.
Arbor.Cic.7.Verr.

Cultus.Stat.6.Thebaid.
Falx.Iuuenal.Satyr.13. Ferramentum.Liu.1.ab Vrbe.
Frondes.Horat.3.Carm.18.
Gaza.Virgil.5.Æneid.
Latium.Horat.2.Epist.1.
Laurus.Tibul.lib.2.eleg.6. Lupi.Stat.3.Thebaid.
Numen.Seneca.Hippolyt.4.
Nymphæ.Virgil.3.Æneid.
Palæstra,Rustica luctatio.Virgil.2.Georg.
Poma.Virgil.7.Æneid.
Pubes.Virgil.1.Georg.
Agrestes tauri differũt à syluestribus. Plin.lib.8.cap.21, Sed atrocissimos habent tauros syluestres maiores agrestibus.
Saltus.Ouid.14.Metamorph.
Satyri.Horat.de Arte poetica.
Sparus.Virgil.11.Æneid. Stramen.Virgil.11.Æneid.
Sylua.Ouid.7.Metamorph.
Tecta.Ouid.4.Fast.
Tineæ.Ouid.15.Metamorph.
Agrestis,per metaphoram dicitur pro Duro,aspero,acerbo.
Durus & agrestis. Cic.de lege Agraria contra Rullum,Ligures montani,duri atque agrestes.
Indoctus & agrestis. Cic.in Partit.Hoc primùm intelligamus,hominũ duo esse generá:alterum indoctum & agreste,quòd anteferat semper vtilitatem honestati:alterum expolitum, quòd rebus omnibus dignitatem anteponat.
Agreste & inhumanum. Cic.ad Attic.lib.13,Exculto animo, nihil agreste,nihil inhumanum est.
Vastus & agrestis. Cic.lib.1.de Orat.Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motúque corporis vasti atque agrestes, vt etiam si ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint. Idem 5.Tuscul. Quæ barbaria India vastior aut agrestior?
Animus agrestis ac durus.Cic.pro Archia.
Asperitas agrestis.Horat.1.Epist.19.
Dominus agrestis ac furiosus.Cic.de Senect.
Donum agreste.Sil.lib.13.
Immanitas agrestis.Cic.1.de Diuin.
Agrestis musa.Rusticum carmen,vt ait Seruius.Virgil.6.Eclog.
Negligentia agrestis & inhumana. Cic.1.de Offic. Adhibenda præterea munditia est, non odiosa neque exquisita nimis, tantùm quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.
Pectus agreste,Dirum.Ouid.Epist.21.
Agreste quiddam. Cic. 3. de Orat. Nam à principio clamare, agreste quiddam est.
Seruos agrestes & barbaros.Cic.pro Milone.
Fera agrestísque vita. Cic.lib.1.de Orat. Quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum cõgregare,aut à fera agrestíque vita ad hunc humanum cultum ciuilémque deducere?
Rustica vox & agrestis.Cic.3.de Orat.
Agrestis,substantiuum,pro homine rustico. Virgil.9.Æneid.
Lydorúmque manum,collectos armat agrestes.
Duri agrestes.Virgil.1.Georgic.
Frigidus agrestis.Ouid.5.Fast.
Tardi agrestes.Ouid.9.Metamorph.
Agrestium conuentus. Cicero pro Muræna, Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conuentu agrestium, audacius paulò de studiis humanitatis disputabo.
Agricola, penult. corr. com. gen. {γεωργός, γείτης, ἀγρότης} quasi agrum colens: dicitur qui quamlibet agriculturam exercet: & est nomen generale. Nam inter agricolas alij sunt aratores, alij vinitores, nonnulli arboratores, multi etiam pastores: quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici & agrestes dicuntur agricolæ, sed multi etiam oppidani. Quod genus vitæ olim fuit in maximo pretio atque honore, præsertim apud Romanos. Cato de Re rustica, capite 1, Bonus agricola, bonúsque colonus. Ita laudabant antiqui virum bonum: amplissiméque laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Virgil.2.Georg.
O fortunatos nimium,sua si bona norint,
Agricolas! Cicero 1.Tusculan. Arbores seret diligens agricola.
Agricola assiduus.Cic.pro Rosc.Amer.
Auarus.Virgil.1.Georg.
Beati.Horat.2.epist.1.
Crudus.Martial.lib.epigram.77.
Ebrius & crudus nil habet agricola.
Diligentissimus.Cic.pro Deiot. Vt optimus paterfamiliàs,& diligentissimus agricola & pecuarius haberetur.
Fortes.Horat.2.epist.1.
Indocilis cæli.Vide INDOCILIS.
Indomiti.Virgil.7.Æneid.
Miseri.Virgil.11.Æneid.
Negotiosus.Columella libro 9.cap.2.ad finem,Studiosis quoque literarum gratiora sunt ista in otio legentibus,quàm negotiosis agricolis.
Parcus.Stat.5.Sylu.1.
Pauper.Propert.lib.2.eleg.10.
Peritissimi.Columella lib.11.cap.1.
Seueri.Lucret.lib.5. Turpis.Ouid.1.de Arte amandi.
Validus.Columel.lib.11.cap.1.
Agricola & rusticus.Cic.pro Roscio Amerino.
Agricolûm,pro Agricolarum.Lucret.lib.4,
Et genus agricolûm latè sentiscere cùm Pan,&c.
Agricolatio {γεωργία} Agrorum cultus. Columel. in præfatione lib. 1, Agricolationis neque doctores, neque discipulos cognoui. Idem lib.1.cap.9.& lib.11.cap.9.
Agricultor {γεωργός} Qui colit agros. Liu. 6. bel. Pun. Seruos agricultores Rempublicam abduxisse. Forsassis legi debet separatim Agri cultores.
Agricultura,pen.prod. {γεωργία, γεωπονία, γεωργική} Cultus agrorum. Cic.1. Offic. Nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Plin.lib.18.cap.6.
Indiscreta agricultura. Vide INDISCRETVS.
Agripeta,penult. corr.com.gen. Cic.Attic.lib.15, Seruulos autem dicere eum & agripetas eiectos à Buthrotiis. Idem 1. de Nat. deor. Ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quòd in eam pater eius Neocles agripeta venerat. Videtur hoc nomen agri petitorem significare,nimirum eum qui lege agraria petit agrum sibi dari.
Ageraton, herba est ferulacea, duorum palmorum altitudine, origano similis,flore bullis aureis. Huius vstæ nidor vrinam ciet, vuluámque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc, sed quoniam diutissimè non marcescit. Plinius lib.27.cap.4.Ruell. libro 3.cap.102.
Ageratus {ἀγέρατος} Lapis est, quo coriarij olim vtebantur in poliendis coriis:cuius loco hodie vtuntur massa vitri. Meminit huius lapidis Galen.lib.9.Simpl.
AGEROCHVS, pen. prod. filius fuit Nelei, ex Chloride vxore,vt est apud Homer.lib.11.Iliad.
AGERONA,pen.prod.{ἀγερώνη}Industrix dea,ab agendo(vt opinor) dicta. Hermolaus in Plin.lib.15. cap.19,Murcea, dea socordiæ est: vt Strenua, Agerona, Stimula, industriæ. Pomponius & Augustinus authores.
AGESANDER,statuarius insignis apud Plin.lib.36.cap.5.
AGESIAS {ἀγησίας} Cyrenaicus philosophus, cui à Ptolemæo philosophiæ professione fuit interdictum, quòd animæ immortalitatem docens, multos ad spontaneam mortem compelleret, vt Cleombroto Ambraciotæ accidit.Cic.in Tuscul.lib.1. ¶Agesias,Syracusanus Olympionica,Sostrati filius.
AGESIDAMVS,penul.corr.Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit, Olymp.Od.10.
AGESILAVS, pen. prod. {ἀγησίλαος} cognomen Plutonis apud Æschylum, vt testatur Athenæus in Dipnosophistis. & apud Lactantium,lib.1.Diuin.Instit.
Agesilaus, Lacedæmoniorum dux clarissimus, Archidami fuit filius, postquam Agis rex diem obiit, adhuc iuuenis ab Lacedæmoniis rex creatus,breui statura corporis,altero pede claudus,virtute præ cæteris præditus. Tyssaphernem, qui principatum tenebat inter Persas,in Asia vicit: Athenienses quoque,& Bœotios,apud Coroneam vrbem Peloponnesi. Ex Xenophonte & Plutarcho. Is imaginem sibi statui refragabatur,cùm in hoc ei gratificari nonnulli vellent.sed animi monumenta elaborare nunquam desistebat: putans statuariorum illud, at hoc suum esse ipsius opus: ac rursus locupletum illud, sed hoc bonorum esse. Author Xenophon in oratione de Agesilai laudibus. Meminit & Cicero ad Lucceium,lib.5.epist.12.
Agesilai in summo imperio nemo vnquam verbum vllum asperius audiuit.Tanta fuit tanti regis modestia.Cic.ad Q.frat.lib.1.epist.2.
AGESINATES,pen.prod.Aquitaniæ populi Pictonibus iuncti.Plin. lib.4.cap.19.
AGESIPOLIS, pen. corr. Lacedæmoniorum dux, qui Argiuos magnis affecit cladibus, vt scribit Xenophon lib. 4. rerum Græcarum. Eius meminit Liu.4.Decad.lib.4.
Agesis,pen.corr. {ἄγε δή} aduerbium excitandi, compositum ex particula SIS, quæ verbis imperatiui modi apud veteres addebatur. Lucretius libro 1,
Nunc agesis,quoniam docui nil posse creari
De nihilo. Cic.in Partit. Agesis ergò, quoniam in confirmationem & reprehensionem diuiseras orationis fidem,& dictum de altero est,expone nunc de reprehendendo.

A G G

Aggemo,aggemis,pen.corr.aggemui {ἐπιστένω} aggemere. Ex Ad, & Gemo compositum. Ouid.1. Trist.Eleg.13,
Aggemit & nostris ipsa carina malis. Vide ADGEMO.
AGGER, vnum è Nili fluuij nominibus postquam ex lacu Heptagono profluxit, Author Vitruuius apud Hermolaum in Plin. libro 5. capite 9.
Agger, aggeris, masc.gen. penult. corr. {χῶμα} Vnde fit verbum Aggero,aggeras. Virgil.9.Æneid.
-& fossas aggere complent. Vbi Seruius:Agger est cuiuslibet rei coaceruatio,vnde fossæ aut valles repleri possunt.
Agger arenæ.Virgil.1.Æneid.
Illidítque vadis,atque aggere cingit arenæ.
Agger, Est moles terræ circa fluuiorum ripas,ipsis opposita fluminibus, ne inundatione vastent agros. Virgil.Æneid.2,
Non sic aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
Exiit: oppositásque euicit gurgite moles. Huiusmodi aggeres Cicero per periphrasin vocat moles oppositas fluctibus,lib.2.Offic.
Agger,Fossa.Virgil.7.Æneid.
-primúsque in littore sedes
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit. Seruius.
Agger camporum medius.Stat.Thebaid.2.
Agger murorum.Virgil.10.Æneid.
Quin intra portas,atque ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum, & inundant sanguine fossæ. Vbi Seruius: Agger propriè dicitur terra illa quæ vallo facto propius ponitur, sed abusiuè & muros & munimenta omnia aggerem dicimus,sicut modò Aggeribus murorum, pro munimentis. Cic.ad Catonem,lib.15. 4,Vallo & fossa circundedi:sed castellis, castrísque maximis sepsi:aggere,vineis,turribus oppugnaui.
Aggerem iacere.Vide IACIO.
Agger viæ.Virgil.5.Æneid.
Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens. Vbi Seruius: Agger est mediæ viæ eminentia coaggeratis lapidibus strata.

Agger aduersus. Virgil. 12. Æneid.
Vidit ab aduerso venientes aggere Turnus. Seruius: Aggere, Id est, eminentia.
Agger, pro via. Sidonius,
Antiquus tibi nec teratur agger:
Cuius per spatium satis vetustum
Nomen Cæsareum viget columnis. Iterum, Vel certè peruij pontes, quos antiquitas à fundamentis adusque aggerem calcabili silice crustarum crypticis arcubus fornicauit. Id est, adusque viam. & sæpe sic in prosa etiam loquitur. Hoc autem ideò, quia viæ publicæ, vt quæ militari labore erant munitæ, exaggerabantur, vt imber defflueret, minúsque lutulentæ redderentur. Turneb.
Alpini aggeres, Id est, Alpes. Virgil. 6. Æneid.
Aggeribus socer Alpinis, atque arce Monœci
Descendens. Vbi Seruius: Id est, à munimentis Alpium. Hæ enim, Italiæ murorum exhibent vicem.
Apricus agger. Horat. 1. serm. 8.
Coctus. Propert. lib. 3. eleg. 11,
Persarum statuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt solidam cocto tolleret aggere opus.
Gramineus. Virgil. 7. Æneid.
Herbosus. Ouid. 14. Metamorph.
Incuruus. Ouid. 15. Metamorph.
Miluius agger. Stat. libro 2. Sylu. 1. Vbi pontem Miluium intelligit, vt opinor.
Niuei aggeres. Id est, niuis cumuli. Virgil. 3. Georg.
Solidus. Stat. lib. 4. Sylu. 4.
Terreus. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 14.
Terreno ex aggere bustum. Virgil. 11. Æneid.
Thessalici. Seneca in Hercul. Oetæ. 2,
Quo vastus Briareus, quo tumidus Gyges
Supra Thessalicos constitit aggeres,
Vt cælo insereret vipereas manus,
Hoc vultu riguit. Hoc est, tres Thessaliæ montes à gigantibus accumulatos, vt in cælum conscenderent.
Agger tumuli compositus. Virgil. 7. Æneid.
At pius exequiis Æneas rite solutis,
Aggere composito tumuli. Dictum est Græcorum consuetudine, qui χῶμα dicunt. Exaggerare autem terram solebant, quóque altius educebatur, eò honorificum magis erat: atque à tumore illo moléque terræ Latinum nomen tumulus partum est.
Subitus, Id est, subitò factus. Lucan. lib. 1.
Vastus. Seneca in Thebaid. 1.
Agger, metaphoricôs. Cic. 10. Philip. Esset vel receptaculum pulso Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ, Græcia.
Cingere locum aliquem aggere. Virgil. 7. Æneid.
Construere aggerem. Lucan. lib. 2.
Aggeres facti à milite. Ouid. 15. Metamorph.
Aggere tecta moliri, Id est, domos terra construere. Virg. 7. Æneid.
Rupti aggeres. Virgil. 2. Æneid.
Sternere aggeres. Seneca in Hercul. fur. 13.
Aggero, aggeras, penul. corr. {χωννύω} aggerare. Accumulare. Columel. Omnes arbores fructiferæ circumfossæ aggerari debent. Figuratè dictum, pro eo quod est, terra circum arbores aggerari debet. quod & Accumulare dicitur, vulgò *Rechauffer*. Idem de arboribus cap. 28, Stercoratam terram circa aggerato. Ab hoc fit, Exaggerare.
Aggerare, per metaphoram pro augere & aggrauare. Virg. 11. Æneid.
Et his onerat dictis, atque aggerat iras.
Aggerare, pro Aggerere, siue aggerendo implere. Curt. lib. 4. Exhauriendas esse regiones, vt illud spatium aggeraretur: & exæstuaret semper fretum. Id est, molibus iungeretur continenti, & aggere continuaretur.
Aggero, aggeris, pen. corr. aggessi, aggestum {ἐπισωρεύω, προσφέρω} aggerere, Ex Ad, & Gero, Idem quod aggregare, siue congerere. Virgil. 3. Æneid. -& ingens
Aggeritur tumulo tellus.
Aggerere bona ad aliquem. Plaut. Trucul. 4,
-cùm eorum aggerimus bona: alioqui
Etiam vltrò ipsi aggerunt ad nos. Idem Cistel. 2,
Amarum ad satietatem vsque aggerit.
Aggerere, pro gerere, vel potius ferre, portare. Plaut. Casina, 3. Ita te aggerunda curuum aqua faciam probé. Idem Rud. 12, Siquidem mihi vltrò his aggerunda etiam est aqua. In vtroque respexit ad multam aquæ afferendæ copiam, & quasi cumulum.
Aggestus, huius aggestus {χῶσις} substantiuum verbale. Tacit. lib. 19, Et locus ipse castrorum placebat latè prospectans, tuto copiarum aggestu florentissimis ponè tergum municipiis.
Agglomero, agglomeras, penul. corr. {συναθροίζω} agglomerare, Ex Ad, & Glomero, Implicare & coniungere: dictum à glomere. Virgil. 2. Æneid. -& lateri agglomerant nostro. Sic Nonius interpretatur. sed melius sic dicemus, Agglomerant, pro agglomerantur: Id est, adiungûtur, quasi globum facturi. de bello enim loquitur: in quo globus dicitur agmen confertissimum. Idem 12,
-densi cuneis se quisque coactis
Agglomerant. Id est, densantur, vt cuneatim dimicent. Sic Seruius. Propriè tamen Agglomerare, significat idem quod glomerare: vt Agglomerare filum. Id est, conglobare. Nam glomus propriè de filo dicitur.
Agglutino, agglutinas, penult. corr. {προσκολλάω} agglutinare, Propriè glutine coniungere: vt, Agglutinare chartas. Sed & pro ferruminare (quod fit in metallis) nonnunquam accipitur. Plin. lib. 36, Fragmenta vitri teporata agglutinantur tantum. Idem lib. 33. cap. 5, Chrysocollam & aurifices sibi vendicant agglutinando auro. ¶ Per metaphoram, pro Coniungere & apponere vsus est Cic. Attic. lib. 16, Itaque statim nouum prooemium exaraui, & tibi misi. tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Agglutinare ad aliquid. Plaut. Aulul. 26. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant. Pro aggerantur, accumulantur.
Aggrauo, aggrauas, penult. corr. {βαρύνω} aggrauare, Ex Ad, & Grauo, grauas, Valde grauare, onerare, premere, exaggerare. Plin. libro 12. capite 17, Odor aggrauans capita, sed citra dolorem.
Aggrauare ictus. Id est, Grauiores facere. Plinius libro 28. cap. 4, Quidam verò aggrauant ictus, ante conatum simili modo saliua in manu ingesta.
Aggrauatur pondus. Plin. lib. 18. cap. 12.
Aggrauare res. Liuius libro 6 ab Vrb. Vnum adfuit bellum externum, quo si aggrauatæ res essent, vix ope deorum omnium resisti potuisset.
Reum. Quintilian. lib. 5. cap. 7, Sparsa quoque plerunque colligimus argumenta, quæ per se nihil reum aggrauare videantur.
Aggrauesco, aggrauescis {βαρύνομαι} aggrauescere, Ex Ad, & nomine Grauis factum verbum, Grauius fieri, Aggrauari, Ingrauescere. Terent. Hecyra. 3. 2, Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggrauescat. Vbi Donatus, Aggrauescat, grauior fiat, propriè quia morbi graues dicti sunt. Sic aggrauescens vulnus. Cicero 3. Tusculanar.
Aggredior, aggrederis, penult. corr. aggressus sum {ἐπιχειρέω, προσέρχομαι} aggredi, pen. cor. Ex Ad, & Gradior, Adire, accedere. Plaut. Curc. 7,
-fortè aspicio militem:
Aggredior hominem: saluto aduenicns. Cicero de Orat. libro 3, Non enim inde repelletur, quò aggredi cupiet. Terent. Hecyra, Aggrediar. Bacchis salue. Vbi Donatus, Benè aggrediar, quasi rem difficilem.
Aggredi aliquem de re aliqua. Plaut. Merc. 7,
Quin ego hunc aggredior de illa?
Aggredi, est propriè, teste Donato, ad dimicandum accedere.
Aggredi aliquem dictis. Virgil. 4. Æneid.
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Vbi Seruius, Aggreditur, cum calliditate loquitur.
Aggredi, Adire quempiam dolosè & insidiosè: hoc est decipienda causa: quod etiam adoriri dicitur. Plaut. Persa, Huic insidiæ paratæ sunt: probè aggrediar virum. Terent. Phorm. 5. 8, Itáne agitis mecum? satis astutè aggredimini.
Aggredi {ἐπιχειρεῖν} Incipere. Cicero 1. Offic. In omnibus autem negotiis, prius quàm aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. Plautus Trucul. 9, -nullam rem oportet dolosè aggredirí, nisi
Astutè, accuratéque exequare. Hic pro suscipere potest accipi. Et est vetustè dictum Aggrediri, pro aggredi. Cic. 2. de Orat. Cùm aggredior ancipitem causam.
Aggredi ad aliquam rem, Id est, aliquam rem tractandam suscipere. Cic. 2 de Legib. Priusquam aggrediamur ad leges singulas.
Ad crimen. Cicero pro Cluentio, Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione, Iudices.
Ad iniuriam. Cic. 1. Offic. Ad iniuriam faciendam aggrediuntur, vt adipiscantur ea quæ concupierunt.
Aggredi dicere. Cicero 2. Offic. De quibus dicere aggrediar, si pauca prius, &c. Neque enim artem grammaticam componere aggressi sumus, Quintil 12. b.
Aggredi ad dicendum. Cicero in Bruto, Imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur Antonius: sed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse.
Aggredi, Inuadere. Sallustius, Ex lateribus cæteros aggreditur. Plautus Amphit. Martigenam ille aggressus belluam. Sic aggredi vrbem: quod est (si vernaculam linguam exprimere volumus) *Dare assaltum vrbi*.
Aggredi aliquid, Suscipere aliquod negotium: & propriè de rebus arduis & difficilibus: vt, Aggredi bellum. Cic. Attic. lib. 2, Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur.
Facinus. Hirt. de bello Hispaniensi 6.
Opus magnum & difficile. Hirt. de bello Alex. 4.
Honores. Virgil. eclog. 4,
Aggredere ô magnos (aderit iam tempus) honores. Hoc est, incipe ad honores aspirare.
Aggressio, verbale {ἐφοδος} Cicero in Orat. Cúmque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit, excludétque contraria. Quasi primo impetu. Metaphora ab oppidorum vel hostium aggressione.
Aggressor, aggressoris, Verbale. Vlpianus l. 1. D. de senatusconsul. Sylaniano, ad finem, Veluti siquis exclamauit, vt ad auxilium conueniretur: aut terruit aggressores, &c.
Aggressura, aggressuræ {ἐπιχείρησις} impetum prædonum significat. L. 5. C. de pignor. act. l. 4. D. famil. ercisc.
Pati aggressuram. Vlpian. l. 3. D. de senatusconsul. Sylania. Si cùm omnes domini aggressuram paterentur, vni seruus opem tulit: an sit excusandus, an verò (quia omnibus non tulit) plectendus?
Aggressus, huius aggressus, aliud verbale. Firmicus libro 2. cap. 10, Iupiter inconsultum significat rerum aggressum, atque difficilem operum exitum. Vlp. in l. 17. §. si quis autem. D. ad Trebell.
Aggretus, apud Ennium, Aggretus fari, pro eo quod est Aggressus, ponitur. quod verbum venit à Græco ἄγω. Festus.
AGGRINAE, populi Macedoniæ vicini. Cic. in Pison.
Aggrego, aggregas, pen. corr. {συναθροίζω} aggregare, Ex Ad, & Grex gregis, interdum congregare est, & quasi in gregem contrahere. Cic. in Catil. Quòd si ejecerit, secúmque suos eduxerit, & eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit.
Aggregare suam voluntatem ad dignitatem alterius. Cic. Lentulo, lib. 1. Epist. 9, Meámque voluntatem ad summi viri, de méque optimè meriti dignitatem aggregassem.
Se ad amicitiam alterius. Cæsar 6. bel. Gall. Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant.
Aggregare filium eodem crimine ad patris interitum. Cic. in Vatinium,
Huius

Huius etiam filium eodē iudicio & crimine ad patris interitum aggregare voluisti.
In numerum.Cic.pro Muræna, Quare ego te semper in nostrum numerum aggregare soleo.
Aggressio,Vide AGGREDIOR.

AGI

AGIDVS,Vrbis nomen Straboni lib.14.
AGILLA, Vide AGYLLA.
Agilis,penult.corrept. {ἀγέλαστος} adiectiuum ab ago,agis,Qui sese facilè agit. Hoc est,qui leui & expedito est corpore. Plaut. Epid. 2.8,Corpulentior videre atque agilior. Horat.lib.1.epist.19,
Oderunt hilarem tristes,tristémque iocosi:
Sedatum celeres,agilem gnauúmque remissi.
Agilis classis.Liu.10.bel.Pun. Quæ enim restitissent,agili & nautico instrumento aptæ & armatæ classi naues, tormenta machinásque portantes?
Currus. Senec.in Medea.10, Video Triuiæ currus agiles.
Cursus.Stat.lib.4.Sylu.3.
Dextra. Stat.lib.5.Sylu.1.
Flamma.Senec.in Hippol.5.
Gressus.Sil.Ital.3,
Fer gressus agiles mecum,& comitáre vocantem.
Agilis industria hominis: cui opponitur negligens & tarda opera. Columel.libro 11.cap.1.Ischomachus. Malo, inquit,vnius agilem industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam. Vetus exemplar habet,agilem atque industriam, &c. vt sit adiectiuum, industriam operam.
Pes.Senec.in Hippolyt.2.
Remus.Ouid. in Sappho.
Studium.Stat.lib.6.Thebaid.
Victoria.Nonius,Agilem,celerem,ab agendo. Sisenna Histor.lib.4, Agilem dari,facilémque victoriam.
Vir. Ouid.2.Fast.
Agilitas,pen.corr.{ἀγιλότης.εὐκινησία} Denominatiuum.Leuitas & dexteritas corporis. Cic.Attic.lib.1.12, Nam si ita esse statueris, & irritabiles animos esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem,vt ita dicā,mollitiémque naturæ,&c. Hic est,à corpore ad animum translatio. Plin.lib.35.cap.11,Lecythion agilitatis exercitator.
Agilitas nauium.Id est,celeritas.Liu.6.bel. Pun.
Agiliter,pen.corr.agilius.agilimè.pen.corr. {ἐλαφρῶς} aduerbium qualitatis. Id est, cum agilitate. Colum. lib.2.cap.2, Détque requiem in summa,vt spe cessandi,totum spatium bos agilius enitatur.
AGILIS,Proprium viri,quem poetæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuisse commemorant. Calepin.
Agina,aginæ,pen.prod.Est qua inseritur scapus trutinæ.Id est,in quo foramine trutina agitur & se vertit. Vnde aginatores dicuntur, qui paruo lucro mouentur. Festus.
Aginor.pen.prod.vilia negotior. Calepin.
AGINVM {ἄγινον} vrbs Galliæ Ptolemæo:vulgò *Angolesme*.
Agipedes, referēte Festo Pompeio in dictione Pedarius.à Lucilio dicti sunt senatores,qui in senatu quidem sedebant, verùm sententiam non rogabantur,sed in aliorum sententias pedibus discedebant:ideo agipedes,quòd pedum discessione dicerent sententiam.
AGIS {Ἆγις} Eurysthenis filius, teste Strabone lib.8, rex Lacedæmoniorum,cum Atheniensibus cruentissima bella gessit: tandem à suis ciuibus occisus est in carcere, eo quòd Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Author Plutarch. Meminit & Cic. lib. 2. Offic. Quam autem habet æquitatem, vt agrum multis annis aut etiam seculis antè possessum qui nullum habuit,habeat: qui autem habuit,amittat? Ac propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonij Lysandrum Ephorum expulerunt,Agin regem,quod nunquam antea apud eos acciderat, necauerunt.
Agitatio,Agitator.Vide AGO.
Agite,Agitedum.Vide AGE.
Agito {ἀγιτάζω}Vide AGO.

AGL

AGLA {Ἄγλα} Hispaniæ oppidum, in tractu Bætico, apud Plinium lib. 3.cap.1.
AGLAIA {Ἀγλαΐα}quæ & Pasithea à quibusdam appellatur,vna est Charitum, seu Gratiarum, filiarum Iouis & Eurynomes, vt est author Hesiod.in Theogon. Aut (vt alij malunt) Liberi patris & Veneris. Vide plura in dictione Charites.
AGLAIS,Aglaidis,Megaclis filia,tuburcinio vitam fouisse fertur. Galericulo,siue aduentitia coma vtebatur. Cœnam sic ferè apparabat, vt carnium minas absumeret decem, panum chœnicas quatuor, vini hauriret choam, id est (vt interpretatur Theodorus) sextarium. tanta fuit mulierculæ voracitas atque bibacitas. Ex cælio Antiq. lect. lib.8.cap.14.
AGLAONICE,ces,pen.prod.Hegemonis Thessali filia,quę cùm in Ossa monte coitus Lunæ obseruaret, in iudicio cōuicta à mulieribus existimantibus ab ea Lunam cælo deduci, grauissimis affecta supplicijs traditur,ex Ossa præceps data.ob quam calamitatem prouerbio originem dedit,τὴν σελήνην καθαιρεῖ. Ouidius in Ibin,
Vtque dedit saltus è summo Thessalis Ossa. sic enim legendū est ibi,nō Thessalus,ex Plutarcho & Tartheo, Apollonij interprete.
AGLAOPE, Aglaopes, penultima correpta, vna è tribus Sirenibus. Author Lycophronis interpres apud Hermolaū in Plinium, lib.3.cap.1. Interpretatur Latinè,aspectu splendida.
AGLAOPHON {Ἀγλαοφῶν} Pictor nobilissimus.Plin.lib.35.cap.9. & Cic. 3 de Orat. Floruit nonagesima Olympiade.
Aglaophotis {ἀγλαοφῶτις} Herba est iucundissimi coloris, qua magi vtuntur ad euocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ: vnde & Marmaritidem quidam appellant. Plin.lib.24.cap.17.
Aglaspis,nomē legionis erat. Liu.5. Decad.4,Interuallum quod inter cetratos & phalanges erat, impleuit legio, atque aciem hostium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem aduersus clypeatos habebat: aglaspides appellabatur. Apparet nomen esse à splendore scutorum.
AGLAVROS {Ἄγλαυρος} filia Erichthei regis Athenarum antiquissimi,à Mercurio in saxum mutata,de qua Ouid.lib.2. Metamorph.
Aglauros læuum,medium possederat Herse. Aglauro, Hersæ, Pandrosóq; sororibus, Mineruam ceu depositū tradidisse Erichthonium aiunt, cistæ impositum, addito interdicto, ne depositū perquirendi curiosæ essent: Pandrosúmque in officio fuisse: reliquas duas, quoniam cistā resignauerant, viso Erichthonio furere cœpisse, & ex ea arce qua maximè locus præceps erat se deiecisse. Author Pausanias in Attica. Qui & ibidem tradit Actæum primum in Attica regnasse. Quo vita functo, Cecrops ducta vxore illius filia, regnum suscepit: ex qua Hersen, Aglaurum, Pandrosum, & Erisichthonem liberos sustulit.
AGLAVS Psophidius, oraculo Delphici Apollinis iudicatus felicior Gyge rege tunc amplissimo.Senior hic in angustissimo Arcadiæ angulo paruum quidem,sed annuo victui largè sufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egressus:atque(vt è vitæ genere manifestum est) minima cupidine minimum in vita mali expertus. Plin. libro 7.cap.46. Meminit & Cæl.lib.11.Antiq.lect.cap.65.Valerius quoque lib. 7. cap. 1.ad finem.

AGM

Agmen,agminis,pen.corr.neut.gen.{ἀγμὸς,πλῆθος.}Seru.Agmen propriè est exercitus ambulans. Quicquid fuerit aliud, abusiuè dicitur. Virgil.8.Æneid.
-it clamor,& agmine facto
Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Cicer. 2.Tuscul. Cum æstu magno agmen ducebat, laborabat Marius.
Agmen,Impetus,cursus.Virgil. 2.Æneid.
-illi agmine certo Laocoonta petunt. Liu.1.ab Vrbe,Iuuenes per mediam concionem agmine ingressi.
Agmen,Motus. Virgil.3.Georg.
Quum medij nexus, extremæque agmina caudæ Soluuntur.
Agmen, Multitudo. Liu.2.ab Vrbe, Nuntiatúmque Coriolano, adesse ingens mulierum agmen.
Agmen,pro actu & ductu quodam ponere, non inelegans est, vt Virg. lib.2.Æneid.
-leni fluit agmine Tybris. Ennius in quinto ait,
Quod per amœnam vrbem leni fluit agmine flumen. Hæc Macrobius,Saturnal.lib.6.cap.4. Seruius tamen interpretatur, leni agmine,id est,leni impetu.
Aligerum agmen.Virgil.12.Æneid.
Aquarum.Virgil.1.Georg.
Armata agmina.Claudian.epigr.2.in Ruff. Tacit.lib.19.
Attonitum. Stat.5.Thebaid.
Atrum.Virg.12.Æneid. Hoc est, pulueris nube coopertum.Seruius.
Castum.Claudian.2.de rap.Proserp.
Reginam casto cinxerunt agmine matres Elysiæ.
Celere agmen remorum.Virgil.5.Æneid.
At lætus Mnestheus,successúque acrior ipso
Agmine remorum celeri, ventísque vocatis
Prona petit maria.
Citum.Tacit.lib.19.
Clypeata. Virgil.7.Æneid.
Condensa.Sill.lib.2.
Confertum.Virgil.3.Georgic.
Densum agmen agere.Virgil.5.Æneid.
Equestre. Ouid.9.Epist.
Ferrata. Horat.4.Carm.13.
Fœminea. Virgil.11.Æneid.
Fortissima. Lucan.lib.7,
At medij robur belli fortissima densant Agmina.
Grande. Lucret.lib.1.
Graniferum agmen spargere. Hoc est,multitudinem formicarum grana ferentium.Ouid.7.Metam.
Horrentia agmina.Horat.2.Sermon.satyr.1.
Hostile. Ouid.8.Metam.
Immensum agmen aquarum. Virgil.1.Georg.
Incompositum. Vide INCOMPOSITVS.
Infernum.Seneca Med.11.
Infestum.Seneca Herc.furen.13.
Longum.Virgil.1.Æneid.
Molle. Tacit.lib.19.
Nigrum.Virgil.4.Æneid.
Numerosum. Vide agmen carpi.
Palantia.Sill.lib.15.
Paruum. Lucret.lib.1.
Perpetuum.Cic.in Pisonem,At meus quidem reditus is fuit, vt à Brundusio vsque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.
Pilata. Virgil.12.Æneidos,
Procedit legio Ausonidum,pilatáque plenis
Agmina se fundunt portis. Vbi Pilata, retulit ad Romanos, qui pilis vti solebant in bello.
Puerile.Virgil.5.Æneid.
Puluerulenta. Virgil.4.Æneid.
Quadratum.Cic.2.Philip. Agmine quadrato cum gladiis sequūtur scutati milites.
Rapidum. Lucan.lib.2,
-nec plura loquutus
Deuoluit rapidum nequicquam mœnibus agmen.
Rauca.Stat.5.Thebaid.
Seruilia.Lucan.lib.2,
Vt primùm fortuna redit,seruilia soluit
Agmina. Hoc est,seruis ad libertatem vocatis confecit exercitū.
Tardum. Virgilius 9. Æneid. Id est, Peditum, qui equitum com-

paratione tardi sunt. Seruius.
Terrestre. Hoc est, turmæ militum per terram incedentium. Luc. lib. 5.
Terrificum. Claudian. 8. epigram.
Toruum. Stat. 8. Thebaid.
Trepidum. Lucan. lib. 1.
Agere agmen equitum. Virgil. 7. Æneid.
Carpitur agmen. Plin. Iunior 3. epist. ad Minutianum, numerosum agmen reorum, ita demum videbamus posse superari, si per singulos carperetur. Nam carpi agmen dicitur, quum militum aliquis intercipitur.
Cingi agminibus. Ouid. 1. Trist. 4,
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur vlli,
Agminibus comitum qui modò cinctus erat.
Cogere agmen. Ouid. 2. Metam.
-quorum agmina cogit Lucifer. Cicero metaphoricàs vsus est ad Atticum lib. 15, Assentior tibi, vt nec duces simus, nec agmen cogamus, faueamus tamen. ¶ Is cogit agmen, qui à tergo colligit exercitum, hoc videlicet curans, ne quis fortè aberrans, aut reliquos sequi non valens, ab hostibus intercipiatur.
Concitare. Ouid. 14 Metam.
Coniurata agmina. Ouid. 5. Metam.
Densare agmina. Sil. lib. 8.
Deturbare gladio. Sil. lib. 7.
Deuastata ferro agmina. Ouid. 13. Metam.
Ducens agmina. Virgil. 1. Æneid.
Exanimata agmina. Virgil. 5. Æneid.
Frementia. Valer. 6. Argonaut.
Metere agmen. Sil. lib. 13.
Partitum agmen. Virgil. 5. Æneid.
Prorumpunt agmina. Lucan. lib. 1.
Spargere agmen. Ouid. 7. Metam.
Stipatum agmen. Gell. lib. 1.
Tripartitum. Tacit. lib. 19.
Agminalis, penult. prod. adiectiuū {πομπικός.} Vnde agminales equi, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta. Bud. in Annot. post.

A G N

Agna, agnæ. Vide AGNVS.
Agnascor, agnascens, penul. corr. agnatus sum {ἐπιγίνομαι} agnasci, ex ad, & nascor: sed d euphoniæ causa mutatum est in g. Cicer. 1. de Orat. Nunquis eo testamento, quod paterfamiliàs ante fecit, quàm ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo. quia constat agnascendo rumpi testamentum: ergo in hoc genere iuris iudicia nulla sunt. Ex verbis Ciceronis satis apparet, agnasci eos propriè dici, qui nascuntur alicui postquam testamētum fecerit. Paulus in l. qui in adoptionem. D. de adoptio. Qui in adoptionē datur, iis quibus agnascitur. & cognatus fit.
Agnatus, Participium {παραφυάδης, παραφυής.} Agnatum dicimus quicquid vltra naturæ debitum natum est. Vnde & agnascentia & agnata membra appellantur, quæ abundant. Plin. lib. 11. cap. 52, Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus homini semper digitus.
Agnati {συγγενεῖς οἱ πρὸς ἀνδρῶν ὄντες} dicuntur qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt: quasi à patre cognati: veluti frater eodē patre natus, filius fratris, nepósve ex eo: item patruus, & patrui filius, nepósve ex eo. Hactenus Caius in l. Sunt autem. D. De legitim. tutor. Inter agnatos & cognatos hoc interest: quòd in agnatis continentur cognati: in cognatis non vtique agnati. Vtputa frater patris, id est patruus, est agnatus, & cognatus. Matris verò frater, id est auunculus, cognatus est, sed non agnatus. Gentilitas verò & agnationem & cognationem complectitur. Paulus in l. Iurisconsultus, de Gradibus & affinib. Inter agnatos & cognatos hoc interest, quod inter genus & speciem. Nam qui est agnatus, & cognatus est: non vtique autem qui cognatus est, & agnatus est. Alterum enim ciuile, alterum naturale nomen est.
Agnati, de diis. Cic. de Vniuers. Ex iis Saturnum & Opem, deinceps Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter se agnatósque vsurpare atque appellare videmus.
Agnati, de mutis etiam animantibus. Vlpian. in l. Vetus. D. de vsufruct. Debebit ex agnatis gregem supplere, id est, in locum capitum defunctorum. Haloander legit, ex natis. Pand. Florent. ex adgnatis.
Agnati & gentiles. Cic. lib. 2. de Inuent. Si furiosus est, agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáque eius potestas esto.
Ad agnatos & gentiles aliquem deducere. Varro de Re rustica lib. 1. cap. 2, Ad agnatos & gentiles est deducendus. Prouerbiale antiquis fuit, quum furere aliquem aut mente captum esse significare volebant, vt dicerent Ad agnatos & gentiles deducendum esse. Vnde Iustinianus lib. 1. Institutionum de Curatoribus, Furiosi quoque & prodigi, licet maiores viginti quinque annis sint, in curatione sunt agnatorum, ex leg. 12. tabularum. Budæus.
Agnatio {ἀγχιστεία} Verbale ab agnascor, Est agnatorum consanguinitas. Cic. 1. de Leg. Et quod in ciuitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum distinguuntur status, id in rerum natura tanto est magnificentius, tantóque præclarius, vt homines deorum agnatione & gente teneantur.
Agnellus, Agninus. Vide AGNVS.
Agnitio. Vide AGNOSCO.
AGNI cornu, Promontorium est humile & valde expositum, prope Bolbiticum Nili ostium. Strab. lib. 17.
AGNICIS, fluuius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27.
AGNITES, Agnitæ: vel Agnita, Agnitæ, Æsculapij cognomentum apud Spartanos, cuius simulacrum ex agno, quæ planta est, erat excisum conformatúmque. Cæl. Antiq. lib. 10. cap. 5.
AGNO {ἁγνώ} vna è Iouis nutricibus. Nymphas enim quæ Iouem educarunt, fuisse aiunt, Θισόαν, Nedam, & ἁγνώ. A qua & in Lyceo Arcadiæ fons appellationem ducit, cuius ea fuit olim vis, vt re diuina ibi à Lycei Iouis sacerdote curiosius peracta, & fusis precibus, quernóque ramo leuiter aqua commota, mox densior surrigeretur vapor nebulæ assimilis, quæ non multò pòst effecta nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres. Cæl. Antiq. lect. 13. cap. 17.
AGNOITAE {ἀγνοῖται} Hæretici sunt, ab ignorantia dicti, quòd esse nouissimam horam Christo ignotam, opinarentur. Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 14.
Agnomen, penult. prod. agnominis, penult. corr. {ἐπωνυμία} Est quod extrinsecus aliqua ratione vel causa quæsitum est: vt Africanus, Numantinus, & similia id aliquando & Cognomen, & Cognomentum dicitur. Sic Priscianus & cæteri ferè Grammatici. Cæterùm, Cognomen id propriè dicitur, quod illi Agnomen vocant. Cic. 2. de Inuent. Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet.
Agnomen genitiuum. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2,
Adiectáque probent genitiua agnomina Cottæ:
Si tu non esses interitura domus.
Agnomones {ἀγνώμονες} Equi dicuntur veteres, ex quorum dentibus ætas amplius dignosci non potest. Cæl. Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.
AGNON, Nomen scriptoris apud Quint. lib. 2. cap. 17. ¶ Agnon Teius, Alexādri magni præfectus, aureis clauis crepidas suffigebat, vt scribit Plin. lib. 33. cap. 3.
Agnosco, agnoscis, agnoui, penult. prod. agnitum, penul. corr. {ἀναγνωρίζω, ἐπιγινώσκω} agnoscere, Ex Ad & nosco est. Agnosco & Cognosco, à plerisque ita distinguuntur, vt Agnoscere dicamur olim notos: Cognoscere prius incognitos. Virgil.
-& veterem Anchisen agnouit amicum. Varro, Vereor ne me quoque dum reuertero, præter canem agnoscat nemo. Sæpe tamen confunduntur. Terent. Eunuch. 5. 2,
-ita miserrimus
Fui, fugitando, ne quis me cognosceret.
Agnoscit qui non repudiat, sed libenter admittit, id est ἀποδέχεται. Cicer. de Amicit. Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo. Hoc est, Non admitto, sed omnino reiicio.
Agnoscere æs alienum, & onus æris alieni. Vlpian. in l. Ex facto. 35. D. de hered. instit. Vnde scio quæsitum, æris alieni onus pro qua parte agnosci debeat. Et refert Papinianus, pro hereditariis partibus eos agnoscere æs alienum debere.
Leuiter aliquid agnoscere. Cic. 2. de Finib. Nam sunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leuiter agnouit, tunc discernere incipit.
Libens agnoscere aliquid. Cic. pro Milone, Facti illius gloriam libens agnouisset.
Comprobare agnoscerēque aliquid. Vlpianus in l. Quo enim. D. Rem ratam haberi. Rem habere ratam, hoc est comprobare agnoscerēque quod actum est à falso procuratore.
Cibaria agnoscere. Vlpian. in l. Sed & si. D. ad exhibend. Si apud officium fuerit depositus exhibendus: cibaria debebit agnoscere, qui exhiberi desiderauit, si non solebat possessor seruum pascere.
Agnoscere & amplecti crimen. Plin. Iunior in epist.
Agnoscere, suscipere, confiteri crimen. Cic. pro C. Rabirio.
Agnoscere debitorem, est vt idoneum accipere, ita vt qui delegat, liberatus sit. Paulus l. Lucius. D. de administratione tut. Budæus.
Debitum. Paulus in l. Lucius Titius. D. de administrat. & per. tutor. Est ratum habere & approbare debitum ab alio factum, illúdque in se recipere, & eum liberare qui tale debitum contraxit.
Hæreditatem. Vlpian. in l. Aristo. D. de iure deliberand. Aristo scribit: non solùm creditoribus, sed etiam hæredi instituto Prætorem subuenire debere, hisque copiam instrumentorum inspiciendorum facere: vt proinde instituere se possint, expediat, nécne, agnoscere hæreditatem.
Nomina, Idem quod agnoscere debitū. Vtitur Paulus in l. quum quæritur. D. de administra. & peric. tutor.
Agnoscere auribus. Hoc est, auditu ipso intelligere. Cicer. 5. de Finibus. Auribus vt nostros possis agnoscere cantus?
Oculis alienis. Plin. lib. 29. cap. 1, Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoscimus.
Sonitum. Virgil. 8. Æneid.
-sed Troius heros
Agnouit sonitum, & diuæ promissa parentis. Vbi Seruius, Agnouit sonitum, hoc est, quid sonitus significaret.
Agnoscere ex se. Cic. pro Plancio, Quanquam iudices (agnosco enim ex me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferuntur. Id est, De me coniicio.
Agnoscendus, participium {ἐπιγνωστέος.} Lucan. lib. 2, Agnoscendus erat.
Agnitus, pen. corrept. Participium {ἐπιγνωσθείς.} Valer. Flaccus. lib. 4,
-salue ô mihi longum
Expectata manus, nostrísque (ait) agnita votis.
Agniti natales, de nullis aliis quàm de ingenuis sunt intelligendi. Author Pomponius in l. hoc sermone. 3. D. Si ingen. esse dic.
Agnitio, Verbale {ἐπίγνωσις.} Plin. lib. 10. cap. 70, Pisces sui cadaueris agnitionē fugientes. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Quæstio de natura deorum, ad agnitionem animi pulcherrima est.
Agnus {ἀμνός, ἀρήν} & in fœminino genere Agna {ἀμνάς,} nonnulli aspirantes scribunt hagnus: sed vsus iam obtinuit vt priore modo scribatur. Festus, Agnus dicitur à Græco ἁγνὸς, quod significat castum, eo quòd sit hostia pura, & immolationi apta. Cicero 2. de Diuinat. in Æquimelium misimus qui afferat agnum quem immolemus.
Audaces agni. Horat. lib. 3. Carmin. Od. 18. ad Faunum,
Inter audaces lupus errat agnos. Non semper audaces, sed Faunalium die, quo videlicet non timeant lupum inter se errantem. Et hoc interueniente numine Fauni euenire dicit, qui die festo suo vult pecora, quæ sub tutela sua sunt, sine periculo esse. Acron & Porphyr.
Autumnalis. Columel. lib. 7. cap. 3.

Agnus melior est autumnalis verno, sicut ait verissimè Celsus.
Agni chordi dicuntur, qui post tempus nascuntur. Varro de re Rust. lib. 2. cap. 1.
Expertes herbæ agni. Id est, Qui nondum herbam ederunt. Columella lib. 7. cap. 3.
Firmus. Vide Agnus editus.
Formosos agnos procreare. Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 2.
Hirtus. Columel. lib. 7. cap. 2.
Hornus. Id est, huius anni. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Imbecillus. Vide Agnus editus.
Immaturus. Columel. lib. 7. cap. 4.
Mollis. Martial. lib. 5. de villa Faustini.
Petulci. Lucret. lib. 2,

Præterea teneri tremulis cùm vocibus hœdi
Corrigeras norunt matres, agnique petulci
Balatum pecudis.

Pingues. Virgil. 1. Æneid.
Robustus. Columel. lib. 7. cap. 3.
Saturior lactis agnus. Vide Agnus immaturus. Var. de Re rust. lib. 2. cap. 2, Vt agni saturi fiant lacte.
Subrumi. Hoc est, lactentes. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1. & rursum cap. 11.
Teneri. Virgil. 3. Eclog.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Tenerior. Vide, Agnus editus.
Validior. Vide, Agnus editus.
Vernus. Vide Autumnalis agnus.
Admittere agnos ad matres. Colum. lib. 7. cap. 5.
Confirmatur agnus. Id est, Firmus efficitur & validus. Vide Autumnalis agnus.
Conualescit agnus. Vide Agnus editus.
Depellere agnos à lacte. Virgil. 6. ecloga,

Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Depulsi agni à matribus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 2, Quum depulsi sunt agni à matribus, adhibenda diligentia est, ne desiderio consenescant.
Desiderant agni matrem. Varro ibidem.
Disiungere agnos à mamma. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 1, Ferè ad quatuor menses à mamma non disiunguntur agni: hœdi, tres: porci, duos.
Agnus editus. Id est, Natus. Columel. lib. 7. cap. 3, Agnus autem quum est editus, erigi debet.
Emittendi à septo agni. Ibidem.
Admouere agnum vberibus. Ibidem.
Agnum lupo eripere. Vide LVPVS.
Lasciuit agnus. Colum. lib. 7. cap. 3.
Luxurians agnus. Ibidem.
Agnos canibus obiicere dicitur, qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponit, quòd id animal omnium maximè sit imbelle. Refertur à Diogeniano & Erasmo in Chiliad.
Senescunt agni desiderio matrum. Var. de Re rust. lib. 2. cap. 2.
Subiicere agnum sub alterius mammam, si parum habet lactis mater. Var. de Re rust. lib. 2. cap. 1.
Subrumare agnos. Id est, Rumæ seu mammæ nutricis submittere. Columel. lib. 7. cap. 4, Diligenti cura seruandum est, vt & suis quotidie matribus, & alienis non amantibus, agni subrumentur.
Summittere agnum nutrici. Vide Agnus immaturus.
Summouere agnos. Id est, E grege tollere, vt lanio vendas. Vide Agnus immaturus.
Sugere mammam matris dicuntur agni. Varro de Re rustica libro 2. cap. 1.
Agna, fœmininum ab Agnus.
Aspera agna. Valerius Flaccus 3. Argonaut. 141,

Aspera nunc pauidos contra ruit agna leones.

Coronata agna aliquid lustrare, siue expiare. Iuuen. Sat. 13.
Humilis. Horat. 2. Carm. 17. Id est, Humilium oblationi apta, Acron.
Lactens. Ouid. lib. 4. de Ponto, Eleg. 8. 9.
Mera. Varr. de Re rust. lib. 2. cap. 2, Oues primùm oportet bonas emere, quæ sita ætate, si neque vetulæ sunt, neque meræ agnæ: quòd alteræ iã nondum, alteræ iam non possunt dare fructum.
Muta. Horat. 2. Serm. 3.
Niuea. Iuuenal. satyr. 12,

-niueam reginæ cædimus agnam. Hoc est, Iunoni deorum reginæ agnam candidam immolamus.

Nitida agna. Horat. 2. Serm. 3.
Nouella agna. Ouid. de Arte amandi, lib. 1. 24.
Pauens agna. Ouid. 6. Metam.
Pulla agna. Id est, Nigra. Horat. 1. Serm. 8.
Tenera agna. Stat. 8. Thebaid. de leone.
Agna, agnæ, mensuræ genus in agrorum dimensione. Colum. lib. 5. cap. 16. Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX. Et paulo pòst, Sed hunc actum prouinciæ Bæticæ rustici Agnam vocant. Alij legunt Acnuam, vt est apud Varronem de Re rust. lib. 1. cap. 10.
Agnellus, diminutiuum {ἀρνίσκος} Plaut. Asin. 12, Agnellum hœdillum meum tuum dic esse.
Agninus, pen. prod. adiectiuum {ἀρνειός} Quod ex agno est, aut ad agnum pertinet: vt agnina pellis, agnina caro. Plin. lib. 20. cap. 4, Muris aranei morsus sanatur coagulo agnino in vino poto. Plaut. Aulul. 13, Rogito pisces, indicant caros, agninam caram, bubulam, vitulinã. In his & similibus substantiuum nomen Caro subauditur.
Agninis lactibus canem alligare. Plaut. in Pseud.

-quia pol qua opera credam tibi,
Vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Qui canem alligat intestinis agninis, is non modò canem amittit, verùm & prædam vltrò dederit fugitiuo. Sic qui credit aliquid homini malæ fidei, & rem perdit, & frustra obligatum habet eum, qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora. Erasm. in Chiliad.

Agninæ pelles, & caprinæ. Vlpian. in l. Argumento. §. 1. D. de aur. & arg. legat.
Agnina vilis. Horat.

-tabulas cœnabat omasi Vilis & agninæ. Agninæ autem potius quàm agnini legendum esse censet Turnebus, & authoritate veterum librorum, & opinione antiquorum impulsus, qui agninam despicatui habebant, & vilissimam ducebant. Hinc indignè fert & stomachatur Plautinus parasitus à lanijs vẽdi agninam pro arietina.
Tum lanij autem [inquit] qui concinnant liberis orbas oues,
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.

Apud Philonem quoque in presbeutico agninæ carnes vt insuaues illuduntur à Caligula.
Agnos, siue Agnus, Latinè dicitur Vitex. Agnus (inquã) quòd, authore Galeno, castitatem conseruet iis quibus aut estur, aut bibitur, aut substernitur. Herbarij agnum castum appellant, vtraque voce idem significante. Ruellius lib. 1. cap. 141.
Ago, agis, priore corr. egi, actum {ἄγω, πράσσω, ποιῶ} agere. Horat. Quid agis, dulcissime, rerum? Cic. de Senectute, Sed videtis vt senectus non modò languida atque iners non sit, verùm etiam sit operosa, & semper agens aliquid & moliens.
Agit, qui omnino intentus est alicui negotio: & (vt loquitur Horatius) totus est in eo. Cic. in Tuscul., Vt facilè intelligi possit animum & videre, & audire: non eas partes animi quæ quasi fenestræ sunt animæ: quibus tamen mens nihil sentire queat, nisi id agat & adsit. Id est, Nisi magnopere intenta sit.
Agere & facere. Cic. 3. Philipp. Quod agendum atque faciendum, id nõ modò non recusem, sed appetam etiam atque deposcam.
Agere & facere, item actus & effectus, quid differant, docet his verbis Quintil. lib. 2. cap. 18, Artium, inquit, aliæ positæ sunt in inspectione, Id est, cognitione & æstimatione rerum: qualis est Astrologia, nullum exigens actum, sed ipso rei cuius studium habet, intellectu contenta: quæ Theoreticæ vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficitur, nihilque post actum operis relinquit, quæ Practice dicitur, qualis est saltatio. Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis subiicitur, consummatione finem accipiunt, quam Poeticen appellamus, qualis est pictura.
Agere & moliri aliquid. Cic. pro Muræna. Id quod (mihi crede) & agũt & moliuntur.
Agere, pro facere. Virgil. 10. Æneid. Ardens limitem agit ferro.
Agere, facere. Liu. Permissum à Senatu Consulibus non esset, agerent, facerent, vt è Republica ducerent.
Agere, pro Curare, laborare, pugnare, contendere. Cic. pro Roscio Amer. Sin aliud agitur nihil, nisi vt his nequid desit quibus satis nihil est: si hoc solum hoc tempore pugnatur. Paulò pòst, Etenim quid aliud hoc iudicio tentatur, nisi vt id fieri liceat? Idem 1. Offic. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum qui tum quum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Hoc est, Id laborant & contendunt. Idem pro domo sua ad Pontif. Nónne id agendum nobis omnibus fuit, vt materiem subtraheremus furori tuo? Id est, Curandum.
Agere, ad lites & iudicia relatum: vt, Agere furti. Hoc est, Actionem furti intendere: quod est, De furto apud iudicem accusare. Vnde & actor in iudicio dicitur, qui accusat. Cic. pro Cluentio, Deinde aliquando cum seruo Habiti furti egit.
Agere iniuriarũ. Cic. 2. de Inuent. Agit is cui manus præcisa est, iniuriarum. In his & similibus subauditur ablatiuus, Crimine, aut Actione.
Agere dicitur, qui exceptione vtitur. leg. 1. D. de except.
Agere pecuniariam litem aduersum aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Agere, plus est quàm contrahere. Vlpian. in l. Labeo. D. de verb. & rer. signif. Labeo libro primo Prætoris Vrbani definit, quòd quædam aguntur, quædam geruntur, quædam contrahuntur: & Actum quidem, generale verbum esse, siue verbis quid agatur, vt in stipulatione, siue re, vt in numeratione pecuniæ. Cõtractum autem vltrò citróque obligationem esse: quod Græci συνάλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem. Gestum, rem significare sine verbis factam.
Agere, Applicare, Admouere. Virgil. 2. Æneid.

-obsessúmque acta testudine limen. Seruius. Sic agere vineas & turres. Cæsar 3. bell. Gallici, Quibus fortiter resistentibus, vineas turrésque egit. Sic lib. 7, Vineas autem & turres dicit machinamenta bellica ad vrbes oppugnandas.

Agere, Aduertere, attendere. Terent. And. 1. 2, S. Hoccine agis, an non? D. ego verò istuc. Plaut. Vos hoc agite. Vnde est illud Terentianum, Alias res agis: Hoc est, Aliud cogitas, non huc attendis. Vide paulo pòst, Alias res agere.
Agere, pro Exigere. Terent. Adelph. 1. 1,

-do, prætermitto: non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere.

Agere & Ducere. Virg. in Bucolicis,

-en ipse capellas
Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco.

Agere, Fugare. Virgil. 2. Georg.

Et membris agit atra venena. Nonius.

Agere, Gerere. Cic. ad Cælium lib. 2. 8. Non ædepol quãtam egeris rem, neque quantum facinus feceris, &c.
Agere, pro Gerere, quod est Ferre. Varr. Bimargo, Non Hercules potes qui agebas, sed conopeum. Hadrianus Iunius sic legit, Non Hercules potest, qui Augiæ egit κόπρον. & rectius. Ex Nonio.
Agere, Mouere, vt Agere caudam. Colum. lib. 6. cap. 6.
Agere, Loqui. Terent. Adelph. 1. 1, Sed éstne ipsus de quo agebam?
Agere, pro Morari: vt Agere in secessibus. Vlpian. in l. Quid tamen. §. si arbiter iusserit. D. de recept. arbitr.
Agere, plus quàm Commemorare. Cic. 2. Ver. Omnia non modò commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur.
Agere, Regere. Virgil. 1. Æneid. Tros, Tyriúsque mihi nullo discrimine agetur. Seruius.

Agere, Vexare, inquietare: quod vsitatius Agitare dicitur. Virg. 4. Æneid.
-agit ipse furentem
In somnis ferus Æneas.

Agere, Vrgere, persequi, ait Seru. Virgil. 4. Æneid.
-qualis coniecta cerua sagitta,
Quam procul incautam nemora inter Cressia fixit
Pastor agens telis. Terent. Adelph. 3. 2, Cæteros ruerem, agerem, raperem. Vbi Donatus, Agerem, persequerer, premerem.

Agere, Letho dare, Nonio. Virg. lib. 1. Æneid.
-tum vulgus & omnem Miscet agens telis, &c.

Agere, modò significat Ante se pellere. Virg. Et potum pastas age Tityre. Modò significat Repedere, vt, cùm dicimus, Gratias ago. Modò Verbis indicare, vt cùm dicimus, Caussam ago. Quinetiam si accessit gestus & vultus quidam decor, vt cùm scenici agere dicuntur. Hæc Festus.

Agere, Porrigere. Cic. 2. Offic. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Nonius.

Agere, absolutè, pro Viuere. Tacit. Annal. lib. 3. Non modò apud illos homines qui tum agebant, etiam sequutis temporibus vario rumore iactata.

Agere inter homines. Id est, Viuere, vitam exigere. Tacit. Agere inter homines desiit.

Agere, multis modis acceptum. Martial. in Attalum lib. 1,
Semper agis causas, & res agis Attale semper:
Est, non est quod agas, Attale semper agis.
Si res, & causæ desunt, agis Attale mulas.
Attale, ne quod agas desit, agas animã. Vbi, Agis causas, significat declamas. Agis res, agis negotia. Agis mulas, ducis. Agas animam, Morere.

Agi & ferri, Prouerbialis figura est, translata à more militari, quòd illic homines & iumenta aguntur, sarcinæ feruntur. Hac autem vtimur, pro eo quod est Populari aut Vexare. Liu. de bello Maced. lib. 8, Tum demum fracta pertinacia est, vt ferri agíque res suas viderunt. Ad hunc modum vsus est idem 4. Decad. lib. 10. ¶ Transfertur quandóq; ad animum. Tacit. de Orat. Nunc principes in Cæsaris amicitia agunt ferúntque cuncta. Hoc est, Pro arbitrio agunt quicquid volunt. Erasm. in Chiliad.

Agere, Intendere, inquirere. Virg. Bucol.
Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto. Nonius.

Agere aliquem ad aliquid, Impellere, inducere, incitare. Liu. 9. bel. Maced. Captas mentes velut furialibus stimulis ad omne scelus & omnẽ libidinem agerent.

Accuratè aliquid agere. Plaut. Capt. 5.

Acerrimé. Cic. 2. de Orat.

Agere ad. Horat. 2. Serm. satyr. 7,
Siquis ad illa deus subitò te agat, vsque recuses.

Agi ad furores extremos. Valer. Flac. 6. Argon.

Agere ad populum. Cic. ad Att. lib. 1.

Omnia ad præscriptum. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Æmulatus, pro Æmulationes. Hoc est, æmulari. Tacit lib. 13, Ne in vrbe æmulatus ageret, prouinciæ Lusitaniæ præficitur.

Ætatem. Cic. de claris Orat. Idem quod degere, viuere.

Ætatem desidiosè. Vide AETAS.

Ætatem in literis. Cic. 2. de Legib.

Æuum. Ouid. 15. Metam.

Æuum cum diis in cælo. Cic. 1. Tuscul.

Æuum per crimina. Id est, Viuere sceleratè & dedecorosè. Ouid. 10. Metamor.

Aliquem. Id est, Repræsentare & exprimere alicuius personam. Cic. ad Cælium, lib. 2. epist. 8, Itaque quum primùm audiui, ego ille ipse factus sum, scis quem dico. egíque illos omnes adolescentes, quos ille iactitat. Id est, Repræsentaui. Idem pro Roscio Comœdo, Nam Ballionem illum improbissimũ & periurissimum lenonem quum agit, agit Chæream.

Aliud agere. Vide Alias res agere.

Ambages. Plaut. Pseud. 22. pro, Vti ambagibus.

Ambiguè. Corn. Tacit. lib. 19.

Amicum. Plin. Iunior in Paneg. Tunc maximè imperator, quum amicum ex imperatore agit. Sic agere patrem, iudicem, regem, consulem, & similia.

Amphidromiam agis. Vide AMPHIDROMIA.

Animalia. Vide Agere pecora.

Animam, qui est morti proximus: qui languet, éstque in confinio mortis & vitæ. Cic. 1. Tuscul. Animum autem, alij animam, vt ferè nostri declarant, nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus.

Animum. Horat. in Arte,
Et quocunque volent animum auditoris agunto. Id est, Impellant, afficiant, trahant & rapiant in quencunque affectum volent.

Animo non inimico agere. Cic. 7. Verr.

Animo magno & forti rem aliquam agere. Cic. ad Attic. lib. 8.

Annum, &c. Varro 2. de Re rust. cap. 7. Liu. 3. ab Vrbe. Cic. de Senect. 5.

Agitur annus. Vide Agitur mensis.

Apologum. Plaut. Sticho 9.

Apud aliquos. Cic. 2. de Orat.

Aquas agit riuus. Ouid. 1. Fast.

Arbitrium alicuius rei, Id est, Statuere pro arbitrio. Liu. 5. Decad. lib. 4, Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli pacísque agere. Tacit. lib. 20, Proinde perfuga Batauus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, sed meritas sceleris pœnas expectaret.

Astutè. Matius Ciceroni lib. 11. 28.

Agere autem, pro persequi, Venuleius eleganter dixit in l. vlt. D. Quod vi aut clam.

Auguriis diuûm agimur. Virgil. 3. Æneid.

Bella agenda non puero. Ouid. De art. amand.

Bene mecum agitur, Idem est quod in bona conditione sum. Cic. in Lælio, Cum illo verò quis neget actum esse præclarè? Nonnunquam actiuè. Valerius Maxim. libro 5, Benè egissent Athenienses cum Milciade, si eum post trecenta millia Persarum in Marathone deuicta, in exilium protinus misissent, ac non in carcere & vinculis mori coegissent.

Blanditiis agitur nihil. Ouid. 6. Metam.

Agere canticum, dicitur tibicen. Liu. 7. ab Vrbe, Venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quũ statuisset, canticum egisse aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis vsus impediebat.

Captiuos sub curribus. Martial. lib. 8. pro In triumpho ducere.

Causam, vel causas. Vide ACTOR. Plin. lib. 17. cap. 4, Quum causam apud Censores ageret.

Censuram inter aliquos, pro exercere. Senec. epist. 67.

Censura agitur. Ouid. 6. Fast.

Agere circúm: id est, in circuitu. Virgil. 1. Æneid.
-ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circùm, & rapidus vorat æquore vortex.

Circùm caput. Colum. lib. 3. cap. 21, Et quod de sacro numine poeta dicit,
Et quocunque deus circùm caput egit honestum.

Ciuem mirificum. Cælius Cic. lib. 8. epist. vltima, Dum mirificum ciuem agis, amici officium neglexisti.

Coliculum agit olus. Columella libr. 11. cap. 56. Hoc est, Emittit, producit.

Communiter aliquid. Cic. 3. de Fin. Sic equidem diligentius sæpiúsque ista loquimur inter nos, agemúsque communiter.

Consilia. Liu. 10. ab Vrbe, Consilia secreta agunt, id est, Tractant.

Consulem. Plin. Iunior in Paneg. 127. & Valerius Maximus. Sic agere Tribunitiam potestatem. Liu. 4. ab Vrbe.

Contagia laté. Ouid. 7. Metam. Hoc est, corruptionem longè spargunt & immittunt.

Contentione magna. Liu. 1. Decad. lib. 3. Vide ORO.

Conuentus. Cæsar 10. belli Gall. & 6.

Conuiuam lætum, Lætè conuiuari. Horat. 2. Serm. 6.

Crimen, Idem quod Tractare crimen. Cic. 6. Verr. Hic nolite expectare dum ego hoc crimen agam ostiatim. Id est, nolo omnes familias, quas hoc crimine vexarit Verres, recensere.

Crimen ostiatim. Vide Ostiatim in OSTIVM.

Agere cum alio re aliqua, ferè declaratur per verbum Vtor, aut per verbum quod significationem habeat conuenientem rei de qua agitur. Cic. Pæto, lib. 9, Veruntamen quid tibi ego videor in epistolis? nónne plebeio sermone agere tecum? Idem ad Q. frat. lib. 1. 4, Non enim gladiis mecum, sed litibus agetur. Id est, Ille non vtetur (vel illi non vtentur) gladiis aduersum me, sed litibus. Aut, Non tractabor gladiis, &c. Sic dicimus

Agere cum aliquo, De re aliqua tractare. Cæsar 1. bell. Gall. Is ita cum Cæsare egit, si pacem populus Ro. cum Heluetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Heluetios.

Agere cum aliquo: in alia significatione, pro eo quod est, Eum de re aliqua sollicitare: siue, vt alij interpretantur, Rogare, petere, suadere. Cic. pro Planc. Res verò ipsa publica si loqui posset, ageret mecum, vt quoniam sibi seruissem semper, nũquam mihi: iam mihi seruirem, consulerem meis.

Agere cum Tribuno plebis. Cic. Attic. lib. 7. epist. 7. de Curione Tribun. pl. Nunquam enim Curio sustinuisset, si cum eo agi cœptum esset. Sic autem agebatur cum Tribunis plebis: Fiebant in eos senatusconsulta acerrima, nisi intercessionem remitterent. vt de domo Ciceronis, quum sententiæ grauissimæ dicerentur in Serranum, qui senatusconsulto intercesserat, pertimuit, & intercessionem omisit. Vide ad Attic. lib. 4. epist. 2.

Agere cum aliquo, additis aduerbiis, per verbum Tractare declaratur: vt Pacificè egit mecum. Id est, Pacificè me tractauit, Non acerbè egit mecum, non inimicè, &c.

Agere cum aliquo, item alio modo. Terẽt. Quid cum illis agas, qui neque ius, &c. Id est, Quod ius ab illis obtineas?

Agere cum aliquo, in alia significatione. Plaut. Nihil ago tecum. Hoc est, nihil rei mihi est tecum. Indoctè dicitur, *Nihil habeo ad faciendum tecum.*

Accuratè agere cum aliquo, vt. Cic. ad Att. lib. 16, Egit mecum accuratè, multísque verbis, tibi vt sponderem, se dignum & te & nobis futurum.

Accuratè & prudenter cũ aliquo de re aliqua. Cic. Cælio lib. 2. epist. 14.

Familiariter. Cic. ad Catonem imperatorem, lib. 15. 4, Agam iam tecum familiariter, vt est & studiis & officiis nostris mutuis, & summa amicitia dignum, &c.

Gladiis. Vide Agere cum alio re aliqua.

Grauiter. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Hortatione, pro Hortari aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Ac iam hoc loco non hortatione, neque præceptis, sed precibus tecum fraternis ago.

Iracundè. Cic. 8. Philipp. Vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Leniter. Vide Agere seuerè cum aliquo.

Litibus. Vide Agere cum alio re aliqua.

Præceptis, pro Præcipere alicui. Vide Hortatione cum aliquo agere.

Precibus cum aliquo agere, pro Precari aliquem. Vide Hortatione cum aliquo agere.

Sermone plebeio. Vide Agere cum alio re aliqua.

Priscè, Remissè, &c. Seuerè. Cic. pro Cælio, Sed tamen ex ipsa quæram prius, vtrum me secum seuerè & grauiter & priscè agere malit, an remissè ac leniter & vrbanè.

Simpliciter. Cicer. 4. Academ. Cum simplici homine simpliciter agerem.

Tabellis obsignatis. Hoc est, aliquem conuincere testimonio suarũ literarum. Cic. 5. Tusc. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, & testificaris quid dixerim aliquando, aut scripserim.

Vehementer. Vide, Agere iracundè cum aliquo.

Vrbanè. Vide, Agere seuerè cum aliquo.

Cum

Cum Patribus. Cic. 3. de Legibus, Cum populo Patribúsq; agendi ius esto Consuli.
Cum populo. Gell. lib. 13. cap. 14, Cum populo agere, est Rogare quid populum, quod suffragiis suis aut iubeat, aut vetet. Concionē autem habere, est Verba facere ad populum sine vlla rogatione.
Cuniculos ad ærarium. Cic 3. Offic.
Curam. Liu. 2. ab Vrbe. Valerius lib. 1. cap. de Religione, Magna conseruandę religionis apud maiores nostros cura acta est. Id est, magna adhibita est diligentia. Agere curam, nihil aliud est quàm Curare: quod & Gerere curam dicitur. vt, Age curam rerum tuarum: quod est, Cura res tuas.
Curam de se. Liuius.
Cursum. Plin. lib. 5. ca. 24, Euphrates cursum ad occasum solis agit. Pro eo quod est, Labitur.
Custodiam vrbis, Vrbem diligenter custodire, Ad eius custodiam excubare. Liu. 5. ab Vrbe.
Agere aliquid de publico consilio. Cic. 2. de Inuent.
Agere de. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2, De cæteris rebus quicquid erit actū, scribam ad te.
Agere de pace, & similibus, eleganter pro Tractare. Liu. 2. bel. Maced. Cic. Att. lib. 1. 14.
Agere de re aliqua ad fidem, est ita componere actionē, vt fidem faciat, agentique credatur. Liu. lib. 3. bel. Maced. Antiochus missis ad Quintium legatis, qui ad fidē de societate agerent, omnia Asiæ legens peruenit in Lyciam, &c.
Seuerè agere de re aliqua Cic. ad Attic. lib. 16, De summa autem, agi prorsus vehementer & seuerè volo.
Agere aliquid de loco superiore. Cic. 6. Verr. Atque hæc agebantur in conuentu palam de sella, ac de loco superiore.
Agitur caput, fama, existimatio, fides, officium, fortunæ meæ. Id est, in periculo versatur: nunquā autem agitur de capite, de fama, &c. nam Agere de aliqua re, est Verba facere: sermonem, aut consilium habere. Proinde in Lælio apud Cic. locus ille corruptus est, Et si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates sint adiuuandæ, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, &c. legendúmq;, vt scriptum reperi in cod. antiqu. Aut caput agatur. & ita A. Gell. lib. 1. cap. 3. Ex Lambino in illud Horatij, Nam tua res agitur, &c.
Delectum. Plin. lib. 7. ca. 29, Ingeniorū glorię quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? Pro discernere ingenia, vel inter ingenia.
Agi desiderio alicuius rei. Liuius 9. belli Punici, Id est, Moueri, impelli, accendi.
Diem vitæ extremum agere, Cic. 2. de Finib. Et vltimū diem, Liu. 5. ab Vrbe. Hæc significant quempiam esse in extremo vitæ die.
Diem festum. Cicer. 6. Verr. Vbi ad hoc vsque tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt. Sic agere diem natalem. Agere diem festum, Est festum diem obseruare: siue, vt vulgus loquitur, *solennizare, vel facere festum.* Sic agere ferias. Id est, feriari, apud Plautum.
Diem vnum benè agere ex philosophiæ præceptis. Cicero 5. Tuscul. Est autem vnus dies bene & ex præceptis tuis actus, penè toti immortalitati anteponendus.
Diris agere aliquem. Horat. Epod. 5.
Diligenter aliquid agere. Cic. Catoni lib. 15. epist. 4, Quod quum ab illo diligenter esset actum, ego in castra ad septimum calendas Septembres veni.
Agentur à nobis omnia diligenter. Cic. Lentulo lib. 1. 5.
Ensis agit plurima bello nauali. Lucan. lib. 3.
Agere equum in viam. Liu. 3. bel. Pun.
Error agit aliquem. Ouid. 3. Fast.
Agere ex æquo. Tacit. lib. 20, Aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.
Res agitur ex animo. Author ad Heren. lib. 3, Hoc scire tamen oportet, pronuntiationē bonā id perficere, vt res ex animo agi videatur. Hoc est, non fictè, non simulatè.
Ex diuerso agere. Quintil. lib. 5. cap. 11, Aut aduersarij, aut eius qui ex diuerso agit.
Ex fide bona agere. Cic. 3. Offic.
Agere ex insidiis. Cic. de Offic. Id est, insidiosè, siue, per insidias.
Agere rempublicam, pro administrare. Paul. in l. 35. §. 3. D. ex quibus caussis maiores.
Ex sponso siue ex sponsu agere. Quod recentiores dixerunt, Agere ex stipulatu. Cic. pro Quintio, Sponsionem facere maluit: fecit. te iudicem C. Aquili sumpsit: ex sponso egit. Seru. Sulpitius apud Gellium, Sed si post eas stipulationes vxor non dabatur, aut nō ducebatur, qui stipulabatur, ex sponsu agebat.
Ex syngrapha cum aliquo. Cic. pro Muræna, Pergitisne vos, tanquam ex syngrapha, agere cum populo? Id est, Populum veluti ex syngrapha obligatum quasi in ius vocare, & cogere?
Exemplis. Plinius libro 10. cap. 75, Etsi exemplis agatur, profectò paria fiant.
Experimenta. Plin. lib. 29. cap. 1, Discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt. Id est, artis suæ periculum faciunt, atque ita eam approbant & confirmant. De medicis loquitur.
Agere fabulam, comœdiam, tragœdiam. Cic. 11. Philipp. Quorum alter commentatus est mimos, alter egit tragœdiam. Videtur Cicero de authore tragœdiæ hic intellexisse, vt sit EGIT, pro FECIT. Nam poeta comœdiam siue tragœdiam facit, qui componit eam: vt sæpè apud Plautum & Terentium. Histrio verò comœdiam agit, qui eam populo voce ac gestu repręsentat: quod ludere vulgò dicitur. Vnde appellata est Actio: & qui agunt, Actores dicti. Terentius in prologo Eunuch.
-nunc quam acturi sumus Menandri Eunuchum. In agendis autem fabulis, alius aliam personam agit. vt agit hic Simonem, ille Dauum, alius Pamphilum, aut Thaidem, &c.
Fama agit aliquem. Horat. 2. Carm. 2,
Viuet extento Proculeius æuo,
Notus in fratres animi paterni
Illum aget penna metuente solui
Fama superstes. Acron, Id est, Ducet per notitias omnium.
Folia agit ficus. Hoc est, emittit. Colum. lib. 5. cap. 10.
Fortuna nostra agitur per aduersas procellas. Ouid. 5. Trist. eleg. 13.
Agere forum. Cic. Att. lib. 5, In vltimam prouinciam se cōiecit, Tarsum vsque: ibi forum agit. Id est, ius dicit.
Frigora agunt venti. Virgil. 1. Georg.
Æstusque, pluuiásque & agentes frigora ventos.
Agere frondem dicitur arbor. Plin. lib. 18. cap. 6.
Fugam, Fugere. Liu. 5. bell. Pun.
Fundamenta. Id est, ponere, vel ducere. Cic. pro Milone, Qui parietem sic per vestibulum sororis instituit ducere, sic agere fundamenta, vt sororem non modò vestibulo priuaret, sed omni aditu & lumine.
Gemmas agit vitis, aut arbor. Varro de Re rust. libro 1. cap. 30. Hoc est, emittit.
Agere gestum in scena. Cic. 2. de Orat. Et pro Quintio.
Genialiter agere festum. Ouid. 11. Metam.
Gnauiter aliquid. Horat. 1. Epist. 1.
Gradus agere præcipites. Valer. Flac. 8. Argonaut.
Gradus agere tacitos. Valer. Flac. 3. Argonaut. Id est tacitè.
Agere grates, poeticum magis quàm oratorium. Cic. de somnio Scipionis, Et grates (inquit) tibi ago summe Sol, vobísque reliqui Cœlites.
Gratias. Plancus ad Ciceronem, Immortales ago tibi gratias, agámque dum viuam.
Gratias furtiuè. In angulo ad aurem. Senec. de benef. lib. 2. cap. 23.
Gratias remotis arbitris. Senec. lib. 2. cap. 23, Ingratus est, qui remotis arbitris agit gratias.
Gratias alicui apud alium. Cic. Silio lib. 13. epist. 66, Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles.
De re aliqua. Cic. Att. lib. 1. 15, Atticam meam gratias mihi agere de matre, gaudeo. Hic DE, ob siue propter significat.
In aliqua re. Cic. Attic. libro 2. epist. 24, Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias. In quo ei Pompeius gratias egerat. Pro, Qua de re.
In singulas res. Cicero in Epist. Facere non possum quin in singulas res, meritáque tua tibi gratias agam. Pro, Ob res singulas: siue, De rebus singulis.
Pro re aliqua. Cæsar, Gratias pro eorum studio erga se egit.
Dicimus agere maximas gratias, meritas, incredibiles, singulares, singularibus verbis, & amplissimis. Ex Terentio, & Cicerone.
Age hoc. Præco in sacris faciendis dicebat, Hoc age. quod significat, Ad hoc solùm attende animúmq; aduerte, Author Plutarchus in Coriol. Plaut. in Persa, Hoc age. opúsne est hac tibi empta? Hoc est, Animaduerte, & intentus esto in hanc rem.
Hoc age. Terent. Phorm. 2. 3, Te oblectet, tibi habe. P. minue verò iram. D. hoc age. Vbi donatus, Hoc age, annuentis est.
Hoc agite. Terent. Eunuch. 1. 2, Hoc agite amabo. Vbi Donatus, Hoc agite, pro aduerbio corripientis est positum: aut certè pro adhortatione audientiæ præbendæ. Sic Plaut. Hoc agite sultis spectatores. Et conuenit velut nutu audientiam significantis, & gestu hoc ipsum adiuuantis.
Agere hyemem sub tectis: Id est, trāsigere. Liu. 5. ab Vrbe. Sic æstiua agere sub tectis, Liu. 7. bel. Pun.
Agere ictum, pro impellere. Liu. 5. Decad. lib. 2.
Id agere, vt hoc fiat. Hoc est, eò tendere vt illud fiat. Cic. 4. Verr. Intellectum est id istum agere, vt quum Stenium sine vllo argumēto ac sine teste damnasset, tū, &c. Idem 4. Acad. Non ergo id agitur, vt aliquid assensu meo comprobem.
Idus agendæ sunt tibi mecum. Horat. 4. Carm. 11. Acron: Id est, Celebrandæ. Diem verò natalem Mœcenatis significat, nimirum Idus Apriles.
Imperium agere. Plin. lib. 7. cap. 28.
Impetus agit aliquem. Ouid. 2. Metam.
Agere in, pro Esse. Virg. 5. Æneid.
Nunc ego Getulis agerem si syrtibus exul. Vbi Seruius, Si in Getulis syrtibus agerem: Id est, essem. Plin. lib. 8. ca. 25, Dies in terra agit, noctes in aqua.
Agere in furore, pro Furiosum esse. Vlpian. in l. Patre furioso. D. De iis qui sui vel alie. iuris sunt.
Agit animum in admirationem. Plin. lib. 25. cap. 1, Id est, Impellit, & quasi rapit atque trahit.
In arma. Liu. 6. ab Vrbe.
Agere in crucem. Id est, Tollere. Cic. 7. Verr. & lib. 5. de Finib.
In cruciatum & crucem. Cicero 7. Verr. Non tu hoc loco Gauium, non vnum hominem nescio quem ciuem Romanum, sed communem libertatis & ciuitatis causam in illum cruciatum & crucem egisti.
In exilium. Plin. lib. 7. cap. 30. Et Liu. 5. bel. Pun.
In fraudem. Virg. 10. Æneid. Id est, in periculum.
In fugam, Fugare. Liuius.
In hoc agam, vt eum deleget mihi. Vlp. in l. Idémq;. §. Si cui. D. Mandat.
In orbem agi. Virgil. 2. Georg.
In bona spe. Tacit. lib. 12. ad finem, Crebróque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quò miles bona in spe ageret.
Inconsideratè & negligenter. Vide NEGLIGO.
Incuriosius. Tacit. lib. 20, Cæsæ cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes.
Inquisitio agitur. Plin. lib. 29. cap. 1, Inquisitio per parietes agitur.
Inter bonos bene agier. Cic. ad Trebatium lib. 7. epist. Fam. 12, Vbi porrò erit illa formulæ fiducię, Inter bonos bene agier? Hæc formula pertinet ad omnes contractus bonæ fidei. Monet autem viros bonos multa debere præstare, quæ etiam non sunt lingua nuncupata.
Iter agere. Ouid. 2. de Arte amandi, de Icaro.
Iudicium agi. Plin. lib. 9. cap. 35. Postero die quo iudicium agebatur.
Iudicio agere cum aliquo. Scæuola l. penult. D. de acquir. hæredit.
Iure summo agere. Budæus, Summo iure agere dicebant antiqui, pro

eo quod est,non ex æquo & bono,sed iniquiore quodam iure & præfracto.Cic.pro Cecinna,Non enim minus laborat Cecinna,ne summo iure egisse,quàm ne certum ius obtinuisse videatur.
Agere laudes & grates diis.Liu.7.ab Vrbe.
Legationem apud aliquem.Pro exequi legationis munus.Asconius.
Agere dicuntur legati. Pro eo quod est , legationis munus exequi. Liu. 9.ab Vrbe.
Lege agere.Terent.Phorm.5.8, Lege agito ergo. Vbi Donatus, Lege agito,dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduersario videbatur. Cic.1.de Orat. Agerent enim tecum lege primùm Pythagorei omnes. Vide Lege agere in LEX.
Lege agere in hæreditatem paternam.Cic.lib.1.de Orat.
Leniter. Vide LENIS.
Lentè agere.Vide LENTVS.
Limes agendus.Ouid.3.de Arte amandi,
Nec stabiles animos annis,viridémque iuuentam
Vt capias, idem limes agendus erit. Hoc est, non iisdem artibus fefelleris senem & iuuenem.Prouerbium.
Agere tractaréque locos dicendo.Cic.2.de Orat.
Agere mandata.Idem quòd mandata exequi.Cic.Att.lib.9.
Agit mecum fortuna secundis rebus.Id est,fauet.Lucan.lib.1.
Agit mecum duris legibus. Non verbis posthac, sed verberibus agam tecum. Summo iure egit cum illo,& similia.
Agitur mensis,aut annus. Plin.lib.14. cap.1. A Virgilij vatis obitu , 2 c. aguntur anni. Teren.Hecyra 3.3, Tum postquam ad te venit, mensis iam hic agitur septimus.
Mensuram alicuius rei agere. Plinius libro 15. capite 3, Amurcæ mensuram nemo agit. Id est,nemo amurcam metitur, siue ad mensuram redigit.
Morem.Sallustius,Primùm omnium,omittendum morem hunc,quem agitis impigræ linguæ.
Foras agendus est metus mortis.Lucret.lib.3,
Et metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus,humanam qui vitam turbat ab imo. Hoc est expellendus omni ex parte.
Agere pingui Minerua.Cic.in Lælio,Agamus igitur pingui Minerua,vt aiunt. Hoc est , omissa omni obscuritate & nimia subtilitate, hanc rem tractemus crassius : siue (vt imperiti loquuntur) *Loquamur grosso modo*. Prouerbiale est.
Modestè agere.Quintil.lib.5.cap.6.
Modicè agere quippiam.Cic.pro Cælio,Nunc agā modicè, nec longius progrediar,quàm me mea fides & causa ipsa coget.Vide MODVS.
Multum agit sexus, ætas,conditio : vt in fœminis,senibus,&c. Quintil. lib.4.cap.1.
Non multum egerit.Curius ad Cic. lib.7. Epist. Quod quidem si inter vos senes venale proscripserit, egerit non multum. Id est,non multum profecerit.
Agere ne.Liu.9.belli Punici,Omnia,ne id fieret, Carthaginiensibus, de industria agentibus. Hoc est,omni conatu eò tendentibus,vt illud impediretur.
Agere negotium suum.Id est,Rem priuatam curare. Nam Agere suum negotium dicitur,qui sic in propriis rebus est occupatus , vt nihil curet aliena.Cic.1.Offic.Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuendę, aut odio quodam hominum,suum se negotium agere dicant.
Nihil agere. Vide NIHIL.
Nihil aliud agit,nisi. Cicero 4.Acad. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi in vtranque partem dicendo & audiendo eliciant,&c.
Nimbos agens Eurus.Horat.2.Carm.16.
Noctem inter gaudia agere.Virg.6 Æneid.Id est,Ducere.
Nugas agere,pro Nugari.Plaut.Cistel.7.
Agere orbem,naufragum, periclitátem, quorum induere personas non attinet nisi affectus summus,Quintil.
Orationem. Cic. de Senect. Agere orationem, non est eam componere aut scribere,sed orationem palàm habere, siue pronunciare. Nam in priore significatu,facere orationem,sicut facere carmen,dicimus.
Oscitanter.Vide, OSCITANTER.
Otia:id est,in otio & tranquillitate viuere,vel otiari.Virg.Georg.3,
Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra.
Pacem.Sallustius.Liceátne tum pacem agere.
Pacem,pro Quiescere.Sil.Ital.lib.7,
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.
Partes aliquas,siue aliquam.Cic ad Trebatium lib.7.6, Et quando Medeam agere cœpi , illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit,nequicquam sapit. Idem,Quum tibi propè necesse esset, eas agere partes. Hoc est , suscipere inimicitias cum inimicis meis. Sed hoc traxit Cicero à fabularum personis. vt in comœdia , Agere partes lenonis,est Lenonem agere. Vbi etiam agere primas partes ea persona dicitur,quæ præcipua est in ipsa comœdia. Terent.in prolog.Phorm.Quia primas partes qui aget,is erit Phormio.Cic.in Bruto, Quum Cotta princeps adhibitus esset , priores tamen agere Hortensium.Hoc est,superiorem esse.
Partes alicuius vicissim. Terent. Phorm. 5. 5. Vicissim partes tuas acturus est. Id est, facturus officium tuum,sicut eius officium fecisti.
Primas partes in re aliqua. Cic.in Bruto, Primas agebat in causis Hortensius. Id est , principatum in causis agendis obtinebat. Primas, sub.partes.
Partes lenitatis & misericordiæ. Cic. pro Muræna, Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter:illam verò grauitatis seueritatísque personam non appetiui, sed ab Republica mihi impositam,sustinui.
Agi dicuntur pecora,vt ait Seruius.Virg Eclog.1,
-en,ipse capellas
Protenus æger ago. Sic agere præ se arméta,Liu.1.ab Vrbe. Item iumentum per campum,Cic. pro Cecinna. Mulas, Martial.libro 1. Quintilian.us libro 2.cap.17.
Agas asellum. Prouerbium:refertur à Cicerone lib.2.de Orat.ad hunc quidem modum,In hoc genus coniiciútur prouerbia,vt illud Scipionis,quum Asellus omnes prouincias stipendia merentē se peragrasse gloriaretur, agas asellum,&c.Vide Erasm.Chiliad.
Agere aliquid per alium.Cic.Lentul.lib.1.Epist.1,Res agitur per eosdem creditores,per quos,quum tu aderas,agebatur.
Agi per saxa latratibus canum.Ouid.2 Metam.
Agere aliquid per seipsum. Cic.lib.1. de Orat. Verbum ex Crasso nunquam elicere potui de via ac ratione dicendi , quum & per meipsum egissem,& per Drusum sæpe tentassem.
Agere plebem Liu.lib.3,His ferè agere plebem,plebísque animos.Id est, exercere & vexare.
Pœnas alicuius sceleris à se agere.Liu.5.bel.Pun.pro Exigere.
Pœnitentiam agere dicitur, quem facti pœnitet : qui dolet se aliquid fecisse:qui rem factam,infectam cupit.Plin.Iunior in epist.
Præ se agere aliquem.Stat.Thebaid.3.
Præcipitem ex.Cæsar 3 bel. Ciu.Et ex inferiore loco aduersus Pilum incitati cursu præcipites Pompeianos egerunt. Hoc est,eos à superiore loco expulsos,in fugam verterunt.
Præcipitem de fundo.Cic.pro Cecinna. Si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris?
Præcipitem,per metaphoram.Cic.13.Philip.Difficile est credere,eos qui me præcipitem egerint,æquissimas conditiones ferentem. Id est,De statu ac dignitate deiecerint,deturbarint.
Præcipitem cum agunt pœnæ ciuium. Cic.3.Verr. Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Rom.quos partim securi percussit , partim in vinculis necauit. Hoc Sallustius dixit,Agitari conscientia scelerum.
Prædam. Liu.ab Vrbe,lib.1, Inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere. Agere præda,est Prædari. Hoc est,Agros, vicos,aut loca alia populari , vt abigendo pecora, & auferendo quicquid pro libidine prædantium auferri potest.
Agere prædā. Ad furtum etiā refertur. Plaut.Aul.18, Næ illic pulchram prædam agat,siquis illam inuenerit aulam onustam auri.
Properatò agi ad mortem. Tacit.lib.13.
Quercus agere carmine.Virgil.4.Georg.de Orpheo,
Mulcentem tigres,& agentem carmine quercus. Seruius: Id est, Mouentem.
Quid ages. Terent. Phorm. 2. 2, Quid ages. P. quid vis, nisi vt maneat Phanium,&c. Vbi Donatus,Non interrogantis, sed metuentis hoc dictum est.
Quid agis? Terent.Phorm.1.4, Ah,quid agis ? quò abis Antipho? Vbi Donatus,Perturbati intercessoris est dicere. Quid agis?vt alibi, Mea Glycerium,quid agis?cur te is perditum? Oratio illa,Quid agis,est prohibentis,aut reuocantis : quasi tu dicas, Quid agere paras? Quid vis facere?
Vide quid agas. Modus est loquendi , quo admonemus eos qui magna aut periculosa aggrediuntur. Terent.Eun.2.1,Vniuersum triduum? vide quid agas. Idem Phorm.2. 2, Senex adest,vide quid agas. Vbi Donatus,Non terrentis,sed excitantis est.
Agamus quod agitur.Cic.11.Philipp.
Agere radices deorsum.Colum.lib.2.cap.10,Sed tenuem radicem deorsum agunt.
In profundum. Plin.lib.16. cap.31, Robora suas radices in profundum agunt. Agere radices,dicuntur plantæ:id est,Radicari.
Radices agit vera gloria,per metaphoram dixit Cic.2.Offic.Vera gloria radices agit,atque etiam propagatur. Hoc est, Corroboratur & stabilitur, manétque diu,nec facilè euertitur.
Agere remissius cum subiectis.Hoc est,eos tractare remissius. Columel. lib.11.cap.1.
Alias res. Terent.Eunuch.2.3,
Desine,iam conclamatum est. CH. alias res agis.
P.Istud ago quidem. Vbi Donatus,Rectè,quia dixit ille,Iā conclamatum est.Alias res agis : aut non attendis ad id quod dico,significat:vt nulla sit in eo attentio.Aut nugatorias res agis : hoc est, iocaris. nam hinc natum est , Hoc agite, amabo. quasi dicat, Vanas res agis. Cic. pro Cluent. Vt hunc Oppianicum aliud agentem , ac nihil eiusmodi cogitantem,ad hanc accusationem detraheret.
Res alicuius.Hoc est,Curare.Cic.ad Attic.lib.12, Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirificè diligo.
Retrò aliquid. Plinius libro 36. capite 5, Quòd si quis horum familiam ad proauum vsque retrò agat , inueniet artis eius originem cum Olympiadum origine cœpisse. Retrò agere,hic significat ordine (vt dicitur) retrogrado recensere , siue numerare. Sic retrò agere carmen , aut orationem , est à fine incipiendo pronuntiare aut recitare. Sic loquitur Quintilianus. quod etiam dicitur ordine præpostero fieri.
Reum. Plinius libro 2. cap.7, Vna accusatur, vna agitur rea. Dictum de fortuna.
Rimas.Cic.Att.lib.14,Tabernæ mihi duæ corruerunt:reliquæ rimas agunt.Hoc est,diffinduntur,ac dissoluuntur.
Scintillas.Lucret.2,
Scintillásque agere,ac latè differre fauillam. Id est,spargere.
Agere se propriè dicitur , qui ægrè se mouet , aut grauatè incedit. Virgilius 6.Æneidos, Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Idem libro 9,Is enim se primus agebat. Teren.And.4.2,Quid tu,quò hinc te agis? Vbi Donatus,Quò te agis:vt tarditatem discedentis ostendat.Agere enim se,tardi & tristes dicuntur.
Se pro equite Romano:Id est,gerere se, &c. Sueton. in Claudio cap.25, Libertinos qui se pro equitibus Romanis agerent,publicauit. Hoc est,populo communes fecit.
Secula vitæ aguntur.Ouid.3.Metam.
Agere secretum:Id est,Solum esse Suet. in Tiber. cap. 60, Piscatori,qui sibi secretum agenti,grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit.
Aliquid secum.Cic.1.Offic.Nulla enim vitæ pars,neque publicis, neque priuatis

priuatis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. Id est, Si solus agas negotium tuum.
Agitur Senatus. Id est, Habetur. Sueton. in Cæsare Dict. cap. 88.
Agere honoratam senectutem. Liu. 4. bel. Maced. Et quietam, Cic. Att. lib. 14. Tolerabilem, Cic. de Senect. Hæc & similia, per Exigere quoque & Transigere & Traducere efferuntur.
Silentium, pro silere. Ouid. 1. Metam.
Solutè agere, leniter, & oscitanter. Cic. in Bruto.
Spumas. Cic. 6. Verr. Nam quum spumas ageret in ore, arderent oculi: pro, spumas ore emitteret, videlicet ex iracundia & furore.
Spumas ore, Hoc est, Emittere. Virgil. 3. Georg.
-& spumas aget ore cruentas.
Stationem. Tacitus libro 17. Stationem in castris agebat Iulius Martialis tribunus.
Stationes. Esse in stationibus. Liu. 3. ab Vrbe.
Tempora. Ouid. 3. Fast.
Quum croceis rorare genis Tithonia coniunx
Cœperit, & quintæ tempora lucis aget. Hoc est, Quum aurora quintum diem faciet, vel adducet.
Tempora belli, id est, transigere. Ouid. Epist. 13.
Triumphum. Idem quod triumphare, siue triumphum ducere. Cic. 14. Philipp. Pharsalicæ verò pugnæ ne triumphum quidem egit.
Triumphum ex aliquo populo. Liu. 6. ab Vrbe.
Triumphum de aliquo. Cic. 7. Verr. In portu Syracusano de classe pop. Rom. triumphum agere piratam. Hoc est, de capta Romanorum classe, triumphantis more gloriari.
Triumphum naualem de aliquo. Plin. lib. 34. cap. 3. Qui de Perse rege nauslem triumphum egit.
Velis tumidis agimur. Horat. 2. epist. 2.
Ventis agi. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.
Ver agit orbis. Virgil. 2. Georg. -ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis, & hybernis parcebant flatibus Euri.
Verberibus agitur nauis. Lucanus lib. 3. Hoc est, Ordinibus remorum impellitur.
Agere versum. Cic. 3. de Orat. Nunquam agit hunc versum Roscius eo gestu, quo potest.
Vi. Liu. 4. bel. Maced. & Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2.
Viam. Virgil. 3. Æneid.
-Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare.
Vigilias noctu ad ædes sacras. Pro, vigilare ad earum custodiam. Cic. 6. Verr. Sic in portu vigilias agere, Liu. 10. ab Vrbe.
Vitam sine decretis. Cic. 4. Acad. Agere vitã rure. Liu. 7. ab Vrbe. Agere vitam grauiter & sapienter, Cic. 4. de Finib.
Lacrymis agendum est. Senec. in Thyest. 6. Hoc est, Lacrymis petenda est venia.
Sapienter agendum. Ouid. 13. Metam.
Agi, pro In periculum & discrimen deduci, periclitari. Cic. pro Plancio, Agitur studium tuum: vel etiã si vis, existimatio, laus, Ædilitas: at Cn. Plancij salus, patria, fortunæ.
Agitur gloria pop. Rom. & similia. Cicero pro lege Manil. In quo agitur pop. Rom. gloria: quæ vobis à maioribus cum magna in rebus omnibus, tum summa in re militari tradita est. Agitur salus sociorũ atque amicorum, pro qua multa maiores vestri magna & grauia bella gesserunt. Aguntur certissima pop. Rom. vectigalia & maxima.
Libertas agitur pop. Rom. quæ est commendata vobis: vita & fortuna optimi cuiusque: authoritas vestra. Cic. 7. Philip.
Aguntur iniuriæ sociorum Cic. 6. Verr. Aguntur iniuriæ sociorum: agitur vis legum: agitur existimatio veritásque iudiciorum.
Agitur magnum ipsius periculum. Planc. ad Cic. lib. 10. 23.
Aguntur res Attici. Cic. Att. lib. 16, Hominis familiarissimi, & mihi omnibus rebus coniunctissimi permagna res agitur, Attici.
Agón? Victimarij verbum, pro Agóne? Senec. lib. 3. Cõtrouer. Carnifex manum tollat, deinde respiciat ad patrem, & dicat Agón? quod fieri solet victimis.
Agens, agentis, participium { ἐνεργῶν.} Cic. in Bruto. Acrem enim oratorem, incensum & agentem, & canorum, cõcursus hominum forique strepitus desiderat.
Agentes imagines. Cic. 2. de Orat. Vtendum est imaginibus agentibus, acribus, insignibus.
Agentes in rebus dicebãtur in palatina militia præfecti speciebus annonariis ex canone aut indictione conuehẽdis vel importandis. Sic D. Hieronymus, Eos (ait) quos nunc agẽtes in rebus vel veredarios appellant, veteres frumentarios nominabant. Ex Turnebo.
Actus, acta, actum { πραχθείς } Participium ab agor. Virgil. 6. Æneid.
His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Id est, perfectis, & absolutis. Cic. ad Cæcin. lib. 6. 8, Actis his rebus, literæ à te mihi sunt redditæ.
Acta ætas, pro exacta. Plaut. Trinum. 6, Mihi quidem ætas acta est, tua istuc refert maximè. Sic, Actũ tempus, vita, dies, Horat. in arte. Cic. pro Cluen. Vos ne huius honestissimè actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Idem 5. Tusc. Est autem vnus dies bene & ex præceptis tuis actus.
Acta honestè superior ætas. Id est, in rebus honestis transacta. Cicero de Senect.
Actus, Appulsus. Virg.
Siue errore viæ, seu tempestatibus acti. Idem in 6, -pelagine venis erroribus actus? Nonius.
Actus, Coactus, Territus. Virgil. 6. Æneid.
Prodigiis acti cælestibus ossa piabunt. Nonius.
Actus, Collisus. Virg. 7. Æneid. -quibus actus vterque
Europæ atque Asiæ fatis concurrerit orbis. Seruius.
Actus, Compulsus. Liu. 7. bel. Pun. Elephanti quoque commisso iam certamine in prælium acti.
Actus multis casibus. Id est, agitatus, vexatus. Virg. 1. Æneid.
Actum augurium. Cic. 1. de Diuin. Id possetne fieri, consuluit. Ille augurio acto, posse respondit. Pro hoc vsitatius est, Captare augurium. Hic ergo videtur Acto, pro Peracto, Id est Finito positum.
Imber actus cælo. Virg. 2. Georg.
Actum, Admotum. Virgil. lib. 8,
Accelerant acta pariter testudine Volsci. Nonius.
Acti iucundi labores. Adagium est. Vnde dictum est ab Horatio,
-gaudent vbi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nautæ Hoc prouerbio vsus est Cicero libro 2. de Finibus, Quid si etiam iucunda memoria est præteritorum malorum, vt prouerbia nonnulla veriora sint quàm vestra dogmata? Vulgò enim dicitur, Iucundi acti labores. Nec malè Euripides (concludam si potero Latinè, Græcum enim hunc versum nostis omnes) Suauis est laborum prætoritorum memoria. Eras. in Chiliadibus.
Actus reus criminis. Ouid. de Arte amandi lib. 1.
Sitis acta omnibus venis. Hoc est, calor sitim generans, per omnes venas diffusus. Virg. 3. Georg.
Testudo. Virgil. 2. Æneid.
-obsessúmque acta testudine limen. Vbi Seruius: Acta, applicata.
In parietes palus. Colum. lib. 8. cap. 3.
Retrò actus Ouid. 12. Metam. Id est, versus.
Actum est, Prouerbiale genus loquendi apud veteres, quo etiam hodie desperationem significamus. Terent. Andr. 3. 1, Quid ego audio? actum est si quidem hæc vera prædicat. Vbi Donatus, Hæc res secundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur nequis rem actam apud iudices repetat. Idem Adel. 3. 2. Actum est. Vbi idem Donatus, Actum est (inquit) verba sunt desperationis. nam Actum est dicitur in ea re de qua iam lata sit sententia. Hæc ille. Cic. Terent. lib. 14. 3, Nũc spes reliqua est in nouis Trib. pleb. & in primis quidem diebus: nam si inueterarit, actum est. Quum iudices de concilio dimittebantur, præco pronunciabat, ACTVM EST: I LICET. Id est, ire licet.
Actum habere quod quis egerit. Cic. Tusc. Hoc est, ratum.
Actum agere. Terent. Adel. 2. 2, Nunc si hoc omittam, actum agam. Cic. Att. 9, Sed acta ne agamus, reliqua paremus. Plaut. Pseud. 5, Rem actam agis.
Actum est de. Cic. Att. lib. 12, Nam quod scribis ἐγκωμίῳ, actum iam de isto est, alia magis quæro. Liu. 2. ab Vrbe, Actumq; de exercitu foret.
Acta, actorum, nomen ex participio, actus, ta, tum. Acta siue publica siue priuata rerum domi & in pace susceptarũ propriè dicũtur. vt Cic. in prima Antoniana, An in commentariolis, & chirographis, & libellis se vno authore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuásque leges esse voluit, pro nihilo hab. buntur? Plin. lib. 10. cap. 2, de Phœnice Romam allatus est & in Vrbe, Claudij principis Censura, anno Vrbis DCCC, & in comitio propositus, quod actis testatũ est, sed quem falsum esse nemo dubitaret. Cic. lib. 10. Epist. 28, Quòd nisi res vrbanas, actáque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem. Idem 2. Philipp. Quæ fuit tua cognitio? acta enim Cæsaris pacis causa confirmata sunt à Senatu, quæ quidem Cæsar egisset, non ea quæ Cæsarem egisse dixisset Antonius. Idem 2. Philip. In publicis actis nihil est lege grauius: in priuatis, firmissimum est testamentum.
In acta alicuius se obligare, & in acta alicuius iurare. Tranquillus in Tib. cap. 26, Intercessit & quo minus in acta sua iuraretur, & ne mensis September Tiberius vocaretur.
Actorum scriptura diurna. Tacit. lib. 3. Annal. Nõ apud authores rerum, non diurna actorum scriptura reperio.
Acta belli & domus. Nestor apud Ouid. 12. Metam.
Temporis longi acta. Vide, Canere acta longi temporis.
Vitæ acta. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.
Diurna, Quæ per singulos dies fiunt & scribũtur. Suet. de Cæsare, Inito honore primus omnium instituit, vt tam Senatus, quàm populi diurna acta conficerentur.
Diurna acta Vrbis. Tacit. lib. 13, Quum ex dignitate populi Romani repertum sit, res illustres annalibus, talia diurnis Vrbis actis mandare, &c. Discrimen facit Tacitus inter Annales, & Acta diurna.
Forensia. Ouid. ad Pisonem.
Fortia. Val. Flacc. 6. Argonaut.
Horrifica. Id est, horrorem incutientia, nempe magica. Valerius Flac. 3. Argonaut.
Immania Cæsaris acta condere, Grandia & præclara Cæsaris gesta describere. Ouid. 2. Trist. & 9. Metam.
Ingentia acta recensere. Stat. 2. Thebaid.
Mortalia. Ouid. lib. 1. Trist. Eleg. 2.
Nocturna. Ouid. lib. 2. de Arte amandi.
Patriis actis superbire. Ouid. epist. 8.
Propiora. Stat. 5. Thebaid.
Canere acta longi temporis. Ouid. 1. Fast.
Acta circunducere. Id est, antiquare & delere. Paulus l. 45. D. de Re iudicata, Acta apud se habita, si partes consentiant, iudex potest ea die iubere circunduci: nisi vel negotium, vel lis terminata est.
De alicuius actis cognoscere. Vide, COGNOSCO.
Communicare acta sua cum aliquo. Vlysses apud Ouidium, 13. Metamorphoseos.
Comprobare. Ouid. lib. 5. Trist.
Condere. Ouid. 2. Trist.
Conficere acta diurna. Vide Acta diurna.
Acta alicuius conuellere. Vide CONVELLO.
Loqui acta. Ouid. 6. Fast.
-mira quidem, sed tamen acta loquor.
Mandare aliquid actis diurnis. Vide Diurna acta vrbis.
In acta alicuius se obligare, & in acta alicuius iurare. Tranquil. in Tiberium cap. 26.
Recensere acta. Stat. 2. Thebaid.
Vincere. Ouid. 11. Metamorph.
In acta referre. Vide REFERO.

Rescindere acta. Cic. Philipp. 1. Tollere acta. Cic. ad Attic. 6.

Actus, huius actus, actui {πρᾶξις} Verbale. Plerunque actionem significat: hoc est, omne quod agitur. Quintil. lib. 2. cap. 18, Quum ab actu, hoc est opere, recesserunt. Cic. in Sallust. Quòd si de vita mea atque actibus huic conuitiatori respondero. Idem 1. de Legibus, Nec solùm in rectis, sed etiam in prauis actibus.

Actus, pro dispensatione, administratione. Scæu. in l. 40. §. 3. D. de statulib. Stichus seruus meus actor, si rationem omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.

Actum gerere, pro dispensatorem esse, dispensationẽ administrare. Martianus in l. interdum. D. de publican. Cùm is seruus qui actum domini gessisse diceretur, in commissum cecidisset, venire non debuisse.

Actus. Hoc est, gesta & præclara facinora. Lucan. lib. 8,

Adde actus tantos, monumentáque maxima rerum.

Sceleris actus. Id est, perpetratio sceleris. Lucan. lib. 8.

Septimius sceleris maius scelus inuenit actu.

Herculei actus. Claud. in Ruff. lib. 1.

Humanos actus digerere. Stat. lib. 5. Sylu. 8.

Actus placiti diis. Id est, grati. Valer. Flacc. 2. Argonaut.

Priores actus. Claudian. 8. Paneg.

-actúsque priores
Commendat repetitus honor.

Rapidus actus, Festina impulsio, Propera persequutio. Lucan. lib. 9.

Actus vitæ. Quintil. lib. 11. cap. 1, Etiam in cæteris actibus vitæ, non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere conuenit.

Actus rerum, Est quem nostrates, rerũ & negotiorum expeditionẽ vocant. Plin. Iun. Nunc me actus rerum modicè, sed tamen distringit.

Actus forensis. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Iam multum acti est, posset aliquis non affuisse, & hæres esse? Quintil. lib. 7. cap. 2.

Actus {δρᾶμα} modò significat in comœdiis & tragœdiis certa spatia canticorum: modò inter vicinos, quatuor pedũ latum: modò in Geometria minorem partem iugeri, Id est, centum viginti pedum: modò motum corporis, vt histrionum & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso Actuosi dicuntur. Author Festus. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 1. Actus quadratus qui & latus est pedes centum viginti, & longus totidem. Plin. lib. 18. cap. 3. 1, Actus vocabatur, in quo boues agerentur, quum aratur vno impetu iusto.

Actus, in fabulis. Quintil. lib. 5. cap. 10, Nã & fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur. Cicero de Senect. Neque enim histrioni vt placeat peragenda est fabula modò in quocunque fuerit actu probetur.

Actus & actiones. Cic. ad Luceium, lib. 5. epist. 12, Secernas hanc quasi fabulam rerum euentorúmque nostrorum. habet enim varios actus, multásque actiones & consiliorum & temporum.

Actus hominis, pro partibus vitæ hominis, per translationem à fabularum actibus. Cic. pro M. Marcello, Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus: in hoc elaborandum est, vt Rempub. constituas. Idem 3. Verrina, Itaque primum illum actum istius vitæ turpissimum prætermittam.

Actus est genus seruitutis apud Iurisconsultos, in prædiis rusticis, cùm vicino per fundum vicini agere iumentum licet, & non vehiculum. Modestinus in l. Inter actum. D. de Seruit. rust. præd. Iter est qua quis pedes vel eques commeare potest: actus verò vbi & armenta traiicere, & vehiculum ducere liceat.

Actuarius limes est, qui primus actus est ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludunt. Actuarij autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicã debetur. ita enim cautum est lege Sempronia, & Cornelia, & Iulia. Quidã ex his latiores sunt XII. pedibus, vt hi qui sunt per viam publicã militarem acti. habent enim latitudines viæ publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygeno in libro de limitibus constituendis.

Actiuus, actiua, actiuum, penult. prod. {ἐνεργητικὸς} Denominatiuum à nomine actus: nomen est fictum à Grammaticis: vt, Actiua significatio. Et, Verbum actiuum, quod, teste Prisciano, semper actum significat, & facit ex se passiuum. Plura vide apud eundem lib. 8. cap. De generibus verborum.

Actuosus, sa, sum, penult. prod. {ἐνεργητικὸς} Denominatiuum à verbali nomine actus: actiuè & passiuè significat. Passiuè, est res laboriosa, quasi in qua plurimùm agẽdum & laborandũ est: vt Actuosa comœdia. Donatus in Terentium, Hæc scena actuosa est, magis in gestu quàm in oratione constituta. Actiuè, vt Actuosa virtus, Actuosus ignis. Id est, Semper agens, nunquam cessans. Cic. 1. de Nat. deor. Virtus autem actuosa & deus vester nihil agens.

Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non autem in studio & contemplatione. vulgò Actiua dicitur: qualis est opificum & mercatorum, & eorum qui in Reipubl. administratione versantur. Apud Valerium.

Actuosi dicuntur qui motu corporis maximè exercentur, vt histriones & saltatores. Author Festus.

Actuosè, pen. prod. ἐνεργητικῶς} Aduerbium qualitatis. Cic. 3. de Orat. Quid petam præsidij? quàm leniter? quàm remissè? quàm nõ actuosè?

Actio, actionis, Verbale. {πρᾶξις.}

Actio de pace. Cic. Att. lib. 9. Epist. Dispersione enim Cõsulum actio de pace sublata.

Gratiarum actio gratulatióque. Cic. ad Brutum 3.

Actio, quam vulgò dicimus *operationem*. Cic. 1. Offic. Virtutis enim laus omnis in actione consistit.

Priuat deos omni procuratione atque actione Epicurus, Cic. 2. de Nat. deor. Id est, Deos agere aliquid negat Epicurus.

Spoliare deos motu & actione diuina, Est deos nihil agere asseuerare. Cic. 2. de Nat. deor.

Mentis actio atque agitatio. Cic. 1. de Nat. deor.

Actiones corporis naturales. Cels. lib. 1, Naturales corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus & emittimus, cibum potionémq; & assumimus & coquimus: itémque per quas] eadem hæc in omnes membrorum partes digeruntur.

Consentaneæ appetitionibus actiones. Cic. 2. de Nat. deor.

Dare curas & actiones honestas alicui. Cic. Var. lib. 9. epist. 8.

Actio vitæ, pro viuendi ratione, seu modo. Cic. 5. Tusc. Si vitæ modum actionémque quærimus.

Actio Tragica seu scenæ, Est ipsa per gestus repræsentatio. Cic. in Orat. Accedit actio non Tragica, nec scenæ, sed modica iactatione corporis: vultu tamen multa conficiens, nõ hoc quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenuè, quo sensu quicque pronuntient.

Actiones pro actis. Cic. ad Appium lib. 3. Epist. 10, Qua denique facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone aduersante interdum actionibus suis?

Mandare scriptis actiones suas. Cic. 2. Offic.

Monitores actionum. Cic. in Sallust. Quos ego habui omniũ mearum actionum monitores.

Actio habet item alia significata. Valla lib. 4, Actio dicitur tum ipsa pronuntiatio, tum oratio quæ habetur, tum oratio scripta.

Actio, de oratoris pronuntiatione dictum. Cic. in Orat. Est enim actio quasi corporis quædam eloquẽtia, quum constet è voce atque motu. Idem 3. de Orat. Est enim actio quasi sermo corporis.

Actio, pro Auctione. Vlpian. in tit. Qui hæred. instit. poss. Pro hærede gerit, qui rebus hæreditariis tanquã dominus vtitur, velut qui actionem rerum hæreditariarum facit, &c. Id est, Auctionem. Item in l. 2. §. tutor. §. procuratorem. D. pro empto. l. Si existimãs. D. de vsurp. & vsucap. & l. 2. §. fin. de collat. bon. Cuiacius.

Actio, pro oratione, siue quum habetur, siue quum scripta est: vt Actiones Ciceronis in Verrem. Cicero de claris Orat. Actio Cn. Pompeij habebat & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem.

Ardentior actio. Cic. in Bruto.

Breuis & concisa actio. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Clamosa. Vide CLAMO. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Facilis & fauorabilis. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Liberalis. Cic. in Bruto.

Varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. Cic. 2. de Orat.

Claudicat actio. Vide Claudico, in CLAVDVS.

Dominatur actio in dicendo. Cic. 3. de Orat. Actio inquam in dicendo vna dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus, summos superare.

Actio apud Iurisconsultos dicitur ius persequendi in iudicio quod sibi debetur. Hæc Iustinianus libro quarto. Vlpianus autem in lege vigesimaquinta, D. de actionibus & obligationibus, duo actionum genera esse scribit: in rem, quæ dicitur Vindicatio: & in personam, quæ Condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus. In personam actio est, qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, dandúmve. Erat autem nihil aliud quàm formula, quasi quis dicat rerum priuatim agendarum modus, & forma iurisconsultorum, & pragmaticorum ingeniis excogitata. Itaque vulgò Legis actiones vocabantur, quoniam earum rerũ de quibus Lex XII. tab. scripta erat, agendarum formam ritúmque præscribebant. Hæc ex Hotomani lexico descripsimus, quemadmodum & ea ferè omnia quæ de actionum generibus sequuntur.

Actio de patre, patronóve in ius vocato, est per quam filius emãcipatus, aut libertus, qui patrẽ patronúmve sine Prætoris venia in ius vocauit, pœna quinquaginta aureorum damnatur. l. pen. D. de in ius voc.

Actio de peculio est per quam is qui cũ filiofa. seruóve contraxit, contra patrem dominúmve ita agit, vt quoad peculium ferre possit, soluere damnetur. Imp. §. 10. inst. de act. & tot. tit. D. de pecul.

Actio depositi directa, est personalis actio, per quam id quod apud aliquem deposuimus, reddi nobis postulamus. §. 3. Inst. Quib. mod. re contrah. oblig. Contraria verò est, per quam qui depositum recepit, quod in eo tuendo asseruandóque impendit, postulat. D. in tit. Depos. vel contra.

Actio de tigno iuncto est, qua vtitur dominus aduersus eum qui ipsius tignum ædibus vineísve suis adiunxit, per quam non ipsum tignum, sed duplum consequitur. Vlp. l. 1. D. de tig. iuncto.

Actiones Ædilitiæ sunt, quæ ex edicto Ædilium reddũtur. Imp. §. 1. Inst. Si quadrupes.

Actio Æstimatoria, siue De æstimato, est actio in personam, per quam qui rem aliquã vendendam accepit, vel rem ipsam incorruptam reddere debebit, vel ipsius æstimationem. Vlp. in l. 1. D. de Æstimat.

Actio empti, siue ex empto, est actio in personã per quã qui rem quampiam emit, venditorem, & quæ lingua nuncupata sunt, præstare, &, si nominatim nihil conuenit, rem tradere, eámq; vel emptoris facere, vel euictionis nomine obligari, cogit. l. 2. D. de act. empt.

Actio exempta dicitur, cùm agi posse desiit. Vlp. l. 26. §. 4. D. Ex quibus causis maiores.

Actio exercitoria, est actio in personam, per quam nauis exercitor, aut cauponæ, aut stabuli, dolum, aut furtum, quod in naui, aut caupona, aut stabulo non per ipsum, sed per aliquem eorum, quorum vtitur opera factum erit, præstare cogitur. tot. tit. D. de Exercit. actio.

Actio ex stipulatu est actio quæ ei competit, qui sibi aliquid incerti dari fierive stipulatus est, veluti Quicquid vini hoc anno ex vineis tuis colligetur. Instit. de verb. oblig. in princ.

Actio ex stipulatu doti exigendæ, est actio in personam, per quam vxor dotem suam soluto matrimonio à marito condicit. l. penul. C. de iure dot. l. vnic. C. de rei vxor. act.

Actio familiæ erciscundæ dicitur, quæ datur coheredibus postulãtibus, vt & hæreditas diuidatur, & si quid alter alteri debeat, præstetur. Vlp. in l. 22. §. 3. D. Fam. Ercisc.

Actio finibus regundis est, quæ confinibus conceditur, postulantibus, vt quod cuiusque proprium sit, ab arbitro definiatur, & si quid ab alterutro commissum sit, resarciatur. Paul. in l. 1. D. finium regund.

Actio

Actio funeraria, est actio in personam, per quam is qui pro officio suo, veluti delectus à testatore, vel hæres scriptus, vel suo ordine cognatus, funerandi defuncti caussa sumptus fecit, eos ab eo, ad quem ea res pertinet, recuperat. l.12. §.2. D. de Relig. & sumpt. funer.

Actione furti concepti tenetur is, apud quem furtum quæsitum, & inuentum est. Paul. lib.2. sent. tit.11. §.4. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Actio furti manifesti est, qua quadrupli pœna, ab eo qui manifestus fur est, exigitur. Nec manifesti autem, qua à manifesto dupli. §.17. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Actio furti non exhibiti aduersus eum datur, qui furtiuam rem apud se quæsitam, & inuentam non exhibuit. §.4. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Actio furti oblati competit ei cui res furtiua oblata est, vt apud eum potius quàm eum qui obtulit, conciperetur. §.4. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Actio furti prohibiti aduersus eum est, qui furtũ quærere testibus præsentibus volentem, prohibuerit. §.4. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Actio siue petitio hæreditatis, est actio in rem, quæ in illos, qui ius pro hærede, vel pro possessore habent, vel rem hæreditariam, licet minimam, possident, intenditur. l.9. D. de petit. hæred.

Actio furti, ope, consilióque facti, aduersus eum datur, cuius ope consilióque furtum factum est. §.9. Inst. de oblig. quæ ex delict.

Actio hypothecaria, quæ & quasi Seruiana, & vtilis Seruiana, interdum Seruiana & pignoratitia vocatur, est actio in rem, per quam creditores, quibus res aliqua immobilis oppignerata est, rem illam, si fortè in alterius possessionem inciderit, sibi vendicant. §.7. Inst. de action.

Actio institoria, est actio in personam, per quam, qui institoris opera vtitur, Id est, eius qui quæstuariæ negotiationi præfectus est, ex contractibus cum eo factis, tenetur. l.1. & tot. tit. D. de Instit. actio.

Actio locati, siue ex locato, est actio in personam, per quam qui quempiam vel in prædio colendo, vel in opere faciendo locauit, ea, quæ in contrahendo conuenerunt, illum ex æquo, & bono præstare cogit. l.2. & 17. C. Locat.

Actio mandati directa, est actio in personam, per quam, qui alicui mandatum dedit, quanti sua interest, ob id quod alter vel non confecit, vel non tempestiuè renunciauit, ab ipso postulat. l.2. §.11. & l.27. §.2. D. Mandat. Contraria autem est, per quam, qui alterius mandatum suscepit, quod in eo conficiendo de suo impendit, ab altero postulat. tot. tit. D. Mandati, vel contra.

Actio negatoria est, per quam actor negat aduersario id licere, quod nisi sibi seruitus deberetur, ei liceret. Imp. §.2. Inst. de act.

Actio damni iniuria aduersus eum competit, qui damnum iniuria dederit, vt quanti plurimi res vel anno proximo, vel triginta diebus proximis fuerit, tanti damnetur pro casibus, qui ex l. Aquilia cognoscuntur.

Actio commodati, est personalis actio, per quam id quod gratis alicui vtendum dedimus, reddi nobis postulamus. Imper. §.2. Quib. mod. re contr. obligat.

Actio communi diuidundo dicitur, quæ datur his, qui res quas vel voluntate, vel fortuna inter se communes habent, per arbitrum diuidi, & si quid alter alteri debeat, præstari postulant. Paul. l.1. D. comm. diuidend.

Actio conducti, siue ex conducto, est actio in personam, per quam is qui vel rem vtendam, vel opus faciendum conduxit, siue recepit, vt vel re sarta tecta vtatur, vel operis perfecti mercede cõsequatur, postulat.

Actio confessoria est, per quam rem nostram, ab alterius possessione, in dominium nostrum vendicamus. Imp. §.2. de act.

Actio constitutoria est, qua cum eo agitur, qui vel pro se, vel pro alio soluturũ se, sine vlla stipulatione constituerit. Imp. §.8. & §.9. de action. & tot. tit. de const. pec. in D.

Actio de albo corrupto est, qua quiuis de populo agere aduersus eum, qui Prætoris edictũ corrupit, potest, vt quinquaginta aureorum pœna mulctetur. Vlp. l.7. D. de Iurisd. omn. iud.

Actio de arboribus succisis ex 12. tab. est actio in personam, per quam qui alienas arbores ceciderit, æris vigintiquinque damnatur. Hanc enim pœnam constitutam fuisse Plin. lib.17. cap.1. testatur. Paul. l.28. §. 6. D. de iureiur.

Actio de effuso, deiecto, suspenso, est actio in personam, quæ aduersus eos intenditur, qui cum in locum, quà vulgo iter fit, aliquid effuderint, deiecerint, suspenderint, cuius casus alicui nocuerit, nocerévé suspensum potuerit. l.1. & 5. D. de his qui deiecer.

Actio de in ius vocato vi exempto, est qua cum eo agitur, qui in ius vocatum exemerit, dolóve eximendum curauerit, vt quanti ea res ab actore æstimabitur, damnetur. l.1. & 5. D. Ne quis eum qui in ius voc. est, vi exim.

Actio de in rem verso, est actio in personam, per quam pater, dominúsve, cuius filius seruúsve cum aliquo, sine ipsius voluntate, contraxit, siquid in rem ipsius versum erit, totum prçstare cogitur: aut siquid non sit versum, quatenus peculium patietur. Imper. §.4. Instit. Quod cum eo qui in alien.

Actio de iureiurando est, per quam is qui aduersarij postulatu deberi sibi pecuniam iurauit, ita eum damnari postulat, si planum faciat se illius postulatu iurasse. Imp. §.11. Inst. de act.

Actio de pastu pecoris ex l. 12. tab. est, cùm in meo fundo pecus tuum depastum est. l. Qui seruandarum. §. vlt. D. de præsc. verb.

Actio negotiorum gestorum, est actio in personam, qua qui alterius negotium sine mandato, ac sua sponte gessit, quicquid eo nomine illi vel abest, vel absuturum est, à domino repetit, vicissimque illi actus sui rationem probare, & si quid, vel non vt oportuerit gesserit, vel ex his negotiis retinet, præstare cogitur. Caius l.2. D. de Neg. gest.

Actio noxalis, est actio in personam, per quam is cuius seruus noxam aliquam commisit, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere cogitur. Imp. tit. de noxa. actio. Inst.

Actio noxalis de pauperie, est actio in personã, per quam is, cuius quadrupes, quæ cicurum numero sit, alicui damnum dederit, aut litis æstimationem prçstare, aut ipsam quadrupedem noxæ dedere cogitur. l.1. D. Si quadrupes.

Actio oneris auersi, erat actio in personam, quæ aduersus nautam intendebatur, cuius in naue onus (id est, sarcina aliqua) interuersum, ac surreptum esset. Alfen. l.31. D. Locat.

Actio Pauliana, est qua creditor, cui bonorum debitoris damnati possessio data est, si quid in suam fraudem alienatum esse contendat, aduersus possessorem vtitur, vt si planum faciat rem in suam fraudem alienatam esse, aduersarius de possessione decedat. Paul. l.38. §.3. D. de vsur.

Actio pigneratitia (vt ex verbi notatione intelligitur) actio est ad pignus persequendum instituta. Vsurpatur aut propriè de ea, quæ debitori aduersus creditorem, cui sua pecunia soluta est, repetendi pignoris caussa conceditur, itaque sumitur sub tit. de Pigner. act. lib. D.13. Impropriè verò, pro Hypothecaria vsurpatur, vt apud Modest. in l. Titius. 9. D. Quib. mod. pig. vel Hypoth.

Actiones pœnariæ dicuntur à Fabio, quæ à Iurisconsultis vulgò pœnales, quibus pœnam commissam persequimur, vt furti, rapinæ, legis Aquiliæ. Fab. lib.7. cap.4.

Actiones populares dicimus, quæ suum ius populo tuentur, inquit Paulus in l.1. D. de Popul. act.

Actio præscriptis verbis, Vide Præscriptis verbis actiones.

Actio pro socio, est actio in personam, per quam, qui non fortuna, sed voluntate res communes habent, dirempta communione, quod ex dolo, culpáve inter se debent, postulare possunt. l.31. & sequent. D. pro Soc.

Actio Publiciana duplex est, & altera alteri ex aduerso respondet. Prior est, qua recuperamus rem, iusta ex caussa aliquandiu à nobis possessam & ante vsucapionem amissam, tanquam si ea à nobis vsucapta esset. Posterior est, qua recuperamus rem ab alio absente vsucaptam, tanquam si vsucapta non esset. §. nanque. & §. seq. Instit. de actionib. l.1. & passim. D. de public. in rem act.

Actio venditi, siue ex vendito, est actio in personam, per quam, qui rem vendidit, pretium, eiúsque, post rei traditionem, quamuis precariam, vsuras, itémque sumptus in rem factos, & quod inter cõtrahendum pactum fit, postulat. l.13. §.17. D. de actio. empt.

Actio vi bonorum raptorum est, per quam, ab eo qui rem eripuit, quadruplum intra annum exigitur, in quo simplum inest: post annum, simplum duntaxat. Imp. Inst. vi bon. rapt. in princ.

Actio quod iussu (inquit Theophilus) est qua de negotiis cum seruo gestis agitur. §.1. Inst. Quod cum eo qui in alien.

Actio quod metus caussa, est in personam, per quam is, à quo per vim, vel metum res extorta est, quadruplum ab eo qui rem extortam possidet, consequitur. §. 26. Inst. de action.

Actio rei vxoriæ, erat olim actio in rem, per quam vxor dotem suam soluto matrimonio repetebat. Hodie verò in actionem ex stipulatu omnino transfusa est. l. vnic. C. de rei vxor. act.

Actio rescissoria, est in rem actio, quam Prætor ei, cuius rem aduersarius, dum ex iusta caussa abesset, vsucepit, rescissa pro imperio, & pro nihilo habita vsucapione, concedit. §.5. Inst. de action.

Actio reuocandæ donationi dicitur, qua vtitur is, qui rem quampiam donauit, aduersus eum cui donauit, si eum ingratum probauerit. l. vlt. C. de reuoc. Donat.

Actio Seruiana est, per quam dominus prædij, eius rei quam ei colonus pro mercedibus oppignerauit, possessionem, ab eo qui eam tenet, vendicat. Pap. in l. 66. D. de Euict.

Actio serui corrupti competit in eum, cuius hortatu, consilióve seruus alienus fugerit, contumax factus erit, luxuriosè viuere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus erit. Imperat. §. 21. Instit. de actionib.

Actio sequestraria, est actio in personam, per quam is qui rem aliquam litigiosam apud sequestrum deposuit, eam, impleta depositionis conditione, ab ipso repetit. l.9. §.2. D. de dol.

Actio subsidiaria est ea quæ contra magistratum instituta est, qui aut omnino à tutoribus, vel curatoribus satisdari non curauit, aut non idoneè passus est caueri. l.1. & 4 C. de Magist. conuen.

Actio tributoria, est actio in personam, per quã is cuius seruus in merce peculiari sciente domino negotiatus contraxit, in tributum, id est, vt merces æquabiliter creditoribus distribuat, vocatur. l.1. & tot. tit. de Tribut.

Actio tutelæ, & rationibus distrahendis, est quæ aduersus tutorem in duplum datur, qui pupilli pecuniam intercepit, abstulit, furatus est. l. tres tutores. 55. D. de administ. tutor.

Actio vectigalis, est actio in rem, qua vtitur is qui vectigalem fundum conduxit, aduersus possessorem, & eos à quibus eum fundum conduxit. l.1. D. Si ager vectig.

Actio ad exhibendum, est actio in personam, per quam qui in rem qualicunque actione acturus est, eius rei sibi in publico potestatem, vt experiatur, fieri postulat. l.2. & 3. D. ad exhib.

Actio calumniæ, vetus erat actio, per quam is qui litẽ alicui calumniose intenderat, damnatúsque fuerat, decimam eius quod petierat, partem, aduersario soluere cogebatur. §.6. Inst. de pœn. temer. litigant.

Actio internecini, de qua in l. Qui vel internecini. C. De accusat. Isidor. lib. 5. Etymolog. Internecini iudicium in eum dabatur qui falsum testamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, & accusatorem eius bonorum possessio sequebatur. Sex. etiam Pompeius lib. 9, Internecinum, inquit, testamentum est, propter quod dominus eius necatus est.

Actio ædium incensarum est in duplum ex XII tabul. vt ex Iulij Pauli senten. tit.3. apparet. Incendiarij, qui consultò ignem inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quòd si per incuriam eorum ignis euaserit, dupli compendio damnum eiusmodi sarciri placuit. Hæc ille. Cæterùm ista est actio, quæ incensarum ædium dicitur in l. Iurisgentium. D. de pact. de qua etiam in l. Qui ædes. l. pen. D. de incend. ruin. & naufr.

Actio pro accusatione. Pap. in l.1. de crimin. stell. Actio stellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus continetur.

Actiones bonæ fidei, concisa loquutione dicuntur, in quarum formulis

Prætor adſciſcebat, Ex bona fide. Cic. in Topic. Stricti autem iudicij ſunt, in quibus præfracte iudicium à Prætore definitur, & quaſi ad viuum reſecatur, vt Iudici à verbis formulæ, ne tantillum quidem recedere liceat. Cic. pro Roſc. Com.

Actiones arbitrariæ dicuntur, in quibus qui iudex datus eſt, non ad certam formulam ac ſummam, vt in ſtrictis iudiciis, aſtringitur, ſed, vt ait Imperat. §. 30. de Act. ei permittitur ex bono & æquo ſecundum cuiuſque rei, de qua actum eſt, naturam, æſtimare, quemadmodum actori ſatisfieri oporteat.

Actionis nomen ſæpe in iure deſideratur, Græco dicendi modo, vt titulo De tutelæ, & ration. diſtrahendis, Item de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ, Item Depoſiti, mādati, & ſimilia, in quibus De actione addendum eſt. Vide plura apud Ant. Auguſt. lib. 1. Emend. cap. 1.

Actio & concio. Cic. ad Att. lib. 14, Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio.

Contentio atque actio. Cic. Trebon. lib. 10. 28, Hic dies meáque contentio atque actio.

Formulæ atque actiones. Cic. pro Muræna, Gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt.

Actoris actio. Cic. pro Cecinna, Quid denique ad ius ciuile, aut ad actoris actionem & animaduerſionem ages?

Actio eſt in authorem præſentem his verbis, Quandoquidem te in iure conſpicio. Cic. pro Cecinna.

Adhibere actionem. Cic. 1. Offic.

Cauſæ actio maximè debilitatur loco. Cic. pro Deiot.

Ciuili actione aliquid repetere. Cicero 1. Verr. Nam ciuibus quum ſunt ereptæ pecuniæ, ciuili ferè actione, & priuato iure repetuntur.

Competit actio in eum. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Componere actiones. Cic. Att. lib. 6, Nec verò pauci ſunt authores, Cn. Flauium Scribam faſtos protuliſſe, actionéſque compoſuiſſe.

Concipere. Vide CONCIPIO.

Conſtituere. Cic. 9. Philip. Neque conſtituere litium actiones malebat, quàm controuerſias tollere. de Sulpitio loquitur.

Dictare. Vide Dicto, in DICO.

Dare actionem & poſtulare: Dicitur & iudicium dare, in l. 3. de Negot. geſt. Cic. 4. Verr. Admonitu iſtius inſimulare cœperūt Epicratem literas publicas corrupiſſe. Actionem eius rei [illegible]lant. Ibidem, Edixit ſeſe iudicium iniuriarum non daturum: [illegible]cquid ab eo peteretur, iudicem de ſua cohorte daturum, ipſi autem nullius actionem rei ſeſe daturum.

Excludere. Cic. de Inuent. Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones.

Excludere aliquem actionis iure. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Eximere actionem. Vlp. in Tit. Ex quib. cauſ. maior.

Expoſitæ actiones. Cicero 1. de Orat. Expoſitis à Cn. Flauio primùm actionibus, nulli fuerunt qui illa artificioſè digeſta generatim componerent.

Habere actionem. Cic. pro Cecinna, Siqui me exire domo mea coegiſſent armis, haberem actionem: ſiqui introire prohibuiſſent, non haberem?

Iniuriarum actio. Cic. pro Cecinna, Actio enim iniuriarum non ius poſſeſſionis aſſequitur, ſed dolorem imminutæ libertatis, iudicio pœnáque mitigat.

Inferre actionem cum aliquo. Vide INFERO.

Inſtituere actionem. Cic. pro Muræna, Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. Vide INSTITVO.

Intendere actionem perduellionis. Cic. pro Milone, Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.

Integram actionem relinquere. Cic. pro Quint. Roſc. Qui de ſua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem.

Mutare actionem. Cic. pro Cecinna, Quare aut muta actionē, aut noli mihi inſtare vt iudicem.

Poſtulare. Vide paulo antè, Dare actionem.

Præſcribi in actionibus. Cic. 5. de Finib. Quæ quum Zeno didiciſſet à noſtris, vt in actionibus præſcribi ſolet, de re eadem fecit alio modo.

Reſtituere actionem. Tranquillus, Nam & iis qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones.

Suſcipere. Cic. Attic. lib. 14, Ego non dimitto iſtam curam, ſed ſuſcipiam omnem iſtam actionem.

Actioſus, ſa, ſum, pen. prod. Nomen obſoletum. Varro lib. 6. de Lingua Latina, Vt ab vnà faciendo, Factioſæ dictæ ſunt: ſic ab vnà agendo, Actioſæ.

Actor, actoris, pen. prod. verbale {πράκτωρ} Qui agit. Cic. pro Sext. Dux & author & actor illarum rerum fuit.

Actor ſeruus dicitur, idem qui diſpenſator, nimirum, qui pecuniæ domini tùm exigendæ, tùm diſpenſandæ præeſt. Vlp. in l. 37. D. de leg. 1. l. 5. §. 3. D. de dol. except.

Actor, qui ad iudicium prouocat. l. 13. D. de Iudic.

Actor, pro eo quem vulgus vocat Directorem, ſiue ſuperintendentem. Vlp. ad fin. l. 1. D. de ſer. corr.

Actorem fruſtrare, Hoc eſt, litem calumnioſè differre. Afric. in l. vlt. D. de Procur.

Actor comœdiæ {ὑποκριτής} qui comœdiam agit: vt fit in theatro. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Tanquam poetæ boni & actores induſtrij ſolent: ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotij tui, diligentiſſimus ſis.

Actor {ὑποκριτής} vt ait Valla lib. 4, dicitur orator qui agit cauſam, quiſq; geſtum vultus & corporis agit. Cic. 3. de Legib. Actor enim & moderator effingit non modò mentem ac voluntates, ſed penè vultus eorum apud quos agit.

Infirmus actor. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Mediocris actor cauſarum. Horat. de Arte poet.

Actor ſummus cauſarum & magiſter. Cic. in Bruto, Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori ſummo cauſarum & magiſtro.

Actor dicitur qui & Syndicus, Id eſt, qui vniuerſitatis vel collegij alicuius cauſſam agit. Caius. l. 1. §. 1. D. quod cuiuſque vniuerſ. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegij, ſocietatis, ſiue cuius alterius eorum nomine: proprium eſt ad exemplum Reipub. habere res communes, arcam communem & actorem ſiue ſyndicum: per quem tanquam in Republica quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat.

Actor publicus dicitur à Tacito, pro ſeruo publico. lib. 2, Mancipari, inquit, ſingulos actori publico iubet. Item à Plinio Iuniori epiſtol. 18. lib. 7.

Actor, pro villico. Columel. lib. 1. cap. 7, Ita fit vt & actor & familia peccent, & ager ſæpius infametur.

Actuarius, actuarij {ταχυγράφος} denominatiuum, qui acta publica, actionéſve cauſidicorum in iudicio velociter excipit: qui & Notarius à Quintiliano dicitur. Sueton. in Cæſare, cap. 55, Orationes aliquas reliquit, inter quas temerè quædam feruntur, vt pro Q. Metello: quam non immeritò Auguſtus exiſtimabat, magis ab actuariis exceptam, malè ſubſequentibus verba dicentis, quàm ab ipſo editam.

Actuarius, adiectiuum eſt aliquando. Vnde Actuariæ naues, celeres dictæ, quòd citò agi poſſent, ait Nonius. Budæus verò, Actuariæ (inquit) naues à Latinis dicuntur, quæ remis aguntur, non velis tantùm. Liu. 5. bel. Pun. In hoc tumultu actuariæ naues inſtructæ. Vide NAVIS.

Actuaria nauigia, pro nauibus actuariis. Cæſ. 1. bel. Ciuil. Atque iis expedito loco actuaria nauigia reliquit.

Actuarium, abſolutè in neutro genere, videtur Cicero accepiſſe pro nauibus actuariis: vt ad Attic. lib. 10, Quid duro tempore anni actuaria fore cenſes?

Actuaria minuta, pro actuariolis. Cicero Attic. lib. 5. 9, Actuariis autem minutis Patras accedere ſine iis impedimentis, non ſatis viſum eſt decorum.

Actuariolum, penult. corr. diminutiuum ab actuarium. Cic. Att. lib. 16, Hæc ego conſcendens è Pompeiano tribui actuariolis decem ſcalmi: Id eſt, remigibus earum nauicularum, quæ vocantur actuaria vel actuariola.

Actito, actitas, penul. corr. {πράττω} Gell. lib. 9. cap. 6. Ab eo quod eſt ago & egi, verba ſunt quæ appellant Grammatici frequētatiua, Actito & actitaui. Et paulo pòſt, Actito productè in prima ſyllaba pronuntiandum: quoniam ex eo fit quod eſt ago, & actus. Cic. de claris Orator. Etiam M. Pontidius municeps noſter multas priuatas cauſas actitauit.

Agito, agitas, pen. cor. {διώκω, ἐλαύνω} agitare, ſignificat Concutere, commouere. Virg. l. 1. Georg.

> Continuò ventis ſurgentibus, aut freta ponti
> Incipiunt agitata tumeſcere.

Sic agitata ventis maria apud Cic. 2. de Nat. deor.

Agitare verbis faſtidia alicuius. Horat. Epod. 11.

Ciere & agitare. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Naturæ iſta ſunt, Balbe, naturæ non artificioſè ambulantis (vt ait Zeno) ſed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus ſuis.

Pulſari & agitari impulſione ſempiterna. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Nec tamen video quomodo non vereatur iſte deus beatus ne intereat, quum ſine vlla intermiſſione pulſetur agiteturque atomorum incurſione ſempiterna.

Agitari & perterreri. Cicero pro Roſcio Amer. Nolite putare quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impiè ſceleratéque commiſerint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenque fraus, & ſuus terror maximè vexat: ſuum quenque ſcelus agitat, amentiáque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæq; animi terrent.

Agitare & inſectari. Cicero de Legibus, lib. 1, Vt eos agitent inſectentúrque furiæ.

Agitare, Perſequi, ait Seruius. Virg. 3. Georg.

> Galbaneóque agitare graui nidore chelydros.

Agitare, Vexare. Virgil. 3. Æneid.

> -quæ deinde agitet fortuna, fateri.

Vbi Seruius, Agitet fortuna, fateri. Hortamur fateri quæ eum fortuna vexet.

Agitare, pro Agere, vel Litigare. Paul. in l. 73. D. de fideiuſſ. Poſteà victo eo, dominus reuerſus iterum de ea re agitabat.

Agitare, pro adminiſtrare. Salluſt. in Catil. non procul ab initio, de Romanorum moribus loquens, In pace verò beneficiis magis quàm metu imperiū agitabant. Non deſunt qui Turbare interpretentur.

Agitare, pro habitare, vel viuere. Salluſtius in Iugurth. Super Numidiam Getulos accepimus, partim in tuguriis, partim incultius vagos agitare.

Agito, cum infinitiuo. Valer. Flacc. lib. 2,

> -totam inde per vrbem
> Perſonat, vt cunctas agitent expellere Lemno.

Id eſt, conſultent, conſilia ineant. Sil. Ital. lib. 13.

Agitare, Tranſlatum ad animum, pro cogitare, commentari, reputare, tractare, interdum per ſe ponitur: ſæpius tamen cum adiecto: vt Agitare ſecum, agitare animo, &c. Cic. 5. Verr. Quod ſi ille hoc vnum agitare cœperit.

Agitare & exquirere rationes. Cic. 5. Tuſc. de Archimede, Alterius mēs rationibus agitandis exquirendiſque alebatur cum oblectatione ſolertiæ: qui vnus ſuauiſſimus paſtus animorum.

Agitare facilè. Terent. Quàm vos faciliimè agitatis. Belliſſimè eſt dictum (inquit Turnebus) loquutione honeſta & antiqua. nam facilè agitare dicuntur diuites, quibus facilè nulloque negotio omnia ad vitam degendam ſuppeditant. Eodem modo apud Porcium in vita Terentij, Tres per idem tempus, qui agitabant faciliimè. Sic & dij, quibus nihil deeſt ῥεῖα ζώοντες à Græcis poetis, Id eſt, Facilè viuentes, dicuntur: vnde, vt ſuſpicor, emanauit illud loquendi genus. Hæc ille.

Agitare, abſolutè. Corn. Tacit. lib. 11. de Curtio Ruffo, Poſtquam adoleuit, ſectator Quæſtoris cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumento vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat, &c.

Animo agitare aliquid vel animis. Liu. 6. bel. Pun. Nihil enim paruum, ſed Carthaginis iam excidia agitabat animo. Cic. pro Fonteio, Vos

& sæpius eandem rem animis agitare, & diutius vno quoque de te- ste cogitare potestis.

Animo formidines. Liu. lib. 10. bel. Pun.

Animo mensuram alicuius rei. Plin. lib. 2. cap. 1. Furor est mensuram eius animo quosdam agitasse. De mundo loquitur.

Cum animo aliq... Sallust. ad Cæsarem. de Repub. ordinanda. Itaque mihi multa cum animo agitanti, consilium fuit, tamam modestiámque meam post tuam dignitatem habere.

In corde aliquid. Plaut. Trucul.

Mente aliquid. Liu. 7. ab Vrbe. Nunc quæ mente agitem, audite.

In mente aliquid. Cic. 1. de Nat. deor. Habet enim nihil aliud quod a- gitet in mente.

Secum, Idem significat. Terent. Phorm. 4. 3.

Ego quoque id quidem agitans mecum sedulò,
Inueni, opinor, remedium huic rei.

Agitare rem aliquam secretis imaginationibus, Hoc est, animo versare, & secum consultare. Corn. Tacit. lib. 15.

Agitare æuum. Virg. 4. Georg. de apibus. -magnisque agitant sub le- gibus æuum. Hoc est, Vitam transigunt.

Animum curis agitare. Liuius, His curis cogitationibúsque animum agitauerat ab ineunte ætate. Id est, exercuerat.

Agitare caput. Columel. lib. 6. cap. 6.

Choros, Id est, choreas exercere. Virg. 4. Georg.

Cœtus. Sallustius, Nequis in vrbe cœtus nocturnos agitarit.

Consilia, idem quod tractare consilia. Liu. 4. ab Vrbe, Ibi secreta consilia agitare: quem se à plebe adeò spretos.

Conuiuium. Terent. Hecyr. 1. 2. Agitarem inter vos libere conuiuium. Vbi Donatus, Agere, est aliquid vel necessarium facere: Agitare, vo- luptarium. Plaut. Asin. 15, Hoc agitemus conuiuium vino & ser- mone suaui.

Custodiam, Id est, Custodire. Plaut. Rud. 10.

Diem. Plaut. Persa. -age accumbe, hunc diem suauem meum na- talem inter nos agitemus amœnum. Hoc etiam dicitur per ver- bum Agere.

Festos dies, Consumere dies festos in ludis, compotationibus, & aliis eiusmodi rebus voluptariis. Vide Agere diem festum. Cic. 4. Verr. Cuius nomine apud Siculos dies festi agitantur.

Agitari diuersum. Sallust. in Iugurth. Primò commotus metu atque li- bidine diuersus agitabatur. Id est, modò huc, modò illuc impelle- batur in diuersas sententias.

Equum calcaribus. Plaut. Asin. 12, Calcari quadrupedem agitabo aduer sus cliuum. Allegoria est, quasi dicat, Eum perinde vexabo atque equum, qui contra montem ascendens agitatur calcaribus.

Feras, Cursu fatigare: vt fit in venatu. Cic. 3. Offic. Súntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt.

Fugam, Id est, fugere. Virg. 2. Æneid. Vos agitate fugam.

Gaudium & lætitiam. Sallust. in Catilin. Ciceronem ad cælum tollere, veluti seruitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat.

Ingenium per studia, pro exercere. Senec. Epist. 109, Quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingeniis.

Iocos. Pers. satyra 6, Mox iuuenes agitare iocos. Hoc est, Iuueniles siue iuuenum amores describere.

Iustitiam agitare. Plin. Iunior. epist. Mihi autem egregium in primis vi- detur, vt foris, ita domi: vt in magnis, ita in paruis: vt in alienis, ita in suis agitare iustitiam. Id est, assiduè exercere.

Latrocinia. Cornel. Tacit. lib. 12.

Mentionem de re aliqua. Liu. 1. Decad lib 7.

Moras. Sallust. Ne moras agitando, aliud quàm bellum mallet. Id est, Cunctando, differendo.

Apud aquam Marius Syllam cum equitibus noctem agitare iubet. Sal- lust. in Iugurth. *Passer la nuict, Se tenir là toute la nuict.*

Pacem agitare. Sallust. in Iugurth. in oratione Adherbalis ad Senatum, Læti pacem agitabamus. Aut est, pacem tractabamus: aut, nos in co- lenda pace exercebamus.

Seditionibus plebem. Plin. lib. 14. cap. 4.

Præcepta alicuius. Sallust. in Iugurth. in oratione Adherbalis, Quæ præ- cepta patris mei quum agitarem. Id est, in illis seruandis me exerce- rem, aut fortasse de illis cogitarem.

Præsidium. Sallust. in Iugurtha, Cohortes cum omni equitatu præsi- dium agitabant.

Agitare pulmonem risu perpetuo, Id est, assiduè ridere. Iuuen. satyr. 10, Perpetuo risu pulmonem agitare solebat Democritus.

Quæstionem, Vide Quæstio, in Q V Æ R O.

Rem aliquam sermonibus, pro Tractare. Liu. 3. ab Vrbe. Versarent in animis secum vnanquanque rem, agitarent deinde sermonibus, at- que in medium quid in quaque re plus minúsve esset conferrent.

Rempublicam, pro Turbare. Sallust. in Catil.

Sacra, pro Agere, vel frequenter agere. Catul. de Berecynthia & Aty.

Spes inanes. Ouid. 7. Metam.

Vias. Senec. in Hippolyto, 9,

Cur tibi tanta est cura perennes
Agitare vias ætheris alti, &c.

Vigilias. Plaut. Trinum. 13. Id est, totam noctem vigilare.

Vitam. Sallust. in Catil. Et iam tum vita hominum sine cupiditate agi- tabatur. pro, Agebatur.

Agitatur, num hæc regula longius producenda sit. Paulus in l. 1. §. Ve- teres. D. de acquir. possess.

Agitandum est corpus leui gestatione. Cels. lib. 3. cap. 6.

Agitans {Greek} Cic. 2. de Fin. Quòd si rationem habeant à natura menti datã, & acrem & vigentem, celerriméque multa agitantẽ, &c.

Agitatus, particip. vt, Agitatus & exercitatus curis animus {Greek} Cic. de somnio Scipionis, Sunt autem optimæ curæ de salute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc sedem & do mum suam peruolabit.

Agitatum & fluitans: Cuius contrarium, Tranquillum & quietum. Cic. de Vniuersit. Nam quum constituisset Deus bonis omnibus explere mũdum, mali nihil admiscere, quoad natura pateretur: quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderatè agitatum & fluitans: idque ex inordina- to in ordinem adduxit.

Iactatus atque agitatus iniuriis. Cic. pro Quinct. Orat atque obsecrat, vt multis iniuriis iactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tãdem loco consistere & confirmari pat amini.

Tractatus & agitatus. Cic. 3. de Orat. Verùm enim oratori, quæ sunt in hominum vita, omnia quæsita, audita, lecta, disputata, tractata, agi- tata esse debent.

Adoptio Theophanis agitata est. Cic. pro Cornelio Balbo.

Res agitata in concionibus, iactata in iudiciis, commemorata in Sena- tu. Cic. pro Cluentio.

Sententia agitata. Cic. pro Domo sua ad Pontific.

Agitatior, comparatiuus. Vt, Agitatior animus, pro Agilior. Senec. epist. 109. Agitatiorem mihi animum esse credebam. Loquitur de eo tem- pore, quo abstinebat à carnibus.

Agitatio {Greek} verbale, Motus siue commotio. Cic. 2. de Nat. deor. Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor: sed ex in- timis maris partibus agitatione excitatus.

Agitatio & motus. Cic. 2. de Nat. deor. Agitatione & motibus linguæ cibus detruditur depellitúrque.

Agitationes fluctuum Cic. pro Muræna, Quod enim fretum, quem Eu- ripũ, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuũ?

Agitatio terræ, Colum. lib. 2. cap. 2. Actionem significat, & quasi exerci- tationem: non qua se exercet terra, sed qua exercetur ab agricolis. Nã & Virgil. dixit 1. Georg. Exercétque frequens tellurem.

Agitatio mentis, Est assiduus ille motus animi in rebus honestis cogi- tandis, & quasi mentis ipsius exercitatio. Cic. 1. Offic. Tum agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studiis cogitationis, etiam sine opera nostra continere. Quintil. lib. 1. cap. 1, Sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur: ita nobis pro- pria est mentis agitatio, atque solertia.

Agitatio spiritus. Plin. lib. 20. cap. 5, de cæparum purgamentis loquens, Et si ieiuni quotidie edant, firmitatem valetudinis custodiri: stoma- cho vtilia esse spiritus agitatione.

Agitatio studiorum, Quæ studiorum exercitatio dicitur. Cic. de Senect. An non in omnibus his studiorum agitatio vitæ æqualis fuit?

Agitator, pen. prod. agitatoris {Greek} verbale. Hoc nomen ferè apud autores relatum inuenio ad equorum curruúmve rectorem. Cic. Att. lib. 13, Vt bonus sæpe agitator. Hic metaphoricè. Idem 4. Acad. Ego enim vt agitator callidus, prius quàm ad finem veniam, equos susti- nebo. Virg. Æneid. 2. -& equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Hic etiam auriga dicebatur, sicut & in sacris certaminibus, qui bigas, aut quadrigas regebãt. Virg. 1. Georg.
Sæpe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis. Hoc est, agaso, ab agendo.

Agitabilis, pen. corr. {Greek} adiectiuum. Quod facile huc atque illuc agitatur & impellitur. Ouid. 1. Metam.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

A G O C E, es, nomen vrbis Æthiopiæ, quæ est sub Ægypto. Plinius lib. 6. cap. 29.

A G O G A E {Greek} fossæ sunt in metallis aurariis, per quas a- qua aurum trahẽs ducitur, vlice frutice, qui illis insterni solet, aurum retinente. Plin. lib. 33 cap. 4. Hermol. Inlices vocari tradit.

Agolum {Greek} Pastorale baculum, quo pecudes aguntur. Festus.

A G O N {Greek} nomen viri proprium, de quo Plutarchus in Alexandro: Agon (inquit) Teius suffixas clauis argenteis crepidas ferebat. Idem habet Plin. lib. 33 cap. 3. Alia tamen exemplaria habent A G N O N.

Agon, agonos, penultima prod. {Greek} Certamen, studium, locus cer- taminis.

Agon, Locus certaminis Romæ, qui Circus Flaminius dicebatur: & plerunque ponitur pro ipso certamine: ab ἀ, quod est Sine, & γωνία, Angulus. Circus enim locum significat rotũdum. Alij ab Ago ver- bo deducunt. Plin. Iun. epist. 22. lib. 4. Gymnicus agon celebrabatur.

Agon, studium contentionis. Cic. ad Attic. lib. 1. 11, Remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis.

Agonales dies, per quos rex in regia arietem immolat: dicti ab Agón? eò quòd interrogatur à principe ciuitatis, & princeps gregis immo- latur. Varro lib. 5. de lingua Lat. Vide A G O N'?

Agones {Greek} dicti sunt apud Romanos, qui percutiebant victimam, quòd ex more prius quàm ferirent, populum rogabant, Agón? Id est, Agóne? Agonum meminit Lactantius Statij enarrator. Quadrabit hæc vox in cunctatores, qui semper deliberant, neque quicquam ag- grediuntur. Erasmus in Chiliad.

Agones epitaphij dicebantur certamina nouendialia, quæ in honorem exequiarum in funeribus fiebant. Bud. lib. 5. de Asse.

A G O N A X, Zoroastris fuit præceptor. Plin. lib. 30. cap. 1. Hunc tamen alij Azonacem vocant.

Agonia, Vide A G O N.

A G O N I S. Agonidis, mulier Lilybætana, liberta Veneris Erycinæ. Cic. in Verrem.

Agonium {Greek} dies appellabatur, quo rex hostiam immolabat. Hostiam enim antiqui agoniam vocabant. Agonium etiam putabãt deum dici præsidentem rebus agendis. Agonalia eius dei festiuita- tem. Siue quia Agonos dicebant montes, Agonia dicebant sacrificia quæ fiebant in monte. Vnde Romæ mons Quirinalis Agonus, & Collina porta Agonensis appellata. Agonum, id est ludum, ob id di- ctum, quia locus in quo ludi initio facti sunt, fuerit sine angulo: cu- ius festa, agonalia dicebantur. Festus.

Agonalium, siue Agoniorum appellatio, vnde ducta sit, amplissimè de- scribit Ouid lib. 1. Fast.

Agonius deus. Vide Agenoriam deam.

Agonotheta, siue Agonothetes, agonothetæ, m. gen. penult. corr. {Greek} Erant autem Agonothetæ, agonum moderatores, præsi-

désque & iudices. Decemuiri erant sacrorum certaminum præsides singuli è singulis tribubus. Horum lictores dicebantur Mastigophori, Id est, flagriferi, ad summouendam turbam, & cohibêdas seditiones. Spartian. in Hadrian. Multa in Athenienses contulit, & pro Agonotheta resedit. Budæus.

AGORACRITVS Parius statuarius, Phidiæ discipulus, et ætate gratus. Itaque è suis operibus pleraque nomini eius donasse fertur. Condiscipulum habuit Alcamenem Atheniensem. Certauere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda: vicitque Alcamenes, non opere sed ciuitatis suffragiis, contra peregrinum suo fauentis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesin. Id positum est Rhamnunte pago Atticæ: quod M. Varro omnibus signis prætulit. Est & in Matris magnæ delubro in eadem ciuitate Agoracriti opus. Plin. lib. 36. cap. 5.

Agoræus {ἀγοραῖος} non ab ago deducitur, vt quidam falsò existimauere: sed Græca vox est, & à nostris Nundinarius dicitur. Horat.

> Dauniæ defende decus camœnæ
> Leuis agoræe. Sipontinus.

Agoræus apud Gellium pro illiterato sumitur. Sic enim ait lib. 17. cap. 3, Riserunt hoc ad illudendum, ex iis qui ibi aderant, vnus atque alter, malè homines literati, quod genus Græci ἀγοραίους appellant.

Agoræus panis, Id est forensis, & venalitius & Atticus vocari solet. Hic etiam Encryphias dicitur. Ruell. lib. 2. cap. 14.

AGORAEA Minerua, Id est forensis, à Lacedæmoniis culta. Author Paus. & Cæl. lib. 18. cap. 3.

Agoræus quoque Mercurius dicitur, quòd eius statua in medio esset foro. ¶ Itémque Agoræus Iuppiter, eadem de causa.

Agoranomus, agoranomi, penult. corr. {ἀγορανόμος} Ædilis dicitur. Plaut. Capt. 13, Mirúmque adeo est, nisi hunc fecerunt sibi Ætoli Agoranomum. Sic dictus ab ἀγορὰ & νόμος, quasi qui fori ius habeat. Habebat enim curam annonæ forensis, copiæque cibariorum, vt scribit Dionysius Halicar. libro 5, Budæus in Annotat. Ædiles vocant Latini.

A G R

Agra, æ {ἄγρα} Mordacissimi serpentis genus, quo nomine vulgò Demosthenem vocabant, scurrilem quandam mordacitatem in eo notantes.

AGRA {ἄγρα} regia Leanitarum Arabiæ populorum. Plin. lib. 6. cap. 28. Hinc Agræi, populi, ἀγραῖοι Stephano.

AGRADATVS, Persarum rex, postea Cyrus à Cyro fluuió nuncupatus. Strabo lib. 15.

AGRAE, vel vt alij ἄγρα, Locus Athenis extra vrbem; sacrum Cereris. Vbi Ilysum traieceris (ait in Attica Pausanias) ager occurrit, qui Agræ dicitur: & Dianæ Agrææ (alij Agrariæ legunt) templum. quo loco primùm Dianam venationem exercuisse, quum ex Delo venisset, fama est, qua ratione eius simulacrum arcum habet. ¶ Significatur & militum quoddá genus hoc nomine. ¶ Est & Agræ, arum {ἄγραι} oppidum Mediterraneum Arcadiæ. Plin. lib. 4 cap. 6.

AGRAGAS, pen. corr. {ἀκράγας} mons est muro cinctus, in cuius summa parte oppidum. Vnde & Cic. ait, Ad mare intra mœnia ante oppidum expectabat. De Verre. Virg. 3. Æneid.

> Arduus inde Agragas ostentat maxima longè Mœnia.

Agragas, vrbs Siciliæ, Ptolemæo, Straboni, Plinio, quod & Agrigentum dicitur: vnde Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sæuissimus, originem duxerunt. Scribitur à nonnullis Acragas, vulgò *Gergenti*.

Agragantinus, siue Acragantinus, pen. prod. {ἀκραγαντῖνος} adiectiuum, idem quod Agrigentinus. Lucret. lib. 1,

> Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est.

AGRANI, oppidum Mesopotamiæ maximum, à Persis dirutum. Plin. lib. 6. cap. 26.

Agrarius, Vide AGER.

AGRAVLOS {ἄγραυλος} filia Cecropis fuit, & Mineruæ cognomẽ. Harpocration. Latini videntur legisse Aglaurus, vt apud Ouidium in Metam. ¶ Populus etiam Athenis tribus Erechtheidis fuit ἀγραυλεῖς, teste Stephano: qui & sine α aliquando ἀγρυλεῖς vocatur.

AGRE {ἄγρη} ciuitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agrestis, Vide in AGER.

AGREVS {ἀγρεύς} Apollinis & Cyrenes Hypsæi filiæ filius fuit. Quatuor enim filios Apollinem ex Cyrene sustulisse produnt, Aristæum, Nomium, Eustochium, & Agreum. Iustinus ex Trogo lib. 13.

Agria, agriæ {ἀγρία} species scabiei, quæ citò serpit, reuertitúrque certo anni tempore, asperior omnibus aliis speciebus, & curatu difficilior. Celsus lib. 5, vocat feram scabiem. Sunt & vlcera quæ ἄγρια vocant, quasi quæ mitigari nequeant, quæ manum chirurgicam non admittunt.

Agriam, siue Ariam appellat Theophrastus, sempiternæ frondis arborem, inter robur & ilicem mediam. Theodorus aquifoliũ siue aquifoliam intellexit. Ruell. lib. 1. cap. 88.

Agriacantha {ἀγριάκανθα, ἢ ἄκανθα ἀγρία} spina est syluestris, carduo similis, densis horrens spinis. Author Dioscorides, & Ruellius, libro 1. cap. 6.

Agricola, Vide AGER.

AGRICOLA, Cornelij Taciti socer: cuius vitam ipse Tacitus descripsit. ¶ Agricola, & Vitalis eius seruus, martyres sub Maximiano Bononiæ passi, & à beato Ambrosio sepulti.

Agrifolium, planta est Paliuro Aphricanæ similitudine respondens. Constat autem foliis perpetuis, lauri, latioribus tamen, subpinguibus, & per ambitum aculeatis, cortice viridi, ramis lentis, ac flexilibus. Fructus ei rotundus, lucidus, ruber, ruscum & cedrum baccis æmulans. Huius radicum cortice incolæ viscum parant, quo etiam modo ex viburno conficiunt. Mathiolus Senensis in libr. 1. Dioscoridis.

AGRIGENTVM, Vide AGRAGAS.

Agrigentinus, pen. prod. {ἀκραγαντῖνος} possessiuum. Plin. lib. 31. cap. 7, Sal

Agrigentinus ignium patiens, ex aqua exilit. Agrigentinos quum intueretur Plato sustructiones ædificiorum plane insanas excitare magnifico admodum impendio, ac compari modo lautissima instruere conuiuia, dixit eos ædificare acsi victuri perpetuò forent, itémque conuiuari velut semper morituri. Eosdem Timæus prodit lecythis & xystris vsos argenteis, lecticas quoque ex ebore habuisse totas. Cælius Antiq. lect. lib. 7. cap. 31.

AGRII appellantur, qui & Cynamolgi. Strabo lib. 16.

Agrimensores {ἀγρομέτραι} Cassiod. lib. 4. variar. lect. Agrimensor (inquit) more vastissimi fluminis, aliis spatia tollit, aliis rura concedit. Apparet autem censitores, siue agrimensores fluminum vice, aut hęc illorum vice, ex publico in priuatum, & ex priuato in publicum, & ex vno in alium addicere. l. ergo. §. flumina. D. de acquirend. rer. domin.

Agrimonia, herba vulgò vocitata, verũ est eupatorium Græcorum. Ruell. lib. 3. cap. 95. Græcè ἀργεμώνη.

Agriocardamum, & Lepidium Paulus tradit, appellari herbã quæ hiberis existimatur. Ruell. lib. 2. cap. 105.

AGRIODOS, penultima correpta, Vnus ex canibus Actæonis. Ouidius lib. 3. Metamorph.

Agrion nardum {ἀγρία νάρδος} herba est folio oleris atri, quam Dioscorides Phu, φοῦ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt. Recentiores vocant Valerianam maiorem.

AGRIONIA, festa erant Dionysij. Plutarch. in Problem.

AGRIOPHAGI, pen. prod. populi Æthiopum versus Occidentem, qui teste Solino solùm pantherarum & leonum carnibus vescuntur. Plin. lib. 6. cap. 39.

Agriophyllon {ἀγριόφυλλον} herba est, quæ alio nomine Peucedanum appellatur. Dioscor.

Agrioselinum {ἀγριοσέλινον} herba est eadem cum Hipposelino. Dioscorides.

Agripeta, Vide AGER.

Agripalma, *ortica fetida, ortica morta* vulgò dicitur officinis, quæ à multis putatur esse galeopsis: optimè cognita mulieribus quas sæpe strangulans vterus opprimit. Nanque suo graui odore reuocat, & velut exanimes recolligit. Ruell. lib. 3. cap. 119.

AGRIPPA {ἀγρίππας} Gell. lib. 16. cap. 16, Quorum in nascendo, non caput sed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus ægerrimúsque habetur, Agrippæ appellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. Cõfixos esse autem pueros in vtero Varro dicit capite infimo nixos, sursum pedibus elatis: non vt hominis natura est, sed vt arboris. Nam pedes cruráque arboris appellat ramos: caput stirpem atque caudicem. Plin. lib. 7. cap. 81, ab ægro partu, Id est, difficili, Agrippas dictos putat. Sit enim ait, In pedes procedere nascentem contra naturam est: quo argumento eos appellauere Agrippas, vt ægrè partos. Idem scribit Festus & Quintilianus lib. 9. ¶ Fuit autem Agrippa cognomen gentis Meneniæ. Quanquam in eadem familia siue gente fuerunt, quibus Agrippa fuit prænomen: vt, Agrippa Menenius Lanatus, qui dux electus aduersum Sabinos, de eis triumphauit. Quum autem plebs à patribus secessisset in Auentinum, quòd tributum & militiam toleraret, nec reuocari posset, Agrippa apud eam orans inquit, Humani artus, quum ventrem otiosum cernerent, ab eo discordarunt, & suum illi ministerium negauerunt. At quum eo pacto & ipsi deficerent, intellexerunt ventrem acceptos cibos per omnia mẽbra diuidere. Itaque cum eo in gratiam redierunt. Sic Senatus & populus, quasi vnum corpus, discordia pereunt, concordia valent. Hac fabula reconciliatus est populus. Creauit tamen Tribunos plebis, qui libertatem suam aduersus nobilitatis superbiam defenderent. Menenius autem in tanta paupertate decessit, vt eum populus collatis quadrantibus sepeliret, locum sepulcro Senatus publicè daret. Ex lib. Plinij Iunioris de Viris illustribus. Liu. hanc historiam fusissimè describens 1. Decad. lib. 2, plebem dicit secessisse in Sacrum montem trans Anienem amnem tria ab Vrbe millia passuum. Meminit & Dionysius lib. 5. & 6.

M. Agrippam ferunt in pedes genitum, vnico propè felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quanquam is quoque aduersa pedum valetudine, misera iuuenta, exercito æuo inter arma mortésque, ad noxia successu, infelici terris stirpe omni, sed per vtrasque Agrippinas maximè, quæ Caium & Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani. Præterea breuitate æui, quinquagesimovno raptus anno, in tormentis adulteriorum coniugis, socerí que prægraui seruitio, luisse augurium præposteri natalis existimatur. Plin. lib. 7. cap. 8. Huius meminit & Suetonius in Augusto cap. 63. 64. 65.

Agrippa, cognomento Castoris, vir in primis doctus: contra XXIIII. Basilidis hæretici volumina, quæ contra Euangelium ille scripserat, acerrimè disseruit. Author Hieronymus.

Agrippa filius Aristobuli Magni Herodis filij, à Tiberio Cæsare coniectus in vincula, sed à C. Cæsare rex Iudææ factus.

Agrippa Furius Consul cum Quintio Capitolino de Æquis & Volscis prælio victis insignem victoriam reportauit. Liuius 1. Decad. libro tertio.

Herodes Agrippa, secundus Iudæorum rex. De hoc multa apud Iosephum.

Agrippa Syluius, duodecimus Latinorum siue Albanorum rex, Tyberino patri in Albula fluuio, qui inde Tyberis dictus est, submerso successit. Quum autem quadraginta annos regnasset, Romulum Syluiũ filium moriens regni hæredem reliquit. Liu. 1. Decad. lib. 1.

AGRIPPENSES, Bithyniæ populi. Plin. lib. 5. cap. vlt.

AGRIPPEVM, {ἀγριππεῖον} in Ceramico theatrum, in Alexandro sophista apud Philostratum. Cæl. lib. 7. cap. 19.

AGRIPPIAS, Agrippiadis, penult. corr. vrbs quæ prius Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta Agrippias. Iosephus Antiquit. lib. 13. cap. 19. Idem tamen belli Iudaici, lib. 1. cap. 16. sic ait, loquens de Herode, Anthedona quoque renouatam, quam bella subuerterant, Agrippium vocauit.

AGRIPPINA (ἀγριππίνη) insignis vrbs Germaniæ inferioris, metropolis, & Colonia olim Romanorū. Hæc Pomponius. Colonia Agrippina (inquit Volaterranus) M. Agrippæ monumentum, qui hos populos à se victos ac volentes in citeriorem ripam Rheni traduxit. Cornelius tamē Tacitus lib. 12. rem ita prodidit: Agrippina, quo vim suam sociis quoque nationibus ostentaret, in oppidum Vbiorum, in quo genita erat, veteranos coloniámque deduci impetrat, cui nomē inditum ex vocabulo ipsius. Ac fortè acciderat, vt eam gentem Rheno transgressam auus Agrippa in fidem acciperet.

Agrippinæ duæ fuerunt M. Agrippæ filiæ, quarum vna nupsit Germanico, mater Caij principis, cuius monumentum Romæ adhuc extat in Capitolio pro ædibus conseruatorum, cum huiusmodi inscriptione, Ossa Agrippinæ, M. Agrippæ filiæ, diui Augusti neptis, vxoris Germanici Cæsaris, matris Caij Cæsaris Augusti Germanici principis. Altera nupsit Domitio Neroni primùm, ex quo Neronem principem suscepit: deinde Claudio Cæsari, quem postea boleto sustulit. Volaterranus. Plinius lib. 7. cap. 16. Quibus in dextra parte gemini sunt supernè dentes, à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre: contrà in læua.

Agrippus (ἄγριππος) Laconibus dicitur oleâ sterilis. Hinc illud vulgi sermone tritum, Sterilior agrippo, de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos, nulliúsque industriæ homines. Author Zenodotus & Suidas.

Agrisis, herba & dulcedine præcipua, & hominibus ac iumentis vtilis vsus: qua potissimùm vescebantur Ægyptij. Diodorus Siculus, libro 2. capite 1.

Agrium nitrum (νίτρον ἄγριον) species est nitri, de qua sic Plin. lib. 31. cap. 10. de Nitri generibus loques. Minus etiam fit in Thracia, iuxta Philippos, sordidum terra, quod appellant Agrium.

AGRIVS (ἄγριος) Parthaonis Martis filij filius, qui vt vidit Ceneum fratrem orbum liberis factum, egentem regno expulit, atque ipse regnū possedit. Hyginus in lib. Fabularum, fab. CLXXV. Hinc corrigitur locus Ouidij in epistola Deianiræ Herculi: qui in omnibus exemplaribus, quæ mihi videre contigit, corruptus est, & à nemine interpretum intellectus. Locus autem ille est: Heu deuota domus, solio sedet acrior alto. vbi pro acrior, reponi debet Agrius, & hoc modo legi, -solio sedet Agrius alto. Quo modo & versus planus est, & sententia poetæ clara.

AGROLA & Hyberbius ad arcis Atheniensis radices domicilia habuerunt, omnémque ambitum murorum arcis fecerunt, præter eam particulam quam Cimon Miltiadæ filius construxit. Pausanias in Attica.

AGRON, Primus qui inter Heraclidas Sardis regnauit, vt scribit Herodotus lib. 1.

Agron nobilis medicus, summè laudatus, quòd magna vi pestilentiæ Athenas sæuius infestante, affectorum plerisque salutarem opem attulerit, accensis in proximo ignibus. Cælius Rhodiginus, libro 13. capite 22.

Agron, Nini filius, à Græcis dictus, quòd in agris natus esset. Vide Cæl. Rhod. lib. 23. cap. 5.

Agron Illyriorum rex, ob superbissimos Ætolos à se domitos, temulentię deditus, pleuritide morbo correptus, interiit. Author Polybius apud Stephanum Nigrum in lib. De nimio vitæ luxu.

AGROSPI (ἄγροσποι) populi Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 30.

Agrosteres (ἀγρωστῆρες) Phalangij species apud Nicandrum.

Agrostis (ἄγρωστις) herba est geniculatis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga & acuminata in modum paruæ arundinis, qua boues iumentáque pascuntur: Latini Gramen appellant. Vide Dioscor. lib. 4. cap. 26.

AGROSVS, mons est, vbi nunc Roma, quem Faunus rex Euandro ex Arcadia pulso concessit, cúmque ille postmodum Palatinum appellauit. Calep.

AGROTERA (ἀγροτέρα) Dianæ cognomē est, quòd Agræ fuerit regiuncula terræ Atticæ, prope Nessum amnem, in qua ferunt Dianam primam venationem exercuisse, quum ex Delo illuc venisset. Pausan. & Cæl. lib. 8. cap. 7.

A G V

Agumentum, teste Varrone, quod ex immolata hostia desectū in iecore imponendo agendi causa. Hæc ille lib. 4. de ling. Lat.

AGVNTVM (ἄγουντον Ptolemæo) oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur lib. 3. cap. 24.

AGVRIVM, Vide AGYRINI.

A G Y

AGYIEVS, pen. prod. diphthon. Græca ἀγυιεὺς, trium syllabarum vox, Apollinis epitheton, testibus Pausania in Attica, & Macrobio Saturnal. lib. 1. cap. 9. quasi viis præpositus vrbanis. Erat item eo nomine columna fastigiata, atque in acutum desinens, prope ianuas surrecta, Apollini sacra. Nam veteris moris fuit, Apollinem vt alexicacum colere ante ianuam. Cui etiam sacræ erant Agyiatides aræ, quas quidam Therapnas nuncupant. Hæc Cælius libro 6. cap. 18. Horat. 4. Carm. 6,

Phœbe, qui Xantho lauis amne crines,
Dauniæ defende decus camœnæ
Læuis Agyieu. Vbi Acron, Læuis, imberbis. Agyiæ verò Atheniēsi lingua vici dicūtur: quo nomine ideo Apollo vocatus est, quia ex oraculi responso in vicis publicis vrbis suæ statutis altaribus ei sacrificia instituerant. vnde Agyieus dictus est.

AGYLLA, quæ nunc Cære (ἄγυλλα) dicitur, vrbs est Tusciæ, à nomine conditoris, quem Virgil. libro 8. Æneid. ex Lydia venisse ostendit, quum ait,

Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Vrbis Agyllinæ sedes: vbi Lydia quondam
Gens bello præclara, iugis insedit Hetruscis. Vbi Seruius, Agylla ciuitas est Tusciæ, à conditore appellata, cui ex inscitia Romana aliud est inditum nomen. Nam quum Romani euntes per Tusciam, interrogarēt Agyllinos quæ diceretur ciuitas: illi, vtpote Græci, quid audirent ignorantes, & optimum ducentes si prius eos salutarent, dixerunt χαῖρε. quam salutationem, Romani nomen ciuitatis esse putauerunt, & detracta aspiratione, eam Cære nominauerunt, vt scribit Hyginus in lib. de vrbibus Italicis. Plin. lib. 3. cap. 5. Cæretanus amnis, & ipsum Cęre, Agylla à Pelasgis conditoribus dictum. Strabo lib. 5. Quæ nunc Cęre dicitur, quondam nominabatur Agylla: eáque à Pelasgis è Thessalia profectis condita fertur. Cæterum Lydis, quos mutato vocabulo Tyrrhenos nominābant, aduersus Agyllæos belligerantibus, murum subiens quidam vrbis nomen percontabatur: cui è muro Thessalus quidam pro responso salutem renuntians, χαῖρε, id est salue, inquit. Thusci bonum hoc accipientes omen, captam vrbem mutato nomine vocauere Cære. Verùm tam splendida támque gloriosa quondam ciuitas, vixdum hac ætate vrbis vestigia seruat. Vicina sanè magis fulgent balnea, quæ vulgò Cæretana vocantur, propter eos qui ad ea curandæ valetudinis gratia proficiscuntur.

Agyllius (ἀγυλλαῖος) qui ex Agylla est. Virg. 8. Æneid.

AGYLLEVS Herculeus, Hoc est, Herculis filius. Stat. lib. 10. Thebaid.
Insuper Herculeum sibi iungit Agyllea vates.

Agylleus, luctator Cleonæus, staturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen à Tydeo victus. Stat. 6. Thebaid.
-leuat ardua contrà
Membra, Cleonææ stirpis iactator Agylleus, &c.

AGYRINI, siue Agyrinenses (ἀγυριναῖοι) ab vrbe Siciliæ Agyrio. Abest verò Agyrium, siue quod idem est, Agurium, à Centuripis XII. mil. pass. ex Antonino. Stephanus Agyrinam vocat. Hermol. in Plin. lib. 3. cap. 8.

AGYRTES (ἀγύρτης) Patrem interfecisse scribitur Ouidio lib. Metam. 5.
-& cæso genitore infamis Agyrtes.

A H

Ah (ἆ, ἆ) interiectio, sæpius dolentis est: interdum tamen ad alios affectus explicandos accommodatur. Itaque pro sensus & materiæ conditione, particula hæc accipienda erit. Fit autem ab aha, teste Prisciano, per apocopen: interdum verò geminatur: vt, ah ah.

Ah, dolentis. Virg. 1. eclog. Ah, silice in nuda connixa reliquit.

Ah, flentis, aut lamentantis, inquit Donatus. Terent. Adelph. 3. 2,
-ah Me miseram. Legitur & ah ah, hoc loco.

Ah, indignantis sibipsi, & seipsum arguentis. Terent. And. 3. 1, Ah, vix tandem sensi stolidus.

Ah, desiderij. Plautus Asin. 12, Ah, quanto amplius valerem, si hic maneres!

Ah, indignantis & stomachantis alteri, cum reprehensione. Terentius And. 1. 5,
Nam quid ego dicam de patre? ah,
Tantámne rem tam negligenter agere?

Ah, leniter arguentis, siue reprehendentis. Plaut. Bacchid. 1, Ah, nimium ferus es. Terent. And. 5. 2, Ah, ne sæui tantopere.

Ah, obiurgantis. Terent. And. 2. 1,
Ah, quanto satius est, te id dare operam,
Qui istum amorem ex animo amoueas tuo, &c.

Ah, abnegantis. Terent. And. 3. 3, Ah, ne me obsecra.

Ah, increpantis cum indignatione. Terent. Eunuch. 2. 1,
-sátne hoc mandatum est tibi?
P. Ah, rogitare? quasi difficile sit.

Ah, quasi corrigentis alterius dictum. Terent. Eunuch. 5. 2,
Tamen si pater. C. quid? ah volet, certò scio.

Ah, reclamantis, aut contradicentis. Terent. Hecyr. 5. 1,
-meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah.
L. Sine dicam. Cic. 2. de Orat. Ah, Patres conscripti, non ego mihi illum iniquum eiero, verùm omnibus.

Ah ah, inclamantis. Plaut. Mostel. 8,
Scio te bona esse voce: ne clama. D. hercle ego
Verò clamabo. TR. ah ah, morem mihi gere.

Ah ah, suspirantis. Plaut. Mil. 20,
-habe bonum animum. PA. ah ah,
Quum venit in mentem mores vt mihi mutandi sient.

A H A

Aha (ἆ ἆ) interiectio indignantis alteri, & ipsum arguentis. Plautus Bacchid. 18, -aha
Bellerophontem iam tuus me fecit filius.

Aha, abnegantis. Plaut. Bacchid. 1, Manum da, & consequere. B. aha minimè.

AHARNA, oppidum Hetruriæ, cuius meminit Liuius lib. 10. Decad. 1.

A H E

Ahenum, aheni, neut. gen. pen. prod. (χαλκεῖον) Paul. in l. Quum de lanionis. D. de instruct. & instrum. legat. Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virgil. 1. Æneid. Littore ahena locant alij. Vbi Seruius, Ahena, quibus vtebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lauandos. Heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixa.

Ahenum dicimus, per h interpositam inter a & e: non aenum: vt sonus fit viuidior, vegetiórque: teste Gellio, lib. 2. cap. 3.

Ahenum sæpenumero capitur pro amplissimo vase, in quo tingitur purpura. Vnde multa habet epitheta ex iis locis in quibus claruit vsus purpuræ. Vt,

Agenoreum ahenum. Id est Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyros & Sidon vrbes purpura nobiles. Martial. lib. 10. in Caium,
Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

Amyclæum, ab Amyclis vrbe Laconiæ, in qua plurimus fuit vsus purpuræ. Ouid. lib. 2. de Remed. amoris.

Assyrium, Id est, Tyrium. Claudian. lib. 2. de rapt. Proserp.

Getulū. Sill. Ital. lib. 16. Hoc est, purpura quæ apud Getulos tingebatur.

Sidonium. Seneca,

Tænareum, Id est, Laconicum, à Tænaro Laconiæ promontorio. Valer. Flac. Argonaut. lib. 5.
Tyrium. Stat. lib. 1. Sylu. 2.
Ardens. Iuuenal. satyr. 15,
-nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus. Hoc est, Nec elixauit, nec assauit.
Calidum. Ouid. 7. Metam.
Cauum. Ouid. 6. Metam.
Feruens. Seneca.
Paruum. Ouid. 8. Metam.
Spumans. Seneca in Thyest. 1.
Tepidum. Virg. 1. Georg. Seruius legit Trepidum.
Vndans. Virg. 6. Æneid.
Aheneus, adiectiuum {χάλκεος} Poeticum pro æreus: vt Ahenea ætas, pro ærea. Ouid. 1. Metam. Horat. lib. 1. epist.
-hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa. Hoc est fortissimum ac tutissimum animi munimentum. Gellius tamen vsus est lib. 16. cap. vltimo ad finem, Simulacra duo ahenea, &c.
Iugum aheneum. Horat. 3. Carm. 9. Id est, forte, vt ait Acron & Porphyrio.
Signa. Horat. lib. 2. epist. 1.
Turris. Horat. 3. Carm. 16. & Ouid. Amorum lib. 2. eleg. 19.
Ahenus, penult. prod. adiectiuum {χάλκεος} Idem quod æreum, Id est, ex ære factum: sed hoc propriè poeticum est.
Acus ahena. Ouid. 2. Fast.
Cadus. Virgil. 6. Aeneid.
Cassis. Stat. 6. Thebaid.
Cor. Stat. 3. Thebaid. -sed scopulos, & ahena precando Flectere corda paro.
Cornu arietis militaris ahenum. Propert. lib. 4. eleg. 11.
Crateres. Virgil. 9. Æneid.
Fores. Virg. 1. Æneid.
Forma. Propert. lib. 4. eleg. 2.
At tibi Mamuri formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Osca manus.
Iugum. Valer. Flac. Argonaut. 7.
Labrum. Virgil. 4. Æneid.
Lux. Virgil. 2. Æneid. Id est, splendor armorum.
Manus. Hoc est, fortis & dura, teste Acrone. Horat. 1. Carm. 35.
Massa, pro Disco æreo. Stat. 6. Thebaid.
Moles. pro clypeo laminis æreis graui. Stat. 4. Thebaid.
Porta. Stat. 10. Thebaid.
Postes. Claudian. lib. 1. de raptu Proserpinæ.
Signa. Lucret. lib. 1.
Thoraces. Virgil. 7. Æneid.
Trabes ahenæ. Claudian. lib. 1. de raptu Proserpinæ.
AHENOBARBVS cognomen fuit Domitiorū, quod primus tulit Cn. Domitius, & ad suos posteros propagauit. Caussam autem & originem huius cognominis persequitur Suetonius in Nerone, cuius verba subscribam. Domitius (inquit) dictus est Ahenobarbus, quoniā Castor & Pollux, quum de victoria nuntiarent Domitio rure reuertenti, ipséque minimè crederet narrantibus, malas barbámque manibus permulserunt, & ut ex fusca in flauam conuerterunt, vnde à barba rutila æneique coloris, Ahenobarbi dicti: quod postea Domitiorum cognomen fuit, eorúmque magna pars rutila barba fuerunt. Hæc Sueton. in Nerone, cap. 1. Idem ibidem, capite 2. In Cn. Domitium Ahenobarbum Neronis atauum dixit Licinius Crassus orator, non esse mirandum quòd æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Quidam scribunt sine aspiratione Ænobarbus, & nonnulli Æneobarbus. Sed in antiquis lapidibus & monumentis semper est Ahenobarbus.
Ahorta, Vide AORTA.
Ahu {ἰού} interiectio est perturbatæ mulieris. Terent. Eunuch. 5, Ahu, tace obsecro.

A I

AIAX, Telamonis filius ex Hesione filia Laomedōtis, fortissimus Græcorum post Achillem. Sed Achille occiso, quum illius arma peteret Aiax, & Vlysses eloquentia sua illa à iudicibus accepisset: Aiax præ ira insaniens pecora occidit, credens Vlyssem cum sociis occidere, deinde seipsum gladio transfixit. Hinc, Aiacis risus, In eos qui temerè ac vecorditer rident: id quod apposite dicetur in homines mortiferis voluptatibus gaudentes, breui perituros: aut qui malefactis gaudent, mox pœnas daturi. Nec intempestiuiter torquebitur in eos quibus risus oboritur nulla de causa: quem vulgò dicūt aut insaniæ, aut stultitiæ argumentum esse. Erasm.
Alter fuit Aiax Oilei filius rex Locrensium, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ. Hic capta Troia Cassandram virginem & vatem in templo Palladis violauit: quam ob causam domum repetens, fulmine à Pallade exustus est in mari cum sua naui, vt testatur Virgilius 1. Æneidos,
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto. Ouid. in Ibin. Senec. in Agamemn. Philost. lib. 2. Iconum.
Aiax acerrimus. Virg. 2. Æneid.
Aiax semper fortis, fortissimus in furore. Cic. 4. Tusc.
Aiax heros ab Achille secundus. Id est, virtute & fortitudine post Achillem primus. Horat. 2. Serm. 3.
Aiax impatiens contumeliæ. Cic. 1. Offic.
Impatiens iræ Aiax Telamonius. Ouid. 13. Metam.
Clypei septemplicis dominus, Aiax Telamonius. Ouid. 13. Metam. 1. & 7. Id est, scuti septem coriis boum tecti.
Inuictus. Ouid. 13. Metam.
Moderatior Aiax. de Oilei filio: nam Telamonius erat ferocior. Ouid. 13. Metam.
Narycius heros, Aiax Oilei filius. Naryx enim, siue Narycium, vrbs fuit Locridis: Aiax autem Locrensium rex. Ouid. 14. Metam.
Oileus Aiax. Ouid. 12. Metam.
Oilides. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Stolidum Aiacem Telamonium vocat Vlysses apud Ouid. 13. Metam.
Telamone creatus. Ouid. 12. Metam. & lib. 13.
Aiax Telamonius ab Ioue tertius. Ouid. 13. Metam.
Telamoniades, Telamonis filius. Ouid. 13. Metam.
Telamonius. Ouid. 13. Metam.
Aiax Telamonius, Iouis pronepos. Ouid. 3. Metam.
Aiacis Telamonij cruor in florem hyacinthum. Plin. lib. 21. cap. 11, Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens eius quem Apollo dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi, ita discurrentibus venis, vt Græcarum literarum figura AI legatur inscripta. Meminit & Ouid. 13. Metam.
Aiacis Telamonij sepulcrum. Plin. lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13.
Telamonius heros, pro Aiace. Virg. in Culice, Hinc erat oppositus contrà Telamonius heros.
Aiax, vnus è regis Antiochi elephantis. Plin. lib. 8. cap. 5, Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis semper.
AIDONEVS {Ἀϊδωνεύς} Pluto appellatus est, & tempore Lyncei regis Argiuorum, atque Erichthei regis Atheniensium regnauit, vt scribit Eusebius. ¶ Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cuius filiam nomine Persephonem, Theseus conatus fuit rapere, non procul ab Acheronte fluuio: vnde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonem Ditis vxorem rapere voluisse. Plutarch. in vita Thesei.
Aigleuces. Ruellius lib. 1, Inter dulcia vinum est, quod Græci Aigleuces vocant: Hoc est, semper mustum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibeatur. Sic enim appellant musti in vina trāsitum. Ergo mergunt protinus è lacu in aqua cados, donec bruma transeat, & consuetudo fiat algendi.
AILA {Αἴλα} ciuitas est, in Arabici sinus recessu sita, de qua Strabo libro 16.
Aio {φημί} verbum anomalum & defectiuum, sic declinatur, Aio, ais, ait. Plur. aiunt.
Imperfecto, Aiebam, integrum est. Quintil. lib. 6. cap. 4, Siculi aiebant in Delphico sedisse.
Perfecto, Aisti. Plur. Aistis.
Imperatiuo modo, Ai. Plaut. Vel ai, vel nega. Næuius, An nata est spōsa prægnans? vel ai, vel nega.
Futuro optatiui, & præs. coniunctiui, Aias, aiat. Plur. Aiamus, aiant. Cic. de Finib. Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget. Gell. lib. 16, Siue aias, siue neges, hærebis in captione. Priscianus aiamus dixit lib. 1. de Construct. Plaut. Rud. 11, Vel tu mihi aias, vel neges.
Participium est, Aiens. Cætera non sunt in vsu: licet quidam ponant, Aiam, aies, aiet. Cicero in Topicis, Contraria aientibus, inquit, negantia.
Aio & loquor. Cic. 2. de Diuinat. Quid ergo Aius iste loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit?
Aio & Nego, cōtraria sunt. Nam Aio, propriè Fateor significat. Terent. Eunuch. 2. 2, Negat quis, nego: ait, aio. Cic. 3. Offic. Diogenes ait, Antipater negat.
Ait. Terent. Eunuch. 1. 2, Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi. Vbi Donatus, Semper AIT dicimus, quum vel inusisa nobis & audientibus, vel vana dicta narramus alicuius.
Ais, pro Inquis. Horat. 1. Serm. Non sum mœchus, ais.
Aiunt. Terent. Andr. 1. 2,
-omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.
D. Ita aiunt. Vbi Donatus, Aiunt: hæc credunt, & loquuntur vniuersi. Et est trepida confessio, & quasi inuiti responsio.
Aiunt. Terent. Phorm. 2. 3, Actum, aiūt, ne agas. Vbi Donatus, AIVNT dicimus, quum prouerbium significamus.
Vt aiunt. Cic. 2. de Orat. Et docebo sus (vt aiunt) oratorem, &c. Idem pro Flacco, Vos oro & obtestor, Iudices, vt totam causam quammaximè intentis oculis (vt aiunt) contemplemini.
Quomodo aiunt. Cic. in Pisonem, Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.
Ain', pro aisne, sicut Vidén', pro vidésne, & similia. Terent. Andr. 5. 3, Ain' tandē, ciuis Glycerium est? Vbi donatus, Ain', percontatiuum verbum est. Idem Phorm. 2. 3, Ain' tandem carcer? Vbi Donatus, Ain', ἀποκοπῆς nota est, quæ separat e ab n, & interimit s literæ sonū: est enim integrum aisne.
Ain' tu? Terent. Hecy. 3. 4, Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Vbi Donatus, Ain' tu, pro Aisne tu. Et sic iam aliquid dixisse magni in præcedenti oratione, ex respōdentis sermone demonstratur. Cic. Attic. lib. 6, Ain' tu? Scipio hic Metellus proauum suum nescit Censorē non fuisse? Loquutio est ad ostendendam admirationē vsurpata.
Ain' tu! Indignantis vox & stomachantis, atque adeò comminantis. Plaut. Asin. 4. 2,
Ain' tu, apud amicam munus adolescentuli
Fungare? Verba sunt diaboli Demænetum absentem, tanquam adesset, præ furore nec citra comminationem alloquentis.
Ain' tandē? Cic. 3. de Leg. Ain' tādem? etiam à Stoicis ista tractata sunt?
Ain' vero. Vide VERO.
Aiscopes {ἀείσκωπες} Aues sempasiones: omnibus enim anni temporibus conspiciuntur. Sic Gaza vertit in Aristotele. Vide de his Cæl. Antiq. lect. lib. 12. cap. 14.
Aiuga, Vide ABIGA.
AIVS {Αἶος} deus Romanis creditus, de quo hæc Cicero 2. de Diuinat. At paulo pòst audita vox est, monentis, vt prouiderent ne à Gallis Roma caperetur: ex eo, Aio loquenti aram in noua via consecratam. Quid ergo Aius iste loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen inuenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen inuenit, obmutuit? Meminit & Cic. lib. 1. de Diuinat. Plutarch. in lib. de Fortun. Roman. Liu. 1. Decad. lib. 5, Loquutium appellans. & Gell. lib. 16. cap. 17.

AIVLLIVS Larinas, homo nequam. Cic. pro Cluent.

A I Z

Aizoon {ἀείζωον} herba sic dicta, quasi semperuiuum. Ideò Græci sic appellant, quoniam sempiternum sit fronde. Romani, Iouis oculum & Sedum nominant. Duplex est Aizoon: maius hodie Galli Iōbarbam, quasi Iouis barbam appellant: Minus vulgò *Vermicularis*, & *Cauda muris* dicitur. Vide Ruelliū libro 3. cap. 16. & Plinium libro 25. cap. 13.

A L A

Ala, alæ {πτέρυξ} qua aues volant. Virg. 1. Æneid.

Vt reduces illi ludunt stridentibus alis. De cygnis loquitur.

Ala {μασχάλη} pars hominis concaua subter brachium, quæ & Axilla dicitur. Plin. lib. 21. cap. 20, Halitus oris commanducata abolet, alarúmque vitia.

Ala, etiam in brutis. Plin. lib. 11. cap. 40, Elephas tantùm sub armis duas nec in pectore, sed citrà, in alis occultas.

Ala in herbis dicitur, cauus inter caulem & ramulos anfractus, vnde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. lib. 25. cap. 5. de Mercuriali herba, Alarum cauis multis.

Alæ foliorum. Plin. lib. 22. cap. 18, Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum.

Ala, de ranis marinis. Plin. lib. 9. cap. 51.

Ala deriuatur ab axilla per contractionem, fuga literæ vastioris, inquit Cic. in Orat. Hoc est, vt litera illa vastior x, quæ vim duarum consonantium habet, & sonum quendam agrestem, fugeretur.

Alas hominis vellere. Iuuenal satyr. 11.

Alæ, pro velocitate, figuratè, ab effectu: quia scilicet alæ auibus velocitatem faciunt. Virg. 3 Æneid. -& ventis & fulminis ocyor alis.

Alæ {ἴλαι} vocantur ab alarum similitudine, Equitum ordines, vt ait Gell. lib. 16. cap. 4, quòd circum legiones dextra sinistráque, tanquam alæ in auium corporibus, locabantur. Liu. 6 bel. Pun. Plúsque aliquanto damni hæc ala equitum amissa Annibali, quàm Salapia fuit. Virgil. 4. Æneid. Dum trepidant alæ, saltúsque indagine cingunt.

Conamen alarum. Lucret. lib. 6.

Remi alarum. Ouid. 5 Metamorph.

Remigio alarum volare. Virg. 1. Æneid. de Mercurio.

Verbera alarum. Virg. 12. Æneid.

Alæ atriorum. Vitruu. lib. 6. cap. 3.

Fati alas tardare, Id est, mortem. Horat. 2. Carm. 17.

Fulminis alæ. Virgil. 5. Æneid.

Legionum. Cic. Attic. lib. 11.

Mortis. Vide Atræ alæ mortis.

Alæ sagittæ, Id est, pennæ. Virgilius 9. Æneid. Ergo alis allapsa sagitta. Seruius.

Somni. Vide Molles alæ Somni.

Velorum. Virg. 3. Æneid. Et velorum pandimus alas.

Ventosior alis suis Cupido. Ouid lib. 2. Am. eleg. 9. ad Cupidinem.

Aeriæ alæ. Virg. in Cyri. Aerius potius sublimem sustulit alis.

Ambiguis alis volat hora. Seneca in Hippol. 11.

Assiduis alis circumuolare. Stat. 1. Thebaid.

Atræ alæ mortis. Horat. 2. Serm. 1.

Audaces. Ouid. epist. 17. de Dædalo.

Bibulæ. Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

Celeres alas commouere. Virgil. 5. Æneid.

Deficientes. Stat. lib. 10. Thebaid.

Densæ. Virgil. 1. Georg.

Frænigera. Stat. 5. Sylu. 1.

Fuluæ Somni. Tibul. lib. 2. eleg. 1, ad finem.

Grandes. Iuuenal. satyra 14.

Hirsutæ, Hoc est, Pilosæ brachiorum axillæ. Horat. Epod. 12,

An grauis hirsutis cubet hircus in alis. Hircum appellat, alarum fœtorem hircino similem.

Humentes. Stat. 10. Thebaid.

Infernæ. Claudian. lib. 2. in Eutropium.

Insignes. Virgil. 4. Georg. de apibus loquitur.

Lassatæ. Ouid. 1. Metam.

Loquaces. Claudian. in 2. Panegyr.

Madidis cantat quæ Sostratus alis. Iuuenal. satyr. 10.

Madidis Notus euolat alis. Ouid. 1. Metam.

Molles alæ Somni, Id est, suaues. Sil. Ital. lib. 10.

Migrantes. Ouid. 2. Metam.

Nouæ. Ouid. 7. Metam.

Olorinæ. Ouid. 6. Metam.

Pares. Ouid. 2. Metam.

Pendentes. Vide PENDEO.

Pernices. Virgil. 4. Æneid. de Fama.

Plantares alæ Mercurij. Stat. 1. Thebaid.

Plausæ. Ouid. 14. Metam.

Præpes. Statius 2. Thebaid.

Rapidæ. Claudian. lib. 3. de rapt. Proserp.

Recentes. Ouid. 11. Metam.

Roseæ alæ pauonum. Claudian. lib. 1. in Eutrop.

Rutilantes. Claudian. lib. 1. Panegyr.

Spatiantes. Ouid. 4. Metam.

Teneræ. Stat. 3. Thebaid.

Trepidæ. Stat. 9. Thebaid.

Veloces alæ. Ouid. 4. Metam. Et Claudian. in Ruff. lib. 1.

Ventosæ. Virg. 12. Æneid. Ventosásque addidit alas.

Viscatæ. Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

Volucris. Valer. Flacc. Argonaut. lib. 7.

Accommodare alas humeris. Ouid. 2. de Arte amandi, de Dædalo.

Alas addere alicui, dicuntur figura prouerbiali, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Eras. in Chiliad.

Assumere alas humeris. Ouid. 11. Metam.

Atterere alas in duris cotibus. Virg. 4. Georg. de apibus.

Concutere. Claudian. in Ruff. lib. 1.

Eripere regibus apum. Virgil. 4. Georg.

Alis coruus euerberabat os oculósque hostis. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Euerberare alis clypeum. Virgilius 12. Æneid. Clypeúmque euerberat alis.

Exuere alas, Id est, deponere. Virg 1. Æneid. de Cupidine loquitur.

Formare alas fulminis horrifici. Valer. Flacc. Argonaut. lib. 2.

Frænatæ alæ signa moderari. Stat. 4. Sylu. 7.

Increpare alis. Stat. 10. Thebaid.

Instigare alas vocibus. Virg. 11. Æneid.

Fertur equo, variísque instigat vocibus alas,
Nomine quenque vocans.

Insistere alis. Lucret. lib. 6.

Imitari alas auium. Vide IMITOR.

Mouere. Seneca in Hippol. 3. Ouid. 2. Metam.

Niti alis. Vide NITOR.

Pandere alas ad solem æstiuum. Virg. 4. Georg. de apibus.

Plaudere alis. Virg. 5. Æneid.

Porrigere alas. Ouid. 8. Metam.

Sublimem alis portare. Virg. 4. Æneid.

Quatere alas. Virg. 3. Æneid. de Harpyis.

Scissæ alæ velorum. Claudian. 4. Panegyr.

Spargere alas coloribus. Virg. 7. Æneid.

Strepitantes alæ. Tibull. lib. 2. eleg. 2.

Stridentes. Virg. 1. Æneid. Ouid. 4. Metam.

Sumunt alas pedes. Ouid. 11. Metam.

-iam tum mihi currere visus
Plus homine est: alásque pedes sumpsisse putares.

Sumptis alis effugere. Ouid. 5. Metam.

Superuolitare tecta alis. Virg. 6 eclog.

Tardare alas fati. Vide Fati alas, &c.

Trepidantes alæ. Ouid. 7. Metam.

Verberare alis æthera. Virg. 11. Æneid. de aquila.

Vertere alas ad aliquem. Sil. Ital. lib. 15.

Alas lupi quærere. De iis qui quærunt ea quæ nusquam sunt. Aut vbi quis verbo duntaxat territat, alioqui re nunquam facturus quod minatur. neque enim fieri potest vt lupus alatus inueniatur. Prouerbiū recensetur à Suida.

Alaris, & hoc alare, pen. prod. {ἰλαῖος} denominatiuum ab ala: & Alarius adiectiuum, pro eodem, vt Equites alarij, & Cohortes alariæ. Liu. 10. ab Vrbe, Cum cohortibus alaribus. Idem 5. belli Maced. Qui præerat alariis equitibus. Cæs. belli Gall. lib. 1, Omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quo minus multitudine militum legionariorum pro hostium numero valebat, vt ad speciem alarus vteretur.

Alarij transpadani. Cic. lib. 2. epist. 16, Quod autem meum erat propriū, vt alariis transpadanis vti negarem, id etiā populo se remisisse scribit.

Alatus, pen. prod. adiectiuū {πτερυγωτὸς} Alas habens: vnde Mercurius à poetis inducitur alatis pedibus, propter talaria quæ illi attribuuntur. Virg. Æneid. 4. de eo loquens,

Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

Alati equi Solis. Ouid. lib. 3 Fast.

Alifer, pen. corr. {πτερυγοφόρος} aliferi pen. etiam corr. adiectiuum, Alatus. Ouid. 4. Fast. -& alifero tollitur axe Ceres. Id est, Curru.

Aliger, adiectiuum, pen. corr. ex ala, & gero, Alatus. Plin. lib. 12. cap. 19, Aligerísque serpentibus. Et libr. 36. cap. 5, Aligerósque ludentes cum ea Cupidines. propriè tamen est poeticum. Virg. Æneid. 1,

Ergo his aligerum dictis affatur amorem.

Agmen aligerum: Id est, aues. Virg. 12. Æneid.

Aliger Arcas, pro Mercurio. Stat. 3. Sylu. 3.

Genus aligerum. Senec. in Hippol. 3, Ignes sentit genus aligerum. Hoc est, etiam aues sentiunt flammas amoris.

Alipes, penul. corr. alipedis pen. itidem corr. {πτερύγοπους} ex ala, & pes. Hinc alipes currus, Id est, velox. Sil. Ital. lib. 7. Alipedem planta currum premit.

Alipedes equi, Id est, veloces. Virg. 1. Æneid.

Alipedúmque fugam cursu tentauit equorum. Sic Ouid. 2. Metam. de equis Solis verba faciens.

Alipedes, pro equis velocibus. Virg. 7. Æneid.

Instratos ostro alipedes, pictísque tapetis. Sic Alipedes turmæ apud Sil. Ital. lib. 3.

Cerui. Id est, veloces. Lucret. lib. 6.

Citus. Stat. 11. Thebaid.

Alipes deus, Mercurius alatos pedes habens. Ouid. 11. Metam.

Alipilus, alipili, penult. corr. {μασχαλοτίλτης} Qui alarum pilos in balneis vellit. Seneca epist. 57, Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem, nec vnquam tacentem nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cælius libro 30. capite 19.

ALABA, oppidum Hispaniæ Tarraconensis. Sunt enim tres vrbes in Tarraconensi. Alaba, Alabon, siue Alabona, & Labana. Ptolem. author. Hermol. in lib. 3. Plinij, cap. 3.

ALABENSES, ab Alaba: Alabonenses, ab Alabone oppido non procul Cæsaraugusta. Hermol. in lib. 3. Plin. cap. 3.

ALABANDA {Ἀλάβανδα} vrbs Cariæ, Stephano in comm. De vrbibus, ab Alabādo, Care filio, quē ex Callirhoë Meandri filia suscepit, nomē sortita est. Siquidē is postquā in equestri prælio strenuē nauasset operā, Alabandus est dictus: Id est, equo vincēs. Cares enim sua lingua *Ala* vocant equū, *Banda* victoriam. Eámque vocē ait Romanis in vsu fuisse, vt Bandam victoriā dicerent. Hinc durat & Germanis ea vox, qua præpotentem & antiquæ nobilitatis principem, *Banderum* vocāt, vt qui victor olim hoc honoris virtute bellica sibi pepererit. Alabādam quoque aliam in eadē Caria facit Charax apud Volaterranum, ab Alabando Euhippi filio nuncupatam.

ALABANDAM, siue ALABANDAS, (vtroque enim modo inflectitur) recenset Iuuenalis satyra 3, inter vrbes barbaricis delicijs ac luxu perditas,

Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Stephanus quoque admonet, olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentiſſimam ac florentiſſimam fuiſſe, vt huic prouerbio locum fecerit, Alabanda Carum fortunatiſſima: quod quadrabit, vbi volemus intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptarium, à literis & virtutis ſtudio alienum. Veluti ſi dicat aulicus aut negotiator quiſpiam: Alij ſe in literis macerent, alij cum paupertate philoſophentur, Alabanda Carum fortunatiſſima. Poterit & per irriſionem vſurpari: veluti ſi iocetis in quempiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara craſſaque præcellere videatur. Eraſmus in Chiliad.

ALABANDVS, caris filius, à quo dicta eſt Alabanda, de qua ſuprà.
Alabandus (Ἀλάβανδος) deus Alabandarum. Cicero 3. de Nat. deor. Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, à quo eſt vrbs illa condita, quam quenquam nobilium deorum: apud quos non inurbanè Stratonicus, quum quidam ei moleſtius Alabandum deum eſſe confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.
Alabandicus, pen. corr. poſſeſſiuum. Alabandici libelli, pro barbaris & ineptis à Græcis capiuntur. Hermol. in Plinium.
Alabandicos carbúculos vocat Plin. lib. 37. cap. 7, in Orthoſia caute naſcentes, ſed qui perficiantur poliantúrque Alabandis.
Alabandicus lapis terræ ſuæ nomine, quanquam & Mileti naſcens, niger eſt, ad purpuram tamen magis aſpectu declinante. Idémque liquatur igni, ac funditur ad vſum vitri. Plin. lib. 36. cap. 8.
Alabandiacus, pen. corr. adiectiuum. Idem quòd Alabandicus. Hermolaus in Plinium.
Alabandenſis, & Alabãdeus, adiectiua. Cic. epiſt. Famil. lib. 13. ad Thermum, epiſt. 57.
Alabandenſis Apollonius. Cic. lib. 1. de Orat.
Alabandenſem illum Meneclem, & eius fratrem Hieroclem. Cic. lib. 2. de Orat.
Qualis in hiſtoria Timæus, in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles frater eius fuit. Cic. in Bruto.
Alabaſter, m. gen. ſiue alabaſtrus, alabaſtri, f. g. & alabaſtrum, neutri (ἀλάβαστρος, ἀλάβαστρον) Vas vnguentarium ex alabaſtrite factum. Cic. lib. 2. Acad. Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putère videtur. Mart. lib. 11, Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique deorum. Plin. lib. 13. 2, Vnguenta optimè ſeruantur in alabaſtris: odores in oleo. Vide Alabaſtrites.
Alabaſtri figuram nonnihil exprimit Plin. lib. 9. cap. 35, de vnionibus loquens. Elenchos (inquit) appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes.
Alabaſtrum, ait Maſſarius in Plin. erat vas vnguentarium forma turbinata, ſine anſulis, quod ex lapide alabaſtrite ficbat, quoniam optimè in eo ſeruantur incorrupta.
Alabaſtrus, f. g. per metaphoram dicitur calyx roſæ antequàm ſit expanſa. Plin. lib. 21. cap. 4, vbi de roſa, Germinat omnis primò incluſa granoſo cortice, quo mox intumeſcente, & in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calycis medio ſui ſtantes complexa luteos apices.
ALABASTRVS, fluuius Æolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.
Alabaſtrites, alabaſtritæ, pen. longa, maſc. gen. (ἀλαβαστρίτης) eſt genus marmoris, alio nomine onyx: de quo ſic Plin. lib. 36. cap. 7, Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vſquam alibi naſci putauere noſtri veteres. Deinde capite ſequẽti ita ſubiungit, Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cauát ad vaſa vnguentaria: quoniam optimè ea incorrupta ſeruare dicitur. Vide Georg. Agricolam de huius nomine.
Alabaſtrites etiam gemma eſt, naſcens in Alabaſtro Ægypti, & in Syriæ Damaſco, cádore intercincto variis coloribus: quæ cremata cum foſſili ſale ac trita, grauitates oris & dentium extenuare dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10.
ALABASTRVM, oppidum Ægypti. Plin. lib. 5. cap. 9. Idem lib 37. cap. 8, Recentiſſimi autores & circa Thebaidis Alabaſtrum oppidum naſci dicunt Topazium.
Alabetæ, piſces in Nili lacu naſcentes. Plin. lib. 5. cap. 9. Alabes hic piſcis Straboni dicitur lib. 17, quem & in Nilo naſci tradit.
ALABON, Vide ALABA.
ALABVRION (Ἀλαβούριον) Syriæ oppidum, Stephano.
ALABYS, fluuius è præcipuis Siciliæ. Author Plin. Silius lib. 14 46.
ALACHROAE, populi, qui & Larophagi dicuntur. Plin. lib. 5. cap. 4.
Alacer, penult. corr. (πρόθυμος, σπουδαῖος) alacris, & hoc alacre, vel hic & hæc alacris, & hoc alacre. Virg. Æneid. 5, Ergo alacris, cunctóſque putans excedere pugna. Terentius Eunuch. 2. 3, Quid tu es triſtis? quidve es alacris?
Alacris, ſiue alacer (vtrunque enim dicitur) is eſt qui viget ſenſibus vniuerſis: quod eſt indicium erecti animi atque ſublimis. Nam è contrario lacer dicitur, amputatis in corpore ſenſuum membris: hoc eſt, auribus, oculiſve: quæ ad animum ſæpe traſferuntur. Sicut enim plerunque fit, vt afflicto animo ſenſibus non vtamur erectis: ſic alacer dicitur is cui omnis ſenſus in ſuo quiſque loco degat: Ex quo illud intelligitur, aliud eſſe alacrem, aliud eſſe lætum. Sunt qui alacrem feſtinantem & properum putant, quaſi alis acrem. Hæc Aſconius in Diuinationem Ciceronis.
Alacer vt alteri noceat. Author ad Heren. lib. 2, Nam quũ feras beſtias videamus alacres & erectas vadere, vt alteri beſtiæ noceant, &c. Addit, ERECTAS, quaſi exponens ALACRES.
Alacer atque lætus Catilina. Cic. pro Muræna, Iſte repentè ex alacri atque læto ſic erat humilis atque demiſſus. Propriè igitur lætitia, animi eſt: alacritas autem, corporis: quam Tuſcul. 4, vocat lætitiam geſtientem. Itaque hominis propria lætitia, quippe quæ opinione conſtet: alacritas autem communis omnium animantium. Idem lib. 2. de Diuinat. Galli gallinacei victores alacritate & quaſi lætitia ad canendum excitantur.
Alacer & promptus. Cic. 1. de Orat. Erectum & celſum alacri & prompto ore ac vultu huc atque illuc intuentem.
Alacer animo ſum, Id eſt, Cupio. Cic. Lucceio lib. 5. 12, Illa nos cupiditas incēdit feſtinationis, quòd alacres animo ſumus, vt & cæteri viuentibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant.
Monitu. Sil. Ital. lib. 13.
Odio. Stat. 1. Thebaid.
Alacer ad. Cæſ. 3. bel. Gall. Nam ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer & promptus eſt animus.
Ad maleficia. Author ad Heren. Si huic ſit remiſſum, multos alacriores ad maleficia futuros.
Ad tutandam Rempublicam. Cic. in ſomnio Scipion.
Alacer animus. Salluſt. in Catil.
Certamen alacre. Sil. Ital. lib. 1,
Annibalem voce, atque alacri certamine poſcit. Id eſt, ſtudio & contentione.
Enſes. Claud. in Eutrop. lib. 2.
Equum alacrem lætus aſpexit. Cic. 1. de Diuinat.
Legiones alacres. Cicero 1. Tuſcul. Quum legiones ſcribat Cato ſæpe alacres.
Leones. Claudian. 2. Panegyr.
Os. Cic. 1. de Orat.
Syluæ. Virgil. 5. ecloga,
Ergo alacres ſyluas, & cætera rura, voluptas,
Panáque, paſtoreſque tenet, Dryadáſque puellas.
Vultus. Cic. 1. de Orat.
Alacritas, penult. corr. (προθυμία, σπουδή) Vigor, & animi erectio, necnon & lætitia geſtiens, quæ ſecundum Donatum, propriè eſt mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam: & media eſt inter lætitiam atque triſtitiam. Cicero in Tuſculan. Vir igitur temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus.
Alacritas & lætitia. Cic. 2. de Diuinat. Galli victores alacritate, & quaſi lætitia ad canendum excitantur.
Alacritas belli. Cæſar lib. 1. bel. Gall. Summáque alacritas & cupiditas belli gerendi innata eſt.
Canum alacritas tanta in venando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum commoditates eſſe generatos? Cic. 2. de Nat. deor.
Alacritas laboris in Laconicis canibus. Plin. lib. 10. cap. 63.
Egregia alacritas animi. Cic. Lentulo, lib. 1. epiſt. 9.
Inanis. Cicero 4. Tuſculan. Cupiditas auidè ſemper aliquid expetens, & inanis alacritas, Id eſt, lætitia geſtiens, non multùm differunt ab amentia.
Ingens. Liu. lib. 3. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus.
Innata. Cæſ. 3. bel. Ciuil. Eſt quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ ſtudio pugnæ incenduntur.
Addit mihi ſcribendi alacritatem. Cic. ad Att. lib. 16.
Affert mihi alacritatem ſummam Reipub. defendendæ frequentia veſtrûm incredibilis. Cic. 4 Philipp.
Fert alacritatem cupiditas. Cicero 4. Tuſcul.
Alacriter, pen. corr. (προθύμως) aduerbium qualitatis. Plin. lib. 10. cap. 20, Sequuta ætas alacriter defendit. Hic pro Acriter poſitum eſt.
Alacrè, penult. corr. (σπουδαίως) pro Alacriter. Plaut Amphit. 15, Verùm quidem è loco compellemus alacre. Poeticè nomen poſuit pro aduerbio.
ALAE, Alarum, vrbs Ciliciæ Hermolao in Plin. lib. 5. cap. 27.
ALALCOMENAE (Ἀλαλκομεναί) vrbicula Cephaleniæ inſulæ. Strab. lib. 9, Alalcomeniam Mineruam vocat, & vrbem ipſam Alalcomenas.
ALALIA (Ἀλαλία) vrbs inſulæ Cyrni, Phocenſium colonia. Herod. libro 1.
ALAMENES, Vide ALCAMENES.
ALANITICVS, ſinus maris Rubri, qui & Ælaniticus & Læniticus dicitur. Hermol. in Plin. lib. 5 cap. 11. Meminit & Plin. lib. 6 cap. 28.
ALANVS (Ἀλανός) Scythiæ fluuius, à quo Alani populi Plin. lib. 4 cap. 12 dicti ſunt, iuxta quos Roxalani. Ammianus ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus veſcuntur, & panem non manducant.
Alanos Ptolemæus in parte Scythiæ ponere videtur: Capitolinus in parte Daciæ: Marcellinus, Plinius, & Dionyſius poeta in Sarmatia Europæ. Ioſephus libro vltimo ait inter Tanaim & Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis ſocietate Medos ſuo tempore fuiſſe depopulatos. Hi demum fuere, qui vno ferè tempore cum Vandalis Gallias, deinde Hiſpanias petierunt: ſed breui à Gothis, cum quibus eandem ferè gentem & linguam eſſe Procopius dicit, expulſi regnum amiſerunt. Author Volaterr. Alanorum ampliſſimè meminit Egeſippus de excidio Hieroſol. lib. 5. cap. 50.
Ardentes Alani. Valer. Flacc. Argonaut. 6.
Duri. Lucan. lib. 8,
Et ſequerer duros æterni Martis Alanos. Id eſt, Semper pugnaces.
Feri. Seneca in Thyeſte, 8.
Incauti Alani calor. Claudian. 4. Panegyr.
Miſeri. Valer. Flacc. 6. Argonaut.
Patiens ditionis Alanus. Claudian. de bello Getico.
Gens Alana. Idem, ibidem.
ALANTE, Vide ALLANTE.
Alapa, æ (ῥάπισμα) idem quod colaphus. Sed Alapa Latinum eſt, Colaphus Græcum. Valla in Raudenſem. Iuuenal. ſaty. 8,
-ridere poteſt qui
Mamercorum alapas.
Alapæ, mimorum. Martial.
O quàm dignus eras alapis Mariane Latini!
Te ſucceſſurum credo ego panniculo. Mimi in theatralibus ſpectaculis quum dabantur, alios mimos ad riſum excitandum alapis cædere ſolebant, quod & Septimius Florens ſignificat, quum ſcribit, Inſuper contumeliis alaparum ſic obiicit, quaſi de præcepto domini ludat.

Alapathus

Alapathus {ἀλάπαθος} Herba purgatoria, quã Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant. Græci enim ἀλαπάζειν, purgationes vocant. Ruel.lib.2.cap.49.

ALARICVS, pen.prod. {Ἀλάριχος} nomen Gothorũ regis, qui Romam obsedit, destruxitque. Fuit & alter Alaricus, Gothorum rex quartus, creatus anno 854. qui etiam Romam vrbem cepit: sed postmodum per fraudem in die Paschæ occisi sunt Gothi. Claud.de bel.Getico,
Rumpe omnes Alarice moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Vrbem.

Alaris, Vide ALA.

ALARODII {Ἀλαρόδιοι Stephano} populi sunt circa Pontum, de quibus Herodotus lib.3.

ALASI, oppidum Africæ Cyrenaicæ. Plin.lib.5.cap.5.

ALASTOR, Plutonis equorum vnus. Claudian.lib.1.de rapt.Proserp. his versibus quatuor complectitur, cùm alij tantùm tres esse existiment:
Orphnæus crudele micans, Æthónque sagitta
Ocyor, & Stygij crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.

Alastor, vnus è socijs Sarpedonis Lyciæ regis, ad Troiam occisus ab Vlysse: id quod ipse testatur apud Ouid.13.Metam.

Alastor, Nelei filius fuit, Nestoris frater. Author Asclepiades apud Parrhasium.

ALATA {Ἄλατα} Ciuitas est in Arabia felici, apud Ptolemæum lib.6. cap.7. Item altera eiusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem lib.5.cap.19. Alata Castra {Ἀλάτα στρατόπεδα Ptolemæo} alio nomine Castrum puellarum, vulgò *Edenburg*, Scotiæ regia.

Alaternus, huius alaterni, f. g. Arbor siue frutex, nullum semen aut fructum ferẽs: cui folia sunt inter ilicem & oliuam. Author Plin.lib. 16.cap.26.& Colum.lib.7.cap.6.

ALATIVM {Ἀλάτιον} oppidum Hierapolis iuxta Emesam, quod & Elatium dicitur. Hermol.in Plin.lib.5.cap.23 & 26.

ALATII, Ab Alatio oppido. Hermol.in Plin.lib.5.cap.23.

ALATRIVM, vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt, saxosa Campaniæ loca incolentes. Volaterr.

ALATRINATES, Hernicorum populi Liu.1.Decad.lib.9.

Alatus, Vide ALA.

Alauda, alaudæ {κορυδαλὸς} Auis est, quę teste Plin.lib.11.cap.37, galerita dicitur: quòd apicẽ habeat, hoc est cristã in capite ad similitudinem galeri. Varro appellat galericum: & à Græcis dicitur corydalus.

Alauda, Legio quędã erat Romana. Plin. lib. 11. cap. 37, Atque ab illo galerita appellata quondã, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Cic.13.in Anton. Huc accedũt alaudæ, cæteríq; veterani seminarium iudicũ tertiæ decuriæ, qui suis rebus exhaustis, beneficijs Cæsaris deuoratis, fortunas nostras concupierunt.

Alaudium, alaudij, n.g. vox barbara, à laudando, id est nominando authore, profectã esse videtur, quòd qui prædia eo iure habeant, laudare authorem suum nemini teneãtur, vt qui nullum soli dominum agnoscant nec patronum. Budæus. Alij scribunt Allodium. Sũt autem Allodium & Feudum verba contraria à Gothis deriuata: quibus Ortelius in libris de Feudis frequenter vtitur. Allodium enim vulgò appellant, quod ab omni clientela liberum & solutum est, vel cuius caussa nemini possessor fidem atque obsequium debet. Hotoman.

ALAVNVS {Ἀλαῦνος} Duorum fluuiorum nomẽ est in Britannia, quorũ alter est in orientali eius insulæ plaga: alter in meridionali. Ptolem.

ALAZIA {Ἀλαζία} oppidi nomen Straboni lib.12.

ALAZON, Alazonis, fluuius est Albaniam ab Iberia disterminans, in Cyrum amnem è Caucasijs montibus defluens. Plinius lib.6. cap.10. Alazonius vocatur Straboni lib.11.

A L B

ALBA {Ἄλβα} fuit vrbs in Latio cõdita ab Ascanio, filio Æneæ, quã Tullus Hostilius rex Romanus euertit. Est itẽ Alba cognomine Põpeia in Gallia togata, vulgò *Alba di Monferrato*, à qua fit Albẽsis. Nã à priore Alba, fit Albanus, vtrunq; author Seruius. Fuit itẽ Alba Marsorũ.

Albam Latij, ab alba sue dictam docet Virg.lib.8.Æneid.

Alba celsa. Lucan.lib.1.

Dardania, quia à Dardanis condita. Stat.3.Sylu.1.

Iliaca. Ab iis enim condita est, qui ex Ilio profecti sunt. Lucan.lib.5.

Longa. Virg.1.Æn. Liu.1.Decad.lib.1. Ascanius florentẽ iã atque opulẽtam vrbẽ matri seu nouercæ relinquit: nouã ipse aliã sub Albano monte condidit, quæ à situ porrectę in dorso vrbis longa Alba appellata.

Troiana, à Troianis condita. Stat.5.Sylu 2.

Alban', adiect.pen.pd. quod est ab Alba Latij vrbe: vnde Albani patres.

Albanæ columnæ. Quint.lib.5.cap.15.

Albanum forum Capuæ fuisse, Valer.Max. author est lib.9. & Hermolaus in Plin.lib.34.cap.11.

Albanus lacus, apud Valer.Max.lib.1.cap.6.

Secures Albanæ. Horat.in Carm. secul. Id est, Latinę, à monte Albano, in quo carnem accipere erãt soliti aliquot Italiæ populi: & vbi fiebat sacrificium Ioui Latiali à Pontifice Romano. Lambinus.

Albanum vinum, de quo sic Athenæus, Nascitur autẽ & in agro Cumano, qui est in Cãpania, vinum Albanum quod appellatur, ad potionis vsum accommodatum, & læue ab annis quinque. Hor.2.Serm.sat.8.

ALBA, altera est ad lacũ Fucinũ, à qua Albenses dicuntur: quàuis etiam Albani quandoque vocẽtur. Hoc apponere placuit, alterã Albã post Albã longã, olim Taurinũ & Belgradũ. vel etiã Nõderalbã appellatã esse: nũc Albã Gręcã, vulgò *Kriechischweissenburg*. Est & Alba regalis, vulgò *Stulweissenburg*, vbi scilicet reges Vngariæ coronari solẽt & inũgi.

Albensis, ab Alba {Ἀλβανὸς} Quintil.lib.1.cap.16.

Albensium & Albanorum meminit Plin.lib.3.cap.5.

Albenses, quorum vrbs Alba ad Fucinum lacum. Plin.lib.3.cap.12.

ALBA {Ἄλβας} Flumen est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin. lib.3.cap.3.

ALBA, vrbs Hispaniæ, quæ & *Virgao* dicitur. Plin.lib.3.cap.1.

ALBA Heluorum, vrbs Galliæ Narbonensis. Plin.lib.3.cap.4.

Albaspina, {λευκάκανθα} herba est aculeata, folia habẽs chamęleõtis albi similia, quã officinæ *Bedegarim* appellãt. Vide suprà Acãthaleuce.

ALBANA {Ἄλβανα} Ptolemæo vrbs felicis Arabiæ.

ALBANIA {Ἀλβανία} regio ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceani Septentrionalis vsque ad Mæotidas paludes per deserta extẽditur. In ea Albania ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hãc haben tur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hęc Nomadicõ generi proxima est inter Iberiã & mare Caspium, ab ortu solis mari cõiuncta, ab occasu Iberiæ finitima. Boreale latus munitur Caucaseis montibus. Australe Armeniam contingit. Strabo sex & viginti linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuere & sub imperio Persarum, postea Macedonũ, deinde Romanorum. Sed Traianus imperator his regem dedit. Nunc sub magno Came degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Pelopõneso, pars in Macedonia sedet, iuxta Dyrrhachium, quorum dux fuit Georgius Scanderbech, qui multa aduersus Turcas prœlia gessit.

Albaniam Orientalem describit Plin.lib.6.cap.10.

In Albania tradit Isigonus Nicęensis quosdam gigni glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant. Plin.lib.7.cap.2. Ob hoc forte dicta est Albania. Meminit & Gell. lib.9.cap.4. Solinus cap.25, Albani, qui posteros se Iasonis credi volũt, albo crine nascuntur. Canitiem habent auspicium capillorum. Ergo capillorum color gẽti nomen dedit. Glauca oculis inest pupilla: ideo nocte plus quàm die cernũt. Iustinus lib.42 dicit eos ab Albano Italiæ monte nomen retinere, quòd inde sequuti fuerint Herculem, quum extincto Geryone armenta eius per Italiam duceret.

Albanus, penul.prod. {Ἀλβανὸς} vt, Albana porta, quã itur in Albaniam. Valer.Flac.Argonaut.3.

Albanus tyrannus. Id est, Styrus rex Albaniæ. Valer.Flac.Argon.lib.5.

ALBANENSES, populi in conuentu Cluniensi. Plin.lib.3.cap.3.

ALBANOS {Ἀλβανὸς} Flumen est in Armenia, quod per Albaniam vnà cum Cassio fluuio decurrit. Plin.lib.6.cap.13.

ALBANVS, est Macedoniæ ciuitas: vnde Albani populi sunt in eadem Macedonia, Ptolemæo authore. Item Italiæ mons, Straboni.

Albarium, Vide ALBVS.

ALBATENIVS, Galeni libros primus in Arabum cõuertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albatus, Vide ALBVS.

Albegmina, Partes extorum quæ diis immolabãtur: à colore earum dicta. Festus.

Albedo, Albeo, Albesco, Vide ALBVS.

Albeolus, Vide ALBEVS.

Albesia, Scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, vsi sunt. Hęc eadem Decumana vocabantur, quòd essent amplissima, vt Decumani fluctus. Festus.

Albeus, & diminutiuũ Albeolus, tabula lusoria, vt tradunt Calepinus & alij, citantes illud Iuuenalis sat.7, Cuius & albeolos & lænam pignerat Atreus. Et illud Ciceronis lib.5.de Fin. Aut albeolum poscere, aut quærere quempiã ludum. Preterea illud Plinij lib.37.ca.2, Transtulit albeum cum tesseris lusorium è gemmis duabus. Sed hi turpiter falluntur. Iuuenalis enim alueolos, & Cicero alueolũ, & Plinius alueum habent. Hoc autem illos in errorem induxit, quòd nescirent veteres sæpissimè b literã pro v consonante posuisse: vnde adhuc in libris manuscriptis antiquis, præsertim in Pandectis Florentinis, sæpe b loco v consonantis inuenitur. Mancinellus & aliquot alij apud Iuuenalẽ legunt Albiolos, putareq; tabulam esse gypsatam, in qua scribebatur. Sed quàm rectè, ipse videris.

ALBI montes, Cretæ insulæ locus est vbi non pluit, authore Plinio.

ALBIA, fluuius, Vide ALBIS.

ALBIA, regiuncula est montana Carnis finitima. Strab.lib.7.

Albicerata ficus {λευκοκήρινος} Pediculo minimo, latissima. Plin.l.15.c.18.

ALBICI {Ἀλβικοὶ} populi Massiliensibus vicini. Cæsar lib.1.bel.ciuil. Albicos barbaros homines, qui in Massiliensium fide antiquitus erant, montésque supra Massiliam incolebant, ad se vocauerant. Strabo lib.4, Post Sallyes tenent Albienses, & Albici, & Vocontij montana in Septentrionem vergentia.

Albico, Albidus, Vide ALBVS.

ALBIENSES, Vide ALBICI.

ALBIGAVNVM {Ἀλβίγαυνον} Ptolemæo Liguriæ vrbs, hodie *Albinga*, vulgò Italis *Arbenga*. Albingaunum vocatur Plinio lib.3.cap.5.

ALBIGERIVS Carthaginensis, Viri proprium, qui sic in vaticinij generibus omnibus excelluit, vt quid quisque egisset, aut omnino cogitauisset, dæmonibus afflantibus respõderet. Hæc ex Augustino refert Cæl.lib.Antiq.lect.13.cap.6.

ALBII {Ἄλβιοι} Olim dicti fuerunt montes, quos nunc Alpes dicimus. Athenæus. Albij etiam dicti fuerũt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin.lib.4.cap.18.

ALBIMINIVM {Ἀλβιμίνιον} Ptolemæo Liguriæ vrbs, alio nomine Vintimilium, hodie Vintimia.

ALBINOVANVS, pen.prod. nomen viri proprium. Horat.lib.4.Epist.8,
Celso gaudere & bene rem gerere Albinouano Musa rogata refer comiti scribæque Neronis. Ouid.4.de Ponto, eleg.10,
Duritiæ confers Albinouane meæ?

ALBINVS, cognomen fuit gentis Postumiæ, factum ex alio eiusdẽ gentis, Albus. Vtrunque autem à colore corporis impositum est.

L. Albinus, fugiens Gallos, ex rheda vxorem filiósq; descendere iussit & Vestales, quæ cum sacris ipsæ pedibus fugitabant, imposuit. Author Liu.1.Decad.5. & Florus lib.1.cap.13.

Albini duo, Nummij filij inter oratores referuntur à Cicerone, qui extare amborum orationes dicit: ex ésque Lucium simplicem & antiquum esse: Spurium verò doctum, ex disciplina Stoicorum, eiúsque extare multas orationes. Author Volaterranus.

A. Posthumius Albinus, qui consul cũ Lucullo fuit, res Romanas Græco sermone scriptitauit. In cuius exordio primũm scriptum est, Neminem succensere sibi conuenire, siquid in his libris parum compositè, aut minus eleganter scriptum foret. Nam sum (inquit) homo Romanus. Gręca oratio à nobis alienissima est, &c. Plura de hoc Gellius, Cornel. Nepos, Suidas, Macrobius.

Albinus, albini {ἀλείπτης} dicitur, qui calce pura parietem illinit. L. 1. C. de excusat. artific.

Albiolus. Vide ALBEVS.

ALBIONA ager trans Tyberim dicitur, à luco Albionarum: quo loco bos alba sacrificabatur. Festus.

ALBION & Bergion {Ἀλβίων καὶ Βεργίων} gigantes, Neptuni filij, contra quos dimicauit Hercules, vt testatur Pomponius Mela, lib. 2. in Galliæ descriptione, & Diodorus Siculus. Meminit & Plin. lib. 4. cap. 16.

Albion, Britannia insula, sic dicta ab Albis rupibus, quas mare alluit. Vide ANGLIA.

ALBIS, {Ἄλβις} Fluuius est Germaniæ celebratissimus, in Oceanum defluens. Núc vulgò Germanorum lingua dicitur, *die Elbe*. Oritur ex Boemiæ montibus, eiúsque ostia hodie *Thietbmarsi* & *Vuilstermarsi* tenent. Suscipit autem Multam flumen, Pragensem prætcrlabens ciuitatem: deinde Egram: postea Salam atque Ortellam. demum ciuitatem Hamburgum præterfluens, in Oceanum Germanicum vasto euoluitur ore. De hoc Lucan. lib. 2. & Plin. lib. 4. cap. 14.

Albitudo, Vide ALBVS.

ALBIVM intemelium {Ἄλβιον ἰντεμέλιον} oppidú Ligusticum. Nam cùm Ligures partim Ingauni, partim Intemelij dicerentur, eorú coloniæ ad mare deductæ, altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemelium, altera Albingaunum vocitatæ sunt. Plin. lib. 3. cap. 4. & 5.

ALBIVS, nomé ppriú viri. Hor. 1. Ser. sat. 4, -stupet Albius ære. Hoc est, Insano tenetur amore vasorú signorúmq; ære Corinthio factorum.

Albius Tibullus, poeta elegiographus, Horatio & Ouidio familiariter dilectus, quum in Messalæ Coruini comitatu in prouinciam Phæacum pergeret, morbo periit. Eius vitam scripsit Crinitus. Horat. lib. 1. epist. 4. Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Albo, albas. Vide ALBVS.

Albogalerus, pen. prod. {λευκόπιλος} à galea nominatus. Est enim pileum capitis, quo Diales flamines, id est sacerdotes Iouis, vtebantur. Fiebat enim ex hostia alba Ioui cæsa, cui affigebatur apex virgela oleagina. Festus.

ALBONENSES, Liburniç populi, in couétu Scardonitano. Plin. l. 3. c. 21.

Albor, alboris. Vide ALBVS.

Albosia, Vide ALBESIA.

ALBVCILLA, mulier multorum amoribus famosa, cui matrimonium cum Satrio Secundo coiurationis in Tiberium indice fuerat, delata est impietatis in principem. Tacit. lib. 5.

Albucum, huius albuci, penult. prod. n. g. {ἀσφόδελος} Herbæ genus: vulgò *Amphodillo*. Plin. lib. 21. cap. 17, Asphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est, neque alia est nume rosior, LXXX simul aceruatis sæpe bulbis. Theophrastus & ferè Græci, princépsq; Pythagoras caulem eius cubitalem, & sæpe duûm cubitorum, foliis porri syluestris, anthericon vocauere: radicem verò, id est bulbos, asphodelon. nostri illud albucum vocant, & asphodelon hastulam regiam. Ea est & caulis acinosi, eius duo genera faciunt. Albuco est scapus cubitalis, & amplus, purus, leuis.

Albuelis, pen. prod. Vuæ genus est. Plin. lib. 14. cap. 2, Albuelis summis arboribus fertilior est, visula imis. Quamobrem circa easdem satæ, diuersitate naturæ locupletant.

Albugo, pen. prod. huius albuginis, f. g. {λεύκωμα, λεύκωσις} Macula in oculo. Plin. lib. 20. cap. 5. Idem lib. 21. cap. 16.

Albugo, cicatrix est oculorum altiuscula, sicut vtique in summo nubecula. Hermol.

ALBVLA, pen. corr. {Ἀλβούλα} vulgò *Teuere*, Fluuius Italiæ, ex Apenino Romam fluens, alio nomine Tybcris. Virg. 8. Æneid.

A quo pòst Itali fluuium cognomine Tybrim
Diximus: amisit verum vetus Albula nomen. Plin. lib. 3. cap. 5. & Liu. 1. Decad. lib. 1. Dictus autem est hic fluuius Albula ab albo aque colore: Tyberis autem à Tyberino Syluio rege Albanorú, quòd is in eo extinctus est. Festus.

Albula, pro fluuio, masc. gen. protulit Martialis, Ouid. fœminino, 4. Fast.
-& tanto est Albula pota deo. Martialis lib. 12. ad Bætim,
Quem Bromius, quem Pallas amat, cui rector aquarum
Albula nauigerum per freta pandit iter.

Albulæ aquæ iuxta Romam vulneribus medentur: egelidæ hæ. Plin. lib. 31. ca. 2. & Strabo lib. 5. Itaque in hoc significato dicimus Albula Albulæ, & Albulæ Albularum. Stat. lib. 1. Sylu. 3. 15,
Illic sulfureos cupit Albula mergere crines.

ALBVLATES. Fluuius est in quinta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 13.

ALBVM, Promontorium Africæ, v. m. pass. freto à Mellaria Hispaniç vico discretum, Plin. in proœm. lib. 3. Est & alterú eiusdé nominis promontoriú in Phœnice, non procul à Tyro, de quo idem lib. 5. cap. 19.

Albumen, pen. prod. albuminis, pen. corr. g. n. {λεύκωμα} Album oui. Vitellus verò quod in ouo croceum est. Plin. lib. 28. cap. 6.

ALBVNEA, Albuneæ {Ἀλβούνεα} nomen fontis & syluæ in Tyburtinis mótibus. Virg. 7. Æneid. Seruius: Albunea est in Tyburtinis altissimis montibus, dicta ab aquæ qualitate quæ in illo fonte est. Vnde etiam nonnulli ipsam Leucotheam volunt.

Albunea, decima Sibylla, Tyburti colitur vt dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum inuentum esse dicitur, tenens in manu librum. Lactantius lib. 1. cap. 6. Eam videtur Albanam appellare Tibullus,
Quásque Albana sacras Tyberis per flumina sortes
Portarit, sicco perluerítq; sinu. Librum autem quem portauit, puto sortes fuisse, quas & si aqua perluebat, siccas & sicco pectore gesserat. Turnebus.

Albunea resonans. Horat. lib. 1. Carm. 7. Acron: Albunea, delectabile nemus est, consecratum Albuneæ nymphæ, à qua & nomen accepit. Porphyr. Albuneam deam in regione Tyburtina fontis præsidem, & Virg. testis est in 7. Æneid.

Alburnum, huius alburni. {τὸ λευκὸν τοῦ ξύλου} quid sit declarat Plin. lib. 16. cap. 38, his verbis, Humor & cortici arborum est: qui sanguis earum intelligi debet, nó idem omnibus. Et paulo pòst, Atque in toto corpore arborum, vt reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Ité paulo pòst, Proximi plerisque adipes. Ij vocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facilè putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur.

ALBVRNVS, Lucaniæ mons à candore verticis dictus. Virgil. 3. Georg.
Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo.

Alburnus, nomen piscis apud Auson. in Mosella,
Quis non & virides vulgi solatia Tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Albus, adiectiuum {λευκός, λευκὴ, λευκόν} Nomen est coloris notissimi. Sunt qui album à candido sic distinguant, vt album pallori coniunctum sit, quale est linteum: candidum splédori, vt videmus in niue. Et certè hæc est vtriusque propria significatio: sed ab authoribus sæpe confunditur. Albo opponitur atrum: candido nigrum. Festus, Album quod nos dicimus, à Græco quod ἄλφον est appellatum. Sabini tamen Alpum dixerunt. Vnde credi potest nomen Alpium à candore niuium vocitatum. Virg. 3. Georg. -color deterrimus albis. De equis loquitur. Plaut. Capt. 11,
Albo corpore & oculis nigris. Quod nos album, Hebræi *laban* dicunt. Vnde fieri potest vt ex Hebrça voce per primarum literarum transpositionem facta sit Latina.

Album vinum. Plaut. Album an atrum vinum potas?

Albú, alba tabula, in qua atraméto scribebatur: quod ex Cic. 2. de Orat. intelligitur. Res omnes (inquit) singulorum annorum mandabat literis pontifex Max. referebátq; in album, & proponebat tabulá domi, potestas vt esset populo cognoscendi. Ex quo loco & illud facilè intellectu est, nó literas (vt Theophilus existimauit) sed tabulas ipsas albas fuisse: quod etiam suspicari libet ex Plauti Persa,
Si id fiat, ne isti faxim nusquam appareant,
Qui hic albo pariete aliena oppugnant bona. Vt autem pontifices res gestas, sic prætores edicta sua in albú referebant, & proponebant tabulam in publico, potestas vt esset populo cognoscédi, quemadmodú anno quúque suo ius dicturus esset. Paul. l. 9. D. de Iuris. Si familia alicuius album corrupcrit, non similiter hic edicitur vt in furto. Album auté Latini dixerunt vt Græci λεύκωμα Nam & Græci in albo leges scribebant, vt ex Demosthene contra Timocratem intelligitur. Hotom.

Ad album aduersarium producere. L. 1. D. de eden. Eú quoque edere Labeo ait, qui producat aduersarium suum ad album. Id est, qui adducit eum ad album prætoris.

Ad album se transferre. Quint. Quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, & formularij, ac (vt Cicero ait) leguleì esse maluerunt. Hic Album dixit pro Iure prætorio, & Rubricas pro Iure Ciuili: vt & Formularios ad prætorias retulit formulas: Leguleios ad Ius Ciuile & XII. tabul. leges. Turnebus.

Est etiam album Decurionum, vnde tit. in D. De albo scribédo, in quo præcipitur quo ordine scribi debeant Decuriones. Vlpian. l. 1. D. de albo scrib. Decuriones in albo ita scriptos esse oportet, vt l. municipali præcipitur. Ibidem: In sentétiis quoque dicendis idem ordo spectandus est, quem in albo scribendo diximus.

Album citharœdorum. Suet. in Nerone, cap. 21, Sine mora nomé suum in albo profitentium citharœdorum iussit ascribi.

Album iudicum, Suet. in Claudio, cap. 16. Album iudicum appellat, in quo eorum nomina descripta erant, qui earú erant Decuriarum, quç vnoquoque tempore iudicabant. Hæc Budæus.

Album iudicum, per metaphoram dictum à Plinio in præfatione lib. 1, Quum hanc operá condicerem, non eras in hoc albo. Allusit enim ad moré eorum, qui causas acturi in foro, aut declamaturi, auditores corrogabant, quasi futuros iudices eloquentiæ aut facúdiæ. Budæus.

Mittere in album iudicum. Senec. de Benef. lib. 3. cap. 7.

Album Senatorium, in quo Senatorum nomina à Censoribus perscribebantur. Albo senatorio eradere aliquem. Tacit. lib. 4.

Albus, pro pallido, & per metaphoram pro anxio & solicito interdum accipitur. Martial. lib. 1. Sipontinus, Quoniam (inquit) ob timorem sanguis ab exterioribus partibus ad cor refugit, propter quod facies exalbescere videtur: factum est vt albú sæpe pro pallido accipiamus.

Albus, pro eo quod vulgò *berettinum* vocant, vt est pilus asinorú. Persius,
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. De auribus enim asini loquitur.

Albus an ater sis, nescio. Solet dici de homine vehementer ignoto. Cic. Philipp. 2, Et quidem vide, quàm te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præterit. Erasmus.

Albo reti aliena captare bona. Plaut. in Persa: Ne isti faxim vsquam appareant, qui hic albo reti, aliena oppugnant bona. Rete vocat calumnias quadruplatorum & parasitorú. Album dixit, alludens ad codicillos, & dicas, syngraphásque, quibus lis intenditur peragitúrque. Nec omnino displicet, vt ad Albú prætoris, quo leges & litiú formulæ proponebantur, respexerit. Ná leges etiam Solon aranearum retibus similes esse dixit. Erasm. in Chiliad. Sed fallitur Erasmus. In Plauto enim albo pariete legitur, & intelligendum est de albo prætoris, de quo paulo anté.

Album absoluté positum pro albore. Virg. in Buc. & 3. Georg.

Album oculi. Cels. lib. 7. cap. 7, Vbi albo ipsius oculi palpebra inhæsit. Idem lib. 2. cap. 8.

Album oui pro albumine, Absoluté dicitur. Plin. l. 20. c. 11. 3, Cú oui albo illitum. Sic idem sæpe alibi. Cels. lib. 6. c. 6, Oui & album, & vitellus.

Alba, dicimus felicia: sicut infames, nigros: propterea quòd Pythagoras aiebat id quod esset colore cádido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Plutarchus in vita Periclis: Vniuersam multitudiné partitus in octo partes, sortibus vtebatur: & cui contigisset alba faba, huic cæteris pugnantibus permittebat in conuiuiis atque otio agere. quapropter etiam aiunt eos quibus res aliquæ suauiter succedunt, eum diem album vocare, nimirum ab alba faba. Erasm. in Chiliad.

Album & nigrum nouit. Duplicem in sententiam accipi potest. Aut, Nouit discrimé recti, prauiq;: aut, Nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Ná euidentius est albi nigriq; discrimen, quàm vt quisquam

non videat. Videtur esse tractum à priscis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores nouerāt, album & nigrum, teste Pompeio. Erasm. in Chiliad.

Alba auis, pro re noua atque auspicata dixit M. Tullius in Epist. famil. lib. 7. 29. fit hoc etiam frequentius quàm solebat, quòd quasi albam auem videntur, bene sentiētem ciuem videre. Quadrabit & in rem admodum raram & inusitatam, quòd aues perpaucæ sint hoc colore. Ita Iuuenalis: Coruo quoque rarior albo. Erasm. in Chiliad.

Album calculum addere. Id est, Approbare. Inde sumptum, quòd antiquitus missis in vrnam calculis, ita ferebantur à iudicibus sententiæ, vt albis absoluerent, nigris damnarent. Qui si fortè fuissent æquales, tamen liberabatur reus, ciúsque rei causam Aristoteles copiosissimè reddit in Problematibus. De calculorum more meminit Ouid. Met. lib. 15. Plin. Iunior, Confitebor & ipsum me & contubernales ab editione non abhorrere, si modò tu fortasse errori nostro album calculum adieceris. Id est, Si nostrum hunc errorem tuo iudicio comprobaris. Erasmus in Chiliad.

Albæ gallinæ filius. Hoc est, feliciter natus. Iuuenalis, Quia tu gallinæ filius albæ. Vel quòd læta atque auspicata Latini alba vocant: vel quòd prouerbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua Suetonius in Galba, his quidem verbis: Liuię olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum reuisenti, prætereuolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem demisit in gremium. Quúmque nutriri alitem, ac pangi ramulum placuisset, tanta pullorum soboles prouēnit, vt hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur. Conuenit igitur adagium in eos qui rara & fatali quadam felicitate successuq; rerum vtuntur. Huic diuersum est illud apud eundem Iuuenalem, Nati infelicibus ouis. Erasmus in Chiliad.

Albus Lucifer. Ouid. 3. Trist. eleg. 5. Pallor. Horat. Epod. 7.

Quadrigæ. Plin. lib. 7. cap. 30, Platoni sapientiæ antistiti Dionysius tyrannus, aliàs sæuitiæ superbiǽque natus, vittatam nauem misit obuiam: ipse quadrigis albis egredientem in littore excepit.

Senecta. Propertius libro 3. eleg. 5,

Sparserit integras alba senecta comas.

Albæ sententiæ, apud Senecam dicuntur, quæ apertæ erant, faciles, non obscuræ, non tenebricosæ, quòd quæ alba sunt nihil atrum, nihil caliginosum habeant, sed clara quadam luce suffusa pelluceant. Eius verba sunt, Sententiæ, quas optimè Pollio Asinius albas vocabat. Id Græco more factum esse suspicor, cùm præsertim apud Eusebium sępenumero legamus λευκόν, pro clarissimo & facillimo. Turneb.

Stella Castoris & Pollucis. Horat. 1. Carm. 12,

Dicam & Alciden, puerósque Ledæ,
Hunc equis, illum superare pugnis
Nobilem, quorum simul alba nautis
Stella refulsit. Acron: Alba, serena. Nam frequentius dum oritur, tempestates facit. sed hic prosperū posuit. Porphyrius, Alba nautis stella, nunc candida & benigna.

Albulus, penult. corr. diminutiuum, adiectiuum. Catul. Epigr. 27. in Iulium Cæsarem, Vt albulus columbulus Dionæus.

Albarium, siue Opus albarium (κονίαμα) Dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non est: & ex pura calce fit. Plin. lib. 35. cap. 16, Eadémque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpollātur. Hoc est, Tectoria quibus propter vetustatem color albus induci solitus exoleuisset, exalbantur renouantúrque.

Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 23, Contrà in albario opere, vt macerata calx ceu glutinum hæreat.

Albatus, pen. prod. adiectiuum (λευχείμων) vt, Albatus homo, Id est, Vestibus albis ornatus: cui contrarium est, Atratus. Horat. 2. Serm. 2,

Ille repotia, natales, aliósve dierum
Festos albatus celebret. Veteres albati conuiuia publica inibāt, vt declarat locus in orat. Cic. in Vatin. Atque etiā illud scire cupio, quo consilio, aut qua mēte feceris, vt in epulo Q. Arij familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem vnquam videris, quē audieris, quo exemplo, quo more feceris, &c. Quis vnquam cœnauit atratus? &c. cùm ipse epuli dominus Q. Arius albatus esset, tu in templū Castoris te cū C. Fidulo atrato cæterisq; furiis tuis funestum intulisti. quis tum non ingemuit? &c. hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? Et cætera quæ sequuntur.

Albatus. Minor magistratus, ab albo. Varro.

Albedo, huius albedinis, pen. cor. f. g. Boethius lib. 1. De differentiis topicis. Quæratur enim an albedo substantia sit. hic quæritur an albedo substantiæ velut generi supponatur, &c.

Albeo, albes, albui (λευκαίνομαι) albere, penult. prod. deriuatum à nomine Albus, significat album esse. Virg. 11. Æneid. Campíque ingētes ossibus albent. Plin. lib. 12. cap. 19, Damnatur in primis molle cinnamomum, aut cui albet cortex.

Albentes comæ. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 12. & lib. 2. de Arte.

Equi. Plin. Iunior in Paneg. Oliua. Ouid. 11. Epist. 14.

Rosæ. Ouid. 3. de Arte amandi.

Albentibus spumis fræna oblita. Ouid. 15. Metam.

Albentes villi. Ouid. 11. Metam. de villis interioribus auricularum asininarum Midæ.

Vitta. Ouid. 5. Metam. & lib. 15.

Albesco, albescis, (λευκαίνομαι) albescere, Album fieri, aut albū esse. Cic. 4. Acad. Quódque nunc quia à sole collucet, albescit & vibrat. Virg. 1. Georgic. Flammarum longos à tergo albescere tractus.

Albescit fluctus in vndis fractis. Sil. Ital. lib 8.

Albescit lux. Virg. 4. Æneid. Regina è speculis vt primùm albescere lucem Vidit, &c. Vbi Seruius: Hypallage est. Luce enim albescunt omnia. non lux albescit.

Albescit messis aristis maturis. Ouid. 5. Fast.

Albescens capillus, (λευκαινόμενος) Hoc est, Senectus. Horat. 3. Carm. 14.

Albescentes vndæ. Sil. Ital. lib. 8.

Albico, albicas, pen. corr. (ὑπολευκαίνομαι) albicare, Albere, siue album esse: sed albere est rarissimum, albicare frequentissimum. Plinius lib. 27. cap. 5, Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit. Horat. 1. Carm. 4,

Nec prata canis albicant pruinis.

Albicatur, Candidatur & albescit. Varro Caue canem, Vbi riuus præcipitatur, in nemore deorsum rapitur, atque offensus aliquo à scopulo lapidoso albicatur. Author Nonius. Ex cuius interpretatione videtur Albicari esse passiuum: sed quia Albicare neutrum est: malim interpretari Albicatur pro Albicat, vt sit deponens.

Albidus, pen. corr. (ὑπόλευκος) Aliquantulum albus. Colum. lib. 2. cap. 9, Granum quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leue, &c. Plin. Iun. lib. 8. epist. 8, Color cæruleo albidior.

Albidum vlcus. Celsus lib. 5. cap. 26, Vlcus quod aut pallidum, aut albidum, aut liuidum, aut nigrum est, id purum non est.

Spuma. Ouid. 3. Metam.

Albidulus, penult. corr. Diminutiuum: vt Color albidulus. Palladius in Februario, vbi de liquamine ex pyris.

Albitudo, pen. prod. (λευκότης) Idē quod Albor. Plaut. Trin. Vbi habitet item alterū ad ipsam capitis albitudinem. Antiquū est, teste Nonio.

Albo, albas (λευκόω) Album facio, cuius passiuum albor, aris, Albus fio. Hæc Calep. Obsoletum.

Albor, huius alboris, penult. prod. m. g. (λευκότης) Verbale ab Albeo, albes, sicut Candor à Candeo. Est quod vulgò dicitur albedo. Varro, Qui vident alborem eius, admirantur.

Albus spinus, arbor est aculeata, pruni magnitudine, flore albo, odorato, acinis quum pubescunt viridibus, quum maturuerunt, rubris, ligneo intus nucleolo. Sunt qui tradāt hanc stirpem fulmine non ici, nec vnquam de cœlo tangi. Aiunt quoque pisces marinos floris odore perculsos, confestim corruptionis sentire cōtagia. Vulgus deturbādis calculis vtitur acino, singulari remedio ex vino, quem peculiari vocabulo Senellam nominat. Ruellius lib. 3. cap. 12.

ALBVTIVS, antepenult. prod. Horat. lib. 2. Serm. satyr. 2, Albuti senis, pro Albutij. Porphyr. Hic est Albutius, qui & auarus, & elegans conuiuiorum apparator, sæuus est habitus in seruos: qui ob cupiditatem nimiam habendi alienam vxorem, suam veneno necauit.

T. ALBVTIVS, cuius M. Varro meminit, dicitq; scripsisse Satyras Luciliano stylo. Nā & Lucilius eum vt Græca miscentē notat his verbis, Græcum te Albuti quàm Romanum, atque Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem, in principio de Finibus.

Albutium alium Seneca in Declamationibus dicit suo tempore fuisse nobilem declamatorem.

Albutius Silus, Nouariensis orator Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Nouariam redijt: conuocatáque plebe caussis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo. Ex Tranquillo.

Albutius, philosophus, Cic. 1. de Nat. deor. Fuerūt & alij plures eodem nomine apud Romanos, de quibus Cic. 3. de Orat. de Prouin. Consi. in Pison. & in 1. Verr.

ALC

Alcæa, alcæ (ἀλκαία) cauda, propriè leonis. Plin. lib. 8. cap. 16, Nec in leone tantùm intelligitur alcæa, sed in equo item, & boue, & id genus aliis quæ vtūtur cauda vt adiutorio. Callimachus absurdè etiam in musca alcæam posuit. Cælius lib. 7. cap. 28.

ALCAEVS Atheniēsis, poeta Tragicus. Domitius Calderinus in Sappho Ouidij.

Alcæus (Ἀλκαῖος) poeta Lyricus, patria Mitylenæ, de quo Sappho Phaoni suo apud Ouid. 6, Nec plus Alcæus, consors patriæque, lyræque, Laudis habet: quamuis grandius ille sonet. De hoc meminit his verbis Quint. lib. 10. cap. 1, Alcæus in parte operis aureo plectro meritò donatur, quia tyrannos insectatur: multum etiam moribus cōfert: in eloquendo quoque breuis, & magnificus, & diligens: Homero similis: sed in lusus & in amores descendit, maioribus tamen aptior. Cic. quoque 4. Tusc. Fortis vir in sua Republica cognitus, quæ de iuuenum amore scribit Alcæus? Idem lib. 1. de Nat. deor. Nobis qui adolescētulis delectamur, etiam vitia sæpe iucunda sunt. Næuus in articulo pueri delectat Alcæū. At est corporis macula næuus: illi tamen hoc, lumen videbatur. Strab. lib. 13, Alcæi poemata στασιωτικά esse dicit, quòd bella ciuilia & seditiones in iis pertractaret. quem militiam quoque exercuisse ipse testatur, & Horat. lib 1. Carm. 32, cum vocans ferocem bello, quia res bellicas gessit aduersus tyrannos, & Pittacum Mitylenæum victum expulit, vt aiunt Acron & Porphyr. Proinde pugnax dicitur Politiano.

Alcæi camœnæ minaces. Horat. 4. Carm. 9. Vbi Acron & Porphyrius, Minaces Alcæi camœnæ dictæ sunt, quoniam adeò amarus fuit, vt austeritate carminis sui multos de ciuitate eiiceret.

Alcæus sonans aureo plectro. Horat. 2. Carm. 13.

Alcæus ab ortu vocatus est Alcmenæ filius, cui pòst Herculis cognomē est inditum: non quòd propter Iunonem sit gloriam adeptus, sicut Omittes ait, sed quia virtutem prisci illius Herculis Ægyptij imitatus. Diodorus Siculus lib. 1. cap. 2.

Alcæus item fuit Amphitryonis pater, auus Herculis: vnde Alcides dictus est.

Alcæus, Omphales & Herculis filius. Domitianus Calder. in Sappho Ouidij.

Alcaicum metrum (ἀλκαϊκὸν μέτρον) ab Alcæo poeta Lyrico dictum est. Testis Acron in Horat. lib. 2. Carm. Ode 13. Cōstat autem Alcaicum ex Epitrito secundo, Choriambis duobus, & Bacchio. quale est illud Horatij 1. Carm. 8,

Oderit campum, patiens pulueris atque solis.

ALCAMENES Telecri quondam rogante quo modo regnum quis optimè seruaret, Si lucrum (inquit) non multi fecerit. Altero quærente cur à Messeniis munera non accepisset, Quia si accepissem (inquit) cum legibus pacem agere nequirem. Altero dicente ipsum parce viuere amplas satis diuitias possidentem, Nempe (ait) illum qui multa possidet, non ex libidine, sed ex ratione viuere decet. Plutarch. in Apophthegmat. Laconic.

Alcamenes (Ἀλκαμένης) Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Atheniensis suffragiis superauit. Plin. lib. 36. cap. 5.

ALCANDER,dri { Ἄλκανδρος } Vnus ex comitibus Sarpedonis Lyciæ regis,ab Vlysse ad Troiam occisus.Ouid.13.Metam.

Alcanna,officinis,Ligustrum Latinis,Gallis Troena vocatur. Ruell. lib.1.cap.94.

ALCANOR,viri proprium,cuius meminit Virg.10.Æneid.

Alcaquengi,officinæ Mauritanos sequutę,vocant halicacabum,rura nostra *σ* Sunt qui vesicariam appellēt,quòd folliculi speciem vesicarum imitentur, vel quòd vesicæ calculis medeatur. Coccetinum quippe vinum propinatum magnā arenularum vim deturbat. Ruell lib.3 cap.109.

ALCIMENES { Ἀλκιμένης } Poeta tragicus,Megarensis. Suidas.

Alcarmes,& Carmes lingua Punica,vocatur Crocos,seu vermiculus, ex quo fit elegans ille rubor & coccineus color,quem inde Carmasinum dicimus,vulgò *Cramoisi*.Ruell.lib.2.cap.136.

ALCATHOE,pen.prod.vrbs fuit vt quidam putant,eadem cum Megara, de qua Ouid lib.8.Metam.

ALCATHOVS,Pelopis filius,qui cædis Chrysippi fratris suspectus,Megaram venit. occisoque leone, qui Cytheronius à loco dicebatur: multósque,& in iis Megarei regis filium Euripplū necauerat: ascitus Megareo gener,in regno successit. Author Dieuchidas. De hoc Alcathoo plura Pausanias in Attica.

ALCE { Ἄλκη } vrbs Hispaniæ,quam Gracchus post debellatos Celtiberos oppugnatam,ad deditionem compulit.Liu.4.Decad.lib.10.

ALCE { Ἄλκη } Canis nomen apud Xenophontem *περὶ κυνηγ*.

ALCE,nomen meretricis,Gell.lib.4.cap.11.

Alcea,alceę,penult.corr.genus herbæ, { ἀλκέα } vulgò Bismalua,malua saluatica. Vide Plin.lib.27.cap.4.

Alcedo,penult.longa, alcedinis,fœm.gen. { ἀλκυών } Auis est sic dicta quasi algedo,quòd frigidissimis temporibus nidificet. Dicitur à Græcis Halcyone. Vide suo loco.Plaut Pœnulo 4,

Iam hercle tu perieris:nisi illam mihi tam tranquillam facis,
Quàm mare est olim,quum alcedo pullos educit suos.

Alcedonia , alcedoniorum { ἀλκυονίδες } dicuntur ab alcedine , sicut ab halcyone,halcyonides, Hoc est, tranquilli dies,quibus nidificāt halcyones. Plaut.Casin.2, Tranquillū est, alcedonia sunt circa forum. Vbi interpres,Alcedonia, tranquilla tempora,vel tranquilli dies. Vide HALCYON.

ALCENOR { Ἀλκήνωρ } vir Argiuus fuit,qui ea in pugna,qua trecenti Argiui cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, solus cum Chronio ex suis superfuit,hostibus quoque omnibus, vno Othryade excepto,ad internecionem deletis. Herod.lib.1.

ALCES,Bithyniæ fluuius.Plin.lib.5.cap.vlt.

Alces,alcis,seu Alce alces { Ἄλκη } Græcorū more (vt ait in Plin. Hermol.) animal est in Septentrionalibus regionibus nascens,vt author est Plin. lib. 8. cap. 15. Cæsar suo tempore in Hercynia sylua totius Germaniæ maxima fuisse author est lib.6. bel. Gall. Vbi de hoc animali ita scribit, Sunt item quæ appellantur alces : harum est consimilis capris figura,& varietas pellium : sed magnitudine paulo antè cedunt , mutilæque sunt cornibus , & crura sine nodis articulisque habent:neque quietis causa procumbunt:neque si quo afflictæ casu conciderunt,erigere se, aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus,ad eas sese applicant:atque ita paulùm modò reclinatæ quietem capiunt. quarum ex vestigiis,quum est animaduersum à venatoribus quò se recipere consueuerint , omnes eo loco , aut à radicibus subruunt , aut abscindunt arbores , tantùm vt summa species earum stantium relinquatur. Huc quum se cōsuetudine reclinauerint,infirmas arbores pondere affligunt, atque vnà ipsæ concidunt. Plin. lib. 8.cap.15, Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia & Africa:præterea alcen,ni proceritas aurium & ceruicis distinguat,iumento similem.

ALCESTE { Ἄλκηστις } siue Alcestis,filia fuit Peliæ Thessalorum regis:quę persuasis à Medea sororibus, vt Peliam patrem iugularent , sola tantam impietatem abnuit. Hanc Iason mortuo Pelia nuptui dedit Admeto regi Thessaliæ,vt testatur Diodorus Siculus lib.5.cap.3.quę pro viri salute se morti tradidit. Nam rege ægrotante responsum fuit ab oraculo breui moriturum,nisi quis amicorum pro eo morti se traderet. Quod quum omnes recusarent , ipsa promptissimam se obtulit. Lege Euripidis tragœdiam eius nominis. Meminit & Iuuenalis sat.6. Vide ADMETVS.

Alceste Pagasæa,à Pagasa vrbe Thessaliæ. Ouid.lib.3. de Arte amandi.

Alceste Thessala.Claud.an.in laudibus Serenæ reginæ,Epigram.22.

ALCETAS, Tharypi filius, à quo in Pyrrhū vsque Achillis filium,quindecim virorum generationes sunt. Pausanias in Attica.

Alcetas Macedo , propterea Chone denominatus est (vt inquit Polemon) quòd chone,Id est infundibulo,ori inserta,infusum continuè vinum biberet. Steph.Niger in lib.de Nimio vitæ luxu.

ALCETES,Arymbæ filius,Æacida fratre natu maior, Epirotarum rex, sed impotentis iracūdiæ vir,atque idcirco à patre expulsus, quum in Epirotas quoque sæuire ac furere inciperet,noctu cōspiratione facta, vnà cum liberis de medio sublatus est.Cui intersecto Epirotę Pyrrhū Æacidæ filium substituerunt. Pausanias in Attica.

ALCHIDAS Rhodius,Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit,atque in eo amoris vestigium reliquit.Plin.lib.36.cap.5.

ALCHIONE { Ἀλκυόνη } mons Macedoniæ.Plin.lib.4.cap.10.

ALCHIPPE,Marsorum oppidū,lacu Fucino haustum,conditum à Marsya duce Lydorum.Plin.lib.3.cap.12. Alij tamen Archippe scribunt.

Alchymia,Vide ARCHYMIA.

ALCIBIADES { Ἀλκιβιάδης } vir Atheniensis pulcherrimus , nobilissimus,& rei bellicæ peritissimus.Sed linguæ fuit balbutientis,& proinde taxatus ab Aristophane comico illo versiculo , ὁλᾷς Θέωλον ; τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει. Author Plutarch. in Alcibiade.

Alcibiadis matri,Demarete nomen fuit.Plin.lib.34.cap 8.

Alcibiades famam apud Græcos in bibendo meruit.Plin.lib.34.cap.22.

Alcibiadis Sileni, in prouerbium abierunt:quo licebit vti vel de re quæ cùm in speciem,& prima (quod aiunt) fronte vilis ac ridicula videatur,tamen interius ac propius cōtemplanti sit admirabilis:vel,de homine,qui habitu vultúque longè minus præ se ferat , quàm in animo claudat. Vide SILENVS.

Alcibiadion { Ἀλκιβιάδιον } Altera species est anchusæ, sic dicta,quòd vti ea ad formam conciliandam solitus sit Alcibiades. Dioscorid. lib.4.cap.23.

Alcibion { Ἀλκίβιον } Herba , aduersus serpentium morsus remedium habens.Plin.lib 27.cap.5.

Alcida, alcidæ { Ἀλκίδα } fera stupenda,ex terra nata, plurimum ignis ex ore vomens,primùm in Phrygia apparuit,regionē quandam comburens, quæ hucusque exusta Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum transcendens, syluas cōtinuas vsque ad Indos incendio vastauit.Postmodum per mare in Phœniciam reuersa,syluas Libani incendit:pérque Ægyptum in Libyam profecta,ad loca peruenit occidua. Postremò syluis circa Ceraunia destructis,omnīq; incensa patria, quum homines partim flamma absumpti essent, partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugerent loca,Mineruam ferunt tum sapientia tum fortitudine ac viribus fretam , eam necasse , pellémque pectori circundedisse,tum vestitus tutelæque corporis gratia, tum ad virtutis partæque gloriæ memoriam ostendendam. At verò Alcidæ mater Terra commota,deorum hostes,gigātes peperit:quos postmodum Iupiter Mineruæ Dionysíque ac cæterorum deorū ope deleuit. Author Diod.Sic.lib.4.cap.vlt.

ALCIDAMAS,pen.corr.Luctator insignis.Stat.10.Thebaid.

Alcidamas Elceates,philosophus, scripsit de Musica, discipulus Gorgiæ Leontini.author Suidas. Hunc inter scriptores Rhetoricæ annumerat Quintil. lib.3. cap.1. Meminit Laertius in Protagora.

ALCIDAMVS , rhetor antiquus in primis nobilis ,qui mortis laudationem scripsit.authore Cicerone lib.1.Tusc.quæst.

ALCIDES,penult. prod. { Ἀλκείδης } Hercules dictus ab Alcæo auo,patre Amphitryonis,Seruio authore:Sanè Alciden(inquit) volunt quidam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, Id est, à virtute. quod non procedit:quia à prima ætate hoc nomen habuit ab Alcæo patre Amphitryonis. De quo Charon apud Virg.lib.Æneid.6,

Nec verò Alciden me sum lætatus euntem Accepisse lacu,&c.

Clarus Alcides.Seneca.

Alcides clusus tempora hiatu Cleonæo.Id est,Habens caput tectū pelle leonis Cleonæi.Valerius Flacc.Argonaut.1. Tale est illud Senecæ in Hercul.OEth.Vallántque fera tempora dentes.

Alcides deus.Seneca in Octauia,4.

Ferus.Stat.8.Thebaid.	Mortalis.Seneca in Hercul.OEth.15.
Insanus.Ouidius Epist.9.	Pius.Stat.6.Thebaid.
Lætus.Valer.Flac.Argon.lib.3.	Trux.Martial.lib.9.in Afrum.
Magnanimus Lucan.lib.4.	
Magnus.Virgil.5.Æneid.	

ALCIMACHVS,pen.cor.pictor nobilis. Plin.lib.35. cap.11, Alcimachus pinxit Dioxippū,qui Pancratio Olympię citra puluerem,tactum(quod vocant ἀκονιτὶ) vicit:ἀκονιτὶ verò,id Non citra puluerem,Nemea.

ALCIMEDE,penultima correp. Phylaci filia. ¶ Fuit & Alcimede vxor Æsonis,& Iasonis mater,vt tradit Pherecydes. Quanquam Homeri enarrator Æsonem , ex Polymela Iasonem genuisse scribit. Valer. Flac.1.Argonaut.

ALCIMEDES,Poeta tragicus,Megarensis.vt scripsit Suidas.

ALCIMEDON, penult. corr. proprium nobilis artificis cælatoris,cuius meminit Virg.eclog.3, -pocula ponam
Fagina,cælatum diuini opus Alcimedontis.

ALCIMVS , orator omnium qui in Græcia tum florebant , eminentissimus. Diogenes Laert.lib.2.in vita Stilponis.

Alcimus Lydorum rex,præcipua insignis pietate ingenióque mirissimo fuit.Proinde vniuersis eius tēpore Lydis altissima contigit pacis tranquillitas, & diuitiæ affluentissimæ:& ita quidem, vt intrepidè ageret vnusquisque , omnimódoque citra insidiarum vllum metum. Cælius libro 10.cap.69.

ALCINOVS, penult.corr. { Ἀλκίνοος } Nausithoi filius, teste Homero libro 7. Odyss. rex Phæacum in Corcyra insula iustissimus , dicente Orpheo in Argonaut. -ᾧ πάντα δίκαια μέμηλεν. Fuítque diligens hortorum cultor.Quamobrem dixit Virg.lib.2. Georgic Pomáque, & Alcinoi syluæ: Id est, arbores pomiferæ. Huius meminit Ouid. Metam.13.& Homerus in Odyssea. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem , vt maturis fructibus noui statim succederent. Stat.lib.1.Sylu.3,

Quid bifera Alcinoi laudem pomaria?vósque
Qui nunquam vacui prodistis in æthera rami? Meminit & Plin. lib.19.cap.4.

Fuit item Alcinous philosophus Platonicus, qui epitomen composuit decretorum Platonis.

Alcinoi mensam vocat Gregorius Theologus ad Basilium , mensam luxu redundantem. Non ad Lotophagorum inopiam , sed Alcinoi mensam.Erasm.in Chiliad.

Alcinoi apologus.Dicitur de longis & anilibus fabulis.Refertur à Diogeniano,& Iulio Polluce,lib.6.Sumptū ex Homeri Odyssea,vbi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacū regis,prodigiosas ac ridiculas fabulas,& portentosa mendacia cōmemorat de Lotophagis, Lestrigonibus,Circe,Cyclopibus,insulę id genus aliis plurimis miraculis,fretus videlicet Phæacū inscitia : vt sit Alcinoi apologus,ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc prouerbio vsus est Plato de Republica lib.10, Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum.Erasm.in Chiliad.

Alcinous Corcyræus,ab insula Corcyra, in qua regnauit.Martial.lib.8.

Alcinous munificus. Ouid.2. de Ponto, eleg. 9. quòd Vlyssem hospitio susceperit.

ALCION { Ἀλκίων } Medicus,de quo Ioseph.Antiqu.Iudaic.lib.19.cap.1.

ALCIPHRON { Ἀλκίφρων } Magnesius , Alexandri temporibus Philosophus. Suidas.

ALCIPPE { Ἀλκίππη } Vna ex Halcyonei gigantis filiabus,quæ Halcyonides dictæ sunt. Suidas.

Alcippe { Ἀλκίππη } Martis filia.De hac vide Pausaniam in Attica.

Alcippe,mulier quæ elephantum peperit.Plin.Lib.7.cap.3.

Alcippe

Alcippe, nomen est rusticæ mulieris propriũ, cuius sæpe meminit Theocritus, & Virg. eclog. 7.

ALCIPPVS {ἄλκιππος} ciuis Lacedæmonius, qui ex vxore Damocrita duas suscepit filias. Is quum & optimè ciuitati consuleret, & ea ageret quæ è Republica esse intelligeret, eorum inuidiam in se concitauit qui aduersas ei partes in Republica fouebant. Quorum falsis sermonibus persuasi Ephori, velle Alcippum leges dissoluere, exilio virum multarunt. Itaque exiuit ille Sparta. Damocrita verò vxor, quæ se viro comitem vnà cum filiabus præbere vellet, prohibita est. Quin & eius bona publicarunt, ne dos virginibus superesset. Sed quum nonnulli puellas sibi ob paternam virtutem vxores postularent, Senatusconsulto ab inimicis prohibiti sunt vxores illas accipere: quippe qui de ipsarum matre votum dicerent auditum, vt sibi quamocyssimè liberi ex filiabus orirentur, qui patrem vindicarent. Quum igitur vndecúque Damocrita impugnaretur, communem quandam totius populi celebritatem obseruauit, ad quam mos erat, vt vnà cum virginibus domesticisque omnibus atque infantibus mulieres conuenirent. Quæ verò ex nobilitate essent, seorsum ipsæ à cæteris in magno quodam Androne pernoctabant. Ibi illa gladio sub veste accincta, comites secum filias educit, noctúque in templum proficiscitur: obseruatóque tempore, quo omnes mysterio interforent, quum occlusæ fores essent, magnam lignorum vim iuxta eas constipauit: quippe quæ ad manum præstóque forent, ad sacrorum vsum côuecta. Tum ignem immisit. Accurrentibus autem auxilio viris, filias ipsa suas, tum sese ipsam Damocrita gladio interfecit. Quapropter quum minimè haberent, in quos iram effunderent, extra fines corpora Damocritæ filiarúmque proiiciunt. Quamobrem irato deo, ingens ille traditur Lacedæmone terræmotus extitisse. Plutarchus in Narrationibus amatoriis

ALCISTHENE, pen. corr. pictricis nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

ALCISTHENES Sybarita, præ deliciis vestem huiusmodi composuit, vt proposita in Lacinio, quò vniuersa Italia concurrebat, maximè omnium quæ proposita sunt, admirationi cunctis fuerit: quam Dionysius prius assequutus, Carthaginensibus centum & viginti talentis vendidit, vt Aristoteles tradit. Stephanus Niger in libro de Nimio vitæ luxu.

ALCITHOE, penultima correpi. {ἀλκιθόη} mulier Thebana, Minei filia, quæ Bacchum esse Iouis filium negabat: alijsque Thebanis mulieribus sacra Bacchi celebrantibus, lanificio vnà cũ sororibus & ancillis operam dabat. Ira itaque Bacchi earum tela in hederam & vitem mutata, domóque incensa, ipsæ in vespertiliones sunt conuersæ. Ouid. 4. Metam.

ALCMAEON {ἀλκμαίων} Amphiarai vatis & Eriphyles fuit filius. Huic Amphiaraus ad bellum Thebanum proficisci coactus, nequitiam Eriphyles in se aperuit, eique futuræ mortis suæ vindictam reliquit: qui defuncto patre memor præcepti, vt in patrem pietatem seruaret, impius in matrem factus est, eámque necauit. Ex Bocatio. Huic fabulæ à cæteris additur, Quum postea ob matris cædem Alcmæon furiis agitaretur, venisse eum ad fluuiũ Phlegeum, à quo lustratus est. Et quum filiam eiusdem Alphesibœam amasset, donato illi monili quod matris Eriphyles fuerat, vxorem illam duxisse. Cæterùm, quum aliquando ad Acheloum fluuium post ea tempora fortè venisset, placuissetque ipsi Callirhoë Acheloi filia, monile quod superiori coniugi dederat, etiam huic nuptiarum spe pollicitum esse. Ad quod repetendum quũ proficisceretur, à fratribus Alphesibœæ, Themone, & Axione occisum esse: qui tamen & ipsi ab eodem mutuis vulneribus petiti, perierunt. Vel, vt Ouid. lib. 6. Metam. videtur sentire, à filiis Callirhoës, quos Iupiter natos, statim deos fecerat, in vltionem patris occisi sunt.

Amphiaraides Alcmæon, Amphiarai filius. Ouid. 2. Fast.

Amphilochi frater. Ouid. 2. de Remed. amoris.

Crudelis. Virg 6. Æneid.

Alcmæon Crotoniates, Pirithi filius, Pythagoræ auditor, plurimum tamẽ in medicina versatus, videtur primus de naturę ratione scripsisse, vt Phauorinus in omnimoda tradit historia. Animam dixit immortalem, mouerique modo Solis. Diogenes Laert. lib. 8.

ALCMAN {ἀλκμάν} poeta lyricus Laconicus siue Messenius Damante patre genitus circa Olymp. 27. inuentor amatorij carminis, scripsit lingua Dorica, author Suidas. Is morbo pediculari periit, vt scribit Ælianus: qui & eum dicit fuisse Agesidis seruum, sed propter ingenium libertate donatum. Quod autẽ ad morbũ pedicularem attinet, testatur & Plin. lib. 11. cap. 33. Vide Diodorum Siculum lib. 5. cap. 6.

ALCMANES. Lege ALCAMENES.

ALCMENA {ἀλκμήνη} penul. prod. Electrionis filia, & Amphitryonis vxor, ex qua Iupiter genuit Herculem. Ouid. 9. Metam.

Alcmene Argolis. Id est. Alcmena Argiua. Ouid. 9. Metam.

Genitrix Alcidæ. Sill. Ital. lib. 8.

Mater Herculea. Stat. lib. 10. Thebaid.

ALCOMENAE {ἀλκομεναί} Ithacæ insulæ ciuitas est, à qua Vlysses Alcomenæus à poetis appellatur. Stephan.

ALCON, nomen viri proprium. Stat. lib. 10. Thebaid.

-sequitur Sicyonius Alcon.

Alcon, faber argentarius, à patria Myleus cognominatus. Ouid. libro 13. Metamorph.

Alcon {ἄλκων} Cretensis sagittarius, cuius quũ filium draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, vt ea currẽs in serpẽtis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij eclog. 5,

Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Alcon Saguntinus, inconsciis Saguntinis qui tum obsidione premebãtur, precibus aliquid moturum se ratus, quum ad Annibalem noctu transiisset, postquam nihil lacrymæ mouebant, conditionésque tristes, vt ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit: moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Liu. 3. Decad.

ALCOTHOVS, Lege ALCATHOVS.

ALCYONE {ἀλκυόνη} Atlantis filia ex Pleione, vt scribit Bocatius de Genealogia deorum lib. 4.

Alcyone vxor Ceycis. Vide HALCYON.

ALCYONEVS {ἀλκυονεύς} Antigoni filius, Diogeni Laertio lib. 4. in Archesilao. & lib. 7. in Zenone Cittico.

Alcyoneus {ἀλκυονεύς} Gigas fuisse traditur, Porphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cuius & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in alcyones (vt quorundam opinio est) sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phosthonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alij scribunt Halcyoneus.

Alcyonium, ij {ἀλκυόνιον} Plin. lib. 32. cap. 8, Fit in mari (inquit) ex nidis, vt aliqui existimant, alcyonum & ceycum: alij ex sordibus spumarum crassescentibus: alij è limo, vel quadam maris lanugine. Hæc ille. Sunt tamen qui sic dictum putent, quòd alcyones super illud marinis vndis simul congestũ nidificent. Vide latius apud Dioscorid. & eius interpret. Mathiol. lib. 5.

A L E

Alea, aleæ {πεσσεία, κυβεία, ἀλέα} Est omnis ludus magna ex parte in fortunę varietate consistens, sed propriè dicitur de tesseris. Cic. in Catil. Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærerent, essent illi quidẽ desperandi, sed tamen ferendi. Martial. de nucibus,

Alea parua nuces, & non damnosa videtur:

Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

Alea pro Fortuna & casu. Liu. Nec tam celerem aleam vniuersi certaminis cernens. Cic. 2. de Diuinat. Non perspicitis aleam quandam inesse hostiis deligendis?

Alea non modò pro Fortuna, sed etiam pro Dubitatione & periculo ponitur. Plin. in præfatione lib. 1, Vtitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenij aleam positus. Hoc est, Extra omnem dubitationẽ, & extra omne periculum vt aliquis ei ingenio præferatur. Budæus lib. 1. de Asse: Extra omnem ingenij aleam, id est extra omne discrimen iudiciorum. Varro 1. de Re rust. cap. 4, Quare si salubritas non est, cultura nõ aliud est, quàm alea domini vitæ, ac rei familiaris. Columel. in præfat. lib. 1, Maris & negotiationis alea.

Aleam Palamedes in castris Græcorum contra Troianos reperit, dum otia miles ageret, vt author est Philost. in Heroicis. Volaterr. lib. 29. Philolog. Cælius tamen lib. 2. cap. 14. & aleæ, & tesserarum, & pilæ lusum Lydiis inuentionem tribuit, sequutus Herodoti authoritatem.

Alea fati, id est periculum & casus incertus. Lucan. lib. 6.

Alearum ludo similem esse vitam humanam dixit Plato, teste Plutarcho. Ad quod respexisse videtur Terentius in Adelphis, vitam hominum perinde dicens esse, quasi quum ludas tesseris: vt quod iactu nõ cecidit, id arte vt corrigas.

Blanda. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.

Damnosa, Iuuen. satyr. 14.

Fallax. Ouid. 4. de Ponto eleg. 2.

Festiua & honesta alea lusitare. Gell. lib. 18 cap. 13.

Periculosæ plenum opus aleæ. Horat. Carm. lib. 2. Ode 1.

Alea pernox, in qua auiditate lucri pernoctatur. Iuuen. sat. 8.

Præceps. Horat. lib. 1. epist. 19.

Turpis. Iuuenal. satyr. 11.

Vetita legibus. Horat. 3. Carm. 24.

Aleam adire. Seneca de Ben. lib. 3. cap. 11. Itaque vt æquiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit.

Alea decoquit. Pers. satyr. 5.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit.

Aleam emere, hoc est, incertum rerum euentum. quod fit quum captus piscium, vel auium, vel missilium emitur. Pomp. in l. Nec emptio. D. de contrahen. empt. & vendit. Aliquando tamen & sine re venditio intelligitur, veluti cùm quasi alea emitur, quod fit cùm captus pisciũ, vel auium, vel missilium emitur. Emptio enim contrahitur etiam si nihil inciderit: quia spei emptio est. Vsus est quoque hac loquutione Paul. in l. quum hæreditatem. D. de Hæred. vel act. vend.

Aleam iacere, Est rem periclitari, fortunæque arbitrio committere: siquidem alea, fortunæ ludus est magis, quam artis. Erasmus.

Aleam sequi. Varro: Sequentes aleam, non rationem. Id est, Euentus ancipitis expectationem.

Subire aleam. Vide SVBEO.

Ire in dubiam seruitij imperijque aleam, Liu. 1. ab Vrbe. Id est, anceps fortuna est, dubiúsq; euentus, vtrum dominaturi, an seruituri simus.

Aleator, pen. prod. {κυβευτής} denominatiuum ab alea, qui ludum aleæ, quasi artem quandam exercet. Cic. in Catil. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Idem 2. Philipp. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleatorius, adiect. {κυβευτικός} quod ad aleam pertinet. Cic. 2. Philipp. Suggerebantur etiã sæpe, nõ enim semper iste felix, damna aleatoria.

Aleatorium forum, apud Suetonium in Augusto cap. 71. Lusimus per omnes dies, forúmque aleatorium calfecimus. Verba sunt Augusti.

Ritus aleatorius, apud Gell. lib. 18. cap. 13.

Aleo, aleonis, masc. gen. Idẽ quod aleator, teste Festo, Næuio, & Publ. Mimographo.

ALEA {ἀλέα} Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. Plin. lib. 4. cap. 6. & Stephan. ¶ Item Mineruæ cognomen, quæ circa hanc vrbem colebatur, vt videre est apud Herodot. lib. 1. Verùm in duabus hisce postremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. Papinius in Syluis,

Aut aleæ lucis vidit Tegæa sacerdos.

ALEBAS, Alebæ, penul. prod. {ἀλεύας} nomen proprium viri, qui apud Larissam Thessaliæ vrbem crudelissimè regnans, satellites adhibuit, à quibus tandem est interfectus. Ouid. in Ibin,

Quósque putas fidos, vt Larissæus Alebas,

Vulnere non fidos experiare tuo.

ALEBECERII, Galliæ Narbonensis populi. Plin. lib. 3. cap. 4.

Alebria, Veteres dixerunt pro bene olentibus. Festus.

Alec. Vide HALEC. Vide etiam MENA piscis.

ALECTO {ἀληκτώ} vna est ex tribus furiis. Tres enim à poetis descri-

buntur, Alecto, Megæra, & Tisiphone. Porrò Furiæ dicuntur à poetis filiæ Acherôtis, & Noctis, vt notant Virgilij interpretes. Orpheus in hymnis canit eas esse Plutonis & Proserpinæ filias. Alecto significat idem quod Irrequieta, Non desinens, ab α priuatiua particula, & λήγω quiesco, desino, cesso, quòd nullum scelus inultum prætereat.

Alecto facie torua, & membris furialibus. Virg. 7. Æneid.
Atra Alecto. Virg. ibidem.
Sata Nocte. Id est, Noctis filia. Virg. 7. Æneid.
Atrox. Claud. lib. 1. in Ruffinum.
Cocytia. Virg. 7. Æneid.
Dea. Virg. 7. Æneid.
Erinnys. Virg. 7. Æneid.
Infecta venenis. Virg. 7. Æneid.
Inuisa. Claud. lib. 1. de raptu Proserp.
Luctifica. Virg. 7. Æneid.
Sæua. Virg. 7. Æneid.
Torquata colubris. Ouid. 2. epist.
Tristis. Virg. 7. Æneid.
Cincta facibus atris. Claud. lib. 1. in Ruffinum.
Alecto mugit cruentum. Claud. lib. 1. in Ruffin.
Alectus alæ stridentes anguibus. Virgil. 7. Æneid.
Alectus alæ Stygiæ. Virgil. 7. Æneid. Idem eas appellat fuscas, libro eodem.
Alectus oculi flammei. Virg. 7. Æneid.
Alectus os rabidum. Virg. 7. Æneid.
Alectus vox rabida. Claudian. lib. 1. in Ruffinum. Alectus, hic & in præcedentibus, est genitiui casus: Græcè ἀλληκτοῦς.

ALECTOR (Ἀλέκτωρ) Filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit vnus ex septem ducibus Argiuorum apud Thebas. Volaterr.

Alectoria, huius alectoriæ, Lapis qui in ventriculo galli inuenitur. Gallus enim, ἀλέκτωρ dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminibus, inuictum fuisse videri volunt. Solino vocatur Alectorius lapis. cap. 4. ad finem.

Alectorolophos (ἀλεκτορόλοφος) Herba est tussientibus vtilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, semenque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plinio lib. 27. cap. 5. Alij Alectorolophen vocant.

ALECTRYON (Ἀλεκτρυών) Adolescens fuit, Marti adeò familiaris, vt adulterij quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribúsque custos apponeretur, ne Solis interuentu deprehenderetur adulter. Verùm cùm ille somno oppressus, negligentius excubias ageret, amantes, eius fiducia in vtranque aurem dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in auem sui nominis transformauit, quem Gallum Latini appellant, qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis aduentum cantu suo prænuntiat. Lucian. in Micyllo.

Alecula, Vide HALECVLA.

ALEGENOR, vnus fuit filiorum Boethi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diod. lib. 5.

ALEIOS campos (ἀλήϊα πεδία) Strabo prope Mallum & Magarsa constituit. Meminit & Plinius in Ciliciæ situ. Mentionem facit in Bellerophontis fabella Homerus. Exposuit Eustathius, & ab errore quidem nuncupatos interpretatur, quia ἀλᾶσθαι Græcorum lingua, errare sit: quoniam per eos aberraret primùm excussus Pegaso Bellerophontes. Sunt qui Campos vacuos Latinè sint interpretati. Nec desunt ex Græcis, qui Aleios dici campos putent non ab errore, sed ab oppido quod Alas nuncuparetur: addúntque, inter Pinarum & Cydnum amnes collocari. Cælius lib. 9. cap. 47.

ALEMANNIA (Ἀλεμαννία) regio Alemannorũ, quæ & Germania: quanquam posterior appellatio apud authores sit frequentior. Claud. 7. Paneg.

Imploratque tuum supplex Alemannia nomen.

ALEMANNI (Ἀλεμαννοί) sunt iidem qui Germani: dicti (vt quidam putant) à Manno Teutonis dei filio. Absurdum autem est quod putat Quadratus apud Agathium, dictos esse Alemannos à Lemano lacu. Nam constat eos qui ad lacum Lemanum consederunt, non Alemannos, aut Germanos, sed Heluetios semper dictos esse à veteribus, neque inter Alemannos aut Germanos ab iis vnquam numeratos. Non minus absurdum videtur quod scribit Asinius Italus, Alemannos esse ex varia gentium colluuie collectos, & eam ob causam Alemannos dictos, ab ἀλᾶσθαι, hoc est, errando. Nam verisimile non est, gentes quæ longè meliores regiones possidebant, in Alemanniam terram olim incultam & asperam confluxisse, vt rectè Tacitus in libello de morib. Germanorum disputat, qui contra Asinium indigenas esse Germanos scribit, minimeque aliarum gentibus aduentibus & hospitiis mixtos. Itaque rectius multò nominis origo ex eorum lingua petitur. Illis enim AL, totum significat, & MAN, virum: vt Alemanni dicti sint quasi toti viri & bellatores fortissimi. Cui rei & alia appellatio conuenit. Nam quod inferiores Germani dicunt AL, hoc superiores dicunt GAR: Vtrisque autem MAN, virum significat: ita vt vocabula Germani & Alemanni, eandem vim habeant. Non tamen & hoc ineptum est, Alemannos dictos esse ab vsitata ad virtutem & fortitudinem adhortandi formula, Alsmänner: Hoc est, Vt viri, Vt viros decet, quomodo etiamnum in prœliis sese mutuò conhortantur. Germanos autem, quasi Hårmannos: Id est, viri exercitus, viri militares, mutatione h, in g: quæ est etiam origo veteris appellationis Hermionum, quæ est apud Plin. lib. 4. cap. 14.

Alemanni etiã vocabantur Teutones & Teutoni, à Teutone siue Tuiscone. Vide suo loco.

ALEMANNVS, fluuius apud Rysios, originẽ à Rubro castro (*Rotenburg*) trahens. Hic ad *Kelheim* oppidum iungitur Danubio. Vulgò *Altmola* vel *Altmyl* appellatur. Calepin.

ALEMVSII, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ ac Proserpinæ templum. Pausan. in Attica.

Aleo, huius aleonis. Vide ALEA.

ALEON, fluuius. Plin. lib. 5. cap. 29.

ALEOPETRA, Insula in Mæotide. Calepin.

ALEOS, amnis est Erythris vrbe Græciæ inter Megarã & Thebas, qui pilos gignit. Plin. lib. 31. cap. 2.

ALERIA, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plin. lib. 3. cap. 6.

Ales, alitis, pen. cor. absolutè positum (ὄρνις, οἰωνός) Auis dicta ab alarum magnitudine. Sunt enim alites propriè maiores aues: vt gallinæ, ansetes, cornices, corui, grues. Plin. lib. 10 cap. 19. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas diuiditur species, oscines & alites. Illarũ generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Hoc nomẽ propriè fœmininum est. Martial. Alitis eximiæ cauda superba fuit. Id est, pauonis. Sic vbique Plin. quantum quidem obseruare potui. Poeticè tamen & in masculino legitur. Virg. Æneid. 12.

Nanque volans rubra fuluus Iouis ales in æthra. Id est, Aquila.

Alituum, genitiuus pluralis per epenthesim, pro alitum. Virg. lib. 11.

Alituum, pecudúmque genus sopor altus habebat.

Ales & auis. Cic. 1. de Diuin. Eadémque efficit in auibus diuina mens, vt tum huc tum illuc volent alites. Idem 2. de Nat. deor. Aues quasdã, & alites, & oscines, vt nostri Augures appellant, rerum augurandarum causa natas esse putamus.

Palladis ales, pro Noctua. Ouid. 2. Fast.
Pandionis ales. Ouid. ad Pisonem. Hirundinem intelligit, aut Lusciniã. Progne siquidem & Philomela filiæ fuerunt Pandionis.
Phasidis, pro Phasiano. Stat. lib. 4. Sylu. 6.
Cyllenius, pro Mercurio. Claud. lib. 1. de rapt. Proserp.
Cythereia, pro Columba. Sil. Ital. lib. 3. Est enim Veneri dicata.
Daulias ales, pro Philomela siue Luscinia, à Daulide oppido. Seneca in Hercul. OEth. 3.
Gangeticus, pro Phœnice. Ausonius in Ternario.
Phœbeius, pro Coruo. Ouid. 2. Metam.
Tegeaticus, pro Mercurio. Stat. lib. 5. Sylu. 1.
Titanius, pro Phœnice. Claud. Epigram. 3.
Argentea. Id est, alba. Ouid. 2. Metam.
Ales auida, pro Vulture iecur Tityi iugiter exedente. Seneca in Herc. fur. 13. & in Agamem. 1.
Canorus, pro Cygno. Horat. 2. Carm. 20.
Cristatus, pro Gallo. Ouid. 1. Fast.
Flammiger, pro Aquila quæ Iouis fulminibus seruit, vt exponit Lactantius. Stat. 8. Thebaid.
Fuluus ales Iouis, pro Aquila. Virgil. 12. Æneid.
Impiger, pro Mercurio. Stat. 1. Thebaid.
Interritus. Sil. Ital. 5.
Longæua, pro Phœnice. Claud. de rapt. Proserp. lib. 2.
Lugubris, pro malo & infelici auspicio, vt interpretatur Acron. Horat. 3. Carm. 3.
Mala, pro malo auspicio, vt exponũt Acron & Porphyr. Hora. Epod. 10.
Matutinæ. Propert. lib. 1. eleg. 15.
Miserabilis. Ouid. 11. Metam.
Occinentes. Catul. epigram. 22.
Potiore alite aliquid facere. Id est, meliori auspicio. Horat. 4. Carm. 6.
Regia, pro Aquila. Ouid. 4. Metam.
Sæua. Senec. in OEdipo. 12.
Secunda alite aliquid facere, Id est, prospero auspicio, vt interpretatur Porphyrio Horat. Epod. 16.
Secundis alitibus procedere, Id est, felici & prospero auspicio. Claud. Panegyr. 6.
Vasta ales, pro Struthiocamelo. Claud. in Eutropium, lib. 2.
Delata pennis ales in aliquem locum. Lucret. lib. 6.
Lapsa ales ab aere, pro aue deorsum volante. Virg. 1. Æneid.
Alites volatu auspicia facientes istæ putabantur: Buteo, Sanqualis, Immusculus, Aquila, Vulturius. Festus.

Ales, adiectiuum omnis generis (ὠκύς) ponitur à poetis pro Veloci. Silius, Alite vectus equo. Virgil. 8. Æneid. -ignis & alitis austri.

Ales, item adiectiuè positũ pro Alatus, Id est, Alas habens. Cic. 1. de Inuent. Angues ingentes, alites, iuncti iugo. poeticum est.

Ales auis. Cic. 2. de Nat. deor. Inde est ales auis lato sub tegmine cæli.
Currus. Senec. in Medea.
Deus, pro Mercurio.
Equus. Ouid. lib. 3. Amorum, eleg. 11. pro Pegaso equo alato.
Passus, Velox. Ouid. 10. Metam. -passu volat alite virgo.
Pegasus. Horat. 4. Carm. 11.
Planta. Hoc est velox. Sill. Ital. lib. 4.
Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem. Sil. Ital. lib. 3.

ALESA, Ciuitas est Siciliæ, Ptolemæo. Hinc Alesinus, a, um. Cic. in epist. famil. In Alesina vrbe, &c. Vide & Strab. lib. 6. ¶ Alesa item oppidum est Ciliciæ Straboni lib. 40.

Alesco, alescis (ἀναθάλλομαι) alescere, antiquum verbum ab alo, alis, Id est quod Nutricari, crescere. Vnde fit Coalescere, vsitatum verbum pro Concrescere. Varro 1. de Re rust. cap. 44. Quæ nata sunt (inquit) in fundo alescunt, adulta concipiunt.

Alescendo roborari. Varr. lib. 1. cap. 4. de Re rust.
Alescendi cacumen tangere. Lucret. lib. 2.

ALESIVM est, quod nunc Aleisæum vocant, locus ad Amphilochidem proximus, in qua omnibus mensibus accolæ forum congregant. Iacet autem in via montana, qua ex Elide ad Olympiam commeatur. Prioribus autem seculis agri Pisæi ciuitas fuit, aliàs alio modo variatis locorum terminis propter Imperatorũ permutationes. Strab. lib. 8.

Alesium, oppidum Peloponnesi, ab Alesio filio Silleantis, vnius è procis Hippodamiæ. ¶ Est & Alesius campus in Epiro, & mare Alesiũ, & promontorium, & fluuius.

ALESIVS, mons Arcadiæ prope Mantineam, sic ab errore Rheæ nuncupatus. Pausan. apud Cæl. lib. 9. cap. 47.

Alesius (Ἀλήσιος) oppidum Elidis, Stephano.

ALESVS, pen. prod. nomen viri proprium. Vide ALSIVM.

ALETHES, pen. prod. nomen fuit proprium viri Troiani, quasi ἀληθὴς, Id est, verax fuerit. De quo Virg. lib. Æneid. 1,
-& qua grandæuus Alethes.

Aletides {ἀλητίδες} Sacrificia quædam Atheniensium, pro Icaro & Erigone, quæ oscillis agebantur. Cùm enim in finibus Atheniensium multæ virgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent, propter Erigonem, habito ab Apolline oraculo, sacrificium solenne instituerunt, quod publicè priuatimque faciebant, & id Aletides appellabant, quòd Erigone cum cane ignota & solitaria patrem Icarum medica persequuta sit, quas Græci ἀλήτιδας nominant & ἀλήτας, Mendicus, vagus, & erro dicitur. Hyginus.

ALETIVM, oppidum Salentinorũ in Italia, authore Ptolemæo, & Plin. lib. 3 cap. 11.

Aletini, Salentinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 11.

ALETRINATES, Italiæ populi, Plin. lib. 3. cap. 5. ALETRINI, apud eundem lib. 3. cap. 11. Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati. Cic. pro Cluent.

Aletrinensis. Cic. pro Cornel. Balb.

Aletudo, penult. prod. Corporis pinguedo. Author Festus. verbale ab alendo, sed obsoletum.

ALEV, Insulæ nomen in Arabia, Plin. lib. 6. cap. 28.

Aleuron, ri, n. g. Farina, propriè tritici: Alphiton verò, hordei. hinc Aleurites panis apud Ruellium lib. 2. cap. 14.

ALEVS, Aphidantis filius, qui Mineruæ templum condidit apud Tegeam Arcadiæ vrbem, authore Pausania.

Aleus adiectiuum {ἀλέα} vt Alea Minerua. Stat. 4. Theb. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 47, vocat Haleam.

Alex, alecis, pen. lõga f. g. sine plurali, Genus est liquaminis, quod Plin. muriæ vitium, & imperfectam nec colatã fæcem appellat, li. 31. cap. 8.

ALEX {ἄληξ} fluuius Rheginum agrum à Locrensi disterminans, per vallem profundam cursum habet. Strabo lib. 6. apud quem scribitur Alex, Alecis: apud Theocritũ verò Ales, Aletis. Hic fluuius Plin. Carcinas appellatur: Pausaniæ & Æliano Cecinus. Volaterr.

ALEXAMENVS Ætolus, Nabidis tyranni Lacedæmonij interfector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liu. 4. Decad. lib. 5.

ALEXANDER, Molossorum rex, Tarentinis, à quibus inuocatus fuerat, infensus, publicũ Græcorum conuentum tractus illius, eorũ compulsus odio, ad Thuriorũ agrũ traducere conatus est, cùm in Herculea Tarentinæ Telluris æde celebrari mos esset. Author Strab. lib. 6.

Alexander Aphrodisæus {ἀλέξανδρος ἀφροδισιεὺς} sub Seuero & Antonino philosophiam professus, primus omnium Aristotelem antea viris doctis magis laudatum quàm intellectum, commentariis enarrauit: è cuius schola viri docti emanarunt, Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, Aristotelis omnes cõmentatores. Volaterr.

Alexander Ætolus, poeta egregius, in libro qui inscribitur Musæ, refert quãto studio populus Ephesius dedicato tẽplo Dianæ curauerit præmiis propositis, vt qui tunc erant poetæ ingeniosissimi, in deam carmina diuersa componerent. Macrob. Saturn. lib. 5. cap. 22.

Alexander Ætolus, ex ciuitate Pleuronis, poeta Tragicus, inter septem cõnumeratus eorum qui cognominati sunt Pleias. Suidas & Volater. Eius meminit & Strabo lib. 14.

Alexãder Ephesius, qui Lychnus est cognominatus, orator magnus est habitus, & in Republica versatus, & historiam scripsit, & carmina, in quibus de cælestibus tractat, & terras continentes describit. Author Strabo lib. 14.

Alexander Grammaticus, Asclepiadæ filius, ex Cotiæo Phrygiæ oppido, de varia historia siue materia vigintiquatuor scripsit volumina, peritissimus ætatis suæ vir. Hermolaus in Plin. lib. 5. cap. vlt.

Alexãder è Seleucia Ciliciæ, magister epistolarum Græcarum M. Antonini principis, Herodis æqualis, docuit Romæ & Athenis, cognominatus πηλοπλάτων. Volaterr.

ALEXANDER MAGNVS {ἀλέξανδρος ὁ μέγας} Philippi Macedonũ regis & Olympiadis filius, forma fuit supra hominem augustiore, ceruice celsa, lætis oculis, & illustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis non sine maiestate quadam decorus. Peragrauit orbẽ, rectoribus Aristotele & Callisthene vsus. Subegit Asiã, Armeniam, Iberniã, Albaniam, Cappadociã, Syriã, Ægyptum. Taurum, Caucasũmq; montes transgressus est. Bactros domuit: Medis, & Persis imperauit. Cepit Indiã, emensus omnia ad quæ Liber & Hercules accesserãt. Victor omniũ, vino & ira victus, morbo vinolentiæ apud Babylonẽ exemptus est. Solinus cap. 14. Eius gesta multi præter Plutarchum apud Græcos scripsere: apud Latinos Q. Curtius.

Alexandri ferula quid sit, docet his verbis Strabo lib. 13, Alexander Homeri studiosus fuit: vnde etiam Homericæ poeseos emendatio quædam fertur, quę ex Alexandri ferula dicitur cum Callisthene & Anaxarcho. Is enim quædam adnotauit, quæ postea in ferulam coniecit quam in Persica gaza inuenerat sumptuosè instructam. Eandem sententiam habet Plin. lib. 7. cap. 37. & Cic. ad Lucceium lib. 5. 12.

Fortis Alexander. Horat. lib. 2. epist. 1.

Magnus. Horat. lib. 2. epist. 1.

Alexander Milesius Polyhistor cognominatus, libertus Cornelij Lentuli, Grammaticus, Romæ docuit. Syllæ temporibus extinctus est ex incendio domus apud Laurentes, Suidas & Volaterr.

Alexander Pheræus in Thessalia tyrannidem apud Pheræos exercuit. De hoc Cic. lib. 2. Offic. Quid Alexandrum (inquit) Pheræum quo animo vixisse arbitramur? qui quum vxorem Theben admodum diligeret, tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidem compunctum notis Threiciis, districto gladio iubebat anteire: præmittebãtque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & nequod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. O miserum, qui fideliorem & barbarum & stigmaticum putaret, quàm coniugem! Nec eum fefellit opinio: ab ea enim est ipse propter pellicatus suspicionẽ interfectus. Ouid. quoque meminit in Ibin,
Inque tuo thalamo iuguleris more Pheræi,
Qui datus est leto coniugis ense suæ. Meminit & Valer. Max. lib. 9. cap. 14.

ALEXANDRA, quæ & Cassãdra dicta est, Priami filia, ac vates. Eius nomine Lycophronis inscribitur poema de Alexãdro Paride. Volaterr.

Alexandra, Alexandri Iudæorum regis vxor, cui vir moriens administrationem regni reliquit. Hegesippus lib. 1. cap. 12. de Excidio Hierosolym.

ALEXANDRIA, penult. prod. {ἀλεξάνδρεια} nomen est trium vrbium ab Alexandro Macedone conditarum. Siquidem vna est in Ægypto, ad ostium Nili sita, quod à nonnullis Canopicum dicitur, vt scribit Solinus cap. 45. Hanc describit amplissimè Strabo lib. 17. Arrianus lib. 3. Ammianus lib. 22. Curtius lib. 5. Plin. lib. 5. cap. 10. Aliam eodem nomine condidit in Asia, aliam item in Scythia super Tanaim. Dicitur item Alexandrẽa, e producta. Propert. lib. 3. eleg. 11,
Noxia Alexandrea, dolis aptissima tellus. Sic Horat. 4. Carm. 14.

Est præterea Alexandria vrbs Liguriæ ab Alexãdro Pontifice cõdita.

Alexandria, Ciuitas est in Margiane regione, qua diruta à barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Syrianam, interfluente Margo, qui corriuatur in Zotale. Is maluerat illam Antiochiam appellari. Hæc Plin. lib. 6. cap. 16.

Alexandria, vrbs est ab Alexandro condita ad Tigrim fluuium, vbi milites inutiles reliquisse fertur. Plin. lib. 6. cap. 27. Est & hoc nomine alia in finibus Sogdianorum, de qua Plin. eod. lib. cap. 16.

Alexandria, Ariorum cognominata, quam præfluit Arius fluuius. Plin. lib. 6. cap. 23.

Alexandria Ægypti, hodie Scanderia vulgò dicitur à Turcis.

Alexandria, vrbs Troadis, Romanorum colonia, olim Troas Antigonia dicta. Plin. lib. 5. cap. 30.

Alexandria, penult. prod. nomen est agonis. Strabo lib. 14, Chalcidibus lucus imminet, Alexandro Philippi filio dicatus. Hoc in loco certamen Alexandria nuncupatum, ab vniuersa Ionia celebratur.

Alexãdrinus, pe. prod. adiect. {ἀλεξανδρινός.} Quint. li. 1. cap. 2. Ne Alexandrinis quidem deliciis verba permittenda risu & osculo excipimus.

Alexandrina laurus, ramos spargit à radice dodrantales, topiarij, ac coronarij operis, folio acutiore quàm myrti, molliore, & candidiore, maiore semine inter folia rubro. Plurima in Ida, & circa Heracleã Ponti, nec nisi montosis. Hæc Plin. lib. 15. cap. 30.

ALEXANDRIVM {ἀλεξάνδριον} Iudææ oppidum apud Iosephum lib. 14. Antiquit. Iudaic. cap. 6. Meminit & Strab. lib. 16. Vulgò *Alexandrin.*

ALEXANDROPOLIS, pen. corr. Parthorum ciuitas, sic dicta ab Alexandro Magno conditore, vt author est Plin. lib. 6. cap. 25.

ALEXIA, Ptolemæo Rigiacum {ῥιγίακον.} Alexiam appellat Diodorus Siculus lib. 5, ab Hercule conditam, totius Celticæ metropolim. vulgò hodie hæc ciuitas vocatur in Burgundia, *Lausson.* Eam Cæsar longa obsidione oppugnauit, vt apparet ex eius lib. de bel. Gal. 7.

Alexicacus, pen. cor. {ἀλεξίκακος} In malis adiutor, defensor, malorũ auersor ac depulsor, hominũ defensor. Epitheton Herculis & Apollinis. Pausanias in Attica, Alexicaci Apollinis simulacrum effinxit Calamis. Id deo nomen inditum aiunt, quòd pestilentia, quum bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito, populum liberauit.

Alexicaci dæmones à veteribus dicebantur, qui noxas & diras arcere amolirique existimabantur: qui & ἀποτρόπαιοι & ἀποπομπαῖοι: necnon λύσιοι, & φύξιοι appellabantur. Bud. & Cælius lib. 1. cap. 32. Contrà dij mala inferentes, his nominibus vocabantur, ἀλιτήριοι, προστρόπαιοι, παλαμναῖοι, authore Polluce.

ALEXIO, nis, Medicus, Ciceroni familiaris, cuius meminit idem Cic. lib. 1. ad Attic. 15. epist.

Alexipharmacon, alexipharmaci, penult. corr. neut. gen. {ἀλεξιφάρμακον} Est genus pharmaci: quod nomen verti potest Auxiliare medicamentum, siue Remedium cum auxilio. Plin. lib. 21. cap. 20, Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod alexipharmacon vocant.

ALEXIS, Asinij Pollionis seruus, sic dictus quasi sine responsione, ac superbus. quem Virgilius rogatus ad prandium, quum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit, eúmq; dono accepit. Hæc Seruius enarrans illud Virgilij,
Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Contrà Apuleius, inquiens, Quantò modestius tandem Mantuanus, qui ibidem vt ego puerum amici sui Pollionis bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum verò Alexin vocat? Alexin autem nominauit (vt reor) de nomine illius pueri, quem epigrammate Plato laudarat, cuius initium est, Νῦν ὅτε μηδὲν ἄλεξις, &c. Turnebus.

Alexis, statuarius nobilis, Polycleti discipulus. Plin. lib. 34. cap. 8.

Alexis, amanuensis Attici. Cic. ad Atticum, lib. 7. epist. Alexin humanissimum puerum, nisi fortè dum ego absum, adolescens factus est (id enim agere videbatur) salutere iubeas velim.

Alexis Thurius (ἄλεξις θούριος) Qui prius Sybaris dicebatur, poeta Comicus ante Menandrum. Reliquit plures fabulas, habuit filium Stephanum, poetam & ipsum Comicum. Suidas. Meminit Gell. lib. 2. cap. 23.

A L F

Alfasafat, Arabicis herba est medicæ persimilis, ad pabulum iumentorum, & pecudum imprimis vtilis. Hac abundat Hispania, vbi magna admodum cura colitur, eámque *Alfalfa* vocant, nomine ab Arabicis corruptè mutuato. Nascitur & in Gallia, si Ruellio credimus, & maius trifolium appellatur. Author Mathiol. apud Dioscorid. lib. 2.

ALFENVS. Vide ALPHENVS.

A L G

Alga, algæ {φῦκος θαλάσσιον} Herba quæ nascitur in aquis marinis. Plin. Littus non arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum. Horat. 2. Serm. 5.
Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est.

Alga inutilis. Horat. 3. Carm. 17. 2.

Marina. Palladius.

Mollis. Valerius Flac.lib.1.Argonaut.
Rubra.Claudian.epigram.4.de Magnete.
Viridis.Claud.in Ruffinum lib.1.
Algensis, & hoc algense. Plin.lib.9.cap.17,Lutenses & algenses purpuræ,quæ in limo & alga enutriuntur.
Algosus,pen.prod. {φυκώδης} Denominatiuum ab alga. Plin.lib.32.cap.9, Purgant & myaces: quorum natura tota in hoc loco dicetur. Aceruantur muricum modo,viuúntque in algosis. Hoc est, in locis alga abundantibus.
Algeo, alges,alsi {ῥιγῶ} algere,pen prod.idem quod frigere.Videtur tamen esse frigere vehementius. Festus: Algeo ex Græco ἄλγω dicitur.Id est, Doleo: vt sit frigus dolor quidā membrorum rigore concretus. Cic. 2.Tusc. Itémque Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem venando,currendo,esuriendo,sitiendo,algendo,æstuando. Horat.in Arte poet.
Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit,fecitque puer,sudauit & alsit. Iuuenal.Probitas laudatur & alget. Hoc est,Friget virtus: quia pauci eam exercent.
Algentes {ῥιγώσσαι} pruinæ. Stat.3.Thebaid.
Algidus,pen.corr.adiectiuum {ψυχρὸς,κρυερὸς} Frigidus. Catul.epigram.58.de Berecynthia & Aty,14. niuem vocat algidam.
Alsius {ψυχρότερος} Comparatiuum ab Alsus, vnde & Alsiosus. Cic. ad Attic.lib.4.epist.8,Nihil quietius,nihil alsius, nihil amœnius. Idem ad Q. frat.lib.3.epist.17,Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.
Alsia corpora,Quæ frigus ferre non possunt. Lucret.lib.5,
Ignis enim curauit,vt alsia corpora frigus
Non ita iam possent cæli sub tegmine ferri.
Alsiosus,pen.prod.adiectiuum {ψυχρός} Quod naturæ est frigescentis, & facilè à frigore læditur. Plin.lib.20.cap.13, Alsiosisque crudam dederunt in cibo. Idem lib.21.cap.10, Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt.
ALGIDVM,pen.corr. {Ἄλγιδον} Italiæ oppidum, non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictum,nunc *Roca di papa* ex veteris situ descriptionis existimatur, syluáque proxima adhuc Allij sylua cognominatur. Volater.lib.6. Strabo lib.5.dicit Algidum esse oppidulum post montes Tusculanos, ad quos descendebat via Latina. Horat.in Carmine seculari,
Quæque Auentinum tenet, Algidúmque.
Algidum ferax. Horat.4.Carm.4.
Gelidum. Horat.1.Carm.21.
Niuale. Horat.3.Carm.23,
Nam quæ niuali pascitur Algido.
Algidensis,adiectiuum. {Ἀλγιδεύς.} Plin.lib.19.cap.5, Algidense raphani genus à loco,longum atque translucidum.
Algificus,pen.cor. {ψυχροποιός.} Gell.lib.19.cap.4,Quòd timor fit omnibus algificus.Id est,Frigus inducit,algorem facit.
Algor,algoris,pen.prod.masc.gen. {ψῦχος, ῥῖγος} Verbale,sicut Calor à Caleo, Idem quod frigus, siue potius frigus vehementius.Plin.lib.14.cap.2,Æstu magis, quàm algore vexantur.
Patiens algoris. Sall.in Catil. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.
Algus,huius algus {ψῦχος} Idem quod algor.Plaut. Rud.14, Tu vel suda,vel peri algu. Idem, Paupertatem, algum, famem. Lucret.lib.3, Morbis,algúque,faméque. Nomen obsoletum,sine plurali. Nonius legit algo, sed vel vsus est corruptis libris, vel ipse mendosus est, atque apud eum legendum algu pro algore, & loci omnes qui ab eo proferuntur, sic sunt restituendi, ex Prisciano, & Charisio antiquis grammaticis. Vide Lambinum in Lucret.
ALGIDVS,pe.cor. {Ἄλγιδος} Mons ab Vrbe XII.passuum milibus distās: ab assiduo frigore sic dictus.Et ab hoc quoque sylua Algida dicta est, huic monti subiacens.Sipont. Cic.in Orat. Plin.lib.18.cap.13.
Algor, Vide ALGEO.
Algosus, Vide ALGA.
Algus, Vide ALGEO.

A L I

Alia, Aliàs, Alibi, Vide ALIVS.
ALIARTVM, Bœotiæ oppidū, à M. Lucretio Prætore expugnatum. Liu.5.Decad.lib.2.
Alibantes {ἀλίβαντες} Mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc est, Eò quòd humido illo naturali destituti sint. Cælius Antiq.lib.3.cap.12.
Alibilis, Vide ALO.
Alica,alicæ,pen.corr. {χόνδρος} Potio:dicta quòd corpus alat,vt ait Festus. Pultis genus esse videtur intelligi posse ex Plin. lib.18.cap.11.vbi eius conficiendi multas rationes commemorat. Alica (inquit) fit è zea,quam semen appellauimus.tunditur granum eius in pila lignea: nam lapidis duritia cōteritur. Et paulo pòst,Alica adulterina fit maximè quidem è zea, quæ in Africa degenerat. Latiores eius spicæ nigrioresque,& breui stipula, pisunt cum arena, & sic quoque difficulter deterunt vtriculos, fitque dimidia modij mensura. posteáque gypsi pars quarta inspargitur: atque vt cohæsit, farinario cribro subcernunt. Quæ in eo remansit Exceptitia appellatur, & grandissima est.&c. Idem Plin.pro frumenti genere posuit lib.18.cap.7, vbi frumentorum genera & eorum sationem commemorat. Aliqui(inquit) verna, milium,panicum,lentem, cicer, alicam appellant. Ibidem, Tunicæ frumento plures. Hordeū maximè nudū & alica, sed præcipuè auena. Vide quoque Ruell.li.2.cap.26,& Palladiū in Iunio, ca.12.
Alicariæ meretrices appellabantur in Campania solitæ ante pistrina alicariorum versari,quæstus gratia: sicut hæ quæ ante stabula sedebāt, dicebantur prostibula. Festus.
Alicarij {χονδροποιοὶ} Qui alicam conficiunt,vendúntve.
Alicula,diminutiuum {χονδρίδιον} ab alica. Martial.lib.12,
Mittebat Vmber aliculam mihi pauper:
Nunc mittit alicam:factus est enim diues.
Alicastrum,Genus farris est,ea forma ab Alica deriuatum, qua Siliquastrum à Siliqua. Colum.lib.2. cap.6. Semen trimestre, quod dicitur Alicastrum,idque pondere & bonitate præcipuum est.

Alicubi, Alicunde, Vide ALIVS.
Alid, pro Aliud, Vide ALIVS.
Aliculæ recensentur ab Vlpiano inter pueriles vestes, in l. 23.§.2.D. de aur.& arg.vbi tamen in vulgatis libris legitur.Alicubi.Legendum putat Hotomanus Aliculæ, vt manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honestæ apud Romanos erant: vt patet ex Gell.lib.7.cap.12. Nam ἄλιξ (vt inquit Hesychius) χιτὼν χειριδωτὸς est. Id est,Allix,est tunica chirodota,id est,manicata.
Alienatio, Alienatus. Vide post Alieno in ALIVS.
Alienigena, alienigenæ,penul.corr.communis generis,vel omnis secundum Probum {ἀλλόφυλος} significat externum, vel alieni generis, vel inter alienos genitum. Gel.lib.2.cap.24, Neque vino alienigena, sed patrio vsuros. Hic & in similibus Priscianus ait figuratè neutro generi iunctum esse. Cic.pro Fonteio, Iniquos æquis, alienigenas domesticis.
Alienigenæ dij.Cic.2.de Finib.
Hostes. Cic.in Catil.
Alienigena iustitia,pro iustitia externorum.Valer.lib.6.cap.de iustitia.
Alienigenus,pen.corr.adiect. {ἀλλόφυλος} Idem.Colum.lib.8.cap.16, Nec nos alienigeni pisces decipiant. Val.Max. Aduci nostris duo eiusdē generis alienigena exempla non absurdè possunt. Hoc in loco ita sentit Priscianus declinandum esse. Probus tamen diceret esse à primo declinatu.
Ligna alienigena. Lucret. Id est, Ex elemento diuersæ naturæ.
Membra Centaurorum. Id est, Humana & equina. Lucret.lib.5.
Mores. Valerius Max.
Res. Id est,Alienorū geniorum,siue naturarū diuersarum. Lucret.lib.1.
Studia. Valer.Max.
Terræ. Lucret.lib.1.
Alieno, Alienus, Vide ALIVS.
ALIFA {Ἀλίφα} Samnitum vrbs Ptolemæo,hodie ALIPHA.
Alifanus ager.Cic.de leg. Agraria contra Rullum.
Tractus Alifanus. Cic.pro Cn.Plancio.
ALIFE, Vide ALIPHE.
Alifer, Aliger, Vide ALA.
ALIGMON. Aligmonis,pe.cor.Nomen fluuij. Claudian.de bell.Getico,
Et frustra rapidum damnant Aligmona Bessi.
ALII, Populi sunt Elienses, vel ELEI aliter vocati: quos gessisse bellum cum Ætolis ex Polybio cognoscimus. Plaut.Capt.
Pater captiuos commercatur
Alios. Id est,Eleos mercatur. Eodem modo in Prologo,
Cepit captiuos commercari hic Alios. Sic restituit Turnebus.
Alima {ἄλιμα} Medicamenta dicuntur, quæ famē aut sedant, aut prohibent obrepere. Vide suprà in dictione ADIPSA.
ALIMALA {Ἀλίμαλα} Stephano locus est in Lycia.
Alimentum,&c. Vide ALO.
Alimodi, pro Aliusmodi. Festus.
Alimon,gen.neut.auro,herba quæ gustantes esurire nō patitur. Theodorus aliquando vocat Aleram, Albucium. Dicitur & Alimos. Plin. lib.17.cap.24, Nec viscum prodest & cytisus: nec auro,quod alimon vocant Græci.
Alimus {ἅλιμος} Frutex est sepimētis idoneus,similis rhamno,sine spinis.foliis oleæ,sed latioribus. De hoc Dioscor.li.1.cap.103.vbi halimū cum aspiratione scribitur. Plin.lib.& cap.22.& Galen. lib.6.Simplic. medicam.
ALINDA {Ἄλινδα} vrbs Cariæ, in qua regnauit Ada filia Hecatomni regis Cariæ.auxilio Alexandri magni.Strab.lib.14.
ALINDOIA {Ἀλινδοία} Ciuitas Macedoniæ. Stephanus.
Aliò,&c.id genus Vide ALIVS.
Aliphænæ, emplastra quæ constant ex medicamentis non pinguibus. Cels.lib.5.cap.19. Sanè ἀλείφω id significat quod Impinguo: α verò particula est priuatiua.
Alipes, Vide ALA.
ALIPHANI,vel ALIFANI,pen.prod. {Ἀλιφανοὶ} ab Aliphe vrbe. Plin.lib.3.cap.5. Hinc Aliphana, pocula grandiora apud Horatium 2. Serm. sat.vlt. inuertunt aliphanis vinaria tota.
ALIPHE, Aliphes, pen.prod. {Ἀλίφη.} Strabo lib.5,Æsernia & Aliphe, Samnitica sunt oppida: alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc.Sil.Ital.lib.8. Marsus: Aliphe,oppidulum Campaniæ, & etiam Acerræ, quas Clanius amnis inundationibus infestat. Sunt qui Alife scribant, alij Aliphe, nonnulli Allife. Alifam vocat Volaterranus lib. 6. in Samnio. Allifæ dicuntur Liuio 1. Decad. lib. 9. & Allifates, Allifarum incolæ.
ALIPHIRAEI,populi Arcadiæ,authore Plin.lib.4.cap.6,ab Aliphira oppido, cui nomē dedisse Lycaonis filius creditur,vt tradit Hermolaus in Plin.Cic.ad Att.lib.6.epist. Arcadiæ censebat esse Lepreon quoddā maritimū.Tene autem,& Aliphera,& Tritia,[illegible] ei videbantur.
Alipilus, Vide ALA.
Alipterium {ἀλειπτήριον} Locus erat in balneis,in quo loti vngebantur. Cælius lib.16.cap.47.
Aliptes, aliptæ, m.g. {ἀλείπτης, ἀλειπτὴς} vnctor, qui athletas certaturos vngebat,& magister ac præceptor athletarū dicebatur. Iuuen. satyr. 3.Grammaticus,rhetor,geometres,pictor,aliptes. Cic.Lentulo, lib. 1.9.Sed vellem non solùm salutis meæ, quemadmodum medici: sed etiam vt aliptæ,virium & coloris rationem habere voluissent.
Aliqua, Vide ALIQVIS.
Aliquammultum, Aliquandiu. Vide ALIQVANTVS.
Aliquando {ποτὲ, ἐνίοτε} aduerbiū tēporis,accētu in antepenultima profertur, sicut cætera ex QVANDO cōposita, teste Prisciano:& significat In aliquo tempore. Plin.lib.3. cap.11, Aliquando Syrtis vocitata.
Aliquando, pro Interdum. Cic.3.Offic. Liceret ei dicere, honestatem aliquando cum vtilitate pugnare.
Aliquando, pro Tandem. Cic.pro Cluentio, Collegi me aliquando.
Aliquando tandem, vel Tandem aliquando. Cic.in Catil. Tandem aliquando Quirites,&c. Idem pro Quintio, Spes est & hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere.

Aliquando

Aliquando, de tempore præterito. Cic. pro Cluentio. Vt etiam bestiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum, vbi pastæ aliquãdo sint, reuertantur.

Nonnunquam & aliquando. Cic. pro Cæcin. Voluntarius amicus mulieris, &c. magis opportuna opera nonnunquam, quàm aliquando fideli.

Aliquando & seró. Cic. pro Quint. De rationibus & controuersiis societatis vult diiudicari. Seró. Verùm aliquãdo tamen. Idem in Orat. Aliquando, idque seró, &c.

Aliquando fore. Cic. lib. 1. de Orat. Non despero fore aliquem aliquando, qui, &c.

Aliquantus, adiectiuum {πόσος} Ex Alius & Quantus. Idẽ penè quod mediocris significat. Sallust. Iugurth. Timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus. Quasi dicat, aliquantum quidem timuerunt, &c. Idem, Romani signorum & armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti sunt.

Aliquantò {πόσῳ} aduerbium quantitatis, ex ablatiuo aliquanto factum, Idem significat quod aliquãtum: sed comparatiuis propriè iungitur. Plin. lib. 21. cap. 6. Folio aliquanto latiore. Cic. 6. Verr. Aliquanto amplius quam ferre possent.

Aliquanto antè, Aliquanto pòst. Cic. 1. Offic. Et aliquãto antè constituere quid accidere possit. Idem pro Cæcinna, Aliquanto pòst argentaria dissoluta.

Aliquantum {τι πόσον} aduerbium quantitatis, positiuo, aut verbo propriè iungitur. Plautus Bacchid. Credo timida es aliquantum soror. Cicero ad Lucceium epist. lib. 5. 13. Aliquantum labefactata atque conuulsa.

Aliquantum, cum cõparatiuo. Terent. Eunuch. 1. 2. Eius frater aliquantum ad rem est auidior. Liu. 1. ab Vrbe, Habitum formámque viri aliquantum ampliorem, augustiorémque. In quibusdam exemplaribus habetur Aliquanto.

Aliquantum cum verbo. Cic. 2. de Finib. Quod quale sit, non tam diffinitione, qua sum vsus, intelligi potest (quanquam aliquãtum potest) quàm communi omnium iudicio. Idem ibidem lib. 3. Qui processit aliquantum ad virtutis aditum.

Aliquantum cum genitiuo. vt Aliquantum nummorum. Cicero pro Cluentio, Aliquantum agri in medio relictum est. Idem 1. Offic. Aliquantum spatii.

Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. Cic. ad Atticum, lib. 7. Epist.

Aliquantum iam etiam noctis assumo. Cic. ad Fabium Gallum, lib. 5. epistola 16.

Aliquantum noctis, Id est, obscuritatis. Ouid. in Ibin.

Aliquantulum, pen. corr. diminutiuum {ὀλίγον.} Terent. And. 2. 6. Subtristis visus est esse Aliquantulum.

Aliquantulum deflectere. Cic. in Lælio, Deflexit enim iam aliquãtulum de spatio curriculóque consuetudo maiorum.

Aliquantulum, interdum est nomen: vt, Aliquantulum frumenti, aliquantulum simi. Plin. lib. 17. cap. 8. Et hic etiam potest esse aduerbium, sicut Aliquantum. Cicero pro Quinctio, Aliquantulum æris alieni.

Aliquantillum {τι μικρόν} aduerbium quantitatis, diminutiuum ab Aliquantulum diminutiuo. Plaut. Capt. 4. Foris aliquãtillum etiam quod gusto, id beat.

Aliquandiu {ἐπί τι χρόνον} aduerbium temporis, Aliquo tempore, non autem longo admodum: quasi tu dicas Aliquantum diu. Cic. 1. Acad. Aristum Athenis audiuit aliquandiu.

Aliquammulti, nomen rarissimum, pro Aliquot. Id est, neque multi admodum, neque pauci. Cic. 6. Verr. Sũt vestrûm aliquammulti qui L. Pisonem agnouerunt. Alia exemplaria habent, Sunt vestrûm Iudices, quàm multi, qui L. Pisonem cognouerunt.

Aliquantisper {ὀλίγον χρόνον} aduerbium temporis, Ad temporis breuitatem refertur, vt ait Valla lib. 2. Plaut. Pseud. 7. Aliquantisper concedere hinc mihi intrò lubet.

Aliquapiam. Vide Aliquispiam in ALIQVIS.

Aliquatenus. Vide ALIQVIS.

Aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid, pen. corr. {τίς, τινὲς, ἐστιν} Ex Alius & Quis est compositum. Donatus, Aliquis vim habet pluralem, quamuis singulariter dicatur. non enim est aliquis, nisi de multis. Plaut. Merc. 4. Aperite hoc aliquis. Terent. Adelph. Aperite aliquis actutum hostium. Figuratæ sunt orationes, pro Aperiat aliquis.

Aliquæ, fœmininum, pro aliqua legitur apud Lucretium lib. 4,

-fierìque perinde videmus
Corpore tum plagas in nostro, tanquam aliquæ res
Verberet, &c. Alij aliqua res legendum putant, aiúntque a, vltimam vocalem esse longam, etiam si sit recti casus. Quidam docti legendum censent, tanquam aliqua re, in sexto casu. Verberet autem, nempe Ventus. Ex Lambino.

Aliquis, incertam personam significat: & est idem quod quispiam. Vnde quemadmodum dicimus, Si aliquis: ita, Si quispiam. Terentius Andr. 4. 6. -simul arbitror
Iam esse aliquem amicum & defensorem ei.

Aliquis de nobis. Cic. lib. 3. de Legibus, Puto posse, & quidem aliquem de tribus nobis. Idem pro Cæcinna, Aliquis de familia.

Aliquis certus homo. Cic. 1. de Inuent. Demõstratiuum genus est, quod tribuitur in alicuius certæ personæ laudem aut vituperationem.

Is aliquis. Cic. pro Ligario, aliquem se imperatorem esse maluisse: atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit.

Tres aliqui. Cic. lib. 2. de Finib. tres aliqui aut quatuor.

Vnus aliquis. Cic. 4. Verr. eximant vnum aliquem diem. Idem 2. Offic. Nam quum premeretur in initio multitudo ab iis qui maiores opes habebant, ad vnum aliquem confugiebant virtute præstantem.

Vnum aliquem nominare. Cic. pro Cluentio.

Aliquis, venustè subauditum ante relatiuum Qui, quæ, quod. Cicero 2. Offic. Præmittebátque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. Id est, quosdam, siue aliquos. Horat. 2. Sermonum,

Sunt quibus in satyra videar nimis acer.

Aliquorum res dicuntur, etiamsi nõ sint communes, sed alia vnius, alia alterius. l. littus. §. fin. de verb. signif.

Aliqui, pro Aliquo: sicut pro Qui, dicitur quo. Plaut. Most. 4. Te scapha donabo ego hodie aliqui. Hoc vetustum est.

Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3. Aliquem ex priuatis audiuimus iussisse.

Aliquo modo. Plaut. Sticho, 10.

Aliquo pacto. Terent. Andr. 5. 3. Vbi Donatus, Aliquo pacto, Quoquo modo.

Aliqua ex parte. Cic. in Lælio. Idem pro Cluentio, Si modò velint aliqua ex parte liberaliter viuere.

Aliquis cum genitiuo. Plin. lib. 13. cap. 4. Ex palmis, gentium aliquibus panis. Cic. ad Attic. lib. 13. epist. expectabam aliquem meorum.

Aliquid, substantiuũ est: vt, Insigne aliquid, aliquid lucri. Aliquod verò adiectiuum: vt, Aliquod donum. Plaut. Capt. 11. Profectò iam aliquid pugnæ edidit. Cic. ad Curion. lib. 2. 5. Graue est enim homini pudenti petere aliquid magnũ ab eo, de quo se bene meritum putet.

Aliquid loci. Plaut. Rud. Da mihi aliquid loci vbi condormiscam parum, pro Aliquem locum.

Aliquid fessus, pro Aliquantum fessus. Plin. lib. 5. cap. 9. aduerbialiter.

Aliquid monstri aluit. Terent. Andr. 1. 5. Vbi Donatus, Duplex contumelia, & MONSTRI, & ALIQVID: minus enim esset, Aliquod monstrum. Sic, Quid mulieris vxorem habes?

Aliquid de. Cic. Attic. lib. 1. 11. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

In aliquo referam gratiam. Vide IN.

Aliquid alium iurare. Id est, in re aliqua. Virgil. 10. Æneid.

Nos aliquid Rutulos contrà iuuisse, nefandum est.

Est aliquid, pro Non prorsus contemnendum est. Ouid. 13. Metam.

Est aliquid de tot Graiorum millibus vnum
A Diomede legi. Idem lib. 6. Fast.
Est aliquid nupsisse Ioui, Iouis esse sororem.

Aliquis, vel Aliquid esse, pro eo quod est Existimatione præditum esse, In aliquo numero haberi. Cic. 1. in Verrem, Vt tu tum aliquid esse videare. Ibidem, Et Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet. Idem ad Att. lib. 3. epist. Itaque fac vt me velis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum. Id est, Velis esse me non prorsus obscurum & abiectum.

Aliquispiam, aliquapiam, aliquodpiam, Nomen inuetu rarum, pro Aliquis. Cic. pro Sext. Atque ille etiam, si aliquapiam vi pelleretur. Alia exẽplaria habent, Alia quapiam vi expelleretur ex hac vrbe, facilè pateretur. Et ita omnino legendum est.

Aliquà {πῆ} aduerbium per locum, Per aliquam partem, aut locum. Cic. 3. Verr. Cuperet aliquà euolare si posset.

Aliquà euadere. Liu. 6. bel. Pun. Siqui euasissent aliquà.

Aliquà, Aliquo pacto, Aliquo modo. Terent. Phorm. 5. 1. Vereor ne vxor aliqua hoc rescisçat mea. Virgil. 3. eclog.

Et si non aliquà nocuisses, mortuus esses.

Aliquatenus, pen. corr. {μέχρι τινός} aduerbium quantitatis, Vsque ad aliquam partem, siue Aliqua ex parte. Plin. lib. 17. cap. 12. Caulibus pluribus ab vna radice aliquatenus rubentibus.

Aliquatenus se confirmauit. Colum. lib. 4. cap. 3.

Aliquatenus lucidior. Quintil. lib. 10. cap. 1.

Aliquatenus nouare rem aliquam. Quintil. lib. 3. cap. 9.

Aliquatenus nouæ. Quintil. ibidem.

Aliquatenus culpæ reus est. Caius in l. Ex maleficio. §. vltimo, D. de action. & oblig.

Aliquò {ποῖ} aduerbium, Ad vel in aliquem locum. Terent. Heaut. Aliquò profugiet militatum.

Aliquò, quum significet in aliquem locum: interdum tamen additur ei accusatiuus cum præpositione In. Terent. Adelph. 3. 3. Credo abductum in ganeum aliquò. Pro In aliquod ganeum. Ibidem, 5. 2. In angulum aliquò abeam.

Abigere aliquò. Vide ABIGO.

Abiicere se aliquò. Vide ABIICERE.

Aliquod, Vide ALIQVIS.

Aliquorsum, Versus aliquem locum. Aduerbium, ex Aliquo, & Versus compositum.

Aliquot, pen. corr. {ἔνιοι, τινὲς} nomen numerale, pluralis tantùm numeri, indeclinabile, ex Alij & Quot compositum, id significat quod vulgò dicitur, *Nescio quot*. Terent. Andr. 3. 3. Aliquot me adière. Vbi Donatus, Aliquot, hoc est, nec multi, nec pauci.

Aliquot anni sunt, quum, &c. Cic. ad Attic. lib. 9. epist.

Aliquotfariam. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 2. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena culea vini fiunt. Vox est inusitata.

Aliquoties, siue, vt alij scribunt, Aliquotiens {ἐνίοτε} aduerbium numeri. Cic. 4. Verr. Aliquoties ad socios literas de istius iniuriis miserat.

Aliquousque, aduerbium, Vsque ad aliquem locum, vel vsque ad aliquod tempus.

Alis, pro Alius, Vide ALIVS.

ALISARNA {Ἀλίσαρνα} oppidum est Troadis apud Stephanũ, à quo fit gentile Alisarnæus.

Alisma, alismatis, penult. corr. neut. gen. ἄλισμα Dioscoridi, herba est, quam alij Damasonion, alij Lyron appellant. Plin. libro 25. cap. 10. Ruell. lib. 3. cap. 73. tradit eam à recentioribus Pastoralem fistulam vocari, quòd singulari scapo rudis fistulæ & longitudinem & effigiem quandam videatur imitari. Officinæ, herbarij, rura, à similitudine & natalibus Plantaginem vocãt aquaticam. Est enim arnoglossi folio, sed angustiore: amátque situs aquosos.

Alisti herbam appellat Hetruria: Latium, Paradisi florem: Galli, Dei oculum: Rura nostra, *Cocolurdas* nominant. Ruell. lib. 1. cap. 135.

ALISTVS, Ἄλιστος Ptolemæo, oppidum Germaniæ, in tractu maritimo Saxoniæ.

ALISVM, penult. prod. Ἄλισον Ptolemæo, oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

ALISTA {Ἀλίστα} insulæ Corsicæ vrbs, in latere Meridionali. Ptolem. Hodie Amassa.

Aliter. Vide A L I V S.
Alitura, Vide A L O.
Alìubi, Aliunde, Vide post aliter in A L I V S.
Alius, alia, aliud, pen. corr. genitiuo alius, pen. prod. datiuo alij {Ἄλλος.} Priscianus. Alius, penultima circunflexa, & alij in genitiuo inuenitur. Cæcilius lib. 5, Nullius alij rei, nisi amicitiæ eorum causa. Gel. lib. 4, Erat enim ius senatori, vt sententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Hic casus rarò admodum legitur. Idem lib. 17. cap. 5, Neque alius modi isti sunt, quàm cuius esse eos suprà docuimus.
Aliæ, genitiuus, fœm. gen. Cic. 2. de Diuinat. Sed si eadem hora aliæ pecudis iecur nitidum atque plenum est, aliæ horridū & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore? Gell. lib. 17. cap. 9, Inscriptio alia, aliæ locum & nomen teneret.
Alij in datiuo. Quintil. lib. 9, Non enim nescio cui alij prius: nec postea sibi vni, sed omnibus præcipit. Sallust. in Catil. Aliud alij natura iter ostendit.
Alius vocatiuo caret, & ex eo composita: vt, Aliquis, Aliquantus.
Alius, pro Alter, siue Secundus. Cic. 6. Verr. Tam te has phaleras à Philarco Centuripino abstulisse dicebant, quàm alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quàm tertias à Cratippo Tyndaritano.
Inter Alter & Alius. Alter, de duobus dicitur: Alius, de multis. hoc est, Alter, vnus est è duobus: Alius, ex tribus aut pluribus. vt, Annibal in transitu Apennini amisit alterum oculum. Non alium velim, quàm teipsum, iudicem. Næuius, Cui sæpe edendo, oculus alter profluit. Sallust. in Catil. Animi imperio, corporis seruitio magis vtimur. Alterum nobis cum dijs, alterum cum belluis commune est.
Alius Lysippo, pro à Lysippo, siue quàm Lysippus: idque poeticè. Horat. lib. 2. epist. 1,

> Edicto vetuit ne quis se præter Apellem
> Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
> Fortis Alexandri vultum simulantia.

Frequentius exprimitur præpositio à. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. epist. 2, Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse exitus declarat.
Aliorum fit iudicium. Cic. 1. Offic. Nos autem quantum in vtroque profecerimus, aliorum sit iudicium.
Alius, dictum de duobus, vbi sine coniunctione hoc nomen geminatur. Dubitatur vter excellat, Sallustius an Liuius: & alius alium præponit. Loquendi compēdium est, pro eo quod est, Alij præponunt alterum, alij alterum. Nec tamen hic liceat dicere Alius alterum, teste Valla. Sallustius in Catil. vbi de Cæsare & Catone, Genus, ætas, eloquentia, propè paria fuere, magnitudo quoque animi & gloria: sed alia alij: id est, diuersa vtrique. alia Cæsari, alia Catoni.
Alius geminatum cum verbo aut adiectiuo plurali. Plaut. Stich. 6, Alius alium percontamur, cuia est nauis? Sallust. in Catil. Alius alio more viuentes.
Aliæ super alias epistolæ. Plin. Iunior. ep. 8 lib. 7.
Aliud equo, aliud boui. Cic. 5. de Finib. Sed naturas esse diuersas, vt aliud equo sit natura, aliud boui, aliud homini, & tamen in omnibus summa communis.
Alius alium. Terent. Andr. 4. 4, Fallacia alia aliām trudit.
Alius alium, pro Alij alios. Quintil. lib. 1, Præstat tamen ingenio alius alium. Sallust. in Catil. Alius alium hortari.
Alius alio cum comparatiuo. Cic. ad Attic. lib. 7. epist. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcētas vno tempore accepi aliam alia iucundiorem. Cic. ad Fabium Gallum, lib. 7. epist. 25, Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.
Aliud aliò. Cic. 1. de Diuin. Simia quam rex Molossorum in delicijs habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata disturbauit, & aliud aliò dissipauit. Id est, Varios in locos disiecit.
Alius alio modo. Cic. 2. de Diuinat. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græcè ζωδιακὸς dicitur, talem, vt eius orbis vnaquæque pars alia alio modo moueat, immutetque cælum.
Aliud alio tēpore. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Quòd multos dies epistolam in manibus habui propter commemorationem tabellariorum, ideo multa coniecta sunt, aliud alio tempore.
Alij alijs. Cic. 1. Offic. Vt ipsi inter se, alij alijs prodesse possent.
Alij repetitū, Aliquos significat in priore, vel in primo loco. Cic. in Lælio, Diuitias alij præponunt: bonam alij valetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam voluptates.
Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. Subauditur verbum Dicit, vt sit sensus, Alia Leucon dicit. In eos dicetur, quorum oratio dissentit à factis. Ex Zenodoto & Diogeniano.
Aliud stans, aliud sedens. Sallust. in Ciceronem, Aliud stans, aliud sedēs de Repub. sentis.
Alius geminatum, interpositā coniunctione. Liu. 7. bel. Pun. Aliæ atque aliæ religiones. Id est, multæ religiones, eædémque diuersæ.
Alius atque alius. Cic. in Orat. Eadem res sæpe aut probatur, aut reijcitur, alio atque alio elata verbo.
Alio atque alio loco exoritur. Plin. lib. 2. cap. 10.
Alius, pro Diuersus: vt, Aliud est anima, aliud corpus: vel sic, Alia res est anima, alia corpus. Hoc est, Anima & corpus res sunt diuersæ inter se. Terent. Andr. 1. 2, Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat. Vbi Donatus, Aliam vitam, pro Diuersam & contrariam.
Alius, pro Diuersus, venustè iungitur aduerbio Lōgè, & aduerbiis in o, more cōparatiuorum: vt, Alius es multò, quàm soles. Sallust. in Catil. Longè alia mihi mens est. Author Valla lib. 1.
Alius, pro Diuersus, sequente E T. Cic. pro Cæcinna, Nō enim alia causa est æquitatis in vno seruo, & in pluribus. Idem 2. Offic. Alia causa est eius qui calamitate premitur, & qui res meliores quærit nullis rebus suis aduersis.
Alius & diuersus. Cic. 2. de Inuent. Quum communiter quædam de omnibus præcipi possint, separatim quoque aliæ sunt cuiusque generis & diuersæ præceptiones.
Alius geminatum, itidem pro Diuersus, & ferè in diuersis casibus sine coniunctione: vt, Alia alios delectant. Compendium sermonis est, pro Alia delectant alios: alia item alios. Sallust. in Catil. Sed in magna copia rerum, aliud alij natura iter ostendit. Virgil. 1. Georg.

> Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna.

Idem & Aliud, contraria. Cic. in Topic. Comparationum duo genera sunt: vnum de eodem & alio: alterū de maiore & minore. Rursum ibidem, Huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & altero diximus.
Alius ab illo, pro Diuersus ab illo, venustè dicitur. Idem in propria significatione, Alius sum ab illo quem putas. Id est, Non is sum, quem putas. M. Brutus ad M. Antonium, lib. 11. 2, Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate communi quæsisse, exitus declarat.
Alius ac, vel atque, pro Alius quàm, eleganter dicitur: & in hoc genere loquendi pro Diuersus quoque accipitur. Terent. Phorm. 4. 4, Aliud mihi respondes, ac rogo. Cic. in Orat. Potest enim non solùm aliud mihi ac tibi, sed mihi ipsi aliud aliàs videri. Idem Lentulo. lib. 1. 9, Non alius essem atque nunc sum.
Aliud ex alio, nonnulli exponunt per Post: vt sit, Aliud post aliud. Cic. ad Pætum, lib. 9. 9, Me quotidie aliud ex alio impedit. Quasi dicat, Sine intermissione & requie. Virgil. Æneid. 5,

> -nos alia ex alijs in fata vocamur.

Rerum causas alias ex alijs aptas & necessitate nexas videt. Cicero 5. Tuscul.
Vt aliud ex alio. Cic. ad Attic. lib. 16. epist. Tamen vide, si forte in Tusculano rectè esse possum, ne id melius sit: ero libētius: nihil enim ignorabo, an hoc, quum Antonius venerit. Sed, vt aliud ex alio, mihi non est dubium, quin quod Græci καθῆκον, nos officium. Compendium est sermonis, in quo subauditur verbum aliquod præsenti sermoni conueniens.
Ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio. Cic. 5. Tusc.
Aliud in alio peccare. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. Vidi Pompeium plenum formidinis. Illo ipso die sensi quid ageret. Nunquam mihi postea placuit, nec vnquam aliud in alio peccare destitit.
Alia super alia, significat plura eodem fermè tēpore, & quasi aceruatim aut fieri aut euenire. Plin. Iunior. epist. 128, Alias super alias epistolis egit mihi gratias.
Alia super alia audere. Liu. 3. ab Vrb. cond. Quæ impiè nefariéque per biennium alia super alia es ausus.
Aliter dicimus, Alij super alios ceciderunt, & similia. Liu. 1. ab Vrbe, Super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Vbi tamen de duobus loquitur. Ibidem, Alios super alios trucidare.
Alij menses, pro Alia cæli temperie & constitutione. Nam locis calidis & frigidis non iidem videntur esse menses, sed diuersi. Manil. lib. 5,

> -totúmque volet tranare profundum
> Classibus, atque alios menses, aliúmque videre Phasin.

Alius, partitiuum nomen est, & genitiuo iūgitur. Plin. lib. 11. cap. 37, Terrestrium alius denticulatæ asperitatis venter.
Alius, relatiuum est, vt Grāmatici loquuntur, substantiæ. Virg. eclog. 2,

> Tum casia, atque alijs intexens suauibus herbis.

Ex quo sequitur, casiam similiter herbam suadem esse. Sic Sallustius citante ibidem Seruio, Leonem atque alias feras.
Inter Alij relatiuum & Cæteri, siue reliqui. Alij, indefinitè significat aliquos eiusdem generis de quo agitur, non autem omnes: Cæteri, sine exceptione omnes alios significat. Terent. Eunucho, Cedò alios. Vbi Donatus, Non reliquos dixit: sed alios, quasi multi sint. Sallust. in Catil. Omnes homines qui sese student præstare cæteris animantibus. Hic dicimus omnia alia, & cuncta alia pro cæteris. Virgil. Æneid. 1, -scelere ante alios immanior omnes. Plinius lib. 7, in procemio, Principium in iure tribuetur homini: cuius causa videtur cūcta alia genuisse natura. Interdū tamē ornatus gratia O M N I S cum C Æ T E R I coniungitur. Cic. Lentulo, lib. 1, Cæteris satisfacio omnibus: mihi ipse nunquam satisfacio. Satis erat cæteris: sed durior ac minus plena fuisset compositio.
Alius nemo, elegantius dicitur, quàm Nemo alius: licet ordo naturalis exigat vt dicamus, Nemo alius. Sic, Aliud nihil, alius quidam, alius quisquam, alius vllus.
Quicquam aliud. Brutus & Cassius Antonio, lib. 11. epist. 2, Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud à libertate cōmuni quæsisse, exitus declarat.
Alius quidam. Terent. Adelph. 5. 2, Est alius quidam parasitaster paruolus. Gell. Alius quidam veterum poetarum.
Quis alius, infinitè positum pro Aliquis alius. Cic. 1. Offic. Si verum est Q. Fabium Labeonem, seu quem alium, &c.
Alius quisquam. Plaut. Amphit. 4, Nec nobis, præter me, alius quisquam est seruus Sosia. Sic Alius nemo, apud Terentium.
Alius quisque. Plaut. Epid. 5,

> Tum captiuorum quid ducunt secum? A. pueros, virgines,
> Binos, ternos, alius quisque.

Alius vllus. Cic. Nec alius vllus creari solet.
Alius aliter. Cic. 2. de Diuinat. Quomodo autem distingui possunt vera somnia à falsis, quum eadem & alij aliter euadant, & iisdem non semper eodem modo?
Longè alius. Vide L O N G V S.
Aliud, sequente particula N I S I. Cic. de Senect. Quid est aliud gigantum more bellare cum dijs, nisi naturæ repugnare? Idem in Lælio, Amare autem nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames. In hoc genere nihil refert vtrum Q V A M sequatur, an N I S I: sublato autem nomine Aliud, non rectè per Q V A M sic diceretur: licet rectè per N I S I. Author Valla, lib. 3.
Alias res agere. Vide A G O.
Alia, partim. Sallust. in Oratione Cottæ Consulis ad populum, Multa mihi pericula domi, militiæ, multa aduersa fuere: quorum alia tolerauì, partim repuli deorum auxilijs & virtute mea. Dicere poterat, Alia toleraui, alia repuli.

Alis,pro Alius: & Alid,pro Aliud veteres dicebant.Lucret.lib.1,Quando alid ex alio reficit natura. Idem lib.5,ad finem,
Nanque alid ex alio clarescere corde videbant. Sic alibi frequenter. Catullus de Coma Berenicis,
An'ne bonum oblita es facinus, quum regium adepta es
Coniugium,quod non fortior ausit alis. Sic enim est legendum. Id est,audeat alius. Charisius lib.2, Veteres non tantùm alius dixere, sed etiam alis. Priscianus lib.15.cap.De aduerbio, Alia verò assumunt datiuo TER.penultima correpta, vt,Fortis,forti,fortiter, Vtilis, vtili, vtiliter. Paulo pòst, Aliter quoque ab eo quod est hic Alis,huius alis,huic ali, pro Alius,alius,alij, secundum supradictam analogiam profertur.
Aliâ, aduerbium loci, Per locum significans. Donatus in Hecyram Terentij.
Aliàs {ἄλλοτε} aduerbium temporis, Alio tempore. Hoc autem aduerbium præter Latinam regulam accentum habet circunflexum in vltima,teste Prisciano. Cic.Sed de hoc aliàs. Sub.agemus.
Aliàs, alio loco vel modo. Vlp.in l.palam. D. de ritu nupt.Si qua in taberna,caupona,vel aliàs pudori suo non parcat.
Aliàs,pro Aliter,vel Alioqui.Plin.lib.8.cap.25,de crocodilo.Vnum hoc animal terrestre linguæ vsu caret: vnum superiore mobili maxilla imprimit morsum: aliàs terribile,pectinatim stipante se dentiú serie. Sic idem sæpissime. Licet Valla secundo in Pogium dialogo neget. Vir aliàs doctissimus.Macrob.lib.5.Saturn.cap.19.
Aliàs,pro Alibi. Plinius lib.24.cap.14, Idæus rubus appellatus est,quoniam in Ida,non aliàs nascitur.
Aliàs, geminatum, pro Interdum geminato. Cic. in Orat. Sed aliàs ita loquor:vt concessum est: aliàs,vt necesse est.
Aliàs,triplicatum. Plin.lib.7.cap.55,Aliàs immortalitatem animæ,aliàs transfigurationem,aliàs sensum inferis dando.
Aliàs,quadruplicatum. Cic.lib.1.de Inuent. Atque hic item vt in nostra persona licebit aliàs singillatim transire omnes argumentationes, aliàs ad partitiones singula genera referre, aliàs ab auditore quid desideret quærere. aliàs hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationum.
Interdum & Aliàs. Cic.3.de Orat. Geminatio verborum habet interdú vim,lepôrem aliàs.
Aliàs aliud. Cic.lib.2. de Orat. Itaque & illi aliàs aliud iisdem de rebus & sentiunt & iudicant.
Quum sæpe aliàs,tum. Cic.in Bruto, Idque quum sæpe aliàs,tum apud Centumuiros in M.Curij causa cognitum est.
Sæpe aliàs & maximé.Cic.de Orat.Quorum pater & sæpe aliàs,& maximè Censor saluti Reipublicæ fuit.
Alibi,pen.corr. {ἀλλαχοῦ,ἄλλοθι} aduerbium in loco significans: Id est, Alio in loco. Virgil.Georg.1,
Hic segetes,illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi. Plin.lib.2.cap.3, Præterea visus probatione alibi plaustri, alibi vrsi,tauri alibi, alibi literæ figura, candidiore medio super verticem circulo.
Alibi, pro In re alia. Cic.4.Acad. Illud sit disputatum, non inesse in his propriam, quæ nusquam alibi esset, veri & certi notam. Plautus Bacchid.22, -atque ego si alibi
Plus perdiderim,minus ægrè habeam.
Alibi. Terent.Hecyr.3 1,Habebam alibi animum amori deditum.
Alibi quàm. Quintil.lib.11.cap.1, Pleraque quæ natura non sunt reprehendenda, atque ideo interim sunt necessaria, alibi quàm mos permiserit,turpia habentur. Aliquando QVAM omittitur. Vlp.l.2.§. ignominiæ. D. de his qui not. infam. Ignominia missis,neque in vrbe,neque alibi,vbi imperator est,morari licet.
Alicubi, penul.corr. {πουαχοῦ} aduerbium,significat Aliquo in loco.Cic. Attic.lib 9,Ita vt si saluus sit Pompeius,& constiterit alicubi.
Hic alicubi. Cic. pro Flac. Omnino mallem, & magis erat tuum,si iam te crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino aut in Capenati parauisses.
Alicunde {ποθέν} aduerbium, Id est,ex aliquo loco. Terent.Andr.2.4, Venit meditatus alicunde,ex solo loco.
Alicunde, non semper locum significat, sed sæpe ad rem aut hominem refertur. Plaut.Persa, 2, Alicunde exora mutuum. Id est, ab aliquo homine.
Procul alicunde.Cic.4.Verr.Non quæsiuit procul alicunde.
Alienus, pen. longa {ἀλλότριος,ἀλλοῖος} dicitur quod est aliorum,Id est, quod nostrum non est. Ouid.lib.1.de Art.amand.
Fertilior seges est alienis semper in agris.
Alienus cibus. Terent.Eunuch.2.2.
Alienæ domi esse.Cic.1.Tuscul.
Alienum forum. Martial.in præfat.lib. 12, Videor mihi litigare in alieno foro.
Alienus, Qui non est de nostris domesticis aut familiaribus. Plautus Stich.8,Apud me cœnant alieni nouem.
Item,Alieni homines, Qui nobis propinqui non sunt, nec vlla cognatione aut affinitate coniuncti. Cic. in Lælio, Itaque ciues potiores sunt,quàm peregrini:& propinqui,quàm alieni.
Alieno more viuere. Terent.And.1.1.
Aliena oratio. Plaut.Milit.10, Et meam partem itidem tacere, quū aliena est oratio. Id est,quum alius loquitur.
Orbis. Plin.libro 12.cap.1, Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ gratia tantùm,ex alieno petitam orbe?Id est,non nostro;sed peregrino & longinquo.
Res.Cic.in Lælio. & Offic.lib.1.
Alienum, absolutè, pro re aliena. Sallust. in Catil. Alieni appetens, sui profusus.
Aliena iacis. Quoties res parum ex animi sententia cadit. Translatum ab iis qui ludunt alea, quibus iacientibus interdum ea cadunt quæ minimè sunt ad victoriam accommodata. Proinde siquando frustratur nos spes, rectè dicemur, Aliena iacere. Adagium refertur à Diogeniano.

Largiri ex alieno. Cic. App. lib.3, Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior.
Aliena loqui dicuntur,qui vehementer ægrotantes aut mente capti delirant,nescientes quid dicant. Ouid.lib.3.Trist.eleg.3.ad vxorem,
Quinetiam sic me dicunt aliena loquutum,
Vt foret amentis nomen in ore tuum.
Alienus,pro Alienigena,siue eo qui non est nostràs. Plin. libro 7.cap.1, Tot gentium sermones,tot linguæ,tanta loquendi varietas,vt externus alieno penè sit hominis vice.
Alienus,& Coniunctus atque amicus,contraria. Cic.Appio, lib.3.6, Vt tuum factum, alieni hominis, meum verò coniunctissimi & amicissimi esse videatur.
Alienus, pro Alienato. Terent.Hecyr.1.2, Postquam hunc alienum ab sese videt:vt in Phormione,Quid ego vobis Geta alienus sum?
Alienus, Corruptus. Scribonius Largus,Si os scabrum,aut putre vetustate vitij factum est,expurgat & educit quantum eius alienum est.
Alienum,pro Absurdo,& non pertinéte ad rem.Cæs.bel.Gal.lib.6,Non alienum esse videtur, de Galliæ Germaniæque moribus, & quo istæ nationes differant inter se,proponere.
Alienum,quod vulgò dicunt Contrarium: Id est, Insalubre & noxium. Cornelius Celsus libro 4. cap. vltimo, Equitare,podagricis quoque alienum est.
Alienus cibus stomacho.Corn.Cels.lib.4.cap.5,Sumendi cibi faciles,& stomacho non alieni.
Alienum,cum genitiuo. Cic.1.de Finibus, Quis alienum putet eius esse dignitatis,quam mihi quisque tribuit,&c. Lucret.lib.14,
-alienáque pacis eorum.
Aliena consilij domus. Sallust. in Catil. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quòd foro propinqua erat, neque aliena consilij propter Semproniam.
Alienus,cum datiuo. Quintil. in proœm.lib.1.5, Ego autem quum existimem nihil arti oratoriæ alienum. Cic.pro Cæcin.Quod illi causæ maximè est alienum.
Alienus, cum ablatiuo.Alienum amicitia nostra. Cic.lib.11. ep.27, Sum admiratus te,quicquam à me commissum quod esset alienum nostra amicitia,credidisse.
Alienum dignitate.Cic.de Prouinc.Cons.Sed alienum sibi videri dignitate imperij.
Alienum ingenio suo.Plaut.Capt.3.
Alienum institutis meis.Cic.Sext.lib.5.epist.17, Nó putaui esse alienum institutis meis,hæc ad te scribere.
Alienum maiestate. Cic.de Diuinat.lib.1,Neque hoc dij alienum ducút maiestate sua.
Alienum meis rationibus.Sallust.in Catil.Alienum suis rationibus existimans,videri causam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse.
Alienus sanguine regibus. Liu. 9. bel. Pun. Extitit quidam Mezetullus nomine,non alienus sanguine regibus. Id est,non alienus à sanguine regum;vel,Non alienus sanguine à regibus.
Alienus, Qui aliena loquitur,vel mente captus. Firmicus lib.3.cap.6,Si cum Sole Mars & Saturnus fuerint inuenti, facient alienos, deliros, cardiacos,aut phreneticos.
Alienus locus,pro Incommodo.Cæsar de bel.Gal.
Alieno animo esse ab aliquo.Cic.pro Deiotaro.
Alienum animum ab aliquo habere. Cic. in Lælio, Ab altero, propter probitatem eius,non nimis alienos animos habemus. Sic pro Roscio Amer.
Alienum tempus, Minimè aptum, vel opportunum tractandæ aut gerendæ rei de qua agitur. Cic.Cassio,lib.15.14, Sin maiora, considera ne in alienissimum tempus cadat aduentus tuus.
Alienum fortunæ suæ vultum gerere,Id est, malè conuenientem.Senec. de Vita beata.
Alienum à dignitate. Cic Dolab.lib.9.14, Est tamen non alienum à dignitate, quod ipsi Agamemnoni regi regum fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiundis. Idem Marcello,lib.4.epist.7.
A literis.Cic.4 Verr.Lentulus quidam,homo non alienus à literis.
A sapiente. Cic.4. Acad. Si Polemoneus peccat Stoicus, rei falsæ assentiens,num quidem nihil esse dicitis à sapiente tam alienum?
A vita alicuius. Terent.Adelph.5,Absurdum atque alienum à vita mea videatur.
Alienus ab ætate nostra labor. Cic. ad Attic. lib.16, Mouet etiam nauigationis labor, alienus non ab ætate solùm nostra, verùm etiam à dignitate.
Ab amore nostro.Cic.de Petitione Cons.
Alienus in re aliqua. Cic. de Finib. lib. 1, Epicurus in physicis, quibus maximè gloriatur,totus est alienus.
Alienior, pro Aliena. Terent. Adelph. 1.2, Alieniore ætate pòst facere tamen.
Alienior hæres, Qui nulla necessitudine coniunctus est ei,cui succedit. Qui nullo modo ad eum pertinet. Cic. pro Cluentio, P. Elij testamento propinquus exhæredatus quum esset, hæres hic alienior institutus est.
Alienior est à me. Cic.Caninio,lib.2.epist.16,Sin à me est alienior,nihil tibi meæ literæ proderunt.
Alienissimi homines à Clodio. Id est, minimè & coniuncti & propinqui. Cic.pro Domo sua ad Pontif. Quam legem esse homines alienissimi à P.Clodio iudicarent,Piso & Gabinius:eam nullam esse frater P.Clodij iudicauit.
Alienissimum Reipub.tempus. Cic.de Claris Orat. Augebat etiam molestiam, quòd magna sapientum ciuium, bonorúmque penuria,vir egregius coniunctissimúsque mecum consiliorum omnium societate,alienissimo Reipub. tempore extinctus,& authoritatis & sapientiæ suæ triste nobis desiderium reliquerat.
Alienissimus rusticæ vitæ, pro eo quod est, A vita rustica. Colum. lib.3. capite 21.
Alieno,alienas,pen.prod. {ἀλλοτριόω} alienare,Alienum facere:verbum ex nomine Alienus. Plin.lib.20.cap.18, Sacopenium quod apud nos

gignitur, in totum transmarino alienatur. Hoc est, propter transmarinum fit alienum, & ab vsu remouetur.

Vendere & alienare. Cic. 6. Verr. Pretio paruo ea quæ accepisset à maioribus, vendidisse atque alienasse.

In perpetuum alienare: Id est, ita ad alium transferre, vt nunquam ad nos redeat. Cic. de lege Agraria, Venire vestras res proprias, & in perpetuum à vobis alienari. In his idem significare videtur quod Abalienare.

Alienare vectigalia. Cic. de lege Agraria contra Rullum, Permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de vestris vectigalibus non fruendis, sed alienandis.

Alienari mente. Vide Alienatio, & Alienatus. Plin. lib. 26. cap. 8.

Aliquem sententiis dicendis. Cic. Attic. lib. 7. Est sententias dicendo aliquem à fauore auertere.

Quempiam à se. Est ab amicitia nostra, vel consuetudine disiungere, separare, & remouere. Cic. Attic. lib. 1. 9. Mirum in modum omnes à se bonos alienauit.

Ab aliquo voluntatem. Cæsar 7. bel. Gal. Cic. App. epist. 6. lib. 3. Conabantur alienare à te voluntatem meam.

Alienare sibi animum alicuius. Paterculus lib. 2. Agrippa mira prauitate animi atque ingenij in præcipitia conuersus, patris atque eiusdem aui sui animum alienauit sibi.

Rem quampiam alteri. Vlp. in l. Item. D. de alienat. iudic. mut. caus. fact. Item si res fuerint vsucaptæ ab eo, cui alienatæ sunt.

Alienare & Reconciliare, contraria. Cic. de Prouinc. Consul. Nónne vno tempore cum suis inimicissimis in gratiam redit, quibus cum omnibus eadem Respublica reconciliauit quæ alienarat?

Alienare & immutare. Cic. Licinio Crasso, lib. 5. epist. 8. Sed quædam pestes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam à me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.

Planè alienari à Senatu. Cic. ad Att. lib. 1. 12. Summum erat periculum, ne si nihil impetrassent, planè alienarentur à Senatu.

Ab interitu, hisque rebus quæ interitum videantur afferre. Cicero 3. de Finibus.

Alienari, pro Corrumpi, quod vulgò dicunt Alterari. Corn. Cels. lib. 7. cap. 26. Si verò adhuc ea sui coloris sunt, cum magna festinatione succurrendum est. Momento enim alienantur, externo & insueto spiritu circundata. Loquitur de intestinorum vulneratorum curationibus.

Alienatus, pen. prod. participium {ἀλλοτριωθείς} Plaut. Merc. 12. Alienata est abs te mulier. Cic. in Lælio, Propter dissentionem autem quæ erat in Repub. alienatus est à collega nostro Metello.

Alienatus, Qui alienus est factus. Festus.

Alienatus ad libidinem animus. Hoc est, A virtute ad libidinem abductus. Liu. 3. ab Vrbe.

Alienatus mihi est vsus ædium. Hoc est, mihi ablatus. Plaut. Merc. 21.

Alienatus mente. Plin. lib. 28. cap. 8.

Sensu animus. Id est, sic immutatus, sic dimotus ac deiectus à ratione, vt nihil rectum sentiat. Liu. 2. ab Vrbe.

Sensibus. Liu. 5. bel. Pun.

Alienatus animus & offensus. Cic. ad Attic. lib. 1. epist. 12.

Alienatus {ἀλλοτρίωσις} nomen ex Participio: vt, Alienata mens. Liu. 4. bel. Pun.

Alienatio, verbale. Cic. in Orat. An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est: quibus ipsa sacra retineri, defendíque possint, non honestum est? Hic positum est pro Abalienatione & venditione: in qua significatione frequēs est hæc vox apud Iurisconsultos. Dicitur & Alienatio in alia significatione, quasi separatio atque disiūctio cuiuspiam ab alio: hoc est, quum ab alio quis alienat animum, studium, amorem, aut voluntatem. Cæs. 1. bel. Ciuil. Castrorum autem mutatio quid habet, nisi turpem fugam, & desperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. in Lælio, Vt non statim alienatio disiunctióque facienda sit.

Alienatio ab aliquo ad alium. Cic. 1. Philip. Tuámque à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ esse putauisti.

Alienatio mentis, Est tāta commotio perturbatióque rationis, vt homo non sit compos sui. Plin. lib. 21. cap. 21. Corn. Cels. lib. 4. cap. 2.

Alienatio, pro mentis alienatione. Firmic. lib. 4. cap. 1. Luna alios facit caducos, aliis alienationis decernit incommoda, aliis plerunque decernit insanias.

Aliò {ἄλλῃ} aduerbium loci, Ad alium locum significans. Plaut. Milit. 11.

Aliò missus sum. Terent. Eunuch. 2. 2.

Aliò conferre animum. Id est, ad aliam rem se conuertere. Terentius Heaut. 2. 4.

Aliò responsionem suam deriuauit. Cic. 3. Verr. Hoc est, aliud respondit quam quod interrogabatur.

Aliò seruare aliquid. Cic. lib. 2. de Finib. Appellet hæc desideria naturæ, cupiditatis nomen seruet aliò. Id est, ad aliud.

Aliò transferre sermonem: Id est, ad aliam (vt dicunt) materiam. Cic. lib. 1. de Orat. Sed (si placet) sermonem aliò transferamus.

Aliò me vocat vestra expectatio. Cic. pro Cluent. Vocat me aliò iamdudū tacita vestra expectatio. Hoc est, ad aliud tractādū dicendúmq;.

Quò aliò. Cic. ad Att. lib. 9. epist. Ex illius sermone statuam, Arpinúmne mihi eundum sit, an quò aliò. Id est, in aliquem alium locum.

Alioqui, siue Alioquin {ἄλλως δὲ μὴ} coniunctio, penul. prod. significat Aliter, siue Alio modo, vel Quòd si non, vel Præter hoc. Cic. in Orat. Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibitus. alioquin quonam modo ille in bonis hærebit & habitabit suis? Idem lib. 2. de Legib. Credo minimam olim sepulcrorum fuisse cupiditatem: alioqui multa extarent ampla maiorum.

Alioqui, sine n, scribi debere, vt Atqui pro Sed, tradit Caper Grāmaticus in lib. de Orthographia & Latinitate. Eius hæc sunt verba: Atqui caret n, similiter Alioqui. Baptista Pius in illud Lucretij ex libro 3,

Incolumis quamuis alioqui splendidus orbis, &c. sic præcipit: Sequente vocali, imitatione Græcorum, dicimus Alioquin. Sequente verò consonante, vt seruetur euphonia, Alioqui.

Aliorsum {ἀλλαχοῦ} aduerbium loci, versus alium locum significans. & est dictum per syncopen pro Aliouersum. Plaut. Truc. 8. Ancillas iubet, quoniam iam decimus mensis aduentat propè, Aliam aliorsum ire.

Aliorsum. In aliam partem, ait Donatus. Terent. Eunuch. 2. 1,

Miseram me, vereor ne illud grauius Phædria
Tulerit: néve aliorsum atque ego feci, acceperit.

Aliouersum {ἀλλαχόσε} aduerbium loci, idem quod aliorsum: sed hoc minimè vsitatum.

Aliouersum, in aliam partem. Plaut. Aulul. 9.

Atqui ego istuc, Anthrax, aliouersum dixeram,
Non istuc quod tu insimulas.

Aliter, pen. corr. {ἄλλως} aduerbium qualitatis: Id est, alio modo. Cic. 7. Verr. Aliter decernere in eadem causa non potuisti.

Aliter, geminatum. Plaut. Epid. 12. Aliter catuli longè olent, aliter sues. Cic. 3. Offic. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias.

Aliter atque aliter numen erumpens. Plin. lib. 2. cap. 93. Hoc est, varius modis.

Aliter, pro Contrà, Donato interprete. Terent. in prolog. Andr. Verùm aliter euenire multò intelligit. Virgil. Æneid. 2. Diis aliter visum.

Aliter ac, pro Aliter quàm. Terent. Phorm. 3. 2. Ego isti nihilo sum aliter ac fui. Cic. 1. Offic. Aliter de illis ac de nobis iudicamus.

Aliter atque, Idem quod Aliter ac. Terent. Adelph. 4. 3. Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum.

Aliter atque vt. Cic. ad Attic. lib. 16. epist. De Antonij itineribus, nescio quid aliter audio atque vt ad te scribebam.

Longè aliter. Vide L O N G V S.

Multò aliter. Vide M V L T V S.

Non aliter nisi. Vlp. in l. extraneo. D. de vent. in possess. mittend. Extraneo posthumo hærede instituto, non aliter venter in possessionem mittitur, nisi mater aliunde se alere non possit. Nisi, hoc loco ponitur pro, Quam si.

Aliter quàm. Plaut. Stich. 2. Atque aliter nos faciant, quàm vxores suas æquum est viros.

Sin aliter. Plaut. Amph. 4. Sin aliter sint animati. Terent. Adelph. 5. 3. Sin aliter de hac re est eius sententia.

Aliter, sequente E T. Cic. ad Attic. lib. 10. Quòd de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio, non reprehendo.

Aliter, pro Alioqui. Cic. in Lælio, Qui negligendi quidem non sunt, sed alio quodam modo colendi. Aliter enim amicitiæ stabiles permanere non possunt.

Alibi, pen. cor. {ἀλλαχόθι} aduerbiū loci, pro Alibi. Plin. lib. 10. cap. 30. Nec vsquam alibi candidæ nascuntur.

Alubi, geminatum. Varro 1. de Re rust. cap. 44. Vt ex eodem semine alubi cum decimo redeat, alubi cum quintodecimo.

Alubi atque alubi. Plin. lib. 9. cap. 54. Aquatilia genera alubi atque alubi meliora. Senec. de Benef. lib. 5. cap. 6.

Alubi, ter repetitum. Plin. lib. 11. cap. 14. Alubi enim faui cera spectabiles gignuntur, vt in Pelignis, Sicilia: alubi mellis copia, vt in Creta, Cypro, Africa: alubi magnitudine, vt in Septentrionalibus.

Aliunde {ἀλλαχόθεν} aduerbium, Ex alio loco. Plin. libro 13. cap. 16. Radice nihil crispius, nec aliunde pretiosiora opera. Id est, ex nulla alia Trogetes arboris parte, quàm ex radice.

Aliunde, ad hominem relatum. Cic. Att. lib. 10. Quod scribis, non quo aliunde audieris, sed teipsum putare, me attractum iri.

Aliunde se alere. Vlpian. in l. extraneo. D. de ventre in possess. mittendo.

Aliunde assumpto bono vti, non proprio, nec suo. Cic. 2. de Orat.

Aliunde factum verbum. Cic. in Orat.

Aliunde nota. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Aliunde pendère. Cic. ad Lucceium, lib. 5. ep. 13. Quam quidem laudem sapientiæ statuo esse maximam, non aliunde pendère, nec extrinsecus aut benè aut malè viuendi suspensas habere rationes.

Aliunde petere copiam dicendi. Cic. 2. de Orat. Hic nisi domesticis se instruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non possit.

Aliusmodi, pen. cor. {ἀλλοῖος} quasi Alterius modi. Cæsar, Vno enim excepto, quem aliusmodi atque omnis natura finxit, suos quisque habebat charos. Adiectiuum est indeclinabile, omnis generis, sicut Eiusmodi, & cætera eo modo composita.

Aliuta, Antiqui dicebant pro Aliter. Hinc est illud in legibus Numæ Pompilij, Siquis aliuta faxit, ipsus Ioui sacer esto. Festus.

A L L

Allabor, penult. prod. allaberis, allapsus sum {προσολισθαίνω} allabi, Iuxta labi, siue fluere. Cic. 2. de Diuin. Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus. Interdū ad alia refertur: sicut simplex Labi. Liu. 5. bel. Pun. Ad exta sacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapsi edère iecur. Virgil. 9. Æneid. Ergo alis allapsa sagitta.

Allabi, de nauigatione dictum. Virgil. 6. Æneid.

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Allapsus genibus. Id est, ad genua prostratus, qualiter solent supplicabundi. Seneca in Hippolyt. 5.

Allapsus, huius allapsus {προσολίσθησις} verbale ab Allabor. Horat. Epod. 1.

Vt assidens implumibus pullis auis
Serpentium allapsus timet.

Allaboro, Vide A D L A B O R O.

Allæuo, allæuas {προσλεαίνω} allæuare, Idem quod Læuigare, læue facere. Columella libro 4. capite 25. de falce vinitoria loquens, Nam quum in aduersum pressa manu desecare quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum allæuare, scalpro: quum incauare, rostro. Ibidem, Nam ea plaga quæ sic efficitur, vno vestigio allæuatur.

A L L A L I A {Ἀλαλία} Corsicæ insulæ oppidum, Phocensiū opus, teste Herodoto. Gentile est Allaliæus, {Ἀλαλιαῖος} Steph.

Allambo, allambis {περιλιχμάω} allambere, Idem quod Lambo: & per metaphoram, Leniter attingo. Quintil. in Sepulcro incantato, Scitis ipsi

Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta sit, quàndiu filium tenuerit allambentibus flammis.

ALLANTE, tes { Ἀλλάντη Stephano } Duorum oppidum nomen est, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantij, qui & Allantenses dicuntur à Plinio lib. 4. cap. 10.

Allantopœi, { ἀλλαντοποιοὶ } Sunt qui farcimina faciunt, quæ ἀλλᾶντες Græcis appellantur, siue ex cruore & adipe, siue ex carnium concisarum itemq; adipis mole, ipsorum fartura cōstet, intestinis excepta.

Allatro, allatras, penult. prod. { καθυλακτέω } allatrare, Aduersus aliquem latrare. Et ad canes propriè pertinet, sicut simplex Latrare. Dicimus enim Allatrauerunt eum canes: &, Allatratus est à canibus.

Allatrare aliquem, per metaphoram, Est per inuidiam criminari. Liu. 8. bell. Macedon. Qui viuo quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. Columella in præfat. libri 1. Sed ne caninum quidem (sicut dixere veteres) studium præstantius, locupletissimum quenque allatrandi.

Allatrant maria oram aliquam, per metaphoram. Plin. lib. 4. cap. 5. Tot sinus Peloponnensem oram lancinant, tot maria allatrāt. Hoc, pro Vndique alluunt posuit: sed ad fluctuum sonitum respexit: quasi sit canum latratibus comparandus.

Victorem allatrat inuidia. Sill. Ital. lib. 8,
-nigro tunc allatrauerat ore
Victorem inuidia, & ventis iactarat iniquis.

Allatus { φερόμενος } Participium. Vide AFFEROR.

Allaudo, allaudas, allaudare, Poeticum verbum, pro Laudare, vel valde laudare. Plaut. Merc. 3, Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

Allecto, Allector, Vide ALLICIO.

Allectus, Vide ALLIGO, allegis.

Allego, allegas, penult. prod. { πέμπω, ἐπιπέμπω } allegare, Est propriè grauioris negotij causa quempiam mittere intercessorem, interpretem, sequestrem, internuncium: sed hoc in priuatis rebus, sicut Legare in publicis. Plaut. Cas. 2, Pater allegauit villicum, qui posceret sibi istam vxorem.

Amicos allegare. Cic. 3. Verr. Petit à me Rabonius, & amicos allegat: facilè impetrat.

Ad aliquem. Cic. 3. Verr. Primò necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat.

Aliquem ad aliquod negotium, pro Mittere. Plaut. Epid.

Aliquem alicui rei. Plaut. Amph. 8, Alium ego isti rei allegabo, ne time.

Aliquem alicui. Cic. pro Roscio Amer. Chrysogonus & ipse ad eos accedit, & homines nobiles allegat iis, qui peterent ne ad Syllā adirent.

Allegare. Budæus { ἐπιπροσενεγκεῖν } sua iura allegare, & in iure disceptare: quod causificari Plautus dixit: Cic. cuā & causari, & proferre: Quint. & Iurisconsulti allegare appellant.

¶ Allegare, pro Postulare in iudicio. Vlpian. in l. 1. §. his igitur, D. de postulan. His igitur personis, quę non virtutis causa cum bestiis pugnauerunt, pro se Prætor permittit allegare, pro alio prohibet.

Allegare, Afferre, Adducere. Plin. Iunior in Epist. Tam multa allegauit, quæ ad rem propositā pertinere minimè videbantur. Stat. Achill. 2,
Allegántque suos vtroque à sanguine diuos.

Causam allegare. Vlpian. in l. Tutor qui repertorium. D. de administr. tutor. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo Inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur: nisi forte aliqua necessaria & iustissima causa allegari possit, cur id factum non sit.

Litigatoris dignitatem. Quint. lib. 4. cap. 1, Nam tum dignitas eius allegatur, tum commendatur infirmitas.

Allegatio, Verbale { ἐπιπρεσβεία } Quasi priuata quędā legatio. Quod facilius intelliges ex interpretatione ipsius verbi Allegare. Cicero 3. Verr. O dij immortales, quanta iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit! Id est, Amicorum intercessionibus, & velut legationibus. Ibidem. Quum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius interclusos viderent.

Allego, allegis, penultima corr. allēgi, allectum { συγκαταλέγω } allegere, In cœtum adiungere, adscribere, & cooptare. Nam & legi dicebantur, qui in senatorum numerum adscribebantur: vt Sublegere, in locum demortui legendo substituere: quibus verbis Iurisconsulti vsi sunt.

Allegere in ordinem. Vlp. in l. 3. D. de Decurionibus, Spurios quoque posse in ordinem allegi, nulla dubitatio est.

Allegere in corporibus. Callistratus in l. Semper. D. de iure immunit. Eos qui in corporibus allecti sunt quæ immunitatem prębent, vt nauiculariorum, si honorem decurionatus agnouerint, compellendos subire publica munera accepi.

In decurias. Suetonius in Tiberio, Instanti sæpe vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit se allecturum.

Allegere inter Prætorios. Plin. Iun. lib. 1. epist. 14, Allectus enim à diuo Vespasiano inter Prætorios, honestam quietem huic nostræ, ambitioni dicam, an dignitati? constantissimè prætulit.

Allectus { συγκαταλεγόμενος } participium ab allegor, allegeris.

Allecti dicebantur apud Romanos, qui propter inopiam ex equestri ordine in Senatorum sunt numerum assumpti. Nam Patres dicūtur, qui sunt Patritij generis: Conscripti, qui in Senatu sunt scriptis annotati. Festus.

Allegoria, æ, { ἀλληγορία } Inuersio à Quintil. dicitur. Cic. in Orat. Iam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia planè fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè, genere melius ille qui ista omnia translationes vocat. Idem ad Att. lib. 2. epistola 20, De Republica breuiter ad te scribam: iam enim charta ipsa ne nos prodat, pertimesco. Itaque posthac si erunt mihi plura ad te scribenda, allegoriis obscurabo. Allegoria verò fit continuatis non solùm metaphoris, sed quibusuis aliis eiusdem generis.

Allegoricōs. Seruius in Virgil. Bucol. 5.

Allelu-ia, Duæ sunt dictiones Hebraicæ, quæ significant, Laudate Dominum. ALLELV enim Hebraicè est imperatiui modi: IA autem vnum est ex nominibus Dei.

Alleluia, Herba est, quam Trifolium acetosum, & Panem cuculi vulgus & officinæ appellant. Plinio & doctis vocatur Oxys. Ruellius libro 2. cap. 144.

Alleuo, alleuas, penultima correpta { ἐπαίρω, ἐπικουφίζω } alleuare, In altum tollere, vel de imo, & vbi quid iacet, atque proiectum est, sursum tollere. Quintilianus lib. 1. cap. 12, Vidi multos, quorum supercilia ad singulos vocis conatus alleuarentur. Idem, Homini in aquam lapso, atque vt alleuaretur oranti. Hæc Valla libro quinto. Ouid. 6. Metamorph.
Euolat, vt gelidos complexibus alleuet artus.

Alleuare afflictum. Quintil. in Pariete palmato.

Alleuatur animum Artabanus. Cornelius Tacitus libro 5. Id est, Animo Græcismus.

Dictis ærumnam aliorum. Cic. 3. Tuscul.

Onus. Id est, onus alicui leuius facere. Cicer. pro Sexto Roscio, Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram vt potero studio & industria Iudices.

Solicitudines. Cic. de Claris orat. Quod aliqua ex parte solicitudines alleuaret meas.

Alleuor, quum loquor tecum absens. Cic. Att. lib. 12.

¶ Alleuatum corpus, per translationē. Dicitur, quum est imminuta corporis ægritudo. Cicero Attico, libro 7, Quòd cum febre Romam venisses: bono tamen animo esse cœpisse, quòd Acastus ea quæ vellem de alleuato corpore tuo nuntiasset.

Alleuatio, Verbale, { κούφισις } Doloris mitigatio, siue diminutio. Cicero 1. de Finibus, Dolor in longinquitate leuis, in grauitate breuis solet esse: vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuatio consoletur.

Alleuamentum, Verbale { ἐπικούφισμα } Idem quod alleuatio. Cicero pro Sylla, Et in aduersis sine vllo remedio atque alleuamento permanere.

Allex. Plaut. Pœnulo, Tūne etiam amator audes esse allex viri? Hoc loco allex viri, fæcem & sordes quidam interpretantur: quòd allex fæculentus salsamentorum liquor sit, authore Plin. lib. 31. cap. 8. Vitium (inquit ille) huius est allex, imperfecta nec colata fæx. Alij ab Allicio deductum volunt: id est, Quæ allicere ad te viros soles. Secundum priorem sententiam substantiuum est, & declinatur alex, alēcis, scribitúrque vnico l, vt suprà monstratum est. secūdum posteriorem, adiectiuum est allex, allicis, pen. corr. ab allicio.

ALLIA, Alliæ { Ἀλλίας } Fluuius qui à Crustumiis montibus prędalto defluens alueo, Tyberino amni miscetur. Vbi magna strage Romani à Gallis duce Brenno profligati sunt. Vnde Alliensis dies, pro Infausto. Cicero Attico, libro 9. epist. 4, Vt maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quàm vrbis captæ, & quòd hoc malum ex illo.

Allia damnata Fastis Romanis. Lucan. lib. 7,
-cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia fastis.

Allia flebilis. Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

Grauis. Ouid. in Ibin.

Allia, infaustum nomen. Virg. 7. Æneid.
-populíque Latini,
Quósque secans infaustum interluit Allia nomen. Seruius: Allia fluuius haud longè ab vrbe est: iuxta quem Galli Brenno duce, XV. Calendarum Augustarum die, deleto exercitu, post triduum deleuerunt etiam vrbem, excepto Capitolio.

Alliaria, alliariæ, fœminini gen. { σκόροδον } Herba est quædam, iuxta sepes, & in agrorum marginibus nascens, quę & odore & sapore ita abundè allium refert, vt meritò sic vocitetur. Huius descriptionem vide apud interpretem Dioscoridis Mathiol. lib. 3.

Alliatus, Vide ALLIVM.

Allicio, allicis, penult. corr. allexi, allectum { ἐπισπάω, ἐπάγομαι, ἐφέλκω, προσάγομαι } allicere, Ex Ad & Latio antiquo verbo compositum, Est blanditiis attrahere, siue potius inducere, atque inuitare. Cic. de Amicitia, Allicit homines ad diligendum virtus.

Allicere & attrahere ad se. Cicero de Amicitia, Nihil est quod ad se rem vllam tam alliciat, & tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo.

Allicere & excitare studia hominum. Cicero 2. Officiorum, Dicendum est quonam modo hominum studia ad vtilitates nostras allicere atque excitare possimus.

Permulcere atque allicere auditorem. Cicer. 2. de Orat. Prima est enim quasi cognitio & commendatio orationis in principio, quæ continuò eum qui audit, permulcere atque allicere debet.

Allici & teneri. Q. Cic. de Petit. Consul. Excelle dicendo: hoc etiam tenentur Romæ homines, & alliciuntur.

Allicere & trahere ferrum, dicitur magnes. Cic. 1. de Diuinat.

Animos ad beneuolentiam. Cic. 2. Offic.

Aures. Lucret. lib. 6.

Allici beneficiis in aliquid, & compelli iniuriis. Cic. Lentul. lib. 1. epist. 9, Quum verò in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum, & compellar iniuriis: facilè patior, &c.

Beneuolentiam alicuius. Cic. 7. Verr. & pro Mur.

Delectatione. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Iuuentutem ad studia. Quint. lib. 3. cap. 1.

Delectatione aliqua. Cic. 1. Tuscul.

Mentes hominum. Cic. 1. de Orat.

Opes ad misericordiam. Cic. pro lege Manil.

Pestem. Lucan. lib. 9,
-calidóque vapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore pestes.

Somnum, aut Allicere somnos, Quod etiam dicitur Somnum inuitare, & conciliare. Plinius libro vigesimoprimo, cap. 18. & libro 9. capite 13. Ouid. 6. Fast.
Alliciunt somnos tempus, motúsque, merúmque.

Voluntates alienas populi. Cic. pro Plancio, 8. Id est, Alienatas.

k

Allectus, participium {ἐπαχθείς} vt Allectus consuetudine peccandi. Quintil.lib.7.cap.3, An etiam consuetudine peccandi sit allectus.

Allector {ἐπαγωγεύς, [illegible]} Verbale ab allicio, Qui allicit. Colum. lib.8.cap.10, Qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. De turdis loquitur.

Allecto, allectas {ἐπάγω} allectare, Frequentatiuum ab Allicio. Est frequenter allicere, hoc est, blandimentis ad aliquid inducere, seu inuitare. Colum.lib.2.cap.3, Ad aquam duci boues oportet, sibilóque allectari, quo libentius bibant.

Allectare & inuitare. Cic. de Senect. Ad quem fruẽdum non modò non retardat, verumetiam inuitat, atque allectat senectus.

Allectatio, allectationis, Verbale {ἐπαγωγή} Quint.lib.1. ca.10, Et Chrysippus etiam nutricum, quæ adhibẽtur infantibus, allectationi suum quoddam carmen assignat.

Allicefacio, allicefacis, penul.corr. alliceféci, allicefactum {ἐπάγομαι} allicefacere, Idem quod Allicere. Suet. in Vitellio, cap. 14, Nobiles viros, condiscipulos & ęquales suos, omnibus blanditiis tantùm non ad societatem imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit. Verbum est durè compositum ex allicere & facio: sicut calefacio, frigefacio, & similia: si tamen verum est ita scripsisse Suetonium.

Alliculæ, Vide ALICVLAE.

Allido, allidis, penul.prod. allisi, allisum {[illegible]} allidere, Compositum ex Ad, & Lædo. Est ad aliquid impingere: vt allisit Caput ostio, vel ad ostium. Cæsar 3.bel. Ciuil. Et ex magno remigum propugnatorúmque numero pars ad scopulos allisa interficeretur. Lucret.lib.4,

> Sic eliditur, vt siquis prius arida quàm sit
> Cerea persona, allidat pilæve, trabive.

Catul. in Argon. epigr.59,

> Ipsius ante pedes fluctus salis allidebant.

Versus est spondaicus.

¶ Allidi aliquis dicitur per metaphorã. Colum.lib.1.cap.3, Quippe acutissimam gentẽ Pœnos dixisse cõuenit, imbecilliorem agrum quàm agricolam esse debere: quoniam cùm sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Pro Affici damno posuit: sed perseuerauit in translatione à luctantibus: quorum victus à victore prostratus, allidi humi solet.

Allidi in re aliqua. Cic. ad Qu.frat.lib.2, Sed hoc incommodum consolãtur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est, cæteri conciduntur. Id est, Læsus, quasi dicat, Aliquam fecit rerum suarum iacturam.

ALLIENVS, nomen proprium viri, qui Siciliam obtinuit cùm Cæsar in Africa bellum gereret. Hirtius de bello Afric. Meminit & cuiusdam Allieni Cicero Philipp.11. vbi suum familiarem vocat, & eum scribit Dolabellæ fuisse legatum.

Alligo, alligas, penult.corr. {προσδέω, περιάπτω} alligare. Ad aliquid ligare: vt Alligare vitem palis, vel ad palos. Vnde & iocus ille Ciceronis apud Macrobium, Quis alligauit generum meum ensi?

Alligare caput lana. Martial.lib.12.

Alligat naues anchora morsu. Virg.1.Æneid.

¶ Alligare vulnus, Quod & ligare, & colligare dicitur. Cic.2. Tusc.

Ad rem aliquam. Cicero 6. Verrina, Ad statuam Siculi te prætore alligabantur.

Ad palum alligare, Id est, Ad postem, ad crucem. Cic.7.Verr.

In rem aliquam. Cic.1.Tuscul. Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in sphæram alligauit.

¶ Alligare, pro Impedire. Virgil.6.Æneid.

> Fata obstant, tristíque palus innabilis vnda
> Alligat, & nouies Styx interfusa coercet.

Alligare iter. Stat.Sylu.lib.4.3.

> Tunc vmbonibus hinc & hinc coactis,
> Et crebris iter alligare gomphis.

¶ Impediri in re aliqua atque alligari Cic. Att.lib.8, Cedendũ enim celeriter est, ne fortè qua in re impediar atque alliger. Hoc est, sic astringar, vt cedere nõ liceat. Ita plus esse voluit Alligari, quàm Impediri.

Aliquem. Terentius Adelph. 5. 3, Eo pacto prorsum illis alligaris filium. Vbi Donatus, Quis dicitur alligari ad aliquid, sine quo esse non possit. Ergo propriè ad amicam alligari adolescentem dixit amatorem.

Aliquem stipulatione. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Alligari beneficio. Cic. pro Plancio, Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quàm non modò beneficio, sed etiam beneuolentiæ significatione alligari: nihil porrò tam inhumanum, tam immãne, tam ferum, quàm committere vt beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare.

Noua lege. Cic. pro Cluent.

Sacris, pro Obstringi. Cic.2.de Legib.

Alligare se hæreditati. Pomponius in l. Duo. D. de Acquir.hæred.

Alligare se crimini alicui. Cic. pro Flacco, Ne L. Flaccus nunc se scelere alliget, quum iam testem illum effugere non possit. Terentius Eun. 4.7, Audin' tu? hic furti se alligat. Vbi Donatus, Alligat, astringit, illaqueat, & obnoxium facit.

Ad præcepta catholica. Quintil.lib.10.cap.13.

Ad pœnam. Quintil.lib.10.cap.3.

Allegare vitem. Columel. Arbustiuam vitem antequam putes, allegare diligenter oportet.

Alligatus, participium {προσδεδεμένος.}

Alligatus, pro Obligatus: vt Alligata fœdere ciuitas. Liuius libro 5.bel. Macedon.

Alligatus nuptiis: Id est, aut propter nuptias impeditus, aut illi matrimonio obnoxius. Cic. pro Cluent.

Alligatus Cæsaris actis teneretur. Cic. pro Domo sua ad Pontif.

Alligatus, & solutus, contraria. Cic. 3. de Orat. Vt verba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege versus: neque ita soluta, vt vagentur.

Alligatus, Criminis obnoxius, & affinis. Cicero ad Quintum fratrem, Sed idem Nerius index edidit ad alligatos Cn. Lentulum Vacciam & C.Cornelium. Legendũ existimo, edidit alligatos, nisi quis adalligatos vno verbo legendum censeat, quod & mihi magis probatur, cùm Plinius adalligare vsurpet. Cuipiam tamen melior Isidori sententia videbitur, alligatos ita explicantis: Testes sunt à quibus quæritur veritas in iudicio: quos quisque ante iudicium sibi placitis alligat, ne cui sit postea liberum, aut dissimulare, aut subtrahere se: & alligati appellantur. Ex Turnebo.

Alligatio, Verbale {προσδέσις} Colum. lib. 11. cap. 2, Arbustorúmque siue putatio, siue alligatio finienda est.

Alligator, penult.prod. Verbale {προσδέτης} Qui alligat. Colum. lib.4. cap.13, Deinde sequitur alligator: cuius officium est vt rectam vitem producat in iugum.

Alligatura, penult.prod. {ἐπίδεσις} Verbale, dictũ vt Scriptura. Colum. de arboribus, cap.8, Infra insitionem & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato.

Alligurio, Idem quod simplex Ligurio. Calep. sed sine authore.

Allino, allinis, penultima correpta, allini, alliui & alleui, állitum. {ἐγχρίειν} allínere. Ex ad & lino linis, idem quod simplex linere. Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc sæpe allinant dentem. Adlino scribunt nonnulli. Horat. in Arte poetica,

> Vir bonus & prudens versus reprendet inertes,
> Culpabit duros, incomptis allinet atrum
> Transuerso calamo signum.

Acron: Id est apponet.

Allinere sordes alicui sententiæ. Cic.2. Verr. Nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse.

Allinere vitia sua alteri, pro Linere vel aspergere aliquem suis vitiis, dixit Senec. epist.7.

Allium, allij {σκόροδον} Genus óleris quo vescimur. Plin.lib.19.cap.6. Allium ad multa ruris præcipuè medicamenta prodesse creditur: tenuissimis, & quæ separantur in vniuersum velatur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis: asperi saporis: & quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Tædium huic quoque halitu, vt cæpis, nullum tamen coctis. Virg.2.ecloga,

> Allia, serpillúmque herbas contundit olentes.

Ne allij quidem caput. Subaudi dedit, vel apposuit, aut aliquid simile. Prouerbialis est hyperbole, qua vtitur Aristophanes in Vespis. Conueniet in sordidum & valde parcum.

Allij caput. Persius,

> Incussere deos inflantes corpora, si non
> Prædictum ter mane caput gustaueris alli.

E superstitione antiqua dictum est (inquit Turnebus:) alliorum enim capita ad multarũ noxarum depulsionem valere animis vetustas imbiberat. Columella quidem etiam ouis, quæ incubantur, substerni vtiliter aduersus tonitrua putat.

Allia ne comedes & fabas. Hoc est, ne bellis néue in iudiciis adsis. Erasmus putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia.

Allium in retibus. De sordido commeatu dicebatur: hinc natum, quòd Attici quoties nauigationem aut expeditionem adornabant, cõmercabantur allia, eáque retibus imposita secum ferebant. In obsidionibus quoque vrbium in pretio erat allium: vnde illud apud Suidam, Perdo allia in obsidione. Locus erit adagio, si quem admoneas, vt philosophiæ studium aggressurus, paret sese ad frugalem victum, ad vigilias ac labores, sine quibus non paratur eruditio.

Allium sylue stre {ὀφιοσκόροδον} vbique, in montibus præsertim, & collibus nascitur, nullis diuisum nucleis, satiuo lõgè minus, sed odore & sapore illi persimile: foliis angustioribus, gracili caule, in cuius cacumine flos emicat, ex rubeo purpurascens, à quo nigrum gignitur semen. Hæc Mathiol. apud Dioscor.lib.2.

Alliatus, adiect. penult.prod. {σκοροδωμένος} Plaut. Most.2, Sine me alliato fungi fortunas meas. Sed ibi fortè legendum in accusatiuo, alliatum: vt sit sensus, Sine me alliatum fungi fortunas meas. Hoc est, permitte me, quem allium olere, & fœtere dicis. Quidã tamen malunt istud.

Alliatum, esse substantiuum n.g. vt sit moretum cui allium admixtum est, atque adeò cibi omnes, in quibus allium intritũ est. Ad hoc cibi genus Terentius respexit cùm scripsit, Tute hoc intristi, tibi est omne exedendum: quod annotat Donatus à rusticis de alliato mortario dici solere: vbi mortarium cibum ipsum, Id est moretum, vocat.

ALLOBROGES, penult. corr. {ἀλλόβρογες} populus Galliæ iuxta Rhodanum, nunc Sabaudiẽses & Delphinates, victoria Fabij & Catilinæ coniuratione noti, ad tractum Lugdunẽsem siti. Ptolemæo authore.

Allobroges infideles rebus nouis, Id est coniurationi Catilinę, cui penè consenserant, nec fidem tamen seruarunt. Horat. Epod.16, Nouisque rebus infidelis Allobrox. Cic.1.de Diuin.

> At clades patriæ flamma ferróque parata,
> Vocibus Allobrogum Patribus Populóque patebat.

Coniurationem quippe Catilinæ detexerunt.

Allobrogicus, Adiectiuum {ἀλλοβρογικός} vt Allobrogicum vinum, apud Celsum, lib.4.cap.5.

Allobrogica vua, apud Plinium lib.14.cap.2.

Allodium, Vide ALAVDIVM.

Allœotheta, pen.corr. {ἀλλοιόθετα} Latinè dici potest, Aliter posita, aut Alia positio: à Prisciano lib.18, dicitur Variatio. Cõfundit autem numerum, vt Virgilius, Pars in frusta secant. Casus, Tu mihi quodcunque hoc regni, pro Hoc regnum. Genus, Virgil.

> Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
> Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.

Ad dulce enim, quod est neutrum, tam masculina quàm fœminina reddidit.

Allœotica, penult.corr. Virtus seu facultas est quæ cibum in aliud ex alio mutat. Macrob.lib.7. Saturn.cap.4. Hæc virtus cibũ mutat in succum, vt ibidem ipse testatur.

Allophylus, pen.prod. {ἀλλόφυλος} Latinè dicitur Alienigena, Alterius generis, Diuersæ nationis, ab ἄλλο, Aliud, & φῦλον, Genus, Natio.

Alloquor, penultima correpta, alloqueris, penultima correpta, alloquutus sum {προσφθέγγομαι, προσομιλέω} alloqui. Ex ad, & loquor, verbum notissimum. Varro 5. de lingua Latina, Alloquutum mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquam loquutum consulendi causa.

Alij

Alij legendum censent consolandi. Pro quibus facit Catulli carmen paulo pòst citatum in Alloquutio.

Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. lib. 6.

Perparcè. Author ad Heren. Alloqui te perparcè liceat obsecro.

Alloquium {προσήγορία} Verbale. Id est, Alloquutio. Plin. lib. 6. cap. 22. Hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio.

Alloquium, pro Solatio: vt, Ægritudinis alloquia. Id est (vt Latini loquuntur) Solatia. Græci enim solatium παρηγορίαν, & παραμυθίαν nominant: id est (verbum de verbo) Alloquium. Horat. Epod. 13.

Illic omne malum vino cantúque leuato
Deformis ægrimoniæ dulcibus alloquiis. Lambinus.

Benignum alloquium. Liuius 1. ab Vrbe Condita, Et ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate inuitandi, beneficiísque quos poterat sibi conciliando adiuuabat.

Blandum. Plin. Iunior in Epist. Medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur.

Alloquutio. Verbale {προσφώνησις} Venustius & vsitatius est Alloquium. Plinius Epistola vltima, lib. 2, Mutat personam, vertit alloquutionem. Id est, Sermonem.

Alloquutione solari aliquem. Catul. ad Cornificium, epigr. 36,
Quem tu (quod minimum, facill múmque est)
Qua solatus es alloquutione?
Irascor tibi, sic meos amores.
Paulum quidlibet alloquutionis
Mœstius lacrymis Simonideis.

ALLORIA {Ἀλλωρία} Vrbs Cretæ, vt ex Polyhistore refert Stephanus. Gentile est ALLORIATES.

Alloscorodon {ἀλλοσκόροδον} Herba est Dioscoridi, quæ notiori nomine Capparis appellatur.

ALLOTRIGES {Ἀλλότριγες} Populi in tractu Septentrionali Hispaniæ Straboni lib. 3.

Allubesco, allubescis, allubui, allubitum {ἀρέσκω} allubescere, Antiquum verbum pro Placere. Et est ab impersonali verbo Lubet, pro Libet. Plaut. Mil. 4.
— nimísque nitida fœmina
Hercle verò iam mihi allubescit primulùm.

Allucinor, penultima correpta {παραβλέπω} allucinaris, allucinari. Gellius libro 16. capite 12, Cloatius Verrius in libris quos inscripsit Verborum à Græcis tractorum, allucinari factum scripsit ex eo quod dicitur Græcè ἀλύειν. Vnde elucum quoque esse dictum putat, a littera in e conuersa, tarditatem quandam animi & stuporem, qui allucinantibus plerunque vsu venit. Nonius, Allucinari, aberrare, & non consistere atque desipere, obstupefieri, atque tardari, honestè veteres dixerunt. Festus, Allucinatio, Erratio. Colum. lib. 7. ca. 3, Nec fur aut bestia allucinantem pastorem decipiat.

Allucinari, per aspirationem scripsisse veteres admonet Gellius lib. 2. cap. 3, Vt sonus esset viuidior vegetiórque. Apud Nonium inter aspirata ponitur: apud Festum verò, in litera A.

Allucinor aliquid. Cicero 1. de Natura deorum, Ista enim à vobis quasi dictata redduntur: quæ Epicurus oscitans allucinatus est. Id est, Effutiuit tota via veritate aberrans. Allucinari (inquit Marsus) est Errare, ac niti ad lucem peruenire, sed non posse. Ille igitur aliquid allucinatur, qui lucem veritatis non attingit, sed errat.

Dicitur etiam de rebus inanimatis. Cic. ad Qu. Frat. lib. 2. epist. 13, Sed quemadmodum coràm cùm sumus, sermo nobis deesse nõ solet: sic epistolæ nostræ debent interdum allucinari.

Allucitæ, Animalcula quædam. Nonius, Hallucinari dicitur vana somniare: tractũ ab allucitis, quos nos κώνωπας dicimus, sicut Petronius Arbiter asserit, Nam centum vernales me allucitæ molestabant.

Alludio, as. Plaut. in Stich. Quando adbibero, alludiabo.

Alludo, alludis, penul. prod. allusi, allusum {προσπαίζω} alludere, Quasi ad aliquem ludere. Sic enim dicimus Alicui alquem alludere, vt Arridere cuipiam. Alludunt paruuli parentibus & nutricibus. Plin. lib. 9. cap. 8, Hominem non expauescit, vt alienum: obuiam nauigiis venit: alludit exultans. Et paulo pòst, Et alludens natantibus, impositósque portans. De delphinis loquitur.

Alludere, est (inquit Valla, lib. 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus. vt Virg. 7. Æneid.
Nec plura alludens, ea vox audita, laborum
Prima tulit finem. Seruius: Alludens, aut certè ludentem significat: aut Alludens: id est, Ad responsi fidem verba componens. Cic. 1. de Orat. Galba autem alludens, variè & copiosè multas similitudines afferre.

Alludere ad mulierem. Terent. Eunuch. 3. 1, Fortè habui scortum: cœpit ad id alludere.

Ad notam alludere. Iustinus lib. 1, de Cyro infante: Quem vt in manum mulier accepit, velut ad notam allusit.

Alludere philosophiæ, pro Quasi per lusum & non seriò tractare philosophiam. Seneca epist. 73, Adhuc est tertiũ genus, qui philosophiæ alludunt, & nondum quidem eam attigerunt.

Alludere, Fauere, blandiri. Seneca, Quum tibi alludit huius vitæ prosperitas.

Alludit vnda. Plin. lib. 26. cap. 7, In saxis vbi alludit vnda.

Alludentes vndæ. Ouid. 4. Metam. Hoc est, Quæ alludere videbantur & blandiri. Et Quint. Littus est quà fluctus alludit.

Alluo, alluis, allui {προσκλύζω} alluere, Ex Ad & Luo luis, vt veteres declinabant. Fluuij dicuntur vrbes alluere, qui eas præterlabuntur. sic & maria terras alluunt. Cic. 2. de Legib. Diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit.

Alluit gentes Mæotis. Seneca in OEdipo 5.

Alluuntur à mari mœnia. Cic. 7. Verr.

Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Plin. lib. 6. cap. 4. Vide præterea lib. 3 cap. 1. & cap. 4.

Alluuies, alluuiei, pen. prod. fœm. gen. {πρόσχωσις} Immoderata aquarum violentia, vel pluuialium, vel fluuialium, similiúmque: quæ non tantùm agros confundit, sed quandoque eripit, & nonnunquam fundi
tus destruit. Colum. lib. 3. cap. 11. Vel etiam valles quæ fluminum alluuie & inundationibus concreuerint.

Alluuies item dici videtur locus aquæ inundatiõne factus, vel quẽ fluuius alluit. Liu. 1. ab Vrbe 15, In proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est, (quam Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

Alluuio, alluuionis, f. g. {πρόσχωσις} Idem quod Alluuies. Cic. lib. 1. de Orat. Alluuionum, circumluuionum iura.

Alluuio, est incrementum latens, quod ita paulatim adiicitur, vt intelligere non possimus quantum quoquo momento temporis adiiciatur. Præterea. Instit. de rer. diuis.

Alluuius ager, quem paulatim fluuius efficit, &c. libello de Limitibus.

Alluuionum, quæ contingi solent in prædiis, quæ ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura est vt semper incerta possessio, incertum sit eius dominium, quod possessori per alluuioñẽ adcrescet. nam quod hodie possidemus, nonnunquã altero die vicini fundi dominio in alteram fluminis ripam translatum adquiritur. nec tamen, apud quem accreuerit, remanet, sed ij, ecunque redit ad priorem dominum cum augmento: sæpe nec ad posteriorẽ manet, nec redit ad priorem, sed in arena fluminis inundatione soluitur: ideóque suggestione culminis tui admittitur, vt iudicio agri mensoris finiatur. non de Ægyptiis solis, nec de limi tantùm alluuionibus loquimur, sed, quod salubre est orbi terrarũ, atque omnibus prouinciis, promulgamus, vt ea quæ per alluuionem possessoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque à quolibet peti, nec separatim censeri, vel functiones exigi, perpetua lege valitura sancimus: ne alluuionum ignorare vitia, vel rem noxiam possessoribus indicere videamur. Similiter nec quidem quæ paludibus antea, vel pascuis videbãtur adscripta, si sumptibus ac laboribus possessorum nunc ad frugum fertilitatem trãslata fuit, vel vendi, vel quasi fertilia separatim censeri, vel functiones exigi concedimus: ne hi doleant diligenter operam suam agri dedisse culturæ, ne diligentiam suam sibi damnosam intelligant. Hæc ex Frontino de Limitibus agrorũ: quæ ille recitat ex epistola Theodosij & Valentiniani imperatorum. Aggenus autẽ & ipse in libello de Limitibus agrorum sic inquit, De alluuione obseruatio est, si in occupatoriis agitur agris: quidquid vis aquæ abstulerit, repetitionẽ nemo habet. quæ res necessitatẽ ripæ muniendæ iniungit, ita tamen, vt sine alterius damno quidquam fiat. Si verò in diuisa & assignata regione tractabitur, nihil amittet possessor: quoniam formis per centurias certus cuique modus ascriptus est circa Padum autem cùm ageretur, quod flumen torrẽs, & aliquando tam violentum decurrit, vt alueum mutet, & multorum latè agros trans ripam, vt ita dicam, transferat: sæpe etiam insulas efficit. At Cassius Longinus, vir prudentissimus, iuris author, hoc statuit, vt, quidquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat: quoniam scilicet ripam suã sine alterius damno tueri debet. Si verò maiore vi decurrẽs alueũ mutasset, suum quisque modum agnosceret: quia non possessoris negligentia, sed tempestatis violentia abreptum apparet. Si verò insulam fecisset, à cuius agro fecisset id possideret: at si ex communi, quisque suum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cùm assignarentur agri, adscriptum ad quod per centurias flumini. hoc autem prouidit author diuidendorum agrorum: vt quoties tempestas fluuium concitasset, non per regionem excedens alueum vagaretur, sed sine iniuria cuiusquam deflueret. hos tamen agros, id est, húc omnem modum qui flumini adscriptus est, resp. quibusdam vendidit. hæ quæstiones maximè in Gallia tota mouentur, quæ multis contecta fluminibus immodicas Alpium niues in mare transmittit, & subitarum relegationum repentinas inundationes patitur. Aliis quibus locis impetrauerũt possessores à præside prouinciæ, vt aliquã latitudinem flumini daret. nam & in Italia Pisaurum flumini latitudo est assignata catenus, quousque alluebat.

Allus, Pollex, proximum digitum scandens, quòd velut insiluisse in alium videatur: quod Græcè dicitur ἅλλεσθαι. Festus.

A L M

ALMA, mons est in Mœsia superiore, prope Sirmium, & Aureum, quem Probus imperator, Eutropio teste, opere militari vineis cõseuit. Vide Cæl. lib. Antiqu lect. 18. cap. 21.

ALMENE, penult. prod. {Ἀλμήνη} oppidum est ad Pontum Euxinum, à quo fiunt gentilia Alminius & Almenites. Stephanus.

ALMO, Almonis, penult. prod. mascul. gen. {Ἄλμων} Fluuius, vel potius riuus ante portam Capenam, vrbi Romæ vicinus, apud quem Romani olim sacra Cybeles faciebãt eodem ritu quo Galli in Phrygia. Vide CYBELE.

Almo Italus. Stat. lib. 6. Syl. 1. Claud. de bel. Gildon.

Lubricus. Ouid 4. Fast.

Paruus. Lucan. lib. 1.

Sacer. Valer. Flac. Argonaut. lib. 8.

Tepidus. Sil. Ital. lib. 8.

ALMON, {Ἄλμων} oppidum Thessaliæ Plinio libro quarto, capite 8. Elmon alij vocant. ¶ Est etiam Almon apud Virgilium 7. Æneidos, pastoris nomen, filij Tyrrhei, regij pecoris magistri.

ALMOPIA, Almopiæ, Macedoniæ pars, sic dicta ab Almope gigante, Neptuni, & Athamantidos Helles filio. Hinc Almopes, & Almopij, eius regionis incolæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

ALMOPS, Almopis, gigas, Neptuni & Athamãtidos Helles filius. Plin. lib. 4. cap. 10.

ALMVS {Ἄλμος} Sisyphi filius (vt inquit Apollonius) frater Porphyrionis, ex cuius filia Chrysogone, & Neptuno natus est Minyas, rex Orchomeni. Idem tamen Minyæ matrem Hermippen Bœoti filiam appellat.

Almus {τρόφιμος} adiectiuum, ab alendo dictum. Vnde Festus, Alma, inquit, sancta siue pulcra: vel alens, ab alendo scilicet. Plaut. Curcul. 7. Inuoco almam meam nutricem.

Adorea alma: Id est, gloria quæ altrix est virtutum. Horat. lib. 4. Carm. 4.

Ager almus. Virgilius 2. Georg. Parturit almus ager. Vbi Seruius, Almus, ab eo quòd nos alat.

Carthago alma. Sil. Ital. lib. 13.

Ceres. Virgil. 1. Georg.

Dies,Id est,Clarissimus.Virg.8.eclog.
Nascere,præq; diem veniens age lucifer almum. Seruius.Horat.
4.Carm.7.
Faustitas.Horat 4.Carm.5, Nutrit rura Ceres,almáque faustitas.
Fides.Cic.3.Offic.ex Ennio,O fides alma.
Iubar.Id est,dies.Valer.Flac.Argonaut.lib.5.
Liquor.Lucret.lib.2.
Lux.Virgilius 1.Æneidos, Vt primùm lux alma data est. Alma lux dicta, quòd alat vniuersa. nam physici dicunt omnia per diem crescere.Seruius.
Maiæ almæ filius,pro Mercurio.Horat.1.Carm.2.
Musæ almæ.Horat.3.Carm.4.
Nereides.Cic.in Arato, Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.
Nox.Seneca in Agamem.2. Idem in Troade 6.
Nutrix.Lucret.lib.5.
Pallas.Lucret.lib.6.
Alma parens,pro Venere.Virg.2.Æn.. Mart.lib.8, -vigilat Memnonis alma parens.Id est,Aurora. Virgil.10.Æneid. Alma parens Idæa deûm. Vbi Seruius, Alma propriè est tellus, ab eo quòd nos alat: abusiuè etiam aliis numinibus hoc epitheton datur.
Pax. Tibul.lib.1. eleg. vlt. ad finem. Pacis simulacrum fingebatur manu spicam gerens: ideò alma.nam pacis tempore agricultura floret. vnde illi & spicæ & poma & huiusmodi reliqua offerebantur.
Sibylla alma.Virg.6.Æneid.15. Quia scilicet virgo fuerit.
Sol.Horat.in Carmine secul.
Tellus.Colum.lib.3. cap.21, Quibus alma tellus annua vice velut æterno quodã puerperio læta,mortalibus distenta musto demittit vbera.
Venus.Virgil.1.Æneid.
Vites.Virgil.2.Georg.
-pecorísque,& vitibus almis Aptius vber erit.

A L N

Alnus,huius alni.f.g. {κλήθρη} arbor fluuialis,siue palustris,notissima,quæ neque fert fructũ,neque semen.De hac multa Vitruuius lib.2.cap.9. Meminit & Plin.lib.16.cap.37.& alibi.
Alta alnus.Senec.in Hippolyto, 1.
Alnus amica fretis.Stat.lib.6.Thebaid.
Electrifera.Claud.in Epithalamio Honorij & Mariæ.
Fluminea.Sil.Ital.lib.3.
Longa.Ouid.13.Metam.
Procera.Virgil.eclog 6.
Viridis alnus.Virg.eclog.10. Dicũt enim alnos in Padi ripis primùm visas,illícque spectatissimas & magna copia virere, vt ait Pausanias, ex historia quam narrat Ouid.lib.2.Metam. Nam quum Phaethon impetratos à patre currus malè regeret, fulmine Iouis in Padũ præcipitatus est. Quúmque Phaethusa, Phœbe, & Lampetie, eius sorores,ad huius fluuij ripas, cum menses quatuor impatientissimè fleuissent,tãdem Iouis misericordia in populos arbores versæ sunt,vel (vt mauult in Argonaut.Apollonius)in alnos:earum autem lacrymæ in electra. Virg.eclog.6, in alnos mutatas tradit hoc carmine,
Tunc Phaethontiadas musco circundat amaræ
Corticis,atque solo proceras erigit alnos. Idem tamen libro 10. Æneid.alteri subscribit opinioni,
Nanque ferunt luctu Cycnum Phaethontis amati,
Populeas inter frondes,vmbrámque sororum
Dum canit, &c. ¶ Alnus, pro nauigiolo:quia ex trunco alni excauatæ fiebant huiusmodi scaphæ. Claudianus in præfatione libri 1.de Raptu,
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat,præbuit arte vias. Virg.1.Georg.
-alnos primùm fluuij sensere cauatas.
Leuis alnus.Virg.2.Georg.
Alnus apta fluctibus.Lucan.lib.3,
Syluáque Dodones,& fluctibus aptior alnus.
Alneus,Adiectiuum ab Alnus {ὁ ἐκ κλήθρης} Quod fit ex Alno. Vitruuius lib.5.cap.vlt.

A L O

Alo,alis,alui,alitũ & altum {τρέφω} alere,Est rebus ad victũ cultúmq; necessariis sustẽtare:quod vulgus dicit *Intertenere*:vt Alere familiam. Cic.Paradox.Multi ex te audierunt quum diceres,Neminem esse diuitem,nisi qui exercitum alere posset suis fructibus.
Copias militum alere.Cic.pro Deiotaro.
Inter alere & educare. Nonius, Alere & educare hoc distant: Alere est victu temporali vitam sustentare. Educare autem ad satietatem perpetuam educere. Accius in Andromeda, Aliũi, educaui: id facite, gratum vt sit seni.
Inter alere & pascere. Idem Nonius alio loco, Pascere & alere hoc distant,authoritate Varronis γένεσις διδαχὴ, vt sit Alere, sufficiendi generis curam habere:Pascere,natos cibo saginare.Terent.Andr.1.1, -aut equos Alere.
Alere & nutrire,pro eodem. Nutriri est paruulorum vt crescant (vnde nutrices dicuntur, nutritijque qui curam infantium habent, habueruntve) & adultorum, vt viuant. Ali quoque in eodem significato. Vnde lex illa XII. tabularum, Liberi parentes alant, aut vinciantur. At in rebus incorporeis frequẽtius vt crescant.Quintilianus in præf. lib.1.Sed alere facundiam,vires augere eloquentiæ possit. Perinde est acsi dixisset,Augere facundiam,augere vires eloquẽtiæ possit. Virg. Hos successus alit. Id est, Quasi horum animos successus augescere facit. Hæc Valla,lib.5.cap.46.
Alere quempiam de bonis alterius.Paulus in l.Nesennius. D. de negot. gestis. E contrario dicebatur: hoc rectè dici, cùm de suo aluisse mater probaretur.at in proposito auiam,quę negotia administrasset,verisimile esse,de re ipsius nepotis eum aluisse.
Alit binos fœtus vbere.Virgil.eclog.3.
Alunt rhombos æquora.Horat.2.Serm.sat.2.

Aluere victum mortalium glandiferæ arbores.Plin.in proœm.lib.16.
Aluntur asperitate aquarum arbores.Plin.lib.12.cap.9.
Tellus alit saxa.Lucret.lib.2,
Nec mare,nec fluctus plangentes saxa crearunt,
Sed genuit tellus eadem,quæ nunc alit ex se.
Alere aliquid & maius facere.Cic.lib.2.de Inuent.Cõsuetudine ius est, quod aut leuiter à natura tractum,aluit & maius fecit vsus.
Alere & sustentare.Cic.2.de Nat.deor. Spiritus ductus alit & sustentat animantes.
Ali & augeri.Cic.in Lęlio,ad finẽ,Sed nec illa extincta sunt,aluntúrque potius & augentur cogitatione & memoria.
Ali & augescere.Cic.2.de Nat.deor.Multáque à luna manant & fluunt, quibus & animantes alantur,augescántque & pubescant, maturitatémque assequantur quæ oriuntur è terra.
Ali & crescere.Cic.2.de Nat.deor.Sic enim res se habet, vt omnia quæ alantur,& quæ crescant,contineant in se vim caloris,sine qua neque ali possent nec crescere.
Ali & sustineri. Cicero 5. Verr. Re frumentaria ex Sicilia alimur ac sustinemur.
Ali,apud Lucretium non est nutriri plerunque, sed altum, & adultum euadere.Itaque crescunt apud eum res,deinde alũtur.Nec verò præpostera ordinis perturbatione videri potest id dicere, cùm perspicuè in ea notione quam dixi verbum illud ab eo vsurpetur:vt,
Donec alescendi summum tetigere cacumen. Iterum
-neque quod superest procrescere alíque. Rursum,
Quæque sua de materia grandescere,alíque. Monuit Turneb.
Ali ab.Lucret.lib.1, -atque alimur nos
Certis ab rebus.
Viduitate & solitudine alicuius ali. Cic.pro Cæcinna,Ebutius iste,qui iam diu Cesenniæ viduitate ac solitudine aleretur,&c.
Cibus alit.Lucret.lib.6,
Diditur in venas cibus omnes,auget,alítque
Corporis extremas quoque partes,vnguiculósque.
Agellus quum eum non satis aleret, ludimagister fuit. Cicero 1.de Natura deorum.
Ali victu.Lucret.lib.4.
Pax aluit vites.Tibul.lib.1.eleg.10.
Vsus alit aliquid.Vide Alere & maius facere.
Alere se consumptione & senio sui.Cic.de Vniuersit.
Ali formidine mortis.Lucret.3.
¶ Diuitiis alitur amor.Ouid.de Remed.amoris,lib.1.
Audaciam alere. Cic.lib.1.de Inuẽt. Dicendi assiduitas aluit audaciam.
Bellum.Idem quod Bellum fouere.Liu.1.bell.Maced.
Capillum.Plin.lib.24.cap.15,Infantibus illita capillum alunt.
Cogitatione ali.Vide Ali & augeri.
Consuetudo alitur.Cic.Att.lib.14.
Controuersiam alere.Cæs.7.bel.Gal.
Copiam verborum alere.Cic.in Orat.
Culpam.Propert.lib.4.eleg.4.
Flammas.Ouid.10.Metam.
Furor effrænatus alitur impunitate diuturna.Cic.pro Sextio.
Gloriam alere. Cic.in Bruto, Isocrates forensi luce caruit, intráque parietes aluit eam gloriam,quam nemo est postea consequutus.
Ira leones alit.Stat.lib.12.Thebaid.
Memoria ali.Vide Ali & augeri.
Mens hominis alitur discendo.Cic.1.Offic.
Alere mõstrum. Prouerbium vbi quid occulti vitij latẽre significamus. Terent.in Andr.Aliquid monstri alũt.
Res alicuius aluntur memoria aliorum.Cic.in Catilin.Memoria vestra Quirites nostræ res alentur, sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent & corroborabuntur.
Sitim alere.Ouid.de Ponto lib.3.eleg.1.
Spem alere.Cic.in Catilin.
Ali spe.Ouid.in Ibin.
Staturam.Cæsar bel. Gall lib.6.de Germanorum moribus, Qui diutissimè impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. Hoc ali staturam,ali hoc vires,neruósque confirmari putant.
Vires alere.Cæsar 4.belli Gall.& lib.6.de Germanorum moribus.
Vitium alitur.Virg.3.Georg. -alitur vitium,viuítque tegendo.
Vulnus alere.Virg.4.Æneid.
At regina graui iandudum saucia cura,
Vulnus alit venis:& cæco carpitur igni.
Vitam alicuius alit posteritas.Cic.pro Marcello,Illa vita est tua,Cæsar, quæ vigebit memoria seculorum omnium,quam posteritas alet.
¶ Alere mollius more nutricum.Quintil.lib.2.cap.4.
Plenius alit viua vox.Quintil lib.2.cap.2.
Pluribus minore fastidio alitur stomachus. Quintilianus libro secũdo, capite 12.
Altus, participium ab Alor,aleris. {τεθραμμένος} Plinius,Ouillo lacte altus.Cicero pro Plancio, Cui non locus ille mutus, vbi ipse altus aut doctus est.
Natus & altus.Cic.in Bruto, Vidésne igitur vt in ea ipsa vrbe in qua & nata & alta sit eloquentia,quàm ea serò prodierit in lucem?
Altus & renouatus.Cic.2.de Nat.deor.Stellę vaporibus aquarum aluntur his, qui à Sole ex agris tepefactis & ex aquis excitãtur:quibus altæ renouatæque stellæ atque omnis æther refundunt eadem, & rursum trahunt indidem.
Alendus {θρεπτέος} amor verbis. Ouid.de Arte amandi,Lib.2.
Altilis, & hoc altile, penult.corr. {θρεπτός} Verbale ex supino altum,ab Alo. Sunt autem altilia, animantia quæ inclusa aluntur: siue aues in corte aut auiario, siue quadrupedes in roborario, siue pisces in viuario. Valla lib.1,Altilis auis, altilis quadrupes, altilis piscis,qui sagina altus siue altius est,atque saginatus. Plin.lib.10.cap.50, Præter vnam gallinam quæ non esset altilis.
Altilis aper.Iuuenal.satyr.5.
Altiles cochleæ,apud Plin. lib.9.cap.56.

Altilis,

Altilis.actiuè. Macrobius lib.7. Saturn. cap.4, In venis & arteriis, quæ sunt receptacula sanguinis & spiritus, tertia fit digestio. Nam acceptum sanguinem quodammodo defæcant: & quod in eo aquosum est, venæ in vesicam refundunt: liquidum verò purumve & altilem sanguinem singulis totius corporis membris ministrant.

Altile, non solùm pingue ab alendo: verumetiam opulentum. Plaut. Cistell. Prohibet diuitiis maximis dote altili atque opima. Nonius.

Altor, altoris, pen.prod. {τροφεὺς, τρόφος} verbale. Qui alit. Cic.2.de Nat. deor. Omnium autem rerum quæ natura administrantur, seminator & sator & parens, vt ita dicam, atque educator, & altor est mundus. Seneca in Hercule furente, 13.

-siue me altorem vocas,　　Seu tu parentem.

Altrix, altricis, pen.prod. {τροφὸς, τιθήνη} verbale, Quæ alit. Plin.lib.10. cap.64, Altricémque habere per se vitam illam quæ satis, arboribúsque contingat.

Altrix terra. Cic.pro Flacco, Et eorum eadem terra parens, altrix patria dicatur.

Altrix Apulia fabulosa. Horat.3.Carm.4.

Altrix bellorum Numidia. Sill.lib.1.

Romani nominis altrix. Id est, lupa, quæ Romulum & Remum lacte aluit. Cic.1.de Diuinat.

Altrix nix. Valer. Argonaut.lib.6.

Alibilis, & hoc alibile, penult.corr. {θρεπτικός} Quod facultatem habet alendi. Varro de Re rust. lib.2. cap.11. Est enim lac omnium rerum quas cibi causa capimus liquentium, maximè alibile. Rursum ibidem paulo pòst, Casei quum molles sunt, magis alibiles, in corpore non resides: veteres & aridi, contrà.

Alumnus {τρόφιμος} & alumna, dicitur sicut filius & filia. Est autem Alumnus, qui ab aliquo alitus est, & est nomen ad aliquid dictum. Refertur enim propriè ad nutriciũ, nutricémve: vt, Alumnus meus, quem educaui. Cicero in Verr. de suppliciis, Italia autem alumnum suum seruitutis extremo summóque supplicio fixũ videret. Varro, Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.

¶ Alumnus ponitur interdum & actiuè, pro eo qui alit. Plin.lib 3. cap. 5, Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deũm electa. De Italia loquitur.

Agrestis ille alumnus euertet domum. Senec.in Agamem.7. de Ægistho nutrito in agris.

Dulcis alumnus. Horat.1.epist.4.

Indecores. Stat. Thebaid.19.　　Iuuenis. Ouid.11.Metam.

Paruus. Horat.3.Carm.18.

Artis alumnus. Stat. Thebaid.lib.6.

Pacis. Cic.7.Philipp. Ego itaque pácis (vt ita dicam) alumnus.

Pietatis. Ouid 14.Metam.

Ruris. Ouid.3.Amorum,14.

Nemorum. Stat. Thebaid.10.

Alumni disciplinæ meæ. Cic.Attic.14.

Alumna eloquentia. Cic.de clar.Orat. Pacis est comes otiisque socia, & iam bene constitutæ ciuitatis quasi alumna quædam eloquentia. Id est, natiua, & quasi indigena: non autem aliena, aut peregrina.

Alumnus, Dominus. Virg.11.Æneid.

-Caro datus ibat alumno. Nonius.

Alumnari {τροφεύεσθαι} alere & nutrire significat Apuleio lib.8. de Asino, Quos ad tutelæ præsidia curiosè fuerant alumnati. Hinc Alumnatus, educatus. Sed vtrunque non satis receptum Latinis.

Alimentum {τροφὴ, σιτηρέσιον} significat nutrimentum. Cic. de Vniuersit. Nec verò desiderabat mundus alimenta corporis.

Alimenta & Cibaria differunt. Nam illorum nomine ea omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest: horum verò tantùm quæ ad cibum pertinent. Itaque Iabolenus Alimentorum legato & cibaria, & vestitum, & habitationem contineri tradit. l.6. D. de alim. & cibar. Vlp.autem Cibariorum legato ea contineri negat. l.21. D. eod. ex Hotomano.

Largum alimentum. Plin.lib.11.cap.14, Hoc quidam attingi vetant: vt largo alimento valida exeat soboles.

Liberalius alimentum. Cels.lib.8.cap.10, Liberalius alimentum, longa à vino abstinentia.

Alimenta mitia. Ouid.2.Metam.

Alimenta perpetua. Vide PERPETVVS.

Alimenta flammæ vel ignis. Ouid.14. Metam. Plin.lib.14.cap. 20, Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento flagrat per se.

Alimenta ignis arida. Sil.Ital.lib.17.

Alimenta lactis dare puero. Ouid.3.Metam.

Alimenta nubium. Ouid.1.Metam.

Vitiorum. Ouid.2.Metam.

Alimenta arcu expedire, Victum sibi arcu & sagittis quærere. Cornel. Tacit.lib.5, Artabanus in Hyrcanis repertus est, illuuie oblitus, & alimenta arcu expediens.

Alimenta reponere in hyemem. Quintil.lib.2.cap.16.

Subministrare. Cels.lib.8.cap.1, Interque ea venæ discurrunt, quas his alimentum subministrare credibile est.

Alimentarius, adiectiuum {σιτικός} Quod ad alimentum pertinet: vt Lex alimentaria, quæ prouidebat vt filij alerent parentes ad inopiam redactos. Cæl.ad Cic.lib.8. epist.6.

Alimentaria causa. Vlp.in l. Quum hi.§.si eidem. D.de transact.

Alimentaria ratio. Martian.in l.4. D.Ad leg.Iuliam peculat.

Alimentarius, Cui alimenta legata sunt: sæpe legitur in iure ciuili, & præcipuè in l. Quum hi. De transact.lib.2.Pandect.

Alimentarij pueri, sunt qui publicè aluntur. Iul. Capitol. in Antonino Pio, Puellas (inquit) alimentarias in Faustinæ honorem Faustinianas constituit.

Alimonia, æ, pen.corr. victus necessarius, inquit Sipontinus. Vtitur frequenter Macrob.lib.7.Saturn.cap.4.& 5.

Alimonium, huius alimonij {σιτηρέσιον} Nutrimentum. Varro lib.1.de Re rust.cap.8, Vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollẽda, quòd in partu & alimonio vinum, non vt in calice, quærit aquam, sed solẽ. Idem libro 3.cap.16, Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluos.

Alitura, pen.prod. {τροφὴ} pro nutricatione Gel.lib.12.cap.1, Non partionem solam, tàquam illam quam ille sequebatur, sed alituram quoque feram, & sæuam criminatus est.

Aloë, aloës, pen.corr.f.gener.sine plurali {ἀλόη} herba est amarissimi succi. Vnde per metaphoram dixit Iuuenalis, Plus aloës quàm mellis habet. Hoc est, plus amaritudinis quàm dulcedinis. De hac herba sic habet Plin.lib.27.cap.4, Aloë scillæ similitudinem habet, maior & pinguioribus folijs ex obliquo striata. Caulis eius tener est, rubens medius, non dissimilis antherico: radice vna, ceu palo in terram demissa, graui odore, gustu amara, laudatissima ex India affertur: sed nascitur & in Asia, &c.

ALOEVS per *ei* diphthongum {ἀλωεύς} fuit gigas Titani & Terræ filius, cuius vxor Iphimedia à Neptuno compressa, Othum & Ephialtem genuit gigantes maximos, qui nouem digitis per singulos menses crescebant. Hi Aloidæ dicti sunt: quorũ meminit Virg.6.Æneid.

Hic & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi: superísque Iouem detrudere regnis.

Aloeus impius. Lucan.lib.6, Impius hanc prolẽ superis immisit Aloeus.

Alogia {ἀλογία} Latinè irrationalitas (vt ita dicam) interpretari potest, cùm scilicet vera ratio non subiungitur. Senec. Citius mihi verũ dicito, ne tibi alogias excutiam. Augustinus ad Cusulanum pro immodico conuiuiorum luxu accepit. Dicitur etiam alogia, cùm principis liberalitate, gratiáque, necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur. Hinc

Alogij crimen, cùm rationem quispiam reddere neglexerit eorum quæ in magistratu gesserit. Cælius lib.8.cap.3.

Alogistia {ἀλογιστία} est, (vt docet Cælius lib.7.cap.6.) cùm reddendarum rationum necessitas remittitur, quæ & Alogia dicitur.

Alogista {ἀλόγιστος} rationibus reddendis liber & solutus. Vt Alogistæ tutores dicuntur qui administrationis suæ rationes non reddunt, in l.5.§.5. D.de admin. tut. Ita enim in vulgatis exemplaribus legitur: Quidam decedens suis filiis dederat tutores, & adiecerat, Eósque alogistas esse volo. In exemplaribus autem Florentinis legitur, Eósque anecllogistos esse volo.

ALOGIANI {ἀλογιανοί} Hæretici fuerunt, sic vocati tanquam sine verbo, propterea quòd ὁ τὸ λόγῳ, hoc est, Dei filio, qui patris Verbum appellatur, diuinitatem non agnoscerent, Ioannis Euangelium respuẽtes. Cæl. lib.16 cap.17.

Aloia, vt putat Calep. Plinium citans, animal est mulæ propemodum simile, carens flexura poplitum: ideóque inter dormiendum non cubat, sed innititur arbori. Veruntamen hic fœdè lapsus est Calepin. Aloia dicens pro Alce, de qua suo loco.

Aloïte {ἀλωίτις} herba est vim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur. Calep.

ALONE, insula inter Lebedum & Teon repẽte enata. Plin.lib.2.cap.87. ¶ Est & Alone fluuius Hispaniæ in sinu Mlcitano, vt apud Melam legitur. vulgò *Alicante.*

ALONESVS. Vide HALONESVS.

ALONI, populi Mesopotamiæ, Gordyæis iuncti, per quos Zerbis fluuius in Tigrim cadit. Plin.lib.6.cap.26.

ALONTIGICELI, Hispaniæ populi in cõuentu Hispalensi. Plin.lib.3.c.1.

ALONTIVM. Vide ALVNTIVM.

ALOPE, Græcis ἀλόπη, fuit Cercionis filia, vt testatur Pausanias in Attica, à cuius nomine cognominata Alope Thessaliæ ciuitas: de qua mentionem facit Homerus lib.2.Ilia. Meminit & Strabo lib.9.& Plin.lib.4.cap.7.

Alopecaces {ἀλωπεκώδης} Latinè Vafer. Vulpionem nonnulli vocát, vt in Apologetico Apuleius.

ALOPECE, insula est in Ponto Euxino, vt author est Plin.lib.4.cap.12, & libro 5.cap.31.

Alopeces, medicis carunculæ sunt lumbis circumiectæ, quas item ψόας dixit summus eiusdem artis author Hippocrates: etiamsi psyas Hieronymus renes interpretatur. Cæl.Antiq.lect.lib.19.cap.1.

ALOPECIA, insula, Migadorum hominum domicilium. Strabo lib.11.

Alopecia, alopeciæ {ἀλωπεκία} Morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à vulpe, quam Græci vocant ἀλώπηξ, quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plin.lib.24.cap.19, Lingua herba est, quæ circa fontes nascitur: cuius radix combusta & trita, alopecias emendat. Idem lib.29.cap. 6.& lib.13.cap.22. Item Galenus apud Hippocratem lib.6 Sententiarum. Item Paulus Ægineta lib.3. Sunt tamen qui à proprietate vrinæ eius animalis, hoc nomen ductum velint. Vbi enim id lotium fuerit affusum, e vestigio infructuosus efficitur locus, arescentibus herbis, nec succrescentibus nouis. Cæl.lib.10.cap.41.

Alopecias, Piscis marini genus, apud Plin.lib.31.cap.11.

Alopecides {ἀλωπεκίδες} Canum genus, ex cane & vulpe prognatum. Pollux.

Alopecis. vua caudas vulpium imitata. Plin.lib.14.cap.3.

ALOPECONESVS, pen.prod. vrbs Asiæ, circa quam nobilissima nascuntur tubera. Plin.lib.19.cap.3. ¶ Est præterea eiusdẽ nominis insula ante Thraciam Chersonesum, non procul à Cœlo eiusdem Chersonesi portu. Plin.lib.4.cap.12.

Alopecurus, pen.prod.f.g.herba. Plin.lib.21.cap.17, Alopecurus spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis, vnde ei & nomen.

Alopecus, Qui Alopecia laborat. Calep.

ALOROS, ἄλωρος Ptolemæo, Macedoniæ vrbs, autore Pomponio lib. 2.

Alosa, pen. prod. {θρίσσα} Piscis est, sic dictus à Gallis & Campanis, quem Hispani *Sabalos* appellant. In Italia vulgò *la Chieppa.* Apud Aristotelem verò, Strabonem, Ælianum, Oppianum & Athenæum Thrissas legere est: quam vocem Alosam interpretatur Gaza. Ausonius in Mosella,

Stridentésque focis obsonia plebis alosas.

ALPES, Alpium {ἄλπεις, τὰ ἄλπεια ὄρη} A candore niuium dictæ sunt: quia perpetuis ferè niuibus albescunt. Sunt montes excelsi Italiam separantes à Gallia & Germania. Vide Strabonem lib.4. Cic. de Prouinc. Consul. Alpibus Italiam munierat antè natura.
¶ Alpes Alpis, singulari numero. Claudian. in Paneg.7,
-extemplo frondosa fertur ab Alpe. Lucan. lib.3,
Agmine nubiferam capto super euolat Alpem.
¶ Alpium iuga. Horat. Epod.1.
Murus Alpium. Cic. Philipp.5, Vt eius furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus.
Vallum Alpium. Cic. in Pisonē, Alpium vallum contra ascensum transgressionémque Gallorum obijcio & oppono.
¶ Aeriæ Alpes. Ouid.2. Metam. Item Virg. Georg.3.
Altæ. Catullus.
Celsæ. Sil. lib.1. Deuexæ. Lucan. lib.2.
Edomitæ. Claud in Ruffinum lib.2.
Gelidæ. Lucan. lib.1.
Hybernæ. Horat. Serm.2. satyr.5.
Inexuperabiles Alpes. Vide INEXVPERABILIS.
Infames frigoribus Alpes. Vide INFAMIS.
Latebrosæ. Ouid. ad Liuiam.
Maritimæ. Tacit. lib.18.
Nubiferæ. Claudian. in Paneg.3.
Patulæ. Sill. lib.15. Hoc est, peruiæ & apertæ.
Rheticæ. Vide RHETIA.
Sæuæ. Iuuenal. satyr.10.
Trepidæ. Claudian. in Paneg.5.
Ventosæ. Ouid. lib.2. Amorum, eleg.16.
¶ Laxare Alpes. Claudian. in Paneg.5.
Reclusæ Alpes. Claudian. de bello Getico.
Resolutæ Alpes. Lucan. lib.1. propter niues liquefactas.
Alpes tremuerunt. Virg.1. Georg.
Armorum sonitum toto Germania cælo
Audiit, insolitis tremuerunt motibus Alpes.
Tremendæ Alpes. Horat.4. Carm.
Alpinus {ἀλπεινός} adiectiuum, pen. prod. Alpinæ gentes, Liu.1. bel. Pun. Item venti Alpini, flantes de Alpibus: quia Alpes, Gallorum lingua, Alti montes vocantur. Seru. in 4. Æneid.
Alpina bella. Lucanus lib.8.
Alpinum dorsum. Stat. lib.1. Sylu.4.
Alpina gesa. Virgilius,
-duo quisque Alpina coruscant
Gesa manu. Alpina dixit, bonitatem materiæ demonstrans. Constat enim materiam campestrem esse molliorem & teneriorem: montanam duriorem atque rigidiorem, & hastilibus aptiorem. Nam & montium siccior & aridior habitus, lignum magis durat & adstringit, & ventis ibi ad soliditatem & firmitatem tunduntur arbores. Turnebus.
Glacies. Claudian.2. de rap. Proserp.
Brumæ. Claudian. in Paneg.5.
Rigor. Ouid.14. Metam.
Alpha, nomen primæ Græcorum literæ.
Alpha penulatorum. Martial. lib.5, Quòd alpha dixi Codre penulatorum. Videtur significare Codrum fuisse primum penulatorum: Hoc est, inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum.
Alphabetum. Vide ABECEDARIVS.
ALPHEA Diana {ἀλφειὰ ἄρτεμις} Culta & nominata ab Eleis, vt docet Pausanias. Aiunt enim Alpheum Dianæ amore captum, eam precibus ad nuptias deflectere nequiuisse. Quare ad insidias conuersus, noctu ei vim inferre tentauit, vnà cum Nymphis eius comitibus: quas insidias quum Diana sensisset, luto sibi ac Nymphis faciem illeuit. Ingressus Alpheus, quænam Diana esset minimè discernere potuit: quare illusus discessit. Hinc Letrinæi Dianam Alpheam nominarunt. Alphioe {ἀλφειώα} etiam dicitur, vt apud Pindarum notant interpretes in Pythiis. Alpheæ Dianæ meminit & Strabo libro 8. quo tamen loco Alpheonia legitur, cuius lucum ait ad ostium Alphei fuisse.
ALPHEIAS {ἀλφειάς} dicitur Arethusa apud Ouid. lib.4. Metam.
Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis.
P. ALPHENVS Varus Iurisconsultus COS. fuit cum P. Vinutio, vt Pomponius significat, qui Seruij Sulpitij discipulum hunc fuisse asseribit, plurimúmque ex ipsius auditoribus authoritatis habuisse. Meminit huius & Gell. lib.6. cap.5. Horat. vrbanè hunc deridet lib.1. Sermon. satyr.3, quòd abiecta sutrina Romam venerit, vbi magistro vsus Sulpitio tantam sibi Iuris scientiæ existimationem pepererit, vt Consulatum adipisceretur.
ALPHESIBOEA, proprium mulieris apud Propert. lib.1. eleg.14.
ALPHESIBOEVS, pastor quidam, cuius meminit Virg. in 5. eclog.
ALPHEVS {ἀλφειός} pen. prod. fluuius est Elidis ciuitatis Arcadiæ iuxta Pisas (vbi colitur Olympicus Iupiter) defluens, longo tandem cursu in Achaia demergitur, & ibi à terra absorptus, atque subter mare defluens, ex Græcia in fontem Arethusam apud Syracusas in Sicilia se attollit, inde in mare Siculum cadit. vnde Virg. lib.3. Æneid.
-Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare: qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis. Seruius: Elis & Pisa ciuitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens, qui ex se duos alueos creat, Alpheum & Arethusam. Vnde fit vt fingantur coniungi in exitu, quos origo coniunxit ita. Meminit & lib.6. & lib.8. Strabo, Alpheum dictum existimans, quòd ἀλφούς, Id est maculas albas & impetigines curet.
Alpheus celer. Seneca in Hippolyto,4.
Alpheus æstuat. Ouid.2. Metam.
Alpheus sacer, subaudi nymphis. Seneca in Medea,2.
Alpheus, adiectiuum. vt Pisæ Alpheæ. Virg.10. Æneid.
ALPHION lacus in Pyrrhea, vitiligines tollit. Plin. lib.31. cap.2.

ALPHIVS, nomen viri proprium. Horatius in Epod.2. de vitæ rusticæ laudibus.
Alphos quid sit, docet his verbis Celsus lib.5. cap. vlt. Vitiliginis tres species sunt: ἀλφὸς vocatur, vbi color albus est, ferè subasper & non continuus, vt quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. Vide VITILIGO.
ALPINVS, Vide ALPES.
ALPINVS, Malus quidam poeta fuit, qui Memnonis auroræ filij bella descripsit: sed tam malè, vt ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus iugulare,
Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, &c.

A L S

ALSA, Fluuius est Venetiæ Aquileiam præterfluens. Plin. lib.3. cap.18.
ALSIA, nomen villæ, de qua sic Andræas Alciatus in annot. in Cornel. Tacitum: Cæcilius Plinius vicina Como vrbe genitum Virginium tradidit, quapropter secum habuisse cõiunctas possessiones, tum suæ villæ nomen Alsiam: vt dubio procul Virginius Mediolanensis fuerit, quod ostendunt frequentia marmora quæ passim hic occurrunt Virginij nomine inscripto. Sed & Alsia adhuc seruat nomen in Varisiensi præfectura: vnde & familia est mea. Hactenus ille. Plinius lib.6. ad Albinum, Quum venissem in socrus meæ villam Alsiensem, quæ aliquando Russi Virginij fuit, &c.
Alsine, alsines {ἀλσίνη} herba est quā alij Myosota, Italia Muris auriculam vocat: quod nomen inuenit à folijs, quibus aures musculorum imitatur. Hanc vernaculo sermone Centonem & Pauerinam appellant, eo quòd anseribus gratum pabulum subministret. Ruellius libro 2. cap.113, Dicta est Alsine, quòd in lucis nascatur quos Græci ἄλση vocant, & nemorosis opacitatibus gaudeat. Nanque magna ex parte vmbrosa sequitur, & maximè parietes hortorum adamat.
Alsiosus, &c. Vide ALGEO.
ALSIVM {ἄλσιον} vrbs Tuscorū Ptol. vulgò S. Seuerina. Plin. lib.3. cap.5.
Alsium Plinius & Ptolemæus in littore ponunt, vbi nunc S. Seuera: esséque nonnulli arbitrantur ipsum ex cõiecturis, cum alijs, tum propinquitatis. Nam Strabo XIIII. miliario distare dicit. Volaterranus. Sil. Ital. libro 8,
Necnon Argolico dilectum littus Alefo
Alsium. Ab hoc Aleso conditore dictum putant, & subindicat poeta, Alsium, quasi Alesium. Hinc Alsiensis, Cic. pro Milone.
Alsus, Vide ALGEO.
ALSVS, Nomen est pastoris apud Virgil. lib.12. Æneid.
-Podalirius Alsum
Pastorem, primáque acie per tela ruentem,
Ense sequens nudo supereminet.

A L T

Altanus, altani, penul. prod. Genus venti siue flatus è terra consurgēs. Plin. lib.2. cap.43, Nanque & è fluminibus ac niuibus, & è mari videmus, & quidem tranquillo, & alios quos vocant altanos, è terra consurgere. Flatus omnis (inquit Seruius) qui est ripæ & pelagi, altanus vocatur. Hæc ille in illud Virgilii 7. Æneidos, Quum venti posuere.
Altare, altaris, penul. prod. neutr. gen. {βωμός.} Festus, Altaria, sunt in quibus ignis adoletur. Idem, Altaria ab altitudine dicta sunt: quòd antiqui dijs superis in ædificijs à terra exaltatis sacra faciebant: dijs terrestribus, in terra: dijs inferis, in effossa terra. Virg.2. Æneid.
Hic Hecuba & natæ nequicquam altaria circum. Vbi Seruius, Superorum & aræ sunt & altaria: inferorum tantùm aræ. Plin. lib.15. cap.30, Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræque debeant.
Festa altaria. Sil. lib.12,
-sed enim ante omnes altaria fument, Festa Ioui.
Fumida. Ouid.12. Metam.
Religiosissima. Cic. de Arusp. respons. Ab altaribus religiosissimis fugatus.
Thurea. Stat. lib.4. Theb.
¶ Admotus altaribus. Liu. in præfat. lib.1. Decad.3, Fama est, Annibalem annorum fermè nouē, pueriliter blandientē patri Amilcari, vt duceretur in Hispaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eò traiecturus sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris iureiurando adactum, se quum primùm posset, hostem fore populo Romano.
Altaria adolere donis. Lucret. lib.4.
Altaria tædis castis adolere. Virg.7. Æneid.
Impositis ardent altaria fibris. Virg.3. Georg.
Altaribus numerum diuorum augere. Virg.7. Æneid.
Altaria cumulare donis. Virg.11. Æneid.
Altaria molli vitta cingere. Virg. eclog.8.
Altaria culta. Claudian.
Cultáque iam tumidis lucent altaria flammis.
Dicata altaria, Seneca in Medea,1.
Facere altaria pinguia thure. Ouid. de Ponto, lib.2. eleg.3.
Altaria fumant. Ouid.1. Epist.
Argolici rediere duces, altaria fumant.
Pateris altaria libant. Virg.12. Æneid.
Struere altaria donis. Virg.5. Æneid.
Vaporata altaria. Stat. lib.1. Thebaid.
Altè, Vide ALTVS.
ALTELLVS, Romulus dictus est, siue quòd in tellure altus fuerit, vel quòd tellurem suam aleret: siue quòd aleretur telis: vel quòd à Tatio Sabinorum rege postulatus sit in colloquio pacis, & alternis vicibus audierit, loquutúsque fuerit. Sicut enim fit diminutiuè à Macro Macellus, à Vafro Vafellus, ita ab Alterno Altellus. Autor Festus.
ALTENIVS, Cariæ mons, qui scorpiones procreat, aduenis quidem innocuos, incolis verò perniciosos & infestos. Alex. ab Alex. lib.2. c.17.
Alterās, Antiqui dicebant pro Aliās. Festus.
Alter, alteris, pen. prod. & gen. masc. {ἁλτήρ} significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasijs vtebantur. Quidam in priore aspirát, & quidem melius, scribentes halter. Vide HALTER.

Alter, altera, alterum, pen. corr. (ἕτερος) genit. alterius, pen. corr. datiuo alteri. Vide ALIVS. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8, Tamen hoc tẽpore maximè sicut alterum parẽtem & obseruat & diligit. Alter, vocatiuo caret: sicut ex eo compositum Alteruter.

Alterius sors. Horat. 1. Epist. 14,
　Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.

Alteræ in datiuo protulerunt veteres. Terent. Heaut. 2. 3,
　-hoc ipsa in itinere alteræ
　Dum narrat, forte audiui.　Colum. lib. 5. cap. 11, Vt alteræ delibratæ parti conueniat.

Alter, partitiuum nomen est: ideóque construitur cum genitiuo: vt, Alter nostrûm fallitur. Aut cum ablatiuo cum præpositione: vt, Alter ex nobis fallitur. Cic. Duæ sunt ex opinione boni: quarum altera voluptas, altera cupiditas.

Alter in plurali sic vsurpatur. Cic. Duplices similitudines esse debẽt: vnæ rerum: alteræ verborum. In priore loco poterat etiam dicere Alteræ. Virg. in Bucol.
　Aurea mala decem misi: cras altera mittam.　Id est, altera decem quæ mihi restant. Cic. Planco, lib. 4, Binas à te accepi literas Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratulabare: alteris dicebas te velle, quę egissem, bene & feliciter euenire. In priore quoque loco potuit recte dici Quarum vnis. Vt idem ad Appium, lib. 3, Nam quas ex itinere antequam ex Asia egressus es, ad me literas misisti, vnas de legatis à me prohibitis proficisci, alteras de Apameorum ædificatione impedita, legi perinuitus. Cætera de nomine Alter, vide suo loco.

¶ Alter, pro Alius, post NEMO. Quint. lib. 2. cap. 9, & lib. 7. cap. 1, Qui tãtum inter se distant genere dicendi, vt nemo sit alteri similis.

¶ Alter pro Alis, aut pro Quouis alio. Cic. ad Brutum, Non soleo mi Brute (quod tibi notum esse arbitror) temerè affirmare de altero. Id est, de alio affirmare. Idẽ in Lælio, Apertè enim vel odisse alterũ, magis ingenuũ est, quàm fronte occultare sententiã. Sic legi in vetustis codicibus: licet recentes immutarint, Alium pro Alterum scribentes. Plaut. Qui de altero obloquitur, ipsum se cõtueri oportet. Cicero 3. Offic. Detrahere autem alteri sui commodi causa. Idem Tuscul. 5. ad finem, Ad Brutúmque nostrum hos libros alteros quinque mittemus. In hoc genere præcipuam habet elegãtiam genitiuus Alterius. Cic. 2. Offic. Atque etiam subiiciunt se homines imperio alterius, & potestati pluribus de causis.

Alteri dimicant: alteri victorem timent. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 3.

¶ Alter etiam de duobus dictum, nonnunquam incertam personam significat: licet propriè ad certam personam referri debeat. Cicero in Lælio, Quanto id magis in homine fit natura, qui & se ipse diligit, & alterum anquirit, cuius animum cum suo commisceat?

¶ Vnus & alter venustè pro duobus dicitur. Cic. pro Cluentio, Vnus & alter dies intercesserat, quum, &c. Id est, duo dies intercesserant. Idem, Nihil suspicari: dies vnus, alter, plures, non refertur. Quasi tu dicas, Vnus, duo, tres, & deinceps. Idem ad Att. lib. 14. epist. Vt rem gestam Dolabellæ tantopere laudarem, adductus sum tuis & vnis & alteris literis. Virgil. 3. Æneid. Iámque dies, altérque dies processit. Hic subauditur Vnus. In hoc genere, teste Valla, accipitur Alter pro secundo ex duobus, pluribúsve: vt Vnus, alter, tertius, quartus: vnæ, alteræ, ternæ, quartæ literæ.

Alter, Differens, dissimilis, mutatus ab hoc, qui nunc est. Horatius 4. Carm. ode 10,
　-quoties te speculo videris alterum.　Sic Græci ἕτερον vsurpant: vt author est Festus. Ex Lambino.

¶ Alter pro Secundus. Colum. lib. 5. cap. 6, Vsque in alteram vel tertiam gemmam. Cic. in Bruto, Hæc & multa huiusmodi dicens, fidem faciebat: quod est è tribus officiis oratoris alterum.

Altero quoque die: hoc est, secundo quóque die. Cels. lib. 4. cap. 12, Altero quóque die vinum vel aquam bibere.

¶ Alter pro Neuter. Quint. lib. 1. cap. 1, Ita fiet, vt quum æquali cura linguam vtranque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Id est, sibi inuicem non officiant. Cæs. 1. bel. Ciuil. Quare paribus eorum beneficiis, parem se quoque voluntatem tribuere debere, & neutrum eorum contra alterum iuuare.

¶ Alter, pro vltimo duorum præcedente aliquo, qui quodammodo tertius dici possit. Terent. And. 1. 1,
　Sed postquam amans accessit pretium pollicens,
　Vnus & item alter.　Alij ad incertum numerum hoc referunt: vt sit, Vnus & item alter, Id est, plures: vt ibidem Donatus ait. Virgil. 8. ecloga,
　Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus.　Id est, duodecimus.

¶ Alter post Vterque. Quint. Quum enim vterque alteri obiiciat: palàm est vtrunque fecisse. Cic. in procemio Offic. Eodémque modo de Aristotele & Isocrate iudico: quorum vterque suo studio delectatus, cõtempsit alterum.

¶ Alter & altera. Cic. 1. Offic. Et de Nat. deor. Non vides Solem deum esse, Lunámque: quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant.

Primus & alter. Cato cap. 157, Prima est læuis, altera est crispa.

Alteri & vtrique. Cic. pro Syl. Ita charus vtrisque est atque iucundus, vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur.

Alteræ mensæ. Horat.　-& alteris
　Te mensis adhibet deum.　Sensus est, Romani tui, Auguste, pro deo te colunt, & in mensa secunda, in qua solet libatio fieri, & deorum precatio, te vt deum obsecrant, & tibi vt Laribus libant. Turnebus.

¶ Alter geminatũ sine cõiunctione. Liu. 1. ab Vrbe, Vterque vociferari: & certatim alter alteri obstrepere. Sic dicimus, Alter alteri inuidet, Alter alterum accusat, & similia.

Altera alteram non minuit. Vlp. in l. Neratius. D. De seruo corrup. Nec sufficit alterutra actione egisse: quia altera alteram non minuit.

Alter item geminatum, sed de pluribus dictũ pro Alius. Suet. in Calig. ca. 56, Nec cessauit ex eo alterũ alteri criminari, atque inter se omnes committere. Plin. lib. 11. cap. 30, de formicis, Et quoniam ex diuerso conuehunt, altera alterius ignara.

Alter præterea in eiusmodi geminatione cum verbo plurali figuratè iũgitur: sicut Alius, Quisque, Vterque. Cic. 3. de Finib. Quum alter alterum videremus. Pro eo quod est, Quum vterque nostrũm alterum videret. Eadem figura vti possumus in verbo secundæ personæ: vt, Alter alterum docetis. Id est, Docetis vos mutuò. Sed hoc de duobus dictum intellige. Nam de pluribus, haud scio an loqui sic liceat, Alter alterius onera portate. Pro alij aliorum.

Alter citra geminationem cum verbo quoque plurali legitur. Plautus in Truc. 8, Quondam fuit, quum inter nos sorderemus alteri. Hoc duriusculè dicit, pro eo quod erat, Quum alter alteri sorderemus.

¶ Altera die quàm. Liu. 1. bel. Maced. Nauibúsque ex classe c o s. Cornelij lectis, altera die quàm à Brundusio soluit.　Id est, Secundo dies vel duobus diebus postquam, &c.

In altera iura cedere. Horat. 2. epist. 2.

¶ Alter, iunctum numeralibus iis quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25, Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & vicesimo die (vt dicebat) reddidit. Idem, Centesima lux est hæc ab interitu Clodij, & vt opinor altera. Hoc est, vicesimoprimo, centesimaprima. Alij fortiter contendunt, Alter in his locutionibus idem valere quòd Secundus: vt sit, Altero & vicesimo, idem quòd vicesimosecundo.

Alter, alter, tertius. Cic. 3. de Diuinat. Ioues tres numerant ij qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cælo, qui genuisse Mineruam dicitur: quam principem & inuentricem belli ferunt. tertium Cretensem Saturni filium.

Primus, alter, tertius. Cic. in Partit. In primo coniectura valet, in altero definitio, in tertio ratio.

Proximus, alter, tertius. Cic. 1. Philipp. Proximo, altero, tertio, denique reliquis consequutis diebus, &c.

Vnus, alter, tertius. Cic. Vnum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat.

¶ Alter quisquam, pro Quisquam alius. Plaut. Neque me Athenis est alter quisquam, cui credi rectè æquéque putent.

Ille alter. Terent. Eunuch. 2. 3,　-ludum iocúmque　Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit.　Cicero, De illo altero quem scribis tibi visum esse non alienum.

¶ Ecce autem alterum. Terent. Eunuch. 2. 3,　-ecce autem alterum
　Nescio quid de amore loquitur.　Vbi Donatus, Sic dicimus, quum propter alterum, de altero venit in mentem.

Alter ab altero adiutus. Cic. in Bruto.

Alter ex duobus. Quintil. in procemio lib. 6, Prior alterum ex duobus eruit lumen.

Alter pro altero. Cicero in Lælio, Omniáque alter pro altero suscipiet. De duobus amicis loquitur.

Altera ætas, Horatio, pro grandi & amplo pretio ponitur: in quo Homerum est imitatus: apud quem Iliad. 1, Phœnix negat Achilli se vlla conditione passurum, vt ab eo distrahatur, non, si deus ipse promittat senectute absterfa atque ablata, adolescentiam & pubertatem. Locus Horatij est epist. 2. ad Lollium lib. 1,　-pretium ætas altera sordet.　Hæc Lambin.

¶ Alterum tantum. Liuius 1. Decad. lib. 8, Alterum tantum ex Latino delectu adiiciebatur. Id est, Tantundem. Rursus lib. 10, Militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tantum centurionibus atque equitibus diuisit. Cic. in Orat. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: vt necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem.

¶ Alter, pro Similis eleganter ponitur. Liu. 1. bel. Pun. Sed pater ipse Amilcar, Mars alter, vt isti volunt. Cic. 7. Verr. Alter Verres luxuria & nequitia.

Alter ab illo. Virg. 5. eclog.
　-tu nunc eris alter ab illo.

Alter ego. Cic. ad Att. lib. 4. epist. Pompeius ad omnia me alterum se fore dixit. Sic ad Cælium lib. 2. epist. 14, Dicerent iniqui, non me planè post annum de prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Et ad Cæsarem lib. 7. epist. 5, Vide quàm mihi persuaserim, te, me esse alterum.

Alter idem. Cic. in Lælio, Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem.

¶ Alter & pro Non bono ponitur: vt in auguriis altera quum appellatur auis, quæ vtique prospera non est. Sic Alter nonnunquam pro Aduerso dicitur & malo. Festus.

Alternus, adiectiuum (ἀμοιβαῖος) Quod fit alternatim, seu alternatis vicibus. Cic. pro Archia, Quòd epigramma in eum fecisset, tantummodo alternis versibus longiusculis. Virgil. 7. ecloga,
　Alternis igitur contendere versibus ambo　Cœpere.　Id est, Dicere versus alternis vicibus.

¶ Alternum, pro vario. Virg. eclog. 5,
　Carmina descripsi, & modulans alterna notaui.　Vbi Seruius, Alterna, varia: propter musicam, cuius sonus varius inuenitur ex pedũ dissimilitudine.

¶ Alternum, pro mutuo. Catull.
　Alternum hoc sanctæ fœdus amicitię.　Id est, Mutuum fœdus inter nos.

Alternus, pro secundo. Virg.
　Vix hostem alterni si congrediamur habemus.　Id est, Secundus quisque.　Sic, Alternos longa nitentẽ cuspide gressus, dixit, pro Passus alterius vulnerati pedis hastili sustentantẽ & fulciẽtem. Turneb.

¶ Alternum, absolutè positum. Virg. 3. ecloga,　Amant alterna Camœnæ.　Vt puta versus alternos, aut cantus.

Alterna loqui. Horat. 1. Serm. saty. 8.

Alternis annis: Id est, Altero semper ex duobus: Alternis annis ęgrotat. Cato de Re rust. cap. 59.

Alterna iactat brachia. Virg. 5. Æneid.

Alternæ ciuitates reiectæ. Cic. 4. Verr. Quod priuatus à populo petit, aut populus à priuato, Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur: quũ alternæ ciuitates reiectæ sunt. Id est, Alternatim à priuato & à populo: quum priuatus nunc hanc, nunc illam reiecit: populus similiter illam ac illam.

Alterna consilia reiecta. Cic. in Vatinium, Et quoniam crebrò vsurpas, legem te de alternis consiliis reiiciendis tulisse: vt omnes intelligant te ne rectè quidem facere sine scelere potuisse: quæro, &c.

Alterno quoque die. Cels. lib. 3, Vtilis quotidianus, aut alterno quoque die post cibum vomitus.

Alternis diebus. Plin. lib. 8. cap. 16, Raros in potu, vesci alternis diebus. Loquitur de leonibus.

Alternorum iudicum reiectio. Cic. pro Plancio, Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi edititios iudices es sequutus. quod genus iudiciorum si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria, non intelligo quamobrem Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas: de ipso denique ambitu, reiectionem fieri voluerit iudicum alternorum.

Alterna periere manu. Ouidius 5. Trist. de fratribus qui se mutuò occiderunt.

Alterna morte fratrem redemit Pollux. Virg. 6. Æneid.

Alternum pedem facere, apud Papinium esse videtur Claudicare: nam sic de elegia, cuius alter versus longior, alter breuior, dixit,

Quas inter vultu petulans elegia propinquat
Celsior assueto diuásque hortatur, & ambit,
Alternum fatura pedem. Turneb.

Alterno pede terram quatere, pro Saltare. Horat. 1. Carm. 4.

Alternis pedibus insistere. Plin. lib. 10. cap. 23. De gruibus loquitur.

Alternus pulsus. Plin. lib. 2. cap. 82.

Quies alterna. Quintil. lib. 1, Nam quæ sensu & anima carent, vt seruare vim suam possint, alterna quiete retinentur. Ouid. 4. epist.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Alternis sermonibus aptus Iambus. Horat. de Arte, 17.

Alterno tempore. Lucret. lib. 5.

Alternis verbis. Liu. 1. Decad. lib. 8. Id est, altero quoque verbo, siue secundo quoque verbo.

Alterna vice. Colum. lib. 3. cap. 2, Vtraque candidi musti alterna vice annorum plus aut minus afferunt.

Per alternas vices ire. Ouid. 4. de Ponto, 2.

Alternis vicibus. Senec. in Hippol. 10,

-vomitque vicibus alternis aquas.

Alternis (ἀμοιβαδίς, παραλλάξ) quidam aduerbium putant: sed verius est nomen adiectiuum, in quo interdum subaudiatur substantiuum. Vide ALTERNVS adiectiuum.

Alternis, ablatiuus repetitus, interdum cum substantiuo, interdum sine substantiuo. Plin. lib. 8. cap. 30, Hyænis vtranque esse naturam, & alternis annis esse mares, alternis fœminas fieri, párere sine mare vulgus credit. Seneca epistol. 121, Alternis Catones, alternis Vatinij. Id est, nunc Catones, nunc Vatinij. De iis qui sibi non constant, sed moribus sunt variis. Videtur subintelligi, Vicibus, aut aliquid simile. Plinius Iunior ad Apollinarem, epist. 101, accipit pro vario & alterno ordine. Sic enim ait, Alternis viticulæ surgunt, alternis inserta sunt poma.

In ablatiuo Alternis, interdum substantiuum subauditur. Virg. 3. eclog. Alternis dicetis. Sub. vicibus aut versibus. Idē 1. Georg. Alternis idem tonsas cessare nouales. Sub. annis: Id est, alternatim, vt Seruius interpretatur. Alibi, vt sensus exiget, accipiendum erit.

Alternis facilis labor. Virg. 1. Georg. Id est, intermissis, subaudi Agris. Seruius.

Alterno, alternas (ἀμείβω, παραλλάττω, ἐναμοιβάζω) alternare, verbum ex nomine alternus. Est è duobus modò vnum, modò alterum facere: & quasi alternis vicibus variare. Plin. lib. 7. cap. 13, Alij aliæque fœminas tantùm generant, aut mares: plerunque & alternant. Colum. lib. 5. cap. 6.

Alternare, quum ad animum refertur, est nunc hoc, nunc illud animo agitare. Virg. 4. Æneid.

Hæc alternanti potior sententia visa est. Vbi Seruius, Alternanti, varia mente tractanti. Hinc Alternare sententiis dicitur, qui subinde variat: & nunc vnum, nunc aliud dicit: cuiusmodi est testis vacillans & parum sibi consentiens. Ex Budæo.

Alternare cibum, pro Vicissim distribuere. Plin. lib. 10. cap. 33. de hirundinibus loquens, In fœtu summa æquitate alternant cibum.

Alternat fertilitas arborũ. Plin. lib. 16. cap. 6, Arborum fertilitas omniũ ferè alternat, sed maximè fagi.

Alternat fructus. Plin. lib. 15. cap. 3. de olea, Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus.

Alternant fructum quædam arbores. Plin. lib. 16. cap. 38.

Alternare vices. Ouidius 15. Metamorph. 82. de hyænis, quæ sexum alternant.

Alternante aqua. Propert. lib. 2. eleg. 27.

Alternantes (ἀμείβοντες.) Virg. 3. Georg.

Illi alternantes multa vi prælia miscent.

Alternatus, pen. prod. participium (ἐναλλαγείς.) Plin. lib. 29. cap. 4, Canis vnguibus adalligatis ceruino corio, neruísque cerui alternatis & dorcadis.

Alternata conditio, quæ vulgò Alternatiua dicitur. Vlpianus in l. Quæ sub conditione. D. de condition. institut. Sed si sub iurisiurandi conditione sit institutus, aut si decem dederit: hoc est alternata conditione: vt aut pareat conditioni, aut iuret, &c.

Alternatus ex diuersis rebus. Senec. epist. 44. ex splendidissimis sordidissimísque alternata series. Id est, conserta.

Alternatio, verbale (ἐναλλαξις) Per vices successio. Festus.

Iurisconsulti pro disiunctione vsurpant, quum dicitur Illud aut illud. L. 7. §. quod autem. D. de iniur. l. 2. §. 2. D. quod cert. loco. Vsurpatur etiam impropriè pro rerum complexione, & ambarum rerum coniunctione: vt l 9. D. de ser. corrupt. Qui cum extraneo agit, siue recepit, siue corrupit, agere potest: qui cum socio sine alternatione, hoc est, extraneus vtroque casu tenetur, socius hoc vno duntaxat, si corrupit. Hotom.

Alternatim, pen. prod. aduerbium (ἀμοιβαδίς) Per vices. Quadrigarius annalium lib. 3, Item gaudium atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Alternè (ἀμοιβαίως) aduerbium à nomine Alternus: Id est, alternatim, seu alternis vicibus. Plin. lib. 11. cap. 37, Supercilia homini & pariter & alternè mobilia.

Altero, alteras, pen. corr. (ἑτεροιόω) alterare, Variare, & quasi alterum facere. Ouid. 1. Fast.

Ille suam faciem transformat, & alterat arte. Item in Metamorphosi, Alterat vndas.

Alteratio (ἀλλοίωσις) quam philosophi definiunt esse progressionem ab vna qualitate in alteram. Calep.

Alterplex, Duplex. Festus.

Altera, Alterutra. Festus.

Altéruter, penult. corr. altérutra, altérutrum, alterutrius (ἑκάτερος) de duobus dicitur. Et est vnus ex duobus. Alter. Cic. ad Atticum, lib. 8, Si vobis videretur, alteruter vestrûm ad me veniret.

In alterutram partem. Cic. pro Rosc. Com. Dabit enim nobis iam tacitè vita acta, in alterutram partem firmum & graue testimonium.

Alterutrum latus. Plin. lib. 2. cap. 17.

Alteruter modus. Celsus, Id quod infunditur, neque frigidum esse oportet, neque calidum, ne alterutro modo lædat.

Alterutrinque, aduerbium (ἑκατέρωθεν.) Plin. lib. 20. cap. 7, de lactucæ facultatibus, Nec vlla res in cibis auiditatem incitat, inhibétque eadē: in causa alterutrinque modus est. Quidam legunt ex vetusto codice, In causa alterutraque modus est.

Altrinsecus, pen. corr. (ἑτέρωθεν) aduerbiũ, E regione, vel Ex altera parte. Plaut. Mil. 8. Quid illic astas? quin retines altrinsecus? Idē Pseud. 5, Pseudole, assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis.

Altrouersum, aduerbium obsoletum. Plaut. Casina 12,

-verum autem altrouersum quum eam mecum
Rationem puto, eius esset mecum postulatio. Id est, in alteram partem, vel ex altera parte.

Altercagenum, siue altercum, herba est apud Arabas, quæ à Græcis ὑοσκύαμος, Hyoscyamus dicitur: Id est, faba porcina. Vide Plin. libro 25. cap. 4.

Altercor, altercaris, altercatus sum (ἐρίζω) altercari, & antiquè Alterco, altercas, Cum aliquo rixari siue litigare: quod propriè fieri dicitur, quum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Cæsar 3. bel. Ciuilis, Qua ex frequētia T. Labienus prodiit, summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Terent. And. 4. 1, Cum patre altercasti dudum. Vbi Donatus, legitur & Altercatus es. non enim Alterco dicimus.

Altercantur inter se mulierum ritu. Liu. 3. ab Vrbe. Horat. 2. Serm.

Altercante libidinibus tremis ossa pauore. Id est timore rixante cum libidinibus: quia scilicet pauor inde retrahit, quò libido trahit.

Altercatio, verbale (ἔρις) Iurgatio, vt ait Festus. Liu. 1. ab Vrbe, Inde cum altercatione congressi. Idem 5. bel. Maced. Altercatio inde, non sermo fuit. Cic. ad Lentulum, lib. 1. epist. 2. & ad Att. lib. 4.

Altercatio, Litigandi genus in iudicio. Cicero Attic. lib. 1. 11, Clodium præsentem fregi in senatu cum oratione perpetua, plenissima grauitatis, tum altercatione eiusmodi, ex qua licet pauca degustes. Huius altercationis artem & præcepta latissimè docet Quintilianus lib. 6. cap. 4. Et lib. 10. cap. 1, Altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optimè Socratici præparant. Altercationibus velociter occurrere. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Altercator, pen. prod. altercatoris (ἐριστής) Patronus qui in iudicio vtitur altercatione. Quintil. lib. 6. cap. de Altercatione, Bonus altercator vitio iracundiæ careat.

Altercator turbidus & clamosus. Quintil. ibidem.

Alternatim, Alternatus, Alternatio, Alternè, Alterno, Alternus, Vide ALTER.

ALTHEA, pen. prod. (Ἀλθαία) Thestij filia, OEnei Calydoniæ regis vxor, Meleagri mater. Ouid. 8. Metam.

Quum videt extinctos fratres Althea referri. Huius scelere Meleager filius extinctus est. Cuius facti postea pœnitens, laqueo vitam finiuit, vt tradit amplissimè Diodor. Siculus lib. 5. cap. 2. Ouidius tamen occubuisse, -acto (inquit) per viscera ferro. Vide MELEAGER. Senec. in Medea 10,

Piæ sororis impiæ matris facem Vltricis Altheæ vides.

Althea, OEnei regis Ætolıæ vxor fuit, & mater Tydei, vt scribit Seruius enarrans illud Virg. 6 Æneid.

Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopæus.

Althæa (ἀλθαία) genus maluæ syluestris, ab excellētia effectus à quibusdam ἀριστάλθαια appellata, teste Plin. lib. 20. cap. 21, Hæc & hibiscus vocatur Virgilio,

Hœdorúmque gregem viridi compellere hibisco. Vulgò Bismaluam appellamus, Maluauiscum.

ALTHEMENES (Ἀλθαιμένης) Cissi filius, qui Argos ædificauit, quo tempore Patrocles Spartam condidit. Strab. lib. 10.

ALTHEPAS, Neptuni filius fuit, qui, vt author est Pausanias, post Horũ regnauit apud Trœzenios, à quo & Althepia sit terra cognominata. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 12. cap. 9.

ALTILIA, oppidum Liguriæ à Tranquillo commemoratum: hodie quoque *Altiuola* vulgò appellatur. Volaterranus.

Altilis, Vide ALO.

ALTINVM, pen. prod (Ἄλτινον) Venetiæ oppidum iuxta Torcellum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 18. Strabo lib. 5, Altinum in palude est, similem Rauennæ situm habens.

ALTINATES, pen. prod. Altini incolæ. Plin. Iunior lib. 3. ad Maximum, epist. 46, Arrianus Maturius Altinanum est princeps.

Altinates

Altinates lanas in tertio bonitatis ordine censet Martialis in Apophoretis hoc disticho,
Velleribus primis Appulia, Parma secundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ouis.
Altinates oues laudantur Colum. lib. 2. cap. 2.
ALTIS, lucus. Vide Altius Iuppiter.
Altisonus, Altitonans, Altitudo, Altiuolans, Altiuolus, Vide ALTVS.
Altor, Vide ALO.
Altrinsecus, Vide ALTER.
Altrix, Vide ALO.
Altrouersum, Vide ALTER.
Altus, Vide ALO.
Altus, altior, altissimus {ὑψηλός} adiectiuum notæ significationes: vt, Alta maceria pedes quinque. Cato, de Re rust. cap. 15. Et Virgil. 12. Æneid. Desuper altus equo grauiter ferit.
Alti colles attolluntur. Plin. lib. 12. cap. 12.
Altus aceruus. Lucret. lib. 3.
Cælum. Virgil. eclog. 4. Ouid. 2. Metamorph.
-& quà vix manè recentes
Enituntur equi: medio est altissima cælo.
Cerulees. Virgil. 1. Æneid.
Gradus altos euadere. Virgil. 4. Æneid.
Humus alta. Horat. Epod. 16.
Iter altum ire. Virgil. 4. Georg.
Altius iter egit, tactus cæli cupidine. Ouid. 8. Metamorph.
Iuba alta. Seneca Hippolyt. 10.
Montes. Virgil. 3. Georg.
Lunam altam suspiciens. Virgil. 9. Æneid.
Nemora. Virgil. 3. Georg.
Nix. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Præsepes. Virgil. 7. Æneid.
Altus quinquagenûm pedum. Vide LATVS cum genitiuo.
Via alta atque ardua. Cic. 1. Tusc.
Alta via ad Argos collibus ruptis. Senec. in Hippolyt. 10.
Altissimus à nobis cæli complexus. Cic. 2. de Nat. deor. Restat vltimus, & à domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus, qui idem Æther vocatur.
Editus in altum. Cic. 5. Verr. Sic est hic ordo quasi propositus, atque editus in altum: vt ab omnibus ventis inuidiæ circunflari posse videatur. De ordine Senatorio loquitur.
Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo suâ ad Pontif.
In altissimo amplissimoque gradu dignitatis locati. Cic. 1. Philip.
In altissimo gradu positus alienis opibus. Cic. pro Sextio.
¶ Altum, Excellens, gloriosum. Virgil. 3. Georg.
Te sine nil altum mens inchoat. Nonius.
Alta & exaggerata oratio. Cic. in Orat. Ita neque humilẽ, nec abiectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat.
Altior spiritus. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.
Alta tapeta. Virgil. 9. Æneid.
Altus thorus. Virgil. 2. Æneid.
Inde thoro pater Æneas sic orsus ab alto. Vbi altum thorum summum locum interpretatur Seruius, quem locum dicit pontificalem fuisse. Vide Turnebum.
Vir altus & excellens. Cic. lib. de Finib.
Altus vultus. Horat. 4. Carm. 9.
Altus homo, Magnus. Virgil. 10. Æneid. -iacet altus Orodes. Idem, Altus Apollo, 6. Æneid.
Altissimus æstus. Plin. lib. 16. cap. 1.
Magnus & altus vir. Cic. 5. Tuscul.
Iuppiter. Ouid. 2. de Arte amandi.
Alta mente præditus homo, Id est, magna sapientia. Cic. pro Mil.
Pecunia. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2,
Sic tibi semper honos, sic alta pecunia crescet.
Altus, Nobilis. Virgil. 10. Æneid.
Altus Æneas. Horat. 2. Serm. satyr. 5.
Carthago. Virgil. 4. Æneid.
Excelsus, altus, & humana despiciens. Cic. 2. Tuscul. Te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit.
Alta Roma. Virgil. 1. Æneid.
Altissime princeps. Claudian. epigram. 20. Scribit ad Honorium imperatorem.
Altus, Profundus. Cæsar 8. bel. Gall. Altissimo flumine velut indagine munitum. Seruius in 1. Æneid. Altum, inquit, & superiorem & inferiorem altitudinem significat. nanque mensuræ nomen est altitudo. Plinius lib. 10. cap. 48, Apicius nepotum omnium altissimus gurges.
Cupido. Cornel. Tacit. lib. 20.
Euphrates. Virgil. 4. Georg.
Flumen. Virgil. 4. Georg.
Fundamenta theatri. Virgil. 1. Æneid.
Gemitus. Virgil. 11. Æneid.
Gurges. Virgil. 6. ecloga.
Mare altum. Virgil. 7. Æneid.
Alta mente repostum. Virgil. 1. Æneid.
Otium. Plin. Iunior, epist. 180.
Quies. Virgil. 6. Æneid.
Altissimis radicibus defixa virtus. Cic. 4. Philip. Virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquàm vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.
Silentia. Virgil. 11. Æneid.
-quid me alta silentia cogis Rumpere? Id est, vt inquit Nonius, ea quæ pressa & obscura sunt.
Somnus. Horat. Serm. 2. satyr. 1. 2.
Sopor, Multus & profundus. Virgil. 8. Æneid. Altissimus somnus, Liu. 7. ab Vrbe.
Spelunca. Virgil. Æneid. 6.
Stirpes stultitiæ. Cic. 3. Tuscul.
¶ Altum, secretum, reconditum, ait Seruius. Virgil. 10. Æneid.
Altus dolor. Virgil. 1. Æneid.
Alta mens, & placida. Quintil. lib. 6. in proœm.
Altum pectus. Virgil. 6. Æneid.
¶ Altiores literæ, pro Maiore doctrina. Senec. de Benef.
Altiora studia. Plin. Iunior. epist. 16. lib. 5.
¶ Altum, Vetus, antiquum. Virgil. Georg. lib. 4.
-altius omnem
Expediam prima repetens ab origine, famam. Nonius.
¶ Altum, absolutè, pro Cælo. Virgil. 1. Æneid.
Hæc ait, & Maia genitum demisit ab alto.
¶ Altum, Profundior maris pars, & à terra remotior, siue ipsum mare. Sallust. Et piscatoria scapha in altum nauigat. Virgil. 1. Æneid.
Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. Cic. 1. Offic. Vt sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionésque contulerit.
Alto iactatus. Virgil. 1. Æneid.
Altum tenere. Virgil. 5. Æneid.
Ab alto vrget in breuia & syrteis. Virgil. 1. Æneid.
Ex alto emergere. Cic. lib. 4. de Finib. Id est, è mari. Quis enim ignorat, si plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad respirandum, qui ad summam aquam iam appropinquent?
In altum abstrahere aliquem. Cic. 3. de Orat. Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit.
In altum vela dare. Virgil. 1. Æneid.
In alto tempestas magna est, Id est, in mari. Cic. 2. de Inuent. Quum magna in alto tempestas esset, vis ventorum inuitis nautis Rhodiorum in portum nauem coegit.
Per altum ire. Virgil. 3. Æneid.
Altè {ὑψηλῶς} aduerbium qualitatis, quod modò excelsè, modò profundè significat. Liu. 1. ab Vrbe, Ferrum haud altè in corpus descẽdisse. Id est, Non profundè.
Altius, cui opponitur Inferius. Ouid. 2. Metamorph.
Altè cadere non potest. Cic. in Orat.
Altè cinctus. Horat. serm. 2. satyr. 8. Altè cinctum antiqui vocabant strenuum, fortem, virilem, minimè mollem: credo quòd genus illud cincturæ hominum non esset delicatorum. Nam præcinctura vt fluxior & laxior in Cæsare argumentum habuit mollitudinis: & discincti quoque effœminati habebantur. Senec. lib. 4. epist. de Mecœnate, Altè cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium & grande & virile, nisi illud ipse discinxisset.
Altius cogitare aliquid. Cic. in Orat.
Altius efferre caput. Virgil. 3. Georg.
Altius exaggerata oratio. Cic. in Bruto.
Altè extollere pugionem. Cic. 2. Philip.
Altè extulit dextram. Virgil. 5. Æneid.
Altius imprimere sulcum. Cic. 2. de Diuinat. Quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus.
Altius ingredi. Virgil. 3. Georg.
Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altius ingreditur.
Altius ordiri. Vide ORDIOR.
Altius penetrare. Celsus libro 5. cap. 27, De fistulis & earum generibus loquitur.
Altius ad viuum persedit. Virgil. 3. Georg. Id est, ossa & medullas penetrauit. Seruius.
Altius perspicere. Cic. 2. Verr. Indignum videbatur iis qui altius perspiciebant.
Altius aliquid prosequi. Plin. lib. 2. cap. 23.
Altè petitum proœmium. Cic. pro Cluentio, Incipit longo & altè petito proœmio respondere.
Altius repetere narrationem sæpe legitur, quod Sallust. Suprà repetere dixit. In eo sensu est illud Virgilianum in 4. Georg.
-altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.
Altius cura serpit. Plin. lib. 14. cap. 11.
Altè subiectare harenam. Virgil. 3. Georg.
Altius tollere se à terra. Cic. 5. Tuscul. Itaque & arbores, & vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altius possunt: alia semper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondescunt.
Verbum altius transferre. Cic. in Orat.
Altè oculis vestigare. Virgil. 6. Æneid.
¶ Altè, Iugiter, Diu, authore Seruio. Virgil. 4. Æneid.
-it stridor, & altè
Consternunt terram, concusso stipite, frondes.
¶ Altè, pro Longè. Claudian. lib. 2. de rapt. Proserp.
Inualidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce grauem, nec pubescentibus altè
Cristatum radiis. Id est, Longè fulgentibus. Sic enim exponit Parrhasius, citans & illud Stat. in Thebaid.
-ignipedum moderator equorum
Ipse tuis altè radiantem crinibus arcum, &c.
Altisonus. pen. corr. {ὑψηχής} nomen poeticum quod ex alto sonat. Cic. 3. Tuscul. Septum altisono cardine templum.
Altisonus Iupiter. Cic. 1. de Diuinat.
Hic Iouis altisoni subitò pinnata satelles
Arboris è trunco.
Altisoni mariti prælia referens. Claudian. epigram. 17.
Altitonans, pen. corr. {ὑψιβρεμέτης} poeticum ad Iouem pertinens, quia ex alto tonat. Cic. 1. de Diuinat.
Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.
Altitudo, pen. prod. altitudinis, denominatiuum. Est propriè rei alicuius sublimitas.
Arboris altitudo, ad quinque pedes. Plin. lib. 12. cap. 15.

Altitudo ædium.Cic.Offic.lib.3.
Immensitas altitudinum.Cic.1.de Nat.deor.
Altitudinem assumere. Cic.de Vniuers. Id fit,quum speculorum læuitas hinc illincque altitudinem assumpsit,&c.
¶Altitudo,Profunditas.Plin.lib.10.cap.33.
Altitudo maris.Cic.ad Attic.lib.9.
Concauæ altitudines speluncarum.Cic.2.de Nat.deor.
Infinita altitudo. Cic.1.de Diuinat.Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra descedisset. Id est, profunditatem. Idem 6.Verr.Spelunca altitudine infinita.
In altitudinem mirandam depressus. Cicero 7.Verr. de Lautumiis Syracusanis.
In profundam altitudinem maris se immittere.Senec.epist.71.
Altitudo plagæ.Id est,profunditas.Cels.lib.7.cap.7.
¶Altitudo animi, penè idem significat quod animi magnitudo. Cic.2. Offic.In liberis verò populis,& in iuris æquabilitate,exercenda est etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. Idem in Partit. Altitudo animi in capiendis incommodis.
Altitudo,& Facilitas animi,contraria,Cic.1.Offic.
Elatio atque altitudo orationis.Cic.in Bruto.
Altitudo ingenij, apud Sallustium non est, quæ à Cicerone animi altitudo dicitur, scilicet quædam animi excelsitas & magnitudo in magnis rebus gerendis, & incommodis capiendis, & fortiter ferendis, sed eleganti nouitate,est profundus quidam altéque demersus animi sensus, neque aliis patens,notúsve, sed penitus reconditus, quæ (nisi fallor) etiam à Græcis βαθύτης dicitur. Eius autem verba sunt, Ad simulanda negotia altitudo ingenij incredibilis. Turnebus.
Altiuolans, pen. corr.om.g. {ὑψιπέτης} Nomen poeticum, dicitur quod in altum volat.Cic.1.de Diuinat.ex Ennio,
-at Romulus pulcher in alto
Quærit Auentino,seruat genus altiuolantum. Id est,auium.
Rota Solis altiuolans.Lucret.lib.5,
Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo
Altiuolans poterat,&c. Sic enim ex Macrobio legendum esse contendit Lambinus.
Altiuolus,pen.corr.adiectiuum. Plin.lib.10.cap.19,Sunt ferè omnes altiuolæ præter nocturnas. Et cap.47. Grauiores omnes fruge vescuntur:altiuolæ,carne tantùm. De humantopodibus loquitur.
ALTIVS Iupiter{ Ἄλτιος Ζεύς } cognominatus est(vt Pindarici expositores interpretantur)quòd Altis,lucus sit sacer Ioui.Aristodemus verò locum circa Olympiam hoc nomine vocari prodidit, vnde sit Iupiter vocatus Altius.

A L V

Alueus, aluei { ποταμοῦ χεῖμα } Continens fluminis inter vtranque ripam. Virgilius,
Assuetæ ripis volucres,ac fluminis alueo. Plin.lib.7. cap.2, Alueus nauigabilis.
Alueo pleno fluit.Quintil.lib.2.cap.1.
¶Alueus, pro vase ligneo concauo.Liu.1.ab Vrb.
¶Alueus,pro naui. Propertius,
Portabat sanctos alueus ille viros.
Alueo accipit ingentem Æneam.Virgil.6.Æneid.
¶Alueus,pro Carina videtur accipi apud Liu.Decad.3.lib.3,Ibiq;(adeò non armamenta modò, sed etiam aluei nauium quassati erant) subductæ naues dum reficiuntur,aliquantum téporis triuerunt. Sallust. in Iugurth.Hique alueos nauium inuersos pro tuguriis habuere.
¶Alueus, Vas in quo apes cótinentur & mellificant. Plin.lib.11.cap.16, Hoc alueis ex cornu laternæ translucido factis,expertum est.
Alueus fagineus.Ouid.8.Metamorph.
Alueus vernus. Tibull.2.eleg.1.
Alueus pro ipsis apibus.Plin.lib.11.cap.16,Feruntque societate fraudata alueos mori.
Alueus lusorius. Plin.lib. 37. cap. 2, Transtulit alueum cum tesseris lusorium è gemmis duabus,latum pedes tres,longum pedes quatuor.
Alueolus,alueoli, pen. corr. {σκάφιον} diminutiuum ab Alueus: vas est ligneum concauum. Liu.8.bel. Pun. Secures,falces, alueolos,molas. Columel. lib. 8. cap. 5, Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat.
Alueolum pignerare. Iuuenal.
Cuius & alueolos, & lænam pignerat Atreus. De poeta intelligitur,qui dum Atream tragœdiam scribit,oppressus paupertate cogitur alueolos,id est, lances suas & paropsides, & lænam pignerare, Id est,pignori opponere. Turnebus.
¶Alueolus, Tabula lusoria. Cic. 5.de Finib. Aut alueolum poscere,aut quærere quempiam ludum. ¶ Alueoli etiam in balneis sunt.Vitruu. lib.5.cap 10.
Aluear,siue Alueare, pen.prod. & Aluearium {σμῆνος,κυψέλη} ab Alueo denominatum,tametsi dici potest locus vbi sunt aluei apum: tamen potius accipitur pro copia alueorum eodem in loco positorum, ac apum mellificantium. Sic Valla lib. 1. Columel.lib.9.cap.11,Quum vetus alueare numero apium destituitur.
Aluearia pro ipsis alueis, Id est,vasis in quibus apes continétur,& mellificant. Plin. lib.21. cap.14, Circunlini aluearia fimo bubulo vtilissimum. Sic idem alibi sæpius. Virgil.4.Georg.
-aluearia vimine texta.
Alueatus,pen.prod.adiectiuum {κοῖλος} In modú aluei cauatus. Cato cap. 43, Sulcos, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet. Id est, deorsum fastigiatos.
Alueolatus,penult.prod.adiectiuum {κοιλωτός} Vitruuius lib.3.cap.3.de Columnarum faciédarum ratione, Stylobatam ita oportet exæquari, vti habeat per mediú adiectionem per scamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur,alueolatus oculo videbitur.
Aluinus, Vide ALVVS.
Alum { σύμφυτον πετραῖον } Authore Plinio lib. 28. cap. 6, herbæ species est, quæ in petris præcipuè nascitur, similis cunilæ bubulæ, foliis paruis,ramis tribus, aut quatuor à radice, cacuminibus thymi,surculosum,odoratum, gustu dulce,radice longa,& rutila. Ruell. Symphytum vulgò credit vocari.
Alumen,penult.prod.aluminis,pen.corr.neut. gen. {στυπτηρία} Res est vulgò notissima.Plin.lib.35.cap.15,post sulphuris tractationem sic infert, Nec minor,aut ab eo dissimilis est aluminis opera:quod intelligitur Salsugo terræ. Plura & eius genera. In Cypro candidum & nigrum,exigua coloris differentia,&c.
Aluminatus, penult.prod. adiectiuum {στυπτηριώδης} sicut Sulphuratus à Sulphure: vt, Aqua aluminata,quæ transit per venas aluminis. Plin. lib.31.cap.6.
Aluminosus, pen. prod. {στυπτηριώδης} Idem quod Aluminatus. Plin.libro 31.cap.3.
Alumnus.& Alumna, Vide ALO.
ALVNTIVM,siue Alontium, Ἀλόντιον Ptolemæo,oppidum Siciliæ,nó procul à Lilybæo promontorio. Inde Aluntini, siue Alontini, quorum meminit Plin.lib.3.cap.8.
ALVONA, Ἀλουῶνα Ptolemæo, quæ & Albona: vulgò *S. Angelo.* Oppidum Liburniæ. Inde Aluonenses, siue Albonenses populi, quorum meminit Plin.in descriptione Liburniæ.
ALVSIAE, specus sacer in Thalamo Thuriæ monte,ab Alusio proximo amne cognominatus,vt scribit Lycus. Ianus Parrhas.in Claud.
ALVSIVS,fluuius in Thuriæ monte,vnde Alusiæ specus.
Aluta,alutæ,pen.prod. {διφθέρα} pellis mollior, calceis cæterísque operibus faciendis concinnata. Cæsar 3.bel.Gall.Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. Plin.lib.23 cap.7, Produnt etiam siquis inclinata arbore, supino ore aliquem nodum eius morsu abstulerit nullo vidente, atque in aluta illigatum licio è collo suspenderit, strumas & parotidas discuti.
Alutarius,Coriarius:pellium,& coriorum concinnator. Plaut.Hic alutarius cerdo. Propriè tamen Alutarij, tenuiorum pellium dicuntur Coriarij,crassiorum.
Alutatio,corruptè(vt opinor)legitur apud Plin.lib.33.cap.4. Nam ipsemet eodem lib. cap. 16, dicit Elutia. & Hermol. super hoc loco legit Alutia. quanquam mihi diuersa videntur siquis Plinij locos diligenter conferat. Vide ELVTIA.
Alutamen,penult.prod. vel Alutamentum, à veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum. Sipontinus.
Aluus,alui,fem.gen.{κοιλία} Est,inquit Seruius,quò defluunt sordes: vt Sallustius,Simulans sibi aluum purgari.
¶Aluus,inquit Festus,venter fœminæ,ab alédo dicta est. Vnde,Gestare aluum,pro Grauidam esse.
¶Aluus,Venter qui apparet.Colum.lib.7.cap.10,Nisi obesam illuuiem, atque distentam pabulis aluum demerserit.
¶Aluum Accius masculino genere protulit.Annal.1,
Mala nemus retinens grauido concepit in aluo. Sic multi alij, teste Prisciano lib.6. Id nunc obsoletum est.
¶Alui causa dare aliquid.Plinius libro 22. cap.24, Hoc est, ad molliendam aluum.
Dolores alui cohibere.Plin.lib.23.cap.8.
Alui ductio. Cels.lib.2.cap.12,Detractionem antiqui variis medicamentis,crebráque alui ductione,in omnibus ferè morbis molliebantur.
Alui purgatio.Cic.3.de Nat.deor.Æsculapius tertius,primus purgationem alui,dentísque euulsionem,vt ferunt,inuenit.
Alui resolutio.Cels.lib.2.cap.7.
Vitia alui detrahere.Plin.lib.20.cap.7.
Aluus atra.Ouid.13.Metamorph.
Auida.Ouid.12.Metamorph.
Biliosa.Cels.lib.2.cap.8.
Cruda, vel non consistens. Cato capite 125, Aluus cruda, quæ cibos non conficit: Aluus non consistens, quæ non continet, nempe ex profluuio.
Curua.Virgil.Æneid.2,
In latus,inque feri curuam compagibus aluum.
Dura.Horat.Serm.2.satyr.4.
Fusior. Cels. lib.1. cap.3, Melior est autem in iuuene fusior, in senectute astrictior.
Grauida.Ouid.epist.6.
Inanis.Iuuenalis satyr.5.
Aluum latam trahens.Virg.4.Georg.loquitur de regibus apum.
Liquida.Cels.lib.2.cap.12. Sic lib.4.cap.19.
Longa.Ouid.4.Metamorph. Virgil.3.Georg.
Mala.Cels.lib.2.cap.4,Aluus autem mala est,ex toto suppressa.
Melior.Vide Aluus fusior.
Multiplex & tortuosa. Cic.2. de Nat.deor.Sed quum alui natura subiecta stomacho,cibi & potionis sit receptaculum: pulmones autem & cor extrinsecus spiritum ducant: in aluo multa sunt mirabiliter effecta,quæ constant ferè è neruis. Est autem multiplex & tortuosa natura, arcétque & continet, siue illud aridum est, siue humidum quod recipit,vt id mutari & concoqui possit: eáque tum astringitur, tum relaxatur: atque omne quod accipit, cogit & confundit, vt facilè & calore, quem multum habet, exterendo cibo, & præterea spiritu omnia cocta atque confecta, in reliquum corpus diuidantur.
Nigra,aut pallida.Vide ALVVS,pro excrementis alui.
Peior cita aluus est: sed ne hæc quidem terrere protinus debet, si matutinis temporibus coacta magis est: aut si procedente tempore paulatim contrahitur, & rufa est,neque fœditate odoris similem aluum sani hominis excedit.Cels.lib.2.cap.3.
Periculosa est, quæ inter febres fluens, conquiescere hominem in cubili non patitur.Cels.lib.2.cap.4.
Perniciosa. Cels.lib.2.cap.8.ad finem, Aluus nigra sanguini atro similis repentina,siue cum febre, siue etiam sine hac est,perniciosa est. Hic pro excrementis accipitur.
Pestifera.Vide ALVVS,pro excrementis alui.
Pinguis.Vide ALVVS,pro excrementis alui.
Aluus rufa.Vide Peior cita aluus est.
Superior,pro Ventriculo.Cato, Aluum si voles deiicere superiorem,

Tenera

Tenera. Cels. lib. 3. cap. 18.
Tuta Cels. lib. 2. cap. 8. Tumens. Plin. lib. 2. cap. 5.
Varia. Vide ALVVS, pro excrementis alui.
¶ Aluum astringit labor, sedile, &c. Cels. lib. 1. cap. 3.
Astricta, vel Astrictior aluus. Vide Aluus fusior.
Ciere aluum, Id est, soluere. Plin. lib. 20. cap. 9.
Humorem alui ciet radix labruscæ decocta in aqua. Plin. lib. 23. cap. 1.
Cita aluus. Id est, soluta. Plin. lib. 27. cap. 4. Idem lib. 23. cap. 7, ad finem, Sorba recentia stomacho & aluo citæ prosunt.
Citam aluum compescere. Plin. lib. 24. cap. 13.
Citam aluum emendare. Plin. lib. 24. cap. 10.
Cita aluus exercet aliquem. Cels. lib. 1. cap. 6.
Coacta. Vide Peior cita aluus est.
Cohibere aluum. Plin. lib. 23. cap. 1.
Commoueri aluo. Plin. lib. 2. cap. 41.
Comprimere, & Mouere aluum, contraria. Cels. lib. 1. cap. 10.
Concita. Plin. lib. 21. cap. 12.
Conquiescit aluus. Cels. lib. 4. cap. 19.
Non consistens aluus. Vide paulo antè, Cruda, &c.
Aluo continere filium. Cic. 1. de Diuin. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit se peperisse Satyriscum. Eodem modo dicitur Continere spem aluo. Idem pro Cluentio, Spem illam, quam in aluo commendatam à viro continebat.
Contrahitur aluus. Cels. lib. 4. cap. 19. Id est, Supprimitur.
Deiicere aluum, Idem quod Aluum soluere. Cato cap. 156, Aluum si voles deiicere, superiorem sumito cymam brassicæ.
Descendit aluus. Cels. lib. 2. cap. 7.
Detrahere aluo aquam. Plin. lib. 24. cap. 8 de Sambuco.
Ducere aluum. Cels. lib. 2. cap. 12. & lib. 4. cap. 3.
Elicere aluos. Plin. lib. 19. cap. 5, de Raphano, Sapor autem asper & medicamenti instar ad eliciendas aluos.
Emollire aluum. Plin. lib. 20. cap. 2, Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum.
Euacuare aluum. Plin. lib. 20. cap. 6.
Extrema aluus. Cels. lib. 2. cap. 8. Id est, id quod extremum excernitur.
Aluus plurimùm negotij exhibet homini. Plin. lib. 26. cap. 8, Plurimùm tamen homini negotij aluus exhibet, cuius causa maior pars mortalium viuit. Aliàs enim cibos non transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs non conficit. Eóque mores venêre, vt homo maximè cibo pereat. Pessimum corporum vas instat vt creditor, & sæpius die appellat.
Exinaniri aluum. Plin. lib. 22. cap. 21, Et si decocti succus bibatur, efficacissimè exinaniri.
Facere bonam aluum. Cato, Vinum si voles concinnare vt aluum bonam faciat, &c.
Fertur aluus. Cels. lib. 4. cap. 19, Vbi & liquida aluus, & sæpius quàm ex consuetudine fertur.
Firmare aluum. Plin. lib. 14. cap. 18, Thasiam vuam Ægyptus vocat apud se prædulcem, quæ soluit aluum. Est contrà in Lycia quæ solutam firmat.
Fluit aluus. Vide Aluus ducitur. & apud Cels. lib. 4. cap. 19.
Fluens aluus. Vide Aluus periculosa.
Aluo folia imposuit, epiphoris, stranguriæ, & vesicæ. Plin. lib. 25. cap. 5.
Inanire aluum. Plinius libro 24. cap. 16, Aluum inaniunt ex sale & aceto sumpta.
Inhibere aluum. Plin. lib. 19. cap. 8, de beta. Vide INHIBEO.
Iniicienda aluus est aquâ. Cels. lib. 2. cap. 12, Tum iniicienda aluus est, si leui medicina contenti sumus, purâ aquâ: si paulò valentiori, mulsâ: si reprimendi causa, ex verbenis.
Leuare aluum. Plin. lib. 23. cap. 7. ad finem, Inuenio apud authores, siquis matutino cerasa roscida cum suis nucleis deuoret, in tantum leuari aluum, vt pedes morbo liberentur.
Aluus liquanda, interdum etiam ducenda, quibus extenuatum corpus incipit spiritum trahere commodius. Cels. lib. 4. cap. 4.
Mollire. Plin. lib. 20. cap. 9, Aluum modicè mollientem.
Mouere. Plin. lib. 20. cap. 20. ad finem.
Aluum mouens vinum. Id est, quod aluum citat & mollit. Cato cap. 115.
Purgare. Plin. lib. 20. cap. 7, Idem succus aluum purgat.
Reddit aluus satis quotidie alicui. Vide Aluus liquida.
Reddere cum multo spiritu. Cels. lib. 2. cap. 7.
Reddere aluo. Cels. lib. 7. cap. 23, Vrgent enim febres ardentes, & aut virides, aut nigri vomitus: præter hæc ingens sitis, & linguæ aspritudo, feréque à die tertio spumans bilis aluo cum rosione redditur.
Reprimere. Vide Aluus iniicienda.
Sistitur aluus ladano vtroque. Plin. lib. 26. cap. 8.
Aluum sistere. Plin. libro 20. cap. 7, Lactucæ copiosiores aluum soluunt, modicè sistunt.
Soluere. Plin. lib. 23. cap. 8, Siliquæ recentes, stomacho inutiles, aluum soluunt. Eædem siccatæ sistunt.
Subducere. Corn. Cels. lib. 3. cap. 4.
Substitit aluus. Cels. lib. 6. cap. 11.
Subtrahere. Corn. Cels. lib. 3. cap. 4, Deinde eam materiam quæ lædere videbatur, ducendo, sæpius aluum subtrahebant.
Succurrere aluo. Plin. lib. 20. cap. 23.
Supprimere. Celsus libro 4. capite 19, Alia via est, vbi velis aluum supprimere.
Suppressa aluus. Cels. lib. 2. cap. 4, Aluus ex toto suppressa.
Trahere. Plin. lib. 25. cap. 5, Trahit aluum, & bilem, pituitásque.
Aluum trahere. Aliter. Vide TRAHO.
Turbare. Plin. lib. 22. cap. vlt. de Eruo.
¶ Ex aluo matris natura profudit in oras luminis. Lucret. 5.
In aluum congerit. Ouid. 6.
Aluo in obliqua. Stat. Thebaid. 5.
In aluum delabuntur cibi. Plin. lib. 11. cap. 37.
Soluendæ alui gratia. Plin. lib. 26. cap. 8, Est & semen in vsu cum melle decoctum ad catapotia soluendæ alui gratia.

In aluo proficere. Plinius libro 22. capite vltimo, de cicere & cicercula, Cicer si largius sumatur, aluus soluitur. Cicercula etiamnum magis in aluo proficit.
Per aluum purgari si libeat. Plin. lib. 26. cap. 8.
Per aluum trahit bilem & pituitam. Plin. lib. 26. cap. 8.
¶ Aluus, pro Excrementis alui. Celsus libro 2. cap. 6, de indiciis mortis, Aluus quoque varia, pestifera est. Paulo pòst, Sed hæc quidem potest paulò diutius trahere. In præcipiti verò iam esse denuntiat, quæ liquida: eadémque vel nigra, vel pallida, vel pinguis est. Plinius libro 21. cap. 18, Lilij radices è mulso potæ, inutilem sanguinem cum aluo trahunt.
¶ Aluus, pro Fluxu ventris. Columel. lib. 6. cap. 7, Aluus, corpus ac vires carpit, operísque inutilem reddit. sub. bouem.
¶ Aluus, pro Alueo, Id est Vase in quo apes mellificant. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Aluos vbi sint, alij faciunt ex viminibus rotundas, alij è ligno ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita vti cùm par sit qua compleant, eas coangustent: ne in vasto loco & inani despondeant animum. Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluos: quas ideo videntur facere angustissimas, vt figuram imitentur earum.
Ab aluo cauo fagi demissus exercitus. Claudian. de rapt. Proserp. lib. 2. loquitur de apibus.
Aluinus, pen. prod. adiectiuum {κοιλιακός} Qui aluo languescit. Plin. lib. 25. cap. 7, Aduersatúrque aluinis. Idem lib. 21. cap. 27, Aluinis imposita multum prodesse dicitur. Verùm Cornarius ex vetusto codice primum exemplum sic legit, Ac versatur alternis. Secundum sic, In aluta imposita, &c.

A L Y

ALYACMON, fluuius Macedoniæ. Claudianus,
Et frustra rapidum damnant Alyacmona Bessi.
ALYATTES {Ἀλυάττης} Crœsi regis pater ditissimus. Strabo libro 9, Eius tumulus est apud Sardos ingens, super crepidine excelsa, factus à multitudine ciuitatis, cuius maximam partem ancillæ perfecerunt, quæ (vt ait Herodotus) omnes meretricantur. Nonnulli hanc sepulturam meretricis monumentum dicunt. Idem Strabo lib. 13.
Alyattici regnum. Horat. 3. Carm. 16.
ALYBA {Ἀλύβη} regio non longè à Mysia, vbi argentifodinæ esse ab Homero traduntur. Vide Strab. lib. 12. Vnde Alybas, alybantis, seu Alybantius, Qui ex Alyba est oriundus. Hinc prouerbium, Alybantis hospitis munera, seu Alybantij amici xenia, quod Eustathius Homeri interpres putat rectè dici posse, quoties fit vt aliquis falsò iactet se magna largitum esse: seu verbis duntaxat, non re præstet beneficium. Nam apud Homerum vlt. Odyss. lib. Vlysses ignoto habitu cum Laerte patre colloquens, adsimulat se Alybantium esse Aphidantis opulentissimi viri filium, & quondam Vlyssem exceptum hospitio, muneribus amplissimis donatum à se dimisisse. Erasmus Chiliad.
ALYNOMVS {Ἀλύνομος} viri proprium, qui, in Papho, rege ob flagitia ab Alexandro eiecto, quum rex alter regij sanguinis non reperiretur, quòd is funditus deletus esse existimaretur, vnus tandem inuentus est inops, vltimi nominis, in hortulo quodam neglectus, vixque se ex eo tolerans: ad quem, qui missi erant, quum venissent, aquam elicibus deducentem offenderunt. Terrore verò perculsus, militibus manum in eum iniicientibus, præiréque portò iubentibus, ad Alexandrum deductus est, obsoleta plagula amictus, à quo rex est pronuntiatus, assumptáque purpura vnus eorum esse cœpit qui regis sodales vocitabantur. Ex Budæo.
Alypon {ἄλυπον} cauliculus est molli capite, non dissimilis betæ, acre gustatu ac lentum, mordénsque vehementer & accendens. Plinius lib. 27. cap. 4. Paulus Alypiam vocat. Actuarius tamen Alypiam vocat Turpet candidum. Author Ruellius lib. 3. cap. 151.
Alysies {ἀλύσεις} inter ornamenta muliebria ponuntur Nicostrato poetæ comico, Clementi Alexandrino lib. 2. Pædag. cap. 12. & Polluci lib. 7. cap. 22. ad finem. Vbi Gualtherus traducit Catenas. Nam & ἅλυσις, catena est, & ἀλύσιον, catenula, torques.
ALYSIVS {Ἀλύσιος} dictus est Bacchus, παρὰ τὸ λύειν, quod est Soluere. Cæl. lib. 7. cap. 15.
ALYSONII {Ἀλυσώνιοι} populi sunt Scythiæ Asiaticæ, vt docet Herodotus lib. 4.
Alysson {ἄλυσσον} Plin. lib. 24. cap. 11, distat à rubia, foliis tantùm ramisque minoribus. Quippe nomen accepit, quòd morsos à cane rabiem sentire non patitur potum ex aceto alligatúmque. Mirúmque est quod additur, insaniam conspecto eo frutice sanari. Vulgò Rubia minora.
ALYSSOS, siue Alyssus, fons est Arcadiæ in agro Cynethensium, cuius aqua pota morsos à rabida cane liberat, ob idque Alyssos vocatur. Hermolaus ex Pausania & Polybio.
Alytarches {ἀλυτάρχης} Præfectus mastigophoris, qui ad summouendam turbam, & cohibendas seditiones in sacris certaminibus adhibebantur. Alytarcharum autem fit mentio in l. vlt. de expens. ludor. in Cod. Theod. l. 12. de iur. fisc. cod. l. 2. de cupress. lib. 10. C.
ALYXOTHOE, pen. corr. {Ἀλυξοθόη} mater Æsaci, filia Dymantis, vt testatur Ouid. 11. Metamorph.
ALYZIA {Ἀλυζία} Acarnaniæ ciuitas, à mari quindecim distans stadiis: ad quam dicatus Herculi portus est, & cum luco fanum Herculis certamina continens, è quo dux quidam Lysippi opera Romam transtulit, Herculis labores, eo loco propter solitudinem abiectos. Strabo lib. 10. Cic. Tironi. lib. 16. 4, Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia centum viginti.

A M

AM. Amicus. AM. N. Amicus noster. AM. P. Amabilis persona: vel, Amicus principis.
Am, Accusatiua olim præpositio, nunc autem extra compositionem obsoleta. Priscianus lib. 14. Am (inquit) περὶ Græcam præpositionem

significat: Id est, Circum. Verùm quando componitur cum dictione incipiente ab a,e,i,u, interponitur b, euphoniæ causa: vt, Ambages, ambio, ambesus, ambigo, amburbium, ambaruahs, ambustus. Si verò cum c,h,f,q, mutatur m in n: vt, Ancisus, anhelo, anfractus, anquiro. Cum p, remanet integra: vt Amputo. Festus, Am præpositio loquelaris, significat circum. Varro, Am pro Circum ponere solebant: vt Cato in Originibus oratorum, Am terminum, Id est, Circum terminum.

A M A

Ama, huius amæ {ἄμη} Falx messoria, Sarculum. Item instrumentum fossorium, quod Galli lingua vernacula *Luchetum* vocant, quo fossores aggerarij vtuntur, ὅτι τῷ ἀμᾶν, quod est ... Est & Hama cum aspiratione, sed aliud instrumentum significat. Amarum meminit Vlpianus in l. quæsitum est. D. de instructo & instrumento legato.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, Vide A M O.

A M A D O C A, orum {ἀμάδοκα} siue Amadoci, montes sunt in Sarmatia Europæa, à quibus & accolæ Amadoci dicuntur. Ptolem. ¶ Est item Amadoca, ciuitas in Sarmatia, vt idem Ptolemæus author est.

A M A D R Y A D E S, Vide H A M A D R Y A D E S.

A M Æ A, apud Trœzenios Ceres appellata fuit: Proserpina Azesia, authore Didymo. Inde prouerbium, Amæa Azesiam reperit, de re diu multúmque quæsita desideratáque. Nota est fabula de Proserpina à Plutone abducta ad campos Elysios, & Cerere toto orbe quærente filiam. Refertur à Plutarcho.

A M A L C H I V M, apud Plin. lib. 4 cap. 13, maris Oceani septentrionalis portio est. Scytharum lingua significat hæc vox Congelatum.

A M A L T H E A {ἀμάλθεια} fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutriuerunt, teste Lactantio lib. 1. Instit. Alij dicút capram illam appellatam esse Amaltheam, vt Parmenius poeta Græcus: quæ propterea in cælum sublata, inter sidera cum geminis hœdis fuit collocata. In eius autem ortu & occasu maximæ fiunt pluuiæ. Hinc est illud Ouid. 5. Fast.

Nascitur Oleniæ signum pluuiale capellæ. Porrò Olenia dicitur, quia in Oleno vrbe Bœotiæ, vel Achaiæ (vt alij volunt) nutrita est. Sunt qui tradant, ex altero Amaltheæ cornu fluere ambrosiam, ex altero nectar, cibum & potum deorum.

Amaltheæ cornu, Idem quod Copiæ cornu. Vtimur quoties affatim omnia superesse significamus. Translatum à fabula, quæ varié narratur apud authores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Iouem enixa, metu Saturni patris liberos recés natos deuorare soliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus nymphis, Adrastea & Ida, Melissei filiabus. Hæ nutricauerunt illum lacte cuiusquam capræ, cui nomen erat Amalthea: quam Iupiter iam adultus ob acceptum beneficium in sidera retulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officij præmium, hanc adiiciens facultatem, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullularet. Ouid. lib. 5. Fastorum paulo diuersius fabulam narrat,

Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida. &c. Aliter narrat Diodorus Sicul. lib. 4 cap. 5. Et rursum aliter lib 5. cap. 2. Vide locos ipsos. Vide etiam Strabonem lib. 10. Philostratus Dionem sophistam appellat Amaltheæ cornu, velut omni genere virtutum expolitum. Plutarchus irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt vniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, regnum, Qui Stoicam (inquit) acceperit Amaltheam.

Amalthea, & Amaltheum, villæ Attici in Epiro, studiis & libris dicatæ, nomen, quemadmodum Academia Ciceronis, inter Puteolos & Auernum lacum, in litore. Cic. ad Attic. lib 1. epist. 11. ad finem, Velim ad me scribas cuiusmodi sit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ: & quæ poemata, quásque historias de ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. Ita nominatum est hoc gymnasium à multitudine librorum: quia capra Amalthea, quæ Iouem aluit, fabulosis poetarum carminibus celebratur, quòd altero cornu ambrosiam, altero nectar copiosè funderit. Ergo vel à copia nomen indidit gymnasio, vel quòd legendis in eo libris animum pasceret suauissimo cibo, sicut suo prædulci lacte Iouem pauit: vel ab vtraque causa. Gymnasium & ipse Cicero extruxit, Amaltheæ nomine, Attici exemplo. Ad Attic. lib. 2. epist. 1, Amalthea mea te expectat, & indiget tui.

A M A N A {ἀμάνα} ciuitas Mediæ. Ptolem.

Amando, amandas {ἀποπέμπω, ἀποσκεδάζομαι} amandare, Ablegare, aliquò mittere, vt à nobis amoueamus. Cic. 7. Verr. Denique Syracusas totas vmet, amandat hominem. quò? Lilybæum fortasse.

Amandare in aliquem locum. Cic. ad Attic. lib. 7. Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam, nam mihi interdum amandandi videntur in Græciam.

Amandare procul à. Cic. 2 de Nat. deor. Sic natura res similes procul amandauit à sensibus. Id est, procul amouit, vel remouit.

Amandatus {ἀποπεμφθείς} Cic. pro Domo sua. Me expulso, Catone amandato. Id est, Misso & quasi relegato in Cyprum.

Amandatio, amandationis, verbale {ἀποπομπή} Cic. pro Rosc. Amer. Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

A M A N D R A, regio ad Indum fluuium, in quatuor diuisa populos, Peucolaitas, Arsagalitas, Geretas, & Asoos. Plinius libro sexto, capite 20.

A M A N I D E S portæ {ἀμανίδες πύλαι} in quas Amanus mons definit à Tauro descendens. Strab. lib. 14. Aliter Amanicæ pylæ.

Amanita, amanitæ {ἀμανίτης} fungus, vel fungi species. Æginetia lib. 1. cap. 11. & Galen. lib. 2 de alim facult. cap. 69.

A M A N O I D E S, Ciliciæ promontorium, Pomponio sic dictum, quòd formam effigiémque Amani circumnauigantibus exhibet, vt auctor est Hermolaus.

Amans, Amanter. Vide A M O.

A M A N T E S, populi. Vide A M A N T I N I.

A M A N T H E S, populi sunt in Aphrica, Troglodytis proximi, apud quos tum salis, tum carbunculorum, gemmarúmque copia est, adeò vt ex sale domos sibi struere dicantur. Author Solinus.

A M A N T I A, ciuitas Macedoniæ, authore Ptolemæo. Meminit Cic. 11. Philipp. Amantia dicta est, quasi Abantia, quoniam Abantes populi, redeútes à bello Troiano, hic constitere. Volaterr. in descrip. Macedoniæ.

A M A N T I N I, ἀμάντινοι Ptolemæo, Amantes Plinio, populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Hungaria dicitur. Vide Plinium libro 4. capite 25.

Amanuensis {ὑπογραφεύς} seruus cuius opera & manu in scribendo vtimur. Sueton. in Nerone, Ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis. Dicitur & A manu. Vide A.

A M A N V M {ἄμανον} portus, vbi nunc Flauiobriga in Hispania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. Vulgò, *Porto dalle Crune*.

A M A N V S, penult. prod. portio montis Tauri ad Ciliciam, authore Ptolemæo. Amanus mons Syriam à Cilicia aquarum diuortio diuidit. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. & Plin. lib. 5. cap. 22. Amanum montem hinc dictum putant, quòd Orestes cum Iphigenia & Dianæ simulacro illuc veniens, à mania & furore ibi sit liberatus. Nam Amanus apud Græcos sine insania dicitur. Volaterr. Nunc vulgò vocatur *Monte negro*, siue *Monte nuovo*.

A M A N V S, pen. etiam prod. Viri proprium. Sillius lib. 17,

Vergilio Caudinus, acerbo Sartis Amano
Sternitur.

¶ Amanus, Anaitis, & Anandatus, Persarum sunt numina, in quorum templo annua festa celebrabantur, quæ dicebantur Saca. Strab. lib. 11. & iterum lib. 15.

Amaracus. huius amaraci, masc. gen. vel amaracum, pen. corr. {ἀμάρακος, σάμψυχον} herba quam Sampsuchum aliàs dicimus. vulgò *Maiorana*. Plin. lib. 21. cap. 22, Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum & odoratissimum, scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum. Amaracum & Sampsuchum idem esse constat Plinij Dioscoridísque decretis. Verùm Galeno & Paulo amaracus ea est herba, quam maiores dixere Parthenium, nunc officinæ vocant Matricariam. Ruellius libro 3. cap. 34. Matthiolus Senensis putat non Parthenium esse, sed Marum, quanuis opinionem Ruellij non improbet.

Olens suaue amaracus. Catull. epigram.

Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci.

Amaracinus, adiectiuum, penult. corr. {ἀμαράκινος} Quod ex amaraco factum est. vt, Amaracinum oleum. Plinius libro 21. capite 22. vbi de Sampsucho, seu amaraco, Fit ex eo oleum quod Sampsuchinum vocatur, aut amaracinum, ad excalfaciendos emolliendósque neruos.

Amaracinum, pen. corr. neut. gen. substantiuum {ἀμαράκινον, σαμψύχινον} Vnguentum ex amaraco factum. Lucret. lib. 6,

Denique amaracinum fugitat sus: & timet omne
Vnguentum. Hinc est illud Gellij ad finem totius operis, Vetus adagium est, Nihil cum fidibus graculo, nihil cum amaracino sui.

A M A R A C V S, penult. corr. {ἀμάρακος} puer Cynaræ regis Cypri vnguentarius, qui casu lapsus dum ferret vnguenta, fregit alabastrum, maioremque ex confusione odorem creauit. vnde optima vnguenta, Amaracina dicuntur. Hic postea quum nimio dolore contabuisset, in herbam sampsuchum versus est, quæ herba ex eius nomine cœpta est Amaracus appellari. Seruius enarrans illud Virgilij lib. 1. Æneidos,

At Venus Ascanio placidam per membra quietem
Irrigat: & fotum gremio dea tollit in altos
Idaliæ lucos, vbi mollis amaracus illum
Floribus, & dulci aspirans complectitur vmbra.

A M A R A N T H I {ἀμάρανθοι} populi apud quos Phasis fluuius oritur: vnde Amaranthius à quibusdam appellatur. Steph.

Amaranthus, masc. gen. {ἀμάρανθος} Flos, ab immortalitate nomen trahens. Plinius libro 21. cap. 8, Amarantho non dubiè vincimur. Est autem spica purpurea verius quàm flos aliquis, & ipse sine odore: mirúmque in eo, gaudere decerpi, & lætius renasci. Prouenit Augusto mense, durat in Autumnum. Alexandrino palma qui decerptus asseruatur. mirúmque, postquam defecére cuncti flores, madefactus aqua reuiuiscit, & hybernas coronas facit. Summa eius natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescit.

A M A R B I, populi Scythiæ, Hyrcanis proximi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 13.

A M A R D I, populi sunt Hyrcaniæ ad sinum Scythicum Straboni lib. 11. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 17.

A M A R D V S, Mediæ fluuius Ptolemæo.

Amarè, Amaresco, Amarities, Amaritudo, Amaror, Amarulentus, Vide A M A R V S.

A M A R I A C Æ, populi Hyrcanis vicini, latere Mediæ. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 16.

Amarice {μυρίκη} dicitur & Erice, & Tamarice. Hermol. in Plin. libro 10. capite 16. Porrò Tamaricen tradit Ruellius libro 1. capite 99, fruticem illum esse notissimum, qui Myrice vocatur. Vulgò *Brygaria, Bruyere*.

Amarico, amaricas, penult. corr. {πικραίνω} Amarum, Id est asperum facio, & quasi exacerbo. Augustinus, Ipsi amaricauerunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem deuenerunt. Calep. Vox est barbara, & Latinis auribus inaudita.

A M A R I S P V S, legi debet Arimaspus. de quo vide suo loco.

A M A R N I {ἄμαρνοι} populi Hyrcanis vicini. Strabo lib. 11.

Amarus, adiectiuum, penult. prod. {πικρός} Id quod est dulci contrarium. Virgil. 1. ecloga,

& salices carpetis amaras. Plin. libro 12. cap. 9, Facilius hoc & crustosius, amariúsque.

Amarus, & Dulcis, contraria. Cic. 3. de Nat. deor. Omne animal sentit & calida & frigida, & dulcia & amara.

Amara

Amara curarum, pro amaris curis, seu potius amaritudine (si dicere liceat) curarum. Horat. 4. Carm. od. 12,
　Spes donare nouas largus, amaráque
　Curarum eluere efficax.
Amaros amores experiri. Virg. eclog. 3.
Apium. Virg. 6. eclog.
Baccæ amaræ. Virg. 2. Georg. Id est, Asperæ. Nonius.
Calices amariores ingerere. Catullus epigram. 24.
Casus. Ouid. 5. Tristium, 5,
　Fert tamen, vt debet, casus patienter amaros.
Cortex. Virg. eclog. 6.
Dicta. Ouid. 3. Trist. 11.
Dies. Tibul. lib. 2. eleg. 4.
Fibræ. Virg. 1. Georg.
Folia. Virg. 2. Georg.
Fumus. Virg. 12. Æneid. Ouid. in Ibin.
Historia. Horat. 1. Sermonum satyr. 3.
Inulæ. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
Amari lacus, qui dicantur in Ægypto vide Strabonem lib. 17.
Lingua. Ouid. 2. de Remed.
Luctus. Ouid. 14. Metam.
Lues. Ouid. de Pulice.
Messis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Monitus. Ouid. 17. epist.
Mors. Propert. lib. 1. eleg. 18.
Noctes amaras exercere. Proper. lib. 1. eleg. 1.
Os amarum dicitur Corn. Celso lib. 1. cap. 3, quum amarorem quendam sentimus.
Pericula ponti. Ouid. 5. Tristium, eleg. 2.
Rumores amari, id est, acerbi, authore Nonio. Virg. Æneid. lib. 4,
　Isque amens animi, & rumore accensus amaro.
Sales. Quint. lib. 10. cap. 1. in mentione Cassi Seueri, Præterea vt amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.
Scripta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14.
Sermo. Horat. 1. Serm. satyr. 7.
Sonitus. Stat. 10. Thebaid.
Succus. Ouid. de Arte amandi, lib. 2.
Vmbra noctis amarior. Tibul. lib. 2. eleg. 4.
Amara risu lento temperare. Horat. 2. Carm. 16.
¶ Amarus, Nocens. Virg. 1. Georg.
¶ Amarus rumor, Acerbus. Virg. 4. Æneid.
Mulier. Terent. Hecyr. 4. 4.
Amariorem me facit senectus. Id est, Acerbiorem, austeriorem: & (vt vulgus loquitur) rudiorem. Cic. Attic. lib. 14.
Amarum, non solùm ex sapore tristi, sed ex quacunque causa terribile, & impensum Virgilij authoritate dicimus, lib. 10,
　Hostis amare, quid increpitas, mortémque minaris? Ex Nonio.
Amarè, pen. prod. Aduerbium {πικρῶς} Caius in l. Si quid. D. de Ædilit. edict. Hæc omnia videntur eo pertinere, ne id quod affirmauit venditor, amarè ab eo exigatur, sed cum quodam temperamento.
Amaresco, amarescis {πικραίνομαι, πικρίζω} amarescere, Amarum fieri. Palladius, Amygdalus si rodatur, amescit.
Amarities, amaritiei {πικρία} Idem quod Amaror. Catul. epigr. 63, ad Mallium,
　Multa satis lusi, non est dea nescia nostri
　Quæ dulcem curis miscet amaritiem.
Amaritudo, pen. prod. denominatiuum {πικρότης} Rei amaræ sapor, qui dulcedini opponitur. Plin. lib. 11. cap. 37, Ideo tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur.
Ingrata amaritudo. Vide INGRATVS.
Implere amaritudinem inimici. Vide IMPLEO.
Amaror, penult. prod. amaroris, m. g. {πικρότης} Idem quod Amaritudo. Virgil. 2. Georg.
　Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Amaror tangit. Lucret. lib. 4,
　Quum tuimur miseri absynthia, tangit amaror.
Amarulentus {πικρὸς} adiectiuum, Valde amarus.
Amarulentus, per metaphoram, Animi dolor in inuidiam aut maleuolentiam exacerbatus. Gellius, Amarulentus librum maledicentissimum conscripsit.
AMARVSIA {Ἀμαρυσία} Dianæ cognomen est, tractum (vt Pausaniæ videtur) ab Amarynthio Eubœæ vico, vbi summa cum veneratione colebatur Diana.
AMARYLLIS, Amaryllidis {Ἀμαρυλλίς} nomen fuit rusticæ, de qua Virg. eclog. 1. Amarylli, vocatiuus Græcus est, qui breuis est quotiescunque in I S terminatur nominatiuus, vt Pieris apud Horatium, Dulce quæ strepitum Pieri temperas. Virg. 1. eclog.
　Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares.
Amaryllis formosa. Virg. eclog. 1.
Tenera. Ouid. 2. Trist.
AMARYNCEVS, Epeorum rex, in Buprasio sepultus. Strab. lib. 8.
AMARYNTHVS {Ἀμάρυνθος} fluuius in Alpheum labens, Arcadiam terminans. Strab. lib. 8. ¶ Amarynthus {Ἀμάρυνθος} vicus est Eubœæ insulæ, iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur. Strabo lib. 10.
AMASENVS, pen. prod. {Ἀμάσηνος} fluuius Volscorum. Est & alius in Sicilia eodem nomine: de quo Ouid. lib. 15. Met.
AMASIA {Ἀμασία} Germaniæ ciuitas est, authore Ptolemæo, hodie Marpurgum, vulgari lingua Germanica *Marpurgk*.
AMASIA, siue Amasias, Vide AMISIVS.
AMASIA {Ἀμάσεια} oppidũ Cappadociæ, quod Iris fluuius præterfluit. Strabonis Geographi patria, vt idem Strabo testatur lib. 12.
AMASIS, pen. prod. {Ἄμασις} rex Ægyptiorum, cuius tumulus fuit vna pyramidum, dicente Lucano lib. 9. 31, Non mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis. Ante quem, Pomponio, triginta supra trecentos reges in Ægypto fuere: quare vetustissimos prædicant Ægyptios. Hic legem condidit, vt quisque quotannis apud præsidem rationem vitæ redderet, demonstrarétque vnde viueret, aut quo quæstu sustentaretur, qui hoc nõ faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis transtulit ad Athenienses. ¶ Fuit etiam Amasis peditum Darij dux contra Cyrenenses missus. author vtriusque Herodotus. Vide etiam Diodorum Sicul. lib. 1. cap. 1. & 2.
AMASIVS, Germaniæ fluuius, Ptolemæo, qui Plinio Amisius dicitur, & Pomponio Melæ. Vide infra, AMISIVS. vulgò *Ems*.
Amasius, amasij {ἐραστής} Amator. Plaut. in Casina. 13. ad finem, Miserrimum hunc hodie ego habeo amasium. Gel. lib. 19. cap. 9, Audite, ac discite nostros quoque antiquiores poetas amasios ac venerios fuisse.
AMASTRIS vxor fuit Dionysij Heracliæ tyranni, & filia Oxyathris fratris eius Darij qui cum Alexandro bellum gessit. Ea è trium vrbium incolis vnam confecit ciuitatem, nimirum è Sesamo, Cytoro, & Cromna. In Amastriano agro plurima atque optima buxus nascitur, præsertim circa Cytorum. Strab. lib. 12.
AMASTRIS {Ἄμαστρις} vrbs Ponti, siue Paphlagoniæ, de conditoris nomine appellatur. Ea posita in peninsula, portus habet ex vtraque Isthmi parte.
Amastris, oppidum Paphlagoniæ, Sesamum olim nuncupatum. Plin. lib. 6. cap. 2.
Amastris, Ptolemæo Bithyniæ vrbs. vulgò *Suyastro*.
AMASTRVM {Ἄμαστρον} oppidum Strab. lib. 7.
AMATA, pen. prod. {Ἀμάτα} fuit vxor Latini regis, & soror Veniliæ deæ, vt author est Seruius apud Virgilium lib. Æneid. 7,
　Celsa petit, tacitúmque obsedit limen Amatæ.
Amata, omnis virgo Vestalis, quæ à Pontifice max. capitur, vt vestalis fiat, appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditum est. Gel. lib. 1. cap. 12.
AMATHAE, orum {Ἀμαθαῖοι} Regio Arabiæ: vnde Amathæi, Arabiæ populi Plinio lib. 6. cap. 28. Horum meminit Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 12. & Steph.
AMATHE, es {Ἀμάθη Stephano} oppidum est Phœnices, & alterum Siciliæ.
AMATHVS, Amathi {Ἄμαθος} fluuius Pylon vrbem Nestoris patriã præterlabens, à cuius nomine Pylos ipsa Amathoessa videtur appellata. Hic etiam Pamisus vocatur. Strab. lib. 8. Idem aliquanto pòst, tradit hunc nominari & Mamaum & Arcadicum.
AMATHVS, pen. corr. {Ἀμαθοῦς} Amathuntis, vrbs est Cypri insulæ maris Ægæi, Veneri sacra, vnde tota insula Amathusia dicebatur, vt est apud Ptolemæum. Virg. 10. Æneidos,
　Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera, &c. ¶ Amathus vrbs, ab aquis calidis vocabulum sumpsit, quòd aquarum vapor Syro sermone Amathus dicitur. Thermæ ergo Græcè dicitur, eo quòd calidum fontem habeat intra muros. Hegesippus de excidio Hierosolymitano, lib. 4. cap. 16.
Amathus fœcunda metallis. Ouid. lib. 10. Metam.
Grauida metallis. Ouid. lib. 10. Metam.
Amathuntêus, adiectiuum, pen. prod. {Ἀμαθουσιακός} Amathunteæ bidentes. Ouid. 10. Metam.
　-mactatos crederet illic
　Lactentes vitulos, Amathunteásque bidentes. Alia exemplaria habent Amathusiacas, ab Amathusia.
AMATHVSIA {Ἀμαθουσία} insula in mari Cilicio, ab Amathunte vrbe sic appellata, quæ nunc Cyprus dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31.
AMATHVSII {Ἀμαθούσιοι} Cyprij sunt, ab Amathunte vrbe. Strab. lib. 8.
AMATHVSIACVS, Vide AMATHVNTEVS.
Amatio, Amator, Amatorius, Amatrix, Vide AMO.
AMAXA {Ἄμαξα Stephano} Bithyniæ locus, à quo gentilia Amaxæus, & Amaxites.
AMAXIA {Ἀμαξία} Ciliciæ vrbs est, materia ad fabricandas naues maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo lib. 14.
AMAXITOS {Ἀμαξιτός} vrbs Doridis Plinio lib. 5. cap. 29.
AMAXITVS, Vrbs Phrygiæ, quæ continuè Lecto promõtorio subiacet. Iuxta Amaxitum ara est duodecim deorum, quam Agamemnon construxit. Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ. Strab. lib. 13. Vnde Amaxitenses: Apollodorus, Amaxitenos. Herm. in Plin. lib. 5. cap. 30.
AMAXOBII, Vide HAMAXOBITAE.
AMAZONES, pen. corr. {Ἀμαζόνες} erant fœminæ Scythicæ primùm iuxta Tanaim fluuium habitantes, vnde se postea ad Thermodonta fluuium Thraciæ transtulerunt. quod etiam Sallustius testatur: Dein (inquit) campi Themisci quos habuerunt Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob causam digressæ. Hæc Sallustius. Dicuntur porrò Amazones, quasi ἅμα ζῶσαι, quòd simul viuant sine viris: vel quòd vnam mammam exustam habeat, quasi ἄνευ μαζοῦ. Hæc Seruius apud Virgil. lib. 1. Æneid. Amazonas tradunt Metrodorus Scepsius & Hypsicrates, Septentrionem versus, Gargarensibus esse finitimas, sub radicibus montium Caucasiorum, qui Ceraunia vocantur: & earum alias operari quæ ad arationem insitionémque pertinent: sed præcipuam pascendorum equorum curam habere: robustiores verò, in equis venationes ac bella exercere, omnes ab infantia dextram mammillam exustas, vt habilius liberiúsque ad omnem vsum brachio vti possint: sed in primis ad iaculationem vti arcu, securi, & pelta: è ferarum pellibus conficere galeas, subligacula, & alia operimenta: menses duos Veris eximios habere, quibus montem proximum conscendunt, qui eas distinguit à Gargarensibus, quò & illi more quodam peruetusto conscendentes sacrificant, & prolis gratia cũ mulieribus coeunt, idque obscurè inter tenebras, in quancunque inciderint: quas postquam prægnantes fecerint, remittunt illas. Ex si fœminam pepererint, si eam retinent: si mares, illos tollendos reddunt. Tradunt Gargarenses cum Amazonibus ex Themiscyra in hæc loca conscendisse: postea ab illis discissos, cum Thracibus & Euboiis quibusdam errabundis aduersum eas bellum gessisse: quo composito, iis inter se conditionibus conuenisse, vt in filiorum prole

communicarent, viuerent autem vtrique separatim. Hæc & plura Strab.lib.11.Iustinus lib.2. Diodorus quoque Siculus lib.3. ca.11. Rursum lib.5.cap.2. Idem etiam Diodorus lib.4.cap.4. præter has Scythiæ Amazonas ad Thermodontem fluuium habitantes, alias quoque facit in Libya, Hesperam Tritonidis paludis insulã habitantes.

Amazon anus fulgens pharetra.Claud.in Eutrop.

Amazones bellatrices Lactant.

Amazon ferox Argolicas turmas strauit.Seneca in Troade,6.Id est,Pêthesilea. Sic interpres.

Amazones Mauortiæ.Val.5.Argonaut.
-qualem Mauortia vidit Amazon. Id est, Bellicosa vel potius ad id respexit poeta,quòd Amazones generatas se Marte prædicabant, vt tradit Iustinus lib.2.

Amazon peltata. Seneca in Agamemn.3. Martial.lib.10.

Amazon peltifera.Stat.lib.12,
Non cum peltiferis atque hæc tibi pugna puellis.

Amazonas mortalium primas equum scandere ausas,Lysiæ oratori creditur. Hermol.in Plin.lib.36.cap.5.

Amazones seuæ.Claudian.

Amazones securigeræ.Valer.lib.5.Argonaut.

Amazon Threicia.Virg.de laboribus Hercul.16,
Threiciã sexto spoliauit Amazona balteo. Hoc est, Hippolytam Amazonem, cui bello victæ balteum detraxit, quemadmodum ei mandatum fuerat ab Euristheo. Vide Diodorum Siculum libro 3. cap.11.

Amazones bellantur pictis armis.Virg.11.Æneid.

¶Amazones, pro pauperiorib' & tenuiori promiscuóq; victu vtẽtibus, apud Græcorum scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam, id est Panem,non habeant. Sed & Amazones ipsæ possent videri inde appellationem ducere,quod nec Eustathio displicet, quoniam lacertis ac testudinibus & id genus feris alerentur. Quamobrem etiam Sauromatidas, siue Sauropatidas nuncupatas volunt, quia σαῦρας, id est lacertas conculcent, ac eis vescantur: quanquam alij quòd in Sauromatica Scythia habitarent, dictas ita opinantur: quod Stephanus tradit. Cæl.lib.5.cap 31.Et Hermol.in Plin lib.6.cap.7.

Amazonides,pen.corr.(Ἀμαζονίδες) Id est,Amazones. Virg.1.Æneid.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens. Vbi Seruius, Amazonidum deriuatio est pro principalitate: sicut Scipiadas duros bello,pro Scipionibus.

Amazonicus (Ἀμαζονικός) Tauri montis cognomen.Plin.lib.5.cap.27.

Amazonio auro cælatus balteus (Ἀμαζόνιος) Ouid.epist.21.

Genus.Seneca in Hippol.2.

Pelta latus intercludere.Stat Syl.lib.5.1.

Amazoniam pharetram victor habeto Virg.5.Æneid.

Amazonio ritu.Claudianus in Eutrop.1.

Securis.Horat.4. Carm.4.

AMAZONIVS. Mons Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon fluuius.Plin.lib.6.cap.3.

A M B

Ambactus,ambacti,apud Ennium (inquit Festus) lingua Gallica significat seruum.Cæsar 6.bel.Gallici,Vt quisque est genere copiísque amplissimus,ita plurimos circum se ambactos clientésque habet.

Ambages.pe.prod.f.g.(περιπλοκαί, ἀμφιλογίαι)Verborũ circuitus. De hoc nomine apud veteres tantùm legi has tres voculas, Ambage, Ambages,& Ambagibus.Liu.9.ab Vrbe, Et vix pueris dignas ambages senes & cõsulares fallendæ fidei exquirere. Ibid.Sexto vbi quid vellet parens,quidve præciperet,tacitis ambagibus patuit.Idem lib.19.cap. 8,Sanguinarium illud responsum hac facti ambage reddidit.

Ambages fallaciosæ.Gel.lib.14

Flexa ambage Stat.lib.4.Thebaid.
Labitur,& flexa dubiós ambage resoluit.

Multiformi.Plin.lib. 2.cap.9, Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium.

Ambages obscuræ. Ouid.in Ibin.de Sphynge.

Nexæ.Stat.lib.1.Thebaidos,
Affore quos nexis ambagibus augur Apollo.

Succinere ambages.Persius satyr 3.
-quid istas Succinis ambages?

Ambage longa morari aliquem.Ouid.7.Metam.
-fine vllo
Ordine nunc repetam,neu longa ambage morer vos.

Ambage verborum obscurum carmen magico demurmurat ore. Ouid. 14. Metam. de Circe loquitur.

Horrendas canit ambages.Virg.de Sibylla,6.Æneid.

Longæ ambages.Virgil.1.Æneid.

Missis ambagibus.Horat.2.Serm.5.

Positis ambagibus vera loqui.Ouid.10.Metam.

Non abdita ambage.Tacit.lib.5.Vide ABDITVS.

Ambage remissa. Id est,Missis ambagibus. Ouid.epist.7,
Hos populos potius in dotem ambage remissa Accipe.

Remota ambage.Ouid.Fast.3.

Per ambages tenere.Virg.2.Georg.
-non hic te carmine ficto
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo. Quint.6.lib.Nec discentem per ambages fatigabit.

Per ambages aliquid tegere.Liu.lib.1.

Ambage variarum viarum ducit in errorem. Ouid. 8. Metamorph. de Dædalo.

Ambages æquoris remotæ.Id est,Longinquæ.Claudian.Paneg.5.

Ambages tecti resoluit.Virgil 6.Æneid. de Dædalo & Labyrintho.

Ambagiosus,pen.prod.adiectiuum (περιπλοκος) Gell.lib.14.cap.1, Non enim comprehensa (inquit) neque definita, neque percepta dicunt: sed lubrica atque ambagiosa coiectatione nitentes, inter falsa atque vera pedetentim quasi per tenebras ingredientes eunt.

AMBANTAE,Populi sunt Asiæ,Ptolemæo.

Ambar.Vide AMBARVM.

AMBARRI,à Cæsare inter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.

Ambaruales,pen.prod Hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus sacrificabantur.Festus. Seruius.Ambaruale sacrificium dicitur,quòd arua ambiat victima. Ambarualia, Sacra Romanis erant, cùm per agrorum fines lustro quodam hostia ducebatur: hinc illud Maronis,
Hæc tibi semper erunt,& cùm solennia vota
Reddimus Nymphis,& cùm lustrabimus agros. Neque verò id à rusticis tãtùm fiebat, sed & à Romanis fines agri Romani lustrantibus, qui inter quintum & sextum lap; idem (vt author est Strabo) erant, quod sacrum Ambarualia (vt inquit) vocabant, quòd (vt opinor) circum agri Romani terminos sacrum fieret. Hæc Turnebus.

Ambarum,ri,(ἄμβαρ) Odoramẽti genus,quod nos vulgò vocamus *Ambracane*. Hoc in maris alueo non secus atque in terra fungos oriri,ac deinde sæuientibus procellis è profundo elici, & in littus expui quidam tradunt. Nonnulli verò referunt piscem azelum nomine, Ambarum hoc auidissimè prosequi, eiúsque esu necem sibi statim consciscere. Quod cùm sciant piscatores, huius rei periti,piscẽ hunc mortuum, vndísque fluctuantem, coniectis vncis, & funibus extrahunt, & Ambarum, scisso animalis ventre, eruunt. Alij aliter atque aliter historiam recensent: de quibus vide Mathiol. apud Dioscorid. lib.1.cap.20.

AMBASTAE.Populi sunt Asiæ.Et Ambastum,fluminis nomẽ in Asia, Ptolemæo authore.

Ambe,Varr. de ling.Latin. Profectum verbum ab ambe. Quem locũ enarrãs Turnebus,Hoc verbi,inquit, sollicitos & anxios habet Grãmaticos Ego Ambe puto esse Circum, quod diminutum dicitur An, vt in Anquiro. Integrum est & incolume in explicatione Ancilium in libris antiquis. Nam editionum censores eum quoque locum violarunt,atque inferunt, Ancilia dicta ab Ambecisu. Dicitur & Ambu, vt in Ambubaiis. Hæc ille.

Ambedo,ambedis,pen.corr.vel ambes: ambẽdi, ambẽsum (ἀμφέδω) ambedere,vel ambesse, Ex am,& edo. Id est, Circumedere. Plaut. Merc.5,
Suæ vxoris dotem ambedisse,oppidò mihi
Illud videri mirum,vt vna illæc capra
Vxoris simiæ dotem ambederit. Verbum est minus vsitatum.

Ambesus,pen.prod. (ἀμφιβρωθείς) participiũ ab Ambedor, ambederis:vt Ambesæ mensæ. Virg.3 Æneid.
Quàm vos dira fames,nostræque iniuria cædis
Ambesas subigat malis consumere mensas.

Ambesa flammis robora.Virg.5.

Ambesum multo vulnere.Seneca in Hippolyt.12.

Ambest,tertiæ personæ verbum est, vt nullam aliam habeat declinationem.Author Festus. Hoc autem verbũ potius videtur esse à Sum, es,quàm ab Edo,es.

Ambegni, Bos & veruex appellabantur, quum ad eorum vtraque latera agni in sacrificium ducebantur. Festus. Ambegnæ oues.Barb. Macer, qui fastos dies scripsit,ait, Iunoni,eas quæ geminas pãrerent oues, sacrificari cum duobus agnis altrinsecus alligatis, quas oues ambegnas vocari, quasi ex vtraque parte agnos habẽtes. Ex Nonio.

AMBIANI, pen.prod. (Ἀμβιανοί) Galliæ Belgicæ populi, *Plinio*, Ptolemæo.Cæsari,Pomponio.Vulgò *Amiens*.

Ambidens, siue B dens (δίδυμος) ouis dicitur quæ superioribus & inferioribus est dentibus. Festus.

AMBIGATVS,Galliæ Celticæ Rex,virtute & fortuna præpollens,de quo Liu.1.Decad.lib.5.

Ambigo,quasi Circumago (ἀμφιβάλλω) vel, In ambas tanquam partes ago.

¶Ambigere. Litigare & controuersiam habere. Liu.3. Decad.lib.1, Regni certamine ambigebant fratres. Terentius Heaut.3.1, Vicini nostri hic ambigunt de finibus.

Ambigendi.Cicer.3.de Orat. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi,de qua queri & disceptari potest.Hic AMBIGENDI,videtur accipi passiuè. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controuertitur.

Ambigitur aliquid ex contrariis scriptis. Cic. 2. de Orat. Ex contrariis scriptis siquid ambigitur,non nouum genus nascitur, sed superioris generis causa duplicatur.Id est,In controuersiam vocatur.

Ambigere cum aliquo. Id est,Cõtrouertere. Cicer.2.de Inuent.Ambigunt agnati cum eo qui est secundus hæres.Vide totum locum.

Ambigere patriam. Tacit.lib.5, Deuius plerunque itineribus ambigens patriam & declinans. Hoc est (vt opinor) Ambiens, & non ingrediens.

Ambigere verbis.Liu.3. Decad.lib.1, Et id de quo verbis ambigebatur.

Ambigitur aliquid inter homines.Cicer.2.de Orat.Nihil est enim quod inter homines ambigatur,in quo non aut quid factum sit,aut fiat,futurúmve sit,quæratur,aut quale sit,aut quid vocetur.

¶Ambigitur,Impersonale.Plin.lib.16.cap.40,de ipso simulacro deæ ambigitur.Cic.3.Verr. Si de hæreditate ambigitur.

Ambigitur sæua de morte.Stat.Theb.12.

Ambigitur aliquid idcirco quòd.Cic.2.de Orat. Quum idcirco aliquid ambigitur, quòd aut verbum,aut verba sint prætermissa.

Ambigitur ius aliquod inter peritos. Cic.1. de Orat. In eo autem iure quod ambigitur inter peritissimos. Id est quod controuersum est inter Iurisperitos.

Ambiguntur causæ propter scriptum.Cic.2.de Orat. Ita fit vt vnum genus in iis causis quæ propter scriptum ambiguntur,relinquatur, si est scriptum aliquid ambiguè.

Theodorus Gaza pro Participare, & Iam ad huius, iam ad illius naturam accedere. Homo autem (inquit lib.4.de Generat.ani.) cum omnibus generibus ambigit. Nam & vniparum animal, & paucíparum,& multiparum interdum est,& cæt. Idem de vrtica pisce,Vrtica (inquit) est ambigens & plantæ & animalis.

Ambiguus,adiectiuum, Dubius (ἀμφίβολος.)Festus,Ambiguũ est,quod in ambas

In ambas agi partes animo poteſt. Terentius,
Ambiguum hoc mihi iandudum fuerat.
Ambiguus cum genitiuo. Tacit.lib.2.Annal. ambiguus pudoris ac metus. Idem lib.19, Futuri ambiguus.
Ambiguus imperãdi. Corn. Tacit.lib.1.Annal. Tiberius cuncta per Cõſules incipiebat, tanquam vetere Republica, & ambiguus imperandi. Hoc eſt, Incertus an imperare deberet.
Ambiguus vitæ iacuit. Claud.in Eutrop.1.
Ambiguis alis volare. Seneca in Hipp.11,
Volat ambiguis mobilis alis Hora.
Ambiguæ aquæ. Id eſt, Diuerſa natura præditæ. Ouid.15.Metam.
Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixêre priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.
Ambiguis dictis animi ſententia prætentãda mihi erat. Ouid.de Byblide, 9. Metam.
Domus ambigua. Virg.1.Æneid. Quippe domum timet ambiguam. Vbi Seruius, Domum ambiguam, in qua habitat mutabilis fœmina.
Error ambiguus. Stat. Thebaid.5.
Fauor. Liu.3.Decad.lib.1, per ambiguum fauorem haud dubiè gratiam victoris ſpectantes.
Fidei ambiguæ vir, id eſt, Lubricæ, qui ſe modò huc, modò illuc inclinat. Liu.4.bel.Pun.
Fides. Liu.6.ab Vrbe,7, Per annos propè centum nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant.
Ambiguus hæres tanti certaminis. Ouid.3.Metam.
Infans. Senec.in Hipp.5,
Scelúſque matris arguit vultu truci
Ambiguus infans. Minotaurum intelligit.
Ingenium. Plin.Iunior, epiſt.67, Erat puer acris ingenij, ſed ambigui.
Iter. Perſ.ſatyr.5.
Labor ambiguus ignotæ ſortis. Id eſt, Dubij exitus. Seneca in Hipp.7.
Lapſu ambiguo refluúſque, fluitque. Ouid.de Mæandro fluuio Phrygiæ, 8.Metam.
Ambigui mares. Claud.in Eutrop.lib.1,
Eunuchi veſtros habitus, inſignia ſumunt
Ambigui Romana mares.
Ambiguus modò vir, modò fœmina. Ouid.4.Metam.de Scythone.
Nomen. Cic.3.Tuſcul. Ab Inuidẽdo autem Inuidentia rectè dici poteſt, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ.
Proles. Virgil.3.Æneid.
Agnouit prolem ambiguam, geminóſq; parentes. Seruius: Ambiguam: Nõ incertam, ſed duplicem: vt in ſequentibus probat, dicẽs, Geminóſque parentes.
Protheus. Ouid.2. Metam. quia in varias ſe mutat formas, modò viſi, modò leonis, modò aquæ, modò ignis.
Rem ambiguam primùm videre, deinde diſtinguere. Cic.de clar. Orat.
Scriptum. Cic.in Top. Id autem contingit, quum ſcriptum ambiguum ſit, vt duæ differentes ſententiæ accipi poſſint.
Senſu ambiguo. Claud.in Ruffinum,1.
Vates. Id eſt, Qui rem obſcuris verbis inuoluit. Sil.Ital.7.
Verba ambigua diſtinximus. Cicero in Orat. vulgò æquiuoca dicunt.
Ambiguæ captos virginis ore viros. Ouid.3.Amorum, eleg.11.
Verba ambigua perplexa voce iacis. Seneca in Hipp.5.
Voces ambiguas in vulgum ſpargere cœpit Vlyſſes. Virg.2.Æneid.
Vultu ambiguo. Horat.2.Carm.Ode.5.
Ambiguum relinquere. Virg.5.Æneid.
Tranſeat elapſus prior, ambiguúmque relinquat. Vbi Seruius: Ambiguum, minus firmum ad celeritatem. Turnebus hunc locum melius exponit. Ambiguum (inquit) id eſt, Parem & ambigentem cum eo de curſus palma & victoria: & Relinquere hîc eſt Præterire: quaſi dicat, Prætereat cum qui cum eo iuris eſt futurus ambigui, cùm ſimul ad metam peruenerint.
Ambiguum, ſubſtantiuum {ἀμφίβολον} Cic.2.de Orat. Statim occurrit animo quæ ſit cauſſa ambigui.
Ambiguum eſt. Ouid.1.Metam.
Ambiguum eſt, Clymene precibus Phaethontis, an ira
Mota magis dicti ſibi criminis.
Non habeo ambiguum. Id eſt, Non dubito. Brutus ad Cicer.lib.11. epiſt.11.
In ambiguo eſſe. Tacit.in vita Agricolæ. Non ſanè aliàs exercitatior magíſque in ambiguo Britannia fuit. Hoc eſt, In maiore defectionis & rebellionis periculo. Vide IN.
In ambiguo ſeruat. Horat.1.epiſt.17.
In ambiguo verbum relinquere. Lucret.4.
Ex ambiguo dicta, vel argutiſſima putantur: ſed non ſemper in ioco, ſæpe etiam in grauitate verſantur. Cic.2.de Orat.
Ambiguitas, penult. corr. {ἀμφιβολία} dicitur quum de re aliqua ambigitur. Cicer.1. de Inuen. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis, eſt quæ minus doctè Æquiuocatio dicitur.
Ambiguitates exquiſitæ. Quintil.lib.1.cap.10.
Ambiguitatem explicare. Quintil.lib.3.cap.6.
Soluere. Quintil.lib.7.cap.3.
Ambiguè, Aduerbiũ {ἀμφιβόλως} Dubiè. Cic.4.Acad. Quid ambiguè dictum ſit.
Ambiguè agere. Tacit.lib.19.
Ambiguè certare. Tacit.lib.21. Hoc eſt, Varia fortuna.
Ambiguè poſitum verbum. Cic.pro Cæcin. Id eſt, Quod in eodem loco dupliciter aut variè poteſt accipi.
Ambiguè ſcriptum. Cic.1.de Orat.
Ambio, ambis, ambiui, ambitum, pen.prod. {περιέρχομαι, κυκλόω} ambire. Ex am, & eo, b interpoſita, ſignificat vndique cingere, circũdare. Cic. de Vniuerſit. vt terram lunæ curſus proximè ambiret. Virgil. 10. Æneid. Atque oras ambiit auro. De clypeo loquitur.
Ambire maximo circulo. Plin.lib.2.cap.8.
Ambit terram aquis Oceanus. Ouid.5.Faſt.
Ambire baculum nexibus. Ouid.15.Metam.
Littora natatu. Stat.3.Sylu.2. Hoc eſt, Circuire.
Ambire torrentibus. Virgil.Æneid.6.
Ambibat fundamina Siculæ terræ. Ouid 5.Metam.
¶Ambire {μνηστεύω, φιλοτιμοῦμαι} Ambitionibus appetere, vt ait Nonius: vulgò *brigare* dicunt: Hoc eſt, magiſtratum vel honorem petere, & ad eam rem omni ſtudio incumbere. Cic.11.Philip. Quòd ſi comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. Virg.4 Æneid.
-quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? Vbi Seruius, Ambire, blanditiis circumuenire. Nonius interpretatur Interpellare.
Ego ambio, ego periclitor. Plin.Iunior, epiſt.6.lib.6.
Ambire palmam hiſtrionibus. Plaut.Amphit.3.
Ambit vocibus variis, id eſt, Ambitioſè circumuenit. Valer. Argonaut. lib.7.
¶Ambire, pro Cupere. Stat.2.Sylu.51,
-hunc ipſe choro plaudente Philetas,
Callimachúſque ſenex, Vmbróque Propertius antro,
Ambiſſent laudare diem.
Ambit vitulam mater, pro Affectatur, & ſtudioſè comitatur. Claud.lib. 1.de rap.Proſerp.
Ambitur ſignis auguſtior infans. Claudian. Panegyr. 7. de Honorio Auguſt.
Ambitio, Verbale {φιλοτιμία} Ipſa actio ambientis, ait Feſtus. Cic.1. Offic. Miſerrima eſt omnino ambitio, honorúmque contentio. Hoc per epexegeſin addidit Cic. Nam ambitio, nihil aliud eſt quàm immoderata cupiditas honorum, aut gloriæ: ſicut auaritia, cupido pecuniæ. Quod vtrunque Salluſtius multis verbis proſequitur in Catilina, vbi de corruptis Romanorum moribus agit.
Ambitio, duplex. Cic.in Salluſtiũ, Cedò ſi fuerim in honoribus petendis nimis ambitioſus, non hanc dico popularem ambitionem, cuius me principem confiteor: ſed illam pernicioſam contra leges, cuius primos ordines Salluſtius ducit.
Ambitio nutrix auaritiæ. Claud.lib.2.Paneg.
Ambitione metiri omnia. Vide METIOR.
Ambitio cretata. Perſ.ſatyr.5,
Ius habet ille ſui palpo, quem ducit hiantem
Cretata ambitio? Candidatos deridet, id eſt, Honorum & magiſtratuum petitores, qui in veſte cãdida populi ſuffragia non ſine adulatione ambiebant.
Ambitio, pro Aucupatione gratiæ. Cic.ad Q.frat.lib.1.epiſt.1, præſertim quum ij mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint.
Ambitione labi. Cicer.in Bruto, Non puto, inquam, exiſtimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis.
Impatiens. Stat.lib.1.Thebaid.
Demens. Claudian.
Impotens. Seneca in Thyeſte,4.
Leuis. Ouid.1.Faſt.
Mala. Horat.Serm.2.ſatyr.6.
Miſera grauiſque ſolutus. Horat.1.Serm.6.
Praua. Horat.1.Serm.ſatyr.6.
Solicita. Ouid.lib.4.Triſt.
Timida. Cic.pro Milone, Scio enim quàm timida ſit ambitio, quantáq; & quàm ſolicita cupiditas Conſulatus.
Ambitio noſtra nititur in Domitio. Cic.ad Attic.lib.1.epiſt.1, Sanè ſum perturbatus, tum ipſius Satyri familiaritate, tum Domitij, in quo vno maximè ambitio noſtra nititur.
Ambitione motus. Claud.epigram.22.
Ambitio exarſerat. Liu.4.Decad.lib.5, In exitu iam annus erat, & ambitio magis quàm vnquam aliàs exarſerat Conſularibus comitiis.
Ambitionis manifeſtus aliquis. Tacit.lib.14, Magna dum vixit ſeueritatis fama, ſupremis teſtamenti verbis ambitionis manifeſtus.
Ambitione inani pectus caret. Horat.2.epiſt.2.
Ambitione relegata dicere poſſum, Id eſt, ſine ambitione. Horat. Serm. 1.ſatyr.10.
¶Ambitiones. Cic.4.Verr. Vt ſtudia cupiditatéſque honorum, atque ambitiones ex omnibus ciuitatibus tolleret.
¶Ambitio præter notum ſignificatum, Obſequium glorioſum ſignificat. Suetonius in Othone, ca.4. Nullo officij aut ambitionis in quenquam genere omiſſo Budæus.
¶Ambitio, Circuitus, ambitus. Solin.ca.48, Nam fuliginem intrinſecus fauillacram ambitio tantùm extimæ cutis cohibet. Idem cap. 35, Nauigant autem vimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubulorum.
¶Ambitio, Contentio & flagitatio. Cic. Valerio lib.13.5, Nam quum multi à me petunt multa, quòd de tua erga me voluntate non dubitent, non committo vt ambitione mea conturbem officium tuum.
Ambitione ſumma à populo contenditur magiſtratus. Cic. 4. Verr. Et propter magnitudinem poteſtatis hic magiſtratus à populo ſumma ambitione contenditur. Id eſt, Petitur. De Cenſura loquitur.
Ambitioſus, penult.prod. {φιλότιμος, φιλοτιμος} adiectiuum. Vt, Amnis ambitioſus. Plin.lib.5.cap.15, de Iordane loquens, Amnis amœnus, & quantum locorum ſitus patitur, ambitioſus. Id eſt, Magnis ambitus, ſiue multa ambiens.
Ambitioſus, & qui ambit, & qui ambitur. Gell.lib.9.cap.12.
Ambitioſus, Ambitione laborans. Cic. pro Flacco, qui ita ſit ambitioſus, vt omnes vos, noſque quotidie perſalutet. Horat.2.Serm.ſatyr.3,
-verùm ambitioſus & audax.
¶Ambitioſus, Gratiæ præcupidus, & affectãtus blandiens ad emerendum fauorem. Cic.pro Muræna, Quibus L. Lucullus tantum laudis impertit, quantum neque ambitioſus imperator, neque inuidus tribuere alteri in communicanda gloria ſolet.
Homo minimè ambitioſus. Cic.lib.13.epiſt.
Amicitiæ ambitioſæ, Quæ plurimùm oſtentationis, nihil aut parum rei

habent: cuiusmodi nūc sunt inter aulicos. Cic. Attico, lib. 1. 13. Nam illæ ambitiosæ nostræ fucosæque amicitiæ, sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.
Atria. Martial. lib. 12. ad Clientes,
Atria si sapias, ambitiosa colas.
Amor. Ouid. 2. Amorum, eleg. 4.
Ars. Plin. lib. 29. cap. 1. de Arte medica loquitur.
Casa. Martial.
Et casa diuitiis ambitiosa latet.
Colus. Claud. in Paneg. 7.
Decreta ambitiosa vocatur, quæ per gratiam & fauorem facta sunt. Vlpian. l. 3. ff. De minor. D. Seuerus huiusmodi Consulum vel Præsidum decreta, quasi ambitiosa esse interpretati sunt.
Diligentia. Vlpian. l. Si bene collocatæ. D. De vsur. & fruct. Nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam non ambitiosam multū interest. Diligentia non ambitiosa est, iusta & accurata, nec nimia, nec affectata, nec famæ aucupatrix. Budæus.
Dux. Id est, gratiæ aucupator. Liu. 4. Decad. lib. 9. Carminaque à militibus ea in Imperatorem dicta, vt facilè appareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici: triumphumque esse magis militari fauore quàm populari celebrem.
Festinatio. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Gloria. Stat. Thebaid. 6.
Honor ambitiosus. Ouid. 8. Metam. Id est, Qui ambitiosos facit: ab effectu. Vel quem ambitiosè sectantur ambitiosi.
Ambitiosa ornamenta recidet. Horat. in Arte poetica. De versibus loquitur.
Ambitiosus pauper. Quintil. lib. 2. cap 4.
Sententiæ. Id est, Per gratiam & fauorem latæ. Tranquil. in Domit. cap. 8.
Ambitiosus in malis. Quint. lib. 6. Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum augere causas volo. & Ouid. 3. de Ponto,
Pro nostris vt sit ambitiosa malis.
In honoribus petendis. Cic. in Sallust.
In laude. Mart. lib. 1.
In aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. Epist. 2.
¶ Ambitiosum etiam, Enixum dicunt, & Affectatum, quod Græci περισπούδαστον dicunt, id est, Ingenti studio factū. Tacit. lib. 12, de Othone loquens, Ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput ludibrio futurum. Budæus. Cic. Valent tamen apud Cæsarem non tam ambitiosæ flagitationes, quàm necessariæ.
Ambitiosa, Superflua, & τὰ περιττά. Quintil. lib. 1. cap. 3. Si tamen ambitiosis vtilia præferet. Idem lib. 6. cap. 5. Quidam litigatoribus suis illum modo ambitiosum declamandi sudorē præstitisse contenti, &c.
¶ Ambitiosior hederis. Horat. 1. Carm. 36.
-nec Damalis nouo
Diuellatur adultero
Lasciuis hederis ambitiosior. Id est, Arctius ambiens & lacertis amplectens adulterum, quàm hederæ arborem cui adhærent.
Ambitiosè, aduerbium (φιλοτίμως) Per ambitionem. Liu. 1. ab Vrbe, Isque primus & petisse ambitiosè regnum, & orationem dicitur habuisse, &c.
¶ Ambitiosè agere. Cic. Att. lib. 7, Vtrunque verò simul agi non potest, & de triumpho ambitiosè, & de Repub. liberè.
Ambitiosè corrigere orationem. Cic ad Attic. lib. 15, Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina, petiitque à me, vt eam ne ambitiosè corrigerem antè quàm ederet. Ambitiosè autem corrigere dicitur is qui in amici scriptis pauca mutat, quod vereatur ne eum offendat, ambitiosus in eius gratia retinenda.
Ambitiosiùs facere aliquid. Cic. ad Appium Pulch. lib. 3. epist. 7. Quum in isto genere multo etiam ambitiosiùs facere soleam, quàm honos meus, & dignitas postulat.
Ambitiosè fouere aliquem. Liu. Dec. 4. lib. 8.
Ambitiosissimè petere prouinciam. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ambitiosè tristis. Mart. lib. 1, Siquis tamen tam ambitiosè tristis est, vt apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit.
Ambitus, pen. prod. Participium (περιζωσθείς) Circundatus. Ouid. 1. Metamorph.
Iussit & ambitæ circundare littora terræ.
¶ Ambitus, Id est salutatione & precibus accuratè rogatus. Cicero pro Plancio, Non enim comitiis iudicat semper populus: sed mouetur plerunque gratia, cedit precibus, facit eos à quibus est maximè ambitus.
Ambitos honores à principe. Claud. in Ruff. 1.
Ambitus, huius ambitus, pen. corr. mascul. gen. (περίοδος) Varro 4. de Ling. Lat. Ambitus, Circuitus: ab eo, XII. tab. interpretes, ambitū parietis, circuitum esse describunt. Festus, Ambitus propriè dicitur circuitus ædificiorum, patens in latitudinē pedes duos & semissem, in longitudinem idem quod ædificium. Sed & eodem vocabulo, affectati honoris crimen appellatur, à circumeundo, supplicandóque. Hactenus Festus. Lucan. lib. 1,
-lethalísque ambitus vrbi,
Annua venali referens certamina campo.
Ambitus ædium. Cic. in Topic. Quoniam P. Scæuola id solùm esse ambitus ædium dixerit, quantum parietis communis tegendi causa tectum proiiceretur.
Aquæ. Horat. de Arte poet.
Molli ambitu omenta pingues viscerum obtendunt sinus. Senec. in OEdip. 4.
Ambitus nauigationis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Nominum. Plin. lib. 15. cap. 30.
Rotundus ambitus. Cic. de Vniuers. Sic animus à medio profectus, extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circuniecit.
Stellarum rotundi ambitus cognoscuntur. Cic. 2. de Nat. deor.
¶ Ambitus verborum. Colum. lib. 2. cap. 2.

Ambitus verborum, pro Periodo. Cic. in Bruto, Comprehensio, & ambitus ille verborum (si sic Periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis.
Infringitur ambitus verborum. Cic. 3. de Orat. Quæ si in extremo breuiora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus: sic enim has orationis conuersiones Græci nominant.
Perfecto completóque verborum ambitu gaudent aures meæ, & curta sentiunt, nec amant redundantia. Cic. in Orat.
Arguti, certique & circunscripti verborum ambitus conceduntur. Cic. in Orat.
¶ Ambitus, affecti honoris crimen. Festus.
Ambitus & largitio. Cic. 2. de Orat. Et de ambitu rarò illud datur: vt possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere.
Ambitus acrior. Tacit. lib. 14. Vide ACER.
Immanis. Cic. ad Q. frat. lib. 2. epist. vlt. Ambitus redit immanis: nunquam fuit par.
Accusari ambitus. Cic. pro Cluent.
Damnari ambitus. Cic. pro Cluent.
Iudicium ambitus. Cic. pro Cluent.
Ambitu petere. Seneca in Medea 6,
-segnis hæc ibit dies
Tanto petitus ambitu, tanto datus?
Lex ambitus. quæ de ambitu vindicando lata est.
¶ Ambitus, pro Aucupatione gratiæ, & vitiosa emerendæ famæ cupiditate, à Quintiliano ponitur, lib. 4. cap. 1. Est enim (inquit) nonnunquam prauis iudicibus hic ambitus aduersus amicos. Idem lib. 12. cap. 7. Summouendum verò est vtrunque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam suam, vel illud etiam iactantius minores vtique contra dignitatem attollendi.
AMBLAS, dis (Ἀμβλάς) Ciuitas vna Pisidarum, vt docet Strabo lib. 12.
Ambo, ambæ, ambo, amborum, ambarum, amborum, ambobus, ambabus, ambobus, & in accusatiuo, ambos vel ambo, ambas, ambo, (ἄμφω) Nomē est collectiuum. Cic. 1. de Diuinatione, Quorum amborum generum vna ratio est. Et à Græco ἄμφω, vt ait Festus.
Vterque & Ambo differunt. Vtrunque fecisse dicimus, si & hic & ille fecerit diuisim: vt, Vterque fecit domum. ergo duæ domus factæ sunt. Ambos fec isse dicimus, si duo coniunctim aliquid fecerint. vt, Ambo sibi monumentum constituerunt: hoc est, Vnum monumētum commune. Terent. in Pról. And.
Qui vtranuis rectè norit, ambas nouerit.
Ambo (ait Sosipater lib. 1.) non est dicēdum, nisi de iis qui vno tempore quid faciunt: vt puta, Eteocles & Polynices ambo perierunt: quasi dicas, vnà. Romulus autem & Africanus non ambo triumphauerūt, sed vterque, quasi diuerso tempore. Ex Parrhasio in Claudianum.
Ambo & vterque. Cic. in Orat. Vicinus amborum, in neutro excellens, vtriusque particeps, vel vtriusque (si verum quærimus) potius expers.
Ambo vnà. Terent. in Heaut. Vnà ambo abierunt foras.
Ambo, masc. gen. accusatiuus. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Præterea ne vos titillet gloria, iure
Iurando obstringam ambo. Plaut. Rud. 19.7.
Iube dum recedere istos ambo illuc modò.
Ambo iter peragunt. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Ambo conuenimus. Virgil. eclog. 5.
Ambo florentes ætatibus. Virg. eclog. 7.
Ambæ vnà feruntur iunctis frontibus. Virgil. 5. Æneid. de Centauro & Pristi nauibus loquens.
Ambas buccas iratus inflat. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Ambas palmas ad cælum tendit. Virgil. 10. Æneid.
AMBRACIA (Ἀμβρακία) nobilis est ciuitas Thesprotiæ Epiri, ab Ambracia Thesprou filio, prius Eponia & Paralia dicta. hodie vulgo Larta appellatur. apud Ptolem. Meminit Plin. lib. 4. cap. 1, Aliquando dicta est Epuia & Paralia. Hermolaus ex Steph. Plaut. Sticho 1. Hanc diu oppugnatam tandem deditione accepit M. Fuluius Consul Roman. Liu. 4. Decad. lib. 8.
Ambracius (Ἀμβρακικός) Adiectiuum. Qui ex Ambracia est.
Ambraciæ oræ maligni portus. Lucan. 5.
Frondes. Stat. 2. Sylu. eleg. 2.
Pontus. Stat. 4. Thebaid.
Sinus, quo mersa est Acarnania, vt testatur Plin. lib. 2. cap. 90. *Le gulf de Larta.*
Ambracienses, iidem qui & Ambraciotæ, nimirum vrbis Ambraciæ ciues & incolæ. Liu. 4. Decad. lib. 8, Vt Ambracienses compelleret ad deditionem. Sic ibidem iterum atque iterum.
Ambraciotæ. Vide AMBRACIENSES.
Ambracides (ἀμβρακίδες) Genus calceamentorum muliebrium, Pollux lib. 7. cap. 22.
Ambrices, Regulæ, quæ transuersæ, asseribus & tegulis interponuntur. Festus. Turnebus Regulas non Tegulas legit, id quod sensus ipse declarat: sed & Francorum lingua, quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur *lambrices* vocat: quod cùm fit, ædes *lambricari*, pro Ambricari dicit.
Ambraciotes vinum laudatissimum in Ponto. Plin. lib. 14. cap. 7.
AMBRONES, Fuerunt gens quædam Gallica, qui subita inundatione maris quum amisissent sedes suas, rapinis & prædationibus se suosq; alere cœperunt. Eos, & Cymbros, Teutonesque C. Marius deleuit. Ex quo tractum est vt turpis vitæ homines Ambrones dicerentur. Festus. Vide Erasm. Chiliad.
Ambrosia (ἀμβροσία) herba quam alij Botrym, alij Artemisiam vocant, teste Dioscoride & Plin. lib. 27. cap. 4. Poetæ fabulantur Ambrosiam appellari cibum deorum: quemadmodum nectar, potum. Hinc etiam dictam aiunt ab ἀ priuatiua, & βροτὸς, mortalis: interposito μ, vocalitatis gratia: vel quòd mortales eam non edant: vel quod qui eam ederint, immortales euadant. Ouid. 1. de Ponto eleg. 11,
Nectar & ambrosiam latices epulásque deorum.

¶ Ambrosia,

¶ Ambrosia, nomē Antidoti, quod Zopirus Ptolemæo regi composuit. Cornel. Cels. lib. 5. cap. 23.

Ambrosia alendus, prouerbiali figura dicitur, qui est egregius & velut diis æquandus. Vsus est Cic. lib. 2. de Orat.

Ambrosia dulci dulcius. Catul. epigram. 94.

Ambrosia salubus. Virgil. 12. Æneid.

-spargitque salubris
Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceam.

Ambrosius, adiectiuum (ἀμβρόσιος) Id est, Ex ambrosia, vel Ad ambrosiam pertinens. Martial. lib. 4,

Temperat ambrosias quum tua cura dapes. Virg. 1. Æneid. Ambrosiæque comæ. Vbi Ser. Ambrosiæ comæ, aut deorum vnguento oblitæ. Hoc est, Ambrosia: aut certè abusiuè dixit, Diuinæ comæ.

Ambrosio sinu puerum complexa Claudian. Epithalam. 22.

Ambrosius succus. Sil. Ital. 7. Columel. lib. 10. cap. 39.

Ambrosio liquore membra spargit. Stat. lib. 9. Thebaid.

Ambrosiacus, pen. corr. similiter adiectiuum (ἀμβροσιακός) vt, Ambrosiaca vitis. Plin. lib. 14. cap. 3, Sed sunt etiamnum insignes, vua non vino, ambrosiaca, duracina.

AMBROSIA, Dionysij festū, apud Iones in primis, quæ Lenæa & Choæ dicebantur. Cæl. lib. 28. cap. 25.

AMBROSIVS (ἀμβρόσιος) Proprium nomen, quod interpretatur Diuinus, seu immortalis.

AMBRYSVS, penult. corr. nomen duarum vrbium, quarum vnam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. Quidam Amphrysum rectè dici affirmant.

AMBVBAIAE (ἀμβουβαῖαι) sunt (Porphyrione authore) mulieres vagæ ac viles: quibus nomen hoc casu vanorum & ebrietate balbutientiū verborum videtur esse indicum. Acron verò sic: Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum. Etenim lingua eorum, tibia siue symphonia, Ambubaia dicitur. Alij dictas putant, quòd AM, id est circum BAIAS, locum amœnissimum, & voluptatibus plenum, versarentur. Sueton. in Nerone, cap. 27, Inter scortorum totius vrbis ambubaiarūmque ministeria. Horat. 1. Serm. satyr. 2,

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne.

Ambubeia (ἀμβουβεία) vel (vt alijs placet) Ambugia, Ægyptio nomine nobilior est quàm Latino. Cichorium enim nemo nescit. Dicitur & erraticus intubus, flore cæruleo, qui nubilo etiam dic panditur, & cum eo circumagitur in occasum, noctu semper compressus. Hæc Ruellius lib. 2. cap. 120. Idem lib. 1. cap. 10, Erraticum vel agrestem intubum, cichorium, ambubeiam, & Græcis picrida, eandē esse herbam censebit, qui bonos authores euoluerit.

Ambugiam apud nos quidam appellauere intubum erraticum Plin. lib. 20. cap. 8. Vbi Hermolaus docet eam à Cornelio Celso vocari Ambubeiam. Alij putant Celsi codices, vnius literæ peruersione, ex Ambuleia in Ambubeiam deflexisse, nomine videlicet ducto ab Ambulando: quod mirè conuenit cum voce Pliniana erraticum. Vetus Budæi codex membranaceus in illo Plinij loco habet Ambubulam. Sex alij codices Pliniani, & ipsi vetusti, atque adeò membranacei, qui apud nos sunt, habent Ambulam.

Ambulacrum. Vide AMBVLO.

Ambulo, ambulas, pen. corr. (περιπατῶ) ambulare, Ab ambio deducitur, quod est Circuire. Significat autem huc atque illuc ire, propriè tamen exercitationis, aut animi causa: quod & Deambulare dicimus. Plaut. Menæh. 8. 4, Coniux ambulant ante ostium.

Ambulare (περιπατεῖν, βαδίζειν) Ire, gradiri, incedere. Plin. 10. cap. 65, Mures Ægyptij bipedes ambulant, ecu Alpini. Plaut. Bacchid. Cum illa neque cubat, neque ambulat.

Ambulare pedibus. Plaut. Truculento.

Ambulare passus quingentos, aut septingenta millia passuum. Plin. lib. 20. cap. 2. Cic. pro Quintio.

Ambulant aues. Plin. lib. 10. cap. 38, Ambulant aliquæ, vt cornices: saliūt aliquæ, vt passeres, merulæ, &c.

Ambulant naues. Cato de Re rust.

Ambulare maria. Cic. 2. de Finibus, Quum Xerxes tantis classibus, tantisque equestribus & pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athóve perfosso, maria ambulauisset, terram nauigasset, &c.

Ambulauit possessio per multos. Vlpian. in l. Sed & si. §. Perinde. D. de petit. hæred. Id est, sæpius possessio mutata est, & ab vno ad alterum translata. qua in significatione sæpe hoc verbo Iurisconsulti vtuntur. Nam & emptiones eodem modo per plures personas ambulasse dicuntur in l. sed vbi. 15. D. de minor.

Ambulare foro transuerso. Cic. 3. de Orat. M. verò Manlium nos etiam vidimus transuerso ambulantem foro.

In littore. Cic. in Bruto.

In sole. Cic. 2. de Orat.

Cum aliquo. Cic. 4. Acad.

Rectè. Cic. ad Att. lib. 9. epist. 171, Si enim rectè ambulauerit qui hāc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit.

Eo modo autē ambulat Cæsar. Cic. ad Att. lib. 8. epist. 166, Eo modo autē ambulat Cæsar, & iis diariis militum celeritatem incitat, vt timeam ne citius ad Brundusium, quàm opus sit, accesserit.

Ambulat demissis tunicis. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Ambulat libera per tutas vias. Ouid. 1. Fast. 25. de Pace loquitur.

Ambulat ante noctem cum facibus. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Ambulat erecto pectore. Claud. in Eutrop. 1.

Ambulare superbum. Horat. Epod. 4,

Licet superbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

¶ Ambulare in ius. Plaut. Rud. 20, Ambula in ius. Terent. Phorm. 5. 8, In ius ambula. Vbi Donatus, Ad iudicem eamus scilicet: nam IVS, pro loco est. sed in quo Prætor ius reddit. Itaque in ius ire & ambulare, non est Ad iudicem ire (vt putat Donatus) sed ad Prætorem.

¶ Ambulat hoc caput per omnes leges, Plin. 10. cap. 50. Quasi dicat, peruagatum est, vtpote in legibus passim repetitum.

¶ Ambulari passiuum in tertiis personis. Plin. lib. 23. cap. 1.

Ambulans cœna. Martial. lib. 7,

Pro mensis habet Annius ministros:
Transcurrunt gabatæ, volántque lances:
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Ambulans fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9.

Ambulatio (περίπατος) Verbale. Cicer. 5. de Finib. Constituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.

Ambulatione cibos perficere Athletas malunt. Plin. lib. 11. cap. 53.

Venire in ambulationem. Cic. 1. de Orat.

¶ Ambulatio, Locus ad ambulādum, Idem quod Ambulacrum. Vitruu. lib. 5. cap. 9, Circa theatra sunt porticus & ambulationes: quæ videntur ita oportere collocari, vt, &c. Columella lib. 1. cap. 6, Ambulationes meridiano æquinoctiali subiectæ sint, & vt hyeme plurimum solis, & æstate minimum recipiant.

Ambulatiuncula, diminutiuum (περιπάτιον) Cic. ad Cælium, lib. 2. 11, Cum vna mehercule ambulatiuncula, atque vno sermone nostro omnes fructus prouinciæ non confero.

¶ Ambulatiuncula, Parua ambulatio. De loco dictum. Cic. Attic. lib. 13. 284, Tecta igitur ambulatiuncula addenda est.

Ambulator, penult. prod. Verbale (περιπατητικός) Qui huc & illuc sæpe ambulat. Cato cap. 5, Villicus ne sit ambulator. Columella lib. 1. cap. 8, Villicus enim (quod ait Cato) ambulator esse non debet.

Ambulatrix, penult. prod. Verbale fœm. (περιπατήτρια) Cato cap. 143, de villicæ officio loquens, Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix siet.

Ambulatorius, adiect. (περιπατητικός) vt Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas: vt meminit Vegetius. Hirt. de bell. Alex. lib. 4, Præterea ambulatorias totidem tabulatorum confixerant. Subaudi, turres.

Ambulatoria porticus. Vlpian. in l. ficuti. §. Competit. D. Si ser. vind.

¶ Ambulatorius Iurisconsulti ponunt pro Mutabilis & inconstans, quemadmodum & Ambulare pro Mutare, vt antè diximus. Hinc

Ambulatoria actio, Id est, Mutabilis, à persona in personam transiens. l. fin. C. de furt.

Conditio. in l. seruus. 34. D. de statulib.

Potestas legis. Lex. it. 10. D. de fund. dot. Id est, Mutabilis ad permittendam alienationem.

Voluntas testatoris vsque ad mortem. l. quod si. 4. D. de adim. leg.

¶ Ambulatorium operculum. Plin. lib. 21. cap. 14. de aluearis loquens. Id est, quod facilè huc & illuc moueatur.

Ambulacrum, penult. prod. (περίπατος) Locus in ædificiis ad deambulandum accommodatus. Festus, Ambulacra, ambulationes. Sipontinus dicit Xystum Græcè dici locum exercitationi corporis accommodatum, Latinè autem Ambulationem vel Ambulacrum. Plaut. Mostel. 9,

-gynæceum ædificare vult hic in suis,
Et balneas, & ambulacrum, & porticum.

Longa ambulacra. Gellius lib. 1. cap. 2, Propulsabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus ædium posticum refrigerantibus lauacris nitidis.

Luculentum. Vide LVCVLENTVS.

Ambulatilis, pen. corr. Adiectiuum (περιπατητός) Hinc ambulatiles funduli Vitruuio lib. 10. cap. 13.

AMBVLII cognominati sunt à Laconicis Castor & Pollux, quorum etiam ara fuit eo in loco vbi & Iupiter & Pallas eodem cognomine colebantur. Pausanias.

Amburbale, vel Amburbium, dicitur sacrificium, quo vrbem circuit & ambit victima, vt ait Seruius in eclog. 3. Festus verò, Amburbiales (inquit) hostiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbis ducebantur.

Amburo, amburis, pen. prod. ambussi, ambustum (περικαίω, ἀμφικαίω) amburere, Circum vrere. Plaut. Epid. 14, Quaqua tangit, omne amburit.

Amburi, de cadauere dictum. Cic. pro Milone, 66, Sine funere, óblitus cruore & luto, spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, ambureretur etiam abiectus. Hoc est, Imperfectè cremaretur. De Clodio loquitur.

¶ Amburere ponitur etiam pro Comburere. Plin. lib. 10. cap. 33, Hirundinum pulli ad cinerem ambusti, multis morbis medentur. Id est, Combusti.

Ambustus (περίκαυστος) inquit Festus, Circum vstus.

Ambustæ fortunarum reliquiæ. Cicer. pro Dom. Qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas domos comportari iuberent.

Iuga taurorum. Claud. de bel. Getico.

Ambusta sude truncus. Seneca in Hippol. 10.

Ambusta seruoribus Ariana regio. Plin. lib. 6. cap. 23.

Incendio. Cic. 3. Verr. Hic sociorum ambustus incendio.

Fulminibus. Plin. Iunior epist. 11. lib. 3.

Lumina pruinis. Valer. Argon. lib. 4. de Prometheo.

Ambusto aggere flagrantis ripæ. Claud. in Ruff. 23.

Ambusta aquis, si statim ouo occupentur, pustulas non sentiunt. Plin. lib. 19. cap. 3.

Sonipes. Claud. Paneg. 4.

Ambusta illinere. Plin. lib. 24. cap. 10.

Ambustis illinitur cruda cannabis. Plin. lib. 20. cap. 23.

Ambustis ossibus arua premit Iliaca. Ouid. ad Liuiam, de Achille.

Ambusta igni vel frigore. Plin. lib. 24. cap. 8.

AMBVSTVS cognomen est Fabiorum. Primus hoc gessit Fabius Eburnus, quòd fulmine esset ambustus, vt scribit Festus. Ab hoc Fabio tam quam hereditarium eius posteri retinuerunt.

Ambustio, ambustionis, Verbale (περίκαυσις) Plin. lib. 23. cap. 4. Myrteū oleum medetur eruptionibus, & ambustionibus,

Ametum,& Amecā,pro Amico & Amica,antiqui dicebant.Laberius in lacu Auerno mulierem fuisse amecabundam scripsit. Hoc est, Amantem. Nonius. Festus, Ab antiquis Ameci & Amecæ per e litteram efferebantur.

AMELIVS, philosophus Apamiensis,discipulus Plotini, magister Porphyrij. Volaterranus.

Ameletides.Vide ANALECTIS.

Amellus,li,herba est, cuius meminit Columell.lib.9. cap.4.De ea sic scribit Virg.Georg.4,

Est etiam flos in pratis,cui nomen Amello
Fecere agricolæ:facilis quærentibus herba:
Nanque imo ingentem tollit de cespite syluam
Aureus ipse:sed in foliis quæ plurima circùm
Funduntur,violæ sublucet purpura nigræ:
Sæpe deûm nexis ornatæ torquibus aræ:
Asper in ore sapor:tonsis in vallibus illum
Pastores & curua legunt prope flumina Mellæ.

In quem locum sic scribit Seruius. Mella (inquit) fluuius Galliæ est, iuxta quem herba hęc plurima nascitur,vnde & Amello dicitur,sicut populi habitantes iuxta Lemannum fluuium Alemanni dicuntur. Hermolaus in Corollar.cap.59. Amellum,inquit, de quo & Virgil.& Columella, frutices fert apibus gratissimos,aureo & luteo colore,ab imo foliosos, floribus purpureis, aspero gustu. Cuius radicis succus ægroto exanimi cum aminæo vino dari præcipitur. Valerius Cordus in Dioscoridem putat eádem esse herbam cum Chelidonio minore.

Amen {ἀμήν} Dictio Hebræa, quæ Verè aut Veritas significat: particula seruiens cùm aliquid confirmandum est. vt Num. cap.5, Et dicebat mulier,Amen, amen. Id est, Veritas:aut Verum hoc erit: aut Sit ita.

Amens,amentis,adiect.{ἄνους, ἔκφρων, ἔκνοος} Qui à mēte sua discessit: vt ait Varro de Ling. Lat.lib.5. Est enim amens, non qui mente caret,sed qui aliqua perturbatione sic mente motus est, vt ob rationem turbatam, quid agat,quídve dicat,cernere non possit. Ter.And.1.3, Nam inceptio est amentium, haud amantium. Cicer. 2. de Fin. An me (inquis) tam amentē putas,vt apud imperitos isto modo loquar?

Vecors & amens.Cic.in Pisonem.
Homo amentissimus, atque omnibus consiliis præceps & deuius. Cic. 5.Philipp.
Consilium amentissimum.Vide CONSILIVM.
Amens animi.Virgil.4.Æneid.
Amens dolore semianimis procubuit Ouid.1.Trist.eleg.3.
Amenti furore cæca.Catull.in Argonaut.
Amens metus incubat. Lucan.1.
Amens terror.Claudian.in Ruffinum.

Amentia, amentiæ {ἄνοια, ἔκνοια} denominatiuum ab Amens.Cicer.3. Tuscul.Nec minus illud acutè. quòd animi affectionē lumine mentis carentem,nominauerunt amentiam,eandémq; dementiam. His verbis satis ostendit Amentem & Dementem pro eodem accipi.

Amentia grauis.Ouid.5.Metamorph.
Sana mens confligit cum amentia. Cic.in Catil.
Flagrare amentia.Cic.pro Cluent.
Incidere in amentiam.Cic.
Præditus & præceps amentia.Cic.pro Rosc. Amer.& in Verr.
Rapi amentia.Cic.epist.lib.16.
Amentiam aliquam tenere.author ad Herenn.
Amentia versat. Horat.Serm.2.satyr.3,
Ludere par impar,equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum,amentia verset. Id est,agitet.

Amentum.amenti,n.g. {ἅμμα} Lorum quo aliquid retinetur,aut ligatum est: vt solearum corrigiæ, & lora in quibusdam iaculis. Plin.lib. 34.cap.6, Corneliæ Gracchorum matri sedens posita statua est, solesque sine amento insignis. Festus, Amenta (inquit) sunt quibus, vt mitti possint,vinciuntur iacula,siue solearum lora:ex Græco quod est ἅμματα,sic appellata: vel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. Seruius, Amentum est lorum quo media hasta religatur & iacitur. Virgil.9.Æneidos,

Intendunt acres arcus,amentáque torquent. Liu.7.bell. Maced. Et iaculorum amenta emollierat.Plin.lib.7.cap.56, Iaculum cum amento ferunt inuenisse Ætolum Martis filium. Senec.in Hippol.6,
Amentum digitis tende prioribus,
Et totis iaculum dirige viribus.
¶Amentum, etiam cachryn roboris significat.Ruell.lib.1.cap. 86. Hermol.in Plin.lib.16.cap.8.

Amentatus, pen.prod.adiect. nomen, siue participium ab Amento, amentas.Est quod amentis ligatum est:vt, Amētatæ soleæ,quibus scilicet vtuntur mulieres: aut quod amento retinetur.

Amentatum iaculum.Cic.de clar.Orat.
Amentatæ hastæ oratoris. Cic. 1. de Orat. In eo autem iure quod ambigitur inter peritissimos, non esse difficile oratori eius partis quancunque defendet, authorem aliquem inuenire: à quo quum amentatas hastas acceperit,ipse eas oratoriis lacertis viribúsq; torquebit. Metaphoricè dixit pro Argumentis aliunde petitis, quasi telis, quibus vtatur orator.

Amento,amentas {ἀμματίζω} amentare. Lucan.lib.6,
Quum iaculum parua Libys amentauit habena. Id est, aut Iaculum amentatum contorsit: aut vt torqueret, muniuit amento, quasi habena.

Ameos,Vide AMMIVM.

AMERIA {Ἀμερία} oppidum est Vmbriæ, patria Roscij Amerini quem defendit Cicero: vulgò *Almelina*. Ameriam Cato ante Persicum bellum conditam annis nongentis sexaginta quatuor prodidit. Plin. libro 3.cap.14.

Amerinus,pen.prod. adiectiuū {ἀμερῖνος} vt Amerina salix apud Plin. lib.24.cap.9.

Amerina retinacula, pro Viminibus, per periphrasim. Virgil.1. Georgicorum,
Atque amerina parant lentæ retinacula viti. Vbi Seruius, Amerina retinacula, virgas de quibus vites religantur. Quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ,cuius crebram in Rosciana fecit Cicero mentionem.

Amerimnon {ἀμέριμνον} Herba est quæ alio nomine Aizoon maius appellatur. Plin.lib.25.cap.13.

AMERIOLA,oppidum in Latio.Plin.lib.3.cap.5.

Ames,amitis,m.ge.Festus,Amites,perticæ aucupales. Hroat.in Epod. 2, Aut amite leui rara tendit retia. Amites (inquit Porphyrio) hodie appellantur quoque furculæ quibus retia in venatione vel in aucupio suspenduntur. Palladius lib.10.cap.12, Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ, cæteráque instrumenta capturæ. Idem lib. 7.cap.2.

AMESTRATVS {Ἀμήστρατος} Siciliæ oppidum, cuius incolæ dicuntur Amestratini.Author.Steph. Horum meminit Cic.5.Verr.

AMESTRIS,Regina fuit Persarum,vxor Xerxis,de qua multa Herodotus.

Amethystus, amethysti,m.ge. {ἀμέθυστος} Gemma,quæ purpurea est, colore violæ,dicta Amethystus, quasi minimè ebria. ἀπὸ τοῦ α, priuatiua particula, & μεθύω, ebrius. Causam nominis (inquit Plin.lib. 37. cap.9.) afferunt, quòd vsque ad vini colorem accedens, prius quàm eum degustet, in violam desinit: fulgórque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, sed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, scalpturis faciles. Indicæ absolutum purpuræ colorem habent: ad háncque tingentium officinæ dirigunt vota.

Amethystus,vuæ genus.Colum.lib.3.cap.2.
Amethystus purpureus.Ouid.3.de Arte aman.
Amethystum herbam qui existimant contra ebrietatem pollere, planè hallucinantur: gentilem hinc gemmam ita nominari, quòd vinolentiæ refragetur. vtraque enim à colore sibi nomen asciuit. De calculo satis conuenit. Cæterùm amethysti herbæ folium meracioris vini colorem æmulatur. Ruellius lib.1.cap.14.& cap.20.

Amethystinatus,pen.prod. {ἀμεθυστινάτος} nomē duriusculè deriuatum ab Amethystinus. Martial in fictum diuitem,
Hic quem videtis gressibus vagis lentum,
Amethystinatus media qui secat septa. Hominem dicit amethystino colore ornatum,sicut Purpuratum dicimus.

Amethystinus {ἀμεθύστινος} adiectiuum,pen.corr.Iuuenal.satyr.7, vendunt amethystina. Id est, Vestes ex colore amethystino. Hoc autem dicit: Ideo purpurati, aut amethystinati incedunt causidici, vt suas operas carius vendant.

Amethystinus color. Plin.lib. 21.cap.8, Amethystinum colorem dicimus, qui in viola micat: & ipse in purpureum,quémque ianthinum appellauimus.

Amethystizontes {ἀμεθυστίζοντες} carbunculi. Hoc est, Quorum extremus igniculus in amethysti violam exit.Plin.lib.37.cap.7.

A M I

Amia,æ,Piscis est Pelamidi similis, cuius incremētum singulis diebus intelligitur. Plin.lib.9.cap.15. Vide Rondeletium.

Amiantus {ἀμίαντος} Lapis est friabilis in modum lanæ, alumini scissili adeò similis,vt pro eo à seplasiariis supponatur.Vulgus Gallorum vocat Alumē plumeum, falsò existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quòd ab igne non consumatur. Texitur quoque in vestes & mappas: quæ sordidatę,igni purgātur.Discernitur ab alumine scissili,quòd hoc aquæ innatet: amiantus autē mergatur. Gustu quoque dignoscitur: nam alumen scissile,substantiæ tenuitate linguam mordet, & tandem exulcerat:amiantus verò,acrimoniæ omnis mordacitatísque expers est. Adhæc,Amiantus in ignem coniectus,perpetuò durat: alumen autē liquescit,bullásque excitat.Vide Plin.lib.35.cap.15.

Amica,Vide paulo pòst,ante AMICVS substantiuum.

Amicabilis, Amicè, Vide AMICVS adiectiuum.

Amicinum,penult. prod. Vtris pediculus,ex quo vinum diffunditur. Festus.

Amicio,amicis,penult.corr. amicui, amictum {ἀμπίσχομαι} amicire, Vestire,Operire. Sueton.in Vespas.cap.20, Dum salutabatur,& calciabat ipse sese,& amiciebat.

Amicibor,pen.prod.vetustè dictum pro Amiciar.Plaut.Persa,9,
Subnixus alis me inferam atque amicibor gloriosè.
Amicitur in fuluis alis.Ouid.5.Metam.
Amicitur vitibus vlmus.Ouid.de Ponto,3.eleg.8.
Amicitur chartis.Horat. 2.epist.1.

Amictus, participium {ἠμφιεσμένος} idem quod Vestitus vel opertus. Cic.2.Phil. Sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus.

Nube candente humeros amictus.Horat.1.Carm.6.
Velis amictos,non togis. Cic.in Catil.
Amicta ossa lurida pelle.Horat.Epod.17.
Amicta loca niue. Catull. de Berecynthia & Aty.
Amicta vitibus vlmus.Horat.1.epist.17.

Amictus,huius amictus {ἀμπεχόνη, ἀμφίεσμα, ἐπίβλημα} Quicquid, quo quis amictus,siue opertus est: sicut Vestitus, quo vestimur. Est enim vtrunque generale nomen. Cic.5.Tuscul. Mihi amictui est Scythicum tegmen. Tibullus,

Frustrà iam vestes, frustrà mutantur amictus.
¶Amictui dictum, quod amiectum. Id est, Circumiectum, à quo etiam quòd vestitu se inuoluunt, Circumiectui appellāt. Var.de ling. Lat. Amictui autem & Circumiectui more veteri à Varrone dictum elegantissimè censet Turnebus: cuius elegantiæ ignari has exterminauerunt loquutiones,& seculi nostri balbutiem inuexerunt.
Aurato amictu velatur.Ouid.14.Metam.
Croceo amictu velatus Hymenæus.Ouid.10.Metam.
Duplex.Virg.5.Æneidos,
Hæc fatus,duplicem ex humeris reiecit amictum.

Ferrugineus.

Ferrugineus.Claud.de rapt.Proserp.lib.2.
Glauco amictu caput contexit.Virg.Æneid.12.
Lineus.Tacit.lib.19.
Leuis.Catull.in Argonaut.
Multo amictu nebulæ circu nfudit dea gradientes. Virg.Æneid.1.
Perlucens.Ouid.4.Metam.
Purpureus.Horat.1.epist.18.
Sordidus.Virg.6.Æneid.
Amictus lacessere fummos.Stat.2.Sylu.1.
Lapsus ex humeris amictus.Ouid.3.de Arte aman.
Madido amictu oneratus.Claud.de bell.Get.
Refugo amictu palescit nox afflata rotis coruscis.Claud.Epigr.3.
Plebeio amictu tectus. Lucan.lib.3.
Tenues amictus laniauit.Ouid.4.Metamor.
Deponere amictus.Iuuen.1.Satyr.
Amictu erepto nuda.Propert.lib.2.eleg.1.
Amictu cuitare tela alicuius.Prouerbiali figura dictū est à Catullo, Contra nos tela ista tua euitamus amictu. Hoc est, Non armis, non clypeo, sed facilè depellimus, nō secus quàm muscarū insultus.
Græci amictus exolcuerant.Tacit.lib.14.
Amictu fœmineo velauit. Stat. Achil.1.
¶Amictus,pro modo & ratione vestiendi corporis,& decôre vestitus. Quint.lib.11.cap.vlt.Est aliquid in amictu,quod ipsum aliquatenus temporum cōditione mutatum est. Iterum,& negligentior amictus,& soluta ac velut labens vndique toga.
Amiculum,pen. corr. (ἀμπεχόνιον.)Festus,Amiculum,genus vestimenti à circumiectu dictum.Cic.2.de Diuinat.Visus est in somnis amicæ, esse amictus amiculo.
Amicula exuere. Curt. libro 5, Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modestus est habitus: deinde summa quæque amicula exuunt,paulatimque pudorem profanant. ad vltimum ima corporum velamenta proiiciunt.
Amiculum purpureum.Liu. bell.Pun.lib 7.
Amiculū videtur appellare Curtius, vestem quam Darius insigne regni gestabat.Sic enim de Dario fugiente ait lib.3,Insignibus quoque imperij, ne fugam proderent, indecorè abiectis. Aliquanto verò pòst sic, Vnus tamque è captiuis spadonibus amiculū quod Darius, sicut paulò antè dictum est, ne cultu proderetur,abiecerat, in manibus eius qui repertum ferebat,agnouit.
Amiculatus, a, um.Indutus. Solinus cap.65, Pars nudi, pars obscœna tantùm amiculati.
Amictorium (ἀμπεχόνιον) Vestimentum puellare, candidum,& subtilissimum ex lino, de quo Mart.in distichis,
Mammosas metuo,teneræ me trade puellæ,
Vt possint niueo pectore lina frui. Huius enim distichi lemma est Amictorium.
Amica, amicæ, pen.prod. (φίλη, ἑταίρα,) Quam quis amat inhonestè, Horat.1.epist. Vt nox longa,quibus mentitur amica. Vxor & amica opponuntur.Terent.And.1.3,Siue vxor est,siue amica est , grauida est è Pamphilo.
Culta amica.Ouid.de Arte,2.
Dura.Ouid.1.Amorum,eleg.9.
Fallax.Ouid.2.Amorum,
Me modò decipiant voces fallacis amicæ.
Formosa.Ouid.Fast.5.
Magna.Iuuenal.satyr.4.
Mollis.Ouid.epist.3.
Tenera.Ouid.1.de Arte.
Amicæ venales ad munus.Propert.2.eleg.17.
Ad amicam alterius insinuare se.Vide IN SINVO.
Amicula,pen.corr. (ἑταιρίδιον) Diminutiuū ab Amica.Plin.Iunior,lib.3. epist.9,Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam. Cic. 2.de Orat.Cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.
Amicus (φίλος) substantiuum,pen.prod.ab Amando dictus est. Paulus in l.223.D.de verb.signifi. Amicos appellare omnes debemus, nō leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patresf. honestis familiaritatis quæsita rationibus. Cic.5.Verr. Si hoc doceo, poteriśne te Alba tuus antiquissimus nō solùm amicus, verùm etiam amator absoluere? Vide AMATOR.
Amicus,necessariúsque communis. Cic.pro Cluent.
Amicus ac pernecessarius alicuius.Cic.pro Flacco.
Valde amicus alicui. Cic.ad Lentulum,lib.1.epist.8,Pompeium tibi valde amicum esse cognoui.
Amicus æquæuus.Virgil.5.Æneid.
Bonus.Tacit.lib.20, Nullum maius boni imperij instrumentum, quàm bonos amicos.
Certus.Vide CERTVS.
Chari amici.Horat.4.oda.9.
Communis.Manil.lib.5.
Indelassato properantia corda vigore,
Instar erit populi,totáque habitabit in vrbe
Limina peruolitans, vnúmque per omnia verbum
Mane salutandi portans communis amicus. Sic restituit Turnebus: cùm anteà nullo sensu legeretur,
Inde relaxato properantia corde videre. Communem autem amicum vocat sanè perquàm suauiter, eum hominem qui solet obire multa ciuium potentiū limina,quotidianóque officio eos salutare.
Discolor amicus infido scurræ.Horat.1.epist.19.
Dulcis.Horat.1.Serm.satyr.3.
Amicus ex animo. Cic.11.Philipp. Pompeius vnum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum veréque beneuolum , vnum fidelem populo Romano iudicauit.
Fidus.Horat.lib.1.epist.
-ne fidos inter amicos Sit,qui dicta foras eliminet.
Amico Hercule diues.Horat.2.Serm.sat.6.
Amici inferioris ordinis.Vide ORDO.
Inops.Pers.satyr.6.
Iucundus.Horat.1.Serm.satyr.3.
Intentatus & nouus amicus.Vide INTENTATVS.
Lector.Ouid.3.Trist.eleg.1.
Purus. Horat.1.Serm.satyr.6.
Sterilis.Iuuenal.satyr.12.
Tenuis amicus.Ouid.ad Pisonem,
Rara domus tenuem non aspernatur amicum.
-Verus amicus est tanquam alter idem. Cicer. in Lælio. Horat. in Arte poet.
¶Amicus adscribi aliquibus.Cic. 5. Tuscul. Vtinam ego (inquit) tertius vobis amicus adscriberer.
Exornare amicos.Id est,Honoribus augere.Plin.Iunior lib.2.epist. 13.ad Priscum.
Facere amicos alicui.Cic.1.Offic. Illud enim honestum quod sæpe dicimus, etiamsi in alio cernimus,tamē nos mouet, atque illi in quo inesse videtur,amicos facit.
Amici propioris munere fungi.Horat.1.epist.9.
Amici lugentis causam plorare.Iuuenal.satyr.15.
Remanens amicus in duris rebus.Ouid.1.Trist.eleg.8.
Rodere amicum absentem.Horat.1.Serm.satyr.4.
Spoliari amicis charis.Claud.Epigr.1.
Amicus,pen.prod.adiectiuum.Cæsar.2. bel.Ciuil.Quas Cæsar esse amicas ciuitates arbitrabatur. Id est, Amicitia coniunctas.
Amicus consiliarius. Vide CONSILIVM.
Amicas vires acquirit bello,Id est, amicorū vires. Ouid.7. Metam.
¶Amicus , si cum re inanimata iungatur , significat vtile vel gratum : vt, Amicus pratis humor,Amica frugibus æstas. Virgil.2. Æneidos, Tacitæ per amica silentia lunæ. Vbi Seruius,Amica,Sibi grata.
Amicus Musis.Horat.1.Carm.
Amicum agmen.Id est,Amicorum.Ouid.1.epist.
Animus.Terent.Hecyra,3.3. Horat.4.Carm.oda.7.
Aruum.Ouid.de Ponto,5.eleg.15.
Aures Horat.in Carm seculari.
Dictis fatur amicis.Virgil.2.Æneid.
Manus.Ouid.epist.10.
Numen malè amicum.Virg.2.Æneid.
Opes.Virgil.5.Æneid.
Portus amicos intramus.Virg.6.Æneid.
Leuant pondus amicum.Stat.10.Thebaid.
Quies amica.Hoc est,Grata, iucunda , placida.Claud.in præfat.1 libri.
Sidus apparere amicum.Horat.Epod.10.
Tempus agit amicum sol.Horat.3.Carm.6. Hoc est , Gratum laborantibus,nimirum quando occidit.Tunc enim dant se quieti.
Tempus fraudibus amicum.Stat.Syl.5.2.
Vento amico nauem ferri.Ouid.2.Trist.eleg.4.
Vultu amico promittere spem.Ouid.3.Metam.
Vultus amicos veneratur.Claud.Paneg.8.
¶Amicum est,pro Placet.Loquutio Græca. Sic enim illi τὸ φίλον τ- Turpant. Horat.2.Carm.Od.17,
Nec dijs amicum est,nec mihi,te prius
Obire Mecœnas,&c. Lambin.
¶Amicus sibi,is intelligendus est,non qui sit φίλαυτος(est enim hoc nomen odiosum, & in vitio locum habet : nisi ita accipias , vt elegāter explicat Aristoteles,pro eo qui optimā sui partem,id est,mentem, colit) sed qui suauiter & iucūdè viuat,qui sibi faciat benè. Horat. Satyr.2.lib.1, -hic vix credere possis Quàm sibi non sit amicus. Idem epist.2.ad Lollium,lib.1,
Quid minuat curas,quid te tibi reddat amicum. Lambin.
¶Amicior, Comparatiuum.Cic.Attico,lib.8 , Neque enim ego amicior C. Cæsari vnquam fui , quàm illi : neque illi amiciores Reipub.quàm ego.
Amicior vndis fraxinus.Stat.9.Thebaid.
¶Amicissimus,penult.corr. Cic. ad Appium Pul.lib.3.epist.3 , Successor coniunctissimus & amicissimus.
Amiculus,penul.corr. (φιλίδιον) Diminutiuum ab Amicus substantiuo. Cic.5.Verr. Horat.1.Epist.18,
Disce docendus adhuc quid censet amiculus.]
Amiculus dulcis.Catul.ad Alphenum,
Iam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.
Amicè (φιλικῶς) Aduerbiū.Id est,Amici amore : Quod est cū amore & beneuolentia.Cic.in Lælio,Facis amicè. Ibidem , Et hæc accipienda amicè.
Amicè & beneuolè.Cic.1.de Finib. Quos tu paulò antè , cum memoriter,tum etiam erga nos amicè & beneuolè collegisti.
Familiarissimè & amicissimè viuere cum aliquo.Cic.1.Verr.
Amicè.cum datiuo. Cic.1. Offic. Hæc præscripta seruantem licet grauiter,magnificè,animoséque viuere,atque etiam simpliciter, fideliter,& vitæ hominum amicè.
Amicissimè.Cic.5.de Finib.
Amiciter,pen.corr. (φιλικῶς) Aduerbium pro Amicè. Plaut.Persa,7. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam.
Danunt argenti minuti.
Amicabilis,& hoc amicabile,pen.corr. (φιλικός.)vt Opera amicabilis, Affectio amicabilis.Id est,Amica.Plaut.Mil.16,Vos modò porrò , vt occœpistis, operam date amicabilem.
Affectio amicabilis. Vlp.in l.Idemq.10 D.Mādati. Et est verum,cū qui nō animo procuratoris interuenit , sed affectionem amicabilem promisit in monendis procuratoribus & actoribus,mandati non teneri. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent Amicalem.
Amico,amicas,pen.prod.(φιλιόω) amicare. Stat.Thebai 3,
Ac prior Æclides solita prece numen amicat. Id est,Amicum sibi facit,propitiat,placat,conciliat.
Amicitia (φιλία, ἑταιρεία) ab Amicus dicitur.Cic.in Lælio, Est autem a-

micitia, nihil aliud, nisi omnium diuinarum humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio. Idem 2. de Diuinat. Amicitia, est voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipsius causa quem diligit, cum eius pari voluntate.

Amicitiæ vocabulum ab amore deducitur, quamuis interdum vituperandus sit amor. Ab antiquis autem Ameci & Amecæ per e literam efferebantur. Festus.

Amicitiai, pro Amicitiæ genitiuo vsus est Lucr. lib. 3,

Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiai Rumpere.

Amicitia adiutrix virtutum. Cic. in Lælio.

Amicitia, etiam inter res inanimas. Plin. lib. 19. cap 8, Amicitia est rutæ cum fico. Idem in proœmio lib. 20, Odia amicitiæque rerum surdarum ac sensu carentium.

Amicitiæ ambitiosæ. Vide AMBIO.

Amicitiæ pudicæ sanctus amor. Stat. 2. Syl.

Charitas & amicitia hominum, gratuita est. Cic. lib. 1. de Nat. deo.

Communes amicitiæ. Cic. in Lælio.

Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Cic. in Lælio.

Condimentum amicitiæ haudquaquam mediocre, suauitas sermonum atque morum. Cic. in Lælio.

Dignus amicitia. Cic. in Lælio.

Amicitia exercita cum aliquo. Tacit. lib. 17.

Amicitiæ, non modò fautrices fidelissimæ, sed etiã effectrices sunt voluptatum tam amicis quàm sibi. Cic. lib. 1. de Fin.

In amicitiis fideles. Cic. 2. de Finib.

Fines in amicitia qui sint, & quasi termini diligendi, constituendi sunt. Cic. in Lælio.

Amicitiæ fons à natura constitutus bonorum inter bonos beneuolentia. Cic. in Lælio.

Principum graues amicitiæ. Horat. 2. Carm. 1.

Amicitiæ gloriâ excellens Lælius. Cic. in Lælio.

Infaustæ amicitiæ grauis exitus imminebat. Tacit. lib. 4.

Amicitiæ ius in eo est, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus. Cic. In Lælio.

Iustæ veræque amicitiæ vetus est lex illa, vt idem amici semper velint. Cic. pro Plan.

Leues amicitiæ. Cic. in Lælio.

Amicitiæ locus vbi esse potest, aut quis amicus esse cuiquam quem non ipsum amet propter ipsum? Cic. 2. de Finib.

Ornamentum amicitiæ, verecundia. Cic. in Lælio.

Mediocres amicitiæ. Cic. 2. de Finib.

Amicitiæ coniunctionísque necessitudo. Cic. in Lælio.

Amicitiæ sanctum & venerabile nomen. Ouid. 1. Trist. eleg. 7.

Nouis amicitiis indulgere. Cic. in Lælio.

Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Cic. pro Plan.

Ornamentum amicitiæ verecundia. Cic. in Lælio.

Par amicitiæ Consularis. Cic. pro Domo.

Partæ amicitiæ. Cic. lib. 1. de Finib. Ratio ipsa monet amicitias cõparare, quibus partis confirmetur animus.

In amicitiis pestis nulla maior quàm adulatio, blanditiæ, assentatio. Cic. in Lælio.

Amicitiæ præsidium firmissimum. Cic. lib. 1. de Finib.

Prætextata amicitia. Vide Prætexta, in PRAETEXO.

Pyladea amicitia. Id est, summa, & qualis fuit inter Pyladem & Orestem. Cic. 2. de Finib.

Amicitiarum satietates esse non debent. Cic. in Lælio.

Amicitiæ sempiternæ. Cic. pro Rabirio Posthumo, Neque me verò pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.

Amicitiæ simulatio. Cic. in Lælio.

Amicitiæ stabiles permanent. Cic. in Lælio.

Strictæ amicitiæ. Firmic. lib. 5. cap. 10, Qui similium sibi principum strictas amicitias necessitudinésque concilient.

Amicitia suauis. Lucret. lib. 1.

Validus ad amicitiam alicuius. Tacit. lib. 5.

Venenum amicitiæ, odium. Cic. in Lælio.

Vera amicitia mihi ditior & affluentior videtur esse. Cic. in Lælio.

Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Cic. in Lælio.

Amicitia vetusta puer puero vinctus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.

Amicitię vinculum nullum est certius quàm consensus & societas consiliorum & voluntatum. Cic. pro Plancio.

Concordi amicitia, & charitate se complecti. Cic. de Vniuersit.

Vis amicitiæ. Cic. in Lælio.

Vsus amicitiæ varius est & multiplex. Cic. in Lælio.

Vulgares amicitiæ. Cic. in Lælio.

Accedere ad amicitiam. Vide ACCEDO.

Accipere aliquem in amicitiã. Liu. 4. Decad. lib. 4. Vide ACCIPIO.

Adiungere sibi amicitias aliquorum. Cæl. ad Cic. lib. 8. Fam. epist.

Adrepere ad amicitiam. Vide ADREPO.

Adscribere aliquem ad amicitiam. Cic. 3. Offic.

Allicit & attrahit ad amicitiam similitudo. Cic. In Lælio.

Amplecti amicitiam alicuius. Vide Exuere amicitiam.

Amicitiæ fores aperire. Cic. Fam. epist. 13.

Amicitias appetere. Cic. in Lælio. Vide APPETO.

Ad amicitiam alicuius se applicare. Vide APPLICO.

Ab amicitia alicuius se auertere. Vide AVERTO.

Naturali amicitia carere. Cic. in Lælio.

Amicitiæ, charitate & amore cernuntur. Cic. in Partit.

Amicitia claudicare videtur. Cic. 1. de Finib. Vide CLAVDICO.

Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat. 4. Syl 6.

Colere amicitias. Cic. in Lælio. Et lib. 2. de Finib.

Amicitias comparare: Id est, Acquirere. Cicer. in Lælio. Et lib. 1. de Finib.

Conciliat amicitias & conseruat virtus. Cicer. in Lælio. Vide CONCILIO.

Conferre se ad amicitiam alicuius. Cic. in Bruto, Quum Crassus initio ætatis ad amicitiam se meam contulisset.

Stabilitas amicitiæ confirmari potest. Cic. in Lælio.

Conglutinare amicitias. Cic. in Lælio, Si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret.

Ad coniungendas amicitias quantam vim habeat studiorum ac naturæ similitudo, scitis omnes. Cic. pro Cluent.

Iucundissima ea est amicitia, quam similitudo morum cõiugauit. Cic. 2. Offic.

Amicitia cum voluptate connectitur. Cic. 1. de Finib.

Connectere amicitias. Plin. Iunior lib. 4. epist. 15. ad Fundanum.

Amicitiam constituere & tollere, contraria. Cic. 2. de Finib. Si vtilitas amicitiam constituet, tollet eadem.

Consequi amicitiam. Cic. in Lælio.

Amicitiam vtilitas constituit. Vide CONSTITVO.

Amicitiam continere. Vide CONTINEO.

Contrahit amicitiam virtus. Cic. in Lælio.

Conuerterant se amicitiæ in graues inimicitias. Cic. in Lælio.

In amicitiam conuertere aliquem. Vide CONVERTO.

Amicitiæ terga dare. Ouid 3. Trist. eleg. 5.

Amicitias dat census. Ouid. 1. Fast. -dat census honores,

Census amicitias: pauper vbique iacet.

Amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem facilitatémque procliuior. Cic. in Lælio.

Depositæ amicitiæ. Cic. in Lælio.

Deferere ius amicitiæ. Cic. in Lælio.

Demittere amicitias. Cic. in Lælio.

Detrahere personam amicitiæ dicimur, quũ apertè quæ sentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quàm vultus. Eras. in Chiliad.

Dirumpere amicitias. Cic. in Lælio.

Discindere. Cic. in Lælio.

Dissociat amicitias dissimilitudo morum. Cic. in Lælio.

Dissoluere. Cic. in Lælio.

Diffluere amicitias. Cic. in Lælio.

Amicitiam diuelli à voluptate non posse. Cic. 2. de Finib.

Amicitiæ durant firmissimè. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Eleuare amicitias remissione vsus. Cic. in Lælio.

In amicitiam & in amicitia alicuius esse. Vide IN.

Amicitia mihi est cum eo. Cic. pro Cluent.

Amicitiam euertere funditus. Cic. 2. de Finib.

Exardescit amicitia. Cic. in Lælio.

Fideles amicitias excludere. Cic. in Lælio.

Expetenda amicitia. Cic. 2. de Inuent.

Amicitiæ munus expletum est. Cic. in Lælio.

Extinctæ amicitiæ. Cic. in Lælio.

Exuere amicitiam alicuius. Cor. Tacit. lib. 5.

Molestas amicitias faciunt quidam, quum ipsi se contemni putãt. Cic. in Lælio.

Fingere amicitias vtilitatis causa. Cic. in Lælio.

Amicitiæ recordatione frui. Cic. in Lælio.

Gerere amicitiam. Cic. ad Appium Pulch. lib. 3. epist. 8, Doctissimis hominibus authoribus, quorum sunt de amicitia gerenda præclarissimè scripti libri.

Habenas amicitiæ habere laxissimas, quas vel adducas cùm velis, vel remittas. Cic. in Lælio.

Amicitiæ rationem impediri, si summum bonum in voluptate ponatur. Cic. lib. 1. de Finib.

Amicitia incœpta à paruis. Vide INCIPIO.

Incidere in amicitias malorum. Cic. in Lælio.

Increpuit amicitias muliebres. Tacit. lib. 5.

Amicitia indeclinata. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

Téque (quod est rarum) præsta constanter ad omne

Indeclinatæ munus amicitiæ.

Indulgere amicitiis nouis. Vide INDVLGEO.

Iniunxit amicitiam cum eo. Vide INIVNGO.

Instituere amicitiam cum aliquo. Vide INSTITVO.

Instituendarum amicitiarum consuetudo. Cic. lib. 1. de Finib.

Amicitias pares sibi iungere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Iungere amicitias & consuetudines cũ aliquo. Cic. pro Deiotaro.

Amicitiam manere difficile est, si à virtute defeceris. Cic. in Lælio. & lib. 2. de Finib.

Manere in amicitia. Vide MANEO.

Amicitiam si metiare sua charitate, nihil est præstantius. Cicer. 2. de Finib.

Amicitiam nasci quidam volunt ab inopia. Cic. in Lælio.

Oppressæ amicitiæ. Cic. in Lælio.

Amicitia orta mihi videtur à natura potius, quàm ab indigentia. Cic. in Lælio.

Ortus amicitiæ generosus. Cic. in Lælio.

Amicitiam natura ipsa peperit. Cic. in Lælio.

Amicitiam pepigerat cum ea gente. Liu. 4 Decad. lib. 8.

Amicitia permanet vsque ad extremũ vitæ diem. Cic. in Lælio.

Amicitiarum sua cuique permanet stabilis & certa possessio. Cic. in Lælio.

Amicitiam petere propter vtilitatem. Cic. 2. de Inuent.

Amicitia præcurrit iudicium. Cic. in Lælio.

Amicitias vtilitate probat vulgus. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

Amicitiæ profectæ ab nostro beneficio. Cic. 2. de Inuent.

In amicitia prouecti longius. Cic. in Lælio.

Quæsita amicitia vtilitatis causa. Cic. 2. de Finib.

Amicitiarum præsidia quærere. Cic. in Lælio.

Recipere aliquem in amicitiam. Cic. ad Att. lib. 2. epist.

Remouere se ab amicitia alicuius. Cic. in Lælio.

Amicitia ac societas renouata. Liu. 4. Decad. lib 4.

Renũtiare amicitiam alicui. Id est, Diremptam significare. Tacit. libro 2.

Institutionẽ amicitiæ omnino non posse reperiri. Cic. lib. 1. de Fin.

Repudiare

Repudiare amicitias gratiosorum. Cic. pro Plancio.
Per amicitiam diuósque rogatus. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Rumpere amicitiæ vincula. Lucret. lib. 3.
Serpit amicitia nescio quo modo per omniũ vitam. Cic. in Lælio.
Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore. Cic. in Lælio.
Spernere veteres amicitias. Cic. in Lælio.
Amicitiam funditus tollere è vita. Cic. in Lælio.
Tollere amicitiæ nodum amabilissimum. Cic. in Lælio.
Ad tollendam amicitiam valet hoc præceptum. Cic. in Lælio.
Tueri amicitiam. Cic. lib. 1. de Finib.
Vacillat stabilitas amicitiæ. Cic. lib. 1. de Finib.
Venire in amicitiam alicuius. Liu. 4. Decad lib. 8.
Violare amicitiam alicuius. Liu. 4. Decad. lib. 4, Vestram amicitiam ac societatem non violaui.
Vocare amicitiam ad calculos. Cic. in Lælio.

Amicities, amicitiei {φιλία} Idem quod Amicitia. Lucret. lib. 5,
Tunc & amicitiem cœperunt iungere habentes
Finitima inter se.

AMICITIAM deam, iure inter sua numina gentes collocauere: & quamuis eius aras non legamus, in quibusdam tamen scholiis ad Hebræas quasdam sententias sic legitur. Apud Romanos (inquit) Amicitiam pictura antiquitus pulchrè demonstrabat. Pingebatur enim iuuenis forma, detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cuius fimbria scriptum erat, MORS & VITA: in fronte, AESTAS & HYEMS: habebátque latus apertum vsque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor ostẽdens. ibi scriptum erat LONGE & PROPE. Eius explicationem vide apud Geraldũ in lib. De diis gentium.

AMILCAR {Ἀμίλκας} dux Carthaginensis cognomento Rhodo, facundia solertiáque insignis, de sententia Atheniensium, qui ea tempestate crescentem Alexandri Magni potentiam timebant, in castra ad Alexandrum venit, sese & exulem fingens, & militem offerens, Parmenione aditum conciliante: atque ita consiliis eius exploratis, in tabellis ligneis cera desuper inductis omnia ciuibus suis perscribebat. vt author est Trogus lib. 21. Amilcar an alius, an idem, quem supra nominaui, inter authores non satis deprehenditur, qui à Syracusanis accersitus contra Agathoclem tyrannum eos obsidione prementem, vt idem Trogus author est, lib. 22.
Amilcar item cognomento Barcha, pater Annibalis, qui primam secundum filium Annibalem inter Pœnos duces gloriam obtinuit. Hic ex Liuio, & cæteris historiæ scriptoribus notissimus est.
Amilcarem alium Liu. lib. 31. memorat, qui dicit L. Furium Prætorem Gallos Insubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum in ea acie vicisse.

AMILVS {Ἄμιλος} amnis est in saltibus Mauritaniæ, ad quem, nitescente luna noua, greges elephantorum descendunt: ibíque se purificantes, solenniter aqua circunspergũtur, atque ita salutato sidere in syluas reuertuntur, vitulorum fatigatos præ se ferentes. Plinius libro 8. cap. 1.

AMINAEVM, Ἀμίναιον Ptolemæo, est Italiæ oppidum in Campania, vbi sunt generosa vina. Aminæum Ptolemæus Falernum vocat, lib. 3.
Aminææ vuæ. Colum. lib. 3. cap. 9, Aminææ (inquit Beroaldus in Colum.) nomen est vuarum generosarum, quas Seruius tradit Aminæas dici, quasi sine minio, id est rubore: nam album est vinum. Macrobius verò rectius censet ab Aminæa regione nominari: fuerunt enim Aminæi populi vbi nunc Falernum est.
Aminæum vinum. L. vlt. §. 3. D. de vin. oleo trit. leg. Dicitur autem Aminæum vinum, idem quod Falernum. Nam Aminæi fuerant, vt antea diximus ex Macrobio, vbi postea Falernum.

AMINVLA, vrbs paruarum opum fuit in Apulia. Festus.
AMIPSIAS {Ἀμειψίας} poeta Comicus Atheniensis. Suidas.
AMISENA, regio Cappadociæ, Strab. lib. 12.
AMISIVS {Ἀμισος} fluuius est Germaniæ, nauigabilis, Pomponio Melæ. & Plinio libro 4. cap. 14, Strabo Amasium vel Amasiam vocat. Ptolemæus Amasium, qui Vidrum tamẽ alium, nescio an bene, iuxta nominat. Hodie Ems vocatur à Germanis, quasi Emisius corrupto vocabulo: quanquam verius est Latina illa nomina ex Germanis nata deflexáque fuisse. Ortus hic Vuestphalis montanis, inter Frisios, Oceano miscetur. Hæc Vadianus Pomponij interpres.

AMISON, siue Amisus, Ἀμισός Stephano, oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, distãs à Sinope C X X X. M. pass. Plin. lib. 6. cap. 2.

AMISVS, Galatiæ vrbs Ptolemæo, Simiso à Sabellico dicta.

Amita, amitæ, penult. corr. {πατραδέλφη} Festus, Amita patris mei soror, quia tertia à me sit, atque auia videri potest. Dicta ex eo, quòd ab antiquioribus auita sit vocitata. Cic. pro Cluentio, Qui vxori suæ Cluentiæ, quæ amita huius Habiti fuit, &c.
Maior amita. Vide MAGNVS.

AMITA, Pediculorum oppidum est. Est autem Pediculorum ager Brundisio conterminus. Plin. lib. 3. cap. 11.

Amitini, Amitinæ, penult. prod. {ἀνεψιοί} fratrum maris & fœminæ filij. Nonius. Sunt fratris & sororis filij filiæve. Caius in l. 1. D. de gradib. affinit. Amitini, amitinæ, Id est, qui quæve ex fratre & sorore propagantur.

AMITERNVM {Ἀμίτερνον} vrbs Vestinorum in Italia Ptolemæo, hodie Aquila. Meminit Plin. lib. 3. cap. 5.
Amiternus, adiectiuum: vt Amiterna cohors. Sil. Ital. lib. 8.
Amiternus ager. Martial. lib. 13. epig. 20. de Napis,
Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.
Amiterninus, pen. prod. aliud adiectiuum. Colum. lib. 10,
Quæque Amiterninis defertur Bunias aruis. Est autem Bunias idem quod Napus.

AMITERNINI, Sabinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 12.

AMITHAON {Ἀμυθάων} pater Melampi. Stat. 3. Thebaid.
-iuxtáque Amithaone cretus
Iam senior, sed mente virens, Phœbóque Melampus
Associat passus.

Amithaonia {Ἀμυθαονία} domus. Propert. 2. eleg. 3,
Mox Amithaonia nupta futura domo.
Amithaonius Melampus. Tibul. 4. eleg. 1.

AMITHOSCVTA, regio Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.
AMITINENSES, Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5.
Amitini, Vide AMITA.

Amitrochitones {ἀμιτροχίτωνες} dicti sunt Siritæ prope Metapõtum, quorum vrbs Siris vocatur, cum nominis eiusdem fluuio. Sic autem appellati sunt ab adiacentibus populis, quòd in tantam mollitiem collapsi essent, vt floridas illis tunicas gestare moris fuerit, quas etiam mitris, hoc est, cingulis eximij impendij præcingerent. Amitrochitones autem Homero discincti nuncupantur. Hæc Cælius Rhod. lib. 7. cap. 9.

Amitto, amittis, amisi, amissum {ἀποβάλλω} amittere, Dimittere. Terentius Heauton. 3. 1,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium. Vbi Donatus, Amittas, pro Dimittas dixit. Nam quod nos dicimus Dimittere, antiqui etiam dicebant Amittere. Virgil. Æneid. 2,
Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios.
Amittere & Retinere, contraria. Terent. in Phor. 1. 3, -ego in eum incidi infelix locum, Vt neque mihi eius sit amittendi nec retinendi copia.
¶ Amittere, pro Mittere. Plaut. Capt. 2,
Quo pacto hic seruos suum herum hinc amittat domum.
¶ Amittere, Perdere {ἀποβάλλειν} Sallust. Iam pridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus.
Amittere & perdere. Cic. 2. Verr. Classes amissæ & perditæ.
¶ Amittere rem de manibus. Cic. 6. Verr. Quod intellexisti te prædã de manibus amissa, testimonium tamen effugere non posse.
Hominem de manibus. Cic. pro Cælio, Cur Licinium de manibus amiserunt? Id est, Comprehensum abire permiserunt.
E manibus. Liu. 9. bel. Pun. Masinissam saucium propè è manibus inter tumultum amisit.
Amores. Virgil. 3. Georg.
Animam. Plaut. Amph. 4. Author ad Heren. lib. 4.
Aspectum. Cic. 1. Tusc. Quod iis sæpe vsu venit, qui quum acriter oculis deficiẽtem solem intuerentur, vt aspectũ omnino amitterent.
Authoritatem. Cic. 4. Acad.
Causam. Cic. 2. de Orat. & ad Att. lib. 9. epist. 173. Id est, Causa cadere, quod etiam litem amittere dicitur.
Ciues. Cic. pro Marcello.
Ciuitatem. Cic. 1. de Orat. Num is ad suos postliminio rediisset, & amisisset hanc ciuitatem? Et pro Domo.
Colorem. Ouid. 9. Metamorph.
Confidentiam. Plaut. Amphit. 17.
Consilium. Terent. Eunuch. 2. 2.
Corpus & vires. Cic. in Epist. lib. 7. ad Gallum, 27.
Decorem. Corn. Cels. lib. 2. cap. 2, Peius tamen signũ est, vbi aliquis contra consuetudinem emacuit, & colorem decorémque amisit, &c.
Dignitatem amittere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 8.
E conspectu. Terent. Eunuch. 2. 3, Neque virgo est vsquam: neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Egestatem, ærumnas, &c. Sallust.
Existimationem pudoris. Cic. 4. Verr.
Filium. Cic. ad Seru. Sulpit. lib. 4. epist. 6.
Amittit florẽ punica roribus nimis, & pruinis. Plin. lib. 16. cap. 26.
Fortunas, & omnia ornamenta. Cic. 3. Verr.
Fugam. Sallust.
Honestatem omnem. Cic. pro Rosc. Amer.
Humorem. Cic. 3. de Nat. deor. Imperium. Plin. lib. 2. cap. 26.
Impetum. Senec. in Hercul. OEtheo, 8.
Ius imperij & exercitus. Cic. 10. Philipp.
Laudem. Plin. Iunior. epist. 177.
Libertatem. Cic. pro Domo sua ad Pontif.
Libidinem omnem. Plaut. Milit. 10.
Litem. Cic. pro Rosc. Comœdo, Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litem aut obtineamus, aut amittamus.
Lumen. Cic. 5. Tuscul. Oculos. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Memoriam alicuius. Cic. pro Deiot.
Occasionem. Cic. pro Cæcinna. & Terent. Eunuch. 3. 5.
Amisit opes. Ouid. 21. epist.
Opinionem. Cic. Attic.
Amittere oppidum, & Recipere, contraria. Cic. de Senect. Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti, Mea opera Q. Fabi Tarentum recepisti: Certè, inquit ridens, Nam nisi tu amisisses, nunquam recepissem.
Ornamenta. Cic. ad Seru. Sulpit. lib. 4. epist. 6.
Patrem aut liberos. Plin. Iunior, epist. 84. Cic. in Epist.
Captum piscem amittere. Cic. 2. de Nat. deor.
Prædam. Plaut. Milit. 8. Cic. 6. Verr.
Receptum. Pompeius ad Domitium in epistolis ad Attic. lib. 8, Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Id est, Locum in quem possim me recipere.
Reuerentiam amittere dicitur imperator. Plin. Iunior in Panegyr.
Salutem. Plaut. Merc. 11. Cic. 3. de Nat. deor.
Sensum humanitatis omnem ex animo. Cic. pro Rosc. Comœd.
Amisit sensus. Ouid. 10. Metamorph.
Spiritum. Cic. 3. de Nat. deor.
Vires. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.
Tempus. Cic. pro Muræna. & de Prouinc. Consul.
Virtutem & fidem nunquam amiserim. Cic. Post red. in Senatu.
Vitam. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Vitam amisit Decius, at non perdidit: re enim vilissima & parua maximam redemit. Author ad Heren. lib. 4.
Vitam per dedecus. Cic. pro Rosc. Amer. & pro Milone.

Amiſſio, verbale {ἀποβολή} Rei alicuius priuatio. Plin.lib.17.cap.2, Foliorum amiſſio.
Dignitatis amiſſio.Cic.in Piſon.
Oppidorum turpis amiſſio.Cic.in Piſon.
Senſuum amiſſio.Cic.3.de Finib.

Amiſſus,participium {ἀποβληθείς.} Virgil.2.Æneid.
Quiſquis es,amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.

A M M

AMMIENSES, populi Hiſpaniæ,Plin.lib.4.cap.22, ab Ammia ciuitate,cuius meminit Ptolemæus. Vide Hermolaum.

Ammium, ammij {ἄμμι} ſemen eſt exile minus cumino. Plin.lib.20. cap. vlt. de theriaca Antiochi, Anethi & fœniculi ſeminis, & aniſi, & ammij,& apij,&c. Meminit & lib.20.cap.15,Quidam cuminum Æthiopicum vocant: notum officinis omnibus ſemen, Ameos nomine. Ruell.lib.3.cap.45.

Ammochryſus {ἀμμόχρυσος} Gemmæ nomen. Plin.lib.37.cap.11, Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo,velut auro arenis mixto.

Ammodites {ἀμμοδύτης} animal magnitudine cubitali, ſimile viperæ. Vipera enim ſubflaua eſt. Aetius Sermone 13.cap.25.

AMMON {ἄμμων} dictus eſt Iupiter ab Ammone quodam paſtore, qui primus in Libya Ioui templum ædificauit. Author Pauſanias in rebus Meſſeniacis.
Ammonis oraculũ,in Africa Cyrenaica apud Melam,nunc vulgò dicitur *El cancarron de Mathona*,teſte Oliuario in Melam.
Ammonis nomen ab arenis ductũ putat Seru. Sic enim ait in illud 4. Æneidos, Hic Ammone ſatus,&c. Liber quum Indos peteret, & per Libyam exercitum duceret:fatigatus ſiti,Iouis patri ſui implorauit auxilium. Et ſtatim viſo inſequutoque ariete,velut duce fons inuentus eſt. Vnde factum eſt Ioui Ammoni ab arenis dicto ſimulacrum cum capite arietino. Quod ideo fingitur, quia ſatis inuoluta ſunt eius reſponſa. Sanè ἄμμος, arena Latinè dicitur. De Ammone longè plura vide apud Diod.Sicul.lib.4.cap.vlt.
Ammon corniger.Lucan.3.
Ammonis cornu inter ſacratiſſimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædiuina ſomnia repræſentare. Plin.lib.37.cap.10.
Ammon Garamanticus.Sill.14.
Marmaricus.Claudian.
Syrticus.Lucan.lib.10.

Ammoneo,Vide ADMONEO.

AMMONIA {ἀμμωνία} regio Mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur,ita dicta ab arenæ copia.
Ammonia Iuno,Id eſt, Arenaria,culta in Græcia ab Eleis, de qua Pauſan.& Cæl.Antiq.lib.18.cap.38.

AMMONIA,ciuitas. Vide AMMONIACVS adiectiuum.

Ammoniacum {ἀμμωνιακόν} vulgò *Armoniago*, metopi) arboris lacryma:de qua ſic Plin.lib.12.cap.23,Ergo Æthiopiæ ſubiecta Aphrica ammoniaci lacrymam ſtillat in arenis ſuis, inde & nomine etiam ab Ammonis oraculo, iuxta quod gignitur arbor quam metopion vocãt:reſinæ modo aut gummi Latini, vt ait Dioſcor. γύτα, Id eſt,Guttam vocant.

Ammoniacus, adiectiuum {ἀμμωνιακός} vt, Ammoniacus ſal, ab Ammonia ciuitate,quæ & Parætonium dicitur,authore Strabone,lib.17. Colum.lib.6.cap.17. Ouid.de Medicamine faciei,
Cùmque Ammoniaco maſcula thura ſale.
Ammoniacum ſalem dici tradit Dioſcorides,quaſi arenarium: cui ſubſcribit Plin. lib.31.cap.7. de ſalis generibus loquens: Nam Cyrenaici (ait) tractus nobilitantur Ammoniaco,& ipſo quia ſub arenis inueniatur,appellato.

Ammonitrum,tri,pen.corr.n.g. {ἀμμόνιτρον} Maſſa vitri albi:de qua ſic Plin.lib.36. cap. 26, Iã verò & in Vulturno mari Italiæ arena alba naſcens,ſex M. P. à litore inter Cumas atque Lucrinum,quæ molliſſima eſt: pila molaque teritur. Dein miſcetur tribus partibus nitri pondere vel menſura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit maſſa quæ vocatur ammonitrum: atque hoc recoquitur, & fit vitrum purum,ac maſſa vitri candidi.

AMMONIVS {ἀμμώνιος} Alexandrinus ſummus philoſophus:præceptor Origenis,vt Porphyrius in tertio cõtra Chriſtianos lib.teſtatur.
Ammonius Herneus ex Ægypto, præceptor Ioãnis Grammatici. Volaterran. qui & alterius Ammonij meminit,quem dicũt habuiſſe aſinum ſapientiæ auditorem: rem quidem prodigioſam, ſed quam memoriæ prodidit Suidas.

AMMOTHEA {ἀμμοθέα} nympha marina, Nerei & Doridis filia (vt placet Heſiodo in Theogonia) ita dicta διὰ τὸ ἄμμον καὶ θεῖν, quaſi per arenam diſcurrens.

A M N

Amnenſes appellabantur vrbes ſitæ prope amnem, vt à mari maritimæ:vnde Interamnæ,& Antemnę dictæ ſunt,quòd inter amnes ſunt poſitæ,vel ante ſe habeant amnes. Feſtus.

Amneſtia, amneſtiæ, fœm.gen. pen. corr. {ἀμνηστία} Obliuio iniuriarum. Plutarchus in Politicis ait, Athenis communi omnium conſenſu decretam fuiſſe amneſtiam: Id eſt, iniuriarum offenſionũmve quæ triginta viris Rempub.occupantibus vltrò citróque illatæ acceptæve eſſent obliuionem. Valerius Maximus lib.4.cap.1. de Thraſybulo, Plebiſcitum interpoſuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. Hæc obliuio, quam Athenienſes Amneſtiam vocant, concuſſum & labentem ciuitatis ſtatum, in priſtinum habitum reuocauit. Æmylius Probus in Thraſybulo, Præclarum hoc quoque Thraſybuli, quòd reconciliata pace, quum plurimùm in ciuitate poſſet, legem tulit, Ne quis anteactarum rerum accuſaretur, néve mulctaretur: eámque illi legem obliuionis appellarunt. Cic.Philip.1.in ipſo penè initio,In quo templo,quantum in me fuit,ieci fundamenta pacis, Athenienſiúmque renouaui vetus exemplum: Græcum enim verbum vſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordiis vſurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſui. Tulit hanc legem Thraſybulus, quum ciuitatem Athenarum oppreſſam à triginta tyrannis, in libertatem vindicaſſet. Vopiſcus in Aureliano, Amneſtia etiam ſub eo delictorum publicorum decreta eſt de exemplo Athenienſium. De Thraſybuli Amneſtia ſic ſcribit Oroſius lib.2.cap.12, Athenienſes reuocati in vnum, hæc prima fundamina recuperatæ libertatis inſtaurant, propoſita iuriſiurandi conteſtatione, vti diſcordiæ animoſitateſque præteritæ in obliuionem perpetuam atque in immortale ſilentium deducantur. Quod pactionis genus, Amneſtiam vocauerunt: Id eſt, abolitionem malorum. Tale eſt illud Suetonij in Claudio, cap. 11, Imperio ſtabilito, nihil antiquius duxit, quàm id biduum, quo de mutãdo Reip. ſtatu hæſitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaque factorum dictorúmque in eo veniam & obliuionem in perpetuum ſanxit ac præſtitit.

Amnis, huius amnis, m. gen. {ποταμός} Fluuius. Feſtus, Amnis propriè dicitur à Circumnando, quoniam ex Græca præpoſitione ſumptum, quæ eſt ἀμφὶ, ſignificat enim Circum: & Nare, fluere. Virg.1.Georg.
Atque alius latum funda iam verberat amnem. Amnis duabus conſtat ſyllabis, quarum prior eſt a, poſterior mnis. Hoc ex Chariſij verbis facilè colligitur, libro 1. cap. De ſyllabis. Syllabæ, inquit, poſitione longę ſunt, quum correpta vocalis ſequentes habet duas conſonantes. hæ autem in eadem ſyllaba ſolent eſſe, vt Ars: aut in proxima, vt Amnis: aut in duas ſyllabas diuiſæ, vt Arma.
¶ Amnis, pro Torrente. Virg.4.Æneid. Ruũt de montibus amnes.
¶ Amnis vetuſtè poſitum in fœm.g. Plaut. Merc. Neque vlla mihi obſtabit amnis. Næuius Lycurgo, ſed quaſi amnis cis rapit, ſed tamen inflexa flectitur. Varro περὶ ταφῆς, lib.1, Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam. Ex Nonio.
Amnes alti.Iuuenal.ſatyr.10.
Auriferi.Claudian.in Eutrop.2.
Caſtior bibendus amnis.Stat.4.Sylu.7.
Cauus. Auſon. Ingerit illa cauos amnes.
Cæruleus.Stat.1.Sylu.5.
Circunfluus.Ouid.15.Metamorph.
Scinditur in geminas partes circunfluus amnis.
Clamatus ſacris vlulatibus.Stat.9.Thebaid.
Clementiſſimus.Ouid.9.Metamorph.
Concitus imbribus.Ouid.3.Metamorph.
Frigidus. Claudian.
Fumidus.Virgil.7.Æneidos,
Fumidus,atque altè ſpumis exuberat amnis.
Gelidus.Claudian.epigram.5.
Cælo gratiſſimus. Virgil.8.Æneid. loquitur de Tybride.
Inflatus aquis.Liu.lib.3.bel.Pun.
Lethæus. Virgil.6.Æneid.
Liquidiſſimus.Ouid.6.Metam.de Marſya Phrygiæ amne loquitur.
Liquores amnium perlucidi, riparum veſtitus viridiſſimi.Cic.2.de Natura deorum.
Lubricus.Ouid.3.Amor.eleg.5.
Magnus.Ouid.1.Metamorph.
Maligno amne radit arenas.Seneca in Hippolyto,1.
Mitiſſimus.Stat.1.Sylu.3. Nubigena.Stat.lib.1.Thebaid.
Obliquus.Lucan.lib.1,
Primus in obliquum ſonipes opponitur amnem.
Papyrifer.Ouid.3.Triſt.eleg.10. Nilum intelligit.
Peregrinus.Ouid.8.Metamorph.
Perlucidus magis vitro.Ouid.epiſt.21.
Phaethontius.Sil.Ital.lib.7. Padus intelligitur.
Piſcoſus.Ouid.3.Faſt.
Placidus.Ouid.1.Metamorph. Sic vocat amnem Ladonis.
Pronus.Virgil.1.Georgic.
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.
Purus.Horat.2.epiſt.2.
Quietus.Claudian.epigram.46.
Rapidus.Senec.Medea,6. Lucr.lib.1,Et rapidos tranant amnes.
Refluus.Claudian.epigram.22.
Rigidus.Valer.Flac.Argonaut.lib.4.
Riguus.Virgil.2.Georg.
Sedatus amnis.Cic.in Orat.de Herodoto & Thucydide, Alter enim ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit:alter incitatior fertur.
Sæuus.Claudian.Panegyr.2.
Seuerus. Virgil.3.Georgic.de Cocyte amne.
Solutus.Lucan.lib.2. Spumoſus.Virgil.12.Æneid.
Sonans.Catul.32. Subactus.Claudian.epig.5.
Spumans.Valer.4.Argonaut. Taciturnus.Horat.1.Carm.od.31.
Spumeus.Virgil.2.Æneid. Torpens.Stat.4.Thebaid.
Tortuoſi amnis ſinus flexúſque.Liu.bel.Pun.lib.7.
Tumidus.Lucan.lib.1.
Turbidus.Lucret.lib.1. Vadoſus.Virgil.7.Æneid.
Vagus.Claudian. in Ruffinum,2.
Vagi amnis ripæ.Senec.in Hippol.4.
Amnes vaſtos congerit.Val.Argonaut.4.
Viridis.Sill.Ital.lib.4.
Amnes deducunt vndas in mare.Ouid.1.Metamorph.
Amni fecundo defluit.Virgil.3.Georg.
Amne eliſo pellitur vapor ſpumeus.Claudian.epigram.5.
Amnes epoti arebant.Claudian.Panegyr.1.
Amnes euanuiſſe & exaruiſſe quoſdam videmus.Cic.1.de Diuin.
Amnes exhauſti ſolibus.Stat.3.Thebaid.
Amnis incurrit validis cum viribus.Lucret.lib.1.
Amnes ruunt.Virgil.4.Æneid.
Amnes rumpuntur.Virgil.3.Georg.
Amnibus ſedatis ſeptem altus ſurgens Ganges.Virgil.9.Æneid.
Amnibus ſolutis iam nare iuuat.Stat.5.Thebaid.
Amnes ſonant balatu & crebris mugitibus.Virg.3.Georg.
Amnes ſonuerunt curſibus.Lucan.4.
Amnes tranare.Virg.6.Æneid.

Amnicola, pen. corr. { ποταμίτης } Ouid. 10. Metam.
Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

Amnicus, penult. corr. { ποτάμιος } adiectiuum. vt Amnica insula. Plin. lib. 5. cap. 25, Insula in Sao Matubarris, amnicarum maxima.

Amnium, { ἄμνιον } Interior membrana appellatur ab Empedocle, qua fœtus in vtero inclusus obtegitur, à mollitie agnorum deducto nomine: exterior verò chorium Polluci: quanquam alij diuersum tradant. Volaterran. & Gal. lib. de fœtuum formatione.

AMNUS, Insulæ Dolicæ in Arabia fluuius. Plin. lib. 6. cap. 28.

Amo, amas, { φιλῶ, ἀγαπῶ, στέργω, ἐρῶ } amare, Plus est quàm Diligere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. epist. 14, Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, vt mihi denique nunc amare videar, antea dilexisse. Idē, Sed tamen vt scires eum non à me diligi solùm, verùm etiam amari.
Amare nihil aliud est, nisi eum ipsum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæsita. Cic. in Lælio.
Amare ex animo aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. epist. 1, Te autem ament ex animo, ac non sui commodi causa simulent.
Amare se sine riuali. Cic. ad Q. frat. libro 3. epist. 24, O dij, quàm ineptus, quàm se ipse amans sine riuali!
Amo Phyllida ante alias. Virgil. 3. eclog.
Amat nos, charósque habet Pompeius. Cic. ad Attic. lib. 2, epist. 35.
Diligere, amplecti, amare aliquem. Cic. ad Attic. lib. 1, epist. 8.
Amari & diligi. Cic. 6. Verr. Artagathus homo nobilis, qui à suis & amari & diligi vellet.
Amare corde vel animo, pro Ex corde, siue Ex animo. Plautus Capt. 7.
Certa fide. Ouid. 3. de Arte amandi.
Mutuis animis. Catull. de Æme & Septimio, 42.
Certatim aliquem. Cic. 3. Philipp. Quem ego & frater meus certatim amamus: omnibus horis in oculis, auribus, cóplexu tenemus.
Amorem tuum, pro Gratum habere. Cic. Fam. 13. Delectarunt me tuæ literæ, in quibus primùm amaui amorem tuum.
Amare amore. Cic. Fam. 15, Cura vt valeas, méque ames amore illo tuo singulari.
Amat nemus, scriptorum chorus, & fugit vrbes. Horat. 2. epist. 2.
Amare syluas. Ouid. 2. Metamorph.
Otia. Virg. 5. eclog. 12.
Quippiam plus suis oculis. Catull. 3. 1. & Terent. Adelph. 5. 7.
¶ Amare, confirmantis, vel obtestantis. Terent. Ita me dij ament.
Amare vt cùm maximé. Ter. Bacchidem amabat vt cùm maximé. Id est, vt barbari dicunt, Sicut vnquam. Latinius, Vt cùm eam maximè amaret.
Amari dignus. Virgil. 5. eclog.
Amare in matrimonium. Quintil. lib. 11. cap. 1, Pater ex meretrice natum, quòd amet meretricem in matrimonium, abdicat.
¶ Amare, absolutum: pro Amore captum esse. Terent. And. 1. 2, Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Ibidem 1. 2, Meum gnatum rumor est amare.
¶ Amare, pro Hortari. Sall. Terrebat enim amore, vultu, sæpe impetu, atque alis omnibus quæ ira fieri amat.
¶ Amare, pro Frui amore. Terent. Eunuch. 4. 2,
-certè extrema linea
Amare, haud nihil est. Vbi Donatus, Amare, modò frui amore dicit. Turnebus verò sic, Amare extrema linea, est amare impensissimè, ducta translatione à curriculis, vel stadiis, in quibus prima linea cursus erat in carceribus, vltima in fine, quæ & calx dicebatur, quòd scilicet calce vel creta notaretur. Vltra autem calcem nihil supererat, quò cursus tendatur, spatiáque palæstrarum & curriculorum lineis erant inclusa. Tertullianus aduersus Hermogenem, Adiciam & ego propter non intelligentes, quorum Hermogenes extrema linea est. Hæc ille.
Amare, pro Operam & studium probare, Laudare. Cic. Famil. 13, Etsi in Attilij negotio te amaui.
Amare se in re aliqua. Cic. ad Att. lib. 4. epist. 85, Dices tu, Ergo hæc quomodo fers? Bellè me hercle, & in eo me valde amo.
Amare seipsum: Hoc est, Se mirari, Sibi placere. Cic. de Aruspicum respons. Quàm volumus licet P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superamus.
Credo igitur hunc me non amare. at ego me amaui, quod mihi iampridem vsu non venit, Cic. Attic. lib. 9. epist. 21. hoc est, Feci quod magis ex animo meo fuit. quod iampridem non feceram: quia potentibus in Republica post exilij tempora inseruiui.
¶ Amas quòd, pro Placet tibi quòd. Horat. 2. Ser. -amásque
Quòd nusquam tibi sit potandum.
Amo te ex. Plin. Iunior lib. 3. epist. 9, Quem ego quum olim mutuò diligerem, ex hac officij societate amare ardentius cœpi.
Amo te quòd. Cic. ad Att. lib. 1. ep. 13, Te multum amamus, quòd ea abs te diligenter paruóque curata sunt.
Amo te de hac re, pro eo quod est, Ob hanc rem habeo tibi gratiam. Terent. Eunuch. 3. 2, Ecquid nos amas de fidicina hac? Cic. ad Attic. lib. 7. epist. De Raudusculo Numeriano multùm te amo.
¶ Amant consociari. Horat. 2. Carm. od. 3. Id est, Gaudent coniungi.
Amant iacere inter pulullos sericos. Horat. Epod. 8.
Amat bibere toto anno palma. Plin. lib. 15. cap. 4.
¶ Amare nimis, pro indulgere. Cic. ad Attic. 6, Nimis in isto Brutum amasti.
¶ Amat, pro Solet. Tacit. lib. 4, Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicū decernūtur, plerísque additis, vt fermè amat posterior adulatio. Tractum à Græcis, qui φιλεῖ γίγνεσθαι, Hoc est, Amat fieri, pro Solet fieri, vsurpant. Huius loquutionis meminit Quintilianus libro 9. cap. 3.
¶ Amet cautè pauper. Ouid. 2. de Arte amandi.
Amauit crudelius. Ouid. 3. Metamorph.
Inuitus amabo. Ouid. 3. Amor. eleg. 10.
Amet occultè. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.
Amare patienter. Ouid. epist. 18.
Sapienter. Ouid. epist. 20.
Tutò. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Valde. Cic. Att. lib. 6. epist. 2, Mihi videtur matrem valde, vt debet, amare, téque mirificé.
Amare vnicè patriam & ciues suos. Cic. in Catil.
¶ Si me amas. Cic. ad Q. frat. lib. 2. ep. 12, Amabo te, aduola: consolabor te, & omnem abstergebo dolorem: & adhuc, si me amas, Marium: sed approperate.
¶ Amare, pro Amanter precari, & à charo homine rogare & optare. Plaut. -amare ait
Te multùm Erotium vt hoc nunc vna opera' ad aurificem deferas.
Apud Quintilianū quoque in ioco Domitij Afri pro nouitate iucūda & amœna vsurpatur. Nam quum is quem defenderat, eius conspectum vitasset, vbi posteà ipsum conuenit, Amas, inquit, me, quòd te non vidi: Id est, gratum mihi fecisti.

Amabo, penult. prod. { φίλει σοι } Interiectio blandientis & amantis. Cic. ad Volumn. lib. 7. ep. 33, Vrbanitatis possessionem, amabo, quibusuis interdictis defendamus. Terent. Eunuch. 4. 4, Habésne hominem, amabo? Idem, Vide, amabo, num sit domi.
Amabo te, & Ama me, in eadem significatione. Cic. ad Cassium, lib. 15. Idem ad Att. lib. 5 epist. 105, Amabo te, incúbe in eam rem, & ad me scribe. Idem ad eundem, lib. 6. ep. 1, Ama me, non libēter vidi: sed modò succésset, modò gratias agit. Id est, mihi crede, vel certé.

Amando perdere. Horat. 2. Carm. ode 8.
Amanda vox. Horat. 4. Carm. ode 14.
Amandi præceptor. Ouid. 2. de Arte amandi.
Amando superare aliquem. Ouid. 14. Metamorph.
Amassere, Futurum infinitiui modi vsitatum priscis, nobis insolitum, pro Amaturū esse. Sic Expugnassere, pro Expugnaturum esse, quæ eò putaui notanda, quòd à Grammaticis prætermissa neglectáque intelligam. Vide EXPUGNO. Turnebus.

Amans, participium { ἐρῶν } Qui vel quæ amat, seu pudicè, seu impudicé. Virgil. 3. Georg. Amantes ardua dumos.
Amantes littora myrtos, Virgil. 4. Georg.

Amans { ἐραστής } nomen ex participio. Plaut. Asin. 16, Continentem, amantem vxoris maximé. Cic. ad Attic. lib. 9. epist. vlt. Boni ciues amantes patriæ.
Studiosus, amans, obseruans. Cic. pro Rab. Posthum. Veterem amicum suum, studiosum, amantem, obseruantem sui, labentem excepit, corruere non siuit, fulsit & sustinuit, re, fortuna, fide.
Amantes doloris. Cic. 2. Tusc. Itaque industrios homines, illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos potius laboriosos.
Amantior tui. Cic. Attic. lib. 6. 111. & Lentulo, lib. 1. epist. 5. Item, Amantior domini famulus, Colum. lib. 7. cap. 12.
Amantissimus tui. Cic. 4. de Finib.
Amans cruoris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9.
¶ Amans, pro Amatore { ἐραστής } Terent. And. 1. 1,
Sed postquam amans accessit. pretium pollicens,
Vnus & item alter. Ouid. Militat omnis amans. Cic. tamen 4. Tusc. Aliud est (inquit) amatorem esse, aliud amantem.
Amantum ardor. Lucret. lib. 4,
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.
Amantis nutus. Tibull. 1. eleg. 8.
Amans cupidus. Ouid. 18. epist.
Firmius ô cupidi tandem coeamus amantes.
Fidus. Ouid. de Remedio amoris, 2.
Imprudens. Propert. lib. 1,
Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.
Incautum amantem cepit dementia. Virg. 4. Georg.
Insomnis. Valer. lib. 7. Argonaut.
Miser. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. & Virgil. 4. Æneid.
Neglectus. Ouid. Amor. 3. eleg. 7.
Palleat omnis amans. Ouid. de Arte amandi, 1.
Amanti aptus color pallidus. Ouid. de Arte amandi, 1.
Amantium pallor viola tinctus. Horat. 3. Carm. 10.
Amantes periuri. Propert. lib. 2.
Amantum periuria ridet Iuppiter. Tibul. 3. eleg. 7.
Amantes oblitos melioris famæ. Virgil. 4. Æneid.
Amantes teneri. Tibull.
Amantium iræ. Dicitur vbi qui non ex animo indignantur inuicem: aut de iracundia neutiquam duratura. Terent. in Andr. 3. 2,
Amantium iræ, amoris redintegratio est.
Amans ardet. Virgil. 4. Æneid. Ardet amans Dido.
Amantem deludere. Ouid. 2. Amor.
Deserere. Ouid. 4. Metamorph.
Excludere. Ouid. 1. Amor. ad Ianitorem, eleg. 6.
Fallere. Virgil. 4. Æneid.
-quis fallere possit amantem?
Flectere amantem. Ouid. 11. Metamorph.
Fraudare spe. Ouid. 14 Metamorph.
Ludere vana spe. Virgil. 1. Æneid.
Amantes meminerunt omnia. Ouid. epist. 21.
Amantem perdere. Ouid. 4. Metamorph.
Amantes præcurrere omnes vna dies potuit. Propert. lib. 1. eleg. 12.
Ab amante recedere. Ouid. de Remed. amor. 2.
Amantem me soluat eo, Id est, ab eo. De Ænea loquitur Dido. Virgil. 4. Æneid.
Amantes sibi somnia fingunt. Sumptum ex Virgilio in Pharmaceutria. Seruius admonet prouerbialiter dictum à poeta. Nam quod quisque sperat, facilè credit. -& tardè, quæ credita lædunt,
Credimus, vt ait Ouid.
Amantia lumina. Ouid. epist. 18.
Amantius indulgētiúsque nomen. Cic. pro Cluent. Quo enim est ipsum nomen amātius indulgētiúsq; maternū: hoc illius matris quæ

multos iam annos filium interfectum cupit, singulare scelus maiore odio dignum esse duceris.

Amanter {φιλικῶς} aduerbium qualitatis, amantius, amantissimè. Id est, Amicè & cum amore. Cic. Cornificio, lib. 12, Sed neque vehementer & amanter. Plin. Iunior epist. 111, Vt nos amicos paternos & amanter & modestè complectebatur. Idem in Lælio 2, Quicum coniunctissimè & amantissimè vixisset.

Amanter diligentérque aliquid conficere. Cicero ad Attic. lib. 2. epistol.

Amanter expectare aduentum alicuius. Cicero ad Rufum, libro 5. epistol.

Amantissimè obsecrare aliquem. Cic. ad Att. lib. 6. epist.

Amatus, pen. prod. participium {ἐρασθείς.} Ouid. 5. Metam.
-sed enim cognoscit amatas Amnis aquas.

Amate mihi non minus quàm frater fratri. Ouidius de Ponto, 4. eleg. 12.

Amatio, amationis {ἔρως} Amor venerius. Plaut. Pœnul. 16, Acerba amatio est. Idem Merc. 16, Cum tua hac amica, cúmque amationibus. Nomen duriusculè fictum.

Amator, pen. prod. {ἐραστής} & in bonam & in malam partem accipitur.

In bonam. Cic. Attic. libro 14, Amator pacis. Idem ad Volumn. lib. 7, Viuámque tecum multùm, & cum communibus nostris amatoribus.

In malam. Terent. Eunuch. Amatores audieram esse mulierum eos maxumos. Idem And. 4. 3. Amicum, amatorem, virum in quouis loco Paratum. Vbi Donatus, Amicus animi est. Amator verò corporis. Idem Donatus alio loco, Aliud est Amator, aliud est Amicus. Amator, qui ad tempus: Amicus, qui perpetuò amat. Idem & alibi, Amator fingere potest: Amans verè amat. Cic. 5. Verr. Poteríne te Alba tuus antiquissimus non solùm amicus, verumetiam amator, absoluere?

Amator, & Amans differunt. Cic. 4. Tuscul. Vt inter Ebrietatem & Ebriositatem interest: aliúdque est, Amatorem esse, aliud Amantem. Hæc differentia tamen confunditur, isque est amans vel amator, qui aut probanda animi inductione amat, aut amore Venereo ardet.

Amator acer. Vide ACER adiectiuum.
Blandus. Propert. lib. 2.
Amatoré cæcum decipiunt vitia turpia amicæ. Horat. Serm. sat. 3.
Magnus amator mulierum. Vide MAGNVS.
Manifestus fiam amator. Ouid. Amor. 1. eleg. 4.
Pauper. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Plenus. Horat. 1. epist. vlt.
Pulcher. Propert. lib. 2,
Vxorem ille tuus pulcher amator habet.
Tener. Iuuenal. satyr. 6, Spondet amatorem tenerum.
Amatores ruris. Horat. 1. epist. 10.

Amatorculus, pen. corr. diminutiuum. Plaut. Pœnul. 4,
Vix ægrè amatorculos inuenimus.

Amatrix, penult. prod. amatricis, penult. etiam prod. verbale. fœm. gen. {ἐράστρια} Quæ turpiter amat. Plautus Asin. 18, Satis dicacula es amatrix.

Amatrices aquæ. Martial. lib. 7,
Et quòd amatrices tam propè seruat aquas. Quasi iucundæ, quæ videlicet ad eum locum amandum alliciunt.

Amatorius {ἐρωτικός} adiectiuum ab Amator.

Amatorium, Quod ad amoris insaniam impellit: vt, Amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plin. lib. 8. cap. 22. & lib. 13. cap. 25. Efficacem in amatoriis. Quintil. lib. 7, An amatorium venenum sit nécne.

Amatoria imitatio. Plin. lib. 28. cap. 2.
Leuitates. Cic. 1. de Finib.
Poesis. Cic. 4. Tuscul.
Sermo. Cic. 3. Tuscul.
Amatoria voluptate. Cic. 4. Tuscul.

Amatoriè, aduerbium {ἐρωτικῶς.} Cic. 2. Philip. Erat enim amatoriè scripta epistola. Id est, More amatorio.

Amabilis {ἐράσμιος} adiectiuum, pen. cor. verbale ab Amo, Quod amari dignum est. Plaut. Asin. 12, Nimis bella es, atque amabilis. Cic. ad Attic. lib. 5. epist. Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo, cámque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio.

¶ Amabilis, pro Grato. Cic. famil. 11, Mihi autem nihil amabilius officio tuo, & diligentia.

Amabiles mores oratoris. Cic. in Partit.
Amabile frigus. Horat. 3. Carm. od. 13.

¶ Amabilior, amabilissimus. Cic. in Læl. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere videntur.

Amabilitas, pen. corr. denominatiuum {ἐρασμιότης.} Plaut. Stich. 14, Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Id est, ea gratia quæ nos facit amabiles.

¶ Amabilitas, pro Amore videtur poni à Plaut. in Pœn. Qui amabilitati animum addiceret.

Amabiliter, pen. corr. aduerbium {ἐρασμίως.} Antonius ad Cic in epist. ad Attic. lib. 14, Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis. Horat. 2. epist. 1,
Libertásque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter donec, &c.

Amasso, pro Amauero, scripsit Laberius. Item Plaut. Mil. 14.

Amodo {ἀπὸ τοῦ νῦν} cum accentu in antepenultima, significat Posthac. Apuleius, Nemo me àmodo tam mane egredientem solum videbit. Quidam Grammatici citant & illud Ausonij in Mosella,
Nobilibus repetenda nepotibus àmodo cœptum
Detexatur opus. At hi vehementer falluntur. puncto enim distinguendum est post nepotibus. Deinde legendum, At modò, &c.

Amœbæus {ἀμοιβαῖος.} Seruius, Amœbæum carmen est, quoties ij qui canunt, & æquali numero versuum vtuntur, & ita se habet ipsa responsio, vt aut maius, aut contrarium aliquid dicat. Virgilius 3. ecloga,
Vis ergo inter nos, quid possit vterque, vicissim
Experiamur, &c.

Amœnus {τερπνός} adiectiuum, dicitur quod sine fructu iucundum aspectu est: sed propriè dicitur de locis quæ naturalem iucunditatem afferunt. Seruius, Amœna, sunt loca solius voluptatis plena, quasi Amunia: Hoc est, sine fructu, vt Varro & Carminius docent. Festus, Amœna dicta sunt loca, quæ ad se amanda alliciant: Id est, attrahant. Virgil. 6. Æneidos,
-& amœna vireta
Fortunatorum nemorum. Cic. 7. Verr. Amœno sanè, & ab arbitris remoto loco.

Amœna, substantiuum, neutri gen. Tacitus libro 3. Annal. per amœna Asiæ atque Achaiæ. Idem libro 19, Noctu diéque fluxi, & amœna littorum personantes, de bello tantùm inter conuiuia loquebantur.

Amœnos per agros. Horat. in Art. poet.
Amœna concilia piorum. Virgil. 5. Æneid.
Amœnis domibus. Claudian. Panegyr.
Amœnam effigiem tribuit. Claud. in præfat. belli Gildici.
Amœna facies hortorum. Cyprian. lib. 2. epist. 2. ad Donatum.
Amœnus fluuius. Virgil. 8. Æneid.
Amœnum propter fontem assidet. Lucret. 4.
Portu amœno. Stat. 4. Sylu. 7.
Prædiola nostra satis amœna. Cic. ad Attic. lib. 16. epist.
Rosæ amœnæ flores. Horat. 2. Carm. od. 3.
Rosaria amœna. Ouid. 5. Trist. eleg. 2.
Ruris amœni riuos. Horat. epist. 1.
Salicta amœna. Cic. 1. de Diuinat.
Surrentum amœnum. Horat. 1. epist. 18.
Amœnissima voluptas. Cic. 4. Acad.

Amœnitas, pen. corr. {ψυχαγωγία, τερπνότης} Iucunditas illa quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 2. de Legib. Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor.

Amœnitas gelidi fontis. Plin. lib. 12. cap. 1.
Loci. Cic. Attic. lib. 14.
Amœnitates studiorum quærere. Plin. in præfat. 6.

Amœniter, pen. cor. {τερπνῶς} aduerbium, pro Amœnè. Gel. lib. 20. cap. 7, Annianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilarè atque amœniter.

Amœno, amœnas {τέρπω} Delectatione afficio. Cyprianus ad Donatum, Et dum in arbores & vites quas videmus, oblectante prospectu oculos amœnamus, animam simul & auditus instruit, & pascitur obtutus.

Amolior, amoliris, penult. prod. amolitus sum {ἀπωθεῖν, ἀπομοχλεύειν} amoliri, Ex Ad, & Molior, quod est à mole. Amoliri autem (inquit Donatus) dicuntur ea quæ cum magna difficultate & molimine summouentur & tolluntur è medio. Plin. lib. 11. cap. 10, Amoliuntur omnia è medio. Terent. Andr. 4. 2, Proinde hinc vos amolimini. In his exemplis passiuè significat, sicut & Donatus superius interpretatur. Ergo Amolimini, dixit Terentius, quod Plaut. Amouemini.

Amoliri periculum. Plin. lib. 32. cap. 2.
Amolior & amoueo nomen meum. Liu. 8. bel. Pun.
Amoliri, pro Refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13, Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula. Et lib. 7, Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar.

Amolitio, onis. Vide CONSILESCO.

AMOMETVS de Seribus priuatim condidit volumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6. cap. 17.

Amomis, pen. prod. {ἀμωμίς} herba est, teste Plinio, Amomo similis, minus tamen venosa, & durior, minúsque odorata. Vide lib. 12. cap. 13. & Dioscorid. lib. 1. cap. 14.

Amomum, penult. prod. {ἄμωμον} est (inquit Dioscorides) exiguus frutex ex ligno vuæ modo in seipsum conuolutus. Exiguum quendam habet florem candidæ violæ similem, folia verò labruscæ viti, quam bryoniam dicunt. Probatissimum ex Armenia affertur, colore ad aurum inclinato, rubescente ligno, & odoratissimum. Plinius lib. 12. cap. 13, Amomi vua in vsu est, Indica vite labrusca: vt alij existimauere, frutice myrtuoso, palmi altitudine, capitúrque cum radice, manipulatim leuiter componitur, protinus fragile. Laudatur quammaximè punici mali foliis simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum peius, pessimúmque candidum, quod & vetustate euenit.

Assyrium. Virgil. eclog. 4.
Crassum. Pers. satyr. 3.
Amomo crinem deducere. Stat. Sylu. 1. 2.
Amomum feret asper rubus. Virgil. eclog. 3. de absurdis dictum.
Amomum flagrans. Sil. Lib. 15.
Mitis amomi seges. Claudian. in Nupt.
Pingue. Stat. lib. 1. Sylu.
-nec pingui crinem deducere amomo.
Spirans amomum. Lactant in Phœnice,
Cinnama dehinc aurámque procul spirantis amomi Congerit.
Spissum. Ouid. in epist.
Amomi puluis. Ouid. 2. Trist. eleg. 3.
Amomi succo viuit. Ouid. 15. Metamorph. de Phœnice loquitur.

Amor, amoris {ἔρως, ἀγάπη, ἵμερος} Est veluti nodus & vinculum amicitiæ: & parum videtur differre à beneuolentia. Cicero 1. de Natura deorum, Charum est ipsum verbum amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. Amor (inquit Valla libro 4) genus est: Charitas, species. Illud ad omnia pertinet: hoc autem ad homines demum, & quidem pro dignitate ac qualitate personarum. Maxima quidem charitas debetur parentibus, proxima filiis, & deinceps reliquis.

Amor & Cupido, inquit Nonius, idem significare videntur: & est diuersitas.

diuersitas. Cupido enim inconsideratæ est necessitatis: Amor iudicij. Plaut. Bacchid. Cupido te conficit, ánne amor? Idem Curcul. discreuit, & vim eiusdem diuersitatis expressit dicens,
Quòd Venus, Cupidóque imperat, suadétque amor.
Pietas & amor in patriá. Cic. pro Flac. Amor gloriæ nimis acer, Idem pro Archia poeta.
Charitas & amor. Cic. in Partit. Amicitiæ autè, charitate & amore cernuntur. Ibidem, Côiuges autem, & liberi, & fratres, & alij quos vsus familiaritásque coniunxit, quanquam etiam charitate ipsa, tamen amore maximè continentur.
Amore & charitate præstare aliquid. Cic. lib. 12. epist. 16, Filio tuo nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare.
Amor acer. Vide ACER adiectiuum.
Amorem ægrum solans testudine. Virg. 4. Georg.
Amores amari. Virgil. ecloga, 3.
Antiquus. Ouid. epist. 23.
Anxius. Cic. Att. lib. 2. epist. 24, Non ignoro quàm sit amor omnis solicitus & anxius.
Apertus. Ouid. 1. Amorum,
Et nullas vestes, vt sit apertus, habet.
Ardentes amores excitaret sui, sapientia, si videretur. Cic. 2. de Fin.
Aridus. Propert. lib. 2, Aridus argutum sternuit omen amor.
Aduena amor multos torsit. Ouid. 1. de Arte amandi.
Auidus, Id est cupidus explendæ voluntatis. Catullus.
Aureus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18.
Amorem blandum incutiens. Lucret. 1. venerem intelligit.
Cæcus. Claudian. in Eutrop. 2. Virg. 3. Georg.
Cæcus sui. Horat. 1. Carm. od. 18. Vide Erasm. in prouerb. Suum cuique pulchrum.
Amori casto consuluit deus. Ouid. epist. 1.
Certus amor non est in hospitibus. Ouid. epist. 16.
Ciuilis & opinabilis, naturali oppositus. Gell. lib. 12. cap. 1, Quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnâ ferè partem non naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis.
Clandestinus. Plaut. in Curgul. Malus clandestinus est amor.
Concessus. Ouid. ad Liuiam.
Consuetus. Vide CONSVESCO.
Non cautus. Ouid. epist. 17.
Defecto amori vires reddere. Ouid. 9. Metam.
Dissimulatus. Ouid. epist. 15.
Dubius. Claudian. de nuptiis Honorij & Mariæ.
Dulcis. Martial. lib. 1. Et Virgil. 3. eclog.
Amore dulci affatus. Virgil. Æneid. 6.
Non dubitatus. Ouid. ad Liuiam.
Durus. Virgil. Æneid. 6,
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.
Effrænus. Ouid. 6. Metam.
Externus. Ouid. 16. epist.
Facilis. Propert. lib. 1. eleg. 13.
Fallax. Senec. in Hipp. 5. Feruidus. Horat. 1. Carm.
Ferus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2.
Festiuus. Claudian. Panegyr. 7.
Fictus. Ouid. 2. Tristium.
Fidus. Ouid. 2. epistol.
Fœdo amore afflictantur. Lucret. 4.
Fœmineus. Ouid. Amorum, 3. eleg. 2.
Fraternus amor in aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. epist. 1.
Fugitiuus. Ouid. de Remedio amoris, 2.
Furtiuus. Ouid. 6. Fastorum. & Catull. epigram. 7.
Geminatus. Ouid. 10. Metam.
Gratus. Ouid. 3. Tristium.
Graui amore perculsus. Horat. Epod. od. 11.
Ignauus. Stat. 3. Sylu. 2.
Immaturus. Vide IMMATVRVS.
Impij amoris flammas compesce. Seneca in Hippol. 2.
Impotens. Catullus 33.
Incestus. Horat. 3. Carm. od. 6.
Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. Cicero Curioni, lib. 2. epistolarum, 1.
Indigno amore perire. Virg. 10. eclog.
Incustoditus. Sil. lib. 8. Infestus. Ausonius.
Inficiandus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 17.
Ingeniosus. Ouid. epist. 19.
Ingenuus. Horat. 1. Carm. od. 27.
Iniquus. Propert. Inops. Lucret. 4.
Insanus. Virgil. eclog. 10.
Iratus. Seneca in Hercul. OEth. 4.
Iucundus. Catullus.
Lasciui amoris præceptor. Ouid. 2. de Arte amandi.
Legitimus. Ouid. 13. epist.
Lentus me torret. Horat. 3. Carm. od. 19.
Lenis. Ouid. 7. Metam.
Libidinosi amores. Cic. 4. Tuscul.
Longus. Vide LONGVS.
Luxuriosus. Ouid. Diuitiis alitur luxuriosus amor.
Magno amore labefactus. Virgil. 4. Æneid.
Mali amoris solamen mors. Seneca in Hippol. 12.
Mansuetus. Propert. lib. 1.
Nullis medicabilis herbis. Ouid. 1. Metam.
Meretricius. Vide CONGLVTINO & MARBO.
Merus. Catullus 13.
Mirus. Virgil. 7. Æneid.
Misero amore periturus. Ouid. de Remedio amoris, 5.
Moderatus. Ouid. 5. Metam.
Mollis. Ouid. epist. 21.
Muliebris. Cic. 4. Tuscul.
Mutuus. Horat. Epod. 15. Vide MVTVVS.
Mutuis amoribus bene fidum pectus. Horat. 2. Carm. od. 12.
Naturalis. Cic. 4. Tuscul.
Nouus. Cic. 4. Tuscul. Etiam nouo quodam amore veterem amorem tanquam clauo clauum eiiciendum putant.
Amoribus in occultis felix index. Ouid. 2. Fastorum. de Delphino.
Patrius. Vide PATRIVS. Virg. 1. Æneid.
Perditus. Catullus in Gellium.
Peregrinus. Ouid. epist. 9.
Perfidus. Claudian. epigramm. 25.
Perpetuus. Vide PERPETVVS.
Pestifero amore vinctus. Senec. in Thebaide, 1.
Pinguis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 19.
Pius. Valerius Argonaut. 4.
Placidus. Tibullus lib. 2,
Felix cui placidus leniter afflat amor.
Amori placito pugnare. Virgil. 4. Æneid. Id est, Repugnare, vel, Cum amore placito pugnare. Seruius.
Polluto amore duri dolores. Virgil. 5. Æneid.
Præreptus. Virgil. 4. Æneid. Carunculam intelligit in fronte pulli equini nascentem, quam statim nato adimit mater, alioqui fœtum osura. Vide Seruium.
Primus. Ouid. 1. Metam. Primus amor Phœbi Daphne, &c.
Properatus ferri. Stat. Achill. 2. Ferri, genitiuus est. Sic Ouid. 5. Metamorphos.
Proprius. Lucret. 4,
Atque in amore, mala hæc proprio, summéque secundo
Inueniuntur.
Pudendus. Ouid. epist. 5.
Sceleratus habendi. Ouid. 1. Metam.
Simulatus. Ouid. 1. Amorum, 8.
Singularis amor tuus erga me. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. epist. 11.
Socij amoris desertor. Ouid.
Solicitus. Ouid. 2. de Remedio amoris. Virg. eclog. 10.
Sterilis. Ouid. 1. Metam.
Strictus. Ouid. 7. Metam.
Stultus & improbus. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Suauis. Lucret.
Surreptitius. Plaut. in Curgul. Inter nos amore vtimur semper surreptitio.
Suspectus. Ouid. epist. 22.
Tacitus. Stat. 1. Sylu. 2.
Tener. Ouid. 2. Amorum, eleg. 18.
Timidus. Ouid. 18. epist.
Tolerandus. Claudian. in Epigramm.
Turpis meretricis. Horat. 1. Serm. sat. 4.
Tutus. Ouid. 5. epist.
Veri amoris non dissimulator. Ouid. 5. Metam.
Vesanus. Proper. Errat qui finem vesani quærit amoris.
Vetus. Vide Nouus amor.
Vilis. Claudian. in Ruff. 1.
Viuus. Virgil. 1. Æneid.
¶ Amor, pro rei venereæ appetitu. Virgil. 3. Georg.
-pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignémque ruunt, amor omnibus idem.
¶ Amor, pro Cupidine, quem poetæ amoris deum esse fingunt, sæpe vsurpatur. Virg. 1. Æneidos,
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem. Propert. 2.
Quicunque ille fuit puerum qui finxit Amorem.
Domitus. Ouid. Amorum 3, eleg. 10.
Gemini amores. Ouid. 4. Fast.
Inermis erret. Tibull. 2, eleg. 6.
Amor infamis deus. Tibul. 2, eleg. 4.
Insidiosus. Ouid. 1. de Remedio amoris,
Affuit incautis insidiosus Amor.
Leuis. Ouidius Amorem alloquitur,
Tu leuis es, multóque tuis ventosior alis.
Nudus Amor. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.
Pharetratus. Ouid. de Remedio amoris 1.
Pinniger. Lucret. lib. 5.
Pulcher. Ouid. 3. de Ponto.
Purpureus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 1.
Rebellis. Ouid. 1. de Remedio amoris.
Sagittifer. Stat. lib. 4. Sylu. 3.
Sæuo Amore saucia Medea. Cic. pro Cælio.
Sæuus. Ouid. in epist. 7.
Teliger. Seneca, Metuende matri teliger sæue puer.
Vagus. Seneca.
Ventosus. Ouidius, Tu leuis es, multóque tuis ventosior alis.
Volucer. Claudian. de nuptiis Hon.
¶ Amores plurali numero ad voluptatem pertinent, vt ait Seruius. Virg. 1. Æneidos,
Clam ferro incautum superat, securus amorum Germanæ.
Amores, pro Amico, vel Amica. Cic. 6. Philipp. Sed redeo ad amores deliciásque nostras L. Antonium. Idem ad Atticum, lib. 16. epist. ad finem, Piliæ saluté dices, & Atticæ, deliciis atque amoribus meis.
¶ Amor flagitij & leuitatis autor. Cic. 4. Tuscul.
Amor amicitiæ. Cic. 4. Tuscul.
Pallere amore argenti. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Amore auri cæcus. Virg. 1. Æneid.
Amore edendi. Lucret. 4.
Amore famæ venientis incendit animum. Virg. 6. Æneid.
Amore habendi senescit. Horat. 1. epist. 7.
Amor lactis. Virg. 3. Georg. At cui lactis amor.
Amore laudum perculsus. Virg. 9. Æneid.

Amoris æstus. Ouid. in fragmento, 8.
Amorum agmen. Stat. 1 Sylu. 2.
Amoris ardor. Cic. lib. 1. de Orat.
Boni coniugator amoris. Catul. in Epithalamio Iuliæ, 56.
Amoris calcaribus ictus. Lucret. lib. 5.
Amoris certamen peragere. Ouid. 3. de Ponto.
Amoris flammæ. Seneca in Hippol. 2.
Amorum fœdera. Cic. pro Cælio.
Amoris fructu egens. Propert. lib. 4. eleg. 20.
Furor amoris. Cic. 4. Tuscul. Maximè autem admonendus, quantus sit furor amoris.
Amoris irritamen munus. Ouid. 9. Metam.
Amoris pabula. Lucret. 4.
Amoris pignus. Virgil. 5. Æneid.
Plagæ amoris, Id est, retia amoris. Lucret. lib. 4.
Amoris poculum. Horat. Epod. 5, Hoc est, potio amatoria, philtrũ.
Studium & ardor quidam amoris. Cic. lib. 1. de Orat.
Vincla amoris arctissima cum aliquo. Cic. ad Att. lib. 6. epist. 113, De isto hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum summæ coniunctionis optare, etsi sunt amoris arctissima: tantum abest vt ego ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim.
Amoris vulnere æterno deuictus. Lucret. 1.
¶ Abiicere amorem ab aliquo. Cic. 2. Philipp. Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse.
Amores meos abstulit. Virg. 4. Æneid.
Abundare amore. Vide ABVNDO.
Accedere nihil potest ad amorem. Vide ACCEDO.
Addicere amores. Ouid. 1. Metam.
Quid facias crudele, suos addiscere amores.
Non dare, suspectum. Hoc est, puellam sibi amatam.
Adiutus amor fatis. Ouid. 12. epist.
Adolescit amor. Vide ADOLEO.
Æquare amorem. Virg. 4. Æneid.
Alendus amor verbis dulcibus. Ouid. 2. de Arte amandi.
Amittere amores. Virg. 3. Georg.
Amplecti amore. Vide AMPLECTOR.
Appetit me amor. Vide APPETO.
Ardebat amore illius hospitæ. Cic. 4. Verr.
Ardebat amore fœmineo. Virg. 11. Æneid.
Arsit amore vetito fratris. Ouid. 1. de Art.
In amore astrictum esse. Lucret. 4.
Amore attenuatus liquitur. Ouid. 3. Metam.
Auferre amorem ab. Vide AVFERO.
Auget amorem timor. Ouid. epist. 12.
Bibere amorem. Virgil. 1. Æneid.
Captus amore. Virgil. eclog. 6.
Amore generi sui capta socrus. Cic. pro Cluent.
Cecidit amor. Catull. 11. ad Furium & Aurel.
Celare amorem. Ouid. epist. 12.
Cernere amorem. Vide Cernere hæreditatem, in CERNO.
Commendo amores meos tibi. Catull. 15.
Amori commisso officium spondet. Id est, Promittit auxilium si suum amorem reuelet. Ouid. 10. Metam.
Committere amores alicui, Id est, Reuelare. Ouidius 1. Amorum, elegia 11.
Componere amores, Id est, versus de amore. Ouid. 2. Trist.
Denique composui teneros non solus amores,
Composito pœnas solus amore dedi.
Concedere alicui. Ouid. epist. 8,
Quem sibi permisit, genero concedet amorem.
Conciliare amorem alicui. Cic. 2. de Orat.
Amor conciliatur auro. Propert. 3. eleg. 13. Et Ouidius 2. de Arte amandi.
Amorem cõciliari sentimus. Cic. 2. de Orat. Ibidem, Hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defensio charitatem.
Concinnat amorem consuetudo. Lucret. 4.
Concipere. Ouid. 10. Metam.
Conferre, Vide CONFERO.
Conuicere aliquem in amorem, Vide CONIICIO.
Coniuncti amore. Cic. 5. Tuscul.
Connexus amore. Stat. Achill. 1.
Contexere amores. Catull. 59. in Argonaut.
Dare amores. Ouid. de Remed. amoris, 2.
Amori ludum dare. Horat. 3. Carm. 12. od. 1,
Miserarum est neque amori dare ludum.
Defigere amorem. Senec. in Hercul. OEth. 4, -hoc, inquit, magæ dixere amore posse defigi malo. Vbi interpres, Defigi, Id est, aut fortiter figi, aut resolui à pectore in quo fuerat fixus.
Defuncta amore leui. Senec. in Hippol. 2.
Amorem suspensum deludet fallax rumor. Claud. in Paneg. 2.
Demere amores. Ouid. de Remed. amor.
Deponere amorem. Catull. de Lesbia, 71.
Desertus amor. Catul. in Epithalamio Iuliæ.
Ducere amores in longum. Virg. eclog. 9.
Durat amor. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Effugere amorem. Ouid. 17. Metam.
In amore esse alicui. Cicero 6. Verr. Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore atque deliciis fuit?
In amoribus esse alicui. Cic. ad Att. lib. 6. epist. 1.
In amore esse, sine Datiuo. Cic. pro Flacc. Summo autem in amore esse propter nomen ipsum imperij non potuerit?
Excitare mirabiles amores. Cic. 1. Offic.
Exhauritur amor. Vide EXHAVRIO.
Exit corde amor. Stat. 4. Sylu. 4.
Exorare amorem. Ouid. Amor. 3. eleg. 10,
-facies exorat amorem.

Exponere amores, Id est, recensere. Ouid. 10. Metam.
Extitit tanto in me amore frater, &c. Cic. Post reditũ ad Quirites.
Facere amorem. Ouid. 1. Metam. cuius contrariũ, fugare amorem.
Eque sagittifera prompsit duo tela pharetra,
Diuersorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Fallere amorem infandum. Virg. 4. Æneid.
-Ascanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Fallit te amor. Ouid. epist. 14.
Amorum turpissimorum fœdera ferire. Cic. pro Cælio.
Fixus amor medullis. Seneca in Hercul. OEth. 4.
Flagrans amor. Horat. 1. Carm. od. 25.
Flagrare amore. Horat. Epod. 5.
Amor flagrat in molli pectore. Ouid. epist. 15.
Frænare amores. Seneca in Medea, 11.
Fugandus amor omni parte. Ouid. de Remed. amoris, 1.
Habere amorem in vel erga aliquẽ. Cic. pro Domo sua, Pro amore quem habetis in Rempublicam, & semper habuistis. Idem ad Dolabellam, lib. 9. epistol. 14. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere?
Amor habendus est alter. Ouid. epist. 7.
Hæret amor. Ouid. 13. Metam.
Amoris in plagas ne iaciamur. Lucret. 4. Hoc est in retia.
Ignescit amor. Vide IGNIS.
Amore impulsus hæc ad te scribenda putaui. Cic. ad Plancum, lib. 10. epistol. 3.
Incensus amore alicuius. Catull. in Argonaut.
Incidere in amorem. Vide INCIDO.
Inducere aliquem in amorem. Catull. 28.
Indulgere amori. Ouid. 9. Metam.
Inflammare amore animum. Virg. 4. Æneid.
Amore inflammati esse debemus in patriam. Cic. 1. de Orat.
Ingenerare amorem. Vide INGENERO.
Inhærescere amoribus erraticis. Humic. lib. 5. cap. 16.
Innatus in nobis amor cognitionis. Vide INNASCOR.
Insanire amore alicuius. Vide INSANIO.
Insanit amoribus nuptarum. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Insitus menti amor cognitionis. Vide INSERO.
Inspirat amorem tacitum. Stat. 1. Sylu. 2.
Intendere amorem pignoribus suis. Claud. epig. 21.
Interrumpere iter amoris. Vide INTERRVMPO.
Inuitat amores forma. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Irritare. Ouid. 1. Metam.
Lædere. Ouid. 4. Metam.
Largiri amori plusculum. Vide LARGIOR.
Non latuisset amor quem tegi volumus. Ouid. epist. 17.
Leuare amorem. Ouid. 14. Metam.
Manet amor perennis coniugis castæ. Senec. in Octauia, 4.
Mansit amor. Ouid. 11. Metam.
Marcet amor segnis. Claudian. epig. 21.
Mederi amori. Ouid 9. Metam.
Mentiri amorem. Ouid. epist. 20, -si non mentiris amorem. Id est, fingis.
Miscendus pudor amori. Ouid. epist. 4.
Missum facere amorem. Vide MITTO.
Modus nullus adest amori. Virg. 2. eclog.
Morem gerere amori. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Nutrire amorem. Ouid. 1. Metam.
Obiicere amores alicui. Senec. in Medea, 7.
Oblitus amorum. Virg. 5. Æneid.
Vt tibi ostenderem meum amorem. Cic. ad Planc. lib. 10. epist. 3.
Partiri amorem. Stat. 2. Sylu. 1.
Te amor infelix perdidit. Ouid. 4. Metam.
Præ se ferre amorem. Cic. Curioni, lib. 2. epist. 1.
Perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem & optatum amorem tuum præ te ferres.
Potiri amore. Ouid. 10. Metam.
Præsentit amorem aliquem mente. Ouid. 10. Metam.
Præstare amorem verum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.
Raptat me amor per deserta ardua. Virg. 3. Georg.
Fratribus amorem reddere. Senec. Thebaid. 2.
Reduxit amorem. Lucan. 4, -scelerúmque reduxit amorem.
Reparare. Senec. in Agamemn. 3.
Residet in aliquo amor erga alium. Cic. ad Antonium, lib. 5. epist. 5, Siquid in te residet amoris erga me, id omne in Pomponij negotio ostendas.
Respectare amorem alicuius. Catull. 11.
Respondere alicui in amore. Cic. ad Brut. epist. 1.
Resurgens amor. Virg. 4. Æneid.
Reuincire mentem amore. Catull. in Epithalamio Iuliæ.
Sæuit amor. Virg. 4. Æneid.
Saturare amorem. Catull.
Seruare. Ouid. 4 Metam.
Seruire amori aliorum flagitiosissimè. Cic. in Catil.
Soluere amores cantibus, aut herbis. Tibull. lib. 1. eleg. 2.
Sperare. Horat. 4. Carm. 13.
Spernere. Horat. 1. Carm. 9.
Subleuare. Cic. 4. Tuscul.
Submittere animos amori. Virg. 4. Æneid.
Succensus amore. Ouid. 21. epist.
Suscipere amorem. Cic. ad Planc. lib. 10. epist. 1.
Tenet me amor. Horat. Epod. 11.
Teneri amore. Stat. 5. Thebaid.
Tentari amore. Ouid. 1. Amor. 2.
Testari amorem. Virg. 3. Æneid.
Torqueri amore. Horat. 1. epist. 2.

Torret me amor. Horat.3.Carm.od.19.
Transgredi amores. Stat. Sylu.1.2.
Translatos aliò amores. Horat. Epod.5.
Vacat metu amor. Ouid.1.Amor.eleg.6.
Vinci didicimus feros amore. Senec. Hippol.2.
Omnia vincit amor. Virg. eclog.10.
Vitare amorem. Lucret.4.
Vitiare. Stat.5.Sylu.1.
Volitans amor. Tibull.lib.1.
Impiger Ænea volitantis frater amoris. Id est Cupidinis: quia vterque Veneris fuit filius.
Vrit amor. Virg. eclog.2.
Visa amoribus dementer. Ouid. Metam.4.

Amorabundus. Gell. lib.11. cap.9. Laberius mulierem amantem verbo inusitatius ficto Amorabundam dixit.

Amorge, Vide AMVRCA.

AMORGES (ἀμόργης) fuit ex Darij ducibus vnus, qui à Caribus insidiis circumuentus, vnà cum Daurise, & Sisamace, & Myrse Gygis filio, fuit obtruncatus. Herod. lib.5.

Amorgine (ἀμοργίνη) herba est, quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioscor. lib.4.

Amorgis, dis (ἀμοργίς) lini species tenuissima, bysso non dissimilis. Hinc Amorgina vestimenta, pro pretiosis & splendidis, multæque impensæ: quorum meminit contra Timarchum Æschines, & Athen. lib.6.

AMORGOS (ἀμοργός) insula vna ex Sporadibus. Strab. lib.10. & Plinius lib.4.cap.12.

AMORRHAEI (ἀμοῤῥαῖοι) populi dicti sunt ab Amor patre Sichem, vel ab Amorrhæo filio Chanaan.

Amotus, Vide AMOVEO.

Amoueo, amoues, penult. correp. amoui, amotum (ἀπωθεῖν, ἀποστῆσαι, ἀπομακρύνειν) amouere, Est de loco mouere. Terent. Adelph.4.2. Age, tamen ego hunc amouebo. Vbi Donatus, Propriè amouetur saxum de loco. Cic. Att. lib.1.7. Et nebulonem illum, siquo pacto potes, ex istis locis amoue. In eodem significatu legitur etiam Remoueo.

Amouere, & Admouere, contraria. Author ad Herenn. lib.3. Siue nimis procul amoueris, siue vehementer propè admoueris.
Amouet ætas. Lucret.1.
Præterea quæcunque vetustate amouet ætas.
Animum studio puerili. Plaut. Merc.3. Hoc est, Dimouere, abstrahere à studio, &c.
Aliquem ab officio aliquo. Cic. de Arusp. respon. Saturnini Quæstorem à sua frumentaria procuratione Senatus amouit, eique rei M. Scaurum præfecit.
Assentationem. Cicero.
Crapulam. Plaut. Pseud.22. Inde huc exij, crapulam dum amouerem.
Culpam à se. Liu.4. ab Vrbe.
Amouit culpas. Horat.4.Carm.od.15.
Amoto custode. Propert. lib.1.eleg.11.
Iurgia amouere. Cic. lib.2. de Legib.
Libidinem, odium, inuidiam, metum, cupiditatésque omnes. Cic. pro Cluentio.
Amoto ludo quæramus seria. Horat.1.Serm.sat.1.
Metum. Terent. And.1.2.
Molestiam à foribus. Plaut. Amphit.5.
Opinionem. Terent. And.3.2.
Segnitiem à se. Plaut. Asin.6.
Sensum doloris amouere. Cic. de Prouinc. Consul. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, à sententia dicenda amouebo, ad vlciscendi tempora reseruabo.
Somnum ex pectore. Plaut. Pseud. 4.
Suspicionem ab aliquo. Plaut. Trin.11.
Amoue tactus impudicos à casto corpore. Senec. Hippol.5.
Virgas amouit ab omnium ciuium Romanorum corpore lex Portia. Cic. pro C. Rabirio, Id est, Vetuit ne virgis cæderentur ciues Romani per carnificem.
Amouere per dolum. Horat.1.Carm.od.10.
¶ Amoueri in insulam, Id est, Deportari vel relegari. Tacit. lib.4. At P. Suillium amouendum in insulam censuit.
¶ Amouere, pro Auferre, Interuertere. Vlp. in l. rei communis.45. D. pro socio. Rei cōmunis nomine cum socio, furti agi potest, si per fallaciam dolove malo amouit, vel rem communem celandi animo contractet. Idem in l. Si ego. D. de iure dotium. Agetur rerum amotarum, si amouentis animo maritus eas retineat: aut ad exhibendū, si non amouere eas connisus sit. Idem in l. Tutor. D. de furtis, Tutor siquid furandi animo amouerit, furtum facit. Administrationē enim rerum pupillarium habet: intercipiendi autem potestas ei non datur.

Amotio, verbale, vt Amotio doloris. Cic.2. de Finib. Augendæ voluptatis finis est, doloris omnis amotio.

A M P

AMPE (ἄμπη) oppidum Arabiæ, non procul à mari rubro, cuius meminit Herod. lib.6. Gentile est Ampæus. Stephan.

Ampechonium (ἀμπεχόνιον) vestimentum commune virorū & mulierum, vt tradit Pollux lib.7.cap.13. vbi Gualtherus vertit, palliolum.

Ampedices dicebantur ab antiquis, quòd circum penderent, quos nunc appendices appellamus. Festus.

AMPELA, ciuitas est Cretæ insulæ, apud Plin. lib.4.cap.12. Est itē Macedoniæ oppidum lib.4.cap.10.

Ampelitis, dis (ἀμπελῖτις) terra est bitumini similis, circa Seleuciam Syriç nascens, qua rustici vites illinere solent ad necandos vermiculos, oculos illarū depascētes, quos Ipas, siue Scinipas vinitores Græci appellāt. ¶ Eadē & Pharmacitis dicitur, quòd vitium morbo medeatur. Dioscor. lib.5. & Galen. lib.9. Facult. Simp. medic.

Ampelodesmon (ἀμπελόδεσμον) vocant Siculi herbam, ex qua vincula molliora fiunt alligandis vitibus. Plin. lib.17.cap.23.

AMPELOESSA, oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Author Plin. lib.5.cap.18.

AMPELOPRASON, pen. corr. (ἀμπελόπρασον) herba est foliis porri, sed angustioribus, flore candido, radice bulbosa. Nascitur in vinetis, vnde & nomen accepit. Plin. lib.24.cap.15. Vulgus Porrū vinearū vocat.

AMPELOS (ἄμπελος) nomē pueri, qui quum à Baccho amaretur, ab eodem post mortē inter sidera relatus est. Fabulam habet Ouid.3. Fast.

Ampelos agria (ἄμπελος ἀγρία) vitis syluestris, ea mihi videtur, quam rura modò Viornam, modo Hardeam vocāt, quod ramorum fasces ea perinde quasi vinculo ligantes distringant. Hanc Plinius credit esse potius quam Vuam taminiam vocant. Ruell. lib.3. cap.153.
¶ Ampelos agria vocatur herba foliis duris, cineracei coloris, &c.

Ampelos melæna (ἄμπελος μέλαινα) vulgò *Tamaro*, Latinè Vitis nigra. Hanc Matthiolus Senensis putat esse Vuam taminiam, quanuis Plin. contrarium sentiat, qui eam propriè Bryoniam vocari scribit, libro 23.cap.1.

Ampeloleuce, ampeloleuces (ἀμπελολεύκη) Plin. lib.23.cap.1. Vitis alba est, quam Græci Ampeloleucen, alij Ophiostaphylon, alij Melothron appellant. Omnibus officinis & herbariis Bryonia & Vitis alba dicitur: vulgus, quòd per dumos serpat, colubrinam vocat. dicitur & Ampelos leuce. Ruell. lib.3. cap.153.

AMPELVS (ἄμπελος) insula, siue promontoriū in Samo, authore Strab.

AMPELVSIA (ἀμπελουσία) nomen est promontorij in ea Aphricæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, a vitium copia impositum. Plin. lib.5.cap.1. Vulgò hodie *La punta alcasar*. Alijs dicitur *Cabo de cancero*. Id est, caput cancri.

Amphamiotæ (ἀμφαμιῶται) in Creta vocabātur serui priuati, qui iure belli in seruitutē venissent, quàuis indigenæ forēt. Cæl. lib.18. cap.26.

AMPHAPALIA, locus est Cretæ, apud Strabonem in ipsius insulæ descriptione.

Amphemerinos, ni (ἀμφημερινός) Plin. lib.28. cap.16. vbi de febribus differit: Est (inquit) genus febrium, quod amphemerinon vocant. Hoc liberari tradunt, siquis è vena auris asini, tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit.

Amphi (ἀμφί) Latinè Circum significat.

AMPHIARAVS, pen. prod. (ἀμφιάραος) Oeclei, vel (vt alij) Lyncei & Hypermnestræ filius, Argiuus vates & augur. Cic. lib. 1. de Diuinat. Amphiaraum sic honorauit fama Græciæ, deus vt haberetur, atque vt ab eius solo, in quo est humatus, oracula peterentur. Historiam Amphiarai latissimè describit Diodorus Sicul. lib.5.cap.5. Pausanias quoque in Attica & Stat. lib.7. Thebaid. Vide ALCMAEON.
Amphiaraus sublimis. Stat.6. Thebaid.
Doctus futuri. Stat.1. Thebaid.

Amphiaraides. Ouid.2. Fastorum.

AMPHIAS (ἀμφίας) Tharsius fuit, qui quum ex hortulano potens esset, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subiecit, Sed & nos de iisdem seminibus sumus. Quo dicto omnes pariter lætos fecit. Macrob.7. Saturn. cap.3.

Amphibium (ἀμφίβιον) in terra, & in aqua viuens. Varro 4. de ling. Lat. Græci ea quæ in aqua & in terra possunt viuere, vocant amphibia. Colum. lib.8. cap.12. Veniantnunc ad eas aues, quas Græci ἀμφίβια vocant, quia non tantùm terrestria, sed aquatilia quoque desiderant pabula: nec magis humo, quàm stagno consueuerunt: eiúsque generis anser præcipue, rusticis gratus est. Amphibia Cic. vocat ancipites bestias. Vide ANCEPS.

Amphibolia, Amphibologia, siue Amphibolon (ἀμφιβολία, ἀμφιβολογία, ἀμφίβολον) dubium siue ambiguum dictum. Cic.2. de Diuinat. Illa amphibolia, quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. Quintil. lib.7.cap.10. vbi dicit Amphiboliæ species esse innumerabiles, Figura est Grammaticis, quæ fit vitio compositionis. quum in ambiguo posita est sententia. Et modò fit per accusatiuum, vt, Aio te Æacida Romanos vincere posse. Ter. And. Ego me amare hanc fateor. Vbi Donatus: ἀμφιβολία est.
Modò per verbum commune: vt quum dicimus, Cato iniustè criminatur. incertum est enim an ipse ab alio criminetur, an ipse alium.
Modò per participium, vt, Vidi statuam auream hastam tenētem.
Modò per homonyma: vt siquis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladij, vel exercitus.
Potest etiam fieri aliis modis. Virg.4 Æneid. Quæ quibus anteferam? Vbi Seruius, Amphibologia est, Quid prius, quid posterius dicam? Idem.1. Æneidos,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ. Vbi Seruius, Amphibolon est hoc loco, vtrum ipsa aurea, an aurea cingula. Idem 4. Æn. Terra parens ira irritata deorum. Vbi Seruius, Amphibolon est vtrū sua ira, propter extinctos gigantes: an ira deorum irritata, quia extinxerat gigantes. Quintil. lib.7. Alij in scripto & voluntate amphibologiam esse.

Amphibrachus, penult. corr. (ἀμφίβραχυς) Pes est ex prima & vltima breuibus, media producta. Sic dictus, quòd in vtraque parte breuem habeat. βραχὺ enim breuis dicitur, vt Cupido. Quintilian. lib. 9 cap.4.

Amphicarpa (ἀμφίκαρπα) dicuntur quæ geminum & vtraque parte fructum ferunt. Ruell. lib.1. cap.123.

Amphicaustis (ἀμφικαυστίς) Hordeum montanum, quod & ζέα Græcis dicitur. Ruell. lib.2. cap.16.

AMPHICTYONES (ἀμφικτύονες) (inquit Suidas) consessus quidam fuit Græcus, apud Thermopylas conuenire solitus, ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui & ipse quum populos regeret, ad conuentus conuocasse dicitur. Plura apud Budæum in Annotat. prioribus. Vide Strabo. lib.9. Item Erasmi Chil. Cic.2. de Inuent. Accusantur apud Amphictyonas, Id est, Apud commune Græciæ concilium.

Amphicyrtos (ἀμφίκυρτος) Luna dicitur, quum in Solis triquetro semiambitur orbe. Hermol. in Plin. lib.2. cap.5. Hac figura se nobis exhibet luna, quando nondum semiplena est.

AMPHIDAMAS {ἀμφιδάμας} Busiridis filius fuit, quem Hercules, quòd paternæ crudelitatis in mactandis hospitibus se ministrum præberet, vnà cum patre interemit.

Amphideæ {ἀμφιδέαι} ornamenta iuncturarum manuum, apud Pollucem lib.5.cap.16. vbi etiam dicit eas pertinere & ad brachia, & ad pedes.& lib.7.cap.22.ad finem,vbi Gualtherus vertit. Redimicula.

Amphidromia {ἀμφιδρόμια} vt Grammatici Græci referunt,dies erat familiæ festus, quo natum puerum circum focum ferebant, & propinqui, amici, & familiares dona dabant, quas ferias Terentium in palliata fabula intellexisse crediderim, quum inquit in Phormione, Porrò autem Geta ferietur alio munere vbi hera pepererit. Turnebus.Vide & Suidam.

Amphidromiam agis. Adagium ad varios vsus poterit accommodari,vel ad eos qui pueros ostentant, ac circumferunt, aut munuscula captant,ambiúntque.Sumptum à prisca consuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuissent,& in obstetricando iuuissent, quinta pòst die manus abluere solent, ac puerum cursu laribus circunferre: quo die munuscula mittitabantur à cognatis. Erasm.in Chiliad.

AMPHIGENIA {ἀμφιγένεια} oppidum Peloponesi,in tractu Messeniaco, cuius meminit Stat.4.Thebaidos,

Huic parere dati,quos fertilis Amphigenia,
Planáque Messene, montanáque nutrit Ithone. Meminit & Homerus.

AMPHILOCHVS in Oropo Atticæ pro deo vates cultus, vt Liu. in 5. lib. Decad. 5. scribit. templúmque vetustum fontibus riuísque habuit, ad quod visendum Paulus Æmilius victor prodiit. Meminit & Strabo,& Pausan.qui & eius aram Athenis describit.

AMPHILOCHI, Acarnaniæ populi, Argo Amphilochicum incolentes. Strab.lib.7.

AMPHILOCHVS {ἀμφίλοχος} Atheniensis philosophus, & agriculturæ scriptor, vt testis est M.Varro lib.1.de Re rustica. ¶ Fuit & Amphilochus filius Amphiarai vatis, ex Eriphyle susceptus, vt in Odyssea testatur Homerus.

Amphilochus & Mopsus Argiuorum reges fuerunt, iidémque augures.Cic.1.de Diuinat.

AMPHILYTVS {ἀμφίλυτος} Ariolus ex Acarnania, qui Pisistrato tertiò Athenarum tyrannidem repetenti author fuit vt noctu Athenienses inuaderet. Herod.lib.1, Ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε λέγων,

Ἔρριπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται.
Θῦννοι δ' οἱμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός. Id est,Hic diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan,ariolus, Pisistrato affuit,& ad eum accedens,hexametro carmine vaticinatus est,inquiens,

Verriculum iactum est,expansáque retia,nocte,
Mox aderunt thynni claro sub sidere lunæ.

AMPHIMACHVS {ἀμφίμαχος} Cteati filius, vnus ex quatuor ducibus Epeorum. Author Homer.in Catalogo nau.

Amphimacrus,siue Amphimacer,pen.corr. {ἀμφίμακρος} Pes ex tribus syllabis constans,prima & vltima longis,media correpta.vt Palladi. Sic dictus, quòd vtraque parte longam habeat syllabam. μακρὸς enim longus. Et est contrarius Amphibracho. Quintil.lib.9. cap.vlt. Eius nomen frequentius est Creticus,vt idem testatur.

Amphimalla,& Amphitapa idem significant.Plin.lib.8.cap.48. Vide AMPHITAPA.

AMPHIMALIS {ἀμφιμαλλίς} sinus est Cretæ insulæ, vt testis est Ptolemæus.

Amphimaschala {ἀμφιμάσχαλα} vestes erant liberorum,duas habentes manicas: Heteromaschala autem, quæ seruorum vestes erant, vnam tantùm habebant manicam. Vtraque nomen accepit à manicis, quæ à Græcis vocantur μασχάλαι. Alexander ab Alexandro, libro 5.cap.18.

AMPHIMEDON,penult.corr.nomen Libyci cuiusdam Centauri,qui in aula Cephei regis aduersus Perseum pugnans, occisus est. Ouid.5. Metamorphos.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon,auidi committere pugnam.

AMPHINOME, penult.corr. {ἀμφινόμη} Nympha, à circumpascendo, quod proprium est aquarum, quæ ripas & litora circunquaque depascuntur. Calep.

AMPHINOMVS, Vide ANAPIAS.

AMPHION, pen.prod. {ἀμφίων} Iouis & Antiopes, vel secundum aliquos,Mercurij filius, à quo suscepta lyra, adeò dulciter canebat, vt saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur.Horatius in Arte. Quod ideò fictum, quia eloquij suauitate homines rudes & incultis moribus, ad obsequij ciuilis pellexit disciplinam. Ferunt hunc inuenisse Musicam. De Amphione lib.1.Apollonius Rhodius in Argonauticis.

Amphiona,accusatiuus Græcus.Stat.lib.8.Thebaid.
Amphionis arces.Ouid.15.Metam.Thebas intelligit.
Amphion & Zethus gemini fratres.Horat.1.epist.
Amphion acer.Stat.Thebaid.10.
Docilis.Horat.3.Carm.od.11.ad Mercurium.
Dircæus.Virgil.ecloga 2.
Amphion cum stirpe extinctus.Ouid.6.Metam.
Ferus.Stat.Thebaid.10.
Amphion mollis lacrymis.Propert.3.eleg.15,
Et durum Zethum,& lacrymis Amphiona mollem.

Amphionius, adiectiuum {ἀμφιόνιος} vt, Amphionia lyra. Propert.lib. 1.eleg.9.

AMPHION, Q.Catuli libertus,è sanguine Quiritium,& proscriptionũ licentia ditatus,vt & plures alij eiusdem farinæ homines. Vide Plin. lib.35.cap.18. Fuit & hoc nomine quidam pictor nobilis,cui Apelles cedebat de dispositione,vt idem Plin.author est lib.35.cap.10.

Amphiphones {ἀμφιφῶντες} Placentæ genus est, cui circumponebãt affigebántque cereos circunquaque accensos, teste Pausan. apud Eustath.lib.Iliad.10. Has autem placentas Dianæ offerebant Munychiæ,vt refert Cæl.Rhod.lib.9.cap.16.

AMPHIPOLIS,penultima correpta, {ἀμφίπολις} ciuitas in ea parte,qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circunfluat.

Amphippi, Plinio Desultores,Sunt qui ex aliis in alios equos transiliunt:a mutatione equorum cognominati. Ælianus in libro, De instruendis aciebus, verba faciens de phalange quæ Antistomus dicitur: Valet (inquit) hoc instruendi genus potissimùm contra barbaros, qui loca Histro amni vicina incolunt, quos amphippos cognominant,à mutatione equorum: ex aliis enim equis in alios transilire consueuerunt.

Amphiprostylus {ἀμφιπρόστυλος} Ædificij species,omnia habens ea quæ prostylos:prætereáque habet in postico ad eundem modum columnas,& fastigium.Vitruu.lib.3.

AMPHIPYROS {ἀμφίπυρος} Dianæ cognomen est apud Sophoclem in Trachiniis,ea videlicet causa,quòd vtraque manu facem gestet. Eadem & Hecate existimatur.Author Cæl.lib.11.cap.16.

AMPHIRRHOE {ἀμφιῤῥόη} Nympha,ab vndecunque fluendo.

Amphisbæna {ἀμφίσβαινα} vel Amphisibæna, næ, Genus serpentis. Plin.lib.20.cap.10.& lib.8.cap.23. Solin.cap.40. Ruell.in Veterin. dicit eam vocari & Cæciliam, noménque habere à cæcitate. Vulgò *Fauene*.

Amphisibæna grauis.Lucan.9,
Et grauis in geminum surgens caput amphisibæna.

AMPHISCII {ἀμφίσκιοι} appellantur hi qui sub æquinoctiali habitant circulo,eo quòd quadruplici verberentur vmbra. Nam sole existente in alterutro punctorum æquinoctialium, hoc est in principio Arietis, aut Libræ, vmbra eorum matutina iacitur versus occidentem, vespertina versus orientem. Sole autem Cãcrum aut aliud quoddam ex cæteris signis septentrionalibus perambulante, vmbram habent australem: contrà verò septentrionalem, sole sub Capricorno aliquóve australium signorum iter faciente.

Amphisphyra {ἀμφίσφυρα} genus calceamenti muliebris, Polluci lib.7.cap.22.

AMPHISSA {ἄμφισσα} vrbs est in Locris, qui Ozolæ vocantur,ab Amphissa Macaris & Apollinis filia nomen habens. Hermol. in Plin. lib.4.cap.3.

AMPHISTRATVS {ἀμφίστρατος} Statuarij nomen apud Plinium libro 36.cap.5.

AMPHISTRATVS & Rhecas {ἀμφίστρατος καὶ ῥέκας} Laconum duces fuere,qui Heniochiam inhabitarũt: quam sic dictam scribunt, quòd hi aurigæ Castoris & Pollucis essent,qui Græcis ἡνίοχοι dicuntur. Vide Strab.lib 11.

Amphitane {ἀμφιτάνη} gemma, quæ alio nomine dicitur Chrysocolla.Inuenitur in ea Indiæ parte,in qua formicæ eruunt aurum,colore auri,figura quadrata,traditúrque natura eius eadem quæ magnetis, nisi quòd aurum quoque trahere dicatur.Hæc Plin.lib.37.cap.10.

Amphitapa,amphitapæ,pen.cor. {ἀμφίταπα, ἀμφιτάπης.} Amphitapæ vestes dicuntur vtrinque habentes villos. Lucil.Sat.lib.1, Psilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles. Idem lib.6. Pluma, atque amphitapæ,& siquid aliud delitiarum. Varro Manio,Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli. Ex Nonio. Dicitur & ἀμφίταπος. Idem autem significant Amphimallum & Amphitapum, siue amphitapa. Vtitur hac voce Vlpianus in l. Vestis. D. de auro & argent.leg.

Amphithalamus,pen.corr.Cubiculi genus. Vitruu.lib.6.cap.9. Vide THALAMVS.

Amphitheatrum, amphitheatri, pen.prod. {ἀμφιθέατρον} locus erat spectaculorum gratia, forma rotunda, & veluti ex duobus constans theatris. vnde amphitheatri nomen impositum. Theatrum hemicycli specie constructum erat:ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι,quod est Video,appellatum. Latinè dici Spectaculum potest. Consuetudo eius à Græcis sumpta est.Nam quum agrorum cultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per agros celebrarent,Athenienses hoc in vrbanum spectaculum transtulerunt, theatrum Græco vocabulo appellantes, quòd eò conueniens turba, è longinquo sine aliquo impedimento spectaret. Hunc morem postea Romani, vt pleraque alia, in vrbem transtulerunt. Hæc Sipontinus. Martial.lib.1.

Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.
Amphitheatrum conspicuum.Martial.lib.1.

Amphitheatralis, pen.prod. {ἀμφιθεατρικὸς} adiectiuum, Quod ad amphitheatrum pertinet:vt,Amphitheatrales ludi,qui in amphitheatro fiebant. Sic Amphitheatrale spectaculum.Plin.lib.11.cap.24.

Amphitheatralis pompa.Claudian.Paneg.8.

Amphitheatricus, aliud adiectiuum, idem significans quod Amphitheatralis. Vnde,

Amphitheatrica charta, ita dicta à loco confecturæ, cui quartus locus tribuitur à Plinio,lib.13.cap.12.

Amphithetum, penultima correpta {ἀμφίθετον} erat poculi genus ita factum,vt quauis ex parte positum staret, nullúmque certum haberet fundum. Hesychius dicit Amphithetum esse poculum quod ob magnitudinem tollitur ac reponitur. Id nautæ Holandi vocant *Busam*. Hinc figura prouerbialis, Ex amphitheto bibisti, in eum qui meracius ac largius potarit.Erasm. Amphitheti meminit & Cælius lib.14.cap.60.

AMPHITHOE,es {ἀμφιθόη} Nympha marina, Nerei & Doridis filia,vt post Hesiodum tradit Hyginus in fabulis poeticis.

AMPHITRITE,Amphitrites, pen.prod. {ἀμφιτρίτη} Oceani & Doridos filia,quæ fingitur à poetis esse vxor Neptuni,& significat mare,à τρεῖν quod est terrere. Mare enim circum se nauigantes percundi terrore insequitur.Hesiodus in Theogonia. Ouid.1.Metam.3,

-nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Amphitrite diues aquis.Ouid.5.Fast.
Amphitrite Nereia.Claudian.in rapt.Proserp.1.

Amphitriten rudem prima imbuit cursu. Pallas scilicet. Catullus in Argonaut. epigram. 3.

AMPHITRYO {ἀμφιτρύων} Alcmenæ Herculis matris maritus, à τρύζω, id est Gemo, vel τρύχω Vexo: quoniam hæc incurrit. Plautus tamen Amphitruo scribit, quia vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant, vt Phruges, pro Phryges. Vnde & patronymicū Amphitryonides à poetis dicitur.

Amphitryoniadæ. Ouid. 15. Metam.

Amphitryoniades falsiparens. Catul. epigram. 63.

AMPHITVS {ἄμφιτος} Alter ex Castoris & Pollucis aurigis. Plin. lib. 6. cap. 5.

Amphora, penult. corr. {ἀμφορεὺς} Genus vasis vinarij. Budæus lib. 5. de Asse, sic ait, Hac ratione visus, compertisse me arbitror (nec temere, vt spero) amphoram esse octauam partem eius vasis quod modium vini dicimus. Modium vini Parisinū tricenossenos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrantem sextarij habemus, id est ternos bossellos: pro quibus vas trimodium habemus, dimidiatū medimnum. Hactenus Budæus. Cic. pro Fonteio, Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse.

Amphoram in ceruicem gracilescere solitam, ex Catone intelligimus, quum inquit cap. 88, Amphoram defracto collo puram impleto aquæ puræ.

Amphora mellis. Cic. 4. Verr. Amphora nardini, apud Plautum.

Nauis trecentarum amphorarum. Liu. lib. 1. bel. Pun.

Amphoram cessantem. Horat. 3. Carm. od. 28.

Amphora Læstrygonia. Horat. 3. Carm. od. 16.

Mamertina. Martial. in Xeniis.

Pretiosa. Martialis, Amphora non meruit tam pretiosa mori.

Prompta. Horat. 1. Carm. od. 36.

Amphoris puris condit mella. Horat. Epod. 2.

Amphoralis, penult. prod. adiectiuum {ἀμφορεαῖος} vt Amphorale vas: hoc est, Vnius amphoræ capax. Plin. lib. 37. cap. 2. Idem Xenocrates author est, vas amphorale visum, & aliqui ex India crystallum sextariorum quatuor.

Amphorarium vinum, quod è doliis in amphoras diffusum est. l. vlt. §. 1. D. de tritic. vin. & oleo legat.

Amphotides, ἀμφωτίδες à Græcis appellantur, quæ aurium ligamenta vertit Fabius, quæ in Græcia pugilibus tribuebantur & luctatoribus. Eius verba sunt: Palliolum, sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. Ex Turnebo.

AMPHRYSVS, pen. prod. {ἄμφρυσος} Fluuius Thessaliæ, iuxta quem Apollo pauit armenta regis Admeti. Lucan. lib. 6.

Ab Amphryso pastor. Virgilius 3. Georgic. Apollinem inuocat, qui apud Amphrysum Thessaliæ fluuium diuinitate spoliatus ob occisos Cyclopas, Admeto regi armenta pauisse dicitur. Vnde & Nomius vocatus fuit.

Amphrysus lenis. Ouid. 1. Metam.

Amphrysi gramina. Ouid. 7. Metam.

Amphrysiacus, adiectiuum {ἀμφρυσιακὸς} vt Amphrysiacum gramen. Stat. Sylu. 1. 4.

Amphrysius, adiectiuum {ἀμφρύσιος} vt Amphrysia saxa. Ouidius 15. Metamorph.

Amphrysia vates. Id est, Apollinea. Virgilius 6. Æneid. de Sibylla Amphrysia.

AMPHRYSVS, Vrbis nomen. Vide AMBRYSVS.

AMPHYCTION {ἀμφικτύων} Atheniensium rex fuit, qui omnium primus à Dionysio edoctus, merum diluit: quo factum est vt homines prius mero incurui, mox recti facti sint. Author Philochorus.

Amplè. Vide AMPLVS.

Ampiruare, Veteri verbo præsul Saliorum dicebatur, cùm in saltatione motus edebat, girúmque aut saltum dederat, cui mox alij, qui in choro erant, eodem gestu motus reddebant, quod redantruare dicebant. Hinc versus ille,

Præsul vt ampiruat, sic vulgus redantruat ipsum. Lingua Gallica vocabulum habet piruetare, quod veterem redolet originem. Turnebus.

Amplector, amplecteris, amplexus sum {ἀμφιπλέκομαι, περιπλέκομαι, ἀσπάζομαι, ἐναγκαλίζομαι} amplecti. Ex Plecto compositum teste Prisciano: & est verbum notæ significationis. Plautus Rud. 7, Amplectimur tibi genua egentes opum.

Amplexus circùm. Virgil. eclog. 3,

Et molli circùm est ansas amplexus acantho.

Amplecti limina. Horat. -patriæque amplecti limina portæ. Et postes domorum, & portarum limina amplecti solebant, qui profugi exulatum ibant, aut peregrinatum, diu abfuturi domo. Quod & faciebant in patriæ imagine & assimulatione, vt in coloniis, vt apud Maronem Æneas, Scææque amplector limina portæ. Turnebus.

Amplecti simulacra. Virgil.

Diuûm amplexæ simulacra tenebant. Hoc ex more veteri, quo in magno discrimine & metu desperationéque salutis solebant amplecti deorum simulacra.

¶ Amplecti pro Tenere. Virgil. 3. Æneid. -Scææque amplector limina portæ. Vbi Seruius, Amplector pro Teneo: vt, Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt.

¶ Amplecti artem aliquam. Cic. 1. de Orat.

Amplecti ius ciuile. Cic. lib. 1. de Orat. Nec quòd iûs ciuile, Crasse, tam vehementer es amplexus. Hoc est, Quòd tanto studio animum ad eam rem appulisti.

¶ Amplecti pro Complecti, siue comprehendere. Virg. 2. Georg. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Vbi Seruius, Id est, Non sum vniuersa dicturus. Cic. pro Roscio Comœdo, Quod ego pluribus verbis amplecterer, si non &c.

¶ Amplecti aliquid, pro Cognoscere & intelligere. Cic. 4. Verr. Verùm vt totum genus amplectamini iudiciorū, prius iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Hoc & complecti, & animo complecti dicitur: Id est, Animo comprehendere, seu percipere.

Amplecti cogitationem aliquam toto pectore. Cic. Att. lib. 12.

Amplectitur cognitionem mens nostra. Cic. 4. Acad.

Amplecti consilio. Cic. pro Fonteio, Quæ iudex non amplectatur omnia consilio. Id est, Comprehendat, vel non percipiat.

¶ Amplecti, Recipere. Cic. 2. Tusc. Quod honestū, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur. Idem ad Rufum, lib. 5. epist. 19.

¶ Amplecti aliquem, pro Vehementer amare. Sallust. in Iugurth. Igitur Imperator omnes ferè res asperas per Iugurthā agere, in amicis habere, magis magísque eum in dies amplecti. Pro eodem & Complecti, & Complecti amore dicimus. Cic. ad Cæcinnam, lib. 6. epist. 6, Me amicissimè quotidie magis Cæsar amplectitur.

Amplectitur se. Hora. 1. Serm. satyr. 2.

Diligere, Amplecti, Amare aliquem. Cic. ad Att. lib. 1. epist. 8.

Amplecti amore. Cicero Attic. lib. 7, Omnem tuum amorem quo me es amplexus.

Tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, vt ab his membra diuelli citius ac distrahi posse diceres. Cic. pro Sylla.

Amplecti plebem. Cic. pro Milone, Qua nimis amplecti plebem putabatur. Id est, Fouere, ad demerendum videlicet eius fauorem.

Amplecti virtutem alicuius. Cic. 10. Philip. Quæ (malum) est ista ratio, semper optimis causis veteranorum nomē opponere? quorum etiamsi amplecterer virtutes, vt facio: tamen si essent arrogantes, non possem ferre fastidium.

Nobilitatem, dignitatésque hominum amplecti. Cic. ad Marcellum, lib. 4. epist. 8, Fauet ingeniis, nobilitatem verò & dignitates hominum amplectitur.

Amplecti alicuius amplitudinem officiis. Hoc est, Demereri, Prosequi. Cic. ad Crassum, lib. 5. epist. 8, De me sic existimes, ac tibi persuadeas velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuitò, ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidisse, sed &c.

Amplecti memoriam, fidem, religionem. Cic. pro Roscio Comœdo, Hæc parui temporis memoriam, illæ perpetuæ existimationis fidem & religionem amplectuntur.

Amplexus, Participium, vt Amplexa iugerum soli quercus. Plin. libro 16. cap. 31.

Amplexi habent, pro Amplexi sunt. Lucret. lib. 1.

Amplexi quòd habent peruersè prima viai. Id est, quia amplexi sunt, & tenent peruersè prima elementa, & primas vias naturæ inuestigandæ. Simile est illud eiusdem lib. 6,

Semina habent ignis tedæ, stuppæq; tenentes. Phrasis est Græca.

¶ Amplecto vetustè, pro Amplector. Plaut. Exēplo amplectitote crura fustibus.

Amplexor, amplexaris {ἀσπάζομαι} amplexari, frequentatiuum ab Amplector, ferè pro primitiuo ponitur. Cic. 2. Academ. Quas mirificè Plato amplexatus erat. De Ideis loquitur.

Amplexari aliquem, & in manibus habere ac fouere. Cic. Lentulo lib. 19, Erat hoc mihi dolendum, sed multò magis illud, quòd inimicum meum (meum autem? imò verò legum, iudiciorum, otij, patriæ, bonorū omnium) sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, &c.

Amplexari ac tueri iudicium alicuius. Brutus Cicero. in epistol. ad Brutum, 11.

Authoritatem Censoris, Cic. pro Cluentio.

Otium. Cic. pro Sextio, Neque enim rerum gerendarum dignitate, homines ita efferri conuenit, vt otio non prospiciant: neque vllum amplexari otium, quod abhorreat à dignitate.

Virtutem. Cic. 2. de Finib.

Voluptatem. Cic. 3. de Orat. Nec voluptatem tuentur, quam amplexari possunt.

Totum me amplexatur Appius. Cic. ad Q. frat. lib. 2. epist. 14.

Amplexari inter se. Vide INTER.

¶ Amplexo, vetustè pro Amplexor. Accius Alcmæone, Postremò amplexa fructum quem dij dant, cape. Ex Nonio.

Amplexus, huius amplexus {ἀσπασμὸς} Verbale. Plin. lib. 10. cap. 72, Dracones amputata oui parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur, sorbent.

Auidi amplexus. Ouid. 7. Metam.

-auidísque amplexibus hærent.

Densis amplexibus. Valer. 4. Argonaut.

Mollis. Virgil. 8. Æneid. Cunctantem amplexu molli fouet.

Pudici. Claud. de rapt. Proserp. 3.

Rapidi. Sil. 17,

-& rapidis amplexibus arma virósque Corripit.

Turpis amplexus. Claud. epigram. 22.

¶ Amplexus accipere. Ouid. epist. 13.

Ab amplexu charo arcet custodia. Ouid. 9. Metam.

Dare amplexus. Virg. 1. Æneid. Et vltimum, vel supremum amplexum dare. Senec. in Med. 7.

Dissipare. Stat. 3. Sylu. 2,

Dissipat amplexus, atque oscula fida reuellit.

Excutere. Ouid. 9. Metam.

Amplexibus auidis hærere. Ouid. 7. Metam.

Ire in amplexus. Ouid. 11. Metam.

Iungi mutuo amplexu. Plin. lib. 2. cap. 65.

Occupat amplexibus longis. Ouidius 3. Metamorph. de Serpente loquitur.

Occupare amplexu. Ouid. 3. Fast.

Petere amplexum. Ouid. 6. Metam. & Virg. 8. Æneid.

Perfrui amplexu. Ouid. Epist. 15.

Ruit in amplexus. Seneca Hipp. 5.

Satiari amplexu petito. Stat. Sylu. 1. 2.

Serpentis amplexus. Cic. 1. de Diuinat. Puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Soluere amplexus Valer.1.Argonaut.
Subtrahere amplexu se.Virgil.6.Æneid.
Amplexu dulci tenere.Lucret.5.
Ad amplexus dulces parentum tendite.Valer.1.Argonaut.

Amplificare, Amplio, Ampliter, Amplitudo, Amplius. Vide AMPLVS.

Amplus {μεγαλεῖος, εὐρύς} adiectiuum, authore Victorino, dicitur quod latè patet, & per multa diffunditur: vt Ampla domus. Cæsar 4. bel Gal. Quorum fuit ciuitas ampla atque florens.
Ædes amplæ.Claud.4.Paneg.1.
Atria.Virgil.1.Æneid.
Porticibus amplis.Virgil.3.Æneid.
Magnitudo ampla.Plin.lib.12.cap.26.
Locus amplus, opponitur Angusto. Author ad Herenn. Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt: & nimis angusti sæpe non videntur posse capere imaginum collocationem.
Theatrum magnitudine amplissimum.Cic.ad Q.frat. lib.1.epist.1.
Amplissimum magnitudine auellanæ nucis saccharû. Id est, Quo maius non inuenitur.Plin.lib.12.cap.8.
Amicitia, id est, magnifica & honorifica.Cic.ad Appiû Pulchrum, lib.3.epist.10.
Ampla atque potens ciuitas.Cic.2.de Inuent.
Decora.Stat.Thebaid.6.
Diuitiæ.Horat.2.Serm.satyr.2.
Familia ampla & honesta.Cic.pro Muræna.
Funus. Id est, Magnificum. Seruius ad Ciceronem, lib.4.12, Funus C.Marcello satis amplum faciundum curaui.
Gloria amplus. Cic.ad Attic.lib.8.epist. Huic moderatori Reipub. beata ciuiû vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit.
Homines.Cic.3.Philipp.Conuenerunt corrogati & quidam ampli homines, sed immemores dignitatis suæ.
Honores.Horat.1.Serm.sat.6.
Munus.Ouid.3.Trist.eleg.8.
Munus ædilitatis amplius aut gratius.Cic.3.Verr.
Occasio ampla, pro Maxima.Cic.3.Verr.
Amplus & grandis orator.Cic.in Orat.
Satis amplus oratione Pompeius.Cic.in Bruto.
Pignora.Ouid.epist.23.
Pœna.Propert.3.eleg.6.
Parum amplis præmiis afficere aliquem.Cic.pro Milone
Res pecuaria ampla.Cic.pro Quintio.
Amplum sestertiû. Solinus, Denique basilisci reliquias amplo sestertio Pergameni côparatût. Amplum sestertiû, pro Magna nummorum summa posuit, haud vulgari celebríque dicendi formula, credo, vel quia sestertium neutrius generis nummus est omnium apud Romanos maximus, vel potius quòd summas ad sestertiorum rationem reuocare solebant: vnde & centum millia sestertiûm, & decies sestertiûm dicebant: vt proinde amplû sestertium, pro immensa summa, à posteriore hac causa manasse suspicio sit. Verba sunt Turnebi.
Admodum amplum & excelsum signum cum stola.Cic.6.Ver.
Spolia.Virg.4.Æneid.
Spes.Propert.3.eclog.
Status.Cic.Attic.lib.3.
¶ Amplior comparatiuum, Quod latius patet, atque diffusius.
Ampliorem esse per aliquem, id est, Studio & industria eius honoratiorem.Cic.in Lælio, Suos omnes per se esse ampliores volebat.
Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quam ipse erat consequutus.Cic.de prouinc.Consul.
Amplior patrio decore.Sil.3.
Ampliores iræ.Terent.Hecyra.3.1, Id est, Maiores.
Amplior morbus. Terent.Hec.3.1, Si fortè morbus amplior factus sit, pro Auctus sit.
Præmiis amplioribus ad perdiscendum commoueri. Cicero lib.1. de Orat.
Amplior victima Seneca in Herc.furente 11.
¶ Amplissimus, pen.corr. superlatiuû, Quod latissimè patet. vt Amplissima insula.Plin.lib.6.cap.20.
Arbor amplissima, id est, Latissimè patens, & maximè diffusa. Plinius.
Fortunas amplissimas amittere.Cic.7.Verr.& 1.Tuscul.
Ciuitas amplissima.Cic.7.Ver.
Pecuniam amplissimam possidere.Cic.pro Rosc.Amer.
Amplissimum aliquem alicui videri. Cic.pro Rosc. Amer. Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum & calamitatem.
Amplissimi ciues.Cic.ad Att.lib.7.epist.
Collegium Decemuirale amplissimum.Cic.6.Verr.
Amplissima Curia.Cic.6.Verr.
Dona amplissima Imperatorum: Hoc est, Maxima & honorificentissima.Plin.lib 18.cap.3.
Familia amplissima, vel Amplissimo loco natus: pro nobilissima familia, aut nobilissimo loco. Cic.7.Verr.& in Parad.
Gymnasium.Cic.6.Verr.
Locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus. Cic. pro lege Manilia.
Amplissimo loco natus.Cic.7.Verr.
Amplissimus ordo, vocabatur ordo Senatorius: nempe omnium maximus & nobilissimus. Cicero pro Domo sua, Quid quum Senatum pro me non modo propugnare amplissimum ordinem, sed etiam plorare & supplicare mutata veste prohiberent, ne tum quidem vis erat?
Res gestæ.Cic.ad Att.lib.8.epist.
Sedes.Claudian.Paneg.8.
Testimonium: Id est, Grauissimum & magni ponderis. Plin. lib. 7.cap.30.

Vir amplissimus & ornatissimus. Cicero pro Roscio Amer. Idem 2.de Finibus.
Homo virtute cognita & spectata fide amplissimus. Cicero pro Cæcinna.
Magnum & amplum.Cæcinna Ciceroni, lib.6.epist.7, Si quid rogatus fueris, vt facias (quanquam id magnum & amplum est) perficies.
Magna negotia, & ampla & expedita.Cic.ad Lent.lib.1.epist.3.
Magna & ampla pars.Cic.de Inuent.lib.1.
Chara & ampla.Cic.de lege Agraria, Omnia quæ vobis chara atque ampla sunt, in fidem & patrocinium mei Consulatus collata esse video.

Amplè, amplius, amplissimè {μεγαλείως} aduerbium.Cic.2.de Finib. Sine hæc quidem satis amplè, satis honestè dici putas.
Elatè & amplè loqui non est ausus, quum humiliter demisséque sentiret.Cic.5.Tuscul.
Sublatè ampléque dicens orator.Cic.in Bruto.
Exornat amplè magnificéque triclinium.Cic.6.Verr.

Amplius {πλέον} aduerbium comparatiuum, in ea significatione qua ipsum vulgò vsurpamus.Virgil.3.Æneid.
-nec iam amplius vllæ Apparent terræ. Plin.lib.12.cap.14, Feruntque tria millia non amplius esse familiarum. Cic.4.Academ. At amplius non desideramus.
Amplius morando: Id est, Diutius. Sallustius in Iugur. Ne amplius morando Scaurum, quem plurimùm metuebat, incenderet.
Hoc amplius, pro Etiam, vel Vltra, seu Præterea. Cicero ad Brut. epist.5, Cui quû essem assensus, decreui hoc amplius, vt tu, &c. Idem pro Cæcinna, Etiam hoc amplius. Idem ad Pætum, lib.9. epist.25, Obtemperare cogito præceptis tuis. hoc amplius, nauicularum habere aliquid in ora maritima.
Amplius aridus calor.Lucret.4.
Nihil amplius.Cic.7.Verr.Sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. Idem pro Plancio, Nihil dico amplius.
Nihil amplius quàm.Cic.2.de Nat.deor.Quibus natura nihil tribuit amplius, quàm vt ea alendo atque augendo tueretur.
Quid vis amplius? quid insequeris? Cic.pro Rosc.Amer. Idem pro Milone, Quid vultis amplius?
Quidnam amplius desideratis, Iudices? Cic.de Inuent.lib.1.
At ego amplius dico, HS quadringenties accepisse te arguo. Cicero 4.Verrina.
Amplius deliberare. Terent.in Phorm. Ego amplius deliberandû censeo. Verba sunt sententiam dicentis.
¶ Amplius pro Plus, eleganter vsurpatur: & eandem vim constructionémque habet. nominatiuo enim adiungitur. Cæsar, Amplius octingentæ. Cic.pro Rosc.Comœdo, Amplius sunt sex menses. Ibidem, Amplius triennium est.
Viginti amplius authores Græci veteres prodidere. Plinius libro 2.cap.45.
Genitiuo.Plautus Cistel.11, Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius. pro, Plures liberos.
Accusatiuo. Virgil.1.Æneid.
-noctem non amplius vnam Falle dolo. Cic. 7. Verr. Qui quum amplius centum ciues haberet ex côuentu Syracusarum. Cæsar, Amplius horas quatuor fortissimè pugnauerunt. Cœperunt amplius tria millia hominû. In singulis subaudis QVAM: pro Plus quam.
Ablatiuo.Liu.Pugnatum amplius duabus horis est.
Aliquanto amplius amplexus sum animo.Cic 4.Verr.
Amplius opinione morabatur: Hoc est, Diutius quàm putabatur. Sallust.in Iugurth.
¶ Amplius pronuntiare reum, Idem quod Ampliare reum. Cic.3. Verr. Verùm (vt opinor) Glaucia primus tulit vt côperendinaretur reus: antea, vel iudicari primò poterat, vel amplius pronuntiari.

Amplissimè, penult. correp. Aduerbium {λίαν μεγ.} vt, Amplissimè gerere honores. Hoc est, Cum summa amplitudine ac dignitate. Cicero 4.Verrina.
Amplissimè dati militibus agri.Cic.5.Philipp.
Amplissimè decernere de alicuius salute & dignitate. Cicero pro Domo sua.
Amplissimè ac magnificentissimè omnes honores gessit Sthenius. Cic.4.Verr.
Amplissimè ac honestissimè ex Prætura triumphare. Cicero pro Muræna.

Ampliter, pen.corr. aduerbium {ἀφθόνως} pro Amplè.
Ampliter acceptus: Id est, Cum magno apparatu & copia.Plautus Merc.3.
Ampliter apponere in cœna, Copiosè & abundanter. Plautus Mil.10.
Sumptum facere, pro Maximum sumptum facere.Plaut.Sticho, 14.
Ampliter fient saturi, pro Abundanter.Plaut.Pseud.2.
¶ Ampliter mentiri. Plaut.Merc.19. quod Cicero dixit Admodum mentiri.
Ampliter restis.Plaut.Amphitr.15.
Ampliter occupatus, pro Occupatissimus, vel Maximè occupatus. Plaut.Cistel.7.

Amplitudo, penult.prod. {μεγαλειότης, μέγεθος} denominatiuum.
Amplitudine stadiorum sexaginta.Plin.lib.6.cap.26.
Amplitudo corporis, id est, Crassitudo ac latitudo ad proportionem proceritatis.Plin.Iunior epist.102.
Amplitudo corporis, pro Altitudine. Plin. lib. 7. cap. 16, Orestis corpus oraculi iussu, refossum septem cubitorum fuisse, monumentis creditur. Et paulo pòst, Nauij Pollionis amplitudinem annales non tradunt.
Amplitudo modica simulacri.Cic.6.Verr.
Amplitudo vrbis, Latè patens magnitudo.Plin.lib.6.cap.26.
In amplitudinem adolescere. Plin. lib.12. cap.1, Platanos non potuisse in amplitudinem adolescere, apud authores inuenitur. Pro Dilatari, Extendi, Crescere in altitudinem.

Amplitudine opum nulli prouinciarum postferenda. Plinius lib. 3 cap. 4.

¶ Amplitudo, est (vt scribit Cic. lib. 2. de Inuent.) potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum rerum magna abundantia.

Amplitudines bonorum. Cic. 4. de Finib. Amplitudines quædam bonorum excitabantur.

Amplitudinem suam retinere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 4, Possum confirmare, te & senatus & pop. Rom. studio amplitudinem tuam retenturum.

Amplitudo animi. Cic. 2. Tusc. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi vnam esse omnium rem pulcherrimam.

Honores & amplitudo alicuius. Cic. 4. Verr.

Authoritas & amplitudo. Cic. pro Rosc. Amer. Isti in quibus summa authoritas est atque amplitudo.

Nobilitas & amplitudo. Idem ibidem.

Amplitudinem ciuitatis detrimento afficere. Author ad Herenn. lib. 2. 50.

Amplitudinem ac gloriã alicuius amplificare. Vide AMPLIFICO.

Amplitudinem nominis dare posteris suis. Cic. pro Muræna.

Illustrabit tuam amplitudinem hominum iniuria. Cic. Lentulo, lib. 1. epist. 6.

Ad summam amplitudinem peruenire. Cic. in Bruto.

Amplitudine summa dignus. Cic. pro Muræna.

Ad amplitudinem tuam cõferimus omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam. Cicero ad Plancum lib. 10. epist. 1.

Ad claritatem amplitudinémque aptior est eorum vita, qui se ad Rempublicam & ad res magnas gerendas accommodauerunt. Cic. lib. 1. Offic.

Splendor omnis & amplitudo harum rerum duarum, &c. Cicero lib. 1. Offic.

Amplio, amplias {μεγαλύνω} ampliare, Augere: vt, Ampliare ætatis spatium Lucan. 3,

Nunc huc, nunc illuc, qua flectitur, ampliat orbem.

Ampliare dotem. Iulianus in l. Si seruo. D. de iure dot. & Florentinus in l. Si inter. D. De pact. dotal.

Ampliare plagam. Celsus libro 7. capite 5, Amplianda scalpello plaga est.

Ampliatur virtus. Quint. lib. 8, Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis.

Ampliare rem. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Ampliare seruitia. Id est, Augere numerum seruorum. Tacitus libro 18.

¶ Ampliare {ἀναβάλλεσθαι} verbum est ad iudicia pertinens. vnde Ampliati rei, sunt quorũ dãnatio differtur, aut quia coràm sistendi testes sunt, & cum illis committendi: aut quia nondum planè liquet aut de crimine, aut de pœnæ modo. Cicer. 3. Verr. Vt etiam si lex ampliandi faciat potestatem. Author ad Herenn. lib. 4, Quid fuit iudices, quare istum hominem nefarium ampliaueritis? Valer. lib. 8, Scipio Æmylianus Cottam apud populũ accusauit: cuius causa grauissimis testimoniis erat confossa, septies ampliata, & ad vltimum octauo iudicio absoluta est. Budæus.

Ampliatio, Verbale {ἀναβολή} Actus ipse ampliandi, qui fit in iudicio. Ampliationis nota à iudicibus in tabella scribebatur, N. L. Id est, Nõ Liquet. Author Asconius.

Amplifico, amplificas, penult. corr. amplificare {μεγαλύνω} Amplum facere, Valde augere, & quasi dilatare: vt, Amplificare ædem, vel vrbem. Liu. 1. ab Vrbe.

Augere & amplificare. Cic lib. 1 de Orat. Ea quæ pro nobis essent, amplificanda & augenda: quæque essent pro aduersariis, infirmanda atque frangenda.

Amplitudinem ac gloriam alicuius amplificare. Cic. ad Equites antequam iret in exilium.

Amplificare, & Minuere, contraria. Cicero 4. Academ. Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare velim, minuam etiam gloriam.

Authoritatem amplificare. Cæsar 2. bel. Gall. Cic. 1. de Inuent. virtute amplificata authoritas.

Ornare aliquem & amplificare. Cic. Marcello, lib. 15.

Dignitatem amplificare. Cic. Bruto, lib. 11. epist. 5.

Dolorem, quod & Exaggerare dicitur. Cic. 2. Tuscul.

Facultatem differendi amplificauit tibi Academia. Cic. 2. de Natura deorum.

Fortunam. Id est, Conditionem & vitæ genus. Cic. in Lælio.

Gloriam alicuius. Cic. 4. Acad.

Virtutem laudibus amplificare. Cic. 5. de Finib.

Amplificat atque ornat orator dicendo, ea quæ vulgò expetenda atque optabilia videntur. Cic. lib. 1. de Orat.

Exaggerare & amplificare orationem. Cic. 3. de Orat.

Pretium. Cic. pro Domo sua, Gabinio pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti.

Amplificare rem ornando. Cic. 3. de Orat. Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando: quod valet non solùm ad augendum aliquid & tollendum altius dicẽdo, sed etiam ad extenuandum atque abiiciendum.

Rem familiarem amplificare. Cic. Offic.

Amplificare Remp. Cic. 2. de Nat. deor. Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis Remp. amplificatam.

Conseruare atque amplificare Rempublicã. Cic. pro lege Manilia.

Aliquid verbis, aut dicendo amplificare. Cicero 2. de Inuent. & 1. de Orat.

Sonus amplificatur. Cic. 2. de Nat. deor.

Amplant, vetustè pro Amplificant. Pacuuius Teucro, Vbi poetæ pro sua parte falsa conficta canant, qui causam humilem dictis amplant. Ex Nonio.

Amplificans, penult. corr. Participium {μεγαλύνων.} Cic. 5. de Finib. & virtutem ipsam suis laudibus amplificantis.

Amplificatus, penultima producta, Participium {μεγαλυνθείς.} Cicero pro Domo sua, A populo Romano semper defensus, amplificatus, ornatus.

Amplificatus honore. Cic. 3. de Legib.

Amplificatio, Verbale {μεγάλυνσις} Ampla & copiosa rei alicuius dilatatio: siue, vt vulgus dicit, Augmentatio. vt, Amplificatio pecuniæ. Cic. 2. de Diuinat.

Amplificatio honoris & gloriæ. Cic. 2. Offic.

Amplificatio rei familiaris. Cic. 1. Offic.

¶ Amplificatio apud Rhetores, dicitur vbi argumenta ipsa, cum verbis tum rebus amplissimè dilatantur, ad ipsos magis afficiendos auditores. Vide Quintilianum diffusè de Amplificatione tractantem, libro 8. cap. 4. & Ciceronem in Partit. & authorem ad Herennium lib. 3.

Amplificator, pen. prod. Verbale {μεγαλυντής.} Cic. 4. Tuscul. Nec verò Pythagoras nominis solùm inuentor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit.

Amplificè, penult. corr. Aduerbium {μεγαλείως.}

Amplificè decorata vestis. Id est, Magnificè. Catul. in Argonaut. epigram. 59.

Ampliuagus, ampliuaga, ampliuagum {πολυπλανής} Quod in amplum vagatur. Cic. 4. ad Heren. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplustre, Vide APLVSTRA.

Ampron {ἄμπρον} Funis inter vtrunque bouem vel equum temonis vice protensus: funis qui per iuga iumentorum trahitur, aut quo trahi ferrive solent à iumentis onera. Herm. in Plin. lib. 8. cap. 44.

AMPSAGA {Ἀμψάγα Ptolemæo} Huius est Mauritaniæ Cæsariensis, cuius meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.

AMPSALIS {Ἀμψαλίς} Ciuitas Sarmatiæ in Asia. Ptolem.

Ampulla, huius ampullæ, f. g. {λήκυθος} Vas est vitreum, aut ex alia materia, maximè tamen vitreum, ventre amplo, & quasi inflato: cuius olim fuit vsus tum in balneis ad oleum, tum in mensa ad aquam, vel potionem: item ad res alias.

Ampulla, in balneis. Cic. 4. de Finib. Si ad illam vitam quæ cũ virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapiẽtem eam vitã potius, quo hæc adiecta sint. Plaut. Stich. 4, Rubiginosam strigilem, ampullámque rubidam.

Ampullæ quibus non hians nec statim patens exitus. Epistola 30. libro 4.

Ampulla, in mensa. Sueton. in Domitiano, cap. 21, Prandebátq; ad satietatem, vt non temerè super cœnam, præter martianum malum, & modicam in ampulla potiunculam sumeret. Apud Martialem in Apophoretis, lib. 14, titulus est Ampulla potoria.

Ampulla, ad alios vsus. Plin lib. 20. cap. 14, Cum surculis suis in ampullas vitreas aceti vtrisque deiectis. Quòd Vitreas adiecit, satis ostendit esse & ampullas ex alia materia.

¶ Ampulla per translationem. Horat. in Arte, 20,

Proiicit ampullas, & sesquipedalia verba. Vbi interpres Acron, Ampullas, inflata & superba verba. adhuc enim ampullas vocamus, quasi inflata vasa.

Ampullaceus {λημυθώδης} adiectiuum, Quod ex ampulla est. vt Frustum ampullaceum. Columella libro 8. cap. 2, Impedienda est itaque procacitas eius ampullaceo corio: quod cùm in orbiculum formatum est, media pars eius rescinditur, & per excisam partem galli pes inseritur.

Ampullaceam videtur Plaut. in Menæh. vocare mulierem magnificè cultam. Carmen sic fertur, Quando te auratam & vestitam bene habet, ampula spem. Ampullaceam & metro congruit, & sensui. Erasmus in prouerb. Ampullacea.

Ampullacea pira, sic à collo nuncupata. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ampullarius, substantiuum {ληκυθοποιός} ampullarũ artifex. Plaut. Rud. Act. 3. scen. 4,

Postea aspicito meum, quando ego tuum inspectauero:
Ni erit tam syncerum, vt quiuis dicat ampullarius
Optimum esse opere faciundo corium, & syncerissimum. Quo ex loco apparet, ampullas etiam ex corio fieri solitas.

Ampullarius, adiectiuum, vt Ampullariæ vnctiones. Plaut. Sticho 4,

Vel vnctiones Græcas sudatorias,
Vel alias malis malacas ampullarias. Vbi interpres, Ampullarias: Id est, Quibus in balneis, fruaris vbi ampullæ & strigiles adhibentur corporibus.

Ampullor, ampullaris {ληκυθίζω} ampullari, Turgère & inflari in genere scribendi. Horat. 1. epist. 3. 3,

-an tragica desæuit & ampullatur in arte. Grandiloquentiam significat.

Ampullesco, ampullescis {ληκυθίζω} ampullescere: Id est, In tumorem crescere: formatum tanquam ab Ampullo. Vsus est Cælius Rhodig. lib. 30. cap. 24.

Amputo, amputas, penult. corr. {ἀποκόπτω, περικόπτω, ἀποτέμνω} amputare, Propriè est Circũcidere, quasi Circumputare. sæpe tamen accipitur pro Abscindere vel resecare: vt, Amputare ramos arborum. Festus, Amputata, id est, Circumputata dicuntur, ab eo quod antiqui Putum pro Puro dicebant: vnde deducuntur Pudor & Pudicus. Cic. 5. de Finib. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.

Amputat artus fractos rigor. Sil. lib. 3.

Amputat humeros trunco tenus. Seneca in Thyeste, 8.

Circuncidit & amputat multitudinem. Cic. 4 Acad.

Amputare ramos miseriarum. Cic. 3. Tuscul.

Amputata circuncisáque inanitas, pro sublata. Cic. 1. de Fin.

Amputandæ narrationes, id est, Superflua quæque ex eis resecanda: vt sint breues, & nihil redundet. In Part. Or.

Amputa longa colloquia. Seneca in Med. 7.

Amputare quicquid est pestiferum. Cic. 8. Philip. In corpore siquid eiusmodi est quod reliquo corpori noceat, vri ac secari patimur, vt

membrorũ aliquod potius, quàm totũ corpus intereat: sic in Reipublicæ corpore vt totum saluũ sit, quicquid est pestiferum amputetur. Infracta & amputata loquuntur, & eos vituperant qui apta & finita pronuntiant Cic. in Orat.

Amputatio, amputationis, Verbale {ἀποκοπή} Ipse amputandi actus. Cic. de Senect. Propagatio vitium sarmentorúmque ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immissio.

AMPYCVS {Ἄμπυκος} Titanoris filius, qui ex Chloride, vt ait Apollonij Commentator, Mopsum augurem suscepit. Ouid. 12. Metamor. declinat Ampyx:

Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oecli, &c.

AMPYCIDES, Ampycidæ, penult. corr. {Ἀμπυκίδης} Mopsus Ampyci filius. Ouid. 8. Metam. Ampycidésque sagax.

Ampyx, cos {ἄμπυξ} propriè est capitis obligamentum, ac auro & lapillis splendicans lorum, capiti circunicctum fœmineo. Verùm metaphoricè etiam litum sic nominãt frænum: ex quo & χρυσάμπυκας ἵππους Homerus appellat. Significat & operculum lagenæ apud Aristoph. Vel (vt alij) catenam auream à fronte protensam, qua comæ colliguntur, παρὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας. Vide Cæl. lib. 13. cap. 17.

A M S

AMSANCTVS {ἄμψανκτος} vt ait Vibius Sequester, fons est Lucaniæ, ab inferis erumpens, vt hominum fert opinio. Cic. lib. 1. de diuin. Quid enim non videmus quàm sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ vidimus. Virg. 7. Æneid.

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
Amsancti valles, &c. Addit & nominis ratione Seruius. Loci (inquit) Amsancti, Id est, Omni parte sancti. Locum nos aliquando spectauimus (ait Ianus Parrhasius in Claudianum) quum Daunios & Salentinos, quibus tum ius dicebamus, Neapoli peteremus. Incolæ, Mephitim vocant, à Fregento non procul. Nec abest à vero Donatus, qui statuit ad Calorem. Nam Calor amnis, qui Samnitas interfecat, illac præterfluit. Vt verò Canusio proximum diceret, vrbis illius nobilitas effecit, quum cætera proxima regione oppida obscura sint, nec eius generis vnde locorum notitia peti debeat.

Amsegetes, dicuntur quorum ager viam tangit. Festus.

A M T

Amtermini (inquit Festus) qui circa terminos prouinciæ manent. Vnde Amiciri, Amburbium, Ambarualia, Amplexus dicta sunt.

A M V

Amula, æ, penult. corr. {ἀγγεῖον ἱερόν} Vasculi genus ad aquam gestandam: quod religionis & expiandorum malorum caussa gestabatur, dictum quasi Amula, ab amoliendis periculis. Sipontinus. *Vn benoistier.*

Amuletum, amuleti, penul. prod. {ἀλεξιφάρμακον, φυλακτήριον} Omne genus remedij aduersum cuncta mala medicamenta, & præsertim contra veneficia putatur valentissimum: ab amoliendo dictum. Plin. lib. 25. cap. 9, de cyclamini radice loquẽs, Nascitur in vmbrosis, à nostris tuber terræ nominatur, in omnibus serenda domibus, si verum est, vbi sata sit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant: narrántq; & ebrietatẽ repræsentari, addita in vinum. Idem lib. 37. cap. 3, Infantibus succinum alligari amuleti ratione prodest.

AMVLIVS {Ἀμούλιος} Procæ filius & Numitoris frater. Hic Amulius pulso fratre Numitore regnauit.

Amulius traiectus ense Romuleo cadit. Ouid. 3. Fast.

¶Amulius {Ἀμούλιος} Pictor quidã. Plin. lib. 35. cap. 10 Fuit & nuper grauis ac seuerus idémque floridus, humilis rei pictor Amulius. Huius erat Mineruα, spectantem aspectans quacunque aspiceretur.

Amurca, huius amurcæ, fœm. g. {ἀμόργη} Olei sordes quæ præcedunt. Virg. 1. Georg. -& nigra perfundere amurca. Vbi Seru. Amurca, ex olei fordibus: sed iis quæ præcedunt, nam fordes quæ oleũ sequuntur, fæces vocantur. Et amurca per c scribitur, & per g pronuntiatur, vt C. Gaius: Cn. Gneus. Colum lib. 12. cap. 50, Nam est inimicissima oleo amurca.

Amurca Pallad. 2, Ab oliua arbore, quę sacra est Palladi. Columella libro 10,

Palladia fine fruge salis conspergere amurca.

Amurca & fæces. Colum. lib. 12. cap. 50, Villica debet adhibere curam, vt si quæ fæces aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, statim emundentur.

Amurca & fraces. Cato cap. 64, Oleum quàm diutissimè in amurca & in fracibus erit, tam deterrimum erit.

Amurcaria {ἀμοργηρά} dolia, In quæ amurca infunditur. Cato cap. 10, Dolia queis vinacea condat decem, amurcaria decem.

Amusium, vel Amussium, Ventis reperiendis excogitatum organum, vt ait Cælius lib. 20. cap. 24. Est autem deformata tabula, cuius ad regulam & libellam summum libramentum sit læuigatum & politum, exactis etiam (si ita videbitur) ad normam angulis. Vitruu. lib. 1. cap. 6, Collocetur ad libellam marmoreũ amusium medius mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, vt amusium non desideretur.

Amussis, huius amussis, f. g. {στάθμη} Filum est quod fabri materiarij rubrica oblinunt, aut alio colore. sic Budæus. Festus autem regulam vocat, ad quam aliquid exæquatur. Ex quo videtur innuere Amussim & Normam idem esse.

Ad amussim aliquid facere, frequens est apud authores, pro eo quod est exquisita diligentia, atque exactissima cura. Gell. lib. 1. cap. 4, vt iudicium factum esse ad amussim diceres. Translatum à fabris lapidariis aut lignariis, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Erasmus.

Ad amussim lapis est applicandus, non amussis ad lapidem. Hoc est, Vita nostra ad leges est corrigenda, non leges ad mores nostros trahendæ. Id faciamus quod honestum sit: non id rectum existimemus quod facimus. Vtitur Plutarchus in commentariolo cui titulus, Quo pacto quis intelligere possit se profecisse.

Numerus ad amussim. Varro de Re rust. Id est, Quum nihil neq; supereft, nec deest. Budæus.

Alba amussis Hoc est, nullo delectu, ac citra discrimen. Nonnulli sic efferunt adagiũ, In albo lapide amussis alba. Vtitur Plato in Charmide, vbi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse vt albam amussim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret.

Amussitata opera {ἀκριβῶς ἐξειργασμένα} Id est, Exactissima. Plaut. Mil. 20, In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. Ex Nonio.

Amussim, aduerbium {κανονικῶς} Festus, Amussim, regulariter. Tractum à regula ad quam aliquid exæquatur, quæ amussis dicitur. Quidam amussim esse dicunt Non tacitè, quod Mutire interdum dicitur, loqui.

Amusus, penult. prod. {ἄμουσος} Inelegans & indoctus, & à musis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica. Vnde apud Comicos qui literas se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam. Hæc Erasinus. Vitruuius libro 1. capite 1, Nec musicus, vt Aristoxenus: sed non amusos. Vide Agrestes Musæ, in MVSAE.

A M Y

AMYCLA {Ἀμύκλα} Vna ex filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cum Melibœa sorore seruatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamẽ omnes interiisse tradit. Hermol. in Plin. lib. 36. cap. 5.

AMYCLAE {Ἀμύκλαι} oppidum inter Caietam & Tarracinam constitutum, à Laconibus, qui comites Castoris & Pollucis fuerunt: & ab Amyclis prouinciæ Laconicæ ciuitate nomen ei indiderunt. Quũ autem secundum Pythagoream sectam à cæde omnium animalium abstinerent, & ex vicinis paludibus natas serpentes occidere nefas putarent, ab iisdem interempti sunt. Vnde Amyclas tacitas dicit poeta, id est, Pythagoreas. Nam Pythagorica virtus est, quinquennale silentium. Est & alia expositio: Quum frequenter falso nuntiarentur hostes, & inani terrore ciuitas quassaretur: lata lege cautum est, ne quis vnquam hostis nuntiaret aduentum. Postea quum verè hostis veniret, nullo nuntiante, ex improuiso ciuitas capta est. Vnde tacitæ Amyclæ dictę sunt, quòd periere silentio. Lucilius, Mihi necesse est loqui: nam scio Amyclas tacendo periisse. Hactenus Seruius in illud 10. Æneid,

-& tacitis regnauit Amyclis. Hinc prouerbium, Amyclas perdidit silentium, ad varios vsus accommodare licebit, veluti si vbi quis pecuniam creditam perdidisset, quòd non appellasset debitorem, aut iure præscriptionis excidisset à possessione, Amyclarum silentium appellet: aut siquis audaciùs agens causam suam, iussúsque tacere, respondeat, Amyclas perdidit silentium. Erasm. Chiliad.

Amyclæ, Amyclarum, Peloponnensis ciuitas, Tyndari regia, Castoris & Pollucis patria, vna ex iis vrbibus quas olim Lacedæmonij centum tenuerunt, institutis etiam communibus sacris pro singularum salute, quæ Hecatombas ab earum numero memorabant. Author Eustath. Nomen indidit Amyclas Lacedæmonis filius, Hyacinthi pater & Daphnes puellæ, quorum matrem Diomeden interpres Nicandri nominat. Amyclis (vt in tota ferè Laconia) summa veneratione Apollo colebatur.

Amyclæ Apollineæ. Stat. Thebaid. 4.
Armiferæ. Ouid. de Arte amandi, 2.
Antiquæ. Ouid. 8. Metam.
Lædeæ. Stat. lib. 7. Thebaid.
Tetricæ. Stat. 5. Syl.
Therapnææ. à Therapnis vrbe Laconiæ. Martial. lib. 9.
Trepidæ. Claudian. in bello Getico.

Amyclæus, adiectiuum {ἀμυκλαῖος}
Amyclæi aheni. Ouid. de Remed. amoris, 2.
Amyclæus canis. Virgil. 3. Georg. Id est, Laconicus. Seru.
Amyclæi olores. Stat. 1. Sylu. 2.
Amyclææ arenæ. Stat. Sylu. 1. 2.

AMYCVS, penultima correpta, {Ἄμυκος} filius fuit Neptuni & nymphæ Meliæ: qui à Polluce victus est pugilari certamine. Seruius in illud 5. Æneidos, -qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. Bebrycia autem, Bithynia est, vt ibidem testatur Seruius.
Amycus inops. Valer. 4. Argonaut.

Amyci portus. Plin. lib. 16 cap. 44, in Ponto portus est, Amyco Bebrycum rege interfecto clarus.

AMYDON, penult. corr. {Ἀμυδών} Pæoniæ ciuitas, quæ Troianis auxilia misit, vt tradit Homerus 2. Iliad. Iuuen. satyr. 3,
Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta.

Amygdala, amygdalæ, penult. corr. {ἀμυγδαλῆ} cum circunflexo accentu in vltima, arbor est, cuius fructus Nux Græca, & Nux Thasia, & Amygdala, siue Amygdalum dicitur. Colum. lib. 5. cap. 10, Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adiicito. Plin. lib. 16. cap. 25. Floret prima omniũ amygdala mense Ianuario. Plurale est, Amygdalæ, amygdalarum. Colum. lib. 11. cap. 2.

Amygdalum, li, n. gen. pluraliter. hæc amygdala, pro fructu. Palladius, Græci asserunt nasci amygdala &c.

Amygdalaceus, adiectiuum. Plin. lib. 26. cap. 11, Amygdalaceo folio, flore rosaceo. Hoc est, amygdalæ folium referenti.

Amygdalinus, adiectiuum, penultima correpta {ἀμυγδάλινος} Id quod est, vel fit ex amygdalis: vt, Amygdalinum oleum. Plinius libro 23. capite 4.

Amygdalina pruna. Plin. lib. 15 cap. 13. de prunis loquens, Nuper in Bætica, Malina appellari cœperunt, malis insita, & alia amygdalina, amygdalis. His intus nucleus amygdalæ est, nec aliud pomum ingeniosius geminatum est.

Amygdalites, penultima prod. ἀμυγδαλίτης Dioscoridi, Herba ex genere tithymali, à similitudine amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos à latitudine foliorum. Plin. lib. 26. cap. 8.

Amylum, huius amyli, penult. prod. n. g. {ἄμυλον} quid significet, Cato cap. 86, docet his verbis, Amylum sic facito, Siliginem purgato benè

bene: postea in alueum indat: eo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exiccato, extergeto bene, in alueo puro misceto bene, facito tanquam fex fiat. Id in linteum nouum indito, exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium: id omne ita facito & refricato denuo. Eam patinam in sole ponito, vt arefcat: vbi arebit, in patellam nouam indito, inde facito cum lacte coquat. Colum. lib. 12. cap. 55.

Amylum, hinc appellatur, quòd fine mola fiat. Siquidem μύλη Latinè mola est. Officinis hodie, mutata litera, communiter *Amydum* vocatur. Ruell. lib. 2. cap. 31.

Amymon, monis, pen. cor. {ἀμύμων} Latinè Inculpatus dici potest, & significātius, qui nihil vnquam risu & subsannatione dignū admisit: quasi ἀμώμητος, ac si dicas, in quem nihil obtrectatoribus aut cauillatoribus licet. Budæus.

AMYMONE, fons apud Argos, ab Amymone Danai Argiuorum regis filia, in quem conuersa fuisse dicitur, appellatus. Ouid. 2. Metam.
-quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonem, Ephyre Pyrenidas vndas.

Amymone, Amymones, pen. prod. {ἀμυμώνη} Danai regis filia fuit, quæ dum in syluis iaculando se exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in Smaragdo Alexander sculpi voluit. Amymonias aquas interpretatur Argiuas Cæl. lib. 14. cap. 38. Amymones & mulieris & fontis mentionem facit Strabo lib. 8. & Ouid. 2. Metam.

Amymone mitlis. Stat. 6. Thebaid.

AMYNTAS {ἀμύντας} nomen pastoris. Virgil. eclog. 3.
At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.
Amynta, Vocatiuus. Virgil. eclog. 3.
Quid prodest quòd me ipse animo non spernis Amynta?

Amynteria {ἀμυντήρια} Arma tutoria. quod genus sunt thorax, galea, gladius, machæra, quibus vim propulsamus, & pugnantes hosti resistimus. Hoc nomine etiam dici possunt in naui malus, rostrum, antenna, carchesium, clauus, anchora, &c. Item, in feris dentes, vngues, aliaque quibus vim propulsant. Budæus.

AMYNTOR {ἀμύντωρ} Dolopum rector. Ouid. 12. Metam.
-Amyntore cretus   Phœnix. Ouid. 8. Metam.

Amyris {ἀμυρὶς} Genus arboris est (vt inquit Hieronymus) quod Latini putantes Myrrham dictum, vnguentum interpretati sunt. De cuius arboris notitia hoc solum ad nos peruenire potuit, quòd odorem solum habeat suauem, nullum tamen offerat fructum.

AMYRIS, ciuitatis Sybaris incola, de quo hæc narratur historia: Quū Sybaritæ florerent opibus, quendam Delphos amandarunt qui de rerum suarū successu sciscitaretur oraculum. Responsum est, Euertendam Sybaritarum fortunam, vbi plus honoris habere cœpissent hominibus quàm diis. Euenit deinde vt seruus à domino vapulans, ne quicquam ad deorum aras confugisset: pòst ad heri monumentum confugiens, liberaretur à plagis: Quod simulatque conspexit Amyris, collectis rebus suis in Peloponesum demigrauit, reliquis interim Sybaritis hominem velut insanum ridentibus. Inde prouerbiali figura dici cœptum Amyris insanit, vbi quis sub insaniæ prætextu rebus suis consulit: Aut vbi quis solus periculum prospiciens, in tēpore sibi cauet, creditus interim vulgò desipere: deinde rerum euentus docet illum vnum sapuisse. Citatur ab Eustathio Iliad. 2.

Amysti {ἄμυστι} Id est, haustim: quasi dicas, Citra suctum, non occluso ore, aut contractis labris. Vel quasi ἀπνευστὶ, sine respiratione, vt qui inter bibendum spiritum non reciprocent, sed potum in aluum non secus atque in dolium infundunt. Vnde etiam producitur verbum ἀμυστίζειν, eo modo bibere, quod nos Latinè, nec ineptè amystizare dixerimus, quando & Horatianam legimus amystidem. Ex Cæl. lib. 7. cap. 26. & Erasm. Chiliad.

Amystis, amystidis {ἄμυστις} Genus erat potandi, quo se magnis & meracis poculis mutuò inuitabāt, quod dicebant ἀμυστίζειν: quod cùm facere solerent Thraces, idcirco τρόπον Θρᾴκιον appellabant. Horat. 1. Carm. 36.
-nec multi Damalis meri
Bassum Threicia vincat amystide. ¶Alij Amystim gemmam volunt esse, quæ præsenti vsu Amethystus dicitur. Meminit Cælius Rhod. lib. 7. cap. 26. & lib. 28. cap. 6.

AMYTHAON, Amythaonis {ἀμυθάων} Melampodis pater.
Amythaonius vates. Stat. 3. Thebaid.
Amythaonius Melampus. Virgil. 3. Georg.

AMYTHAONIA {ἀμυθαονία} Elidis pars est, teste Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

AMYZON {ἀμυζὼν} Cariæ oppidum est, cuius meminit Plin. lib. 5. capite 29.

A N

AN. M. Actionem mandat. ANN. vel AN. Annis, vel Annos. ANT. Antè, Anteor. ANT. T. C. Ante terminum constitutum.

An {ἆρα} Aduerbium est interrogatiuum, & semper duplicem interrogationem denotat, etiam si tantùm semel ponatur, quia tunc secūda subauditur interrogatio cū particula negatiua. Terent Adelph. 1. 2. An ego toties de eadem re audiam? Subaudi, An non: quæ est secūda pars quæstionis. Sic in cæteris. Idē Eun. 5. 5. Obsecro an is est?

¶An, Dubitandi. Terent. Adelph. 4. 5. Haud scio an illam nunc misere amat. Ibidem, 2. 1. Vide vtrùm vis, argentum accipere, an causam meditari tuam.

An, primo loco positum. Cic. 2. Philip. An tu Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret?

An, secundo loco positum. Cic. 5. Verr. Errauit, an potius insaniuit Apronius? Et hic, & in similibus subaudis An vel Vtrum. Et in hoc genere loquendi, posterior pars affirmatur: est enim correctionis species.

An, ter repetitum. Cic. in Orat. In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, an in principiis solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit.

An, quater repetitum. Cic. 3. de Orat. Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices: frequentes, an pauci, an singuli.

An, sæpius repetitum interrogatione, sic, Es tu Stoicus, an Epicureus, an Peripateticus, an Academicus? Rectè per An sic interrogatur, si constet illi te esse philosophum ex aliqua illarum sectarum, sed cuius sis ignorans de ipsa interroget: & ad singulas particulas binæ interrogationes sunt. Ex Valla. Cic. 4. Verr. Postulo mihi respondeat qui sit iste Verrutius, mercator, an arator, an pecuarius.

An, præcedente vtrum. Cic. Lentulo, lib 1. epist. 7, Multum enim interest, vtrum laus imminuatur, an salus deseratur. Idem Trebatio, lib. 7. epist. 16, Id vtrum Romano more loquutus sit, an quo modo Stoici dicunt, postea videro.

¶An, pro Aut, interdum videtur accipi. Cicero in Bruto, Summa senectute M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit: quam orationē in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus? Genus est loquendi, quod in re parum certa veteres vsurpabant. Figura est, qua vtimur, quum ex duabus rebus vtra sit, incerti sumus. Idem ad Atticum, lib. 1. epist. 2, Nos hic te ad mensem Ianuarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis? Et alibi frequenter.

¶An & ne coniungi solent pro An. Terent. Andr. 5. 2, Anne est intus Pamphilus? Cicero in Pisonem, 1, Nam quid ego de Consulatu loquar? parto vis, ánne gesto? Idem pro Cornelio Balbo, Anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit?

Anne, Dubitandi. Cic. 4. Acad. Non internoscat vera illa visa sint, ánne falsa. Idem lib. eodem, Quum interrogetur, tria pauca sint, ánne multa.

An & ne, interpositis aliquot dictionibus. Cic. lib. 1. de Finib. An partus ancillæ sitne in fructu habendus.

¶An & non iuncta, primo loco ponuntur pro Nónne. Terent. Andr. 3. 5. Annon hoc dixi esse futurum?

An non, Dubitandi. Plaut. Mil. 2. 0. Tentabam spirarent an non auræ. Pro Nécne.

An non, in secundo membro positū, tarditatem increpat. Terent. in And. 1. 2, Hóccine agis, an non?

¶An nondum. Terent. And. 1. 2, Intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Idem Heaut. 3. 3, Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?

¶An verò. Cic. lib. 1. de Orat. An verò si de re ipsa, si de finibus controuersia est, &c.

¶An, pro Circum veteres ponere solebant: vt Cato in Originibus oratorum, An terminum, id est, Circum terminum. Ita Macrobius libro Saturnal. 1. capite 14. Scribendum certè Am per m, non per n.

A N A

ANA, fluuius Hispaniæ, Bæticam à Lusitania diuidens. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & 22. Vulgò dicitur *Guadiana*, vocabulo Sarracenico. Nam *Gua* lingua Arabica sonat aquam. testis Oliuarius in Melam.

Anabasis, penult. corr. {ἀνάβασις} Herba quæ Equisetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. Plin. lib. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Anabasius {ἀναβάσιος} Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualem Triptolemum fuisse in fabulis legimus, quem femina per orbem sparsurum, Cererisque beneficia annunciaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Hieronymus contra Rufin. Idcircóne Cereales, & Anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent?

Anabathrum {ἀνάβαθρον} Pulpitum, scala, gradus superior scansilis, subsellium. Iuuenal. satyr. 3.
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

ANABIS {ἄναβις} oppidum Hispaniæ, in tractu Tarraconensi. Ptolemæus.

Anabolagium {ἀναβολάγιον} vel Anaboladium, sindonis genus est, quo humeri operiuntur. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset reiicere. Calep.

Anabole {ἀναβολὴ} Amictus, pallium. Huius meminit Athenæus libro septimo Var. histor. Symmachus autem eum locum Esaiæ, 3. capite, vbi Latinus interpres vertit Mutatoria, significantius traduxit *Anabolas*, vt scribit Hieronymus cum locū interpretans: qui subdit, hæc esse ornamenta vestium muliebrium, quibus humeri & pectora proteguntur.

Anaboleus {ἀναβολεὺς} vocatur qui apud reges eo fungebatur munere, vt eos in equū sustolleret: Strator, à sternendis equis, Latinè dicitur. Plutarchus in Crasso, & Budæus. ¶Item ferrum illud pendulum, cuius ope in equum commodius ascenditur ἀναβολεὺς dicitur, quod Stapedem non ineptè dixit quidam.

Anabula, Herba quæ & Lactoris dicitur, & Lactaria, oleæ folio, sed minore, flore luteo. Ruell. lib. 3. cap. 121.

ANABURA {ἀνάβουρα} Pisidiæ oppidum, apud Strab. lib. 12.

Anacacabea {ἀνακακαβέα} Arbor quæ & Lotus dicitur. Galli *Alysiers* & *Aisiers* appellant. Ruell. lib. 1. cap 95.

Anacalypteria, numero plurali {ἀνακαλυπτήρια} Dies festus fuit post nuptias, quum sponsa reuelabatur, vt ab omnibus conspiceretur: tametsi munera etiam significant, quæ eodem die sponsæ exhibebantur, nō his dissimilia quæ Repotia à nostris dicta sunt. Vide Girald. in lib. De diis gentium. & Cæl. lib. 11. cap. 60.

Anacampserotis, Herba cuius omnino tactu redeunt amores vel cum odio depositi. Plin. lib. 24. cap. 17. ad finem.

Anacardium {ἀνακάρδιον} Arbor Indis familiaris, fructu, auiculæ corculo non dissimili, vnde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Nomen Anacardi officinis retinuit. Ruel. lib. 1. cap. 37.

ANACE {ἀνάκη} oppidum Achaiæ apud Stephanum.

Anacephalæosis, pen. prod. {ἀνακεφαλαίωσις} figura est, qua rerum capita summatim repetuntur. Sic vocāt oratores, quum ea quæ sparsim

ac fusius dicta sunt, paucis repetūtur, vt simul iudici renouentur. Hāc item vocant epilogum. Quint. lib. 6. cap. 1, Rerum repetitio & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam Latinorum Enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos iudicis. Vulgus imperitum *recapitulationem* vocat.

ANACHAE, qui & Anaces {ἄνακες} Castores appellati sunt. Dicti quasi ἀνακῶς, quòd benignè & humaniter Atheniēsibus assuerūt: vel quòd nauigantes seruare crederentur stellæ ipsæ apparentes. Nam Suprà, ἄνεκας, & Longè, ἀνέκαθεν, dicunt Attici: vnde Ἀνάκας cōponunt. De his plura Theocrit. in idyllio Dioscuris inscripto, & Plutarch. in Theseo.

ANACHARSIS {ἀνάχαρσις} philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, vt scribit Cic. lib. 5. Tusc. Floruit Solonis temporibus. Cuius imaginibus inscriptum est, Lingua, ventre, pudendis, abstinendum esse. Plinius tradit Anacharsin inuenisse rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Sed si (vt inquit Seneca) apud Homerū longè antiquior inueniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse author huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quamsimillimas esse dicebat. Interrogatus autem quo pacto abstemius quis fieret, respondit, si ebriosorū motus sibi ante oculos ponat.

ANACHIS, deus genius Ægyptiis. Illi enim quatuor fuisse putant, quos simulatque in lucem editus fuisset homo, illius peruigilem curam agere opinantur, quorum nomina sunt Dymon, Tychis, Heros, & Anachis. Ex Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.

Anachites, pen. prod. {ἀναχίτης} Plin. lib. 3. cap. 4. ad finem, Adamas & venena irrita facit, & lymphationes abigit, metúsque vanos expellit à mente, & ob id quidam eum Anachiten vocauere.

Anachoresis {ἀναχώρησις} Eremus, secessus: vnde monachi eremum incolentes, & quicunque procul ab hominibus secesserint, ἀναχωρηταὶ vocantur. Cassian. in Col. Cuius sectatores Anachoretæ: Id est, Secessores meritò nuncupantur, eò quòd nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcauerūt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos eremi recessus penetrasse non timeant.

Anacœnosis {ἀνακοίνωσις} Communicatio Latinè. Schema est, quum aut ipsos aduersarios consulimus, aut cum iudicibus deliberamus. Iulius Rufinianus.

Anaclasis {ἀνάκλασις} Reuerberatio, reflexio. Numeratur & apud P. Rutilium Lupum inter figuras sententiarum.

Anaclinterium {ἀνακλιντήριον} Quasi accubitum, Lectulus est super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica, & apud Lampridium in Heliogabalo accubita.

Anacoluthos, anacoluthi, pen. prod. {ἀνακόλουθος} Inconsequens. Vocant autem Grammatici ἀνακόλουθον, vitium orationis, quando non redditur quod superioribus respondeat. Virgil. 2. Æneidos,

Millia quot magnis nunquam venere Mycenis. Vbi Seruius, subaudi TOT. & est anacoluthon. nam dixit QVOT, quum non præmiserit TOT. Idem 3. Æneidos,

Sed tamen iidem olim curru succedere sueti. Vbi Seruius, Sed tamen, anacoluthon: nam QVANQVAM non præmisit.

ANACREON, penult. corr. {ἀνακρέων} Anacreontis, poeta Lyricus, ex Teo vrbe Ionum, à quo genus carminis Anacreonticum dictum. Hor. 4. Carm. ode 9, Nec, siquid olim lusit Anacreon, Deleuit ætas.

Anacreon poeta, acino vuæ passæ strangulatus est. Plin. lib. 7. cap. 7. Valer. Max. lib. 9. cap. 12.

Anacreon Teius. Horat. Epod. 13.

Anacreontius, adiectiuum {ἀνακρεόντειος} Quintil. lib. 9. cap. 4. Anacreontium protinus colon efficias.

Anacreontius versus vt plurimùm recipit iābum vel anapæstum, vel spondeum in prima regione: in secunda & tertia iambum: postremo loco syllabam catalecticam. vt,

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας.	Canam libens Atridas.
Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις.	Teneris supérque myrtis.
Χαίρετε λοιπὸν ἡμῖν.	Nobis valete posthac.

Inueniuntur quidem alij pedes, sed non videntur legitimi.

Anacrisis {ἀνάκρισις} Quæstio de reo habita, siue ea per tormenta fieret, siue sine tormentis. Item interrogatio testium, quam vulgus *informationem* vocat. l. Diuus Adrian. D. de custod. & exhibit. reor. Vide Bud. in comment.

Anacrusis {ἀνάκρουσις} Certaminis præludium: Ampera primum certandi periculum: Catacceleusmus, certamen ipsum. Ex Cæl. lib. 16. cap. 19. & Bud.

Anactes {ἄνακτες} Vnde, & cur sic dicantur reges, docet Cæl. Antiq. lect. lib. 17. cap. 20. Sed & Anactes apud Cyprios dicebatur magistratus honorificus, ad quem referebatur quotidie ab exploratoribus quibusdam quicquid audissent, idque in Reip. commodum fuerat institutum. Eustath. Iliad. a. annotat.

ANACTORIA, ἀνακτορία Stephano, oppidū est Acarnaniæ, ad sinum Ambraciū. Plin. lib. 4. cap. 1. ¶ Est itē hoc nomine Ioniæ vrbs, in minore Asia, postea Miletus appellata, vt testatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anactorion {ἀνακτόριον} herba est, quæ notioribus nominibus ξιφίον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioscor. lib. 4.

ANACTORIVM {ἀνακτόριον} vt scribit Herodotus, fuit tēplum Cereris in Eleusine. Pollux Anactorium pro Adyto accipit.

Anadema, pen. prod. huius anadematis, pen. cor. n. g. vel Anadesma, anadesmatis: vtrunque enim reperitur {ἀνάδημα} Lucret. lib. 4,

Et bene parta patrum, fiunt anademata, mitræ. Hoc est, quæ bona magno labore à maioribus parta sunt & acquisita, ex iis venditis anademata comparantur emuntúrque. Paul. in l. quanuis. D. de aur. & arg. legat. Ornamentorum esse constat, quibus vti mulieres venustatis & ornatus causa cœperunt: neque referre, si quædam eorū alium quoque vsum præbeant, sicuti mitræ & anademata, quanuis enim corpus tegant: tamen ornamentorum, non vestis esse. Suidas dicit esse capitis ornamentum. Ducitur ab ἀναδέω verbo, quod corono, ligo, exorno significat.

Anadendromalache {ἀναδενδρομαλάχη} Malua arborescens, quam Galen. 4 Therapeuticæ eandem facit cum Althæa.

Anadiplosis, pen. prod. fœm. g. {ἀναδίπλωσις} dici potest Reduplicatio. Est enim congeminatio dictionis in vltima parte versus, & prima sequentis. Virgil. 8. ecloga,

Certent & cygnis vlulæ: sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in syluis, inter delphinas Arion.

ANADYOMENE, pen. cor. {ἀναδυομένη} Plin. lib. 35. cap. 10, Venerē exeuntem è mari diuus Augustus dicauit in delubro patris Cæsaris, quæ Anadyomene vocatur, versibus Græcis tali opere dum laudatur victo, sed illustrato: cuius inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verùm ipsa iniuria cessit in gloriam artificis. Cōsenuit hæc tabula carie: aliámque pro ea Nero principatu substituit suo, Dorothei manu.

ANAEA {ἀναία} vrbs Cariæ, à qua adiectiuum Anaiticus, siue Anæiticus: vt, Anaiticus lacus contra Samum. Oppidanos eius loci Thucydides Anaitas pronuntiat tetrasyllabos. Plin. lib. 16. cap. 36, Calami probatiores Gnidij, & qui in Asia circa Anaiticū lacum nascūtur.

Anæa, Vna Amazonum, quæ nomen vbi dedit, testis Hermolaus in Plin. lib. 16. cap. 36.

ANAETIS, tidis, quadrisyllabum, dea quæ à Lydis colebatur: quæ à Strabone Anaitis dicitur.

ANAETIA {ἀναιτία} oppidum maioris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

ANAITIS, regio Armeniæ Plinio. Scribitur & Anatis.

Anaitidem deam colūt in primis Armenij, ita more cōdito, vt vel nobilitate præstātes eius ministerio dedicēt filias, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data, velut inde augustiores factæ, mox traduntur viris, nemine non coniugia id genus alacriter admittente. Plinius lib. 33. cap. 4. Strabo lib. 11. & 12. & 15.

ANAITAE, Vide ANAEA.

Anagallis, anagallidis, f. g. {ἀναγαλλίς} Herba est quæ in duo genera dirimitur. Fœmina flore cæruleo conspicitur, mas puniceo. Hodie *Morgelina* siue *Gallina morsus* vulgò nominatur. Ruell. lib. 2. cap. 109.

Anaglypha, pen. corr. anaglyphorum, n. g. {ἀνάγλυφα} Dicuntur vasa aspera, non læuia, cælaturis eminētibus, inæqualibúsque. Plin. lib. 33. cap. 11, Nunc anaglypha, in asperitatémque excisa, circa linearum picturas quærimus.

Anaglypta, anaglyptorum, Idem {ἀνάγλυπτα.} Martial. lib. 4,

Nec mensis anaglypta de paternis.

Anaglyptes, anaglyptæ {ἀναγλυπτὴς} Scalptor dicitur.

Anaglyptice, anaglyptices {ἀναγλυπτική} Ars scalpendi.

ANAGNIA, ἀναγνία Ptolemæo, ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius sorore Augusti contēpta, & Cleopatra in vxorem ducta, monetam feriri iussit. Virg. lib. 7, Quos diues Anagnia pascit, &c.

ANAGNVTES, populi sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4. cap. 19.

Anagoge, ges, fœm. gen. pen. prod {ἀναγωγή} Recessus subtilis, siue Excelsa, aut superior intelligentia. Figura, quasi Subductio, quum sensus ad altiora tollitur. Hieronym. in prologo Nahum.

Anagogica {ἀναγωγικά} Mystica sunt, quæ hominem mortalem sublimia diuináque meditādo in cælum subuehunt. Et sensus anagogicus dicitur, quum sensus literalis (vt vocant) in spiritualem vertitur. Bud.

Anagraphe {ἀναγραφή} Perscriptio & acta. Sic etiam appellatur commentarius & breuiarium, & liber census peracti. Budæus comment. Vlp. in l. vlt. D. de reb. author. iudic. poss. anagraphen vocat, quod alibi inuentarium, & repertorium, & synopsin appellat.

Anagnostes, anagnostæ, m. g. {ἀναγνώστης} Latinè lector. Cic. Att. lib. 1. 7, Nam puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat. Sic Vatinius Cic. lib. 5. epist. 9 ad finem.

Anagyris {ἀνάγυρις} Herba quæ odore tetro prouerbium peperit, in eos iactari solitum, qui obfutura sibi cōmouent. Vulgò *eghela.* Meminit Dioscor. lib. 3. Vide & Erasm. in prouerbio, Anagyrim cōmoues.

ANAITIS. Vide paulo antè.

Analphabetus, pen. prod. {ἀναλφάβητος} A Græcis dicitur, qui ne elementarias quidem literas nouit, quas Fulgentius Abecedarias appellat in tertio Mythologicōn.

Analecta, analectorum, n. gen. {ἀνάλεκτα} Reliquiæ sub mensa, quæ quòd colligi debeant, id sunt sortitæ nomen. Cælius libro 13. cap. 31. Martial. lib. 14,

In pretio scopas testatur palma fuisse:
Sed pretium scopis nunc analecta dabunt.

Analectes, analectæ {ἀναλέκτης} Qui colligit aut verrit analecta. Seneca epist. 27, per translationem, Suasit illi vt Grammaticos haberet analectas. De Caluisio loquens, qui seruos literatos in conuiuiis ad pedes habebat, vt versus quos referret, suggererent. Sed quid sunt Grammatici analectæ? Quidam interpretantur doctissimos, qui omnia ad manum & in numerato habeant, alij eos qui minutissima quæque colligunt ex authoribus. Ego (inquit Turnebus) neutris assentior. quid enim esset in eo sensu lepòris & argutiæ? Potius existimauerim sanna quadam derisum ab eo Sabinum fuisse. Vt enim analectæ serui dicebantur, qui reliquias cœnæ, aut ea quæ exciderant de mensa, colligere solebant (ea autem analecta dicebantur) sic eùm ipse Sabinus inter cœnandum in versibus, quos subiectos referebat, subinde excideret, Quadratus festiuè dixit, ei grammaticis analectis opus esse, qui colligerent eum cadentem, & verba quoque ei excidentia inter cœnam redderent. Hæc ille.

Analectides {ἀναλεκτίδες} dicūtur, quibus è xylino lino, vel quauis materia, puellæ tanquam puluillis constipant scapulas prominentes, vt videri habitiores possint. Ouid. lib. 3. de Arte amandi,

Conueniunt tenues scapulis analectides altis.

Angustum circum fascia pectus eat. Cæl. lib. 13. cap. 31. Apud Ouidium corruptè legitur amelectides.

Analemma {ἀνάλημμα} est ratio conquisita Solis cursus, & vmbræ crescentis, à brumæ obseruatione inuenta, è qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inuentus effectus in mundo. Vitruu. lib. 9. cap. 4.

ANALITAE {ἀναλῖται} populi Arabiæ, Plin. lib. 6. cap. 28.

Analogia, analogiæ, pen corr. {ἀναλογία} Proportio. Cic. de Finibus, Quod Analogiam Stoici, nos appellamus Conuenientiam, si placet. Sed hic alij legunt Homologiam. Quint. lib.1. cap.6. & 10. Analogia præcipuè quamproximè ex Græco transferentes in Latinum proportionem vocauerunt. Eius hæc vis est, vt id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, vt incerta certis probet. Cic. de Vniuers. Id optimè assequitur quæ Græcè ἀναλογία, Latinè (audendum est enim: quoniam hæc primùm à nobis nouantur) Comparatio, proportióve dici potest.

Analogia, Est verborũ similium declinatio similis, non repugnante consuetudine communi. Varro lib.3. de Analogia.

Analogiam facere. Quintil. lib.1. cap.6.

Analogia tueri dictum. Quintil. ibidem.

¶Analogia apud Euclidem est similitudo rationum: sed geometrica tantùm ibi definitur. vt si dicas, Vt se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor: &, Quanto est longior pes Herculanus alterius alicuius pede, tanto item stadium Herculano pede sexcenties commensum, longius est eo stadio quod alterius pede toties transmissum est.

Analogismus {ἀναλογισμός} E similitudine argumentum: de quo Galenus in optima secta, & in Empiricæ sectæ compendio.

Analogista {ἀναλογιστής} Tutor dicitur qui rationibus reddendis liber est, qui administrationis suæ rationes non reddit. in l. 5. §. 5. D. de admin. tutel. Sic enim legitur in exemplaribus vulgatis: in Pandectis Florent. est anecloogistus, {ἀνελόγιστος} Iidem plerúque dicuntur ἀνυπεύθυνοι.

ANALOGITICI {ἀναλογητικοί} philosophi quidam appellabantur apud Laertium lib.1.

Analysis {ἀνάλυσις} Resolutio, Retexio complexionis ad ipsius principia. Quum compositum aliquid in suas simplicissimas partes, vel in sua principia res soluitur, vt Aristoteles ostendit primo Analytico. vt patet item in elementis Euclidis 13. p.1.2.3.4.5.

Analyticum, pen. corr. {ἀναλυτικόν} Resolutorium: quo nomine inscribuntur quatuor libri Aristotelis in Organo.

Anamaschalister {ἀναμασχαλιστήρ} ornamentum pectoris vel capillorum, apud Pollucem libro 5. capite 16. ex Philippide comico ἐν ἀδωνιαζούσαις.

Anancæum, Vrnale poculum interpretatur Turnebus. Nam cùm ἀναγκαῖον sit vrna iudicialis, quidni Vrnale poculum Anancæum dicatur? Plaut. Rud. Credo hercle anancæo datum quod biberet. Hoc vocabulum reperitur in Varrone apud Nonium, Ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripodes, crateræ, anancæa populo nobilium Tarentinarum.

ANANCAEVS {ἀγκαῖος} Lelegum rex fuit, qui quum Ioniæ partem quandam tenerent, ab Ionibus demum eiecti, in Cariam euaserunt. Author Strabo lib.14.

Ananchitis, penul. prod. gemma: de qua sic Plin. lib.37. cap.11, Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum. ¶Anancitis scribi debere censet Turnebus, nomenque esse adeptam à necessitate, quòd deos cogebat, corúmque euocabat imagines: vt synochitis à continendo, quia ea euocatæ inferorum tenebantur vmbræ. Hæc ille.

Anantapodoton, pen. corr. {ἀναναπόδοτον} Schema Græcum, Atticæ linguæ proprium, oratio scilicet vno membro defecta. Hoc autem schema tribus modis vsurpatur, in principio, in medio, & in fine, vt docet interpres Aristophanis. Exemplum eius quod fit à fine, inuenimus & apud Cic. lib.7. epist. ad Attic.136, Responsa Pompeij grata populo & probata concioni esse dicuntur. Ita putaram: Quæ quidem si ille repudiarit, iacebit: si acceperit. Vtrum igitur (inquies) mauis? Responderem, si quemadmodum parati essemus scirem. Quorum verborum hęc ferme sententia est, Cæsar in bello ciuili ad Pōpeium, & ad Senatum legatos miserat. His Pompeius pacis conditiones tulit ad Cæsarem referendas: quod factum Pompeij gratum populus habuit, vt in cōcione declarauit: hoc autem ita futurum Cicero præuidisse se dicit, Si igitur (inquit Cicero) Cæsar conditiones latas non acceperit, nihil respondebit, sed rem armis geret: sin acceperit, legatos iterum mittet. Quam clausulam, aut aliam non absimilem Cicero figuratè reticuit. Bud. in prioribus Annotationibus. Atqui hæc nota vitandi vitij est, non imitandæ laudis forma, nec ideo rhetoricæ eloquutionis figura. Hæc Ramus.

Anapæstus {ἀνάπαιστος} pes ex duabus syllabis breuibus, & tertia longa: vt Veneri. Cicero 2. Tuscul. Nec adhibetur vlla sine anapæstis pedibus hortatio. Idem lib.3. de Orat. Vbi etiam pes herous à Cicerone dicitur.

Anapæstus Aristophaneus: Arena pōti per freta Colchos denique delatus adhæsi. Recipit pedes quaternorum temporum. Omnes implet pedes, præter semipedem. Anapæstoctonarius: Ore beato lumine volitans: qui per cælum candidus æquitas. Recipit eosdem pedes, præter semipedem. Censorinus de Die natali, cap. vlt.

Anapæstum, g. n. & Anapæstus masc. pro genere carminis. Cic.3. Tusc. Nec siletur illud potentissimi regis Anapæstum. Idem in Orat. Elegit ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapæsta.

Anapæsticus, pen. corr. adiectiuum: vt, Anapæsticus versus, qui constat ex Anapæstis. Cic. in Orat.

ANAPAVOMENE {ἀναπαυομένη} nomen puellæ apud Plin. lib. 35. cap.10, Pinxit & currentes quadrigas, & supplicantem penè cum voce. Et venatores cum captura. Et Leotionem pictorem. Et Anapauomenen propter fratris amorem morientem.

ANAPAVOMENOS {ἀναπαυόμενος} fons est in Dodone Ioui sacer, de quo Plin. lib.2. cap. 103 sic scribit, In Dodone Iouis fons quum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admouêatur accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa Anapauomenon vocant. Mox increscens ad medium noctis exuberat: ab eo rursus sensim deficit.

Anapauomenos, pen. corr. {ἀναπαυόμενος} Quiescens. Plin. lib.35. cap.10, Satyrus hic est, quem Anapauomenon vocat, nequid desit temporis eius securitati, tibias tenens.

Anaphalis {ἀναφαλίς} herba est, quæ notiori nomine Gnaphalium, & à quibusdam Centunculus appellatur. Plin. lib.27. cap.10.

ANAPHE {ἀνάφη} insula est vna Sporadum, inter Therasiam & Astypaleam, quam Plin. lib.2. cap.8. enumerat inter eas quæ diu aquis tectæ tandem emerserunt.

Anaphora, seu Epanaphora, penul. corr. {ἀναφορά} Figura quam nos Relationem seu repetitionē dicere possumus: quæ fit quoties per singula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres adesse iubebat, Verres cognoscebat, Verres iudicabat. Cic.4. Verr. Virgil.1. Æneidos,

Nate, meæ vires, mea magna potentia solus:

Nate patris summi qui tela Typhoëa temnis.

¶Anaphoræ etiam & Epanaphoræ, Scansiones seu ascensiones signorum vocantur ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ: quia nō æquales vbique ascensiones sunt, ex inclinatione cæli varia, nunc maiores, nunc minores. Firmicus, Sed istis tandiu vitiis laborabit, quoad signi eius fuerit anaphora completa. Plin. lib.7. cap.49, Negauere illi quenquam xc partium exortiuam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi, & has ipsas incidi occursu maleficorum siderum, aut etiam radiis eorum, Solisque.

Anaphorici {ἀναφορικοί} dicuntur apud Paulum Æginetam, ægrè pituitam crassiorē reiectantes è pectore. Nā ἀναφέρεσθαι, Sursum ferri significat. Cæl. Antiq. lect. lib.16. cap.3. Firmicus lib.3 cap.13, Mercurius cū Marte anaphoricos faciet, cardiacos, oligochronios, & infelices.

Anaphoron {ἀνάφορον} Lignum vtrinque cauum, quo onera gestantur. Instrumētum quo aliquid portatur, ac sursum à terra tenetur, cuiusmodi est quo mulieres in quibusdam locis aquam è flumine gestitāt. Hoc Allatū etiam dici, à tralatione quæ fieret à fatigatis de humero in humerum. Cæl. lib.16. cap.3. & Bud.

Anaphysema {ἀναφύσημα} Euaporatio, de qua sic Cæl. lib.20. cap.19, Terræ autem anaphysema: hoc est, cum tumore efflatio, ex imo flatus est, vel efficaciore vomitu terræ sese, eruptione facta, attollens. Et Apuleius, Anaphysemata (inquit) Græci eos nuncupant spiritus, qui de fundo vel hiatibus terræ explosi, ad superna maris solent deuenire. Vide plura apud Cæl. eodem loco quo suprà.

ANAPIAS & Amphinomus fratres, de quibus Seneca lib.3. de Benef. Vicere (inquit) Siculi iuuenes: quū Ætna maiore vi peragitata, in vrbes, in agros, in magnam insulæ partem effudisset incendiū, vexerunt parentes suos: discessisse creditum est ignes: & vtrinque flamma recedente, limitem adapertum, per quem transcurrerent iuuenes, dignissimi, qui magna tutò auderent. Meminit Val. Max. lib.5. cap.4, Anapum vocans. Cælius quoque lib 6. cap.39.

ANAPIS, pen. prod. {ἄναπις} Siciliæ fluuius, leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ouid.5. Metam.

Præterit & Syanen, & fontes lenis Anapis.

ANARIACAE Straboni, Anariaci Plinio, ἀναριάκαι Stephano, populi sunt ad mare Caspium, ad ortum incolentes, quorum oppidum Anariace commemoratur à Stephano.

Anarrhinum {ἀνάρρινον} quod & Antirrhinum, herba est Anagallidi similis, radice nulla, aut perexigua, semine vitulinas nares imitante: vnde & nomē habet. Galenus Bucranion appellat: Galli, *Oculum cati*. Vide Plin. lib.25. cap.10. & Ruell. lib.3. cap.131.

Anas, anatis, pen corr. f. g. {νῆττα} Auis à natando dicta, authore Varr. Plaut. Capt.19, Aut anates, aut coturnices dantur quibuscum lusitent. Martial. lib.13,

Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantùm,

Et ceruice sapit, cætera redde coco. Cic.2. de Nat. deor. Anatū oua gallinis sæpe supponimus. Anates Ponticæ edundis vulgò venenis victitant: Et proinde solitus erat Mithridates earum sanguinem miscere medicamentis quæ digerēdis venenis valent, vt scribit Gell. lib 17. cap.16.

¶Anatem morbū annum dicebāt: Id est, vetularum: sicut senium, morbum senum. Festus.

Anaticula, pen. corr. diminutiuum {νηττάριον} Aut est parua anas, aut potius aquatilis auicula vulgò nota, anati forma persimilis, sed multo minor. Plaut. Asin.12, Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum. Cic. 5. de Finib. Serpere anguiculos, euolare merulas, pare anaticulas, cornibus vti videmus boues.

Anatinus, adiect. pen. prod. denominatiuum {νηττικός} Plaut. Rud.13,

Vtinam fortuna nunc ego anatina vterer,

Vt postquam exiissem ex aqua, arerem tamen.

Anatarius, adiectiuum {νηττάριος} Custos anatum. Item, Anatariæ pluma: &, Anataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. Ex Sipontino. De anataria aquila Plin. lib.10. cap.3.

ANAS, pro fluuio, Vide ANA.

ANASA {ἄνασα} oppidum Carmaniæ. Plin. lib 6. cap.28.

Anasphoros {ἀνασφόρος} A quibusdam vocatur herba, quam Græci λινόζωστιν, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. quod tamen nonnulli, vt pleraque alia herbarum nomina apud eundem, inter notha referre malunt.

ANASSVM {ἄνασσον} fluuius est in decima regione Italiæ, quò Varamus defluit. Author Plin lib.3. cap.18.

Anastomotica dici videntur cibaria quæ appetentiam conciliant, & edendi prolubium excitant, cuiusmodi sunt sale conditæ oliuæ, quas colymbadas nuncupant. Cæl. Antiq. lect. lib.13. cap.1 ex Athenæo.

Anastomosis, pen. prod. f. g. {ἀναστόμωσις} apud medicos vocatur apertio venarum, siue sanguinis reiectio quæ fit alicuius venarum ore patefacto. Hermol. in Glossematis. Cels. lib.4. cap.4. De tussi. Meminit & Cælius lib.7. cap.22.

Anastrophe, anastrophes, pen. corr. f. g. {ἀναστροφή} Inuersio dicitur. Est enim (vt docet Diomedes) duorum verborum ordo præposterus. vt Italiam contra, pro Contra Italiam.

Anastrophe, inuersionis vitium. Quintil. lib.1. cap.5.

Anatarius, Vide ANAS.

Anathema,pen.prod. {ἀνάθημα} huius anathematis,pen.cor.neut. g. Anathemata dicuntur donaria: hoc est,dona quæ dicata diis,suspenduntur in parietibus & columnis templi: cuiusmodi nunc visuntur potissimum iuxta monumenta diuorum statuæ argenteæ,equi aurei, pocula gemmata: dicta ab ἀνατίθεσθαι,hoc est, à reponendo, siue suspendendo: aut quòd nefas esset ea mouere loco. Hoc vocabulo etiam statuæ significantur,templa,basilicæ,porticus,& alia vrbis ornamenta. Erasm.in 21.cap.Lucæ.

Anathema anathematis {ἀνάθεμα} penult.corr. Anathemata,dicti sunt homines sacri, quorum capita diis inferis dicata sunt, & deuota: quemadmodum etiam Latini veteres SACRVM etiam in malum sensum vsurpabant. Budæus. Diuus Hieronymus in 1. caput epist. ad Galat. anathema dicit verbum esse propriè Iudæorum: interpretatúrque Detestationem. Idem ad Algasiam quæst.9.tradit interdum significare quòd Occisionem. Idem Zachar. prophet.cap.14. interpretatur Maledictionem & Abominationem.

Anathematizare {ἀναθεματίζειν} Deuouere,Detestari.

Anatinus, Vide ANAS.

ANATIS, apud Persas Diana dicta est. Eius templum Ecbatanis fuit, cuius sacerdotes procul à virili contagio in perpetua virginitate degunt. Alex.ab Alex.lib.5.cap.12.

ANATIS,ios,fluuius est in Aphrica,de quo Plin.lib.5.cap.1.

Anatocismus, anatocismi,m.g. {ἀνατοκισμός} Est vsuræ anniuersaria renouatio,& quas vsuras vsurarum vocant. Cic.ad Att.lib.5.epist.vlt. Interim quũ ego in edicto translatitio cẽtesimas mẽ obseruaturũ haberẽ cũ anatocismi anniuersario, ille ex syngrapha postulabat IIII. Ibidem,Clamare omnes qui aderant,nihil impudentius Scaptio,qui centesimis cum anatocismo contentus non esset. Budæus. Anatocismus,vsurarum in singulos annos quasi regeneratio.

Anatole {ἀνατολή} locus vnde exoritur sol, & ipse solis exortus. Pollucis lib. 2, est candidus ille semicirculus, qui in vnguium radicibus emicat.

Anatomia,vel anatome, penult.cor. {ἀνατομή} Græcis,Incisio Latinis dicitur,vt Celso. Alii Dissectio,Confectio.

Anatomicus,pen.corr. Anatomiæ periti. Macrob.lib.7.Saturn.cap.13,Sed libris anatomicorum postea consultis,verum reperi.

ANAVDOMA,tis {ἀναύδομα} oppidum est Syenitarum, Plin.libro 6. capite 29.

ANAVROS {Ἄναυρος} fluuius Thessaliæ,quasi absque aura dictus. Lucanus lib.6.

Quique nec humentes nebulas,nec rore madentem
Aera,nec ventos tenues suspirat Anauros.

Fluit ex Pelio Thessaliæ monte. Sunt qui etiam Nilum hoc nomine vocent,quòd nullas expiret auras: vt testatur Plin.lib.5.cap 9. De hoc fluuio siue potius torrente vide plura apud Apollonium Argonaut.lib.6.

ANAVSIS {Ἄναυσις} Alanorum Heniocharúmque rex, procus fuit Medeæ. Sed pater virginis Æetes, Styro Albaniæ regi repudiato illo, filiam despondere maluit: à quo Anausis postea quum forte fortuna se riuali obtulisset, interfectus fuit. Historiam habet Valer. Flac. 6. Argonaut.

ANAX {ἄναξ} proprium viri nomen, qui fuit Cæli & Terræ filius: à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cæl.lib.5.cap.1.

ANAXAGORAS,pen. corr. {Ἀναξαγόρας} Clazomenius philosophus fuit,in physicis præcellens. Hic non modò generis gloria & diuitiis, verum animi quoque magnitudine clarissimus fuit: quippe qui totũ patrimoniũ suis spõte reliquit. Et quũ ab eis negligentiæ insimularetur, Quid ergo(inquit)nonne vos ista curatis? Mox abscedẽs ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei & priuatæ & publicæ omnino negligens & incuriosus, adeò vt cuidam ipsum ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura est? dixerit, Mihi verò patriæ cura & quidem summa est, digitum in cælum intendens. Hic quum post diutinam peregrinationem in patriam reuenisset,possessionésque desertas vidisset: Non essem,inquit,ego saluus, nisi istæ periissent. Qui pluris faciens culturam ingenii quàm prædiorum, celebris fuit inter philosophos. Lampsaci periit.

Anaxagoras niuem nigram dixit esse: ferres me,si ego idem dicerem? Cic.4.Acad.

Anaxagoræ ὁμοιομέρεια. Lucret. lib.1, Nunc & Anaxagoræ scrutemur ὁμοιομέρειαν.

ANAXANDER {Ἀνάξανδρος} pictor non ignobilis, apud Plin. libro 35.cap.11.

ANAXANDRIDES {Ἀναξανδρίδης} poeta Græcus, comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas sexagintaquinque,vicit vna. Suidas.

ANAXARCHVS {Ἀνάξαρχος} nomen proprium philosophi Abderitæ, sectatorísque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum,à quo comprehensus, coniectúsque in pilum pistnæ, siue mortarium saxeum,quod Græci ὅλμον vocant,ibique ferreis malleis contusus, adeò toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde tunde Anaxarchi follem: Anaxarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguæ minitante tyrãno, protinus dentibus abscissam & commanducatam linguam in os eius ita patulum conspuisse dicitur. Testes,Cic.3.de Nat.deor.& 2.Tusc. Valerius & Diogenes Laert.

Anaxarchus.Ouid.in Ibin,
Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta.

ANAXARETE {Ἀναξαρέτη} puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis,& regia stirpe superba, quam quum Iphis,infimæ fortis iuuenis perditissime amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatiẽtia,sese ad fores eius suspendit: cuius funus quum Anaxarete siccis immotísque oculis intueretur,in saxum est conuersa. Ouidius lib.14.Metam.

ANAXENOR {Ἀναξήνωρ} Citharœdus fuit, quem Magnesia ciuitas valde extulit,sed magis M.Antonius,qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda præbuit. Author Strabo lib.14.

ANAXILAS {Ἀναξίλας} Poetæ comici nomen,cuius meminit Suidas.

ANAXILAVS {Ἀναξίλαος} Messenius, qui Messanam in Sicilia condidit,fuit Rheginorum tyrannus. Is quum paruos relinqueret liberos, Mycitho seruo suo commendasse cõtentus est. Is tutelam sanctè gessit,imperiúmque tam clemẽter obtinuit,vt Rhegini à seruo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatem pueris, & bona & imperium tradidit: ipse paruo viatico sumpto profectus est: & Olympiæ cum summa tranquillitate consenuit. Macrob.Saturn. lib.1. cap.11.

¶Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorũ principibus, qui vnà cum Lycurgo in vincula coniectus fuit, & paulo pòst cum eodem absolutus. Vide Plutarch.in Alcibiade.

ANAXIMANDER {Ἀναξίμανδρος} Milesius philosophus, Thaletis sodalis,primus terræ marísque circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit,vt inquit Laertius. Hic dixit infinitatem rerum omniũ generationis atque corruptionis causam esse. Præterea cylindri formæ esse terram asserit tantæ profunditatis,vt ad altitudinem profunditas tertia inueniatur.

ANAXIMENES {Ἀναξιμένης} philosophus fuit,Emistrati filius: Anaximandri discipulus, successórque, qui eo die obiit, quo Sardis capta fuit. Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum verò ab æterno esse dixit: terram ex aere constipato primùm omnium factam latam, magnam, idcirco non absque ratione superaerem cõtineri: Solem,Lunam,cæteráſque stellas à terra ortum habere. Calep.

ANAXO {Ἀναξώ} Ancæi cuiusdam filia fuit, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lysidicem sororem Pitthei, ex Pelope & Hippodamia,vt habet Plutarch.

ANAXYLIDES {Ἀναξυλίδης} nomen philosophi, de quo Hieronymus contra Iouinianum scribit, quòd in libro secundo philosophiæ afferat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quódque sapientiæ principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

Anaxyrides {ἀναξυρίδες} Vestes sunt, & braccæ longis femoralibus auro pictæ,intonsæ, & varii coloris, quas Gallis familiares esse scribit Alexander ab Alexandro,lib.5.cap.10.

Anaxyris {ἀναξυρίς} Herba est notissima, quam & Oxalidem Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta,quod folia eius calceorũ soleas imitentur,quæ & ἀναξυρίδες quandóque à Græcis appellantur.

ANAZARBA, ἀνάζαρβα Stephano, oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis patria. Inde Anazarbeni populi,de quibus Plin.cap.27.lib.5.

A N C

Ancæsa, Dicta sunt ab antiquis vasa quæ cælata appellamus: quòd circuncidendo talia fiant. Ipsum quoque Cælare verbũ eadem causa est dictum,d litera cum l permutata. Festus.

ANCAEVS {Ἀγκαῖος} vt scribit Aristomenes, fuit agriculturæ studiosus: quum autem vineam plantaret, nimium graui labore seruos premebat. quare illorum quidam dixit, dominum ex illa vinea fructum nunquam percepturum. Ancæus verò posteaquam vua fuit matura,lætus vindemiabat: seruúmque iussit vinum sibi fundere. Poculum igitur quum ori apponeret, dictum illius in memoriam reuocauit. Cui seruus, Multa cadunt inter calicem, supremáque labra. His verò dictis quidam accurrit, nuntians quammaximum aprum vineam ingressum,illam peruertere totam. Tunc Ancæus poculum quũ abiecisset,ad aprum festinauit,à quo percussus interiit. Vnde natum est prouerbium in eos quibus præter spem aliquid euenit. quod sic è Græco in Latinũ Cato vertit, Multum interest inter os & offam. De Ancæo Ouid 8.Metamorph.

Ancæus Parrhasius.Ouid.8.Metamorph.
Ancæi vulnera.Ouid.8.Metamorphoseos.
Mœret,& Ancæi felicia vulnera dicit. De Meleagro.

ANCARIA,dea ab Asculanis populis colebatur, vt patria & tutelaris, ne hostium vastarentur incursu. Vide Alexandrum ab Alexandro lib.6.cap.4.

Ancarius. Lucilius,

Hæc eadem ruder è rostris atque eiulitabit
Concursans velut ancarius,claréque quiritans.

Quem tandem hic Ancarium intelligimus? Ancara vrbs Italiæ fuit (ait Turnebus) in qua, vel aliqui patresfamiliàs fuerunt operosi & quæstuosi, qui seruorum familias habuerunt: vel vrbs ipsa, quod ex eo suspicor, quòd à familia Ancariana lib.9. Varenum scribit Fabius interfectum fuisse. Serui autem illi opifices & operarii sæpe concursabant, & per vrbem, aut agros re aliqua amissa, aut vspíam relicta, consternati & quiritabundi vagabantur, quod illis versibus significare voluit poeta Lucilius. Tertullianus tamen in Apolog. Ancariam Asculanorum deam scribit fuisse, vt Ancarios putare possimus esse furiosos, ab illa dea errore immisso correptos. Nam vt de furioso loqui videtur Lucilius, posset & Ancarius intelligi, aliquis de familia Ancariæ sacra. Hæc ille.

Anceps,ancipitis,pen.corr. {ἀμφίδεξις} adiectiuum om.g.à capite deriuatum, ablatiuus est ancipite vel ancipiti. Pluraliter ancipites, & ancipitia,genitiuo ancipitium,& per syncopen ancipitum. Festus, Anceps significare videtur id quòd ex vtraque parte caput habeat,vt secures & bipennes. Sed magis à capiendo,quod ex vtraque parte æquè capiatur,appellatum est. Charisius libro 1,Ancipes veteres cum ratione dixerunt, ne genitiuo ancipitis duabus videretur syllabis crescere. Plaut.in Rudente,Act.4.scen.14,

Post altrinsecus est securicula ancipes.

¶Anceps,Acutum ex vtraque parte. Lucil.lib.29, Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines. Nonius. & Catull.epig.59.Argon.

Ancipiti mucrone.Lucret.lib.2.
Anceps securis.Ouid.8.Metamorph.
Ancipiti imagine: hoc est,Duplici forma.Ouid.1.Fast.De Iano,qui bifrons fuit.

¶Anceps, Duplex. Lucil.lib.29, Nemo hos ancipites ferro effringat cardines. Varro de Vita pop.Rom.lib.4,Anceps bellũ. Nonius.

Ancipites bestiæ, quæ Græcè amphibia dicuntur. Cicero lib.1.de Nat.deor

Nat.deor.Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes. Vide AMPHIBIVM.
¶ Anceps, Dubius. Virgil.5.Æneid.
At matres primò ancipites, oculisque malignis
Ambiguæ, spectare rates.
Causa anceps. Cic.2.de Orat.
Anceps & incertus. Cic. pro Marcel. Quum esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. Idem in Orat. Ancipites dicendi incertósque casus non extimescit.
Anceps & varius. Cic. ad Lucceium lib.5.epist.12. At viri sæpe excellentis ancipites variique casus habent admirationem.
Animus anceps. Liu.lib.4.bell.Pun.
Ancipites animos tenere. Lucan.lib 9.
Bonum. Seneca in Hippol. Anceps forma bonum mortalibus. Id est, Incertum: quia propter formam alij perierunt, alij gratiam & fauorem inuenerunt.
Casus. Plin.lib.28.cap.2.
Anceps belli casus. Lucan.lib.3.
Causa. Cic.2.de Orat.
Cibus, Dubius & periculosus: népe in cuius esu vita periclitatur. Plin.lib.22.cap.23. Voluptas tãta ancipitis cibi. De frugibus loquitur.
Contentio. Cic. pro lege Manil.
Cura anceps propter incertos exitus præliorum. Cic. ad Cassium, lib.12.10.& 1.Offic.
Ancipites disputationes, in quibus de vniuerso genere in vtranque partem differere copiosè licet. Cic.3.de Orat.
Formidine ancipiti. Virgil.3.Æneid. Ab effectu. reddit enim formido dubios & incertos.
Fortuna pugnæ. Virg.4.Æneid. & Stat.6.Theb.
Fortuna belli. Cic. pro Marcell.
Ancipites vario fauore. Lucan.lib.2.
Ancipites rerum lapsus. Claud.1.Paneg.19.
Marte ancipiti. Liu. Bellum ancipiti Marte gestum est. Id est, dubio vtrinque prælio: quia videlicet incertũ fuit vtra pars victrix esset.
Morbi ancipites. Plin.lib.7.cap.45.
Pauor. Valer.3.Argonaut. Ab effectu. reddit enim dubios & incertos pauor.
Prælium. Liu.3.bell.Punic.
Via. Id est, incerta, quæ scilicet huc vel illuc ducat. Cic. in Somnio Scipionis.
Ius Horat.2.Serm.satyr.5. Acron: Ius anceps. Id est, Controuersum vel obscurum: quod potest vtrique parti prodesse, pro ingenio interpretantis.
Vocabula ancipitia, quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt. Gellius lib.12.cap.9. Est plurifariam videre atque animaduertere in veteribus scriptis pleraque vocabula, quæ nunc sermonibus vulgi vnã certámque rem demonstrent, ita fuisse media & communia, vt significare & capere possent duas inter sese res contrarias. Ex quibus quædam satis nota sunt, vt tempestas, valetudo, facinus, dolus gratia, industria. Hæc enim ferè iam vulgatum est ancipitia esse, & vtraque versus dici posse.

ANCHACES. pen. prod. Nomen ducis in exercitu Persæ contra Æetem Colchorum regem, fratrem Persæ. Valer.6.Argonaut.
Doctus & Anchaces, patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

ANCHEMOLVS, pen. corr. (Ἀγχέμολος) Rhœti Marrubiorum regis filius fuit: qui cùm Casperiæ nouercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Seruius in illud 10. Æneidos,
Hinc Sthelenum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.

ANCHESITES, Ventus ab Anchisa portu Epiri spirans, cuius mentio est apud Halycarnasseũ. Cic.7.ad Att. Flauit ab Epiro lenissimus Anchesites. Anteà legebatur Anchemitis: sed sic restituit Turnebus.

ANCHESMVS (Ἀγχεσμός) Mons Atticæ, in quo est Iouis Anchesmij statua. Pausan. in Attica.

ANCHIALE (Ἀγχιάλη) Ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo lib.14. Post Zephyriũ (inquit) Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditã vult, Cydmi matre, à quo nomẽ vicino flumini. Ex Steph.

ANCHIALOS (Ἀγχίαλος) Vrbs Thraciæ, sita in intimo sinu, atque vbi pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul à magna Apollonia. Hæc Pompon. ¶ Est & Anchialos astrologi nomen, cuius meminit Cic.lib.2.de Diuinat.

Anchilops, opis, pen. corr. (ἀγχίλωψ) tumor est in maiore oculi angulo consurgens, atque humoris collectionem habẽs, curatu difficilis, antequam rumpatur. Dicitur autem ab ἀγχι, quod est Prope, & ὤψ oculus, quòd prope oculum fit. Gal.lib.de Finit.medic. qui illi adscriptus est, vt quidam putant.

ANCHIMOLVS (Ἀγχίμολος) Sophista apud Elidẽ fuit, aquæ potor, ac ficis modò solitus vesci, nec tamen alijs imbecillior habebatur. Ex Cæl.lib.6.cap.4.

ANCHISES, pen. prod. (Ἀγχίσης) filius Capis, pater Æneæ.
Anchisæ, Genitiuus. Virgil.5.Æneidos,
Ipsius Anchisæ longæui hoc munus habebis.
Anchisa, Vocatiuus. Virgil.3.Æneidos,
Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.
Anchisa, Ablatiuus. Virgil.6.Æneidos,
Anchisa generate, deûm certissima proles. Sibylla Æneam alloquitur.
Anchises Dardanius. Virgil.1.Æneid.
Magnanimus. Ouid.14.Metam.
Phryx. Ouid. in Epist.
Pius. Ouid.13 Metam.
Anchisæ magni animam vocabat. Virgil.8.Æneid.

Anchisæus, adiectiuum (Ἀγχισαῖος) Virg.5.Æneidos,
tumulóque sacerdos
Et lucus latè sacer additur Anchisæo.

Anchisiades, pen. corr. Patronymicum (Ἀγχισιάδης) Virg.8.Æneidos,
Æneas Anchisiades & fidus Achates.
Anchisiades magnanimus. Virgil.5.Æneid.
Anchisiade, Vocatiuus. Virgil.6.Æneidos,
Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit, &c.

Ancholia (ἀγχολία) vulgò dicta Viola cærulea. Ruellius Calathianam putat esse, lib.2.cap.129.

ANCHORA (Ἄγκυρα) Tectosagum, qui quondã Galatiæ parte, Phrygiæ maiorem versus, castellum erat. ¶ Alterum quoque fuit eiusdem nominis Lydiam versus, circa Blayrum Phrygiæ oppidũ. Strabo lib.12.

Anchora, pen corr. (ἄγκυρα) Dens ferreus, quo firmantur ac retinentur naues. Virgil.1.Æneid.
hic fessas non vincula naues
Vlla tenent, vnco non alligat anchora morsu. Vbi Seruius. Hoc nomen quum in Græco, vnde originẽ ducit, aspirationẽ non habeat, in Latino aspiratur, quod est contrarium: nam magis Græcorum est aspiratio. sed hoc in paucis nominibus inuenitur. MORSV autem de anchoris bene dixit, quum alio loco inueniamus 6. Æneid.
tum dente tenaci Anchora fundabat naues.
Anchoris solutis, de phaselo. Cic. Attic lib.1.8.
¶ Anchoræ, Vincula quibus antennæ tenẽtur. Lucilius, Armamentatamen, vel omnia sirupo: funis enim præcisus citò, atque anchora soluta. Nonius. Quo loco Turnebus his verbis. Anchoras in Nonio legimus vincula esse, &c. sed vel (vt apud Isidorum est) Anquina scribi debet, vt in Cinnæ versu, vel (vt suspicor) vtrobique Angina. Quia enim ille funis angit & adstringit, ideo (vt coniicio) Angina dicebatur. quod innuere videtur Isidorus, qui Funem interpretatur, quo antenna constringitur. Hæc ille.
Anchora figitur. Ouid.1.Metam.
Anchoras iacere ante portum. Vide IACIO.
Anchora de prora iacitur. Virgil.6.Æneid.
Anchora pacta litoribus. Ouid.2. epist.1.
Littoribus nostris anchora pacta tua est. Id est, Promissa. Pollicitus es te ad nostra littora renauigaturum.
Præcidere anchoras: Id est, Funes anchorarios. Cic.7.Ver.
Anchoræ sidunt. Plin.lib.6.cap.22.
In anchoris, vel Ad anchoras stare. Cæsar.
Soluere anchoram. Cic. ad Attic.1.
Anchoræ sublatæ sunt. Quintil.lib.4.cap.2.
Sublatis anchoris digressus. Cæsar.
Tollere anchoram. Cæsar 4.de bell.Gall.
Vellere. Liu. Decad 3.lib.2.

Anchorale, penult. prod. n.g. Funis cui alligata est anchora. Plin.lib.16. cap.8. Liu.7.bell.Maced.

Anchorarius, adiect. (ἀγκυρωτὸς) Quod ad anchoram pertinet, vt Anchorarij funes. Cæsar 2.bel.Ciuil.

Anchoralis, & hoc anchorale, pen. prod. (ἀγκυρωτικὸς) aliud adiectiuũ. Apuleius lib.vlt. Nauis absoluta strophijs anchoralibus, pelago redderetur.

ANCHORARIVS mons. Plin.lib.13.cap.15. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatissimã dedit cedrũ, iam exhaustus.

ANCHVRVS, Midæ filius, de quo sic Plutarchus in Parallelis cap.9. Circa Celænon Phrygiæ oppidũ terræ hiatus cum aqua domos complures ipsis cum mortalibus absorpsit in profundum. Midas, ex oraculo monitus vt res eò pretiosissimas conijceret, ita enim futurum vt terra coiret: auro & argento iniecto nihil opis attulit. Anchurus regis filius quum nihil in vita humana pretiosius anima secum ipse versasset, datis genitori complexibus & Timotheæ vxori, equum ascendit, inque hiantem locum concitato equo se coniecit. Postquam in vnum terra rediit, auream Iouis Idæi aram eo in loco dedicauit. Huius rei testis est Callisthenes 2.Metam.

Anchusa, pe.prod. (ἄγχουσα) Herba: de qua sic Plin.lib.22.cap.20. Et anchusæ radix in vsu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo, manúsq; inficit sanguineo colore: præparat lanas pretiosis coloribus. Anchusam hodie Gallia Orcanetam vocat, mulieribus non ignotam quæ colorem faciei natiuum fuco mentiuntur, quæque vernaculum genarum pallorem hoc infectu occulũt. Certè malas eleganti commendat purpurisso. Ruellius lib.3.cap.88.

Anchyle, es (ἀγκύλη) Passio est tendonum circa collum, vel articulos, qua functio impeditur. Galen.lib.de Finit.medic.

Ancile, ancilis, pen. prod. (ἀγκύλιον Plutarch.) Scutum breue. Virg.7. Æneid. Læuáq; ancile gerebat. Vbi Seruius. Ancile, Scutũ breue. Regnante Numa, cælo huiusmodi scutũ lapsum est: & data responsa sunt illic fore summã imperij vbi illud esset. Quod ne aliquãdo posset auferri, aut ab hoste agnosci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui & diẽ consecrarunt, quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autẽ hoc Ancile, & hæc Ancilia, pluraliter. Ancilorum verò vsurpauit Horat. Idem Seruius alio loco, Ancile autem dicitur aut quasi vndique circuncisum, aut quasi ἀμφίχειλον: Hoc est, Vndique labrũ habens. Hactenus Seruius. Varr.6.de Ling.Lat. Ancilia dicta ab ancisu, quòd ea arma ab vtraque parte, vt Thracum, incisa. Liu.1.ab Vrbe, Salios item duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæq; insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumen, cælestiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre.
Ancile gerebat læua. Virgil.7.Æneid.
Ancilia lapsa cælo. Virgil.8 Æneid.
Anciliorum oblitus. Horat.3.Carm.ode 5.
Arma ancilia. Vide in ARMA.

Ancilla (θεράπαινα, θεραπαινίς) mulier serua. Dictæ autem (inquit Festus) ancillæ ab Anco Martio rege, quòd is bello magnum fœminarum numerum ceperit. Siue ideo sic appellantur, quòd antiqui Anculare dicebant, pro Ministrare: ex quo dij quoque ac deæ quos ancillæ colunt, appellantur Anculi & Anculæ.
Mulier ancilla. Vide MVLIER.

ANDRICVS, pen. corr. {ἄνδρικος} Ciliciæ mons, Strab. lib. 14. ¶ Quo etiam nomine dictum est flumen quoddam eiusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. lib. 5. Apud Strabonem Andriclus legitur.

ANDRIMACHIDAE {Ἀνδριμαχίδαι} Populi sunt in Aphrica, apud quos per multa secula viguit vsus, vt virgines nupturas regi in primis offerrent, vt illarum pudicitiam ante solennia nuptiarum delibaret. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.

ANDRIVS, rij {ἄνδριος} Huius est, qui ex quadam Carisenæ montana regione, quæ Dardanicæ adiacet, influit in Scamandrum. Strab. lib. 13.

ANDROBIVS {Ἀνδρόβιος} Nobilis pictoris nomen, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin. lib. 35. cap. 11.

ANDROBVLVS, li {Ἀνδρόβουλος} Sculptoris nomen, Plinio lib. 34. cap. 8.

ANDROCLEVS {Ἀνδροκλεύς} Fuit Philosophus, Porphyrij discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, vt refert Volaterranus.

ANDROCLVS {Ἄνδροκλος} Nomen proprium filij Codri, Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. Strabo lib. 14.

ANDROCOPVS {Ἀνδρόκοπος} Nomen eius qui Lebedum condidit, loco quodam occupato nomine Arta. Strabo. lib. 14.

ANDROCYDES {Ἀνδροκύδης} Medicus fuit sapientia clarus, cuius extat epistola quædam ad Alexandrum magnum scripta, apud Plin. his verbis, Vinum potaturus, rex, memento te bibere sanguinem terræ: sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum. Plin. lib. 14. cap. 5. ¶ Fuit & hoc nomine pictor quidam nobilis, de quo idem Plin. lib. 35. cap. 9.

Androdamas, pen. corr. {ἀνδροδάμας} Lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus cotiſuccum reddit sanguineũ. Plin. lib. 36. cap. 20. ¶ Est præterea Androdamas gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet vt Adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo quòd impetus hominum & iracundias domet. Plin. lib. 37. cap. 10.

ANDRODAMVS, Rheginus, qui leges cõdidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, vt scribit Aristoteles.

Androdas. Annus sexagesimus tertius. Firmicus lib. 4. cap. 14, Septeni anni, et noueni, per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione, varijs hominem periculorum discriminibus semper afficiunt. vnde & sexagesimus tertius annus, quia vtriusque numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est. Nouies enim septem anni, sexaginta tres fiunt: & rursus septies nouem, simili modo sexaginta tres. Quia itaque vtriusque numeri cursus, in hoc anni æquata ratione concurrit, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septeni & noueni anni, qui hebdomatici à Græcis, atque enneatici appellãtur, grauia semper hominibus indicunt pericula, quid annus faciet sexagesimus tertius, qui vtriusque numeri multiplicatam, & inuicem sibi obligatam perficit summã? Hac igitur ex causa Androdas ab Ægyptiis dictus est, quòd omnem vitæ substantiam frangat, atque debilitet. Hæc Firmicus.

ANDRODVS, Dacus seruus, Romæ in circo maximo agnitus à leone, cuius pedem vulneratum aliquando curauerat in syluis. Eius historiam lectu dignissimam, vide apud Gell. lib. 5. cap. 14.

ANDROGEVS {Ἀνδρόγεως} præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarensibus per inuidiam occisus est, quòd palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepto à Minoe aduersus hos populos bello, primò Megarẽses subegit, deinde Athenienses sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Atheniensis Minotauro cœpit obijcere.

Androgeos, nominatiuus Græcus & Atticus, declinatur enim, ὁ ἀνδρόγεως, τοῦ ἀνδρόγεω, &c. Virgil. 2. Æneidos,

Primus se Danaûm magna comitante caterua
Androgeos offert nobis, &c.

Androgeo, genitiuus Atticus. Virgil. 6. Æneid.

In foribus, lethum Androgeo, &c.

Androgei, Genitiuus Latinus. Virgil. 2. Æneid.

-sic fatus: deinde comantem
Androgei galeam, clypeíque insigne decorum   Induitur.

Androgeona, Accusatiuus à nominatiuo Androgeon. Proper. 2. eleg. 1,

Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis. Vide MINOTAVRVS.

Androgeonæus, adiectiuum, penul. prod. {ἀνδρογεωναῖος} vt Androgeonæa cædes. Catul. 59. in Argonauticis,

Androgeonææ pœnas exoluere cædis.

Androgynus, penult. correpr. {ἀνδρόγυνος} Qui vtrunque habet sexum, fœminæ scilicet ac masculi. Cic. 1. de Diuinat. Quid ortus androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit? Plin. lib. 7. cap. 2, Androgynos esse vtriusque naturæ Calliphanes tradit. Gell. lib. 9. cap. 4, Gignuntur homines vtriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc verò in deliciis. Liu. 7. bel. Pun. Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos Androgynos vulgus, vt pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone appellat.

ANDROGYNI {Ἀνδρόγυνοι} Sunt populi in Aphrica supra Nasamonas, vt lib. 7. cap. 2. Plin. scribit, vtriusque naturæ, inter se vicibus coeuntes, dextera mamma his virilis, læua muliebris. Quidam Androgynæ scribunt.

Androlepsia, æ {ἀνδροληψία, ἀνδρόληψις Polluci} Personarum pigneratio est. Moris autem antiquissimi fuit, vt qui cædem perpetrassent, si cùm in externam vrbem profugissent, ad pœnam exposciti non dederentur iis ad quos facinus admissum pertinebat, ipsis vt permitteretur pignerandi potestas, quam androlepsiam, & neutro genere androlepsium Græci, Hermolaus Barbar. Clarigationem, Iuris interpretes Repressalia vocant. Ex Budæo.

ANDROMACHE, pen. corr. {Ἀνδρομάχη} Hectoris Troiani vxor, quæ à virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago.

Andromaches, Genitiuus. Virgil. 3. Æneid.

-& longum Andromaches testentur amorem.

ANDROMACHVS {Ἀνδρόμαχος} Adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Author Plutar. ¶ Fuit & Andromachus sophista, è Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore. Suidas.

Andromas {ἀνδρομας} vocare solent aurum illud quod appellant Democritij alcumistæ peculiatum. Hermol. in Plin. lib. 26. cap. 22.

ANDROMEDE, pen. cor. {Ἀνδρομέδη} Cephei & Cassiopes filia, à Perseo amata, & in vxorem ducta, quæ Mineruæ beneficio inter astra collocata dicitur, propter Persei virtutem, quòd eam ceto propositam à periculo liberarat. Oritur in parte Piscium duodecima.

Andromede Cepheia. Propert. lib. 1. eleg. 3.

Andromedes, Genitiuus. Horat. 3. Car. ode 29,

Iam clarus occultum Andromedes pater   Ostendit ignem.

Andromedæ, Genitiuus Latinus. Propert. lib. 3. eleg. 21,

Non hic Andromedæ resonant pro matre catenæ.

ANDROMON, nomen est eius qui Colophonem ædificauit.

Andron, andronos, pen. prod. masc. gen. {μεσότοιχον} Est (inquit Sipontinus) spatium illud quod est inter duos parietes in quod pluuia descendit. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17. ad Gallum, Tam alti, abditique secreti illa ratio, quòd interiacẽs andron parietem cubiculi hortíque distinguit, atque ita omnem sonum media inanitate consumit.

Andron {ἀνδρών} Locus domicilij appellatur angustior lõgitudine, in quo viri plurimum morabantur: vt τὸ γυναικεῖον ἀπὸ τῆς γυναικός. Hæc Festus. Vitruuius lib. 6. cap. 10, Inter hæc peristylia & hospitalia, itinera sunt, quæ Mesaulæ dicuntur, quòd inter duas aulas media sunt interposita. Nostri autem eas Andronas appellant. Sed hoc valde est mirandum. Græci enim ἀνδρῶνας appellant οἴκους, vbi conuiuia virilia solent esse, quòd eò mulieres non accedant. Hæc Vitruuius. Patauini hodie Viam arctiorem Andronem vocant.

ANDRON, Catanæus, vt scribit Theophrastus, tibiis incinens primus omniũ motiones corporis, & rhythmos excogitauit: vnde σικελίζειν, id est, Sicilissare, positum inuenias pro Saltare. Ex Cæl. lib. 5. cap. 4.

ANDRONICVS, penultima prod. {Ἀνδρόνικος} Rhodius, philosophus Peripateticus, cuius meminit Strabo. ¶ Fuit & alius Andronicus grammaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam fuit, vt refert Tranquillus. ¶ Andronicus item alius fuit historicus, qui Alexandri res scripsit, Author Volaterr. ¶ Fuit item Andronicus Liuij cognomen, poëtarum Latinorum vetustissimi, cuius vitam vide apud Crinitum.

Andronitis, penult. prod. andronitidis, fœm. ge. {ἀνδρωνῖτις} Locus in domo vbi soli viri solent versari. Vitruuius lib. 6. cap. 10, Hæc autem peristylia domus, andronitides dicuntur, quòd in his viri sine interpellationibus mulierum versantur.

Andronium, Medicamentum est vuæ, quæ in fine faucium nasci solet, curandæ vtile. Eius confectionem vide apud Celsum lib. 6 cap. 14.

ANDRONODORVS {Ἀνδρονόδωρος} Legislator fuit Chalcidensium, corũ qui in Thracia sunt. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

ANDROS {Ἄνδρος} insula vicina Samo, cum oppido eiusdem nominis, quæ Asiæ adiacet ex opposito ad Ephesum, de qua Ouid. lib. 12. Metamorphoseos,

Et totidem natis Andros fraterna petita est.   Hæc primò dicta fuit Cauros, postea Antandros. Hinc Andrius, adiectiuum. Nunc vulgò dicitur *Andra*, aliis *Andria*.

Adrosaces {ἀνδρόσακες} Herba est in maritimis Syriæ locis copiosissimè prouemiens, alba, carẽs foliis, foliculos in cirris habens, & in foliculis semen. Vide Plin. lib. 27 cap. 4.

Androsæmon {ἀνδρόσαιμον} Herba est similis hyperico, cauliculis tamen maioribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem. Vnde & nomen habet. Plin. lib. 26. cap. 5.

Androsphinx, androsphingis {ἀνδρόσφιγξ} Nomẽ ab homine & sphinge deductum, quod pro Admodum versipelli, cuiúsque ambages dissoluere ne perspicatiores quidem possint, sumitur. Budæus curiam sic appellauit, vt à qua se explicare nulli sit facilè.

Andruare. Id est, Recurrere, à Græco verbo ἀναδραμεῖν. Hinc & drua vocata est. Festus.

A N E

Anellus. Vide ANNVLVS.

ANEMO, fluuius est in octaua regione Italiæ, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

Anemone, anemones pen. prod. {ἀνεμώνη} Herba: de qua sic Plin. lib. 27. cap. 12, Othone in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonen vocauerunt.

Anemonen Nicander ex Adonidis cruore natam prodidit. Theocritus in Bucolicis lacrymis Veneris Adonidem lugentis prodiisse finxit, eíque dicauit epitaphium carmine hoc,

Quotque cruoris agit guttas hic cæsus Adonis,
Tot Venus effundit lacrymas: quæ singula flores
Cespite demittunt: lacrymæ pariunt Anemonen,
Sed cruor ille rosam creat.   Flos nunquam se aperit, nisi vento spirante, vnde & nomen accepit. Eius multæ sunt species. Ruellius lib. 2. cap. 107. & Cælius lib. 19. cap. 4. Vide PHENION.

ANEMOREA {Ἀνεμώρεια Homero} Oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt. Strab. lib. 9.

Anemosphoros {ἀνεμόσφορος} Herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine Bunion appellatur. Calepin.

ANEMOTIS Minerua {ἀνεμῶτις Ἀθηνᾶ} Id est, Ventosa, colebatur in ciuitate Methone, vbi & templum & simulacrum habuit, quod Diomedes dicasse fertur, vt Pausan. docet: dicta, quòd ibi dea molestum ventum sedarit. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22.

ANEMVRIVM, rij {ἀνεμούριον} Ciliciæ promontoriũ, vbi continẽs Crommyo Cypri promontorio appropinquat ad stadia CCCL. Strab. lib. 14.

ANEMYTAS {ἀνεμύτας} apud Tarentinos asinus erat qui ventis sacrificabatur. Etym.

Anerinastus {ἀνερίναστος} Incaprificatus, propriè de ficu, cui non adhibiti sunt ἐρινοί, hoc est, Caprifici fructus, vt ad maturitatem perueniat. Prouerbio dici solet in inutilem, & à quo nihil frugis expectandum sit. de quo Eras. in Chil.

Anethematici tripodes. Vide in Æthones tripodes.

Anethum, anethi, pen. prod. {ἄνηθον} Herba boni odoris. Plin. lib. 20. cap 18, Anethum quoque ructus mouet, & tormina sedat, aluum sistit.

Anethum beneolens. Virgil. eclog. 2,
Narcissum, & florem iungit beneolentis anethi.

ANETIS, Dea quædam in Armenia. Armeniis autem lex erat vt virgines in phano vetustissimo & sanctissimo Anetidis deæ prostituerentur: vbi ipsius statua ex solido auro sita erat, quam Antonius expilauit: quibus emeritis, cuiusuis præcipui hominis coniugium sortiri fas erat, nemine abnuente, aut tale coniugium detrectante. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.

Aneurisma {ἀνεύρυσμα} tumor arteriæ præclusæ, ex sanguine & spiritu caussam trahens. Fit autem cùm vulnerata arteria pellis non superinducitur, sed serpit iterum materia, ac redit eòdem. In lib. de fin. Galeni adscripto, hoc pacto definitur, ἀνεύρυσμα est venosi vasculi: hoc est, venæ dilatatio, aut spiritus materiæ per carnem dissipatio, quæ desiliens spargitur: solétque hæc consequi, vbi caro eum locum qui est circa præcisam arteriam non impleuit, sed vacuum reliquit. Gal. 1. Ther.

Aneurismus {ἀνευρυσμός} dilatatio quæ reseratis arteriis fit cute integra ac conglutinata, Gal. & Paulo teste.

Anexetastus {ἀνεξέταστος} Rationibus reddendis, siue subducendis solutus. Scæu. in l. 23. §. 2, D. de pecul. legat.

A N F

Anfractus, huius anfractus, masc. gen. vel Anfractum neutri {ἀνάκλασις, ἀνακαμπή} Sinuosus quidam reflexus: cuius figuram videmus in testis cochlearum, in cochlide, & ferè in arietum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37, Conuoluta (inquit) in anfractum cornua arietum generi. Varro 6. de Lingua Lat. Anfractum est ab origine flexum duplici: dictum ab ambitu & frangendo. Ab eo leges iubent in directo pedum VIII. esse: in anfracto XVI. id est, in flexu. Nonius Anfractum masculino genere dici putat: Neutro Accius Eurysace, Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta reuisam. Varro Parmenone, Cauo fonte vt quum irrigauit cauata aurium anfracta in syluam vocans.

Anfractus, Viarum flexus. Cæsar. bel. Gal. Oppidi murus ab planitie atque initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, MCC. passus aberat. Cic. 2. de Nat. deor. Quid enim pulchrius ea figura quæ sola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum? Loquitur de figura cæli, quæ sphærica est.

Anfractus annui. Cic. lib. 2. de Legib. Itaque vt ita cadat, in annuis anfractibus descriptum esto.

Curui. Claud. 5. Paneg.

Anfractus Solis. Cic. in Somnio Scip. Quum ætas tua septenos octies Solis anfractus reditúsque conuerterit.

Anfractus infinitos habere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Anfractu non longo circunscripta oratio, sed ad spiritum vocis apto. Cic. in Partit.

Circuitio & anfractus. Cic. de Diuin. Iam verò quid opus est circuitione & anfractu, vt sit vtendum interpretibus somniorum, potius quàm directo?

Anfractus iudiciorum. Cic. pro Cluentio, Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam à procellis inuidiarum, & huiuscemodi iudiciorum anfractu sequi maluisse.

¶ Anfractus, pro Circuitu Lucan. lib. 1,
Dúmque illi effusam longis anfractibus vrbem
Circumeunt. Loquitur de supplicatione in qua populus longo & reflexo ambitu vrbem circumibat.

Anfractus littorum flexuosus. Plin. lib. 3. cap. 1.

Mollis equi leuioris, hoc est, Circumactio & flexus equi modò hac, modò illac. Valer. 6. Argonaut.

Torti. Claudian. Paneg. 4.

Anfractu blando sinuosa littora. Valer. 2. Argonaut. Blando, id est, molli, nec difficili.

Anfractu opaco. Lucan. lib. 4. Id est, Flexu & circuitu vmbroso.

Anfractu riparum incuruus Helissos. Id est, Flexu. Stat. 4. Thebaid.

Immensi. Valer. 7. Argonaut.

Anfractus, adiectiuum {ἀνακαμπής} Circum fractus. Varr. lib. 6. de Ling. Lat. Vt signum cadens in pectore, quod est terrarum anfractarum visum.

A N G

Angaria, angariæ, penult. corrept. {ἀγγαρεία} Coactio, seruitus. Suid. indicat vocem esse Persicam: quòd apud illos regij nuntij ἄγγαροι dicerentur. Vnde & qui literas inuicem tradunt perferendas (nam certis itinerum spatiis mutabantur) ἄγγαροι dicuntur, quos eosdem ἀστάνδας appellant. Velocius ire credebantur nuntij huiusmodi, quàm sit gruum volatus. Deinde translata vox est ad quosuis, qui seruorum aut iumentorum ritu onera baiulant. Erasmus & Cælius. Budæus, Apud Persas erat ἀγγαρήιον δράμημα, cursus pernicissimus equitum, vt scribit Herodotus in octauo. Vnde nomen Angariæ & Parangariæ in libris iuris lectitatum manauit. Est enim nomē Persicum: nostrates, postas, quasi positos collocatósq; certis in locis & semper in procinctu excubantes appellant. Iacob. Micyll in med. syl. Angarum, lingua Persarum, seruum significare, & operarium scribit.

Angariarū exhibitio. l. Sunt munera. 11. D. de Vacat. & excusat. muner. Sunt munera, quæ rei propriè cohærent: de quibus neque liberi, neque ætas, neque merita militiæ, nec vllum aliud priuilegium iure tribuit excusationem: vt est prædiorum collatio, viæ sternendæ angariarúmve exhibitio, hospitis suscipiendi munus. Meminit & Cælius lib. 18. cap. 8.

Angariarum præstatio, & recipiendi hospitis necessitas & militibus, & liberalium artiū professoribus inter cætera remissa sunt. Paulus in l. 10. D. de Vacat. & excusat. muner.

Angario, angarias {ἀγγαρεύω} angariare, Adigere, compellere, cogere. Peregrinum est verbum. Vlpianus in l. Viæ sternendæ. D. de Priuil. veter. Nec à contributionibus quæ in possessionibus fiunt, veteranos esse excusatos palàm est. Sed & naues eorū angariari posse Ælio Firmo, & Antonino Claro veteranis rescriptum est.

ANGARIS, Mons est Idumææ, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

ANGELIA {ἀγγελία} Mercurij filia, vt apud Pindarum in quodam Olymp. hymno legitur, quod & interpretes notant. Vide Cælium lib. 18. cap. 6.

Angelica, radix vulgò herbariis nota, Laserpitium est Gallicum. Ruellius lib. 3. cap. 52.

Angelus {ἄγγελος} Græca dictio Latinè nuntium significat. Nos vtimur pro spiritibus bonis quos Deus ad sui ministerium creauit, eam ob caussam dicti angeli, quòd Deus ad bonos & pios eos mittere cōsueuit vt illos à malis & periculis conseruent.

Angelicus versus numeros & syllabam coarctat hexametro: vt Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas? Censorin. de Die natali, cap. vlt.

ANGERONA {ἀγγερώνα} silentij dea, cui sacrificabatur ad diem XII. Calend. Ianuarij, ore obligato obsignatóque simulacrum habebat. Plin. lib. 3. cap. 5. Angeroniam vocat Macrobius Saturnal. lib. 1. cap. 10, Diuæ (inquit) Angeroniæ pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciūt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quòd angores ac animorum solicitudines propitiata depellat. Masurius adiicit, simulacrū eius deæ ore obligato atque obsignato in ara Volupię propterea collocatum, quòd qui suos dolores anxietatésque dissimulant, perueniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Iulius Modestus, & Festus, Angeronæ deæ sacra à Romanis instituta fuisse dicūt, quum angina omne genus animalium consumeretur. cuius festa Angeronalia dicebantur.

Angina. Vide ANGO.

Angina, funis. Vide in Anchora, & Anquina.

Angiportus {στενωπός, στενωπόν} Priscianus, A portu compositum tam masculini quàm neutri generis inuenitur, & secundæ declinationis, hic Angiportus, & hoc Angiportum, his Angiportis. Sic Plinius secundus in primo artis grammaticæ. Terentius quoque in Adelphis 4. 2, Id quidem angiportum nō est peruium. Idem Phorm. Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum. Hactenus Priscianus libro 6.

Angiportus (inquit Festus) iter compendiarium in oppido, eo quòd sit angustus portus, id est, Aditus in portum. Varro 4. de Ling. Lat. Angiportum & id angustum, ab angendo & portu. Donatus in Adel. Terentij, 4. 2, Angiportum, id est angusta & curua via: quasi anguiportus: vt Angitia, aut anguitia. Alij, quòd inter portus sit locus angustus. Hoc est, Inter domos. Nam domos, vel portus, vel insulas veteres dixerunt. Cicer. 4. Verr. Vt omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. de Diuin. Ex horreis direptum effusúmque frumentum vias omnes angiportúsque constrauerat.

Angiportu. Horat. 1. Carm. ode 25,
Flebis in solo leuis angiportu.

ANGITIA {ἀγγιτία} Æetæ filia, & soror Medeæ, quæ prima Marsis remedia contra venena fertur ostendisse. Sillius lib. 8,
Æetæ prolem Angitiam mala gramina primam
Monstrauisse ferunt, tactúque domare venena.

ANGLIA {Βρεττανία} quæ Britānia ab eruditis dicitur: insula insignis in Oceano, quæ vndique à circunfuso mari complexa est, nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare abluit, Albion dicebatur. Hanc primùm Troës incoluerunt, qui Troia disiecta fugerunt excisam patriam, Palladísque oraculo classe in hanc insulam migrauerunt, atque gigantes tunc insulam tenentes, multis victos præliis expugnauerunt. Hanc postmodum longo temporum tractu, Saxones, qui sunt illustres Alemanniæ populi, oppressēre, agrósq; & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuisit. Atque vt linguæ pariter & gentis memoria in deuicta insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ductu victa est, Angliam tellurem illam vocauerunt. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulum, prædicent dictam. Situs ipsius est, vt contra aspectum Galliæ & Hispaniæ sita sit. Eius ambitus quadragies octies, & septuagintaquinque millibus passuum constat. De hac insula vide in Britonum historia, & in dictione BRITANNIA.

Ango {ἄγχω} angis, anxi, anctum in supino, teste Prisciano, quod exoleuit. Angere propriè significat Præfocare, siue strāgulare, vt author est Diomedes: vnde & Angina dicta est. Gell. lib. 1, Ea res animum eius anxit. Lucan. lib. 6, Nec inertibus angitur vndis.

Angunt oculos spongiarum stirpes præfractæ, & quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. Colum. lib. 11. cap. 3.

Ardeolæ in coitu anguntur. Plin. lib. 10. cap. 60.

¶ Angi (ἀδημονεῖν) per metaphoram, est Dolere, aut cura, aliáve animi ægritudine premi, torqueri, cruciari. Cic. Attic. lib. 1. 13, Multa sunt enim quæ me solicitant, angúntque. Sic 1. de Finibus. & de Senect.

Angere sese animi. Plaut. Epid. 7.

Angi aliqua re, vt animo, curis, &c. Cic. in epist. lib. 14. & de claris Orator. 4.

Angere aliquem incommodis. Plaut. Casin. 4.

Incommodis angi. Cicer. in Lælio, Suis autem incommodis grauiter angi, &c.

Angebatur ad impensas regis animus. Liu. 1. ab Vrbe.

Angi de re aliqua, id est, Ob, siue Propter. Cic. Att. lib. 2. 33.

Angor, angoris (ἀγωνία) Verbale. Cic. 4. Tuscul. Angor, est ægritudo premens. Festus. Angor, id est Animi vel corporis cruciatus propriè à Græco ἄγχω, id est strangulatione dictus. Vnde & faucium dolor, Angina vocatur. Cic. 1. de Fin. Sic robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Angor me afficit de. Lucret. lib. 3.
-nec iam de illis nos afficit angor.

Capere angorem. Cic. in Lælio, Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, &c.

Angoribus confici. Cic. 2. Philipp.

Angoribus sese dedere. Cic. 1. Offic.

Angoribus & molestiis implicatus. Cic. 5. Tuscul.

Angore se dissoluit animus. Lucret. lib. 3.

Angoris & doloris leuandi causa aliquid perscribere. Cicero lib. 6. epist.

Curam & angorem animi leuare sermone. Cic. Att. 1.

Ab angoribus vacuitas. Cic. 1. Offic.

¶ Angor, pro Angina. Plin. lib. 8. cap. 27, Pantheras perfricata carne aconito (venenum id est) barbari venantur. Occupat ilico fauces earum angor: quare Pardalianches id venenum appellauere quidam. Angor, id est, Angina.

Angina, anginæ, penultima producta (συνάγχη, κυνάγχη) genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac strangulantur: alio nomine Tonsillæ. Medicorum vulgus *Squinantiam* vocat, quum Hippocrates ac Galenus Synanchen appellarint. Plin. lib. 20. cap. 1, Illitum anginas & arterias cũ melle & oleo vetere sanat. Plaut. Trin. 8, Sues moriuntur angina acerrimé.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur. Festus.

Anginæ perunguntur intus palimpissa liquida Plin. lib. 24. cap. 7.

Ad anginas vtuntur herbarij polygono. Plin. lib. 27. cap. 12.

Anginas abolet menarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus. Plin. lib. 32. cap. 8.

Anginæ aduersatur pix. Plin. lib. 24. cap. 7.

Aduersus anginas succo præcipuo. Plin. lib. 24. cap. 19.

Anginam eximiè curari tradunt herba proserpinaca. Plinius libro 27. cap. 12.

Anginas discutiunt violæ ex aqua potæ. Plin. lib. 21. cap. 19. Sic lib. 23. cap. 2.

Angina si subitò finita est, in pulmonem id malum transit. Cels. lib. 2. cap. 7.

In angina gargarizatur laser. Plin. lib. 22 cap 23.

Anginam hebetant nuces iuglandes cum ruta & oleo. Plinius lib. 23. cap. 8.

Anginam efficacissimè illini tradũt hominis sanguine ex quacunque parte emisso. Plin. lib. 28. cap. 4.

Medetur anginis suum. Plin. lib. 25. cap. 5.

Pollet efficacissimè cõtra anginas herba quæ gignitur supra fimeta ruris. Plin. lib. 24. cap. 19.

Angina non periclitari toto anno vulgò audio, si quis pullum hirundinis ederit. Cels. lib. 4. cap. 4.

Prodest anginis omphacium. Plin. lib. 23. in præfat.

Contra anginas profuisse oxymeli calidum gargarizatum fatentur. Plin. lib. 23. cap. 2.

Salutaris est contra anginas herba quæ vocatur Britanica. Plinius lib. 25. cap. 3.

Suum anginas sanat peculiariter sideritis. Plin. lib. 26. cap. vltimo, ad finem.

Anginas sedat anisum cum melle & hyssopo ex aceto gargarizatum. Plin. lib. 20. cap. 17. Sic lib. 32. cap. 4.

Strangulari angina. Cels. lib. 2. cap. 10.

Anginis citissimè succurritur felle anserino cum elaterio & melle. Plin. lib. 30. cap. 4.

Præcipuè vtile est contra anginas misy. Plin. lib. 34. cap. 12.

Anginis vtilissimum est mel. Plin. lib. 22. cap. 24.

Angones (ἄγγωνες) Tela magnitudinis mediæ. De his sic Agathias apud Cæl. lib. 18. cap. 21, Francis (inquit) tela sunt, quæ angonas vocant ipsi, quibus res magnas vbi opus fuerit gerunt: eorum pars maior obducta ferro est: in parte superna, circa ferri aciem ipsam, recuruæ extant vtrinque tanquam hami, laminulæ quædam arcuatæ præacutæque, sed pronæ, ac in ima reclinatæ.

ANGRVS (Ἄγγρος) Fluuius est ex Illyricis, versus Boream fluens. Herod. lib. 4, Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planitie Triballiam interfluens, Brongum intrat: Brongus iste, Istrum.

Anguicula, Anguiculus, & Anguigena, Vide ANGVIS.

Anguilla, f. g. (ἔγχελυς) piscis: de quo sic Plin. lib. 9. cap. 51, Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt, nec alia est earum procreatio.

Anguillis crassius tergus quàm murænis. Plin. lib. 9. cap. 23.

Anguillis binæ pinnæ vice pedum. Plin. lib. 9 cap. 20.

Non fluitant anguillæ exanimes. Plin. lib. 9. cap. 21.

Pascuntur noctibus anguillæ. Plin. ibidem.

Anguillæ exemptæ aquis diutius viuunt. Plin lib. 9. cap. 57.

Anguilla est, elabitur. Plaut. Pseud. 11. Dictum per metaphoram.

Anguillarius, Adiectiuum: vt Anguillarius lacus, in quo aluntur anguillæ. Procul. in l. Rutilia Palla. D. de contrah. empt.

Anguis, huius anguis, (ὄφις) ab angue vel angui, tam masculini, quàm fœminini generis est. sæpius tamen masculini. Est autem serpentis genus vulgo notum.

De masculino: Plaut. Amphit. 17, Deuolãt angues iubati deorsum in impluuium duo. Virgil. 3. ecloga,
Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba. Seruius: Angues, aquarum sunt: Serpentes, terrarum: Dracones, templorum. Idem, Delubra ad summa dracones. Sed hæc significatio plerunque confunditur.

De fœminino: Varro Atacinus, Cuius vt aspexit torta caput angue reuinctum. Valerius Max. lib. 1. cap. 6, Subitò ab vna parte aræ prolapsam anguem prospexit: qua visa, &c. Corn. Tacit. Vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

Angue & angui. Stat. in 4, Angue ter excusso. Horat. 1. epist. 18,
Alter Mileti textam cane peius & angui
Vitabit chlamydem. Priscianus.

Aliger anguis. Valer. 1. Argonaut.
Ater. Ouid. 4. Metam.
Atrox. Stat. lib. 6.
Auidus. Ouid. in Ibin.
Cæruleus. Virgil. 4. Georgic.
Cristatus. Senec. in Herc. furente, 4.
Cristis præsignis. Ouid. 3. Metam.
Ferus. Ouidius 11. Metamorph.
Frigidus. Virgilius 3. ecloga.
Gorgonius. Ouidius 3. de Arte.
Intortus capillis Eumenidum. Horat. 2. Carm. ode 13.
Lethifer. Stat. 5. Thebaid.
Lubricus. Virgil. 5. Æneid.
Lucidus. Virg. 2. Georgic.
Maculosus. Virg. 3. Georgic.
Martius. Ouid. 3. Metam.
Minax. Stat. 4. Thebaid.
Purpureus. Claudian. in Ruff. 2.
Salutifer. Stat. 3. Sylu. 4.
Squalens. Sill. Ital. lib. 13.
Squameus. Virgil. 2. Georgic.
Terribilis. Ouid. 3. Amorum, eleg. 5.
Teter. Claudianus.
Tortus. Ouid. 2. Metam. & Virg. 3. Georg.
Toruus. Virgil. 6. Æneid.
Trux. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.
Tumidus. Ouid. 5. Trist.
Venenatus. Ouid. in Ibin.
Venenosus. Ouid. in Philomela.
Viridis. Claudianus.

Anguis abundat spumato. Papinius,
-quóque anguis abundat Spumato. De salsus anguiũ Æsculapij intelligendum, qui lingendo ægros sanabant sua spuma. Meminit Aristophanes. Turneb.

Emersit anguis ab infima ara. Cic. 1. de Diuinat.

Angues senectutem exuunt, eámque protinus deuorant. Plin. lib. 8. cap. 31.

Anguium senecta (γῆρας ὄφεως) Est anguium sese verno tempore expoliantium pellis & exuuium. Diosc. libro 2. cap. 17, Senectus anguium (inquit) in vino decocta, dolori aurium, infusa: & dentium, collutione, auxilio est. De hac disserit Arist. lib. 8. de histor. animal. cap. 17. & Galen. lib. 11. Simplic.

Anguis squamæ obtorpentes. Plin. lib. 8. cap. 27.

Anguis hiberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidúsque vernat. Plin. lib. 8. cap. 27.

Anguis hiberna latebra visus obscuratus. Plin. lib. 8. cap. 27.

Anguiculus, pen. corr. (ὀφίδιον) diminutiuum ab angue. Cic. 5. de Finib. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguicula, Græcè ὄφις dicta, ornamentum iunctarum manuum apud Pollucem lib. 5. cap. 16. Vide OPHIS.

Anguifer, penult. prod. (ὀφιοῦχος) Sidus est cæleste: de quo sic Columel. lib. 11. cap. 2, Anguifer qui à Græcis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit, tempestatem significat.

Anguifera domus. Stat. 2. Sylu. 2.

Anguifera cauda Cerberi. Seneca in Herc. furente, 9.

Anguifera Lerna. Stat. 2. Sylu. 1.

Anguigena, anguigenæ, penult. corr. (ὀφιογενής) Ouid. 3. Metam.
Quis furor anguigenæ, proles Mauortia, vestras
Attollit mentes? Id est, Aufert. Verba sunt Penthei conantis deterrere Thebanos à sacrificiis Bacchi celebrandis. Thebanos autem vocat Anguigenas, & prolem Mauortiam, quòd à draconis dentibus, qui in tutela Martis erat, originem ducant. vt lib. 7. Metamor. fabulatur Ouid.

ANGVIGENAE (ὀφιογενεῖς) Populi quidam non procul ab agro Priapensi, quos antiqui finxerunt cognationem quandam cum serpentibus habere. Proditum enim est mares serpentum morsibus remedio esse, si eos continuò attigerint, quemadmodum incantatores, ac primò liuorem transferre, postea tumorem ac dolorem sedare. De his plura apud Strab. lib. 13.

Anguineus, adiectiuum, (ὄφειος) vt, Pellis anguinea.

Anguineus cucumer, dicitur à Columella lib. 2. cap. 9. 8. Id est, Oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Erraticus Plinio dicitur, lib. 20. cap. 2.

Anguineæ comæ Medusæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.

Capillus Eumenidum. Catul. in Argonaut.

Anguinus, penult. prod. (ὄφειος) aliud adiectiuum: vt, Anguina ceruix. Cic. 2. de Diuinat.

Anguina vernatio, pro Pelle quam verno tempore angues exuũt. Plinius libro 30. cap. 3.

Anguinum, substantiuum. Plin. lib. 29. cap. 3, Angues innumeri æstate conuoluti, saliuis faucium corporúmque spumis, artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

Anguimanus, penult. corr. (ὀφιόχειρ) Anguimani vocati sunt elephantes: quia proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partem anguium more, facilè flectitur & vertitur. Lucret. lib. 5,
Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas. Idem lib. 2,
Sicuti quadrupedum cum primis esse videmus
In genere anguimanos elephantos.

Anguipedes, penultima correpta (ὀφιόποδες) à poetis dicti sunt gigan-

tes, quasi loripedes: propterea quòd pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues sese tortuosos faciunt. Ouid.lib.1.Metam.

Anguitenens, penult.corr. huius anguitenentis { ὀφιοῦχος } Sidus cæleste, quod & Anguifer dicitur. Cic.2.de Nat.deor. Atque hæc quidem à tergo: propter caput autem anguitenens,

Quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graij:
Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

ANGVITIA, Vide ANGITIA.

Angulus, pen.corr. { γωνία } Est magnitudo in communi sectione terminorum: vt superficiarius in communi sectione linearum quibus terminatur: vt solidus, in cõmuni sectione superficierum quibus terminatur. Vide Euclidem 8.def. & 11.d. 11. Angulus dictus est (ait Varro lib.1.de Lingua Lat) quòd in eo locus angustissimus sit cuius loci is est angulus. Vel dicitur ab eo quod est ἐγγὺς, id est propè: quia ex diuerso coacta, faciunt anguli formam. Festus.

Angulum mihi aliquem eligas prouinciæ, reconditum ac derelictum. Cic.5.Verr.& in Catilinam, 2.

Deuius angulus. Claudian.in Paneg.2, -quis deuius esset
Angulus, aut regio, quę non pro numine vultus Dilectos coleret.

Extremus. Ouid.13.Metam.

Intimus. Horat.1.Carm.ode 9.

Obtusus. Lucret.lib.4.

Angulis nihil incisum habens figura. Cic.2.de Nat.deo.

Ad omnes literarum angulos aliquem reuocare. Cic. pro Cæcin.

Anguli oculorum bini sunt, vni ad nares: alteri ad tempora pertingunt. Ex Plin.lib.11.cap.37.

Angellus, diminutiuum { γωνίδιον } Paruulus angulus. Lucret.lib.2, -angellis paulùm prostantibus. Quidam legunt Angúlis, u producto. Alij angululis quadrisyllabum.

Angularis, penultima producta, adiectiuum { γωνιαῖος } Est quod vndique angulos habet, cuiusmodi est forma quadrata, aut triangularis. Cato cap.14, Pilas ex lapide angulari. Id est, Quadrato, vt existimat Budæus.

Angulares ordines. Colum. lib.5. cap.3, extremos ordines, quos vocant angulares. De mensura agrorum loquitur.

Angularius, rij, adiectiuum, pro Angularis: Id est, Quadratus, vel triangularis. Procul.in l.69.D.de contrah.empt. Rutilia Polla emit lacum Sabatenem angularium, & circa eum pedes decem.

Angulatus, penult.prod. { γωνιωτός } aliud adiectiuum pro eodem. Cic. 1.de Nat.deor. Esse corpuscula quędã læuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angulosus, penult.prod. { γωνιώδης } aliud item adiectiuum: Id est, Plurimos habens angulos. Plin. lib.37. cap.12, Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea clypeidos, & rotunda, angulosis minima gratia.

Angulosa hederæ folia rotundantur. Plin.lib.16.cap.23.

Angulosi recessus maris Ægæi. Plin.lib.4.cap.4.

Angulosus vrbis procursus. Plin.lib.5.cap.10.

Angustus, adiectiuum { στενός } ab Angulus, inquit Sipontinus: Hoc est, Arctus, quòd anguli semper coarctentur: siue (quod impropriè dicitur) strictus. Vt, Angusta domus, Cic.1.de Finib.

Angustioribus foliis herbæ. Plin.lib.13.cap.21.

¶ Angustum & latum, contraria. Cic.4. Acad.

Angusti aditus. Virg.4.Georgic.

¶ Animi angusti & parui est, amare diuitias. Cic.de Amicitia.

Animi angusti & demissi est, triumphi honorem contemnere. Cic. in Pisonem.

Aqua angusta. Ouid.3.de Trist.eleg.10.

Angustus clauus, Equestris ordinis erat: vt latus clauus Senatorij: quod sic confirmat Lampridius, Tum satis esse constituit, vt Equites Romani à Senatoribus claui qualitate discernerentur. Addam & Paterculi testimonium de Mecœnate, qui in Equestri ordine semper mansit, sic scribentis, Quippe vixit angusto clauo pene cõtentus, nec maiora consequi non potuit, sed non tam optauit.

Dies angusta. Stat.1.Thebaid.

Differentia angusta. Plin.lib.21.cap.5.

Disputationibus angustis & concisis illigari. Cic.2.de Orat.

Fauces angustissimæ. Cæs.1.bel.Ciuil.

Habenis angustis equum compescere. Tibull.1.eleg.4.

Angustis interrogatiunculis pungere. Cic.4.de Finib.

Littus angustum. Virgil.3.Æneid.

Mensa. Sen.in Thyeste, 5, Totúsque mensa capitur angusta cibus.

Nox. Ouid.3.Amorum, eleg.6.

Odoris angusti rosa. Plin.lib.21.cap.4.

Oratio angusta. Vide COLLATO.

Pauperies angusta. Horat.3.Carm.ode 2,
Angustam, amice, pauperiem pati
Robustus acri militia puer Condiscat.

Pace angusta frui. Ouid.2.de Ponto, eleg.5.

Pectore angusto ingentes animos versant apes, ait Virg.4.Georg.

Rebus angustis animosus atque
Fortis appare. Horat.2.Carm.ode 10.

Saxum angustius. Lucan.lib.8.

Semitæ angustissimæ. Cic.de lege Agrar.

Temporis angusti mansit concordia discors. Lucan.lib.1.

Angustissimum vmbræ imum. Plin.lib.2.cap.11.

Noxa in angusto. Cels.lib.8.cap.4.

¶ In angustum adducere. Cic.de Amicit. Contracta res & adducta in angustum.

In angustum claudi. Ouid.13.Metam.

In paruum & angustum locum concludi. Cic.1.Offic.

Contrahere, in angustúmque concludere perturbationes animi. Cic.4.Acad.

In angustũ oppidò nunc meæ coguntur copię. Terent.Heaut.4.2.

In angustam subtilitatem tenuari venas, adeò vt sanguis penetrare non possit, tradit Plin.lib.11.cap.37.

In angustum venire. Cic.pro Planco.

In angusto esse. Celsus lib.8. cap.4, Si in angusto noxa est, duo: si latius patet, tria.

¶ Angusta viarum. Virg.2.Æneid. Vbi Seruius, Angusta viarum, vicos angustos: vt est, Et strata viarum. Tacit. lib. 20, Qui pontes & viarum angusta insiderent.

¶ Angustus, pro Paupere, vt Legatarius angustus, in l.penult.D.de Vsu & habitation.

Angustè, aduerbium, Arctè: siue (vt ita dicam) Strictè. vt Angustè sedere, apud Ciceronem.

Angustius diffunduntur radices. Hoc est, Minus latè diffundũtur. Varro 1.de Re rust.cap.37.

¶ Angustè vti aliqua re. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Angustè scriptum. Id est, Tenuiter, arctè, exiliter: cui cõtraria sunt, Latè, diffusè, copiosè. Cic.pro Muræna.

Breuius & angustius concludere: Cui contrarium est, Vberius & fusius disputare. Cic.2.de Nat.deor.

Angustè & exiliter dicere, est Atticorum. Cic.de Claris Orat.

Pressè & angustè rem definire. Cic.in Orat.

Angustius pabulari, Est minus habere spatij locorum ad pabulandum: veluti quum milites ita premuntur ab hostibus, vt latè pabulatum ire non liceat. Cæsar 1.bel.Ciuil.

Vt angustissimè Pompeium cõtineret. Id est, Vt eum premeret atque arctaret intra angustos limites. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Angusticlauius, Dignitatis nomen Equestri ordini conueniens: vt Laticlauius Senator dicebatur. Hinc patrem suum tribunum angusticlauium fuisse Othoniano bello Suetonius dicit, quanuis magno errore illo in loco legatur Augusti clauium fuisse. Vide suprà Angustus clauus. Vide & Turnebum in Aduersariis.

Angusto, angustas { στενόω } angustare, Angustum seu arctum facere. Lucan. lib.5, Quà maris angustat fauces saxosa Carystos. Sic Lucretius lib.4. Senec.in Consolatione ad Albinum. Si desiderabit seruorum turbam, quæ domum quanuis magnam angustet.

Angustans { στενῶν } Angustatus, & Angustandus, Participia. Catul. Argonaut. Cuius iter cæsis angustãs corporum aceruis. Cic.in Somnio Scipionis. Omnis enim terra quæ colitur à vobis, angustata verticibus, lateribus, latior. Plin.lib.17.cap.8, Puteis ore angustatis. Senec. de Tranquil.vitæ, lib.1.cap.8, Angustanda certè patrimonia sunt, vt minus ad iniurias fortunæ simus expositi.

Angustia, angustiæ { στενότης, στενοχωρία } siue potius Angustiæ, angustiarum, Sunt loca adeò angusta & difficilia, vt vix transiri queant: quales sunt viæ in quibusdam montibus. Cæsar 5.belli Gall. Tamen angustiis viarum quammaximè potest, contrahit.

Angustiæ locorum. Vlp. l.2. §. vlt. D. Quemad.testam.aperiant.

¶ Angustia orationis. Cic.2.de Natura deor. Angustia autem conclusæ orationis non facilè se ipsa tutatur.

¶ Angustiæ ærarij, Quũ pauca admodum pecunia esset in ærario. Cic.De lege Agraria. Sic, Angustiæ pecuniæ publicæ, Idem ad Cornificium, lib.12. 29.

Rei familiaris angustia. Cic.in Part.

Ex suis angustiis, alterius sustentare tenuitatem. Cic.ad Tironem, lib.16.epist.

¶ Pectoris angustiæ. Cic. in Pisonem, Magnũ nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas Consulis: non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit leuitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenij sustinet, non insolentia rerum secundarum tãtam personam, tam grauem, tam seueram.

Angustiæ & fauces. Cic. De lege Agraria, In angustiis atque faucibus Græciæ Corinthus est posita.

¶ Angustię temporum, Vbi difficilia, & quasi maligna sunt tẽpora aut propter bella, aut famem & rerum penuriam, aliudve incommodorum genus. Cic.1. de Orat. Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris. Idem 3. Verr. Diem præstituit operi faciundo Calend. Decemb. locat circiter Idus Septemb. angustiis temporis excluduntur omnes. Hoc ad temporis breuitatem referendum.

Angustia temporis, dicitur etiam singulariter. Paul.in l.Nõ enim. D.ex quib.caus.maior.

Verborum angustiæ. Cicero pro Cæcinna, Et me ex hoc (vt ita dicam) campo æquitatis, ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos reuocas.

¶ Angustiæ etiam dicuntur, quũ quis tantis difficultatibus premitur, vt nesciat quò se vertere debeat. Cic.de Fato, Angustiis vrgeri.

Adductus in summas angustias. Cic.pro Quintio.

Angustitas, penult.corr. { στενότης } vetustum nomen pro Angustiis. Accius Alphesibœa, Sed angustitatẽ inclusam ac saxis squalidam. Idem in Pæona, Saxum id facit angustitatem. Nonius.

A N H

Anhelo, anhelas, penult.prod. { ἀσθμαίνω, ἰσθμαίνω } anhelare, Ex AM & HALO compositum, m in n mutata. Est quum ex cursu, aut alio quouis labore vehementi, crebris quasi singultibus spiratur ac respiratur. Columel.lib.2. cap.3, Sed antè ad præsepia boues relegari non expedit, quàm sudare atque anhelare desierint. Ouidius libro 1. de Remedio amoris, Principio cliui noster anhelat equus.

Anhelare, pro Emittere. Cic.2.de Nat.deor.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans. De Capricorno loquitur.

Amnis anhelat vapore. Plin.lib.5.cap.9, Phialam appellari fontem eius, mergíque in cuniculos ipsum amnem, vapore anhelantem fumidis cautibus vbi conditur.

Anhelans campus. Stat.11. Thebaid.

-& anhelantem cælesti sulphure campum. Hoc est, Odoris vaporem sulphurei exhalantem post vibratum è cælo fulmen.

Anhelare prælium, hoc est, Anhelitum ducere frequentiorem præ lassitudine contracta in prælio. Stat. Thebaid.lib.11.2.de Ioue,

-Phlegræ

-Phlegræ seu fessus anheles

Prælia,& Encelado fumantem impresserit Ætnam.

¶ Anhelare scelus,per translationem.Cic.in Catilin. Tandem aliquando,Quirites,Catilinam furentem audacia,scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem,&c.Hoc est ad scelus omni conatu aspirantem. Author ad Herenn.lib.4.circa finem,Anhelans ex infimo pectore crudelitatem.

Anhelatus,Participium.Ouid.12.epist.

Isset anhelatos non præmedicatus ad ignes.

Anhelata verba.Cic.3.de Orat.Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius,nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius.

Anhelator,Verbale {ἀσθματικός} Suspiriosus:quod vitium consistit in spirandi difficultate.Plin.lib.22.cap.23. Anhelatoribus, & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

Anhelatio {ἆσθμα} Verbale similiter. Spirandi difficultas. Plin. lib.21. cap.21,Prodest & orthopnoicis,& anhelationi. Idem lib.23.ca.1,Anhelationibus,luxatis,in succida lana impositum.

Anhelitus,huius anhelitus, m.g.penul.corr. {ἆσθμα} Ipse spiritus anxiè actus.

Æger anhelitus. Virgil.5.Æneid.

-vastos quatit æger anhelitus artus.

Aridus.Ouid.10.Metam.

Aridus à lasso veniebat anhelitus ore.

Creber.Virgil.5.Æneid.

-tum creber anhelitus artus Aridáque ora quatit.

Sublimis.Horat.1.Carm.ode 15,Sublimi fugies mollis anhelitu.

Captare anhelitum.Ouid.4.Metam.

Mouere anhelitus. Cicero 1. Offic. Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates : quæ quum fiunt, anhelitus mouentur, vultus mutantur.

Recipere anhelitum.Plaut.Epid.5.

Reddere & recipere anhelitū. Plin.lib 9.cap.7,Nec piscium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant.

¶ Anhelitus terrarū,Spiritus vehemēter impulsus. Cic.1.de Diuin. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum,quibus inflatæ mentes,oracula funderent.

Anhelitus vini, Spiritus fœtidus, crebrò eructatus ex nimia vini potatione.Cic.Post reditum in Senatu, Non te illius vnguētorum odor,non vini anhelitus,non frons calamistri notata vestigiis,in eam cognitionem adducebat?

Anhelus , adiectiuum , penultima prod. {ἀσθματικός} Quicquid anhelat. Virgil.2.Georg.Et senibus medicantur anhelis:Id est,suspiriosis. Idem lib.12,Martis anheli:Id est,Belli, quod anhelos siue anhelantes facit. Idem 1. Georg. Vbi primus equis oriens afflauit anhelis. Vbi Seruius,Anhelis,Cursu anhelantibus.

Febres anhelæ.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.

Anhela sitis.Lucret.lib.4.

Tussis anhela ægros quatit sues. Virgil.3.Georgic.

ANI

ANIA {Ἀνία} Romana mulier,quam quum propinquus moneret vt alteri viro nuberet:esse enim ei & ætatem integram,& faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit, Si enim virum bonum inuenero vt antè habui, nolo timere ne perdam : Si malum, quid necesse est post bonum pessimum sustinere?

Aniatrologetos {ἀνιατρολόγητος} Dicitur rationis medicæ imperitus. Vitruuius,Neque verò debet,nec potest architectus esse grāmaticus velut Aristarchus, sed non agrāmatos : nec musicus vt Aristoxenus, sed non amusos:nec pictor vt Apelles,sed graphidos non imperitus: nec plastes quemadmodum Myrō seu Polycletus,sed rationis plasticæ non ignarus : nec denuò medicus vt Hippocrates , sed non aniatrologetos : nec in cæteris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus. Ex Budæo.

Anicetum,ti,penult.prod.Vide ANISVM.

ANICHIA {Ἀνιχία} oppidum est Græciæ iuxta Cephisum amnem.Plin. lib.4.cap.7.

Aniciana,inter pyrorum genera reponuntur.Vide Colum.lib.5.cap. 10.& Caton.cap.7.

Anicula,Anicularis,Vide ANVS.

ANIEN.Vide ANIO.

Aniensis tribus.Cic.pro Planc.Vide TRIBVS.

Anienus deus,qui Anieni præest,vt Tiberinus qui Tiberi. Papin.

Ipsis ille antris Anienus fonte relicto

Nocte subarcana glaucos exutus amictus. Sic enim legendum censet Turnebus,non Anieni,neque Anien.

ANIGRIADES nymphæ {Ἀνιγριάδες νύμφαι} Ab Anigro flumine nuncupatæ, teste Strabone & Pausan. in Ele. Anigriadum nympharum in Samico specus fuit,haud procul à flumine Anigro, in quem ingressi vitiliginibus laborantes,huiuscemodíque cęteris morbis,si nymphis his sacra spopondissent, Anigrúmque fluuium innatassent, sanabantur. De his plura apud Pausan.

ANIGRVS {Ἄνιγρος} Fluuius Thessaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati lauerunt vulnera sua. quamobrem quum primò habuisset aquas dulces atque potabiles , habuit postea fœtidas atque turpes. Ouid.15.Metam.

Anilis,Anilitas,Aniliter,Vide ANVS.

Anima,penult.corr. {ψυχή,πνεῦμα} vt ait Nonius , est secundum consuetudinem,spiritus quo viuimus.Virgil.4.Georgic. -animásque in vulnera ponunt. Idem Nonius alio loco, Animus,est quo sapimus: Anima,qua viuimus. Accius Epigone,Sapimus animo,fruimur anima:sine animo anima est debilis. Cicero 1. Tuscul. Animum autem alij animam , vt ferè nostri declarant nominari. nam & Agere animam,& Efflare dicimus:& Animosos, & Benè animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem Animus ab Anima dictus est.

Anima, dicta est à nomine Græco ἄνεμος , id est Ventus. Putabant enim nonnulli veteres animū nihil aliud esse quàm ventū. Lambin.

Animai,pro Animæ,Antiqua diæresis,frequens Lucretio.

Anima dum ægroto est,spes esse dicitur.Cic.Att.lib.9.

Anima purpurea.Virgil.9.Æn.Purpureā vomit ille animam. Vbi Seruius,Purpuream,secundū eos qui animā dicunt esse sanguinem.

Recens:Id est,Quæ nūc primùm exit è corpore.Ouid.15.Metam.

Curuæ animæ.Persius sat.2,

O curuæ in terras animæ,& cælestium inanes!

Viuax anima,Quę difficulter è corpore discedit.Ouid.12.Metam.

¶ Anima pro Vita vt plurimum accipitur.Iuuenal. Summum crede nephas animam præferre pudori. de testibus loquitur. Sallust. in Catil.Denique quid reliqui habemus præter miseram animam?

Animam absumere letho.Virg.3.Æneid.

Animam hanc accipite.Virgil 4.Æneid.

Adimere alicui animam,pro Occidere.Plaut.Mil.10.

Agere,pro Mori.Cælius Ciceroni,lib.8.13.

Amittere,Mori.Author ad Herenn.lib.4.

Anima auellitur infans.Stat.5.Sylu.5.

Auferre animam alicui.Occidere. Virg.8.Æneid.lib.9.

Carere anima. Quintil.lib.1.cap.3.

Carent morte animæ.Ouid.15.Metam.

Clausit animā dolor.Lucan.lib.8. Hoc est, Interclusit anhelitum.

Claudere animam laqueo.Ouid.7.Metam. Hoc est,Strangulare.

Colligere in orbes æternos.Lucan.lib.9.

Concedere alicui,Sinere eum viuere.Ouid.5.Metam.

Condere sepulcro.Virgil.3.Æneid.

Non credere animam vni morti.Lucan.lib.3.Hoc est,Nō esse contentum vno genere mortis. Gladio enim transfixus in mare etiam se præcipitem dedit.

Dare.Virgil.4.Georgic.

Diffunditur anima è corpore dissoluto, quemadmodum humor è vase quassato.Lucret.lib.3.

Anima dimissa,corpus caret vndique sensu, Lucret.lib.3.

Diuisitque animam.Lucan.lib.3.

Ducere de cælo.Cic.pro Sex.Roscio.

Edere.Cic.pro Sextio.

Efflare.Cic.pro Milone.

Effringere.Seneca in Hercule OEtheō 11.

Effundere.Virgil.1.Æneid.

Elidere.Ouid.12.Metam.

Eripere alicui.Ouid.6.Metam.

Exhalare.Ouid 6 Metam.

Expellere.Ouid.ibidem.

Expirare.Ouid.5.Metam.

Exprimere.Seneca in OEdipo,4.

Extinguere alicui.Terent.Adelph.3.2.

Exturbare.Ouid 15.Metam.

Exuere.Ouid.ibidem. Ferire.Lucret.lib.5.

Finire.Ouid.7.Metam.

Fundere.Lucret.3.

Inspirare animam dicitur Deus.Lucan.lib.7.

Interclusa anima,creditus est mortalitatem expleuisse. Curt.lib.5. in fine,de Tiberio.

Linquebant dulces animas.Virg.3.Æneid.

Mittere,pro Mori.Lucret.lib.6.

Animas sub tartara mittere.Virgil.4.Æneid.

Animas cum corporibus nasci,& item cum corporibus extingui, putabant Epicurei.Lactant.de Opific.Dei,cap.4.

Negotiantur medici animas nostras.Cato apud Plin.lib.29.cap.1, Nec dubium est,omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari.

Obiectare periclis.Virgil.12.Æneid.

Profundere per vulnera.Ouid.epist.22.

Proiicere.Virgil.3.Georg.

Reddere animas ademptas dicitur Æsculapius : Id est,Vitæ restituere.Ouid.2.Metam. Tacit.lib.14.

Animam relinquā potius,quàm illas deseram.Terent. Adelph.3 4.

Resumere.Senec.in Herc OEtheo,1.

Seducere artus ab anima dicitur mors.Virg.4.Æneid.

Singultare animam.Stat 5.Thebaid.

-positíque parrum super ora gementum

Semineces pueri,trepidas in limine vitæ Singultant animas.

Spoliare ferro animam.Sil.lib.13.

Subducere morti.Ouid.1.Trist.eleg.3.

Tradere funeri.Senec.in Troade,5.

Trahere.Tacit.lib.1,Méq; precariā animā inter infensos trahere.

¶ Animam debet.Terent.Phorm.4.3, Quid si animā debet? Donatus prouerbium esse admonet de eo qui immodicò ære alieno tenetur , vt plus quàm omnes facultates debeat , ac denique seipsum debeat. Sic Erasmus.

¶ Animæ. num.plur.Id est,homines. Cic. Terentiæ & filiæ, lib.14, Vos meæ charissimæ animæ quam sæpissimè ad me scribite. Hor.sat. 5.lib.1, -animæ, quales,neque candidiores

Terra tulit,&c. Sic loquuntur Græci, ψυχή. Lambinus.

¶ Animæ meæ pars,siue Animæ meæ dimidium. Sic dicimus de illis quos priuato quodam & singulari amore prosequimur.Horat.2. Carm.ode 17,ad Mecœnatem,

Ah,te meæ si partem animæ rapit

Maturior vis,quid moror altera?

¶ Anima,Halitus oris,siue spiritus. Virgil.2.Georg.

-animas & olentia Medi

Ora fouent illo,& senibus medicantur anhelis. Plaut.Asin.16,An fœtet anima vxori tuæ? Terent.Phorm.5.6, Animam compressi, aurem admoui.

Animam puram conseruare. Cicero 5.Verr. Quæ non modò animum integrum,sed ne animam quidem puram conseruare potuisset. Notat anhelitum Verris fuisse putidum.

Spiritus & Anima. Cic.1.de Orat. Deinde quum ſpiritus eius eſſet anguſtior, tantum continenda anima eſt aſſequutus, vt, &c.

Interclusio animæ, atque anguſtiæ ſpiritus attulerūt clauſulas, atque interpuncta verborum. Cic.3.de Orat.

Attrahens atque reddēs animā pulmo ſpirādi officina. Plin.lib.11.

¶ Animā tenere, Spiritum cōtinere. *Retenir ſon haleine.* Ouid.1.Faſt.

Surgit amans: animamque tenens, veſtigia furtim
Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.

¶ Anima putei, pro Aqua. Plaut. Amph.8, Ni ego illi puteo, ſi occœpſo, animam omnem intertraxero. Fortaſſe pro Halitu & vapore prodeunte ex puteo. Nam ſi pro Aqua, Plautinum certè, & nimis durè figuratum eſt.

¶ Anima, Ventus: vt Anima follis. Plaut. Aulul 9. Lucr.lib.5, Animæ aurarum leues. Et apud Horat.lib.4.Carm.ode 12, Impellūt animæ lintea Thraciæ. Vſitatum poetis eſt (ait Acron) animas flatus ventorum dicere: vt Virgil.8.Æneid. Quantum ignes animæque valent. Hoc eſt, Venti. Seruius.

Animas ſecūdas prece quærere. Id eſt ventos propitios. Lucr.lib.5.

¶ Anima, Aer. Varr.1.de Re ruſt.cap.4, ex Ennio, Aqua, terra, anima & ſol. Virgil.6.ecloga,

Nanque canebat, vti magnum per inane coacta
Semina, terrarúmque, animæque, marisque fuiſſent. Seruius. Varro, Anima vt concluſa in veſica, quando eſt arctè ligata, ſi perculeris: aëra reddet. Lucret.lib 6, -plena animæ veſicula parua.

¶ Animas, pro corporibus poſuit Virgil.lib.11.Æneid.

Ite (ait) egregias animas, quæ ſanguine nobis
Hanc patriam peperere ſuo: decorate ſupremis Muneribus. In quo etiam hoc vnum eſt, quòd patriam poſuit pro Regione, vel terra, cùm patria ſit ciuitas vel vrbs parentum. Nonius.

Animula, animulæ, diminutiuum, penult.corr. {[illegible]} Sulpitius ad Ciceronem, lib 4.5, In vnius mulierculæ animula ſi iactura facta eſt, tantopere commoueris? De filia Ciceronis mortua.

Animal, penult.corr. animalis, pen.prod.n.g. {[illegible]} ab Anima eſt: & eſt (vt philoſophi diffiniunt) ſubſtantia animata ſenſibilis. Plin. lib.10. cap 63, Bipedum ſolus homo animal gignit. Ouid 1.Metam.

Pronáque quum ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælúmque tueri Iuſſit.

Animal prouidum & ſagax, homo. Cic.1.de Legib.

Deus animal vnum aſpectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit. Cic.de Vniuerſ. de mundo loquitur.

Vnum animal eſt Alexander. Vide VNVS.

Animalis, & hoc animale, penult.prod. {[illegible]} Quod eſt ex animali, aut quod habet animam. Lucret.lib.1,

Vnde animale genus generatim in lumina vitæ Redducit Venus.

Animales dij. Seruius in lib.3 Æneid.ex Labeone: Labeo in libris qui appellantur de diis animalibus, ait eſſe quædam ſacra, quibus animæ humanæ vertantur in deos, qui appellantur animales, quòd de animis fiant. Hi autem ſunt dij penates & viales.

Animalia corpora. Lucret.lib.2.

Animalis res, cuius contrarium eſt inanimum. Quintil.lib.8.

Animales, Spirabiles. Cic.1. Tuſcul. Siue illi animi ſint animales: Id eſt, ſpirabiles, ſiue ignei.

Spiritus. Plin.lib.8.cap.42, Equas Fauonio flante obuerſas animalem concipere ſpiritum: idque partum fieri.

Intelligētia. Cic.4.Acad. Erit enim perſuaſum etiam ſolem, lunam, ſtellas omnes, terram, mare, deos eſſe: quòd quædam animalis intelligentia per omnia permeet & tranſeat.

Hoſtia, dicebatur vbi anima tantum ſacrificabatur, & caro ſacerdotibus proiiciebat. Feſtus.

Animalis ſonus. Cic 2.de Diuinat.ex Pacuuio.

Animalia vincula, pro neruis. Cic.de Vniuerſ.

Animalculum, animalculi, penultima corr. {[illegible]} diminutiuum, Paruum animal. Eraſm.in prouerb. Vt herba ſolſtitialis: De ephemero animalculo nobis alias dictum eſt.

Animabilis, Vide ANIMVS.

Animaduerto, animaduertis, animaduerti, animaduerſum {[illegible]} animaduertere, Eſt animum ad rem aliquam aduertere, aſpicere: Hoc eſt, De improuiſo quippiam intueri. Vnde pro conſiderare, curare, obſeruare, & aduertere ponitur. Plaut. Animaduerto hominem ſubalbidum, tremulum: Id eſt, Aſpicio. Cic.1.de Diuinat. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.

Animaduertere rem aliquam, Curare, obſeruare. Terent. Phorm. 3.1. Cic.ad Domitium lib.8, Non enim pro tua prudētia debes illud ſolum animaduertere.

Curare & animaduertere. Cic.1.de Nat.deor. Nec omnino curant, nec quid agamus animaduertunt.

Attendere & animaduertere. Cic.in Catil. Quid eſt, Catilina, ecquid attendis? ecquid animaduertis horum ſilentium?

Cognoſcere & animaduertere. Cic. 1. de Nat.deor. Sed vt adſint, cognoſcant, animaduertant.

Vigilare & animaduertere. Cic. Attico, lib.6, Deinde me obſecras amantiſſimè, ne obliuiſcar vigilare, & vt animaduertam quæ fiant.

Animaduertere & æſtimare aliquid. Liu.in præfat.

Animaduertere, Attendere, attentum eſſe ad audiendum ſpectandúmque. Terent.in prologo. Eunuch. Cum ſilentio animaduertite.

¶ Animaduertitur in. Cic.de Amicitia, Quod quidem quale ſit, etiam in beſtiis animaduerti poteſt.

Animaduertuntur ſues à facie, & progenie, & regione cæli. Id eſt, Conſiderantur. Varro 2.de Re ruſt.cap.4.

Inter Intelligere & Animaduertere: Intelligitur aliquid argumentis: Animaduertitur ſenſibus præſenti animo vtentibus. Plerunque enim aduertimus rem aliquā oculis, aut quouis ſenſu corporis, abſque animi intentione. Aſconius.

Animaduertere, & diſcere. Cic. ad Appium, lib.3.5, Animaduerti enim & didici ex tuis literis, &c.

¶ Animaduerto in te {[illegible]} eſt Punio te: ſed cum hac differentia, quòd Punire, eſt quorūcunque, ſiue iure, ſiue iniuria: Animaduertere, eſt eius qui in alterum habet poteſtatem ordine ac ritè: Id eſt, cum animaduerſione puniendi. ſed hoc propriè refertur ad perſonas. Animaduerto (puto) pro Intueor, & perſonam, & rem dicimus. Hæc Valla lib.3. Cic.5. Verr. Poteſtas erat iſti homini integro atque innocenti data, vt in Apronium quum animaduertiſſet, ſeſe grauiſſima leuaret infamia.

Animaduertere iniuriam, facinus, peccatum. Terent. Andr.1.1, Ea primùm ab illo animaduertēda iniuria eſt. Vbi Donatus, Nota participium à paſſiuo. Animaduertenda, caſtiganda, vindicanda eſt.

Facinus animaduertendum. Terent.in Andr.

Peccata. Cic.pro Roſcio Amerin. Atqui ea ſunt animaduertenda peccata maximè, quæ difficillimè præcauentur. Vtrum obſeruanda, an punienda? nam hic vtroque modo poteſt intelligi.

Animaduertere gladio in aliquē. Vlp. in l.aut damnum. D.de pœnis. Vita adimitur: vt puta ſi damnatus aliquis, vt gladio in eum animaduertatur. ſed animaduerti gladio oportet, non ſecuri, vel telo, vel fuſte, vel laqueo.

Verberibus in aliquem. Salluſt.in Catil.

Vltimo ſupplicio animaduertendum eſt in ſeruos, qui ſpadones fecerint. Vlpian.in l.4.D.ad leg.Corn.de ſicariis.

Animaduertere abſolutè poſitum. Cic.3.Verr. In Achaia magiſtratum Sicyoniū nummos poſcit. ne ſit hoc crimen in Verrem, fecerunt alij. Quum ille non daret, animaduertit.

Animaduerſio, Verbale, Conſideratio, & iudicium: vt, Res animaduerſione digna. Cic.1.de Finib. Intereſſe enim inter argumentum concluſionémq; rationis, & inter mediocrem animaduerſionem atque admonitionem: altera, occulta quædam & quaſi inuoluta aperiri, altera prompta & aperta indicari.

Animaduerſio, pro Studio. Cic.pro Archia, Et ſi ex his ſtudiis delectatio ſola peteretur, tamen (vt opinor) hanc animaduerſionem humaniſſimam atque liberaliſſimam iudicaretis. Budæus.

Notatio naturæ, atque animaduerſio peperit artem. Cic.in Orat.

Excitare animaduerſionē. Cic.lib.1. Offic. Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos ſedandóſq; eſſe, excitandamq; animaduerſionem & diligentiam, vt nequid temerè ac fortuitò, inconſideratè negligentérque agamus.

¶ Animaduerſio, Punitio {[illegible]} vt Animaduerſio in ſceleratos ſeruos. Cic.1.Philipp. Idem 3.Verr. Improbum, ſed non inauditum genus animaduerſionis videte.

Animaduerſio & caſtigatio. Cic 1. Offic. Omnis autem animaduerſio & caſtigatio contumelia vacare debet.

Extraordinaria animaduerſione temeritatem aliquorum coercere. Vlpian l.vlt.D.de Furt.

Si quid erit quod maiorem animaduerſionem exigat. Venuleius l. Si quid erit. D. de Offic. Proconſ. Hæc autem grauior & maior animaduerſio, eſt punitio infamiæ.

Nocentes qui duriore animaduerſione indigent. Modeſtin.l. Cuſtodias.D.de public.iudiciis.

Grauiore animaduerſione indigent. Vlpian.in l.1.D.de Offic.Præfect.Vrb.

Capitali animaduerſione puniri. Iuſtin.ſub finem Inſtitut.

Animaduerſionem & ſupplicium remittere alicui. Vatinius ad Ciceronem lib.5.10.

Animaduerſionem effugere. Cic.in Orat.

¶ Animaduerſio pro multa & condemnatione, vt interpretatur Budæus. Cic. pro Cluentio, Maiores noſtri nunquam iudicium nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatā obſeruauerunt animaduerſionem & authoritatem cenſoriam.

Animaduerſus, Participium {[illegible]} Perſpectus, cognitus, intellectus. Cæſar in Cōment. Hac re animaduerſa, Cæſar iubet ſigna conuerti. Virg.3.Georg. His animaduerſis. Id eſt, cognitis, intellectis.

Animaduerſa ac notata à peritis. Cic.1.de Orat.

¶ Animaduerſa flagitia. Id eſt, Punita. Sueton. in Nerone, cap.16, Multa ſub eo & animaduerſa ſeuerè, & coercita.

Animaduerſus, Qui ſupplicio affectus eſt. Paulus l.vltim.D.de cadauer punitorum, Corpora animaduerſorum quibuſlibet petētibus, ad ſepulturam danda ſunt. Id eſt, Supplicio affectorum.

Animaduerſor, Verbale {[illegible]} Obſeruator: Id eſt, Qui diligenter conſiderat, & expendit vt aliquid ſciat, cognoſcat, & diſcernat. Cic.1. Offic. Itaque vt in fidibus muſicorum, aures vel minima ſentiunt: ſic nos, ſi acres ac diligentes eſſe volumus animaduerſores vitiorum, magna ſæpe intelligimus ex paruis.

Animal, Vide ANIMA.

Animans, Vide Animare in ANIMVS.

Animatio, Animatus, Vide Animo in ANIMVS.

Animo, animas, Animoſus, Vide ANIMVS.

Animula, Vide ANIMA.

Animulus, Vide ANIMVS.

Animus, animi, pen.corr. {[illegible]} Vidè ANIMA. Animus, (teſte Seruio) conſilij eſt: Anima, vitæ. Salluſt. Haud facilè animus verum prouidet, vbi illa officiūt. Terent. Adelph.4.5, Animo malè eſt. Ibidem 4.4, Animus timore obſtupuit.

¶ Animus, pro Anima, ferè à Cicerone dicitur. vt in Catone, Qui ſi in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro.

¶ Animus, pro Memoria. Virg.9.eclog. Omnia fert ætas, animum quoque. Seruius.

¶ Animi, pro Cogitationibus. Plaut. Epid.2, Quot illic homo animos habet? Terent. Heaut.3.3, Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter quæ non cenſeas.

¶ Animus, Voluntas. Terent. Andr.1.1, Mala mens, malus animus. Idem Heaut.1.2, Timet omnia: patris iram, & animum amicæ ſe erga vt ſit ſuæ.

Animus ac voluntas. Cic. 7. Verr. Ita diſſident à nobis animo ac voluntate. Animus, hic ad appetitum refertur: Volūtas ad rationem.

Ægrotatio

Ægrotatio animi. Vide Ægroto, in AEGER.
Æstus animi. Vide AESTVS.
Amplitudo animi, & quasi quædam exaggeratio quamaltissima. Cic. 2. Tusculan.
Ardor animi consedit. Vide Ardor, in ARDEO.
Ardor animi euanuit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.
Asperitatem animi siue animæ dulciore succo mitigare. Plin. libr 22. cap. 24.
Candor animi. Ouid. 3. Trist. eleg. 6.
Commotio animi. Cic. 3. Tuscul. 13.
Coniectura animi. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Constantia animi Ouid. 11 Metam.
Curas animi leuare. Catul. ad passerẽ Lesbiæ 2. Vel, E pectore soluere, Lucret. lib. 4. Et, Aliò traducere, Lucret. lib. 4.
Defectio animi. Cic. ad Att. lib. 3, Omnia mittit spei plena, metuẽs (credo) defectionem animi mei.
Excelsitas animi & magnitudo. Cic. lib. 3. Offic.
Firmitas, vel firmitudo animi. Quintil. lib. 6. in proœm. Et Cic. ad Luceium, lib. 5. 13.
Fluctus animi pellere. Seneca in Herc. furen. 12.
Grauitas & altitudo animi Cic. ad Nigidium Figulum, lib. 4. 13.
Habitum animi semel constitutũ difficile est nobis mutare. Quintil. lib. 4. cap. 2. Et Tacit. lib. 17, Habitus animorum.
Omni animi impetu in aliquid incumbere. Cic. ad Plancum, lib. 10. epistola 5.
Vultus imago animi, indices oculi. Cic. 3. de Nat. deor.
Incendia animorum restincta. Vide Incendium, in INCENDO.
Ingenium animi. Vide INGENIVM.
Magnitudo animi. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9.
Inflectere magnitudinem animi. Cic. 1. epist. Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria.
Medicina animi, philosophia. Cic. 3. Tuscul. 1. & 10.
Mens animi mœrore perturbata. Lucret. lib. 6.
Morbi animi. Cic. 3. Tuscul.
Motus animorum. Virgil. 4. Georg.
Nerui atque robur animi. Cic. Torquato, lib. 6. 1.
Nubes animi. Ouid. 1. Tristium, eleg. 3.
Oblectatio animi. Cic. 1. de Orat.
Partes animorum. Cic. in Orat. Gnarum quibus orationis modis quæque animorum partes impellerentur: Hoc est, appetitus & ratio. De quibus ipse Cic. lib. 1. Offic. sic ait, Duplex est enim animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græcè, quæ hominem huc illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque. Ita fit, vt ratio præsit, appetitus obtemperet.
Pax animi. Ouid. 11. Metam.
Permotio animi. Cic. lib. 2. de Orat.
Perturbationes animi, Cic. 3. Tuscul.
Prauitas animi atque ingenij. Paterculus lib. 2.
Præstantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Rectum animi seruare. Horat. 2. Serm. satyra 3.
Remissio ac dissolutio animi. Cic. 2. de Orat.
Incredibili robore animi septus. Cic. pro Milone.
Sanitas animorum. Cic. 3. Tuscul.
Prætentare animi sententiam. Ouid. 9. Metam.
Splendor animi. Cic. in Bruto, P. Lentulo instrumenta naturæ deerant: sed tantus animi splendor, & tanta magnitudo, vt sibi omnia quæ clarorum virorum essent, non dubitaret asciscere. Lentulum commendat à liberalitate, & animi magnitudine: quas illi virtutes lib. 1. Fam. sæpe tribuit.
Sublimitas animi. Plin. lib. 7. cap. 25.
Subtilitas animi. Plin. lib. 11. cap. 39.
Tenor animi. Plin. lib. 7. cap. 19.
Terrorem & tenebras animi discutere. Lucret. lib. 2.
Vigor animi. Ouid. 15. epist.
Vis animi. Lucret. lib. 3, Consilium quoque maius, & auctior est animi vis.
Ægrotare vitio animi. Horat. 2. Serm. saty. 3.
Vulnus animi graue habere. Ouid. 9. Metam.
¶ Animus accliuis falsis. Horat. Serm. sat. 2.
Acer & præsens animus. Cic. 2. de Orat.
Acri & attento animo intueri. Cic. 1. de Finib.
Acres animi incaluere. Ouid. 2. Metam.
Animos acres conuertere ad aliquem. Virg. 11. Æneid.
Acrior animus. Quintil. lib. 1. 3. Vide ACER.
Acerbis animis sæuire. Virgil. 5. Æneid.
Aduersis animis accipere. Tacit. lib. 3.
¶ Animus æger, Animi, Animo: vel ab animo æger. Vide AEGER.
Æquus. Horat. 1. epist. 11. Vide AEQVVS.
Æquo animo. Lucret. lib. 3.
Æquis animis. Horat. in Arte poet.
Animus alienus vel alienatus. Vide ALIENO.
Alienum animum habere ab re aliqua. Cic. de Amic.
Altiore animo esse. Cic. 5. de Finib. Qui altiore animo sunt, capessunt Remp. honoribus, imperijsque adipiscendis.
Animi altissimi. Cic. 1. Tuscul. Idque in maximis ingeniis, altissimisque animis & existit maximè, & apparet facillimè.
Amicus. Vide AMICVS.
Amplus, & excelsus, & patiens incommodorum. Cic. 1. de Inuent.
Ancipites. Lucan. lib. 10.
Angustus. Vide ANGVSTVS.
Angustus atque demissus. Cic. in Pisonem.
Anxius. Vide ANXIVS.
Apertus & simplex. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9.
Asper. Vide ASPER.
Atrox. Horat. 2. Carm. ode 1.
Attonitis animis hærere. Virg. 5. Æneid.
Attonitis animis inhiare. Virg. 7. Æneid.
Auarus laudis. Horat. 2. epist. 1.
Auari animi irritamen opes. Ouid. 13. Metam.
Audax. Liu. Decad. 4. lib. 3.
Auersissimus. Vide AVERTO.
Beneuolus. Vide BENEVOLVS.
Animo benigno & clementi. Terent. Hecyra.
Bilinguis. Vide Bilinguis, in BIS.
Bonus. Vide BONVS.
Quare bono animo es: video enim, &c. Cic. Att. lib. 5.
Cæcus. Vide CAECVS.
Cælestis ex alto domicilio depressus. Cic. de Senect.
Capax ad præcepta. Ouid. 8. Metam.
Capaci animo maiora concipere. Ouid. 15. Metam.
Celer. Virgil. 4 Æneid.
Celsior. Quintil. lib 1. cap. 1.
Certus & confirmatus. Vide CERTVS.
Animo clementi ignoscere. Vide CLEMENS.
Commotior. Vide COMMOVEO.
Animo communi esse. Vide COMMVNIS.
Commutabilis. Cic. de Amicit.
Compos. Vide COMPOS.
Conscius animus se remordet. Lucret. lib. 4.
Animus conscius. Vide CONSCIVS.
Constantior. Ouid. ad Pisonem.
Credulus. Seneca in Troade, 1.
Cupidus. Vide CVPIO.
Cupidus animus litium & rixæ. Horat. 3. Carm. ode 14.
Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Æneid.
Delibatos habemus animos ex diuina mente. Cic. de Senect.
Demissus. Vide paulo pòst, Timido animo, &c.
Dociles. Horat. in Arte poet.
Duriores animos ad pleraque robur ipsum facit. Quintilian. lib. 1. capite 1.
Excelsus. Vide paulo pòst, Magnus & excelsus animus.
Exiguus. Vide paulo pòst, Minutus, &c.
Expertus bellis animus. Tacit. in vita Agricolæ.
Faciliore animo abuti. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Faciles iuuenum animi. Virgil. lib. 3. Georg.
Ferax. Ouid. ad Pisonem.
Ferox. Seneca in Medea, 12.
Fidelis. Terent. Hecyra 3. 5, Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fui.
Fortis atque obfirmatus. Plaut. Amph. 8, Perferam vsque eius abitum animo forti atque obfirmato.
Felix. Iuuenal. satyra 14.
Fractus. Vide paulo pòst, Timido animo, &c.
Generosior celsiórque. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Grauior natu. Vide NASCOR.
Hoc animo sum. Cic. ad Appium, lib. 3. 5, Quod quibus adhuc non satis est perspectum, ij mihi nolle magis hoc animo nos esse, quàm non intelligere videntur.
Hostilis. Seneca in Octauia, 1.
Humani animi: Id est, hominum animi. Horat. lib. 1. Serm. sat. 8.
Humilis, & pertinax, contraria. Cic. ad Marcellum, 4. 7.
Iacens. Quintil. lib. 6. cap. 4. Vide IACEO.
Idem animus omnibus. Virg. lib. 3. Æneid.
Animo ieiuno. Vide IEIVNIVM.
Impatiens animos. Ouid. lib. 1. de Remed. amoris.
Impotens. Terent. And. 5. 3. Et Senec. in Herc. furente, 6.
In animo eius validus. Tacitus libro 4, Prisca in animo Augustæ valida.
Inanis. Virgil. 2. Georg.
Incertus. Vide INCERTVS.
Infenso atque inimico animo. Vide INFENSVS.
Infesto animo. Vide INFESTVS.
Infirmus, Vide paulo pòst, MINVTVS, &c.
Infirmior rebus dubiis animus desperatis est confirmatus. Cic. ad Mescinum, lib. 5. 21.
Infixus animus in patriæ charitate. Vide INFIGO.
Inflatus. Vide INFLO.
Infractus animus. Vide INFRINGO.
Infrangilis. Ouid. ad Liuiam.
Ingens. Horat. 2. Sermon.
Ingentes tollere animos. Virgil. lib. 3. Georg.
-nánque ante domandum
Ingentes tollent animos.
Ingentes animos angusto in pectore versant. Virg. lib. 4. Georg.
Inimicus. Vide paulo antè, Infenso atque, &c.
Iniquo animo. Terent. Eunuch. 2. 1.
Iniquis animis. Virg. lib. 10. Æneid.
Insatiabilis. Vide INSATIABILIS.
Intacti religione animi. Vide INTACTVS.
Inuictus. Plin. lib. 7. cap. 25.
Iracundus. Vide IRA.
Instabiles annis animi. Ouid. lib. 3. de Arte.
Intemperans. Vide INTEMPERANS.
Intractabilis. Vide paulo pòst, TRISTIS, &c.
Inuictus. Plin. lib. 7. cap. 25.
Lætus in præsens animus, quod vltra est Oderit curare. Horat. 2. Carm. 16.
Latens. Iuuenal. satyr. 9.
Lenissimi vir animi. Patercul. lib. 2.
Liber religione. Vide Liber liberi.
Liber terrore. Vide Liber liberi.

Liquidus & tranquillus. Vide LIQVOR.
Lubenti animo. Vide LVBET.
Magnus animo. Vide MAGNVS.
Minutus. Vide MINVO.
Mollis. Vide MOLLIS.
Magnus & excelsus. Cic. ad Lent. lib. 1. 9.
Magnus & fortis. Cic. Attic. lib. 8.
Magno fortique animo. Cic. lib. 6. ad Q. Ligarium, 14.
Magni animi plenum pectus. Ouid. lib. 5. Metam.
Homo maximi animi. Cic. pro Fonteio. & Liu. 8. bel. Pun.
Mares animi, Hoc est, viriles & fortes. Horat. in Arte poet.
Meliore animo aliquid ferre. Ouid. lib. 9. Metam.
Memori animo notare. Ouid. lib. 9. Metam.
Meo quidem animo, vel Animo meo. Cicero 1. de Inuent. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ studendum. Terent. Adelph. 5. 6,

-hominem maximi

Pretij esse hodie te iudicaui animo meo. Hoc est, secundum animi mei sententiam.
Minaces. Ouid. 6. Metamorph.
Minacem animum in aliquo frangere. Iustin. lib. 1. de Cyro puero.
Minutus, infirmus, & exiguus. Iuuenal. sat. 13,

-quippe minuti

Semper & infirmi est animi, exiguique voluptas Vltio.
Mitis. Iuuenal. satyra. 14.
Mobiles. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Muliebris. Vide MVLIER.
Multiplex. Cic. de Amicit. Vide MVLTVS.
Mutabilis vulgi. Vide MVTO.
Animus varius, commutabilis, multiplex. Vide MVLTVS.
Mutuus animus. Horat. lib. 4. Carm. ode 1.
Mutuis animis amare. Catull. 42.
Obfirmatus. Vide paulo antè, FORTIS, &c.
Obnoxius. Vide obnoxium & trepidum agere, in Obnoxius.
Obstinatus. Liu. 6. Decad.
Omissus. Terent. Heaut. 5. 2,
Te vidi animo esse omisso: Id est, negligenti. Donatus.
Otiosus. Terent. And. 5. 2,
Animo iam nunc otioso esse impero. Hoc est, volo esse animo securo, sine cura & solicitudine.
Paruus animus. Horat. lib. 1. Serm. sat. 2.
Paruo & prauo animo. Cic. lib. 1. ad Att. 8.
Perattentus. Vide PERATTENTVS.
Pertinax. Vide paulo antè, HVMILIS.
Placidioribus animis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Plenus culpa. Seneca in Hippol. 2.
Præsens. Terent. Eunuch. 4. 6,
Fac animo hæc præsenti dicas. Hæc non dicerentur à Thaide, nisi in illius vultu pauor nimius appareret. Donatus.
Præsens animus & acer. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Præsens animus in pectore. Virg. lib. 5. Æneid.
Prauus. Cic. ad Attic. lib. 1. 8.
Promptus & alacris ad defendendam Rempub. Cic. ad Appium Pulch. lib. 3. 11.
Pudicus. Ouid. 7. epist.
Pusilli animi homo. Horat. lib. 1. Serm. sat. 4.
Resides animi. Virgil. lib. 1. Æneid.
Robustus & excelsus. Cic. de Finib.
Robustior annis animus. Stat. lib. 5. Sylu. 2.
Rudis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Rudes atque agrestes. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Sagax. Lucret. lib. 2.
Segnes animos prouocare. Claud. de raptu Proserp. lib. 3.
Stabili animo & firmo & magno. Cic. lib. 3. de Finib.
Stomachosus. Vide Stomachosus, in STOMACHVS.
Studiosus animus. Plin. lib. 6. epist. 16 ad Tacit. Non vertit ille cõsilium: & quod studioso animo inchoauerat, obit maximo.
Subdolus ac versutus. Patercul. lib. 2.
Supinus animus. Catull. 17.
Suspicacem animum perstrinxere. Tacit. lib. 1.
Syluestrem animum exuere. Virg. lib. 2. Georg.
Teneriore animo videri. Cic. ad Messinum, lib. 6. 21.
Timido animo, humili, demisso, fractóque aliquid facere. Cicero lib. 3. Offic.
Toto animo dedere se alicui. Cic. 4. Tuscul. Huic discendi, quærendísque diuinæ delectationi toto se animo dedidissent.
Tortor animus quatit occultum flagellum. Iuuenal. satyra 13. Vide VERBER.
Tranquillissimus. Cic. lib. 7. ad Att.
Tristis & intractabilis. Senec. in Hippol. 2.
Truces animos Cupido inuolat. Tacit. lib. 1.
Turpificatus animus. Vide TVRPIFICATVS.
Vacuo animo esse. Cic. in Bruto, 10. Nunc verò, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. Subaudiri potest, à curis.
Vagus. Catullus 58.
Valentes. Virgil. 7. Æneid.
Velox. Horat. lib. 1 epist. 12.
Virides ausis. Silius lib. 1.
Virilis. Ouid. lib. 13. Metamorph.
Viriles animos gerere. Seneca in Agamemn. 13.
Viuidus. Tacit. lib. 13.
¶ Æger animi. Tacit. lib. 19.
Amens animi. Virgil. 4. Æneid.
Captus animi. Tacit. lib. 19.
Diuersus animi. Tacit. 20, Qui diuersus animi, modò numen pauescere, modò minis aduersantis populi terreri, sæpe &c.

Egens laudis. Virgil. lib. 5. Æneid.
Iuuenis calidus animis. Virg. 3. Georg.
Ferox animi. Tacit. lib. 1.
Fidens animi. Virg. 2. Æneid. Tacit. lib. 4.
Dubius animi. Virgil. 3. Georg.
Immodicus animi. Tacit. lib. 17, Corpore ingẽs, animi immodicus.
Incertus animi. Tacit. lib. 5.
Infelix animi. Virgil. 4. Æneid.
Ingens animi fœmina. Tacit. lib. 1.
Inops animi. Virg. 4. Æneid.
Integer animi, Id est, sanus mente. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Largus animo. Tacit. lib. 18, Genere illustri, largus animo, & par opibus.
Maturus animi. Virg. 9. Æneidos,
Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.
Maturus animo & æuo. Ouid. lib. 8. Metam.
Mitior animo. Horat. lib. 3. Carm. ode 10.
Præstans animi. Virg. 12. Æneid.
Promptus animi. Tacitus lib. 18.
Turbidus animi. Tacit. lib. 20.
Validus animi, & corpore ingens. Tacit. lib. 15.
Victus animi. Virgil. 4. Georg.
¶ Aberrat animus à sententia. Vide ABERRO.
Abhorrere animo ab aliqua re, Cic. 7. Philipp. Ex quo intelligi potest, animo illos abhorruisse semper ab optimo ciuitatis statu, non voluntate fuisse populares.
Abiicere animum, pro Animum deiicere ac deprimere, & penè desperare. Vnde abiectus animus, & homo abiecto animo. Vide ABIICIO. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Accendunt hæc animos. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Accessit animus nobis. Cic. ad Attic. lib. 5, Rumorem aduentus nostri & Cassio qui Antiochia tenebatur, animus accessit, & Parthis timor iniectus est.
Animus accinctus in magnos vsus. Vide ACCINGO.
Accipere animis dicta alicuius. Virg. lib. 3. Æneid.
Accipere animum quietum in aliquem. Virg. 1. Æneid.
Accipere animo. Vide ACCIPIO.
Animum literis accommodare. Vide ACCOMMODO.
Accommodare animum quum lugemus & irascimur. Quintilian. lib. 6. cap. 2.
Animos addere alicui. Cic. Att. lib. 7, Sed hæc, opinor, sunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi addidisti.
Additus furor animis. Virg. lib. 2. Æneid.
Animus adest. Vide ADSVM.
Adesse animo, vel animis. Vide ADSVM.
Adhibere animum vel animos. Ouid. lib. 15. Metam.
Animum adiicere ad virginem. Terent. Eunuch. 1. 2.
Animum adiicere alicui rei. Liu.
Adiicere animos, Id est, audaciam addere. Ouid. lib. 7. Metam.
Adiungere animum, & animos. Vide ADIVNGO.
Adiungere animum ad aliquod studium. Terent. And. 1. 1.
Adleuatur animum. Tacit. lib. 5.
Adrepere animis. Tacit. lib. 3, Nec quicquam graue ac serium ex eo metuas, qui suorum ipse flagitiorum proditor, non virorum animis, sed muliercularum adrepit.
Aduertere animum. Terent. in prol. And. 8. Nunc quam rem vitio dent, quæso animum aduertite. Antiquè dictum, pro animaduertite. Tacit. lib. 13, Qui animum etiam leuissimis aduerterent.
Aduertere animos monitis. Ouid. lib. 15. Metam.
Aduertite animis vestris quæ dicam. Virg. lib. 2. Æneid.
Aduocare animum. Vide ADVOCO.
Æquare animos olympo. Virg. lib. 6. Æneid.
Æstimare animo. Curt. lib. 6, Bucephalum Alexander non eodem quo cæteras pecudes animo æstimabat.
Affectus animo. Vide AFFICIO.
Afferre animum. Cic. ad Attic. lib. 7.
Affigere animo suo quod composuerimus. Quintil. lib. 2. cap. 7. 2. de ediscendo.
Agere animum. Vide AGO.
Agi animis in funera. Virg. lib. 7. Æneid.
Agitare animum spe & metu. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Agitare aliquid animo, Id est, cogitare. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1.
Animo, siue cum animo agitare. Vide AGITO.
Alienare iudicum animos. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Alleuare animum. Seneca in Troade, 10.
Alleuare a mœrore. Curt. lib. 4.
Allicere ad beneuolentiam. Vide ALLICIO.
Amouere. Vide AMOVEO.
Angere animum, & animo angi. Vide ANGO.
Angere animum curis mordacibus. Lucan. lib. 2.
Aperire animum. Vide APERIO.
Apparare. Vide APPARO.
Appellere ad scribendum. Terent. in prol. And.
Applicare. Vide APPLICO.
Animus mihi ardet. Vide ARDEO.
Animis ardentibus sonare iurgia. Iuuenal. sat. 15.
Arrigere animos. Virg. lib. 12. Æneid.
Arrectus animus. Vide ARRIGO.
Arrecti ad bellandum animi. Liuius libro 8. ab Vrbe, non ita procul à fine.
Assuescite bella animis. Virg. lib. 6. Æneid.
Attendere animum & animos. Vide ATTENDO.
Attendere animo æquo. Vide ATTENDO.
Attento animo intueri. Vide ATTENDO.
Auertere tædio animum discentis. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Auertere animum ab. Vide AVERTO.

Auferre animum ad contemplationem. Vide AVFERO.
Augere animos & adiicere. Ouid. lib. 7. Metam. Vide AVGEO. Tacit. lib. 18, Titus auctus animo ad patrem peruectus.
Cadunt animi. Ouid. lib. 11. Metam.
Cadere animis. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 1.
Cadit animus, vel cadere animo. Vide CADO.
Cæcare animos. Vide CAECO.
Caligante animo. Vide CALIGO.
Capere animos aliquorum. Cic. pro lege Manil. Quæ ciuitas in Asia quæ non modò vnius Imperatoris aut Legati, sed vnius Tribuni militum animos ac spem capere possit?
Capere animum. Vide CAPIO.
Cepit animum dementia. Virg. lib. 5. Æneid.
Cernit animus. Vide CERNO.
Circunspicere animo. Vide CIRCVNSPICIO.
Coercere animos. Seneca in Hippol. 2.
Animo, vel In animo cogitare secum. Terent. Adelph. 3. 4, Hoc tu facito, tecum animo cogites. Satis erat, Tecum cogites: sed vel ornatus vel maioris expressionis gratia addidit Animo.
Cohibere animum. Vide COHIBEO.
Colligere animo & animum. Vide COLLIGO.
Animum alterius cum suo commiscere. Vide COMMISCEO.
Commoueri animo & animum. Vide COMMOVEO.
Animus commotus metu. Terent. And. 5. 4.
Aliquid complecti animo. Cic. ad Sextium, lib. 5. 17.
Complere animum voluptate. Vide COMPLEO.
Componere animos. Vide COMPONO.
Comprehendere aliquid animo. Cic. lib. 1. de Nat. deor.
Comprimere animos. Cic. pro Flacco, Remittant spiritus, comprimant animos suos, sedent arrogantiam.
Animo vel animis concidere. Vide CONCIDO.
Animum sibi conciliare. Vide CONCILIO.
Concipere aliquid animo. Ouid. lib. 2. Metam. Tacit. lib. 3, Et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non seruili animo concepit.
Concipere imagines animo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Concipere iras animo. Ouid. lib. 1. Metam.
Conferre animum alio. Vide CONFERO.
Confidere animo. Vide CONFIDO.
Confirmare animum. Seneca in Oct. 4. Vide CONFIRMO.
Confirmare animum trepidum. Iuuenal. sat. 14.
Confundere ac fatigare animum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Consistere animo tranquillo. Vide CONSISTO.
Consternare animos, & animo consternari. Vide CONSTERNO.
Consulere animum suum, ne quid dicamus naturæ aduersum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Considerate cum vestris animis. Cic. 5. Verr.
Considerare secum in animo, & cum animis. Vide CONSIDERO.
Animo contemplari. Vide CONTEMPLOR.
Contendere animum in curas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Contrahere animum, aut demittere. Cic. ad Q. frat. lib. 1. epist. 1.
Contundere arte animos. Ouid. 1. de Arte amandi. Vide CONTVNDERE.
Conuertere animum. Vide CONVERTO.
Conuersi animum. Tacit. lib. 17, Animum vultúmque conuersi.
Conuertere se aliquò animo & cogitatione. Vide CONVERTO.
Corrumpere animum. Vide CORRVMPO.
Credere animum suum alicui. Vide CREDO.
Animi creuerunt. Vide CRESCO.
Animos debilitare. Vide DEBILITO.
Animus amori deditus. Vide DEDO.
Deducere curas animo. Horat. lib. 1. epist. 2.
Deficiunt animi. Horat. in Arte poet.
Defecerat eam animus. Plaut. Mil. 2. 0.
Deficere animis. Curtius lib. 4.
Defectus animo. Plin. lib. 10. cap. 14.
Defigere & intendere animum in aliquam rem. Cic. 4. Acad. Aduersantur enim, primùm quòd parum defigunt animos & intendunt in ea quæ perspicua sunt.
Animus illis defuit. Cic. 7. Verr. Animum illis non copias defuisse.
Delusit animum hoc vno responso. Virg. lib. 6. Æneid.
Demittere animum. Tacit. lib. 16. Cic. 5. de Finib.
Despondere animum. Plaut. Mil. t. & Menæch.
Deponere curas animo. Virg. 4. Georg.
Deprendere animum furtim blanditiis. Ouidius libro 1. de Arte amandi.
Deriuare à curis animum. Lucret. lib. 2.
Destruit longius æuum ingentes animos. Lucan. lib. 8.
Detegere. Lucan. lib. 5.
Diffundere, Id est, lætos reddere. Ouid. lib. 1. de Arte.
Dimittere. Curt. lib. 5, Ne milites desides otio dimitterét animos.
Dimouere loco. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Distendit ea res animos Samnitium. Vide DISTENDO.
Dabit spes animum. Ouid. ad Phaonem.
Dant animos vina. Ouid. lib. 12. Metam.
Dare maiorem animum alicui. Cic. ad Lentulum, lib. 11. 9, Abiectiore animo me futurum quum Resp. maiorem etiam mihi animú, quàm vnquam habuissem, daret.
Dare in luctus animum. Ouid. lib. 2. Metam.
Domare rigentem animum. Seneca in Hippol. 4.
Ducere animo, Virg. lib. 6. Æneid.
-sic equidem ducebam animo, rebárque futurum.
Ducere animos solent Æsopi fabulæ, præcipuè rusticorum, & imperitorum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Efferre animos insolentia dominatus. Cic. pro Domo sua.
Eiicere animum de aliquo. Terent. Heaut. 5. 2, -vt pater Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?
Emendare animum. Propert. lib. 3. eleg. 21.
Eneruatus amore animus. Patercul. lib. 2.
Animum erigere. Vide ERIGO.
Alacrem esse animo. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12.
Animo bono esse. Terent. Adelph. 4. 2. Cicero 5. de Finib. Tamen ex illa inuestigatione naturæ consequi volebat, vt esset bono animo.
Eo animo est. Cic. ad Attic. lib. 11, Quòd certiorem te vis fieri quo quisque in me animo sit, aut &c.
Animo malè est. Plaut. Amph 8. Terent. Adelph. 4. 5.
Perficere est animus. Virg. 4. Æneid.
Animus est reditus, Id est, animus est redeundi. Ouid. 13. epist.
Animus est mihi ad aliquid faciendum. Curt. lib. 5, Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit. Liu. 3 Decad. lib. 1.
Animus in naui est meus Id est, de naui cogito. Plaut. Pers. 18. S. c.
Animus est in hortis. Cic Att. lib. 12.
Iamdudum est animus in patinis. Terent. Eunuch. 4. 7.
Exacuere versibus animos in bella. Horat. de Arte poet.
Exasperare animum. Vide EXASPERO.
Excidere animo. Virgil. lib. 1. Æneid.
Excitare animum. Seneca in Herc. furente, 5.
Excolere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Exercere in armis animos. Ouid. lib. 1. Amorum, eleg. 8.
Eximere onus animis. Horat. lib. 1. epist. 5.
Expedire metu animú. Horat. lib. 3. Carm. ode 24. Liu. lib. 8. Dec. Et expedire tela animósque equitibus iussit.
Explere. Virg. 2. Æneid. Terent. And. 12.
Explorare. Ouid. lib. 1. de Arte. Tacit. lib. 17, Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.
Exuitur animus. Stat. lib. 10. Thebaid.
Iniquo animo ferre vel pati aliquid. Vide INIQVVS.
Facere animum iudicis mitem. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Facere animos. Liu. Id est, addere.
Fateri animum clamore. Ouid. 1. de Arte.
Fatigare. Horat. lib. 2. Carm. ode 11.
Fauere linguis & animis. Ouid. lib. 1. Fast.
Fingere animos audientium concitandis componendisq; animis. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Firmare animú præsenti pignore. Virg. 3. Æneid. Ouid. 9. Metam. Tacit. lib. 15, Animum aduersum suprema firmat.
Flagrans animus. Iuuenal. sat. 1.
Flectere animum. Virg. 4. Georg. Et Quintil. lib. 4. cap. 2.
Flectere ab ira animum. Seneca in Medea 4.
Formare puerorum animos. Quintil. lib. 1. in Procem.
Frangere animum. Ouid. 8. Metam.
Fractiorem esse animo. Cic. ad Attic. lib. 11.
Fractus animus. Cic. lib. 1. ad Lentulum, 9.
Generatus à deo animus. Cic. 1. de Diuinat.
Animum gerere infirmum. Vide INFIRMVS.
Animo morem gerere. Terent. And. 4. 1.
Nec vnus in te ego hos animos gessi. Id est, talem affectum. Liu. 2. ab Vrbe.
Habe bonum animum. Plaut. Aulul. 7. Et Liu. 4. bel. Maced.
Habere fortem animum. Cic. ad Q. Ligarium, lib. 6. 13.
Habere magnum animum. Brutus Ciceroni, lib. 11. epist. 23, Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reipub. valentibus, magnum animum habere debebas, quem & semper habuisti.
Habere animum in difficultatibus suis. Cicero, Antequam iret in exilium.
Habere statutum cum animo & deliberatum. Cic. 5. Verr.
Hilarare animum. Catul. 58. de Berecynthia & Aty.
Horret animus meminisse. Virg. 2. Æneid.
Imbibere animo opinionem. Vide IMBIBO.
Imbuere animos errore. Vide IMBVO.
Imminere animis in rem aliquam. Vide IMMINEO.
Impellere animos in spem metúmque. Vide IMPELLO.
Impellere animum ad aliquid faciendum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Imperare animo nequeo. Vide IMPERO.
Implere veris animum. Virg. lib. 3. Æneid.
Animo imprimitur oratio. Vide IMPRIMO.
Incaluere animi. Ouid. 2. Metam.
Incendere animum amore famæ. Virg. 6. Æneid.
Animos bonorum incendere. Vide INCENDO.
Inclinare animum ad rem aliquam. Vide INCLINO.
Inclinatior ad pacem animus. Vide INCLINO.
Inculcare animis. Vide INCVLCO.
Indipisci animo. Vide INDIPISCO.
Inducere animum. Terent. And. 3. 3, Si istuc animum induxti esse vtile. Hoc est, si tibi persuasisti. Cic. ad Marcel. 4. 8, Tu quoque animum inducas, si sit aliqua Resp. in ea te esse oportere.
Inducere animum cantare. Horat. lib. 1. Serm. sat. 3.
In animum inducere. Terent. Adelph. 4. 3.
Indulgere animis. Ouid. lib. 7. Metam.
Induere animum bonis artibus. Tacit. lib. 15.
Induere magnum animum. Tacit. lib. 11.
Infamare animum vano timore. Ouidius libro tertio de Ponto, elegia 6.
Infestare rudes animos superstitione. Vide INFESTVS.
Infigere animis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Inflammare animum alicuius. Vide INFLAMMO.
Inflectere animum. Cic. Famil. 1.
In animos influere. Vide INFLVO.
Inflat animos rumor. Vide INFLO.
Animus bene à natura informatus. Vide INFORMIS.

Infringere animos. Vide INFRINGO.
Inhabitat animus in oculis. Vide INHABITO.
Inscribere in animo orationem. Vide INSCRIBO.
Insculptum in animo. Vide INSCVLPO.
Insitum & innatum animis. Vide INSERO.
Insidere in animo. Vide INSIDEO.
Insinuare aliquem animo alterius. Vide INSINVO.
Insistere mente & animo in rem aliquam. Vide INSISTO.
Instaurare animum. Vide INSTAVRO.
Intendere animum. Vide INTENDO.
Animus cura & cogitatione intentus. Vide INTENDO.
Acri & intento animo intueri quidpiam. Vide INTVEOR.
In animum inuasit. Vide INVADO.
Inuitare animos visu. Vide INVITO.
Irrumpunt in animos extrinsecus imagines. Vide IRRVMPO.
Iudicare animo suo. Vide IVDICO.
Infundere animos. Ouid.1.Metam.
Inspirare animum. Virg.6.Æneid.
Instaurati animi. Virg.2.Æneid.
Instituere ad cogitandum. Terent. Phorm.2.3.
Intendere animo. Tacit. in vita Agricolæ: Monam insulam redigere in potestatem animo intendit.
Intendere animum ordini rerum. Quintil.lib.4.cap.1.
Intendere animum studiis & rebus honestis. Horat.1.epist.
Intendere animum in rem aliquam. Quintilian.lib.2.cap.2.& lib.3.cap.11.
Intrauit animos pauor. Tacit.lib.4.& in vita Agricolæ, Intrauitq; animum militaris gloriæ cupido.
Inuigilant animo curæ. Stat. Thebaid.
Inuitare pretiis animos. Virg.5.Æneid.
Inuolat truces animos cupido. Tacit.lib.1.
Iuuandis animis natum poema. Horat. in Arte poet.
Labant animi. Vide LABO, as.
Labantes animos confirmare. Lucan.lib.4. Curt.lib.5.
Labefactus vulnere animus. Ouid.10.Metam.
Laborare animo. Vide LABOR, oris.
Lactare animos. Terent. And.5.4, Solicitando & pollicitando eorum animos lactas.
Lætanti animo. Vide LAETVS.
Lapsus animi. Vide LABOR, eris.
Latentes animi sub vulpe. Horat. in Arte poet.
Laxare animum à laboribus. Vide LAXO.
Lenire animum. Horat.3.Carm.ode 14.
Leuantur animi exercendo. Cic. de Senect.
Leuare animum mutationibus. Quintil.lib.4.cap.1.
Liberare animos errore. Vide Liber, beri.
Linqui animo. Curt.lib.4, Linqui deinde animo cœpit Alexander ob sanguinem è vulnere latius manantem.
Linquente animo, in eum à quo tenebatur, incubuit. Curt. lib.6. Idem lib.7.
Linquentem reuocauit animum, & nudum hostis latus subiecto mucrone ausit. Curt.lib.9.
Lustrare animos. Vide LVSTRVM.
Mandare animis. Cic.1.in Catil. Penitus animis vestris mentibúsque mandate.
Marcet animus. Vide MARCEO.
Metiri animo. Ouid.2.Metam.
Micat animus. Vide MICO.
Ministrat animum Deus. Virg.5.Æneid.
Minuere animos. Seneca in Medea,3.
Animum alterius miscere cum suo. Cic. de Amicit.
Mitigare animum. Seneca in Medea,6.
Mollire animos. Virg.1.Æneid.
Mouere animum. Virg.3.Georg.
Mouere multa animo. Virg.3.Æneid.
Mulcere animos admiratione. Quintil.lib.1.cap.10.
Mutare animum. Vide MVTO.
Nosse alicuius animos ac spiritus. Cic. pro A. Cluent.
Animo leni natus. Vide NASCOR.
Animum alicuius noscere. Vide NOSCO, &c.
Nudare animos. Vide NVDVS.
Obrepere in animo. Vide OBREPO.
Occæcare animum. Vide OCCAECO.
Occupare animum vel animos. Vide OCCVPO.
Omissus animus. Vide OMITTO.
Obfirmare animum. Vide OBFIRMO.
Oblectare animum. Lucret.lib.2.
Obstare animis. Stat.11.Thebaid.
Obstupuere animis Rutuli. Virg.9.Æneid.
Obstupuere animi. Virg.3.Æneid.
Occupare animum in re aliqua. Terent. prol. Hecyræ.
Occupare animos iudicum. Quintil.lib.4.cap.1.
Offendere animum alicuius. Quintil.lib.2.cap.4.
Parare animos. Ouid.lib.1.de Arte. Vide PARO.
Parati animis. Virg.2.Æneid.
Pascere animum. Virg.2.Georg.
Pascere animum pictura. Virg.1.Æneid.
Pendere animi. Vide PENDEO.
Peragere secum animo aliquid. Virg.6.Æneid.
Perculso & abiecto esse animo. Cic. ad Att.lib.3.42.
Percutere animum. Lucret.lib.2, Id est, percellendo solicitare. Vide PERCVTIO.
Perfundere animum religione. Vide PERFVNDO.
Pergere animo forti. Vide PERGO.
Perire ab animo. Vide PEREO.
Permouere animos. Quintil.lib.3.cap.8.
Permulcere animos. Lucret.lib.5.
Perseuerare animo. Quintil.lib.4.in procem.
Perspicere animum alicuius. Cic. ad Lentulum, lib.1.9, Quorum quidem animum tu non perspexisti solùm, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque renuisti.
Ponere animos. Seneca in Troade,8.
Possidere iudicum animos. Quintil.lib.6 cap.1.
Præcipere animo. Tacitus libro 3, Præceperant animis orationem Patres.
Prægrauat animum corpus hesternis vitiis onustum. Horat. Lib.2. Sermon. satyra 2.
Præstare animum. Cic. ad Lentulum, lib.1.9.
Premitur animus ratione. Perf. saty.5.
Prohibere ludo animum. Virg.4.Georg.
Promere animos & vires. Virg.5.Æneid.
Prospicere animis. Cic.5.Verr.
Pulsare animum. Lucret.lib.4.
Quatere stabilem animum. Patercul.lib.2, Tantus huius belli motus fuit, vt stabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia Cæsaris Augusti animum quateret, atque terreret.
Recipere. Terentius Adelph. 3. 2, Quid festinas mi Geta? animum recipe.
Recolligere animum alteri, pro Abalienatum in gratiam restituere. Cic. Att. lib.1.3, Quòd scribis, etiam si cuius animus in te esset offensior, à me recolligi oportere, quid dicas: neque id neglexi.
Recursabant animo vetera omnia. Tacit.lib.18.
Reddere alicui animum. Horat.1.Carm.ode 1.
Reddere animum finitis amoribus. Horat.1.Carm.ode 18.
Redit animus. Ouid.6.epist.
Referre animum à paruis ad maiora. Ouid.3.de Arte amandi.
Reficere animos. Quintil.lib.4.cap.1.
Refringit & abiicit animum pudor vapulantibus iuuenibus. Quintil.lib.1.cap.3.
Regere. Horat.1.epist.2.
Regere dictis. Virg.1.Æneid.
Releuare. Terent. Adelph.4.3.
Animus hanc modò hic reliquerat, Id est, defecerat eam animus. Plaut. Mil.20.
Restituere animum. Seneca in Hippol.8.
Retardare animos alicuius, atque impetus. Cic.1.Verr. Sunt alia magis occulta furta, quæ ille, vt istius (credo) animos atque impetus retardaret, cum Quæstore suo benignissimè communicauit.
Reuocate animos, mœstúmque timorem Mittite. Virg.1.Æneid.
Reuocare à metu animos perterritos. Quintil.lib.2.cap.16.
Reuocare ab ira. Ouid.2.Trist.
Sæuire animis. Seneca in Hercule furente,6.
Sedet animo fixum immotúmque. Virg.4.Æneid.
Solari animum dolentis. Seneca in Oct.2.
Solicitare. Cels.lib.3.cap.22.
Soluere arctum animum. Horat.2.Serm.sat.6.
Spernere animo aliquem. Virg.3.eclog.
Stare animo, Id est sanum esse animo. Horat.2.Serm.sat.3.
Stimulatus animus furenti rabie. Catull.58.
Subigere animum. Horat.2.Carm.ode 1.
Non subibunt animos iuuenum maiora intellectu, velut parum aptos. Quintil.lib.1.cap.2.
Submittere animos. Stat.4. Thebaid.
Sumere animum. Ouid.1.Fast. Quintil.lib.2.cap.2.
Obsequium sumere animo suo. Vide OBSEQVIVM.
Surrexerat intentio animis. Quintil.lib.4.5.
Suscipere animum. Cicer. Videte quem vobis animum suscipiendum putetis.
Suspendere animos. Ouid.7.Metam.
Animus, qui in ardore pugnæ corpus sustentauerat, liquit. Curtius libro 8.
Tangit honor animum. Virg.12.Æneid.
Tenere animos incertos. Seneca in Thye.8.
Tenere animos nouitate. Ouid.4.Metam.
Tentare precando. Virg.4.Æneid.
Terrere. Virgil.2.Æneid.
Terrificare. Virgil.4.Æneid.
Tollere dictis. Virgil.9.Æneid.
Torpere animo. Horat.1.epist.6.
Defixis oculis, animóque & corpore torpet. Id est, stupore hebet & deficit. *Il est raui & transi.*
Tremere animo. Cic. ad Q. frat.lib.1.1.
Tumere animis. Seneca in Troade 12.
Turbare animos. Virg.1.Æneid.
Valere animo Cic. Fam.lib.7.epist.1, Sin hæc quæ cæteri mirantur, contemnenda duxisti: & quum per valetudinem posses venire, tamen noluisti: vtrunque lætor, et sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse, quum ea quæ sine causa mirantur alij, neglexeris.
Versare animum in omnes partes. Virg.4.Æneid.
Versare aliquid animo. Tacit.lib.18.
Vertere animum ad iura ciuilia. Ouid.15.Metam.
Animos vexare. Seneca in Agam.2,
Alia ex aliis cura fatigat
Vexátque animos noua tempestas.
Videre animo. Ouid.15.epist.
Vince animos irámque tuam, qui cætera vincis, Ouid.3.epist.17.
Diuersæque vocant animum in contraria curæ, Virg.12.Æneid.
Volutare animo euentus. Virg.6.Æneid.
Vti animo. Curtius lib.7.
¶ Animus, pro libidine à ratione auersa, more Græco, qui ψυχὴν ita accipiunt. Plaut. Trinummo, Si animus hominem perculit, actum est. Terent. Adelphis,

Vxor,si esses,aut te amare cogitat,
Aut tete amari,aut potare, aut animo obsequi. Sic & apud Horat.4.Carm.ode 7,
Cuncta manus auidas fugient hæredis amico,
Quæ dederis animo. Id est, Quæ in curando corpore,& explenda libidine consumpseris. Lambinus.
¶Animus ad aliquid. Cic. 5. Verr. Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris auaritiæque frænaret.
Apud animum.Vide APVD.
Certum apud animum constat.Vide CONSTO.
Cum,vel in animo cogitare. Vide COGITO.
¶Ex animo & Simulatè, contraria.Cic 2.de Nat.deor.
Ex animo aliquid facere. Cicero Papirio,lib.9.16. Cic.3.epist.26. Cic.ad Q.frat. lib.1. Terentius Eunuch.1.2. Et Adelphis, 1.2. Cic. D.Bruto,lib.11.22.
Ex animo suo colligere aliquid.Ouid.11.epist.
In animo habere.Cic.ad Att.lib.8. Et pro Rosc.Amer.
In animo instituere.Vide INSTITVO.
Vt mihi est in animo facere, Id est,vt decreui,vt proposui. Cic.2. de Nat.deor. Et ad Att.lib.5.
In animis & iudicio alicuius esse.Vide IN.
In animo est.Vide IN.
Multum animi habere ad maledicendum.Cic.2.de Orat.
¶Sine animo miles.Cic.Att.lib.1.13.
¶Animo procuratoris non interuenit, sed affectionem amicalem promisit.Vlp.in l.Idémque.D.Mandati. Id est, non tanquam procurator,sed vt amicus.
Animo vxoris habere mulierem:Id est,tanquam vxorem.Vlp.in l. Si vxor.§.Sed & in ea.D ad leg.Iul.de adult.
¶Animi causa.Cic.7.Philip.Et qui illud animi causa fecerit, hunc prædæ causa quid facturum putatis? Sic in Pisonem. Plaut.Cur eam emit?T.animi causa.
¶Anime mi,vox blandientis.Plaut.Asin.14, Da meus ocellus,mea rosa,mi anime.Terent.And.4.2,Anime mi,noli te macerare.

Animulus.penult.corr. {ψυχάριον} diminutiuum ab animo,blandiendi causa.Plaut.Casin.3.Mi animule,mi Olympio,mea vita.

Animo,animas,pen.corr.{ψυχόω}animare,Addere animum,incitare, accendere. Claudian.lib.3. de raptu Proserp. -animare ad crimina taxos. Animare: vt animet. hoc est, accendat. Nam Zenoni Stoico animus ignis videtur,vt inquit Cicero.Hactenus Ianus Parrhasius.
Animare aliquid,Animam ei dare.Ouid.4.Metam.
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ,
Quas humus exceptas varios animauit in angues. Hoc est,in serpentes viuos formauit,seu mutauit.
¶Animari {ζωογονεῖσθαι} dicuntur in vtero corpora:túncque ab anima fit,siue ab animo,quum pro anima capitur.Columel.lib.8.cap.5, Diebus quibus animátur oua, & in speciem volucrum conformantur. Hoc est,animam vitalem accipiunt.Plin.lib.7.cap.15.
Animari atque formari.Cic.1.de Diuinat.Perinde vtcunque temperatus sit aer,ita pueros orientes animari atque formari.

Animans,nomen,penul.corr. {ἔμψυχον} absolutè positum pro animali, nunc in fœminino genere,nunc in neutro: rarius in masculino legitur. De fœminino:Cic.1.de Leg.Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. De masculino: Horat.2. Serm.1, Quenquam animantem. Cic.de Vniuersit.A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. In neutro: Cic. de Vniuersit. Nullius profectò eorum quidem quæ sunt nobis nota animantia.

Animæquus,a,um {ἀγανακτῶν} Moderatus, tolerans, minimè querulus in aduersis, denique omnia æquo animo ferens. Calepinus, sed sine authore.

Animatus,pen.prod. {ἔμψυχος} particip. Cic.1.Tusc. Animatum quod est, id motu cietur interiore & suo. Apud Claud.6.Paneg. Animata saxa Orpheis modis. Lucret.lib.5,Vitaliter animata.

Animatus,pen.prod. {διακείμενος} nomen, Aliqua voluntate,aut animo affectus. Cic.D.Bruto, lib.11, Ita paratus atque animatus esse debes: Id est,sic animo affectus:&(vt ita loquar)dispositus. Plaut. Amph.8, -ita animatus fui, Itáque nunc sum,vt ea te patera donem.
Infirmè animatus.Cic.Senatui,lib.15.1,His rebus allatis,etsi intelligebam socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos:sperabam tamen,&c.
Animatus melius,quàm paratus.Cic.lib.6.epist.6.
Hostili animo aduersus Rempublicam , vel principem animatus. Vlp.in l.vltim.D.ad leg.Iul.maiest.
Animatus erga,vel in aliquem. Cic.Att.lib.15,Videbatúrque erga nostros ἥρωας ita fore, vt nos vellemus , animatus. In hac significatione sæpius ponitur cum aduerbio BENE vel MALE.
Malè animatus erga aliquem. Vide MALVS adiectiuum. Suet.in Vitellio,cap.7,malè animatus erga principem exercitus.
Animatus sum,cum infinitiuo.Plaut.Pseud.4,
Nempe ita animati estis,vos vincere hoc duritia tergi. Idē Trucul.19,Siquid animatus est facere.

Animatio {ἐμψύχωσις} verbale ab animando. Cic.de Vniuersitate,Erãt autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum atque cæleste, alterum pennigerum & aereum, tertium terrestre, quartum diuinæ animationis. Hoc est, animam habens diuinam, seu diuino animo præditam.Et hominem significat.

Animatus,huius animatus,penult.prod.verbale. Idem quod animatio. Plin.l.b.11.cap.3,Volare quidem aliqua,& animatu carere in ipso spiritu viuentia docuimus.

Animabilis,penult.corr.adiectiuum. Cic.2.de Nat.deorum, Principio enim terra sita in media parte mūdi, circunfusa vndique est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aer. Dictione Spirabili interpretatur quid significet Animabile: vt enim spirabilis aer dicitur,vnde potest duci spiritus,sic Animabilis,vnde anima.

Animitus, penultima breui {ψυχόθεν} significat Animo tenus , vel tanquam ipsum animum, quemadmodum Occulitus & Medullitus. Nonius.

Animosus, pen.prod. adiectiuum {θυμοειδής} Magno animo præditus, Habens in se animi vehementiam.Cic.2.Tuscul.videremus quid esset fortis & animosi viri. Idem 1.Tusc.Animum autem alij animam, vt ferè nostri declarant nominari. Nam & agere animam,& efflare dicimus, & animosos, & bene animatos. Idem in Catone, Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit quàm adolescentia,& fortior.
Fortes & animosi.Cic. pro Milone.
Bella animosa gerebant iuuenes. Ouid. 5. Fastor. Id est, animosè, vel magno animo , vel ipsi animosi, vel cum laude magnanimitatis & fortitudinis.
Colla animosa præbere securi.Ouid.4.Trist.eleg.2.
Corruptor.Tacit.lib.17.
Contentio.Plin.lib.10.cap.29.
Equus.Ouid.4. Trist.eleg.5.
Euri.Virgil.2.Georg.Id est,vehementes.
Frigus.Stat.lib.6.Thebaid.
Leones.Claudian.de bello Gildon.
Pectus.Id est,nodosum & eminens.Virgil.3.Georg.
Luxuriátque toris animosum pectus. De equis. Seruius.
Pericula.Martial.lib.12.
Vento animoso impulsa ianua.Ouid.1.Amorum,eleg.6. Id est,vehementi. Allusit ad ventos,qui & animæ dicuntur.
Animosus in armis.Ouid.13. epist.
Animosus rebus angustis. Horat.2. Carm. ode 10, Id est, in rebus aduersis magnanimus.

Animosè {θυμικῶς} aduerbium,Magno animo. Cicero 4.Philippica, Nec solùm id animosè & fortiter,sed consideratè etiam sapientérque fecerunt. Idem 3.Tusc.Animosè defendere.
Grauiter,magnificè,animoséque viuere.Cic.1.Offic.
Animosissimè aliquid comparare, seu emere. Suet.in Cæs.cap.47, Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui, semper animosissimè comparasse. Id est, sine vllius pretij respectu. *Trèshardiment, Vaille qui vaille.*

Animositas {θυμώσις} Est vehementia & impetus animi,sedem habens in corde , quam Speusippus definit esse impetum violentum partis animæ irrationalis , absque ratione & ordine mentis. Firmicus lib. 8. cap.12, Ad saltandum aptus, & qui scenicas artes studiosa animositate perdiscat.

ANIO,Aniēnis, pen.prod. {Ἀνίων} fluuij nomen in Tyberim influentis: quem dictum putant ab Anio Hetruscorum rege ibi sepulto.Plinius lib.3 cap.12, Anio in monte Trebanorum ortus , lacus treis amœnitate nobiles,qui nomen dedere Sublaqueo,defert in Tyberim.Strabo libro 5, Anio ex Alba decurrens, præter Latinam Marsorum vrbem , & propinquum illi campum , quousque Tyberim intret. Ibidem,sed aliquot pòst paginis:In Romæ conspectu sunt Tybur,Prænestе, & Tusculum. Tybur quidem Herculeum est, & catarrhacta, id est Descensus , est quam facit Anio , vbi nauigabilis esse incipit, quum è sublimi profundam in vallem præceps defertur, & per vrbi ipsi vicina nemora. In hac planitie Anio fluit, &, quas nuncupant Albulas,aquas frigidas multis è fontibus edentes, varios ad morbos salutares cum potu, tum insessionibus admissas. Hæc Strabo. Ex Aniene duo aquarum ductus Romam perducebantur : quorum alter Anio vetus , alter Anio nouus nuncupabatur. De quibus Frontinus lib. 1.de Aquæduct.
Gelidus Anio. Virgil.Æneid.7,
Quíque altum Præneste viri,quíque arua Gabinæ
Iunonis,gelidúmque Anienem,& rosida riuis
Hernica saxa colunt. Anio (inquit Seruius) fluuius haud longè ab vrbe est: sed hic euphoniam sequutus est. Nam Ennius Anionem dixit iuxta regulam.
Domifer.Propert.lib.4.eleg.7. non procul à fine,
Ramosis Anio quà pomifer incubat aruis.
Præceps.Sill.Ital.lib.12,
Præceps ad ripas immani turbine fertur,
Sulphureis gelidus quà serpit leniter vndis,
Ad genitorem Anio labens sine murmure Tybrim. Præcipitem vocat propter catarrhactam quam facit. Horat.1.Carm.ode 7,
Et præceps Anio,ac Tyburti lucus,& vda
Mobilibus pomaria riuis. Præceps Anio,(ait Acron) aut per deuexa cadens,aut rapidus.
¶Anien etiam dicitur hic fluuius.Stat.lib.1.Sylu.5,
Quas præceps Anien,atque exceptura natatus
Virgo iuuat.

Anienus,anieni,penul.prod.{Ἀνιηνὸς} eiusdem fluuij nomen. Propert. lib.4.eleg.7. sub finem,
Hac Tyburtina iacet aurea Cynthia terra,
Accessit ripæ laus Aniene tuæ.

Anienus,adiectiuum : vt,Aniena fluenta. Virgilius libro quarto Georgicorum,
Vnde caput Tyberinus,& vnde Aniena fluenta.
Lympha Aniena. Propert.lib.3.eleg.16,
Nox media,& dominæ mihi venit epistola nostræ,
Tybure me missa iussit adesse mora.
Candida quà geminas ostendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.

Anienicola,anienicolæ, penult.corr. {Ἀνιηνικόλος} Qui incolit Anienen. Sillius lib.4,
Quósque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arua creant,Anienicolæque Catilli.

ANISTIVS Lacon & Philonides , Alexandri magni cursores, à Sicyone Elin vsque mille ducenta stadia vno die transierunt. Solinus cap.6.

n

Anisum, anisi, pen. prod. Herba. Plin. lib. 20. cap. 17, Et anisum aduersus scorpiones ex vino bibitur. Pythagoræ inter pauca laudatum, siue crudum, siue decoctum. Itē. Viride omnibus quæ cōdiuntur, quæque intinguntur, desideratū. Et paulo post: Quin ipsum oris habitum iucundiorem facit, fœtoremq; tollit manducatum, matutinis cum smyrneo & melle exiguo, mox vino collutum. Et paulo pòst: Ob has causas quidam Anicetum vocauere.

ANISVM, penult. corr. vrbs esse videtur Siciliæ, apud Ouidium 4. Fastorum,

Iamque Leontinos, Anisenàque flumina cursu Præterit. Vt flumina Anisena, aut Anisum flumen quod Aniso præterlabitur. Nisi flumen Anisenum dicat, pro Aniso flumine.

ANITIVS, viri Prænestini nomen, qui vnà cum Cn. Flauio Appij Cæci scriba, ædilis curulis fuit, eo anno quo vsus annulorum etiam plebi permissus est, quum anteà soli Senatores & Equites annulos gestarent. Vide Plin. lib. 33. cap. 1.

ANIVS, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium. Virg. lib. 3. Æneidos,

Rex Anius, rex idem hominum, Phœbíque sacerdos.

A N N

ANNA dea, ab annis quibus præsidebat, vocata est, & illi mense Martio priuatim & publicè sacrificabant, quo eis annare & perennare liceret. Fuit enim Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Getulorum rege occupatam, relicta sede patria, ad Battum regē qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo iure veteris hospitij benignè suscepta, duos, & vltra, annos ibi mãsit. Sed quum Pygmalionem fratrem iam cum armis aduentare didicisset, Battus veritus potentiam illius, Annam vt inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Cameram nauigare contenderet, vi tempestatis acta in Laurentem oram peruenit, vbi iam Æneas pacatis rebus, & ducta vxore Lauinia, imperabat. Hic tum fortè solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principiò, sororis casum ante oculos ponens: postea verò ab illo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lauinia amorem coniugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, vt infaustam domū relinqueret, statim per fenestram exiliit. Quúmq; citato cursu ad Numicium amnē peruenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum proficiscuntur. Apparent vestigia pedum vsque ad Numicium amnem, vltra nihil videtur. Quod dum admirãdis secum animis voluntant, ipsa loqui visa est:

-placidi sum nympha Numici:

Amne perenne latens, Anna Perenna vocor. Ouid. 3. Fast. Quapropter læti conuiuia celebrarunt, eam pro dea venerantes: quem ritum postea longissimo tempore seruarunt.

Annales, Annalis, Annaria, Vide ANNVS.

ANNARVS Babyloniorum satrapes, qui inter cæteros helluones tanti luxus fuisse proditur, & tam profundæ gulæ, vt stola muliebri amictus, mero & vnguento madens, cētum & quinquaginta psaltriis simul accubantibus, velut officina nequitiæ, magnis effusionibus cœnitaret. Alex ab Alex. lib. 5. cap. 22.

Annascor, Vide AGNASCOR.

Annauigo, annauigas, pen. corr. annauigare, Ad aliquem locum nauigare. Ex Ad, & Nauigo. Plin. lib. 36. cap. 12, Sanè conspicuæ vndique annauigantibus, sitæ sunt in parte Africæ.

Annecto, annectis, annexui, annexum annectere, Simul nectere, alligare. Plin. lib. 10. cap. 37, Epistolas annexas earum pedibus. Idem lib. 4 cap. 1, Insulam continenti annectens. Id est, coniungens.

Mētum annectere pectori, & caput scapulis. Cels. lib. 4. cap. 3, Morbus qui modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit.

Annecti ad. Cic. 2. de Nat. deor. Paulo suprà quàm ad linguam stomachus annectitur. Pro eo quod est, Linguæ annectitur.

Annexus in re aliqua. Plinius lib. 28. cap. 8, Cor annexum in lana ouis nigræ.

Annexam scapham puppi funiculus trahebat. Cic. 2. de Inuent.

Annexus, huius annexus. Tacit. lib. 19, Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, vber agri annexu connubiisq; gentium adoleuit, floruitque.

Annellus, Vide ANNVLVS.

ANNEVS Serenus, præfectus vigilum Neronis: qui fungi quodam genere vsus in cibo, interemptus est. Vide Plin. lib. 22. cap. 23.

ANNIBAL, pen. corr. Annibalis, pen. etiam corr. nomen viri Carthaginensis in re militari præstantissimi. Qui quum minor vigintiquinque annis esset imperator electus, Hispaniā bello subegit, Alpeis transiuit, quæ inuiæ videbantur, Romanorum duces tribus prælijs vicit, Romanosque maxima clade apud Cannas affecit.

Annibalis castra, dicitur portus quidam magnæ Græciæ, in ea peninsula quam Terinæus sinus efficit. Vide Plin. lib. 3. cap. 10.

ANNICERIS philosophi nomen apud Strab. lib. 17. Qui (vt inquit) Cyrenaicam sectam emendauit, & ab ea Anniceriam introduxit. Vide plura apud eundem.

Anniceris, Cyrenæus quidam fuit, equorū agitatione ac curruum nimio plus sibi placens, ac sæpenumero eius rei molestus ostentator. De hoc, & Platonis de eodem iudicium vide apud Cæl. Antiq. lect. lib. 17. cap. 31.

Anniculus, Vide ANNVS.

Annitor, pen. prod. Vide ADNITOR.

Annisus, penul. prod. & annixus Liu. 5. ab Vrbe, Et patres reficere intercessores legis annisi sunt. Ibidem lib. 4, Patres summa ope annixi sunt.

Annisurus, & annixurus, pen. prod. Liu. 2. ab Vrbe, Annisurum vt appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Ibidem lib. 1, Quod annixurus pro se quisque sit.

Anniuersarius, Vide ANNVS.

Annominatio, Ciceroni dicitur, quæ [Greek] Græcis dicitur.

Annona, Vide ANNVS.

Annosus, Vide ANNVS.

Annotinus. Vide Annona, in ANNVS.

Annoto, annotas, penultima correpta annotare, Est propriè notam aliquam adiicere: vt quum in libris nostris aliquid signamus, vt inueniatur facilius. Author Corn. Fronto, scribitur & Adnoto.

Annotare etiam dicitur, qui memoriæ causa aliquid refert in commentarium suum. Colum. lib. 11. cap. 3, Sciret vnde daret, & meminisset, atque annotaret, quid, & quando, & cui dedisset. Quintil. lib. 1, De quibus in Orthographia pauca annotabo.

¶ Annotare dicuntur scriptores, quum aliquid memoriæ produnt. Plin. lib. 7. cap. 48, Qua in re & illud annotare succurrit. Legere, adnotare, excerpere aliquid ex libro. Plin. Iun. epist. 5. lib. 3.

Annotare aliquid cursim. Vide CVRRO.

Annotatum est. Plin. lib. 2. cap. 25, Breuissimum quo cernerentur spatium, septem dierum annotatum est. Pro, Obseruatū est ac deprehensum, aut à scriptoribus memoriæ proditum. Vtroque enim modo hoc verbum accipitur. Sic idem lib. 28. cap. 2.

Annotari. Plin. lib. 3. cap. 5, Hæc littora fontibus calidis rigantur: præterque cætera in toto mari conchylio & pisce nobili annotantur. Id est, notabilia sunt, vel insignia.

¶ Annotare, pro Decernere. Sueton. in Caligula, cap. 27, Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos annotauit. Budæus.

¶ Annotari reus dicitur, qui absens in reos refertur. Nam in grauioribus criminibus, Magistratus, qui absentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat fore, vt nisi intra annum adesset, eius bona publicarentur, vti Martianus docet l. 1. & 2. D. de requir. reis.

¶ Annotare quoque est, quum præses notat qua quenque pœna damnatum censeat dignum, idque ad Imperatorem rescribit. l. 1. D. quando appell. & l. 6. §. præsides. D. de interdict. & relegat. Hotomanus.

Annotatus cēsibus, idem quod Ascriptitius, Censibus adscriptus. in l. Si quis. & l. Quisquis. C. de episc. & cleric.

Annotatio, verbale. Est notæ ad aliquam rem adiectio, Obseruatio.

¶ Annotatio itē est, Absentis in reos relatio. Macer in l. 4. D. de requir. reis. Dicitur etiam principis rescriptum sua manu subnotatum. l. iubemus. 10. C. de sacrosanct. eccles. Hotom.

Annotator, penultima producta, verbale Qui aliquid annotat. Plin. Iunior, in Paneg. Non enim ante medium diem distentus, solitaria cœna spectator annotatórque conuiuis tuis imminet. Hoc est, obseruator, vt videlicet notes, & obserues quantum quisque aut edat, aut bibat.

Annuatim, Vide ANNVS.

Annulus, annuli, masc. gen. penult. corr. notæ significationis. Cicero 5. Verr. Sæpe enim nostri imperatores, superatis hostibus, optimè Repub. gesta, scribas suos annulis aureis in concione donarunt.

Annulus aureus, insigne erat equestris ordinis. Horat. 2. Serm.

Annulus signatorius. Valer. lib. 8. cap. 15. de L. Sylla.

Annuli palam ad palmam conuertere. Cic. 3. Offic.

Fulget annulus ingens. Iuuenalis sat. 7,

-Ciceroni nemo ducentos

Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens.

Detrahere annulum, & Inducere, contraria. Cic. 3. Offic.

Annulo sigilla imprimere. Cic. 4. Acad.

Inducere digitis annulum. Plin. lib. 33. cap. 1.

Annellus, diminutiuum Horat. 2. Serm.

-sæpe notatus

Cum tribus annellis. Cic. 5. de Finibus, Epicuri imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis, & in annellis habent. Sic legit Nonius. nunc Annulis legitur.

Annularius, substantiuum Annulorum artifex. Cic. 4. Acad. An tibi erit quæ reddas annularius aliquis, quoniam gallinariū inuenisti Deliacum illum qui oua cognosceret?

Annularius, adiectiuum, vt Annulariæ scalæ, apud Suetonium in Augusto, cap. 72, Scalas annularias dici suspicatur Beroaldus, quæ in cochleæ formam figurantur, & orbiculata figura instar annulorum rotundantur.

Annulatus, pen. prod. adiectiuum Id est, annulis ornatus. Plaut. Pœnulo, 16, Quia incedunt cum annulatis auribus. De iis loquitur, qui in perforatis auriculis annulos gestant.

Annularis, & hoc annulare, pen. prod. vt, Annularis digitus. Gell. lib. 10. cap. 10.

Annumero, annumeras, pen. corr. annumerare, Propriè significat Numero aliquid addere, vel ad numerum adiungere. Cic. 2. de Diuin. Atque his libris annumerandi sunt sex de Repub. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16, -& mihi nomen

Tunc quoque, quum vates annumerarer, erat. Id est, nominarer.

Annumerare, interdum significat idem quod simplex Numerare. Cic. 1. de Nat. deor. Vt eorum molestum sit annumerare sententias.

Computare & annumerare literas. Vide LITERA.

Verba lectori. Cic. de Optim. gen. orat.

Annumerare, dictum de pecunia. Plaut. Merc. 3, Talentum mihi argenti ipse annumerat sua manu. Cic. 5. Verr. Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam prompsisset, & singulos tibi denarios annumerasset.

Annumerare cum aliquo. Cic. in Sallustio 4, Vnà cum illis annumeratus esses.

Annumerare in. Cic. pro Roscio Amerino, Verùm ego forsitan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. Ouidius 5. Trist. 5,

Se quoque in exemplis annumerare solet.

Annuntiare

Annuntiare {ἐπαγγέλλειν} idem quod nuntiare. Cic.Att.lib.5, Quæ mihi annuntiabantur. Vide OBNVNTIO.
Annuntiare è longinquo. Plinius libro 7. capite 52. Vide LONGINQVVS.
Annuntiare salutem alicui, pro Salutem dicere. Cic. Attico, lib.12, Eisque interea(vt scribis) salutem annuntiabis.
Annuo, annuis, annui {νεύω} annuere, Propriè nutu (id est, signo capitis) assentiri. Virg.9.Æneidos,
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
¶Annuui, Præteritum antiquum. Ennius,
Annuuit sese mecum decernere ferro. Id est, annuit. Turneb.
Annuere toto capite aliquid. Cic.2.de Orat.
Vellere signa annuunt superi. Virg.11.Æneid.
Annuere, affirmare. Plaut.Bacch.4, Ego autem venturum annuo. Potest hic accipi pro eo quod est, Promitto.
Annuere, verbo ipso assentiri. Terent.Eunuch.3.5,
-ne abscedam imperat:
In interiore parte vt maneam solus cum sola annuo.
¶Annuere, pro nutu sciscitari. Tacit.lib.15, Idem Subrio Flauio assistenti annuentiq; an inter ipsam cognitionem distringeret gladiū, cædemque patraret, retinuit, fregitque impetum. Budæus.
¶Inter Annuere, & Innuere. Innuere est facie significare. Terent. Adelphis,
Non innueram: verùm in istam partem potiùs peccato tamen.
¶Annuere, Concedere. Virg.lib.10.Æneidos,
Annuit his Iuno, & mentem lætata retorsit. Verùm hæc differentia sæpe confunditur. Nonius.
¶Inter Nutare, & Annuere, & Nictare veteres hoc interesse voluerunt, vt Nutare capitis: Annuere vel Innuere, narium vel labiorum: Nictare, oculorum significantiam esse decreuerint. Plaut.Asin.
Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Ex Nonio.
¶Annuere alicui, Promittere. Virg.1.Æneidos,
Nos tua progenies cæli quibus annuis arcem.
¶Annuere aliquem, Nutu significare. Cic.3. Verr. Erepta est facultas eorum quos iste annuerat.
Significare & annuere, Cic. 5. Verr. Hoc enim mihi significasse & annuisse visus est.
¶Annuere, id est, Fauere. Virg.1.Georg.
-atque audacibus annue cœptis. Ouid.7.Metam.
-& præsens ingentibus annuat ausis.
Superest vt promissis Deus annuat. Plin.Iunior, epist.23.
Si Deus annuerit, id est, Fauerit, vel dederit quod optamus. Plinius Iunior, epist.144.
Ore sereno vel pacato annuere. Martial.lib.2,
-quòd si Deus ore sereno Annuerit, felix Candide solus eris.
Quibus facili Deus annuet aure. Propert.lib.1.eleg.1.
¶Annuere, Concedere. Vide ABNVERE.
Annuere victoriam. Virg.lib.12.Æneidos,
Si nostrum annuerit nobis victoria Martem. Pro, Si Mars annuerit victoriam.
Annuere nutum. Liu.7. ab Vrbe, Annuite P.C. nutum numénque vestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumem Capuam futuram. Hoc eadem figura dictum est, qua Viuere vitam, & Seruire seruitutem.
Annus, anni {ἐνιαυτός, ἔτος} Quid sit, vulgo notum est. Festus, Annus ex Græco venit, quem illi ἔνος dicunt. & quod nos triennium, illi dicunt τριένος, τρίενος. Seruius, Annus dictus est quasi Anus: Id est, Anulus, quòd in se redeat: vt est,
Atque in se sua per vestigia voluitur annus. Vel ἀπὸ τοῦ ἀνανεοῦσθαι, Id est, ab innouatione: quod videlicet assiduè innouetur & alter fiat. Tria sunt genera annorū: aut enim lunaris annus est XXX dierum, aut solstitialis XII mensium. Aut secundum Tullium, lib.2. de Nat. deor. Magnus, qui comprehendit 12554. annos.
¶Nouitas anni. Ouid.1.Fastorum.
Series annorum & fuga temporum. Horat.3.Carm.ode 30.
Spatia annorum. Propert.lib.3.eleg.21.
Vertuntur annorum tempora. Lucret.lib.5.
Via anni, solísque. Virgil.6.Æneidos,
-iacet extra sidera tellus,
Extra anni solísque vias.
Vices annorum. Seneca in Hercule OEtheo, 11.
Fortior annis. Ouid.Amor.3.eleg.6.
Grauis annis. Virgil.9.Æneidos.
Integer annorum. Stat.1.Thebaidos.
Iuuenilior annis. Ouid.14.Metamorphoseos,
Silenúsque suis semper iuuenilior annis. Hoc est, Quàm pro ætate. Qui quum sit senex, agit tamen iuuenem.
Maturior annis Remulus. Ouid.14.Metam.
Maximus. Virg.2.Æneid. Id est, annosissimus.
Fama est obscurior annis. Virgil.7.Æneid. Hoc est, res est minus nota propter temporis longinquitatem.
Pharius annus. Claud.de bell.Gildonico.
Phrygius. Statius 5.Thebaid.
¶Anni extremo. Tacit.lib.5, Extremo anni mors Ælij Lamiæ funere Censorio celebrata.
Anni exitu. Tacitus lib.5.
Anni fine. Tacit.lib.15, Fine anni vulgantur prodigia.
Initio statim anni. Liu.Decad.1.lib.2.
Principio anni. Liu.Decad.1.lib.2.
¶Anni apti lusibus. Ouid.epist.21.
Alternis annis. Vide ALTERNVS.
Bellicosior annus, in quo plus bellorū geritur. Liu.lib.10. ab Vrbe.
Bini anni. Vide BINI.
Breues. Horat.4.Carm.ode 13.
Celeres. Stat.3.Sylu.eleg.3.
Climactericus. Vide CLIMAX.
Consumptus. Silius lib.15.
Dissimiles annos solertia temperat artis, Claud.in Epigr.41.
Emeriti. Ouid.15.Metam. Id est, senectutis anni.
Extremus. Virgil.3.Georgicorum,
-extremóque irrorat Aquarius anno.
Fallax. Virgil.11.Æneid.
Faustus. Ouid.1.Fastorum.
Fertilis. Propert.lib.4.eleg.9.
Festior annus erat, cinctúsque imitata Gabinos, Claud.6.Paneg.
Florentes. Stat.3.Sylu.5.
Fœcundus. Ouid.3.Amor.eleg.9.
Formosissimus. Virgil.3.ecloga.
Fugaces labuntur anni. Horat.2.Carm.ode 14.
Grauissimus & pestilentissimus. Cic.ad Titium, lib.5.16.
Hybernus. Horatius in Epod.2. Hoc est, Hybernum tempus anni. Porphyr. Ignaui. Ouid.1.Amor.eleg.15.
Immunes. Lucan.lib.8.
Anni impubes. Ouid.9.Metamorph.
-faciétque viros impubibus annis.
Anni incipientis primum diem, lætis precationibus inuicem faustum ominabantur Ethnici. Plin.lib.28.cap.2.
Annus iners, Inertia, vel inerter & nihil agendo consumptus. Ouid.1.Fastorum.
Imbellem annum agere. Vide IMBELLIS.
Infamis annus pestilentia. Vide INFAMIS.
Insequens annus. Vide INSEQVOR.
Intercalaris. Vide INTERCALARIS.
Iudicialis. In quo multa, & quidem seuera iudicia facta sunt. Cic. in Bruto, Q. Arius quū omni iam fortuna prosperè functus, labores etiam magnos excepisset: illius iudicialis anni seueritatem, quasi solem non tulit.
Iustos annos peragere. Ouid.10.Metam.
Iuueniles. Ouid.8.Metamorph.
Lethifer. Virgil.3.Æneid.
Locuples frugibus. Horat.2.epist.1.
Longus. Ouid.1.Metam. Idem 4.Fastor.
Lucifer. Valerius Flaccus 3.Argonaut.
Magnus. Vide MAGNVS. Dicitur hic etiam Vertens. Vide VERTO.
Interea magnum sol circumuoluitur annum, Virg.3.Æneid.
Melioribus natus annis. Virgil.6.Æneidos,
Magnanimi heroes nati melioribus annis.
Minor annus geminis mensibus. Ouid.3.Fast.
Molles. Ouid.1.epist. Id est, pueriles.
Nitidissimus. Ouid.5.Fastor.
Nouus incipit. Ouid.1.Fastor.
Nubiles. Ouid.14.Metamorph.
Par annus diuersis quatuor temporibus. Virg.1.Georg.
Piger. Tardè procedens, Diu durans. Horat.1.epist.1.
Plenus. Horat.3.Carm.ode 18, Hoc est, completus.
Plenis annis nubilis virgo. Virgil.7.Æneid.
Pomifer. Horat.3.Carm.ode 23.
Præceps. Seneca in Hercul.OEtheo, 8.
Primis annis eximenda vitia. Quintilian. lib.1. cap.1. Et Virgil. 8. Æneidos.
Proni. Horat.in Arte poet.
Pubescentes. Stat.2.Thebaid.1.
Pueriles. Quintil.lib.1.cap.11. Et Ouid.5.epist.
Robustior. Ouid.15.Metamorph.
Romanus. Ouid.3.Fastor.
Rudes. Seneca in Thyeste, 3.
Rudibus annis aliquid percipere. Quintil.lib.1.cap.1.& 15.
Seniles. Ouid.7.Metamorph.
Seri. Ouid.9.Metamorph.
Sidereus. Valer.3. Argonaut.
Sitiens. Plin.lib.13.cap.4.
Steriles annos transmittere. Stat.4.Sylu.2.
Teneri. Ouid.4.epist. Et Persius satyra 5.
Turbulentior. Vide Turbulentus, in TVRBA.
Velox in terga reuoluitur annus. Stat.5.Thebaid.
¶Absolutus perfectúsque. Cic.de Vniuersit.
Accessit annus tertius desiderio & labori. Vide ACCEDO.
Accessio annorum. Vide ACCEDO.
Addere annum labori. Cic.ad Q.frat.lib.1.1.
Addere annos. Ouid.9.Metamorph.
Addere duos annos ad duo lustra. Vide ADDO.
Adolere ter senos annos. Vide ADOLEO.
Æquare annos. Ouid.15.Metamorph.
Affluentes. Horat.4.Carm.ode 11.
Agere annos. Ouid.9.Metam. Vide AGO. Cic.de Senectute.
Aperit annum Taurus auratis cornibus. Virg.1.Georg.
Cedere annis dicuntur vina. Vide CEDO.
Circumagit se annus. Vide CIRCVMAGO.
Colligere annos. Vide COLLIGO.
Compleuit annos centum. Vide COMPLEO.
Conficere annum, Id est, transigere. Cicero.
Crescentibus annis. Ouid.1.de Arte amandi.
Defecti anni. Ouid.21.epist.
Egressus quintum annum. Quintil.lib.6.in proœmio.
Esse annis æqualem alicui. Ouid.1.Metam.
Eunt anni more fluentis aquæ. Ouidius 3. de Arte, & Horatius 2. epistola 2.
Excedere annos centenos. Vide CENTENI.
Exeunte anno. Cic.1. de Diuinat. Quinto autem anno exeunte ad Syracusas occidit.
Exigere annum cum aliquo. Virgil.1.Æneid.
¶Annum millesimū expectat. Prouerbiū in illos dici solitum, qui

felicitatem concipiunt nunquam futuram. Natum autem sic ferunt: nam Taciti & Floriani Imperatorum statuis Interamnæ disiectis fulmine, ab aruspicibus responsum, ex eorum familia proditurum Imperatorem post annos mille qui terram omnē quæ Oceano ambitur, suam faceret, mòxque Senatui resignaret imperium, antiquis legibus victurus, ac post centum & viginti annos moriturus hærede nullo. Diúque sic à posteris expectatum hoc, vt in prouerbij vicem versum sit, Annum millesimum expectat. Ex Cæl.lib.2.cap.12.

Expleto anno ætatis vndeuigesimo. Quintil.lib.6.in proœm.

Extendere suos annos. Seneca in Troade,6.

Exuberat annus pomis. Virg.2.Georg.

Ferre annos dicuntur vina quædam, & vetustate proficere. Quintil.lib.2.cap.4.

Fessi. Seneca in Hippol.2. Solamen annis vnicum fessis hera.

Fracti. Seneca in Hippol.12.

Habere annos. Cic.pro Cæcinna, isque iam annos viginti haberet.

Implere annum. Ouid.9.Metam.

Implet annum Luna mensibus. Ouid.3.Fast.

Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat annum.

Impleuerat iam annum quinquagesimum. Quintil.lib.3.cap.1.

Incipit annus vicesimus. Vide INCIPIO.

Indefessi anni. Silius lib.13.

Insignire annum cladibus. Vide INSIGNIS.

Intercessit annus. Vide INTERCEDO.

Interfuerunt anni decem. Vide INTEREST.

Irrorare annum flatibus. Claudian.2.de rapt.Proserp.

Labuntur anni. Horat.2.Carm.ode 14.

Eheu fugaces Posthume Posthume Labuntur anni.

Labens annus cælo. Virg.1.Georg.

-labentem cælo quæ ducitis annum.

Labens annus tacitè. Ouid.1.Fast.

Marcet corpus annis. Lucret.lib.3.

Metiri annum longum. Ouid.4.Metam.

Natus annos decem. Vide NASCOR.

Obire annum petitionis. Vide OBEO.

Perfecti anni. Ouid.15.Metam.

Referre annos præteritos. Virg.8 Æneidos,

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos. Id est, reddat.

Recolligere annos primos. Ouid.6.Metam. Id est, recipere.

Recurrentes anni. Horat.2.epist.1.

Rediens. Horat.2.Serm.sat.2.

Relinquere annos. Stat.2.Sylu.1.

Renouare annos. Ouid 9 Metam.

Resumere annos virides. Stat.3.Sylu.1.

Seruare annos. Ouid 8.Metam.

Silentes anni. Claud.8.Paneg. Annos quinque intelligit, quos totos silebāt noui discipuli Pythagoræ, solùm ea quæ dicerentur audiētes.

Superare annos memores. Stat.10.Thebaid.

Tacitis annis senescimus. Ouid.6.Fast.

Venientes anni, Anni recedētes, contraria. Horat.in Art.poetica,

Multa ferunt anni venientes commoda secum,

Multa recedentes adimunt.

Vergere annis. Tacit.lib.13, Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptiis Syllanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans. Id est, senescentem.

Vertit se annus. Iuuenal.sat.7,

-quum se verterit annus.

Vertens annus. Cic.13.Philipp. Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis.

Infra finem anni vertentis, Sueton.in Cal.cap.37. Hoc est, finito & conuerso anno.

Annus vertens quid sit, ostendit his verbis Vitruuius lib.9.cap.4, Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mēse vertente vadens transit. ita duodecim mensibus duodecim signorum interualla peruagando, quum redit ad id signum vnde cœperit, perficit spatium vertentis anni. Eadem figura Plautus mensem vertentem dixit in Persa Act.4.scen.4, -si hanc emeris,

Nunquam hercle hunc mensem vertentem, credo, seruibit tibi.

Viuere annos bis centum. Ouid.12.Metam. -vixi

Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Voluitur annus in se. Virg.2.Georg.

-redit agricolis labor actus in orbem:.

Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Voluens annus. Ouid.5.Metamorphoseos,

Iuppiter ex æquo voluentem diuidit annum.

Voluentibus annis. Virgil.1.Æneidos,

Certè hinc Romanos olim voluentibus annis. Id est, volubilibus. & est Participium pro Nomine. Voluēs enim est qui voluit: Volubilis autem qui voluitur. Seruius.

¶ Ante annos occidere. Ouid.2.Amorum, eleg.2.

In annum, & In hunc annum. Vide IN.

In annum decimum durare. Ouid.13.Metam.

In annos singulos. Vide IN.

In annum venientem curas extendere. Virg.2.Georg.

In annos patrios inquirere. Ouid.1.Metam.

Filius ante diem patrios inquirit in annos.

In nonum annum premere opus aliquod. Horat.in Arte poet.

Inter tot annos. Vide INTER.

Intra quatuor annos. Vide INTRA.

Per annos longos deseruire. Ouid.1.Amorum, eleg.3.

Per annos durare. Virgil.2.Georgicorum,

-aut totidem durare per annos.

Per annos mille. Virgil.6.Æneid.

Per annos ferre. Virgil.3.Georg.

Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos.

Sub annis primis. Ouid.12.Metam.

Annus meus, noster, vester, &c. Annus quo mihi aut vobis per leges licet Consulatum aut alium magistratum petere. Cic.Attic.lib.1.epist.1, Nemo est enim ex iis qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur. Cōtra Rullum, Est illud amplissimum, Quirites, quòd honore ex nouis hominibus primum me, multis posthabitis, affecistis: quòd prima petitione, quòd anno meo. Porrò ad petendum Consulatum legitimus erat annus ætatis quadragesimustertius. Cic.Philip.5, Quid Macedo Alexāder, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nónne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm Consularis.

Annalis, pen.prod.in singulari, m.g. {[illegible]} Gell.lib.2.cap.1, Posuimus igitur verba ipsa Quadrigarij ex annali eius vt transcripta. Sic idem sæpè alibi. Cic.Att.lib.12, Quibus coss. Carneades & ea legatio venerit Romam, scriptum est in tuo annali. Plin.lib.7.cap.28, Q.Ennius T.Cæcilium Teucrum, fratrémque eius præcipuè miratus, propter eos sextum annalem adiecit.

Annales, pen.prod. annalium, m.g. {[illegible]} nomen ab annus deriuatum. Seruius: Inter annales & historiā hoc interest. Historia est eorū temporum quæ vel vidimus, vel videre potuimus: dicta [illegible], Id est, videre. Annales verò sunt eorum annorum & temporum, quæ ætas nostra non nouit. Vnde Liuius ex annalibus & historia constat. Hæc tamen confunduntur licenter. vt, Virg.1.Æneidos,

Et vacet annales nostrorū audire laborū. Pro Historia inquit Annales. Hactenus Seruius. Gell.lib.5.cap.18, Historias quidā esse aiunt rerum gestarum vel expositionem, vel demōstrationem, vel quo alio nomine id dicendum est: Annales verò esse, quum res gestæ plurium annorum obseruato cuiusque anni ordine, deinceps componuntur.

Annales Pop.Rom. & monumenta vetustatis. Cic.pro Domo sua.

Annalium monumenta. Quintil.lib.2.cap.4. Cic.2.de Finib.

Annalium ordo. Cic.ad Luceium, lib.5.12.

Ex annalibus cognoscere. Vide COGNOSCO.

Annales, pro Fastis, Id est, Pontificum monumentis, dierum & totius anni descriptionem & ordinem continentibus: quum tamen hæc duo inter se differant. Ouid.1.Fastorum,

Sacra recognosces annalibus eruta priscis.

Ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Cic. pro Muræna.

Annales priscos voluere. Claudian.3.Paneg.

Annalis, adiectiuum {[illegible]} Vnde legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. quæ & Annaria dicebatur. Cic.3.de Legib. Ciuitatem annali lege seruanto. Idem 2.de Orat. Vt olim Rusca quum legem ferret annalem.

Annales, cognomen familiæ Romanæ. Liu.Dec.4.lib.7, Eo anno rogatio primùm lata est ab L.Iulio Trib.plebis, quot annos nati quēque magistratum peterent caperéntque. Indé cognomen familiæ inditum, vt Annales appellarentur. Quint.lib.6.cap. De risu, Dissimulauit Cicero quū Sextus Annalis testis reum læsisset, & instaret identidem accusator ei, Dic M.Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Versus tunc dicere cœpit de libro Ennij Annali sexto,

Qui potis ingentis caussas euoluere belli?

Annale tempus. Varro 1.de Re rust. cap.27, Et quoniam tempora duorum generum sunt: vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. De anno & mense intelligit.

Annaria lex, dicebatur ab antiquis ea qua finiuntur anni magistratus capiendi. Hæc Festus.

Anniculus, pen.corr. {[illegible]} adiectiuum est, non autem diminutiuum, Id est, vnius anni. vt, anniculus puer, anniculus taurus. Varro de Re rust.lib.2.cap.5, Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices septuaginta: duos, vnum anniculum, alterum bimum. *Plin.lib.*9.cap.41, Anniculo gramini languidus succus.

Anniculus etiam de inanimatis dicitur. Plin.Iun. Ergo plantaria instituunt, anniculásque transferunt, & iterum bimas.

Annicula ætas. Colum.lib.7.cap.9, Quam salacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate commodè progenerant.

Annifer, adiectiuum, pen.corr. {[illegible]} Plin.16.cap.26, Cedrus & iuniperus & ilex anniferæ habentur, nouúsque fructus in his cum annotino pendet.

Anniuersarius {[illegible]} adiectiuū, Id est, quod singulis annis fit. vt, Anniuersaria sacra. Cic.6.Verr.

Anniuersaria febris, quæ singulis annis stato tempore recurrit. Cic.2.de Nat.deor.

Anniuersarij vicini. Varro de Re rust.lib.1 cap.16.

Annona, annonæ, pen.prod. {[illegible]} anni alimonia est: nec frumenti solùm, sed etiam aliarum rerum. Columel.lib.9, Vel lactis annona. Cic.2.Offic. In caritate annonæ, asse modium dedit. Idem 2.de Diuinat. At si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore.

Acris annona. Tacit.lib.4. Plebes acri quidē annona fatigabatur.

Arctior. Sueton.in Claudio, cap.10, Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates, detentus quondam medio foro à turba, &c.

Annona salaria. Vide Salarius, in SAL.

Compressam annonam vocat Liu.lib.8.Decad.4, quum pretium per coemptionem est auctum.

Difficultas annonæ, summáque inopia rei frumentariæ. Cic.pro Domo sua.

Facta durior annona. Cic.pro Domo sua.

Fœcundæ annonæ prouincia. Tacit.lib.17.

Graui annona conflictari. Vide CONFLIGO.

Grauitas annonæ. Tacit.lib.5.

Incendium annonæ. Quintil.in Pastu cadauerum. Etiam siquid residui erat, vt carius quidam venderent, ad annonæ incendium suppressum est. Id est, ad annonæ pretium augēdum. Romani magnam caritatem annonæ eloqui studentes, ab incendio ignéque (quo nihil vehementius & acrius est) mutuò verba sumebant. Turnebus.

Moderatior

Moderatior annona. Paterculus lib. 2.
Vulitas nec opinata cõsequuta est annonam cariſſimam. Cic. pro Domo ſua.
Ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſequuta eſt annonæ vilitas. Cic. pro lege Manilia.
Attentare annonam, & vexare vel maximè Dardanarij ſolēt. Vlp. in l. Annonam attentare. D. De extraordin. crimin.
Commutata annona. Cic. pro Domo ſua.
Conualeſcit annona. Sueton. in Augusto cap. 42. Id eſt, Vilior facta eſt.
Creſcit annona. Cæſar belli Ciuil. lib. 1, His tamen omnibus annona creuit, &c. Iámque ad denarios quinquaginta in ſingulos modios annona peruenerat.
Excandefacere annonam. Vide EXCANDEFACIO.
Flagellare annonam. Plin. lib. 33. cap. 13, Pretia rerum, quæ vſquam poſuimus, non ignoramus in alijs locis eſſe, & omnibus penè annis mutari, prout nauigationes conſtiterunt, aut vt quiſque mercatus ſit, at aliquis præualens manceps annonam flagellet.
Incendere annonam. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 2. Hoc eſt, Cariorem facere.
Inferre caritatem annonæ. Plin. lib. 18. cap. 28.
Ingraueſcit annona. Vide INGRAVO.
Laxat annona. Vide LAXVS.
Laxior annona. Liu. 1. Decad. lib. 2, Vrbi cum pace laxior etiam annona redit, ex aduecto ex Campania frumento.
Leuare vrbis annonam. Vide LEVIS.
Leuare populum in annonæ caritate, frumento ſuppeditato. Vide LEVIS.
Non habet pretium annona. Cic. 5. Verr.
Onerant annonam etiam ſtateræ adulterinæ. Vlpian. in l. Annonam. D. De extraord. criminibus.
Prodeſſe annonæ. Horat. lib. 1. Epiſt. 17.
Vrit populum annona. Paterc. lib. 2, Tum expoſtulante conſenſu populi, quem grauis vrebat infeſto mari annona, cum Pompeio quoque pax inita.
¶ Annona, pro mẽſtrua vel annua mercede ac ſtipendio. Vegetius de Re militari, Torques aureus ſolidæ virtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem, duplas conſequebatur annonas.
Annonæ ciuiles, l. 14. C. de ſacroſan. eccl.
Annonarius {σιτωνικός} Quod ad annonam pertinet. Vegetius lib. 3. capite 3. Antè igitur, quàm inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſolers debet eſſe tractatus, vt pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies, quas à prouincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur.
Annonaria cauſa. Hermogenianus in l. Aufertur. D. de iure fiſci. Vt debitoribus fiſci, quod fiſcus debet, compenſetur, ſæpe conſtitutum eſt: excepta cauſa tributaria, & ſtipendiorum, & item pretio rei à fiſco emptæ, & quod ex cauſa annonaria debetur.
Annoſus, penult. prod. adiectiuum {πολυετής} qui multos habet annos. vt, Annoſa anus. Ouid. 2. Faſtorum,
Ecce anus in medus reſidens annoſa puellis.
Brachia vlmi annoſa. Virg. 6. Æneid. Et lib. 2, Annoſa ornus.
Annoſo degit æuo gens Hyperboreorum. Plin. lib. 4. cap. 12.
Falernum annoſum. Martialis lib. 6.
Merum. Tibul. lib. 3. eleg. 7.
Mundus. Seneca in OEdipo, 5.
Palatum. Horat. 2. Serm. ſat. 3.
Annoſo robore lucus. Sil. lib. 3. Et apud Virg. 2. Æneid.
Senex. Ouid. lib. 1. de Arte amandi.
Senectus. Ouid 7. Metam.
Vetuſtas. Ouid 5. de Triſt. eleg. 2.
Volumina vatum. Horat. 2. epiſt. 1.
Annotinus, adiectiuum, penult. prod. ab annus {ἐνιαύσιος} Quod eſt vnius anni. Colum. lib. 4. cap. 24, Vngues cuſtodum annotinos reſecato.
Annotinus, adiectiuum ab Annona, Quod ad annonam pertinet. vt, Naues annotinæ, quibus annona comportatur. Cæſar libro 5. belli Gall. Multitudine nauium perterritæ, quæ cum annotinis priuatiſq; quas ſui quiſque commodi cauſa fecerat, amplius octingentæ vno erant viſæ tempore.
Annuus, adiectiuum {ἐνιαύσιος, ἐπέτειος} Quod vnius anni ſpatium continet. Plaut. Aſin. 16, Vita vxoris annua.
Annuum eſt aliquid fieri. Plin. lib. 11. cap. 39, Quadrupedibus pilum cadere atque ſubnaſci annuum eſt.
Annuæ vices. Plin. Iunior, de Viris illuſt. 1, Quibus regnum annuis vicibus habendum relinquit, & vt alternis imperarent. Plin. Natur. hiſt. lib. 10. cap. 20, Cauda pauonis annuis vicibus miſſa cum foliis arborum.
Annua vice, pro Annuis vicibus. Plin. lib. 2. cap. 39, Quis enim æſtates & hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubitet?
Annua dies: pro Vnius anni tempore. Cic. Att. lib. 12, Perdere malo (etſi præter ipſam turpitudinem hoc ipſum puto perdere) aut delegatione in mancipe annua die. quis erit, cui credat? &c. Idem ad Fabium Gallum lib. 7. 24. Sic apud Iuriſconſultos legitur, Annua, bima, trima die, pro anno, biennio, triennio. Pomp. in l. 8. §. 3. D. de pignor. actio. & l. 3. D. de annuis legat.
Annuæ copiæ. Tacit. in vita Agricolæ.
Interdicta annua, & Iudicium annuum. Paulus in l. Ex quibus. D. De interdict. ſeu extraord. criminib.
Tempus. Cic. ad Attic. lib. 6, Etſi annuum tempus, propè tamen emeritum habebamus (dies enim XXXIII erant reliqui) ſolicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.
Vſus annuus. Africanus in l. Cum quæreretur. D. de leg. 3. Quod ad vſum annuum opus eſſet.
¶ Annuum, Quod ſingulis annis fit: dictum quaſi Anniuerſarium, vt Annua ſacra. Virgil. 1. Georgic.
Annua febris. Id eſt, Anniuerſaria. Valla libro 4. Sic Propertius lib. 3. eleg. 3.
Annua certamina. Lucan. lib. 1.
Cultura. Horat. 3. Carm. 24.
Cura annua milio venit. Virg. 1. Georg.
Liba annua. Ouid. 1. Faſt.
Sumptus. Cic. Attico, lib. 15.
Orbis. Virgilius 5. Æneidos, Annuus exactis completur menſibus orbis. Vbi Seruius, Annuus orbis, quia menſes in ſe recurrunt & annum faciunt.
¶ Annuum, abſolutè poſitum ſignificat Salaria ſeu mercedem, vel alimenta in ſingulos annos. Vlpianus D. de Annuis leg. & fideicommiſſ. l. Si cui annuum fuerit relictum ſine adiectione ſummæ, nihil videri huic relictum Mela ait. Suetonius in Tiberio cap. 50, Peculio conceſſo à patre, præbitiſque annuis fraudauit, per ſpeciem publici iuris. Plin. Iunior epiſt. 148, Atque etiam vt publici ſerui annua accipiunt. Vide ANNONA.
Annuatim, aduerbium. Per ſingulos annos. Valla lib. 6, citat locum Plin. lib. 12. cap. 18, in quo ſic nunc legitur, Herodoto teſte, qui tradit ſingula millia talentûm annua thuris Arabes penſitaſſe regibus Perſarum. Vbi Valla fuiſſe mẽdum ſubdubitabat. Hoc igitur aduerbium non eſt certum, niſi probetur aliunde.
Annutrio, Vide ADNVTRIO.

A N O

Anodynon {ἀνώδυνον} Anodyna vocantur quæ leuationem doloris ſomnum accerſendo, moliũtur, vt ait Hermolaus in Plin. Celſ. lib. 5. cap. 25, Anodyna vocant quæ ſomno dolorem leuant. Idem lib. 6. cap. 6, Si tantum mali eſt, vt ſomnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum eſt quæ ἀνώδυνα Græci vocant.
Anomalia, anomaliæ {ἀνωμαλία} Latinè dicitur Inæqualitas, & eſt Analogiæ contraria. Gellius lib. 2. cap. 25, In Latino ſermone ſicuti in Græco, alij analogiam ſequendam putauerunt, alij anomaliam. ἀναλογία, eſt ſimilium ſimilis declinatio, quam quidam Latinè Proportionem vocant. ἀνωμαλία, eſt inæqualitas declinationũm conſuetudinem ſequens.
Anonis, huius anonis, pen. prod. vel anonidis, pen. corr. f. g. {ἀνωνίς} Herba eſt quæ & Ononis, penul. prod. dicitur, vulgò *Arreſta bouis*, vel Remora aratri, *Areſtebeuf*, quòd in opere arantes boues ſubinde ſiſtat, duriſque & altis radicibus aratrum remoretur. Plin. lib. 27. cap. 4, Anonin quidam Ononida malunt vocare, ramoſam, ſimilem fœnogræco, niſi fruticoſior hirſutiórque eſſet.
ANONYMI, Populi ſunt in Aphrica, Atlantes dicti, qui ſunt anonymi, hoc eſt ſine propriis nominibus, cùm in vniuerſum Atlantes tantùm vocitentur. Horum meminit Plin. lib. 5. cap. 8.
Anonymos, penul. corr. {ἀνώνυμος} Sine nomine: vt ἀνώνυμος herba apud Plin. lib. 27. cap. 4. Anonymos à non inueniẽdo nomine nomen inuenit. affertur è Scythia, &c.
Anopæa {ἀνόπαια} auis ex aquilarum genere, fulicæ ſimilis. ¶ Item tegula perforata, quæ in fumibili ſpiraculo imponitur, & conſpectũ excedens, ſublimis, quam viſu aſſequi nequeas. Euſtath.
Anormis, & hoc anorme {ἄνομος} Quaſi ſine norma: Hoc eſt, Ab aliorum norma remotus. Horat. lib. 2. Serm. ſat. 2,
Ruſticus, anormis, ſapiens, craſſáque Mineruа. Id eſt, vltra normam philoſophiæ peritus. Sic Acron interpres. Sed poeta videtur potius eum ſignificare, qui auſteritate vitæ & inconditis moribus ab aliorum vita ſit alienus, & ab omni ciuilitate abhorreat. Loquitur enim de quodam philoſopho.

A N Q

Anquina, pen. prod. Funis nauis, quo ad malũ antenna cõſtringitur. Cinna poeta, Atque Anquina regit ſtabilem fortiſſima curſum. Anquina legendum putat Turnebus. Vide in ANCHORA.
Anquiro, anquiris, penult. prod. anquiſiui, anquiſitum {ἀναζητῶ} anquirere, antiquum eſt verbum. Liu. 2. bel. Pun. Seu legibus, ſeu moribus mallet, anquireret. Id eſt, (vt vulgò loquimur) Faceret inquiſitionem ſiue informationem: quod Cicero tum quærere, tum inquirere in aliquem dicit. Ex Budæo.
Anquirere de aliquo crimine: Id eſt, Quærere & iudicare. Liu. 6. ab Vrbe, Sunt qui Duũmuiros, qui de perduellione anquirerẽt, creatos, authores ſint.
Anquirere capite: quod indoctè dicitur, Criminaliter contra aliquem procedere. Liu. 8. ab Vrbe, Capite anquiſitum ob rem bello male geſtam de imperatore nullo ad eam diem eſſe. Ex Budæo.
Capitis anquirere, idem quod Capite anquirere. Liu. Decad. 1. lib. 2, In mulcta temperarunt Tribuni: cùm capitis anquiſiſſent, duo millia æris damnato mulctam edixerunt.
Anquirere pecunia. Liu. 6. bel. Pun. Bis eſt accuſatus, pecuniáque anquiſitum. Ex Budæo.
¶ Anquirere, pro Exquirere, ſiue diligenter quærere. Cic. de Fato, Sed ad illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, reuertamur: in qua quid valeat id quod fieri poſſit, anquiritur.
¶ Anquirere, eſt circum quærere. Feſtus.

A N S

Anſa, æ {λαβὴ, κώπη} Eſt qua vas, aut quidvis aliud manu teneri ſolet. Virg. 6. ecloga, Et grauis attrita pendebat cantharus anſa.
Dura anſa. Ouid. 8. Metam. Panda vrcei anſa. Vide VRCEVS.
Tortilis. Ouid. epiſt. 15.
¶ Anſa, Qua conſtringuntur calcei. Tibullus,
Anſáque compreſſos alligat arcta pedes.
¶ Anſa per metaphoram pro Occaſione. Cic. pro Plancio, Si locus habet reprehenſionis anſam aliquam.
Dare anſam, Præbere occaſionem. Cic. pro Sextio, Deinde etiam ſermonis anſas dabat.
Anſam dare ad reprehendendum. Cic. in Lælio.
Anſam contentionum retinere. Cic. pro Cæcinna.
Anſula, læ, pen. prod. diminutiuum {λαβίδιον} Anſulas videtur poſuiſſe Valerius pro corrigiis crepidarũ, lib. 8. cap. 13, Mirificè & ille artifex,

qui in opere suo moneri se à sutore de crepida & ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit.

Ansatus, penult. prod. adiectiuum {ὠτώεις} Quod ansam habet. vt, Vas ansatum. Columel. lib. 9. cap. 15.

Ansatus homo. Plaut. Persa, 9. Ansatum hominem ioco dixit, qui incedit vtroque brachio in ansarum modum ad latera applicato: siue (vt ipsemet loquitur) qui subnixis alis sese infert.

¶ Ansatę, substantiuũ. Iaculamenta cum ansis, inquit Nonius. Ennius lib. 5, Ansatas mittunt è turribus.

Ansanctus, Vide AMSANCTVS.

Ansegetes, Vide AMSEGETES.

Anser, anseris, penult. corr. m. g. {χὴν} Auis notissima. Anserum autem alij domestici, alij agrestes. De vtrisque Plin. lib. 10. cap. 22. Virgil. 1. Georgic. Improbus anser. Id est, Insatiabilis, Nulli probandus, inquit Seruius.

Anseris medulla. Author obscœni carminis,

Quidam mollior anseris medulla. Et Catull. vel anseris medullula. Quem locum quidam de mollissima anserũ pluma accipiunt, quæ interior est, & corpori proxima: sed cùm intelligam anseres in delicijs olim Romanis fuisse, quos altiles saginatósque tenerioris ætatis apponere solebant, quorum tenerrimis pulpis etiam tenerior esset medulla, inducor vt credam anseris medullam, pro mollissima & tenerrima re vsurpari solitam esse, cùm Rom. iudicio teneritatem carnis longè superaret mollitudo medullæ. Turneb.

Anseres plumigeri. Plin. lib. 10. cap. 22.

Argutus. Martial. lib. 5. Sagax. Ouid. 11 Metam.

Sollicitíve canes, canibúsve sagacior anser.

Strepit anser. Virg. 9. ecloga, -argutos inter strepere anser olores.

Velluntur anseres quibusdam locis bis anno. Plin. lib. 10. cap. 22.

Anseribus cibaria publicè locabãtur Romæ & canes alebantur in Capitolio, vt significarent si fures venirent. Cic. pro Sex. Rosc.

Anserculus, penultima correpta, diminutiuum {χηνίδιον} Columella lib. 8. cap. 14, Ne noceri possit excussis anserculis quos enecãt vrticæ.

Anserinus, adiectiuum, penult. prod. {χήνειος} quod est anseris: vt, Iecur anserinum, Adeps anserinus, apud Plinium sæpissimè, lib. 20. cap. 6. & Colum. lib. 8. cap. 5.

Anserina lana. Vlpian. in l. Si cui lana. D. De leg. 3.

ANSER, nomen poetæ, quem Ouidius procacem vocat lib. 2. Trist.

Cinna quoque hic comes est, Cinnáque procacior Anser.

Ansula, Vide ANSA.

A N T

Antacæi {ἀντακαῖοι} Pisces sunt delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Borysthenis ostia in glacie effodi author est Strabo lib. 7. Eorum naturam vide apud Ælianum lib. 13. cap. 7.

Antachates, penultima producta {ἀνταχάτης} Gemma ex Achatæ generibus, myrrham redolens cùm vritur, & ob id mulieribus grata. Plin. lib. 37. cap. 10.

ANTACITES, penultima producta {ἀντακίτης} Amnis, Asiæ latere, ad Tyrambem oppidum: & ab eo pisces Antacæi, salsamentum Athenæo, cæterísque nobile. nam & in hodiernum vsque diem à Mæoti lacu præstantissimi quotannis inuehuntur. Amnem hunc Ptolemæo corruptè Atticitum, pro Antacite legimus. Importantur & Antacæi ex Borysthene, vt inquit Herodotus. Hęc Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 7.

Antæ, antarum, plur. num. {παραστάδες} Festus, Antes sunt extremi ordines vinearum. Vnde etiam nomen trahunt Antæ, quæ sunt latera ostiorum. Idem, Antes sunt quadraturæ: vnde & Antæ dictæ sunt quadræ columnæ.

Anta in singulari legitur apud Vitruuium: vt Anta fixa.

Antarius, adiectiuum, vt Antarius funis. Vitru. lib. 10. cap. 3. His explicatis antarij funes antè laxi collocentur.

ANTAEAS, antææ {ἀνταίας} Scytharum rex, Ismeniam tibicinem bello captum iussit super cœnam canere. Omnibus autem admirãtibus, & præ voluptate plaudentibus, iureiurando affirmauit, suauius se interdum equum hinniẽtem audisse: vsqueadeo aures habebat à musis abhorrentes, animúmq; in præsepijs, imo verò audiẽdis asinis quàm equis appositiorẽ. Hæc Plutarch. in lib. de Alexãd. fortuna & virtute.

ANTAEOPOLIS {ἀνταιόπολις} Ægypti oppidum, cuius incolæ dicuntur Antæopolitæ. Stephanus.

ANTAEVS {ἀνταῖος} fuit gigantis nomen, Neptuni ex Terra filij, magno ac procero corpore: quippe qui cubitis quadraginta adoleuerit in Libya, apud Lixum oppidum, à flumine Mauritaniæ eiusdem nominis ita vocatum, qui locus Antæi regia dicitur, robore ac fortitudine nemini cedentis. Quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabatur, quem Hercules palæstra pectori adstrictum expirare coegit. Scribit Plutarchus Sertorium Romanorum ducem, apud Tygænam oppidum Libyæ, effosso sepulcro Antæi cadauer inuenisse. Eusebius lib. de Temp. scribit Antæum palæstricę artis fuisse doctissimum, & quoruncunque certaminum. Seneca in Hercul. OEth. 1, -nullus Antæus Animam resumit. Hunc Stat. 7. Theb. Terrigenam Libyn dicit. -Herculeis pressum sic fama lacertis Terrigenam sudasse Libyn.

ANTAGORAS {ἀνταγόρας} Poeta quidam fuit non ignobilis, cuius festiuissimum fertur responsum. Hic enim gulæ nonnihil impartiendum ratus, congrũ intentius coquebat: admonitus super ea re Antigonus, illísque assistens retrò, leniter retractum interrogauit, Putásne, inquit, ô Antagora, Homerum Agamemnonis & Græcorũ rebus carmine celebrandis distentum, quo pacto congri melius saperent, pensitasse? Huic ille, An opinaris (inquit) ô rex, Agamemnonem, cui tantarum rerum onus incumberet, solicitius perscrutatum, ecquis in exercitu congrum coqueret? Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 8.

ANTALCIDES, penult. prod. {ἀνταλκίδης} Fuit nomen proprium viri Lacedæmonij, qui præ cæteris visus est honore præstitisse. Plutarch. in vita Pelopidæ.

Antanaclasis {ἀντανάκλασις} Figura est: de qua sic Quintilianus, Antanaclasis, eiusdem verbi contraria significatio. Quum Proculeius quereretur de filio, quòd is mortem suam expectaret, & ille dixisset, se verò non expectare: Imò (inquit) rogo expectes. Non ex eodem, sed ex diuerso vicinum accipitur. quum supplicio afficiendum dicas, quem supplicatione dignum iudicaris. Hæc Quintilianus lib. 9. cap. 3. Hic tamẽ ex ambiguo locus quidã est, at nulla est figura. Ramus.

ANTANDROS {ἄντανδρος} teste Strabone libro 13, Phrygiæ vrbs ad Meridiem posita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. De qua Plinius libro 5. capite 30, Rursus in littore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris, & Assos, eadem Apollonia. Virgil. 3. Æneidos, -classémque sub ipsa

Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Antandrus {ἄντανδρος} qui in alterius locum succedit, quem Latini Succidaneum vocant. Vlpian. de admin. tutor. Nec patiuntur succidaneos se esse alieni periculi. Vtitur & Plutarch. in Epid.

Antapocha, Vide APOCHA.

Antapodosis, penult. corr. fœm. gen. {ἀνταπόδοσις} Latinè dicitur Retributio. Figura, quæ fit quoties cõmemorantur ea quæ non sunt antè prædicta. Virgil. 9. Æneidos,

-& primis vna tot cæde peremptis

Serranóque Numáque. Seruius. Quintilianus lib. 8, Antapodosin interpretatur Redditionem contrariam in comparatione: idq; rectius quàm Seruius. nulla enim hic figura est. Ramus.

ANTARADOS {ἀντάραδος} oppidum est, & insula eiusdem nominis in ora Libano monti subiecta, de quibus Plin. lib. 5. cap. 20.

Antarcticus, penult. corr. {ἀνταρκτικὸς} Est polus australis, Arctico videlicet oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest.

Antarium bellum, quod ante vrbem geritur. Festus.

Antaxon, antaxonis {ἀντάξων} Dicitur plaga illa mundi & pars, quæ est sub contrario axe, vnde & nomen habet. Cicero enim 1. Tuscul. globum terrę eminentem è mari fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum scribit, quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita sit ad septem stellas, vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues: altera australis, ignota nobis, quam vocant Græci antaxona, ἀντάξονα. Turneb.

Ante {πρὸ, πρὸ τοῦ, πρὸ τῶν, ἔμπροσθεν} præpositio est accusatiua, notæ significationis. Iungitur autem accusatiuo temporis, loci, personæ & rei. vt, Ante duos annos, Ante templum, Ante iudicem, (id est, Coram iudice) Ante muros, Ante Romulum, & similia, pro Ante Romuli tempora, siue regnum. Virgil. 1. Georgicorum,

Ante Iouem nulli subigebãt arua coloni. Sic in 2. Georgicorum, Ante etiam sceptrum Dictæi regis. Præterea dicimus, Ante me venit, Ante me natus est, Ante me fecit, hoc est, Antequam venerim, &c. Virgil. 11. Æneid. -cur ante tubam tremor occupat artus? Id est, Antequam tuba sonet. Plin. in Præfatione, Hoc ante me fecit in literis nostris Valerius Soranus. Tale est illud prouerbium, Ante victoriam canere triumphum.

Ante cœnam. Macrob. Ex indice Metelli pontificis cœna hæc fuit: Ante cœnam, echinos, ostreas crudas quantum vellent. Mox sequitur, In cœna, sumina, sinciput aprugnum, patinam piscium. Cœnæ quædam pars olim Ante cœnam vocabatur: ea erat tanquam primi cœnæ missus, primúsque gustus, & tanquam prima mensa: altera cœna, quę erat secunda mensa, in secundis ferculis posita, non tamen in bellarijs. Turnebus.

Ante cibum: cui Prãsus, vel Cœnatus opponitur. Hor. 1. Ser. sat. 1.

Ante hoc factum. Plaut. Mil. 20.

Ante lucem, & Ante noctem. Ante lucem: Id est, Diluculo, melius quàm ante diem dicimus. Nam ante diem, pro Ante tempus dici solet: prętcrquam si de certo die loquamur. vt, Ante diem decimum: vel, ante sextum Calẽdarum Nouembrium: Id est, Sexto die ante Calendas Nouembris. Rursus Ante noctem pro Crepusculo dicitur potius, quam Ante tenebras. Author Valla, lib. 4. Plaut. Trinum. 13. Cic. 2. de Inuent. Multo ante lucem surrexit.

Ante diem tertium. Id est, Nudiustertius, inquit Budæus. Videtur compendiosa loquutio, pro Ante diem tertium finitum: Sicut, Post diem tertium, pro Post diem tertiũ cœptum. Sic, Ante diem octauum Idus Nouemb. Id est, VIII. Idus Nouemb. Cic. Tironi lib. 16. 5, Inde ante lucem proficiscentes, ante diem VIII. Idus Nouemb. has literas dedimus. Sub. finitum. Id est, octauo Idus Nouemb. Plin. lib. 15. cap. 18, de ficorum generibus, Quum inter omnes recens esse constaret, Atqui, tertium (inquit) ante diẽ scitote decerptum Carthagine. tam propè à muris habemus hostem.

Ante diem certam, pro Ad certã diem. Cic. Att. lib. 6, Statim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent.

Ante diem XVI. Cal. Maij. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 8, Puta (inquit Paulus Manutius) dictum, XVI. Cal. Maij. Nam idem significat quasi Decimosexto die ante diem Cal. Maij: vt tamen includantur Calẽdæ Maij. Itaque in epistola ad Tironem, Post diem nonas Nouembreis cõstituit ante diem VIII. Idus Nouẽbreis: Id est, VIII Idus Nouembreis. Est enim concisa loquutio, cùm dicimus VIII. Idus: quum verò, ante diem VIII. Idus, plenior. nam est ante diem Idus octauo die: vt & qui primus Iduum est dies, & qui extremus, intra numerum recipiantur. Vide In ante diem. Ante diem III. Non. veteres dicebant, id est, Die tertio ante Nonas. Nã cùm dicitur, III. Non. cõcisa loquutio est, quæ integra esset si diceres, III. die ante Nonas. qua non admodum vtebantur antiqui, sed eius loco, ante diem III. Nonas.

¶ Ante, cum accusatiuo loci. Virgil. in Bucolic. Ante focum, si frigus erit.

¶ Ante, cum accusatiuo personæ. Cic. 6 Verr. Ante hosce deos erãt tabulæ. Idem 2. Verr. Causam interea ante eum diceret.

Ante ora. Virgil. 1. Æneidos,

Queis ante ora patrum, Troiæ sub mœnibus altis

Contigit oppetere.

Ante oculos. Cic. Terẽtiæ & Tulliæ, lib. 14. 2, Nam mihi ante oculos dies noctésq; versaris. Virg. 2. Æn. ¶ Et per metaphorã ad animum refertur, 1. de Orat. Omnia enim sunt posita ante oculos.

Ante oculos & ora, idem significant: sed hæc duo per auxesim coniunguntur. Virgil. 2. Æneidos,

Vt tandem

Vt tandem ante oculos euasit,& ora parentum Concidit.

Ante oculos corám. Terent. Eun. 4.7, Quæ mihi ante oculos amatorem corám adduxisti tuum? Ante oculos minus est quàm Coràm. nam Corá propinquitatem significat: Ante oculos potest etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conspectum non sit.

Palàm ante oculos. Cic. 7. in Verrem, Quàm libenter eum palàm ante oculos omnium esse patiatur.

Ante pedes esse dicitur, quod nobis est præsens. Et est loquutio prouerbialis. Terent. Adelph. 3.3,

Isthuc est sapere, non quod ante pedes modò est,
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt Prospicere.

Cic. pro Roscio Amer. Vt non modò clàm, verùm etiam hic in foro ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes vestros Iudices, inter ipsa subsellia cædes futuræ sint.

¶ Ante alios, vel Ante alios omnes, comparationem significat, siue potius excellétiam: & (vt ita dicam) superlationem: vt sit, Ante alios, Id est, Cæteris aliqua re præferendus. Et propriè, (teste Valla) positiuo gaudet. Plin. lib. 12. cap. 16, Sembracena ante alias hilaris. Hic subauditur, Omnes. Virgil. 11. Æneidos,

-ante alios fortunatus. Idem 3. Æneidos,
O felix vna ante alias Priameia virgo.

Ante alios, comparatiuo iunctum. Virgil. 1. Æneidos,
Pygmalion scelere ante alios immanior omnes.

Id est, Præ cæteris omnibus immanis.

Ante alios, cum superlatiuo. Virgil. 4. Æneidos,
-petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus.

Plaut. Asin. 16, Scito illum ante omnes minimi mortales pretij. Hic Alios subaudiendum.

Ante alios, citra vllum gradum comparationis. Plaut. Trinum. 12,
Tibi ante alios deos gratias ago atque habeo summas.

Ante cunctos claritate Peneus. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ante me illú diligo. Id est, Plus quàm me. Cic. Att. lib. 8. 168, Caue putes hoc tempore plus me quenquá cruciari, quòd eum quem ante me diligo, video in Consulatu quoduis potius esse, quàm consulem.

Ante omnia, In primis, præcipué. Quintil. lib. 1, Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus. Virgil. 2. Georgic.

Me verò primùm dulces ante omnia Musæ Accipiant.

¶ In ante diem. Cic. Att. lib. 2, Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem XV Cal. Nouemb. distulit.

Ex ante diem Non. Iun. Cic. ad Atticum lib. 3, epist. 17, De Quint. fratre nobis nuntij tristes, nec varij venerát ex ante diem Non. Iun. Idem erat acsi dixisset, Ex Nonis Iuniis: sed figura vsus est qua & M. Varro in 1. de Re rust.

Antè, Aduerbium temporis {πρότερον.} Plautus Trinumm. 17, Neque eum antè vsquam conspexi prius. Cic. Att. lib. 14, Idipsum quod me mones quatriduo antè ad eum scripseram.

Antè & Pòst, contraria sunt. Cic. 4. Acad.

Antè & Retrò, similiter contraria. Cic. 5. de Finib.

¶ Antè interdum vacat in oratione. Terent. And. 1.5, Nónne oportuit præscisse me antè?

¶ Antè, sicut & Pòst propriè iungitur aduerbiis in o desinentibus: vt Paulo antè, multo antè. Terent. Eunuch. 4.5, Sed Thais multo antè venit? Vide MVLTVS.

Longe antè videre mala venientia. Cic. 3. Tusc. Vide LONGVS.

¶ Antè, cum Genitiuo. vt, Antè malorú. Virg. O socij neque enim ignari sumus ante malorum. Vbi est aduertendum, Ante malorum, compēdio orationis dictum, velut desiderato articulo, aut subaudito: etsi articulorum supplemēta Latinus sermo recusat. Sed profectò dictum est acsi Græcè diceres, οὐκ ἀδαήμονές ἐσμεν τῶν πρὶν κακῶν. Id igitur valet, malorum quæ antè perpessi sumus. Simile est illud Ouidij, Frigida cum siccis, sine pondere habentia pódus. id est, τὰ βάρος ἔχοντα τοῖς ἄνευ βάρους. Turnebus.

¶ Antè, cum Ablatiuo, aut est præpositio antiquè posita, aut potius aduerbium. Author Seruius. Plin. lib. 4. cap. 16, Reperta multis antè seculis. Id est, Reperta multis seculis ante illud tempus. Cic. 1. Tusc. Et paucis antè diebus quum facilè posset educi è custodia, noluit. In hoc loquendi genere interponi solet ipsum Ante, vt exempla demonstrant: aut certè postponi. Liuius, Quis igitur nesciat nouam istam legem esse XX. annis antè latam?

¶ Ante, compositionem ingreditur: vt, Antecedo, antefero, antepono.

Antea, aduerbium temporis {πρότερον, πρὸ τοῦ, πρίν} Ante id, siue, Ante illud tempus: quasi ante ea. Horat. epod. 11,

Pecti, nihil me, sicut antea, iuuat
Scribere versiculos amore perculsum graui.

Nunc primùm. & Antea. contraria siue relatiua. Cic. 5. Verr. Non hoc núc primùm audit priuatus de inimico, reus ab accusatore: iam antea in sella sedens Prætor.

Antea quum. Cic. Att. lib. 15, Antea quum per literas Attici nostri, de tua summa, &c. certior factus essem.

Antea quàm, pro Antè quám. Cic. Attic. lib. 3, Antea quàm ád me scripsissetis.

Antea & postea, tanquam relatiua aut reciproca interdum leguntur. Cicero Lentulo lib. 1. 9, Appius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in Senatu palàm.

Antea & prius. Cic. ad Attic. lib. 15, Quòd ad te antea, atque adeò prius scripsi.

Anteactus {προδιαχθείς} Participium sine verbo, ex Antè & Actus, præteritum significat: vt, Anteacta vita. Cic. 5. Verr. Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem.

Anteacta ætas. Lucret. lib. 2.

Vetustas. Lucret. lib. 3.

Ex anteacta vita facere iudicium. Cic. lib. 2. de Inuent.

Anteactis malè credere. Ouid. 12. Metam.

Anteambulo, penult. corr. anteambulonis, masc. g. {προπομπός} Ab ante & ambulare, Qui aliquem superiorem honoris causa præcedens comitatur. Martial. lib. 10,

Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto.

Anteambulo alicuius. Martial. lib. 2,

Sum comes ipse tuus, tumidísque anteambulo regis.

Suetonius in Vespasiano, cap. 2, Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

Anteambulones atrati dici possunt, qui Græcè codonophori, id est, tintinnabula gestantes: quòd honoratiorum funera præcedant cum tintinnabulis. Ex Budæo.

Antecanis, penultima correpta {προκύων} nomen sideris. Cic. 2. de Nat. deorum,

Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur.

Antecantamentum, antecantamenti, g. n. Quod antè canitur, siue præcinitur. Apuleius lib. 11, Interim maiorum antecantamenta votorum. Beroaldus: Vt Anteloquia dicútur præfamina, sic & Antecantamenta sunt illa quæ præcinuntur ante vota & preces legitimas.

Antecapio, antecapis, pen. corr. antecepi, pen. prod. antecaptum {προλαμβάνω, φθάνω} antecapere, Præuenire, occupare. Tacit. lib. 20, Quia pontē Mosæ fluminis anteceperat. Sallust. in Catil. Consul optimum factu ratus noctem quæ instabat, antecapere, nequid eo spatio nouaretur. Ibidē, Non famē aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem opperiri: sed ea omnia luxu antecapere.

Antecapere multa. Sallust. Ac prius quàm legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello vsui forent.

Tempus. Sallust. Maximéque festinans tempus legatorum antecapere. Id est, Legatos præuenire.

Antecaptus, participium {προληφθείς.} Liu. 5. ab Vrbe. Non loco castris antecapto, non præmunito vallo.

Anteceptus, etiam legitur, si locus mendo vacat. Cic. 1. de Natura deor. Quam appellat πρόληψιν Epicurus. Id est, Anteceptá animo rei quandam rei informationem.

Antecedo, antecedis, penult. prod. antecessi, antecessum {προηγέομαι} antecedere, Idem quod Præcedere, hoc est Ante aliquem incedere. Cum datiuo vel accusatiuo construitur. Colum. lib. 7. cap. 6, Vt antecedat gregem. De magistro pecoris loquitur.

Antecedere aliquem biduo. Brutus ad Cic. lib. 11. 13.

Ad explorandum. Liu. 2. ab Vrbe, Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit.

Quempiam itinere. Cæsar 7. bel. Gal. Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus antecessit.

¶ Antecedere, per metaphoram pro Antecellere, superare, excellere. Cic. 1. Offic. Quantum natura hominis pecudibus reliquísque bestiis antecedit. Cæsar 3. bel. Gal. Et scientia atque vsu nauticarum rerum cæteros antecedunt. Cic. de Senect. 59, Neque enim solum honore antecedentibus.

Antecedere alteri, vel alterum ætate. Cic. de Claris Orat. 40.

Aliquem ætate & vsu rerum. Cic. 6. Verr.

Pretio. Plin. lib. 16 cap. 4, Cedūt his murales vallarésque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Id est, pretiosiores. De coronis militaribus loquitur.

Antecedere {προέχω} quia excellentiam significat, ideo construitur cum aduerbiis quæ comparatiuo aut superlatiuo adiungi solent: qualia sunt, VT & ITA, MVLTO & LONGE. Cic. 6. Verr. Vt quisque honore & ætate antecedit: ita primus solet sua sponte dicere, & longè antecedere.

Antecedere, cum accusatiuo rei. Plaut. Pseud. 7,

Virtutem regis Agathocli antecesseris.

¶ Antecedere, dictum de tempore. Terent. Phorm. 3.2, Iámne ea præterijt? D. nō, verùm ei hæc antecessit. Loquitur de præstituta die. Plin. lib. 13. cap. 8, Pomo antecedentis anni detracto.

Cibum semper antecedere debet exercitatio, ait Cels. lib. 1. cap. 2.

Antecedens, pen. prod. participium {προέχων.} vt, Antecedens annus. Plinius lib. 13. cap. 8.

Antecedens dignitate. Cic. 2. de Inuent.

Antecedens & Insequens, cōtraria. Cic. Octauio. 5, Et quæ non insequens hora antecedente calamitosior, Pop. Rom. illuxit?

Antecedens, Præcedens. Cic. de Partit. Orat. Alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus.

Antecessus, huius antecessus, m. g. {πρόληψις} pro Anticipatione poni videtur à Sen. epist. 119, Benè credi tibi scio: itaque in antecessum dabo. Id est, Antequam debeatur. Idem de Benefic. lib. 4, Aliis post longam diem repono, aliis in antecessum. Item Epist. 7, Ex quibus duo tibi in debitum soluuntur: tertium in antecessum accipe.

Antecessor {πρόδρομος} Verbale, Qui antecedit. Hircius de bello Africano, lib. 5, Interim quum iam Cæsar progressus esset è castris circiter millia passuum tria, per speculatores & antecessores equites nuntiatur ei copias hostium haud longè à sese visas. Sueton. in Vitell. Irruperant iam agminis antecessores, & singula rimabantur.

¶ Antecessor, prior magistratus, cui alter succedit, qui alibi decessor dicitur. Paul. l. 55. D. de iudic.

¶ Antecessores, in edicto Iustiniani, quo iuris authoritas confirmatur, homines legum peritos & iuris (etiamsi non sint professores) dici existimo, ab honore, quòd aliis qui ius non didicere antecedant. Sic Apostolorum principes Tertullian. vocat Antecessores, vt lib. 5. aduersus Marcionem, Quàm Paulus sciret se non in vacuum cucurrisse, quàm dexteras ei darent antecessores. & lib. 1, Túc primùm cum antecessoribus Apostolis conferebat. Nec verò eos laudo qui antecensores esse legendum contendant, quæ vox Latinis hominibus insolens & inaudita est. Nam Hesychium, in quo ἀντικήνσορες scribitur, nó satis locupletem & idoneum testem arbitror, cùm præsertim verba Latina ore Græco plerunque corruptius concipi sciam. Turnebus.

Antecessio, Verbale {προάγησις.} Cicero 1. Offic. Consequentia cernit, causas rerum videt, earúmque progressus & quasi antecessiones non ignorat.

Antecessio in locis. Cic. in Topicis, Quum tripertitò igitur distribuatur locus hic, in consecutionem, antecessionem, repugnantiam.

Antecello, antecellis, antecellui { ὑπερέχω } antecellere, Præstare, excellere.

Antecello tibi hac re. Cic. 1. Offic. Omnes participes sumus rationis, præstantiæque eius, qua antecellimus bestiis.

Antecello illum hac re. Cic. pro Cornel. Qui eloquentia cæteros antecellis.

Antecellere aliis in re aliqua: quod & præstare dicitur. Cicer. 1. de Inuent. Quare præclarum mihi quiddam videtur adeptus is qui, qua re homines bestiis præstent, ea in re hominibus ipsis antecellit.

Antecellere cum aduerbiis, sicut dictum est de antecedere. Cic. de Senect. Quod vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet. Cic. 6. Verr. Quæ lōgè cæteris antecellunt. Idem pro lege Manilia, Facilè omnibus terris antecellat.

Antecellere longè vel multùm alicui rei ad honorem. Cic. pro Muræna, Non solùm illa gloria militaris vestris formulis atque actionibus anteponenda est, verumetiam dicēdi consuetudo longè & multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellit.

¶ Antecelli. Author ad Herenn. lib. 2, An ad pares, hoc est in eisdē partibus animi, corporis fortunarum positos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur?

Antecellens, participium { ὑπερέχων } Cic. pro Muræna, Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

Antecœnium { προδείπνιον } Quasi, Ante cœnā: Cibus inter prandium & cœnam sumptus: alio nomine Merenda. Apuleius lib. 2, Prorsus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecursor { πρόδρομος } Verbale, ab Ante & Cursor. Cæsar 1. bel Ciuilis, Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso. Idem 5. bel. Gal. Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi aduentu certior est factus.

Antedico, penultima producta, antedicis, antedixi, antedictum, { προλέγω } antedicere, Prædicere. Cicero 2. de Diuinatione, Hæc qui antedicunt, quam rationem sequantur, vides. Idem 1. Philipp. Atque ego hoc dico de futuris: quod est augurum, antedicere ea quę vitari possunt.

Anteeo, anteis, antefui, penultima producta { προέρχομαι } anteire, Præcedere, siue antecedere. Cicero 2. Offic. Barbarum districto gladio iubebat anteire.

Anteire vehiculo. Sueton. in Augusto.

Anteire ventos. Silius lib. 16.

¶ Anteire, per metaphoram pro Antecellere & anteponi. Plautus Amph. 8, Virtus omnibus rebus anteit profectò. Virg. l. 2. Æneidos, Qui candore niues anteirent, cursibus auras.

Anteire cæteris virtute. Cic. 2. Offic.

Anteire claritudine generis. Tacit. lib. 12.

Anteire ætate, Id est, Ætate præcedere, maiorem natu esse. Cic. 9. Philipp. Sed quum Seruius Sulpitius ætate illis anteiret.

Anteiri ab aliis. Tacit. lib. 18, Ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, peruertisse ipsum Vitellium videntur.

Ante-expectatum { πρὸ τοῦ προσδοκώμενον } Aduerbium temporis. Virgilius 3. Georgicorum,

Ante-expectatum positis stat in agmine castris. Vbi Seruius, Ante-expectatum, dicto citius: Id est, Ante quam eius expectetur aduentus. Et est vna pars orationis, hoc est, Aduerbium.

Antefactum { προγεγονός } Liu. 7. bel. Macedon. Vos modò id dicere & conueniens esse antefactis, dicent. Videtur esse ὄνομα, vt legatur sic, ante-factis.

Antefero, penultima corr. antefers, antetuli, antelatum, penultima prod. { προτιμάω } anteferre. Virgil. 6. Æneidos, Dixit, & antetulit gressum.

¶ Anteferre, Præferre, anteponere. Cic. 3. Tuscul. Tenuem victum antefert copioso.

Anteferre alterum alteri de toto iure pacis & belli. Cic. pro Corn.

Antelatus, penul. prod. { προτιμώμενος } participium ab Anteferor. Cic. de Prouinciis consularibus, Quum ipse cæteris omnibus esset omni honore antelatus.

Anteferendo. Horat. 2. epist. 1,

Te nostris ducibus, te Graiis anteferendo Æstimat.

Antefixa, quæ ex opere figlino tectis affiguntur sub stillicidio. Festus.

Antegenitalis, penult. prod. adiectiuum { προγεννητικός } quasi ab Ante genitus factum. Plin. lib. 7. cap. 55, At quanto facilius certiúsque sibi quenque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento? Hoc est, sumpto ab iis qui ante nos geniti sunt.

Antegestum, Paulus in l. quoties. D. de pecul. Non tantùm autem quiuis creditor cum venditore ex antegesto agere potest, sed & ipse emptor.

Antegredior, antegrederis, antegressus sum { προηγέομαι } antegredi, penult. corr. ex Ante & Gradior: significat Præcedere. Cic. 2. de Nat. deor. Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem: quum subsequitur autem, Hesperos. Idem de Fato, Sed interest inter causas fortuitò antegressas. Idem 1. Offic. Quicquid enim est quod deceat, id tum apparet, quum antegressa est honestas.

Antehabeo, antehabes, pen. corr. antehabui, antehabitum { προέχω } antehabere, Præferre. Tacit. lib. 4, peteremque ab iis quorum in manus cura nostra venerit, ne diuulgata atque incredibilia auidè accepta, veris, neque in miraculum corruptis antehabeant.

Antehac { πρὸ τοῦ } Aduerbium temporis, id est, Ante hoc tempus: quasi ante hæc. Cic. Cornificio lib. 12, Atque antehac quidem sperare saltem licebat: nunc etiam illud ereptum est. Terent. Andr. 1. 2, Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Vbi Donatus, Antehac, pro Ante hæc, consuetudine magis quàm ratione dicitur.

Vsque antehac. Vide VSQVE.

Antehac nunquam. Terent. Andr. 5. 4.

¶ Antehac, pro Ante illud tempus. Sallust. in Catil. Sic erat accensa libidine, vt sæpius peteret viros, quàm peteretur, sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, creditum abiurauerat.

Anteloquium { προοίμιον } Primus in loquendo locus, seu principatus loquendi. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 4, Hic assensi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt. Id est, Primas loquēdi vices, ait Budæus. Idem libro 1. Saturn. cap. vlt. Sed & Eustathius, & post hunc Nicomachus meminerint, crastina dissertatione seruari sibi anteloquij functionem.

Antelucanus, adiectiuum, penult. prod. { ἑωθινός, ὀρθρινός } Quod est vel fit ante lucem. Cic. ad Catonem, lib. 15, Ex antelucano tempore vsque ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa cœpimus. Sic Varro de Re rust. lib. 1. cap. 13.

Antelucanæ cœnæ. Cic. in Catil. Quorum omnis industria vitæ & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Antelucanas cœnas inuidiosè dixit, pro cœnis quas à principio noctis ad ortum ferè Solis producebat Catilina cum sociis.

Antelucana industria. Cic. 4. Tuscul. Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ? qui dolere se aiebat, siquando opificum antelucana victus esset industria.

Antelucana lucubratio Colum. lib. 11. cap. 2.

Antelucana officia. Plin. Iunior, epist. 56.

Antelucana tempora. Varro de Re rust.

Anteluco, as, siue Antelucor { ὀρθρεύω } Significat ante lucem vigilo. Calep. sine authore.

Antelucò, & Anteluculò, Aduerbia. Quasi, Ante lucem. Apuleius lib. 1, Optimum itaque factu visum est anteluculò furtim euadere.

Anteludium, anteludij, n. g. Apuleius lib. 11, Ecce pompę magnæ paulatim præcedunt anteludia: &c. Beroaldus: Eleganter (inquit) anteludia pōpæ sacrificalis appellat ea preludia, quę in huiuscemodi spectaculis præmitti solent, quibus oculi spectatorum mirum in modum capiuntur. Apud nos hodiéque in pompa ceremoniali quæ deo nostro quotannis peculiariter superstitiosè dedicatur, solēt id genus anteludia præcedere, & oblectationes ludicrę vagari, in quibus Prophetæ & Apostoli repręsentantur, alati pueri concinunt, fœminarum chorus inducitur, pegmata obambulant, & historia Iudaica conuisitur: in qua hic Herodem agit, ille reginam fingit, alij satellites regios repræsentant. Hæc Beroaldus.

Ante-malorum { πρὸ τῶν κακῶν } Figuratè dictum, pro eo quod est, Malorum anteactorum, id est, Præteritorum: sicut apud Terentium, semper-lenitas, pro Perpetua lenitas. Virgil. 1. Æneid. Neque enim ignari sumus ante-malorum. Vbi Seruius, Ante-malorum, ὄνομα est: Vt alibi, Cæli subter-labentia signa.

Antemeridianus, penult. prod. { προμεσημβρινός } adiectiuum, Quod est vel fit ante meridiem. Plin. lib. 36. cap. 15, Antemeridiano ludorum spectaculo edito.

Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi. Hoc est, Quæ mihi ante meridiem redditæ fuerāt. Cic. Attico, lib. 13.

Antemeridianus sermo. Cic. 3. de Orat.

ANTEMNAE { ἄντεμναι } Antemnarum vrbs Italiæ: de qua sic Virgilius lib 7,

Quúmque adeò magnæ positis incudibus vrbes

Tela nouant, Atina potens, Tyburque superbum,

Ardea, Crustumeríq;, & turrigeræ Antemnæ. Vbi Seruius, Turrigeræ, bene muratæ. Antemnæ autē dictæ sunt quòd eas amnis præterfluit, quasi ante amnem positæ.

ANTEMVS, untis { ἄνθεμους } Fluuius est Colchidis, Coraxos vrbem præterfluens. Plin. lib 6 cap. 5.

Antenna, antennæ { κεραία } Lignum per transuersum in malo positum, in quo velum alligatur. Plin. lib. 7. cap. 56, Vela Icarus, malum & antennam Dædalus. De rerum inuentoribus loquitur. Liuius 10. belli Punici, Malis antennísque de naue in nauem traiectis.

Antennam demittere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Dissecare. Lucret. lib. 12.

Gemunt antennæ. Horat. 1. Carm. ode 14.

Antennis subnectere velum. Ouid. 11. Metam.

Pressæ antennæ. Senec. in OEdipo, 11.

Velatæ antennæ, & Antennæ cornua obuertere. Virg. 3. Æneidos, Cornua velatarum obuertimus antennarum.

ANTENOR, penult. prod. { ἀντήνωρ } huius Antenoris, penult. corr. Troianus fuit patriam prodidisse existimatus: quia & legatos qui propter Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem habitu falso cognitum, non indicauit. Hinc Venetiam venit, vrbémque in ea condidit Antenoream primò dictam, à qua Antenoridæ vocitati: postea Patauium, hodie *Padua*. Virg. 1. Æneidos,

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis

Illyricos penetrare sinus. Ouid 4. Fast.

Adiice Troianum suasorem Antenora pacis.

Antenoreus, Adiectiuum. Martial. lib. 1,

Flacce Antenorei spes & alumne laris.

Anteoccupo, anteoccupas, penult. corr. { προκαταλαμβάνω } anteoccupare, Præoccupare. Cic. in Orat. Vt anteoccupat quod putat opponi. Fortasse rectius legeretur seiunctim.

Anteoccupatio { πρόληψις } Verbale, Vide OCCVPATIO. Cicero 3. de Oratore.

Antepagmenta, Vide ANTIPAGMENTA.

Antepilani, penult. prod. plurali numero. Liu. 8. ab Vrbe, Hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat: earum vnamquanque primum pilum vocabant, tribus ex vexillis constabat: vexillum centum octoginta sex homines erant. Idem, Nam & rorarij procurrebant inter antepilanos.

Antepono, anteponis, penult. corr. anteposui, antepositum, penult. corr. { προτίθημι } anteponere, Ante aliquem apponere. Plaut. Curcul. 2, Quid antepones Veneri à ientaculo?

¶ Anteponere, per metaphorā, Pręferre, præponere. Cic. in Lælio, Vt amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis.

Antequam, penult. corr. { πρὶν ἄν, πρὶν ἤ } Aduerbium temporis, quod modò

modò iunctum legitur, modò disiunctum, aliquo scilicet interiecto. Iunctum, construitur cum subiunctiuis. vt Antequam venisses. Cic. 1. Philipp. Antequam de Rep. P. C. dicam. Disiunctum cum finitiuis, id est, Indicatiuis. Virg. 4. Æneid. Ante pudor quàm te violo, aut tua iura resoluo. Author est Diomedes: & ita legendum illud Virgilianum contendit Pierius. Illa tamen differentia (nisi fortè corrupta sunt authorum loca) non semper obseruatur. Nam & coniunctim indicatiuo etiam, & separatim coniunctiuo additum quoque legitur. Cic. pro Muræna, Antequam pro Muræna dicere instituo. Idem Attico, antequã discedimus. Virg. in Georg. Ante nouis rubeant quàm prata coloribus. Cic. pro Rabirio, quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses.

Nunquam, antequam. Cicer. in Parad. Nunquam eris diues, antequam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, vt eo tueri sex legiones, &c.

Anteris, pen. prod dis {ἀντηρίς} Lignum, vel pila structuram inclinatam fulciens, Tibicen Latinè dicitur: vt,

Nos vrbem incolimus tenui tibicine fultam. Sunt etiam anterides, structuræ lapideæ, ædificia editiora vtrinque fulcientes, qui arcus obnitentes vulgò vocantur. Sublica vertitur à Valla. Bud. & Cæl. lib. 16. cap. 11. Erismæ etiam Vitruuio dicũtur lib. 6. cap. vlt. Galli vocant *Arc boutant*, vel *Pilier boutant*.

Anterior, & hoc anterius {ἐμπρόσθιος} Comparatiuum teste Prisciano ab Ante formatum, sine superlatiuo. Significat autem Quod ante est, siue quod præcedit. Vnde & nonnunquam pro priore accipitur.

Antermini, Vide AMTERMINI. Nam rectius prima per m scribitur.

Anteros, tis, pen. corr. {ἀντέρως} Gemma est è genere Iaspidum, ad viciniam crystalli descendens, albicante purpuræ deiectu. Has quidã malunt pederotas vocari, multi Veneris gemmam, quòd maximè videtur decere & specie, & colore extremo gemmæ. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.

ANTEROS, pen. corr. {ἀντέρως} huius Anterotis, pen. prod. Veneris & Martis filius. Cic. lib. 3. de Nat. deor.

Antes, antium, plurale tantum, m. g. Virg. 2. Georg.

Iam canit effœtos extremus vinitor antes. Vbi Seruius, Antes, alij extremos vinearum ordines accipiunt: alij macerias, quibus vineta clauduntur. Dicuntur autem antes, à lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam sustinendam. Nam propriè antes sunt eminentes lapides, vel columnæ vltimæ quibus fabrica sustinetur, & appellantur antes ἀπὸ τοῦ ἀντέχειν: ad quam etymologiam etiam extremos ordines vinearum possumus trahere, quia antestant.

Antesignanus, pen. prod. {προμαχος} Sipontinus, Antesignani dicti sunt milites, qui ante signa in acie constituuntur. Cæsar 1. bel. Ciuil. vnius legionis antesignanos præcurrere atque occupare eum tumulum iubet. Cic. 2. Philipp. Fueras in acie Pharsalica antesignanus.

Antesto, antestas, antesteti, pen. corr. {προΐσταμαι} antestare, Propriè stare ante: sed per metaphoram pro antecellere accipitur. Cicer. 2. de Inuent. Crotoniatæ multùm omnibus corporum viribus, dignitatibus antesterunt.

Claritudine vocis & venustate alicui antestare. Gell. lib. 2. cap. 7, Histrio in terra Græca fuit fama celebri, qui gestus & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat.

Antestare cum accusat. Apul. Qui robore cæteros antestabat.

Antestor, antestaris, antestatus sum, deponens {μαρτύρομαι} antestari, Ex Ante & Testor compositum. Est autem ex more antiquo Romanorum eius verbi hæc significatio. Qui aduersario manum iniicere volebat, vt in præsentia illum in ius traheret, videlicet quia ipsi cum vadanti non paruisset: prius aliquem de præsentibus antestabatur: hoc est testem capiebat, eius auriculam tangens, & sic interrogans, Licétne antestari? Si ille responderet, Licet: tum iniecta manu aduersarium ad prætorem pertrahebat. Et nisi sic antestatus esset, qui manus iniicere aduersario volebat, iniuriarũ poterat accusari. Ex Acrone & Porphyrione in Horatium: cuius verba hæc sunt libro 1. Serm. satyr. 9,

-& quo tu turpissime? magna
Exclamat voce, Et licet antestari? ego verò
Oppono auriculam, rapit in ius. Sic Plaut. Pœnu. 18,
-ite in ius, ne moramini,
Antesta me atque duce. A G. ego te antestabor: postea
Hanc amabo atque amplexabor. Id est, Me voca testem (inquit Budæus) & aduocatum.

Nonnulli antestari & attestari pro eodem accipiunt.

Anteuenio, anteuenis, pen. corr. anteueni, penult. prod. anteuentum {προφθάνω} anteuenire, Idem quod aliquem præuenire. Sall. in Iugurtha, Magnis itineribus Metellum anteuênit.

Anteuenire, Est etiam alicui malo nobis imminenti occurrere. Plaut. Milit. 5. Vidén' hostes tibi adesse? Et paulo pòst, Antéueni aliquá. Sallust. Explorare itinera regum: consilia & insidias eorum anteuenire.

Anteuenire, absolutè positum. Plaut. Trinum. Tempori huc hodie anteuéni.

¶ Anteuenit beneficium. Tacit. lib. 4. Nam beneficia eo vsque læta sunt, dum videntur exolui posse: vbi multum anteuenere, pro gratia odium redditur.

¶ Anteuenire, per metaphoram, pro Antecellere, præstare. Plaut. Casin. 5,

Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis
Anteuenire. Sallust. in Catil. Etiam homines noui, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem anteuenire.

Anteuentuli crines. Apuleius lib. 1. Florid. non ita procul ab initio.

Anteuerto, anteuertis, anteuerti, anteuersum {φθάνω} anteuertere, Præcedere. Cic. pro Milone, Vidit necesse esse Miloni proficisci Lanuuium illo ipso quo profectus est die: itaque anteuertit.

Anteuertere alicui. Terent. Eunuch. 4. 5, Miror vbi ego huic anteuerterim.

¶ Anteuertere, per metaphoram, pro Præuenire. Cæsar 7. belli Gall. Qua re nuntiata, Cæsar omnibus consiliis anteuertendum existimauit.

Mœrores mihi anteuertunt gaudiis. Plaut. Cap. 13.

¶ Anteuertere, Præferre, præponere. Plaut. Bacch. Rebus aliis anteuortam Bacchis quæ mandas mihi.

Anteuertere, etiam relatum ad sermonem. Cic. in Lælio, Atque idipsum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit.

Anteuolo, anteuolas, pen. corr. {προΐπταμαι} anteuolare. Stat. 3. Thebaid. Fama Anteuolat currum. Virgil. 9. Æneidos,
-anteuolans tardum præcesserat agmen.

ANTEVORTA, Dea Romanorum, dicta quòd futura prospiceret.

Anteurbanus, adiectiuum, pen. prod. {προάστειος} vt, Anteurbana prædia, id est, Vrbi propinqua. Festus.

ANTEVS. Vide Antæus.

Anthalium {ἀνθάλιον} Malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Ægypti arenosis nascens, non procul à Nilo, quod bellariorum vicem in secundis mensis apud Ægyptios obtinet. Plin. lib. 20. cap. 15. Theophr. Anthali malum vocat, ab Anthalo planta, in qua nascitur, quam Plinius Cyperi folia habere tradit.

ANTHARIS, rex Longobardorum, Theolindæ maritus, cùm sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est, venenato poculo. Author Paulus Diacon. de reb gest. Longobard.

Anthedon, penult. prod {ἀνθηδών} Mespili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, sed odore præstantius, & quod diutius seruetur. Flos amygdalæ flori similis, folium magna ex parte fissum, quod antequam decidat, valde rubescit. Plin. lib. 15. cap. 20.

ANTHEDON {ἀνθηδών} Vrbs est Bœotiæ, habitata quòdam Thracibus, de qua Pompon. & Strabo lib. 9. Sita est in extremo litore Bœotiæ, è regione Eubœæ insulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν. hoc est, Vltimam, vel extremam Anthedonem appellat.

Anthema {ἄνθημα} Saltatio quædam idiotarum erat, quam saltantes sic ferè pronuntiabant, Vbinam mihi rosæ? vbi violæ? vbi apia florentia? Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 4.

Anthemis, pen. corr. quia Græcè scribitur ἀνθεμίς, anthemidis, f. g. Aliquibus Eránthemon vocatur, quoniam Vere floreat: aliis Chamæmelon, quoniam odorem habeat mali, vulgò *Camomilla*. De hac multa Plin. lib. 22. cap. 21.

ANTHEMIS {ἀνθεμίς} Insula est Thraciæ adiacens, quæ & Imbrasus aliquando vocata fuit, & Parthenia, à Parthenio fluuio. Notiore nomine Samothracia appellatur. Strab. lib. 10.

ANTHEMVS, untis {ἀνθεμοῦς} Flumen est in Colchica regione, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

ANTHEMVSIA {ἀνθεμουσία} Oppidũ est Mesopotamiæ, ad Aborrham flumen situm. Strabo lib. 16.

Anthericus {ἀνθέρικος} Scapus est, siue caulis Asphodeli herba, quam Hastulam regiam quidam hodie appellant. Plin. lib. 22. cap. 22.

Anthericum metere, Prouerbiali figura dicebantur, qui laborem inanem ac sterilem caperent. Anthericus enim herbæ genus est quod meti non potest, sed velli manibus necesse est, velut & linum. Erasm. Chiliad.

ANTHERINVS, i. Sculptor insignis fuit, è Chio insula, cuius filij Bupalus & Antherinus clarissimi in ea scientia fuere. Plin. lib. 36. cap. 5.

ANTHES {ἄνθης} Proprium viri nomen, qui (vt author est Strabo lib. 8.) condidit Halicarnassum.

ANTHEVS, Fuit Antenoris filius, quem Paris amauit, & imprudens interfecit. Quo nomine dictus est vnus è ducibus Æneæ: de quo Virg. 2. Æneid. Anthea, Sergestúmque videt.

¶ Fuit & hoc nomine statuarius quidam satis probatus, Olympiade cẽtesima quinquagesimaquinta. author Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ It alter medicus, qui ex caluaria suspendio interempti catapotia fecit cõtra canis rabidi morsus. Plin. lib. 28. cap. 1.

ANTHIA {ἄνθεια} Vrbs fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, vna earum quas ille Achilli obtulit vt secum in gratiam rediret. Author Homer. lib. 9. Iliad.

Anthias {ἀνθίας} Piscis nomen est, qui circa Chelidonias Asiæ insulas capitur, cuius naturam vide apud Plin. lib. 9. cap. 59.

ANTHIVS {ἄνθιος} Id est, Floridus Bacchus: Athenis cultus fuit. Patrẽses quoque Anthei Dionysij simulacrum habuere: vt Pausan. docet. Catullus,

At pater ex alia florens volitabat Iacchus. Vnde & illi Anthinæ vestes, vt Phurnutus & Diodorus notant, ascribuntur.

Anthinum mel {ἄνθινον μέλι} vocatur, quod Vere factum est, quoniam ex floribus faui construuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel verò æstiuum vocatur ὡραῖον, quòd Græci omnes fructus æstiuos nominãt ὡραίους. Plin. lib. 11. cap. 14.

ANTHIS, dos, & Stagonion, meretriculæ quædam fuerunt Aphyæ cognominatæ, quòd minutulæ forent, albæque, ac oculis grandioribus, vt ex Apollodoro refert Cæl. lib. 8. cap. 19.

ANTHIVM {ἄνθιον} Oppidum Thraciæ, de quo sic Plin. in Thraciæ descriptione. Astice regio (inquit) oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

Anthologica, pen. corr. anthologicorum, n. g. {ἀνθολογικά} Libri de floribus tractantes. Plin. lib. 21. cap. 3. De floribus extra supradictos scripsit Theophrastus apud Græcos. Ex nostris autem inscripsere aliqui libros anthologicôn.

ANTHORES, Nomen est proprium viri, de quo Virg. lib. 10. Æneid.
Egregium Anthorem, latus inter & ilia figit,
Herculis Anthorem comitem, &c.

Anthrax, anthracis, & Græcè anthrácos, pen. prod. {ἄνθραξ} Carbo. Sic vocatur item abscessus quidam ex atra bili, rubore sublíuido, quo non aliud peius. Latini Carbunculum vocant. Ex Lexico Græco. Vnde anthracites gemma, apud Plin. lib. 37. cap. 7.

Anthracinus, adiectiuum, pen. corr. {ἀνθράκινος} à nomine anthrax deriuatum: antiqui pro atro dixerunt. Vnde Anthracinæ vestes, id est, Lugubres. Varro de vita Po. Ro. lib. 3, Propinquæ adolescentulæ etiam anthracinis, proximo amiculo nigello, capillo demisso se-

querentur luctum. Ex Nonio.

Anthracina fortuna. Plaut. Rud. 13. aliter Anatina.

Anthriscum {ἀνθρίσκον} Herba est scandici adeo similis, vt eadem videri posset, nisi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est. quòd fatigato Venere corpori succurrat, iámque senio marcescentes coitus excitet, & alba fœminarum sistat profluuia. Plin. lib. 20. cap. 15.

Anthropomorphitæ {ἀνθρωπομορφῖται} Dicti sunt qui simplicitate rustica, Deum ἀνθρωπόμορφον esse, hoc est, humanā formam & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæresis. Vide Cæl. lib. 8. cap. 19.

Anthropomorphon {ἀνθρωπόμορφον} A Pythagora dicta est herba quædam somnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus, ab humana nimirum forma imposito nomine, quam radix eius vtcunque videtur imitari.

Anthropos, penult. produ. {ἄνθρωπος} Latinè Homo interpretatur: Inde,

ANTHROPOPHAGI, pen. corr. populi Scythiæ {ἀνθρωποφάγοι} qui carne humana vescebantur. Plin. lib 6. cap. 17. Strabo lib. 4.

Anthus {ἄνθος} Auis est, quæ aduentu equorum herbæ pabulo pulsa, vt iniuriam vlciscatur, hinnitum irridendo imitatur. Plinius lib. 10. cap. 42.

Anthyllion {ἀνθύλλιον} Herba est lenti simillima, quæ in vino pota, vesicam vitiis liberat, & sanguinem sistit. Plin. lib. 26. cap. 8.

Anthyllis {ἀνθυλλίς} Herba est chamæpityos similitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi. Plin lib. 26. cap. 8.

ANTIA, Leontino teste, filia fuit Amphianassæ, & vxor Prœti Argiuorum regis, Abantis filij. Vide Bocatium lib. 2. cap. 31.

Antia lex, ne quispiam foris cœnaret. eam tulit Antius Restio, qui ne legem suam contemnere videretur, nunquam foris cœnare voluit. Macro. lib. 3. cap. 17. Gell. lib. 2. cap. 24, Lex deinde Antia præter sumptum æris, id etiam sanxit, vt qui Magistratus esset, Magistratúmve capturus esset, ne quò ad cœnam, nisi ad certas personas, itaret.

Antiæ, antiarum {ἀντίαι} muliebres capilli demissi in frontem, appellati ex Græco videntur: quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt. Festus.

ANTIATAE {ἀντιᾶται} Dicti sunt populi Italiæ, qui Antium vrbem Latij maritimam incolebant. Apud hos fuit insigne Fortunæ templum, quam Antiatem Fortunam vocauere. Horat. libro 1. Carm. O diua, gratum quæ regis Antium. ¶Antiatæ plurimum classe valebant, cuius rei indicio id esse potest, quòd deleto à Romanis Antio, rostra nauium in foro affixa nomen fecerunt loco, vnde ad populum concio haberi solet. Vide Liuium 1. Decad. lib. 6.

ANTIATEM deam, Fortunam vocamus. Sueton. in Caligula, Antianam dicere videtur, vel potius Antiatenam. Codices enim variare videmus. Scribit Macrobius, se apud Antium vidisse promoueri simulacra fortunarum, ad danda responsa.

ANTIBACCHIAE, Insulæ sunt in sinu Æthiopico, Bacchiis oppositæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Antibacchius pen. prod. {ἀντιβάκχειος} Pes metricus, Bacchio contrarius: constat enim duabus longis, & vltima breui, vt audite. Alio nomine Palimbacchius dicitur.

Antica pen. prod. Seruius in Virgil. eclog. 8, Augures designant spatia lituo: & eius dant nomina: vt prima pars dicatur antica, posterior postica: item dextra & sinistra. Varro 6. de Lingua Lat. Eius templi partes quatuor dicuntur, Sinistra, ab Oriente: Dextra ab Occasu: Antica ad Meridiem: Postica ad Septentrionem. Loquitur de templo augurali. Cic. de Vniuersit. Quod in anticam partem pelleretur.

Anticanis. Vide ANTECANIS.

Anticantharus {ἀντικάνθαρος} A quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreste vocant.

Anticategoria, pen. corr. {ἀντικατηγορία} Latinè dici potest Recriminatio, siue mutua accusatio. Et est genus controuersiæ iudicialis. Quintil. lib 3 cap. 12, Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur. Et paulo pòst, Duo erunt genera eius, alterum quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud.

Anticato {ἀντικάτων} liber Cæsaris contra Catonem. Quint. lib. 1.

Anticelliũ, Herba est lenti simillima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

Antichir {ἀντίχειρ} Vide POLLEX.

Antichresis {ἀντίχρησις} Mutuus vsus. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, vt quoad debitor satisfaciat, creditor eo vtatur fruatur vsuræ nomine. Martian. in l. 33. D. de pignorat. action.

ANTICHTHONES, pen. corr. {ἀντίχθονες} Plinio cap. 22. lib. 6, Populi ad Taprobanen insulam habitãtes: in zona hyemali. Dicti ab ἀντὶ quod est Contrá: & χθὼν, id est Terra: quòd contraria parte aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia. Alio nomine Antipodes appellantur. Martianus tamen Antichthones separat ab Antœcis & Antipodibus. Qua de re Macrob. 2. de Somnio Scipionis: & Plin. cap. 65. lib. 2. Sunt verò nonnulli qui credant fabulosa esse omnia quæ de Antipodibus ab aliis sunt relata: vt Augustinus cap. 9. lib. 16. de ciuitate Dei: & Lactantius cap. 24. lib. 3. Iis assentitur Lucret. lib. 1. Alij altius intelligunt (vt inquit Seruius in 6. Æneid.) qui sub terra esse inferos volunt, secundum Chorographos & Geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ esse, quæ aqua & aere sustentatur. quod si ita est, ad Antipodes potest nauigatione perueniri: quia quantum ad nos spectat, inferi sunt, sicut nos illis. Hinc est quòd terram esse inferos dicimus: quanquam illud fit, quia nomen cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam vento allatam ab Antipodibus, quæ habet, Superi Inferis salutem. Sunt (vt etiam Strabo retulit lib. 1.) qui Orientis extremi, & maximè ad Occasum inclinatæ regionis incolas, quales sunt Indi atque Hispani. Antipodas esse contendant. Ratione consimili Antipodas esse, qui tum extremam Meridiei, tum Septentrionis partem vltimam incolunt. De his & Cicero Academicarum quæstionum lib. 4, Nónne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? Declinatur autem Antipus, penult. corr. Antipodis, vel Antipodos.

Anticipo, anticipas, penult. corr. {προλαμβάνω, προκαταλαμβάνω.} Anticipare posuerunt veteres pro Præuenire: Hoc est, Antecapere. Cicero Attico, lib. 8, Quid igitur proficis, qui anticipes eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis?

Anticipare mortem. Tranquillus in Tyberio cap. 61, Quum audisset vnum ex reis T. Carnulium, anticipasse mortẽ, exclamauit, Carnulius me euasit.

Anticipare vno die. Plin. lib. 2. cap. 47.

Anticipatus, a, um. Suet. in Claudio Cæsare, Fecit & seculares ludos quasi anticipatos ab Augusto.

Anticipatum mentibus humanis. Cic. 1. de Natur. deor. Primum quod ita sit informatum, anticipatum mentibus nostris, vt homini quum de Deo cogitet, forma occurrat humana.

Anticipatio {πρόληψις} Verbale. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus: Id est, Anteceptam animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest? Anticipatio à Seruio dicitur figura, quæ Græcè Prolepsis. Hanc alij Præsumptionem appellarunt. Vide PROLEPSIS.

ANTICLEA, æ, pen. prod. {ἀντίκλεια} Fuit mater Vlyssis, quæ cùm duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho latrone Æoli filio, capitur & cõstupratur. Alij dicunt, cùm Laertæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & (vt multi putant) ex eo Vlyssem concepisse. Quod Aiax apud Ouidium 13. Metamorph. vitio vertit Vlyssi, -& sanguine cretus Sisyphio.

ANTICRAGVS {ἀντίκραγος} Mons Lyciæ, Crago oppositus, teste Strab. lib. 14.

Anticum, Veteres etiam pro ianua posuere anteriore. Festus.

ANTICYRA, pen. corr. {ἀντίκυρα} Insula ad sinum adiacens Maleacum & OEtam montem, cuius meminit Strabo lib. 9. vbi authore Plinio, helleborum tutissimè sumitur. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 3,

I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.

Vnde quoties insanum hominem significare voluerunt, Anticyra egere scribunt. Horatius lib. 2. Serm. satyr. 3,

-verum ambitiosus, & audax,
Nauiget Anticyram.

¶Est & Anticyra, ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conuersa sinum: ab Anticyreo quodam Herculis ætate. Caparissus ab Homero dicta.

Anticyricon {ἀντικυρικόν} Sesamoidis herbę species, similis Erigeronti, quæ in Anticyra insula crescit. Plin. lib. 22. cap. 25.

Antideo, antidis, penult. corr. antidire, pro Anteire, apud antiquos. Plaut. Pers. 20,

Qui sunt, qui fuerunt, quíque futuri sunt posthac, ego
Solus omnibus antideo facilè miserrimus hominum Vt viuam.

Antidorum, antidori, pen. prod. {ἀντίδωρον} Latinè Remuneratio: quo nomine Vlpianus vsus est in l. 25. §. 8. D. de petit. hered. Planè (inquit) si antidora acceperũt, dicendũ est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperũt velut genus quoddam hoc esset permutationis.

Antidotus, antidoti, pen. corr. {ἀντίδοτος} Remedium, compositum variis medicinis, quæ datur contra venena, alioqui nocitura. Et perinde sonat ac si dicas, Contra datũ: ab ἀντὶ & δίδωμι. Quint. lib. 7. cap. 3, Ille datum ei venenum dixit: sed se antidotum daturum.

Dare aliquid pro antidoto. Plin. lib. 32. cap. 4, Pro antidoto dari dicuntur. Gell. lib. 17. cap. 16, Huius regis antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios vocatur.

ANTIDOTVS {ἀντίδοτος} Pictor fuit nobilis, Euphranoris Isthmij discipulus, qui maximè inclaruit discipulo Nicia Atheniensi: cui fuit peculiare diligentissimè mulieres pingere. Plin. lib. 35. cap. 11.

ANTIGENES, pen. corr. {ἀντιγένης} Puer fuit rusticus. Virg. in Daphnid.

At tu sume pedum, quod me cùm sæpe rogaret
Non tulit Antigenes.

ANTIGENIDAS, pen. corr. {ἀντιγενίδης} authore Suida, Thebanus musicus tibicen, Philoxeni discipulus. Vide Gellium lib. 15. cap. 17. & Valerium lib. 3. cap. 7. de Fiducia sui.

Antigerio. Veteres pro Valde & pro Statim vtebantur, quasi, Antequã res gereretur. Festus.

ANTIGONE, Antigones, pen. corr. {ἀντιγόνη} Filia Laomedõtis & Priami soror: quam ob superbiam formæ Iuno conuertit in ciconiam. Ouid. fabulam describit lib. 6. Metam. ¶Fuit & alia Antigone, OEdipi regis Thebanorũ filia, quæ patri cæco, & à Creonte in exilium acto vix dux extitit, vt Seneca in OEdipo, & Statius in Thebaide testantur. Quam quum postea iugulari fecisset Creon, Hæmon amator ad mortuæ tumulũ se interfecit. Sophocles in Antigone, & Propert. lib. 2. ad amicum 9.

ANTIGONIA {ἀντιγόνεια} Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. lib. 5. cap. 33. & Strabo lib. 13. ¶Est præterea eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

ANTIGONVS, pen. corr. {ἀντίγονος} nomen proprium regis Macedonũ, & Alexandri Magni frater, qui primus post Alexandrum in Asia regnare cœpit, & duodeuiginti annis regnauit. ¶Est & hoc nomine author quidam apud Plin. lib. 35. cap. 10. qui de pictura scripsit.

Antigraphum, antigraphi, pen. corr. {ἀντίγραφον} quod ex archetypo effictum est, de tabula ad imitationem alterius depicta.

Antigrapheus, pen. corr. quatuor syllabarum. {ἀντιγραφεύς.} Antigraphei dicebantur à Græcis obseruatores illi, quos vulgò *contrarotulatores* dicunt: actáque eorum ἀντίγραφα, quasi contra scripta. Nos antigrapharios appellare possumus. Hos Cicero custodes appellat in oratione de lege Agraria contra Rullum, & de Reditu suo: & Vlpian. 3. D. de Administrat. tutor. Budæus.

Antilegomena {ἀντιλεγόμενα} Latinè quasi dicas, Contradictiones. Plin. 20.

Plin.lib.10.cap.8. Petronius,qui Antilegomena scripsit.

Antilena,æ,pen.prod. (ἀντιλήνη) Qua pectus equi, aut iumenti, siue alterius animalis cingitur:sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur. Sipontin.

Antilepsis (ἀντίληψις) Græcis dicitur, quam Latini Intercessionem vel Interceptionem nominant.

ANTILIBANVS (ἀντιλίβανος) Mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strabo.lib.16.

ANTILOCHVS,pen.corr. (ἀντίλοχος) Nestoris ex Eurydice filius interfectus in bello Troiano à Memnone Auroræ filio, vt tradit Homerus. Iuuenal.satyr.10. Horat.2.Carm.ode 9.

Antilogia (ἀντιλογία) Dici potest Contradictio, refragatio, vel quasi contraria oratio.

ANTIMACHVS,pen.corr. (ἀντίμαχος) Colophonius poeta Græcus. Is quum poema quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes præter Platonem (quòd minimè illud intelligerent) discessissent, Legam, inquit, nihilominus: Plato enim mihi vnus instar est omnium. Nam & poetis hoc quidem concedi potest, oratoribus minimè: quum popularis sit illa facultas, illéque tantùm sit bonus orator, qui multitudini placet. Author Cicero in libro De claris oratoribus. Catul. elegia 90,

At populus tumido gaudeat Antimacho. De eodem Plutarch. in Lysandro: Antimachus (inquit) Colophonius, & Niceratus Heracleotes, Lysandria poemata certatim agebant. è quibus quum Nicerato Lysander coronam donasset, Antimachus dolore percitus, scriptum à se carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato Antimachi poeticum admiratus ingenium, qui superatum sese molestè ferebat, reuocatum mitigabat, ignaris ignorantiam malum esse præfatus, quemadmodum excitatem non videntibus. Hæc ille. Colophonius etiam à Suida & Athenæo appellatur. Clarium tamen facit Cicero in Bruto: Nec enim (ait) posset idē Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum Clarium poetam ferunt, &c. vbi quidam legunt, clarum poetam. Atqui Ouidius libro 1. Tristium, elegia 5, sic de eodem canit,

Nec tantùm Clario Lyde est dilecta poetæ. Qui locus vt de Antimacho intelligatur, facit Plutarchus in Consolatoria ad Apollonium, sic inquiens, Vsus est huiusmodi inductione & Antimachus poeta. Lyde enim vxore sua defuncta, quam vehementer diligebat, doloris solamē sibi fecit Elegiam Lyden denominatam. Nam cùm heroicas calamitates recensuisset, alienis malis suum sibi minorem reddidit dolorem. Nicander quoque (quem Suidas Colophonium fuisse dicit) in fine Theriacôn de seipso sic ait, τὸ Ἰδμῶν Κλάροιο νιφόεσσα τρέφει, quē Clari niuale oppidum educauit. Vicina sane admodum fuerunt Colophon & Clarij Apollinis oraculum: imò verò & in ipsa Colophone fuit Apollinis Clarij templum. Plin.lib.2.cap.103, Colophon in Apollinis Clarij specu lacuna est, cuius potu mira redduntur oracula. Plin. Iunior quoque lib.12.epist.23, hoc ipsum multorum testimoniis confirmat. ¶Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Ægyptium, patria Hieropolitanum, alterum poetam Melicum cognomento Psecam. ¶Fuit item præter hos, etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri auróque corruptus, impedimento fuit quominus Helena redderetur, quin pro concione Troianos hortatus est ne Menelaum dum legatus in vrbem venisset cum Vlysse redire ad suos sinerent, sed in vrbe asseruarent trucidarentque. Author Homerus lib.Iliad 11.

Antimelon (ἀντίμηλον) Herba est Dioscor. quam alio nomine Mandragoram appellamus.

ANTIMENIS,dos,pen.corr. (ἀντιμενίδης) Mitylenius, Alcæi poetæ frater, quem Babyloniorum socium idem Alcæus dicit magnum certamen peregisse, atque eos ex maximis laboribus eripuisse, viro pugnacissimo, & (vt inquit) regum luctatore interempto, ac solo relicto, & calamitate oppresso. Strabo lib.13.

Antimetabole (ἀντιμεταβολή) Latinè dici potest Ex aduerso mutatio. Figura, qua verba declinata repetuntur: vt Non vt edam viuo, sed vt viuam edo. apud Catonem.

ANTINOE (ἀντινόεια) Stephano) Vrbs Ægypti, ita dicta ab Antinoo Adriani Amasio, vt scribit Hieronym.in Iouinian.

Antinomia,antinomiæ,pen.corr. (ἀντινομία) inquit Budæus, non est quum lex legi contraria est ipso iure, quia altera alteram tolleret: sed quum duæ leges casu colliduntur, & euentu. Quint.lib.7.cap.8, Proximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse, scripti & voluntatis, status, &c.

ANTINOVS,pen.corr. (ἀντίνοος) Bithynicus, tanta tàmque eleganti fuit forma, vt Adrianus princeps, (à quo adamabatur) templum ei apud Mantineam constitueret, vt scribit Pausanias. ¶Fuit quoque alius, Penelopes procus, de quo multa Homerus in Odyssea: & Propert.4.Eleg.5.

Penelopen quoque neglecto rumore mariti
Nubere lasciuo cogeret Antinoo. Sic.Ouid.1.Epist.

ANTIOCHIA,pen.prod. (ἀντιόχεια) est Syriæ pars, vt author est Plin. in Syriæ descriptione, & item Pomponius.

Antiochia, totius Syriæ metropolis erat, prius Reblata dicta. Eam seruos Abraham ædificasse, sacra docent volumina. Postremò Iustiniani principis tempore, Theopolis est dicta. Hic prima sedes episcopalis Petri apostoli, Christianíque primùm appellati, quum antea discipuli dicerentur. ¶Est præterea insula maris Mediterranei, Strongylæ insulæ proxima, authore Plin.lib.6.cap.13.

ANTIOCHVS,pen.corr. (ἀντίοχος) Horat.3.Carm.ode 6,

Pyrrhúmque, & ingentem cecidit Antiochum. Nomen fuit regum Syriæ, ferè enim hoc nomine omnes vocati sunt, vt Antiochus Soter, Antiochus Deus, Antiochus Magnus, Antiochus Eusebius, de quibus Appianus copiosius in Syriaco. ¶Fuit præter hos Antiochus Ascalonita, ex vetere Academia, dicendi peritissimus, Luculli præceptor, de quo Plutarchus in Lucullo: Ciceronis item & Bruti.

Antiochicus, adiectiuum, vt Bellum Antiochicum. Patercul.lib.2.

ANTIOPA,pen.corr. (ἀντιόπη) Nyctei regis filia, & vxor Lyci Thebanorum regis, authore Lactantio. Hæc, vt ferunt fabulæ, propter formam à Ioue adamata est, ex quo Zethum & Amphionem suscepit. Propert.lib.1.Eleg.4.

¶Antiopa, Comœdia Pacuuij. Pers.satyr.1.
Sunt quos Pacuuiúsque, & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Antios, Id est, excruciatos. Festus.

Antipagmenta, Valuarum ornamenta, quæ antis appinguntur: Id est, affiguntur. Hæc Festus. Alij Antepagmenta scribunt. Cato cap.14, Fullonicam vnam, antepagmenta, vasa, torcula duo.

Antiparastasis (ἀντιπαράστασις) Figura est quibusdam, habens confessionem quandam coniunctam cum maiori inficiatione.

ANTIPATER,pen.cor. (ἀντίπατρος) Iolai filius fuit è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexādri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiā rei militaris, literatissimus, vt tradit Suid. De hoc Antipatro scribit Plutarch. multa in Phocione & Alexādro. ¶Antipater alius Sidonius poeta nobilis, qui extépore innumerabiles penè versus faciebat, vt testantur Cicero & Quintilianus. ¶Item Antipater Tyrius, philosophus Stoicus, & Catonis Vticensis præceptor, vt author est Plutarchus in Catone. ¶Alius item Tarsensis philosopus, vt idem author est. ¶Fuit item sculptor egregius, qui Satyrum in phiala grauatum somno collocauisse verius quàm cælasse dictus est. Plin.lib.33 cap.12. ¶Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus, & potentia præditus, de quo Volaterranus in historia Hierosolymitana. ¶Fuit & Antipater Hieropolitanus, sophista nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac magister epistolfuit, vt est author Philostratus.

Antipater (ἀντίπατρος) Iouis epitheton, apud Theocritum in fistula, quòd hostili animo patrem regno exuerit, & ad inferos detruserit, vt apud Æschylum innuit Prometheus.

Antipathes (ἀντιπαθὲς) Gemmæ nigræ speciei, non translucentis, quæ in lacte decocta, experimentum myrrhæ simile facit. Plin.libro 37.cap.10.

Antipathia,antipathiæ, pen.prod. (ἀντιπάθεια) Plinius lib.32.cap.2, Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est vsquam venenatius, quàm in mari pastinaca. Idem libro 34.cap.15, A rubigine vindicatur cerusa & gypso & liquida pice. Hæc est temperatura, à Græcis antipathia dicta. Loquitur de ferro.

Antipelargia (ἀντιπελαργία) Est mutua acceptorum beneficiorum compensatio. Græci enim ἀντιπελαργεῖν vocant, de nobis benemeritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à Ciconiis, quas illi πελαργοὺς vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, quâ parentes senio defectos alunt, & cùm sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare vocauerunt.

Antiperistasis (ἀντιπερίστασις) Latinè dicitur Circumobsistentia, reciprocatio, compressio vndique circunfusa. Dicitur etiam Antiperistasis in humano corpore, cùm è loco superiore spiritus infra coercetur, & vice versa. idque fit per consensum & cognationem partiū, & hoc per συμπάθειαν. Ex Lexico Græco. ¶Alij, sic Antiperistasis dicitur, per quam vbi calidum est, inde frigus expellitur: vbi frigidum est, inde calor extruditur. Hinc putei per hybernum tempus calent: quia illò se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

ANTIPHATES,pen. corr. (ἀντιφάτης) Fuit filius nothus Sarpedonis, vt est apud Virg.lib.9. Æneid. ¶Fuit item Antiphates rex Læstrygonū, à quibus Vlysses, eiúsque socij ad vnum discerpti essent nisi funibus anchorarum præcisis quamprimùm è portu soluissent, seséque in altum recepissent: quo ex periculo tamen non omnes naues seruatæ sunt, sed aliquot cum vectoribus perierunt. Narrantur hæc ab Vlysse Odyss.k. Meminit Horat.lib.de Arte amandi.

ANTIPHELLOS (ἀντίφελλος) Vrbs est, quæ quondam Habessus, atque in recessu Phellus nuncupata est. Plin.lib.5.cap.27.

Antipherna (ἀντίφερνα) dicuntur ea quæ maritus constante matrimonio vxori suæ quasi remunerandæ dotis causa largitur. l.vlt.C.de donat.ante nupt. Hotom.

ANTIPHILVS (ἀντίφιλος) Pictor nobilis, in Ægypto natus, qui à Ctesidemo didicit artem pingendi Gryllos, quos vocant, ridiculo habitu. De hoc Plin.lib.35.cap.10. ¶Fuit & Apellis quidam æmulus, qui, cùm apud Ptolemæum Apellem esset calumniatus quòd cum Theodota consensisset, qui à rege rebellionem fecerat, & à quodam coniurationis conscio regi innotuisset. Apellem inique insimulari, Ptolemæus posito furore, Apellem talentis centum donauit, eíque in seruitutem calumniatorem Antiphilum addixit. Author Lucianus περὶ διαβολῆς.

ANTIPHON,pen.corr. (ἀντιφῶν) Rhamnusius orator antiquus, Quint. lib.3.cap.1. Hoc neminem melius orauisse causam capitis, quum se ipse defenderet, locuples est author Thucydides. Huius meminit Cicero in Bruto.

Antiphrasis, fœm. gen. pen. corr. (ἀντίφρασις) Figura est quum per contrarium verba dicuntur: vt Parcæ, quia nemini parcant. sic manes, quia non sunt boni. Manum enim, antiqui Bonum dicebant. Ex Donato & Seruio. ¶Item est figura sententiæ, cùm quædam negamus nos dicere, & tamen dicimus: vt apud Lucilium,

Non tango quòd auarus homo est: quódque improbus, omitto. Et apud Virgilium,

Quid memorem portus, Lucrinóque addita claustra? Latinè dicitur Omissio. Hæc Iulius Rufinianus in libro De schematis.

ANTIPHVS (ἄντιφος) Pyiami filius ex Hecuba, quem Agamemnon vnà cum Iso fratre, sed illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. ¶Fuit & Antiphus alter, filius Thessali, & nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux triginta nauium cum aliis Græcis ad

Troiam nauigauit, vt est apud Homer.lib.Iliad.2.

ANTIPODES, penultim. correpT. antipodum {ἀντίποδες} Vide ANTICHTHONES.

ANTIPOLIS, penult.corr. {ἀντίπολις} Galliæ Narbonensis vrbs, Ptolemæo.vulgò *Ragni*.

Antipophora, pen.prod. {ἀνθυποφορά} Est figura sententiæ, qua aduersariorum sententias ac dicta nobis proponimus, ac substituimus, in hoc tantùm vt illis respondeamus. vt, apud Virgil. Æneid.4, Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna: fuisset. Latinè dicitur Oppositio, vel obiecto Hæc Rufinianus in libro de Schematis.

Antiptosis, huius antiptosis, pen.prod. fœm.ge. {ἀντίπτωσις} Figura est grammatica, poetis permissa, quum casus pro alio casu ponitur. vt, It clamor cælo, pro In cælum.

ANTIPYRGVS {ἀντίπυργος} Ptolemæo vrbs Marmaricæ. Straboni Tetrapyrgia, vulgò *Lucho*.

Antiquus {ἀρχαῖος, παλαιός} adiectiuum, pen. prod. antiquior, antiquissimus, idem quod Vetus. Virgil.1.Georg. Antiquásque domos auium. Vbi Seruius, Aut reuera antiquas, aut charas.

Antiquum & vetus. Plaut. Bacchid. 15, Oppidum antiquum & vetus.

Antiquum, & iam obsoletum. Cic.3. Verr. Vereor ne hæc fortè cuiquam nimis antiqua & iam obsoleta videantur.

Antiquo opere ac summa arte perfecto. Cic.6.Verr. Item 2.Verr. Affabrè atque antiquissimo artificio factus deus.

Antiqua cedrus. Virg.7.Æneid.

¶ Antiquissimæ cuique epistolæ respondere. Cic. Attico, lib.9, Tres epistolas tuas accepi postridie Idus. erant autem illæ tertiæ pridie Idus datæ Igitur antiquissimæ cuique primùm respondebo.

Antiquior dies adscripta literis. Cic. ad Q. fratrem, lib.3.17, Nam mihi vno die tres sunt redditæ, & quidem, vt videbantur, eodem abs te datæ tempore: vna pluribus verbis, in qua primùm erat quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris.

Antiquo censu diues. Horat.2.Serm 3.

¶ Inter senes, veteres, & antiquos. Senes, vocantur quantum ad priuatam ipsorum vitam, quòd vsque ad senilem ætatem vixerunt. Veteres, quantum ad publicum tempus, quòd alia ætate vixerunt, etiamsi ad senium non peruenerint. Vnde quidam iuniores, fuerunt seniores veteribus. Antiqui, vtrique dicũtur: sed magis veteres quàm senes. Hæc Valla lib.4. Cic.in Lælio, Plus apud me antiquorum authoritas valet.

Antiquis nobilibus ortus. Quint.lib.3.cap.8.

Antiqua stirps. Virg.1.Æneid.

Antiqui officij homo, pro syncero & minimè fallaci. Cicer. pro Quintio, Quid tum? tu aliquem patronum inuenies hominem antiqui officij, qui splendorẽ nostrum & gratiam negligat? Idem pro Rosc. Amerino, In qua muliere etiam nunc, quasi exempli causa, vestigia antiqui officij remanent. Quasi exempli causa: Id est, Vt quasi testimonio sit, olim fuisse homines tanto officio & probitate præditos. De antiquis ferè ita loquitur, quasi omnes æquabiliter essent viri boni. Eodem modo dicuntur Antiqui homines, qui præditi sunt moribus antiquis: Id est, Optimis & probatissimis, quales scilicet antiquorum fuerunt. Cic.pro Rosc.Amer. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent.

In eodem sensu dicitur, Homo antiqua virtute ac fide. Terent. Adelph.3.3.

Antiqui mores. Plaut.Capt.4,

Ille demum antiquis est adolescens moribus.

¶ Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diuturno tempore coniunctus est. vt, Antiquus amicus, antiquus hospes. Plaut. Bacchid.5.

¶ Antiquus, Qui verbis antiquis & priscis vtitur. Dicitur & Antiquarius. Cic.in Brut. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocriũ L.& Sp.Mummij fratres, quorum extant amborum orationes: simplex quidem Lucius & antiquus, Spurius autem, &c. Sic Lælius dicitur Vetustior in eodem Bruto. Vide Vetustus, in VETVS.

¶ Antiquum pro Pristino. Terent. Adelph. 5.3, Eandem illam rationem antiquam obtine.

Antiquum, absolutè. Plaut.Mostel. 10, -antiquum obtines Hoc tuum, tardus vt sis. Terent.Andr.4.5, Optime hospes pol Crito antiquum obtines. Id est, Quod antiqui solebant. Aut certè est eclipsis, vt subaudiamus ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum. Ex Donato.

¶ Antiquum, Nobile. Virgil.1.Æneid. Terra antiqua, potens armis. Vbi Seruius, Antiqua: Id est, Nobilis.

¶ Antiquum, Magnum. Virg.2.Georg. Res antiquæ laudis & artis. Vbi Seruius, Antiquæ laudis, vel magnæ, vel quòd apud maiores in ingenti honore fuerat agricultura.

¶ Antiquum, pro Charo. Virg.2.Æneid.

Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi. Turnebus verò existimat cùm transfugam simulet, qui iam solum mutarit & patriam, velut nouam nouásque sedes exilio quæsierit, eum appellare patriam antiquam, patriam pristinam, cuius solum verterit, & cuius amiserit ius. Est enim antiqua patria, à qua demigratum est vel à colonis, vel exulibus, vel transfugis. Sic Tyrus, Dydus antiqua patria dicitur lib.4.Æneid.

Antiquus amicus. Ouid.2.de Ponto.

¶ Antiquius, non modò Vetustius: sed etiam Potius ac venerabilius significat. Tractum ab honore qui senectuti exhibebatur. Vt, Antiquior cura, Quint.lib.4. Cic.Att.lib.10, Itaque qui nunquam id egit vt Hispaniæ per se tenerentur, naualis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Id est, Potissima, & cordi in primis fuit. Budæus.

Nihil antiquius iudicare salute & libertate Reipubl. Lentulus Senatui lib.10.35.

Nihil habere antiquius, Nihil sibi esse antiquius. Cic.ad Brutum, lib.11.5, Nec habui quicquam antiquius, quàm vt Pansam statim conuenirem.

Nihil antiquius vita existimare, & omnia libertate posteriora ducere. Cic.13.Philipp.

¶ Antiquissimum sit nobis, &c. Cic.Attico, Non possum commodius scribere quàm tu scribis. officium sit nobis antiquissimũ. Id est, Potissimum, singulare, præcipuum.

De Tullia mea tibi antiquissimum esse video: idque ita vt sit, te vehementer rogo. Cic. Attico lib.12.

Antiquissimum habere. Cic ad Q. frat. lib.2.5, Isque iudiciorum causam suscepit, antiquissimámque se habiturum dixit.

Carum & antiquum habere. Cic. 1. de Inuent. Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophæo carius atque antiquius habere conuenit?

Sanctius & antiquius est hoc mihi. Cic. Attico, lib.12.

Antiquarius, adiectiuum {φιλάρχαιος} Vnde antiquarij homines dicti sunt, qui voces priscas & iam diu desitas curiose consectantur. Quo verbo Suetonius vsus est in Augusto, cap.86, Cacozelos & antiquarios. vt diuerso genere vitiosos, pari fastidio spreuit. Budæus.

¶ Antiquarij etiam dicuntur antiquitatis nondum exoletæ studiosi peritíque: quorum scripta iucunda quadam rediuiuáque interdum antiquitate veluti distincta sunt: qualis fuit olim Sallustius, & nostro tempore Theodorus Gaza. Iuuenalis, satyra 6.

Ignotósque mihi tenet antiquaria versus. Budæus.

Antiquitas, pen.corr. {παλαιότης} denominatiuum, Vetustas.

Antiquitatis authoritas. Quint.lib.1.cap.6.

Vltima antiquitas. Cic.1.de Finib. Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant: in quibus tam multis, támque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur.

Antiquitate generis laudem consequi. Cic. Antequam iret in exil.

Antiquitas generis ex clarissimo municipio profecta. Cicer. pro Fonteio.

¶ Antiquitas, pro Ipsis antiquis. Plin.lib.12.cap.19, Cinnamonum & casias fabulosa narrauit antiquitas.

¶ Antiquitas, in alia significatione. Sallust. teste Seruio, Tantum antiquitatis curæque maioribus pro Italica gẽte fuit. Id est, Antiqui & præcipui amoris siue charitatis: ab eo quod est Antiquum pro Charo.

Antiquitus, penultima correpta, Aduerbium temporis: id est, Ab antiquo tempore. Cæsar 1. belli Ciuilis, Qui in eorum fide antiquitus erant.

Antiquitus durauit hic mos vsque ad nostra tempora. Quint.lib.1.

Antiquitus factitatum. Plin.lib.18.cap.18.

Antiquitus institutum. Aurelius in princip. D. De offic. Præf. Prætor.

Iam inde antiquitus. Plin. Iunior in Paneg. Video enim iam inde antiquitus maritos dearum.

Non adeo antiquitus placuit. Plin.lib.2.cap.2.

Antiquo, antiquas, pen.prod. {ἀποψηφίζω, καταψηφίζω} antiquare, Abrogare, abolere, siue (vt Nonius interpretatur) obsolefacere & è memoria tollere: vt Antiquare legem. Cic.3.de Legibus, Vos item, vt video, legem antiquastis sine tabella. Sic antiquare rogationem, [illegible] Cic.Attic.lib.1.9.

¶ Antiquare, Est in morem pristinum reducere. Festus. Id est, [illegible] nihil innouetur.

Antiquare & Abrogare, inter se differunt. Antiquatur enim lex, quum populus eam perferri non patitur, suffragiis improbans. Abrogatur autem vetus lex, quam scilicet anteà latam populus suffragiis tollit. Hoc exempla declarant, siquis vtriusque verbi vim suis locis accuratè perpendat. Hæc Paul.Manut.in Calep.

¶ Antiquari, passiuum. Liu.4.ab Vrbe. Sic Cic.2.Offic. Quum legem Agrariam ferret, quam tamen antiquari facilè passus est.

Antiquatio, Verbale, Abolitio, abrogatio. Gellius, Facta mox est antiquatio legis.

Antiquè, aduerbium. Horat.2.Epist.1,

Si quædam minus antiquè, si pleraque durè Dicere credat eos.

Antirrhinum, Vide ANARRHINVM.

ANTIRRHIVM {ἀντίρριον} Promontorium est Ætoliæ, situm ad ipsum sinus Corinthiaci ostium, è regione Rhij, quod est Achaiæ promontorium, ab Antirrhio septem tantùm stadiorum freto diuisum. Thucydides vtrunque Rhium appellat, cognominibus tantùm ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat: alterum Molycricum, à vicina vrbe Molycria. Strab.lib.8.

ANTISCII {ἀντίσκιοι} Populi sunt apud Meroën Æthiopiæ partem, æquinoctiali proximam circulo, vbi illud dicitur euenire, vt per nonaginta dies vmbræ nostræ in contrarium cadant, vnde & nomen sortiti sunt. Cæl.lib.1.cap.22. Et Marcellinus lib.22.

Antiscium, cij, & Antiscia, orum {ἀντίσκια} Sunt (vt inquit Pontanus lib.1.cap.20.de reb.cælestibus) mutuæ partiũ Zodiaci consensiones, cùm gradus vnius signi, gradui alterius contrariam vmbram iaciat. Hinc est quòd Trapezuntius, in lib.de Antisciis, scribit, ἀντίσκια rectè Contrarias vmbrationes appellari posse.

Antiscorodon {ἀντισκόροδον} Herba est ex generibus Allij, quæ & Vlpicum & Allium Cyprium appellatur. Plin.lib.19.cap.6.

Antismos, antismi: de quo sic Seruius, Antismos, est vrbanitas sine iracundia. vt, Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Virg.ecl.

Antisophistes, antisophistæ, m.g. Quintil.lib.11.cap.3, Vrbanéq; Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste, quot millia passuũ declamasset. Antisophistes igitur vt Antigonistes dicitur.

Antispoda, siue Antispodia, ἀντίσποδα Dioscoridi, ἀντίσποδια Galeno, vocantur à medicis omnia ea quæ eãdem cum Spodio habent facultatẽ, quęq; in spodij inopia, pro eo possunt supponi. Diosc.li.5.cap.46.

ANTISSA {Ἄντισσα Stephano} Oppidũ in Lesbo insula: Sunt enim in ea insula oppida quinque, Antissa, Pyrrha, Eressos, Citaua, Mitylene. Verba sunt Pomponij.

Antistasis {ἀντίστασις} Schema, quod Latinis Intentio dicitur, cùm idẽ repetitur in contrario sensu: vt,

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. Iulius Rufinianus.

Antistes, antistitis, penul. corr. {ἱερεύς} Ab antiquo verbo Antisto, pro Antesto, quòd cæteris antestet, id est antecellat. Erant autem Antistites apud antiquos primarij singulorum templorum sacerdotes, qui sacris præerant, & de futuris atque agendis responsa dabant consulentibus. Liu. 1. ab Vrbe, Potitij ab Euandro edocti, antistites sacri eius per multas ætates fuerunt. Loquitur de sacris Herculis. Cic. pro Domo sua, Antistites deorum.

Antistes, in fœminino. Valer. lib. 1. cap. de Seruata religione, Ne deæ vetustis ritibus perita deesset antistes.

Antistites ceremoniarum & sacrarum, Præfecti ceremoniis. Cic. pro Domo sua. Iuuenal. satyr. 2.

¶ Antistes, per translationem dicitur qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet. Vnde Seru. Sulpitius, teste Quintiliano libro 11. cap. 1. Iuris antistes appellatus est. Et Plato sapientiæ antistes, apud Plin. lib. 7. cap. 30.

Antistes artis. Cic. 1. de Orat.

Antistia, antistiæ. Ouid. 13. Metamorphoseos,

-tractisque comis antistia Phœbi.

Antistita, antistitæ, penult. corr. Gell. libro 13. cap. 19, Sacerdotes quoque fœminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grammaticam legem antistites. Nam quum insolentias verborum à veteribus dictorum plerunque respueret: huius tamen verbi in ea parte sonitu delectatus, Sacerdotes (inquit) Cereris, atque illius fani antistitæ. Cic. 6 Verr.

Idáve barbarico Cybeles antistita buxo. Virgil. in Ciri.

Antistitium {ἱερατεία} Excellentia, & apex, & quasi Antistitis dignitas. Martia. Capella, Antistitio præminebat Athanasia.

ANTISTHENES, pen. corr. {Ἀντισθένης} Socraticus philosophus, acutus magis quàm eruditus, præceptor Diogenis, patientiam & duritiam in Socratico sermone adamauit, vt scribit Cic. lib. 3. de Orat. ¶ Fuere item alij tres, vnus de schola Heracliti, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, vt tradit Diogenes Laertius.

ANTISTIVS, C. Martinij Spoletini accusator. Cic. pro Corn. Balb. ¶ Fuit & alius Antistius Piso orator. Cic. in Bruto.

Antistius C. Veter, Viri proprium, qui Consul est creatus nono Tiberij principatus anno, quo anno in vnitatem venit equester ordo, annulorúmque authoritati forma constituta est. Vide Plin. lib. 33. cap. 2.

Antisto, antistas {προΐσταμαι} antistare, veteres dixerunt pro Antestare, id est Antecellere. Cato cap. 156, Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucret. l. b 5,

Herculis antistare autem si facta putabis, &c. Tacit. lib. 2. Sed vt locis, ordinibus, dignationibus antistent.

Antistœchon, neut. gen. {ἀντίστοιχον} Tropus est quum litera ponitur pro litera. vt, Magalia pro magaria, Sella pro seda, & Melior pro meditor. Quidam scribunt Antistichon.

Antistropha, qua Lyrici carminis authores vtuntur, est, quum ab læuis in dextra obuertuntur, cuiusmodi errantium vertigo, ab occasu in ortum: strophà verò, vbi à dextris in læuum fieret conuersio, qui & mundi intelligitur motus ab exortiuis partibus ad occiduas: at epodus, vbi in vno consistentes loco carmina concinunt. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 8. cap. 8.

Antistrophe, antistrophes, pen. cor. fœm gen. {ἀντιστροφή} Latinè conuersio: species est repetitionis, quum in eandem partem orationis sæpius desinitur. Cuiusmodi est hoc pro Fonteio, Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus amplissimæ copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia. Huic figuræ contraria est Epanaphora. Ex Aquila Romano, de Figuris.

ANTITAVRVS {Ἀντίταυρος} Mons Tauro oppositus. De quo Strabo lib. 11, Taurus itaque Septentrionem versus in multos quasi ramos discinditur, quorum vnus est Antitaurus: sic enim is appellatur. Is Sophenam comprehendit in conualle quadam, quæ inter eum iacet, atque Taurum vltra Euphratem. Denique vt idem lib. 12 refert, in eo valles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana ciuitas memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comana vocant. Sunt qui Auritaurus legi debere contendant.

ANTITHEI {ἀντίθεοι} Quidam mali dei, quos à Magis confingi ait Arnobius, hique spiritus esse dicuntur qui in actionibus humanis sæpe obrepant, seque deos fingant, & inscios mendaciis & simulationibus deludunt.

Antithesis, huius antithesis, pen. corr. f. g. {ἀντίθεσις} Figura est dictionis, quû vna litera pro alia ponitur: vt Olli pro Illi. ¶ Est & antithesis, siue Synecrisis, figura apud Iulium Rufin. quum res atque personæ inter se contrariæ comparantur. Vide ANTITHETON.

Antitheton, antitheti, pen. cor. neut. g. {ἀντίθετον} Latinè Oppositum, siue expressius, Contrapositum. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis. Persi satyr. 1,

-crimina rasis Librat in antithetis. Cic. in orat. ad Brutum, Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum necessitate ipsa efficiunt.

Antitypum {ἀντίτυπον} Exemplar similis formæ, vel contrarium.

ANTIVESTAEVM, promontorium Britanniæ, quod etiam dicitur Bolerium, apud Ptolemæum. Diodoro Bellerium, vulgò *S. Burien*: in Cornubia seu Cornualla.

ANTIVM, oppidum vetus in Latio iuxta mare, cuius meminit Ptolemæus, nunc penitus dirutum: vulgò *Nettuno*. Erat ibi templum Fortunæ, vt Horatius refert lib. 1. Carm. ode 36,

O diua, gratum quæ regis Antium. Huc se nobiles Romanos animi causa contulisse, tradit Strabo lib. 5. Aberat autem Roma Antium stadiis CCCVII, hoc est milliariis XXXVIII, cum dimidio. Vide Strabonem.

SP. ANTIVS, Legatus Romanus à Veientum rege interfectus, Cic. Philipp. Antius Senator in dicenda sententia liberrimus, Cicero ad Attic. 4.

Antlia, antliæ {ἀντλία} Machinula ad hauriendam aquam excogitata. Martialis libro 9. ad Cæsarem Domitianum,

Curua laboratas antlia tollit aquas.

Antlo, antlas, antlare, Haurire, à Græco ἀντλῶ descendit. Liu. Horem antlabant Liberi ex carchesiis. Festus. Vide ANCLO.

ANTOBOGES, populi sunt Aquitaniæ, Narbonẽsi prouinciæ conterminii, non procul à Cadurcis populis. Vide Plin. lib. 4. cap. 19.

ANTOECI {ἄντοικοι} populus quos Martianus ab Antichthonibus separat.

ANTONINVS, cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Ælio Adriano successit. Hic quum filiũ non haberet, M. Antonium philosophum adoptauit, eumque moriens imperij successorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Seuerum Romanum tenuit imperium. ¶ Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino successit.

ANTONIA gens antiquitatem sui generis ad Antonem Herculis filium retulit, vt author est in Antonio Plutarchus: quod ipsum apud Appianum lib. 3. de bel. Ciuil. confirmat Augustus, his verbis: Adoptaliet (inquit) te Cæsar, Antoni, si fuisset æquo animo te Heraclidarum gente transiturum ad Æneadas. Secunda hæc Aborigrinum patricia gens est, nec præterea vllam apud antiquos reperio. Familiæ verò huius gentis duæ sunt. Vna Merendarum: altera (quod equidem sciam) cognomine caret. & hæc plebeia fuit. Tribunatum enim plebis M. Antonium gessisse Plutarchus scribit: & C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam, Pædianus in ea contra Catilinam, plebeium nobilem appellat. Vnum tamen eundémque ortum habent, & tanquam ex eodem fonte fluxerunt. Fieri enim facilè potuit, vt hæc familia ad plebem transierit, vt Octauia & aliæ complures. Hæc ex Richardi Streinij libro de Stemmatibus Gentium & familiarum Romanarum.

M. ANTONIVS Orator bello ciuili Mariano occisus est: vt author est Plutarchus in Mario. Cic. de Orat. 3. & 5. Tuscul. Paterculus lib. 2. Florus lib. 3. cap. 21. Hic duos reliquit filios, M. & C. quorum hic collega fuit Ciceronis in Consulatu Catilinam prælio vicit: inde in Macedoniam profectus, ibi à Dardanis oppressus, amisso exercitu profugit. Romam reuersus repetundarũ damnatus est. Epitom Liu. 103. Salust. in Catil. Cicero pro Sextio, pro Domo, pro Flacco, pro Cælio, & in Vatinium. Hor. lib. 4. Appian. lib. 1. Ille constitutus fuit curator tuendæ totius oræ maritimæ, & quum in eo imperio bellum Cretensibus inferret, turpissimè victus interiit. Epit. Liu. 79. & 97. Vell. lib. 2. Flor. lib. 3. cap. 7. Cic. 4 & 5. Verr. Hic tres reliquit filios, M. L. & C. Marcus, Magister equitum C. Cæsare Dictat. & tandem consul cum eodem. Interfecto Cæsare hostis à Senatu iudicatus, ad Mutinam victus ab Hirtio & Cæsare Octauio in Galliam confugit: M. Lepidũ cum legionibus sibi iunxit Triumuir R. P. creatus, in quinquennium cum Cæsare & Lepido constitutus, proscriptionem Sullanam renouauit. Brutum & Cassium apud Philippos vicit. Parthis bellum intulit: duabus legionibus amissis nulla re prosperè gesta, in Armeniam reuersus est. Ab Augusto ad Actium classe victus Alexandriam profugit, ibíque seipse interemit. Hæc summatim ex Plutarcho. Epitom. Liu. 116 & seq. Dione, Floro, Suetonio & Cicerone.

Antonius Iulianus rhetor Romæ perquam fuit honesti atque humani ingenij: doctrina quoque ista vtiliore ac delectabili, veterúmque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium ab eo factum examussim diceres. Gellius.

Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus, Romæ docuit rhetoricam, & poemata in domo Iulij Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicero & clari viri frequentasse dicuntur. Fuit alioquin miti facilíque natura: nec vnquam aliquid de mercedibus pactus, eóque plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos 50. Ex Tranquillo.

Antonius Castor, Rei herbariæ peritissimus Plinij temporibus. Is centesimum excedens ætatis annum, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concussis, hortulum habebat, in quo herbæ plurimæ alebantur, & diuersi generis, vt testatur Plin. lib. 25. cap. 2.

Antonius Musa, medicus fuit Augusti excellens, cuius meminit Horat. lib. 1. epi. 15. & Plin. lib. 19. cap. 8. & lib. 29. cap. 1. & lib. 30. ca. 13. Huic statua ænea collocata fuit iuxta signum Æsculapij, vt scribit Suetonius in Augusto, cap. 59. Medico (inquit) Antonio Musæ, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuam ære collato, iuxta signum Æsculapij statuerunt.

Antoniam Drusi nunquam expuisse author est Plin. lib. 7. cap. 19. Eadem apud Baulos murænæ, quam diligebat, inaures addidit: cuius propter famam nonnulli Baulos videre concupiuerunt. Idem Plin. lib. 9. cap. 55.

Antonianus, ab Antonio deductum adiectiuum. Cic. in epist. fam. 12, Antoniano latrocinio liberata Respub.

Antonomasia {ἀντονομασία} Figura est, quæ fit quoties pro nomine proprio id ponitur quod potest esse cum proprio nomine, & epitheton dici. Vt, Saturnia, pro Iunone. Virgil. 1. Æneid. Ex Seruio. Quintiliano autem lib. 8, Antonomasia est, quæ aliquid pro nomine ponit: vt, Pelides, pro Achille. At in exemplo Quintiliani synecdoche est, & in exemplo Seruij neque figura neque tropus est. Ramus.

ANTOR {Ἄντωρ} Centauri cuiusdam nomen. Valer. Flac. 1. Argonaut.

-ardenti peragit Clarus Antora quercu.

ANTORIDES {Ἀντορίδης} Pictor, Aristippi, filij Aristidis Thebani, discipulus. de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Antra, arum, Conualles, vel arborum interualla. Festus.

ANTRONIA {Ἀντρών} Pōponio Melæ ciuitas est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, quæ à Stephano & Strabone Antron dicitur: ab Antris nimirum vtroque nomine deducto, quorum magnam circa hanc vrbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc vrbem procerissimi gignebantur asini: vnde factum est vt Antronius Asinus, prouerbio dicatur de homine corpulento & robusto, in quo tamen ingenium & animi vigor desideretur.

ANTRONIS asinus {ὄνος Ἀντρώνιος} Castellum in Phthiotica plaga, &c

quo sic Strabo lib. 9, Ad Antronem verò munitum castellum est, in transitu in Euboeam, quod Antronis asinum vocant.

Antrum, antri, ἄντρον Græcè, Latinè autem cauerna dicitur. Virgil. 6. Æneidos,
Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Martial. lib. 13,
Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.
¶ Antrum, pro nomine substantiuo cauum. Virgil. 4. Georg.
-excesæque arboris antro. De apibus loquitur repertus.
Abdita antra. Ouid. 13. Metamorph.
Cæcum. Lucan. lib. 4.
Cauum. Virgil. 3. Æneid.
Curuum. Sil. lib. 6.
Frigida. Ouid. 5. Metamorph.
Furua. Ouid. 5. Metamorph.
Gelida. Virgil. 4. Georg. Immania. Virgil. 6. Æneid.
Inferna. Propert. lib. 3. Eleg. 5.
Nigrantia. Claudian. in Panegyr.
Obscura. Ouid. 4. Metamorph.
Opaca. Seneca in Hippolyto, 4.
Rorantia fontibus. Ouid. Metamorph. 6.
Vasta. Virgil. 3. Æneid.
Vda. Martialis lib. Epigram. 10.
Viridia. Virgil. 1. Ecloga.
Antro se occulit. Val. Flac. 8. Argonaut.
Antra subire. Ouid. 12. Metamorph. Antra simul subeunt.
Antro succedere. Virgil. 5. Eclog.
In antra claudi. Ouid. 14. Metamorph.

Antus, Vide ANTHVS.

A N V

Anubias, anubiadis {ἀνουβίας} A quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & vulgò *Cimicaria*, seu *Pulicaria*. Legitur hæc vox in quibusdam Dioscoridis exeplaribus, quam tamen a peritoribus inter nomenclaturas nothas, falsoque Dioscoridi attributas scio numerari.

ANVBIS, pen. prod. huius Anûbis, & Anúbidis {Ἄνουβις} Ægyptiorum deus, quia canino capite pingitur. Hunc volút esse Mercurium, quia nihil est cane sagacius. Author Seruius enarrãs illud Virgil. 8. Æneid.
Omnigenúmque deûm monstra, & latrator Anubis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 13,
Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi. Propertius lib. 3. eleg. 11. Ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubin.

Anulus, Vide ANNVLVS.

ANVLVS, fluuius Mauritaniæ, apud Plinium lib 8. cap. 1. Legitur & Amilus.

Anus, huius anus, fœm. gen. priore correpta {γραῦς} Vetulam significat. Festus, Anus dicta est ab annorum multitudine: quoniam antiqui non geminabant consonantes: vel quòd iam sit sine sensu, qui Græcè dicitur νοῦς. Cic. 1. Tuscul. Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista? Ouid. 3. Fast.
Pauper, sed multæ sedulitatis anus.
¶ Anuis, Genitiuus antiquus pro Anus. Varr. Cato, vel de liberis educandis, Eam nutricem oportere esse adolescentem. Anuis enim vt sanguis deterior, sic lac. Ex Nonio. Vide & Gellium lib. 4. cap. 16. vbi abundè.
Annosa anus. Ouid. 2. Fast.
Curua. Ouid. 1. de Arte amandi.
Delira anus. Cic. 2. de Diuinat.
Frigida. Ouid. 3. de Arte amandi.
Grandæua & defecta. Seneca in Herc. OEtheo, 15.
Tremens. Ouid. 8. Metamorph.
Viuax. Ouid. 13. Metamorph.
Anus charta. Vide CHARTA.
Anus ficus. Plin. lib. 15. cap. 19.

Anicula, aniculæ, penul. corr. {γραΐδιον} Diminutiuum. Cic. pro Flacco, Aniculæ minimè suspiciosæ purgat se. Hoc diminutiuum per contemptum dicitur, sicut muliercula, meretricula, pauperculus: quasi anus abiectissima.

Anilis, pen. prod. {γραώδης} adiectiuum: vt, Anilis ætas. Colum. lib. 2. cap. 2. & Cic. 1. Tuscul.
Curæ aniles. Virgil. 9. Æneid.
Fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 8. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Passus. Ouid. 14 Metamorph.
Quæstus. Ouid. 9 Metamorph.
Rugæ Ouid. 15. Metamorph.
Superstitiones. Cic. 2. de Nat. deor.
Studium. Virgil. 4. Æneidos,
-illa gradum studio properabat anili.

Anilitas, pen. cor. anilitatis, fœm. gen. {τὸ γραϊκόν} Senectus. vt, Cana anilitas. Catull. 56, In Epithal. Iuliæ & Mallij.

Aniliter, penul. corr. aduerbium {γραϊκῶς} Cic. 3. de Nat. deor. Neque id dicitis superstitiose atque aniliter: sed physica, constantique ratione. id est, Secundum aniles superstitiones.

Anicularis, & hoc aniculare {γραϊκὸν} Idem quod Anilis. Augustinus, Quum hæc loquor, anicularia tibi videntur hæc verba.

Anus, ani, priore prod. masc. g. {δακτύλιος} Est exitus siue foramen per quod euacuatur aluus: alio nomine podex. Cic. Pæto, lib. 9. 22, Anum appellas alieno nomine: cur non suo potius? Cel. lib. 7. cap. 30, Ne anus ipse suppuret.

A N X

ANXA, oppidum in ora Senonum, quæ antea Galliopolis dicebatur, vt scribit Plin. lib. 6. cap. 11.

Anxius, {περιαλγής} adiectiuum, ab Ango, angis, pro solicito aut mœsto ferè accipitur. Propriè tamen quid sit Cic. 4. Tuscul. ostendit his verbis, Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos: non quia semper sint, sed quia sæpe sint: alij ad metú: alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxij: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Estque aliud iracúdum esse, aliud iratum: vt differt Anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur.
Anxiæ ægritudines & acerbæ. Cic. 4. Tuscul.
Anxio animo esse. Cic. 2. de Finib.
Anxius sum de aliqua re. Quintil. lib. 5.
Anxia cura, Quæ nos facit anxios. Plin. lib. 6. cap. 8.
Oratio, id est, Curiosius elaborata. Gell. lib. 15. cap. 7.
Senes. Cic. de Senect.
¶ Anxius, cum genitiuo. Plin. lib. 15. cap. 18, Nepotúmque securitatis anxius: Hoc est, De suorum nepotum securitate solicitus. Silius, Anxia fati. Ouid. 1. Metam. Et fuit anxia furti. Id est, Fuit solicita ne sibi furto auferretur. Idem 19. epist. 39,
Anxia sunt vitæ pectora nostra tuæ. Id est, De tua vita solicitus est meus animus.
Anxia potentiæ. Tacit. lib 4. Et lib. 2, Anxia sui.
Anxius gloriæ alternus. Liu. 5. bel. Pun.
¶ Anxius, cum accusatiuo. Liu Decad. 1. lib. 8, Stupentes Tribunos, & suam iam vicem magis anxios, quam eius cui auxilium ab se petebatur, liberauit onere consensus populi Romani.
¶ Anxius, cum ablatiuo, vt Anxius curis. Liu. 7. bel. Pun. Ouid. 3. Metamorph.
Anxium habere aliquem dicitur res. Hirt. lib. 5, Mirificè hostium leuis armatura anxium ac solicitum habebat.
Anxius mentis. Ouid. ad Liuiam,
Tu quibus audiris anxia mentis eras. Hoc est, animo anxia.

Anxiè {περιαλγῶς} Aduerbium qualitatis, Solicitè, curiosè, & cum anxietate. Sallust. in Iugurth. neque tam anxiè laturum fuisse. Plin. lib. 11. cap. 52, Ne in se quisque & auguria anxiè quærat.
Vir tam anxiè doctus. Vide Doctus, in DOCEO.
Anxiè diligens. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 7, Dicas volo, quid sit, quod quum Virgilius anxiè semper diligens fuerit in verbis pro causæ merito vel atrocitate ponendis, incuriosè & abiectè, &c.

Anxietas, pen. corr. {ἄλγος} Plin. lib. 7. cap. 53, Quem euenti anxietate diximus mortuum. Iuuenal. satyr. 13, Perpetua anxietas.
Anxietas animi. Ouid 1. de Ponto, eleg. 5.

Anxitudo, pen. prod. anxitudinis {ἀνίασις} pro anxietate. Cic. 2. de Republica, Quartaq; anxitudo, prona ad luctum, & mœrẽs; sémperque ipse se solicitans. Accius Armorum iudicio, Vbi cura est, ibi anxitudo. Nonius.

Anxifer {ἀνιαφόρος} adiectiuum poeticum, pen. corr. quasi ferens, siue afferens anxietatem. Cic. 2. Tuscul. Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices.
Anxiferæ curæ. Cic 1. De diuinat.
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

ANXVR, Anxuris, pen. corr. tam masculini quàm neutri generis, vrbs est Italiæ, quam nunc *Tarracinam* dicunt, vel *Terracinam*. Martial. lib. 5. epigram. 1,
Siue salutiferis candidus Anxur aquis. Candidus, à candore saxorum, inquit Domitius. Horat. lib. 1. Serm. satyr. 5,
Impositum saxis latè candentibus Anxur. Mons (inquit Porphyrio) in quo Tarracina constituta erat, saxa habet calci coquendæ aptissima: ergo à calce videtur candida dixisse. Plin. libro 3. cap. 5, Circeiis palus Pontina est, quem locum vigintitrium vrbium fuisse Mutianus ter Consul prodidit. Dein flumen Vfens, supra quod Tarracina oppidum, lingua Volscorum Anxur dictum. Seruius in 7. Æneid. sub finem, Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Iupiter, qui Anxurus dicebatur, quasi ἄνευ ξυροῦ, id est, Sine nouacula, quia barbam nunquam rasisset: & Iuno virgo, quæ Feronia dicebatur. ¶ Est autem fons in campania iuxta Tarracinam, quæ aliquando Anxur dicta est. Hæc ille.

ANXVRVS, Vide ANXVR.

A N Y

ANYGER, siue Anygrus, Vide ANIGRVS.

ANYTVS, vir Atheniensis, Socratis inimicus: de quo Plutarch. & Lucianus sæpe meminit.

A O I

AOI dei {Ἀῷοι θεοί} Dicebantur ex cursu traiicientes in Samothracem stagnum, & Cilices, ab Aoo Cephali præterfluentis fluuij. Authores Hesychius & Phauorinus.

A O N

AON, vt dicit Lactantius, fuit Neptuni filius, & ab eo dictam affirmat Aonam, quæ quidem pars est Bœotiæ. Addit Perottus Aonem filium reliquisse Dymantem, qui patri in imperio successit.

AONIA {Ἀονία} pars montana Bœotiæ, ab Aone Neptuni filio, vt dicit Lactantius. Nam Aones, erant populi vetusti in Bœotia, à quibus Aones montes dicti sunt, in quibus est fons Aganippe, qui dicitur Aonius fons. Item Aonides vocantur Musæ, quibus ille fons dicatus est. Vnde Iuuenal. satyr. 7, Fontem Aonidum vocat.

Aonius {ἀόνιος} id est, Bœotius, vt placet Seruio apud Virgilium, lib. 3. Georgicorum,
Aonios rediens deducam vertice Musas. Ouid. 1. Amor. eleg. 1,
Aonia lyra.

A O R

AORNOS {Ἄορνος πέτρα} Fuit petra apud Indos præceps & inuia, monumentis historicorum celebrata. Ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam auibus inaccessa. Scribit Plutarchus Alexandrum, quum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nunc locus iste facillimus est captu. ¶ Est & Aornos, locus in Epiro, ita dictus à pestifera auibus exhalatione, teste Plinio in proœmio lib. 4. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit lacus inter Puteolos & Baias, qui postea Auernus est appellatus. Vide infrà.

AOROS {Ἄωρος} Cretæ ciuitas, ab Aora nympha ita appellata, quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere vno ex Curetibus. Ex Stephano.

AORSI {Ἄορσοι} Populi, teste Ptolemæo libro 6. cap. 14. non procul à Iaxarte

Iaxarte fluuio, qui in Hyrcanum mare influit. ¶ Alios Plin. libro 4. cap. 12. in Europa collocat. Strabo lib. 11. Aorsos dicit Tanaim fluuium accolere.

Aorta {ἀορτή} Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis ventriculo exoriens, spiritum vitalem in totum animantis corpus deferens, natiuúmque calorem per diastolen & systolen temperans. Galenus De dissectione arteriarum, & lib. 16. De vsu partium.

AOTI, penult. prod. {ἀωτοι} Populi sunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

AOVS, penult. prod. {ἀῶος} Fluuius est in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Æantem appellent, teste Plin. lib. 3. cap. 23.

A P

A P. Apud. AP. IVD. Apud iudicem. APP. Appius, vel Appellat.

APABI {ἀπάβοι} Populi in Æthiopia sub Ægypto, Memnonibus ad Austrum proximi: de quibus Ptolem. lib. 4. cap. 8.

A P A

Apage, pen. corr. {ἄπαγε} tractum (vt quidam volunt) à verbo Græco ἀπάγω, quod est, Abduco, Abigo. Nonnulli dicunt esse verbum imperatiuum, secundæ personæ singularis: alij aduerbium: alij vitantis interiectionem volunt. Vtcunque est, vox est apud Comicos vsitatior, qua modò vt aduerbio, modò vt verbo vtimur, significantes scilicet rei alicuius fastidium. Eius igitur vsus clarius patebit exemplis.

Apage, absolutè positum. Plaut. Amph. 4.

5. Apage, non placet me hoc noctis esse, cœnaui modò. Quasi dicat, Absit à me istud.

Apage te à dorso meo. Plaut. Casin. 10. Id est, Te remoue, vel procul esto. Apage illum à me, Idem Casina.

Apage te. Terent. Eunuch. 5. 2. Sub. A me. Id est, Hinc, vel à me recede. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10, Apage te cum nostro Sexto Seruilio.

Apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ aduenit. Plautus Mercat. 4.

Apage, apage te à me. Plaut. Mostel. 7. Apage à me, apage. Plaut. Bacchid. 1.

¶ Apagesis, pen. cor. hoc est, Apage si vis: ita dicitur, vt Videsis, Cauesis, & alia verba eiusmodi. Terent. Eunuch. 4. 6,

-num formidolosus obsecro es mi homo? c. apagesis,

Ego formidolosus? Cic. 2. Tuscul. De exercitatione & consuetudine & commentatione dixi. Apagesis, nunc de ratione videamus. Quasi dicat, Facessant ista.

Apalæstri {ἀπάλαιστροι} Ab antiquis dicti sunt qui palæstram, id est, decentiam illam, qua status, motus, flexúsque corporis, ac omnes omnino habitus venustatem quandam leporémque præ se ferunt, non didicerunt. Cic. in Orat. perfecto, Itaque qualis eorum motus, quos Apalæstros Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias. Budæus.

APAMEA {ἀπάμεια} Insula est Tigri fluuio circunfusa: sic dicta (vt scribit Plin. lib. 6. cap. 27.) ab Antiochi matre. ¶ Est & Apamea Bithyniæ oppidum, quam Nicomedes cognomento Epiphanes, Brusij regis filius, de matris Apames nomine, Apameam vocari voluit: quæ Myrlea, à Myrlo Colophoniorum duce dicebatur, vt tradit Plin. lib. 5. cap. 32. Hodie *Aman* vocatur.

APAMESTE, oppidum in ea Italiæ parte quæ olim magna Græcia dicta est. Huius incolæ dicuntur Apamestini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

APAMIA, cum i {ἀπαμία} vrbs minoris Asiæ est, & vna Phrygiarum vrbium maxima fuit. Vrbs fuit nomine Celænæ, teste Plinio lib. 5. capite 29.

Apanthismus {ἀπανθισμός} Linea exilis, & visum effugiens apud pictores, Gal. teste, lib. De dissect. venar. cuiusmodi lineæ à Protogene & Apelle ductæ sunt, apud Plin. lib. 35.

APARCTIAS {ἀπαρκτίας} Ventus ab Arcto flans: hoc est, à Septentrione. Plin. lib. 2. cap. 47.

Aparine {ἀπαρίνη} Ramis multis & paruis fruticat, asperis, quadrangulis, per interualla orbiculato foliorum ambitu, vt in Rubia: flos albus, semen durum, rotundum, concauum, album, vmbilici figura, asperitate vestium tenaci. Ea alio nomine Philanthropon dicitur. Galli vocant *Grateron*. Vide Dioscor. lib. 3. cap. 88.

APARNI {ἄπαρνοι} Scythiæ populi, ex Nomadum gente, Hyrcanis, & eorum mari proximè adiacentes: de quibus plura apud Strabonem lib. 11.

APARTHENII, Populi sunt circa Mæotin. Plin. lib. 6. cap. 4.

Apartilogia, apartilogiæ, fœm. g. {ἀπαρτιλογία} Ratio est qua summa impendiorum iustorum subducitur cum pecunia quæ in numerato habetur. Velut qui domum ædificare instituit, rationem impensæ futuræ cum pecunia sua colligit, vt ex eo videat quatenus exædificare possit: quòd si summæ adæquent inter se, iam securus est operis. Hanc rationem Cicero quadrantem appellat, quum nihil nec excurrit, nec deest. Nos lingua nostra vernacula, Latinæ linguæ imitatione, *Rotundam rationem* vocamus. Horat. lib. 1. Epist.

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porrò

Tertia succedant. Ex Budæo.

Apate {ἀπάτη} Genus intybi apud Theophrastum, quam Theodorus Fraudem vertit, eo quòd gustantes amaritudine decipiat.

Apathes, penult. corr. {ἀπαθής} Latinè dicitur Sine affectionibus. Plinius libro 7. capite 19, Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilem, affectúsque humanos adimit, quales apathes Græci vocant, multos eius generis experti.

Apathia {ἀπάθεια} dicitur vitium illud naturæ, quo immobiles & intrepidi se ad omnia præbent homines. Vsus est Gell. lib. 19. cap. 12, vbi ait, Sic isti apathiæ sectatores, qui videri se esse tranquillos, & intrepidos, & immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil irascuntur: omnibus vehementioribus animi officiis amputatis, in corpore ignauæ, & quasi eneruatæ vitæ consenescunt.

Apator {ἀπάτωρ} Dicitur sine patre: quo nomine à poetis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt à Iunone sine patre esse editum. Dicuntur etiam Apatores, qui incerto patre nati sunt, quos Latini Spurios vocant. Vide Plutarch. in Problem.

Apaturia {ἀπατούρια} Festiuitas Athenis celebrabatur, in qua Sitalci Thracum regis filius ciuitati adscriptus est. Quatuor autem dierum ea fuit: primum diem δορπίαν appellabant, quòd sodales ad vesperam in vnum coacti epularentur: secundum ἀνάῤῥυσιν, à sacrificando: (nam Ioui sodali, & Palladi sacra faciebant:) tertium κουρεῶτιν, id est Puellarem, vocabant (quòd scilicet pueros & puellas sodalitati ascriberent:) quartus dies ἐπίβδα dictus est. Ex Suida, apud quem vide latius quæ causa horum festorum fuerit, & apud Eusebium in libro de Temporibus.

Apaturias Venus {ἀπατουριὰς ἀφροδίτη} De hac ita in vndecimo scribit Strabo, vbi de Phanagoria agit. Phanagoriæ est (inquit) insigne Veneris Apaturiæ templum. Id nomen interpretantur, fabulam quandam afferentes, quòd quum gigantes Venerem adorirentur, illa Hercule inuocato, tandiu in latebris quibusdam latitauit, donec gigantes sigillatim excipiens dolo, Herculi occidendos exhibuit. Hinc est Apaturium templum ipsum Veneris nuncupatum, vt prodit Stephanus & Strabo eod. lib. 11.

A P E

Ape, apud antiquos dicebatur Prohibe, Compesce. Festus.

Apeliotes, apeliotæ, pen. prod. masc. gen. {ἀπηλιώτης} Nomen venti. Plin. lib. 2. cap. 7, Ab Oriente æquinoctiali, Subsolanus, ab Oriente brumali, Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci Euron appellant. Catull. ad Furium, Nec sæui Boreæ, aut Apeliotæ.

Apella, apellæ, masc. gen. {ἀπέλλης} Nomen fictum ab A priuatiua particula, & nomine PELLIS. Dicitur autem de Iudæis: qui (vt notum est) circuncidi solent. Horat. 1. Serm. satyr. 5,

-credat Iudæus apella.

APELLES, Apellis {ἀπελλῆς} Pictor eximius, patria Cous. Ouid. 3. de Arte. & teste Quintil. lib. 12. de Instit. orat. ingenio & gratia, quam in se maximè iactabat, præstantissimus. Nam (vt ait Plin. lib. 35. cap. 10) omnes prius genitos futurósque postea superauit, & picturæ plura solus propè, quàm cæteri omnes cõtulit, voluminibus etiam ad Perseum discipulum suum editis, quæ doctrinam eam continerent. Is moriens Venerem reliquit, quam nemo ausus est perficere. ¶ Fuit & Apelles alter è sectatoribus Marcionis, de cuius hæresi scribit Eusebius suæ historiæ lib. 5.

Apelleus, pen. prod. adiectiuum {ἀπελλεῖος} vt, Apelleo colore signatus. Stat. lib. 5. Sylu. 1.

APELLICON, Apelliconis {ἀπελλικῶν} Proprium viri nomen. Strabo lib. 13, E Scepsi fuere philosophi Socratici, Erastus, Coriscus, & Neleus Corisci filius, qui Aristotelem & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat: quam, quum posteri Nelei (ad quem peruenerat) in fossa quadam occuluissent, tineis & humiditate labefactos, tádem Apelliconi Teio tradiderunt, magno emptos argento. Apellicon (vt qui magis librorum studiosus esset quàm sapientiæ) volens corrosiones emendare, eos transcribendos dedit, scriptura non rectè suppleta: quapropter libros edidit erroribus plenos. Huius bibliothecam Sylla postea, quum Athenas cepisset, Romam aduexit. De hoc plura Strab.

APELLINEM antiqui dicebant pro Apollinem. Festus.

APENESTE, Ptolemæo, Apuliæ vrbs, vulgò *Manfredonia*.

Apeniautismus, apeniautismi {ἀπενιαυτισμός} Latinè Abannatio dici potest, quasi Annuum, vel in plures annos exilium ob cædem non voluntariam. Tradunt enim moremfuisse apud vetustissimos, vt qui non voluntariam cædem admisisset, is exularet patria: ad ædésque locupletis hominis se conferens, ibi opertus sederet in limine, orarétque, & postularet admissæ cædis expiamentum. Causa autem exilij voluntarij erat, quòd viros homicidas, vt impuros & detestandos existimabant, ideóque vitandos & auersandos. Huius expiationis exemplum videre licet apud Herodotum libro primo, quo in loco Crœsi meminit, nuptias filij sui celebrantis, qui Adrastum Midæ Phrygis filium, à cæde fraterna expiauit. Ex Budæo in annotationes in Pandectis.

APENNINVS, Vide APOENINVS.

Apepsia {ἀπεψία} Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant, quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Gal. lib. de sympt. differ.

Aper, apri, masc. gen. {κάπρος} Porcus ferus, siue syluester. Iuuenalis,

-quanta est gula, quæ sibi totos

Ponit apros, animal propter conuiuia natum? Varro 4. de ling. Lat. Apri ab eo quòd in locis asperis: nisi... Græcis, quòd hi κάπροι.

Aper acer. Virgil. 19. ecloga.

Cruentus & indomitus, apud Claudianum.

Durus. Propert. lib. 2.

Frendens. Ouid. 1. de Arte amandi.

Fuluus. Ouid. 2. de Arte amandi.

Hirtus. Ouid. 1. de Arte amandi.

Hispidus. Seneca in Agamemn. 1.

Milliarius. Vide Milliarius, in MILLE.

Nemoriuagus. Catull. in Aty. 58.

Setosus. Virgil. 7. ecloga.

Sæuus. Virgil. 3. Georgicorum.

Spumans. Virgil. 1. Æneid.

Timendus dente. Ouid. 4. Epist.

Toruus. Ouid. 2. de Arte amandi.

Trux. Ouid. 11. Metamorph.

Vastator. Ouid. 9. Metamorph.

Violentus. Ouid. 9. Metamorph.

¶ Apri fulmen habent in dentibus. Ouid. 10. Metamorph.

Aprum agitare latratibus. Sil. lib. 16.

Ferire aprum. Ouid. 3. Metamorph.

Figere apros. Ouid. 2. de Arte. Irascitur aper. Ouid. 7. Metam.
Prædator aprorum. Ouid. 12. Metamorph.
Immittere fontibus apros. Virgil. 2. ecloga.
Premere cursum apri. Virgil. 1. Æneid.
Sectari apros. Virgil. 7. ecloga.
Superare viribus aprum. Horat. 1. Epist. 19.
Turbare aprum latratibus. Virgil. 3. Georg.

Aprarius, adiectiuum. vt, Retia apraria. Paulus in l. fundo legato. D. de fund. instruct.

Aprinus, penult. prod. adiectiuum {κάπρινος} sic dici debet secundum analogiam: vt à Caper vel capra dicitur Caprinus. Antiqui tamen, (vt apparet ex vetustis codicibus) per u vocalem in secũda, & per g in tertia scripserunt aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51, Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuisio, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Plaut. Pers. 9,
-quæ dixi vt nuntiares,
Satin' ea tenes? S O. magis calleo, quàm aprugnum callum callet.
Festiuè sic respondet, ludens homonymia huius dictionis calleo: quæ & scire, & callosum esse significat. Eandem habet in Pœnulo 8, sententiam, & penè verba eadem.
Aprugna: sub. caro.
Aprugni lumbi.
Aprinum fel. Plin. lib. 28. cap. 16.
Fimum. Plin. lib. 28. cap. 13. & cap. 17. Pulmo. Plin. lib 28. cap. 16.
Vesica. Plin. lib. 28. cap. 15, Vrinæ incontinentiam cohibet vesica aprina, si assa mandatur.

Aperio, aperis, pen. corr. aperui, apertum {ἀνοίγω, ἀνοιγνύω, πετάννυμι, ἀναπετάννυμι} aperire: Ex Ad & Pario, teste Prisciano: id est patefacere. vt, Aperire ostium. Terent. Adelph. 4. 4. Idem Adelph. 2. 1, Aperi fores. Sic Aperire ærarium. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Literas. Cic. Att. lib. 1. 8. Sic, Aperire testamẽtum. Plin. lib. 7. cap. 52.
Aperire & Claudere, contraria. Cic. 2. de Nat. deor.
Aperire cauernas. Ouid. 15. Metamorph.
¶ Aperire, Declarare, ostendere: vt, Aperire sentẽtiam suam alicui. Cic. in Oratore. Plin. lib. 2. cap. 11, Certior ex vtraque vastitas solis aperitur: vt non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atque coniectura animi scrutari.
Aperire argumentum. Terent. Coniurationem. Cic. in Catil.
Consuetudinem. Cic. pro Marcello.
Dolum. Plaut. Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.
Naturam vel mores. Sallust. in Catil.
Aperire & explicare. Cic. 1. de Finib. Totam rem aperiam: eáque ipsa quæ ab illo inuentore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo.
Aperire animum. Matius ad Ciceron. lib. 11. 28, Trebatio nostro magnas gratias ago, quòd tuum erga me animum simplicem atque amicum aperuit.
Se. Terent. Andr. 4. 1, Pòst vbi tempus promissa iam perfici,
Tum necessariò se aperiunt.
¶ Aperire, pro Efferre arcanum, prodere, & denuntiare. Liu. rem Annibali aperit. Cic. ad Brutum, 10, Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui.
Aperire de re aliqua. Cic. ad Herenn.
¶ Aperire, Soluere, explicare: vt, Aperire ænigma, Plaut. Sic Aperire res occultas, Cic. 4. Acad.
Dubia. Cic. 4. de Finib. Futura. Virgil. 6. Æneid.
Inuoluta. Cic. lib. 1. de Finib.
¶ Aperire, Nudare, detegere: vt, Aperire caput, aut aliam partem corporis. Cic. 2. Philipp. Homo misericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum inuasit. Idem 1. Offic. Verentur enim ne siquo casu euenerit, vt partes corporis quædam aperiantur, aspiciantur non decoré.
Aperuit aciem dies. Tacit. lib. 20.
Aperire caput, pro Vulnerare. Iuuenal. Fuste aperire caput, candelam apponere valuis.
¶ Aperire, Mitigare, placare. Virgil. 8. Æneidos,
Et vastas aperit syrtes, & temperat æquor. Nonius.
¶ Aperire, Ostendere, Virgil. 6. Æneidos,
-aperit ramum qui veste latebat. Idem in 3,
Quarto terra die primùm se attollere tandem
Visa: aperire procul montes, ac voluere fumum. Hæc Nonius, & Seruius.
Delitescere & Aperire se, contraria. Cic. 2. de Nat. deor.
Occultare & Aperire, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Tum occultantur, tum rursus aperiuntur.
¶ Aperire viam, Dare aditum. Virgil. 11. Æneidos,
Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent.
Aperire viam incendio, Dare aditum ad faciendum incendium, Liu. 6. ab Vrbe.
Aperire cursum alicui ad laudem. Cic. 14. Philipp.
Aperire reditum ad. Cic. ad Trebat. lib. 6. 11, Quando tibi virtus & diuinitas tua reditum ad tuos aperuit.
Fugam aperire inclusis. Claudian. de bel. Getico.
Aperire iter alicui in aliquam regionem. Liu. 7. bel. Pun.
Claudere & aperire rem familiarem. Cic. 2. Offic. Quam ob rem nec ita claudenda est res familiaris, vt eam benignitati aperire non possit: nec ita reseranda, vt pateat omnibus.
Aperire iter ferro. Sallust. Quocunque ire placet, ferro iter aperiendum est.
¶ Aperiri cælum dicitur à poetis matutino tempore, quum fit dies: Claudi verò noctu, quum finitur. Ex Seruio in illud Æneid. 10,
Panditur interea domus omnipotens Olympi.
Aperuit diem nebula. Liu. 2. bel. Pun. Quum calescẽte sole dispulsa nebula aperuisset diem.
¶ Aperire locum suspicioni aut crimini, Dare occasionem suspicionis aut criminis. Cic. 7. Verr.
Occasionem. Liu. 9. ab Vrbe.
Occasionem ad inuadendum. Liu. 4. ab Vrbe.
Aperire fores amicitiæ. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11, Sed tamen in omnibus nouis coniunctionibus interest, qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur.
¶ Aperit florem suum arbor, siue herba. Plin. lib. 12. cap. 11, Quem [florem] noctu comprimens, aperire incipit solis ortu, meridie expandit.
¶ Aperire fontes philosophiæ. Cic. 1. Tusc. Multò studiosius philosophiæ fontes aperiemus. Quod Virgilius Recludere fontes dixit.
Aperire ludum docendi. Sueton. de Claris rhetoribus, Ad id tempus Epidius calumnia notatus ludum docendi aperuit. Cic. ad Pætum, lib. 9. 18, Quòd vt Dionysius tyrannus, quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse.
Aperire & Operire, veluti cõtraria. Plaut. Capt. Operta quæ fuere, aperta sunt.
Aperire parietem dicitur qui fenestras vel ianuas in eo facit. l. pen. & vlt. §. vlt. D. de seruitut. vrban. præd.
¶ Apeibo, Futurũ antiquũ, pro aperiam. Pompon. Vernionibus, Apeibo, non possum ciuem pati: orcus est quem amare cœpi, pinguis non pulcher puer. Nonius.

Apertus, participium, siue nomen ex participio, vnde Apertior & Apertissimus: significat, Patens, manifestum, euidens. Cic. in Lælio, In qua nisi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuúmque ostendas.
Aperta pericula. Virgil. 11. Æneid.
Cælum. Id est, Purum & serenum, inquit Seruius. Virgil. 1. Æneid.
-cæloque inuectus aperto. Sic Apertus aer siue æther. Ibidem,
Scindit se nubes, & in æthera purgat apertum.
Serenum. Virgil. 1. Georgicorum,
Nec minus ex imbri soles & aperta serena. Vbi Seruius, Aer enim densatur nubilo, & rarescit sereno.
Æquora, Lata planities. Virgil. 3. Georgic.
Campus, Planissimus, & latissimè patens. Virgil. 2. Georg. Liu. 9. bel. Maced. Sic Apertum mare, apud eundem, 5. bel. Pun.
¶ Aperta & Dubia, contraria. Lucret. lib. 4.
Apertæ simultates, & Obscuræ, contraria Cic. pro lege Manil.
Apertæ naues. Vide Constratæ naues, in NAVIS, & in CONSTERNO.
Apertum omnibus. Cic. ad Lentul. lib. 1. 2.
Aperta res, & simplex. Cic. pro Cecinna.
Quis apertior in iudicium adductus est? Cic. pro Cluent.
Apertus dolor, & Hebes, contraria. Cic. ad Attic. lib. 8, Inuite cepi Capuam: nõ quo munus illud defugerem, sed sine causa, in qua nullus esset ordinum, nullus apertus priuatorum dolor, bonorũ autem esset aliquis, sed hebes.
Apertum & perspicuum. Cic. 2. de Nat. deor.
Aperta interrogatione concludere. Cic. 1. Acad.
¶ Apertum, Quod fraude vel insidiis caret. Virg. 11. Æneid. Saltus ingressus apertos. Sic Apertum pectus. Vide paulo antè APERTVS.
Aperti & simplices homines, Qui nihil habẽt simulatum, qui sunt minimè fraudulenti. Cic. 1. Offic.
¶ Apertum, Patefactum. Virgil. 8. Æneidos,
Iámque adeò exierat portis equitatus apertis. Nonius.
¶ Apertum, absolutè. Liu. ab Vrbe, Et castris in aperto positis: id est, In loco vndique patenti.
Per apertum fugere. Horat. 3. Carm. ode 12.
In apertum proferre. Cic. in Parad. Hoc tamen opus in apertum vt proferas nihil postulo. Vide IN.

Apertè, aduerbium qualitatis, apertius, apertissimé. Euidenter, manifesté. Cic. in Lælio, Apertè enim adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors.
Dicere aperté. Terent. Eun. 5. 1, Nõ tu istuc mihi dictura apertè es?
Explicare. Cic. 4 Verr.
Dolorem ferre, vel lætitiam. Cic. Attico, lib. 13.
Falsum. Cic. 2. de Orat.
Odisse. Cic. in Lælio, Apertè enim vel odisse alterum magis ingenuum est, quàm fronte occultare sententiam.
Apertè palámque dicere. Cic. 2. Verr.
Apertè mentitur. Cic. 4. Acad.
Apertè, ita vt res sese habet, narrabo. Terent.
Apertissimè insanire. Cic. 4. Acad. Aut ita si sentit, non apertissimè insaniet?
Apertè & palàm, & Ex insidiis, contraria Cic. in Bruto.
Apertè & Tectè, contraria. Cic. Attic. lib. 1. 9, Et tamen ab illo apertè & tectè quicquid est datum, libenter accepi.

Apertio {ἄνοιξις} Verbale. Varr. 1. de Re rust. cap. 63, Sub terra qui habent frumentum in iis quos vocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam interclusa sit anima, aliquanto pòst promere quàm aperuerint, oportet.

Apertura, aperturæ, pen. prod. {ἄνοιξις} Quasi os quoddam in ædificiis. Vitru. lib. 5. cap. 5, Contráque eas cellas relinquatur aperturæ. Idem lib. 10. cap. 9, Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis semipedalibus aperturis ad aquam intro concipiendam.

Apes, apis: vel Apis, huius apis, f. g. {μέλισσα} Animal volucre, de insectorũ genere vulgò notissimum: cuius est mellificare proprium. Vnde illud Virgilij ex vita eius, Sic vos non vobis mellificatis apes.
Apes ab eo dictæ, quòd sine pedibus nascantur. Vnde Virgilius, Trunca pedum primo. Author Probus, & Priscianus.
Apis in nominatiuo. Columel. lib. 9. cap. 3, Nam quanto grandior apis, atque rotundior, tanto peior. Ouid. 5. Trist. eleg. 5,
-dulcior illo Melle quod in ceris Attica ponit apis.
Apes cur putentur Musis dicatæ, vide Musarũ volucres in MVSA.
Apium in genitiuo plurali. Iuuenalis,
Examenque apium longa consederit vna. Sic bis aut sæpius Varro de Re rust. lib. 3. cap. 16. Columella modò vno, modò altero: sed frequentius Apum dicit, lib. 9. vbi de apibus.

Apes feræ

Apes feræ. Paulus in l.26.D.De furtis. Si apes feræ in arborem fundi tui apes fecerint, & quis eas vel fauum abstulerit: eum non teneri tibi furti, quia non fuerint tuæ.
Florilegæ. Ouid.5.Metam.
Fœtæ. Virgil.4.Georgic.
Melliferæ. Ouid.15.Metam.
Leues. Tibul. lib.2.
Parcæ. Virgil.1.Georgic.
Populatrices Hymetti. Martial.lib.13.
Sedulæ Ouid.12.Metam.
Abortus apium. Plin.lib.11.16.
Aculeum apis sine clamore ferre non possumus. Cic.2. Tusc.
Bombus apum. Plin.lib.11.cap.10.
¶ Examina condunt apes. Virgil.2.Georg.
Examen moliuntur Claud.de bel.Getico.
Insidunt floribus. Virg.6.Æneid.
Stridunt apes. Virgil.4.Georgic.
Reuocare apes tinnitu. Claud.4.Paneg.
Apes fauos fingunt, Cic.1.Offic. Vel confingunt, aut construunt, Plin. lib.11.cap.5.
Flores aggerunt pedibus, & comportant. Plin.lib.11.cap.6.& 10.
Incubant, & aboriunt. Plin.lib.11.cap.16.
Mellificant. Ibidem, cap.10.

Apicula, penult. correp. diminutiuum {μελιττάριον.} Plin.lib.7. cap.21. & Plaut.in Curcul.2.10.

Apianus, penult.prod. {μελισσώδης} adiectiuum ab Apes. vt, Apianæ vites, quæ ab apibus dictæ sunt: quia earum vuas apes maximè infestantur. Apiana vua, vulgò *le muscadeau*. Plin.lib.14.cap.2.

Apiarium, apiarij {μελισσών} denominatiuum ab Apes, Locus ad nutriendas apes propriè accommodatus. Colum.lib.8.cap.14. Nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria. Sic idem lib.9.cap.3.& 5.& aliis. Gell. lib.2.cap.20, Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus sunt siti aluei apum. Vide ALVEAR.

Apiarius {μελισσουργός} Qui custodiendis curandísque apibus præfectus est: sicut Auiarius, qui auibus. Plin.lib.21.cap.10, Prouentum enim sperant apiarij, largè florente eo. Sic Colum. lib. 9. Hunc autem Varro mellarium vocat lib.3.cap.16.

Apiatus, penultima producta, adiectiuum {μελισσωτός.} vt, Mensa apiata. Plin.lib.13.cap.15, de mensis cedrinis loquens, Magna verò post has gratia extra prædictas crispis, densa veluti grani congerie: quas ob id à similitudine apiatas vocant: Id est, Quæ stercoribus apum infectæ videntur.

Apiastrum, apiastri {μελισσόφυλλον} Herba est apibus gratissima: quam non nulli apium syluestre esse dicunt. Plin. lib.20. cap.11, Apiastrum Hyginus quidem melissophyllō appellat. Varro de Re rust.lib.3.cap.16, Et cytiso obseuisse, & apiastro: quod alij meliphyllon, alij melissophyllon, quidam melinon appellant.

APESANTIVS Iupiter {ἀπεσάντιος Ζεύς} Dictus à monte Nemeæ, quem quidam Aphesas, alij Apesas nominant. Pindar. & Callimachus.

APESVS. Vide APHESAS.

Apex, apicis, penult.correp. masc.gen. {κορυφὴ} propriè dicitur in summo Flaminis pileo virga lanata: hoc est, In cuius extremitate modica lana est. quod primum constat apud Albam Ascanium statuisse. Hæc Seruius in 2. Æneid. Item lib.8.Æn. Apices lanigeri. Festus, Apex, qui est sacerdotum insigne, dictus ab eo quòd comprehēdere vinculo, antiqui Apere dicebant. Valerius lib.1.cap. De seruata religione: At Sulpitio inter sacrificandum è capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. Potest tamen hic accipi pro ipso pileo Flaminis: vt sit pars pro toto.
Apex, pro summitate pilei. Virg.2.Æneidos,
Ecce leuis summo de vertice visus Iüli.
Fundere lumen apex.
¶ Apex, cuiuscunque rei summitas. vt, Apex falcis, qui mucro dicitur. Colum.lib.4.cap.25, de figura falcis, Eiusq́; velut apex pronus imminens, mucro vocatur.
Flammeus apex exarsit comis. Ouid.6.Fast.
Capitis apex. Claud.15.epigram.
Apex montis. Sil.lib.22.
Lucidus apex. Ouid.4.de Ponto.
Apicem ducere. Ouid.10.Metam.
Coniferi micuere apices. Claud.3.de rap.Proserp.
¶ Apices iuris, Ius summum, subtilis & spinosa disputatio, in qua æqui & boni ratio nō habetur, sed res ad viuum resecatur. Vlp.l.Si fideiussor.§.Quædam.D.mandati. Hotom.
¶ Apex, Auium crista, vt in pauone, galerita, vpupa, & gallinaceo genere. Plin.lib.11.cap.37, In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices diuersi quidem generis. Phœnici plumarum serie, medio eo exeunte alio pauonibus, crinitis arbusculis, &c.
¶ Apex, Accētuum nota, quæ vocalibus superponitur. Quintil.lib.1.cap.7, Vt longis syllabis omnibus apponere apicem ineptissimum est: quia plurimæ natura ipsa verbi, quod scribitur, patent: sed interim necessarium, quū eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta est, facit. Vt malus, vtrum arborem significet, an hominem nō bonum, apice distinguitur. Aut flexa pro graui, aut grauis pro apice circunducta sequetur.
¶ Apex per metaphoram, pro culmine & decore. Cicer.de Senect. Apex autē senectutis est authoritas: quanta fuit in M. Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino. Id est, Summa dignitas, & quasi honoris fastigium.
Apices regum. Horat.3.Carm.ode 21.

Apiculus, diminutiuum {κορυφή} Paruus apex, quod & Apiculum dicitur. Festus, Apiculum, filum est quo Flamines velatum apicem gerūt.

Apexabo, penultima correpta, apexabonis, genus farciminis. Hoc est, fartum quoddam intestinum. Varro 4. de Lingua Latina, Quod in hoc farcimine summum quiddam eminet, ab eo quod in capite apex, Apexabo dicta.

Aphaca, aphacæ {ἀφάκη} Herba est in aruis nascēs, paulo altior lente, tenuibus foliis: siliquas lenticula maiores fert, in quibus terna quaternáve semina nigra lente minora continentur, quæ adstringendi vim habent. Dioscor.lib.2.cap.142 & Plin.lib.27.cap.5.

APHANNES {ἀφάνναι} Locus erat, vt Stephanus tradit, Siciliæ, vehementer obscurus & ignobilis, vnde & nomen adductum apparet. Hinc natum prouerbium, ἐν ταῖς ἀφάνναις, Aut in Aphannis: de incertis, & quæ nusquam sunt. Vide Erasmum Chiliad.

Aphæresis, penult. corr. & antepenultima cum æ diphthongo, f.g. {ἀφαίρεσις} verti Latinè potest Abscissio. Figura est dictionis, de qua sic Diomedes, Aphæresis, est ablatio de principio dictionis, contraria Prothesi, quum aut litera amputatur: aut syllaba aufertur. Litera: vt, Ruit omnia latè, pro Eruit. Syllaba. vt, Temnere diuos, pro Contemnere: &, Linquere castra, pro Relinquere.

APHAREVS, trisyllabum, penultima correpta {ἀφαρεύς} Apharei, Pater Lyncei, à quo adiectiuum Aphareius. vt, Aphareia proles. Ouidius 8. Metamorph.

Aphareus, Pinnula est sub ventre thynni fœminæ, quæ masculo deest. Author Aristotel.lib.5.de historia.

APHEDANTES, penult.prod. Populi in Molossis (inquit Stephanus) ab rege cui Aphedas nomen fuerit. ¶ Alij Aphidantes scribunt.

APHESAS, penult.corr. Aphesantos, Aphesanta in accusatiuo {ἀφέσας} Montis nomen qui Nemeæ superiacet, vbi Theseus Ioui primùm operatus creditur. Dictus ab heroe cui Aphesas nomen erat. Statius 3.Thebaidos,
Mons erat audaci seductus in æthera dorso,
Nomine Lernæi memorant Aphesanta coloni,
Gentibus Argolicis olim sacer.

APHETAE {ἀφέται} Ciuitas est iuxta Pagasas, Pheræ pelasgicæ emporium: sic dicta, quasi Emissa, quia hinc emissi fuerint Argonautæ. Strabo lib.9.

Apheteria {ἀφετήρια} Græci dicunt carceres vnde equi emittuntur ad cursum. Sunt & Apheteria, vt (inquit Suidas) organa ad expugnandas vrbes accommodata.

APHETOR, aphetoris, penultima correpta {ἀφήτωρ} Apollo nuncupatus, quasi Emissor (vt Hesychius testatur) ab emittendis & edendis oraculis, vel sagittis & radiis. Vtrique enim conuenit. Strabo quoque in nono meminit, Homeri versus afferens. Porrò etiam Apheti dicuntur deo dicati, vt γυναῖκες ἄφετοι: & ἄφετοι ἱέραι, quæ sacratæ diis sunt, vt nostræ moniales. Sic & Athenæus vocare videtur animalia sacra, quæ passim vagantur, vt hodie Antonianæ sues.

Aphetor {ἀφήτωρ.} Delphis quinque pontifices per omnem vitam sacri erant, qui ὅσιοι dicti, quorum primus qui hostiam immolabat, Hositer: qui verò edebat oraculum, Aphetor nuncupati sunt: qui vnà cum prophetis sacra obibant, diuináque prædictiones & cerimonias, & quo cultu, quibúsque exemplis fierent sacra, prædicebant. Hæc Alex.ab Alex.lib.2.cap.8.

APHIDANTES, Vide APHEDANTES.

APHIDNAE, Aphidnarum {ἀφίδναι} locus celebris in Attica. Seneca in Hippolyto, 1,
-paruas alius　Calcet Aphidnas.

APHNEVS Mars {ἀφνειὸς Ἄρης} cognominatus est in Arcadiæ monte Cresio. Inde verò denominationē sortitus (vt Tegeatæ memorant) quòd cùm Aeropen Cephei filiam Mars compressisset, ipsa ex partu interiit: nihilo tamen minus infans defunctæ matri inhærebat, & copiosè manans ex maternis mammis lac vtcunque exugebat, quod ex Martis cultu fiebat. Qua ex re Mars Aphneus, id est Diues, cognominatus fuit, & puer, Aeropus à matris nomine nūcupatus. Author Pausan.in Arcad. Meminit Cæl. Antiq.lect.lib.20 cap.25.

Aphorismus, aphorismi {ἀφορισμός} est plurium rerum summatim facta traditio, quasique ad regulam exacta rerum doctrina. Gal. ait aphorismum doctrinæ genus esse, quod omnes rei proprietates breuissimis verbis circunscribit. ¶ Aphorismus item, vel Diorismus, figura apud Iulium Rufinianum, emēdationis species, quæ temerè dixeris, Reprehendens: vt, Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Cicer.

Aphorme {ἀφορμή} Dicitur pecunia quæ apud argentarios illos & mensularios deponebatur, qui nō tam pecuniarum permutationem quàm maiorem negotiationem exercebant, quibúsque olim moris erat pecunias custodiendas dari, fœneratò interdum, interdum gratuitò. Budæus.

Aphractum, aphracti, n.g. {ἄφρακτον} vel Aphractus, masculino genere, Est genus nauigij oblongum, vndique apertum: id est, neque septum, neque tectum: quo maximè vtūtur Rhodij. Cic. Att.lib.6. Nos Rhodiorum aphractis, cæterísque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus. Eidem, Nosti aphracta Rhodiorum: nihil est quod minus fluctum ferre possit. Eidem libro 5, Nauigauimus sine timore, & sine nausea, sed tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.

Aphracta {ἄφρακτα} à Polluce lib.7.cap 22, Calcei muliebres dicti.

APHRICA, tertia orbis regio. Vide AFRICA.

Aphroscorodon {ἀφροσκόροδον} Genus est Allij maioris incrementi, quod à Plinio Vlpicū vocatur. Nominis ratio diuersa traditur. Nam Colum. ab Aphris nomē sumpsisse existimat. Vlpicum (inquit) quod quidam Allium Punicum vocant, Græci Aphroscorodon. Plinius à spuma dictum existimat, quam gignit in pulmentariis quibus adhibetur. Ita enim habet lib.19.cap.6, Vlpicum quoque in hoc genere Græci appellauerunt allium Cyprium, præcipuè Africæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma.

Aphrodes meconion {ἀφρῶδες μηκώνιον.} Plin. lib.27. cap.12, Peplos, quam aliqui sycen, alij meconion aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, foliis rutæ paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quàm candidi papaueris.

Aphrodisiace, es {ἀφροδισιακή} Gemma est. Plin.lib.37.cap.10, Aphrodisiace ex candida rufa est.

APHRODISIAS { [illegible] } Insula est in mari Persico, vbi Persis à Carmania dispescitur: sic dicta quòd in ea Venus quam religiosissimè coleretur. Alio nomine [illegible] dicta. Insulæ huius meminit Plin. lib. 6. cap. 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus, de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

Aphrodisium { [illegible] } statua Veneris. Aphrodisia, sacrificia Veneris, & res Venereæ. Plaut. Pœn. 3,

Ego in ædem Veneris eo: nisi quid vis Milphio:
Aphrodisia hodie sunt.

APHRODISIUM, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Ptolemæo, vrbs Africæ, quæ vulgò *Afischa* dicitur. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem authore.

APHRODITE, Aphrodites, penult. prod. Venus dicta est: quòd è maris spuma sit enata. Græcè [illegible].

Aristoteles putat Venerem idcirco Aphroditen dici quòd spermatis natura sit spumosa, hoc est, [illegible], spuma enim alba est. Didymus verò [illegible], id est, A vitæ mollitie.

APHRODITOPOLITANA Præfectura { [illegible] } ¶ Et ciuitas eodē nomine in Arabia est, in qua bos alba sacra alitur. Strabo lib. 17.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaueris, foliis (si propius intuearis) passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. Hæc Plin. sed fortasse perperam, lib. 20. cap. 19. A Dioscoride vocatur [illegible], hoc est Spumeum papauer, lib. 4. cap. 62.

Aphronitrum, penult. corr. { [illegible] } Spuma nitri est: de qua Plin. lib. 31. cap. 10. & Martial lib. 14,

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar:
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum. Statius lib. 4. Syl. 9,
-aut panes viridantis aphronitri.

Aphroselenus { [illegible] } Lapis alio nomine Selenites dictus, quoniam nocte inuenitur lunæ imaginem reddere, quæ cum ea quidem augetur, & decrescit. Nascitur in Arabia, candidus, translucēs, leuis. Huius ramenta comitialibus in potum dari iubent. Dioscorid. lib. 5. cap. 116.

APHTHONIUS { [illegible] } Sophista, qui scripsit Progymnasmata, id est præexercitamenta, in artem Hermogenis.

Aphya { [illegible] } Piscis genus, minimū & inutile: quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbium, Aphya ad ignem: In ea quæ celeriter intereunt aut consumuntur, siue quæ facilè ac statim conficiuntur. Latinè Apua dicitur. Plinius. Vide Apua. Cic. Attic. lib. 4. 80, aphyam populi vocat sentinam & sordes populi. Quare (inquit) vt homini curioso ita perscribe ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid à te fiat, ad me velim scribas.

APHYDNA. Vide APHIDNAE.

Aphythacoras, Ctesias, referente Plinio, arbores quasdam esse voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electrum ferentes: vocéque hac prædulcē suauitatē significari tradidit. Author Plin. lib. 37. cap. 2.

APHYTE, es { [illegible] } siue Aphitis, is, Oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne ab Aphio quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi. Stephan.

A P I

APIA. Plin. lib. 4. cap. 4, Peloponnesus, Apia antè appellata, & Pelasgia, peninsula haud vlli terræ nobilitate postferenda, &c. Hæc ille.

Apia, æ, Tellus dea appellatur à Scythis, vt Herodotus docet lib. 4.

Apianus & Apiarium, Vide APES.

Apiastra { [illegible] } Auicula est, quæ apes comedit, alio nomine Merops dicta. Ex Seruio in 4. Georgic.

Apiastrum, Apiatus. Vide APES.

Apica, penult. corr. { [illegible] } dicitur ouis quæ ventrem glabrum habet, vt ait Festus. Plin. lib. 8. cap. 48, In ipsa oue satis generositatis ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu. quibus nudus esset, apicas vocabant, damnabántque. Idem scribit Varro de Re rustica, libro 2. cap. 2.

APICIUS. Vide APITIUS.

Apicula, Vide APES.

Apiculus, Vide APEX.

APIDANUS, penult. corr. { [illegible] } Fluuius vnus è præcipuis Thessaliæ, qui tardè fluere dicitur, quousque illi commisceretur Enipheus, vt scribit Herodotus lib. 7. Ouid. lib. 7. Metamorphoseos,

Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis.

APILAS { [illegible] } Flumen est in ora Heraclea, Plin. lib. 4. cap. 10.

Apilascus, udis, penult. prod. Plin. lib. 33. cap. 4, Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem vocant.

APINA, penultima correpta, vel Apinę Apinarum, plurale tantùm, Vrbs Apuliæ. Tricas & Apinas vulgò res futiles ac nugatorias dicebant. Martial. lib. 1,

Quæcunque lusi iuuenis & puer quondam,
Apinásque nostras. Idem lib. 14,
Sunt Apinæ, Tricǽque, & siquid vilius istis. Tractum est prouerbium ab Apina vrbe Apuliæ. Plin. lib. 3. cap. 11, Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum Dardorumque, & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum vertēre, Apinam & Tricam.

Apinæ. penult. corr. Nuces vocantur (inquit Perotus) quæ cutem verius quàm putamen adeo mollem habent, vt simul mandatur. Apud Plin. tamen lib. 15. cap. 10, vnde Perotus hæc ad verbum descripsit, Sapineum, hoc nucis genus, non Apinam nominatum inuenimus.

APIOLA, oppidum Latinorum, captum à L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolium inchoauit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Apios { [illegible] } Herba est, Ischas etiam dicta, quæ folio constat rutaceo, breui, caulibus ternis aut quaternis humi prostratis, radice qua asphodelus, verùm squamosa. Nascitur in mōtibus: legitur Vere. Datur ad expurgandū corpus, quòd altera radicis parte superius, altera inferius purget. Hæc ex Theophrast. lib. 9. cap. 10. de plant. histor.

Apis, huius apis. Vide APES.

APIS, Apidis, vel Apis { [illegible] } qui etiam dictus est Serapis, à quibusdam Osiris. Augustinus libro 18, de Ciuitate Dei, Rex Argiuorum Apis nauibus transuectus in Ægyptum, quum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Ægyptiorum deus. Cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, rationem Varro reddit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur (quod omnes iam sarcophagum vocant) [illegible] dicitur Græcè, & ibi eum sepultum venerari cœperunt, priusquam templum eius esset extructum, velut Acrosapis, vel Sorapis primò, deinde vna litera (vt fieri solet) commutata, Serapis dictus est. Apud Ægyptios etiam Apis bos dicitur, & pro numine colitur. Cic. 1. de Nat. deor. Quid igitur censes Apin illum sanctum Ægyptiorum bouem, nónne deum videri Ægyptiis? Ouid. 2. Amorum, eleg. 13,

Et comes in pompa corniger Apis erat. Lucanus,
Et sacer in cineres magni mactabitur Apis. Hunc enim mirabili vanitate decepta Ægyptus, in honorem eius diuitiis affluentibus, alebat: quoniam eum sine sarcophago viuum venerabatur, Apis, non Serapis vocabatur. Quo boue mortuo, quoniam quærebatur & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, mirum quoddam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Vide Strabonem libro vltimo, & Plinium libro 8. cap. 46. ¶ Est etiam Apis vicus in Africa, quia nobilis religione Ægypti locus esset. ¶ Fuit & Apis rex Argiuorum, qui fuit filius Iouis & Niobes, Phoronæi filiæ. Ferunt hunc post centesimum annum regnasse apud Argiuos. Quúmque sibi Egialeum fratrem præfecisset, in Ægyptum transfretauit, & Memphim ciuitatem condidit: accepta in coniugem Iside.

Apiscor, apisceris, penult. corr. aptus sum { [illegible] } apisci, Antiquum verbum: vnde fit Aptus, apta, aptum. Nonius, Apisci, inuenire. Sisenna Hist. lib. 4, Itaque postero deligato signinum redeuntis apiscitur. Iunius sic legit, Itaque postero die legatos Signiam redeuntes apiscitur. Ex eo composita in vsu sunt, Adipiscor & Indipiscor.

Apisci, Indipisci. Lucil. lib. 26, Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo. Nonius.

¶ Apisci, pro Adipisci. Festus. Lucret. lib. 1,

Nec ratione animi quam quisque possit apisci. In hac significatione sæpe apud Iurisconsultos ponitur. Vlpian. l. 25. §. 3. de hered. pet. Quod si ab initio quidē iustā caussam habuit apiscendæ possessionis.

Apistos, lege Apsyctos. & vide suo loco.

APITIUS { [illegible] } Altissimus nepotum gurges, vt scribit Plin. lib. 10. cap. 48. Libros de gula conscripsit, vt author est Suidas, pro qua multas absumpsit opes. Huius etiam meminit Mart. lib. 2. epigr. 69,

Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apitius ire:
Cùm cœnaret, erat tristior ille, domi. De hoc rursus idem libro 5. epigram. 68,
Dederas Apiti bis trecenties ventri:
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus, ne famem & sitim ferres,
Summa venenum potione duxisti:
Nil est Apiti tibi gulosius factum. Quod perinde est (authore Badio) acsi diceret: Apiti, sexcenties sestertiûm, id est quindecies centena aureorum millia, (de nostris semper loquor, sisque contentis) inexplebili illa ingluuie helluatus, cùm posses adhuc ducentis quinquaginta millibus (quod centies laxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere: tamen venenum miser hausisti, ne patrimonio tanto superesses, quod iamiam te defecturum videbas. Hæc Martialis ex Seneca sumpsisse videtur, qui lib. de Consolatione ad Albinam matrem cap. 10, ita inquit, Apitius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit, cuius exitum nosse operæpretiū est. Cùm sestertiûm millies in culinam congessisset: cùm tot congiaria principum, & ingens Capitolij vectigal singulis comessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primùm coactus inspexit: superfuturum sibi sestertiûm cēties computauit: & velut in vltima fame victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitam finiuit. Quanta luxuria erat, cui sestertiûm centies egestas fuit? imò cùm putat pecuniæ modum ad rem pertinere? Sestertiûm centies aliquis extimuit: & quod alij voto petunt, veneno fugit. Illi verò tam prauæ mentis homini vltima potio saluberrima fuit. Tunc venena edebat bibebátq; cùm immensis epulis non delectaretur tantùm, sed gloriaretur, cum vitia sua ostentaret, cùm ciuitatem in luxuriam suam conuerteret, cùm iuuentutem ad imitationem sui solicitaret, etiam in malis exemplis per se docilem. Hæc Seneca.

Apium, apij { [illegible] } Herba cuius multæ sunt species. Plin. lib. 19. cap. 7, Contrà, plura genera sunt eorum quæ diximus, dicemúsque in primis de apio. Deinde sic subiungit capite proximo, Id enim quod sponte in humidis nascitur, heleoselinum vocatur, vno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis, hyposelinum, pluribus foliis simile heleoselino. Tertium est oreoselinum, cicutę foliis, semine anethi, minutiore tamen, &c.

Apio coronabantur victores in Nemeæo certamine. Plinius libro 19. cap. 8, Ab æquinoctio verno seritur apium. Et paulo pòst, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Iuuenalis satyra 8.

Amarum apium. Virgil. 6. eclog.
Vdum. Horat. 2. Carm. ode 7.
Viuax. Horat. 1. Carm. ode 36.
Apio gaudent ripæ. Virgil. 4. Georgic.

Apio opus est. Plutarch. in Sympos. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Idem prouerbij meminit, & causam reddit in vita Timoleontis.

A P L

Aplanes, penultima producta { [illegible] } Dicitur non vagus, Inerrabilis. Macrob. lib. 1. de Somnio, Prima illa stellifera stella, quę proprio nomine

nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos vocatur, continens & arcens cæteras.

Apluda, Vide APPLVDA.

Aplustre, aplustris, n.g. pluraliter aplustria, & per syncopen aplustra, genitiuo aplustrium, Sunt nauium ornamenta. Priscianus, Aplustre quamuis faciat ablatiuum ab hoc aplustri: nominatiuum tamen pluralem non solùm in a, sed etiam in ia terminat. Et aplustra enim & aplustria antiqui protulisse inueniuntur. Cic. in Arato,

Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Idem ibidem,
Fulgent Argoæ stellis aplustria puppis. Hæc Prisc. lib. 7. Sil. lib. 10,
Et transtra & mali, laceróque aplustria bello. Festus, Aplustria,

Nauium ornamenta: quæ quia erant amplius quàm essent necessaria vsu, etiam amplustria dicebantur.

Amplustre. Iuuen. Sat. 10. Lucan. lib. 3. Quanquam alij ab α priuatiua, & πλεῖν, id est Nauigatio, aplustria dicant.

Aplysiæ { ἀπλυσίαι } Illotarias vertit Theodorus. Spongiarum genus vilissimum, maximas habens fistulas, & reliquam partem admodum spissam: ita dictum quòd elui non possit. Vide Plin. lib. 9. cap. 45.

A P N

Apnœa { ἄπνοια } affectio quædam est, nulla, vt visus indicat, spiratione tacta: quod tamen fieri nequit, aut ea quæ per vniuersum fit corpus, transpiratio, tunc sufficere potest. Cæl. lib. 4. cap. 2. Galen. lib. 4. de locis affect.

A P O

APOBATHRA { ἀποβάθρα. } Strabo libro 13, Apud Sestum locus quidam Apobathra nominatur, ad quem ratis iuncta fuit. Hæc ille.

Apobate, tes { ἀποβάται } Atheniensibus ludus erat equestris, quo Phocionis filius sæpissime lusit, & victor fuit. Alexan. ab Alexan. lib. 3. cap. 21.

Apocha, apochæ, penult. corr. { ἀποχὴ παρὰ τὸ ἀπέχειν } à Recipiendo. Est scriptura siue cautio, in qua creditor se pecuniam accepisse testatur. Vlpianus in L. Si accepto latum. 19. D. de acceptil. Inter acceptilationem & apocham hoc interest: quòd acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non aliàs quàm si pecunia soluta sit. Apocha igitur schedula est quá vulgò *quitanciam* vocant: Antapocha verò est quam debitor dat creditori.

Apocope, apocopes, penult. corr. fœm. gen. { ἀποκοπή } Latinè dici potest Abscissio, amputatio, Grammatica figura est dictionis, quum ab eius fine detrahitur aut litera aut syllaba. vt, Cura peculi, pro Peculij. Vnde & nec pro neque, & sat pro satis per hanc figuram dicta sunt. Huic contraria est Paragoge.

Apocopus, apocopi, penult. corr. Exectus, spado, cui amputata est virilitas. Firmicus lib. 3. cap. 14, In octauo ab horoscopo loco, Mercurius cú Venere, si vespertini ambo, inefficaces & apocopos reddét, & qui nihil agere possint. Facient etiam libidinosis semper negotiis implicatos, animo & corpore vitiosos, & qui nuptias difficile consequantur: erunt enim steriles, & qui sobolem generare non possint.

Apocynon, apocyni, n.g. { ἀπόκυνον } Ossiculum in ranæ sinistro latere. Plin. lib. 32. cap. 5. Ossiculo quod sit in dextro latere in aquam feruentem deiecto, refrigerari vas, nec postea feruere nisi exempto. Id inueniri obiecta rana formicis, carnibúsque erosis, singula in folium addi. Et aliud esse in sinistro latere, quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari. ¶ Est item Apocynon (Cynocrambe, vel Cynomorum à quibusdam dicta) Brassica canina, lógis viticulis constans, malè olentibus, lentis, vitiliúmque modo obsequiosis, fructu ferè inuictis: canes celerrimè interimit, hominibúsq; est venenum. Ex Diosc. lib. 4 cap. 76. & Galen. lib. 6. simplic.

Apodes, apodum, apodibus. Vide APVS.

Apodesmus { ἀπόδεσμος } Ornatus muliebris Polluci lib. 7. cap. 22, ad finem: vbi Gualtherus vertit, Mitram.

Apodixis, huius apodixis, f.g. { ἀπόδειξις. } Quintil. lib. 5. cap. 10, Apodixis, est euidens probatio: ideóq; apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Plura ibidem. Gell. lib. 17. cap. 5, Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua & minimè controuersa: idque ἀπόδειξιν vocari dicebat, quum ea quæ dubia aut obscura sunt, per ea quæ ambigua non sunt, illustrantur.

Apodosis, huius apodosis, penult. corr. fœm. gen. { ἀπόδοσις } Latinè Redditio dicitur. Terent. And. 1. 5,

-adeón' me ignauum putas,
Adeón' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum,
Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat vt seruem fidem? Vbi Donatus,

Vt neque me consuetudo, &c. Apodosis ad superiora: Cósuetudo aduersus feritatem: Amor aduersus inhumanitatem: Pudor aduersus ingratum animum.

Apodyterium, apodyterij, quasi Latinè dicas Exutorium { ἀποδυτήριον. } Erat enim locus in balneis ante balnei siue hypocausti ingressum, vbi loturi se exuebant: hoc est vestiméta deponebant. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, In balneariis, assa in alterú apodyterij angulú promoui, propterea quòd ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, esset sub tectum cubiculi. Plin. Iunior lib. 5. epist. 6, Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria.

APOENINVS, penult. prod. { ἀπέννινον ὄρος Strabo. } mons est qui ab Alpibus proficiscens, vniuersam Italiam vsque in Siciliam diuidit. M. Cato Pœninum mótem eum nominare videtur, per quem Annibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Apœninus dictus, quòd radices sub Pœnino transitu Annibalis habeat. Hæc Vadianus Pomponij interpres. Huius montis meminit Lucan. lib. 2.

Celsus Apœninus. Horat. in Epod. ode 16.
Longus. Pers. sat. 1.
Nubifer. Ouid. 2. Metam.
Niualis. Stat. Paneg.

Apœninigena, penult. corr. { ἀπεννινογενής } Qui Apœninum inhabitat, aut in Apœnino versatur. vt Apœninigenæ pastores. Claud. 4. Paneg.

Apœninigenis cultas pastoribus aras.

Apœninicola, læ, penult. corr. { ἀπεννινίτης } Idem. Virg. 11. Æneidos,

Apœninicolæ bellator filius Auni.

Apogæus, huius apogæi { ἀπόγαιος } Ventus à terra flans. Plinius lib. 2. cap. 43.

Apographum, apographi, penult. corr. { ἀπόγραφον } Exemplum & descriptio libri, & imago tabulæ. Latinè Descriptum & Exscriptum dicitur. Vnde Cic. lib. suos philosophicos apographa vocat: quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin. lib. 35. cap. 11, Huius tabulæ exemplar, quod apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo, apolactizas { ἀπολακτίζω } apolactizare, Calcibus inuadere. Vnde per translationem significat Paruifacere, paruipendere. Plaut. Epid. 14, Ἀπολακτίζω inimicos omnes.

Apolectus, huius apolecti { ἀπόλεκτος } Delectus, siue selectus. à verbo Græco ἀπολέγω, quod Deligo significat. Apolecti igitur, Delecti, eximij, selecti. Liu. 6. bel. Maced. Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos vocant, Phaneas, & quæ imperarentur, & quæ ipsis propè accidissent, exposuisset. Ibidem libro 6, Cócilium quidem vniuersæ gentis Ætoli post dimissos Romanos non habuerunt. Per apolectos autem (ita vocant sanctius concilium, quod ex delectis constat viris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouarentur.

Apolectus { ἀπολεκτός } Genus piscis ex pelamidum genere. Plinius libro 9. cap. 15.

Apolis, penult. prod. com. gen. { ἄπολις } Latinè eum significat qui ius ciuitatis amisit. Martianus in l. Quidam. 17. D. de pœn. Item quidam ἀπόλιδές sunt, hoc est, sine ciuitate, vt sunt in opus publicum perpetuò dati & in insulam deportati.

APOLLO, Apollinis, & Apollos, Apollo, secúdum Græcam declinationem: { Ἀπόλλων } creditus fuit Deus, quem Græci etiá φοῖβον, hoc est Solem, appellant. Cui (vt Macrobius inquit) variæ fuerunt potestates. Nam fuit author carminis, præses vaticinij, sagittandi peritiá habuit, artem medicinę percalluit, & chordę vocalis. Idé dicitur Liber, quòd liberè vagetur per aeré. Apollo Nomius, id est pastor: dictus est quo tempore Admeti regis pauit armenta. Apollinis tripodem, vas aureum fuisse constat trium pedum à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, dum vxoré duceret. Dictus Apollo ab α. i. sine, & πολλοί. i. multi: quòd solus ipse luceat. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos: Liberum patrem in terris: Apolliné apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulacrú videmus, Lyram, quæ nobis cęlestis harmoniæ imaginé monstrat: Grynæú quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. Euseb. de Euág. præparat. Apollo vocatur quod ἀπολύει νόσων, id est, Ægrotationibus homines saluat atque liberat: quamobrem ardétissimum etiam Solem Apollinis nomine appellant. De Apolline multa apud Cic. lib. 2. de Nat. deor.

Apollo Actiacus. Ouid. 13. Metam. Augur. Virg. 4. Æneid.
Delius. Virg. 4. Æneid.
Flauus. Ouid. 1. Amorum, eleg. vltima.
Formosus. Virg. 4. eclog. Grynæus. Virg. 4. Æneid.
Palatinus. Horat. 1. epist. 3. Quia templum ei excitauit dedicauitq; Cæsar Augustus in Palatio, vt scribit Sueton. eodémque loco bibliothecam libris omnibus instructam.
Pulcher. Virg. 3. Æneid.
Pulsator citharæ. Val. Flaccus lib. 5. Argonaut.
Tymbræus. Virgil. 4. Georg.
Vates. Val. Flaccus 4. Argonaut.

Apollineus, adiectiuum, vt Apollinea ars, pro Arte medica. Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 3.

Apollinea ars, etiá pro arte vaticinandi accipitur ab Ouid. in Ibin,
-Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam vatem intelligit.
Apollinei cantus. Ouid. 11. Metam.
Testudo. Ouid. ad Pisonem.
Crinis. Claud. de raptu Proserpinæ, lib. 3.
Frater Apollineus, Cupido. Ouid. 9. Metam.
Vates. Orpheus. Ouid. 11. Metam.

Apollinaris, & hoc Apollinare, penult. prod. aliud adiectiuum { ἀπολλινάριος } vt Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant. Cic. 10. Philipp. Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, Populíq; Rom. dignitate apparatos præsens fecit. ¶ Apollinares ludi cùm in vnum annum vouerentur, incertóque die fierent, senatus P. Licinium Varum, prætorem vrbis ferre ad populum iussit, vt in perpetuum in statum diem vouerentur. Hi ludi, cùm Annibal esset in Italia, ex Marcij, clari vatis, carmine primùm instituti: cuius in libris hæc inuenta Liuius recitat lib. 5, eadémque ferè & Macrob. lib. Satur. 1. Hostes, Romani si expellere vultis, Apollini vouendos césco ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant: cùm populus dederit ex publico partem, priuati vti conferant pro se suísque. iis ludis faciendis præerit prætor is qui ius populo plebísque dabit summum. Xviri Græco ritu sacra faciant. Hoc inuento carmine, censuerunt patres Apollini ludos vouendos faciendósque. Voueri autem, & fieri à prætore vrbis, quòd is esse videretur, qui ius populo plebíque summum daret: cùm facti essent, duodecim millia æris prætori ad rem diuinam, & duas hostias maiores dandas: & vt Xviri sacra ritu Gręco facerent, hísque hostiis, Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis, Latonæ boue fœmina aurata. Ludos prætor cùm facturus esset, edixit vt populus per eos ludos stipem Apollini, quantam commodum esset, conferret. populus eos coronatus spectauit. matronæ supplicauere, vulgóque apertis ianuis in propatulo epulati sunt: celeberque dies omni ceremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore, decreuit senatus vt ij ludi in perpetuum vouerentur. triennio pòst, vt in perpetuum in statum diem vouerentur. P. Varus (vt diximus) prætor vrbis à senatu iussus, legem tulit, & ex ea lege ipse primus vouit, fecítque ante diem II. nonas Quint. cúmque diem solennem deinde seruatum esse Liuius tradidit. Ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, prætoris vrbani absentis nomine, neque vno die tantùm, neque II. nonas Quint. factos inuenio, sed, cú nonis Quint. essent commissi, vsque ad III. idus datos fuisse. quod ex duobus locis

APHRODISIAS { Ἀφροδισιάς } Insula est in mari Persico, vbi Persis à Carmania dispescitur: sic dicta quòd in ea Venus quam religiosissimè coleretur. Alio nomine Κοιναὶ dicta. Insulæ huius meminit Plin. lib. 6. cap 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus, de qua Plin. lib. 4. cap. 22.

Aphrodisium { Ἀφροδίσιον } statua Veneris. Aphrodisia, sacrificia Veneris, & res Venereæ. Plaut. Pœn. 3,

Ego in ædem Veneris eo: nisi quid vis Milphio:
Aphrodisia hodie sunt.

APHRODISIVM, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Ptolemæo, vrbs Africæ, quæ vulgò *Afrisha* dicitur. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem authore.

APHRODITE, Aphrodites, penult. prod. Venus dicta est: quòd è maris spuma sit enata. Græcè ἀφρός.

Aristoteles putat Venerem idcirco Aphroditen dici quòd spermatis natura sit spumosa, hoc est, ἀφρώδης, spuma enim alba est. Didymus verò παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, id est, A vitæ mollitie.

APHRODITOPOLITANA Præfectura { Ἀφροδιτοπολίτης νομός. } ¶ Et ciuitas eodē nomine in Arabia est, in qua bos alba sacra alitur. Strabo lib. 17.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaueris, foliis (si propius intuearis) passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. Hæc Plin. sed fortasse perperam, lib. 20. cap. 19. A Dioscoride vocatur μήκων ἀφρώδης, hoc est Spumeum papauer, lib. 4. cap. 62.

Aphronitrum, penult. corr. { ἀφρόνιτρον } Spuma nitri est: de qua Plin. lib. 31. cap. 10. & Martial. lib. 14,

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar:
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum. Statius lib. 4. Syl. 9,
-aut panes viridantis aphronitri.

Aphroselenus { ἀφροσέληνος } Lapis alio nomine Selenites dictus, quoniam nocte inuenitur lunæ imaginem reddere, quæ cum ea quidem augetur, & decrescit. Nascitur in Arabia, candidus, translucēs, leuis. Huius ramenta comitialibus in potum dari iubent. Dioscorid. lib. 5. cap. 116.

APHTHONIVS { Ἀφθόνιος } Sophista, qui scripsit Progymnasmata, id est præexercitamenta, in artem Hermogenis.

Aphya { ἀφύη } Piscis genus, minimū & inutile: quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbium, Aphya ad ignem: In ea quæ celeriter intereunt aut consumuntur, siue quæ facilè ac statim conficiuntur. Latinè Apua dicitur. Plinius. Vide Apua. Cic. Attic. lib. 4. 80, aphyam populi vocat sentinam & sordes populi. Quare (inquit) vt homini curioso ita perscribe ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid à te fiat, ad me velim scribas.

APHYDNA. Vide APHIDNAE.

Aphythacoras, Ctesias, referente Plinio, arbores quasdam esse voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electrum ferentes: vocéque hac prædulcē suauitatē significari tradidit. Author Plin. lib. 37. cap. 2.

APHYTE, es { Ἀφύτη } siue Aphitis, is, Oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne ab Aphio quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi. Stephan.

A P I

APIA. Plin. lib. 4. cap. 4, Peloponnesus, Apia antè appellata, & Pelasgia, peninsula haud vlli terræ nobilitate postferenda, &c. Hæc ille.

Apia, æ, Tellus dea appellatur à Scythis, vt Herodotus docet lib. 4.

Apianus & Apiarium, Vide APES.

Apiastra { μελισσοφάγος } Auicula est, quæ apes comedit, alio nomine Merops dicta. Ex Seruio in 4. Georgic.

Apiastrum, Apiatus. Vide APES.

Apica, penult. corr. { γυμνόγαστρος } dicitur ouis quæ ventrem glabrum habet, vt ait Festus. Plin. lib. 8. cap. 48, In ipsa quoque satis generositatis ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu, quibus nudus esset, apicas vocabant, damnabántque. Idem scribit Varro de Re rustica, libro 2. cap. 2.

APICIVS. Vide APITIVS.

Apicula, Vide APES.

Apiculus, Vide APEX.

APIDANVS, penult. corr. { Ἀπιδανός } Fluuius vnus è præcipuis Thessaliæ, qui tardè fluere dicitur, quousque illi commisceatur Enipheus, vt scribit Herodotus lib. 7. Ouid. lib. 7. Metamorphoseos,

Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis.

APILAS { Ἀπίλας } Flumen est in ora Heraclea, Plin. lib. 4. cap. 10.

Apilascus, udis, penult. prod. Plin. lib. 33. cap. 4, Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem vocant.

APINA, penultima correpta, vel Apinę Apinarum, plurale tantùm, Vrbs Apuliæ. Tricas & Apinas vulgò res futiles ac nugatorias dicebant. Martial. lib. 1,

Quæcunque lusi iuuenis, & puer quondam,
Apinásque nostras. Idem lib. 14,
Sunt Apinæ, Tricæque, & si quid vilius istis. Tractum est prouerbium ab Apina vrbe Apuliæ. Plin. lib. 3. cap. 11, Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum Dardorúmque, & vrbes duas, quæ in prouerbij ludicrum vertere, Apinam & Tricam.

Apinæ, penult. corr. Nuces vocantur (inquit Perotus) quæ cutem verius quàm putamen adeo mollem habent, vt simul mandatur. Apud Plin. tamen lib. 15. cap. 10, vnde Perotus hæc ad verbum descripsit, Sapineum, hoc nucis genus, non Apinam nominatum inuenimus.

APIOLA, oppidum Latinorum, captum à L. Tarquinio rege, ex cuius præda Capitolium inchoauit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Apios { ἄπιος } Herba est, Ischas etiam dicta, quæ folio constat rutaceo, breui, caulibus ternis aut quaternis humi prostratis, radice qua asphodelus, verùm squamosa. Nascitur in mōtibus: legitur Vere. Datur ad expurgandū corpus, quòd altera radicis parte superius, altera inferius purget. Hæc ex Theophrast. lib. 9. cap. 10. de plant. histor.

Apis, huius apis. Vide APES.

APIS, Apidis, vel Apis { Ἆπις } qui etiam dictus est Serapis, à quibusdam Osiris. Augustinus libro 18, de Ciuitate Dei, Rex Argiuorum Apis nauibus transuectus in Ægyptum, quum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Ægyptiorum deus. Cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, rationem Varro reddit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur (quod omnes iam sarcophagum vocant) σορὸς dicitur Græcè, & ibi eum sepultum venerari cœperunt, priusquam templum eius esset extructum, velut Acrosapis, vel Sorapis primò, deinde vna litera (vt fieri solet) commutata, Serapis dictus est. Apud Ægyptios etiam Apis bos dicitur, & pro numine colitur. Cic. 1. de Nat. deor. Quid igitur censes Apin illum sanctum Ægyptiorum bouem, nónne deum videri Ægyptiis? Ouid. 2. Amorum, eleg. 13,

Et comes in pompa corniger Apis erat. Lucanus,
Et sacer in cineres magni mactabitur Apis. Hunc enim mirabili vanitate decepta Ægyptus, in honorem eius diuitiis affluentibus, alebat: quoniam eum sine sarcophago viuum venerabatur, Apis, non Serapis vocabatur. Quo boue mortuo, quoniam quærebatur & reperiebatur vitulus coloris eiusdem, mirum quoddam, & diuinitus sibi procuratum esse credebant. Vide Strabonem libro vltimo, & Plinium libro 8. cap. 46. ¶ Est etiam Apis vicus in Africa, quia nobilis religione Ægypti locus esset. ¶ Fuit & Apis rex Argiuorum, qui fuit filius Iouis & Niobes, Phoronæi filiæ. Ferunt hunc post centesimum annum regnasse apud Argiuos. Quúmque sibi Egialeum fratrem præfecisset, in Ægyptum transfretauit, & Memphim ciuitatem condidit: accepta in coniugem Iside.

Apiscor, apisceris, penult. corr. aptus sum { ἐφικνοῦμαι } apisci, Antiquum verbum: vnde fit Aptus, apta, aptum. Nonius, Apisci, inuenire. Sisenna Hist. lib. 4, Itaque postero delegato signinum redeuntis apiscitur. Iunius sic legit, Itaque postero die legatos Signiam redeuntes apiscitur. Ex eo composita in vsu sunt, Adipiscor & Indipiscor.

Apisci, Indipisci. Lucil. lib. 26, Vt ego effutiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo. Nonius.

¶ Apisci, pro Adipisci. Festus. Lucret. lib. 1,
Nec ratione animi quam quisque possit apisci. In hac significatione sæpe apud Iurisconsultos ponitur. Vlpian. l. 25. §. 3. de hered. pet. Quod si ab initio quidē iustā caussam habuit apiscendæ possessionis.

Apistos, lege Apsyctos. & vide suo loco.

APITIVS { Ἀπίκιος } Altissimus nepotum gurges, vt scribit Plin. lib. 10. cap. 48. Libros de gula conscripsit, vt author est Suidas, pro qua multas absumpsit opes. Huius etiam meminit Mart. lib. 2. epigr. 69,

Ipse quoque ad cœnam gaudebat Apitius ire:
Cùm cœnaret, erat tristior ille, domi. De hoc rursus idem libro 3. epigram. 68,
Dederas Apiti bis trecenties ventri:
Sed adhuc supererat centies tibi laxum.
Hoc tu grauatus, ne famem & sitim ferres,
Summa venenum potione duxisti:
Nil est Apiti tibi gulosius factum. Quod perinde est (authore Budæo) acsi diceret: Apiti, sexcenties sestertiūm, id est quindecies centena aureorum millia, (de nostris semper loquor, nisque coronatis) inexplebili illa ingluuie helluatus, cùm posses adhuc decentis quinquaginta millibus (quod centies laxum appellat) vitam lauto & eleganti victu producere: tamen venenum miser hausisti, ne patrimonio tanto superesses, quod iámiam te deserturum videbatur. Hæc Martialis ex Seneca sumpsisse videtur, qui lib. de Consolatione ad Albinam matrem cap. 10, ita inquit, Apitius nostra memoria vixit, qui in ea vrbe, ex qua aliquando philosophi velut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, scientiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit, cuius exitum nosse operæpretiū est. Cùm sestertiūm millies in culinam congessisset: cùm tot congiaria principum, & ingens Capitolij vectigal singulis comessationibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc primùm coactus inspexit: superfuturum sibi sestertiūm cēties computauit: & velut in vltima fame victurus, si sestertio centies vixisset, veneno vitam finiuit. Quanta luxuriæ erat, cui sestertiūm centies egestas fuit? imò cùm putat pecuniæ modum ad rem pertinere? Sestertiūm centies aliquis extimuit: & quod alij voto petunt, veneno fugit. Illi verò tam prauæ mentis homini vltima potio salubertima fuit. Tunc venena edebat bibebátq;, cùm immensis epulis non delectaretur tantùm, sed gloriaretur, cùm vitia sua ostentaret, cùm ciuitatem in luxuriam suam conuerteret, cùm iuuentutem ad imitationem sui solicitaret, etiam in malis exemplis per se docilem. Hæc Seneca.

Apium, apij { σέλινον } Herba cuius multæ sunt species. Plin. lib. 19. cap. 7, Contrà, plura genera sunt eorum quæ diximus, dicemúsque in primis de apio. Deinde sic subiungit capite proximo, Id enim quod sponte in humidis nascitur, heleoselinum vocatur, vno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis, hyposelinum, pluribus foliis simile heleoselino. Tertium est oreoselinum, cicutę foliis, semine anethi, minutiore tamen, &c.

Apio coronabantur victores in Nemeæo certamine. Plinius libro 19. cap. 8, Ab æquinoctio verno seritur apium. Et paulo pòst, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Iuuenalis satyra 8.

Amarum apium. Virgil. 6. eclog.
Vdum. Horat. 2. Carm. ode 7.
Viuax. Horat. 1. Carm. ode 36.
Apio gaudent ripæ. Virgil. 4. Georgic.
Apio opus est. Plutarch. in Sympos. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Idem prouerbij meminit, & causam reddit in vita Timoleonis.

A P L

Aplanes, penultima producta { ἀπλανής } Dicitur non vagus, Inerrabilis. Macrob. lib. 1. de Somnio, Prima illa stellifera stella, quę proprio

nomine

nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos vocatur,continens & arceens cæteras.

Apluda, Vide APPLVDA.

Aplustre,aplustris, n.g. pluraliter aplustria, & per syncopen aplustra, genitiuo aplustrium,Sunt nauium ornamenta. Priscianus, Aplustre quanuis faciat ablatiuum ab hoc aplustri : nominatiuum tamen pluralem non solùm in a,sed etiam in ia terminat.Et aplustra enim & aplustria antiqui protulisse inueniuntur.Cic. in Arato,

Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Idem ibidem,

Fulgent Argoæ stellis aplustria puppis. Hæc Prisc.lib.7. Sil.lib.10,

Et transtra & mali, laceróque aplustria bello. Festus, Aplustria, Nauium ornamenta:quæ quia erant amplius quàm essent necessaria vsu,etiam amplustria dicebantur.

Amplustre.Iuuen. Sat.10. Lucan.lib.3. Quanquam alij ab a priuatiua,& πλοῦς,id est Nauigatio,aplustria dicant.

Aplysiæ { ἀπλυσίαι } Illotarias vertit Theodorus. Spongiarum genus vilissimum,maximas habens fistulas.& reliquam partem admodum spissam:ita dictum quòd elui non possit. Vide Plin.lib.9.cap.45.

A P N

Apnœa { ἄπνοια } affectio quædam est,nulla,vt visus indicat, spiratione tacta:quod tamen fieri nequit , aut ea quæ per vniuersum fit corpus, transpiratio , tunc sufficere potest. Cæl.lib.4.cap.2. Galen.lib.4. de locis affect.

A P O

APOBATHRA { ἀποβάθρα. } Strabo libro 13, Apud Sestum locus quidam Apobathra nominatur,ad quem ratis iuncta fuit.Hæc ille.

Apobatæ, tes { ἀποβάται } Atheniensibus ludus erat equestris , quo Phocionis filius sæpissime lusit,& victor fuit. Alexan. ab Alexan.lib. 5.cap.21.

Apocha, apochæ,penult.corr. { ἀποχὴ παρὰ τὸ ἀπέχειν } à Recipiendo. Est scriptura siue cautio,in qua creditor se pecuniam accepisse testatur. Vlpianus in L. Si accepto latum. 19. D. de acceptil. Inter acceptilationem & apocham hoc interest : quòd acceptilatione omnimoda liberatio contingit,licet pecunia soluta non sit : apocha non aliàs quàm si pecunia soluta sit. Apocha igitur schedula est quá vulgò *quitanciam* vocant:Antapocha vero est quam debitor dat creditori.

Apocope,apocopes,penult.corr.fœm.gen. { ἀποκοπή } Latinè dici potest Abscissio , amputatio , Grammatica figura est dictionis , quum ab eius fine detrahitur aut litera aut syllaba.vt, Cura peculi, pro Peculij. Vnde & nec pro neque, & sat pro satis per hanc figuram dicta sunt. Huic contraria est Paragoge.

Apocopus,apocopi,penult.corr.Exectus,spado,cui amputata est virilitas.Firmicus lib.3.cap.14.In octauo ab horoscopo loco,Mercurius cū Venere,si vespertini ambo,inefficaces & apocopos reddēt, & qui nihil agere possint. Facient etiam libidinosis semper negotiis implicatos,animo & corpore vitiosos, & qui nuptias difficile consequantur: erunt enim steriles,& qui sobolem generare non possint.

Apocynon.apocyni,n.g. { ἀπόκυνον } Ossiculum in ranæ sinistro latere.Plin.lib.32. cap.5. Ossiculo quod sit in dextro latere in aquam feruentem deiecto,refrigerari vas, nec postea feruere nisi exempto. Id inueniri obiecta rana formicis,carnibúsque erosis,singula in folium addi. Et aliud esse in sinistro latere , quo deiecto feruere videatur, apocynon vocari. ¶Est item Apocynon (Cynocrambe,vel Cynomorum à quibusdam dicta) Brassica canina,lógis viticulis constans,malè olentibus,lentis, vitiliúmque modo obsequiosis, fractu ferè inuictis:canes celerrimè interimit,hominibúsq; est venenum. Ex Diosc. lib.4.cap.76.& Galen.lib.6.simplic.

Apodes,apodum,apodibus.Vide APVS.

Apodesmus { ἀπόδεσμος } Ornatus muliebris Polluci lib.7. cap.22,ad finem:vbi Gualtherus vertit,Mitram.

Apodixis, huius apodixis,f.g. { ἀπόδειξις. } Quintil.lib.5.cap.10,Apodixis,est euidens probatio:ideóq; apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur.Plura ibidem. Gell.lib.17.cap.5,Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere,aut perspicua & minimè controuersa: idque ἀποδείξεις vocari dicebat,quum ea quæ dubia aut obscura sunt, per ea quæ ambigua non sunt,illustrantur.

Apodosis, huius apodosis, penult. corr. fœm.gen. { ἀπόδοσις } Latinè Redditio dicitur. Terent.And.1.5,

-adeón' me ignauum putas,

Adeón' porrò ingratum,aut inhumanum,aut ferum,

Vt neque me consuetudo,neque amor,neque pudor

Commoueat,neque commoneat vt seruem fidem? Vbi Donatus, Vt neque me consuetudo,&c.Apodosis ad superiora:Cōsuetudo aduersus feritatem : Amor aduersus inhumanitatem : Pudor aduersus ingratum animum.

Apodyterium, apodyterij, quasi Latinè dicas Exutorium { ἀποδυτήριον. } Erat enim locus in balneis ante balnei siue hypocausti ingressum,vbi loturi se exuebant:hoc est vestiméta deponebant.Cic.ad Q. frat.lib.3.17,In balneariis,assa in alterū apodyterij angulū promoui, propterea quòd ita erant posita, vt eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit,esset sub tectum cubiculi.Plin.Iunior lib.5.epist.6,Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria.

APOENNINVS, penult. prod. { ἀπέννινον ὄρος Strabo. } mons est qui ab Alpibus proficiscens,vniuersam Italiam vsque in Siciliam diuidit.M. Cato Pœninum mōtem eum nominare videtur , per quem Annibal exercitum traiecit in Galliam. Hinc Apœninus dictus,quòd radices sub Pœnino transitu Annibalis habeat. Hæc Vadianus Pomponij interpres.Huius montis meminit Lucan.lib.2.

Celsus Apœninus.Horat.in Epod.ode 16.

Longus.Pers.sat.1.

Nubifer.Ouid.2.Metam.

Niualis.Stat.Paneg.

Apœninigena, penult. corr. { ἀπεννινογενής } Qui Apœninum inhabitat, aut in Apœnino versatur.vt Apœninigenæ pastores.Claud.4.Paneg.

Apœninigenis cultas pastoribus aras.

Apœninicola,læ,penult.corr. { [illegible] } Idem.Virg.11.Æneidos,

Apœninicolæ bellator filius Auni.

Apogæus , huius apogæi { ἀπόγαιος } Ventus à terra flans. Plinius lib. 2.cap.43.

Apographum , apographi , penult. corr. { ἀπόγραφον } Exemplum & descriptio libri, & imago tabulæ. Latinè Descriptum & Exscriptum dicitur.Vnde Cic.lib.suos philosophicos apographa vocat:quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin. lib.35. cap.11, Huius tabulæ exemplar,quod apographon vocant, L.Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo , apolactizas { ἀπολακτίζω } apolactizare, Calcibus inuadere. Vnde per translationem significat Paruifacere , paruipendere. Plaut.Epid.14, Ἀπολακτίζω inimicos omnes.

Apolectus,huius apolecti { ἀπόλεκτος } Delectus,siue selectus.à verbo Græco ἀπολέγω, quod Deligo significat. Apolecti igitur, Delecti, eximij,selecti.Liu.6.bel.Maced.Vbi quum in concilio delectorum,quos apolectos vocant,Phaneas, & quæ imperarentur, & quæ ipsis propè accidissent,exposuisset. Ibidem libro 6, Cōcilium quidem vniuersæ gentis Ætoli post dimissos Romanos non habuerunt. Per apolectos autem(ita vocant sanctius concilium,quod ex delectis constat viris) id agitabant,quomodo res in Græcia nouarentur.

Apolectus { ἀπόλεκτος } Genus piscis ex pelamidum genere. Plinius libro 9.cap.15.

Apolis. penult.prod.com.gen. { ἄπολις } Latinè eum significat qui ius ciuitatis amisit.Martianus in l.Quidam.17. D. de pœn. Item quidam ἀπόλιδες sunt,hoc est,sine ciuitate, vt sunt in opus publicum perpetuò dati & in insulam deportati.

APOLLO,Apollinis,& Apollos,Apollo, secūdum Græcam declinationem: { Ἀπόλλων } creditus fuit Deus,quem Græci etiā ἥλιον,hoc est Solem,appellant.Cui (vt Macrobius inquit) variæ fuerunt potestates. Nam fuit author carminis,præses vaticinij,sagittandi peritiā habuit, artem medicinę percalluit,& chordę vocalis.Idē dicitur Liber,quòd liberè vagetur per aerē.Apollo Nomius,id est pastor : dictus est quo tempore Admeti regis pauit armenta. Apollinis tripodem , vas aureum fuisse constat trium pedum à Vulcano fabrefactum,ac pro munere Pelopi datum,dum vxorē duceret. Dictus Apollo ab a.i. sine,& πολλοί.i. multi:quòd solus ipse luceat. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos:Liberum patrem in terris: Apollinē apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulacrū videmus , Lyram, quæ nobis cęlestis harmoniæ imaginē monstrat:Grynæū quod terrenum numen ostendit:Sagittas, quibus infernus deus iudicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est [illegible]. Euseb.de Euāg.præparat. Apollo vocatur quod [illegible],id est. Ægrotationibus homines saluat atque liberat : quamobrem ardentissimum etiam Solem Apollinis nomine appellant.De Apolline multa apud Cic.lib.2.de Nat.deor.

Apollo Actiacus.Ouid.13.Metam. Augur.Virg.4.Æneid.

Delius.Virg.4.Æneid.

Flauus.Ouid.1.Amorum,eleg.vltima.

Formosus.Virg.4.eclog. Grynæus.Virg.4.Æneid.

Palatinus.Horat.1.epist.3. Quia templum ei excitauit dedicauítq; Cæsar Augustus in Palatio,vt scribit Sueton. eodémque loco bibliothecam libris omnibus instructam.

Pulcher.Virg.3.Æneid.

Pulsator citharæ.Val.Flaccus lib.5.Argonaut.

Tymbræus.Virgil.4.Georg.

Vates.Val.Flaccus 4.Argonaut.

Apollineus, adiectiuum,vt Apollinea ars,pro Arte medica.Ouid.lib.3. Trist.eleg.3.

Apollinea ars,etiā pro arte vaticinandi accipitur ab Ouid.in Ibin,

-Apollinea clarus in arte senex. Tiresiam vatem intelligit.

Apollinei cantus.Ouid.11.Metam.

Testudo.Ouid.ad Pisonem.

Crinis.Claud.de raptu Proserpinæ,lib.3.

Frater Apollineus,Cupido.Ouid.9.Metam.

Vates.Orpheus.Ouid.11.Metam.

Apollinaris, & hoc Apollinare,penult.prod.aliud adiectiuum { ἀπολλινάριος } vt Apollinares ludi,qui in honorem Apollinis fiebant.Cic.10. Philipp. Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, Populíq; Rom. dignitate apparatos præsens fecit. ¶ Apollinares ludi cùm in vnum annum vouerentur , incertóque die fierent, senatus P. Licinium Varum,prætorem vrbis ferre ad populum iussit,vt in perpetuum in statum diem vouerentur.Hi ludi,cùm Annibal esset in Italia,ex Marcij, clari vatis,carmine primùm instituti:cuius in libris hæc inuenta Liuius recitat lib.5.eadémque ferè & Macrob. lib.Satur.1. Hostes,Romani si expellere vultis, Apollini vouendos cēseo ludos, qui quotannis comiter Apollini fiant : cùm populus dederit ex publico partem, priuati vti conferant pro se suísque.iis ludis faciendis præerit prætor is qui ius populo plebíque dabit summum. Xviri Græco ritu sacra faciant. Hoc inuento carmine, censuerunt patres Apollini ludos vouendos faciendósque. Voueri autem,& fieri à prætore vrbis,quòd is esse videretur,qui ius populo plebíque summum daret : cùm facti essent , duodecim millia æris prætori ad rem diuinam.& duas hostias maiores dandas:& vt Xviri sacra ritu Gręco facerent,hísque hostiis, Apollini boue aurato & capris duabus albis auratis , Latonæ boue fœmina aurata. Ludos prætor cùm facturus esset , edixit vt populus per eos ludos stipem Apollini,quantam commodum esset,conferret. populus eos coronatus spectauit. matronæ supplicauere , vulgóque apertis ianuis in propatulo epulati sunt : celebérque dies omni ceremoniarum genere fuit. Anno proximo, referente Calpurnio prætore , decreuit senatus vt ij ludi in perpetuum vouerentur. triennio pòst,vt in perpetuum in statum diem vouerentur. P. Varus (vt diximus) prætor vrbis à senatu iussus, legem tulit, & ex ea lege ipse primus vouit,fecítque ante diem 11. nonas Quint. eúmque diem solennem deinde seruatum esse Liuius tradidit. Ego tamen M. Bruti, qui Cæsarem interfecit,prætoris vrbani absentis nomine,neque vno die tantùm,neque 11.nonas Quint.factos inuenio, sed, cū nonis Quint. essent commissi,vsque ad 111.idus datos fuisse. quod ex duobus locis

epist. ad Attic. lib. 16, colligitur. atque hoc ipsum, de pluribus ludorum Apollinarium diebus, confirmat satis planè, vt videtur, Liuius libro 37, his verbis: Ludis Apollinaribus ad v. Idus Quintiles, cælo sereno, interdiu obscurata lux est. Ex libro P. Manutij de legibus Romanis.

Apollinaris herba, { ἀπολλιναρίς } Planta est, de qua Galen. lib. 8. simplic. his verbis: Hyoscyamus, cui semen atrum est, insaniam ac soporem affert: huic autem is, cui semen mediocriter flauum est, propinquam facultatem obtinet. Verùm vtrique fugiendi sunt, vt inutiles, & venenosi. Cęterum cuius semen, ac flos candidus est, ad sanationes vel maximè idoneus est, ex tertio quodammodo ordine refrigerantium. Hæc Galen. Huius verò plantę descriptionem vide apud Diosc. lib. 4. cap. 65.

APOLLOCRATES { ἀπολλοκράτης } Alter ex Dionysij filiis, qui vnà cum patre in expeditionem dum exularet, profectus est. Strabo lib. 6.

APOLLODORVS { ἀπολλόδωρος } Atheniensis pictor insignis nonagesimatertia Olympiade, de quo Plin. lib. 35. cap. 9. ¶ Fuit & alter hoc nomine statuarius, eidem Plin. lib. 34. cap. 8. ¶ Item medici duo, quorum Citticus vnus, alter Tarentinus dictus est. Plin. lib. 20. cap. 4. ¶ Fuit & Atheniensis grāmaticus Asclepiadis discipulus, Panætij Rhodij philosophi discipulus, & Aristarchi grammatici. Is primus genus metri Triambici inuenit, vt testatur Suidas. Scripsit quoque historiam Atheniensium vsque ad reditum Heraclidarum, vt est author Diodorus Siculus. ¶ Apollodorus itē alius Tarsensis, Tragicus, cuius tragœdias Suidas recenset. ¶ Apollodorus item Atheniensis poeta Comicus, tēpore quo & Menander, fuit. fabulas ipsius nonnullas commemorat Suidas. ¶ Præter hos, Apollodorus Pergamenus extitit Cæsaris Augusti præceptor & familiaris: scripsit de arte Rhetorica, vt author est Strabo.

APOLLONIA { ἀπολλωνία } nomen fuit plurium vrbium, quarum vna fuit in Epiro. Plin. lib. 4 Natur. historiæ. ¶ Alia, eodem teste, fuit in Creta. ¶ Alia item in Syria, vt idem Plin. lib. 5. docuit. ¶ Alia præterea, teste Herodoto, lib. 4, fuit in Thracia. Apollonia Syriæ, hodie *Bonandria*. Apollonia autem Epiri, hodie *Valona*. *La Valone*, ex qua in Italiā traiectus breuis. ¶ Apollonia item insula est Europæ. ¶ Item est insula in Ponto quæ Thynnias dicta est, vt ab ea quæ est in Ponto distingueretur.

Apolloniensis, adiectiuum { ἀπολλωνιάτης } Cic. pro Flacco, Apollonienses amantissimi Pop. Rom.

APOLLONIATICVS, lacus est super Dascyliticum, ad Doliones Asiæ populos, iuxta quem, super Rhyndaco, est ea quæ Apollonia vocatur. Strabo lib. 12.

APOLLONIDENSES, Asiæ populi. Cic. pro Flacco.

APOLLONIDES, Gemmarum sculptor. Plin. lib. 37. cap. 1.

APOLLONIVM, nij { ἀπολλώνιον } Libyæ est promontorium, iuxta Vticam, vt docet Strabo lib. 7.

APOLLONIVS Rhodius, dictus quòd in Rhodo agitaret, Alexandriæ autem natus, Callimachi discipulus, æqualis Eratosthenis grammatici, cuius etiā successor in præfectura bibliothecæ apud Ptolemæum Euergeten. scripsit Argonautica versu hexametro. author Suidas. ¶ Fuit item Apollonius Alexandrinus, cog. omento Dyscolus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipse grammaticus, filiumque erudiuit. Scripsit de compositione partium orationis, & alia complura in arte grammatica. ¶ Apollonius Aphrodiseus historicus scripsit res varias de Trallibus, de Orpheo, eiusque mysteriis. ¶ Apollonius Molo Rhodius, præceptor Ciceronis. Romæ docuit, quò legatus venerat de præmiis Rhodiorum, Dictatore Sylla. orator vnus in causis, scriptórque præstantissimus, & in adnotandis animaduertendísque vitiis, & instituendo docendóque præstantissimus, vt ait Cicero in Bruto. ¶ Apollonius item fuit Alabandensis (Alabanda autem oppidum est minoris Asiæ) dicendi magister: qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos quos iudicabat non posse oratores euadere, operam apud se perdere, dimittebátque quemque ad quancunque artem putabat esse aptum, vt scribit Cicero lib. 1. de Oratore. ¶ Ad hos, Apollonius quidam fuit Nysæus Panætij Stoici familiaris. Strabo Apollonius, præterea Erasistrati, vt scribit: quòd Erasistrati discipulus fuit, scripsit de vnguentis, vt est author Athenæus. apud Plinium tamen Apollodorus scribitur. ¶ Philostratus præter hos, duos ponit inter sophistas Apollonios, Naucratitam vnum: alterum Atheniensem, qui ambo M. Antonini principis tempore concurrentes, docuere Athenis. ¶ Apollonius item Tyaneus philosophus, cuius vitam Philostratus scripsit, & ante hunc Damis Apollonij ipsius peregrinationis comes.

Apologus, apologi, penult. corr. masc. gen. { ἀπόλογος } Latinè fabula dicitur, in qua inducuntur muta animalia loqui: cuiusmodi fabulæ Æsopi de cassita, apud Gellium lib. 2. cap. 29. Et apud Horatium,

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Respondit, &c. Cic. 2. de Orat. Et ad hoc genus ascribamus etiam narrationes apologorum. Quintil. lib. 5. cap. 11, circiter medium.

Apologum agere. Vide AGO.

Apologo, apologas, penult. corr. { ἀπολογέω } apologare, Conuitio notare. Sen. epist. 47. Ipse illum inuicem apologauit, & non iudicauit domo sua dignum. Gallicè *Brocarder*, Italicè *Mostegiare*.

Apologatio, apologationis { ἀπολόγησις } Quintil. lib. 5. cap. 11, Nostrorum quidam non sanè recepto in vsum nomine Apologationem vocant. De fabulis loquitur.

Apologia { ἀπολογία } Latinè dicitur Defensio vel excusatio, purgatio & oratio qua se quis defendit, siue illud apud iudicem fit, siue non.

Apologismus { ἀπολογισμός } Idem quod Apologia. Cic. ad Att. lib. 16.

Apomeli { ἀπόμελι } Potus cōfectus ex macerata aqua fauis, medium inter mulsum & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus est vsus circa Peloponnesum. Galen. lib. 8. Method.

APONVS, penult. corr. { ἄπονος } vicus ad Euganeos colles in Italia prope Patauium, vbi & aquæ calidæ variis morbis aptæ Claudiani elegiaco carmine laudatę, & à Theodorico Gotthorum rege mœnibus cinctæ, teste Cassiodoro.

Apopemptici { ἀποπεμπτικοί } Hymni sunt, qui peregrinationem dei, alicuius complectuntur, vt apud Bacchylidem. Hymnorum multiplices variásque species vide apud Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 5.

Apophasis, huius apophasis, penult. corr. f. g. { ἀπόφασις, ἀπὸ τοῦ ἀπόφημι } Latinè dicitur negatio. Figura, de qua sic Quintil. lib. 9. cap. 2, Quædam verò genera huius figuræ nullam cum tropis habent societatem: vt illa statim prima, quæ dicitur à negando, quam nonnulli vocant ἀπόφασιν. huius autem figuræ ipse hoc ponit exemplum, Non agam tecum iure summo: non dicam quòd forsitan obtinerem.

¶ Apophasis, ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι, Est Annotatio bonorum & commentarius, & recensio, indéxque eorum quæ reperta sunt. Iurisconsulti *Inuentarium* vocant & *repertorium*: quod ἀπογραφὴ propriè dicitur. Budæus.

¶ Apophasis, sententia, dictum, responsio. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. de appellat.

Apophlegmatismi { ἀποφλεγματισμοί } Vocantur remedia quæ in ore retenta vel manducata, aut linguæ subdita, noxios quosque humores ex capite detrahunt. Horum confectionem vide apud Galen. lib. 2. De compos. medic.

Apophoreta, apophoretorum, penult. prod. neut. gen. { ἀποφόρητα } Erant munera Saturnalitia, & propriè illa quæ pro xeniis remittebantur. Sueton. in Vespasiano cap. 19, Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & Calend. Martij fœminis. Turnebus verò hoc nomine significari existimat munera quæ conuiuis dantur, vt ea domum referant, vnde & Apophoreta sunt appellata. Hoc ex Martiale probat, vbi ait,

Præmia conuiuæ det sua quisque suo. Hic enim versus Apophoreta explicat. Sed luculentissimè omnium D. Ambrosius in exhortatione ad virgines ita scribens, Qui ad conuiuium magnum inuitantur, apophoreta secum reportare consueuerunt. Ego ad Bononiense inuitatus conuiuium, vbi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratiæ reseruaui.

Apophthegma, apophthegmatis, n. g. { ἀπόφθεγμα } Apophthegmata (inquit Erasmus) sunt dicta acuta quædam, & breuia, non cuiuslibet quidem, sed Oratorum, Ducum, Legatorum, Imperatorum, ac, vt semel dicam, illustrium virorum. Cic. 1. Offic. cap. de Temperantia, Multáque multorum facetè dicta, vt ea quæ à sene Catone collecta sunt, quæ vocant ἀποφθέγματα.

Apophyades { ἀποφυάδες } Latinè Appendices vocari possunt, quæ scilicet rei alicui agnascuntur. Vnde & Aristoteles vocat ἀποφυάδας, Intestinorum appendices, quæ & ἐκφυάδας dicuntur.

Apoplexia, apoplexiæ, penult. corr. { ἀποπληξία } Alij stuporem corporis & mentis, alij subitam perculsionem interpretantur. Genus est morbi, de quo sic Cels. lib. 3. cap. 26, Attonitos quoque rarò videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem cap. proximè sequenti, At resolutio neruorum frequens vbique morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres authores illud apoplexian, hoc paralysin nominauerunt: nunc vtrunque paralysin appellari video.

Apoplectici { ἀποπληκτικοί } Sunt, quorum videlicet & corpus & mens stupet ictu fulminis aut morbo. Cels. lib. 3. cap. 26 vocat Attonitos. Iulius Firmic. lib. 3. cap. 5, Sed mortem nihilominus decernit biothanatam, aut repentinam, sicut apoplectici interire consueuerunt.

Apopompæi dæmones, Vide in Alexicaci dæmones.

Aporon { ἄπορον } Controuersiæ genus inexplicabile: cuius exemplum proponitur à Gellio lib. 9. cap. 15.

Aporia, æ { ἀπορία } Indigentia, vel dubitatio, & consilij inopia.

Aporrhogas { ἀπορρῶγας } Græci vocant defluxus quosdam aerios, qui ad terram labentes stellarum casus imitantur.

Aposiopesis, huius aposiopesis, fœminini gener. penultima producta, { ἀποσιώπησις } Figura est. Quintilianus lib. 9. cap. 2, Aposiopesis, quam Cicero Reticentiam, Celsus Obticentiam, nonnulli Interruptionem appellant: est figura sententiæ, qua sententia inchoata sic interrumpitur, vt eius tamen intermissa pars intelligatur. Virg. Æneid. 1,

Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. Cic. pro Milone, Au huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatus, mentionē facere ausus esset viuo Milone, ne dicam Consule? De nostrûm enim omnium, non audeo totum dicere.

Apostasia, apostasiæ { ἀποστασία } Latinè Defectio, cùm quis à suo duce, à sua religione, aut à suo vitæ instituto deficit, & aliud ingreditur.

Apostasium { ἀποστάσιον } Edictum vocabatur apud Athenienses, quo cautum erat vt contumax ingratúsque libertus sub mancipio esse & seruire cogeretur, quoniam liber esse nescisset. Alexan. ab Alexan. lib. 3. cap. 20.

Apostata, apostatæ, masc. g. penult. corr. { ἀποστάτης } Qui abscedit ab eo quod tuendum susceperit, id est, transfuga & defector. Vnde apostatas dicunt dogmatis Euangelici proditores. Budæus.

Apostato, apostatas, penultima correpta { ἀποστατέω } Rebello, absisto, & oppugno quod antea defendebam. Cyprian. ad Corn. Eos qui velut apostatauerunt, & ad seculum, cui renuntiauerunt reuersi, gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam perniciala arma suscipiunt.

Apostema, penultima producta, apostematis, neutri generis { ἀπόστημα } Latinè suppuratio: quæ fit ex concursu mali humoris in aliquam partem corporis. Plinius libro 20. capite 33, Caro eius interior fine semine, clauis pedum, & suppurationibus, quæ Græci vocant apostemata Celsus lib. 2. cap. 1, Abscessus corporis, quæ apostemata Græci nominant.

¶ Apostema propriè spatium significat.

Apostolus, apostoli, penultima correpta { ἀπόστολος } Latinè sonat missus aut legatus, à verbo Græco ἀποστέλλω, quod est Cum mandatis emitto. ¶ Apostoli item dicuntur libelli, siue literæ dimissoriæ, quæ ab eo à quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, testandæ appellationis caussa dantur. L. dimissoriæ. D. de verbor. signif. & l. 1. D. de libel. dimiss.

Apostrophe, apostrophes, pen. corr. f.g. (ἀποστροφή) Latinè Conuersio. Figura est quum sermo à recto & instituto ordine in diuersum ac contrarium vertitur. Virg. 2. Georg.
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar. Idem 2. Æneid.
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Troiáque nunc stares, Priamique arx alta maneres. Ex Rufiniano. Quintilian. lib. 4, Sermo à persona iudicis auersus, qui ἀποστροφὴ dicitur.

Apostrophia Venus (ἀποστροφία ἀφροδίτη) quam nos Vertibilem Venerem dicere possumus, tertia est, quæ ab Harmonia Cadmi vxore constituta fuit. Hæc eadem homines à sceleribus & impiis operibus, & desideriis parum æquis, malisque cogitationibus auertere putabatur: vnde & illi nomen inditum, quod in Bœot. scribit Pausan.

Apostrophus, apostrophi, pen. corr. masc. g. (ἀπόστροφος) Latinè Auersio. Et est circuli pars dextera, sed ad summam literam consonantem apposita, cui vocalis subtracta est, & fit ita '. Hac nota decesse ostendimus parti orationis vltimam vocalem, cuius consonans remanet: vt, Tanton' me crimine dignum? pro, Tantóne. Sic, Ain', vidén', pro Aisne, vidésn, & similia. Ex Diomede lib. 2.

Apotelesma (ἀποτέλεσμα) Effectus horoscopi, hoc est, Quicquid cælum ex astrorum compositione & aspectu mutuo affectum, in natali hora cuiusque efficit. ¶ Hinc Apotelesmatici post Homeri ætatem dicti sunt, qui nunc Mathematici & Chaldæi vocantur, quorum curiositas nihil reliquit quod planetarum non subiiceret potestati, vt in primum lib. Iliad. annotauit Eustathius. ¶ Dicuntur etiam Apotelesmata, mathematicorum seu astrologorum responsa. Latini Prædictiones, vel iudicia vocant. Firmicus lib. 1. cap. 1, Nobis fidem suam astrologia, responsionum apotelesmatúmque diuinis ac manifestissimis authoritatibus comprobauit.

Apotheca, apothecæ, pen. prod. f.g. (ἀποθήκη) Latinè Repositorium: sed apud Latinos priuatim pro Cella vinaria poni solet. Plin. lib. 23. cap. 1, Vinum si sit fumo inueteratum, insalubérrimum est, mangones ista in apothecis excogitauere. Sic idem sæpe alibi. Videtur tamen à Cella differre: vt sit Apotheca maius quoddam repositorium: Cella verò minus, ad vsum scilicet quotidianum. Colum. lib. 1. cap. 8, Pars autem fructuaria, diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariáq;, & apothecas, & horrea. Cic. in Vatinium, Quum omnium domos, apothecas, nauésque furacissimè scrutarere.

Apotheosis, huius apotheosis, pen. prod. f.g. (ἀποθέωσις) Latinè (Seruio interprete) Relatio inter deos, siue in diuorum catalogum, quæ quibus ceremoniis apud Rom. fieri consueuerit, eleganter scribit Herodianus in principio lib. 4, τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας. Vulgò vocant *Canonizationem sanctorum*.

Apotropæi dæmones, Vide in Alexicaci dæmones.

Apoxyomenos (ἀποξυόμενος) pen. corr. Distringens. ἀποξύομαι enim, Distringor significat Latiné. Signum fuit, Lysippi opus, de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

A P P

Apparatus, Vide Apparo, apparas.

Appareo, appares, pen. prod. apparui, apparitum, pen. corr. (φαίνομαι) apparere, Videri. Virgil. 1. Æneidos,
Apparent rari nantes in gurgite vasto. Vbi Seruius, Aliud (inquit) est parére, & aliud apparére. Parére enim est obedire: vt, Paret amor dictis. Apparere autem, Videri: vt 1. Georg.
Apparet liquido sublimis in aere nisus. Et hæc obseruatio diligenter custodiri debet: licet eam authores metri causa, vel clausulæ plerunque corrumpant. Cic. pro Flacco, Siqua vspiam nauicula prædonum apparuisset.
¶ Apparere, Manifestum & euidens esse. Plin. in præfat. lib. 11, Quo apparuit summam artis securitatem authori placuisse. Terentius Adelph. 5. 9,
Docui, monui, bene præcepi semper quæ potui omnia.
D. Res apparet. Dictum per ironiam.
Opera apparet. Plaut. Pseud. 3, Pro pretio, facio vt opera appareat.
Promissa apparent. Terent. Eunuch. 2. 3, Fac sis nunc promissa appareant.
Eminere & apparere: cui contrarium Occultare, opprimere & abscondere. Cic. pro Rosc. Amer. Est quiddam quod occultatur: quod quò studiosius ab ipsis opprimitur & absconditur, eò magis eminet & apparet.
Apparet & Obscurum est, contraria. Cic. ad Rufum, lib. 5. 19, Quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est.
Apparet apertè. Lucret. lib. 2.
Vt apparet. Cic. pro Flacco, Siue hoc Romæ confictum est, vt apparet: siue missum domo est, vt dicitur.
Quum appareat. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 7, Quid sentiam nihil attinet dicere, quum appareat ipse quid fecerim.
Apparent data esse vt ad &c. Cic. 3. de Fin. Membra nobis ita data sunt, vt ad quandam rationem viuendi data esse appareant.
Apparet atque extat vtrum simus earum rerum rudes, an didicerimus. Cic. 1. de Orat.
Ne vestigium quidem eloquentiæ apparet in eo. Cic. de Orat.
Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum. Cic. 3. Philipp.
¶ Apparet, cum præpositione EX, aut sine ea. Cic. 5. Verr. Ex quo facilè apparet, quæ merces Decumani, quæ Prætoris præda esse videatur. Plin. lib. 12. cap. 21. Myrobalanum commune est, nascens vnguento: vt ipso nomine apparet.
¶ Apparet, cum oratione infinitiui modi. Terentius Eunucho, 4. 4, Apparet seruum hunc esse domini pauperis. Hic autem accusatiuus sic verti potest in nominatiuum, Hic apparet esse seruus domini pauperis.
¶ Apparet ad. Varro libro 1. cap. 40, Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Figuratè, pro eo quod est, Apparet agricolis.
¶ Apparere, Adesse, præsto esse: dicitur de ministris qui magistratibus semper in conspectu sunt, vt de lictoribus, accensis, &c. Cic. pro Cluent. Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæstioni video, volunt?
Apparere alicui, vt est quod Sueton. de clar. Gramm. dicit Apparituram facere. Liuius 2. ab Vrbe, Quatuor & viginti lictores apparere consulibus. Valerius lib. 1. cap. 1, Proximo lictori, vt sibi appareret, imperauit.
Apparere ad locum. Virg. 12. Æneidos,
Hæ Iouis ad solium, sæuíque ad limina regis
Apparent. Id est, Præstò sunt ad obsequium. Vnde etiam Apparitores constat esse nominatos. Seruius.
Apparere domi. Plautus Capt. 7, At ego mox apparebo domi. Id est, Adero.
¶ Apparere, pro Comparere. Terent. Eunucho, 4. 2, Ille autem bonus vir nusquam apparet.
Apparere in aliquo loco. Cicero pro Sylla, An verò in quibus subselliis hæc ornamenta ac lumina Reipub. viderem, in his me apparere nollem?
Apparet, penè in eadem significatione, etiam de re inanimata dictum legitur. Plaut. Amphit. 8,
-hic patera nulla in cistula est. AM. quid ego audio?
S. Id quod verum est. AM. at cum cruciatu, nisi apparet, tuo. Hoc est, Nisi extat patera. Deinde respondet Alcmena, Hæc quidem apparet. Quasi dicat, En adest ipsa.
¶ Apparere, aduentum repentinum videtur interdum significare. Cic. in epist. Quum equites Antonij apparuissent.
Apparere in eius nomine etiam dicitur liber, cui dedicatus publicatur. Cic. in Paradox. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum iam his contractioribus noctibus, quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. Iam enim & libros de Finibus bonorum & malorum, & Quæstiones Tusculanas Cicero dicauerat Bruto.

Apparitio (φαντασία) verbale, Visio, visum aliquod.
¶ Apparitio pro præstatione officij, seu præsentia ad obsequêdum: cuiusmodi solet esse apparitorum erga magistratus. Cic. ad Thermû, lib. 13. & Vlp. in l. 23. D. quod met. causs.

Apparitor, penul. corr. verbale (ὑπηρέτης, λειτουργός, ῥαβδοῦχος) Minister magistratus: vt, Lictor, Viator, Accensus, &c. Cic. 5. Verr. Apparitores à Prætore assignatos habuisse Decumanos. Idem 2. Philip. Quis vnquam apparitor tam humilis, tam abiectus?
Apparitor regis. Liuius 1. ab Vrbe, Fit fuga, regis apparitorum atque comitum.
Apparitoris autem nomine omnes intelliguntur qui magistratui apparere solent, eiúsque imperio præsto esse: veluti Scribæ, Accensi, Interpretes, Lictores, Viatores, Præcones. De Scribis quidem, Cic. Verr. 5, Tu ex pecunia publica HS tredecies scribam tuum permisisti tuo quum abstulisse fateare, reliquam tibi vllam defensionem putas esse? Paulo pòst, In eadem ciuitate apparitori tuo esse concessum, vt HS vno nomine tredecies auferret? De Interpretibus, testis est epistola ad Therm. lib. 13. epist. 55, Quum multa mihi grata sunt, quæ tu adductus mea commendatione fecisti: tum in primis, quòd M. Marcilium amici atque interpretis mei filium liberalissimè tractauisti. In fine, Ego quum ante studiosè commêdabam Marcilium, tum multo nunc studiosius, quòd in longa apparitione singularem & propè incredibilem patris Marcilij fidem cognoui. De Lictoribus autem, ad Q. frat. lib. 1. epist. 1, Sit lictor non suæ sed tuæ lenitatis apparitor: maioráque præferant fasces illi ac secures dignitatis insignia, quàm potestatis. Et apud Gell. lib. 2. cap. 2, ex libro Quadrigarij, Quod postea quàm lictor is qui apparebat, citò intellexit, Maximum Proconsulem descendere iussit.

Apparitura, apparituræ, pen. prod. (ὑπηρεσία) Actus ipse alicui apparendi, nomen sic formatum vt Scriptura. Vnde, Apparituram facere dicitur qui est apparitor. Sueton. de claris Grammat. Orbilius apparituram magistratibus fecit.

Apparo, apparas, pen. corr. (παρασκευάζω, παρασκευάζομαι, κατασκευάζω) apparáre. Valla lib. 5, Præparare & Apparare ita differunt: quòd Præparare, est Antè parare sibi quæ vtilia sunt, aut fore credit: Apparare, ad dignitatem quandam, ac verius pompam. Ideóque oratores præparant, quibus obtinere causam possint. Cic. 3. Offic. Erat opiparè à Pythio apparatum conuiuium.
Apparare aggerem. Cæsar 7. bel. Gall.
Bellû. Cic pro lege Man. Pôpeius extrema hyeme bellû apparauit.
Cœnam. Terent. Heaut. 1. 1.
Conuiuium. Terent. Adelph. Et Cic. 6. Verr. Ornare & apparare conuiuium.
Crimina apparare in aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 7.
Crimina insonti. Seneca in Hippol. 6.
Fabricam. Plaut. Pœn. 16. Nunc hoc consilium capio: & hanc fabricam apparo, Id est hanc fallaciam paro. Quasi magno cum molimine & apparatu.
Fugam. Hirtius de bello Alexandrino.
Iter. Cic. pro Mil. Qui illud iter ad cædem faciendam apparasset.
Ludos. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 24, Ludos apparat magnificentissimos: sic inquam, vt nemo sumptuosiores.
Nuptias. Terent. And. 4. 1.
Prandium. Plaut. Menæch. 4.
¶ Apparare, pro Parare. Plaut. Epid. 8, Nunc iterum vt fallatur pater, tibíque auxilium apparetur. Sic Apparare præsidium apud eundem in Rudente, 17.
Apparatus sum, vt videtis. Plaut. Merc. 22.
¶ Apparare, cum infinitiuo. Plaut. Asin. 9, Vah delenire apparas. pro Paras.
¶ Apparare animum, pro Præparare. Vt in Rhetoricis ad Herennium, Per quod animus auditoris vel iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum.
¶ Apparátur, impersonale. Terent. Eunuch. 3. 5, Dum apparatur,

virgo in conclaui sedet. Id est, Dum fit eius rei apparatus. De balneo loquitur.

Apparatè {παρεσκευασμένως} aduerbium qualitatis, apparatius, apparatissimè. Cic. Att. lib. 13, Itaque & edit & bibit ἀδεῶς, & iucundè: opiparè, sanè, & apparatè.

Ludi magnificè apparatéque facti. Liu. 1. bel. Maced..

Apparatius, aduerbium, Lautius, sumptuosius, maiore apparatu. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 15, ad Erutium, Potes apparatius cœnare apud multos, nusquam hilarius, simplicius, incautius. Subaudi, quàm apud me.

Apparatus, participium {παρεσκευασμένος} siue nomen ex participio: Vnde Apparatior, & Apparatissimus. Cic. ad Marium, lib. 7, Ludi apparatissimi, sed non tui stomachi.

Apparatus homo. Cic. 1. de Legib. Atque ad illam causarum operam, ad quam ego nunquam nisi apparatus & meditatus accedo.

Instructa & apparata domus omnibus rebus. Cic. 1. de Inuent.

Apparata oratio, & apparata verba. Author Rhetor. ad Heren. lib. 1, Vt non apparata oratio esse videatur. Ibidem, Item vitiosum est, quod nimium apparatis verbis compositum est. Vtrobique loquitur de Exordio seu procemio vitioso.

Apparatus, huius apparatus, pen. prod. {παρασκευή} verbale. Cic. 3. de Orat. Illa quæ in apparatu, fori appellantur insignia.

Apparatus, & ornatus. Cicero in Vatinium, Sed omitto epulum, Pop. Rom. festum diem, argento, veste, omni apparatu ornatúque visendo.

Epularum apparatus à magnificentia recedens. Cic. in Bruto.

•Magnifici apparatus. Cic. 1. Offic. Vide MAGNVS.

Minorem apparatum habentia præcepta dicendi. Cicero de claris Oratoribus.

Nullo apparatu, purè & dilucidè dicere. Cic. 1. de Orat.

Apparatus Persicus. Vide PERSIA.

Apparatus belli. Cic. 4. Acad. De hoc autem Valla lib. 5, Apparatus (inquit) videtur interdum significare & apparatum ipsum, & præparationem: vt Apparatus belli, quasi præparatio.

Apparatus triumphi. Cic. Attico, lib. 6, Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi.

Apparatio, aliud verbale {παρασκευή} Idem quod Apparatus. Cic. 2. Offic. Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Idem 1. de Inuent. Propterea quòd ex his suspicio quædam apparationis, atque artificiosæ diligentiæ nascitur.

Appello, appellas {προσαγορεύω, καλῶ} appellare, ex Ad, & Pello, pellis, mutata coniugatione. Propriè significat Nominare, id est nomen imponere. Cic. pro Cecinna, Vtimur eodem iure in ædibus, quæ in lege non appellantur.

Nomen appellare. Cic. de Vniuersit. Cæterorum siderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur.

Appellare nutu & significatione. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Quidam homines, & iidem illi quos sæpe nutu significationéque appello.

¶Appellare, Dicere. Cic. in Lælio, Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem.

Appellare & existimare. Cic. in Lælio, Vnum te sapientem appellant, & existimant.

¶Appellare, Vocare. Plaut. Trinum. 13, Si appellasses, respondisset nomine.

Appellare nomine vel nominatim. Cic. 7. Verr. Appellabantur à multitudine mulieres nominatim. Cic. 4. Acad. Me autem nomine appellabat. Idem ad Pætum, lib. 9. 22, Placet Stoicis suo quanque rem nomine appellare.

Appellare nomine, aliter. Cic. pro Cecinna, Seruos non numero distinguunt, sed appellant vno familiæ nomine.

Appellare nomine, adhuc aliter. Cic. pro Cecinna, De liberis quisquis est, procuratoris nomine appelletur.

Nomen mortui viri cum lacrymis identidem appellare. Cicero 2. de Inuent.

¶Appellare authores. Plin. lib. 28. cap. 1, Fides tantùm authores appellet. Hoc est, Fides sit penes authores. Non enim hic fidem meam obstringo, sed ad authores relego lectorem.

¶Appellare solum. Plin. lib. 16. cap. 33. Hoc est, terram solicitare & mouere, vt fructum pariat.

¶Appellare, Alloqui, & verba cum aliquo facere. Plaut. Pœnulo, 16, Vin' vt appellem hunc Punicè? Id est, Punico sermone eum alloquar. Est autem eius qui verba prior facere incipit. Cic. 1. Phil. Te autem M. Antoni absentem appello. Ex Budæo.

¶Appellare, Familiariter respondere. Lucil. lib. 27, Quum mei me adeunt seruuli, non dominam ego appellem meam?

Appellare & interpellare. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 12, Tu verò vt me & appelles & interpelles, & obloquare & colloquare velim.

Appellare blandè. Plaut. Casin. 5,

-blandè hæc mihi (mala res)

Appellanda est vxor mea, Mea amœnitas, quid tu agis? Cicero pro Cluentio, Appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest.

Comiter vnumquenque appellare. Cic. 13. Philipp.

Verbo grauiore. Cic. 5. Verr.

Asperius aliquem. Cic. contra Rullum.

Superbius aliquem. Cic. pro lege Manilia, 6.

Honorificentissimè aliquem. Cic. ad Cecinnam, lib. 6. 6.

Appellare de re aliqua, in eodem significatu. Plautus Aulul. 7, Est quod te volo de communi re appellare mea & tua. Quasi dicat, Tecum agere.

Appellare literis quempiam, Quasi alloqui per literas. Cic. Trebonio, lib. 15. 20, Quo tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato. Id est, Sæpe ad me scribito.

¶Appellare interdum est nomen alicuius efferre & prodere. Cic. 3. Verr. De quo iudicio si velim dicere omnia: multi appellandi, lædendíque sunt. Id est, Nominatim prodendi.

¶Appellare, pro Interpellare: vt, Tacitum aut legentem appellare. Horat. 1. Serm. sat. 3,

Simplicior siquis, (qualem me sæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas) vt fortè legentem,
Aut tacitum appellet: quouis sermone molestus, &c.

Cic. in Bruto, Videor enim iam te ausurus appellare, quoniam longo interuallo modò primùm animaduerti paulò te hilariorem. Lambin. Quidam impellat legunt in Horatio, sed mendosè.

¶Appellare aliquem, pro In iudicium vocare. vt, Appellare aliquē de aliqua causa. Cic. 1. Offic. Cauendum est etiam ne iisdem de causis alij plectantur, alij ne appellentur quidem.

Virginem appellare de stupro. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Appellare aliquem in litibus æstimandis. Cicero pro Rabirio Posthumo.

¶Appellare, cum infinitiuo. Liu. 1. Dec. lib. 3, Virgini &c. manum iniecit, serua sua natam, seruámque appellans esse.

¶Appellare, creditoris est debitum flagitantis à debitore. Cic. pro Quintio, Biennio iam confecto ferè, appellas. Idem Attico, lib. 1. 5, Tullíola deliciæ nostræ tuum munusculum flagitat: & me vt sponsorem appellat.

Appellare de pecunia aliquem. Cic. 2. Philipp. Appellatus es de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas.

Appellare ad diem & horam. Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 2, Nec auarus exactor ad horam & diem appellat.

Appellari pecunia. Quintil. lib. 5. cap. 13, Eras hæres & pauper, & magna pecunia appellabaris creditoribus.

¶Appellare, Auxilij gratia quempiam implorare. Cic. pro Milone, Vos, vos appello fortissimi viri, qui multum pro Repub. sanguinem effudistis: vos in viri & in ciuis inuicti appello periculo Centuriones, vósque milites.

Appellare, & implorare. Cic. pro Quinctio, Quid agēdum est? qui deus appellandus est? cuius hominis fides imploranda est?

Implorare & appellare. Cic. 7. Verr. Vos etiam atque etiam imploro & appello sanctissimæ deæ.

Vultu aliquem appellare. Cic. pro Flacco, Me vultu appellat, meā quodammodo flens fidem implorat.

Vsurpare & appellare deum. Cic. de Vniuersit. Iouem atque Iunonem reliquos fratres inter se, agnatósque vsurpare atque appellare solemus.

Appellare deum, Testari deum. Cic ad Octauium. Nam per deûm immortalium fidem (nisi fortè frustra eos appello, quorum auris, atque animus à nobis abhorret) pérq; Fortunam populi Romani, &c.

¶Appellare aliquem victorem, Pronuntiare. Virg. 5. Æneidos,

Et primum ante omnes victorem appellat Acesten. Hoc est, Eum victorem pronuntiat.

Regem. Cic. ad Attic. lib. 5, Deiotarus filius qui rex ab Senatu appellatus est.

¶Appellare virginem vel matremfamiliâs, Est blāda oratione pudicitiam eius attentare. Vlp. l. Item apud Labeonem. D. de iniuriis.

¶Appellare literas suauiter, Id est, Literas neque putidius, neque obscurius, sed dulci sono exprimere, ita vt neque expressæ nimium, neque oppressæ sint. Cic. in Bruto, Fuit in Catulo sermo Latinus: quæ laus dicendi non mediocris, ab oratoribus plerisque neglecta est. Nam de sono vocis, & suauitate appellandarum literarum, quoniam filium cognouisti, noli expectare quid dicam. Idem de Catulis scribit Cic. lib. 1. de Offic. & 3. de Orat.

¶Appellare, Est à sententia inferioris iudicis ad superiorem prouocare: aut etiam extra iudicium implorare superiorem potestatem in iniuria, quæ fit nobis ab inferiore magistratu. Vlpianus, l. 1. D. de appellation. Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Semper autem coniungitur accusatiuus, idque vel sine præpositione, vel ea interueniente. Cic. pro Plancio, Appellaui populum: tribubus submisi me. Liu. 2. ab Vrbe, Ad Voleronem lictor missus est à Consulibus. Volero appellat Tribunos.

Appellare ad Tribunos. Cic. ad Att. lib. 13. Ad tribunos quòd appelles, valde probo. Aliquando additur eius persona à qua appellatum est. Cic. pro Quintio, Cuius procurator à Prætore ad Tribunos appellare ausus. Quintil. lib. 11. cap. 1, Modò & apud eos à quibus appellatum erit, si fortè ad eosdem remittentur, adducienda ratio.

A literis pridem sibi editis appellare. Macer in l. vltim. D. quando appelland.

A sententia appellare. Paulus in l. vltim. D. Quæ senten. sine appellat. rescin.

Ab executore sententiæ appellare non licet. sed ab eo qui malè sententiam iam interpretari dicitur, appellare licet. Macer l. 4. D. de appellation.

Aduersus aliquem appellare. Paulus l. 1. D. An per al. cau. appell. red. poss.

Alieno nomine appellare. Vlp. l. 1. §. Tutores. D. quando appellan.

Contra aduersarium appellare. Vlp. l. 3. D. de appellation.

Contra prolatam sententiam iniustam appellare. Modestinus in l. præses. D. de re iudicat.

Ex sententia aliqua appellare. Modestinus in l. Si expressum. D. de appellation.

Frustra appellare. Vlp. l. 1. §. siquis tutor. D. quando appellan.

In aliena causa ei, qui in iudicio expertus non est, appellare non liceat. Macer in l. 2. D. quando appellan.

Non iustè appellare. Papyrius in l. imperatores. D. de appellation.

Per procuratorem appellare. Macer l. 4. D. de appellation.

Procuratorio nomine appellare. Macer in l. 2. D. quando appellan.

Pro hac causa appellare. Macer in l. 1. in fine. D. quæ sentent. sine appellat. rescin.

Viua voce apud acta appellare. Macer l. 2. D. de appellation. & Martianus in l. A sententia. eod. tit.

¶Appellare pro applicare, apud vetustissimos. Afranius apud Nonium.

Appellatio,

Appellatio, verbale (προσηγορία) sæpius idem quod nomē significat. Plin. lib. 7. cap. 13, Quint. Metellus Macedonicus quū sex liberos relinqueret, vndecim nepotes reliquit: nurus verò generósque, & omnes qui se patris appellatione salutarent, vigintiseptem.

Appellationes nauium, & telorum vocabula. Gell. lib. 10. cap. 25.

Ignominiosa. Vide IGNOMINIA.

Appellatio probrosa. Gell. lib. 1. cap. 5, Maledictis appellationibúsque probrosis iactatus est.

Regum appellationes venales erant: seruorum omnium vicatim celebrabatur tota vrbe descriptio. Cic. pro Domo sua.

Appellatione eadem signare. Quintil. lib. 4. 1.

¶ Appellatio, apud antiquos pars erat orationis à nomine distincta. Quintil. lib. 1. cap. 7.

¶ Appellatio, itē est prouocatio à minore iudice ad maiorē. Plin. lib. 6. cap. 22, Nec nisi plurium sententia quenquam capite damnari: sic quoque appellationem esse ad populum.

Admittetur eius appellatio. Vlpian. in l. Si cuius. D. de appellation. recipiend.

Cognoscere de appellatione. l. vnic. D. de libel. dimissor.

Auxilium appellationis denegare. Scæuola in l. vltim. D. de appellation.

Exequi appellationem, Id est, Persequi. Scæuola in l. negotiorum. D. de appellation.

Explicare appellationem. Scæuola in l. negotiorum. D. de appellat.

Euanescit appellatio. Macer D. Si penden. appellat. Appellatore defuncto, siquidem sine hærede, cuiuscunque generis appellatio fuerit, euanescit.

Fiat ab ipso appellatio. Vlp. l. 1. §. Sed etsi. D. quando appellan.

Interponere appellationem. Scæuola in l. vlt. D. de appellation. & Vlp. in l. Quum ex causa. eod. tit.

Pendet appellatio, & Pendente appellatione. Papyrius in l. Imperatores. D. de appellation.

Peragere appellationem, Id est, Persequi. Macer D. si pēden. appellat. Quòd si appellatori heres extiterit: cogendus non est peragere appellationem.

Appellationis causam persequi. Paulus in l. penult. D. de appellat.

Appellationis merita probare. in l. penult. D. de appellation.

Pronuntiare de appellatione. Vlpian. D. nihil innoua. appellation. interpo.

Recipere appellationem alicuius. Macer l. 4. D. de appellat. recip.

Appellationis causas reddere. Scæuola in l. vlt. D. de appellation.

Necessitas appellationis remittitur, quum contra sacras constitutiones iudicatur. Macer in l. 1. D. quæ sentent. sine appellat. rescin.

Auxilio appellationis vti. Macer in l. Seruī. D. de appellation.

Appellatio Tribunorum. Cic. pro Quint. Videturne intercessisse appellatio Tribunorum, nō more, sed auxilij causa? Quo loco Turnebus, Appellantur Tribuni (inquit) more & instituto, & exemplo, quum eorum intercessio postulatur, siquid inique à Prætore, verbi gratia, decernatur: at quum auxilij causa appellantur, id verò non fit more in causis: quia qui id facit, de causa sua cognosci non vult. Qui autē auxilij causa Tribunos appellabat in litibus, is se æquo iudicio certare nō posse clamabat. Obiicit Vatinio Cicero quòd appellarit Tribunos, ne causam diceret. Asconius Antonium dicit appellasse Tribunos ne causam diceret, iurasséque ideò se eierare, quòd æquo iure vti non posset. Turnebus.

Appellatiuus, penul. prod. (προσηγορικός) adiectiuum est fictum à Grammaticis: vt quum dicunt Appellatiuum nomen. Priscian. lib. 2, Appellatiuum nomen naturaliter commune est multorum, quos eadem substantia, siue qualitas, vel quantitas generalis vel specialis iungit. Generalis: vt, Animal, corpus, virtus. Specialis: vt, Homo, lapis, grammaticus, albus, niger, magnus, breuis.

Appellator, pen. prod. appellatoris, pen. prod. verbale (ἐκκαλέσας) qui appellauit: Hoc est, qui ab aliquo iudice ad aliū prouocauit. Cic. 6. Verr. Quæstor Prætorem appellat. Et paulo pòst, Quo quidem die nihil ægrius factum est multo labore meo, quam vt manus ab illo appellatore abstinerentur.

Appellatorius, adiectiuum, Quod ad appellationem pertinet. vt, Libelli appellatorij, Vlp. l. 1. §. vlt. D. de appellat.

Tempora appellatoria. Tempora illa dicuntur intra quæ appellatio interponi potest. l. si cuius. D. de appell. recipiend.

Appellito, appellitas, pen. corr. (ὀνομάζω) Festus, Appellitauisse (inquit) pro Appellauisse.

Appello, appellis, appuli, pen. corr. appulsum (ὁρμίζω, προσορμίζομαι) appellere. Propriè dicitur quum ex pelago aut freto quis ad littus accesserit, ait Donatus. Est autem verbum actiui generis: & propriè dicimus, Nauis appulsa est, non autem appulit: sed, Homo aut ventus nauem appulit. Author Laurentius in Pogium. Cic. 7. Verr. Postea quam paulum prouecta classis est, & Pachynnum quinto die denique appulsa est. Ibidem. Appellitur nauis Syracusas.

Appellere nauem aut classem ad locum aliquē. Cic. 3. de Nat. deor. Qui quum ad Peloponnesum classem appulisset.

¶ Appellere, interdum videtur absolutè poni. Liu. 8. ab Vrbe, Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam classe appulisse constat. Quintil. lib. 7. cap. 4, Pater eius à transmarina peregrinatione, quum ad littus idem appulisset: lecto nomine suspendit se. In priore potest subaudiri SE accusatiuus: in posteriore verò NAVEM aut SE. Sed vtcunque est, honesta est huiusmodi loquutio.

Appellit se homo. Terentius Andr. 4. 6, Haud auspicatò huc me appuli. Verba sunt Critonis, qui naui Athenas venerat.

Appellere aliquem alicui loco. Virg. 3 Æneidos,

Hinc me digressum vestris deus appulit oris. Pro ad vestras oras.

Ad scopulos, dictum per metaphorā. Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo, Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sexti Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres.

¶ Ad aliquem. Cic. 1. de Diuinat. Visus est in somnis pastor ad me appellere. Subaudi, Gregem.

¶ Appellere, Applicare, admouere. Cæs. 1. bel. Ciu. Contra hæc Pompeius naues magnas onerarias, quas in portu Brundusino deprehenderat adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat: easq; multis tormentis, & omni genere telorum cōpletas, ad opera Cæsaris appellebat: vt rates perrumperet, atque opera disturbaret.

Ad aquam animalia, Id est, potum agere. Varro de Re rust. libro 2. cap. 5, Æstate ad aquam appellendum bis, hyeme semel: Id est, appellendæ sunt. Sic enim ferè Varro loquitur. Est autem illud de vaccis dictum.

¶ Appellere animum ad aliquid. Terent. in prol. And. Animum ad scribendum appulit. Hoc est, Adhibuit, adiunxit, applicuit: quod est se ad scribendum contulit.

Ad vxorem animum appulit. Terent. in And.

Mentem ad philosophiam. Cic. 2. de Orat. Timidè tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad philosophiam appulisti.

Aliquem ad aliquem vel aliquid. Plaut. Rud. 23, Ad ignotum arbitrum me appellis. Videtur antique dictum pro Cogis, cōpellis, adducis. Idem Asin. 12, Argenti viginti minæ, me ad mortem appulerunt. Quasi dicat, penè ad mortem vsque me compulerunt.

Appulsus participium (προσορμισθείς) vt, Appulsæ aquæ. Cic. 7. Verr. Vt eos qui essent appulsi nauigiis interficere possent.

Appulsus, huius appulsus (προσόρμισις) verbale, est Accessus qui fit nauigio. Liu. 7. bel. Pun. Vt Attalum, quem classe Eubœam petiturum audierat, portubus ab littorum appulsu arceret. Id est, vt prohiberet eum, ne ad portus aut littora classem appelleret.

¶ Appulsus Solis, per metaphorā pro Solis accessu, cui opponitur Abscessus Solis. Cic. 1. de Nat. deor. Atque terræ maximas regiones inhabitabiles incultásque videmus: quòd pars earū appulsu Solis exarserit, pars obriguerit niue, pruinàq;, longinquo Solis abscessu. Sic appulsus caloris & frigoris.

Appendo, appendis, appendi, appensum (ἀρτάω, ἐπικρεμάννυμι, ταλαντεύω) appendere. Verbum actiui generis, Suspendere. Plin. Atque vuas iam maturas ad Solem appendere. Valla lib. 5, Appendere, est tum suspendere (vt notum est) vt appendi vuas: tum ad lancem, statérámve ponderare.

Appendo aurum vel pecuniam (ἀπαριθμέω, ἵστημι.) Cic. 6. Verr. Aurificem iussit vocari in foro, ad sellam Corduba: & ei palam appendit aurum. Idem 2. Philippica, Vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Annumerare & appendere. Cic. pro Rosc. Amer. Tibi optima fide sua omnia concessit, annumerauit, appendit.

Appendere mutuò, pro Dare mutuò. Plin. lib. 9. cap. 55, Sex millia numero murænarum mutuo appendit.

¶ Appendere per metaphoram translatum ad incorporea. Cic. de opt. genere Oratorum, in proœmio orationum Æschinis ac Demosthenis, quas ipse transtulit. Nō enim verba me annumerare lectori putaui oportere, sed tanquam appendere. Ex Valla, lib. 5.

Appensus, participium (ἀπηρτημένος) Suspensus. Cic. 5. Tuscul. In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit.

Appensum aurum. Liu. 5. ab Vrbe.

Appendix, appendicis, penult. prod. f. g. (προσθήκη, παράρτημα) propriè ædificium quod alteri adiungitur, & quasi appēditur: cuiusmodi formam ante ædium tabernas, aut officinas videmus. Festus, Ampendices dicebantur ab antiquis, quòd circumpenderent: quas nunc appendices appellamus.

¶ Appendix per metaphoram dicitur, quod alij est adiunctum, quasi ex alio pendeat. Cicero in Hortensio, Vidit enim, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus: nihilque esse in eo magnum. Hæc Nonius. Budæus, Appendix dicitur quicquid ita accedit rei, vt pars eius sit, aut rei hæreat, vt vua in vite. Varro primo de Re rustica, cap. 16, Relinquitur altera pars, quæ extra fundum est: cuius appendices vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem.

Appendix, dictum in acie militari. Liu. 1. bel. Pun. In ripa elephantos ante quadraginta disposuit. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vacceorúmque centum millia fuere. Appendices dixit, quasi milites additos ad iustum aliorum numerum.

¶ Appendix, Spina. Plin. lib. 24. cap. 13, Spina est appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Plura apud eundem.

Appendicula, penult. corr. diminutiuum (παραρτημάτιον) Cic. pro Rabirio Posthum. Est enim hæc causa, quò ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ, atque damnatæ.

Appeto, appetis, penultima correpta, appetiui, & appetij, per syncopam, appetitum, penultima producta (ἐφίεμαι, ὀρέγομαι) appetere, Vehementer aliquid cupere, desiderare. Stat. 1. Thebaidos,

-& immeritæ gremium incestare parentis Appetiit.

Cupidè appetere agros alienos. Cic. pro Rosc. Amer.

Nihil sibi appetit præcipuè Pompeius. Cic. contra Rullum.

Appetere, & deposcere: cui Recusare contrarium est, vel abnuere. Cic. 3. Philip. Id non modò non recusem, sed appetam etiam atque deposcam. Seneca in Thyeste, 5, Nec abnuendum, si dat imperium Deus: Nec appetendum.

¶ Appetere & Declinare, vel Refugere, contraria. Cic. 3. de Natura deor. Appetuntur autem quæ secundum naturam sunt, declinantur contraria: & omne animal appetit quædam, à quibusdam refugit.

¶ Appetere alicui, & Reseruare, veluti opposita. Cicero 6. Verr. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli Populo Romano appetiuit, quàm humanitas Syracusanis reseruauit. Appetiuit, hoc est, Acquisiuit.

Appetere amicitiam. Cæsar 1. bel. Gall.

Bona. Cic. 4. Tusc. Quoniámque vt bona, natura appetimus: sic & à malis, natura declinamus.

Inimicitias. Cic. pro Mil. Ego inimicitias potĕtum pro te appetiui.

Laudem. Cic. 6. Verr. Non alienam mihi laudem appeto. Sic Appetere gloriam, apud eundem.

Mortem. Cic. de Senect.

Regnum. Cæs. 7. bel. Gall. Et eam ob causam, quòd regnum appetebat, ab ciuitate erat interfectus. Cic. pro Domo sua. & de Senect.

Voluptatem. Cic. 1. de Finibus, Omne animal, simul atque natum est, voluptatem appetit.

Appetere ad. Cic. 2. de Legibus, Quid sit quod ad ius pontificium, ciuile appetatis, quæro.

Appetere sibi aliquid de. Cic. 3. de Orat. Quantum illi ipsi oratores de præclarissimis artibus appetiuerint.

Appetere quidpiam in aliqua. Martial. lib. 1,
Adeóne pulchra est? imò fœdius nil est:
Quid ergo in illa appetitur?

¶ Appetere, pro Desiderare. Hirtius de bello Alexandrino, Neque se tutò discessurum arbitraretur: si conditiones quas reiecerat, rursus appeteret.

Appetere per auaritiam. Cic. pro Rosc. Comœd. Et Roscium quicquam per auaritiam appetisse.

Europam appetere conatur. Hoc est, Peruenire in Europam. Cic. ad Brutum, epist. 2. 1.

¶ Appetere, Ad alterius perniciem interdú refertur, quod vsitatius dicitur Petere, inuadere, aggredi: vt, Appetere vitā hominis: id est, Conari eum perdere, seu interficere. Cæs. 2. bel. Ciu. Humerum apertum gladio appetit. Liu. 7. ab Vrbe, Sed quotiescunque certamen initum est, leuans se, alis os oculósque hostis, rostro & vnguibus appetit.

Appetere ferro, aut lapidibus, aut re alia. Cicero pro Domo sua, A quibus ille se lapidibus appetitum, & percussum esse dicit?

Vita, ferro, atque insidiis appetita. Cic. pro Rosc. Amer.

Ignominiis omnibus appetitus. Cic. pro Quintio.

Appetit me amor. Plaut. Cistel. 5.

¶ Appetere dextram osculis, Osculari. Plin. lib. 11. cap. 45, Inest & aliis partibus quædam religio, sicut dextra osculis auersa appetitur, in fide porrigitur.

Appetere aliquid manibus, Est conari aliquid manibus apprehendere. Cic. 2. de Diuinat. Puer Iuppiter cum Iunone in gremio Fortunæ sedens, mammam appetens, &c.

Appetere genas vngue. Ouid. 3. de Arte,
Nec dominæ teneras appetet vngue genas.

Oculos. Tibullus lib. 1. eleg. 6.

¶ Appetere, relatum ad tempus, pro Appropinquare, instare, aduentare. Liuius 5. bel. Pun. Comitiorum consularium iam appetebat tempus.

Nox appetit. Liu. 5. ab Vrbe. Tacit. lib. 18.

Appetit meridies. Plaut. Mostel. 8.

Appetebant fata Veiorum. Liu. 5. ab Vrbe.

Propinqua partitudo cui appetit. Plaut. Aulul. 4.

Mare terram appetens. Cic. 2. de Nat. deor.

Appetebat iudicij dies. Plin. Iun. lib. 5. epist. 1.

¶ Appeti, passiuum. Cic. de Senect. Salutari, appeti, decedi.

Appetens, participium {[illegible]} vt, Appetente luce. Tacit. lib. 4, Appetente iam luce trusere ad summa castelli.

Appetens, pen. cor. {[illegible]} nomen ex participio, vnde Appetentior, & appetentissimus, Alicuius rei auidum significat. Salust. in Catil. Alieni appetens, sui profusus.

Edendi appetens. Gell. lib. 16. cap. 3.

Appetentes gloriæ. Cic. pro lege Manilia.

Non cupidus, neque appetens homo. Cic. contra Rullum.

¶ Appetentissimus. Cic. 2. Tuscul. Sumus enim natura studiosissimi, appetentissimíque honestatis.

Homo tui appetentissimus, Id est, Cupientissimus. Plin. epist.

Homo hominum appetens. Cic. 2. de Finib.

Appetentia, appetentiæ {[illegible]} nomen formatum ab Appetens, Idem quod appetitus: sed appetitus frequentius est: & in quibusdam videntur habere vsum diuersum. Nam cibi appetentiam potius dixeris quàm appetitum. Cic. 4. Tusc. Vt ægritudo quasi morsum aliquē doloris efficiat: metus recessum quendam animi & fugam: lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam efficit.

Artium liberalium appetentia. Plin. lib 23. cap. 19.

Appetentia ciborum inuitatur vino. Plin. lib. 23. cap. 1.

Appetētiam ciborum præstat hæc herba, vel facit. Plin. lib. 20. cap. 17. Idem, Cibi appetentiam faciunt lactucæ.

Appetitio {[illegible]} verbale, Conatus quidam aliquid apprehendendi. Cic. 1. de Diuinat. de Cyro, Nam quum dormienti ei Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, quum se conuoluens Sol elaberetur & abiret. Ei magos dixisse, ex triplici appetitione Solis xxx. annos Cyrum regnaturum esse portendi. Hoc est, ex triplici conatu apprehendendi Solem.

¶ Appetitio, pro Appetitu vel Appetētia {[illegible]} Cic. 4. Acad. Nā aliter appetitio (eam enim esse volumus [illegible]) qua ad agēdum impellimur, & id appetimus quod est visum, moueri non potest.

Appetitio principatus. Cic. 1. Offic. Hinc veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus.

Alieni. Cic. 3. Offic.

Animi. Cic. in Topic. Atque etiam est causarum dissimilitudo: quòd aliæ sunt, vt sine vlla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant.

Appetitio, & Declinatio, contraria. Cicero 3. de Natura deorum, Nullum potest esse animal, in quo non & appetitio sit, & declinatio naturalis.

¶ Appetitio, dictú de ciborum appetentia. Gell. lib. 16. cap. 3, Quòd quum antehac semper edundi fuerit appetens, nunc post imperatam inediam tridui, omnis eius appetitio pristina elanguerit.

Appetitus, huius appetitus, pen. prod. verbale, Est immensa & immoderata cupiditas. Sic Valla. Cic. lib. 3. Offic. Duplex est animorum vis atque naturæ. Vna pars in appetitu posita est, quæ est [illegible] Græcè: quæ hominē huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum, fugiendúmque. Ita fit, vt ratio præsit: appetitus obtemperet. Et paulo pòst, Efficiendú autem est vt appetitus rationi obediant: eámque neque præcurrant propter temeritatē, nec propter pigritiam aut ignauiam deserant: sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. In singulari numero appetitum dixit, pro illa parte animi, quæ rationi opposita est, & vulgo *Sensualitas* appellatur. In plurali verò appetitus vocatur animi affectus siue etiam affectiones: quæ non satis Latinè passiones dicuntur.

Contrahere & sedare appetitus. Cic. 1. Offic.

Animi appetitus reguntur, remittuntur, cōtinentur. Cic. 2. de Nat. deor. Addidit rationem qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur.

Voluptatis appetitus. Cic. 1. Offic.

Appetones, ab appetendo dicti. Laberius Virgine, Alienum appetonibus viæ perdiææ diuerticulas. Antiquum. Nonius.

APPIA via {[illegible]} est à Roma in Campaniam, & ad mare vsque Brundusium, quam Appius Claudius consul lapidibus strauit, vt author est Cic. in oratione pro Milone. Appia, pro Via Appij. Horat. 1. Serm. sat. 5, Minus est grauis Appia tardis. Et in Epodis, ode 4, Et Appiam mannis terit. ¶ Fuit etiam aqua Romæ quæ appellatur Appia, quòd ab eodem App. Claudio in vrbem esset introducta. Meminit Cic. in orat. pro Cælio.

Appias patronymicum fœm. vnde Appiades deæ. Ouid. lib. 3. de Arte,
Has Venus è templis multo radiantibus auro,
Læta videt lites, Appiadésque deæ. Et rursum de Remed. lib. 2,
Turpe vir & mulier, iuncti modò, protinus hostes:
Non istas lites Appias ipsa probat. Appiades deæ sunt (vt Grāmatici putant) Pallas, Pax, Concordia, Vesta, Venus, quarum templa prope forum Cæsaris erecta sunt. Sic autē appellatæ ab aqua Appia, quæ in idem forum deducta esset. Turnebo verò non videtur satis esse causæ in aquæductu, vt tot vicinorum templorum numina inde nomen mutuentur. Sed nec Venus in Appiadibus numeranda videtur, quum ab iis disertè à poeta separetur. Dein subiungit, Ego putem, quum eo in loco saliret aqua Appia, ac sub Veneris templo eius lacus ac saliens esset, vel musarum, vel nympharum potius, quæ in aquæductibus solent ore & mammis aquam euomere, vel aliarum certè dearum, quarum nomina nescimus, signis, aquæductū illic ornatum fuisse. Quum autem Venus præsit fœderibus amorum, Appiades autem illæ deæ sub templo Veneris positæ essent, eas quoque velut Veneris contubernales & eiusdem templi consortes, amorū fœderibus ceu feciales præesse voluisse Ouidium, nec talia iurgia litésque probare dixisse. Illud autem ita se habere vt dixi, apparet è versibus Ouidij,
Subdita, quà Veneris facto de marmore templo
Appias expressis aera pulsat aquis. Hic locus fidē facit sub templo Veneris fuisse aquæ Appiæ salientem: illúdque Appij monumentum, vt credibile est, dearum signis, & (vt reor) nympharum, ornatū erat, quæ Appiades deæ sunt. Hæc Turnebus. Huc allusit Cicero in epistola ad Appium Pulchrum, quum dixit, Non solùm Pallada sed etiam Appiada nominabo.

Appiana mala {[illegible]} ab Appio sic cognominata. Plin. lib. 15. cap. 14, vbi de malorum generibus, Ergo (inquit) habent originem à Matio. Cestióque & Manlio, item Claudio. Quibus cotoneo insito ab Appio è Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, magnitudo quæ Claudianis, color rubeus.

APPIANVS Alexandrinus {[illegible]} xxii. libros historiæ Romanæ composuit: quorum nouem tantùm ad nos peruenere. Vixit autem Adriani principis temporibus, vt ipse author est in Syriaco.

Appiani Censoris meminit Horat. lib. 1. Serm. sat. 6.

Appianum, ni, neut. gen. Est pigmenti, siue coloris genus, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 7.

Appingo, appingis {[illegible]} appingere. Cic. Attico, lib. 2, Epistolam superiorem restitue nobis: & appinge aliquid noui. Hoc est, Adde, adscribe.

APPION {[illegible]} fuit grammaticus celebris, Plistonici filius, cui nomen Mochrus, genere Ægyptius: qui (vt Seruius scribit) sub C. Cæsare tota circunlatus est Græcia. Hunc Tiberius Cæsar per contemptum Cymbalum mundi appellabat, quoniam publicæ famæ tympanum potius videri posset. Immortalitate à se donari scripsit, ad quos aliquid componebat. De hoc etiam Iosephus scribit, quòd esset malus & indoctus, totiúsque vitæ temporibus importunus calumniator omniū, cor asini habens. Floruit temporibus Dionysij Halicarnassei & Iosephi.

Appion, Græcus scriptor, qui [illegible] est appellatus, facili atque alacri facundia fuit, vt est author Gell. lib. 5. cap. 14. Is res gestas Alexandri Macedonis scripsit.

APPIVS, prænomen est gentis Claudiæ introductum ab Actio Clauso. Nam quum is Regillo Sabinorū oppido à seditiosis hominibus pulsus, Romam magna cliētum manu profectus esset, Appius Claudius est appellatus. quod prænomen apud eius posteros deinceps mansit: de quibus vide in dictione Claudia.

Appietas, pen. corr. appietatis. fœ. gen. Cic. Appio Pulchro lib. 3. epist. 7, Illud idem Pausania dicebat te dixisse, Quid ni? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obuiam, Cicero Appio noluit. Quæso, etiámne tu has ineptias, homo (mea sententia) summa prudentia, &c. Vllam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis existimas? Quum consequutus nondū eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Paulo pòst, Tu si aliter existimas, nihil errabis: si paulò diligentius (vt quid sit [illegible], quid sit nobilitas intelligas) Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Videtur Cicero his nominibus intelligere vel nominum celebritatem, vel familiarum nobilitatem.

Applaudo,

Applaudo, applaudis, applausi, applausum {ἐπικροτῶ} applaudere, Est manuum vel pedum plausu fauorem ostendere. Plaut. Pseud. 23,
 -si vultis applaudere,
 Atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum
 Vos vocabo.
 Applaudere alicui. Cic. pro Sextio, Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuium maximè applaudatur? Impersonale est. Antiqui per o in secunda scribebant, Applodo, sicut & Plodo, quod nunc Plaudo scribimus.

Applausor, verbale {ἐπικροτητής} Qui applaudit. Plin. Iunior, in Panegyr. Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator & applausor.

Applausus, participium {ἐπικροτηθείς} Vt, Applausum corpus. Ouid. 4. Metamorphoseos,
 Ille cauis velox applauso corpore palmis
 Desilit in latices. Hoc est, Percusso. Sil. lib. 16, de Caphaso equo,
 Camphasus ipse asper, nec qui ceruicis amaret
 Applausæ blandos sonitus, &c.

Applausus, huius applausus {ἐπικρότησις} Cic. 2. de Diuinat. Ennius qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c. Legitur & plausu.

Applico, applicas, pen. corr. applicaui, applicatum {προσάγω, προσαρμόζω, προσκλίνω} Cic. Acad. Ad hanc pot (issimum philosophiam me applicaui. In Bruto, Meque ad Molonem applicaui. Pro Cluentio, Oppianicus se ad Scaleni familiaritatem applicauit. Aliquando etiam applicui, applicitum. Cic. 2. Philipp. Si ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam nauim applicuisset. Ouid. 4. Fast.
 Osculáque applicuit posito suprema feretro.
 Interdum de nauigatione dictum, idem quod appellere significat. Virgil. 1. Æneid. -quæ vis immanibus applicat oris? Subauditur TE accusat. Vbi Seruius dicit aut per d, aut per duplex p indifferenter scribi posse.
 Applicare naues ad terram. Cæs. 3. bel. Ciuil.
 Naues terræ. Liu. 8. bel. Pun.
 Classem in locum aliquem. Liu. 7. bel. Maced.
 Aures vocibus. Horat. 3. Carm. ode 11.
 Votis. Horat. in Epod.
 Votis puerorum amicas applicet aures.
 ¶ Applicare, absolutè positum. Iustinus lib. 2, Igitur quum Hercules ad litus Amazonum applicuisset. Hirt. de bello Hispaniensi, Item quarto de nauigatione confecta, insequuntur: qui imperati à Carteia profecti sine aqua fuissent, ad terram applicant. In his potest accusatiuus SE vel NAVES subaudiri: vt in verbo Appellere diximus.
 ¶ Applicare {προσάγειν, πλησιάζειν} pro Admouere, cum datiuo. Liu. 2. bel. Maced. Cornelius eidem flumini castra applicuit. Id est, Prope flumen posuit.
 Catulos applicare stomacho ac pectori. Plin. lib. 30. cap. 7.
 Arma corporibus. Liu. 3. ab Vrbe.
 Ad flammam se applicuerunt. Cic. 5. Tuscul.
 Applicare se ad arborem. Cæs. 6. bel. Gal. His sunt arbores pro cubilibus: ad eas se applicat: atque ita paulum modò reclinatæ, quietem capiunt. De alce fera loquitur.
 Applicare scalas. Subaudi muris, vel ad muros. Liu. 6. bel. Pun.
 ¶ Se ad aliquem. Cic. in Læl. Deinde vt requirant atque appetant eiusdem generis animantes, ad quas se applicent. Id est, adiungant. Terent. Andr. 5. 4, -tum ille egens forte applicat
 Primùm ad Chrysidis patrem se. Id est, Ex naufragio ad illum se recipit.
 Aliquó. Cic. 3. Tusculanarum,
 Quid petam præsidij, aut exequar? quóve nunc auxilio aut fuga
 Freta sim? arce & vrbe orba sum: quò accedam? quò applicem? Quasi dicat, Quò me vertam? quò confugiam auxilij gratia?
 Seruum applicare rei communi, Id est, Præficere. Pompon. in l. si id quod D. fam. ercisc. Dolus quem seruus hæredis admisit in iudicium familiæ erciscundæ non venit, nisi domini culpa in hoc erat quòd non idoneum seruum rei communi applicuerit.
 ¶ Applicare se, & propius admouere, siue adiungere ad aliquid. Cic. in Lælio, Facta significatione probitatis: quam qui appetiuerint, applicant sese & propius admouent. Sub. ad eam. Ibidem, Siqua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adiungat.
 Se ad amicitiam fidémque populi Rom. applicuit. Cic. 4. Verr.
 Applicare se ad ductum alterius. Cic. ad Appium.
 Se ad familiaritatem alicuius. Cic. pro Cluentio, Qui se ad hominis egentis, &c. familiaritatem applicauit.
 ¶ Applicare, ad aliquem vsum quidpiam accommodare. Columel. lib. 11. cap. 2. Sarmenta quoque atque arbustorum ramos è segetibus, aut rubos nunc egerere, & ad sepem applicare oportet. Cic. 2. de Finibus, Vt ad honestatem applicetur.
 Sic & cum datiuo. Columel. lib. 3. cap. 10, Qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur.
 Se ad aliquod studium, Quod etiam appellere dicitur. Cic. 1. Offic. Itaque se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant.
 Se ad conuiuia. Cato apud Gellium, Si quis in ea re studebat, aut sese ad conuiuia applicabat: grassator vocabatur.
 Se ad doctorem. Cic. in Bruto, Méque ad eundem, quem Romæ audiueram, Molonem applicaui. Paulo antè dixerat, Eodem anno etiam Moloni Rhodio dedimus operam.
 Animum ad frugem. Plaut. Trin. 5. 3.
 Animum ægrotum ad deteriorem partem. Terent. Andr. 1. 2.
 Applicuit sibi ea animus. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 11, Post hæc habebimus coniunctione ac sanguine, vsuque & consuetudine longa, chara, vt liberos, coniuges, cæteráque quæ vsque eò animus sibi applicuit, vt ab illis quàm à vita diuelli grauius existimet.
 Oscula applicare. Ouid. 4. Fast.
 Remos vadis. Ouid. lib. 3. Trist. eleg. 9.

 ¶ Applicare annum. Martial. lib. 6,
 Vix vnum puer applicabat annum. Id est, Vix ad vnum annum accedebat.

Applicatus, participium, pen. prod. {προσαρμοσθείς} Cæs. 3. bel. Ciuil. Applicatisque nostris ad terram nau. bus. Plin. lib. 30. cap. 5, Stomachi dolorem sedant applicati sæpius.
 Applicatæ aures. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 7, Si est oculis nigris, naribus non angustis, applicatis auribus. Quasi dicat, breuibus, non oblongis & pendentibus. De equo dictum.
 Fistulæ per quas aqua ducitur applicatæ ædibus. Pompon. in l. si fistulæ. D. de seruit. vrb. præd.
 Applicatum ferrum. Colum. lib. 4. cap. 24, Pressius enim si abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur.
 ¶ Applicatus, & Occupatus. Cic. 4. de Fin. Quid enim dicis, Omne animal simulatque sit ortum, applicatú esse ad se diligendum, esséque in se conseruando occupatum.

Applicitus, participium, pen. corr. {προσαρμοσθείς} Sil. lib. 15,
 Proximus applicito saxosis aggere syluis Tendebat. Plin. Iunior lib. 2. epist. 17, ad Gallum, Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum. Id est, Iunctum.

Applicatio, applicationis, f. gen. {πρόσκλισις} Verbale, Ipse applicandi actus. Cic. in Læl. Quapropter à natura mihi videtur potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione animi magis cum quodam sensu amandi, quam cogitatione quantum illa res vtilitatis esset habitura.
 Applicationis ius fuisse videtur, vt qui peregrinus sese in ciuis alicuius Romani quasi patroni fidem & clientelam ita dedisset, si is intestato mortuus esset, eius hæreditatem patronus obtineret. Cic. lib. 1. de Orat. Quid quod item in Centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium venisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatóque esset mortuus, nónne in ea caussa ius applicationis, obscurú sanè & ignotum, patefactum in iudicio, atque illustratum est à patrono? Hotom.

Applodo, applodis, applosi, applosum, pen. prod. {ἐπικροτῶ} applodere, Collidere. Spartianus, Allatum ouum applosum ad terram fregit. Vide APPLAVDO.

Apploro, apploras, pen. prod. {ἐπικλαίω} applorare, Ex Ad, & Ploro: Deponere apud aliquem suos fletus. Horat. in Epod. ode 11,
 Contráque lucrum, nil valere candidum
 Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.
 ¶ Applorare, Aliquem vel iuxta aliquem deflere. Seneca 4. Natur. quæst. Quum iam applorauerís, metúsque atque obrutos tanta mole credideris, longè ab eo, in quem ceciderant, loco nauigant.

Appluda, appludæ, pen. prod. nomen antiquum, Genus est minutissimæ paleæ, s. umenti, siue panici: de qua Næuius, Nó hercle appluda est hodie, quàm tu, nequior. Sunt qui appludam sorbitionis liquidissimæ genus putent: quòd flatu dissic atur, & quasi applodatur. Hæc Festus. Gell. lib. 11. cap. 7, Legerat autem ille, appludam veteres rusticos frumenti surfurem dixisse. Plin. lib. 18. cap. 10, Milij & panici & sesamæ appludam vocant purgamenta, alibi aliis nominibus. Nonius, Appludas frumenti surfures dicunt rustici veteres.

Appluo, appluis, applui, aplutum, pen. prod. appluere {ἐπιβρέχω} Ex Ad, & Pluere: Idem quod pluere, vel iuxta pluere. Plin. lib. 9. cap. 16, Quippe & harundines quauis in palude prognatæ, non tamen sine imbre adolescunt: & aliàs vbicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur.

Applumbo, applumbas {προσμολυβδῶ} applumbare, Idem quod simplex Plumbare. Vlp. in l. 2. D. de sepul. viol. Idem quærit si statua neque applumbata fuerit neque affixa, an pars monumenti affecta sit, &c.

Appono, apponis, pen. prod. apposui, appositum, pen. corr. {παρατίθημι, προστίθημι, παρακατατίθημι} apponere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 5, Apposui medio membra leuanda toro. Propriè significat propè vel iuxta ponere.
 Apponere ante. Terent. And. 4. 4, -accipe à me hunc ocyus
 Atque ante nostram ianuam appone. De puero loquitur.
 Ad ignem. Plaut. Menæch. 8,
 Ire hercle melius est te intrò, atque accumbere,
 Dum ego hæc appono ad Vulcani violentiam. Metonymia, pro Ad ignem.
 Manum ad os. Cælius ad Cic. lib. 8. 1.
 Reticulum ad nares. Cic. 7. Verr.
 Apponere, cum datiuo. Liu. 4. bel. Maced. Non sustinuit impetum eorum statio, quæ portæ apposita erat.
 ¶ Apponere interdum pro simplici accipitur. Cic. 2. de Inuent. Gladium propè appositum è vagina eduxit.
 ¶ Apponere notam alicui rei. Cic. ad Valerium, lib. 13. epist. 6, Reliquis epistolis tantum faciam, vt notam apponam eam quæ mihi tecum conuenit.
 Notam ad aliquam rem. Cic. in Pisonem, Veruntamen quoniam te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poetam armis persequare: scire cupio quid tandem isto in versu reprehendas.
 ¶ Apponere machinam. Cic. 3. Verr. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis, machina apposita, nulla impensa deiectæ sunt. Id est, Admota, adhibita, applicata.
 ¶ Apponere de suo. Plaut. Mil. 12, Ad tua præcepta: de meo nihil his nouum ipse apposui. Pro Addidi.
 ¶ Postulare gratiam apponi sibi. Terent. Andr. 2. 1,
 -neutiquam officium esse liberi puto,
 Quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
 ¶ Apponere aliquid lucro. Horat. lib. 1. Carm. ode 9.
 ¶ Apponere cibis aliquid, id est, Indere, immittere, imponere, addere. Plaut. Pseud. 13,
 Non ego item cœnam condio vt alij coqui. Et paulo pòst,
 Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus:
 Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.

O 5

¶ Apponere mensam. Plaut. Asin 15, Pueri, mensam apponite. Cic. Attico, lib. 14, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Sic cum aduerbio in loco. Plaut. Mostel 4, Cedò aquam manibus puer: appone hic mensulam.

Mensam alicui. Plautus Persa, 10, Mensa inanis si nunc apponatur mihi.

Aliquid epulandum mensis. Virgil. 4. Æneid.

Appositas mensas instruere. Ouid 8 Metamorph.

Alicui. Sub. cibos. Cic. 5. Tuscul. Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tantum quod satis esset nullo apparatu.

Pocula. Ouid. 5. Trist. eleg 4.

Ampliter. Plaut. Milit. 10, Sed iidem homines nunquam dicunt (quanquam appositum est ampliter) Iube illud demi, tolle hanc patinam.

In vasis. Cic. Attico, libro 6, Quid te in vasis fictilibus appositurum putem?

In epulis. Plin. lib. 8 cap. 51, Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Seruilius Rullus. Sic Apponere in cœnis apud eundem, lib. 36. cap..

In epulis, non modò vinum aut cibus apponi dicitur, sed etiam vasa, & alia supellex necessaria. Cic. 6. Verr. Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Ibidem, Cœnabat apud eum: argentum illi cæterum purum apposuerat. Id est, Vasa ex argento puro.

¶ Annos apponere, & Demere, contraria. Horat. 2. Carm. ode 5, -& illi, quos tibi dempserit, Apponet annos.

¶ Apponere modum vitiis. Cic. 4. Tuscul. Qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. Id est, Qui dicit vitia posse esse moderata: vt moderata iniustitia, moderata intemperantia.

¶ Apponere custodem alicui, pro Adhibere. Cic. 1. Verr. Custodem, inquit, Tullio me apponite.

Calumniatorem. Cic. 3. Verr. Dionem euocauit: calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent.

Sibi præuaricatorem. Cic. 2. Philip. Iam vereor P. C. ne, quod turpissimum est, præuaricatorem mihi apposuisse videar.

Apponere accusatorem alicui. Cic. 7. Verr. Apponitur his tamen accusator. Id est, Ex composito adhibetur.

Licitatorem. Cic. 3. Offic. Non licitatorem venditor, nec qui contrà se liceatur, emptor apponet.

Mancipem. Cic. 3. Verr. Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse.

Appositus, participium, penult. corr. {παρατεθείς} Cic. 1. de Diuinatione, Noctu lumine apposito experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Id est, Admoto, adhibito.

Appositus, cum datiuo. Plin. lib. 12. cap. 2. Nunc est clara in Lycia gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita.

Appositus ad. Plin. lib. 8. cap. 18, Auræ ad glaciem apposita.

Appositus erat ab isto Venuleius quidam qui emeret.

Appositus, adiectiuum nomen ex participio {ἐπιτήδειος} Aptus & accommodus ad aliquid: vt, Homo appositus. Cic. 7. Verr. Homo bene appositus ad istius audaciam.

¶ Appositior. Cic. 6. Verr. Vt multò appositior ad deferenda quàm ad auferenda signa esse videatur.

Appositus ager ad vitem. Varro 1. de Re rust. cap. 73, Nam vt alius est ad vitem appositus, alius ad frumentum: sic de cæteris, alius ad aliam rem.

Locus ad tolerādam calamitatem. Cic. Attico, lib. 3, Ab ipso loco minimè apposito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem.

Appositum tempus ad agendum. Cicero 3. Verr. Menses mihi tres quum eripuissetis, ad agendum maximè appositos.

¶ Appositus, Aptus cui aliquid fiat. Varro 2. de Re rust. cap. 7, Et quum est æger, ad medendum est appositus. Id est, Cui facilè remedium adhiberi possit. Nam gerundij verbum hic passiuè positum est.

¶ Appositus, cum datiuo. Quintilian. libro 4, Quo loco tamen iudicis natura noscenda est, iuri magis, an æquo sit appositus. Id est, Accommodatus.

¶ Appositum, absolutè dictum. Cic. lib. 2. ad Q. frat. 6, Sed habet profectò quoddam Sardinia appositum ad recordationem prætertæ memoriæ. Si legeris Q V I D D A M, quod absolutum est, alterum erit adiectiuum.

¶ Appositum, pro Reposito. Seneca de Benef. 4, vt multa etiam ex apposito & acquisito perdenda sint.

Appositus, huius appositus {παράθεσις} verbale. Plin. lib. 24. cap. 5, Abortus non exeuntes trahit apposita vel suffitu. Id est, si apponatur. Quod ipse alibi A D M O T V dicit.

Apposite, aduerbium qualitatis {ἐμμελῶς} Aptè, accommodatè, conuenienter. Cic. Attic. lib. 8. Cætera appositè tibi mandabo. Sic Plaut. Amphit 16.

Appositè ad. Cic. 1. de Inuent. dicere appositè ad persuasionem. Et paulo pòst, curare appositè ad sanandum.

Appositio, Verbale {παράθεσις} Cic. in Parad. Sed hæc videri possunt obscuriora, quum sine appositione exemplorum lentius disputantur. Pro eodem dicitur exemplorum positio.

Appositio, Figura constructionis apud recentiores Grammaticos, quam veteres epexegesin (id est, expositionem, siue interpretationem) vocabant. vt, Vrbs Roma: quasi tu dicas, Vrbs quæ est Roma, id est, Quæ Roma dicitur. Sic fluuius Tyberis, mensis Ianuarius, &c. At hic figura nulla est, quum ordinaria oratio sit, nec intersit vtrū speciale nomen generali præponatur. Ramus. Liu. 1. ab Vrbe, Super Numicum flumen. Idem, Prope Tyberim fluuium.

Appositum ac propinquum {παρακείμενον, γειτνιῶν} Cic. 2. de Inuent. Fidentiæ contrarium est diffidentia: & ea re vitium est. Audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. Quintil. lib. 8, ex appositis, quæ epitheta dicuntur.

Apporrigo, apporrigis, pen. corr. apporrexi, apporrectum {προτείνω} apporrigere, Iuxta porrigere. Ouid. 2. Metam.

Infantémque vident, apporrectúmque draconem.

Apporto, apportas {προσφέρω} apportare, ex Ad, & Porto, Idem quod afferre significat: & ei contrarium est, Asportare. Sæpius tamen pro Aduehere accipitur. Plaut. Sticho, 7, Magnásque apportauisse diuitias domum.

Apportare ad locum. Cic. 5. Verr. Qui instituerunt semper ad vltima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare.

Ab aliquo. Cic. 7. Verr. Quod signum, quæ tabula picta est, quæ non ab hostibus victis capta atque apportata sit?

De, vel ex aliquo loco. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 14, Genera cochlearum sunt plura: vt minutæ albulæ, quæ afferuntur è Reatino: & maximæ, quæ de Illyrico apportantur: & mediocres, quæ ex Aphrica afferuntur.

Vndique. Cic. 1. Offic. Multa vndique apportans. De mercatura loquitur.

Aliquid machina, aut alio instrumento. Cic. 3. Verr. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machina sua. Sic Apportare vehiculo, & similia, dicere poteris.

¶ Apportare, Nuntiare. Terent. And. 5 2, Quidnam apportas? Id est, Quid nuntias, quid affers noui?

Apportare bonum, & afferre gaudium. Plaut. Sticho, 5, Tantum à portu apporto bonum, tantum gaudium affero grande.

Rem nouam. Plaut. Mostel. 7.

Apportat aliquid noui tempus. Terent. Adelph. 5. 4.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui.

Nuntium. Terent. Heaut. 3. 1. -nuntium apporto tibi,
Cuius maximè te fieri participem cupis.

¶ Apportare, pro Afferre in alia significatione: vt, Apportare damnum. Terent. Heaut. 4 4.

Malum. Terent. And. 1. 1,
Hei vereor, nequid Andria apportet mali.

Morbos. Lucret. lib. 5,
-cur anni tempora morbos Apportant?

Apportare vitia dicitur senectus. Cic. de Senect.

Apposco, apposcis, appoposci {προσαιτέω} apposcere, ex Ad, & Posco. Insuper poscere. Terent. Heaut. 4. 7, Porro hæc, talenta dotis apposcent duo. Vide A D P O S C O.

Appositus, Vide A P P O N O.

Appotus, pen. prod. {ὑπέροινος} Ex Ad, & participio Potus dicitur, pro Valde potus: Id est, Qui multum potauit. Quòd si appotare lectum fuerit, dicemus ab eo factum Appotus. Plaut. Curcul. 7, Postquam cœnati atque appoti, talos poscit in manum. Idem Rud. 14, Si probè appotus siem. Scribitur & per d, Adpotus.

Apprehendo, apprehendis, apprehendi, apprehensum {ἐπιλαμβάνω} apprehendere, ex Ad, & Prendo siue prehendo, Quasi ad se prehendere: vt, Apprehendere manum alicuius, aut aliquem manu apprehendere. Cic. pro Quinctio, Ipsius Sexti Næuij lacrymans manum apprehendit.

Apprehendere manu aliquid. Plaut. Amphit.

Morsu. Plin. lib. 11. cap. 24.

¶ Apprehendere, per metaphoram. Cic pro Cluentio, Sed vt quidque ego apprehenderam, statim accusator extorquebat è manibus.

Regionem. Cic. Attico, lib. 10, Necesse est enim, aut (id quod maximè velim) pelli istum ab Hispania, aut trahi id bellum: aut istum (vt confidere videtur) apprehendere Hispanias.

¶ Apprehendere palmam. Plin. lib. 14. cap. 22.

¶ Apprehendere, nonnunquam ad mensuram refertur. Plin. lib. 20. cap. 15, Sistit & vomitionem, nauseásque ex vino, quantum apprehenderint tres digiti.

¶ Apprehendere, per contractionem legimus in versu. Stat. lib. 3. Sylu. 4, -& apprehensa traxisset fortius vrna. Sil. lib. 16,
-nisúsque apprehendere primos.

¶ Apprehendere aliquem, pro Capere. Vlpian. l. 3. ad leg. aquil. D. Sin autem (ait) quum posset apprehēdere, maluit occidere, magis est, vt iniuria fecisse videatur.

Apprimè, siue per d, Adprimè, pen. prod. {ἐν τοῖς πρώτοις} aduerbium intensiuum: Id est, Epitasin (quam intentionem dicimus) significans. Fit autem ab antiquo nomine Apprimus, teste Gellio lib. 7. cap. 7, qui dicit non satis commodè A D in hac dictione, sicut neque in Adpotus accentu acuto pronuntiari. Terent. in Andr. 1. 1,
-nam id arbitror
Apprimè in vita esse vtile, vt nequid nimis. Vbi Donatus, Adiectio (inquit) est confirmationis apprimè.

Apprimè doctus homo. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 2. Sic Apprimè nobilis, Apprimè probus, & similia apud Terent. Eunuch. 3. 5. Plaut. Cistel. 3. 6. & Rud 18.

Apprimè, cum superlatiuo. Cic. 3. de Finibus, Id apprimè rectissimè dicitur.

Apprimus {πρῶτος} adiectiuum, pen. prod. siue per d. Adprimus, Id est, Longè primus. L. Liuius in Odyssea, Ibi denique vir summus, adprimus Patroclus. Ex Gell. lib. 7. cap. 7. Virgil. 2. Georgic. -fios apprima tenax. Vbi Seruius, Apprima, id est Maximè. Et est nomen pro aduerbio, sicut, -& pede terram Crebra ferit, pro Crebrò.

Apprimo, apprimis, pen. corr. appressi, appressum {προσπιέζω} apprimere, ex Ad, & Premo. Plin. lib. 24. cap. 11, Sedare ventris dolores asseuerauit impositam, ita vt tunica cinctúque corpori apprimeretur. Id est, Ad corpus premeretur. Idem lib. 8. cap. 36, Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu quàm oua volucres. De visis dictum.

Apprimere carnem ad ossa. Plin. lib. 26. cap. 1.

Approbo, approbas, pen. corr. {δοκιμάζω, ἐπιδοκιμάζω, ἐγκρίνω} approbare, Idem quod simplex Probare, aut etiam vehementer probare. Approbamus autē propriè quæ placere aut rata habere ostendimus.

Ouidius

Ouidius 1. de Ponto, elegia 6,
An vereat ne non approbet illa Getes? Cic. 4. Acad. Nec tamen ego is sum, qui nihil vnquam falsi approbem.
Clamore approbare aliquid. Cic. pro Archia.
Approbare & laudare. Cic. pro Sextio, Cn. Pompeius approbata, laudatáque Cottæ sententia, dixit, &c.
Vna voce & consensu approbauit populus. Cic. in Pisonem.
Authoritate approbare aliquid. Cic. pro Rege Deiotaro.
Omnium assensu approbatum. Cic. 3. de Finib.
Approbatus ab omnibus. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Approbare & Improbare, veluti contraria. Cic. 4. Acad. Hoc negas te posse nec approbare nec improbare.
¶ Facere aliquid Musis approbantibus. Cic. ad Gallum, libro 7. 24. Et ad Lentulum, lib. 1. 9, Diis hominibúsque approbantibus.
Dij approbent. Cic. Attico, lib. 6, Id quidem dij approbent ita velim, téque ita cupere certè scio.
¶ Approbare, Est efficere vt probũ rectúmque iudicetur id quod quis facit aut dicit. Hoc tamen Cicero ferè probare dicit. Vt in Verrem, Non vereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem. Plin. in Præfat. 4. lib. Quum Tribunos appellaret L. Scipio Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc attestabatur vel inimico iudici se approbare posse.
¶ Approbari opus, siue probari dicitur, quũ ex lege, & pactione redemptionis factum esse iudicatur. Paulus in l. si in lege. 27. D. locati. Si in lege locationis hoc comprehensum est, vt arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur ac si viri boni arbitratu comprehensum esset. Vitruuius, Redemptor ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbauit: & ad sacóma pondus coronæ visus est præstitisse. Vnde Probatum siue Approbatum opus dicitur, quod magistri opificiorum euocati inspectum, retulerunt esse idoneum, & rectè factum.
¶ Approbare, Est etiam dicta nostra rationibus, aut alio modo cõfirmare: vt fieri solet in argumentatione. quod & Probare dicitur. Cicero 1. de Inuent. Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari.
Approbatio {δοκιμασία} Verbale. Catul. epigram. 42,
-amor sinistra vt ante,
Dextra sternuit approbatione. Cic. 2. Tuscul. Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio. Id est, Vt eloquentiam probent audientes.
Mouere approbationem, Id est, Excitare. Cic. 1. Offic. Sic hoc decorum quod elucet in vita, mouet approbationem eorum quibuscum viuitur.
¶ Approbatio apud oratores, Est pars argumentationis. Cic. 1. de Inuent. Approbatio est per quam id quod breuiter expositum est, rationibus affirmatum probabilius & apertius fit. Alio nomine dicitur Probatio.
Approbatio, aliter item acceptum. Cic. 4. Acad. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua sobrij. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. Id est, non tali mentis firmitate, certitudine, constantia.
Approbator, pen. prod. {δοκιμαστής} verbale. Cic. Attico, lib. 16, Quantuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ: approbator certè fuisti.
Subscriptores approbatorésque habere. Gell. lib. 5. cap. 21.
Approbus, siue per d. Adprobus, adiectiuum, pen. corr. {σφόδρα χρηστός} pro Valde probus, lectum est apud veteres. Cæcilius Triumpho, Herocles hospes est mihi, adolescens adprobus. Ex Gell. lib. 7. cap. 7.
Approbè, aduerbium qualitatis {σφόδρα χρηστῶς} pro Valde probè. Gell. lib. 7. cap. 7.
Appromitto, siue per d, Adpromitto, appromittis, appromisi, appromissum {ἐγγυάω} appromittere, Est quod quis promiserit, idem promittere: quasi alienum promissum similiter promittendo confirmare. Cic. Attico, lib. 5, De Oppio factum est vt volui: & maximè quod D C C C appromisisti: quæ quidem ego vtique vel versura facta solui volo. Idem pro Rosc. Amer. Quum id ita futurum T. Rosc. Capito, qui in x legatis erat, appromitteret, crediderat. Prius dixerat, Et omnia Chrysogonum quæ vellent, esse facturum pollicerentur.
Appromissor, Verbale {ἐγγυητής} Est qui quod suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit. Hæc Festus. Vlpianus Appromissorem vocat Fideiussorem. l. in omnibus. D. Solutio. In omnibus (inquit) speciebus liberationum etiam accessiones liberantur: puta adpromissores, hypothecæ, pignora. præterquam quòd inter creditorem & adpromissores confusione facta reus non liberatur.
Appronare in genua {ἐπὶ γόνατα} dictum est, pro eo quod est Ingeniculari, vt antiqui dicebant. Apuleius lib. 1, Planiore in ripæ marginæ implicitus, in genua appronat se, auidius affectans potionem. Videtur esse compositum ex Ad, & Pronus: vnde gemino p scribendum est. Est autem verbum non Latinum, sed Apuleianum.
Appropero, siue per d Adpropero, approperas, pen. corr. {ἐπισπεύδω} approperare, Idem quod Propero, aut valde propero, accelero. Terentius And. 3. 1, -postquam ante ostium Me audiuit stare, approperat. Cic. Attico, lib. 4. 72, Quare appropera & vale.
Approperare gradum. Plaut. Trinum. 14,
-stultitiam abde: gradum Appropera.
Mortem. Tacit. lib. 16, Intercisis venis mortem approperauit.
Approperare ad cogitatum facinus. Cic. pro Milone.
¶ Approperatum opus. Liu. 4. ab Vrb. Cœptúmque opus adeò approperatum est, vt Sole orto, &c.
Appropinquo, appropinquas, appropinquare {ἐγγίζω} Est aut loco, aut tempore propinquum fieri: quod & propinquare dicitur apud poetas. Sueton. in Nerone, cap. 49, Iámque equites appropinquabant. Cæs. 2. bel. Gal. Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant.
Venire & appropinquare. Cic. ad Q. frat. lib. 3. epist. 24, Sed eius rei maturitas nequedum venit, & tamen iam appropinquat.
Impendêre, instare, appropinquare. Cic. in Catil. Quibus ego confido impendêre fatum aliquod, aut instare iam planè, aut certè iam appropinquare.
¶ Appropinquare ad summam aquam. Cic. 4. de Fin. Quis ignorat si plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad respirandum, qui ad summam aquam appropinquent? Hirtius de bello Hispan. Ad quos celerius quàm ipsi opinati sunt, appropinquauit.
¶ Appropinquat tẽpus, vt Hyems, æstas, nox, &c. Cæs. 2. bel. Ciuil. Iámque hyems appropinquabat. Val. Max. lib. 4. cap. 7, de Damone & Pythia, Appropinquante definita die.
Appropinquare etiam res alia dicitur, cuius tẽpus appropinquat. Cic. Curioni, lib. 2. 5, Sed tamen quum appropinquare tuus aduentus putaretur.
Appropinquat iudicium. Cic. pro Cluentio. Id est, Dies iudicij.
Occasus vrbis appropinquat. Cic. in Catil.
Mors illi appropinquat. Cic. 5. de Finib.
¶ Appropinquare alicui honori, aut dignitati. Cæs. 5. bel. Gal. Erant in ea legione fortissimi viri Centuriones, qui iam primis ordinibus appropinquarent. Hoc est, quibus instabat tempus vt primos ordines ducerent in exercitu.
¶ Appropinquat vt videat. Cic. 3. de Fin. Nec catulus ille qui iam appropinquat vt videat, plus cernit quàm is qui modò est natus. Id est, Cui appropinquat cernendi tempus.
Appropinquatio, verbale {προσέγγισις} Cic. de Senect. Quarta restat causa, quæ maximè angere, atque sollicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis. Idem 5. de Finib. Et angantur appropinquatione mortis confecti homines senectute.
APPVLIA, & APPVLVS, Vide APVLIA.
Appulsus, Vide APPELLO, appellis.

A P R

Apricus, penult. prod. adiectiuum, {εὐήλιος, ἀλεεινός, εὐειλής} duobus modis dicitur: aliter enim apricum locum dicimus, aliter hominem, aut auem. Virgil. 5. Æneid. -& apricis statio gratissima mergis. Id est, Sole gaudentibus. Sanè apricus locus dicitur sole calens, quod est opaco & abdito contrarium: & apricos dicimus, locis apricis gaudentes. Virgil. 9. ecloga, Duceret apricis in collibus vua colorem. Pers. satyr. 5, -nostra vt Floralia possint Aprici meminisse senes. Hæc Seruius in lib. 5. Æneid. Est autem sciendum, apricum non dici nisi respectu frigoris. Nam in æstiuo calore nihil propriè apricum dicitur.
Apricus locus, A Sole apertus, à Græco vocabulo φρίκη appellamus, quasi ἄνευ φρίκης, id est, Sine horrore, videlicet frigoris. Vnde etiam putatur Aphrica appellari. Author Festus. Idem quoque sentit Seruius in 5. Æneid.
Apricus campus. Horat. in Arte poetica.
Colles. Virgil. eclog. 9. & Plin. lib. 35. cap. 4. & lib. 6. cap. 17.
Dies. Colum. lib. 9. 14.
Flatus. Colum. lib. 1. cap. 5, Ædificium ferè pestilens habetur, quod est remotum ac sinistrum soli, & apricis flatibus.
Apricos necte flores. Horat. 1. Carm. ode 26.
Littora. Martial. lib. 1.
Montium recessus. Plin. lib. 10. cap. 24.
Pratum. Horat. 1. Epist. 14.
Terræ. Virgil 6. Æneid.
¶ In apricum proferre. Horat. 1. Epist. 6,
Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas.
Spatiari in aprico. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
¶ Apricum & Opacum, veluti contraria. Cic. in Partit. In locis autem & illa naturalia: maritimi an remoti à mari, plani an montuosi, leues an asperi, salubres an pestilentes, opaci an aprici.
Apricior & Apricissimus {εὐηλιώτερος} Colum. lib. 11. cap. 3, Nonnulli hanc eadem locis apricioribus à Calendis Martiis deponunt. Idem lib. 9. cap. 14, Dum adhuc Autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatus domicilius.
Apricor, pen. prod. apricaris, apricatus sum {ἐν ἡλίῳ θέρομαι, ἡλιάζομαι} apricari, In aprico esse. Varro Mysteriis, Licet videre multos quotidie hyeme in Sole apricari. Ex Nonio. Cic. 5. Tusc. Alexandro roganti vt diceret siquid sibi opus esset, Nunc quidem paululum (inquit) à Sole absis. Offecerat videlicet apricanti. Colum. lib. 8. cap. 4.
Apricatio, verbale {εἵλησις} Cic. Attico, lib. 7, Sibi habeat suam fortunam. vnam me hercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo Sole malim, quàm omnia istiusmodi regna.
Apricatione calescere, vel igni, apud Ciceronem de Senectute, Quo in loco dicit Nonius Marcellus, Apricationem positum pro Apricitate.
¶ Ad apricationem egredi. Colum. lib. 8. cap. 8, Et recipiat ad apricationem egredientes columbas.
Apricitas, pen. cor. {ἡ εὐηλία} Est hybernus ille tepor in locis apricis. Colum. lib. 8. cap. 15, Quum apricitate diei gestiunt aues. Idem lib. 7. cap. 4, Si diei permittit apricitas.
Apricitatis inclytæ regio. Plin. lib. 6. cap. 16.
APRIES {Ἀπρίης} Psammis Ægypti regis filius, cui in regno successit. Hic ab Ægyptiis, qui à se ad Amasim defecerant, strangulatus est, & sepultus in paternis monumentis. Author Herodot. lib. 2.
Aprilis, huius Aprilis, masc. gen. penult. prod. ablatiuo per tertiam vocalem Aprili {ξανθικός, δαισιος} Mensis nomen. Sic autem dictus (teste Seruio) ab aperiendo, quasi terras tẽpore aperiens. Alij (vt Varro scribit) quia Veneri dicatus esset, quæ dicitur Aphrodite. Horat. 4. Carm. ode 11,
-idus tibi sunt agendæ,
Qui dies mensem Veneris marinæ
Findit Aprilem.
Aprilis, adiectiuè quoque accipitur: vt quum dicimus Calendis Aprilibus. Tametsi etiam pro mense nonnulli, sicut & cætera mensium nomina, adiectiuum esse volunt: vt subaudiatur absolutum mensis, si expressum non fuerit. Cic. ad Lentulum, libro 1. 9, Quinetiam

Marcellino & Philippo Consulibus Nonis Aprilibus mihi est Senatus assensus.

Aprinus, siue **Aprugnus**, Vide APER.

Apronia {ἄμπελος μέλαινα} Herba est, quam aliqui nigram bryoniam vocant, foliis hederæ, smilaceis proximis, sed maioribus: caules habet cognatos: capreolis suis arbores, quasi adminicula comprehendit: fructus racematim cohærent, qui inter principia virent, & post maturitatem nigrescunt: radix foris nigra, intus buxeo colore nitet. Dioscor. lib. 4. cap. 177. & Plin. lib. 23. cap. 1.

Aprosopitica præfectura {ἀπροσωπιτικὸς νομός} ad Ægyptum pertinẽs: in qua est Veneris ciuitas. Strab. lib. 17.

Aproxis, herba est, cuius radix è lõginquo cõcipit ignes, vt naphtha. Plin. lib. 24. cap. 17.

A P S

Apsis, apsidis, pen. corr. fœm. gen. {ἀψίς} (Gaza tamen lib. 3. Gramm. contendit scribendum ἁψὶς cum aspiratione) Curuatura rotæ, id est lignum supra rotas, tenens scalas, vel in quo figuntur radij, ligneus rotæ circulus. Homer. Iliad. 4, pro Foramine rotis seu plaga vsurpat.

Apsides, etiam dicuntur circuli in stellis, teste Plin. lib. 2. cap. 15, his verbis, Plurimis de causis hæc omnia accidũt, prima circulorum est, quos Græci apsidas in stellis vocant.

¶ Apsis, Fornicis curuatura, seu testudo & camera. Plin. Iunior, lib. 2. epistola 17. ad Gallum, Adnectitur angulo cubiculum in apsida curuatum.

Apsides argenteæ. Vlpian. in l. cum aurum. §. idem Pomponius. D. de aur. & arg. legat. Sed nec aurea emblemata, quæ in apsidibus argenteis essent. Apsides autem lances sunt rotũdæ, vt ait Turnebus, quæ & Parapsides etiam dicuntur.

APSORVS {Ἄψαρος} vrbs Ponti Cappadocij, Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Hodie *Arcaui*.

APSORVS {Ἄψορος} insula in mari Adriatico, adiacẽns Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine. Ptolem. lib. 1.

APSVS {Ἄψος} Fluuius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incũbit, non procul à Dyrrachio, de quo Strabo lib. 7. Lucan. lib. 5,

Tellus quam volucer Genusus, quam mollior Apsus
Circumeunt ripis.

Apsyctos {ἄψυκτος} Gemma est nigra, & ponderosa, rubentibus venis distincta: ita dicta, quasi Irrefrigerabilis. Nam semel igni excalfacta, septem diebus calorem seruat. Author Plin. lib. 36. cap. 10.

A P T

APTERA, pen. corr. Apterorum {Ἄπτερα} ciuitas est Lyciæ regionis, Stephano: & oppidum in Creta, à Syrenibus vocatum, quòd victæ ibi cantu à Musis, præ mœrore exutæ pennis in mare desiluissent, ἄπτεροι enim dicitur implumis Latinè.

Aptè, & **Apto**, aptas. Vide pòst APTVS.

Aptotum, aptoti, pen. prod. {ἄπτωτον} Sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: vt Frugi, nihili, nequam, fas, nefas. Author Donatus in secunda editione. Hæc alio nomine dicuntur indeclinabilia.

APTVCHI {Ἀπτούχι} Fanum in Cyrenaica regione, Ptolemæo libro 4. cap. 4.

Aptus, apta, aptum {ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος, συνηρμοσμένος} participium ab antiquo verbo Apiscor. Vnde est adiectiuum nomen Aptus, aptior, aptissimus. Cic. in Lælio, Catonem induxi senem disputantem: quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur. Id est, Accommodatior, & conuenientior: siue, vt dici solet, *magis propria*. Idem de Senect. Aptissima omnino sunt, Scipio & Læli, arma senectutis, artes, exercitationésque virtutum. Allusit ad arma militum, quæ apta dicuntur, quum benè connexa & cohærentia sunt. Vide Apta arma.

Apta compositio membrorum. Cic. 1. Offic.

Aptus alicui rei. Plin. lib. 12. cap. 7, Lycium aptissimum medicinæ quod est spumosum.

Commodis aptus. Cic. ad Appium, lib. 3. 10, Quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius, &c.

Apta inter se, & cohærentia. Cic. 3. de Nat. deor. A Balbo animaduertisti (credo) quàm multa dicta sint, quámque etiam si minus vera, tamen apta inter se & cohærentia.

Apta inter se, & conuenientia. Cic. 1. Offic. Sic in vita omnia sint apta inter se & conuenientia.

Aptus ad aliquid. Cic. 1. Offic. Ad quas igitur res aptissimi erimus, ad eas potissimum elaborabimus.

Natus atque aptus ad Verris flagitiosas libidines Timarchides. Cic. 4. Verr.

Congruens & apta ad animos permouendos actio. Cicero in Partition.

Apta verba ad Latinorum consuetudinem. Cic. de Opt. gen. Orat. Conuerti ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias, Æschinis, Demosthenísque: nec conuerti vt interpres, sed vt orator, verbis ad nostram consuetudinem aptis.

Aptum & conueniens ad res secundas. Cic. de amicitia. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Aptæ ad stabilitatem commissuræ, & ad actus finiendos accommodatæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Apta & accommodata naturæ. Cic. 4. de Finib.

Aptum consentaneúmque tempori & personæ. Cicero in Bruto. Et 1. Acad.

Ad multas res mihi minus aptus. Cicero ad Appium Pulchrum, lib. 3. 6.

Habiles & apti calcei Sicyonij ad pedem. Cic. 1. de Orat.

Aptior auribus imperiorum Palicanus. Cic. de Claris Orat.

Aptus in aliquid. Liuius 8. bel. Maced. Et erant deprehensi genere pugnæ, in quod minimè apti sunt.

¶ Aptus cum infinitiuo passiuo. Ouid. 1. de Arte. Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.

Aptus huc. Celsus lib. 5. cap. 19, Rubrum quoque emplastrum, quod ethcũum vocatur, huc aptum est.

Aptum esse, & decere. Cic. 3. de Orat. Nunc quid aptum sit, hoc est quid maximè deceat in oratione, videamus.

Curationi aptus æger. Cels. lib. 2. cap. 12.

Moribus meis apta hæc ætas. Ouid. 13. de Arte amandi.

Animi ad percipiendum apti. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Anni lusibus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 3.

Aquæ remigio. Ouid. 2. de Arte.

Cibus stomacho: cui contrarium est, Alienus. Cels. lib. 2. cap. 10.

Color pallidus amanti. Ouid. 1. de Arte.

Dies quartus aptissimus esse consueuit in pluribus ad initium cibi. Id est, Plures ægri die quarto rectè comedere incipiunt. Cels. lib. 3. cap. 4.

Ingenium aptius flammis. Id est, Amoribus. Ouid. 14. Metam.

Locus aptus equis. Horat. 1. epist. 7.

Aptæ instructæque remigio naues. Vide NAVIS.

Palus remis. Horat. in Arte poetica.

Oculis puella. Ouid. 1. de Arte.

Quærenda est oculis apta puella tuis.

Somno papauer. Cels. lib. 2. cap. 32.

Tempus precibus. Ouid. 2. de Ponto.

¶ Vber aptius, pro Aptiore vbertate. Virgil. 2. Georg.

-pecorique & vitibus almis Aptius vber erit.

Verba ioco. Ouid. 21. epist.

Potui aptissimum est vinum frigidum. Cels. lib. 4. cap. 5.

Vmbra pastoribus apta. Ouid. 1. Metam.

¶ Aptum, Necessarium. Nonio. Cic. de Republ. lib. 4, Eadémque obiectum viuo, atque vmbram noctémque efficiat, quum ad numerum dierum aptum ad laborum quietem.

¶ Aptum, Coniunctum. Virgil. 4. Æneidos,

Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Vbi Seruius, Satis peritè loquitur. Nam aptum coniunctum dicit, ἀπὸ τοῦ ἅπτω, non autem stellis insignitum. Axis enim non habet stellas, qui est medius inter Septentriones. Idem Seruius in 6. Æneid. hoc ipsum pro Vicino interpretatur. Idipsum quoque est quod Nonius Marcellus Aptum, id est Connexum & colligatum exponit. Budæus autem consertum, coagmentatum, & compactum. Lucret. lib. 3,

-coniugióque Corporis atque animæ consistimus vniter apti.

Aptum ex aliqua re. Cic. de Fato, Quòd si concedatur nihil posse euenire nisi causa antecedente: quid proficiatur si ea causa non ex æternis causis apta ducatur?

Aptus ex sese is dicitur qui nullius ope indiget, sed qui omnia apud se habet. Cic. in Parad. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quíque in se vno sua ponit omnia.

Apta illi omnia ex sese. Cic. 5. Tuscul. Nam cui viro ex seipso apta sunt omnia, quæ ad beatè viuendum ferunt.

Apta & Dissoluta, contraria. Cicero 1. Offic. Nec verò histrionibus, oratoribúsque concedendum est, vt his hæc apta sint nobis dissoluta.

Apta dissoluere, & Dissipata connectere, contraria. Cic. in Orat. Facilius est apta dissoluere, quam dissipata connectere.

Inter se apta. Cic. 2. de Inuent. Hoc modo si diligenter attendamus, apta inter se esse intelligimus hæc quæ negotiis, & illa quæ personis sunt attributa.

Connexa inter se & apta. Cic. 2. de Natura deor. Quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos cæli motus, tam ratos astrorum ordines, támque inter se omnia connexa & apta viderit, neget in iis vllam inesse rationem?

Aptum aliquo vinculo. Cic. 5. Tuscul. Fulgentem gladium è lacunari, seta equina aptum demitti iussit.

Aptus validis neruis. Lucret. lib. 5.

Apta arma. Sallust. lib. 3. hist. apud Nonium, Quod vbi frustra tentatum est, socordius ire miles, obrepere non aptis armis, vt in principio laxiore agmine. Id est, Malè coniunctis, non bene cohærentibus, & quasi dissolutis.

¶ Aptus, Concinnus, astrictus, expeditus. Cic. lib. 1. Academic. 8, Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt. Hoc est (enarratore Turnebo) Nulla rationis cõclusione vtuntur, quæ in disputationibus Dialecticorum interrogatione efficitur: quam aptam, id est concinnam esse vult: in quo inest etiam expediti & astricti significatio: vt apud Liuium, Profectus apto exercitu. Simile est illud Horat. lib. 1. Carm. ode 12, -& auitus apto Cum lare fundus. Et illud Catulli ad Veranium 25,

Aptis sarcinulis & expeditis. Significat enim Horatius paruum & concinnum larem: Catullus curtam & astrictam sarcinam.

Aptus mihi homo, Commodus, opportunus, iucundus, & suauis: cui opponitur Ineptus. Cic. ad Cornificium, O hominem semper illum quidem mihi aptum, nunc verò etiam suauem!

¶ Aptus, pro Adeptus apud Festum & Nonium legitur, ex Pacuuio & Lucilio.

Aptè {ἁρμοδίως} qualitatis aduerbium, aptius, aptissimè, Conuenienter & accommodè. Cicero 1. de Finibus, Quum inciderit vt id aptè fieri possit. Plinius libro 16. capite 25, Ratio aptius reddetur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19. cap. 5, Parilibus tamen aptissimè.

Aptè fieri, cui opponitur Discrepare. Cic. 1. Offic. Sed facilè iudicabimus quid eorum aptè fiat, quid ab officio naturáque discrepet.

Aptè locare. Liu. 4. ab vrbe.

Docere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8.

Dicere. Cic. 1. Offic. Quod est oratoris proprium aptè, distinctè, ornatè dicere.

Aptè dicere ad tempus. Cic. in Partit. Siquando tempus ipsum, aut res, aut locus in perorando dederit occasionem nobis aliquam vt dicamus aliquid ad tempus aptè, ne derelinquamus.

Ad pedem aptè conuenit cothurnus. Cic. 3. de Finib.

Aptè

Aptè, congruenterque dicere ad id quocunque agitur. Cicero 3. de Oratore.

¶ Aptè, Coniunctim: & (si licet dicere) Connexè. Cic. in Hortensio apud Nonium, Altera est nexa cum superiore, & inde aptèque pendens.

Aptitudo {ἐπιμέλεια} Est conuenientia, pulchritudo, elegantia. author Calepinus.

Apto, aptas {ἁρμόζω, συναρμόζω, ἐπιτηδεύω, ἐφαρμόζω} aptare, Accommodare significat. Dicimus autem aptare alicui rei, & ad rem aliquam. Virgil. 3. Æneidos,

Interea classem velis aptare iubebat. Celsus lib. 1. cap. 11, Ei rei commodè aptatur. Cic. 3. de Orat. Hoc verbum est ad id aptatum, quod antè dixerat. Id est, Aptè accommodatum.

Aptare claues foribus. Martial. lib. 9.

Ad fideicommissa eam stipulationem aptari debere. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. Vsufr. quemad. caueat.

Aptari virtutibus. Cic. 4. de Finib.

Apta quædam ad naturam aptare. Cic. 5. de Finib.

Aptanda ad vitam fuerant quæ dicuntur. Quintil. lib. 3.

¶ Aptare, Componere, parare, teste Nonio. Virgil. 10. Æneidos,

-proiecto dum pede læuo Aptat se pugnæ.

¶ Aptare, pro Parare. Pomponius apud Nonium, Heus aptate pueri mundè atque ampliter conuiuium.

Aptare idonea bello. Horat. 2. Serm. satyr. 2.

Aptare quidpiam in re aliqua. Colum. lib. 8. cap. 10, Sed in eo transuersæ perticæ perforatis parietibus aduersis aptantur.

¶ Aptare, absolutè positum. Colum. lib. 12. cap. 54, Quum autem eam tabulam sic aptaueris, grauia pondera superponito.

¶ Aptare, Aptè locare. Virgil. 11. Æneidos,

-aptat rorantes sanguine cristas. Seruius.

Aptare opportunè. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Aptatus, pen. prod. Participium {ἡρμοσμένος} Plin. lib. 28. cap. 13, Sanguis hircinus cibo aptatus.

Aptatus ad authoritatem oratoriam. Seneca lib. Controuers. 6.

Aptatus ad delectationem. Quintil. lib. 2, Sunt hæc ad popularem aptatæ delectationem.

A P V

Apua. Plin. lib. 31. cap. 8, de garo loquens sic ait, Cœpit tamen & priuatim ex inutili pisciculo minimoque confici: Apuam nostri, Aphyen Græci vocant: quoniam is pisciculus è pluuia nascitur. Vide APHYA.

APVANI, vulgò *Geneuesi*, Ligures sunt, teste Liuio lib. 10. Sempronius (inquit) è Pisis Apuanos Ligures vastando aperuit saltus, &c.

Apud {παρὰ, πρὸς} præpositio accusatiua, propriè Iuxta significat. Vnde Nonius, Error (inquit) consuetudinis Apud pro In vtitur. Itaque vitiosè dicimus quũ in foro nos fuisse: dicamus, apud forum fuisse: quum Apud Iuxta significet. Turpilius Leucadia, Vtinam nunc apud ignem aliquem magnum assidam. Cic. 3. de Rep. Apud focum sedens. Idem 2. de Orat. Quum etiam tum in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpicius sederet. Hæc ex Nonio.

Apud Mutinam, pro Ad: Id est, In obsidione. Suet. in August. Meminit & Nonius.

¶ Apud, vnam habet significationẽ in loco, vt apud Numantiam. Adiungitur tamen etiam personis: vt apud amicum, apud Athenienses, & significat παρὰ Græcum, quando locum apud illos demonstrat. Ea autem præpositio in compositione non inuenitur. Priscianus lib. 13.

Apud, mutuam loci & personæ coniunctionem significat, vt quum dicimus, Cœno apud amicum. Author Festus.

¶ Apud pro In. etiam dictum inuenimus, vt Terent. Andr. 4. 5, Apud forum modò è Dauo audiui. Marcus Tullius de signis, Cœnam isti dabat apud villam in Tyndaritano. Idem 6. Verr. Qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo est, pro In exercitu.

Apud me domi, pro eo quod est, Domi meæ. Terent. Heaut. 3. 1. Sic in Eunucho 5. 2, Apud Antiphonem domi.

Apud se ruri. Cic. 1. de Oratore, Quem non longè ruri apud se esse audio.

Apud, iunctum accusatiuo personæ, quandoque locum solum notat. Cic. Attico, lib. 5. 94, Ego quum triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuissem, proficiscebar Brundusium, &c. Id est, Domi eius. Sic apud quempiam cœnare, aut esse possum, eo tamen absente.

Apud me in mei generi Crassipedis hortis cœnauit. Cic. ad Attic. libro 1. 9.

Tecum apud te. Cic. Attico, lib. 4. 78, Tecúmque apud te ambulare, quàm cum eo, quocum video esse ambulandum, malo scilicet.

Secum & apud se, Cic. Attic. lib. 5. 93, Pomponius à me petierat, vt secum & apud se essem quotidie.

¶ Rursus hæc præpositio constructa cum accusatiuo personæ sæpenumero solam personam significat. Terent. Eunuch. 1. 2. Aut quia sum apud te primus. Id est, tecum, vel in amore tuo, vel tibi primus. Item ibidem 1. 2, Sine illum priores partes hosce aliquot dies Apud me habere.

¶ Nonnunquam per Inter, vel per In. Cic. pro Fonteio, Studiis militaribus apud iuuentutem obsoletis. Hoc est, Inter iuuenes: aut in iuuenum moribus. Tale est quũ dicimus, Mos fuit apud Romanos. Sic de similibus dicendum. Cic. 4. Verr.

Apud maiores vel patres nostros, pro Temporibus maiorum vel patrum nostrorum. Cic. Offic. Apud maiores nostros factitata. Id est, A nostris maioribus. Idem in Lælio, Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem.

Apud posteros. Tacit. lib. 1, Memoriam apud posteros adeptus.

Apud Platonem, Agathoclem & cæt. scriptum esse dicimus, quod Plato, Agathocles scriptum reliquit. Cic. 5. Tuscul. Huius sententiæ grauitas a Platonis authoritate repetitur. apud quẽ sæpe hæc oratio vsurpata est. Idem 1. de Diuinat. Apud Agathoclem scriptum est.

¶ Apud te, pro Tibi. Plaut. Pœn. Cur ego apud te mentiar? Cic. in Lælio, Apud quem euomat virus acerbitatis suæ.

¶ Apud, pro In, cum accusatiuo personæ. Plaut. Mil. 10. Quũ apud te exemplum experiundi habeas. Id est, In te, ablatiui casus.

Apud illum fuit vsus iuris, vel in illo. Cic. in Bruto, Sic enim existimo iuris ciuilis magnum vsum & apud Scæuolam, & apud multos fuisse, artem in hoc vno.

Apud duas ciuitates relinquam. Cic. Attico, lib. 6. vt confectas rationes lege Iulia apud duas ciuitates possim relinquere.

Apud Achaiam. Apud Asiam. Tacit. lib. 4, Vt ciuitatis Cibyraticæ apud Asiam, Ægiensi apud Achaiam motu terræ labefactis subueniretur.

¶ Apud matrem rectè est, eáque nobis curæ est. Cic. Att. lib. 1. 4, & ad Q. frat. lib. 3. 17. Id est, Rectè habet, rectè valet.

¶ Apud me minimùm valet. Cic. Lent. lib. 1. 9, Non modò non præmiis quæ apud me minimùm valent, sed ne periculis quidem compulsus vllis.

Apud me amicitia & beneficiis & dignitate plurimũ possunt. Cic. pro Roscio Amerino.

¶ Apud aliquem dicere. Accusare, verba facere. Cic. 5. Philip. Pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Sic 2. de Inuent. Thebani accusantur apud Amphictyones. Et Att. lib. 4. 71.

Apud aliquem gratias cupiam agere. Cic. pro Sextio, Conuentus ille hunc apud me P. Sextio maximas gratias egit.

Quum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium. Cic. Attico, lib. 2. 40.

Quum de me apud te loquor. Cic. Att. lib. 1. 11. Hoc est, In literis quas tibi mitto.

Queritur apud me per literas. Cic. Att. lib. 5. 110.

¶ Apud nos imperium tuum est, Poeticè dictum, pro In animo meo, vel in memoria. Hoc est, Memoria teneo id quod imperasti. Plaut. Mil. 16.

¶ Apud animum meum. Id est, Mecum vel in animo meo. Sallust. Equidem ego sic aqud animum meum statuo.

¶ Apud se esse, non tantùm significat esse domi suæ, quod notum est: sed per metaphoram longè aliter accipitur. Terent. Andr. 2. 4, Proin tu face, apud te vt sies. Id est, Præsenti & minimè turbato animo. Ter. Heaut. 5. 1, -præ iracundia Menedeme, non sum apud me. Idem Hecyra, Num tibi videtur esse apud sese? Idem in Andr. 5. 4,

-vix sum apud me: ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

¶ Apud, hoc præcipuè ab Ad, differt: quòd post verba motus nunquam adhibetur. Nemo enim rectè dicat, Eo apud patrem: sed Ad patrem. Vide AD.

Inter Apud & Penes: Apud, personam cum loco significat: Penes, personam ac potestatem. Author Festus. In eandem sententiam Vlpianus in l. Penes. de Verb. & rerum signif. Penes te (inquit) amplius est quàm apud te. Nam apud te est, quod qualitercunque à te teneatur: Penes te est, quod quodammodo possidetur.

¶ Apud, aliquando postponitur suo casui. Tacit. lib. 5, Ripam apud Euphratis. Et lib. 4. Misenum apud, & Rauennam.

APVLIA, siue Appulia {Ἀπουλία} Italiæ regio, mari Hadriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam. Huius descriptionem vide apud Plin. lib. 3. cap. 11. Cic. 1. de Diuinat. Apulia maximis terræ motibus conquassata. vulgò *Le pays de Pouille*.

Siticulosa Apulia. Horat. in Epod. ode 3.

Apulia, nomen nutricis Horatij, vt ipse indicat 3. Car. ode 4. Nutricis extra limen Apuliæ. Nomen prouinciæ pro nutricis nomine posuit, quia inde fuit. Testes Acron & Porph.

Apulia, primam frequentius producit, secundam semper. Martialis in Apoph.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis.

Interdum primam corripit. Horat. 3. Carm. ode 4,

Nutricis extra limen Apuliæ. Versus est Alcaicus dactylicus.

Apulus, siue Appulus, adiect. {Ἀπουλός} Ab Apulia, primam semper producit, secundam corripit. Lucan. lib. 5,

Apulus Hadriacas exit Garganus in vndas. Martial. lib. 8. de Partheniana toga,

Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanti.

Apus, huius apodis, pen. corr. f. g. {ἄπους} dicitur ab α priuatiua particula, & ποὺς, ποδὸς, quod Latinè est Pes, quasi sine pede. nomen est auiculæ. Plinius lib. 10. cap. 39, Plurimùm volant quæ apodes vocantur, quia careant vsu pedum. Ab aliis cypseli appellantur, hirundinum specie.

A P Y

Apyri tripodes, Vide in AETHONES.

Apyrinus, pen. corr. {ἀπύρηνος} adiectiuum, vt Apyrinus fructus, & Apyrina mala. Martialis lib. 13,

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis. Genus est dulce mali Punici, cui lignosus non est nucleus. De quo Plin. lib. 13. cap. 19. & lib. 23. cap. 6. Seneca epist. 26, Quo modo apyrina dicuntur, nõ quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor.

Dulcis & apyrinus fructus. Columel. lib. de Arboribus, cap. 23. Sic idem lib. 5. cap. 10.

Apyron, pen. corr. {ἄπυρον} viuum alumen. Plin. lib. 35. cap. 15.

Apyrotos, apyroti, pen. prod. f. g. {ἀπύρωτος} nomen gemmæ, quæ alio nomine carbunculus dicitur. Plin. lib. 37. cap. 7, Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati: quum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyroti vocati.

A Q V

Aqua, aquæ {ὕδωρ} vnum est è quatuor elementis: de quibus Plinius lib. 2. cap. 5. Vide AER.

De aquarum natura, & mirabilibus, notatu dignissima, lectúque iucundissima inuenies apud Plin. lib. 31, ab ipso initio. Item libro 2. cap. 103.

Aqua dicta est, quòd æqua summa, authore Varrone lib. 4. de Ling. Lat. Festus autem, Aqua, inquit, dicitur à qua iuuamur.

Aqua pedibus, & manibus. Illud attendendum (inquit Turnebus) aquam, qua manus initio cœnæ vel prandij lauamus, vel pedes abluimus, aquam eleganter pedibus & manibus à veteribus appellatam fuisse, vt reor, quòd aquam pedibus cùm pascerent, & manibus, tantùm dicere solebāt, Aqua pedibus, Aqua manibus, nullo adiecto verbo. Meminit Caper Grammaticus.

¶ Aquāi, penult. product. genitiuus quo vtuntur poetæ diuidentes diphthongum per figuram Diæresin. Cic. 1. de Diuinat. Apud Lucretium sæpe. lib. 1.

Aquarum agmen. Virgil. 1. Georg.

Arcus aquarum. Ouid. Metam. 11.

Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta mersum caput obruit vnda.

Aquæ augur cornix. Horat. 3. Carm. ode 17.

Vdum corpus aquæ. Lucret. lib. 6.

Cumulus aquarum. Ouid. 15. Metam.

-cumulósque immanis aquarum
In montis speciem curuari & crescere visus.

Cursus aquarum frænare glacie, dicitur hyems. Virg. 4. Georg.

Decursus aquæ ex montibus. Lucret. lib. 1.

Aquarū dominus. Sic se appellat Achelous apud Ouid. 9. Metam.

Aquarum ductor, Tybris. Stat. 3. Sylu. 5.

Spargere haustus aquarum. Virgil. 4. Georg.

Humor aquæ dimittit sæpe saporem. Lucret. lib. 3.

Imbrium aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.

Incursus aquarum. Ouid. 11. Metam.

Limes aquarum. Ouid. 17. epist.

In margine aquæ sedere. Ouid. 2. Fast.

Mons aquæ. Virgil. 1. Æneidos,

Insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Motus aquarum ingens Virgil. 4. Georg.

Odor aquæ nullus esse debet. Plin. lib. 31. cap. 3.

Aquæ pauper fluuius. Sic Horatius Daunum vocat fluuium Apuliæ, ob ingentes calores exhaustum ferè semper, 3 Carm. ode vlt.

Potores aquæ. Horat. 1. epist. 10.

Aquarum rex Neptunus. Ouid. 10. Metam.

Puræ aquæ riuus. Horat. 3. Carm. ode 6.

Splendor aquæ. Lucret. lib. 4.

Strata aquarum. Lucret. lib. 6.

Sulcus aquæ, id est, Sulcus aqua repletus. Ouid. de Nuce.

Temperies aquarum. Ouid. 4. Metam.

Vis aquæ subita. Lucret. lib. 1.

¶ Aduersa aqua. Vide ADVERTO.

Amara. Plin. lib. 31. cap. 3.

Ambiguæ. Id est, diuersa præditæ natura & vi. Ouid. 15. Metam.

Auernalis. Horat. Epod. 5.

Bituminata. Vide BITVMEN.

Blandæ. Ouid. 4. Metam.

Breuis. Ouid 17. epist.

Cælestis: id est, Pluuia. Horat. 3. Carm. ode 10.

Cælestes. Vide CAELVM.

Cærulea. Ouid 8. Metam.

Calda. Vide CALDVS.

Cana. Ouid. 2. epist. 4.

Cisternina. Vide CISTERNA.

Collina. Vide COLLIS.

Concordes aquæ. Vide CONCORS.

Crassæ. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. Curua. Stat. 5. Theb.

Decocta. Plin. lib. 31. cap. 3. Vide DECOQVO.

Deterrima. Columel. lib. 1. cap. 5.

Dulces. Virgil. 4. Georg.

Egelida. Plin. lib. 31. cap. 2.

Exilis. Plin. lib. 31. cap. 3.

Eximia. Columel. lib. 1. cap. 5.

Ferraria. Plin. lib. 28. cap. 16, Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Fluuialis aqua: id est, A fluuio petita. Vide FLVVIVS.

Fœtida. Plin. lib. 31. cap. 3.

Fontana. Vide FONS.

Gelida. Ouid. epist. 20.

Hybernæ. Ouid. epist. 23.

Incertæ, Quæ nulla certa via feruntur. Ouid. de Mæandro, 8. Metamorphoseos.

Intercus, Hydropum morbus: quasi, Aqua inter cutem. Lucilius lib. 28, Aquam te in animo habere intercutem. Cic. 3. Offic. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Ex Nonio. Sunt autem duæ dictiones, quarum Intercus, nomen est adiectiuum: vnde & morbum intercutē dicimus. Hic morbus interim vocatur Aqua subter cutem fusa. Plin. lib. 7. cap. 18.

Inuitis aquis ire, vel nauigare. Ouid. epist. 13.

Irriguæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 16.

Iugis. Vide IVGVM.

Lethæis aquis scripta dare. Ouid. 3. de Arte amandi. Id est, Obliuioni.

Limosa. Vide LIMVS.

Manans. Columel. lib. 1. cap. 5.

Marina. Vide MARE.

Medicæ aquæ, quibus ad medendum vtimur. Claud. epigr. 18.

Mediocris aquæ lacus. Ouid. 6. Metam.

Mollis. Ouid. lib. 1. de Arte.

Aqua mulsa, Quæ ex melle ad potum, præsertim ægrotātium conditur. De hac Plin. lib. 22. cap. 24.

Nitrosa. Plin. lib. 31. cap. 3.

Aqua niualis, id est, Ex liquefacta niue. olim delicatorum mensis apponebatur, vt scriptores interdum meminerunt. Gel. lib. 19. cap. 5, Is nos aquam multam ex diluta niue bibentes coercebat, seueriúsque increpabat. Et paulo pòst, Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret: sed hominibus potu nimio insalubrem esse. De hoc etiam Plin. lib. 19 cap. 4.

Iucundè olens. Plin. lib. 3.

Palustris. Vide PALVS.

Pestilens. Columel. lib. 1. cap. 5.

Pigra. Plin. lib. 31. cap. 3.

Pieriis aquis rigantur ora vatum. Ouid. 3. Amor. eleg. 8.

Aqua pluuia, & aqua cælestis, pro eodē sæpe dicitur apud Plinium. Cic. pro Muræna, Ille tenet & scit, vt hostium copiæ, vt aquæ pluuiæ arceantur. Sic idem in Topic. 19. Ouid. 3. de Arte.

Pluuialis. Ouid. 8. Metam.

Maximè probabilis aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.

Probatissima potui Columel. lib. 1. cap. 5.

Puteana & Putealis. Vide PVTEVS.

Quieta. Horat. 1. Carm. ode 31.

Aqua quotidiana ab æstiua vsu tantùm differt, non iure. Quotidiana ea est quæ duci assiduè solet, vel æstiuo tempore, vel hyberno, etiamsi aliquando ducta non est. Ea quoque dicitur quotidiana, cuius seruitus intermissione temporis diuisa est. Æstiua autem ea est qua æstate sola vti expedit, sicut dicimus vestimenta æstiua, saltus æstiuos, castra æstiua, quibus interdum etiā hyeme, plerunque autem æstate vtamur. l. 1. § 1. D. de aqua quotid. & æstiua.

Rapida. Catull. de Muliere sua, 65.

Raucæ. Ouid. 17. epist.

Recens. Virgil. 6. Æneid.

Reses. Vide RESES.

Resipiens aliquid. Plin. lib. 31. cap. 3.

Aqua rosacea. Quæ fit ex rosis, apud Plinium sæpissime. Sed suppresso nomine Aquæ, sæpius dicitur Rosacea.

Sacra aqua. Horat. 1. Carm. ode 1. 5. Aquam sacram dixit, vel numini alicui consecratam, vel quòd perpetuum ferè apud poetas, fontium epitheton sit, sacros appellari. Ex Acrone & Porphyrione. Vel dicta est Sacra, quòd Aquæ rem sacram Persæ faciebant hoc modo: Ad lacum, vel flumen, vel fontem accedebant, & scrobem faciebant, ibique hostiam iugulabant, cauentes ne quid proximè aquam sanguine contingeretur, ac si id accideret, omnia pollnerentur: postea immolatis carnibus super myrto lauróque impositis, eas magi virgis subtilibus cremabant, & imprecationibus quibusdam factis, oleum lacte & melle mixtum inspergebant, non in ignem, neque in aquam, sed super terram. Imprecationes per multum tempus faciebant fasciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes. Hæc Strabo lib. 15.

Salmacidæ. Vide SALMACIS.

Salubres. Horat in Carm. secul.

Serena. Lucret. lib. 4.

Seruam aquam bibere: id est, Aquam quæ seruis propinatur. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.

Simplex. Ouid. 2. Amor. eleg. 6,

Pellebátque sitim simplicis humor aquæ.

Stagnans. Plin. lib. 31. cap. 3.

Tenues. Virgil. 3 Georg.

Tepidæ. Ouid. 8. Metam.

Tumidarum aquarum victor. Ouid. epist. 18. Sic Hero Leandrum vocat.

Turbidus imber aqua. Virg. l. 5. Æneid.

Vadosæ. Vide paulo pòst, Iactari vadosis aquis.

Vastæ. Ouid. epist. 18.

Vberibus aquis fœcundus specus. Ouid. 3. Metam.

Vilissima rerum. Horat. 1. Serm sat. 5.

Virides. Ouid. 4. Fast. Et 1. de Arte.

Vitiosa. Plin. lib. 31. cap. 3.

Vitreæ. Stat. 1. Syl. 3.

Volubilis. Horat. 4. Carm. ode 1.

¶ Addere aquam flammæ, pro Extinguere ignem. Tibul. 2. eleg. 4. Vide ADDO.

Aspergere aquam. Vide ASPERGO.

Astrictis aquis torpent fluuij. Claudian. in Præfat. 2. lib. de rapt. Proserp.

Assilientis aquæ vereri tactum. Ouid. 6. Metam.

Assuescere aquis. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.

Canet aqua. Ouid. epist. 5.

Cedo aquam manibus. Vide CEDO.

Coercere aquas. Vide paulo pòst, Quatere aquas.

Concipere. Ouid. Metam. 1,

Concipit Iris aquas, alimentáque nubibus affert.

Euersas aquas concitare dicuntur venti. Ouid. epist. 7.

Consistit aqua. Vide CONSISTO.

Deducere. Cic. 2. de Diuin. Aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani.

Ducere. Vide DVCO.

Eluctari aqua dicitur, quū vi expressa, veluti ab vuis, lentè egreditur. Virgil. Georg. 2,

Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.

Eruta remis aqua. Ouid. 5. epist.

Expressæ aquæ dicuntur, quæ vi impulsæ loco aliquo erumpunt. Ouid. 1. de Arte amandi.

Frangere aquas: Id est, Dirimere seu diuidere, dicimur quum innatamus. Claud. in Epithal. de Tritone.

Fumat aqua de sulphure. Ouid. 1. de Arte amandi.

Fundere aquas dicuntur fluuij. Ouid. 15. Metam.

Fundere aquas in mare. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.

¶ Aqua hæret. Cicero 3. Officiorum, Dicit ille quidem multa multis locis:

locis: sed aqua hæret, vt aiunt. Significat Epicurum parum secum in disputando constare, séque ipsum inuoluere. Idem ad Q. frat. lib. 2. 9. In hac causa mihi aqua hæret. Translatum à clepsydris ad ipsos oratores. Vide HAEREO.

Haurire aquas. Ouid. 3. Metam.

Haurire aquam turbatam limo. Horat. 1. Serm. sat. 12.

Iactari vadosis aquis. Lucan. lib. 8.

Immori aquis. Ouid. 7. Metam.

Implorare aquas cælestes. Horat. epist. 2.

Inclinantur aquæ ad littora. Ouid. 11. Metam.

Incoquere cum aqua. Vide INCOQVO.

Infestare aquas. Ouid. 2. Amor. 11,

Quas Scylla infestet, quásve Charybdis aquas.

Inficere. Ouid. 6. Metam.

Infuscata aqua abscondi. Vide INFVSCO.

Innare aquæ. Vide INNO.

Inquinata cadaueribus aqua Cic. Tusc. 5.

Aqua & igni interdici solet damnatis, quia videlicet hæ duæ res humanam vitam maximè côtinent. Itaque funus prosequuti, ignem supergrediebantur aqua aspersi: quod purgationis genus vocabant suffitionem. Hæc Festus. De hoc autem permulta eleganter scribit Lactantius Diuinarum instit. lib. 2.

Interdictis aquis imminet æger. Ouid. 3. Amor. eleg. 4,

Nitimur in vetitum semper, cupimúsque negata:

Sic interdictis imminet æger aquis.

Interponere aquam vino. Vide INTERPONO.

Intrita facta aqua. Vide INTERO.

Aqua inuoluere. Virgil. 6. Æneid.

Irrigare aquam. Vide IRRIGO.

Iungere ignibus aquas. Seneca in Hipp. 4.

Labuntur altis ripis aquæ. Horat. Epod. 2.

Lacessere cautes dicuntur aquæ, poetica phrasi, quum illas assiduo fluctuum impulsu verberant. Senec. in Hipp. 4.

Mergere aqua. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Mergere aliquem in aquam. Vide MERGO.

Mergi aquis. Ouid. 5. Metam.

Feruentibus aquis mollire. Ouid. 1. Metam.

Aquam perdere. Quint. lib. 11. cap. 3. De pronuntiatione, Temporibus præfinitis aquam perdit: id est, Tempus. Sumptum ab horologiis quæ aqua olim fiebant, ad quæ tempus orandi dabatur. Vide CLEPSYDRA.

Perfluunt aquæ fertile Tybur. Horat. 4. Carm. ode 3.

Permisceri dulci aqua. Vide PERMISCEO.

Plaudere aquas natatu. Stat. 1. Sylu. 3. Hoc est, Percutere.

Præbere aquam. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Præcipitari in aquas, à poetis dicuntur sidera quum occidunt. Ouid. 4. Fastorum,

Scorpius in virides præcipitatur aquas.

Præcipitari aquis dicitur lux, & aquis nox exire, quum aduesperascit aut noctescit. Ouid. 4. Metam.

Præteruehi aquis rectis. Stat. 5. Thebaid.

Properantis aquæ ambitus. Horat. de Arte poetica.

Quatere aquas & coercere Neptunus dicitur. Ouid. epist. 17.

Refrænare. Ouid. 6. epist.

Aquas alio de fonte raptas refundit arcus: Id est, Iris. Stat. lib. 4.

Retorquet in se lapsas aquas Mæander. Ouid. 9. epist.

Secare. Ouid. 3. Amor. eleg. 11,

Aut secat imposita virgine taurus aquas.

Sistere. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. Virg. 4. Æneid.

Sistere aquam fluuiis. Datiuus est FLVVIIS.

Sorbere. Ouid. 2. de Arte amandi,

Terráque cælestes arida sorbet aquas.

Sternere aquas dicuntur dij æquoris vel fluuiorum, quum tranquillitatem inducunt. Valer. lib. 2. Argonaut.

Sternere aquis æquor. Virg. 8. Æneid.

Subeunt lucos aquæ. Horat. 3. Carm. ode 4.

Succedere aquæ. Ouid. 11. Metam. Rex iussæ succedit aquæ: Id est, Sub aquam se demittit.

Temperare aquam ignibus. Horat. 3. Carm. ode 19.

Truncare aquas socias. Claud. in bello Gigant.

Turbare. Ouid. 3. Metam.

Aquas versare dicitur nauis. Ouid. 13. epist.

Vertendis aquis apta sidera. Id est, Commodum tempus nauigationi. Ouid. 1. Amor. eleg. 9.

Voluere aquas in mare, dicuntur flumina. Ouid. 1. Amor. eleg. 15.

Vnctam aquam conuiuis præbere. Horat. 2. Serm. sat. 2,

-nec sic vt Neuius, vnctam Conuiuis præbebit aquam. In auaros & sordidos dici poterit.

Scribere in aqua. Catullus de muliere sua, 65,

-sed mulier cupido quod dicit amanti,

In vēto, & rapida scribere oportet aqua. Hoc est, Obliuioni dare.

¶ Aquas in plurali cùm dicunt, Aquas calidas & medicatas intelligunt, vt Baianas & Puteolanas. Cic. pro Plancio, Deliti stomachari, & me vnum ex iis feci qui ad aquas venissent. Idem ad Tironem epist. 24, Puto vtranque ad aquas. Varro lib. 2. de Analogia, Sic & aquæ calidæ, à loco, & aquis quæ ibi scatent, quum et colerentur venissent in vsum nostris, quum aliæ ad alium morbum idoneæ essent: hæ quum plures essent, vt Puteolis, & in Tuscis, quibus vtebantur, multitudinis potius quàm singulari vocabulo appellarunt.

Aquula, diminutiuum, penult. corr. (ὑδάτιον) pro Riuulo vel piscinula, ad differentiam fluminis. Cic. 2. de Orat. Platanus mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. Plautus Curcul. 4, Mane suffundam aquulam.

Aquæductus, huius aquæductus, m. g. (ὑδραγωγεῖον, ὑδραγωγία) nomen ex genitiuo & nominatiuo compositum, dictúmque ab aqua ducenda. Est enim Aquæductus, Aquarum deductio. Hoc est, quum alicunde aqua deriuatur, vt per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, siue ad bibendum, siue ad irrigandum. Vnde Iulius Frontinus librū scripsit de Aquæductibus Romanorum. Vlpian. l. 1. D. de Seruit. rustic. præd. Seruitutes rusticorum prædiorum sunt hæ: Iter, actus, via, aquæductus. Et paulo post, Aquæductus, est ius aquæ ducendæ per fundum alienum.

Aquæductio, onis, aliud nomen, significat non ius aquæ ducendæ, sed ipsam ductionem in l. Si autem. 10. D. de aqua plu. arc.

Aquæhaustus, est ius hauriendi aquam, & portandi per agrum, fundum, seu prædium alterius, ratione seruitutis. Differt autē ab aquæductu, quòd hic fiat in fistulis & meatibus subterraneis: ille verò per animalia, portando. l. si prius. §. 1. & 2. D. de aqua pluu. arcend.

Aquælicium, aquælicij (ὑδρελκία) dicitur quum aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: vt quondam (si creditur) manali lapide in vrbem ducto. Hæc Festus. Hoc fiebat in magnis siccitatibus.

Aquagium, aquagij (ὑδραγωγεῖον) quasi Aquæ agium, id est Aquæductus, appellatur. Hæc Festus. Pomponius, l. Hoc iure. D. de aqua quotid. Is qui ius aquæ quotidianæ habet, vel fistulam in riuo ponere, vel aliquid aliud quidlibet facere potest, dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.

Aqualicus, pen. corr. (γαστήρ) Aluus, quò sordes defluunt. ¶ Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius, Reple aqualicum, sic vt laxamentum habeat, ne dissiliat in coctura.

Aqualiculus, huius aqualiculi, pen. corr. m. g. (γαστήρ) ab aqua dicitur: Et propriè vas est in quo porci sorbent. Per metaphoram verò pro ventre accipitur. Pers. sat. 1,

-quum tibi Calue Pinguis aqualiculus propēso sesquipede extet.

Hæc Sipontinus. Cæterum aqualiculus videtur esse ab aqualis diminutiuum, sicut à caulis fit cauliculus. Vas autem illud porcorum alio nomine dicitur Alueus. Præterea aqualiculus non totus venter dicitur, sed pars ea in quam sordes confluunt: & propriè porcorum. Vnde apud Aristotelem ex doctissimi Gazæ interpretatione sic habetur lib. 1. cap. 13, Venter infra pectus est priore parte: eiúsque radix vmbilicus est. Cui radici pars subiecta in latus vtrunque, ilia dicitur. Quæ autem rectè subiungitur, sumen est, siue abdomen: cuius postremum aqualiculus.

Aqualis, huius aqualis, pen. prod. masc. gen. (ὑδρία) Varro lib. 4. de Ling. Lat. Et ab aqua Aqualis dictus. Vas est aquarium, quo aqua & manibus datur, & mensæ infertur. Eius autem accusatiuus melius per tertiam vocalem in im desinit. Plaut. Curcul. 7,

-datin' isti sellam, vbi assideat citò,

Et aqualim cum aqua?

Aquarium, & per diminutionem Aquariolum, pen. corr. (ὑδροδοχεῖον) Locus in quem sordida aqua iactatur: qui & Lauatrina à lauando appellatur. Nec in culina tantùm fiunt eiusmodi aquaria, sed in triclinijs quoque & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia. Ex Sipontino.

Aquarium, locus in flumine aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur. Cato cap. 1, Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, boúmque ibi aquarium.

Aquarius, adiectiuum (ὑδραγωγός) vt, Cotes aquariæ. Plin. lib. 18. cap. 28, Italia aquarias cotes dedit limæ vice imperantes ferro.

Aquarius sulcus, Qui fit ad aquas ex agris educendas. Colū. lib. 11. cap. 8, Cauebitur tamen vt patentes liras, crebrósq; sulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus: & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus.

Aquaria prouincia. Id est, Onus aquæ ducendæ. Cicero in Vatiniū, In eo magistratu, quum tibi magno clamore aquaria prouincia sorte obtigisset. Cælius Rhodiginus lib. 18. cap. 40, Aquaria (inquit) prouincia in Cicerone aduersus Vatinium, cura est Quæstoris, præfecti mercibus quæ vel mari vel omnino aquis subuehuntur, nequid exportetur. Sed & publicis aquis præfici solitos quosdam scimus: de quibus quandoque fit senatusconsultum factum, vt quum eius rei causa extra Vrbem forent, lictores binos, & seruos publicos ternos, architectos singulos, & scribas, & librarios, accensos & præcones totidem habere liceret. Hosce dici quandoque Aquarum curatores animaduerto, interdum & Aquarios. Iulius Frontinus, Ille aquariorum tollendus reditus, quem vocant Punctam. Et mox docet, fuisse quendam qui appellaretur A punctis. Alibi Frontinus Aquariorum fraudem nominat, quos aquas ex publicis ductibus in priuatorum vsum deriuare deprehendisset. Super qua re Cælij Rufi edita quoque legebatur oratio, cui titulus fuit De aquis, vbi aquariorū dolo, irriguos agros, tabernas, cœnacula perpetuis salientibus coargueba instructa. Hæc Cælius.

Aquarij moduli. Vide Modulus in MODVS.

¶ Aquarius, absolutè dictum in genere masculino (ὑδροχόος) Est cæleste signum in Zodiaco circulo, de quo multa scribit Hyginus. Seruius dicit secundum fabulas hunc fuisse Ganymedem, qui ab Ioue raptus, & inter sidera collocatus, Aquarij nomen accepit. Plin. lib. 18. cap. 26. Cic. in Arato. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Aquarius leuis. Ouid. 2. Fastorum,

Iam leuis obliqua subsedit Aquarius vrna.

¶ Aquarius, pro Aquilege, vt videtur. Cælius Ciceroni lib. 8. 6, Nisi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem, veternus ciuitatem occupasset.

¶ Aquarij item sunt aquarum curatores: de qua re vide paulo antè in Aquaria prouincia.

¶ Aquarij item sunt, vt inquit Festus, impudicarum mulierum sordidi asseclæ. Hinc puto eam significationem manasse, quòd aquarij dicebantur, qui aquam in ædes portabant, qua plurima egent ad balneum, séque eluendas mulieres. Apud Plautum meretricula dicit, Aggerundáque aqua sunt viri duo defessi. Hac occasione amorū internuntiis solebant eis vti: hinc Iuuenalis, -veniet conductus aquarius. Septim. Flor. Primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarij, venenarij, magi. Aquarioli autem per diminutionē ad con-

temptum vt in vilissimis, & omnium vilissimi ipsi dicuntur. Lamprid. in Commodo, Aquam gessit, vt lenonum ministeriis probrosis natum magis, quàm ei loco crederes, ad quem fortuna peruexit. Nos addito in Maquarios, Gallicè *Maquereaux*, appellamus. Ex Turnebo.

¶ Aquarioli praeterea dicuntur qui vxoris suae stupra aequo animo patiuntur. Apul. in Magia.

Aquaticus, pen. corr. adiect. {ἐνυδρος, ὑδρόβιος} Est quod in aquis, aut circa aquas viuit: aut aquas, siue aquosa loca frequentat: vt, Auis aquatica. Plin. lib. 10. cap. 11, Vti anseres, & aquaticae ferè aues.

¶ Aquaticum, dicitur etiam quod in aquis aut prope aquas nascitur. Plin. lib. 16. cap. 40, Frigidissima, quaecunque aquatica. Dictum de arboribus.

Lotos aquatica. Ouid. 9. Metam.

¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quòd pluuiam inducat. Ouid. 2. Metamorph.

Aquatilis, & hoc aquatile, pen. corr. adiectiuum {ἐνυδρος} Idem quod Aquaticus. vt, Bestia aquatilis, Degens in aquis. Cic. lib. 2. de Natur. deor. Bestiarum autem terrenae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

Humor aquatilis, pro eo quod vulgò Humor aqueus dicitur. Varro de Re rustic. lib. 1. cap. 64, Amurca quum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac recrementum, &c. Aliter dixit humorem aquatilem, quàm dicitur animal aquatile.

Musculi. Id est, Parui mures in aquis nascentes. Plin. lib. 2. cap. 103.

Pecus aquatile, duriusculè dictum per metaphoram pro Piscibus. Columel. lib. 8. cap. 17, vbi loquitur de positione piscinae, Hac ratione stabulis ordinatis, aquatile pecus inducemus.

Aquatile, huius aquatilis, pen. corr. substantiuum n. g. Animal in aqua degens. Plin. lib. 9. cap. 12, Aquatilium tegumenta plura sunt, &c. Ibidem cap. 51, Aquatilium omnium foetus inter initia visu carent.

Aquor, aquaris, aquatus sum {ὑδρεύω, ὑδρεύομαι} aquari, siue Aquo, aquas, aquare, Aquam haurire. Virg. 4. Georgicorum,

Sed circùm tutae sub moenibus vrbis aquantur. Vbi Seruius: Aquantur, Aquam hauriunt ex vicino. Liu. 2. bel. Pun. Caes. 8. bel. Gal. nec sine periculo possent aquari oppidani.

Aquatum egredi. Sallustius in Iugur. Quidam Ligus miles gregarius castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli animaduertit repentes inter saxa cochleas.

Aquatio {ὕδρευσις} Verbale, Aquarum vectio. Caesar 4. bell. Gall. Tamen sese non longius millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit.

¶ Aquatio, Aquarum pluuialium abundantia. Plin. lib. 32. cap. 7, Et hoc vtebatur in multis variisq; per aquationes Autumni nascentibus.

¶ Aquationem etiam pro Irrigatione Palladius vsurpat. Annotauit & Rhodiginus.

Aquator, penult. prod. Verbale {ὑδρευτής} Qui aquandi ministerium, praesertim in exercitu, facit. Liu. 2. belli. Pun. Caesar 1. bel. Ciuil. Haec consultantibus, eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquatus, pen. prod. adiectiuum, Est quod aquatilem humorem natura mistum habet. Ex quo formatur Aquatior. Plin. lib. 28. cap. 9, Omne autem vernum aquatius aestiuo. De lacte dictum.

¶ Aquatum, pro Diluto. Seneca 1. Nat. quaest. Interest quomodo sit macerata purpura, crassius medicamentum, an aquatius traxerit. Vbi crassum medicamentum opponitur aquato.

Aquatus oui liquor. Scribonius Largus, 23, Cum oui aquato liquore.

Aquosus, adiectiuum, pen. prod. {ὑδατώδης, ὑδρηλός} Quod copiam aquae habet. vt Aquosus campus. Liu. 9. ab Vrbe. Plin. lib. 18. cap. 17.

Aquosa crystallus. Propert. lib. 4. eleg. 3.

Crystallúsque tuas ornet aquosa manus. Aquosam dixit, vel ob similitudinem & perspicuitatem, vel quia re vera crystallus ex aquae concretione fit, vt habet Plin. lib. 37. cap. 2.

Languor, de hydrope. Horat. 2. Carm. ode 2.

Nubes. Virgil. 6. Aeneid. Ouid. 4. Metam.

Orion. Virgil. 4. Aeneid.

Piscis. Virgil. 4. Georg. Vbi Seruius, Australem Piscem significat, qui Aquarij vndã suscipit: vnde & AQVOSI addidit. Tunc etiam Piscis hic oritur, quo tempore Pleiades occidunt.

Aquosior. Plin. lib. 18. cap. 17, In cretoso & rubricoso & aquosiore agro adoreum.

AQVAE augustae {ὕδατα αὐγοῦστα} Ptolemaeo, vrbs Aquitaniae in Gallia, vulgò *Baiona*.

Aquae calidae, vrbs insulae Britanniae, Ptolemaeo, vulgò *Bathe*. ¶ Est & vrbs eiusdem nominis Ptolemaeo, Vicus aquarius aliis dictus, vulgò *Vich, Vique*.

Aquae mortuae, oppidum Galliae Narbonensis opere C. Marij, centum passus à Rhodani ostiis deductae, vt ait Plinius. Vulgò *Aigues mortes*.

Aquae Sextiae Salyum, siue Salyorum, Galliae Narbonensis vrbs, nunc Aquensis ciuitas, quam Sextius dux redactis in potestatem Salyibus aedificauit, nomen à cõditore & aquis calidis adepta. Author Strabo. Vulgò *Aix en Prouence*. Plin. lib. 3. cap. 4.

AQVVLA, Oppidum Hetruriae. Vnde Aquulenses & Aquenses Plinio & Ptolemaeo dicti.

Aquifolia, aquifoliae, quasi Acufolia, ab aculeis foliorum, Arbor syluestris, habens aculeata folia, quae non decidunt, ferénsque baccas sine succo. Plin. lib. 24. cap. 13, Aquifolia arbor in domo aut villa sata, veneficia arcet. Dicitur & Aquifolium in neutro genere pro eodem. Plin. lib. 16. cap. 25, Caeterae Vere conceptae, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes.

AQVILA, pen. corr. vrbs Brutiorum, ex ruinis Furconij antiquissimi oppidi, à Longobardis aedificata, vt scribit Volaterr.

Aquila, aquilae, pen. corr. {ἀετός} Auis olim Ioui sacra. Eius sex sunt genera. Vide Plin. lib. 10. cap. 3.

Aquila vnde dicatur. Vide AQVILVS.

Aquila anataria apud Plinium, id est Anatum insectatrix, quam Aristoteles nessophonon appellat, & leporaria, quam ille lagophonon: à necandis leporibus & anatibus inditis nominibus. Budaeus.

Aquilae feroces. Horat. 4. Carm. ode 4,

-nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.

Fulua. Virgil. 11. Aeneid.

Aquilae clangunt. In elegia de Philomela.

¶ Aquila etiam fuit signum singularum legionum Romanarum. Vnde Aquilifer dicebatur qui eam gestabat, aliàs Signifer. Cic. 2. in Catil. Quum Aquilam illam argenteam (cui etiam sacrarium scelerum domi suae fecerat) sciret esse praemissam. Ouid. 5. Fastorum,

Romanaeque aquilae signifer hostis erat. Lucan. lib. 1,

-infestisque obuia signis Signa, pares aquilae. Eodem lib. 5,

Vt notae fulsere aquilę, Romanáque signa. Galba Ciceroni lib. 10. 30, Aquilae duae, signa sexaginta sunt relata Antonij.

¶ Aquilae senectus, Prouerbium quod in senes dicebatur bibaces magis quàm edaces. Nam Plin. lib. 10. cap. 3, refert aquilas neque senio, neque aegritudine oppetere, sed fame, intantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat: eóque aquilam tantum in senecta bibere, aut de praeda sanguinem sugere, quum nullae ferè aues aduncis vnguibus, potu vtantur, pręter tinunculum & miluum: quanquam ij quoque perquàm rarò bibant. Author Aristoteles lib. de Natura animalium 8. Terent. Heaut. 3. 2.

-visa verò est, quod dici solet, Aquilae senectus.

¶ Aquila non captat muscas. Prouerbij faciem habet: pro, Summi viri negligunt minutula quaepiam: Animus excelsus res humiles despicit. aut, Egregiè docti nonnunquam in minimis labuntur. &, Maximus negotiis occupati, ad pusilla quaedam conniuent. Erasm.

Aquilinus, adiectiuum, penult. prod. {ἀετινος} quod ad aquilam pertinet, aut quod est aquilae simile: vt, Aquilinus nasus, id est Aduncus, instar rostri aquilini: & aquilinae vngulae, hoc est Rapaces. Plautus Pseud. 13,

An tu inuenire postulas quenquam cocum,
Nisi sit miluinis, aut aquilinis vngulis?

Aquilifer, pen. corr. aquiliferi, pen. corr. {ἀετοφόρος} Dicebatur signifer in Romana militia, ab aquila, quam (vt ait Plinius) Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo propriè dicauit. Caesar 5. bel. Gal. Ex quibus L. Petrosidius aquilifer quum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum proiecit.

Aquilegium, aquilegij {ὑδραγωγεῖον} Collectio aquae. Plaut. Si pluet, aquilegio me iuuabo.

Aquilicia festa dicebantur, quibus Ioui pro aqua è caelo eliciendã sacra faciebant. Horum meminit Tertull. in Apologet. cap. 40.

AQVILEIA {ἀκυληία} à Romanis condita in Italia, incumbentibus Barbaris opposita: emporium Illyricarum gentium. verba sunt Strabonis. Liu. 10. bel. Maced. Aquileia colonia Latina eodem anno in agro Gallorum, est deducta. Hactenus Liuius. Haec vrbs non prius caput extulit, quàm subactis Pannoniis, ex quibus tanquam claustris ad Danubium patefactis, tutum id coepit esse iter, quod (teste Tranquillo) Augustus saepe frequentauit. Aquileiensium fides probata est Maximinorum patris & filij bello, vt scribit Capitolinus. Aquileia, hodie *Algar* castellum vulgò. Silius lib. 8,

Necnon cum Venetis Aquileia persurit armis. Martialis,
Et tu Ledaeo felix Aquileia Timauo.

Aquilex, pen. corr. aquilegis, pen. corr. ab aquis legendis dictus est, vt author est Marcellus, artifex inueniendorum fontium, aquarúmque colligendarum ad aquaeductus: Idem ferè cum eo qui Librator vocatur in l. 1. C. de Excusatio artificum. ab aquis librandis dictus. Plin. Iunior ad Traianum de aquaeductu Nicomedensium loquens, lib. 10. epist. 38, In primis necessarium est mitti à te vel aquilegem, vel architectum, ne rursus eueniat quod accidit.

Aquilifer, Aquilinus. Vide AQVILA.

Aquilina, vel Aquilegia {χελιδόνιον μέγα} Herba est eadem cum Chelidonio maiori, paulo tamen rotundioribus foliis ac mollioribus, caule cubitali, recto & tenui, &c. Reliqua vide apud Mathiol. in Diosc. lib. 2. cap. 176.

AQVILIA, siue vno l Aquilia, gens fuit Romae patricia, ab Aquillo, id est nigro colore, ita dicta. Haec familia paucos habuit claros. Prodierunt tamen ex ea nonnulli Consules, vt C. Aquillius Sabinus, qui Consul fuit cum T. Sicinio anno ab V. C. CCLXVI, vt author est, Dionysius lib. 8, & Liuius lib. 2. Item M'. Aquillius Gallus qui COS. fuit cum C. Mario anno DCLII, vt author est Cassiodorus. Huius filius fuit C. Aquillius Gallus, Ciceronis in praetura collega, vt ipse author est in oratione pro Cluentio, & Offi. 3. Summus hic fuit Iurisconsultus, teste Cicerone pro Quinctio & pro Cecinna, & Pomponio in l. 2. D. de orig. Iur.

AQVILO, penultima correpta, Aquilonis, mas. gen. {βορέας} Ventus est (inquit Seruius) qui de alto flat, id est à Septentrione, & tempestates grauissimas facit. Festus, Aquilo ventus à vehementissimo volatu ad instar aquilae appellatur. Plin. lib. 2. cap. 47, A Septentrionibus Septentrio, intérque eum & exortum solstitialem Aquilo, Aparctias dicti & Boreas. Cic. 6. Verr. Spelunca quaedam conuersa ad Aquilonem.

Aquilonis vim pulchrè describit Ouid. lib. 6. Metamor. & 3. Trist. elegia 10.

Densus Aquilo ab oris Hyperboreis. Virg. 3. Georg.

Frigidus. Virgil. 2. Georg.

Impotens. Horat. 3. Carm. ode 30. I. Hoc est, Valde potens, Acron. & Porphyr.

Niuosus. Seneca in Herc. OEtheo, 7.

Aquilone atri fluctus: Id est, Quos Aquilo flans atros fecit. Virg. 5. Aeneid.

Aquilone secundo agi, pro Aura secunda. Horat. 2. epist. 2,

Non agimur tumidis velis Aquilone secundo:
Non tamen aduersis aetatem ducimus Austris. Hoc est, Non sumus in summa felicitate & prosperitate, sed nec in sũma calamitate.

Insurgit

Insurgit Aquilo. Horat. Epod. 10.

Radit terras Aquilo. Horat. 2. Serm. sat. 6.

¶ Aquilones Cic. 2. de Nat. deor. Itaque & Aquilonibus reliquisque frigoribus adiectis, durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. Vide Plinium, lib. 2. cap. 47. Aquilones hic dicuntur venti, qui octo fermè diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant diebus XL, quos vocant Etesias & Prodromos.

Aquilonibus obiicere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 10.

¶ Aquilonibus mediis per altum ire: id est, Media hyeme, vel in maximis tempestatibus per æquor nauigare. Virg. 4. Æneidos,

Quinetiam hyberno moliris sidere classem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

Aquilonaris, & hoc Aquilonare {βόρειος} adiectiuum, penult. prod. Cic. 2. de Nat. deor. Sed etiam regio quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Aquilonius, aliud adiectiuum {βόρειος} vt, Aquilonia loca, in quibus flat Aquilo: Id est, Frigida. Plin. lib. 17. cap. 13. Omnes verò herbæ, vehementiores effectu viribúsque sunt in frigidis locis, vt in Aquiloniis.

Hyems Aquilonia. Plin. lib. 17. cap. 2.

Luna, Quæ digressa est in Aquilonem. Plin. lib. 2. cap. 97.

Proles. Propert. lib. 1. eleg. 19. Et, Aquilonia pignora, idem, hoc est filij Aquilonis. Stat. 5. Thebaid. 87.

Situs. Id est, Aquiloni expositus. Plin. lib. 15. cap. 19.

AQVILONI, Populi in sexta regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Aquilus, adiectiuum, pen. corr. {ἀετώδης} Festus, Aquilus color est fuscus & subniger: à quo aquila dicta esse videtur: quamuis eam ab acutè volando dictam velint. Aquilus autem color ab aqua est nominatus. Nam quum antiqui duos omnino naturales nossent, id est, Album & nigrum, interuenerit autem is quoque qui ita neutri similis est, vt tamen ab vtroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua eum denominauerunt, cuius incertus est color. Hactenus Festus. Plaut. Pœnulo. 16. Statura autem magna, corpore aquilo. Id est, Fusco & subnigro. Suet. in Aug. cap. 79. Nasum & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidúmque.

Aquiminale, huius aquiminalis {χέρνιβον} Vas aquarium. Paul. l. 3. in princ. D. de supell. legat.

Aquiminarius, vel Aquiminarium, huius aquiminarij {χέρνιβον} Vas potorium. Pomponius in l. In argento. D. De aur. & argent. legat. De Aquiminario Cassius ait, consultum se respondisse: quum alteri argentum potorium, alteri escarium, legatum esset, escario cedere. Idem in l. Cùm aurum. §. Si cui. D. de auro & argento leg. Sicut forte escarium argentum legatum sit, id solum debebitur quod ad epulandum in ministerio habuit: id est, Ad vsum & potum. Vnde & de aquiminario dubitatum est: & puto contineri. nam & hoc propter escã paratur. Paulus genere neutro enuntiauit in l. 3 D. de supellect. legat. Supellectile (inquit) legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, vasa aquaria, pelues, aquiminaria, candelabra, &c. Paulo pòst, Nam & pelues argenteas, & aquiminaria argentea, in supellectili esse non dubitatur. Alciat. Parerg. lib. 8. cap. 4. putat fuisse scutellæ certam speciem, potioni quidem aptam, sed quæ tamen magis cibo capiendo vsui esset.

AQVINIVS, Malus quidam poeta fuit, de quo sic Cicero 5. Tuscul. Adhuc neminem cognoui poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus videretur. Hinc apud Catullum, Cæsios Aquinos, malè scriptum arbitror, pro Cæsios Aquinios: etsi in modulando versu vocales coniungendæ sunt, vt earum cœtu vna comprehendatur syllaba. Turnebus.

AQVINVM, pen. prod. {Ἀκουῖνον} Latinorum oppidum, quod Melpha fluuius alluit, vt author est Strabo. vulgò *Aquino*. Cic. 2. Philip. Quũ Romam proficiscens, ad Aquinum accederet, obuiam processit magna sanè multitudo.

Aquipenser. Vide ACIPENSER.

AQVISGRANVM, penult. prod. Germaniæ nobilissima ciuitas, prius Vegetia dicta: Caroli Magni sepulcro nobilitata. vulgò *Aix en Alemagne*, Germani *Aken* vocant.

AQVITANIA {Ἀκουιτανία} Tertia pars Galliæ, de qua sic Plin. lib. 4 scribit, Gallia (inquit) omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta: à Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis. inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica antè dicta. vulgò *Guienne*, quasi *Aquienne*.

Aquitanus, adiectiuum, penult. prod. vt Aquitanæ gentes, apud Tibull. lib. 1. eleg. 7,

Hunc fore Aquitanas posset qui vincere gentes.

Aquitanicus {Ἀκουιτανικός} aliud adiectiuum, pen. corr. vt Aquitanicæ gentes, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

AQVITES, penult. correpi. Sacerdotis nomen apud Phasidem. Valer. Flacc. lib. 6,

-magnísque sacerdos
Phasidis, Arctois Aquites errabat in agris.

Aquor, aquaris, **Aquosus**, **Aquula**, Vide AQVA.

A R A

Ar me, pro Ad me antiquè dictum. Plaut. Trucul. Ar me aduenias. Vide in ARFERIA.

Ara, huius aræ {βωμός} Seruius, Nouimus aras & diis esse superis & inferis consecratas: Altaria verò esse superorum tantùm deorum, quæ ab altitudine constat esse nominata. Macrob. lib. 3. Satur. cap. 2, Multifariam legimus quòd litare sola non possit oratio, nisi is qui deos precatus, etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro Rerum diuin. lib. 5, dixit aras primùm ansas dictas, quòd esset necessarium à sacrificantibus eas teneri. Ansis autem teneri solere vasa quis dubitet? Commutatione ergo literarum, aras dici cœptas, vt Valesios & Fusios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo Poeta exequutus est versu, lib. 4. Æneidos,

Talibus orantem dictis, arásque tenentem
Audiit omnipotens. Hæc Macrob. Varro 4. de Ling. Lat. Vbi frumenta secta teruntur, & arescant, Area. Propter horum similitudinem, loca in vrbe pura, Areæ. à quo pòst etiam Ara deûm esse, quòd pura: nisi potius ab ardore. Seruius in 2. Æneid. Ara dicitur à precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt: vt contrà imprecatio κατάρα dicitur.

¶ In aram confugere, Salutis asylum petere, quam Canonici Immunitatem Ecclesiæ appellant. Galli autem *franchisiam*. Cic. 1. Tusc. Primùm autem tanta progenie orbatum quum in aram confugisset, hostilis manus interemit.

Aram tangere pellex, lege Numæ vetabatur: si tetigisset, solutis crinibus agnum cædere iubebatur: tum sacerdos versus ad Orientem, meditato & solenni precationis carmine, verbis priscis ex annalium vetustate erutis, numina & deos precatus, vota effundebat: quam plerunque ter repetebat. Ex Girald. in lib. de diis Gent.

Vsque ad aras esse amicum, Periclis apophthegma, quo admonemur nonnunquam quo consulamus amicorum commodis, eorúmque voluntati morem geramus, fas videri paulùm à recto deflectere: verùm eatenus, ne propter hominem amicum, numinis reuerentiam violemus. Olim enim iurantes, aram manu contingebant, vt ostendit Cic. pro Flacco. Meminit Plutarchus & Gellius.

Aras veteres tenebant quum à diis aliquid peterent. Virg. Æneid. 6,

Talibus orabat dictis, arásque tenebat. Quo loco Seruius, Rogabant enim deos, ararum ansas tenentes.

Ab aris puluinaribúsque detrahere. Cic. de Arusp. responsis.

Ab aris focisq; innocentem proiici, & vitam degere in exilio. Cic. Antequam iret in exilium.

Pro aris focísque certare. Cic. 3. de Natur. deor. Est mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris.

¶ Ara, Cæleste sidus. Ouid. 2. Metam. Cic 2. de Nat. deorum,

Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri.

¶ Aræ dicuntur saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, finésque imperij sui illic esse voluerunt. Hæc ferè Seruius in illud Virgilij 1. Æneidos,

Treis Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

¶ Aræ cælitum. Seneca in Agamem. 6.

Aræ planctibus vallantur. Stat. 10. Theb.

¶ Aræ deorum ignotorum Epimenidis vatis Cretensis suasione in Attica erectæ fuerunt: de quibus vide Pausan. Diogenem Laert. Suidam, & plerósque alios. Meminit etiam harum D. Lucas in Actis Apost. cap. 17.

¶ Aram legum Cic. Verr. 4, vocat Prætoris tribunal, & iudicum subsellia.

Frigida ara, Id est, sine ignibus. Hoc est, in qua non sacrificatur. Val. 2. Argonaut.

Fumida. Ouid. 3. Trist. eleg. 13.

Fumosæ. Ouid. 2. Amorum. eleg. 13.

Gramineæ. Virgil. 12. Æneid. Romani enim moris fuerat, cespitem aræ superimponere, & ita sacrificare. Gramineas autem ideo, quia & de bello res agitur, & Marti sacrificatur, cui gramen est consecratum. quod secundum Plinium in Nat. hist. ex humano cruore procreatur. Hæc Seruius.

Herbosæ. Ouid. 15. Metam.

Mœstæ. Id est, quæ mœstos reddat: vtpote destinatæ alicuius morti, aut peragendo funeri. Virgil. 5. Æneidos,

Ex quo relliquias, diuinísque ossa parentis
Condidimus terræ, mœstásque sacrauimus aras.

Sacrificæ. Valer. 8. Argonaut.

Sanctæ. Ouid. 3. Metam.

Sepulcrales. Ouid. 8. Metam.

Ara sita alicui. Tacit. lib. 2, Et aram Druso sitam disiecerat. Et lib. 3, Vrbs Philippopolis à Philippo Macedone sita.

Sopitas aras ignibus excitare. Virg. 8. Æneid.

Syluestres. Stat. 5. Thebaid.

Testibus aris aliquid agere. Stat. 1. Achil.

Thuricremæ. Lucret. lib. 2. Ouid. de Arte amandi, 3.

Thuriferæ. Stat. 1. Achil.

¶ Adolere aras. Tacit. lib. 14, Nam cruore captiuo adolere aras, & hominum fibris consulere deos fas habebant.

Adorare. Seneca in Agamem. 6.

Aræ calent thure. Virgil. 1. Æneid. Claudian. 2. Paneg.

Aram coronis cingere. Ouid. 3. Trist. eleg. 13.

Colere victimis. Seneca in Hercul. furente, 11.

Aris thura dare. Ouid. 2. Amorum, eleg. 13.

Aræ destinare aliquem. Virg. 2. Æneid.

Ara exhalat odores. Lucret. lib. 2.

Aras exorare. Id est, deos exorare, quos ante aras stantes, manúqs illas tenentes, rogabant. Ouid. 7. Metam.

Aris honorem facere. Virgil. 5. Æneid.

Aram imbuere. Virg. 1 ecloga, -illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. Vide IMBVO.

Aris dona imponere. Virg. 4. Æneid.

Aris honorem imponere. Virg. 1. Æneid.

Aras votis incendere. Virg. 3. Æneid. Votis, Id est rebus quas voueramus.

Aras incestare, Id est, Polluere. Stat. 5. Sylu. 5.

Inferre dapes aris. Valer. 3. Argon.

Inquinare aras. Seneca in Herc. OEtheo, 13.

Mactare aris honores. Virg. 3. Æneid. Honores, id est victimas honori deorum, aut honorandis diis conuenientes. Nisi MACTAVIT ad Taurum potius referre velis, & postea, HONORES MERITOS, per appositionem (quam vocant) inferre.

Aræ torquibus ornatæ. Virg. 4. Georg. Id est, Coronis.

Placare aras odoratis ignibus. Ouid. 15. Metam.
Ponere aras. Horat. 2. epist. 1.
Promittere aris. Id est, Vouere aliquid Stat. 6. Thebaid.
Caede spargitur ara. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.
Succendere aras. Seneca in Herc. OEtheo, 7.
Tangere. Virg. lib. 12,
Tango aras, mediósque ignes, & numina testor. Vide Macrobium in ARA, paulo antè.
Tenere. Vide paulo antè Aram tenere.
Tingere sanguine votiuo. Ouid. 20. epist.
Verbenis ara vincta. Horat. 4. Carm. ode 11.
Violare aras. Sil. lib. 17.
Vouere. Aras sacrare. Silius lib. 16,
Forsan sacrasset Zephyro quas vouerat aras.
Ad aras libare. Virg. 7. Aeneid.
Astare ante aras. Ouid. 8. Metam.
In aris animam finire. Ouid. 7. Metam.

Arabarches {ἀραβάρχης} Extat Imppp. Vall. Grat. Theod. constitutio in l. 9. C. de vectig. & commiss. in haec verba, Vsurpationem totius licentiae submouemus, circa vectigal Arabarchiae, per Aegyptum atque Augustaneam constitutum: nihilque super transductione animalium quae sine prohibitione solita nimime permittenda est, temerarie per licentiam vendicari concedimus. Quae verba indicant Arabarchen, praefectum fuisse exigendo vectigali de pecuariis quae ex Arabia in Aegyptum deuehebantur: vt sit illud nomen officij publicanorum. Meritò ergo Iuuenalis T. Alexandrum natione Aegyptiú, vt Tacitus lib. 17. scribit, taxans, Arabarchen appellat:
Atque triumphales, inter quos ausus habere
Nescio quis titulos Aegyptius, aut Arabarches. Vt non immeritò damnandi sint qui simpliciter Mollem accipiunt, idque editis annotationibus probant. Quapropter & in epist. M. Tullius ad Atticum, lib. 2. 31, appellat Arabarchen M. Antoniú, quasi Aegyptium publicanum. Extorquebat enim ab illis ingentia vectigalia, vnde pecuniam conflaret, quá deinde prodigeret: vt est apud Plutarchum. Alciatus lib. 1. Praetermissorum. Paulus Manutius non Antonium significari putat, sed Pompeium. Vide Cn. Pompeius in POMPEII.

ARABIA {Ἀραβία} Asiae regio est. Ea autem triplex est, Petraea, Deserta, Felix. Petraea sic dicta à Petra vetustissimo oppido, Aegypto Iudaeaq; confinis est, authore Ptolemaeo: Straboni autem ac Plinio alio nomine Nabathaea dicitur. Post Petraeam Arabia deserta Ptolemaeo vocata, Straboni autem Scenetis, vbi & Scenae vrbs Plinio, σκηνῖται unde dici placet, quòd gens vaga & sine aedificiis in tentoriis habitet. Haec à Meridie montibus Arabiae felicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet: ab Occidente, Petraeam. Arabia felix Meridiem versus, inter duos sinus Arabicum, & Persicum, veluti peninsula excurrit, quae (vt Strabo scribit) bis vt India, fertur ob foecunditatem, fluminibus scatet. de hac vide Plin. lib. 6. cap. 28.

Arabs, Arabis, pen. corr. {Ἄραψ} adiectiuum, Qui Arabiam incolit. Horat. 1. epist. 7.
-nec Otia diuitiis Arabum liberrima muto.
Arabes, vel Arabas, accusatiuus pluralis. Catul. ad Furium & Aurelium, 11, Siue in Hyrcanos, Arabásque molles, &c.
Arabum beatae gazae. Horat. 1. Carm. ode 29.
Arabas palmiferos dixit Ouid. pro Arabia palmifera, & palmarum ferace, lib. 10 Metam.
Arabs mollis. Claud. 7. Paneg.

Arabicus, pen. cor. adiect. {Ἀραβικός} vt Arabicus odor Plaut. Merc. 8.

Arabius, aliud item adiectiuum {Ἀράβιος} vt Arabius odor, Plaut. Poenulo. 18. Propert. lib. 2. eleg. 3.
Nec si qua Arabio lucet bombyce puella. Id est, serico quod in Arabia bombyces texunt. Sed hic Arrabio legendum est, productionis causa.

Arabicè, aduerbium {Ἀραβιστί} vt Arabicè olere: id est, ex odoribus Arabicis. Festus.

Arabica {Ἀραβική} Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Arabica ebori simillima est, & hoc videretur, nisi abnueret duritia. Putant contra dolores neruorum prodesse habentibus.

Arabicus lapis {λίθος ἀραβικός} teste Dioscoride, ebori similis est, qui tritus illitus haemorrhoidas exsiccat: eiúsque cinis dentifricio optimus est. Haec ille lib. 5. cap. 106.

Arabicus sinus {Ἀράβιος κόλπος} Fluminis instar angustus est, atque proli xus ad stadia decem millia vsque ad ostium, eo prorsus angusto existente. Haec Strabo lib. 2.

Arabilis. Vide ARO.

ARABIS, fluuius. Vide ARBIS.

Arabis, siue Draba {Ἀραβὶς, δράβη} Herba est ad cubiti altitudinem assurgens, foliis lepidio non ferè dissimilibus, & vmbella sambuci. Haec in campestribus praesertim, & agrorum marginibus nascitur. Plura vide apud Dioscor. lib. 2. cap. 151.

ARABIS {Ἀραβίς} Oppidum à Nicanore praefecto Mesopotamiae conditum. Plin. lib. 6. cap. 26.

ARABVS {Ἄραβος} Apollinis fuit filius ex Babylone (vt inquit Plin. lib. 7. cap. 56) quem medicinae artis quidá voluerunt extitisse repertorem.
¶ Est & Arabus lapis, qué Diosc. Arabicú vocat. Vide in ARABICVS.

ARACHNE, puella Lydia lanificij peritissima, aegrè ferens opus suum à Pallade quacum certamen susceperat, confractum, laqueo gulam sibi fregit: quam Pallas in araneam mutauit. Author Ouid. lib. 6. Metam. A Graecis ἀράχνη, à Latinis Aranea dicitur. Virg. lib. 4. Georg. -in foribus suspendit aranea casses. & (vt notat Seruius) Araneus etiam ab antiquis dicebatur.

ARACHOSIA {Ἀραχωσία} Vna est è Satrapiis vltra Indum fluuium, cuius meminit Plin. in descriptione Indiae. & Strabo lib. 11. Scribitur & Aracosia sine aspiratione.

ARACHTHVS {Ἄραχθος} Fluuius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

Araciae ficus, Dicuntur albae, pediculo minimo, latissimae, de quibus Plin. lib. 15. cap. 18.

Aracidna, Planta est sponte nascens, quae cùm sit radicibus ramosis ac multiplicibus, nec folium nec herbam vllam, aut quidquam aliud supra terram habet. Plin. lib. 21. cap. 15.

Aracos, Herba est sponte prouenjens, de qua Plin. lib. 21. cap. 15.

ARACYNTHVS {Ἀράκυνθος} mós est Mineruae sacer: quem quidam in Attica regione esse dicunt, quod Virgilium tetigisse afferunt, quum ait 2. ecloga,
Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho. Alia in Boeotia esse dicunt: & more pastorali Virgilium esse loquutum, qui locum vnum pro altero saepe ponunt: vt similiter apud Theocritum saepe conspicitur. Nonnulli verò in Arcadia esse dixerút. Solinus verò & Plin. lib. 4. Acarnaniae montem dicunt: vnde existimo & in Attica, & in Boeotia, & in Arcadia, & in Acarnania eiusdem nominis montes fuisse.
Aracynthi rupes. Propert. lib. 3. eleg. 15.

ARADII {Ἀράδιοι} Phoenicum populi, ab Arado ciuitate, qui cum caetera Phoenicia, Syriacis regibus vt amicis obtemperabant. De his plura Strabo lib. 16.

ARADVCA {Ἀράδουκα} Vrbs Lusitaniae, quae vulgò ab Hispanis Arruca dicitur. Ptolem. lib. 2. cap. 5.

ARADVS, pen. corr. {Ἄραδος} Phoeniciae ciuitas Tripoleos, non procul à Tyro & Sidone. Tripolis enim maritimum oppidum sic dictum est à tribus oppidis, Tyro, Sidone, atque Arado, vt authores sunt Plinius & Strabo. Arado opposita est Antaradus in Meridiem, quae hodie Tortosa dicitur, amoenissima ciuitas, sita non procul à Damasco. Ptolemaeus in tab. Asiae 4. Apud Melam insula est & oppidum. Sic enim ait lib. 2. cap. 7, de Mediterranei maris insulis: Arados etiam in Phoenice est parua, & quantum patet tota oppidum, frequens tamen, quia etiam subter aliena tecta sedem ponere licet. Oliuarius dicit eam nunc vulgò vocari AR.

Aradus {Ἄραδος} Dicitur corporis motus cum exercitio, & dolore. Cael. lib. 5. cap. 10. Gal. autem Commen. de Victu acu. lib. 4. dicit aradum significare turbationem quandam, & veluti pugnam, quae in ventre ex discrepantibus facultate cibariis oritur.

ARAE FLAVIAE, Germaniae vrbs ad Danubium, Ptolemaeo, vulgò Nordlingen.

ARAETHYREA {Ἀραιθυρέα} Regiuncula est Achaiae propriè dictae, postea Asophis dicta, vrbem habens eiusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amoenitate commendat. De hac Plin. lib. 4. cap. 5. & Strabo lib. 8.

ARAGVS {Ἄραγος} Fluuius, de quo Strabo lib. 11. Sed praecipuè Aragum dicunt in partes multas diuisum, regionem Massagetarum alluere, aliis ostiis in aliud mare excuntem, Boream versus, vno aut solo Hyrcanum sinum versus.

ARAMAEI {Ἀραμαῖοι} dicti sunt Scythae, alio nomine Sacae à Persis appellati. Plin. lib. 6. cap. 17.

Aranea, araneae, pen. corr. {ἀράχνη} Tela quam araneus facit. Ouid. 4. Metamorphoseos,
-non illud opus tenuissima vincant
Stamina, nec summo quae pendet aranea tigno. Catull. ad Fabullam, 13,
-nam tui Catulli Plenus sacculus est aranearum.
¶ Aranea, pro ipso animali etiam accipitur. Ouid. 6. Metam.
Stamen & antiquas exercet aranea casses. Virg. Georg. 4,
In foribus laxos suspendit aranea casses. Vbi Seruius, Virgilius quidem confundit: tamen sciendum maiores animal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: retia verò quae faciunt, foeminino. Haec Seruius. Colum. lib. 9. cap. 14, Araneis, qui fauos corrumpunt detractis. Plin. lib. 8. cap. 28, Aranei cum telis primi cadunt.
¶ Aranea, pro lanugine illa, qualis in virgultorum summitatibus enascitur, eáque corrumpit. Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit, Plin. lib. 24. cap. 9. Hoc est, In lanuginem araneae similem.
Aranea telas exercet. Ouid. 6. Metam.
Filum pede deducit. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14.
Aranei tenuia fila. Lucret. lib. 3.
Arida aranea. Iuuenal. sat. 14.
Araneorum genera & naturam leges apud Plin. lib. 11. cap. 24.
¶ Est & araneus, marinú animal Plin. lib. 32. cap. 11.
¶ Araneus mus, Animal in Italia, de quo Plinius libro 8. cap. 58, In Italia muribus araneis, venenatus est morsus. Colum. lib. 6. cap. 17, Músque araneus, quem Graeci μυγαλῆν appellant, quamuis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur. Vide MVS.

Araneum, huius aranei, penultima corrept. Vitium peculiare oliuis & vitibus, quum veluti telae inuoluunt fructum & absumunt: authore Plinio lib. 17. cap. 24.

Araneola, huius araneolae, pen. corr. diminutiuum {ἀραχνίδιον} Parua aranea. Cic. 2. de Natura deorum, Data est quibusdam bestiis etiam machinatio quaedam atque solertia, vt in araneolis.
Araneolus etiam masculino genere dicimus. Virg. in Culice,
Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Araneosus, pen. prod. adiectiuum {ἀραχνώδης} vt, Situs araneosus, locus araneatum telis plenus. Catull. ad Thallum cinaedum, quem vocat molliorem situ araneoso.
Araneosa lanugo. Plin. lib. 12. 1, Foliis araneosa lanugine obductis.
¶ Araneosus, Aranearum faciem habens: vt, Araneosus caulis. Plin. lib. 21. cap. 15, In Aegypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Hanc è Nilo metunt, caule quum coctus est, araneoso in mandendo. Hoc est, Habente fila frequentissima, telam aranearum repraesentantia.
Vomitus Plin. lib. 29. cap. 4, Peior vtroque est caeruleus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosos. Hoc est, in quibus telae araneae conspiciuntur, vt ait Sipontinus.

ARANIVM {Ἀράνιον} Oppidum in Aethiopico sinu. Plin. lib. 6. cap. 29.

ARAR, siue Araris, penult. correpr. {Ἄραρ} Fluuius est Galliae, atque ex eodem

eodem ex quo Rhodanus, monte exiens, in Rhodanum ipsum iuxta Lugdunum immergitur: qui adeo lenis fluit, vt nescias in vtram partem descendat: clarus ponte Cæsaris vno die militum opere fabricato. Lucan. lib. 6,

-Rhodanúmque morantem   Præcipitauit Arar.

Araris dicitur, sed per Apocopem Arar, vt testatur Priscianus in septimo. hodie Sagona, vulgò *La Sone*. Virg. eclog. 1,

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Arar pigerrimus vndæ. Silius lib. 15.

ARARAVCELES, Populi in Cyrenaica regione, de quibus apud Plin. lib. 5. cap. 5.

ARARENA {Ἀράρηνα} Nomadũ regio est, ex magna parte deserta, cuius Sabus rex fuit, vt author est Strab. lib. 16.

ARARVS {Ἄραρος} Fluuius Scythiæ Europeæ, in Istrum influens, cuius meminit Herodot. lib. 4.

ARATIA {Ἀρατία} Insula est contra Persidem, cum monte præalto, Neptuno sacra. Plin. lib. 6. cap. 25.

Aratio, Arator, Aratro, Aratrum. Vide ARO.

ARATOR, pen. prod. Poeta Christianus, Romanus subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu composuit, vt notat Volaterranus.

ARATTHVS, i {Ἄραθθος} Fluuius est Epirotarũ, qui præter Tolgum vrbẽ labitur. Oritur autem ex mõte Stympheo. ab illius radice. Strab. lib. 7.

ARATVS, pen. prod. {Ἄρατος} poeta Græcus antiquissimus, qui optimè de Astrologia, iudicio Ciceronis scripsit, Cuius Phænomena ipse Cicero vertit adolescens, vt scribit lib. 2. de Natura deorum. Huius meminit Stat. lib. 5. Syl. 3.

ARAVISCI {Ἀραουίσκοι} Pannoniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 25.

ARAVRIVS {Ἀραύριος} Fluuius est Galliæ Ptolemæo: Straboni Rauraris appellatus. Is etiam prope Massiliam Petrosus vocatur, quòd lapidibus sit maximè refertus. Vide interpretem Pomponij.

ARAVSIO {Ἀραυσίων} nunc Arausiensis ciuitas dicta, vulgò *Aurenge*, principatus nobilissimus, qui nunc ditionis est Anaxonensium principum. Vadianus in Melam.

ARAXES {Ἀράξης} Armeniæ fluuius, ex eo monte ex quo Euphrates nascitur, contrario tamen ei cursu, versus Orientem tendens, vsque ad Atropatiam: deinde in Boream conuersus, Azaram præterlabens, in mare definit Hyrcanum, vt author est Strabo. Herodoto tamen secus visum est. Porrò Araxem ἀπὸ τοῦ ἀράττειν vocari, quòd opera Iasonis & labore Penei Thessalici, montium continuationem disrupit, Stephanus & item Strabo authores sunt.

Armenius Araxes. Lucan. lib. 7.

Barbarus. Lucan. lib. 1.

Gelidus. Seneca in Hippol. 1.

Pontem indignatus Araxes, Virgil. non ab re dictum est: nam (vt refert Isidorus) cùm Alexander eum transgredi vellet ponte fabricato, tanta vi inundauit, vt pontem dirueret. Seruius notat id Xerxem conatum fuisse facere.

Araxis, Genitiuus. Propert. lib. 3. eleg. 12,

Potabis galea fessus Araxis aquam.

¶ Araxem pharetratum dixit Stat. lib. 5. Syl. 2, pro populis Araxem accolentibus. Hoc est, Armeniis.

Araxinus campus {Ἀραξηνὸν πεδίον} Armeniæ conuallis quædam est, per quam Araxes fluens, ad extrema Albaniæ, & in mare Caspium egreditur. Strab. lib. 12.

ARAXVM Plinio, Ἄραξον Ptolemæo, Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patris. Vide Plin. lib. 4. cap. 8, & Ptolem. lib. 3. cap. 6.

A R B

ARBA {Ἄρβα} apud Plin. lib. 3. cap. 21, insula est ante Illyricum. Ptolem. verò lib. 2. cap. vlt. Arbam, ciuitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adiacens.

ARBELA {Ἄρβηλα} Loca sunt Syriæ, quæ ad Babyloniam pertinent, iuxtáque eam sunt. Strabo lib. 16.

ARBELITIS {Ἀρβηλῖτις} Regio proxima Syriæ, vbi Darium Alexander debellauit. Plin. lib. 6. cap. 13.

ARBII {Ἄρβιοι Stephano} Populi sunt Indis finitimi, non procul ab Arianis & Gedrosiis: ita dicti ab Arbi vicino fluuio. Recẽsentur à Plin. lib. 6. cap. 23.

Arbilla, aruina. Id est pinguedo corporis. Festus.

ARBIS {Ἄρβις} Fluuius est in finibus Carmaniæ, non procul ab Arianis & Gedrosiis. Plin. lib. 7. cap. 2. Vnde fortè Arbij populi dicti, de quibus paulo antè.

Arbiter, arbitri, pen. corr. {διαιτητὴς, διαγνώμων, ἐπιγνώμων.} Festus, Arbiter dicitur iudex. quòd totius rei habeat arbitrium & facultatem: vt, Arbiter pugnæ, apud Horat. lib. 1. Carm. ode 3.

Arbitram in fœminino dixit Horat. in Epod. 5,

-ô rebus meis

Non infideles arbitræ,

Nox & Diana.

Arbitri & testes legum & iudiciorum, Castor & Pollux. Cic. 7. Ver.

Capere arbitrum. Terent. Heaut. 3. 1.

Cedo quemuis arbitrum. Vide CEDO.

Sumere, pro Eligere & accipere. Cic. pro Roscio Comœdo, Eundémne tu arbitrum & iudicem sumebas?

Arbitrum in aliquam rem esse. Cic. pro Rosc. Comœdo, Quis in hanc rem fuit arbiter? vtinam is quidem Romæ esset.

Ad arbitrum. Vide AD præpositionem.

Vti aliquo arbitro. Cic. ad Sulpitium, lib. 4, Sic præscripsimus iis quibus ea negotia mandauimus, vt omnibus in rebus, quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro vterentur.

Adeo ad arbitrum. Vide ADEO.

Arbiter datus quibusdam de re aliqua Cic. 1. Offic. Nec noster quidem probandus est: si verum est, Q. Fabium Labeonem arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus a Senatu datum.

Datus arbiter inter aliquos. Cic. 1. de Legib. Ego planè vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.

Postulare arbitrum. Cic. pro Cecinna.

Dicere aliquem arbitrum, pro Statuere. Horat. 2. Carm. ode 7,

-quem Venus arbitrum

Dicet bibendi? Arbitrum bibendi vocat, quem prisci Modiperatorem dicebant.

Annonæ arbiter. Stat. 4. Sylu. 9.

Formæ arbiter. Ouid. 15. epist. 14 de Paride.

Statuere arbitrum. Cic. Att. lib. 15, Hirtius arbitrum me statuebat, non modo huius rei, sed totius Consulatus sui.

Adigere arbitrum. Vide ADIGO.

¶ Sine arbitris aliquid facere. Id est, Nemine vel vidente vel audiente. Plaut. Capt. 5,

Vnum exorare vos finite nos.

L. Id quidnam est? C. vt sine hisce arbitris,

Atque vobis. nobis detis loquendi copiam. Liu. 1. ab Vrbe, Tanaquil inter tumulum claudi regiam iubet, arbitros eiicit. Id est, multitudinem populi admirantem quid rei accidisset Tarquinio moribundo, eiicit, nequid de re cognoscerent.

Remotis arbitris de nouo consilio agere. Liu. lib. 2.

Inferre se in locum sine arbitris. Id est, Sine comitibus. Liu. lib. 1, Lucus erat, quem mediũ ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quò quia persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ se inferebat, Camœnis eum lucum sacrauit.

Ab arbitris remotus locus: &, Loca ab arbitris libera. Id est, Interpellatoribus crebris carentia. Cic. 7. Verr. Amœno sanè, & ab arbitris remoto loco. Idem Attico lib. 15, Hæc loca venusta sunt, abdita certè: & siquid scribere velis, ab arbitris libera.

¶ Arbiter initiationis Budæo, quem *Compatrem* vulgò vocant.

Arbitralis, & hoc arbitrale, pen. prod. {διαιτητικός.} vt, Arbitralis iudicatio. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 1, Vt ergo inter te & Vectium vel arbitrali iudicatione componam, aperiam quidem philosophiæ tricliniorum fores.

Arbitramentum {δίαιτα} Quidam pro Arbitrio, hoc est Arbitri sententia vsurpant. Sipontinus.

Arbitrarius, a, um, {διαιτητικός.} vt, Pœna arbitraria, quæ non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. Sipontinus.

Arbitrariè, aduerb. significat Pro arbitrio. Sipontinus.

Arbitrariò, aduerbium {διαιτητικῶς} Plaut. Pœn. 11, Nunc pol ego perij certò, haud arbitrariò. Vbi interpres, Haud arbitrariò, Non dubiè, quasi iam dato arbitrio: id est, sententia arbitri. Nam arbitrarium dicitur, quum adhuc res apud arbitrum geritur. Dum autem agitur, in dubio est: quia ante arbitrium potest arbiter pro opinione iudicare, quum totius rei habeat facultatem.

Arbitratus, huius arbitratus, pen. prod. {γνώμη} Arbitrium, voluntas, opinio. Cic. in Lælio, Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui: quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitratu suo vendere. Cic. 6. Verr.

Arbitratu alicuius aliquid fieri. l. 43. D. de verb. signif.

Meo arbitratu loquar. Cic. 1. de Orat.

Responde arbitratu meo. Cic. 4. de Finib.

In ditionem & arbitratum alteri se dedere. Plaut. Amph. 4,

Dedúntque se diuina, humanáque omnia, vrbem & liberos

In ditionem atque in arbitratum cuncti Thebano populo.

Arbitrium est idem quod Arbitratus, voluntas. Cic. in Verr. 1, Ad nostrum arbitrium libidinémque aduersariorum minas eludemus.

Nauigare ad suum arbitrium. Cic. Verr. 4.

¶ Ponitur etiam pro nutu & voluntate. vt, Sub arbitrio Dei esse. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.

In arbitrium alicuius venire. Ouid. 5. epist.

¶ Arbitrium, Opinio. vt, Omnia pro arbitrio suo facit. hoc est, Prout opinatur esse faciendum. Sipontinus.

Ad arbitrium suum adducere. Vide ADDVCO.

Ad arbitrium suum scribere. Cic. 2. de Finib.

Conferre omnia ad arbitrium alterius. Vide CONFERO.

¶ Arbitrium, quod vulgò *placitum* & *appetitum* dicimus. Cicer. 6. Verr. Ne mulierum nobilium & formosarum gratia, quarum iste arbitrio Præturam per triennium gesserat, &c.

Nauigare ad arbitrium suum. Cic. 7. Verr.

Viuere ad aliorum arbitrium, non ad suum. Cic. pro Muræna.

Ad nostrum arbitrium libidinémq; eludere iudicij expectationẽ. Cic. 2. Verrina.

Ad arbitrium suum mouere mẽtes auditorum. Cic. 2. de Orat. Sic, Ad arbitrium alterius perorare. Idem in Vatinium.

Homo sui arbitrij *Qui ne se gouuerne que par soy-mesme*. Budæus. Sueton. in Tiberio, cap. 18, Semper aliâs sui arbitrij, contentúsque se vno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicauit.

Ad arbitrium & nutum alterius totum se fingere & accommodare. Cic. in Bruto.

Nutu & arbitrio Dei omnia reguntur. Cic. pro Rosc. Amer.

Secundum arbitrium tuum testes dabo. Cic. 7. Verr.

Arbitrium tuum sit. Cic. ad Atticum, lib. 15, Orationem tibi misi: eius custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit.

Arbitriis dispensare omnia Ouid. ad Liuiam.

Arbitrium suum est de Rep. Brutus ad Cic. 16, Quod autem tibi cum Antonio priuatum odium? nempe quia postulabat hæc, salutem ab se peti, precariam nos incolumitatem habere à quibus ipse libertatem accepisset: esse arbitrium suum de Rep.

¶ Arbitrium, Potestas. Liuius 4. bel. Maced. Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis, non vestri arbitrij erit.

Arbitrium vrbis Romulus habet. Ouid. 4. Fast.

Arbitrium secreta loquendi eripere alicui. Ouid. 4. Metam.

Arbitrium rei alicuius esse penes aliquem. Ouid. 24. epist. Te penes arbitrium nostræ vitæque necísque.

¶Arbitrium honorarium, id est Prætorium. Cic. pro Roscio Comœdo, Perinde acsi in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica, conclusa & comprehensa sint.

¶Arbitrium, Facultas iudicandi arbitro data. Vnde, Arbitrium recipere. Vlpianus l.14.D.de receptis arbitris. Recepisse autem arbitrium videtur (vt Pedius lib 9. dixit) qui iudicis partes suscepit, finémque sententia sua controuersiis impositurum pollicetur. Atque in hac significatione ponitur toto titulo Digest. & Codicis De receptis arbitris.

Inter Arbitrium autem & Iudicium differentiam ostendit Cicero in oratione pro Roscio Comœdo, Causam perdidisti, propterea quòd aliud est iudicium, aliud arbitrium. Iudicium, est pecuniæ certæ: arbitrium, incertæ. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totam litẽ aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitriũ hoc animo adimus, vt neque nihil, neque tantum quantum postulauimus, consequamur.

Arbitrium tamen apud bonos authores, & ipsum quoque Ciceronem etiam pro Iudicio ponitur: præsertim in iis caussis, in quibus ex fide bona solebat addi: veluti Tutelæ, Mãdati, Fiduciæ, Pro socio, Rei vxoriæ, & si quæ sunt generis eiusdem. Non quod idem sit Iudiciũ & Arbitrium, sed quod hæc iudicia proximè ad naturam arbitriorũ accedant. In his enim iudiciis, quemadmodum & in arbitrio, Prætor nullam certam formulam præscribit, sed omnem potestatem ex æquo & bono iudicandi iudicibus liberam relinquit. Cic.lib.3. Offic. Q. Scæuola summam vim esse dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA. Hæ autem caussæ aliàs semper ferè Iudicia appellantur. vt in Topicis, & lib.Offi 3.

Arbitrio pro socio cõdemnare. Id est, iudicio. Cic.pro Quinctio, Quasi ij qui magna fide societatem gererent, arbitrio pro socio condemnari solerent. Est autem hæc concisa locutio, quæ integra sic effertur: Condemnare arbitrio siue iudicio, quod aduersus socium pro socio constitutum est.

Arbitria facere de aliquo. Id est, Iudicare. Hor.4.Carm.ode 7,

Cùm semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria.

Id est, Quum de te splendidè ac dignè iudicauerit Minos. Porphyr.

Arbitrium litis in omnes traiicere. Ouid.13.Metam.in fine.

-Et arbitrium litis traiecit in omnes.

¶Arbitrium item ponitur pro sententia quam arbiter electus pronuntiat. Festus. Arbitrium dicitur sententia quæ ab arbitro statuitur: Arbitrarium autẽ, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. Et in hac significatione accipitur in l. societatem.77.D. pro socio. & in l. idem Pomp.14.& passim D.de recept.arbitr.

¶Arbitrium, pro Præmio. Cic. in Pisonem, Eodem in tempore, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solùm, sed patriæ funeris abstulisti. Idem Post reditum in senatu, Quum tibi arbitria funeris soluebantur. Idem pro Domo sua, complorata arbitria petentes funeris.

¶Liberum arbitrium dixit Liu. vt vides in dictione Liber adiectiuo: pro quo voluntatem liberam dicit Cic. de Fato, Qui introducunt causarum seriem sempiternam, hi mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati deuinciunt.

Arbitrio suo carere. Cic in Parad. Si seruitus sit (sicut est) obedientia fracti animi & abiecti, & arbitrio carentis suo, quis neget omnes leues esse seruos?

Arbiterium, rij, Idem quod Arbitrium. Ponitur in l. 9. D. qui satisd. cog. In Pan. Hor. in vulgatis est Arbitrium.

Arbitror, penult.corr. arbitraris, arbitratus sum ([illegible]) arbitrari, Statuere, iudicare. Vlp. in l. Diem proferre. §. si quis litigatorum. D.de recept. arbit. Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum est quo minus arbitretur, pœna committetur.

Arbitror, Verbum testis iurati. Cic.pro Fonteio, Credo hæc eadẽ Induciomarum in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primum illud verbum, consideratissimum nostræ consuetudinis, Arbitror (quo nos etiam tunc vtimur, quum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus) ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit.

¶Arbitrabo, Futurum ab Arbitro, as, antiquum. Plaut. Stich.

Probiores verò arbitrabunt, si probis narraueris. Nonius.

¶Arbitrari (ὑπολαμβάνειν, λογίζεσθαι) (inquit Sipontinus) est Existimare: & arbitri officium est iudicare, non prout iuris sit, sed prout id æquũ esse existimet. Cic.6.Verr. Si hoc quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar.

Vt arbitror, per parenthesin positum. Cic 1.de Diuin. Hæc (vt ego arbitror) veteres rerum magis euentis moniti, quàm ratione docti probauere.

¶Arbitrari & censere, idem apud antiquos. Nonius, Censere & Arbitrari veteres cognatione quadam, socia ac similia esse verba voluerunt. Varro de vita pop. Rom.lib.2. Itaque quòd hos arbitros instituerunt, populi censores appellarunt. Idem enim valet censere & arbitrare. Terent.Hec.4.1,

-ex quo censes, nisi ex illo cui data est nuptum obsecro?

P. Credo, neque adeò arbitrari patris est aliter.

¶Arbitror, de re incerta. Terent. Eunuch.1.2,

P. -ciuémne? T. arbitror.

¶Arbitrari, Obseruare & respicere quid agatur aut dicatur. Plaut. Aulul.17, Hinc ego huc & illuc potero quid agant, arbitrarier.

¶Arbitrari, aliquando est constituere, modúmque & rationem, quasique formam operis statuere & præscribere. Proculus in l. 113. D.de verb.obl. Quum stipulatus sim à Proculo si opus arbitratu meo ante Cal. Iunias effectum non sit, pœnam, &c. Et paulo inferius, Quoniam mortuus (inquit) arbitrari non potuisset.

¶Arbitrari, in passiua significatione, pro æstimari. Vlp.l.12.§.3.D. de relig.& sumpt. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. Hotomanus.

Arbor, Piscis est in Oceano Gaditano, tam vastis dispansus ramis, vt fretum nunquam ingressus credatur. Author Plin.lib.9.cap.4.

Arbor, huius arboris, penult.corr.f.g. (δένδρον, καὶ δένδρος) Generale nomen est, & appellatione eius vites quoque & hederas, & arundines, & salictum contineri, Iureconsulti existimant. Plinius in prooemio lib.12, Summúmque munus homini datum, arbores syluæque intelligebantur. Virgil.2.Georgicorum,

-nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.

Vbi Seruius, Arboribus positis, Vitibus ordinatis.

Hæc arbor, huius arboris, quod à robore deriuatum, illius declinationem seruans corripuit penultimam genitiui. Priscian.lib.6.

Arbor cædua dicitur, quæ excisa repullulat, siue ab eodem stipite, siue ex stirpibus: vt salix, arundo, cornus, fraxinus, æsculus, quercus, laurus, almus, betula, sambucus, populus, multæque id genus species. Alciat. De verb.signif.

Arbor à Frutice ita differt, vt frutex ab herba, authore Valla lib.4.

¶Arbos etiam in nominatiuo dicitur. Hinc Festus, Arbosem pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro robore. Virg.Georg.4,

Obuiáque hospitiis teneat frondentibus arbos.

De apibus. Idem lib.Georg.2, -bis pomis vtilis arbos.

Arbor fici. Cic. pro L. Flacco, Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Sic, Arbor mori. Vide MORVS.

Arbore soles defendere. Stat.3.Syl.eleg.1.

Ad arboris vmbram se conferre. Ouid.4.Metam.

¶Arbor, pro Malo nauis. Iuuenal.sat.12,

Quum plenus fluctu medius foret alueus, & iam
Alternum puppis latus euertentibus vndis
Arboris incertæ, &c.

¶Arborem pro Remo posuit Virgil.lib.10.Æneidos,

It grauis Aulestes, centenáque arbore fluctum
Verberat assurgens.

Id est, centum remis. Sed Arbore dixit, vt ostendat magnitudinem nauis, ait Seruius.

¶Arbores, in torculari Cato cap.12.& 18, vocare videtur, quas vulgò gemellas posteriores solemus dicere, vt Stipites, anteriores gemellas. Turnebus.

Arborum abortus & pumiliones. Plin.lib.12.cap.2.

Arborum conceptus, Partus educatio. Plin.lib.16.cap.25.

Proceritas arborum. Cic.de Senect.

Truncus, rami, folia arborum. Cic.3.de Orat.

Æmula gummi arbor. Vide AEMVLVS.

Afflicta senio, vel tempestate. Vide AFFLIGO.

Ampla. Vide AMPLVS.

Bifera. Vide Bifer, in BIS.

Bruta. Vide BRVTVS

Cælebs. Vide CAELEBS.

Crassa pedes tres. Vide CRASSVS.

¶Arbores Cremiales (ξύλα φρύγανα) Ad cremandũ deseruientes. Inde cremium dicitur, ad differentiam arborum quæ structuris ædificiorum aptæ, maioris sunt æstimationis. l. fructus. §. Si fundum viro. D Solut.matr.

Arboris exesæ antrum. Virgil. 4.Georg.

Fertilis pomis aureis. Senec.in Agam.9.

Felix, Fœcunda & ferens fructum. Ouid.lib.3.de Pont.eleg.1. Vide Macrob.lib.3.Saturn.cap.20.

Frugiferæ in l.13.§.fructuarius.D.de vsufr. & fructiferæ apud Paulum, lib.5.senten.tit.20.

Inanis arbor, Id est, Excauata vel exesa. Ouid.3.Fast.

Incurua. Vide INCVRVVS.

Indocilis nasci. Vide INDOCILIS.

Infelix. Plin.lib.24 cap.9.

Infelix arbor, pro furca & cruce, vt, Infelici arbori suspendito, apud Liuium, & Ciceronem pro C. Rabir.

Iouis arbor. Id est Quercus. Ouid.1.Metam.22,

Lanigeræ. Plin.lib.12.cap.10.

Mites. Plin.lib.16.cap.19.

Nouella & vetula, contraria. Cic.5.de Finib.

Odora. sic Ouidius vocat arborem myrrhæ.1.de Arte Aman.

Opaca comas. Ouid.3.Trist.eleg.1. Virg.6.Æneid.

Patula. Stat.3.Sylu.1.

Peregrinæ. Vide PEREGRINVS.

Pomiferæ. l.45 §.pen. D.de Iur.fisc. Plin.in prooemio lib.16.

Syluestres. Plin.lib 16.cap.19.

Terminales, quæ pro terminis & finibus obseruantur, quales olim habebantur arbores antemissæ, & peregrinæ, quæ & finales appellantur. Vide Sicul. Flacc. Hygin. & alios authores De limitibus.

Turpis sine frondibus. Ouid.13. Metam.

Vberrima pomis. Ouid.4. Metam.

Vetula. Vide paulo antè, Nouella.

Viduas arbores dicit Horat.4.Carm.ode 5, non adiunctas vitibus.

Vmbrosa coronæ Herculeæ, id est populus. Virgil.2.Georg.

Vrbanæ. Plin.lib.16.cap.19.

Cædere arbores. Ouid.9 Metam.

Cædere arbores exiccatas. Cic.2.de Diuinat.

Canescit arbor. Vide CANESCO.

Castrare arbores. Vide CASTRO.

Circuncidere. Vide CIRCVNCIDO.

Cludere restibus. Vide CLVDO.

Collocare se in arborem. Vide COLLOCO.

Collucare arborem. Columel.lib.2.cap.vlt.

Contorquet arbores Eridanus. Vide CONTORQVEO.

Culta arbor. Vide COLO, colis.

Decerpere arbore fœtus. Virg.6.Æneid. Ouid.5.Metam.

Decidunt arboribus folia. Vide DECIDO.

Destringere ex arbore plantas Virgil.2.Geor.

Demittere arbores.Columel.lib.5.cap.9.
Deponere.Columel.lib.de Arboribus,cap.16.
Detrahere arboribus poma.Tibul.lib.1.eleg.5.
Excisa, non euulsa est arbor:itaque quàm fruticetur vides.Cic. ad Atticum,lib.15.
Florere dicuntur arbores.Cic.1 de Diuinat.
Inarare arbores.Vide INARO.
Induerat se pomis arbor.Virgil.4 Georg.
Inhæret collibus arbor.Horat.Epod.12.
Inscendere in arborem.Vide INSCENDO.
Inserere arborem.Columel.lib.6.cap.11.
Ex arbore mala legere.Virgil.3.eclog.
Luxuriantur arbores.Vide LVXVS.
Maritare arborem.Vide MARITVS.
Nutant arbores.Vide NVO.
Procumbit arbor.Lucan.lib.3.
Arbor æstiua recreatur aura.Horat.1.Carm.ode 22.
Comæ arboribus redeunt. Id est,frondes.Horat.4.Carm.7.
Senescentes cum Luna arbores.Cic.2.de Diuinat.
Serere arbores, & Satæ arbores. Cicero de Senectute. Horat. 1. Carm.ode 18.
Sustollere se dicitur arbor,dum crescit.Virgil.2.Georg.
Vellitur solo arbos.Virgil.3.Æneid.
Vigere,& senescere dicitur arbor.Cic.5.de Finib.
Viuere arbor & mori dicitur.Cic.5.de Finib.

Arborarius, adiectiuum. vt, Arborarius picus, qui in arboribus nidificat. Plin.lib.30.cap.16, Eósque qui arborarij pici rostrum habeant, & mella eximant,ab apibus non attingi.

Arborator,pen.prod. {δενδροτόμος} Significat putatorem arborum. Plin. lib.18.cap.33.Frondem medio die arborator ne cædito. Columel lib. 11. cap. 1, Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœnisector,nec minus arborator,& vinitor.

Arboresco,arborescis {δενδρόομαι} arborescere, In arborem crescere,ait Sipontinus. Plinius libro 19 cap.4, Nanque tradunt authores in Arabia maluas septimo mense arborescere, baculorum vsum præbere extemplo.

Arboretum, huius arboreti,penul.prod. {δενδρών} Idem significat quod arbustum. Gell.lib.17.cap.2.Conualles(inquit)& arboreta magna errant. Arboreta ignobilius verbum est,Arbusta celebratius.

Arboreus,adiectiuum {δενδρικός} Quod est arboris. Virgil.1.Georg. Arborei fœtus alibi. Id est,poma,vt ait Seruius.
Arborea coma.Propert.lib.3.eleg.16.
Cornua ceruorum.Virgil.1.Æneid. Quæ sunt velut arbores.
Arborea amplitudo arundini Indicæ.Id est,arboris amplitudinem habens. Plin.lib.16.cap.36.
Arboreum ebenum,pro Ebeno arbore.Plin.lib.12.cap.4.
Frondes.Ouid.4.Metam.

Arborius,adiectiuum. ✠,Arboria falx, Cædendis arboribus apta,apud Catonem de Re rust.cap.11.

Arbuscula,arbusculæ,penult.corr. {δενδρύφιον} diminutiuum ab arbore Varro 3.de re Rust. cap.15, In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem.Colum.lib.11.cap.2.
Arbusculæ crinitæ pauonum.Plin.lib.11.cap 37.
Veluti arbusculæ vites.Columel.lib.4.cap.4, Vinearum prouincialium plura genera esse comperi: sed ex iis quas ipse cognoui, maximè probantur veluti arbusculæ, breui crure, sine adminiculo persistentes.
¶ Arbuscula, præter notam significationem, machinulam significat quæ ἀρμέξιππος dicitur Græce.Vitruu.lib.10.cap.17.

ARBVSCVLA, Proprium nomen mulierculæ cuiusdam mimæ,quæ quum à populo exploderetur, ab equite autem quodam laudaretur, contentam se esse dixit bonorum testimonio. sic habent interpretes Horat.lib.1.Serm.satyr.10. Huius meminit & Cicero ad Attic.lib.4, Quæris nunc de Arbuscula,&c.

Arbustum,arbusti {δενδρών.} Valla in Raud.Arbusta sunt arbores multæ ad fructum consitæ,vt oliuetum,auellanetum,amygdaletum: vel vites arboribus applicitæ. Vide Plin.lib.17.cap.23. Colum.lib. de Arboribus,cap.16, Igitur qui arbustum constituere volent,ante annum quàm deponant arbores, scrobes faciant quatuor pedum quoquo versus. Ibidem plura.
Arbusta alta.Lucret.lib.6.
Arbusto consitus ager.Columel.lib.2.cap.2.
Resonant arbusta cicadis.Virgil.2.eclog. Et arbusta cantu rumpunt cicadæ. Virgil.3.Georg.
Inuenustum.Vide INVENVSTVS.
Læta.Lucret.lib.2.

Arbustiuus, adiectiuum, pen. prod. vt, Arbustiuæ vites, quæ arboribus applicantur.Colum.de Arboribus,cap.16.
Arbustiuus locus, pro Arbusto.Columel.lib.3.cap.13. Sic Arbustiua positio.Idem.lib.4.cap.1.
Arbustiuum genus.Columel.lib.12.cap.41, Mustum lixiuum de lacu statim tollito: hoc autem erit quod distillauerit, antè quàm nimium calcetur vua. sed de arbustiuo genere quod sicco die legeris, id facito.
Arbustus,adiectiuè etiam dicimus.Plin.lib.10.cap.29, Transpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbusto agro, ad quem Ciconiæ non permeant. Sic enim reposuit Beatus Rhenanus,ad exemplaris Murbacensis recognitionem. Comparatiuo vsus est Tertullianus in fine lib. 2, aduersus Marcionem scribens, Deum res suas arbustiores in primordiis procurasse, bona ac rationabili æmulatione maturitatis: Arbustiores, hoc est Luxuriantiores.

Arbusto,arbustas {δενδροφυτεύω} arbustare, Agrum arboribus conserere ad maritandas vites. Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia præter suprà dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros.

Arbutus, penult. corr. fœm. gen. {κόμαρος} Vulgò Albatro. Valla in Raudensem, Arbutus est arbor illa quæ poma, instar cerasorum seu fragorum fert: Arbutum verò ipsum pomum. Seruius. Arbutus est genus arboris frondibus raris. Idem alio loco, Arbuta sunt rubra poma syluarum, quæ Plinius vnedones vocat: quòd asperitate sua plura edi non possunt. Plin.lib.15.cap.24, Aliud corpus est terrestribus fragis,aliud congeneri eorum vnedoni: quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa.fructus anno maturescit, pariterque floret subnascens,& prior coquitur. Mas sit, an fœmina sterilis, inter authores non constat. Pomum inhonorum, vt cui nomen ex argumento sit vnum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & mimæcylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur. Dioscorides lib.1, Comarus, seu Arbutus, siue Vnedo, arbor est Cotoneæ malo non dissimilis, tenui folio: cuius fructus pruni magnitudinem implet, nullo intus nucleo. huic mimæcylo cognomen est. Maturus autem flauet, aut rubescit: in esu acerosus. Pro Acerosus, Hermolaus vertit, In ore commanducantis in acus & furfures soluitur. Sunt qui Arbutum & Vnedonem diuersas putent arbores, idque ex Theophrasto & Galeno. Vide Hermol.Corol.cap.185. & Cornarium in primum caput libri 2. Galeni De compositione Pharmacorum secundum locos. Matthiolum quoque & Amatum Lusitanum in Dioscoridem. Colum.lib.5.cap.8. Virgil.eclog.7, Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra. Et 2.Georgic.Dant arbuta syluæ.
Arbuta matura.Lucret.lib.5.
Arbuta pascuntur apes.Virgil.4.Georg.
Horrida arbutus.Virgil.2.Georg.

Arbuteus,adiectiuum {κομάρινος} Ex arbuto factum. Virgil.1.Georg. Arbuteæ crates,& mystica vannus Iacchi.
Arbuteos fœtus legere.Ouid.1.Metam.

A R C

ARCA, Syriæ Cœles vrbs, antiquum adhuc retinẽs nomen inter Barbaros. Eius meminit Ioseph.5.Antiq.

Arca, huius arcæ {κιβωτός, λάρναξ} In qua includuntur quæ celata & abscondita volumus. Dicta(vt inquit Varro lib.4.de ling.Lat.)quòd ab ea clausa arceantur fures. Cic.in Parad.Animus hominis diues, non arca, appellari solet. Idem Attico, libro 1. 6, Et arcæ nostræ confidito.
Arca ferrata.Iuuenal.satyr.11.
Patula.Iuuenal.satyr.13.
Ærata multus in arca fiscus.Iuuenal.satyr.14.
Vestiaria,in qua reponuntur vestes.Cato cap.11.
Arcam habere dicebatur veteribus, qui bene nummatus erat: cui verò nihil nummorum erat, is arcam non habere dicebatur: sed multò is pecuniosior,cui arcæ plures. Catull.de paupere, Cui neque seruulus,neque arca. Et Cicero quodam loco, Confidito arcæ nostræ. Hinc quod apud eundem,epist. ad Pætum legitur, Nos iam ex arcis tantum habemus, vt Verrium,&c. Turnebus Arcis reponendum esse contendit,leui mutatiuncula & ferenda.
¶ Arca, pro Monumento vel loculo in quo mortui conduntur in terra. Plin.lib.13.cap.13, Hemina vetustissimus author annalium prodidit Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem, offendisse arcam in qua Numa qui Romæ regnauit,situs fuisset.
Lapidea,Idem. Plin.Iunior,de Viris illust.
¶ Arcas robusteas in carcere fuisse, quibus malefici homines includerentur,Sextus Pompeius testis est. Cic. pro Milone,Subitò arrepti in quæstionem, tamen separantur à cæteris, & in arcas coniiciuntur:nequis cum iis colloqui possit.
¶ Arcas appellat Vitruuius tabulationes intra aquam circundatas. ab arcendis aquis ab opere. Alij Aquaria septa vocant.

Arcarius seruus dicitur cui arcæ, in qua pecunia domini condita est, procuratio commissa est. Idem qui Actor aut Dispensator. {ταμίας.} Scæuola l.41.D.de fideicom.libert. Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes à domino scriptas exhibet, nec postea nomen vllum fecit.

Arcula, pen. cor. diminutiuum {κιβώτιον} Parua arca.Cic.2.Offic.Præmittebátque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres,& nequod in vestimentis telum occultaretur,exquirerent.
Arculæ fagineæ vel tiliaceæ. Colum.lib.12.cap.45, Itaque possunt alia genera malorum, sicut orbiculata sestiana, melimela, mariana, hoc liquore custodiri: sed quia videntur in melle dulciora fieri sic condita,nec proprium saporem seruare,arculæ fagineæ,vel etiam tiliaceæ,quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur,huic rei paulo ampliores præparari debent.
¶ Arculæ loculatæ pictorum,vbi diuersi sint colores.Varro 3.de Re rustica, cap.17, Et cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas,vbi diuersi colores sint,certas.
¶ Arcula,arculæ,Item dicebatur auis,quæ in auspiciis vetabat aliquid fieri.Festus.

Arcella,arcellæ, aliud diminutiuum {κιβωτίδιον} teste Festo. Videri potest diminutiuum ab arcera plaustri genere: Vnde Arcella vitis, quæ in formam arceræ disposita est. Colum.lib.3.cap.21, de distinctis generibus vitium loquens, Hinc pares his hæluolæ respondent, illinc arcellæ,rursus illinc spioniæ,basilicæve conueniunt. ¶ Arcellatam vitem legimus apud eũdem lib.3.cap.2.his verbis, Vnam etiam præcocem vitem nobis ante hoc tempus incognitam Græca consuetudine dracontion vocitari comperimus,quæ fœcunditate,iucunditatéve arcellatæ, basilicæque & bituricæ comparari possit, generositate verò amineæ. Fortasse ab arcus similitudine arculatam vitem dixit. Lapsus enim facilis fuit literæ v in s. Aut Arcellatæ legendum, vt ab arcella veniat. Paulo ante hæc Columellæ verba, Arcelaca maior legitur: pro quo Arcellata maior aut Arculata legendum fortasse est.

ARCADIA {Ἀρκαδία} Peloponnesi regio & Achaiæ pars, à mari va-

dique remota: ab Arcade Iouis filio ex Calistone Lycaonis Arcadiæ regis filia sic appellata. Hæc (vt Eustathius docet) aliquando dicta est Pelasgia, à Pelasgo rege magno & sapiente viro, qui vitæ cultioris author eis fuit, & victum ex stirpibus herbarum, arborúmque frondibus transtulit ad glandem, maximéque ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantida, & aliquando Parrhasia vocata fuit. Arcas autem quum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plinius hanc totam montosam, in qua sunt asini cæteris maiores ac præstantiores. In ea Erymanthus fluuius, Lernea palus, & lapis asbestos, vt ait Plin. libro 13 cap. 10.

Arcadiam me postulas. Notat hoc prouerbium Cic. in epist. ad Atticum, lib. 4. Quod mihi mandas de quodam regendo Ἀρκαδίαν tamen nihil prætermittam. Diogenianus huius adagij duplicem ostendit vsum. conuenire enim vel in magna, vel in vtilia petentem. Vnde sit natum, non indicat. Vide Erasm. Id ortum est ex eo quòd Lacedæmonij, quum præstantissimos se Peloponnesiorum arbitrarentur esse, séque adeo dignos iudicarent qui in cæteros imperium haberent, Apollinem Pythium consuluerunt, an tota Arcadia, quæ erat præcipua Peloponnesi pars, si eam bello appeterent, potiri possent. Quibus respondit Apollo illud oraculum quod extat apud Herodotum lib. 1, Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, &c. quo negauit se posse ipsis concedere Arcadiam.

Arcadicus, adiectiuum, pen. corr. {Ἀρκαδικός} Quod est ex Arcadia. vt, Arcadici mores.

Arcadicus iuuenis. Iuuenal. satyr. 7. -culpa docentis
Scilicet arguitur, quòd læua in parte mamillæ
Nil salit Arcadico iuueni. Id est, Obtuso, tardo, & asinino. Apollonius apud Philostratum libro 3, Rudes sunt Arcades, & suibus simillimi, cum ob alia multa, tum quòd arborum fructibus vtplurimum turgent. Fulgentius libro 1. Mythologicωn in fine epistolæ, sensus Arcadicos dixit, pro pinguibus, rudibus, & subrusticanis. Varro libro 2. capite 1, Asini Arcadici in Græcia nobilitati. Idem tradit Plin. lib. 8. cap. 43. In summa, Arcades olim malè audierunt propter stuporem ingenij. Qua de re vide Erasmum in adagio Arcadicum germen. Præterea notum est illud Persij, satyr. 3,
Arcadiæ pecuaria rudere credas. Hoc est, asinos.

Arcas, Arcadis, vel Arcados. pen. corr. {Ἀρκάς} Idem. Ouid. 5. Fastorum,
Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur.
Arcada, accusatiuus Græcus. Stat. 1. Thebaid.

Arcadius, aliud adiectiuum {Ἀρκάδιος} vt, Arcadius deus, Pan. Propert. libro 1. eleg. 17. Et Arcadium sidus, Vrsa vel Arctos. Seneca in OEdipo, 5.
Nemora. Seneca in Hercule furente 4.

ARCADIVS {Ἀρκάδιος} Theodosij filius Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine grāmaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conscripsit. Suidas.

Arcanum, arcani, pen. prod. {ἀπόῤῥητον} Nonius, Arcanum dicitur secretū vel absconditum: quòd quæ in arcis sunt, celata sunt & abscondita. Festus, Arcani sermonis significatio trahitur siue ab arce, quæ tutissima pars vrbis est: siue à genere sacrificij, quod in arce fit ab auguribus, adeò remotum à notitia vulgari, vt ne literis quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur: siue ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent: cuius ipsius origo ab arcendo pendet.
Arcana & occulta. Cic. 2. de Finibus.
Arcanum prodere. Iuuenal. satyr. 9.
Arcanorum celantissimi Persæ. Curtius.
Arcana fatorum voluere. Virgil. 1. Æneid.
Arcanum alterius scrutari. Horat. 1. Epist. 19.

Arcanus {ἀπόῤῥητος} adiectiuum. vt, Arcana popina. Martial. lib. 5.
Arcana cubilia. Plin. Iunior, in Paneg.
Nox. Ouid. 9. Epist.
Præcepta. Plin. lib. 29. cap. 1.
¶ Arcanus, Qui quæ audit, tacet & continet optimé. Plaut. Trin. 8.
Arcanæ saliuæ. Propertius,
Aut Nomas arcanas tollat versuta saliuas,
Dicet damnatas ignea testa manus. Sensus est, Quæstionem habe de Lygdamo, aut de Nomade, quę te amatorio veneficio nunc deliniuit. Ea si arcanas suas remouerit saliuas, quas clàm ad incantandam mentem cibo immixtas tuo adhibet, & ignea testa vratur, de scelere venificij perpetrati confitebitur.
Sensus, Secretus & absconditus. Virgil. 4. Æneid.
Tabellæ, quibus secreta nostra committimus. Ouid. 2. Amor. 15.

Arcanè {ἀποῤῥήτως} aduerbium, arcanius, arcanissimé. Id est, secreté.
Arcanius aliquid iudicare. Colum. lib. 3. cap. 2.

Arcanò, similiter aduerbium {ἀποῤῥήτως} Id est, secretè, seorsum. Cæs. 1. bel. Ciuil. Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur.

Arcarius, Vide ARCA.

ARCAS, huius Arcadis, penul. corr. {Ἀρκάς} Filius Iouis & Calistonis, à quo Arcades denominati sunt: quos, quia vetustissima gens est, fabulantur ante Solem & Lunam ex arboribus esse natos. Ouid. 1. Metamorph.

Arcatus, Vide ARCVS, huius arcus.

Arcebion, Herba, quam alij Enchusam, alij aliter: paruo frutice, flore purpureo, asperis folijs & ramis, radice messibus sanguinea, cætero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes, maximéque viperas, & radice, & folijs, æquè cibo ac potu. Verba sunt Plinij libro 22. cap. 21.

Arcella, Vide ARCA.

Arceo, arces, arcui, arcitum, penult. prod. supinum rarissimè lectum {εἴργω, κωλύω} arcere. Continere significat, vt ait Festus: vnde & arcus in ædificiis dictus est, quia se ipse continet. Ouid. 9 Metam.
-& è terra corpus releuare volentem Arcuit.
Arcere & continere. Cic. 2. de Nat. deor. dé aluo, Est autem multiplex & tortuosa, arcétque & cōtinet, siue illud est aridum, siue humidum quod recipit, vt id mutari & concoqui facilè possit. Idem in Somnio, summus ipse Deus arcens & continens cæteros.
¶ Arcere, Constringere. Virgil. 2. Æneid. -teneras arcebant vincula palmas. Cic. 2. Tusc. Ergo hos quidem vt famulos vinclis propè ac custodia arceamus.
Arcere, vt ait Valla lib. 6, Vetare ne accedant ij qui veniunt. Virg. 1. Æneid. Arcebat longe Latio. de Iunone.
Arcere aditu. Liu. 1. bel. Maced. Non terra modò adeuntes aditu arcebant, sed nauium quoque stationem infestam hosti faciebant.
Reditu. Cic. 1. Tuscul. Arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat.
A tectis ac mœnibus vrbis arcebis Catilinam. Cic. 1. in Catil.
A progressu. Cic. 11. Philip. Brutus Antonium in Galliam inuadentem à progressu arcuit, à reditu refrænauit, &c.
Recipere & Arcere, contraria. Cic. 5. Philip. D. Brutus non vt Consulem recepit, sed vt hostem arcuit.
A limine aliquem. Ouid. 6. Fast.
Sacris. Plin. lib. 7. cap. 28.
Suis finibus externos. Ouid. 4. Metam.
¶ Arcere transfertur ad incorporea, & dicimus Arcere homines à scelere, & Arcere scelus. Cic. in Parad. Quæ vis enim est quæ magis arceat homines ab improbitate, quàm si senserint nullum in delictis esse discrimen? Virgil. 8. Æneidos,
Accipite Ænean, & tandem arcete periclis.
Ab iniuria homines pœnâ. Cic 1. de Legib.
Veterno aliquem. Horat. 1. Epist. 8.
Ferro contumeliam. Liu. 1. ab Vrbe, Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt.
Otij finibus arcere scelus aliquod. Cic. de Arusp. resp.
Aquam arcere. Hoc est, Curare ne influat. Paulus in l. 2. sub finem. D. de aqua pluu. arcend.
Arcere furorem. Lucan. lib. 2.
Aquas pluuias. Cic. pro Muræna.
Frigora pellibus. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Solem. Plin. lib. 12. cap. 1, Commendatio platani non alia maior est, quàm solem æstate arcere, hyeme admittere.
¶ Arcere, pro Abigere, & à loco fugare, siue expellere {ἀπελαύνειν.} Colum. lib. 1. cap. 6, Sic emunita sola & latera horreorum prohibent curculionem, quod genus exitij quum incidit, multi opinantur arceri posse, si excussæ fruges in horreo ventilentur, & quasi refrigerentur. Cic. 2. Philip. Non enim te dominum modò illis sedibus, sed quiuis amicus vicinus, hospes, procurator arcebit.
¶ Arcere, pro Repetere, & arcessere, quasi Arciere, id est Adciere. Festus, Sagmina, vocantur verbenæ, id est herbæ puræ: quia ex loco sancto arcebantur. Id est (vt interpretatur Turnebus) petebantur. Et alio loco, Nouerca dicitur, quam quis sublatis liberis nouâ vxorem ducit, arcendæ familiæ gratia: vbi tamen videtur interpretari Coercere Festus. Ab illo autem Arceo Arcesso deduci existimo. Turneb.

Arcesso, arcessis, arcessiui, arcessitum, pen. prod. {μεταπέμπω} arcessere. Significat Ad vocandum ire, vel vocare. Plaut. Capt. 16, Eamus intrò, vt arcessatur faber.
Arcessere ab aratro. Cic. pro Roscio Comœdo, Quum ab aratro arcessebantur qui Consules fierent.
Ad societatem. Cic. Attico, Si erit pugnandum, arcessam ad societatem laboris.
¶ Arcessere {ἐκκαλεῖν} Euocare. Virgil. 6. Æneidos,
Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus. Seruius.
Arcessere ventos. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
¶ Arcessere. Adsciscere, & attrahere. Valerius lib. 4. cap. 7. de C. Volumnio, Vt nimia pietate causam sibi mortis arcesseret. Hæc Budæus. Plaut. Amphit. Illic homo à me sibi malam rem arcessit iumento suo. Id est, Sibi ipse malorum est author.
¶ Arcessere à capite. Cic. in Topicis, Quum autem à genere ducitur argumentum, non erit necesse id vsque à capite arcessere. A capite arcessere argumentum, his verbis Cicero significat, à capite & origine rei argumētum eruere: vt 5. de Finib. A capite ducere. Budæus. Idem 2. de Orat. Et tardi ingenij est, riuulos cōsectari, fontes rerum nō videre: & ætatis est, vsúsq; nostri à capite quod velimus arcessere, & vnde omnia manant videre. Translatio est ab aquæductibus. Idem in Tuscul. A capite ducere dixit.
¶ Arcessere res ex medio, pro, Res sumere & petere de medio, non ex longinquo aliquo aut grandi vitæ genere. Horat. 2. epist. 1,
Creditur, ex medio quia res arcessit, habere
Sudoris minimum, &c. De Comœdia. In quibusdam legitur Accessit, planè corruptè. Lambin.
¶ Arcessere, interdum Accusare significat, & Ablatiuo iungitur cum Genitiuo. Cic. pro Deiotaro, Non ficto crimine insectari, non expetere vitam, non capitis arcessere.
Iudicio capitis arcessere. Cic 2. Offic.
Aliquem iudicio. Cic. pro Flacco, Sermo est tota Asia dissipatus Cn. Pompeium quòd L. Flacco est vehementer inimicus, contendisse à Lælio patrono amico ac pernecessario, vt hunc hoc iudicio arcesseret. Id est, deferret & postularet. Budæus.
Arcessere crimine aliquo in periculū capitis. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, An non intelligis, primùm quos homines, & quos viros mortuos summi sceleris arguas? Deinde quot ex iis qui viuunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas?
¶ Arcessere, pro Iubere afferri. Horat. lib. 1. epist. ad Torquatum,
Sin melius quid habes, arcesse, vel imperium fer. Sic vtitur Cic. lib. 16. ad Attic. epist. cuius initium est, Nonis accepi, &c. Ego autem & eius librum arcessiui, & ad Athenodorum Caluum scripsi, vt ad me τὸ κεφάλαιον mitteret. Quòd autem verbo Accersere, pro Arcessere vulgus vtitur, errat. nam vitiosa scriptura est, & vbicunque Accersere scriptum est, Arcessere restituendum. Ex Lambino.

Arcessitus,

Arcessitus, participium, penult. prod. {μεταπεμπτός} vt, Arcessitum dictum. Cic.2.de Orat. Cauendum est ne arcessitum dictum putetur.

Arcto, arctas {συνωθεῖν, στενοῦν} arctare. Significat Constringere. Colum. lib. 11. cap. 43. Nonnulli adiecto desiruto, contenti sunt transuersas perticas arctare.

¶ Arctare, Angustius facere. Martial. lib. 2,
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
¶ Artare absque c, nonnulli scribunt.

Arctatus, participium {στενωθείς} Angustus. vt, Arctatus pontus. Lucan. libro 5.
Arctata nauis. Id est, Angusta. Cic. pro Rabirio, Quibus quum multæ naues refertæ fuissent, vna non patuit, parua arctata.

Arctus, aliud participium {συνωθείς} Cõstrictus. vt, Arctum corpus apud Claudian. 1. de rapt. Proserp.
Arctum & astrictum. Cic. in Orat. Nec tamen ita sunt arcta & astricta, vt ea quum velimus, laxare nequeamus.
Arctas partes dissociare. Lucret. lib 3.

Arctus {στενός} nomen ex participio. Cic. 2. Verr. Mihi credite, arctioribus apud pop. Rom. laqueis tenebitur.
Vincula amoris arctissima. Cic. Attico, lib. 6. Arctissimum societatis vinculum.
Arcta catena. Sil. lib. 7. Horat. 3. Carm. ode 11.
Fræno arcto equum compescere. Tibul. lib. 4. eleg. 1.
Aluta. Tibul. lib 1. eleg. 8.
Cauus. Horat. 1. Epist. 7.
Compages. Virgil. 1. Æneid.
Parietes. Virgil. 4. Georg.
Arctum theatrum vocat Horat. 2. Epist. 1. hominibus refertum. Et apud Statium, lib. 11. Thebaid. Arcta ciuibus vrbs.
Arcta turba circunstare aliquem. Tibul. lib. 1. eleg. 2.
¶ Arctum animum soluere. Id est, angustum & solicitum. Horat. 2. Serm. satyr. 6.
Conuiuia, Horat. 1. Epist. 5, dixit, ob numerum discumbentium, quòd angustè illis sedendum esset.
Arcta fames vrgebat. Sil. lib. 5.
Arctior somnus. Cic. de Somnio Scipionis, Vt cubitũ discessimus, me & fessum de via, & qui ad multã noctem vigilassem, arctior quàm solebat, somnus complexus est.
Leges. Plinius libro 16. capite 4. Et apud Lucretium libro 5, Arcta iura.
Arctæ res dicuntur, quum in periculo & discrimine versamur. Sil. libro 7.
Arctis in rebus opem ferre. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Arctior impensis fortuna. Stat. 5. Sylu. 3.

Arctè, arctius, arctissime, aduerbium {στενῶς} Id est strictè. Colum. lib. 2. cap. 2. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit. Sic apud eundem, lib. 6. cap. 2. Arctè religare ad stipites.
Arctè poteris accubare. Plaut. Stich. Id est angustè.
Arctè diligere. Plin. Iunior, epist. 13. lib. 2.
Arctius continere. Cic. 2. de Nat. deor. Ob eámque causam calorem insitum in terris contineat arctius.
Arctissimè ferere. Plin. lib. 12. cap. 3.
Arctè tenere aliquid, & defendere. Cic. in Parad. Illud arctè tenent, accuratéque defendunt, voluptatem esse summum bonum.
Arctius complecti. Cic. 1. de Diuin. L. Paulus arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia.
Arctè premere. Lucret. lib. 4.
Arctè & grauiter dormire. Cic. 1. de Diuinat.

Arcera, arceræ {ἁμάξα σκεπαστή} Nonius, Arcera, plaustrum est rusticum, tectum vndique quasi arca. Hoc vocabulum & apud Varronem & M. Tullium inuenitur. Gellius libro 20. cap. 1. Arcera autem vocabatur plaustrum tectum vndique & munitum, quasi arca quædam magna vestimentis instrata, qua nimis ægri aut senes portari cubantes solebant.

ARCESILAS, penult. corr. {Ἀρκεσίλας} Polemonis discipulus, fuit in disputando pertinacior, & magno ingenij acumine, vt scribit Cicero de Finibus bonorum & malorum, lib. 5. Is constitutam philosophiam, vt Gracchus Rempublicam, euertit, vt idem Cicero author est lib. 4. Academ. ¶ Fuit item sculptor Arcesilas nomine fama nobilis, præsertim Dianæ simulacro, in quod extat Simonidis epigramma. ¶ Fuit item alter Arcesilas, Tisicratis filius, pictor, de quo Plin. lib. 35. cap. 11.

ARCESILAVS, penult. prod. {Ἀρκεσίλαος} Vnus fuit è quinque ducibus Bœotorum, qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt, vt ostendit Homerus libro Iliad. 2. ¶ Alius fuit philosophus Theophrasti auditor, qui tandem in Academiam se ad Crantorem contulit: & quum in dicendo exercitatus esset & grauissimus, poeticæ quoque operam dedit. De quo multa Laertius. ¶ Fuit & plastes, siue sculptor eximius. Plin. lib. 35. cap. 12. de Varrone loquens, subiungit: Idem celebrat Arcesilaum L. Luculli familiarem, cuius proplasmata pluris vænire solita artificibus ipsis, quàm aliorum opera. Hæc ille. ¶ Fuit item Arcesilaus Parius encausticæ picturæ peritus, de quo Plin. lib. 35. cap. 11.

ARCESIVS {Ἀρκείσιος} Iouis fuit filius, Laertis pater. Ouidius lib. 13. Metamorphoseos,
Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi,
Iuppiter huic, &c. ¶ Fuit & alius, cuius meminit Homer. Odyss. A.

Arcesso, Vide ARCIO.

ARCHÆANAX, Archæanatis {Ἀρχαιάναξ} Mitylenæi cuiusdam nomen, qui ex lapidibus vicinarum vrbium dirutarum, Sigeum construxisse dicitur, quod postea Athenienses misso Phrynone olympionice occuparunt, quum Lesbij de vniuersa ferè Troade disceptarent. Sic Strabo lib. 13.

ARCHÆOPOLIS, Archæopolidis, pen. corr. {Ἀρχαιόπολις} ciuitas Mæoniæ, substituta Sipylo, quæ caput illius regionis erat. Plin. lib. 5. capite 29.

ARCHAGATHVS {Ἀρχάγαθος} Medicus ex Peloponneso, Lysaniæ filius, qui primus è medicis Romam venit, L. Æmylio, & M. Liuio COSS. anno Vrbis DXXV. cui & ius Quiritium datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primo Vulnerarius cognominatus est, miréque gratus aduentus eius initio fuit: mox à sæuitia secãdi, vrendique, Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.

Archaismos, fœm. gen. {ἀρχαϊσμός} Latinè Antiqua loquutio dicitur. Figura est grammaticis, vetustè aliquid dictum significans.

ARCHANDER {Ἄρχανδρος} Phthij Achæi filius, & Danai gener: de quo Herodot. lib. 2.

ARCHEDEMVS {Ἀρχέδημος} Stoicus philosophus fuit, ab Alexãdria oriundus, vt refert Strabo lib. 14.

ARCHEDICVS {Ἀρχέδικος} Poeta comicus. Scripsit contra Democharem, Demosthenis propinquum. Fabulæ ipsius Thesaurus & Diamartanon. Author Athenæus in Dipnosophistis.

ARCHELAIS {Ἀρχελαΐς} Colonia Claudij Cæsaris in Cappadocia, quam præfluit Halys fluuius. Plin. lib. 6. cap. 3.

ARCHELAVS, penult. prod. {Ἀρχέλαος} Milesius, Anaxagoræ discipulus fuit, vt scribit Cicero libro 5. Tuscul. & Socratis præceptor. Primus Physicam philosophiam Athenas inuexit: quapropter appellatus Physicus fuit. Hic vitia & virtutes non natura, sed lege constare dixit. ¶ Fuere item tres alij: vnus, Chorographus, qui omnem ab Alexandro peragratam terram descripsit. Alius, qui Physicen carmine scripsit. Tertius, qui de Oratoria scripsit, vt est author Diogenes Laertius. ¶ Archelai item in Cappadocia regnauerunt: ex his ille qui superatus à Sylla est. quòd Mithridati auxilium tulisset: alterum Romæ retinuit Tiberius. ¶ Item Archelaus Herodis, de quo in historia Hierosolymitana. ¶ Præter hos, Archelaus Macedoniæ rex Perdiccæ filius, suo tempore fortunatissimus iudicatus, vt scribit Cicero lib. 5. Tuscul. ¶ Archelaus item, Mithridatis regis præfectus fuit, qui quum in terra Attica ex Piræo aduersus Syllam propugnaret, turris quædam lignea defendendi gratia structa, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere nequiuit, quòd ab eo alumine oblita fuisset. Hæc Gell. ex veteri historia lib. 15. cap. 1. ¶ Archelaus item fuit præsul Mesopotamiæ, qui librum disputationis contra Manichæum Syro sermone composuit sub Probo imperatore. Author Hieronymus.

ARCHEMOLVS, Vide ANCHEMOLVS.

ARCHEMORVS, penult. corr. {Ἀρχέμορος} Lycurgi regis Nemeæ filius, à serpente infans necatus, dum nutrix, quæ sitientibus Argiuis fontem ostenderet, eum dimisisset in gramine. In cuius honorem instituti sunt ludi Nemeæi, vt author est Archias poeta lib. 1. epigram. Græcorum.

Archetypus, archetypi, penult. cor. {ἀρχέτυπος} Prima forma est, ex qua exprimuntur simulacra. ab ἀρχή, Principium, & τύπος, Figura & vmbra & veluti imago & symbolum veritatis. Plinius Iunior, lib. 5. epist. 10. ad Antonium, Vt pictores pulchram absolutámque faciem rarò, nisi in peius, effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Sic, Pocula archetypa apud Martialem in Xeniis, 14. Varro 3. de Re rust. cap. 5. In quo dixeris longè vicisse non modo archetypon inuentoris nostri ἐμπειρότατον. Cicero lib. 16. ad Atticum, Idem σύνταγμα misi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum & refectum.
Decidere ab archetypo. Vide DECIDO.
Archetypæ nugæ. Martial. lib. 7. ad Pudentem, De libellis suis manu sua emendatis.
Archetypi amici, per metaphoram pro veris & germanis. Martial.

Archezostis, ἀρχέζωστις Dioscoridi, herba est, quam Latini Vitem albam vocant. De qua vide Plinium libro 23. cap. 1. & Ruellium lib. 3. cap. 153.

ARCHIAS {Ἀρχίας} Poeta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum oratorum, præsertim Lucullorum: & à nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum ciuitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum discederet è Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eandem voluit: quod & sua virtute, & Luculli amicitia facilè impetrauit. Deinde ei lite mota de ciuitate, Cicero ipsum defendit, vbi multa de laudibus poeticæ dixit. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, vt scribit Volaterranus. ¶ Rursum Archias, fuit Hyblæus quidam præco celeberrimus: vicit tres Olympiadas & Pythica: vbi icon ipsius & epigramma Græcum. Pollux.

Archiacus, Denominatiuum ab Archia. vt, Archiaci lecti. Horat. epist. lib. 1. ad Torquatum,
Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis, &c. Quo loco Turnebus putat archiacos lectos, esse humiles, paruos, inelegantes, non sumptuosos, ab Archia artifice sic vocatos, vt Seneca vocat lectos Sothericos, de artificis nomine, rudes, impolitos, inelegantes, antiquos. Lambinus verò Archaicis legit, id est, Antiquo modo & more fabricatis, quo nomine illo etiam sensu vsum esse Dionys. Halicarn. lib. 1. scribit.

Archium, {ἀρχεῖον} Propriè domus pricipis, Palatium. Hinc factum, vt cella in qua instrumenta publica, quasi in principis custodia reconduntur, Archium appelletur. Vlpianus l. 9. §. 1. D. de pœnis. Solet & sic ne eo loci sedeant, quo in publico instrumenta deponuntur, archio fortè, vel grammatophylacio. Dicitur etiam interposita vna litera u, Archiuum.

Archiatrus, archiatri, pen. corr. {ἀρχίατρος} Latinè dicitur primus & princeps medicorum. Alciatus Codice de Comitibus & Archiatris, interpretatur medicum principis. ἀρχή enim principem, ἰατρὸς medicum significat.

ARCHIBIVS {Ἀρχίβιος} Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ sub Traiano principe. ¶ Fuit etiam alter eiusdem nominis grammaticus, qui commentarios conscripsit in Callimachi epigrammata. Vtriusque meminit Suidas.

ARCHIDAMVS, penult. corr. {Ἀρχίδαμος} princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses defi-

cientem recepit.in bello contra Pilum primus è naui prosiliens, nec vulneratus est, nec scutum amisit. denique aduersus Amphipolin strenuè decertauit. Insimulatus postremò, quòd Agnonis Thraciæ regis amicitiæ studeret, damnatus est, vt scribit Suidas.

Archidamicus {ἀρχιδάμειος} adiectiuum. Hinc, Archidamicum bellum, quod prouerbio olim dicebatur de bello sæuo crudelique, epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui Atticam decem annis vexauit, & Acarnensibus grauissimam noxam inflixit, succisis omnibus arboribus, vt testatur Synesius in encomio caluitij. Meminit & Archidami sæuitiam Pausanias in Laconicis.

Archidicastes, æ {ἀρχιδικαστής} Inter municipales magistratus dicitur, qui iudicibus præest. Budæus ex Strabone.

ARCHIGALLVS {ἀρχίγαλλος} Sacerdotum Cybeles magnæ matris deorum dicebatur antistes. Plin. lib. 35. de picturis Parrhasij: Pinxit (inquit) & Archigallū: quam picturam amauit Tiberius princeps, atque (vt author est Decius Eculeo) L X. H-S æstimatam, cubiculo suo inclusit. Est item Archigalli mentio apud Iul. Firmicum, lib 3. cap. 6. Meminit & Tertullian. in Apologetic.

ARCHIGENES. penult. cor. {ἀρχιγένης} Medicus fuit ex Apamia Syriæ ciuitate, Agathini discipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Traiani temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum sæpissime inuehitur Galenus. Meminit eiusdem & Iuuenalis satyr. 7. Tunc corpore sano

Aduocat Archigenem.

Archigerontes {ἀρχιγέροντες} Principes seniorum, seu summi senes. Alciatus in l. 5. C. de episc. audient. Sunt qui legi velint Archigerontes, vt pro eo qui principatum fabrorum tenet sumatur, sicut in opificiis, regiis, & publicis adhibentur.

Archigrammatei {ἀρχιγραμματεῖς} dicuntur scribarū principes. Vnde scribit Plutarch. Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri magni. Vulgò *Cancellarij* vocantur.

Archigubernus {ἀρχικυβερνήτης} Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus. Iauolenus in l. 46. D. ad s. c. Trebell.

ARCHILOCHVS. pen. cor. {ἀρχίλοχος} poeta Græcus iambicus, qui persequutus est Lycamben socerum suum, quòd ei filiam Neobolen pactam alij locauerat, cùmque vnà cum filia ad laqueum, ob iamborum petulantiam in eos scriptorum compulit. Acron in Horat. Epod. ode 6. Ex quo Horat. in Arte,

Archilochum proprio rabies armauit iambo. Quintilian. libro 10. capite 1. Archilochus primus inter eos qui iambos scripsere: summa in hoc vis eloquutionis, cum validæ, tum breues vibrantésque sententiæ, plurimum sanguinis atque neruorum, adeo vt videatur quibusdam, quòd quoquam minor est, materiæ esse, non ingenij vitium. Emicuit regnante Romulo, vt ait Cicero in Tusculanis, lib. 1. Idem Attico. lib. 16. 336. Et vt Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur. ¶ Fuit item Archilochus, Nestoris & Eurydices filius, vt docet Homerus in Odyss.

Archilochius, adiectiuum {ἀρχιλόχειος} Cic. Attic. lib. 2. 36. Archilochia in Pompeium edicta Bibuli populo ita sunt iucunda, vt cum locum[vbi proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, transire nequeamus. Item in fine superioris epistolæ, Archilochia, id est acerbissima: quales Archilochi poetæ iambi.

Archimagirus, archimagiri, pen. prod. {ἀρχιμάγειρος} Princeps & magister coquorum, qui præest coquinæ. Iuuenal. satyr. 9.

Finxerunt pariter librarius, archimagiri Carptores.

Archimandrita, huius archimandritæ, pen. prod. masc. g. {ἀρχιμανδρίτης} Id significat quod dicimus Abbatem. Prisci enim illi monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id est in speluncis & cauis montium, habitabant. Alciatus. Vtitur Sidonius Apollinaris hac voce.

ARCHIMEDES. pen. prod. {ἀρχιμήδης} Syracusanus, geometra nobilissimus tanta in ipsa scientia dulcedine dicitur versatus, vt sæpenumero inuitus ad balnea ductus, dum perungendus in cratere constitueretur, per corporis vnguenta, figuras ac lineamenta digito inscriberet. De quo plura apud Plutarchum in vita Marcelli. de hoc Cic. in Tusculanis. ¶ Fuit & alter Archimedes grammaticus, genere Trallianus, qui commētarios in Homerum & Mechanica scripsit. Author Suidas.

Archimia, seu Alchimia {ἀλχημία} Est auri vel argenti conficiendi scientia. Sic dicta quasi ἀργύρου χυμεία. id est, Argenti præparatio. Vnde Iasonis χρυσόμαλλον δέρας. id est, Aurei velleris pellem, intelligi librum voluere philosophi, veterū more in pelle conscriptum, quo auri præparandi ars (quæ χυμεία vocatur) contineretur. Huius autem artis libros quum diligenter conquisisset Diocletianus, exussit, ne amplius Ægyptij ex huiusmodi artificio ditescerēt, rebúsque innouandis studerent. Cæl. lib. 7 cap. 3.

Archimimus, archimimi, penult. prod. {ἀρχίμιμος} Latinè dicitur Princeps histrionum. Tranquillus in Vespasiano, cap. 19. Fauo archimimus personam eius ferens, imitánsque (vt est mos) facta ac dicta viri, interrogatis palàm procuratoribus, quanti funus & pompa constaret, vt audiuit sestertium centies, exclamauit, centum sibi sestertia daret, ac se vel in Tybrim proiicerent. Verba sunt histrionis significantis extremam principis parsimoniam. Budæus.

Archinus, {ἀρχῖνος} Summus magistratus, & magister populi dicebatur apud Thebanos, cuiusmodi erat Dictator Romanis, Dioecetes Ægyptiis, & Pœnis Sufetes. Alexander ab Alexandro, lib. 4. cap. 23.

Archipirata, archipiratæ, masc. gen. penult. prod. {ἀρχιπειρατής} Prædonum dux. Cic. 7. Verr. Archipiratam ipsum videt nemo, de quo supplicium sumi oportuit. Idem 2. Offic. Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur à sociis, aut relinquitur.

ARCHIPPE {ἀρχίππη} Marsorum oppidum, à Marsya Lydorum duce conditum, quod lacu Fucino haustum scribit Plin. lib. 3 cap. 12.

ARCHIPPVS {ἀρχιππος} nomen philosophi, qui Thebis scholas habuit, vt scribit Hieronymus, & Pythagoræ auditor fuit.

Archippocomus, pen. cor. {ἀρχιπποκόμος} Hippocomorum præfectus. Hippocomi autem sunt homines equorum curæ præfecti, quales scutarij in comitatu regis vocantur. Budæus.

ARCHITAS. pen. prod. {ἀρχύτας} Tarentinus philosophus, cuius meminit Cic. lib. 3. de Orat. Pythagoricus fuit, Tarentinorum Rempublicam rexit, exercitus ductando, nec vnquam superatus, vt author est Aristoxenus. scripta eius non feruntur, nisi quædam ad Platonem epistola, eius in Geometria discipulum. ¶ Cuiusdam Architæ geometræ & astrologi meminit Horat. lib. 1. Carm. ode 28. qui naufragio tandem periit. ¶ Fuit item Architas, alius Mitylenæus musicus: cui quum probro daretur quòd non exaudiretur, respondit, Instrumentum pro me loquitur. ¶ Fuere præterea alij duo: Vnus qui de Agricultura scripsit, alter poeta epigrammatum. Author Diogenes.

Architæ crepitaculum. Prouerbium in hominem vehementer garrulum & obstreperum iaciebatur. Siquidem Architas crepitaculi genus æreum excogitauit, quod pueris lusitantibus daretur, nequid interim ex vasis domesticis contingerent. Eius autem organi Tarentinum philosophum fuisse opificem consentaneum est, vtpote qui fertur in mechanicis mirè præcelluisse: Cuius & columba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata vt volaret. Meminit Aristot. lib. 8. Politic.

Architectus, architecti, is est (inquit Budæus) quem Græci ἀρχιτέκτονα vocant, quasi structorum (qui Græcè τέκτονες dicuntur) princeps. Plin. lib. 34. cap. 14. de magnete, Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat, vt in eo simulacrum eius è ferro pendere videretur. Cic. 1. de Orat. Philonem illum architectum, qui Atheniēsibus armamentarium fecit, constat perdisertè populo rationem operis sui reddidisse.

¶ Architectus, per trāslationem: vt, Architectus deus. Plaut. Amph. 3. Deûm regnator, architectus omnibus.

Architectus, Quasi machinator & fabricator. Cic. de lege Agraria, Nunc quisquam tam abstrusus vsquam nummus videtur, quem non architecti huius legis olfecerint?

Architectus beatæ vitæ. Id est, inuentor. Cic. 1. de Finib. Eáque ipsa quæ ab ipso inuentore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo.

Princeps & architectus sceleris. Cic. pro Cluent. Ipsum principem atque architectum sceleris absoluerent.

Architectus & machinator. Cic. pro Roscio Amerino, Ex iis quæ nunc maximè fiunt, nónne quis potest intelligere omnium architectum & machinatorem vnum esse Chrysogonum?

Architectus verborum. Cic. de claris Orat. Vt omnes ferè Stoici prudentissimi in disserendo sunt, & id arte faciunt, súntque architecti penè verborum: iidem traducti à disputando ad dicendum, inopes reperiantur.

Architectio, architectionis. Plin. lib. 10. cap. 71. In quo vel præcipua naturæ architectio.

Architecton, architectonis, pen. cor. m. g. {ἀρχιτέκτων} Idem quod Architectus. Plaut. Pœnul. 16. Me dolis iam superat architectonem. Per translationem dictum.

Architectonicus, pen. cor. adiectiuum {ἀρχιτεκτονικός} Ad architectonem pertinens. Vitruu. lib. 9. cap. 4. E qua per rationes architectonicas, circinique descriptiones est inuentus effectus in mundo.

Architector, architectoris, pen. prod. masc. gen. {ἀρχιτέκτων} Id est Architectus. Plautus Mostel. 9. Nam sibi laudasse ædeis ait architectorem, &c.

Architector, architectaris, architectari {οἰκοδομεῖν} Construere, fabricare. Vitru. lib. 9. cap. 4. Nanque in his locis naturalis potestas ita architectata est, collocauítque cardines, tanquam centra.

Situm loci ad suum arbitrium architectari & fabricari. Author ad Herennium, libro 3. Cogitatio enim quamuis regionem possit amplecti, & in ea situm loci cuiusdam ad suum arbitrium fabricari atque architectari.

¶ Architectari voluptates, per metaphoram. Cic. 2. de Finibus, Cur tandem sapientia tantopere laudatur? an quòd ita callida est, vt optimè possit architectari voluptates? Id est, formam & rationem fruendarum voluptatum comminisci & præscribere. Budæus. Nonius in hunc locum interpretatur, Componere.

Architectonice, architectonices, penult. corr. fœm. gen. {ἀρχιτεκτονική} Architectandi ars. Quintilian. lib. 2. cap. vlt. Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice.

Architectura, penul. prod. {οἰκοδομική} Idem quod Architectonice. Cic. 1 Offic. Quibus autem artibus aut prudentia maior inest, aut non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, vt architectura, ex sunt iis quorum ordini conueniunt, honestæ.

Architectura, Ipsum ædificium & opus interdum significat. Plin. lib. 11. cap. 24. Specus ipse qua concameratur architectura.

Architriclinus, architriclini, pen. prod. {ἀρχιτρίκλινος} dictum ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν τρικλίνων. hoc est, A principatu vel ductu tricliniorum: quòd tricliniis præesset, quem vulgò vocamus Magistrum domus, Gallicè *Maistre d'hostel.* Valla lib. 3. cap. 34. Triclinium à tribus toris mensis[s]e appellatum est. Ibi enim comedebant, præcipuè in conuiuium accepti, quum res ipsa postularet tres toros mensæ extrui.

Archiuum, Vide paulo antè ARCHIVM.

Archon, archontis {ἄρχων} Archontes qui fuerint, non planè constat. Suidas nouem fuisse author est, & inter eos numerat Thesmothetas: rectè (vt opinor) quum idem sentire videatur enarrator Demosthenis: quippe qui Archontas etiam Thesmothetas appellet. Sed vnus erat princeps collegij & præfectus, qui Hegemon & Prytanis vocabatur Athenis. Prytanes autem erāt numero quinquaginta, decimam partem cōcilij & curiæ quinquagenariæ efficiētes, in orbem κατὰ φυλὰς, in singulos menses vices mutantes. Verùm is Archon, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, etiam Prytanis dictus est. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo Quæstionis iudex dictus est, & Quæsitor: ita hic Archon Athenis τοῖς δικασταῖς præsidebat. Hæc Budæus in comment. Græcis. Cic. de Fato. Moritur Epicurus quum duos & septuaginta annos vixerit, archonte Pytharato.

Archos (ἀρχός) Latinè princeps dicitur. Erat autem Athenis summus magistratus, vt in Galienis scribit Pollio. Alciatus.

Arcifinius ager, qui obiectu fluminum, montium, arborum, arcetur: non autem certis linearum finibus terminatur. E libello limitum.

ARCILASIS, oppidum Hispanicum in tractu Bætico. Ptolem.

ARCINNA (ἄρκιννα) oppidum est Daciæ. Ptolem.

Arcio, arcis, arciui, arcitum, arcire, pen. prod. pro Indere & adigere accepisse videtur Cato, cap. 40.

Arcion, herba est, radice alba & grandi, folia habens maiora cucurbitis, & hirsutiora, nigrioraque & crassiora. Plin. lib. 25. cap. 9.

Arcirma (ἀρκίρμα) genus modici plaustri, quo homo gestari solet. Festus.

Arcitenens, pen. corr. huius arcitenentis, adiectiuum (τοξοφόρος) pro Apolline, ab arce Acropoli in qua colebatur. Virg. 3. Æneidos,

Quam pius Arcitenens oras & littora circum, &c. Vel etiam ab arcu tenendo: quòd semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. Næuius 2. bel. Pun. Deinde pollens sagittis, inclytus, arcitenens, sanctúsque Delphis prognatus Pythius Apollo.

Arcitenens Sagittarius. Cic. in Arato.

Arcophtalmon (ἀρκόφθαλμον) A quibusdam appellatur herba quæ Chrysogonon Dioscoridi dicitur. ¶ Est autem hæc nomenclatura ex iis quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerantur.

Arcophyton (ἀρκόφυτον) ex iis nomenclaturis, quæ becchio seu tussilagini herbæ in quibusdam Dioscoridis exemplaribus tribuuntur.

Arcte, aduerbium, Vide Arctus in ARCEO.

Arcticus, Vide ARCTOS.

Arction (ἄρκτιον) Galen. herba est verbasco similis, radice tenera, candida, dulci: caule oblongo & molli: semine cymino simili: facultatis est admodum tenuiarum partium, & ob id exsiccantis extergentísque: tamen modicè. Hæc Galen. lib. 6. Simplic. Vide & Plinium lib. 27. cap. 5.

Arcto, arctas, Vide ARCEO.

Arctomys (ἀρκτόμυς) animal habens similitudinem muris & vrsi.

ARCTONNESVS, pen. prod. (ἀρκτόννησος) oppidum est Milesiorum, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plinius lib. 5. cap. vlt.

ARCTON (ἄρκτων) mons qui imminet Cyzico, ita dictus à Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id est in vrsas, migrasse tradunt.

Arctophylax, pen. corr. arctophylacis, penult. prod. m. g. (ἀρκτοφύλαξ) hoc est, Custos Vrsæ: stella quæ & Arcturus, hoc est, Cauda Vrsæ, siue Bootes dicitur. Cic. 2. de Nat. deorum,

Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes,
Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum.

Arctos, fœm. gen. (ἄρκτος) Latinè Vrsa dicitur, signum cæleste.

ARCTI, duæ sunt, quæ Septentrionali polo nixæ vehuntur, Arctico circulo clausæ, & ita collocatæ vt vtraque resupinata, alterius contegat caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat: alteram, maiorem Vrsam siue Helicen: alteram minorē Vrsam, siue Græcorum lingua, Cynosuram, id est Canis caudam, nomināt. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonij aspicientes assiduè nauigant. Ouid. 3. Fastorum,

Esse duas Arctos, quarum Cynosura petatur
Sidonijs, Helicen Graia carina notat.

Helicen scribit Hesiodus Calistona, Lycaonis Arcadiæ regis filiā fuisse. Hanc studio venationis inductam relicto patre, sese in syluas contulisse, factámque vnam ex comitibus Dianæ: à qua quum mirificè amaretur, quodam die solam in syluis inuentam, ab Ioue compressam fuisse. Quod facinus quum aliquando celasset, tandem iussam cum cæteris virginibus lauari, tumore vteri crimē detexisse. Quamobrem indignatam deam, in Vrsæ effigiem illam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur. in ea specie non multo pòst filium peperisse, quem Arcada nominauit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponesi regio. Aratus apud Cicer. 2. de Nat. deorum,

Extremúsque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur esse Polus.

Arcti geminæ, Id est, Vrsa maior & minor. Ouid. 3. Metamor. Et Virgil. 1. Georg.

Gelidæ. Virgil. 6. Æneid. de Dædalo.
Sicca. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

¶ Arctos, Claudianus dixit pro illis qui Septētrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam, 4. Paneg.

Atque indignantes in iura redegerit Arctos.

Arcticus, pen. corr. (ἀρκτικός) adiectiuum. vt, Polus Arcticus: Id est Septentrionalis, siue Borealis. Cui oppositus est Antarcticus polus: hoc est, Meridionalis.

Arctous, pen. prod. (ἀρκτῷος) adiectiuum ab arcto, Idem quod Septentrionalis. Martial. lib. 10,

Felices quibus vrna dedit spectare coruscum,
Solibus Arctois, sideribusque ducem. Senec. in Herc. OEth. 8,

Arctous polus.
Arctous orbis. Lucan. lib. 1.
Sedes. Seneca in Herc. OEth. 12.

Arcturus, pen. prod. (ἀρκτοῦρος) Stella est (inquit Seruius) post caudam maioris Vrsæ posita: vnde Arcturus dicta est ἀπὸ τῆς οὐρᾶς τῆς ἄρκτου. Virg. Georg. 1,

At si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum
Arcturum, &c. Idē Seruius, Arcturus, stella est in signo Bootæ post Septētrionem, cuius ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Plin. lib. 18. cap. 8. Cic. 2. de Nat. deor. Huic enim Booti

subter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis Arcturus nomine claro. Horat. 3. Carm. 1,
Nec sæuus Arcturi cadentis Impetus, aut orientis Hœdi.

Arctus, Vide ARCEO.

Arcuarius, Arcuatus, adiectiuum, Vide ARCVS.

Arcubalista, fæ. Sipont. Scorpionem quidam Arcubalistam vocant.

Arcubii, Qui excubabant in arce. Festus.

Arcula, Vide ARCA.

Arculata & Arculum, Vide ARCVS.

Arcuma, (vt inquit Festus) genus est plaustri modici, quo homo gestari possit.

Arcuo, arcuas, Vide ARCVS.

Arcus, huius arcus, m. g. (τόξον) Festus, Arcere est cōtinere: vnde & arcus in ædificiis dictus est, quia se ipse continet. Alij dicunt arcum dictum esse ab opere arrigendo in altitudinem. Nonius, Arcus & Arquus hoc distant. Arcus enim, omnis suspensus fornix appellatur: Arquus, non nisi qui in cælo apparet, quam Irin poetæ dixerunt. Vnde & arquati dicuntur, quibus color, & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Lucret. lib. 6,

Tum color in nigris extabat nubibus arquis. Hæc Nonius.
Efficere arcum compagibus lapidum. Ouid. 3. Metam.
Ducere. Ouid. 3. Metamorph.
Dicare. Tacit. lib. 2, Fine anni arcus propter ædem Saturni ob recepta signa cum Varo amissa, dicantur.

¶ Arci, num. plur. Varr. De vit. pop. Rom. lib. 4, Eóque pecuniam magnam consumpsisset, quòd arci, quos summopere fecerat, fessi pondere diu facti, celeriter corruissent. Nonius.

¶ Arcus, quo sagittæ emittuntur. Virg. 11. Æneidos,

Spiculáque ex humero paruæ suspendit, & arcum
Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ.

Acer arcus. In ACER.
Aduncus. Ouid. 4. epist. Corneus. Ouid. 1. Metam.
Flexibilis. Ouid. 3. Amorum, eleg. 4.
Laxus, pro Non tenso. Sil. lib. 3.
Lethifer. Virgil. 10. Æneid.
Minax. Horat. 3. Carm. ode 27.
Sinuosus. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Sinuatus. Ouid. 8. Metam. Sonans. Virg. 5. Æneid.
Trux. Stat. 3. Sylu. 1.
Vastus. Seneca in Herc. furente, 11.

¶ Adducere arcum. Virg. 5. Æneid.
Ceruos arcu cohibere. Horat. 4. Carm. ode 6.
Compescere arcum, Id est continere ne iaculetur. Claud. de rapt. Proserp. 2.
Contentus, Id est Tensus. Ouid. 6. Metam. Et lib. 2. de Arte.
Corripere manu arcum. Virg. 1. Æneid.
Curuare. Stat. 1. Achil.
Curuatus in arcum portus. Virg. 3. Æneid.
Arcu tela dirigere. Horat. 4. Carm. ode 9.
Dirigere arcum in aliquem. Pers. sat. 3.
Emittere arcu sagittam. Plin. lib. 9. cap. 8.
Expedire alimenta arcu. Tacit. lib. 5, Illuuie obsitus & alimenta arcu expediens. Significat illum venatu tolerasse vitam.
Expellere sagittam arcu. Ouid. 8. Metam.
Fallit arcus dexteram. Seneca Herc. OEtheo, 13.
Flectere arcum coactis cornibus. Seneca Herc. furente, 11.
Fugam dat sagittis arcus. Seneca in Herc. OEtheo, 13.
Intendere arcum. Seneca Herc. OEtheo, 4. Vide INTENDO.
Intentus arcus. Cic. pro Sextio, Fuerat ille annus tāquam in Reip. magno metu & multorum timore arcus intentus in me vnum.
Lentare arcum, pro Curuare. Stat. 1. Achill.
Librat telum arcus. Seneca Herc. OEtheo, 13.
Lunare arcum, Id est in Lunæ speciem cornua contrahere. Ouid. 1. Amorum, eleg. 1.
Minatur arcus, & ferit. Horat. in arte poetica,

Non semper feriet quodcunque minabitur arcus.

Obuertere arcum in aliquem. Ouid. 12. Metam.
Petere aliquem arcu. Stat. 5. Thebaid.
Porrigere arcum, Fateri se victum. Ouid. 2. Fastorum,

Nunc petit Armenius pacem, quum porrigit arcus
Parthus eques, timida captáque signa manu.

Protendere arcum ab alto. Sil. lib. 13.
Remissus arcus, pro Non tenso. Horat. 3. Carm. ode 27.
Retendere arcum lentum. Ouid. 2. Metam.
Retendere arcum, pro Tensum laxare. Stat. 4. Sylu. 4.
Retentus arcus. Ouid. 3. Metam.
Sinuare patulos arcus. Ouid. 8. Metam.
Stringere aliquem arcu. Stat. 1. Sylu.
Sumere manu arcum. Ouid. 2. Metam.
Suspendere humeris. Virg. 1. Æneid.
Temperare neruis. Ouid. 10. Metam.
Tendere. Horat. 2. Carm. ode 10.
Tendere aliquò. Pers. sat. 3.
Tensus arcus. Stat. 3. Sylu. 1.

¶ Arcus dicitur in nubibus, quam Irin poetæ appellant: & tam secundæ quàm quartæ declinationis est. Cic. 3. de Nat. deor. Cur autem arcus species non in deorum numero reponatur?

Bibit ingens arcus. Virg. 1. Georg. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Concipit iris aquas, alimentáque nubibus affert. Veterum opinio fuit arcum, qui iris appellatur, aquā suis cornibus haurire è fontibus, & bibere. Turneb. Cælestis arcus. Vide CÆLVM.

Coloratus quodammodo arcus ex nubibus. Cic. 3. de Nat. deor.
Colores varios trahit arcus. Virg. 5. Æneid.
Imbrifer. Tibullus lib. 1. eleg. 4.
Ingens arcus sub nubibus. Virg. 9. Æneid.
Pluuius. Horat. in Arte poetica.
Arcus variata luce rubens. Claudian. epigram. 6.

Arcuarius, arcuarij, m. g. Arcuum militarium artifex. Aurel. Arcad. in l. vlt. D. De iur. immunit.

Arculata, pen. prod. Vocabant antiqui circulos, qui ex farina in sacrificiis fiebant. Festus.

Arculum, pen. corr. Appellabant circulum, quē capiti imponebant ad sustinenda cōmodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur.

Arculus putabatur etiam deus qui tutelam gereret arcarum. Festus.

Arcuo, arcuas, arcuare {κυρτόω} In modum arcus curuare. Plin. lib. 29. cap. 6, Illam autem quæ non arcuatur, scoloπendram Græci vocant, alij scolopendram. De multipedis terræ vermibus loquitur.

Arcuatus, a, um, pen. prod. {κυρτωθείς} Curuatus in modum arcus. dicitur & Arquatus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iussit.

¶ Arcuatus, est etiam ictero correptus: à nomine Arcus pro Iri in nubibus: vnde, Arcuatum pecus, quod morbo icterico, id est regio, laborat: quòd arcus cælestis ei concolor est. Colum. lib. 7. cap. 5, Bilis æstiuo tēpore nō minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa remedio est etiā pecori arcuato. Vide ARQVATVS.

Arcatus, pen. prod. pro Arcuatus, apud Ouidium legitur 11. Metam.

Arcuatim, pen. prod. aduerb. In modum arcus. Plin. lib. 29. cap. 6, Millepeda, ab aliis cētipeda aut multipeda dicta: animal est è vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúq; contrahēs sese.

A R D

Ardacha {ἀρδάχη} herba est quæ nascitur in Gallia, locis humidis, circa calamos, quibus adhæret. De hac vide latius apud Galenum, lib. De simplicib.

ARDALIDES Musæ cognominatæ sunt ab Ardalo Vulcani filio, qui quū ad Trœzenios tibiam & musas detulisset, eas ita appellauit. Plutarch. in Symp. & Steph. Addit Pausanias, apud Trœzenios veterem fuisse aram, super quam Musis & Somno rem sacram faciebant, quòd scilicet Somnum esse deum Musis præcipuè amicum arbitrabantur.

Ardanium {ἀρδάνιον} vas figlinum est (inquit Pausanias) vnde potant bruta, quod ante ianuam proponebatur. ab ἀρδω, quod est, Rigo. Sed & vas, vnde aspergimur aqua templum ingressi, dici Ardanium potest. Hæc Cæl. lib. 5. cap. 2.

ARDEA {ἀρδέα} nomen vrbis in Latio: à feruore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab vrbe est posita. Martialis,

Ardea solstitio, Pæstanáque rura petantur,

Quique Cleonæo sidere feruet ager. Dicta quoque est Daunia, à Danae Persei matre. Vel à Dauno Pilumni filio, qui eam condidit, vt quidam existimant. Vide fabulam apud Ouid. lib. 14. Metam.

Ardeas, Ardeatis, pen. prod. vel Ardeatinus, adiectiuum {ἀρδεάτης}. Cic. 3. de Nat. deor. Cui in agro Ardeati rem diuinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardea {ἐρῳδιός} vulgò *Heron*, vt quidam putant. Auis est, sic dicta quasi Ardua, inquit Seruius: quæ quum altius volauerit, significat tempestatem. Virgil. Georg. 1,

Atque altam supra volat ardea nubem.

Ardeola, pen. corr. diminutiuum, vt ait Sipont.

Ardelio, ardelionis, m. g. {πολυπράγμων} ab ardeola deducitur, sicut à stella stellio, à tabella tabellio. Est autem Ardelio, homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, saliens, manus iactās, togam modò deiiciens, modò reponens, & omnibus negotiis sese immiscēs, qualem fuisse Attalum legimus, ad quem sic scribit Martial. lib. 2,

Nil bene quum facias, facis attamen omnia bellè:

Vis dicam qui sis? magnus es ardelio. Sipont.

Ardeo, ardes, arsi, arsum {πυρακαίομαι, καίομαι} ardere, vt author est Nonius, Ignescere & concremari. Virg. 2. Æneidos,

-iam proximus ardet Vcalegon. Plin. lib. 12. cap. 14,

Thus probatur carbone, vt statim ardeat.

Arsi, præteritum. Horat. 1. Serm. sat. 8. -largior arserit ignis.

Ardere in immensum. Ouid. 2. Metam.

¶ Ardere, actiua significatione, pro Adurere. Virg. 4. Georg.

Ardebat Sirius Indos. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Ardent altaria, impositis fibris. Virg. 3. Georg.

Incendere, & ardere. Cic. 2. de Orat. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, &c. vt mihi nō solùm tu incendere iudicem, sed ipse ardere videaris.

¶ Ardere incendio: per translationem. Cic. in Orat. Omnibus terris, vna Gallia communi non ardet incendio. Quod Conflagrare alio loco dicit.

¶ Ardere, Fulgorem & splendorem emittere. Virgil. 4. Æneidos,

-Tyrióque ardebat murice læna. Colum. lib. 9. cap. 3, de apibus, Virgilius maximè probat paruulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Virgil. 11. Æneidos,

-campíque armis sublimibus ardent. Idem 7. Æneid. -quibus arserit armis. Vbi Seruius, Aut splenduerit, aut amore flagrauerit.

Ardēt oculi. Cic. 6. Verr. Quū spumas ageret in ore, arderēt oculi.

¶ Ardere, Festinare veluti cum ardore quodam. Virgil. 12. Æneid.

Ardet in arma magis. Nonius. Idem 1. Æneid. Instant ardentes Tyrij. Vbi Seruius, Ardentes, multùm festinantes.

Ardeo abire. Virg. 4. Æneid. Ardet abire fuga.

Auidi coniungere dextras Ardebant. Virg. 1. Æneid.

¶ Ardere aliquem, pro Impatienter amare, vt ait Seruius. Virgil. in Alexi, Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.

Ardere aliquo, siue aliqua. Horat. Epod. 13.

Ex æquo ardere, pro Se inuicem amore complecti. Ouid. de Pyramo & Thisbe, 4. Metamorphoseos,

Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.

Ardet in illa. Ouid. 8. Metam. Et lib. 9, Ardere in virgine.

Feliciter ardere. Ouid. 1. de Remed. amor.

Siquis amat quod amare iuuat, feliciter ardet.

Ardebat amore illius hospitæ. Cic. 4. Verr.

¶ Ardere, Furere, vel irasci. Virg. lib. 10. Æneid.

¶ Ardere, Accensum esse. Virg. 9. Æneid. Atque his ardētem dictis affatur Iulum. Vbi Seruius, Ardentem desiderio dimicandi.

Ardet animus mihi. Cic. pro Cælio, Nunc enim demum mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur ira.

Ardet ad vlciscendum animus. Cæs. 6. bel. Gall.

Ardere in arma. Virg. 12. Æneid. de Turno.

Auaritia ardere. Cic. 3. de Finib. & pro Rosc. Amerino.

Bello, pro Accensum esse & oppressum. Cic. Att. lib. 6, Quum arderet Syria bello.

Conscientia. Cic. 1. de Legib. Id est, animo turbatum esse ob scelerum à se perpetratorum scientiam.

Cupiditate. Cic. de claris Orat. Ardebat autem cupiditate sic, vt in nullo vnquam flagrantius studium viderim. Hoc est, vehementer cupiebat. Cura. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 17.

Curis flagrantius. Sil. lib. 16.

Desiderio. Cic. 4. Tuscul.

Dolore. Cic. Att. lib. 2, Ardet dolore & ira noster Pompeius.

Podagræ doloribus. Cic. 5. de Fin. Hoc est, consumi arthritide.

Flagitio. Plaut. Casina.

Infamia. Plin. Iun. lib. 4. epist. 11, Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis, & iniquitatis infamia.

Ardet inuidia, cui inuidetur. Liu. 5. ab Vrbe.

Res ardet inuidia. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16.

Iracundia. Terent. Andr. 3. 2.

Odio. Cic. 4. Philip. Ardens odio vestri, cruentus sanguine ciuium Romanorum.

Odia ardent in illum. Cic. pro Milone, Omnia in illum odia ciuium ardebant desiderio mei.

Studio belli, Cic. pro Deiotaro. Studio historiæ, Cic. Att. lib. 16. Studio & amore alicuius, Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2. Studio veri reperiēdi, Cic. 4. Acad. Studio equorum, Horat. 2. epist. 1.

Ardesco, ardescis {ἐκπυρόομαι, ἀναφλέγομαι} ardescere. Idem quod Ardere. Virgil. 1. Æneid. de Didone,

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo. Plin. lib. 33. cap. 3, Primum autem bonitatis auri argumentum est, quàm difficillimè accendi. Præterea mirum, prunæ violentissimæ igni indomitum, palea citissimè ardescere.

Ardescere in iras. Ouid. 5. Metam.

Ardescunt cæde. Ouid. 12. Metam. de Centauris & Lapithis.

Ardescere facilè, Id est, facilè flammam concipere. Lucret. lib. 6.

Ardescere lyæo, Id est, incalescere mero. Sil. lib. 11.

Ardescit dira cupidine pectus. Lucret. lib. 4.

Ardescere venere. Lucret. lib. 5.

Ardescere in incestas nuptias. Tacit. lib. 11.

Ardescere mucronem iussit. Tacit. lib. 15.

Ardens, participium {καιόμενος} Quod ardet.

Ardens febris. Plin. lib. 20. cap. 20, Ardentibus febribus imponitur cum polenta.

Ardentes equi. Virg. 1. Æneid. Vbi Seruius, Ardentes, & candidos significat & volucres.

Literæ. Cic. Att. lib. 14, Ardentes in eum literas ad me misit.

Ardens nubes. Virgil. 7. Æneid. Vbi Seruius, Ardentem nubem, alij fulmen, nubem ardentem dicunt: Vt Lucanus, -atque ardens aere solo. quos hoc loco sequutus est. Alij fulmen dicunt aeris scissione ardentem rimam, quos alibi sequitur dicens,

Ignea rima micans percurrit lumine nymbos. Hæc Seruius.

Oratio. Cic. in Orat. Nec vnquam is qui audiret incenderetur, nisi ardens ad eum perueniret oratio.

Papulæ, Id est carbunculi, vt ait Seruius: vel furunculi ex adusta bile inflammati. Virg. 3. Georg.

Virtus, Excellens & maxima. Virg. 4. Æneid.

Ardens in cupiditatibus. Sallust.

¶ Ardens, Multum festinus. Vide ARDEO. Virg. 6. Æneidos, -iuuenum manus emicat ardens.

¶ Ardens, Qui amat. Ouid. 14. Metam.

¶ Ardentes auro apes, Id est, aureo colore elucētes. Virg. 4. Georg.

Ardentes clypei, Fulgentes. Virg. 2. Æneid.

Ardentum, Genitiuus pluralis. Stat. lib. 1. Sylu. 2.

Ardens {ἀρδανή} nomen ex participio, vt, Ardentissimæ diei horæ. Plin. lib. 31. cap. 3.

Amore ardens, confirmabat quòd desiderium, &c. Cic. 2. Philipp.

Ardentissimus color. Plin. lib. 21. cap. 4. De rosa in coronis.

Ardenti quidē studio hoc fortasse efficiam. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16.

Ardentiore studio petere, pro Vehementiore. Cic. 2. de Finib.

Ardentes & erectos vos ad libertatem recuperandam adhortabor. Cic. 5. Philipp.

Ardenter, ardentius, ardentissimè, aduerbium {περιπαθῶς} Plin. lib. 12. cap. 19, Austros ibi tam ardenter flare, vt æstatibus syluas accendant, inuenimus apud authores.

Ardenter cupere. Id est vehementer. Cic. 4. Tuscul. Sic Ardentius appetere. Cic. 4. de Finib.

Arsurus, pen. prod. participium futurum {καυσόμενος} Ouid. 14. Metam. Luridáque arsuro portabat membra pheretro.

Ardor, ardoris, m. g. {καῦμα} vehemens calor & incendium. Cic. 4. Acad. Fore tamen aliquando vt omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16, Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.

Ardor belli. Liu. bel. Maced. lib. 4, In medio ardore belli.

Ardor flammæ feruidus. Lucret. lib. 5.

Ardor flammeus excederat syluas ab radicibus. Lucret. lib. 5.

Trux ardor. Sil. lib. 17.

Ardore flammæ conflagrare. Cic. Antequam iret in exilium.

Ardore stellarum micare. Cic. 1. de Diuinat.

Solis ardore torreri. Cic. in Somnio Scipionis.

Sol ardorem dissipat in omnes partes. Lucret. lib. 2.

Nimios Solis ardores defendere. Cic. de Senect.

Ardor cæli vt fulminum iactus. Cic. 3. in Catil.

Ardore terra dehiscit. Virgil. 3. Georg.

Oculorum ardor. Cic. pro Corn. Balbo.

Ardor nubium conflictu expressus. Cic. 2. de Diuinat.

Vultuum atque motuum ardor. Cic. 1. de Diuinat. Vidi sæpe in Æsopo familiari tuo tantum ardorem vultuum atque motuum, vt eum vis quædam abstraxisse à sensu mentis videretur.

¶ Studium & ardor amoris. Cic. 1. de Orat. Crassus arridens, Quid censes, inquit Cotta, nisi studium & ardorem quendam amoris?

Ardor

Ardor animi consedit. Cic. in Orat. Ardor animi nō semper adest: isque quum consedit, omnis illa vis, & quasi flamma extinguitur.
Restincto ardore cupiditatum omnium. Cic. 1. de Finib.
Ardorem exercitus intendebant. Tacit. lib. 12.
Init eum magnus laudis ardor. Stat. 12. Thebaid.
Idem ardor omnes habet. Virgil. 4. Æneid.
Inijcere ardorem. Vide INIICIO.
Insatiatus ardor. Stat. 6. Thebaid.
Generosus. Seneca in Octauia, 2.
Ardor edendi. Ouid. 8. Metam. De Erisichthone.
¶Ardorem vetitum de corde fugare. Ouid. 9. Metam.
Ardorem dissimulare. Tibul. lib. 4. eleg. 3.

ARDETTVS {ἀρδηττός} nomen loci Athenis, sic dicti ab Ardetto heroe, vbi sacramento se obstringebat populus. Etym.

ARDIAEI {ἀρδιαῖοι} Illyriæ populi, de quibus sic Strabo lib. 7. Posteritas autem Ardiæos vocauere Varalios: verùm reiecerūt illos Romani in interiora terræ, longius à mari, quum latrociniis cuncta vastarent, & agris incumbere colendis coegêre. Plura vide apud eundem.

ARDICES {ἀρδίκης} Corinthius pictor fuit, cuius meminit Plinius lib. 35. capite 3.

ARDISCOS {ἀρδίσκος} teste Aristarcho, fluuius Scythiæ, cuius meminit & Herodotus lib. 4.

ARDVENNA, Galliæ maxima sylua {ἀρδουέννα ὕλη.} Cæs. lib. 6. Cōment. Ipse quum maturescere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus per Arduennam syluam, quæ est totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni, finibúsque Treuerorum, ad Neruios pertinet, millibúsque amplius quingētis in longitudinem patet, L. Minutium Basilium cum omni equitatu præmittit.

Ardus, Vide ARIDVS.

Arduus, ardua, arduum {δυσχερής, χαλεπός, ἀνάντης} deriuatum nomen ab Ardeo, ardes, (vt nónullis placet) significat Difficile & molestum. Sallust. in Catil. At mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & authorem rerum: tamē in primis arduum videtur, res gestas scribere. Quod verbum exponens Gell. lib. 4. cap. 15, inquit, Sed arduum Sallustius non pro Difficili tantùm, sed pro eo quoque ponit quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod est cum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile.
Arduus mundus. Virg. 1. Georg. Vbi Seruius, Arduus, Excelsus, & summo vertice artatus.
Æther. Ouid. 1. Metam. Et Virg. 1. Georg.
Cedrus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 14.
Ceruix equi. Virg. 3. Georg. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Cliuus arduus in valles. Ouid. 1. Fast. de profunditate, ad quam via fit difficilis.
Arduus collis & deruptus. Tacitus lib. 2.
Ascensus. Cic. 1. de Orat. Et Cæs. 2. bel. Gall.
Difficili ascensu & arduo erat oppidum. Cic. 6. Verr.
Aditus. Liu. 4. bel. Pun. Eadem causa ad subeundum, arduum aditum instabilémque ingressum præbebat.
Per arduum scandere. Horat. 2. Carm. ode 19.
Via. Cic. 1. Tuscul.
Ardui operis erat, Id est, maximi laboris. Plinius libro 8. cap. 16. de leonibus.
Ardua promissa. Claud. in Eutrop. 6. Id est, immensa & magnifica.
Res arduæ ac difficiles. Cic. 2. de Inuent. Patientia est honestatis, aut vtilitatis causa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.
¶Res arduæ, pro Rebus aduersis. Horat. 2. Carm. ode 3,
Æquam memento rebus in arduis Seruare mentem.
¶Ardua res, pro Arduo negotio. Ouid. Ardua res vicisse alios.
¶Arduus, Difficilis. vt Solum arduum opere. Quod difficile colitur. Plin. lib. 17. cap. 4, Sed idē solum vbicúnque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius penè quàm vitiis posset, affligit agricolam.
¶Arduum pro Ardenti & animoso. Virgil. lib. 9.
¶Ardua, & Ardua terrarum, pro sublimibus locis. Virg. 5. Æneid. Vbi Seruius, Ardua terrarum, periphrasis montium. Liu. 2. ab Vrbe, Fixis in terram pilis, quo leuiores ardua euaderent, cursu subeunt.
Amantes ardua dumi, Id est, colles. Virg. 3. Georg.
Ardua castellorum excindere. Tacit. lib. 11.
Magnum opus omnino & arduum Brute conamur: sed nihil difficile amanti putato. Cic. in Orat.
Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt. Ouid. 2. de Arte.

Arduitas, pen. cor. arduitatis, Altitudo {τὸ ἀνάντες, χαλεπότης.} Varro 2. de Re rust. cap. 10, Neque enim senes, neque pueri collium difficultatē, aut montium arduitatem atque asperitatem facilè ferunt.

ARDYS {ἄρδυς} filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit. Herod. lib. 1.

A R E

Area, areæ, pen. cor. {ἅλως} propriè dicitur (authore Festo) locus vacuus, quasi exaruerit, & non possit quicquam generare. Varro 4. de ling. Lat. Loca in vrbe pura, areæ. Florent. in l. fundi. 211. de verb. sig. Locus (inquit) sine ædificio in vrbe area, rure autem ager appellatur. Vitruu. lib. 1. cap. 7, Diuisis angiportis, & plateis constitutis, areaerū electio ad opportunitatē & vsum communē ciuitatis est explicāda ædibus sacris, foro, reliquisq; locis cōmunibus. Et si erunt mœnia secundum mare, area vbi forum constituatur, eligenda proximè portum.
¶Area in ædibus vrbanis dicitur medium spatium vacuum inter parietes. Liu. 5. bel. Pun. Cuius certandæ quum dies aduenisset, conciliúmque tam frequens plebis adesset, vt multitudinem area Capitolij vix caperet. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8, A puero vt discessi, in aream tuam veni. Plin. Iunior solet addere genitiuum DOMVS, vt epist. 20. lib. 6, Resedimus in area domus, quæ &c.
Paruula, sed festiua area. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 17. ad Gallum.
¶Area, vbi frumenta triturantur & excutiuntur {ἅλως, ἅλων.} Colum. lib. 2. cap. 20, Area quoque si terrena erit, vt sit ad trituram satis habilis, primùm radatur, deinde confodiatur, permistísque paleis cū amurca quæ salem non accepit, extergatur: nam ea res à populatione murium formicarúmque frumenta defendit. tum æquata paululis vel molari lapide condensetur, & rursus subiectis paleis inculcetur, atque ita solibus siccanda relinquatur. Virg. 1. Georgicorum,
Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro. Cic. 5. Verr. Nequis frumentum de area tolleret.
Frumentum terit area, pro Frumentum teritur in area. Horatius 1. Sermon. sat. 1.
Nunc maior nostris area teritur equis, Id est, Nunc maius opus aggredimur. Ouid. 4. Fast.
¶Areæ in hortis, quadrata quædam spatia, probè subacta & coæquata, in quę mox semina iaciantur. Colum. lib. 11. cap. 3, Igitur solum quod conserere Vere destinauerimus, post Autumnum patiemur effossum iacere brumæ frigoribus & pruinis inurendū. Quippe è contrario sicut calor æstatis, ita vis frigoris excoquit terram, fermentatámque soluit. quare peracta bruma tum demum stercus inijcitur, & circa Idus Ianuarias humus refossa in areas diuiditur: quæ tamen sic informandæ sunt, vt facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniant: ne qui persequuntur herbas, semina proculcare cogantur, sed potius per semitas ingrediantur, & alterna vice dimidias areas eruncent. Cic. in Parad. Prata & areas quasdam magno æstimant.
Informare areas. Colum. lib. 11. cap. 3.
¶Area scelerum, per translationem. Cic. ad Attic. lib. 9. 190, Reliqua, ô dij, qui comitatus: quæ (vt tu soles dicere) νέκυια, in qua erat area scelerum.
¶Area, Vlceris genus in capite, cum capillorum profluuio. Vide Celsum, arearum genera abundè tractantem, lib. 6. cap. 4.

Areola, pen. corr. diminutiuum ab area hortorum {ἁλώνιον.} Columel. Quum terram benè subegeris, areolas facito.
Areola domus. Plin. Iunior, lib. 5. epist. 6.

Arealis, & hoc areale, pen. prod. Ad aream pertinens. Seruius in libro 1. Georg. -vannus Iacchi, Id est cribrum areale.

ARECOMICI, pen. corr. {ἀρηκόμικοι} populi in Gallia Narbonensi, qui & Volscæ dicuntur teste Strabone lib. 4. quorum portus & nauium receptaculum, Narbo dicitur. Vide Plin. lib. 3. cap. 4. Legitur apud Strabonem Aricomisci.

Arefacio, Vide AREO.

AREGON, tis {ἀρήγων} Pictoris nomen: de quo Strabo lib. 8, In Alpheoniæ Dianæ templo, Cleanthis & Aregontis picturæ visuntur, hominum Corinthiorum. Alterius quidem Troiæ captiuitas, & Mineruæ natalia: alterius est Dianæ in cunis deportatio: opera laude plurima celebrata.

ARELATE, pen. prod. {ἀρελάτη} ciuitas in Norico, teste Ptolemæo. Vulgò *Lintz*. ditionis est principum Austriæ.
Arelate, pen. prod. Galliæ Narbonēsis vrbs inter Salyes. Plinio Colonia Sextanorum dicta, quòd è sexta legione milites coloni eò deducti sint. Strabo Arelatem iuxta Rhodanum sitam, amplissimo emporio insignem esse scribit. Vulgò *Arles*. Dicitur & Arelas, pen. corr. huius Arelâtis, fœm. gen. Ausonius in vrbium catalogo,
Pande duplex Arelas: quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

ARELLIVS, celebris Romæ pictor, paulo ante diuum Augustum, nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicuius fœminæ amore flagrans, & ob id deas pingens, sed dilectarum imagine. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10.

AREMORICA, Galliæ regio, quæ Aquitania nunc, partim etiam Britania, dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 17. Cæsar 7. bel. Gall. Vniuersis ciuitatibus quæ Oceanum attingunt, quæque eorum consuetudine Aremoricæ appellantur, quo sunt in numero, Curiosolites, Redones, Ambibarij, Cadetes, Osismi, Lemouices, Vnelli, Sena. Legitur & Armorica.

Arena, arenæ, pen. prod. {ἄμμος, ψάμαθος, ψάμμος, ψαμμός} puluis minutissimus, aridus. Virgil. 1. Æneid. -optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius, Arena: quæritur habeat, nécne, nomen hoc aspirationem. & Varro sic diffinit: Si ab ariditate dicitur, non habet: si ab hærendo, vt in fabricis videmus, habet: melior tamen est superior etymologia. Gell. lib. 19. cap. 8, Eandem quoque de arena rationem habendam, & in specie dispari. nam quum arena singulari numero dicta, multitudinem tamē & copiam significet minimarum ex quibus constat, partium, indoctè & insciitè arenæ dici videntur: tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, quum ei singulariter dici ingenita sit naturalis sui multitudo. Hæc Gellius.
Arena numero carens. Horat. 1. Carm. ode 28.
Arenæ arentes. Horat. 3. Carm. ode 4.
Bibula. Virg. 1. Georg. Ouid. 18. epist.
Flauentes. Virg. 3. Georg. Ouid. in Ibin.
Fulua. Virgil. 5. Æneid.
Molles. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11.
Sicca. Virgil. 1. Georg.
Sterilis. Virgil. 1. Georg.
Tenuis. Claudian. de bello Gildonico.
¶Eructare arenam dicitur gurges æstuans. Virg. 6. Æneid.
Acta ventis. Ouid. in Ibin.
Nuda fusus arena. Lucan. lib. 9. Hoc est, Non strata aut veste, aut fronde, aut culmis.
Æstu miscentur arenæ. Virg. 3. Æneid.
Pingues. Colum. lib. 2. cap. 10. vbi de Sesamis.
Putres arenæ fœcunditate vel robustissimum solum vincunt. Columel. in præfat. lib. 1.
Torquent arenas fluuij. Virg. 3. Georg.
Turbantur Zephyro arenæ. Virg. 2. Georg.
Eiectare arenam dicitur Typhoeus. Ouid. 5. Metam.
Nigram subiectat arenam vnda exæstuans. Virg. 3. Georg.
Spargere arenam pedibus. Virg. 3. eclog.
Arenam libare pedibus, Celeriter adeò per arenam decurrere,

vt illam pedibus vix leuiter tangas, nullis vestigiorum notis impressis. Ouid. 10. Metamorphoseos,

Signa tubæ dederant, quum carcere missus vterque
Emicat, & summam celeri pede libat arenam. De Hippomene & Atalanta.

Arenas fulcare dicũtur pisces, quum in imo fluuiorum arenas supernatant. Claud. de Nupt. Honorij & Mariæ.

¶ Potiri arena optata, pro Littore potiri. Virg. 1. Æneid.

Aduerti arenæ Virg. 5. Æneidos,
Et tandem læti notæ aduertuntur arenæ.

Classis arena potitur, pro Ad litus deuenit. Ouid. 13. Metam.

Impingere aliquem arenæ dicitur fortuna, aut ventus. Lucan. lib. 5.

Arcere arena aliquem, A littore prohibere. Virg. 6. Æneid.

¶ Arenas in littus fundere, In eos prouerbialiter dictum, qui ditioribus aliquid dant. Ouid. 5. Trist. eleg. 7.

His qui contentus non est, in littus arenas,
In segetem spicas, in mare fundat aquas.

¶ Arena interdum terram aridam significat, quæ est sicut arena, authore Seruio. Virgil. 1. Georg. Exiguus sterilem nec deserat humor arenam. Cic. de lege Agraria, Vt verò quum omnes vrbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum arenam aliquam, aut paludes emat, id vos potestis, quæso, concedere?

¶ Arena, Amphitheatrum: contentum pro continente. Arena enim spargi amphitheatrum solebat, ne vel pugnantes fœdarentur cruore occisorum, vel cruor sparsus spectantibus esset horrori, præsertim in gladiatorum dimicatione. Martial. lib. 1,

Tradita Getulis, nec cepit arena nocentes. Id est, Non sunt puniti delatores in amphitheatro, sed acti in exilium. Sipontinus.

¶ Arenam meam dicit Plin. Iunior, epist. 12. lib. 6, Itaque Betitio Prisco quantum plurimum potuero, præstabo: præsertim in arena mea. Hoc est, in loco in quo exerceri soleo, nempe apud Centumuiros. Budæus.

Arena luctatorum palæstritarúmque.

Arenaceus {ψαμμώδης} adiectiuum, Ex materia arenæ.

Arenacea duritia. Plinius lib. 30. cap. 15, Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.

Terra. Plin. lib. 17. cap. 7, Est enim alba, ruffa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Id est, in qua est admista arena.

Arenarius {ψαμμώδης} aliud adiectiuum, Quod ad arenam pertinet.

Arenarius, rij {ψαμμομάχος} substantiuũ. Dicitur qui in arenam pugnandi caussa solet descendere, qui in arena pugnauit. Calistratus l. 38. D. de oper. libert. Hæ demum impositæ operæ intelliguntur quæ sine periculo vitæ præstari possunt. Nec enim arenarius manumissus tales operas præstare debet. Vtitur quoque Arcadius l. 21. D. de testibus.

Arenariæ, arenariarum {ψαμμωρύχια} Fodinæ in quibus foditur arena. Cic pro Cluent. In arenarias quasdam extra portam Esquilinam perductus occiditur.

Arenatus, ta, tum, pen. prod. adiectiuum {ψαμμώδης} Quod arena mixtum est: vt, Calx arenatus. Cato de Re rustica, capite 18, Postea cæmentis minutis, & calce arenato, semipedem vnumquodque corium struito.

Arenatum, neut. gen. penult. prod. substantiuè {ψαμμωτόν} Quod fit ex calce & arena. Vitruuius lib. 7. cap. 3, non ita procul à fine, Quæ autem tectoria fundata arenati & marmorati soliditate sunt, quum sint politionibus crebris subacta, non modò fiunt nitētia, sed etiam imagines expressas aspicientibus ex eo opere remittunt. Cato de Re rust. cap. 18. Vbi librauéris, de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Alij legunt, Arenato primum corium facito. Arenatum hodie mortarium vocamus. Budæus in primis Annot. Vitruuij locum alij sic legunt, Quæ autem fundata arenationis & marmoris soliditate sunt, crassitudine spissa, quum sint, &c.

Arenosus, pen. prod. {ψαμμώδης} adiectiuum, Quod arena abundat. Plin. Littus non arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum. Virgil. 4. Æneidos, Littus arenosum Libyæ. Ouid. 14. Metamorph. Arenosa terra.

Areniuagus, pen. corr. adiectiuum. Lucan. lib. 9,

Bis positis Phœbe flammis, bis luce recepta,
Vidit areniuagum surgens fugiénsque Catonem. Id est, Vagantem per arenas Libyæ.

Arenula, pen. corr. diminutiuum {ψαμμίον} Plin. lib. 30. cap. 3, Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ, statim liberant dolore.

Areo, ares, arui {ξηραίνομαι} arere, Aridum & siccum esse, ab Ara deducitur, in qua quæ diis immolabantur, torreri solebant, ait Sipontinus. Plaut. Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt quũ exiissem ex aqua, arerem tamen. Virg. eclog. 7. Aret ager.

Arentem in syluam. Virgilius Æneid. 12. Vbi Seruius, Arentem, pro Aridam.

Arere siti. Seneca de Benefic. lib. 3. cap. 8, Beneficium est, arentibus siti monstrare fontem.

Arente fauce pocula trahere. Horat. Epod. 14.

¶ Arere pro Sitire dixisse videtur Ouidius libro secundo, de Remedio amoris,

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Aret succis ademptis tellus. Ouid. 2. Metam.

Fauces arent. Ouid. 6. Metam.

Arenti ore haurire. Ouid. 14. Metam.

Arentem sitim leuare. Ouid. 4. epist.

Plaga arens, Id est, regio calidior. Seneca in Herc. furente, 5. Africam intelligit.

Arefacio, arefacis, arefeci, pen. prod. arefactum {ξηραίνω, αὐαίνω} arefacere, Aridum facere. Cato cap. 69, Postea amurcam eximito, & arefacito. Plin. lib. 13. cap. 22.

Aresco, arescis {αὐαίνομαι} arescere, Significat Aridum fieri, exiccari. Plaut. Rud. 14,

-da mihi vestimenti aliquid aridi,
Dum mea arescunt.

Lacryma citò arescit, præsertim in alienis malis. Cic. in Partit.

¶ Arescit in gemmas, Hoc est concrescit. Plinius lib. 8. cap. 38, Lyncum humor ita redditus glaciatur, arescítve in gemmas carbunculis similes.

Arescit terra calore. Lucret. lib. 6.

Aridus, pen. corr. {αὖος, ξηρός, καπυρός} adiectiuum, dicitur propriè (vt ait Festus) quod naturalem humorem amisit, vt, Fons aridus.

¶ Inter aridum & siccum. Plinius lib. 12. cap. 12, Arida sint potius quam sicca folia.

Aridum & siccum, idem. Catull. ad Furium 20,
At qui corpora sicciora cornu,
Aut siquid magis aridum est, habetis.

Exiccatus atque aridus, Pituitosus & quasi redundans, contraria. Cic. de Fato, Inter locorum naturas quantum intersit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis esse pituitosos, & quasi redundantes, in aliis exiccatos atque aridos: multáque sunt alia quæ inter locum & locum plurimum differant.

¶ Aridum, pro Sicco. Plin. lib. 12. cap. 17, Ipsum visu aridum statim tactu mollescere. Virgil. 1. Æneidos,
-atque arida circum Nutrimenta dedit.

¶ Genus sermonis aridum, metaphoricè. Cic. 2. de Orat. Nos Stoicus iste nihil adiuuat: & genus sermonis affert, non liquidum, nõ fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum, ac minutum.

Aridum fieri. Ouid. 5. epist.

Aridus anhelitus. Ouid. 10. Metam.

Argentum aridum, purum, lucidum. Plaut. Rud. 18. 19, Nonius.

Aristæ. Catul. ad Iuuencium, 45.

Aspectu aridus. Plin. lib. 12. cap. 16. & 17.

Aridus visu. Plin. lib. 12. cap. 17.

Arua arida, Infrugifera. contrarium est enim pingui, quod fertilium est epitheton. Ouid. 14. Metamorph. Sic Virgilius arida sola, 1. Georg.

Calor. Lucret. lib. 4.

Canities. Horat. 2. Carm. ode 11.

Cinis. Horat. Epod. 17.

Color. Plin. lib. 12. cap. 26.

Crura. Id est, tenuia nimis, & gracilia. Ouid. 3. de Arte amandi.

Febris, Quæ arida efficit corpora. Virg. 3. Georgicorum,
Quum furit, atque artus depascitur arida febris. Seruius. Sciendum tamen, febrem licet à feruore dicta sit, esse etiam frigidam: vnde modò ad diastolen ait aridam.

Aridæ ficus, quæ non sunt virides, sed conditæ seruantur in vsum totius anni. Plaut. Rud. 18.

Fragor aridus, Sonitus, qualis solet fieri ex aridis (quũ franguntur) arboribus. Virg. 1. Georg. Seruius. Nonius autem horridum & horrificum interpretatur.

Frondes. Horat. 1. Carm. 25.

Guttur. Ouid. ad Liuiam.

Herba. Tibull. lib. 1. eleg. 7.

¶ Homo, per metaphoram, pro eo qui miserè auaritia deperit. Terent. Heaut. 3. 2, Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atque aridum.

Iecur. Horat. Epod 5.

Magister. Quintil. lib. 2. cap. 4, Quapropter in primis euitandus, & in pueris præcipuè, magister aridus, non minus quàm teneris adhuc plantis siccum & sine vllo humore solum.

Narratio arida & ieiuna. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Nubila arida, Sine pluuiis. Virg. 3. Georg. de Aquilone loquens.

Nutrimenta ignis arida, Ligna sicciora intelliguntur, aut quodcunque aliud humore carens aptúmque recipiendæ flammæ. Virgil. 1. Æneidos.

Ora. Virgil. 5. Æneid.

Prata, Iam matura. Virg. 1. Georg. Seruius.

Puluis. Propert. 2. eleg. 14.

Pumex. Catull. in 1. epigramm.

Sitis. Ouid. 11. Metamorph.

Sonus, idem quod Virgil. dicit Aridus fragor. Lucret. lib. 6. vbi de tonitru agit.

Vestimentum. Plaut. Rud. 14.

Viator, Id est ob æstum, assiduósque peregrinandi labores omni humore exhaustus, ideóque etiam siticulosus. Virg. 4. Georg.

Victus. Id est Admodum parcus, durus, asper, austerus. Cicero pro Rosc. Amer. In rusticis moribus, in victu arido, in hac horrida inculta que vita.

Vita, Eodem modo dicta vt Victus aridus. Cic. pro Quinctio, Vitam omnino semper horridam atque aridam cordi fuisse.

Ardus pro Arido, veteribus dicebatur, teste Nonio. Lucil. lib. 27, Ardũ, miserrimum, atque infelix lignum sambucum vocant.

Ariditas, pen. corr. ariditatis, fœm. gen. {αὐχμὸς, ξηρότης} Siccitas. Plinius lib. 11. cap. 35, Sitit enim araneus, & omnem humorem absorbens ariditatem ampliat.

Aritudo, penult. prod. aritudinis, fœm. gen. {ξηρασία} pro Ariditate ponitur. Varro de Re rustica, libro 1. cap. 12, Quòd & bestiolæ siquæ propè nascuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt.

¶ Aritudo pro parsimonia. Plaut. Rud. 13,
-laudo fortunas tuas
Qui semper seruas gloriam aritudinis.

Areola, Vide AREA.

AREOPAGVS, pen. prod. {Ἄρειος πάγος} vicus erat Athenis, à templo Martis sic cognominatus: vbi primum iudicium capitis actum fuisse scripsit Plin. lib. 7. cap. 56. Cicero ad Atticum, lib. 1. 9, Vicum Martium vocat Senatum, quum ait, Romanæ res sic se habent, Senatus Ἄρειος πάγος nihil constantius, nihil seuerius, nihil fortius. Inde dicti sunt Areopagitæ,

Areopagitæ, iudices seuerissimi, qui in templo Martis iudicabant, quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur ἄρης, homicidij insimularetur, iudicantibus duodecim diis, in eo pago sex sententiis absolutus est. vt Stephanus Byzantius docet, & multi alij Græci. Verùm quid ageretur in Areopago, Iulius Pollux lib.8, scribit de Magistratibus Atheniensium, & eorum locis. Cicero pro Cornelio Balbo, Vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Idem 1. de Diuinat. Areopagitæ comprehendi iubent eum. Vide Budæum in Annotat. & August. De ciuit. lib 18. cap.10.

Areopagitæ, penult. prod. {ἀρεοπαγῖται} Iudices erant Athenis, qui de capitalibus causis pronuntiabant tanta integritate, vt noctu atque in tenebris, non interdiu neque luce causas cognoscerent, quo non dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur spectarent. De quibus prouerbium, Areopagita taciturnior, de eo qui commissum arcanum optimè contineat. Erasmus in Adagiis.

Areopagitę, pro Seueris & incorruptis. Cic. ad Atticum, lib.1. epist. 11, Clamare præclari Areopagitæ se non esse venturos, nisi præsidio constituto. Ironicôs de iudicibus Clodij incestus.

AREOPOLITAE {ἀρεοπολῖται} Qui habitat Areopolim. Areopolis autem ciuitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab: de qua in dictione Moab.

Arepenna, lingua Gallica mensura est dimidij iugeri. Columella lib.5. cap.1.

Aresco, Vide ARBO.

Arescon {ἄρεσκον} Virga est quam ferebant ij qui in comœdiis lenonum partes agebant, in scenam progressuri, amiculo florido induti. Sic Cæl. lib.7. cap.29.

ARESCON, tis {ἀρέσκων} Viri nomen quem Licinius Mutianus prodidit visum à se Argis, cui nomen Arescusæ fuisset, nupsisse etiam, mox barbam produxisse, & ad virilitatem prouenisse, vxorémque duxisse. Vide Plin. lib.7. cap.4.

ARESCVSA, Mulier in marem versa, de qua in Arescon.

ARETA, penult. corr. {ἀρέτα} Aristippi philosophi filia, quæ ei successit in schola, summum bonum in voluptate, quæ maximè sensum moueret, posuit.

Aretalogus, aretalogi, penult. corr. {ἀρεταλόγος} Porphyrione teste, Garrulus & loquax dicitur in ostentatione virtutis, vnde nomen deducitur. ἀρετὴ enim Virtus, & λόγος Sermo. Sueton. in Augusto, cap.74, Nam & ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes prouocabat, & aut acroamata, & histriones, aut etiam triuiales è circo ludios interponebat, ac frequentissimè aretalogos. ¶ Aretalogus (inquit Turnebus) non tam videtur à virtute dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quàm ab ἀρεστὸς, id est Gratus & placens, qui narrationes & fabellas, acroamatáque auribus auditorum grata loquitur. Proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli censentur, cùm vsu veniat persæpe vt scurræ illi nugentur & garriant. Aretalogum etiam legisse me ita recordor in Ausonio, vt hoc verbum ab Arete vxore Alcinoi deduci videatur, quæ explicationem longissimam errorum Vlyssis (quem Iuuenalis etiam aretalogum vocat: Mouerat vt mendax aretalogus, &c.) audierat.

ARETAS, æ {ἀρέτας} Cuiusdam regionis Arabiæ rex, qui Obodæ affinitate coniunctus erat. Is Gallum Ælij Augusti Cæsaris ducem, cùm Arabiam pertentaret, amicè suscepit, & dona obtulit. Author Strabo libro 16.

ARETE, penult. corr. {ἀρήτη} vt in Odyssea scribit Homerus, quam Alcinous Phæacum rex duxit vxorem, & ex ea Nausicaá filiam, & tres filios suscepit. Ad hanc Vlysses ductu & consilio Palladis transformatæ in effigiem Calpis virginis, à Calistone nympha veniens naufragus accessit, & multa illi interrogatus exposuit, & tandem honorificè ab ea susceptus est. Ex Bocatio.

ARETHVSA, penult. prod. {ἀρέθουσα} fons in Chalcide. Strabo lib.1. & Plin. lib.4. cap.12. ¶ Est & fons in Bœotia, eodem Plinio teste, libro 4. cap.7. ¶ Item fons in Insula parte quarta vrbis Syracusarum. Cic. 6. Verrina.

Arethusa, oppidum in Græcia. Plin. lib.6. cap.28. Virg. 10. eclog. 1, Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.

Arethusa, virgo venatrix Dianæ comes, secundum fabulas, quæ dum se in Alpheo post laborem lauaret, ab eo adamata est: & diu fugiens, deorum miseratione in fontem mutata, per secretos meatus in Siciliam venit. Quod etiam Virgilius ostendit,

Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Hæc ex Seruio. ¶ Est item Arethusa vrbs vna Eubœæ, altera Syriæ. Author Volaterranus. De Arethusa vide Bocatium lib.7. cap.18.

Arethusis, penult. prod. arethusidos, penul. corr. {ἀρεθουσίς} Ouid. 4. Fast. Arethusidas Syracusas vocat ab Arethusa fonte, quę est in Insula parte quarta vrbis Syracusarum.

Arethusæus, adiectiuum {ἀρεθούσιος} vt Arethusæi latices. Claud. de rap. Proserpinæ lib.2.

Aretinus, aretina, aretinum, adiectiuũ antiquum, significans aliquid testeum vel argillaceum. Antidamus in Moralibus, Quis auerrúcassit tam aretinas hominum mentes? Aretinas (inquit Nonius) Testeas, vel argillaceas.

ARETIVM {ἀρήτιον} ciuitas Tusciæ mille ac cc. à Roma distans stadiis. Strabo lib.5. Itali nunc vulgò vocant *Arezo*.

AREVA, Huuius est citerioris Hispaniæ, à quo nomen ceperunt Areuaci populi. Plin. lib.3 cap.3.

A R F

Arferia, æ, Aqua quæ inferis libabatur, seu vas vini quod adhibebatur sacris. & à Fero deducitur. Festus. ¶ Arferia (inquit Turnebus) aqua, ab adferendo nomen habet. Nam prisci præpositionem AD in AR sæpenumero mutabant: vnde & Arcesso & Arucho apud Catonẽ. Est igitur Arferia, veluti Adferia.

A R G

ARGAEVS {ἀργαῖος} Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. ¶ Alius fuit Lycimnij, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregrè periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, vt iusiurandũ quod dederat se illum reducturum, seruaret. Hunc dicunt primum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem seruatum. ¶ Est item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruinis rigens. cui Mazaca ciuitas, Cappadocum metropolis, subiacet. Author Strabo, lib.12.

Argæus, a, um, {ἀργαῖος} denominatiuum deductum ab Argis Peloponnesi vrbe, idem significans quod Argiuus. Horat. lib.4. Carm. Tybur Argæo Positum colono. ¶ Argæi quoque (teste Varrone) dicebantur scirpeæ effigies, quæ per virgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tyberim per pontem sublicium.

ARGANTONIVS {ἀργανθώνιος} rex fuit (vt testatur Herodotus) in Arna ciuitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Argantonius, rex in Hispania, quem Plinius ait vixisse CXX. annos: Sil. autem CCC. qui eius meminit lib.3,

Argantoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proauis fuit humani ditissimus æui:
Ter denos decies emensus belliger annos.

ARGAS, per contumeliam dictus est prouecta ætate Demosthenes, siue quòd hoc nomine fuerit quispiam malarũ author legum: siue quòd (vt existimat Suidas) serpentis genus sit Argas.

ARGATHON {ἀργαθὼν} Mons in Mysia, vbi raptus fuit Hylas. Dictus ab Argathone Rhœsi coniuge, cui & Argathon, vt monti quoque, nomen fuit.

Argatilis (authore Plinio) auis est, cui nidus ex ligno ita absoluta intexitur pila, vt inueneri non possit aditus. Vide plura apud eundem lib.10. cap.33.

Argema, argemæ, penul. corr. fœm. gen. {ἄργεμα, ατος, τὸ, & ἄργεμον, ου, τὸ, & ἄργεμος, ου, ὁ} Est (vt ait Sipontinus) morbus oculorum, dictus quum vlcus circulum oculi infestat: quem Græci irin dicunt. Plin. lib. 20. cap.5, Succo & cicatrices oculorum, & albugines & argemas iniunxêre. Ibidem cap. 19. Folia trita cum oleo, argemas iumentorum sanant. Quidam legunt Argemata, neut. gen.

Argema, penul. corr. argẽmatis, n. g. Idem quod Argema, argemæ. Plin. lib.25. cap.13, Vtriusque succus oculorum caliginẽ discutit cum melle, & ex ictu cruorem & argema rubens.

Argemon, penultima prod. & Argemone, Argemones, penultima corr. {ἀργεμώνη} Herba quæ canaria lappa dicitur. Vide Plinium lib. 24. cap.19.

Argemonia {ἀργεμώνη} Herba. Vide Plin. lib.25. cap.9. & Diosc. lib.2.

Argennon, Argentum percandidum. Festus. Ἀργεννὸς enim Candidum significat.

Argenon, Gemma est ex iaspidum genere. Plin. lib.37. cap.9.

Argentangina. Vide ARGENTVM.

ARGENTEVS, Amnis est in colonia Octauanorum, quæ Pacensis appellatur, & Classica, in prouincia Narbonensi. Plin. lib.3. cap.4.

ARGENTINVS deus. Vide ARGENTVM.

ARGENTORATVM {ἀργεντόρατον} vrbs Galliæ authore Ptolemæo lib.2. Alio nomine Argentina. vulgò *Strasburg*.

Argentum, argenti {ἄργυρος, ἀργύριον} propriè est ipsum metallum. Vide Plin. lib.33. cap.6.

Argenti venas sequi Lucret. lib.6.
Argenti riui. Virg 2. Georgic.
Spumæ. Virgil. 3. Georgic.
Splendor. Horat. 1. Serm. sat.4.

¶ Argentum, pro nummo argenteo. Plautus Mil.14, Tum argenti montes, non massas habent.

Argentum pastillatum, in pastillos formatum, cuiusmodi hodie argentum Germani promercale afferunt, quas cendreas appellant. Ac nihilo secius tamen pustulatum legẽdum contenderim ex Tranquillo in Nerone cap.44, his verbis: Exegítque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obrizum, vt plerique omnem collationem palàm recusarent. Vbi pustulatum argentum, pro purgatissimo & excoctissimo posuit. Hæc Budæus. Pastillatum interpretatur Catellianus Cotta, Informe & in massam aurifici datum. Pastilli enim massæ sunt cuiuslibet materiæ. vnde Pastilli medicinales. Alfenus in l. in naue. D. Locat. Quum argentum pastillatum fabro daretur, vt vasa fierent. Haloander legit Pustulatum. Pandect. Florent. Pusulatum.

Argenti nummus. Plaut. Pseud.5, Nimis sum miser, nummum nusquam reperire argenti queo.

Aridum. Vide Aridus in AREO.
Mutuum. Vide MVTVVS.
Argentum suspicere: Id est, Admirari diuitias. Horat. 1. epist.
Argenti pallet amore. Horat. 2. Serm. sat.3.
Argenti pondus immensum. Horat. 1. Serm. sat.1.
Ingens argentum, Idem quod Immensum argenti pondus Virgil. 3. Georgic. Ignotum argenti pondus, Virgil. 1. Æneid.
Cælata argento bipennis. Virgil. 5. Æneid. & Ouidius 8. Metam. Vide CAELO.
Argento perfecta pocula, Ex argento facta. Virg. 9. Æneid.
¶ Argentum auro circundare. Virg. 1. Æneid.
Concisum argentum in titulos faciésque minutas. Iuuenal. sat.14, eleganti periphrasi dixit pecuniam, quæ variis titulis & imaginibus signari solet.
Absumere argentum. In ABSVMO.
Circunuertere aliquem argento. In CIRCVNVERTO.
Comparare. In COMPARO.
Conficere alicuius. In CONFICIO.
Cudere. In CVDO.
Decoquere. In DECOQVO.
Inuadere. In INVADO.
Inuenire. In INVENIO.
Locare argentum, & argentum fœnori. In LOCVS.
Imponere argentum in stipendium. In IMPONO.
Pensare argento. In PENSO.

¶Argẽtum, pro supellectili argẽtea, scyphis scilicet, cochlearibus, & aliis. Cic. 6. Verr. Quum essent triclinia strata, argentúmque expositum in ædibus.

Argentum factum atque signatum. Cic. 7. Verr. Erat nauis plena iuuentutis formosissimę, plena argenti facti atque signati, multa cum stragula veste.

Argentum factum, vocatur paratum, non rude, sed elaboratum, cælatúmque, & ei opponitur Infectum, quod rudem & non factam argenti materiam significat. in l. cum aurum. D. De auro & argento leg. Distinguitur tamen à signato, quod ex Seneca cognoscimus de Beneficiis primo: Libentius donabo argentum factum quàm signatum. Liu. lib. 4. belli Maced. Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argẽti & æris, domi haberemus. Apud eundem, ærario illatum infectum argentum legimus.

Argentum purum putum, Alfen. lib. 34. D. scribit esse valde purum, sicut nouum nouitium dicimus, & proprium propitium, augere atque intendere volentes noui & proprij significationem. Hoc tamen Gellius lib. 6. cap. 5, reprehendit, & ait à putando dictum, & ob eam causam prima breui syllaba pronuntiari. Putum autem argentum esse, quasi Exputatum, excoctúmq;, omni aliena materia carẽs, omnibúsque vitiis ex eo detractis emaculatum, & candefactum. Hotom.

Argentum escarium, quod & escale dicitur in l. 8. D. de supel. leg. est quod ad epulandum in ministerio habetur. l. 19 §. si cui escarium. D. de aur. & arg leg.

Argentum potorium non id tantùm est in quo bibi possit, sed & quod ad præparationem bibendi comparatum est. l. 21. D. de auro & arg. leg.

Argentum viatorium, & balneare dicimus, quo in itinere, & balneo quis vti consueuit. l. vlt. in princ. & §. 1. D. de aur. & arg. leg.

Argentum rasile. Patercul. lib. 2, C. Cæsar quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit.

Argentarius, substantiuum {ἀργυραμοιβός, ἀργυρογνώμων.} Argentarij, numularij dicuntur, & mensularij, mensarijq;, & Gręcis verbis trapezitæ, & collybistæ: qui & ipsi rursus duorum sunt generum. Nam minutuli illi numularij, id est campsores vulgò dicti, quos Græci argyrognomonas vocant, quasi pecuniæ spectatores & collybistas, & ἀργυραμοιβοὺς, publicam causam habere non videntur, nec rationem accepti expensique facere, vt argentarij illi & mensularij: qui nõ tam pecuniarum permutationem, quàm maiorem negotiationem exercent: quibus olim moris fuit pecunias custodiendas dari, fœneratò interdum, interdum gratuitò. Hos Demosthenes trapezitas vocat. Hæc Budæus. Plaut. Persa, 12,

Mirum quin tibi ego crederem, vt idem faceres mihi,
Quod partim nostri faciunt argentarij.

De argentariis vide plura lib. 2. Digest. tit. de Edendo.

Argentarij Romæ etiam auctionibus interueniebant. Cicero pro Cecinna, Ebutio negotium datur. Adest ad tabulam. licetur Ebutius. deterrentur emptores multi, partim gratia Cecinnæ, partim pretio. Fundus addicitur Ebutio. Pecuniam argentario promittit Ebutius.

Argentarius, adiectiuum, Quod est argenti, aut ad argentum pertinet. vt, Argentaria metalla: & ratio argentia. Plinius lib. 33. cap. 5, Laudatiorem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum est. Cato cap. 2, Rationes putare, argẽtariam, frumentariam. Vulgò, *Audire computum.*

Argentarium auxilium: Id est, Auxiliũ ex pecunia argentea Plaut. Pseud. 3.

Commeatus, Argentum pro commeatu. Plaut. Pseud. 7.

Cura, id est Cura habendi argenti. Terent. Phorm. 5 7.

Meretrices omnes illecebræ argentariæ. Plaut. Menæch. 9.

Inopia, Penuria argenti. Plaut. Pseud. 5.

Tabernæ, Quas argentarij in foro publico conductas habebant. Liu. 6. bel. Punici, Vt exemplo vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc essent, iusserit venire.

Creta. Plin. lib. 35. cap. 17, Alia creta, argentaria appellatur, nitorem argento reddens.

Mensa. Vlp. l. 4. D. de Edendo. Argentariæ mensæ exercitores rationes quæ ad se pertinent edant adiecto die & cos.

Argentaria, argentariæ, Mensa tabernáve argentariorum. Plaut. Epid. 5, Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias.

Argentaria, Functio officiúmve argentarij. Vlpian. l. 6. D. de Edendo: Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit.

Argentariam facere, siue exercere. Vlp. l. 4. D. de Edendo, Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur vbi argentariam exercuit. Cic. 3. Offic. Pythius ei quidem qui argentariam faceret Syracusis, &c. Et pro Cecinna, Romæ argentariam non ignobilem fecit.

Argentariam dissoluere. Cic. pro Cecinna, Aliquanto pòst iam argentaria dissoluta, Fulcinius huic fundo vxoris continentia quędam prædia, atque adiuncta mercatur.

¶Argentaria, subaudi fodina, Locus ex quo effoditur argentum. Liu. 4. bel. Maced.

Argentatus, penul. prod. {ἀργυρωτός, ἐπάργυρος} adiectiuum, Quod argento tectum est. Vnde Argentata choragia, apud Valer. Max. lib. 2. cap. 1. de Claudio Pulchro. Et, Argentata sandalia, in carmine De obitu Mecœnatis.

Argentati milites. Liu. 9. ab Vrbe.

Argenteus, adiectiuum {ἀργυροῦς} Quod est ex argento. vt, Argenteus denarius, Plinius libro 16. capite 3. Item Phaleræ argenteæ, Idem lib. 8. cap. 5.

Color. Ouid. 10. Metam.

Folium, Argenti splẽdorem referens. Plin. lib. 16. cap. 18. Sic apud eundem lib. 2. cap. 25, Argenteus crinis.

Fons, Purissimus & nitidissimus. Ouid. 3. Metam.

Amica, Quæ argẽto vendita est. Plaut. Pseud. 5, Quid ego ex te audio? c. amicam tuam esse factam argenteam.

Argentosus, penult. prod. {ἀργυρώδης} Cui immistum est argentum. Plin. lib. 33. cap. 5. Ita ferruminatur aurum, quod argentosum vocant. signúmque est, si addita santerna nitescit.

Argentifodina, argentifodinæ, penultima producta {ἀργυρεῖον} Vbi foditur argentum: quam argenti minam vocamus. Plin. lib. 33. cap. 6, Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Argentum viuum {ὑδράργυρος} Duæ dictiones sunt: alij vnicam esse contendunt. Plin. lib. 33. cap. 6. Est lapis in his venis, cuius vomica liquoris æterni, argẽtum viuum appellatur. venenum rerum omnium. Exest ac perrumpit vasa permanans tabe dira. Omnia ei innatant, præter aurum: id vnum ad se trahit.

Argentangina, argentanginæ, penult. prod. {ἀργυράγχη} pro Argyranche. Erasmus in Chiliadibus, in prouerbio Argentanginam pati.

ARGENTINVS, deus colebatur ab antiquis, sicut & Æsculanus, quem patrem illi posuerunt, quia prius ærea pecunia in vsu esse cœpit, pòst argentea. Augustinus.

ARGENTVM, i, Straboni lib. 3 ἀργύριον mons, ita dictus quòd in eo sint argentariæ.

ARGENVSA {ἀργινοῦσα Stephano} Insula est Lesbo adiacens, iuxta Argemon promõtorium, in qua Alcibiades extinctus est. Plin. lib. 5. cap. 31, Arginusam vocat.

Argestes, argestæ, m. g. {ἀργέστης} Ventus ab occasu solstitiali flans. Plin. lib. 2. cap. 47, Ab occasu æquinoctiali Fauonius: ab occasu solstitiali Corus: Zephyrum & Argesten vocant.

ARGEA, penultima producta {ἀργεῖα} loca Romæ appellantur, quòd in his sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Hæc Festus. & Varro libro 4. de Lingua Latina. & Liuius 1. ab Vrbe, Multa alia sacrificia, locáque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit.

ARGEVS. Vide ARGAEVS.

ARGI, Ciuitas in Italia quam condidit Diomedes. Vide ARGIRIPA.

ARGIA, penult. prod. {ἀργεία} fuit filia Adrasti regis Argiuorum, & vxor Polynicis: quæ quũ viri sui in bello cæsi funus curaret, à Creonte tyranno necata fuit, cuius meminit Stat. lib. 2.

ARGIAE, penult. prod. {ἀργῖαι} Insulæ sunt numero viginti, Cariæ adiacentes, vt scribit Plin. lib. 5. cap. 31.

ARGILETVM, penultima producta {ἀργίλητον} ab Argo dictum, quòd is eò venerit, ibíque sepultus sit. Virgilius. -& lethum docet hospitis Argi. Quanuis aliqui ab argilla deductũ potius velint, quòd id genus cretæ ibi esset. Hæc ferè ex Varrone lib. 4. de Lingua Latina. Erat autem Argiletum locus in Vrbe prope Palatium, vbi tabernæ opificum erant, præsertímque bibliopolarum, à quo Argiletanæ dicebantur. Martialis,

Argiletanas mauis habitare tabernas.

Vide Seruium in 8. Æneid.

Argilla, argillæ {ἄργιλλος} Terra tenax, qua figuli vtuntur. Virgilius 2. Georgicorum,

Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis.

Cic. in Pisonem, Quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus? Colum. lib. 12. cap. 44, Sed & idem author est creta figulari bene subacta recentia mala crassè illinire, & quũ argilla exaruit, frigido loco suspendere. Hic vides rem eandem vocari & cretam figularem, & argillam.

Argilla vda aliquid imitari. Horat. 2. epist. 2.

Argillaceus, adiectiuũ {ἀργιλλώδης.} Plin. lib. 17. cap. 7, Est enim alba terra, russa, columbina, argillacea.

Argillosus, penultima producta, adiectiuum {ἀργιλλώδης} Quod abundat argilla. Columel. de arboribus 17. Olea maximè collibus siccis & argillosis gaudet. Terram argillosam esse conuenit, Plinius libro 12. capite 14.

ARGILVS, penult. corr. {ἄργιλος} Vrbs Æmathiæ, non procul ab ostiis Strymonis fluuij versus Occidentem. Herod. lib. 7.

ARGINVSA, Vide ARGENVSA.

ARGIPHONTES, huius Argiphontæ {ἀργειφόντης} dictus est Mercurius, quòd Argum interemerit. Sipont.

ARGIPPAEI, orum {ἀργιππαῖοι} Populi sunt Scythiæ iuxta Sarmatas & Thussagetas, ab ipsa natiuitate calui, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris sono, ex arboribus victitantes. Hi cùm arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur iniuria, propterea quòd sacri putentur. Iidem finitimorum controuersias dirimunt, & ad se confugientes tuentur ab iniuria. Plura de his Herod. lib. 4.

ARGIRIPA, penult. corr. {ἀργυρίππα} Vrbs in Italia quam Diomedes condidit: quæ primò dicta est Argi, pòst Argiripa, pòst Arpi. Seruius in 7. Æneid. & in 11.

ARGISSA {ἄργισσα} Thessaliæ ciuitas est prope Peneum, condita à filiis Larissæ, deinde Argusa vocitata. Strabo lib. 9.

ARGIVS {ἀργεῖος} Nobilis statuarius fuit, Polycleti discipulus, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

ARGIVVS. Vide ARGOS.

ARGO, fœm. gen. {ἀργώ} Nauis longa, qua Iason cum LIIII. heroibus nauigauit in Colchum ad auferendũ vellus aureũ. Dicta est autem Argo, vel ab artificis nomine, vel à sua velocitate, (ἀργὸς enim Velocẽ significat) vel ab Argiuis. Vnde Cic. 1. Tuscul. Etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti viderũt, & eas angustias, per quas penetrauit ea quæ est nominata

Argo, qua vecti Argiui delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis.

Sunt Ennij versus in Medea.

Argo fatidica. Valer. Flac. in ipso statim sui operis initio,

Prima deûm magnis canimus freta peruia nautis,
Fatidicámque ratem, &c.

Sophocles in Trachiniis Dodoneam quercum seu fagum πολύγλωσσον appellauit. Ex hac materia constructam Argo nauis carinam, quæ dubiis in rebus Minyas admoneret, vt canit Apollonius, & Æschyli testimonio refert Hyginus. Claud. in Panegyricis,

-licet

-licet omnia vates
In maius celebrata ferant,ipsámque secandis
Argois trabibus iactent sudasse Mineruam:
Nec nemoris tantùm vinxisse carentia sensu
Robora,sed cæso teneri Iouis augure luco,
Arbore præsaga tabulas animasse loquaces. Vnde Lycophron Argo nauem garrulam picam dixit,ab aois similitudine. Hinc est illud Senecę,Ipsaque vocem perdidit Argo. Huius nauis gubernator fuit Tiphys,Phorbantis & Hymanes filius,Bœotius:quo inter nauigandum vi morbi absumpto in Mariandinis in Propontide apud Lycum regem,nauem rexit Colchos vsque Ancæus Neptuni filius. Author Hyginus fab. 14. Huic naui ædificandæ operam dedisse Palladem, sam indicat Claudianus loco paulo antè citato: & ab eadem inter astra collocatā testantur Hyginus & Latina cōmentaria in Aratum.
Argo,Accusatiuus Atticus.Ouid.12 Epist.

Argonauis { ἀργώ } Signum cæleste,oritur pridie Idus Martias.Colum. lib.11.cap.2 Vide Hyginum.

Argonautæ { ἀργοναῦται } dicti sunt viri illi qui in Argo nauigauerunt in Colchum. Iason videlicet, Castor, Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, Atlātes Schinei,Thespesij filij,Melampus, Theseus,Amphiaraus,Testor,Eurydamas,Coronus,Iphidamus, & cæteri, de quibus Orpheus in suo opere Argonaut.Horat.Epod 3.
Vt Argonautas præter omnes,candidum
Medea mirata est ducem. Vide Diodor.lib.5.cap.3.& Hyginum, fab.14.

ARGOS,Argi { ἄργος } Vetus & nobilis vrbs Achaiæ. Seruius in 1. Æneid. Argos in singulari numero generis neutri est: in plurali verò masculini. vt, hi Argi. Cæterùm deriuatio nominis , Argiuos facit, non Argeos.Virgil.1.Æneidos,
Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.
Argos,Ciuitas Thessaliæ. Lucanus,
-vbi nobile quondam,
Nunc super Argos erat. Seruius.
Argos , alia est ciuitas , non longè à Mycenis. Vide multa apud Strab.lib.8.
Argos,ciuitas haud longè ab Athenis, quod à siti, Argos Dipsion dictum est: in quo erat magna societas inter eos qui vno puteo vtebantur.Seruius in 7.Æneid.
Argos, Canis Vlyssis apud Homerum. ¶ Fuit item equus Agenori hoc nomine.
¶ Argis , Ablatiuus ponitur pro aduerbio in loco apud Virgil. Omnia ni repetant Argis.Seruius.

Argiuus,penult.prod.adiectiuum { ἀργεῖος } Id est,Græcus.Virg.2.Æn. Argiua phalanx. Cic.de Orat.Argiuus orator.

Argus , Adiectiuum antiquum pro Argiuus , authore Nonio. Plautus Amphitryone,
Amphitryo natus Argus ex Argo patre.

Argolicus,penult.corr.adiectiuum { ἀργολικός } vt,Gens Argolica.Virg. 2.Æneid. -Argolicis excindi Pergama telis.

Argous, penult. prod. adiect. { ἀργῷος } idem quod Argolicus. Horat. Epod.16,Non huc Argo contendit remige pinus.
Argoa auxilia,id est Argonautarum. Valer.Flac.lib.6.Arg.

Argolis, Argolidis, penultima corr.fœm.gen. { ἀργολίς } Id est Argiua. Ouid.9.Metamorphoseos,
-at longis anxia curis
Argolis Alcmene. Stat.4.Thebaid.

ARGOVS,argoi,penult.prod. { ἀργῷος } Portus est in Æthalia, ab Argo naui dictus , vt perhibent. Illò enim Iasonem adnauigasse ferunt, vt Circes domicilia quæreret, quam Medea visere concupiscebat.Strabo libro 5.

Argumentum,Vide post ARGVO.

Arguo, arguis, argui,argutum, penultima producta { ἐλέγχω } arguere, propriè est Ostendere, vt ait Perottus. Virgilius 4.Æneidos, Degeneres animos timor arguit. Vbi Seruius , Arguit , improbat , & impugnat.
Non ex audito arguere. Plaut.Bacch. Quin ego quum peribat,vidi,non ex audito arguo.
Vultu genus arguitur.Ouid.2.Fast.
Languor arguit amantem,id est Prodit.Horat.Epod.11.
Arguitur virtus malis. id est Declaratur rebus aduersis. Ouid. 4. Trist.eleg.3.
¶ Arguere,Reprehendere,accusare: & (vt ait Budæus) Conuincere & coarguere.Plaut.Amph.10, Quæ neque sunt facta,neque ego in me admisi,arguit. Cicero pro Cecinna,Non modò Ebutium, sed etiam seipsum arguit. Sueton.de Claris Grammaticis,In aduocatione quadam solœcismum ab aduersario factum vsqueadeo arguere perseuerauit,quoad,&c.
Arguere aliquem aliquid fecisse.Cic.pro Rosc.Amer.Sin autem sic agetis vt arguatis aliquem patrē occidisse , neque dicere possitis antè quare, aut quomodo,&c.
Argui confessione.Tacit.lib.1, Rursum Gallus non idcirco interrogatum ait , vt diuideret quæ separari nequirent: sed & sua confessione argueretur , vnum esse Reipublicæ corpus, atque vnius animo regendum.
Id quod tu arguis,Id est,obiicis. Cicer.pro Sylla, De quo etiam si quid dubitasset antea , non id quod tu arguis , cogitasset interfecto patre tuo.
Arguere,& Purgare,contraria. Cicer. pro Sex.Rosc. Seruos ipsos, quod ad me attinet,neque arguo,neque purgo.
Verbo de re aliqua,cui opponitur Negare. Cic pro Ros.Amer.De quibus quoniam verbo arguit,verbo satis est negare.
Ex moribus aliquē.Cic.pro Sylla.Omnibus in rebus Iudices,quid quisque voluerit,cogitauerit,admiserit,non ex crimine,sed ex moribus eius qui arguitur,est ponderandum.
Reum,Est demonstrare, & argumētis probare ab eo commissum crimen. Vlpianus de Verborum significat. Indicasse reum, est detulisse,arguisse,accusasse,& conuicisse.
Aliquo crimine. Cic.7. Verr. Nunc non modò te hoc crimine arguo,sed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo.
De crimine.Cic.2 de Inuent. Negare oportebit de vita eius & moribus quæri,sed de eo crimine quo de arguatur.
¶ Arguere , Genitiuo iunctum : vt, Arguere furti,&c. Cicero pro Rabirio perduellionis reo,Annon intelligis,primùm quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas?
Argui repetundarum. Tacit.lib.3.
Arguere regem culpæ.Liu.1.Decad.
Facinoris reum argui.Cic.pro Cælio , Siquis,Iudices,fortè nunc adsit ignarus legum,nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, vt eo neglecto ciuitas stare non possit.
Arguitur patrem occidisse Sex.Roscius.Cic.pro Sex.Roscio.
Quòd author iniuriæ illius fuisse argueretur.Cic.3.Verr.
Arguor immeritò,est Iniustè accusor.Ouid.2.Trist.
¶ Arguere,cum solo accusatiuo, pro vitiosum demonstrare. Liu. lib.5. Decad. Leges Macedoniæ dedit cum tanta cura, vt non hostibus victis,sed sociis benè meritis dare videretur,& quas ne vsus quidem longo tempore (qui vnus est legum corrector) argueret.
¶ Arguere, pro Vetare & prohibere. Ouid 15. Met. de Pythagora, -primúsque animalia mensis Arguit imponi.
Argutum iri,In discrimen vocari. Festus.

Arguens { ἐλέγχων } participium. Plin. lib.2.cap.12, Quo in metu fuisse Stesichori & Pindari vatum sublimia ora palàm est deliquio Solis,& in Luna veneficia arguente mortalitate.

Argutus, penult.prod.participium { ἐλεγχθείς } Id est,accusatus. Plaut. Pseud.11,Ecquid argutus est? CH. malorum facinorum sæpissime.

Argutus , adiectiuum nomen { ὀξύς } Qui est acuta quadam & accurata solertia:quasi acutè arguens & vestigans : non autem ab altero acutè intellectus & vestigatus.Hæc Valla lib.1. Plaut.Sine virtute argutum ciuem mihi habeam pro venefica. Cic. de Claris orator. Quis in sententiis argutior? in docendo edisserendóque subtilior? Idem 2.de Orat.Ex ambiguo dicta,vel argutissima putantur.
¶ Argutos vocat Probus eos qui celeriter loquuntur & multùm: quoniam Græcè ἀργός,velox dicitur Latinè.
Acumen argutum.Horat.in Arte poetica.
Aues argutæ.Id est,canoræ.Propert.lib.1.eleg.17.
Blanditia.Propert.lib.1.15.
Dolore arguto queri. Proper.lib.1.eleg.17. Hoc est,clamoso & sonoro:vt Ilex Virgilio dicitur arguta.
Argutus libellus:Id est,falsus & acumen habens.Martial lib.1.
Literæ quamargutissimæ.Cicer.ad Att.lib.6.epist.5, Velim obuias mihi literas quamargutissimas de omnibus rebus crebrò mittas.
Manus.Cic.3.de Orat. Manus autem minus arguta, digitis subsequens,verba non exprimens. Manus sit minus arguta , hoc est Acuta,citata,mobilis, ne videatur esse præstigiatoris, aut eius qui micat digitis. Verba subsequatur, hoc est, vbi pronuntiata fuerint verba,rem significatam quodāmodo sequatur, non exprimat, vt ea quæ ciconiæ rostrum vel auriculas asini imitatur.
Meretrix.Horat.1 Serm.sat.10. Hoc est,Callida.Acron.
Oculi.Cicero 1.de Legibus. Oculi nimis arguti , quemadmodum animo affecti sumus,loquūtur. Id est,nimis mobiles & agiles.vt Digiti arguti.
Poetæ.Horat.2.epist.2.
Sedulitas.Cælius ad Cic.lib.8.1.
Thaliæ argutæ doctor : Id est, præceptor artis musicæ. Horatius 4.Carm.6.
Virtus.Plaut.Facilè sibi facunditatem virtus argutā inuenit.
¶ Argutus,Stridulus,sonorus,vt ait Seruius.
Æs. Sil.Italicus lib.17.
Calami.Id est,Sonora fistula.Sil.Ital.lib.1.13.
Calo.Hoc est,Ingeniosus.Horat.1.epist.14.
Canes.Seneca in Hippol.1.
Fistula.Virgil.eclog.7.
Forum argutum:Id est,Obstreperum.Ouid.1.de Arte amandi.
Argutam historiam , pro Loquaci dixisse videtur Propert. & quæ in ore sit omni populo,lib.3.eleg.20.
Ilex arguta,apud Virgil.eclog.7. Vbi Seruius : Arguta, modò canora, stridula.
Nemus:Id est,garrulum,stridulum,ait Seruius in Virg.eclog.8.
Olor.Virgil.9.ecloga,
-argutos inter strepere anser olores: Id est,cygnos canoros.
Ora.Stat.2.Sil.
Argutus passer.Martial.lib.5.& lib.9.
Pecten.Virg.1.Georg.
Serra.Virg.1.Georg.Hoc est,Stridula.
Valles:Id est,resonantes.Columel.lib.9.cap.5,Nec minus vitentur cauæ rupes,aut valles argutæ,quas Græci ἠχοῦς vocant.
¶ Arguta exta, Quæ maximè declarant & ostendūt quid futurum sit.Cic.2.de Diuin. Sunt enim qui vel argutissima hæc exta esse dicāt: sed tauri opimi iecur, aut cor, aut pulmo , quid habet naturale , quo declarari possit,quid futurum sit? De felle gallinaceo loquitur.
¶ Argutus,Exilis,breuis,& quasi acutus. Virg.3. Georg.De equis. Nonius Paruum interpretatur.

Argutulus,penult.corr.diminutiuum. Cic. Attic.lib.13, Ego interea admonitu tuo perfeci sanè argutulos libros ad Varronem.

Argutè,aduerbium { ὀξυνόως }
Acutè & argutè cōicere. Cic.de Claris Orat. Quis putet celeritatem ingenij L. Bruto defuisse, qui de matre suauianda ex oraculo Apollinis tam acutè argutéque coniecerit?
Acutè argutéque respondere. Cic. pro Cælio, Si mihi acutè argutéque responderit , tum quæram denique ex quo iste fonte Senator emanet.
Breuiter & argutè iudicum animos laxare. Cic.de Claris Orator, Nemo qui breuiter argutéque incluso aduersario laxaret iudicum

animos, atque à seueritate paulisper ad hilaritatem risúmque tráduceret.

Callidè argutéque dicere. Cic. in Orat. Qui in illo subtili & acuto elaborauit, vt callidè argutéque diceret, nec quicquam altius cogitaret, hoc vno profectò magnus orator est, si non maximus.

Argutiæ, argutiarum {ἀγχινοήματα} Acutè dicta & subtiliter. Plautus Mostel.2, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cicero 1. de Legibus, Nam quid Accium memorem, cuius loquacitas habet aliquid argutiarum?

Multum argutiarum & vrbanitatis. Cic. de Claris Orat. C. Titij orationes tantum argutiarum, tãtum exemplorum, tantum vrbanitatis habent, vt penè Attico stylo scriptæ esse videantur.

Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. Demosthenes nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi, nihil lenitate Æschini & splendore verborum.

Persequi argutiis. Cic. de Amicitia. Quibusdã, quos audio sapientes fuisse habitos in Græcia, placuisse opinor mirabilia quædam. Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, &c.

Digitorum argutiæ. Cic. in Orat. Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum non ad numerum articulus cadens.

Argutiola, penult. corr. diminutiuum. Gell. lib. 2. cap. 7, Argutiola quippe hæc friuola & inanis est.

Argutor, penult. prod. argutaris, penult. prod. {ποιρθίζομαι} argutari, deponens, Loquaciter proloqui, vt ait Nonius. Plaut. Amph. 4. Pergin' argutari? Næuius Exodio, Quando ad ludos venit, alij quum tacerent, totum diem argutatur quasi cicada.

Argutari pedibus, Exilire. Titinnius Fullonibus, Terra hæc est noua, qua vbi tu solitus argutari pedibus, cretam dum compescis, vestimentáque lauas. Nonius.

Arguto, argutas, penultima producta {ποιρτίζω} argutare. Propertius lib. 1. eleg. 6,

Illa mihi totis argutat noctibus ignes. Id est, Argutè obiicit, aut (vt ait Budæus) imputat.

Argutatio {λιγυφωνία} Verbale, pro Strepitu, & stridulo sonitu. Vt, Argutatio quassa lecti tremuli. Id est, sonitus ex cõcussione lecti. Catul. ad Flauium.

Argutator, verbale {ποιρτής} Gell. lib. 17. cap. 5, Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro Sophista argutulo, vel argumentatore accipit: Id est artificiali, inquit Budæus.

Argumentum, argumenti {ἐπιχείρημα, πίστις, ἔλεγχος} Quo aliquid declaratur. Sic Arguere dictum est pro Declarare. Solet autem accipi pro conclusionis argumento. Sic definitur Quintil. lib. 5. cap. 10, Est ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud: & quæ, quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Sic Cic. in Top. Argumentum est ratio, quæ rei dubiæ facit fidem.

Argumentis & rationibus docere, non euentis. Cic. 2. de Diuinat. Argumentis & rationibus oportet quare quicque ita sit, docere, non euentis.

Argumenta criminis alicuius: Id est, rationes quibus crimen illud patratum ab aliquo fuisse contendimus. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Affers omnia argumenta cur dij sint: rémque mea sententia minimè dubiam argumentando dubiam facis. Cic. 3. de Nat. deor.

Agere argumentis. Cic. pro Cælio, Argumentis agemus, signis omni luce clarioribus crimina refellemus.

Arripere argumentum. Cic. Argumentum simulatque positum est, arripitur.

Astringere breuiter argumenta Stoicorum more. Cicer. 3. Tuscul. Primò, si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter astringere solent argumenta.

Argumentis colligere: Id est, Ratiocinãdo comprobare. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Argumenta sparsa colligere: Id est, Argumenta plura diuersa coaceruare. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Argumenta commemorare. Lucret. lib. 1.

Argumenta vtriusque partis inter se comparare. Quintilianus libro 7. cap. 3.

Aduersarij argumenta cum nostris componere. Quintilianus libro 7. cap. 3.

Argumentum confirmat ratio. Cic. 2. de Orat. Argumentum ratio ipsa confirmat: quæ simul atque emissa est, adhærescit.

Argumento confirmare aliquid. Cic. 1. Offic. Placet aptiora esse naturæ ea officia quæ ex communitate, quàm ea quæ ex cognitione ducantur: idque hoc argumento confirmari potest.

Argumenta congerere, & Argumenta dissoluere, videtur Quintilianus veluti contraria inuicem opposuisse, lib. 5. cap. 13.

Argumentis causam viriliter defendere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Argumenta dicere: Id est, argumenta proferre. Quintil. lib. 2. cap. 20. Idem lib. 5. cap. 14.

Dilatare argumentum. Cic. in Parad. Cato perfectus Stoicus, & ea sentit quæ non sanè probantur in vulgus: & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit efficit.

Docere multis argumentis Deum vnum esse. Cic. 3. de Nat. deor.

Ducere argumenta ex re aliqua. Cicer. de Orat. Ex coniunctis sic argumenta ducuntur, Si pietati summa tribuenda laus est, &c.

Argumentum ex aduersario ducere: Id est, à persona aduersarij. Quintil. lib. 6. cap. 1.

In argumentum ducere rem aliquam: Id est, argumenti loco sumere. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Excogitare argumenta firma ad probandum. Cic. de Claris Orat.

Argumentis niti: Id est, conari probare aliquid. Quintilianus libro 5. cap. 12.

In argumentum obiicere: Id est, ad confirmandam causam suam opponere aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Argumentis onerare iudicem. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Inter argumenta ponere: Id est, inter probationes referre. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Refellere argumẽtis. Cic. 1. de Orat. Menedemus exemplis magis quàm argumentis conabatur refellere.

Argumentis resistere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Argumentum à se positum soluere. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Argumenta tractare. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Argumenta ex causa trahere. Quintil. lib. 5. cap. 5.

Vt argumentis ad probandum id quod explanari volumus. Cicero 1. Acad.

¶ Argumenta distincta ac perspicua. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Argumentum frigidum: Id est, infirmum, & non vrgens. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Graue. Id est, vrgens, & quod firmis rationibus nititur. Quintil. libro 5. cap. 12.

Grauissimum & firmissimum. Cic. pro Q. Roscio.

Horrida & confragosa. Quintil. lib. 5. cap. 8.

Parua: Id est, leuia. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Persuasibilia. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Simplex & breue: Id est, absque magno verborum & elocutionum apparatu. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Vanum: Id est, friuolum, & quod nihil probat. Quintilianus libro 7. cap. 3.

¶ Sine argumento. Cic. pro Cælio, Quis est enim, cui ista via non pateat? qui isti ætati non possit, quàm velit petulanter, etiamsi sine illa suspicione, at non sine argumento maledicere?

Iudicaram antea iam istud plurimis argumentis. Cicero ad Appium, lib. 3. 4.

Quod argumentum aut rationem habuit res, quamobrem, &c. Cic. 4. Ver. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade: quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrẽ in eo potissimum Stenianum prætinum poneretur?

¶ Argumenta atque indicia sceleris. Cic. 3. in Catil. Mihi quidem, Quirites, quum illa certissima sunt visa argumenta atque indicia sceleris, tabellæ, signa, manus, &c.

Patefacere argumento & indicio pertenui. Cic. 2. Verr. Quæ res primò, Iudices, pertenui nobis argumento iudicióque patefacta est, pòst aperto suspicionis introitu ad omnia intima istorum consilia sine vllo errore peruenimus.

Argumentis & oculis deprehendere. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Argumento oculorum atque coniectura animi scrutari amplitudinem Solis. Plin. lib. 2. cap. 11.

Accipere argumentum certissimum vt aliquid intelligamus. Cic. 4. Verr. Atque vt intelligatis eum Romæ quæsisse non modò genera furandi, sed etiam nomina, certissimum accipite argumentum, quo facilius de singulari eius impudentia existimare possitis.

Argumento graui aliquid comperire. Cic. pro Cluentio, Nihil se testibus, nihil graui aliquo argumento comperisse: nihil denique causa cognita statuisse dicent.

Argumenta alicui rei dicere. Plaut. Trinum. 8.

Argumentis rem aliquam exquirere. Plaut. Rud. 24.

Satis est argumenti, nihil, &c. Cic. pro Quintio, Satis est argumenti, nihil esse debitum Næuio, quòd tamdiu nihil petiuit.

Argumento esse. Cic. pro Cluentio, Quanquam satis magno argumẽto esse debet, quòd ex tam multis iudicibus, absoluto Falcula, nemo reus factus est.

Ei rei argumento adest. Plin. lib. 3. cap. 16, Ligurum quidem lingua amnem ipsum Bodincum vocari, quod significet fundo carentem. Cui argumento adest oppidum iuxta Industria, vetusto nomine Bodincomagum, vbi præcipua altitudo incipit.

Maximo argumento esse ad. Cic. pro Sex. Rosc. Præterea illud quod mihi maximo argumento ad huius innocentiam poterat esse, in rusticis moribus, in victu arido, &c.

Magno argumẽto fit. Cic. 2. Philip. Quod idem mœstitiam meam reprehendit, idem iocum: magno argumento fit me in vtroque fuisse moderatum.

Argumenta instituere. Plaut. Mostel. 3,

Recordatus sum, & diu cogitaui, argumentáque multa
In pectus institui ego, atque in corde meo.

Argumenta loqui. Plaut. Capt. 18.

Argumentum morum: Id est, Indicium. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Argumento patet, Id est, Ratione euidens est. Quintilianus libro 1. cap. 12.

Pro argumento esse. Liuius 5. bel. Pun.

Quo argumento? Plaut. Casin. 19.

Quid argumẽti habet, &c. Cic. pro Cælio, Scire cupio quid habeat argumenti ista manumissio.

¶ Argumento, Ablatiuus elegans. Plin. lib. 10. cap. 36. de passeribus, Mares negantur anno diutius viuere: argumento, quia nulla Veris initio appareat nigritudo in rostro, quæ ab æstate incipit.

¶ Argumentum {ὑπόθεσις} interdum rem fictam significat, quæ tamen secundum naturam sit, hoc est verisimilis: qualia sunt argumenta comœdiarum. Vnde per metaphoram argumentum aliquando pro materia ponimus. Quintil. lib. 5. cap. 10, Argumentum plura significat. Nam fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur: & orationũ Ciceronis velut thema ipse exponens Pedianus, Argumentum (inquit) tale est. Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit, Veritus fortasse ne nos in Catonem nostrũ transferamus illinc mali quid, etsi argumentũ simile non erat. Quo apparet omnẽ ad scribendum destinatam materiam ita appellari: nec mirum, quum id inter opifices quoque vulgatum sit. Vnde Virg. Argumentum ingens. Vulgóque paulo numerosius opus, dicitur argumentosum. Hactenus Quintilianus. Terent. in prologo Andriæ, de Andria & Perinthia,

Qui vtranuis norit, ambas nouerit:
Non ita dissimili sunt argumento.

Cic. 2. Offic. Tabulæ verò nouæ quid habent argumenti, nisi vt, &c.

Argumentum

Argumentum & sententia alicuius concionis. Cic.de Arusp.resp. Clodius paulo antè P. C. concionem habuit, quæ est ad me tota delata: cuius cōcionis primum vniuersum argumentum sententiámque audite. quum risseritis impudentiam hominis, tum à me de tota concione audietis.

Absque argumento & sententia epistola. Cic.ad Attic.lib.1.13, Ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quòd nullam à me epistolam ad te sino absque argumento ac sententia venire.

Explicare argumentum. Cic.1.de Nat.deor. Tragici poetæ, quum explicare argumenti exitum non possunt, confugiunt ad deos.

In vno argumento versari. Cic.ad L.Lucceium, lib. 5. 12, Si vno in argumento, vnáque in persona mens tua tota versabitur, cerno iam animo, quanto omnia vberiora atque ornatiora futura sint.

Componere argumentum. Cic.ad Att.lib.16, At inquis, ... aliquod. Non recuso id quidem, sed & componendum argumentum est, & scribendi expectandum tempus maturius.

Argumentum epistolæ. Cic.ad Attic.lib 13, Quod aliud argumentum epistolæ nostræ, nisi collatio fuit?

Argumentum ad scribendum deest. Cic.ad Attic.lib.9, Extremum est, vt tibi argumentum ad scribendum fortasse iam desit.

Ad scribendum aliquid argumenti dare. Cic.ad Q.frat.lib.2.13, Epistolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Nam res quidem ipsa, & is dies quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendum argumenti sanè dabat.

Dare argumentum epistolæ. Cic. ad Attic.lib.10, Seruius nos maturè videbit, mihíque dabit argumentum ad te epistolæ.

Egere argumento epistolarum. Cic.ad Attic.lib 9, Ego etsi tandiu requiesco, quádiu aut ad te scribo, aut tuas literas lego, tamen & ipse egeo argumento epistolarum, & tibi idem accidere certè scio.

Habere scribendi argumentum. Cic. ad Q.frat. lib.2.14, Gaudeo tibi iucundas esse meas literas: nec tamen habuissem scribendi nunc quidem vllum argumentum, nisi tuas accepissem.

¶Est etiam argumentum scripturæ, picturæque. Cicero 6. Verr. Ex ebore diligentissimè perfecta argumenta erant in valuis. Argumenta eodem modo dicuntur vt signa, quibus res aliqua significatur, & de re quapiam fit existimatio. Sueton. in Nerone, de spectaculis ab eo editis, cap.12, Inter pyrrhicarum argumenta, taurus Pasiphaën in ligneo iuuencæ simulacro abditam iniit. Virgil. 7. Æneid. Turni arma describens,

At leuem clypeum sublatis cornibus Io
Auro insignibat, iam setis obsita, iam bos,
Argumentum ingens, & custos virginis Argus.

Vbi Seruius, Argumentum, aut fabula, vt Cicero, Argumenta erant in valuis. Aut re vera argumentum, quo se Græcum comprobare cupiebat. Ouid.6. Metamorphoseos,

Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.

Id est, antiqua fabula.

¶Argumentum esse alicui erroris: Id est, materia ad scribendum. Ouid.4.de Ponto, eleg.15.

Nummorum argumenta. Cic.pro Rab.Posth. Alexandriam nunc cognoscimus: illinc omnes præstigiæ: illinc (inquam) omnes fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta nata sunt.

¶Argumentum, pro Historia & gestis alicuius dixisse videtur Ouid.5. Trist. eleg.1,

Integer & lætus, læta & iuuenilia lusi,
Illa tamen nunc me composuisse piget.
Vt cecidi, perago subiti præconia casus,
Sumque argumenti conditor ipse mei.

Argumentor, argumentaris {...} argumētari, Est (vt ait Asconius) argumentis vti ad rem probandam. Cic.3. Verr. Nónne argumentamur quò ista pecunia peruenerit?

Argumentari & coniectura prosequi. Author ad Herennium, lib.4, Quæsitoris est vnumquéque in officio suo cōtinere. Quare L. Cassi, si in causa testem præterquam quod sciat, aut audiuerit, argumentari & coniectura prosequi patieris, ius accusatoris cum iure testimonij commiscebis.

Argumentari & disputare. Cic.pro Mil. Sed quid ego argumentor? quid plura disputo? te Q.Petili, appello optimum & fortissimū ciuem.

Argumentari & disserere. Cic. 1.de Finib. Sed & argumentandum & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant.

Argumentari aliquid. Cic pro Cluentio, Ego illa non argumentabor, quæ sunt grauia vehementer. Sic 3.de Finib.

Argumentari de aliqua re. Cic. 4. Verr. De quo crimine quid ego disputem, quum totum positum sit in testibus? quid porrò argumenter, qua de re dubitare nemo possit?

Argumentari de voluntate alicuius. Cic.2.de Inuent. Si aliud sensisse scriptor, aliud scripsisse dicetur, is qui scripto vtetur, hoc dicet, non oportere de eius voluntate nos argumentari, qui ne id facere possemus, iudicium nobis reliquerit suæ voluntatis.

¶Sed quid argumentor? elegans correptio. Cic.Att.lib.13, Ita malè autem audio ipsum esse tractatum, vt mihi ille emptor non esse videatur. Quid enim pateretur? Sed quid argumentor?

Argumentatio {...} verbale, Ipsa argumenti dispositio & explicatio. Cic 2.de Orat. Altera est quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Ita enim argumentationis nomine tota disputatio ij sa comprehenditur, constans & argumento & argumenti conformatione.

Argumentatione firmare. Quintil.lib.4.cap.2.
Argumentatio firmissima. Quintil.lib.3.cap.11.
Subtilis & crebra. Quintil.lib.2.cap.5.
Suspecta. Quintil.lib.5.cap.14.

Argumentosus, pen.prod. adiectiuum {...} Quintil.lib.5.cap.10, Vulgóque paulo numerosius opus, dicitur argumentosum. Id est, quod multam materiam continet. Budæus exponit, *Vne chose de grand deuis, longue à escrire.*

ARGVS {...} filius Aristoris, de quo ait Ouid.lib.1. Metam.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inque suis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera seruabant, atque in statione manebant.

Huic Iuno custodiendam dedit Io Inachi filiam mutatam in vaccam: sed Mercurius à Ioue missus dulcedine cantus illum sopitum occidit. Oculos tamen Argi Iuno indidit caudæ Pauonis, quæ dicitur auis Iunonia. Virgil.7. Æneid. -& custos virginis Argus. Cic. 3. de Nat. deor. Mercurius argentum inuenisse, & Argum dicitur interemisse.

Argus Aristorides: id est, Aristoris filius. Ouid.1.Metam.

Argus stellatus. Ouid.1.Metamorphoseos,

Talia dicenti stellatus summouet Argus.

Stellatum vocat ab oculorum multitudine, instar stellarum circa caput totum micantium. Stat 6. Thebaidos,

Spectat in occiduis stellatum visibus Argum.

Argutè, Argutiæ, Argutor, Argutus, Vide ARGVO.

ARGYNA {...} oppidum est Locrorum, qui cognominatur Ozolæ. Plin.lib.4.cap.3.

ARGYNNIS, Argynnidis {...} Venus cognominata est, ab Argynno pueri nomine, qui (vt Athenæus lib. 13. inquit) ab Agamemnone rege amatus, quum frequentius nataret in flumine Cephisso, periit: quo in loco eum sepeliuit Agamemnon, ibidémque Veneris Argynnidos templum construxit. Hinc illud Propertij sanius intelligitur,

Sunt Agamemnonias testantia littora curas,
Qua notat Argynni pœna natantis aquas.

Alij aliter narrant, sed falso: & in posteriori carmine Minantis legunt, loco Natantis.

ARGYRA {...} ciuitas Siciliæ, vnde se Diodorus Siculus oriundum facit, à qua Argyrini. ¶Est & Argyra Taprobanæ insulæ metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyritæ, Stephano.

ARGYRA {...} nomen nymphæ fuit, cuius amore quum Selemnus torqueretur, obiit eius nimio desiderio, & à Venere in cognominem fluuium mutatus est: cuius aquam amantibus prodesse ad amoris remedia, fuit opinio. In ipso enim amantes flumine ablut, desiderij obliuionem concipere putabantur. At verò Argyram ipsam & fonti & vrbi nomen dedisse Pausanias tradit.

Argyranche, Vide ARGENTANGINA.

Argyraspides {...} dicuntur qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides, ab aureis clypeis nominati. Lamprid. & Plutarch.in Eumene.

Argyritis, huius argyritis, pen.prod. fœm.gen. {...} Spuma argenti. Plin.lib.33.cap.6, Fit & iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molibditin.

Argyrodamas {...} Lapillus argenti nitorem habens, vt Adamas, de quo Plinius libro 37.cap.10, addubitat, sítne idem cum eo quem Androdomanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, penult.corr. {...} Minutuli illi nummularij: Id est, Campsores vulgò dicti, quasi pecuniæ spectatores. Budæus.

Argyrologus {...} A Græcis vocatur quem Latini Quæstorem appellant, cuius officium est vt argentum, hoc est pecuniam, colligat, & in ærarium siue fiscum redigat.

Argyropratæ {...} dicuntur argentarij illi qui auctionibus interueniebant. Sic dicti ab exigendis venditarum rerum pretiis. Huius rei exemplum inuenies in l.filiæ.D.de solution. Et pecunias ibi à licitantibus stipulantes, auctionantibus repræsentabant. Cicero pro Cecinna, Ebutio negotium datur: adest ad tabulam. Licetur Ebutius: deterrentur emptores multi, partim gratia Cecinnæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius. Ex Budæo.

ARGYROTOXOS {...} Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

A R I

ARIA {...} regio quam Turquestam regnum Haytonus & Marcus Venetus appellant: regia horum Ocerra. Terminatur, inquit Ptolemæus lib.6.cap.17, à Septentrionibus Margiana & parte Bactrianæ, iuxta exposita ipsarum meridionalia latera. Ab occasu Parthia & Carmania deserta, à meridie Drangiane: ab oriente, Paropanisidis, iuxta meridionalem lineam, iungentem fines expositos per occidentales partes Paropanisi. ¶ Item insula est in Ponto, Marti sacra, in qua volucres cum aduenis pugnasse, pinnarum ictu Græci dixerunt. Author Plin.lib.6 cap.12.

Aria {...} arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tam dura vt necesse sit, priusquam terebretur, aqua eam macerare.

ARIABIGNES {...} Fuit Darij filius ex filia Gobryæ, qui vnà cum Prexaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herodot. libro 7.

ARIADNE, Ariadnes, vel Ariadna Ariadnæ {...} filia Minois regis Cretæ, forma elegāti, quæ Theseum ingressurū Labyrinthum adiuuit, & redeuntem in patriam secuta est. Catullus de ea & Theseo in Argonautica. Eam deinde Bacchus vxorem duxit, eiúsque coronam stellis ornatam in astra retulit: vnde est cæleste sidus, quod Corona Gnosia dicitur. Propert.lib.3.eleg.17,

Te quoque enim non esse rudem testatur in astris
Lyncibus in cælum vecta Ariadna tuis.

Bacchum alloquitur. Vide Hyginum in Astronomico poetico, lib.2.

Ariadnæus, adiectiuum {...} vt, Ariadnæum sidus. Ouid.5.Fast.

Bacchus amat flores, Baccho placuisse coronam,
Ex Ariadnæo sidere nosse potes.

Vide Hyginum in Astronomico poetico, lib.2.

Arianis {...} herba ignei coloris, cuius tactu magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos, quæ est Scythica gēs, Gedrosis finitima, à quibus & nomen accepit. Plin.lib.24.cap.17.

ARIARATHES, Cappadociæ rex, sub quo Cappadoces primùm petierunt pop. Rom. societatem: cuius deficiente stirpe, lectus rex Ariobarzanes, & à Mithridate sæpe pulsus, Romanorum armis restitutus est. Author Volaterranus.

ARICANDVS {Ἀρίκανδος} Fluuius Milyadis (quæ est minoris Asiæ regiuncula, in confinio Pamphyliæ, Cariæ, & Lycaoniæ sita) qui in Limyrum amnem influit. A fluuij huius nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Vtriusque meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

ARICIA {Ἀρικία} puella fuit Attica. Hippolyti vxor, postquam ille à Diana in Italiam fuisset translatus, vt testatur Virgil. lib. 7. Æneid.

ARICIA {Ἀρικία} item oppidum est ab Hippolyto constructum à nomine Ariciæ vxoris, quod ad decimum lapidem abest ab vrbe Roma, vt testatur Lucan. lib. 6.

Parua Mycenææ quantum sacrata Dianæ
Distat ab excelsa, nemoralis Aricia, Roma. Horat. 1. Serm. satyr. 5. Huius meminit Ptolem. lib. 3. cap. 1. Hodie Ricia castellum dicitur. In hac Orestes oraculo monitus, simulacrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione transtulerat, priusquam Argos peteret, consecrauit. Erat ad huius templum nemus quod vocabatur Aricinum. Ouid. lib. 3. Fast. ¶ Est item Aricinus lacus, quod Speculum Dianæ vocabatur, in quo nunc quoque insulæ cum proceris arboribus conspiciuntur. Ouid. 6. Fast.

Nemoralis Aricia. Ouid. 6. Fast. & Lucan. lib. 6.

Aricinus, pen. prod. adiectiuum {Ἀρικῖνος} vt, Aricinum aruum. Horat. 1. Epist. 2.

Vallis Aricina. Ouid. 15. Metam.

ARICOMISCI {Ἀρικομίσκοι} Volscæ, populi sunt Galliæ, de quibus Strabo lib. 4. Apud Pomponium tamen & reliquos, Arecomici legitur, & rectius. Vide ARECOMICI.

Arida {ἰξία} Herba est, quæ & Echiũ, & Alcibiadion dicitur. Dioscorides libro 4.

ARIDICES, Philosophi nomen. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 3. Quum regis libertus ad nouas diuitias nuper erectus, philosophos ad conuiuium cõgregasset, & irridendo eorum minutulas quæstiones, scire se velle dixisset, cur ex nigra & alba faba pulmentum vnius coloris edatur: Aridices philosophus indignè ferẽs, Tu nobis (inquit) absolue, cur de albis & nigris loris similes maculæ gignantur.

Ariditas, Aridus. Vide AREO.

Arienа, arienæ, pomi nomen, ex arbore pala, quo sapientes Indorum viuunt. Plura apud Plin. lib. 12. cap. 6.

Aries arietis, pen. corr. m. g. {κριός, κρίος.} hoc differt à veruece, quod cãtherius ab equo. Veruex ab inuersis testiculis dicitur: est enim mas inter oues, cui inuersi vel adempti sunt testiculi: nam qui ad generandam sobolem integer tenetur, dicitur aries. Virgil. in Bucol.

-ipse aries etiam nunc vellera siccat.

Mutilus. Vide MVTILVS.

¶ Aries, Bellica machina: de qua sic Veget. lib 4. cap. 14. Materia ac tabulatis testudo contexitur: quæ ne exuratur incendio, corio vel ciliciis centonibúsque vestitur. Hæc intrinsecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro quod falx vocatur, ab eo quòd incuruata est, vt de muro lapides extrahat. Aut certè ipsius caput ferro vestitur, & aries appellatur: vel quòd habet durissimam frõtem qua subruat muros: vel quòd more arietum retrò cedit, vt cum impetu vehementius feriat. Hactenus Vegetius. Cæs. 7. bel. Gal. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Virgil. 2. Æneid. -labat ariete crebro Ianua. Id est, Crebris ictibus arietis. Hæc machina prius dicebatur equus. Plin. lib. 7. cap. 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inuenisse.

Aries præceps. Claudian. 7. Panegyr.
Ariete muros pulsare. Virgil. 12. Æneid.
Aries murum percutit. Cic. 1. Offic. quãuis murũ aries percusserit.

¶ Aries, vnum è XII signis Zodiaci circuli. Plinius libro 18. cap. 25. Omnésque hæ differentiæ fiunt in octauis partibus signorum. Bruma Capricorni, ab VIII. Cal. Ianuarij ferè, æquinoctium vernum Arietis: solstitium, Cancri.

¶ Aries, Piscis. Plin. lib. 9. cap. 44. Grassatur aries vt latro: & nunc grandium nauium in salo stantium occultatus vmbra, si quem nandi voluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscãtium cymbas speculatur, occultúsque adnatans mergit.

Trux aries. Claudian. in epithal. Honorij & Mariæ.

Arietarius, adiectiuum, Quod ad arietem pertinet.

Arietaria machina. Vitruu. lib. 10. cap. 19. Constituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græcè κριοδόχη dicitur: in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo insuper constitutus aries.

Arietinus, adiectiuum, penul. prod. Quod est ex ariete. Plin. Arietinum iecur ad id vtile est.

Arietinum cicer, Quod arietino capiti simile est: vnde ita appellatur. Colum. lib. 2. cap. 10.

Arietinum oraculum, cuius hoc responsum magnis ludis dicitur, inquit Gellius, Peribo, si non fecero: si faxo, vapulabo. Vide Noct. Attic. lib. 3. cap. 3.

Arieto, arietas, pen. corr. {κυρίττω, κυρηβάζω} arietare dicitur aries, quum capite & cornibus aliquem impetit. Accius in Bruto, apud Cic. 1. de Diuinatione,

Visus est in somnis pastor ad me appellere,
Duos consanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine,
Præclariorémque alterum inuolare me.
Deinde eius germanum cornibus conniti
In me arietare, eóque ictu me ad casum dari.

¶ Arietare, per translationem, In morem arietis percutere, & deiicere. Curt. lib. 9. Macedo gladium cœperat stringere: quem occupatum complexu pedibus repentè subductis, Dioxippus arietauit in terram. Id est, Præcipitauit.

Arietat in primos, obicitque immania membra. Sil. lib. 4.

¶ Arietare ædes, pro Vehementer pulsare, quasi in modum arietis bellici. Plaut. Trucul. 6.

Arietare in portam. Virgil. lib. 11. Æneidos,
-immissis pars cæca & concita frænis,
Arietat in portas, & duros obiice postes. Vbi Seruius, Quæ in clausas portas more arietis ruebat. Id est, bellici machinamenti.

¶ Arietare, neutrum, pro Labascere. Seneca de Vita beata, Nihil praui, nihil subiti superest, nihil in quo arietat aut labet.

Arietare inter se dicuntur, quæ concutiuntur mutuo ictu. Seneca lib. 2. de Ira, Magno imperatori antequam acies inter se arietarent, cor exiluit. Sic dentes inter se arietatos dicit, lib. 3. de Ira. Plin. lib. 2. cap. 81.

ARII {Ἄρειοι} Sunt Asiæ Scythicæ populi, Herodoto lib. 4.

Arillator, qui etiam Cocio appellatur, dictus videtur à voce Græca quæ est ἆρα, id est Tolle: quia sequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli possit tollere. Hæc Festus.

ARIMANIVS {Ἀρειμάνιος} Plutonis cognomen apud Persas. Calep.

ARIMASPI {Ἀριμασποὶ} Populi sunt in Scythia Asiæ, versus Septentrionem, vnicum tantummodo oculum in fronte habentes, quos Dionysius Arimaneas, vel Arimannos vocat. Æschylus verò μουνώπας στρατὸν. id est, Vnoculum exercitum: quòd sagittarij quum sint optimi, alterum inflectunt oculum, vt à paruis assueti, altero melius cernant. Vnde etiam nomen adepti sunt Herodoto. Nam Ari Scythicè, Vnum significat: & maspos oculum. Item dicit idem Herodotus supra Arimaspos gryphes esse aurum seruãtes. hos prope, Riphæi sunt montes. Vide Plin. lib. 7. cap. 2.

ARIMINVM, pen. corr. {Ἀρίμινον} vrbs vetus in Flaminia iuxta Rubiconem. Liuius coloniam dicit in Picenum cum Beneuento deductam. Rursus lib. 14. Sempronio Prætori Ariminum prouincia obuenit. Hæc prius à Cæsare occupata, initium ciuilis belli dedit. Hodie vulgò Rimino. Strabo lib. 5. Ariminum, colonia Vmbrorum, sicut & Rauenna. Verùm vtraque Romanos accepit inquilinos. Habet autem Ariminum portum, & eiusdem nominis amnem. E Placentia Ariminum stadia sunt mille & CCC. Hactenus Strabo.

Ariminensis, adiectiuum {Ἀριμινήσιος} Incola Arimini. Horat. epod. 5.

ARIMPHAEI {Ἀριμφαῖοι} Sunt populi Asiæ Septentrionalis, prope Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ quàm mares comam tõdent. De his Ammianus sic habet: Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iusti homines, & morum placiditate cogniti.

ARIMVS {Ἄριμος} Rex Mysiæ, seu Mæoniæ. Author Strabo, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arinca, arincæ {ὄλυρα} genus frumenti. Ruellius lib. 2. cap. 21. Olyra Græcis, Latinis (Plinio authore) Siligo, Gallis olim Arinca vocabatur. Frumenti genus est, spica semper erecta, neque rubigini obnoxia, grano candido, leui, ac multipliciter tunicato. Plura apud eundem. Vide OLIRA.

ARIOBARZANES {Ἀριοβαρζάνης} fuit Cappadociæ rex, qui Pompeio in Pharsalico bello fauit. Is pop. Romani amicus fuit, & à Cicerone cum toto regno seruatus, vt ipse Cicero scribit libro 9. Epist. ad Atticum.

Ariolatio, & Ariolus, Vide HARIOLATIO.

ARION, pen. prod. huius Arionis, pen. corr. {Ἀρίων} Methymnæus citharœdus, & poeta Lyricus: emicuit Olympiade XXXVIII. Scripsit cãtica circiter versuum duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inuentor fuisse, & chorum instituisse, ac Dithyrambicũ carmen cecinisse. Author Suidas. Huius Arionis historiam referũt Ouid. in Fast. 2. & Gell. libro 16. cap. 19. Vide Plin. lib. 9. cap. 8. Seruius, Arion Lesbius à Lesbo, citharœdus optimus fuit: qui quũ Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, & videret sibi in mari tẽdi à nautis insidias: petijt vt cithara paululũ caneret: ad cuius sonũ quũ Delphini conuenissent, excussit se supra vnum: & ita imminens vitauit periculum. Hactenus Seruius in hunc Virgilij locum,

Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion. eclog. 8.

Ariona, Accusatiuus. Ouid. 2. Fastorum,
Quod mare non nouit, quæ nescit Ariona tellus?
Arion vocalis. Ouid. 2. Fast.

¶ Arion, equus iugalis Adrasti Argiuorũ regis, ferox & indomitus. Stat. 6. Thebaid. -dum non cohibente magistro
Spargitur in agros, dextérque excitat Arion.
Arion flauus. Stat. 6. Thebaid.
Præsagus. Stat. 6. Thebaid.
Adrasteus, equus Adrasti. Stat. 4. Thebaid.
Velox. Claudian. epigram. 18.

Arionius, adiectiuum {Ἀριόνιος} vt, Arionia lyra. Propert. lib. 2. eleg. 27.

Arionium nomen. Id est fama Arionis. Ouid. 2. Fast.

Aris {ἄρις} Herba. Plin. lib. 24. cap. 16. Est & Aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis Aro, minor tantùm minoribúsque foliis, & vtique radice, quæ tamen oliuæ grandis magnitudinem implet. Alba, geminum caulem, altera vnum tantùm emittens.

Arisaron {ἀρίσαρον} Herba est exigua, radicem habens oliuæ magnitudine, maiore acrimonia quàm Aron. A Plinio Aris appellatur. Gal. lib. 6. de simpl. medic facult.

ARISBE {Ἀρίσβη} Troiæ ciuitas. Virgil. 9. Æneidos,

Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba. Vbi Seruius, Arisba (inquit) secundum Homerum misit auxilium Troianis, & ab Achille subuersa est. Strabo libro 13. Arisba Troiæ ciuitas est. Et paulo antè, In Lesbo ciuitas fuit Arisba, cuius agrum Methymnæi habẽt. ¶ Est etiam fluuius quidam Arisbus in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant.

Arista, aristæ {ἀθήρ, ἀθὴρ ξ} Varro de Re rust. lib. 1. cap 48. Granum dictum, quod est intimũ solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ vt acus tenuis, longa eminet è gluma: proinde vt grani theca sit gluma, & apex arista. Et paulo pòst, Arista dicta, quòd arescit prima. Cic. de Senect. E quibus quum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum.

Aristæ graciles Zephyro vibrantur. Ouid.14.epist.
Aristis grauidis canet ager. Ouid 1.Metam.
Ieiuna. Claudian.1.in Eutrop.
Molli arista campus flauescit. Virgil.4.eclog.
Aristas teneras lædere. Virgil.7 Æneid.
Aristæ viridesid est, Seges maturescens. Iuuenal. satyr.14.
Aristis maturis albescit messis. Ouid.5.Fast.
Ignis populatur aristas. Claudian.2.in Ruff.
¶Arista, pro Spica. Virgil.1.Georg. -ne grauidis procumbat culmus aristis. Vbi Seruius, Grauidas aristas periphrasticῶs pro spicis posuit.
¶Arista, pro Frumento. Virgil. Georg.1.
Chaoniam pingui glandem mutauit arista. Seruius.
¶Arista, Seges inculta, quæ à nullo colitur. Seru.in Virg. Pollione,
Molli paulatim flauescet campus arista.
¶Post aliquot aristas. Virgil.in Tityro,
Post aliquot, mea regna videns, mirabor, aristas. Vbi Seruius, Gradatim dictū ex tropo metalepsi: vt per aristas, messes: per messes, æstates: per æstates, annos numeret.
¶Aristas æstu numerare, est Operam inanem sumere, & rem aggredi quam perficere non possis. Ouid.4. Trist.eleg.1,
Vere prius flores, æstu numerabis aristas. Æstu, pro Æstate & tempore messis.
¶Aristæ pondus, pro Re leuissima. Ouid.5.epistol.
Et minus est in te quàm in summa pondus arista,
Quæ leuis assiduis solibus vsta riget.
Aristæ nardi. Id est, spicæ nardi. Ouid.15. Metamorphoseos,
Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quassaque cum fulua substrauit cinnama myrrha,
Se super imposuit. De Phœnice aue loquitur.
Aristas odoratas, nardi spicas intelligit Stat.5.Sylu. -odoratas nec Arabs decerpsit aristas. Plin.lib.12.cap.12.de nardo, Frutex est graui ac crassa radice, sed breui ac nigra fragilique, quanuis pingui, situm redolente vt cyperi, aspero sapore, folio paruo densóque. Cacumina in aristas se spargūt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrāt.
¶Aristas Persius pro pilis mirè posuit, quòd quoties inhorrescimus, eriguntur instar aristarum. Sic enim ait satyr.3,
Alges quum excussit membris tremor albus aristas.
¶Aristæ etiam dicuntur in piscibus. Auson.in Mosella,
Squameus herbosas Capito interlucet arenas
Viscere præ tenero fartim congestus aristis.

ARISTÆVS {Ἀρισταῖος} fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei regis Arcadiæ filius: hic deinde in Arcadia regnauit, & primus apum & mellis vsum lactísque coagulum demonstrauit, vsumque olei, & alia quamplurima adinuenisse refert Iustinus lib.13. Hic quum Eurydicen nympham vxorem Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens à serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus, & cunctis apibus matris auxilium petiit. Hæc Seruius in 4 Georg. Virgilij,
Pastor Aristæus fugiens Peneia tempe,
Amissis (vt fama) apibus, morbóque, faméque, &c. Vide Musarum volucres, in MVSA. De Aristæo vide diligenter quæ scribit Diodorus Siculus lib.5.cap.14.

Aristalthæa, Vide in ALTHEA.

ARISTARCHA, Aristarchæ {Ἀριστάρχη} Ephesina quædam matrona, quæ Dianæ iussu, vnà cum Phocensibus nauigationem subiit, atque in Massilia, templi Dianæ constructi sacerdos est designata. Strabo libro 4.

ARISTARCHVS {Ἀρίσταρχος} Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus è Samothracia, patre item Aristarcho: floruit Olympiade CLVI. sub Ptolemæo Philometore, cuius etiam filium erudiit. Scripsit commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis grammatici. Decessit in Cypro, seipsum cibi abstinentia necans quum laboraret morbo hydropiseos, ætatis anno LXXII. filios reliquit Aristarchum, & Aristagoram, ambos stultos. Author Suidas. Ælianus tradit hunc tam castigate fuisse iudicio, vt Homeri versus non putaretur, quem ipse non probaret. Horat.in Arte poetica,
Arguet ambiguè dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus. De hoc & Cic.lib.1. ad Attic.epist 9, Ego varia meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere. ¶ Aristarchus Tegeates poeta Tragicus, Æsculapio, à quo ex morbo fuit liberatus, pro recepta sanitate fabulam vouit. Emicuit tempore Euripidis. Docuit tragœdias LXX, vicit duabus. ¶ Fuit & alius Aristarchus Ephesi tyrannus. Vtriusque author Suidas.

ARISTARETE {Ἀρισταρέτη} Neachi filia, & pictrix sui temporis inter nobiles. Vide Plin.lib.35.cap.11.

ARISTEAS {Ἀριστέας} Patria Proconnesus, nobilis poeta fuit, qui Crœsi & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum quæ Arimaspea dicuntur. Suidas. Meminit & Gell.lib.9.cap.4.

Aristereon {Ἀριστερεών} Verbenaca herba. Sic citat ex Pausania Eustathius Odyss.ζ. [illegible] atque ita scribitur apud Plutarch lib.1. Symposiacῶn. Dicitur & [illegible].

ARISTIDES, penul. prod. {Ἀριστείδης} cognomento δίκαιος, id est iustus, Athenis cum Themistocle in administranda Republ. dissensit, quum essent diuersis moribus. Catoni alter, Cæsari Themistocles comparandus. Author Plutarch. ¶ Aristidem alium inter sophistas Philostratus ponit è ciuitate Adrianorum Mysiæ, qui Smyrnæ docebat: & adueniendi fortè M. Antonio principi, vnus omnium nō processit obuiam, ex quo modo in cognitionem & amicitiam venit imperatoris. ¶Aristides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omniū primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη: item perturbationes, durior paulo in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur, Infans adrepēs ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis: sentire mater & timere videtur, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam in patriam suam. Ex Plinio lib.35. cap.10. ¶ Fuit præterea Aristides statuarius, Polycleti discipulus, de quo Plin. lib.34.cap.8. ¶ Aristides alius fuit orator Atheniensis inter x secūdus: cuius multæ extant orationes, insuper & declamationes. ¶Aristides præterea fuit Atheniensis philosophus Christianus eloquentissimus sub pristino habitu. Volumen nostri dogmatis rationem continens, Adriano principi tradidit. Author Hieronymus.

Aristida, Herba est quæ aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum restibile. Plin.lib.27.cap.10.

ARISTIPPVS {Ἀρίστιππος} Cyrenæus, Socratis auditor, primus Socraticorum mercedem docendi exegit, ac quæstu philosophatus est. Cum Xenophonte simultatem gessit: summum bonum in voluptate corporis posuit. Quapropter à Diogene Canis regius est appellatus, quòd diuitum esset assecla. Iactatum inter eos scomma Horatius perpulchrè versibus includit, 1.Epist.18,
Si pranderet olus patienter, regibus vti
Nollet Aristippus: si sciret regibus vti,
Fastidiret olus, qui me notat. ¶Alius fuit Aristippus, quem summum diuitiarum contemptorem depingit idem Horat.2. Serm.sat.3,
-quid simile isti
Græcus Aristippus? qui seruos proiicere aurum
In media iussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes.
Aristippus philosophus Socraticus, naufragio quum eiectus ad Rhodiensium litus animaduertisset geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim vestigia video. statimque in oppidum Rhodum contendit, & rectâ gymnasium deuenit: ibique de philosophia disputans, muneribus est donatus, vt non tantùm se ornaret, sed etiam eis qui vnà fuerant, vestitum & cætera quæ opus essent ad victum, præstaret. Quum autem eius comites in patriam reuerti voluissent, interrogarentque eum quidnam vellet domum renunciari, tunc ita mandauit dicere, Eiusmodi possessiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiam è naufragio vnà possent enatare. Nanque ea vera præsidia sunt vitæ, quibus neque fortunæ tempestas iniqua, neque publicarum rerum mutatio, neque belli vastatio potest nocere. Verba sunt Vitruuij in præfat.lib.6.

Aristippeus, adiectiuum {Ἀριστίππειος} Cic.2.de Finib. Illud Aristippeum contemneret.

Aristium {ἀριστεῖον} Præmium quod dari solet iis qui se optimè gesserunt in bello. Cæl.lib.9.cap.15.

ARISTO, Aristonis, pen.prod. {Ἀρίστων} fuit philosophus, Zenonis auditor, cuius meminit Cic.4.Acad.quæst.& lib.1.de Nat.deor.

Aristoneus, adiectiuum {Ἀριστώνειος} Cic.4. de Finib. Si omnino nos negligimus, in Aristonea vitia & peccata incidemus, obliuiscemúrque quæ virtuti ij si principia dederimus.

ARISTOBVLA Diana, id est Optimè consulens, nuncupata. Scribit Plutarchus in vita Themistoclis, quòd quū in eum inuidia quadam Atheniēsis populus inuectus esset, ipse vt eum ad saniorem animum mentémque conuerteret, magis incitasse, quum Dianæ templum dedicauit, quam Aristobulam appellauit, vt quæ optimè ciuitatis Græcorúmque saluti consuluisset. In Dianæ tamen templo postea Themistoclis statua posita est, quæ ad nostram vsque permansit ætatem.

ARISTOBVLVS, pen.prod. {Ἀριστόβουλος} Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi discipulus, vnus fuit ex illis LXXII interpretibus, qui missi fuere ad Ptolemæū, tunc Iudææ dominū, vt libros sacros in Græcum sermonem conuerterent. Qui multa ex præceptis Moseos proponenti regi percontantique respondit. Hic commētarios etiam in legem Hebræorum edidit. Author Eusebius. ¶Aristobulus alter historicus, item Iudæus, qui res gestas Alexandri Magni conscripsit, comésque peregrinationis fuit. Author Volaterranus.

ARISTOCLES {Ἀριστοκλῆς} Philosophus fuit Messanensis, Peripateticus. Scripsit de philosophia libros decem, vter esset studio & doctrina prior, Homerúsne an Plato: in quibus philosophorum omnium catalogum contexit, opinionésque recenset. ¶Fuit item Aristocles Lampsacenus philosophus. ¶Item alius Megarēsis sophista, sub Traiano & Adriano. Scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad imperatorem. Suidas.

ARISTOCLIA, Aristocliæ {Ἀριστόκλεια} Formosissima puella, quæ rem diuinam factura, nuda est à Stratone visa, qui in eam exarsit, antè etiam à Callisthene amata. Hæc verò nuptiarum die in amātum manibus discerpta est, quorum postea alter sibi manus consciuit, alter aufugit, nec vnquā amplius visus est. Ex Girald.in lib. De diis Gent.

ARISTOCLIDES {Ἀριστοκλείδης} Orchomeni tyrannus. ¶Fuit & pictor quidam Plinio lib.35.cap.11.

ARISTOCRATES {Ἀριστοκράτης} Ciuis quidam Rhodius fuit, qui, quòd plurimum dignitatis strenuitatísq; præ se ferret, ciuiū omnium consensu, belli dux delectus est, in quo spem suorum egregiè fefellit, vtpote qui in rebus gerēdis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener planè apparuerit. Suidas.

Aristocratia, aristocratiæ, penult.prod. {Ἀριστοκρατία} est Respublica optimatum imperio administrata, in qua vulgi nullum est arbitrium. Hæc Budæus. Huic opponitur Democratia.

ARISTODEMVS, penult.prod. {Ἀριστόδημος} sculptoris eximij proprium nomen, apud Plin.lib.34.cap.8. ¶Fuit & alius, Nisæus, filius Menecratis Aristarchi discipuli, quem Strabo dicit se iuuenem vidisse senem. ¶Alter Aristodemus, qui Magni Pompeij filios erudiit: manè Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. Author Strabo. ¶Est & actor fabularum apud Gell.lib.11.cap.9.

ARISTOGENES {Ἀριστογένης} Medici Thasij nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. ¶Aristogenes alter Cnidius item medicus, seruus Chrysippi. Famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. Author vtriusque Suidas.

ARISTOGITON, & Harmodius, liberatores tyrannidis Pisistrati, quibus statuæ in foro ab Atheniensibus positæ fuerunt. Suid. ¶Fuit & alter Aristogiton medicus, de quo Plin.lib.27.cap.4.

ARISTOLAVS, pen. prod. Pictor, Pausiæ discipulus, è seuerissimis pictoribus fuit. eius opera nónulla commemorat Plin. lib.35. cap.11.

Aristolochia {ἀριστολοχία} herba, cuius (inquit Ruellius lib.3.cap.4.) Græci faciunt tria genera: vnum tuberibus radicum orbiculatis, quæ fœmina dicitur, multis à radice germinibus, longioribúsque viticulis fruticosa. Hæc omnibus officinis Rotunda aristolochia cognominatur. Alterum masculæ, radice longa, procerioribus foliis, exilibus ramulis dodrátalibúsque, flore purpureo graue virus olente. Vtraque fert bacculas velut cappares, colore intus buxeo, amaro gustu, odore viroso. Tertium assignatur aristolochiæ longæ genus, quæ Clematitis, quasi Sarmentaria, cognominatur, tenuissimos fundens ramulos frondosósque, &c. Plinius lib 25.cap.8, Aristolochiæ nomen dedisse grauidæ videntur, quoniam esset ἀρίστη λεχούσαις. Nostri Malum terræ vocant, & quatuor genera eius seruant. Nomen Cicero Aristolochiam dicit ex inuentore inuenisse, in quo dentem calumniæ vitare non potuit. Sed quid vetat & salubrem esse puerperis, & ab inuentore Aristolocho nomen habuisse? Equidem puto id Ciceronem in aliquo, qui hodie non extet, scriptore legisse, nó de suo commentum esse. Sed & Aristoteles à muliere inuentam esse scripserat, vt Nicandri interpres refert: cuius verba sunt. Ταύτην δέ φησιν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρεῖν. Adeo de inuentoribus rerum inter authores non conuenit, vt alij alia prodant. Hæc Turnebus. Huius herbæ meminit Cic.lib.1.de Diuinat.& lib.2.

ARISTOMACHE, Aristomaches, pen.cor. vxor Dionysij tyranni. ¶ Item Dionis vxor hoc nomine vocabatur.

ARISTOMACHVS, pen.corr. proprium viri Solensis, qui sic amore apum flagrauit, vt duo de sexaginta annis nihil aliud fecerit. ¶ Fuit item Aristomachus, qui de arte vini scripsit. Author vtriusque Plin. lib.14 cap.19. & lib.11.cap 9.

ARISTOMENES {ἀριστομένης} vir fuit Messenius iustissimus (vt Hieronymus scribit) dux tanta calliditate fuisse fertur, vt sæpe Lacedæmonios deciperet. Quorum sæpe vrbem ingressus est, & aliquando captus atque in vincula cóiectus, calliditate sua aufugit. Quod quú semel atque iterum & tertiò fecisset, tádem occisus est à Lacedæmoniis, & execto corpore inuentum est cor eius pilosum esse. Vide Plin. lib.11.cap.37.

ARISTON, Aristonis, pen. corr. sculptor cuius meminit Plin.lib.34. cap.8.& 12. ¶ Est item Iureconsultus quidam doctissimus apud Gel. lib.11.cap.18.

ARISTONICVS {ἀριστόνικος} Grammaticus Alexandrinus. Scripsit librum in Theogoniam Hesiodi, & De nominibus siue constructione apud Homerum. ¶ Aristonicus item eunuchus Ptolemæi, qui animú supra eunuchum gerebat. Dux fuit belli fortissimus: præterea liberalis in omnes. Author vtriusque Suidas.

ARISTONIDAS, penul.corr. statuarius cuius meminit Plin.lib.34. capite 14.

ARISTONIDES, pen.corr. pictor, de quo Plin.lib.35.cap.11.

ARISTONYMVS, pen.cor. poeta comicus sub Philadelpho: is præfuit regiæ bibliothecæ post Apollonium, veniens postremo in suspicionem quòd ad Eumenem transfugere cuperet, in custodia per aliquot annos fuit: tandem liberatus, mortem non multo pòst obiit. Author Athenæus in Dipnosophistis.

ARISTOPATRA, penul.corr. mater Crateri cuiusdam qui sub Alexandro militauit, vt author est Strabo.

ARISTOPHANES, pen.cor. {ἀριστοφάνης} poeta comicus Rhodius, siue Lydius genere, lege verò Atheniensis, patre Philippo, inuentor tetrametri & octometri versus, filios habuit Ararota, Philippum, Philæterum, comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeo præpolluit, vt Dionysio roganti Athenienses aliquem eius sermonis eruditum authorem, hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat & insectatur in Nubibus. Huius meminit Horat.lib.1.Serm. satyr.4, Eupolis, &c. ¶ Aristophanes alter Byzantinus grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenodoti, Dionisij. Author Suidas.

Aristophaneus, adiectiuum {ἀριστοφάνειος}, vt, Aristophaneus versus, qui anapæsticus factus est. Cic. in Orat.

ARISTOPHON {ἀριστοφῶν} Pictoris nomen apud Plinium libro 35. capite 11.

Aristophorum {ἀριστοφόρον} Vas in quo prandium defertur, vt discus. Festus.

ARISTORIDES {ἀριστορίδης} Argus dictus est, ab Aristore patre suo Ouid.1.Metam. Vide ARGVS.

ARISTOTELES, pen.cor. {ἀριστοτέλης} Stagirites philosophus, Platonis auditor, patre Nicomacho medico, Alexandro discipulo vel præcipuè charus. id beneuolentiæ signum vel maximum, quòd Stagiram eius patriam ab se dirutam ipsius causa restituerit. Excessit annorum LXIII, eodem quo Demosthenes anno: hic in Apulia, ille in Eubœa, ambo profugi, persequente Antipatro. Author Plutarchus in Sylla. Vide plura apud Volaterranum. Matrem habuit Phæstiadem, vt scribunt nonnulli: paruus, gibbosus, & deformis, balbutiénsque: verùm diues, vt qui socius, præceptor, & secretarius Alexandri esset.

Flumen orationis aureum fundens Aristoteles. Cic.4.Acad.
Admirabili quadam scientia & copia Aristoteles. Cic.in Orat.
Neruosus Aristoteles in dicendo. Cic.de Claris Orat.
Aristoteles is quem maximè ego admiror, ait Cic.2.de Orat.

Aristotelicus, penult.corr. adiectiuum {ἀριστοτελικός} vt, Aristotelica pigmenta. Cic. Att.lib.2.16.

Aristotelius {ἀριστοτέλειος} aliud adiectiuum. vt, Aristotelia vis. Cic. 3. de Orat.

ARISTOXENVS, pen. corr. {ἀριστόξενος} Tarentinus philosophus, & Aristotelis auditor, qui morienti cóuitium dixit, quòd Theophrastum ei in scholæ successione præponeret. Scripsit in omni genere libros, in musica præsertim. Suidas. Hic Dicæarchi æqualis & condiscipulus animam dixit harmoniam esse, vt tradit Cic.in Tuscul.lib.1. ¶ Aristoxeni musici meminit Quintilianus lib.2.cap.10. ¶ Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeo delicatus fuisse dicitur in hortorum cura, vt vesperi lactucas mulso irrigaret, vt luxuriosius succrescerent, & saporis essent præstantioris. Author Suidas.

ARISTRATVS {ἀρίστρατος} Sicyoniorum tyrannus fuit, cuius meminit Plin.lib.35.cap.10.

ARISTYLLVS {ἀρίστυλλος} Poeta quidam fuit deformis, ore semper hiante, quem taxat Aristophanes in Pluto, & eiusdem meminit in Ἐκκλησιαζούσαις. Aliis tamen magis taxatus videtur Aristyllus, quòd ore paululùm diducto loqueretur, vt vox magna ex parte prodiret per nares, stridula, qualis est porcorum: quod vitium in quorundam pronuntiatione cantúque videmus.

Arithmos {ἀριθμός} Latinè dicitur numerus: vnde Arithmetica, arithmeticæ, pen. corr. {ἀριθμητική} Ars numerandi. Plin.lib.35.cap.10; Pamphilus Macedo natione, sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè arithmetice & geometrice. Cic Att. lib.14, Hæc conscripsi x. Cal. accubans apud Nestorium, hominem remotum à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum. id est, in scientia numerandi. Et hoc significat deditum pecuniæ magis, quàm literis Vestorium.

Aritudo, Vide ARBO.

ARIVS, pen.prod. fluuius Ariæ regionis, quæ Bactrianis contermina est, monti subiectæ qui Bactrianam continet, vt est apud Strabonem lib.11. Huius etiam meminit & Lucan. lib.3.

A R L

Arlineum, Ornamentum capitis muliebris, Festo Pompeio lib.1. In quibusdam autem codicibus legitur Arsineum.

A R M

Arma, armorum {ὅπλα, ἔντεα, ἔντεα, τεύχεα} pluraliter tantùm: & sunt propriè (teste Seruio) quæ armos tegunt. Varro 4.de Ling. Latina, Arma ab arcendo, quòd his arcemus hostem. Festus, Arma propriè dicuntur ab armis, id est humeris dependentia: vt, scutum, gladius, pugio, sica: vt ea quibus procul præliamur, tela. Caius in L.armorum. D. de verb. & rer. signif. Armorum appellatio non vtique tantum scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes & lapides.

Ars armorum. Quintil.lib.2.cap. An Rhetorica sit ars.21.
Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. Cic.pro Cecinna.
Fulgor armorum fugaces terret equos. Horat.2.Carm.1.
Armorum fulgura. Stat.lib.5.
Arma antiqua. Id est, Arma apud antiquos vsitata. Lucret.lib.5.
Crepitantia arma. Ouid 1.Metam.
Fulgentia. Virgil.11.Æneid.
Inania, Nulli vsui apta. Stat.4.Thebaid.
Lucida. Stat.11.Thebaid.
Perfossa crebro vulnere: id est, Crebris ictibus. Stat.2.Thebaid.
Trunca: id est, fracta. Stat.10. Thebaid.
Versicoloria. Virgil.10.Æneidos,
Astur equo fidens & versicoloribus armis. Versicoloribus (ait Seruius) Depictis: per quod bellicosus ostenditur.
Victricia. Virgil.3.Æneid.
Armorum officina, vbi arma fiunt. Cic.in Pisonem.

¶ Arma, dicuntur cunctarum artium instrumenta. vt, Arma rusticorum. Virgil.1.Georgicorum,
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Seruius.
Coquinaria. Plaut.
Cerealia. Virgil.1.Æneid. id est, Instrumenta quibus ad pistorium opus vtimur, vt pilis, mola, vanno, cribro, &c.
Belli. Terent.Heaut.1.1. Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Studiosorum. Plin.Iunior, in Epist.
Nautarum. Virgil.5.Æneid.
Tonsoria. Martial.lib.14.
Arma senectutis, artes, exercitationésque virtutum. Cic.de Senect.
Facundiæ. Quintil.lib.2.cap.16.
Campestria. Horat.in Arte poet.

¶ Arma, pro Prælio. Virgil.2.Æneid. Rursus in arma feror.

¶ Arma, pro Viribus. Virgil.12 Æneid. Tum demum mouet arma leo. Vbi Seruius, Mouet arma, Vires suas experitur. Nam arma sunt vniuscuiusque rei possibilitas. Vnde est, -& quærere conscius arma. id est, Dolos.

¶ Arma, per metonymiam, pro Bello. Virgil.1.Æneid. Arma virúmque cano. Idem in 8,
Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma? Seruius. Tacit.lib.15, Post arma Iulij Vindicis, &c.

¶ Arma, pro Gladio, abusiuè. Virgil.4.Æneid. -& arma viri, thalamo quæ fixa reliquit. Seruius, Arma, gladium dixit abusiuè. nam & paulo pòst, Ensémque relictum.

¶ Arma, pro Partibus vel imperio. Seru. in Virgil.3.Æneid.
Vúlcania, à Vulcano fabricata. Virgil.8.Æneid.
Arma Vulcania, pro Fortitudine. Cic.2.Tuscul. Sin tectus Vulcaniis armis. Id est, fortitudine, resistite.

¶ Armis fœta machina: id est, Plena armatis, & veluti prægnans. Virgil 2.Æneid.

¶ Armorum arbiter, epitheton Martis. Ouid.3.Fast.
Armorum denuntiatio, pro Denuntiatione belli. Liu. 5. Decad. Græcas vrbes alias obsideret, alias denuntiatione armorum terreret, De Perseo rege Macedonum loquitur.
Armorum dulces furiæ: id est, Libido pugnandi, & amor cædis. Stat.1.Achilleid.
Armorum furiis flammatus: id est, Accensus cupidine belli. Stat.1. Achilleid.
Armorum furor vbique sopitus. Paterculus lib.2.
Armorum habitus. Sil.lib.17.
Hæres armorum & belli, is esse dicitur qui imperatori mortuo succedit. Sil.lib.4.
Armorum horror. Virgil.2.Æneidos,
Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.
Rabies. Lucan.lib.1.

Armorum tonitru, est armorum ingens strepitus. Stat. 3. Thebaid.
Acerrimus armis. Virgil. 9. Æneid.
Pietate & armis egregius. Virgil. 6. Æneid.
Armis equisque exercitus. Hoc est, exercitatus. Tacit. lib. 11, Ipse forma decorus, & armis equisque in patrium nostrumque morem exercitus.
Bello & armis expertus. Virgil. 7. Æneid.
Impenetrabilis armis. Stat. 3. Thebaid.
Armis inclytus. Virgil. 6. Æneid.
Inscius armorum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Pietate & armis insignis. Virgil. 6. Æneid.
Inuictus armis Annibal. Vide INVICTVS.
Magnus armis: Id est potens. Virgil. 1. Æneidos,
Rex erat Æneas nobis, quo iustior alter
Nec pietate fuit, nec bello maior & armis.
Maturus ad arma. Silius lib. 16.
Mitis armis. Stat. 1. Sylu.
Potens armis terra. Virgil. 3. Æneid.
Præclarus armis. Stat. 3. Thebaid.
Promptus ad arma. Ouid 1. Metamorphoseos,
Sæuior ingeniis, & ad horrida promptior arma.
Rudis armorum. Stat. 4. Thebaid.
Armorum viribus vti. Ouid. 13. Metam.
¶ Circunfusa militum arma. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Arma discordia. Virgil. 2. Georg. Stat. 11. Thebaid.
Feralia. Lucan. lib. 2.
Fortia. Ouid. 7. Metam.
Fraterna, Arma fratrum. Seneca in Thebaid. 2.
Furialia. Stat. 9. Theb. Ouid 6 Metam.
Honesta, id est, Iustum bellum. Ouid. 3. Amor. eleg. 14.
Hostilia. Virgil. 9. Æneid.
Ignota, pro nouis & inconsuetis, vt docet Seruius. Virg. 9. Æneid.
Infesta. Ouid. epist. 5.
Mortalia, vt Seruius ait, Mortalis possibilitas. Virg. 1. Æneid.
Nefanda. In NEFANDVS.
Parua. In PARVVS.
Potentia. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
Rigida. Stat. 6. Thebaid.
Socia, confœderatorum arma. Sil. lib. 15.
Terrestria: quibus opponuntur naualia. Ouid. 14. Metam.
Torrentia. Sil. lib. 16.
Victricia. Virgil. 3. Æneid.
¶ Abiicere arma. In ABIICIO.
Abstinere armis. Horat. in Arte poetica.
Accingi armis. Virgil. 6. Æneid.
Armis virtutem affirmare. Tacit. lib. 10, Nec ego vnquam facundiam armis exercui, & Pop. Rom. virtutem armis affirmaui.
Amissis armis fugere. Virgil. 1. Æneid.
Armis aptari: id est, Armis indui. Stat. 11. Theb. de Tisiphone.
Sub armis cadere. Ouid. epist. 1.
Arma canere. Virgil. 1. Æneid. Arma virumque cano.
Capere. Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo. Virg. 2. Æneid.
Capere pro salute cõmuni. Cic. pro C. Rabirio perduellionis reo.
Capessere. Virgil. 3. Æneid.
Certare armis. Virgil. 12. Æneid.
Armis cingi. Virgil. 2. Æneid.
Coeptare arma. Tacit. lib. 12.
Concitare ad arma. Cæsar 7. de bell. Gall.
Concutere. Ouid. 7. Metam.
Conferre. Liu. de bell. Pun.
Coire ad arma, Conglomerari ad pugnam & cædem. Ouidius 11. Metamorph.
Conclamare ad arma. Liu. de bell. Pun.
Contendere armis. Stat. 1. Achilleidos,
Consiliis armisque vigil contendat Vlysses.
Dare arma alicui, vt cum bene armato pugnet. Cic. Attic. lib. 7.
Descendere ad arma. Cæsar 7. de bell. Gall.
Decernere armis. Cic. ad Attic. 7.
Decertare armis. Cic. Attic. lib. 7.
Deponere arma. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Arma detrahere alicui: Id est, Spoliare armis. Sen. in OEd. 5.
Arma direpta militibus. Horat. 3. Carm. ode 5.
Arma ducum dirimere. Lucan. lib. 1.
Discedere ab armis. Cic. 8. Philipp.
Disponere arma contra aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Esse in armis. Cic. pro Domo sua.
Armis vrbem excindere. Stat. 1. Thebaid.
Arma iuuentus exercet. Virgil. 4. Æneid. Id est, Armis exercetur iuuentus.
Expedire arma. Tacit. lib. 20.
Armis exuere aliquem. Virgil. 8. Æneid. Id est, spoliare.
Facere arma. Cic. in Pison.
Arma obuia ferre, In aciem progredi. Virg. 9. Æneid.
Ferre arma in medios globos. Id est. Irruere in exercitũ medium, & vbi densissimus est militum ordo. Sil. lib. 11.
Vrbes arma inter se ferũt: Id est, inuicẽ digladiãtur. Virg. 1. Georg.
Armis fundere agmina: Id est, sternere & profligare. Ouid. 6. Metamorph.
Arma gerere. Id est, gestare. Virgil. 5. Æneid.
Imparibus armis se immiscere. Virg. 4. Georgicõn,
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. Id est (vt Seruius interpretatur) inæquali consilio. Licebit etiam propiore significatione vti, quum viribus maiorem aliquem contra minus fortem contendere indicabimus.
Incessus in armis: id est, armati incessus. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Imperare arma. Vide IMPERO.
Armis densis incurrere. Virgil. 2. Æneid.
Induere arma. Ouid. 14. Metam.
Arma funesta induere: Id est, armis accingi, quæ mox futura sint tibi causa funeris. Ouid. 1. Fast.
Iuste arma induere: Id est, nõ temerè ad bellũ accingi. Lucan. lib. 1.
Armis hostilibus indutus. Virgil. 9. Æneid.
Inferre arma. Vide INFERO. Sil. lib. 15.
Iniicere arma regnis. Id est, regnis bellum inferre. Stat. 1. Thebaid.
Inspicere arma militis, vt probemus armatum. Cic. pro Cecinna.
Armis aliquem instruere. Virg. 8. Æneid.
Instructus omnibus armis. Stat. 3. Thebaid.
Intentare arma alicui. Vide INTENTO.
Iungere arma, coniungere copias. Seneca in Medea, 7,
Creon Acastúsque arma si iungant sua? Vide IVNGO.
Laxare arma alicuius. Id est, dissipare exercitum. Lucan. lib. 6.
In armis mori. Id est, in bello occumbere. Virg. 2. Æneid.
Mouere arma pestifera, est bellum exitiale ciere. Seneca in Herc. furente, 11.
In arma mouere aliquem. Id est, incitare ad capessenda arma. Virg. 6. Æneid.
In arma aliquem mittere. Id est, militatum aliquò ablegare. Virgil. 6. Æneid.
Arma negare alicui. Id est, negare auxilia. Ouid. 14. Metam.
Parare arma. Sall. in Cat.
Immotis armis pasci. Id est, quiete, & sine tumultu rebus suis frui. Lucan. lib. 1.
Arma perdere. Id est vinci. Horat. 1. epist. 17. Metaphoricõs etiam de illo dicit qui vitiis se opprimi passus est. Id est, qui rationes amiserit, quibus virtutem tueatur. satyr. 17.
Polire. Stat. 4. Sylu.
Armis faciendis præesse. Cic. in Pisonem.
Proiicere arma. Stat. 2. Thebaid.
Protegere aliquem armis. Ouid. 8. Metam.
Pugnare armis. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Quærere arma. Virg. 2. Æneid. Vbi Seruius, Arma, modò fraudes vel dolos. nã arma sunt instrumenta cuiuslibet rei. Vnde & insidiantis fraudes Arma nominauit.
Recolligere arma. Valer. 6. Argonaut.
Instaurata arma remoliri. Id est, bellum redintegrare. Sil. lib. 1.
Reposcere armis aliquid. Ouid. epist. 4.
Ab armis reuocare aliquem. Id est, à bello. Stat. 10. Thebaid.
Ruere in arma media. Virg. 2. Æneid.
Arma sequi. Tibul. 1. eleg. 2.
Arma impia sequi. Virg. 6. Æneid.
Armis spoliata nauis. Virg. 6. Æneid.
Stat in armis acies. Seneca in Thebaid. 2.
Armis sterni. Sil. lib. 10.
Submittere arma. Vide Cedere victoriam, in VINCO.
Sumere arma ciuilia. Tacit. lib. 20, Quippe sumpta per Gallias Hispaniásque ciuilia arma. Cic. 2. Tuscul.
Arma impia sumere. Virg. 12. Æneid.
Professa arma sumere. Id est, quibus excitatus sis. Ouid. 2. Fast.
Sumpsit arma imparatus. Vide IMPARATVS.
Tenere. Cic. 1. de Orat. Quid tam necessarium quàm tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel prouocare improbos, vel te vlcisci lacessitus?
Tentare arma. Sall. in Iug.
Tractare. Seneca in Troade, 8, Non arma tenera parua tractabis manu.
Armis prudentiæ causas tueri atque defendere. Cic. 1. de Orat.
Valere armis. Ouid. 8. Metam.
Venire in arma. Stat. 2. Achil.
Venire ad arma propter æs alienum. Cic. 6. Philipp. O fides! quæ potest esse maior fides, quàm fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum venire ad arma?
Vocare ad arma ex s.c. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo, De teipso inquam Labiene quæro, quũ ad arma Consules ex s.c. vocauissent, quum armatus, &c. Sic 2. de Orat. Vel, In arma, Virgil. 9. Æneid.
Vti armis, Quintil. lib. 2. cap. 1.
¶ Arma ancilia, pro ancilibus dixere veteres. Valerius, Sex lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit. Ex Turnebo.
¶ Arma, pro sublimi genere dicendi. Cic. in Brut. Phalereus successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidẽ horum omniũ, sed non tam armis institutus (alij, instructus) quàm palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quàm inflammabat. Paulo pòst, Et suauis, sicut fuit, videri maluit quàm grandis: sed ea suauitate, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Armis, hoc est graui & sublimi genere dicendi: in quo qui florent, grandiloqui, vehementes, varij, copiosi, graues, & ad permouendos ac conuertendos animos instructi & parati dicuntur in Oratore. Demetrius verò Phalereus parum vehemens orator lib. 1. de Offic. appellatur. Et est translatio ab hominibus armatis, qui terribiliores videntur. Vnde graues oratores fulgurare, & tonare, & omnia permiscere dicuntur. Vide Palæstra, pro medio dicendi genere, in PALAESTRA.
¶ Arma, imitatione Græcorum Virgilius dixit, pro armamẽtis velisque nauium, vbi ait,
Colligere arma iubet, validisque incumbere remis. Sic Theocritus ὅπλα vsurpat.
¶ Armũm, Genitiuus pluralis vsurpatus antiquis, pro armorum. Accius in Armorum iudicio:
Ab classe ad vrbem tendunt, neque quisquam potest
Fulgentium armũm armatos ardorem obtui. Nonius.
Armatura, armaturæ, pen. prod. (ὁπλισμός, πανοπλία.) Cic. Att. lib. 6, Habet autem cohortes quadragenarias, nostra armatura XXX. Id est, iisdẽ & similibus, quibus nos, armati armis. Veget. lib. 3. cap. 14, Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuuenibus,

Armaturæ duplices, quæ binas consequebantur annonas. Simplices, quæ singulas, inquit Veget.lib.2.cap.7: Armaturam autem, pro Hominibus armatis, accipit.

Armatura leuis. Veget.lib.3.cap.14, Quartus item ordo construitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis iunioribus, de iis qui acriter verutis, vel martiobarbulis, quas plumbatas nominant, dimicant, qui dicebantur leuis armatura. Cic.10.Philipp. Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, maximéque noster est Brutus.

Varia armatura. Cic.ad Marium lib.7.1, Quid enim habent delectationis sexcenti muli in Clytemnestra? aut in equo Troiano craterrarum tria millia? aut armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.

¶ Leuis armaturæ oratio, per translationem. Cic. 2. de Diuinat. Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio.

Armifer, pen.corr. (ὁπλοφόρος) adiectiuum, Arma ferens. Sil.lib.16.
Armifera dea, Periphrasis Mineruæ. Ouid.ad Liuiam.
Armiferæ Amyclæ, bellicosæ. Ouid.2.de Arte aman.
Labores. Stat.1.Sylu.2, -armiferos poterat memorare labores, Claráque facta virûm. Id est, labores bello exhaustos.
Armiferum aruum Senec in Med.7, dixit, quod armatos tulisset satos ab Iasone. Stat. lib.9. Theb. Campus armifer, vbi armati congrediuntur.

Armiger, pen.corr. armigeri (ὁπλίτης) Est (vt ait Valla) qui in prælio gerit tela domini sui, vt scutum, vt arcum, lanceam, & cætera huiusmodi. Virgil.2. Æneid. Cic. pro Domo sua, Quid est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis. Imperiti armigerum dicunt, pro aurato equite.
Armiger teli. Plin. lib.2. cap.55, Quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec è volucribus aquilam, quæ ob hoc armiger huius teli fingitur. De fulmine loquitur.
Armigera Iouis, Aquila. Plin lib.10.cap.3.
Armigera, quæ arma gerit dominæ. Ouid 3. Metam. de Diana.

Armiger, adiectiuum, vt, Armigera cohors, quæ fert arma. Sil.lib.10.20.
Armiger deus. Id est, deus armatus. Periphrasis Martis. Sil.lib.7.
Armiger equus, Indutus armis. Propert.lib.3.eleg.4.
¶ Iras armigeras dixit Statius Thebaid. quòd facilè nobis arma suppeditent, sintque velut armigeræ nostræ. Vt Virg.1.Æneid. Furor arma ministrat. Et Ouid. in Metam. Telum ira dabat.

Armipotens, penult. corrept. adiectiuum (ὁπλοκράτης) Qui armis valet. Vnde & Pallas (siue Bellona) dicitur Armipotens. Cic. Antequam iret in exilium, Nunc ego te Iupiter Opt. Max. cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur: téque particeps connubij, socia regni, regina Iuno, téque Tritonia. Armipotens, Gorgophora Pallas Minerua.
Armipotens Ausonia. Stat.3 Sylu.2.

Armisonus, penult. corrept. (ὁπλόκτυπος) Palladis epitheton. Virgil. 3.Æneid.
Armisonum antrum gladiis. Claud.de Rapt.Proserp.3.

Armo, armas (ὁπλίζω, καθοπλίζω, θωρακίζω, καθοπλίζω) armare, Armis instruere. Virg.8.Æneidos,
Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset. Plancus ad Ciceronem, lib.10. 23, Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est.
Armari contra Rempub. Cic.pro Milone.
Armabantur serui in dominos. Cic.pro Plancio.
Armare temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica. Cic.pro Milone, Me recreat & reficit Cn. Pompeij sapientissimi & iustissimi viri consilium: qui profectò nec iustitiæ putaret esse, quem reum sententiis iudicum tradidisset, eundem telis militum dedere: nec sapientiæ, temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica armare.
Armare religione deorum perditos magistratus. Cic. pro Domo sua. Vobis hodierno die constituendum est, vtrum posthac amentes ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum ciuium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis.
Ausoniam armabat Fabius. Sil.lib.7.
Ad omnia te summum atque excellens tuum armauit ingenium. Cecinna Ciceroni, lib.6.7.
Armauit eum spes. Hoc est commouit ad accipienda arma. Liu. 2. ab Vrb.
Armare aliquem, pro Potestatem facere. Cic. Att.lib.2.17, Quum diceret, in summa se perfidiæ & sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo quem ipse armasset. Id est, potentia & authoritate prouexisset.
Accusatorem re aliqua. Cic.pro Cluentio.
Aliquem in Remp. Cic. Att.lib.8, Omitto illa vetera, quòd istum in Remp. aluit, auxit, armauit. Hoc est, honoribus & potentia sic erexit, vt sit ausus bellum contra Remp. suscipere.
Se spoliis. Virg.2.Æneid.
Armat se eloquentia. Cic.1.de Inuent.
Armantur equi bello, pro Ad bellum. Virg.3.Æneid.
¶ Armare naues. Id est, ad bellum instruere. Cæsar 5.bel Gal.
¶ Armare veneno ferrum, pro eo quod est Veneno ferrum tingere, imbuere, vt præsentius vulneret. Virg 9.Æneid.

Armandus (ὁπλιστέος) Ouid.13.Metam.

Armatus, pen.prod. Participium (ὡπλισμένος) Armis indutus. Cic. pro Cecinna, Armatos, si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telísque parati ornatísque sunt.
Armata dicebatur virgo sacrificans, cui lacinia toga in humerum erat reiecta. Festus.
Incredibili armatus audacia. Cic. pro Domo sua, Quanquam & insolentia damnatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. Id est, munitus & instructus.
Armata dolis mens. Sil.lib.1.
Armatum fide pectus. Sil.lib.11.
Armati animis. Cic.7.Philipp. Quid legati egerint, nondum scimus: at verò erecti, citati, parati, armati animis iam esse debemus.
Vrbs armata muris. Cic. contra Rullum. Deleta Carthago est, quòd cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris, excurrere, &c.
¶ Armatos Virgilius substantiuè dixisse videtur, pro Militibus, 2. Æneidos,
Arduus armatos mediis in mœnibus astans. Fundit equos.
¶ Armatissimus. Cicero pro Cecinna, Non enim reperies quenquam iudicem, aut recuperatorem, qui, tanquam si arma militis inspicienda sint, ita probet armatum: sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, vt vim vitæ aut corpori potuerint afferre.

Armatus, huius armatus, pen.prod. (ὅπλισις) Verbale, idem quod armatura. Liu.7.bel. Maced. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. Id est, paribus & similibus armis induti.

Armamenta, armamentorum (ὁπλα, σκεύη) dicuntur (authore Sipontino) quæ ad instruendum aliquid pertinent: vt in nauibus armamenta sunt non solùm arma, sed remi, vela, antennæ, rudentes, clauus, & alia eiusmodi. Plaut. Merc.4, -salua est nauis, ne time. c. Quid alia armamenta? A. salua & sana sunt. Colum.li.4.cap.3, Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrísque. Barbari *vtensilia* vocant.
Nauium armamenta. Plin.lib.19.cap.2. Cic.in Arato.
Vinearum armamenta. Plin.lib.17.cap.21.

Armamentarium (ὁπλοθήκη) Vbi reponuntur armamenta & arma, ait Valla lib.1. Liu.6.bel. Punici. Hæc illis arx, hæc horreum, ærarium, armamentarium, hæc omnium rerum receptaculum est. Cic.1.de Orat. Philo architectus Atheniensibus armamentarium fecit. Iuuenal.satyr. 13,
Addit & Herculeos arcus, hastámque Mineruæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cæli.

Armarium, armarij (κιβωτός) Vbi reponuntur libri, cæteráque huiusmodi, teste Valla, lib.1. Item cibaria & pecuniæ. Plaut. Capt.15,
Coquum percontabatur, possétne ferri aulæ referuescere.
Cellas refregit omnes intus, reclusítque armarium. Cic. pro Cæl. Túne aurum ex armario tuo promere ausa es?
Adhærentia membro domus armaria, vel affixa. Vlpia. in l. Librorum. §. Sed si. D. De leg. tertio.
¶ Armarium promptuarium, pro Armario. apud Catonem cap.11.
¶ Armarium, Machina ferro munita. Gell. lib.6.cap.4, Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eadémque insomnia cruciatos interiisse.

Armariolum, pen.corr. diminut. (κιβώτιον) Paruum armarium. Plaut. Truc.3, Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

ARMALCHAR, Fluuius Euphrates, sic ab Assyriis appellatus, & significat regium flumen. Plin.lib.6 cap.26.

ARMENIA (Ἀρμενία) Regio Asiæ, inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium mare vsque protensa, ab Armenio Thessalo Iasonis comite, inquit Strabo, dicta. Et (vt Plin.lib. 6. author est) duplex est, maior scilicet & minor. Maior post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea, vt ait Ptolemæus, à Septentrione Colchidem habet, Iberiam & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, minorem Armeniam, & Syriam Comagenam relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, quà montes Caspij adsurgunt: A Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates & Araxes fluuij: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus, & Mediam percurrens, postremò Albus appellatur. Cordica, ex quo Tigris oritur: Taurus ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis determinant: Caspij, qui vergunt ad Medos: & Caucasij, qui Septentrionalia Iberiam versus Albaniámque concludunt. Flumina quatuor: Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam Albaniámque dimittens, Armeniã à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, & Lycus, Tigris, Euphratésque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. Armeniam Hebræi Arab vocant. In ea ciuitas Artaxata insignis.

Armenius, adiectiuum (Ἀρμένιος) aliquis ex Armenia. Horatius 2. Epistol. 12.
Fugax. Ouid.ad Liuiam.
Armenias curru subiungere tigres. Virgil.5.eclog.
Armenius lapis (λίθος ἀρμένιος) Plin.lib.35.cap.6, Armenia lapidem mittit, qui eius nomine appellatur. Lapis est hic quoque Chrysocollæ modo infectus, optimúsque est, qui maximè viridis est, communicato colore cum cæruleo. De hoc Dioscorid.lib.5.cap.65.& Galen. lib.9.simplic.

Armeniacus, penultima correpta, adiectiuum (ἀρμενιακός) vt, Armeniaca mala, Ex Armenia aduecta. Colum.lib.5.cap.10. Et lib. 11.cap.2.
Armeniaca mala (μῆλα ἀρμενιακά) quæ Latini (vt in Dioscor. legitur) Præcocia appellant. Poma sunt, quæ parum genere & naturæ dotibus à Persicis dissident: pauló tamen minora sunt, & quum maturuerint, aureo colore splendent. Maturescunt autem ineunte æstate, mense Iunio ante alios fugaces fructus: vnde meritò Præcocia dicta. Ex Galen.lib.2.de aliment. facultat. & Dioscor.lib.1.cap.131. Gallicè *Des abricots*.

Armeniacum, armeniaci, pen.corr.n.g. Colum.lib.5.cap.10, Sorbi quoque, & armeniaci, atque Persici nô minima est gratia. Gallis *Abricot*.

Armentum, armenti (ἀγέλη) Festus, Armentum, id genus pecoris appellatur.

appellatur, quod est idoneum ad opus armorum. Inuenies tamen fœminei generis armentas, apud Ennium positum. Hactenus Festus. Armorum vocat, quorumuis instrumentorum.

Inter armentum & Gregem quid intersit, Valla explicat his verbis, Ipsi cameli, boues, muli, lupi armenta faciunt: licet quidam velint tantùm esse boum, quasi ab arando aramenta dicta: deinde sublata tertia litera, Armenta. Præterea, ouis quæ marem fœminámq; significat: capra, cum qua caper, siue hircus: porcus, cum quo porca intelligitur: vnde fiunt greges: vt grex ouium, grex caprarum, grex porcorum. Ouid 4. Metamorphoseos,

Mille greges illi, totidémque armenta per herbas

Pascebant. Virgil. 3 Georgicôn,

Hæc satis armentis: superat pars altera curæ,

Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas. Idem tamen de ceruis primo Æneid. dixit,

-hos tota armenta sequuntur A tergo. Vt non sit mirádum, si de bobus gregem dixerit, ibi, Aut aliquam in magno sequitur grege: tamen ad distinctionem addidit Magno, sicut Horatius adiecit Mugientium in Epodis,

Aut in reducta valle mugientium

Prospectat errantes greges. Quasi grex sit generalius nomen, armentum verò specialius: & illud sine apposito de pecoribus minoris intelligatur, cum apposito possit etiam ad maiora transferri, vt Cic. in Philippicis.3, Cædit greges armentorum. Hactenus Valla lib.4. Cic. Att. lib.7, Quid ergo (inquis) acturus es? Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges: vt bos armenta, sic ego bonos viros.

Armenta boum. Virg. 2. Georg.

Immania. Virg 4. Georg. de monstris marinis.

Læta. Virg. l. 2. Georg.

Armenta muta. Stat. 5. Thebaid.

Armentum regale, Armentum regis. Ouid. 2. Metam.

Mugitus armentorum. Ouid. 5. Metam. de bobus tantùm intelligi potest

Stabulis armenta tenere. Virg. 3. Georg.

Sortiri armento sobolem. Virg. 3. Georg. Id est, subsituere & subministrare. Verbúmque est iudiciorum: Nam subsortiri dicuntur iudices, qui occupatorum funguntur officio. Ser.

Armenta à gregibus separauit significatione Stat. 10. Thebaid.

-eunt præter secura armenta gregésque.

Pascuntur virides armenta per herbas. Virg. 3. Georg.

Armentis incurrunt vrsi Ouid. 7. Metam.

Armenti dux, pro tauro. Ouid. 8. Metam.

Armenti custos. Ouid. 11. Metam.

Armentorum ministri. Id est, Bubulci. Ouid. 3. Fast.

Armenta agere dicitur pastor. Ouid 5. epist.

Montana armenta, In montibus errantia. Ouid. de Arte amandi.

Armenti greges. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5, Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet, primùm vt sint ex pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ.

Armenti reges vocantur tauri, tanquam rectores. Stat. lib. 1. Achill.

-septémque Aiax vmbone coruscet Armenti reges. Vbi perperam legitur Greges. Accipit autem armenti reges, siue tauros, pro taurorum tergoribus, ex quibus confectus erat Aiacis clypeus.

Armentalis, & hoc armentale, pen. prod. (ἀγελαῖος) Quod est ex armento. Virg. 11. Æneidos,

Hic natam in dumis, intérque horrentia lustra

Armentalis equæ mammis & lacte ferino, &c.

Armentarius (ἀγελάρχης) Armẽti siue pecudum, siue boum custos. Virg. 3. Georg. -omnia secum Armentarius Afer agit. Varro 2. de Re rust. cap. 5, ad finem, de bobus & vaccis, Armentarium meum crebrò vt aliquid legat, curo.

Armentosus, adiectiuum, penul. prod. (ἀγελαῖος) Armentis abundans, apud Plin. Gel. lib. 11. cap. 1, Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus, penul. prod. adiectiuum (ἀγελαῖος) Quod est ex armento. Plin. lib. 28. cap. 17, Fimi ceruini maximè subulonis, sed & bubuli (de armentinis loquor) cinis cochleariorum trium in mulsi hemina &c.

Armentitius, adiectiuum (ἀγελαῖος) vt, Armentitium pecus, & Armentitius grex. Varro 2. de Re rust. cap. 10, Qui greges sequuntur, præsertim armentitios ac caprinos.

Armifer, Armiger. Vide ARMA armorum.

Armiclausa, Vulgo vocata est vestis, quæ antè & retrò diuisa atque aperta est: in armos tamen clausa, quasi armiclausa, c litera ablata. Hæc Isidorus. Vtitur Paulinus.

Armilla, armillæ (ψέλλιον, περικάρπιον, χλιδών) Festus, Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: vnde arma ab his dependentia sunt vocata. Hactenus Festus. Plin. lib. 28. cap. 4, Pueri qui primus ceciderit dens, vt terram non attingat, inclusus in armillam, & assiduè in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet.

Nostrates caduceatores (inquit Budæus) spintere hodie vtuntur, quæ armilla etiam dici potest, *blasonum* lingua vernacula vocant.

¶ Armillæ, Ornamẽta fœminarum in brachiis, & etiam virorum. Plaut. Menæch. 12. Vbi hercle armillæ sunt, quas vnà dedi.

Armillatus, pen. prod. (ψελλιοφόρος) adiectiuum, Propriè dicitur armillis ornatus: vt, Miles armillatus. Propert. abusiuè ad canes transfulit, lib. 4. eleg 8,

Atque armillatos colla molossa canes.

Armillatos cursores Budæus vocat, quos *postas* dicimus: videlicet quia id insigne gerunt, quod (vt ipse sentit) potest armilla aut spinter dici.

Armille, neut gener. Instrumentum & apparatus versutiarum, ab Armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius lib. 6, Ad armille redit.

Armillum, armilli (vt ait Festus) Vas erat vinarium in sacris, dictum, quòd armo, id est humero, deportaretur. Nonius, Armillum, vrceoli genus. Varro De vita pop. Rom. lib. 1, Etiam nunc pocula, quæ vocant capulas & capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est vrceoli genus vinarij. Et alio loco, Armillum. Lucil. lib. 28, Hinc ad me, hinc licet anus rursus ad armillum.

Armilustrium, strij (ἐξοπλισμός) Exercitus lustratio apud Romanos dicebatur, à Seruio rege primùm instituta cùm in campo Martio exercitus instruebatur, & sue, aut hirco, oue & tauro lustrabatur. Milites ipsi lauro coronati, rem diuinam faciebant sub diuo. Alij hanc exercitus lustrationem ita peragebant, suem, ouem, taurũ, qui puri essent, ter circum acies instructas præcedente pompa ducebant, Martíque deo immolabant. Vide Liuium. Armilustrium dictum est ab ambitu lustri, vt ait Varro lib. 5. De ling. Latin. vel (vt idẽ ibidem tradit) ab eo quòd in armilustrio armati sacra faciunt.

Armipotens, Armisonus, Armo, armas. Vide ARMA.

Armon, Raphani genus syluestre. Plin. lib. 19. cap. 5. Ruell. Officinæ Rapistrum vocant.

Armoracia, raphani genus syluestre, quod Armon Pontici vocant. Plin. lib. 19. cap. 5. Apud Columellam lib. 6. cap. 17, Armoracea per secundam vocalem legitur.

Armoracium, vocat Columel. lib. 12. cap. 9. Raphani genus syluestre, quod Plinius armoraciam vocat.

ARMORICAE ciuitates, à Cæsare appellantur ciuitates Galliæ, ad Oceanum occidentalem sitæ, quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osismi, Cadetes, & Vnelli. Vide ARMORICA.

Armus, armi, m. g. (ὦμος) Festus, Antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Vnde arma ab iis dependentia sunt vocata. Seruius, Armi propriè sunt quadrupedum. Plin. lib. 11. cap. 39, Pili equis in iuba largi: in armis leoni. Horat. 2. Serm. sat. 4,

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

Armos equi calcaribus fodere. Virg. 6. Æneid.

Hasta per armos acta. Virg. 11. Æneid.

Armos vlcerare. Horat. 1. Serm. sat. 6,

-nunc mihi curto

Ire licet mulo, vel si libet, vsque Tarentum,

Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos. Armos vlceret, calcaribus scilicet, aut corporis grauitate: vt priorem dorsi partem intelligamus.

ARMVZIA, Regio in ora Carmaniæ, in qua vineæ & arua coluntur ad Andanim fluuium. XXV. M. spatio. Plin. lib. 6. cap. 23.

A R N

Arnacis, arnacidis (ἀρνακίς) Genus vestium puellarum. Varr. De liber. educand. Vt puellæ habeãt potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac arnacidas, quàm togas. Nonius. ἀρνακίδες meminit & in Symposio Plato, vt è genere coactilium, quo pedes includantur.

Arnæ caput, Agni caput. Festus.

Arnarion (ἀρνάριον) Achæis commune concilium dicebatur, quod vnam in curiam cogebant, in quo de repub. senatusconsulta edebantur. Strabo lib. 8.

ARNATES, pen. prod. Populi sunt in Italia, ab Arna Vmbrorum. Plin. lib. 3. cap. 14.

ARNE, es (ἄρνη) Ciuitas est iuxta sinum Maliacum, primùm à Bœotiis inhabitata, deinde à Thessalis occupata, vt est author Thucydides lib. 1. bell. Pelopon. ¶ Sunt & aliæ eiusdem nominis ciuitates, quæ recensentur à Stephano.

ARNOBA, vt habet Plinius: Abnoba, vt Ptolemæus: Arbona, vt Cornelius Tacitus, Mons est ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Arnodi (ἀρνῳδοί) Qui carmina apud antiquos recitabant, ita dicti, quòd victori præmium contribueretur agnus. Cæl. lib. 7. cap. 29.

Arnoglossa, arnoglossæ (ἀρνόγλωσσον) Latinè Plantago. Vide PLANTAGO.

ARNVS (ἄρνος) Fluuius est rapacissimus Hetruriæ, Florentiam alluens. author Plin. vulgò *Arno*.

A R O

Aro, aras (ἀρόω, γεωργίζω) arare, Est terram aratro quouis modo vertere & proscindere. Plin. lib. 18. cap. 19, In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare.

Arare, Fossione colere: vt, Arare oliuetũ. Colum. lib. 5. cap. 9, Nam veteris prouerbij meminisse conuenit, Eum qui aret oliuetum, rogare fructum: qui stercoret, exorare: qui cædat, cogere.

Arare ex agro frumentum, pro Percipere ex aratione. Cic. 5. Verr. Quod si fieri non poterat, vt plus quàm decem medimna ex iugere ararent.

Arare in singulis iugis. Cic. 5. Verr. Quid, qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Videtur iuga pro iugera posuisse. vt sit, Qui arant singula iugera. Nisi fortè per singula iuga intelligat singula boum paria.

Arat Falerni mille fundi iugera. Horat. Epod 4.

¶ Aratur, impersonale. Plin. lib. 18. cap. 3, Actus vocabatur in quo boues agerentur, quum aratur, vno impetu iusto.

Aratur, personale passiuum: vt, Tenuis mihi campus aratur. Ouid. 2. Trist.

Mille iugis Campania pinguis aratur. Propert. lib. 3. eleg. 5.

¶ Arare æquor, Nauigare significat apud poetas. Virg. 3. Æneidos,

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum. Ouid. 1. Tristium, eleg. 2,

Latum mutandis mercibus æquor aro.

Arare aquas, pro eodem. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.

Littus, Terra vicinam mari vel infertilem. Seru. Virg. 4. Æneid.

¶ Arare littora, pro Inanem operam sumere. Ouid. 5. epist.

Terram arare, & sulcum altius imprimere. Cic. 2. de Diuin.

Arare, aut colere agrum. Cic. de Lege Agraria.

¶Arandi præceptor. Ouid.6.Fast. Hesiodum intelligit.
Arando mansuescit tellus. Id est, Dum aratur. Virg.2.Georg.
Arando enectus bos. Id est, Dum arat: vel, Præ nimio arandi labore. Horat.1.epist.7.
Aratus, participium {ἠροτριωμένος} vt, Arati agri. Ouid.7.Metam.
Arata terra. Ouid.1.Fast. Araturus. Tibull.1.eleg.10,
Interea pax arua colat, pax candida primùm
Duxit araturos sub iuga curua boues.
Aratio, Verbale {ἄροσις} Valla, Nomina quæ positionem habent in io, latius significare solent, nec actionem modò, sed rem etiam ac corpus. Cic.2.Philipp. Hæ quondam arationes Campani & Leontini agri in pop. Romani patrimonio glandiferæ & fructuosæ ferebantur. Id est, Agri ad arandum idonei. Hactenus Valla lib 4. Cic.5. Verr. Quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes? relinquent larem familiarem suum? Plin.lib.27.cap.8, Nascitur in arationibus.
Arationes desertæ, ac relictæ à dominis. Cic.5.Verr.
Aratio fructuosa. Cic.5.Tuscul.
Aratiuncula, huius aratiunculæ, penul.corr. diminutiuum {ἀρούριον} Plaut. Trucul.4, -malè vortit
Res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere.
Aratiunculam pro copia apud vos.
Arator, penult.prod. {ἀροτήρ} Qui terram arat. Cic. 7. Verr. Siculósne milites, aratorúmne liberos? quorum patres tantum labore suo frumenti exarabant, vt populo Romano, totíque Italiæ suppeditare possent. Plin.lib.18.cap.19, Arator, nisi incuruus, præuaricatur.
Arator curuus. Virg.eclog.3.
Durus. Virg.4 Georg.
Peronatus. Pers.sat.5.
Robustus. Virg l.4.eclog.
Taurus. Ouid.1. Fastorum,
-cedebat taurus arator equo.
Ex aratore orator factus. Cic.3.Philipp.
Aratores, qui propriè à Cicerone vocentur, pauci explicant. Turnebus, Ager aliquis (inquit) decumanus eorum à quibus colebatur proprius non erat, sed publicus pop. Romano censebatur, ac decumarum conditione, & pensitatione agricolis erat attributus, qui Aratores dicebantur, agríque quos colebant Arationes: sed & omnis ager vectigalis & decumanus, qui arabatur, frumentariúsque erat, sic vocabatur. Cic. in Verr. Pulsatos aratores esse dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos à Verre. Iterum, Magni ac naui aratores agros latos ac fertiles desererent, totásque arationes derelinquerent. Nec verò aratores domini erant, nec domini censebantur: eósque à dominis Cic. in Verr. perspicuè distinguit, sic scribens, Tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum. Non me latet tamen Aratoris vocem latius etiam patere: sed & Aratorem agri vectigalis interdum Dominum vocari.
Arabilis, & hoc arabile, pen.corr. Verbale {ἀρώσιμος} Quod arari potest. Plin.lib.17.cap.5, Contrà, in Byzacio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum siccus est, arabilem tauris.
Aratro, aratras, penult.prod. {ἀροτριάζομαι} arattare, Quasi arando iterare: quod est, segetes iam natas rursus arando proscindere. Plin. lib.18 cap.20, At illæ messes duplicatæ docuere quod nunc vocant artrare, id est aratrare (vt credo) tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, quum iam is bina ternáve emiserit folia.
Aratrum, huius aratri, penult. prod. {ἄροτρον} Instrumentum quo aratur. Virgil.7.Æneidos,
-& terram centum vertebat aratris. Cic.5.Verr. Quibus aratrū saltem aliquod satelles istius Apronius reliquum fecit.
Aratrum inducere moris fuit Romanis, cùm vrbem aliquam euertissent, vt eam funditus delerent. Modest.in l.21.D. Quib. mod. vsusfr. amittat.
Aduncum aratrum. Ouid.2.Metam.
Assiduo satiatus aratro agricola. Tibull.2.eleg.1.
Curuum. Virg.1.Georg.& lib.2.
Depressum. Virg.1.Georg. Ouid.15.Metam.
Durum. Horat.1. Serm.sat 1.
Circunducere aratrum. Cic.2.Philipp. Vt vexillum videres, & aratrum circunduceres, cuius quidem vomere portam Capuæ penè perstrinxisti, vt, &c.
Emeritum palo suspendere aratrum. Ouid.1.Fast.
Graue. Horat.in Arte Poetica,1.
Incuruo aratro terram moliri. Virgil.1.Georg.
Inflexum. Virg.1.Georg.
Patiens. Id est, Durum, & quod labores assiduos ferre possit. Ouid. 1.Amor.eleg.15.
Ruricola aratrum. Ouid.4. Tristium, eleg.5.
Vertentia glębas aratra. Ouid.5.Metam.
Vncum. Virg.1.Georg. Vncique puer monstrator aratri.
¶Ab aratro arcessebantur qui Consules fierent. Cicero pro Ros. Amerino.
Aratra defixa in medio opere relinquere. Virg.3.Georg.
Detrectat aratra taurus. Proper.2.eleg.3.
Extrahere aratrum. Cic.3.de Nat.deor. de bobus, Tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.
Imprimere aratrum muris dicitur hostis. Hort.1.Carm.ode 16.
Incumbere aratris. Virg.1.Georg.
Terram moliri aratro. Virg.1.Georg.
Pressis terram proscindere aratris. Lucret.lib.5.
Scindere terram aratro. Sil.lib.15.
Rustica paulatim taurus aratra subit. Ouid.2.de Arte aman.
AROMA, pen. corr. {ἄρωμα} Lydiæ siue Mæoniæ oppidum est, cuius meminit Strabo lib.14.
Aromata {ἀρώματα} in plurali (nam arôma non dicitur) quarundam herbarum fructus, odoris & saporis admodum grati, quibus vtimur vel ad excalfaciendum ventriculum, vel ad appetentiam prouocandam, vt sunt zinziber, piper, saccharum, & huiuscemodi, quas vulgus *Species* vocat. Columel. lib.12.cap. 20, Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contusa & cribrata paulatim insperges, & iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eousque dum defrigescit. Quòd si nō ita vt præcipimus, permiscueris, subsident aromata. & adurentur.
Aromatarius {ἀρωματοπώλης} Qui arômata vendit. Budæus.
Aromaticus, pen. corr. adiectiuum {ἀρωματικός} Quod odorem aromatum habet. Plin.lib.14.cap.13, Ideo quidem aromaticis delectatos maximè credunt.
Aromatites, aromatitæ, penult.prod.m.g. {ἀρωματίτης} Gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta quòd myrrhæ odorem habeat. Plin.lib.37. cap.10.
Aromatites vinum cùm dicitur, masculinum figuratè neutro generi iungitur, vinúmque significat factitium, cinnamomo & saccharo conditum. Plin.lib.14 cap.16.
Aron, vel aros, ari {ἄρον} Bulbi genus, vulgò per totam Hetruriam vocatur *Gigaro*. ex cuius radice mulieres aquam faciunt, ad faciem illustrandam. Plin.lib.19.cap.5. de Aro loquitur.
Aron, Spinagium syluestre appellatur à folij similitudine: vulgò corruptè *iaron* vocant. Pedem vituli etiam Pharmacopolæ appellant. Quin & à flore genitali canino simili, quidam Genitale caninum vocauerunt.

A R P

ARPANDES {ἀρπάνδης} Fuit Ægypti pro Cambyse præfectus, qui postea à Dario interfectus est. Author Herodot.lib.3.
ARPI, orum {ἄρποι} Vrbs Apuliæ, à Diomede condita, quæ primò Argyrohippium, deinde Argyripa, porrò nunc Arpi vocata est. Strabo lib.6.
ARPINVM, pen.prod. {ἄρπινον} Oppidum Volscorum in Latio, quod M. Ciceronis & C.Marij natalibus gloriatur: ex quo Arpinates hodie ob honorem tanti municipis tres literas, M. T. C. pro signo publico conscribunt.
Arpinas, Arpinatis, pen.prod. adiectiuum {ἀρπινάτης} Cic. de Lege Agraria, Meus paternus auitúsque fundus Arpinas.

A R Q

Arquatus, pen.prod. {ἰκτερικός} adiectiuum, dicitur quicquid speciem arcus gerit. Ouid.11. Metamorphoseos.
Dixit & arquato cælum curuamine signans.
¶Arquatus, morbus est, quem regium nominant: sic dictus à colore cælestis arcus, quem poetæ irin vocant. Nam antiqui per qu arquus scribebant, quod nos per c, arcus. Celsus lib.3.cap.14, Æquè notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plin. lib.22.cap.24, Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulso. Regius autem dicitur, vt ait Ouidius,
Molliter excelsa quoniam curetur in aula.
¶Arquati (inquit Nonius) quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Varro Eudæmonibus, Nam vt arquatis & veternosis quæ lutea non sunt, æquè vt lutea videntur: sic insanis sani, & furiosis videntur esse insani. Hactenus Nonius. Plin.lib.27.cap. 12, Radicum decoctum potum, sanat arquatos.
Arquites {τοξόται} Arcu præliantes, qui nunc dicūtur Sagittarij. Festus.
Arquus, arqui. Vide ARCVS.

A R R

Arrectarius. Vide ARRIGO.
Arrhenogona {ἀρρενόγονα} Medicamenta sunt ad mares concipiendos, sicut Thelygona ad fœminas, conducentia. Budæus.
Arrepo. Vide ADREPO.
Arrepto, arreptas {προσέρπω} arreptare, Idem quod Adrepo. Plin.li.35. cap.10, Et item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.
Arreptitius {ἐνεργούμενος} Qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius dicitur. Veteres Arreptitium dicebant Laruatum, quasi à laruis arreptum. Perottus.
ARRHA {ἄῤῥα} Oppidum Arabiæ felicis, apud Ptolemæum.
Arrha, arrhæ {ἀῤῥαβὼν} Est, quod pretij numerādi quasi pignus datur. Arrhæ autem institutæ videntur in auctionibus, cùm æris aliquantulum daretur, quòd plaustra grauis æris eò vehi incommodum fuisset. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ, ait Imp.tit. De empt. & vend. Ex Hotom. Plin.lib.33.cap.1, At sponsiones etiamnum annulo exiliente, ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior: vt planè affirmare possimus, nummos antè apud nos cœpisse, mox annulos.
Arrhabo, penult.corr. arrhabônis, masc.gen.pen.prod. Idem quod arrha. Verbum est Græcum ἀῤῥαβὼν, quo tanquam Latino Plautus & Terentius vtuntur. Plaut.Rud.2,
Minis triginta sibi puellam destinat,
Dátque arrhabonem, & iureiurando alligat. Idem in Milite,
Hunc arrhabonem amoris à me accipe. Hæc dictio videtur potius esse Hebræa, quàm Græca. Hebræi enim ערבון *Arabon*, dicunt Pignus, à verbo ערב *Arab*. Id est, Oppignerauit.
¶Arrhabo, pro Obsidibus. Gell.lib.17.cap.2, M. Cato in L. Veturium, Quum tantus (inquit) arrhabo penes Samnites pop. Romani esset: Arrhabonem dixit, DC obsides: & id maluit quàm pignus dicere: quoniam vis huius vocabuli in ea sententia grauior acriórque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus: ac multò rectius videtur arrha: quanquam arrham quoque veteres sæpe dixerint.
¶Arrhabo, pro pignore. Terent.Heaut.3.3,
Et relicta huic arrhaboni est pro illo argento.
Arrhenicum, siue Arrhenice {ἀρρενικὸν} quid significet docet Galen. lib.de Simpl. medic. facul. Arrhenicum (inquit) facultatis est causticæ, siue vrentis, ídque tam combustum quàm vstionis expers, &c.
ARRIA, Romana fuit mulier, licet alij Patauinam faciant, quæ damnato Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educēs, ipsi

Pæto quærenti dedit,vt idem faceret. Martialis,
Casta suo gladium cùm traderet Arria Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis.

ARRIANVS { ἀῤῥιανὸς } Poeta,cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuisse Trāquillus scribit. Eius autem opera Suidas commemorat, Metaphrasin Georgicorum Virgilij:Alexādriada, poema videlicet de rebus gestis Alexandri Macedoniç,libris 24.& alia multa opera. ¶ Arrianus item alius è Nicomedia historicus,Xenophon minor cognominatus:sicut ille de Cyro, ita hic de Epicteto philosopho eiúsque dissertationibus opus edidit tribus voluminibus. Scripsit quoque historiam Alexandri Magni octo libris. Vtrunque opus habetur in bibliotheca Vaticana.Emicuit Romæ sub Adriano & M. Antonio principibus, à quibus ob literas honoribus vsque cōsularibus euectus est.Author Heliconius ex Volaterr.

Arrideo,arrides,penult.prod.arrisi,arrisum,penul.prod. { προσγελάω } arridere, Ex ad,& rideo, significat Applaudere,& lætitiam animi ridendo ostendere. Ouidius,
Arrisit paries aduenientte dea. Terent.Eunuch.2.2,
-hisce ego non paro me vt rideant,
Sed iis vltrò arrideo. Vbi Donatus,Quid est, iis arrideo? Aut velim parco,id est,obsequor,aut veluti dictis delector.
Arridere ridentibus.Id est,Simul ridere.Horat.in Arte poetica.
Leniter arridere. Cic.de somnio Scipionis,Leniter arridēs Scipio, Quæso (inquit) ne me e somno excitetis,& pax sit rebus.
¶ Arridere res dicitur,quę placet.Cic.Att.lib.13,Inhibere illud tuū quod valde mihi arriserat,vehementer displicet.
Arrideri & Derideri,contraria.Cicer.de Opt gen.Orat.Quoniam nonnullorum sermo iam increbuit,partim scriptos Atticè dicere,partim neminem nostrûm dicere:alteros negligamus, satis enim his res ipsa respondet , quum aut non adhibeantur ad causas , aut adhibiti derideantur:nam si arrideantur,esset idipsum Atticorum.

Arrisor,oris, penult.prod. Verbale, Qui alicui subridet,aut arridet.Seneca epist.27.

Arrigo,arrigis, penult.corr. arrexi, arrectum { ἐγείρω,ὀρθόω } arrigere, Ex ad,& rego compositum,significat erigere. Virg.10.Æn. Comásq; arrexit.
Arrigere aliquem, siue alicuius animum, per metaphoram. Sallustius, Eos non paulùm oratione sua Marius arrexerat. Id est, erexerat,excitauerat.
¶ Arrigere aures.Terentius And.5.4. Arrige aures Pamphile.Vbi Donatus,Arrige aures, Translatio à pecudibus,quibus verbis intendit accipiendam esse vocem. Virgilius 1. Æneidos, Arrectísque auribus astant.
Arrigere aures alicui sermone aliquo. Plaut.Rud.30.

Arrectus,Participium { ἐγερθείς } Virgilius 4.Æneid.Arrectæque horrore comæ.
Arrecta hasta.Virgil.4.Æneid.
Arrectum pectus.Virg.11.Æneid.
In dignos arrectus vterque.Virg.5.Æneid.
Lumina arrecta.Virgil.2.Æneid.
Arrectæ mentes,stupefactáque corda. Virg.5.Æneid.
Laudum arrecta cupido.Virg.5.Æneid.
Arrecti animum dictis.Virgil.1.Æneid.
Animus ad bellandum.Liu.8.ab Vrbe.
¶ Arrectior,comparatiuum.Liu.1.bel.Pun.Vt pleraque Alpium ab Italia,sicut breuiora,ita arrectiora sunt.

Arrectarius, adiectiuum à participio arrectus { ὀρθός } Quod est arrectum.vt, Asser arrectarius in cratitio pariete,qui arrectus est : sicut transuersarius,qui in transuersum ponitur. Vitru.lib.2. cap.8, Etiam qui sunt in tectoriis operibus , rimas in iis faciunt arrectariorum & transuersariorum dispositione. Vide Cratitius in CRATIS.

Arripio,arripis,penult.corr.arripui , arreptum { ἁρπάζω } arripere,Cum impetu quodam & violentia accipere. Cic. in Pisonem, Familias arripuerunt , pecus abegerunt. Terent.Adelph.2.1,Iam intrò arripere.
Ex circulo aliquem arripere.Cicero 1.de Orat. Si quencunque patremfamiliàs arripuissetis , ex aliquo circulo , eadem vobis percontantibus respondisset.
Arripit dolor.Cic.2.de Finibus,Nisi fortè eum dolorem dicis, qui simul atque arripuit,interfecit.
Arripit animus. Cic.1.de Diuin. Duo genera diuinandi esse dicebas:vnum artificiosum,alterum naturale.Naturale,quod animus arriperet,aut exciperet ex diuinitate.
Arripere ad vel in quæstionem.Cic.pro Milone,Subitò arrepti in quæstionem,tamen separantur. Idem pro Cluent. Eo tempore ipse ad quæstionem arreptus est.
¶ Arripere terram velis,Inuadere.Virg.3.Æneid.Seruius.
¶ Arripere, Raptum tenere.Virg.11.Æneid.
¶ Arripere aliquid ad reprehendendum. Cic.2.de Nat.deor. Illud verò quod vterque vestrum fortasse arripiet ad reprehendendum.
¶ Causam ad incendia,cædes &c.Cic.pro Domo sua, Hunc istum otij & pacis hostem causam arrepturum fuisse ad incendia , cædes, rapinas,nolo Pontifices,suspicemini,nisi videritis.
Causam & tempus.Cicero Luccio,lib.5.12, Sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare dum ad locum venias : at statim causam illam totam & tempus arripere.
Occasionem.Liu.5.bel.Maced.
Opem ad rem aliquam.Plaut.Mil.5.
Facultatem lædendi.Cic.pro Flacco,Mirandum verò est homines eos libenter arripere facultatem lædendi,quæcunque detur.
¶ Cognomen sibi arripere ex aliorum imaginibus. Cic. pro Sext. Ex nouem Tribunis , quos tunc habueram, vnus me absente desluxit qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit , quo magis nationis eius esse,quam generis videretur.
¶ Maledictum ex triuio.Cic.pro Muræna,Quare quum ista sis authoritate,non debes M. Cato, arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio,neque temere Consulē pop. Rom. saltatorē vocare. Id est,vti verbis maledicis quæ vulgò in triuiis dicūtur.
Verba de foro. Cic.3.de Fin. Ars est enim philosophia vitæ:de qua disserens,arripere verba de foro non potest. Id est, vti verbis quibus in foro contenditur.
¶ Similitudinem alicuius,pro Studere illi similem esse.Cic.1.Tusc. de Fabriciis, Scipionibus, & similibus loquens, Quorum similitudinem aliquam qui arripuerit,non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiēs,fidenti animo(si ita res fert)gradietur ad mortem.
¶ Sermonem.Cic.Att.lib.7.Vide ABVTOR.
Arripere quod alter summonuit.Terent.Eunuch.3.5,
-submonuit me Parmeno Ibi seruus:quod ego arripui.
Aliquid ex responsione alterius. Cicer.3.de Finib. Aliquid,vt ego suspicor,ex mea breui responsione arripere cupienti non respondebo ad singula.
¶ Sese foras.Plaut.Curcul.13.
Medium arripere aliquem.Vide MEDIVS.
¶ Arripere celeriter,& Tardè percipere,contraria.Cic.pro Roscio Comœdo , Iam quo quisque est solertior & ingeniosior , hoc docet iracundius & laboriosius.quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tardè percipi videt,discruciatur.
Ex natura aliquid arripere. Cic. in Orat. Est hæc non scripta, sed nata lex:quam non didicimus,accepimus,legimus:verùm ex natura ipsa arripuimus,hausimus,expressimus.
Auidè arripere literas. Cic.de Senect. Græcas literas senex didici: quas quidem sic auidè arripui , quasi diuturnā sitim explere cupiens.

Arrisor, Vide ARRIDEO.

ARRIVS,penult.corr. { ἄῤῥιος } familiaris fuit Ciceronis, cuius epulum lautissimum commemorat Cicero ipse in Vatinium. Horat.quoque lib.2.Serm.sat.3,Atque epulum (arbitrio) arbitrio Arri. ¶ Fuit & Arrius philosophus Alexandrinus,qui Augusto venienti Alexandriam, post victoriam Actiacam se obtulit:tantóque in honore fuit apud eum,vt Augustus ipse palàm sit fassus Alexādrinos tribus de causis ab se conseruatos esse:ob Alexandri primùm memoriam,deinde ob vrbis pulchritudinem:postremò propter Arrium philosophum. Author Plutarchus in Antonio. ¶ Arrius item Alexandrinus Arrianæ sectæ author,vt scribit Ruffinus lib.10.

Arrodo,arrodis,penult.prod.arrosi,arrosum,penult.prod. { περιτρώγω } arrodere,Idem quod rodere , vel circunrodere significat. Plin. lib. 11. cap. 30, Semina arrosa condunt formicæ , ne rursus in fruges exeant è terra.
¶ Arrodere Rempublicam,per translationem.Cic.pro Sext.Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit,vt illa ex vepreculis extracta nitedula Remp.conaretur arrodere.

Arrosor,penult prod.arrosoris,Verbale.Seneca epist.27,Suasit illi Satellinus Quadratus, stultorum diuitum arrosor,& (quod sequitur)arrisor,& (quod duobus his adiunctum est) derisor,vt Grammaticos haberet analectas.

Arrogo,arrogas,penult.corr.arrogaui { προσποιέομαι,ὑποποιέομαι,ἀλαζονεύομαι } arrogare, ex Ad & Rogo compositum , significat Aliquid temere sibi tribuere. Cic. de Claris Orat.Est enim & minimè inepti hominis, & eiusdem etiam faceti,quū de sapientia disceptetur,hanc sibi ipsum detrahere,eis tribuere illudentem,qui eam sibi arrogant.
Arrogare,& Derogare,contraria.Cic.pro Sext.Roscio.
Arrogare sibi nomen insolentissimum.Quintil.in procem.lib.1.
Sumere & arrogare sibi.Cic.pro Plancio.
Tribuere alteri & sibi arrogare aliquid.Cic.ad Sulpitium lib.4.
Arrogauit tibi fortuna laudem.Horat.Carm.ode 14.
Artem sibi arrogare.Horat.2.Serm.sat.4.
Nihil non arrogat armis.Horat.in Arte poetica.
¶ Arrogare pretium rei.Horat.2.Epist.1.
¶ Arrogare { εἰσποιεῖσθαι } In filium ac familiā sibi asciscere. A quo Arrogatio,de qua sic Gell.lib.5.cap.19,Quum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei sumuntur:aut per Prætorem fit,aut per populum.Quod per Prætorem fit,adoptatio dicitur:quod per populum,arrogatio.Adoptantur autem,quum à parente,in cuius potestate sunt,tertia mancipatione in iure ceduntur:atque ab eo qui adoptat,apud eum apud quem legis actio est,vindicantur. Arrogantur ij qui quum sui iuris sint , in alienam sese potestatem tradunt , eiúsque rei ipsi authores fiunt. Et paulo pòst,Arrogatio autē dicta,quia genus hoc in alienam familiā transitus, per populi rogationem fit,&c.
¶ Arrogare Dictatorē Consuli.Liu.7.ab Vrbe. Hinc quoque dicitur Arrogator , is qui arrogat & in filij locum adsciscit. l. His verbis.D.de adoption.

Arrogans { ἀλαζών } Participium , siue Nomen ex Participio , Qui sibi aliquid temere atque insolenter & falsò tribuit. Cęsar 3.bel.Ciuil.Ne aut ingratus in ferenda gratia:aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Cic.3.Verr. Tantum dicā, homines arrogantes hoc adiutore Q. Opimium per ludum & iocum fortunis omnibus euertisse.Alio verbo Temerarius dicitur.
Arrogans minoribus. Id est erga inferiores. Tacitus libro 11,Aduersus superiores tristi adulatione, arrogans minoribus , inter pares difficilis.
Minax & arrogans.Cic.pro M.Fonteio.
Non grata potius,quàm arrogans beneficiorum prædicatio. Cic. de Arusp.respon.

Arroganter,arrogantius,arrogantissimè,aduerbium { ἀλαζονικῶς } Cic. 2.de Orat.Si asperè,si arroganter,si turpiter,sordidè,si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.
Nec verò arroganter hoc dictum existimari velim.Cic.1.Offic.
Audite Consulem Iudices : nihil dicam arrogantius. Cicero pro Muræna.
Temere atque arroganter assentiri alicui.Cic.2.de Inuent.
Arroganter peto,si nemo impetrauit.Cic.pro Ligario.
Contumaciter & arroganter scribere.Cic.Att.lib 6.

Arrogantia { ἀλαζονεία } Verbale,Per quam temeritas atque impudentia

vanam sibi cõparat authoritatem. Cæsar 1.bel.Ciuil. Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere soleat, vti eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulo antè contempserint.

Superbia & arrogantia. Cic.1.de Inuent.
Arrogantiæ crimen extimescere. Cic.in Orat.
Arrogantiæ opinione laborare. Quintil.lib.4.cap.1.
Sermo plenus arrogantiæ. Cic.pro Muræna.
Grauis atque intolerabilis arrogantia. Cic.pro Cluent.
Exuere arrogantiam & auaritiam. Tacit.in vita Agricolæ.
Minuere arrogantiã. Cic.ad Qu.frat.lib.3.22, Et illud γνῶθι σαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendã solum esse dictum, verùm vt bona nostra norimus.

Arrosor, Vide ARRODO.

Arrhostemia, penultima producta {ἀῤῥώστημα} arrhostematis, Latinè vertitur à Cicerone ægrotatio, 4.Tuscul.35, Deinde ægrotationes, quæ appellantur à Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositæ contrariæ offensiones.

ARRVCI {ἄῤῥυκι} Bæticæ oppidũ, in conuentu Hispalensi. Plin.lib.3.cap.1.

Arrugia, arrugiæ, penult.corr. {ἀῤῥυγία} Cuniculus subterraneus quo extrahitur aurum. Plin.lib.33.ca.4, Cuniculis per magna spatia actis, cauantur montes ad lucernarum lumina. Eadem mensura vigiliarum est, multisque mensibus non cernitur dies. arrugias id genus vocant. Et ibidem it, Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ.

A R S

Ars, artis, fœm.gen. {τέχνη.} Cic.4.Acad. Ars verò quæ potest esse, nisi quæ non ex vna, aut ex duabus, sed ex multis animi perceptionibus constat? Idem 1.de Orat. Menedemus artem negabat esse vllam, nisi quæ cognitis, penitúsque perspectis, & in vnum exitum spectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur. Terent.And.1.1, -quid est Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? S I. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro. Artis quoque cuiusdam est, æqualiter spargere, Plin.lib.18.cap.24.

Ratio, siue ars. Cic.lib.2.de Orat. Ad inueniẽdum in dicendo hæc tria sint, acumen, deinde ratio, quam licet (si volumus) appellemus artem, tertium diligentia.

Ars dux certior quàm natura. Cic.4.de Finib.

¶ Ars {inquit Seruius} τέχνη dicitur est. Vnde sine epitheto malè ponitur: vt bonas artes, malásque artes dicamus. Virg.1.Æneidos,
At Cytherea nouas artes, noua pectore versat Consilia.

Ars ordinata præceptis. Id est, redacta in præcepta. Liu.

¶ Ars, Fraus, dolus. Virgilius 2. Æneidos, -ille dolis instructus, & arte Pelasga. Terentius, Nempe tua arte viginti minæ pro psaltria periere.

Ars parasitica. Plaut.Capt.8.
Nugatoria. Plaut.Trinum.13.
Dolosæ. Ouid.15.Metam.
Ambitiosa, Vide AMBITIO.
Audax, quæ animum audacem postulat. Ouid.2.de Arte aman.

¶ Opus artis, quod artem & industriam requirit. Ouid. 2. de Arte amandi,
Nec minor est virtus, quàm quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Armorum ars. Quintil.lib.2.cap.7.
Vestibulum artis ingredi. Vide VESTIBVLVM.

¶ Clarus arte medicinæ. Quintil.lib.3.cap.6.

Humili arte præditus. Cic.pro Archia, Etenim quũ mediocribus multis, & aut nulla, aut humili aliqua arte præditis, gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur, &c. id huic summa ingenij prædito gloria noluisse?

Laboratæ vestes arte. Virg.1.Æneid.
-nulla reparabilis arte, Læsa pudicitia est, deperit illa semel. Ouidius epist.5.

¶ Prudens. Ouid.epist.5.
Bonæ. Vide BONVS.

Ciuiles ac forenses. Cic.in Brut. Quũ duę ciuiles artes ac forenses plurimum & laudis haberent, & gratiæ. Iuris scientiam & Eloquentiam intelligit.

Grauissimæ. Cic.2.de Finib. Vide paulo pòst, INSTRVCTVS, &c.
Ieiuna. Quintil.lib.1.cap.4.
Ignorata. Horat.in Arte poetica.
Imperatoria. Quintil.lib.2.cap.17.
Indotata, In INDOTATVS.
Iners ars. Inutilis. Ouid.3.de Arte amandi.
Inopi miserabilis arte. Iuuenal.sat.12.
Ingenuæ. Cic.ad Sulpit.lib.4 3. & Ouid.3.Fast.
Ingenuis artibus instructus. Vide INSTRVO.
Liberales In LIBER, liberi.
Ludicra. In LVDVS.
Magica. Virg.4.Æneid. Et apud.Ouid.7.Metam.
Artes magistræ. Ouid epist.21.17.
Magna & gloriosa. Cic.in Orat.
Opus magnæ artis, magno factum artificio. Ouid.13.Metam.
Malæ artes. Martial.lib.5.Epigram.
Medentium ars, Medicina. Stat.5.Sylu.1.
Medicæ. Ouid.epist.5.
Mediæ artes quæ dicantur. In MEDIVS.
Mediocris. In MEDIOCRIS.
Monstrificæ. Valer.6.Argonaut.periphrasis magiæ.
Mutæ. In MVTVS.
-nouas artes, noua pectore versat Consilia. Virg.1.Æneid.
Nudæ. Quintil.in Procem.lib.1.
Operosa. Vide OPEROSVS. Stat.lib.5.Sylu.1.
Præcipuæ artis opus. Ouid.1.de Arte amandi.
Oratoria. Quintil.lib.3.cap.1.
Palæstrica. Quintil.lib.2.cap.21.
Pecuniosa. In PECVNIOSVS.
Pulcherrima. Quintil.lib.1.cap.10.
Raras dotata per artes. Ouid.2.Amorum, eleg.4.
Secretæ, Magicæ dicuntur. Ouid.7.Metam.
Sopitæ, Claud 8.Paneg.
Sordida. Vide paulo post, Versari in sordida arte.
Summa. Quintil lib.2.cap.19.
Tacita. Vide paulo pòst, Tacita arte nocere dolis.
Tenuis ars. Quintil.lib.1.cap.4.
Vulgatæ. Horat.4.Carm.ode 9.

¶ Accingi ad artes magicas. In ACCINGO.
Accipere artes à magistris. Vide ACCIPIO. Ouid.9.Metam.
Artes addocet ebrietas. Horat.1.Epist.5.
Adhibere artem. In ADHIBEO.
Plus artis adijcere. Id est, doctiorem reddere. Horat.2.epist.2.
Adipisci aliquid studiis & artibus. Cic.ad Q.frat.lib.1.1.
Sic has deus adiuuet artes. Ouid.8 Metam.
Admiscere artem pretio, & metallum per se pretiosum artificio & cælatura pretiosius reddere. Claud.de Nupt.Honorij & Mariæ.
Aduocare artem. In ADVOCO.
Assumere. In ASSVMO.
Artibus aliquid attribuere. Cic.4.de Finib. Omnibus artibus volumus attributam esse eam, quæ cõmunis appellatur prudẽtia, quam omnes qui cuiquam artificio præsunt, debent habere.
Bibere arte. Ouid.2.de Arte amandi.
Artes bibunt succum ingenij. Quintil.in Procem.1.lib.18.
Canere arte. Ouid.2.de Arte amandi.
Combibere artes. In COMBIBO.
Commendare se arte. Horat.2.epist.1. Id est, ostentare se ob artem.
Concedere alicui artem. In CONCEDO.
Arte confidere. Cic.5.Tuscul.
Conticescunt artes. In CONTICESCO.
Continentur inter se artes. In CONTINEO.
Consummata ars. In CONSVMMO.
Artibus liberales disciplinæ continentur. Cic.3.de Orat.
Molli arte feros animos contudit. Ouid.1.de Arte amandi.
Decipere aliqua arte. Ouid.epist.12.
Artem desinere In DESINO.
Despicere artes. Claud.2.de Rapt.Proserp.in Præfat.
Destitui ab arte sua. Ouid.epist.5.
Animum in artes ignotas dimittere. Ouid.8. Metam.de Dædalo.
Disce bonas artes. Ouid.1.de Arte amandi.
Diuerti ad artes. Ouid.9 Metam.
Paternas artes ediscere. Ouid.2.Metam.
Efficere artem, idem quod Redigere ad artem. Cic.1.de Orat.
Artes efficiuntur ex cognitionibus & comprehensionibus rerum. Cic.3.de Finib.
Artem efficere ex obseruatione. Quintil.lib.3 cap.2.
Excolere vitam per artes. Virgil.4.Æneid.
Excudere artes. Vide EXCVDO.
Excutere, Idem quod extundere. Ouid.1. de Arte amandi.
Exercere. Horat.1.epist.14.
Exercere ludicram. Quintil.lib.3.cap.6.
Medicas artes exercere. Ouid.2.Metam.
Pieriis artibus exercere arma, Est bellicis rebus humanitatis studia coniungere. Claud.in Præfat.Paneg.
Ars ea extitit illi. Cicer.pro Archia, Alexander quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris! Et verè, nam nisi illi ars extitisset illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset.
Extundere. Virg.1.Georg.
Facere arte. Virg.9 Æneid.
Artem factitare. Cic. in Orat. Me autem siue peruagatissimus ille versus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, dissimulare non sinit quin delectet.
Habere artium scientiam. Cicer.ad Marium lib.7.3, Vacare culpa magnum est solatium, præsertim quum habeam duas res quibus me sustentẽ, optimarum artiũ scientiam, & maximarum rerum gloriam.
Inficere artibus. In INFICIO.
Artem instituere, & Artem efficere. Cic.1.de Orat. Nihil est quod ad artem redigi possit, nisi ille prius qui illa tenet, quorum artem instituere vult, habeat illam scientiam, vt ex iis rebus quarum ars nondum sit, artem efficere possit.
Instruere aliquem arte. Ouid.epist.15.
Instructus & ornat' plurimis & grauissimis artibus. In INSTRVO.
Latere ars dicitur, quum artificis opus non fictum, sed ab ipsa natura expressum videtur. Ouid.10.Metam.
Latet ars, & Ars deprehenditur, contraria. Ouid.2.de Arte aman.
Si latet ars, prodest: affert deprensa pudorem.
Ludere aliquem arte, Decipere. Ouid.epist.16.
Arte madere. Lucret.lib.4,
Scilicet arte madent simulacra, & docta vagantur. Sic enim legendum: non vt in editionibus, Arte valent. Vt enim Arte imbui dicimus, sic & Arte madere honesta eadémque translatione Romanos veteres dixisse defendimus. Hæc Turnebus.
Tacita arte nocere dolis. Ouid.1.Amorum, eleg.2.
Obterere. In OBTERO.
Obtinere. In OBTINEO.
Omittere, Renunciare arti. Horat.2.Serm.sat.5.
Ornari artibus. Vide ORNO.
Peperit artem notatio naturæ & animaduersio. Cic.in Orat.
Artem percipere. Cicer.ad Trebat.lib.7.20, Sin tibi quædam videbuntur obscuriora, cogitare debebis, nullam artem literis sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse.

Multa

Multa arte insignem reddere aliquem. Virg. 5. Æneid.
Redigere ad artem, & Efficere artem, Idem. Cic. 1. de Orat.
Remouere, Negare artem esse. Vide REMOVEO.
Artem reponere. Id est vsum artis. Virgil. 5. Æneid. Hîc victor cæstus, artémque repono. Vbi Seruius, Et arma deposuit, & arti renuntiauit. Id est, catalysin fecit.
Requirere Cic. 2. de Orat. Artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur.
Reuocare ad artem & ad præcepta. Cicer. 2. de Orat. Non omnia quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta esse reuocanda.
Tendere ad artes assuetas. Ouid. 1. de Remed. amoris.
Tradere artem. Cic. 2. de Orat. Vidésne Diogenem fuisse qui diceret, artem se tradere bene disserendi, & vera ac falsa diiudicádi, quam verbo Græco διαλεκτικὴν appellaret?
Tradere artes alicui, Docere. Ouid. epist. 5.
Artes valere. Quintil. in procem. Illud tamen in primis testãdum, nihil præcepta atque artes valere, nisi adiuuante natura.
Vacare artibus ingenuis. Ouid. 3. Fast.
Versari in sordida arte, id est exercere. Cic. 1. Offic. Sordidi etiã putantur qui mercãtur à mercatoribus quod statim vẽdant. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiãtur. Nec verò est quicquam turpius vanitate: opificésque omnes in sordida arte versantur.
Versantur artes in aliqua scientia. Cic. 5. de Finibus, Omnium artium rectè dici potest, commune esse vt in aliqua scientia versentur, scientiam autem suam cuiusque artis esse.
Ars victa malo. Cels. lib. 5. cap. 26.
Vtendum artibus. Opus est arte ad hanc rem. Senec. in Hippolyt. 4. Intelligit hoc loco artes magicas.

Artifex, artificis, penult. corr. {τεχνίτης, δημιουργὸς} Qui quãvẽ artem aliquam exercet. Quintil. lib. 2. cap. 14, Artifex est qui percipit artem. Festus, Artifices dicti, quòd sciétiam suam per artus exercent: siue quòd aptè opera inter se artent: qua ex causa etiam artes appellatæ sunt. Hactenus ille.
O artificem probum! Terẽt. Phorm. 2. 1. Vbi Donatus, Ironia. nam non est artifex, cuius deprehenditur iocus.
Artifex mundi, Deus. Cic. de Vniuersit.
Artifex & Inscius, contraria. Cic. 4. Acad. Quam si subtraxeris, quî distingues artificem ab inscio?
Politus scriptor atque artifex. Cic. in Orat.
Artifex alicuius negotij. Sallust. Bomilcar maturè regis mandata exequitur, & per homines talis negotij artifices, itinera, gressúsque eius, postremò loca atque tempora cuncta explorat. Artifex suadendi, Quintil. lib. 2. cap. 16.
Artifex statuarum. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Dicendi artifices & doctores, Græci. Cic. 1. de Orat.
Suauitatis artifex, consuetudo. Cic. in Orat.
Artifex ad corrumpendum iudicium. Cic. 7. Verr. Proinde siqui sunt qui in hoc reo aut potẽtes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse.
Artifex comparandæ voluptatis. Cic. 1. de Finibus. & lib. 2.
Artifex mõstrorum. Plin. lib. 28. c. 1, Tecum enim res erit, euersor iuris humani, mõnstrorúmque artifex, qui primus ea condidisti.
Sceleris infandi artifex. Id est, author sceleris. Seneca in Agamem. 13.
Scenici artifices, pro histrionibus. Cic. pro Archia.
Morbi artifex, pro Medico. Propert. 2. eleg. 1.
Manus artificum. Virg. 1. Æneid.

Artifex, adiectiuum {τεχνικὸς} Quod arte factum est, quasi artificiosum dicas. Plin. lib. 10. cap. 29, Sed ex tantæ támque artifices argutię, à xv. diebus paulatim desinunt. Sic artifex dimicatio, apud eundem lib. 8. cap. 40. Et apud Quintil. lib. 9. cap. 4, Artifex motus.

Artificium, artificij {τέχνη} Ars & scientia ipsa arte aliquid faciendi.
Artificium & scientia. Cæsar 7. bel. Gal. Neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam & scientia oppugnationis.
Simulacrum singulari opere artificióque perfectum. Cic. 6. Verr. Fuit apud Segestanos ex ære simulacrum Dianæ, tum summa atque antiquissima præditum religione, tum singulari opere artificióque perfectum.
Antiquo opere, & summo artificio facta. Cic. 6. Verr.
Componere artificium de iure ciuili. Cic. 2. de Orat.
Excogitare artificium. Cic. ad Papirium, lib. 9. 16.
Artificium hoc funditus extinctum & euersum est. Plin. Iun. lib. 2. epist. 14. ad Maximum, sub finem.
Artificio fabricare aliquid. Cic. 4. Acad.
Artificij aliquid habere. Cicer. 7. Verr. Iste quòd omnes qui artificij aliquid haburerant, aut formæ, remouerat, atque abduxerat. Id est, Vtcunque peritos & formosos.
Artificiis aliquem instruere. Vlpian. in l. Si seruos. D. de pignorat. action. Si seruos pignoratos artificiis instruxit.
Sine magno artificio. Cic. 4. Acad. Nónne videtur contra te valere, si sine magnis artificiis, ad quæ pauci accedunt, nostri quidem generis, admodum nec videre, nec audire possumus?
Obliuisci artificium. Cic. pro Sex. Roscio.
Perijt hoc artificiũ Plin. Iun. lib. 2. epist. 14. ad Maximũ, sub finem.
Præesse alicui artificio. Cic. 4. de Finibus.
Præstare artificium. Cicero pro Cluentio, Nisi fortè hæc causa est, quòd medici nihil præter artificium: Oratores etiam authoritatem præstare debent.
Sine magno artificio. Cic. 4. Academ.
Artificia tollere. Cic. 4. Academ. Quò enim spectat illud, quum artificia tolli quereris à nobis, nisi vt opifices concitentur?
Tradere. Cic. 4. Academ. Idémque etiam disputandi & intelligendi iudicium dicas te, & artificium traditurum.
Tueri. Cic. 3. de Finib. Ne opifices quidẽ tueri sua artificia possent, nisi vocabulis vterentur nobis incognitis, vsitatis sibi.

¶ Artificium, pro re quæ arte facta est. vt, Artificij cupidus Verres, apud Ciceronem 6. Verr. Vt intelligatis, in homine intelligentiam esse, non auaritiam: artificij cupidum, non argenti fuisse.
¶ Artificium dicendi. Cic. 1. de Orat. 46. & lib. 2.
Artificium accusatorium. Cic. pro Rosc. Amer. Non tu in isto artificio accusatorio callidior es, quàm hic in suo.
Intimum. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Artificio simulationis eruditus. Cic. pro Cn. Plancio, Laudanda est vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officij morẽ, non infuscata maleuolentia, nõ assueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio simulationis, vel suburbano, vel etiam vrbano.
Artificium coquorum. Quintil. lib. 2. cap. 15.
¶ Artificium, Fraus, dolus. Cic. Att. lib. 9, Quorũ artificiis effectum est vt Respub. in hunc statum perueniret.
Rem opponit artificio Seneca Epist. 112, Talis est verus, & rebus non artificiis philosophus.

Artificiosus, penult. prod. {ἔντεχνος, τεχνικὸς} Qui aliquid via quadam & arte facit. Cic. 2. de Nat. deor. Zeno igitur naturam ita definit, vt eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendũ progredientem via. Censet enim artis maximè proprium esse creare & gignere, &c.
¶ Artificiosum, Artificio plenum. Cic. 2. de Finib. Epicurus autem (vt opinor) nec non vult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, vt physici: aut artificiosa, vt mathematici, &c.
Artificiosum opus, & diuinum. Cic. 2. de Nat. deor.

Artificiose aduerbium {ἐντέχνως, τεχνικῶς} Cic. 1. de Orat. Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent. Id est, arte quadam disposita. Idem 2. de Natura deorum, Id multo artificiosius naturam efficere.
Artificiose ambulare. Cic. 3. de Nat. deor. Naturæ ista sunt, Balbe, naturæ non artificiosè ambulantis.

Artificialis, & hoc artificiale, penultima producta {τεχνικὸς} Quod arte factum est. Quintil. lib. 5. cap. 5, Aliis probationibus æquè inartificialibus soluitur.

Artificialiter, penult. corr. aduerbium {τεχνικῶς} Quintil. lib. 2. cap. 17, Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter generat, &c.

ARSACES, penult. corr. {Ἀρσάκης} Arsacidis, fuit postremus Persarum ex Parthis rex, à quo omnes Persidis reges postea Arsacidæ dicti sunt. Nam (vt ait Seruius in 6. Æneid.) omnes reges Albani ab Syluio filio Æneæ & Lauiniæ, Syluij sunt dicti: sicut Romanis Imperatores, Augusti vocantur: Ægyptij, Ptolemæi: Persæ, Arsacidæ. Hactenus Seruius. Apud Strabonem lib. 11. legitur Arsacæ. Lucan. lib. 1.

Arsacius, adiect. {Ἀρσάκιος} Mart. lib. 9. in Philomusum,
Scis quid in Arsacia Pacorus deliberet aula. Fuit autem Pacorus, Parthorum rex.

ARSACIA {Ἀρσακία} prius vocata Aropus, vrbs est in Media, sic à Parthis appellata. Author Volaterr.

ARSAGALITAE, populi ad Indum fluuium, Caucaso monti contermini. Plin. lib. 6. cap. 20.

ARSAMOTE {Ἀρσαμώτη} oppidum maioris Armeniæ, Euphrati proximum, de quo Plin. lib. 6. cap. 9.

ARSANCA {Ἀρσάγκα} vrbs Germaniæ Ptolemæo, vulgò *Cleppern*.

ARSANIAS {Ἀρσανίας} fluuius est Armeniæ, qui cum Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde diuisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij Plin. lib. 4. cap. 24.

ARSENARIA {Ἀρσεναρία} Mauritaniæ Cæsariensis colonia Ptolemæo, *Arsen* vulgò. Mela eam ascribit Numidiæ. Oliuarius dicit eam nunc vulgò vocari *Arsen*.

Arsenicum, penult. corr. {ἀρσενικὸν} Genus est coloris lutei Plin. lib. 34. cap. 18. Mattheolus Senensis ait Arsenicũ verum non fieri arte, vt quidam putãt, sed nasci in eisdem cauernis vbi oritur auripigmẽtum.

Arsenogonon {ἀρσενόγονον} Herba ferens semen testibus simile, ita dicta, quòd vino in quo macerata est epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono, fœminæ. Plin. lib. 26. cap. vlt.

Arsenotheleas {ἀρσενοθήλεας} deos antiqui esse dixerunt, vtriusque sexus participatione, quasi masculofœminos: quo nomine quædam quoque animalia ab Aristotele nominantur, semetipsa ineuntia.

ARSENUS {Ἀρσηνὸς} Lacus est in Armenia, quem etiam Thœotin vocant, nitrosus plurimùm, vnde vestes dilacerat ac rumpit, & propterea eius aqua non bibitur. Plura Strabo lib. 11.

Arseuerse, Auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua ARSE, Auerte: VERSE, Ignem constat appellari. Vnde Afranius ait, Inscribat aliquis in ostio, ARSEVERSE. Festus.

ARSIA, Hetruscorum sylua fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

ARSIAS {Ἀρσίας} Italiæ fluuius, Campaniam præterfluens, cuius latitudinem ab vno latere distermina, Varo fluuio alterum occupante. Plin. lib. 3. cap. 6.

ARSICINA {Ἀρσίκινα} vrbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Brunna, vulgò *Brump*.

ARSICORAS, Sardorum rex tempore Annibalis, vt scribit Liuius.

Arsineum, Ornamentum capitis muliebris. Festus.

ARSINOE, penultima correpta {Ἀρσινόη} fuit filia Ptolemæi Lagi filij, qui Ægyptum post Alexandrum tenuit, & fuit vxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: quæ ex viro duos peperit filios, Lysimachum scilicet & Philippum, forma & præstantia similes. Huius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater, teste Plin. lib. 5, vrbem condidit in Cyrenaica regione, quæ & similiter Arsinoe dicta est, & fluuium qui eam præterfluit, Ptolemæum vocauit. Vadianus Pomponij interpres sic ait, Arsinoe duæ sunt huius nominis, in hoc littore sinus Arabici, quibus à reginis Ægyptus data sunt nomina, Philoteris & Epicerias, à venationis studio sortita vocabula. Arsinoe Cyrenes, *Trochara* vulgò.

Arsis, huius arsis, fœminini generis {ἄρσις} Latinè dicitur eleuatio. Diomedes libro 3, Pes est poeticæ dictionis duarum amplíusve syllabarum, cum certa temporum obseruatione modus: recipiens arsin &

thesin, id est qui incipit sublatione, finitur positione. Hæc ille. Vnde & Terentianus ait,

Vna longa non valebit edere ex sese pedem,
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Breuis vtrinque fit, licebit: his feriri conuenit.
Parte nam attollit sonorem, parte reliqua deprimit.

Arsin hanc Græci vocarunt, alteram contra Thesin. Acutus igitur sonus est ἄρσις, Hoc est elatio vocis: grauis contra est θέσις, Hoc est submissio: inflexus, ex acuto & graui componitur.

ARSONIVM {Ἀρσόνιον} vrbs Germaniæ Ptolemæo. vulgò *Prinsintza*.

A R T

Artaba, æ, siue Artabe, es {ἀρτάβη} Mensura est apud Persas, capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Author Herodotus lib. 1.

ARTABANVS, penultima producta, vltimus Arsacidarum fuit, quem Artaxerxes Persa eius miles interfecit, regnúmque Persis restituit annis ab vltimo Dario qui victus fuit ab Alexandro DXXXVIII; regésque deinceps Persarum, non Parthorum dicti. ¶ Fuit & alius Artabanus, illum alterum tempore longè præcedens, Xerxis, qui ingentes illas copias in Græciam adduxit, patruus. vir summa integritate & prudentia. Vide Herodot. lib. 7.

ARTABASDES {Ἀρταβάσδης} Tigranis filius, & Armeniæ rex, cuius meminit Strabo lib. 11.

ARTABAZVS {Ἀρτάβαζος} Armeniæ rex, filius Mithridatis: quanquam barbarus, planè doctissimus fuisse scribitur, Appiano in Parthico, & Plutarcho in Crasso. Is quandiu mansit in amicitia populi Romani, tandiu fortunatus fuit. postquam autem Antonium in Parthico bello Parthis prodidisset, perfidiæ pœnas dedit. Nam vinctus ab eo Alexandriam ductus, & contumeliosè per vrbem circumlatus, ac primùm custodiæ traditus, deinde interemptus est. Hæc Strabo libro 11. ad finem. ¶ Fuit & alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter aduersus Græcos gesta, cum paucis suorum effugit. De hoc Herod. lib. 9. Alij Artabazen vocant.

ARTABICIA {Ἀρταβικία} Inter insulas Propontidis Stephano numeratur Artabicia, Balcea, Harpagia, ἀπὸ τῆς ἁρπαγῆς, vnde raptus Ganymedes. Ex Volaterr.

ARTABRI, penultima correpta {Ἄρταβροι} populi Hispaniæ: & Artabrum eius loci promontorium, apud Plinium libro 2. cap. 108. & lib. 4. cap. 21.

ARTACAEON {Ἀρτάκαιον} Insula est in Propontide: cum oppido eiusdem nominis. Plin. lib. 5. cap 32.

ARTACANA {Ἀρτάκανα} Oppidum est Ariæ regionis, à conditore sic dicta. Hæc autem tota regio optimi vini ferax est, quod in vasis non picatis, ad generationes tres perdurat. Strabo lib. 11.

ARTACE {Ἀρτάκη} Vrbs, Milesiorum colonia in Asia. Hic locus in Cyzicenorum insula situs aduersus Priapum consurgit. Author Strabo libro 13. ¶ Est & Artace castellum Bithyniæ authore Ptolemæo: vulgò hodie *Carpi*.

ARTACENA, regio est Syriæ, vt scribit Strabo lib. 16.

ARTACHAEAS, fuit dux in exercitu Xerxis, teste Herodoto lib. 7.

ARTAGERAS, proprium Syri hominis apud Strabonem in descriptione Syriæ.

ARTANES Sophenus rex Armeniæ qui Australes partes habuit, eas maximè quæ vergunt ad Occidentem. Hic à Tigrane deletus est. Author Strabo lib. 11. ¶ Est & Artanes fluuius in istrum defluens, teste Herodoto lib. 4.

ARTAPHERNES, fuit vnus è ducibus Darij, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit, vt scribit Herodotus libro historiarum 7.

ARTAVNVM {Ἄρταυνον} vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie *Herbipolis*: vulgò *Vuirtzburg*.

ARTAXATA, Artaxatorũ, n. g. plur. num. metropolis Armeniæ, sic ab Artaxia rege dicta Strabo lib. 11.

ARTAXERXES {Ἀρταξέρξης} (alij scribunt Artoxerxes) filius Xerxis, rex Persarum, qui ex pellicibus habuit filios CXV. & ex iusto matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariarathen: quorum Darius à patre rex factus, contra patrem leui de causa cum quinquaginta fratribus coniurauit. Qui omnes cum vxoribus & filiis à rege sunt occisi. Author Iustinus post Trogum. & Plut. in Artaxerxe.

ARTAXIA {Ἀρταξίας} Rex Armeniæ, à quo ducebat originem Tigranes. Strabo lib. 11.

ARTAYCTES {Ἀρταΰκτης} Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui cùm multa nefariè in Græcos perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus, viuus palo suffixus est. Herodot. lib. 7.

ARTEATAE {Ἀρτεᾶται} Gens fuit Persica, ita dicta ab Artea Persidis regione. de qua Stephan. & Herodot. lib. 1.

ARTEMBARES {Ἀρτεμβάρης} Vir imprimis clarus inter Medos, cuius filius cum à Cyro adhuc puero, & incognito iniuria affectus esset, Artembares eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit vt regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herodot. lib. 1.

ARTEMIA, æ {Ἀρτεμία} Inter Echinadas insulas fuerat antea, nunc in continenti est. Author Strabo lib. 1.

ARTEMIDORVS, penultima producta {Ἀρτεμίδωρος} Gnidius philosophus, Romæ, Græcæ disciplinæ præceptor fuit, Bruti familiaris. libellum de coniuratione obtulit Cæsari extremo die ingredienti in Senatum, vt statim legeret: quod ille minimè fecit. Author Plutarchus in Cæsare. ¶ Fuit & alter Artemidorus Daldianus (Daldis autem ciuitas Lydiæ est) philosophus. scripsit de interpretatione somniorum, de auspiciis, & de chiromantia. Author Suidas.

ARTEMIS, penul. corr. huius Artemidis {Ἄρτεμις} Diana (siue Luna est) sic dicta, quasi ἀερότεμις, Id est aerem secans, vt scribit Macrob. lib. 7. Saturn. cap. vltimo: vel quòd integros faciat, vt author est Strabo lib. 14.

ARTEMISIA {Ἀρτεμισία} regina Halicarnassi, in auxilium Xerxis contra Græcos venit. Inter primores duces bellum acerrimè ciebat, quippe vt in viro muliebrem tunc rem, ita in muliere virilem audaciam cerneres. Hæc extincto viro Mausolo, sepulchrũ fecit, inter septé orbis miracula connumeratum à Græcis poetis: ad funus quoque ornandum primos Græciæ oratores accersiuit. Authores Gell. lib. 10. cap. 18. & Suidas, & Vitru. lib. 2.

Artemisia, artemisiæ {ἀρτεμισία} Herba, de qua sic Plin. lib. 25. cap. 7. Sunt qui ab Artemide Ilithyia artemisiam cognominatam putent, quoniam priuatim medeatur fœminarum malis. vulgò *Armoise*.

ARTEMISIVM {Ἀρτεμίσιον} Promontoriũ est Eubœæ, cuius Demosthenes meminit in orat. pro Ctesiphonte, vt tradit Suidas. ¶ Est & Artemisium, vel Artemisius, Dianæ simulacrum. Item apud Macedones Maium mensem significat, vt tradit Suidas. ¶ Præterea est mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

ARTEMITA, Insula est Epiri, quam Achelous fluuius, assiduo terræ inuectu continenti adnectit. Plin. lib. 4 cap. 1.

ARTEMITE {Ἀρτεμίτη} Insignis ciuitas est, quingentis stadiis à Seleucia distans, plurimùm ad Orientem exposita. Verba sunt Strabonis libro 15.

ARTEMIVS {Ἀρτέμιος} Romæ fuit præfectus carceris, qui vnà cum vxore Candida, & Paulina filia iacet in via Aurelia, martyres sub Adriano pincipe. Author Volaterr.

ARTEMIVS {Ἀρτέμιος} Vnus ex vndecim montibus, qui à Plinio enumerantur in sinu Argolico, regionis Achaiæ, lib. 4 cap. 5.

Artemon, penult. corr. artemonis, penult. corr. masc. gen. {ἀρτέμων} Velum est additium, dirigédæ nauis causa: cuius Iulius Pollux meminit. *Vn petit voile de nauire qu'on dit autrement Trinquet.* Deducitur à Græco ἀρτάω, quod suspendere significat, & assuere. Vnde & ἀρτημα, lorum paruum, cui crumena assuitur. ¶ Est & hac similitudine artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα vocant, in radice machinæ scansoriæ. ea ingentis oneris lapides tolluntur. Quum enim cæteræ huiusmodi machinæ duas tantummodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος appellatur, etiam tertiam requirit quæ addititia est, & ideo artemon epagónque dicitur, vt Vitruuius scribit lib. 10 cap. 5 Hæc Alciatus. Iabolenus de Verb. significatione Malum, nauis esse partem, artemonem autem non esse, Labeo ait: & verius est. quia pleræque naues sine malo inutiles essent. Idcóque pars nauis habetur: artemon autem magis additamentum, quàm pars nauis est. Baysius putat esse maius velum nauis: in quem sensum dicit accipi Act. 27. Quod nomen etiam nunc Venetus retinet. vocát enim *artimon*. At Lilius Gregorius in lib. De re nautica, falli putat Baysium. Si enim malus pars nauis est, velum quoque maius pars est nauis. Qua enim de causa malus in naui, nisi vt vela sustentet? Vela ergo non additamentum, sed artemon additamentum. Est igitur (inquit) artemon, minus illud velum, quod velis maioribus appédi solet: vnde & illi nomen. Ex hoc ansa est præstita ignaræ plebi, vt velum artemona vocet.

ARTEMON, Medicus quem Plin. lib. 28. cap. 1. ex hominis cremati calua, aquam propinasse scribit aduersus morbũ comitialem. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat idẽ Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit, ex infima plebe, Antiocho regi adeò similis, vt Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta. Plin. lib. 7. cap. 12. ¶ Est & Artemõ machinarij fabri nomen, qui è paupere diues factus, voluptariã vitam agere cœpit, vt est apud Athenæum. Hic, quòd lectica circunferretur, περιφόρητος Circumlatitius, cognominatus est.

ARTEMONA {Ἀρτεμώνα} Apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτίζω, Perficio, quòd perficeret quæ vellet, quia illei egregiè dotata.

Arteria, arteriæ {ἀρτηρία} quid significet Plinius docet libro 11. cap. 37. his verbis, Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id est spiritus semitæ. His innatant venæ, id est sanguinis riui. Arteriarum pulsus, in cacumine maximè membrorum euidens, index ferè morborum, in modulos certos legésque metricas, per ætates stabilis, aut citatus, aut tardus, descriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter sublimitatem desertus. Obseruatione tamen crebri aut langui di ictus, gubernacula vitæ temperat. Arteriæ carent sensu: nam & sanguine. nec omnes vitalem continent spiritum, præcisisque torpescit tantùm pars ea corporis. Gellius libro 18 capite 10, Arteria, est conceptaculum spiritus naturalis, mistu confusúque cum sanguine, in quo plus spiritus est, minus sanguinis. Arteriæ autem à corde originem habent, quemadmodum venæ ab hepate, & nerui à cerebro: quanuis aliter sentire videatur Aristoteles in libro de Animalibus Videtur autem ἀρτηρία siue arteriæ appellatio facta παρὰ τὸ τὸν ἀέρα τηρεῖν, id est ab eo quòd aerem seruet.

¶ Vena aliquando cõfusè pro Arteria ponitur. Pers. sat. 3. Propterea quòd medici aliqui (vt author est Galenus) venas & arterias confundere solebant.

Arteriæ micant. Cic. 2. de Nat. deor. Venæ & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu.

¶ Arteriæ, numero multitudinis pro arteria aspera. Solent enim Latini quædam efferre interdum non inscito rusticóq; sermone numero multitudinis, quæ frequentius singularia sunt. Cornificius ad Herennium, Ictus enim fit & vulnerantur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. Sic lienes pro liene, pulmones pro pulmone Cato dixit.

Aspera arteria. Cic. 2. de Nat. deor. Sed quum aspera arteria (sic enim à medicis appellatur) ostium habeat adiunctum linguæ radicibus, paulo suprà quàm ad linguam stomachus annectitur, eáque ad pulmones vsque pertineat, excipiátque animam, eam quæ ducta sic spiritu, eandemque à pulmonibus respiret & reddat, tegitur quodam quasi operculo.

Genere neutro Lucret. libro 4. vsus est, vbi an vox corporea sit, latius perquirit.

Arteriace, arteriaces, penult. corr. f. g. {ἀρτηριακή} Medicamentum quod & Diacodion vocatur. Plin. lib. 20. cap. 19. Est autem Arteriace, omne medicamentum ad arteriæ vitia faciens. Scribon. Larg. 75. Arteriace qua melior non est, facit ad omnia superius dicta efficacius, & quicquid in arteria vitij est. Plin. lib. 23. cap. 7. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo.

ARTHABATITAE. Vide ARTABATITAE.
ARTHANES. Vide ARTANES.
Arthricus, Vide ARTHRITICVS.
Arthritis, pen.prod.huius arthritidis, pen.corr.f.g. Id est, articularis morbus, velut genus quoddam est omnium morborum articulos ac neruos occupantium: éstque nihil aliud quàm debilitas articulorum cum longa fluxione, quæ vicinos neruos tendit aut laxat, ac dolore affligit. Quando enim in multis articulis hic affectus hæret, Arthritis appellatur: quando verò in vna aliqua coarticulatione siue corporis parte, ab illa ferè nomenclaturam sortitur. Sic Chiragra in manibus, podagra in pedibus, & in coxendicibus Ischias siue Coxendicum morbus appellatur. Cornarius in Galenum. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἄρθρου. Id est ab articulo, siue iunctura.
Arthriticus (ἀρθριτικός) Qui laborat morbo articulari. Cic. ad Pætum, libro 9. 23, Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Quem, articulorum dolorem appellat ipse Cicero ad Attic.1.3. Alia exemplaria habent arthricum. Arthron enim idem significat quod Articulus, siue iunctura.
Artialum (ἀρτίαλον) apud Æoles ornamentum est muliebre, quod Dores ἄρτιον vocant, vt tradit Pollux lib.5.cap.16. Vide infrà Sitlæ.
Articulus, Articulatim, &c. Vide ARTVS.
Artifex, Artificium, &c. Vide ARS.
ARTIGIS (Ἄρτιγις Ptolemæo) Hispaniæ ciuitas in tractu Bætico, alio nomine Alchama dicta.
ARTIGVLA (Ἀρτιγούλα) insula in Æthiopia, in qua primùm visum est animal sphingion. Author Plin.lib.6 cap.29.
Artini, Alex.ab Alex.lib.4.cap.10, Apud Epidaurios centum octoginta Remp. administrabant, ex quibus nobilissimos popularium deligebant senatores, quos Artinos vocabant, & Compodes.
ARTINIA, Stagnum est iuxta Miletopolin, ex quo oritur Rhyndacus fluuius, antè Lycus vocatus Plin lib.5.cap.32.
Artio, artis, artiui. pro Arcto, arctas, dixere veteres, teste Nonio.
Artire, apud Catonem, est Demittere, adigere, inserere, immittere. Sic enim scribit, Surculum aridum quem artiueras, eximito: eò artito surculum, quem inserere voles. Iterum, Eò surculos præacutos artito. Turnebus.
Artitus, Bonis instructus artibus. Festus. Plaut. Rud.1, Vbi sæpe caussam dixeris pendens aduersus octo artitos viros, valétes virgatores. Sic enim in optimo libro repperisse se scribit Turnebus, quod sic intelligas licet, quasi se in iudicio defenderit aduersus disertos & eloquentes viros.
ARTOCHMES (Ἀρτόχμης) vnus fuit è Xerxis ducibus, qui Darij filiam vxorem duxit. Herodot.lib.7.
Artocopus, artocopi, pen.corr. (ἀρτοκόπος, ἀρτοποιός) Latinè Pistor dicitur. Iuuenal.sat.5, -dextram cohibere memento, Salua sit artocopi reuerentia. Quo in loco nonnulli Artocopon interpretantur Panem elaboratum. ἄρτος, Panis. κόπος, Labor. Firmic. lib.8.cap.20. Decimaoctaua pars Tauri si in horoscopo fuerit inuenta, faciet artocopos vel pistores.
Artocreas, artocreatis (ἀρτόκρεας) Græca dictio, Cibus est pane & carne constans. Pers.sat.6, -oleum, artocreásque popello Largior: an prohibes? Alij inflectunt Artocrea, f.g.
Artolaganus, artolagani, m.g. pen. corr. (ἀρτολάγανος) genus cibi à delicijs appellati, ab ἄρτος, Panis: & λάγανον, Placenta. Fiebat autem ex simila in oleo cocta in patella. Cic. Pæto, lib 9.20, Dedíscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. Plin.lib.18.cap.11, Panis ipsius varia genera persequi superuacuum videtur: aliàs ab obsoniis appellati, vt ostrearij: aliàs à delicijs, vt artolagani. Athenæus scribit in artolagano poni parum vini cum pipere, lacte, & modico oleo, aut adipe.
Artopta, artoptæ (ἀρτόπτης) Quidam dicunt vas esse in quo panis componitur: alij vas in quo farina subigitur: alij verò mulierem panem conficientem: alij clibanum sub quo panis coquitur. ab ἄρτος, Panis, & ὀπτάω, Coquo, asso, torreo. Plin lib.18.cap.11, Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum vsque bellum, annis ab vrbe condita super DLXXX Ipsi panem faciebant Quirites, mulierúmque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat, in fabula quam Aululariam scripsit, magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poetæ sit illius: certúmque fit Attei Capitonis sententia, tostum panem lautioribus coquere solitos: pistoresque tantùm eos qui far pinsebant, nominatos. Nec coquos verò habebant in seruitiis, eósque ex macello conducebant. Hactenus Plin. Plautus Aulul.14.
Artopteum (ἀρτοπτεῖον) est coquendi panis officina: item instrumentum ipsum in quo percoquitur, quod & Artoptani vocant. Cælius libro 9 capite 17.
Artopticius (ἀρτοπτικός) Adiectiuum. vt, Panis artopticius, tostus in artopta vase. Plin.lib.18.cap.9, Siligineæ farinæ modius Gallicæ, XXII. libras panis reddit. Italicæ duabus tribúsve amplius in artopticio pane. nam furnaceis binas adiiciunt libras in quocunque genere.
ARTOTROGVS, artotrogi, pen. prod. Parasiti nomen apud Plautum. ab ἄρτος, Panis, & τρώγω, Comedo.
Artro, artras, Vide Aratro in ARO, aras.
Artuo, as, ab Artus fit (διαρθρόω) A quo Deartuo, quod est per artus diuido. Hinc etiam
Artuatus, penul.prod.adiectiuum, Per artus discerptus & laceratus. Firmicus lib.6 cap.31, Intra matris viscera impedito partu, laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur, vt sic artuatis visceris partibus, membra omnia crudelis artificij præsidio proferantur.
Artuatim, penult prod aduerbium, Per singulos artus. Firmicus lib.7. cap.1, Pecus intra viscera matris artuatim concisum à medicis proferetur. Paulo pòst, rem tandem alijs verbis sic effert, Conciso infante particulatim prolato, mater ex mortis periculo liberatur.
Artus, artuum, artubus, m.g. pluralis tantum numeri (μέλη.) Plautus neutro genere protulit, Menæh.17. Ita mihi imperas, vt ego huius membra atque ossa atque artua Comminuam.
Artus, numero singulari. Lucan.lib.6, -tunc omnis palpitat artus.
Artus, Partes sunt corporis inter iuncturas connexæ: dictæ quòd inter se arctentur. Festus, Artus ex Græco appellatur, quos illi arthra dicunt: siue artus dicti, quòd membra membris artentur. Virgilius 5. Æneid. Et magni membrorum artus.
Artuum dolorem, vocat Cicero articularem morbum. de Claris Orat. Et multis medicamentis propter artuum dolorem delibutus.
Artus frigidus. Tacit.lib.13, Accusatiuus est casus Artus, ea figurâ qua Albus dentes dicimus.
Adulti artus, Id est, ætate iam robustiores. Stat.3.Sylu.4.
Collapsi. Ouid 10.Metam.
Exanimes. Ouid.2. Metam.
Extinctos ferrum demittere in artus. Ouid.4.de Ponto, eleg.16.
Gelidi. Ouid.4.Metam.
Graciles. Ouid.2.Amor.eleg.10.
Infirmi. Lucret.lib.15.
Laceri. Ouid 9.Metam.
Putres. Stat.12.Thebaid.
Semianimes. Ouid.14.Metam.
Semineces. Ouid.1.Metam.
Spirantes. Lucan.lib.3.
Tumidi. Lucret.lib.3.
¶Sitis miseros adduxerat artus. Virg.3.Georg. Id est, contraxerat.
Ardent artus. Cic.2.de Finib. Quos ille, dij immortales, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? de Cn.Octauio.
Sopor fessos complectitur artus. Virg.2.Æneid.
Contremiscere tota mente atque omnibus artubus. Cic.1.de Orat. Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in meipso sæpissime experior, vt exalbescam in principiis dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam.
Sanguine defecti artus. Ouid.5.Metam.
Dilacerare artus suos. Seneca in Herc.Oeth.7.
Denudare, Pellem detrahere. Seneca in Thyeste, 8.
Miseros depascitur artus. Virg.2.Æneid.de Serpēte qui Laocoontem cum filiis amplexos tenebat.
Elapsi artus in prauum. Id est (vt loquuntur) dislocati, siue loco moti. Tacit.lib.20, Illi elapsos in prauum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.
Eneruare artus. Ouid.4.Metam.
Mortales exuit artus. Ouid.9.Metam.de Herculis apotheosi.
Fraudare artus anima, Et vita auferre aliquem. Ouid.7.Metam.
Fessos sopor irrigat artus. Virg.3.Æneid.
Inualidos lassare artus. Ouid.epist.20.
Tepidos nudare artus. Sil.lib.15.
Macies obduxit artus. Ouid.epist.11.
Attonitos tremor occupat artus. Ouid.3.Metam.
Anhelitus quatit artus. Virg.5.Æneid.
In artus redire natando dicuntur corpora luxata. Plin.lib.31. cap. 6, Id est, in suas iuncturas.
Spiritus regit artus. Virg.4 Æneid.
Remittere artus dicitur corpus. Seneca in Thyeste.
Remollire artus, Imbecilliores reddere. Ouid.4.Metam.
Nexos artus resoluere. Virg.4.Æneid.
Seducere artus ab anima. Virg.4.Æneid.
Suffulcire artus Lucret.lib.4.
Titubantes sustinere artus. Ouid.4.Metam.
Torrentur febribus artus. Ouid.epist.20.
Tremit artus, pro Artubus tremit, figuratè dictum, Seruius in illud Virg.3.Georgicorum,
Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Accusatiuus est.
Articulus, articuli, pen.corr.diminutiuum (ἄρθρον.) Artus autem (inquit Sipontinus) partes sunt corporis inter iuncturas cōnexæ: dictæ quòd inter se arctentur. Vnde minores partes per diminutionem articulos vocamus: quales sunt digitorum. Vocantur & nodi corporum & iuncturæ à Plin.lib.11.cap.37. Cic.Att.lib.1.3, Terentia tua magnos articulorum dolores habet.
Articulus cadens ad numerum. Vide Digitorum argutiæ, in ARGVO.
Molli articulo aliquem excipere. Quintil.lib.2.cap.13.
Articuli segetum. Plinius libro 18. cap. 17, Si in articulum seges ire cœperit.
¶Articuli sarmentorum, per translationem. Cic.de Senect. Itaque ineunte Vere in his quæ relicta sunt exsistit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur.
¶Articulos montium. Plinius lib. 37. cap. 13, per metaphoram dixit, crebros colliculos, quibus, tanquam gradibus, montes ascensu faciliores fiunt.
¶Articulus item ponitur pro Specie, parte, à Caio in L.1. D. de rerum diuisio. Summa (inquit) rerū diuisio in duos articulos diducitur.
¶Articulus, Numerus ab Arithmeticis vocatur, qui intra denariū est, quod ea ratione faciunt, quia veteres manuum articulis computare consueuerāt, & digitos decem habeamus, qui articuli interdum vocantur. Ex Turneb.
¶Articulus, pro momento, & tempestiua rerum faciendarum hora, siue puncto, seu alicuius rei aut temporis particula. Ter.Adelph. 2.2, -ô scelera, illuc vide Vt in ipso articulo oppressit. Plaut.Menæh.4, -commoditatis omnes articulos scio.
Articulus temporum. Cic.pro Quinctio, Vt eum suis conditionibus in ipso articulo temporis astringeret.
¶Articulus item vocatur in oratione, quum singula verba interuallis distinguuntur, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu aduersarios perterruisti. Item: Inimicos inuidia, iniuriis, potentia, perfidia sustulisti. Hæc ex auth. ad Herennium, lib. 4. Græcis hæc figura dicitur ἀσύνδετον.

Oratio sine neruis & articulis, Quæ fluctuat huc & illuc. Author ad Herenn. lib.4, Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si peruenire eò non potuerunt, errantes perueniunt ad confine genus eius generis quod appellamus fluctuans & dissolutum, eo quòd sine neruis & articulis fluctuat huc & illuc.

Articulis membrísque distincta oratio: cui opponitur Continuata ac producta. Cic.3.de Orat. Et in Orat. Non ad numerum articulus cadens.

¶ Articulus, Grammaticis, non qui in grammatica tantùm declinatione, casus aut genera indicat, sed quo in sermone etiam certam rem significamus. Latinum exemplum proponi nullum potest: nam Latinus sermo in vniuersum caret articulis.

Articularis, & hoc articulare, pen.prod. {ἀρθριτικός} Quod ad articulum pertinet: vt, Articularis morbus, Plin.lib.21.cap.21.

Articularius, adiectiuum {ἀρθριτικός} Quod ad articulos pertinet, vt, Articularius morbus. Plin.lib.21.cap.20, Articularios morbos sedat, canisque morsus.

Articularius, substantiuum {ἀρθριτικός} Qui articulari morbo laborat. Plaut.Merc.19, Nec podagricus, nec articularius est, quem rus ducunt pedes.

Articulatim, pen.prod aduerbium {κατ' ἄρθρον} Per singulos articulos. Cic.3.de Nat.deor. Puerum interea obtruncat, membráque articulatim diuidit.

Articulatim & distinctè dicere. Cic.1.de Leg. Quæ fusè olim disputabantur ac liberè, ea nunc articulatim distinctéque dicuntur.

Verba articulatim discerni. Lucret.lib.4,

-necesse'st verba quoque ipsa

Planè exaudiri, discernique articulatim.

Articulatè, aduerbium {κατ' ἄρθρον} Idem.

Articulatè salutem dicere, pro Clarè & apertè, distinctè. Cic. Attico. lib.6. epist.5, Valebis igitur, & puellæ salutem articulatè dices, nostræque Piliæ.

Articulo, las, lare. vt, Articulare voces, Id est, formare, & figurare per quædam quasi membra. Lucret.lib.4,

Has igitur penitus voces, &c.

Mobilis articulat verborum Dædala lingua. Hinc, Articulata vox, Apuleio, Id est, explanata & formata.

Articulatio {ἄρθρωσις} Plin.lib.16.cap.25, de Germinatione & partu arborum loquens, Tertia est earundem ad solstitium breuissima, nec diutius septenis diebus. Claréque & tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. Id est, quum excrescunt veluti per nodos: eo modo quo Cic. dixit Articulos sarmentorum.

¶ Articulatio, Morbus, vitium. Plin.lib.17.cap.24, Vitibus præter vermiculationem & siderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de causis: Vna, vi tempestatum germinibus ablatis: Altera (vt notauit Theophrastus) in supinum excisis: Tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur.

Articulosus, penult.prod. {ἀρθρώδης} Plenus articulis. Plin, lib.24.cap.16, Alij radice longa, veluti figuata, articulosáque monstrauère tribus omnino cauliculis.

Articulosa partitio. Quintil.lib.4.cap.5, Hoc est, quæ nimium multis distinctionibus separata est, & breuiores habet periodos.

Articulamentum, articulamenti. Scribon. Largus, Ad luxatum omne & rectum, & repositum articulamētum bene facit. Idem, Facit & ad dolorem articulamentorum.

ARTYNIA, Stagnum est minoris Asiæ, Olympo Mysiæ monti propinquum, & iuxta Miletopolin ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus effluit, Asiam & Bithyniam disterminans. Plin.lib.5.cap.32.

A R V

ARVALES {ἀρουραῖοι} fratres, dicti sacerdotes quos Romulus primus instituit, seque inter illos duodecim fratrem appellauit, vt arua fruges ferrent. Eique sacerdotio Acca Laurentia (quæ postea populum Romanum hæredem instituit) Romuli nutrix, tribuit infulas albas & spiceam coronam, pro religiosissimo insigni: quę prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non nisi vita finitur, exulésque & captos comitatur. Dicti ab aruo. Vide Gell.lib.6.cap.7.

ARVERNI, Galliæ populi super Ligerim siti, qui multis hominum millibus cum Vercingentorige contra Cæsarem profecti sunt, quū prius aduersus Maximum Æmilianum, & Domitium Ænobarbum etiam cc hominum millibus conflixissent. Verba sunt Strab.lib.4.

Aruiges hostiæ (vt ait Varro) dicebantur, quæ cornua habebant, & quorum exta coquebantur.

Aruina, aruinæ, penul.prod. {πίμελη} Durum pingue inter cutem & viscus secundum Suetonium in libro De vitiis corporalibus. Virgil.7. Æneidos, -& spicula lucida tergent

Aruina pingui. Seruius.

ARVINA, cognomen fuit Corneliorum Maluginensium à pinguedine impositum, vt scribit Alexand.ab Alexand.lib.1.cap.9. Quemadmodum Nasica ab adunco naso, & Columella à proceritate: & cætera id genus.

ARVISIVM {ἀρούσιον χώρα Strab.} promontorium est insulæ Chij, in quo (teste Plin. lib. 14. cap. 7) optima vina proueniunt. Virgilius in Daphnide, ecloga 5,

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar. Hæc nostra ætate adiectione vnius literæ, *Maruisia* dicimus, quæ prius è Chio, nunc è Creta optima veniūt. Volaterranus. Strab.lib.14.in Chij descriptione, Deinde Aruisia, locus asper & importuosus, stadiorum trecentorum, quod vinum fert Græcanicorum optimum. Græcus codex habet ἀρούσια. Seruius in carmen illud Virg. suprà citatum sic ait, Aruisia, id est Chia, à promontorio Chij insulæ Aruisio.

Aruncus, arunci, m.g. {ἤρυγγος} Villus mento caprarum dependens. Plin.lib.8.cap.50, de capris loquens.

Arundo, arundinis, f.g. {κάλαμος, δόναξ} Aquaticus frutex, omnibus notus. Liu. 7.bel. Pun.12, Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta.

Arundinem & calamum, pro eodem accipit Plin.lib.10.cap.37.

Arundinem à canna separat Ouid.lib.8.Metam.

Fluuialis arundo. Virgil.2.Georg.

Glauca. Virgil.10.Æneid.

Gracilis, & cannæ similis arundo prodit. Colum.lib.4.cap.32.

Procera. Ouid.13.Metam.

Viua. Ouid.13.Metam.

Tenera. Virgil.ecloga 7.

Surgit arundo, pro Crescit. Ouid.13.Metam.

¶ Arundo, pro Sagitta. Virgil.lib.7.Æneid. Quia ex arundine fiebant tela. Et lib.5. Volucris arundo.

Distrinxit arundine pectus. Ouid.10.Metam.de Cupidine.

¶ Arundo pro Pertica, qua solent pueri exerceri. Horatius 2. Sermon. satyra 3,

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

¶ Arundine captare pisces, Id est linea. Tibull.lib.2.eleg.7.

Tremula arundine pisces captare. Ouid.2.de Arte amandi.

¶ Tenui meditabor arundine musam, Id est carmen rusticum humili stylo scribam. Virg.6.eclog.

Inæquali modulatur arundine carmen. Ouid.1. de Remed.amor. Id est, Inæqualibus arundinibus. erant enim plures, & pro tonorum diuersitate, vna erat longior alia.

Cerata modulatur arundine carmen. Ouid.11.Metam. Id est, arundinibus cera compactis. erant enim ferè septem cannæ.

Arundineus, adiectiuum {καλάμινος} Quod est ex arundine. Plinius lib.10.cap.29, Addita in transuersas labias fronde arundinea. Virg. 4.Georg. Arundinei canales.

Arundinaceus {καλαμοειδής} Similis arundini. vt, folium arundinaceum. Plin.lib.18.cap.7, Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, pen.prod. Locus consitus arundinibus. Plin.lib.10.cap. 32, Minores halcyones in arundinetis canunt. Cato cap.6, Ibi cacumina populorum serito & arundinetum.

Arundinosus, pen.prod. adiectiuum {καλαμώδης} vt, Locus arundinosus, arundinibus abundans. Catull.34, Quæque Ancona, Cnidúmque arundinosam Colis.

Arundifer, penult. corr. adiectiuum {δονακοφόρος} Arundines ferens. Ouid.5.Fastor.

ARVNCVS deus. Gell.lib.5.cap.12, In his autem diis, quos placari oportet, vti mala à nobis, vel à frugibus amoueantur, Aruncus quoque habetur & Rubigus.

ARVNS, vates Thuscus fuit, diuinandi scientia insignis. Lucan.lib.1,

Acciti vates, quorum qui maximus æuo

Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c.

¶ Est item nomen viri, qui Camillam occidit: de quo Virgil.lib.11. Æneid. ¶ Fuit etiam hoc nomine Tarquinij Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna quæ ad Regillum lacum facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo vicissim hasta traiectus est. Liu.lib.2.ab Vrbe Cond.

Aruo, aruas, Vide ARVVM.

ARVPENVM, Iapodum oppidum in confinio Istriæ & Illyrici, cuius meminit Strabo lib.4. & 7.

ARVPINVS {ἀρούπινος} est Pannoniæ vrbs, cuius meminit Strabo lib.7.

Arura, aruræ, f.g. {ἄρουρα} mensura est apud Græcos, quinquaginta pedes capiens (vt inquit Suidas.) id est, octo vlnas & trientem, vel passus decem: ita vt vlnam pro senis pedibus, & passum pro quinis accipiamus. Ioseph.lib.1.contra Apionem.

Aruspex, Vide Haruspex. Vnde Aruspicium, Plin.lib.7.cap.56.

Aruum, arui, vel Aruus, arui, m.g. {ἄρουρα} ab arando dicitur. Festus, Aruum dicimus agrum necdum satum. Varro 1. de Re rust. cap. 29, Aruum quod aratum nec satum est. Plaut. Trucul.4,

-non aruus hic qui arari soleat,

Sed pascuus est ager. Colum.lib.2.cap.9.

Cultus aruorum. Virgil.4 Georg.

Ingenia aruorum, Natura. Virg.2.Georg.

Amicius aruum, Benignius. Ouid.15.Metam.

Arida arua, Infrugifera. Ouid.14 Metam.

Attonsa. Lucan.lib.6. Id est demessa.

Decliue, In montis decliuitate situm. Horat.3.Carm.ode 29.

Dumosa, Dumis obsita. Lucan.lib 6.

Fallacia, Quod spem agricolæ sæpe fallant, & plus in herba polliceantur quàm præstent in messe. Ouid.1.de Arte.

Florentia. Ouid.2.Metam.

¶ Genitale aruum, per metaphorā vocat Virgilius matricem equinam, Georg.lib.3.

Hiulca siti, Fissa nimia siccitate. Virg.2.Georg.

Læta, Probè culta & florentia. Virg 6.Æneid. De campo Elysio.

Odorifera Arabum arua. Stat.1.Sylu. 4.

Oliuifera. Quæ oliuam ferunt. Ouid 3.Fast.

Operosa, Quòd multum operis & laboris exigunt. Ouid.1.de Arte amandi.

Optima pingui arua solo. Virgilius 2. Georgic. Id est, Arua pinguia, optima.

Pingue. Horat.3.Carm.ode 4. Virg.5.eclog.

Vasta. Seneca in Herc.furente, 6.

Vitifera. Silius lib.7.

¶ Credenda Ceres aruis. Ouid.1.de Arte am. Nec semper credenda Ceres fallacibus aruis. Per Cererem semina intelligenda.

Diducta arua iugis. Sil.lib.1.

Laxant arua sinus Zephyrísque tepentibus auris. Virg.2.Georg. Id est, Vere aduentante resoluuntur quæ hyeme concreta, frigoribus rigebant.

Imperare aruis, Est ita arua colere, vt fruges ferant quantas ipse desiderat agricola. Virg.1.Georgicorum,

Exercétque frequens tellurem, atque imperat aruis.

Flauis aruis messoré inducere, Id est maturis. Virg.1.Georg. Seru.

Insequi

Insequi arua iacto semine. Virg.1.Georgicorum,
Quid dicam, iacto qui semine cominus arua
Insequitur? Cominus, Id est, statim, sine intermissione. Insequitur, Prosequitur & non sinit quiescere. Seruius.

Iuuare arua, Prodesse aruis. Virg.1.Georg.

Parére arua colono dicuntur, quum æquum laboribus fructum exhibent. Virg.1.Æneid. Respondet illi quod 1. Georg. scribit idem, Imperare aruis.

Aruo aliquem pascere, Id est, frumento, & iis quæ in aruo nascuntur. Horat.1.epist.17.

Marte populata arua, Vastata bellorum tumultibus. Horatius 3. Carm.

Aliena arua iugo premere, Arare alienos agros. Virg.10.Æneid.

Florentia proterit arua, exuritque herbas. Ouid.2.Metamorphos. de Inuidia.

Eurus arua radit imbribus. Horat.Epod.16.

Renouare aruum. Ouid.15.Metam.

Mutatis requiescunt fœtibus arua. Virg.1.Georg.

Ab aruis arua reuellere. Ouid. 6. Metamorph. Achelous fluuius de seipso.

Lato spatiari aruo. Ouid.4.Metam.

Squalét abductis arua colonis: Quia nemo colit ea. Virg.1.Georg.

Subigere arua, Colere. Virg.1.Georg.

Vrit arua Sol. Ouid.6.Metam.

¶Aruæ, aruarum, fœm. gen. legitur apud antiquos. Næuius Lycurgo, lib.2,
Quæque incedunt omnes aruas obterunt. Pacuuius,
Postquam calamuas plures annos aruas caluitur. Ex Nonio.

A R X

Arx, arcis, f.g. (ἀκρόπολις, ἄκρα) dicta est authore Varrone, lib. 5. de ling. Lat. ab arcendo, quòd is sit locus munitissimus vrbis, à quo facillimè possit arceri hostis. Asconius, Arx, est editus in ciuitate, & munitus ad salutem omnium locus. Virgil. 2. Æneid. Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Ergo prima spes in muris est, secunda in arce, si in muros hostis irruperit. Hactenus Asconius. Seruius, Arx est in ciuitate munitus locus: ab arcano, id est secreto, dicta.

Arx (vt ait Asconius) interdum sedes tyranni, id est regis, dicitur, vt sæpe apud Ciceronem. Virgil.4.Æneidos,
-quum littora féruere latè
Prospicere arce ex summa. Vbi Seruius, Regum enim fuit habitare in arcibus propter tutelam. Plin.lib.4.cap.11, Intus Byzia arx regum Thraciæ.

¶Arx, per metaphoram. vt, Arx omnium prouinciarum, Africa. Cic.pro Ligar.

Arx omnium gentium, vrbs Roma. Cic.in Catil.

In arce legis præsidia constituere defensionis meæ non licet. Cic. pro Cluent.

Aeriæ arces, Altissimæ. Virg.3.Æneid.

Celsa. Virgil.1.Æneid.

Edita, Alta. Seneca in Octau.7.

Festæ Palladis arces, Id est templa. Ouid.2.Metam.

Igneas arces cælum vocat. Horat.3.Carm.3.

Inuictissima Capitolij. Tacit.lib.19.

Laceræ. Ouid.11.Metam.

Munitissima. In MVNIO.

Potens opibus. Seneca in Troade,6.

Præcipites, Altæ & in præcipitio velut positæ. Lucan.3.

Prærupta. Seneca Agamemn.6.

Prælustris. Ouid 3.Trist.eleg.4.

Sacræ, Templa. Horat.1.Carm.2.

Summa. Virgil.2.Æneid.

Superbæ. Horat.Epod.3.

Tuta. Virgil.10.Æneid.

¶Attollere arcem tectis. Virgil 3.Æneid. Id est, domos ædificare. Seruius.

Concutere arces. Ouid.11.Metam.

Condere. Virgil.ecloga 2.

Construere. Silius lib.8.

Erigere. Stat.3.Sylu.1.

Euertere. Silius lib.17.

Fugere in arcem. Cic.de Senect.

Fundere. Virgil.4.Æneid.

Impositæ montibus arces. Horat.2.epist.3.

Inuadere in arcem causæ. In INVADO.

Liberare arcem. Cic. Antequam iret in exilium.

Moliri. In MOLIOR.

Moliri arcem. Id est, factis molibus extollere. Virg.1.Æn. Seruius.

Munire. Cic.in L.Pisonem, & pro Sylla.

Poni in arce. Cic.in Parad. Hoc opus in apertum vt proferas, nihil postulo: non enim est tale, vt in arce poni possit quasi illa Minerua Phidiæ: sed tantùm vt ex eadem officina exiisse appareat.

Retinere. Cic.2.de Orat.

Subruere. Ouid.3.Trist.eleg.11.

Tradere. Tacit.lib.19, Vacuam arcem furtim tradi futurum.

ARXATA (ἄρξατα) vrbs est Armeniæ prope Araxem fluuium, & iuxta fines Atropatiæ. Strabo lib.11.

A R Y

ARYANDES (ἀρυάνδης) Ægypti prætor fuit, à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Herodot.lib.4.

ARYTENAM, siue Artenam, vas ab hauriendo sic appellabant. Festus.

A S

As, vel assis, huius, assis, m.g. (ἀσσάριον.) Varro lib. 1. de lingua Latina assem ab ære dictum esse putat: as enim & libra, & pondo idem significant. Budæus.

¶As, libralis nummus erat, quaternos denariolos nostros valens, paulo pluris. Plin.lib.21.cap.3, de Scipione cognomento Serapione loquens, Nec ei fuit in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocauit. Sueton. in Augusto, cap.91, Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat à populo, cauam manum asses porrigentibus præbens. Hæc Budæus. Cic.2.Offic. Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quòd in caritate annonæ asse modium populo dedit.

Assem appellare possumus quem duodenarium vocamus, & ita in partes diuidere, vt antiqui suum assem diuidebãt, in sui generis partes, quadrantes, sextantésque dicentes. Budæus.

Ad assem impendium reddere. Vide AD præpositionem.

In assem. Vide IN.

In asse, pro In summa, apud Columellam, teste Budæo.

¶As etiam pro integra quacunque re accipitur. Veteres enim volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem, & quiduis simile, id assem appellauerunt, & partes vncias. Cic. pro Cecinna, Testamento facto, mulier moritur: facit hæc hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M.Fulcinium libertum superioris viri, Ebutio sextulam aspergit. Colum.lib.13, Ad prædictum autem modum musti adiici debẽt hi odores, myrrhæ quincunx, calami pondo libra, cassiæ selibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx. Plin.lib.13.cap.15, de cedrinis mensis, Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante & sicilico excedentem: tota verò crassitudinis sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse. Quibus verbis Plinius mẽsam eam quatuor pedes longitudinis habuisse significauit, & duos præterea pollices, & pollicis quadrãtem: crassitudine verò sesquipollicem æquauisse. Liu. 5. ab Vrbe, Terna iugera & septunces viritim diuiserunt. Septunces dixit pro dimidiato iugero & duodecima parte iugeri. Hactenus ex Budæo. Iustinianus de Hæredibus instituendis lib.2, Hæreditas plerunque diuiditur in XII vncias, quæ assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab vncia vsque ad assem, vtputa hæc, sescunx, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, sextunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as.

As Caianus. Stat.in Syluis, Emptum plus minus asse Caiano. Hoc loco quid sit As Caianus omnes addubitant. Turnebus suspicatur, quum assis interponeretur coemptionibus nuptialibus, quæ imaginaria venditione celebrabantur, & vir & vxor se mutuò coementes, Caios & Caias vocarent, assem Caianum esse assem illum coemptionalem.

Ex asse hæres dicitur, qui solus est hæres.

In triuiis fixum quum se dimittat ob assem. Horat.1.epist.17.

Licere pretio vnius assis. Horat.1.Serm.6.

Assem negat sese daturum. Cic.pro Quinctio.

Ad assem omnia perdere. Horat.2.epist.2, Id est, Vsque ad assem, siue omnia. Porphyr.

Redigere ad assem. Horat.1.Serm.sat.1.

Venditare asse. Catull.31.

A S A

Asa, Asa fœtida, vel vt alij proferunt, Assa putrida: vulgò à medicis & pharmacopolis dicitur, quod Latinè Laser nuncupatur, Græcè σίλφιον. Matthiol. in lib.3.Dioscor.cap 79.

ASACHAE, populi sunt in montibus Æthiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, viuentes elephantorum venatu. Plin. lib.8.& lib.6.cap.30.

ASACVS, fluuius est alluens Heracleam ciuitatem, sitam ad radices montis Oetæ, teste Liu.lib.5, de bello Macedonico.

ASAE (ἄσαι) vicus est Peloponnesi in agro Corinthio, non procul à Genea ciuitate, vt author est Stephanus.

ASAEA (ἀσαία) nomen est proprium montis. Author Suidas.

ASAEVS (ἀσαῖος) vnus fuit ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Author Homer.lib.11.Iliados.

ASAMPATAE, populi sunt circa Mæotin, teste Plin.lib.6.cap.7.

ASANA, flumen est in Mauritania, ab Sala CL mill.pass. marino haustu, sed portu spectabile. Plin.lib.5.cap.11.

ASANDER (ἄσανδρος) viri proprium, apud Strab.lib.7, qui Tauricam Chersonesum à continente separauit, ducto per eius Isthmum muro, à sinu Carcinitico, vsque ad Mæotin paludem.

Asaroton, asaroti, n.g. pen.prod. (ἀσάρωτον) genus pauimenti artificiosis picturis elaboratum: sic dictum, quòd scopis verri non debeat, ab α, & σαίρω, quod est Verro. Nam ex iis colligebantur purgaméta manibus, & spongiis mundabantur. Vel potius quia sic pictum erat, vt putaretur scopis euersum atque mundatum non fuisse. Apparebant enim hoc in pauimento velut analecta, & reliquiæ, purgamentáque cœnæ, quasi ministri ea non euerrissent. Plin.lib.36.cap.25, Pauimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami strauit, quem vocant asaroton œcon, quoniam purgamenta cœnæ in pauimento, quæque euerri solent, veluti relicta fecerat paruis è testulis, tinctísque in varios colores.

Asarum, asari, pen.corr. (ἄσαρον) herba, de qua sic Plin.lib.12. cap.13, Nardi vim habet & asarum, quod & ipsum aliqui syluestre nardum appellant. Est autem hederæ foliis, rotundioribus tantùm mollioribúsque, flore purpureo, radice Gallici: semen acinosum, saporis calidi ac vinosi. Diosc.lib.1.cap.9, Asarum, quod & ipsum aliqui syluestre nardum appellãt, Magi sanguinem Martis, Latini perpensam, alij baccar. Matthiolus Senensis ait Asarum esse eam herbam, quam nunc officinæ vocãt baccaram, quanuis Baccara apud Dioscoridem verè sit alia herba ab Asaro longè diuersa.

A S B

Asbestinum, penult. prod. (ἀσβέστινον) genus est lini quod ignibus non absumitur, Viuum id vocant, ardentésque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Vocatur autem à Græcis asbestinum ex argu-

mento naturæ. Hæc Plin. lib. 19. cap. 1. Asbestinum Latinè dicitur quod non comburitur.

Asbestos (ἄσβεστος) gemma quæ in Arcadiæ montibus nascitur, coloris ferrei. Plin. lib. 37. cap. 10. Vide infrà ASVESTVS.

Asbolus (ἄσβολος) penultima corr. nomen canis. Ouidius 3. Metamorphoseos,

Et niueis Leucon,& villis Asbolus atris. Id est, Pilis nigris. Nam ἄσβολος dicitur Fuligo Latinè.

ASBOTVS (ἄσβωτος) vrbs Thessaliæ, Stephano.

ASBYLVS, Crotoniata, cuius meminit Pausanias & Plato in libris de Repub.

A S C

ASCA, Siciliæ ciuitas, quam Elymus princeps Troianorum dicitur condidisse. Seruius in 5. Æneid.

Ascalabotes (ἀσκαλαβώτης) animal venenatum, ex genere stellionũ, lentigine plenum, acerbi stridoris, diuersum ab eo quod Itali *Tarantulam* sua lingua vocant. Vide Plin. lib. 29. cap. 4.

Ascalabotium. Catul. Dij magni ascalabotium disertum. Hoc vocabulum repofuit Turnebus, quod antea forsasse rusticus diminuerat, & deprauarat malè pronuntiando, & Salaputium dixerat.

ASCALAPHVS. penul. corr. (ἀσκάλαφος) Martis & Astyoches filius, cuius meminit Homerus lib. 2.

Ascalaphus, Acherontis filius & Orphnes nymphæ Auernalis: postea in bubonem mutatus. Fabulam vide apud Ouidium, 5. Metamorphoseos.

ASCALINGIVM (ἀσκαλίγγιον) Ptolemæo vrbs Germaniæ, hodie *Hildesheim*.

ASCALON, Ascalonis, pen. prod. (ἀσκάλων) Palæstinæ ciuitas Idumæorum. Author Strabo. De Ascalone plura Diodorus lib. 1, hodie *Escalona* dicitur.

Ascalonita, Ascalonitæ, penult. prod. (ἀσκαλωνίτης) Qui est de Ascalone. Testimonium frequens apud Iosephum lib. 6. cap. 1.

Ascalonia, niæ, genus cepæ, ab Ascalone oppido Iudææ nominata. Plin. lib. 19. cap. 6. *Eschalottes*.

ASCALVS (ἄσκαλος) Tantali frater fuit, Hymenæi filius, vt scribit Xanthus.

ASCANIA, insula est vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & Ascania Phrygiæ locus, de quo Plin. lib. 5. cap. vlt. ¶ Item alius in superiori Mysia, siue Bithynia, iuxta Ascanium lacum: quam Mysiacam vocat Strabo ad differentiam superioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipsum lib. 12. & 14.

ASCANIVS (ἀσκάνιος) Æneæ filius ex Creusa regis Priami filia, fugæ laborúmque in quærendo regno socius, teste Virg. Liu. lib. 1. ab Vrbe condita, dubitat vtrius fuerit filius, Creusæ an Lauiniæ: sed historici cæteri omnes & poetæ cum Virgilio, Creusæ filium fuisse affirmant. ¶ Est & Ascanius Phrygiæ fluuius, à quo Ascanius Æneæ filius dictus est. Huius fluuij meminit Virg. lib. Georg. 3.

ASCANTICI (ἀσκαντικοί) populi circa Mæotin ad montes Ceraunios, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

Ascaulæ (ἀσκαῦλαι) Tibicines, quorum armamentum musicum imitatur vtriculum: Latinè vtricularios diceres. Meminit Vopiscus in Carino, vbi tamen hactenus Camptaulæ inemendatè lectum est. Turnebus.

Ascendo, ascendis, ascendi, ascensum (ἀναβαίνω, ἀνέρχομαι, ἀνέρχομαι) ascendere, Ex Ad. & Scando compositum, significat Ad aliquid scandere.

Ascendere iugum. Cæsar 1. bel. Gall.

Equo aduersam ascendere ripam. Cic. 1. de Diuinat.

Cælum. Cic. de Amic. Et In cælum, Idem pro Milone.

Equum. Liu. 3. bel. Pun. Sueton. in Cæsare.

In equum. Liu. 10. bel. Pun. Cic. de Senect.

Nauem. Terent. Adelph. 4. 5. Et in nauem. Hirtius de bello Alexandrino.

In ærarium. Liuius 9. bel. Pun. Item, in Capitolium. Plinius libro 19. cap. 3.

Vestram ascendisset in vrbem. Virg. 2. Æneid.

Scalis muros ascendere. Virg. 9. Æneid.

In Amanum ascendit. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4.

¶ Ascendere in concionem, pro Orationem habere ad populum. Cic. Attico, lib. 4. 71. Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit.

In Rostra. Idem. Liu. 10. bel. Pun.

In tribunal. Cic. in Vatinium.

¶ Ascendere altiorem gradum. Cic. 2. Offic.

Gradum dignitatis. Cic. pro Muræna, Qui primùm, dum ex honoribus continuis familiæ maiorúmque suorum vnum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum.

Ascendens gradibus magistratuum. Cic. de claris Orat.

Altissimum gradum. Plin. epist. 2. lib. 3.

Ad honores. Cic. de claris Orat. Quod quia multis gratum erat, & probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore deprehensus.

In honorem, Idem. Cic. in Orat. Sed erit duplex omnis eius ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia.

¶ Ascendere gradatim dicitur vox. Cic. 3. de Orat. Hinc gradatim ascendere vocem, vtile & suaue est.

A minoribus ad maiora ascendimus. Cic. in Partit.

Ascensurus, penultima prod. Participium (ἀναβησόμενος) Tibullus 4. elegia 4,

Quintetiam Alcides deus ascensurus Olympum.

Ascensus, huius ascensus (ἀνάβασις) verbale. Ipse ascendendi actus. Cæsar 5. belli Gallici, Nouissimósque premere, & primos prohibere ascensu.

Aditus & ascensus. Cic. pro Domo sua, Homines audaces, ab eius templi aditu atque ascensu prohibuisti.

Gradus, aditus, ascensus. Cicero de Arusp. resp. Atque hic ei gradus ad Rempub. hic primus est aditus ad popularem iactationem atque ascensus.

Primus ascensus ad amplioris honoris gradum, is esto. Cicero 3. de Legibus.

Difficili ascensu atque arduo oppidum. Cic. 6. Verr.

Ascensu arduo ingredi. Cic. 1. de Orat. Demosthenes coniectis in os calculis, summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat: neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo.

Iniquus ascensus. In INIQVVS.

Ascensu superare fastigia. Virg. 2. Æneid.

Mollis. In MOLLIS.

Ascensio, onis, aliud verbale. Idem. Cic. de claris Orator. Quorum quidem quæ fuerit ascensio, & quàm in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ex eo quod dicam, existimari potest. Quæ fuerat ascensio, id est Quo pacto, & per quos quasi gradus ascenderint oratores.

Asceteria (ἀσκητήρια) vocantur monasteria in codice Iustiniani, à verbo ἀσκῶ, quod est Mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum.

ASCIA, teste Plinio, appellantur loca Indiæ, in quibus vmbræ non sunt, Septentrióque non conspicitur, nec horæ dinumerantur. Hæc ille lib. 2. cap. 73.

Ascia, asciæ (σκέπαρνον) instrumentum fabrorum, quo ligna dolantur, poliuntúrve. Plin. lib. 16 cap. 40, Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat.

Rogum ascia ne polito Ex legibus XII Tabul. apud Cic. lib. 2. De legib. Ne pyra fiat ex dolatis ſ u politis lignis, leg. cauetur. Alij de sepulchris intelligunt, putántque vetari ne quis bustibet artificiosis structuris ea expoliantor. Existimant quoque asciam ab absc ndendo dictam.

Ascio, ascias (σκεπαρνίζω) asciare. Vitruu. lib. 7. cap. 2, Sumatur ascia: & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur.

ASCIBVRGIVM, Ptolemæo, vrbs Germaniæ. Vulgò *Emerich*.

Ascisco, asciscis, asciui, ascitum, pen. prod. (προσλαμβάνω, προσάγομαι, προσδέχομαι) asciscere, Est remotum aliquid, quasi scitè vocatum capere. Cic. 1. in Orat. Itaque Caria, & Phrygia, & Mysia, quòd minimè politæ miniméque elegantes sunt, asciuerunt aptum suis auribus opimũ quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Hæc Valla lib. 5. Festus, Asciscere, adiungere, & assumere.

Asciui, præteritum. Virg. 12. Æneid.

Segregare, & asciscere, contraria. Cicero pro Archia, Perficiam profectò, vt hunc A. Licinium non modò non segregandum, quum sit ciuis, à numero ciuium, verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse.

Asciscitur, & Fugitur, contraria. Cic. 1. de Leg. Id enim vt suauitate delectans, sic ab errore mentis tanquam salutare aliquid asciscitur, similíque inscitia mors fugitur, quasi dissolutio naturæ.

Asciscere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Fin. Confirmat autem illud vel maximè, quòd ipsa natura, vt ait ille, asciscat & reprobet, voluptatem & dolorem.

Asciscere sibi laudem. Cic. pro Domo sua, Nihil enim vnquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis causa potius, quàm criminis depellendi.

Sibi nomẽ regium, Liu. 3. bel. Maced. Nomen tyrãni. Cic. ad Brut. 16, Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse, quum ab eo qui tyranni nomen asciuit sibi, quum in Græcis ciuitatibus liberi tyrannorum oppressis illis, eodem supplicio afficiantur, petitur, vt, &c.

¶ Asciscere sibi socios. Cæs. Receptos ad se socios sibi asciscunt.

Sibi oppidum. Cic. 6. Verr. Et quum ex hisce se locis recepèrent, eodem deferrentur, asciuerunt illud sibi oppidum piratæ, primùm commercio, deinde societate.

Asciscere sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. Cic. de Amicitia.

Asciscere ad fœdus aliquem. Cic. 2. in Catil. Nemo non modò Romæ, sed ne vllo in angulo totius Italiæ oppressus ære alieno fuit, quẽ non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuerit.

¶ Asciscere consuetudinem. Cic. de claris Orat. Idcirco hanc consuetudinem libenter asciuimus.

Leges. Cic. pro Corn. Balbo. Innumerabiles aliæ leges de ciuili iure sunt latæ: quas Latini voluerunt, asciuerunt.

Ritus. Liu. 1. ab Vrbe, Nequid diuini iuris negligendo patrios ritus, peregrinósque asciscendo, turbaretur.

Sacra. Cic. de Arusp. respons. Sacra ista maiores nostri ascita ex Phrygia Romæ collocauerunt.

Asciscere & accipere à Græcis sacra. Cic. 7. Verr. Quarum sacra populus Romanus à Græcis ascita & accepta, tãta religione & publicè & priuatim tuetur, non vt ab aliis huc allata, sed vt cæteris hinc tradita esse videantur.

Asciscere generum. Virg. 12. Æneid.

¶ Asciscі in ciuitatem, Donari ciuitate. Liu 6. ab Vrbe, Nos ex quo asciti sumus simul in ciuitatem, &c.

Asciscі ciuitate. Cic. pro Corn. Balbo, Iure enim nostro neque mutare ciuitatem quisquam inuitus potest, neque si velit mutare nõ potest: modò asciscatur ab ea ciuitate, cuius esse se ciuitatis velit.

Asciscere ciuem. Cic. pro Corn. Balbo. Defendo rem vniuersam, nullam esse gẽtem ex omni regione terrarum, ex qua nobis interdictum sit, vt neque asciscere ciuem, aut ciuitate donare possimus.

¶ Asciscere, Appetere. Cic. 3. de Finib. Eas ipsas cognitiones per se asciscendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & continens veritatem.

Ascitus, penultima producta, participium (προσληφθείς.) Ouidius 4. de Ponto, elegia 9,

Tu certè scis hæc superis ascite, vidésque Cæsar.

Ascitum cognomen. Sil. lib. 1.

Natiuus & Ascitus, contraria. Cornelius Nepos in vita Attici,

Atticus

Atticus Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis Latini, vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum.

¶ Ascitus, pro longè accersito. Ouid. 6. Fast.
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.

Ascititius, a, um (ἐπείσακτος) apud Plaut. & Ouid. 6 Fastor. Id est Adiectitius.

ASCLEPIADES, pen. corr. (Ἀσκληπιάδης) historicus Cyprius, quo tempore Pygmalion in Oriente regnabat. ¶ Fuit & philosophus cæcus, de quo Cic. lib. 5. Tusc. ¶ Item alius, genere Prusiensis, medicorum eloquentissimus, Cn. Pompeio familiaris, qui cum in arte Rhetorica facultates decoxisset, medicinam secutus est, aliam à cæteris viam ingressus. Dicebat salutem constare sibi potiùsque abstinentia: præterea gestatione, ambulatione, frictione. Ipse condita noua secta, spretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris medetur, relato è funere homine & seruato: sed maximè sponsione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si vnquam inualidus vllo modo fuisset ipse: & victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. Hæc Plin. lib. 7. cap. 37. De eo quoque multa refert Apul. lib. 4. ¶ Asclepiades alius fuit Antiochenus martyr.

Asclepias, adis (ἀσκληπιάς) herba est, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inuentore. Dioscor. lib. 3. & Plin. lib. 26. cap. 5. & Galen. lib. 6. de Simp. medicam. facult.

ASCLEPIODORVS, penul. prod. (Ἀσκληπιόδωρος) pictor ætate Apellis, Olympiade CXII, quem in symmetria mirabatur ipse Apelles. Huic Mnason tyrannus pro XII diis dedit in singulos mnas tricenas, vt ait Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Asclepiodorus item fuit Alexandrinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionemq; herbarum & lapidum. Author Suidas.

Asclepion, genus herbæ, quam Panacem vocamus: sic dictum, quoniam is filiam Panaceam vocauit. Plin. lib. 25. cap. 4.

ASCLETARION (Ἀσκλεταρίων) Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus. Eapropter à Domitiano iussus est interfici, & accuratissimè sepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempestate disiecto funere, semiustum canes discerpsere. Sueton. in Domitian. cap. 15.

Ascolia, num. plur. (ἀσκώλια) Festa erant apud Atticos, quibus inter vtres saltantes bacchabantur: vnde & ab vtribus nomina sumpsere. Meminit Virgilius Georgicis,
vnctos salire per vtres.

ASCONIVS (Ἀσκώνιος) Pædianus historicus circa Neronis tempora, anno vitæ LXXIII captus luminibus, XII postea summo cum honore & hominum gratia vixit annos. Author Eusebius. Hic etiam in Ciceronis orationes commentarios edidit.

Ascopera, ascoperæ, pen. prod. (ἀσκοπήρα) Latinè dicitur marsupium, aut sacculus pelliceus. Compositum ex ἀσκὸς, quod vtrem: & πήρα, quod peram hoc sacculum significat. Suet. in Claudio Nerone, cap. 45. Alterius collo & ascopera deligata, simulque titulus, Ego quid potui? sed tu culeum meruisti. Sacculus iste alligatus collo Neronianæ statuæ, significabat Neronem matricidam culei supplicium mereri. Turnebus tamen legendum ita esse censet: Alterius collo asconia deligata, quum antea Ascopa eo in loco legeretur.

ASCRA (Ἄσκρα) Bœotiæ vicus ad radices mōtis Heliconis, Hesiodi poetæ clarissimi patria, teste Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 14, Intumuit vati non tantum Ascra suo. Inde Ascræus nomen adiectiuum. Virg. 2. Georg. Ascræúmque cano Romana per oppida carmen. Et Ouid. 6. Fast. Ascrææ oues.

Ascribo, ascribis, pen. prod. ascripsi, ascriptum (προσγράφω) ascribere, ex Ad & Scribo compositum, significat Adscriptum aliquod, nomen, vel sententiam alicuius, vel etiam diem subiungere. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17. In qua primum erat quòd antiquior dies in tuis fuisset ascripta literis, quàm in Cæsaris.

Ascribere, adiungere, vel etiam addere sine scripto, & quouis modo. Plin. lib. 13. cap. 22. Et ferulam inter externas dixisse conueniet, arborúmque generi ascripsisse. Cic de Optimo gen. orat. Qui Thucydidem laudauit, ascribat suæ nostram sententiam.

Ascribere ad numerum aliquem. Cic. Q. frat. lib. 1. 1. Huc ad tuum numerum libenter ascribito.

Ascribere in legibus. Cic. pro Cecinna, Nam nisi esset, hoc in omnibus legibus non ascriberetur.

In legem. Cic. pro Cecinna, Hoc tibi respōdeo, ascripsisse eundem Syllam in eandem legem, siquid ius non esset rogari, eius ea lege nihilum rogatum.

In ciuitatem, in ciuitate, & ciuitati, Recipi in ciuem. Cic. pro Archia, Quæ quum esset ciuitas æquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatem voluit. Ibidem, Præsertim quū aliis quoque in ciuitatibus fuerit ascriptus. Ibidē, Qui fœderatis ciuitatibus ascripti fuissent.

In numerum, ad amicitiam. Cic. 2. Philipp. Tu verò ascribe me talem in numerum. Idem 3. Offic. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit vt se ad amicitiam tertium ascriberent.

¶ Numinibus, pro Accenseri & annumerari, & vt vulgò loquuntur, canonizari. Plin. lib. 2. cap. 7. Horat. 1. epist. 20.

¶ Ascribi facto, pro Adiungi. Plin. Iun. lib. 8. epist. 6.

¶ Ascribere pœnam fœderi. Cic. pro Corn. Balbo, Qui hanc pœnam fœderibus ascribat, vt omnium præmiorum beneficiorúmque nostrorum expertes faciat fœderatos.

¶ Aliquem alteri. Cic. pro lege Manil. Mea quidem sententia, Quirites, vnus A. Gabinius, belli maritimi, rerumque gestarum author, comes Cn. Pompeio ascribitur.

Aliquem tutorem liberis suis. Cic. pro Cluentio.

Tutorem pupillo. Paulus in l. Nesennius. D. de excusationib.

Alicui salutem. Cic. Att. lib. 1. 3. Et te sororémque tuam & matrem maximè diligit, salutémque tibi plurimam ascribit.

¶ Ascribere sibi, pro Tribuere & imputare. Cic. Neque enim mihi negligentiam velim ascribas.

Sibi in testamento, Est sua manu, eiúsve qui in potestate est, aliquid in rem suam alieno in testamento scribere. l. 15. D. ad l. Cor. de fal.

Ascribere & attribuere. Cic. 3 de Nat deor. Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem ascribimus attribuimúsque sine vlla ratione diis immortalibus.

Ascriptus, particip. um (προσγεγραμμένος) vt, Ascripta dies literis. Cic. ad Q. frat. 3. 17.

Ascriptus Heracliensis. Cic. pro Archia, Adsunt Heraclienses legati nobilissimi homines, huius iudicij causa, cum mandatis & cum publico testimonio venerunt, qui eum ascriptum Heracliensem dicunt.

¶ Ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, vt essent coloni. Festus.

Ascriptio, verbale (προσγραφή) Cic. pro Cecinna, Vt ne longius abeam, declarat ista ascriptio esse aliquid.

Ascriptitius (ἐπίγραπτος) Qui (vt ait Valla) ad aliquam rem ascriptus est, & qui ex numero eorum est qui se in alterius imperium dediderunt, vt, Ascriptitius ciuis. Cic. 3. de Nat. deor. Quos, quasi nouos & ascriptitios ciues in cælum receptos putant.

Ascriptitij dicuntur illi quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde Villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipsi sint, aut eorum maiores fuerint. Quarum rerum vestigia non obscura multis in locis extant, quod tamen nomen loquentium inscitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula simplicitas confundit. Hæc Budæus. Rursus idem alio loco, Ascriptitius non multùm à seruo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi poterat, vt seruus cum peculio. l. Ne diutius. 20. C. de Agricol. & censitis.

Ascriptitij vocari possunt Latinè in collegiis magistratuum, qui vulgò Creati & extraordinarij vocitantur, vt nonnulli sunt hodie interrationales & præfectos ratiociniorum, quos *Clericos magistrósque computorum* appellamus. Budæus.

Ascriptitij, Veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus ascribebantur. Hos & Adcensos dicebant, quòd ad legionum censum essent ascripti. Quidam Velatos, quòd vestiti inermes sequerentur exercitum: nonnulli Ferentarios, quòd fundis, lapidibusque præliaturi ea modò ferrent, quæ in hostes iacerent: alij Rorarios, quòd id genus hominum antequam acies coiret, in modum rorantis tempestatis dimicarent. Festus.

Ascriptor (προσγραφεύς) verbale, videtur idem significare quod Subscriptor: est autem Subscriptor (vt ait Pædianus) causidicus qui adiuuare causam poterat. Cic. pro Domo sua, Denique ille nuntius Ligur, venalis ascriptor & subscriptor tuus, quum M. Papirij sui fratris esset testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit.

¶ Ascriptor, vt Subscriptor, pro fautore & astipulatore. Cic. Post reditum, Itaque extitit non modo salutis defensor, qui ante hoc vnū be neficium fuerat inimicus, verùm etiā ascriptor dignitatis meæ. Bud.

Author & ascriptor in restituendo. Cic. Post reditum, Quòd si Q. Metellus illo tempore cōsul fuisset vnicus, dubitaris quo animo futurus in me conseruando futurus, quum in restituendo authorem fuisse ascriptorémque videatis?

Ascriptiuus, pen. prod. (ἐπίγραπτος) Idem quod ascriptitius. Plaut. Menæch. Idem istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet.

¶ Ascriptitius, inquit Varr. lib. 6. de ling. Lat. quòd olim ascribebantur inermes, qui succederent armatis militibus, siquis eorum deperisset.

ASCRIVIVM (Ἀσκρίβιον) vrbs Liburniæ Ptol. hodie Ascriuium.

ASCVLVM, pen. corr. (Ἄσκλον) oppidum est Apuliæ memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabricio Romanis consulibus, vt latè ostēdit Plutarch. in vita Pyrrhi. Ab hoc Asculanus, adiect. pen. prod. Cic. de claris Orat. Barrus Asculanus cuius sunt aliquot orationes Asculi habitæ.

Ascyron (ἄσκυρον) herba eadem est, quæ Androsæmon. Vide supra in dictione ANDROSAEMON.

A S D

ASDATAE, populi sunt Caucasi montis incolæ, apud quos Calais gemma nascitur. Author Plin. lib. 37. cap. 8.

ASDRVBAL, pen. corr. (Ἀσδρούβας) gener Amilcaris patris Annibalis: post eius mortem septem annos imperium tenuit fauente factione Barchina, demum à seruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio suorum. qui comprehensus deinde à circunstantibus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem sem per ridentis præbuit. Author Liu. lib. 21.

Asdrubal item, Gisconis filius, cuius meminit Plutarchus in vita Scipionis.

Asdrubal item alius fuit Annibalis frater. de quo vide eum qui Annibalis vitam Latinè conscripsit. nam Græcè à Plutarcho composita non extat, quæ quidem exierit in lucem cum cæteris Plutarchi vitis.

Præterea Asdrubal, cui Caluo cognomē erat, eo tempore quo Annibal in Italia erat, in Sardiniam dux classis mittitur: sed tempestate reiectus ad insulas Baleares, ibi tantisper quoad quassas reficeret naues, resedit. de quo plura apud Liuium.

Asdrubal, præter hos alius fuit dux tertio bello Punico à Scipione Æmyliano victus facta deditione. Eius vxor quū paucis antè diebus à viro impetrare non potuisset vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas sese cum filiis iecit. Author Liu. lib. 51. Ouid. 6. Fast.
Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.

A S E

ASELLI, duæ stellæ appellātur in signo Cancri, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Plura Plin. lib. 18. cap. 35.

ASELLIVS Sempronius historicus, & tribunus militaris sub Scipione Æmyliano apud Numantiam fuit, idque bellum literis mandauit. Citatur sæpe testis à Gellio. ¶ Asellius item Claudius, eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, apud Lucanos memoranda fortitudine. Huius meminit Volaterr.

Asellus, Vide ASINVS.

A S I

ASIA {ἀσία} tertia pars est orbis, tametsi magnitudine, Europæ & Africæ par sit. Sic autem dictã volunt ab Asia Iapeti coniuge, quæ Oceani & Tethyos filia fuit: vel (vt Herodoto placuit) à Promethei matre. Lydis verò, ab Asiæo Atyis filio, vnde & gens quædam Sardis Asia dicitur, vt tradit Eustathius. Est autẽ Asia duplex: maior, & minor quæ in se continet Phrygiam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycaoniam, vt est apud Strabonem & Pomponium. Asia hæc minor, hodie vocatur Anatolia seu Turcia. Cic. pro Flacco, Nanque (vt opinor) Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Huius vocis prima corripitur. Virg. 1. Æneid. Horat. 1. Serm. sat. 7,

-Bruto prætore tenente Ditem Asiam.

Amœna Asiæ. Tacit. lib. 3, Per Amœna Asiæ atque Achaiæ.

Asia opima. Vide OPIMVS.

Asiam curare. Tacit. lib. 4, Qui proconsul Asiam curauerat.

Asia, Asiæ, fœm. gen. prima prod. {ἄσιος λειμών} Stephan. palus est Mysiæ, Caystro fluuio cohærens. Asia verò quum prouinciam significat, primam corripit. Hæc ex Seruio in illud 7. Æneidos,

-sonat amnis, & Asia longè Pulsa palus. Et in illud 1. Georgicorum, -& quæ Asia circùm

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Quo in loco adiectiuum est Asia: Vt sit, Asia prata. Sunt tamen, qui Seruio non subscribant, negantes vspiam esse paludem quæ vocetur Asia: dicentésque in vtroque Virgilij versu Asia adiectiuum esse, pro Asiatica, seu Asiæ regionis: nam Mysia & Cayster in Asia sunt. Adde quòd ἄσιος Græcis pratum significat: ἄσις, ἄσιος, limum & cœnum.

Asiacus, pen. corr. {ἀσιακός} id est, Asiaticus. Ouid. 12. Metam.

Asius {ἄσιος} adiectiuum. Virgil. 4. Georgicorum,

Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deiopea.

Asiaticus, adiectiuum, penul. corr. {ἀσιανός} vt, Asiaticum orationis genus. Cic. de claris Orat.

Asianus, aliud adiectiuum, pen. prod. {ἀσιανός} Qui est ex Asia. Quintil. lib. 8. cap. 1. & lib. 12. cap. 10.

¶ Asiani, Asiæ publicani, Id est, equites Romani. Nam omnes publicanorũ societates erant ex ordine equestri. Cic. ad Att. lib. 1. epist. 14, Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: vt induceretur locatio, postulauerunt.

Asiarchæ {ἀσιάρχαι} Viri erant cõmuni Asiaticarum ciuitatum consensu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo lib. 14.

Asis, Asidis, pen. corr. vt, Asis terra, pro Asia. Ouid. 9. Metam.

ASIDA, æ, oppidum mediterraneum, in Bætica Hispaniæ regione. Plin. lib. 3. cap. 1.

ASILAS {ἀσίλας} Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virgil. lib. 10,

Tertius ille hominum, diuúmque interpres Asilas.

Asilus, asili, m. gen. pen. prod. {οἶστρος} Insecti genus quod horrisonum strepitum facit. Virgil. 3. Georgicorum,

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem

Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo

Romanum est, œstron Graij vertere vocantes. Græci itaque οἶστρον vocant à sono vocis: vnde poetæ diuino correpti furore, œstro conciti dicuntur. Vide Chiliadas Erasmi. Seruius ait vulgò *tabanum* appellari.

ASINE, es {ἀσίνη} vel (vt est apud Strab.) Asina, pen. corr. Vrbs est Peloponnesi iuxta Messeniam: vnde sinus Asineus. Author Strab. lib. 8. Et Pompon. lib. 2. Lucan. lib. 8,

-vtque secaret,

Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat vndas,

Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.

¶ Asine item, insula est vna ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cuius meminit Pomponius lib. 2. & eius interpres Vadianus.

ASINIVS Pollio {ἀσίνιος πωλίων} celebris in primis orator fuit Romæ, Augustique amicus. Is primus omnium Romanorum, aduocatis hominibus, scripta sua recitauit. A Quintiliano autem his verbis taxatur, Multa in Asinio Pollione inuentio, summa diligẽtia: adeo vt quibusdam etiam nimia videatur: & consilij & animi satis à nitore & iucunditate Ciceronis ita longè abest, vt videri possit seculo prior. Hactenus Quint. lib. 10. cap. 1. ¶ Asinius Gallus, eius filius, vir etiam doctissimus (vt Seneca testatur in Declamationibus) libros edidit de comparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrẽ Ciceroni prætulit. Author Cæcilius. Plin. lib. 11. epist. Cõtra quos Claudius Cæsar postea Ciceronis edidit defensionem, vt author est Trãquillus in Claudio. ¶ Præterea alius fuit Asinius cognomento Capito, doctissimus artis grammaticæ: librum reliquit epistolarum, in primáque ad Pacuuium Labeonem scripta, erat titulus, Pluria & non plura scribi oportere: rationésq; addit. Author Gellius. ¶ Præter hos Asinius Pollio fuit Trallianus genere, docuit Romæ tempore Pompeij Magni, successit scholæ Timagenis, scripsit bellum ciuile Cæsaris & Pompeij. Author Suidas.

Asinus, pen. corr. {ὄνος} animal notum: cuius fœmininum, Asina. Varro 2. de Re rustica, cap. 8, Ex equa enim & asino fit mulus. Contrà ex equo & asina hinnus.

Ab asinis ad boues transcendere, prouerbium, pro eo quod est ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Plautus Aulul. 7. Erasmus.

¶ Asini homines, pro stupidis & stolidis. Plaut. Pseud. 4, Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita plagis costæ callent. Cicero in Pisonem, Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus. Inde Asellus bipes apud Iuuenalem. Vide Bipes, in BIS.

Asellus {ὀνάριον} diminutiuum. Plin. lib. 17. cap. 5, Campum nullis quum siccus est, arabilem tauris: post imbres, vili asello.

Auritus asellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.

Miserandæ sortis asellus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.

Lentè gradiens. Ouid. 11. Metam. de Mida.

Pandus asellus: Id est, curuus. Ouid. 4. Metam. de Sileno.

Rudens. Ouid. 1. Fastor.

Tardus. Virgil. 1. Georg.

Agitator aselli: Id est, agaso. Virg. 1. Georgicorum,

Demitto auriculas, vt iniquæ mentis asellus

Quum grauius dorso subiit onus. Horat. lib. 2. epist. 1.

Onustus auro. Cic. Att. lib. 1. 11.

Fabulam narrare surdo asello, prouerb. Horat. 2. epist. 2. In eos qui non audiunt, qui non attendunt, qui sermonem negligunt, aut respuunt.

¶ Asellus, Piscis, dictus quòd sit colore cinericio: quemadmodum & asini: vulgò *merlusium* vocamus. Plin. lib. 9. cap. 17.

¶ Aselli, Stellæ duæ in signo Cancri. Plin. lib. 18. cap. 35.

Asinarius, adiectiuum {ὀνικός} Quod pertinet ad asinum: vt, Mola asinaria quam circumagit asinus. Et Plauti Asinaria dicta est comœdia, quòd de asinorum venditione tractet.

Asinarius, substantiuum {ὀνηλάτης} Qui pascit asinos, vel qui asinos ducit. Cato cap. 10, Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum vnum, asinarium vnum. Sueton. in Augusto, cap. 96.

Asininus, pen. prod. aliud adiectiuum {ὄνειος, ὀνικός} Quod est asini: vt, Asininus pullus, Varro 2. de Re rust. cap. 8. Ossa asinina, Plin. lib. 16. cap. 36. Asinina pruna, Idem lib. 15. cap. 13.

ASINA, cognomen fuit Corneliorum, quod à Cn. Cornelio Scipione ad posteros est propagatum. Hic enim quum sponsores ab eo poscerentur, asinam produxit in forũ cum pecuniæ onere, quasi pro sponsoribus præsens pignus. Eámque ob caussam Asina postea dictus est, vt scribit Macrobius lib. 1. Saturnal.

Asio, nis {ὦτος} Auis est ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 23, Otis bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illi. Quidam Latinè Asionem vocant.

ASISIVM {ἀσίσιον} oppidum, cui mons imminet: & Asisinates, pen. prod. eius oppidi incolæ Plinio & Ptolemæo.

ASIVS {ἄσιος} filius fuit Dymantis, vt in Iliade scribit Homerus. Hic aduersus Græcos Priamo fauit. ¶ Fuerunt & alij Asij, quorum passim meminit Homerus. ¶ Est & Asius Ptolemæo Senonum fluuius in Italia. Æsium hodie, vulgò *Esino*.

Asius lapis {λίθος ἄσιος ἢ ἄσσιος} Est pumicis instar leuis, fungosus, friabilis, lutei coloris, intercursantibus venis. Hoc, quòd carnes absumat, vtebatur antiquitas ad defunctorũ sepulcra, vt author est Plin. lib. 36. cap. 17, In Asso (inquit) Troadis lapis sarcophagus fissili vena scinditur. Corpora defunctorum condita in eo absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus. Hæc ille. Plura vide apud Dioscor. lib. 5. cap. 199. Et Galen. lib. 9. Simplic.

A S O

Asomatos {ἀσώματος} Latinè dicitur sine corpore. Cic. 1. de Nat. deor. Quòd verò sine corpore vllo deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest.

ASOPAEI {ἀσωπαῖοι} populi sunt gentis Epiroticæ, qui Acarnaniam inhabitant. Strab. lib. 7.

ASOPHIS, Vide ASOPIS.

ASOPIADES, patronymicum masculinum {ἀσωπιάδης} quod apud poetas accipitur pro Æaco Asopi nepote, qui pater fuit Æginæ, matris Æaci. Ouid. 7. Metamorphoseos,

Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, &c.

ASOPIS, pen. prod. {ἀσωπίς} Asopidos, Danae Asopi fluuij filia. Ouid. 6. Metam. Aureus vt Danaen, Asopida luserit ignis.

ASOPIS, idis {ἀσωπίς} Regiuncula est Peloponesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ, circa Phliuntem: ita dicta ab Asopo fluuio cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiã Asopiam appellat.

ASOPVS, pen. prod. {ἀσωπός} amnis Sicyoniorum, vt ait Strabo. Propert. lib. 3. eleg. 15, Sæpe vago Asopi sonitu permota fluentis. ¶ Est itẽ Asopus alius fluuius Thebas præterfluens. ¶ Item alius in Heraclea Trachinia, latens apud Prigum, quem Prasopios nominant. ¶ Est item hoc nomine fluuius in Paro insula. Horum omnium meminit Strabo lib. 8.

ASORVS, fluuius est, teste Liuio lib. 6. bel. Maced. alluens Heracleam ciuitatem, sitam in radicibus montis OEtæ. Hunc esse conijci potest, de quo Plin. lib. 4. cap. 10, In ora Heraclea, flumen Apilas. Hic à Bocatio Asassus, ab aliis Asurus vocatur.

Asotus, asoti, pen. prod. {ἄσωτος} Asoti (inquit Budæus) dicũtur verbo Græco, qui luxu & ganeæ studio sunt perditi, & Latinè nequã verbo significantissimo: eorúmque vitium asotia, quam Gell. lib. 17. cap. 10, luxum, prodigalitatem atque nequitiã interpretatur. de quibus Cic. in 2. de Fin. loquens, ita inquit, Nolim enim mihi fingere asotos (vt soletis) qui in mensam vomant, & de conuiuiis auferantur, crudíque postridie se rursus ingurgitent, qui Solem (vt aiunt) nec occidentem vnquam viderint, nec orientem, qui cõsumptis patrimoniis egeant: nemo nostrûm istius generis asotos iucundè putat viuere.

Asotos, aduerbium Græcum {ἀσώτως} Incontinenter, prodigaliter. Martial lib. 4. epigram. 9, ζῇς ἀσώτως.

A S P

ASPAGONES, populi Indiæ, regionem vitis, & lauri, & buxi, pomorúmque omnium in Græcia nascẽtium fertilem incolentes. Horum meminit Plin. lib. 6. cap. 21.

Aspalathus {ἀσπάλαθος} Frutex est surculosus, multis spinis horrens, cuius meminit Galen. lib. 8. Simp. sic inquiẽs, Aspalathus gustu quidem acris simul & astringens est: facultate verò ex dissimilibus constat, nempe partibus suis acribus excalfaciens, partibus verò aliis, austeris scilicet, refrigerans. Hactenus Galenus. Vide & Dioscor. lib. 1. cap. 19. ¶ Aspalathus, Spina est candida (teste Plin. lib. 12. cap. 24) magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cuius radix vnguentis expetitur. Putatur idem esse cum eo quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. Vide Ruell. lib. 1. cap. 38.

Asparagus, asparagi, m.g. pen. corr. {ἀσπάραγος} herba: dicta, vt ait Festus, quòd in aspero virgulto nascatur. Varro 4. de ling. Lat. Asparagi, quòd ex asperis virgultis leguntur, & ipsi scapi asperi sunt, non leues. Martial. lib. 13,

Mollis in æquorea quæ creuit spina Rauenna,
Non erit incultis gratior asparagis. Hinc prouerbium de re quæ celeriter fit, dicitur, Citius quàm asparagi coquantur. Vide Chiliadas Erasmi.

Aspargo, ginis, pen. corr. {ὑδάτιον} vitium ex pluuia, vndáve contractum. Callist. in l. 4. §. 2. D. ad l. Rhod. de iact.

ASPASIA {Ἀσπασία} mulier Milesia fuit magna doctrinæ fama, sophistria & rhetorices magistra: Periclem docuit, simul & amauit, ab eóque in matrimonium accepta quum esset captiua, caussa fuit & ipsa duorum bellorum, Samij scilicet, & Peloponnesiaci. Author Plutarchus in Pericle, & Aristophanes in fabula quæ inscribitur ἀχαρνῆς.

ASPASIVS {Ἀσπάσιος} Sophista fuit Rauennas, Demetriani filius: sub Alexandro Romæ profitebatur, auditor Pausaniæ & Hippodromi. Scripsit contra Aristonē & maledicos diuersas orationes. Hæc Suidas. De hoc multa Philostratus. ¶ Fuit item Aspasius, cognomento Byblius, quoniam de byblo, id est de papyro librum condidit. Scripsit & artem Rhetoricam, & Panegyricum in Adrianum principem, cuius temporibus floruit. Author Suidas. ¶ Præterea Aspasius fuit Tyrius quidam historicus, qui de Continente variam historiam scripsit, vt idem Suidas author est.

ASPATHINES {Ἀσπαθίνης} ex Persis vnus, qui cum Dario in Smerdim magum coniurarunt. Herodot. lib. Musarum 3.

Aspectabilis, Aspecto, Aspectus, Vide ASPICIO.

ASPELLA, vnum ex Cypri insulæ nominibus, apud Plin lib. 5. cap. 31.

Aspello, aspellis, aspuli, aspulsum {ἀπωθῶ} aspellere, Pellere à se. Plaut. Capt. 10, Neque exilium exitio est, neque adeo spes, quæ mihi hunc aspellat. Cic. 2. Tusc. Sed longè à læto numine aspellor Iouis.

Aspendios. Vuæ genus, damnatum aris, quod nec ab vlla alite etiam attingitur, vt author est Plin. lib. 14. cap. 18.

ASPENDIVS, citharœdus fuit, à quo prouerbium, Aspendij citharistæ. Vide Intus canere, in CANO.

ASPENDVS {Ἄσπενδος} Pamphyliæ vrbs, Argiuorum ædificium. Hic Veneri suibus sacrificabant, eo quòd author eius generis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obuium sacrificare vouerat: occurrit autem sus. Author Stephanus, & Pomponius lib. 1.

Asper, aspera, asperum, pen. corr. {τραχύς} à verbo Græco deduci videtur, ἀσπερής. Propriè autem vocamus asperum, quod vel visu, vel gustu, vel tactu, aut alio sensu insuaue est, vt ait Sipontinus. Hinc asperam arteriam vocat Plinius, atque adeo medici omnes. quam Græci τραχεῖαν, propter multorum semicirculorum asperitatem.

Asperum & lene, contraria. Cic. 2. de Finib. Sensus iudicat dulce amarum, lene asperum, longè prope, &c.

Læuis & asper, contraria. Cic. in Part. Orat. In locis autem & illa naturalia, læues an asperi, salubres an pestilentes, &c.

Maris aspera. Tacit. lib. 4, Hoc est, asperitates.

Asper siti, Siticulosus, admodum sitiens, & nimia siti os asperum habens. Virg. 3. Georg. de serpente.

Æquore quouis asperior. Ouid. 3. Fast.

Asperrimo hyemis Ticinum vsque progressum. Tacit. lib. 3. Aut substantiuum est, aut subauditur, Tempore.

¶ Asper, Iniquus. Virg. 1. Æneid. Quin aspera Iuno. Seruius.

Asper natura, & omnibus iniquus. Cic. pro Cn. Plancio, Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles existimes, &c. Eodémque adiungas, quos naturâ putes asperos, atque omnibus iniquos?

¶ Asper, Aspernator, fastidiosus, ingratus. Virg. 8. Æneidos,
-tebúsque veni non asper egenis. Seruius.

Monitoribus asper. Horat. in Arte poet.

Promptum ad asperiora ingenium Druso erat. Tacit. lib. 1.

¶ Asper animus. Liu. 9. bel. Maced. Asperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodicè liberæ fuit: sed inuicti à cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ.

Asilus. In ASILVS.

Bella. Horat. 2. epist. 1.

Cornu aspera bos, quæ cornibus ferire solet. Virgilius 3. Georgicorum.

Horret capillis asperis. Horat. Epod. 5.

¶ Cœna aspera. Plautus Casina, Redibo huc ad senem, ad cœnam asperam.

Crabro. Virgil. 4. Georg.

Asperior & durior doctrina. Cic. pro Muræna, Accessit his tot, doctrina nec moderata nec mitis: sed, vt mihi videtur, paulò asperior & durior, quàm aut veritas aut natura patiatur. de Catonis virtutibus.

Dominatio nimia atque aspera. Pomponius in l. 2. §. & quum placuisset. D. de origin. iuris.

Facetiæ. Tacit. lib. 15, Ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusus.

Gens cultu aspera. Virg. 5. Æneid.

Leuare cultu aspera. Horat. 2. epist. 2, Id est, læuigare.

Glacies. Virgil. 10. eclog. 10.

Homo asper & durus oratione & moribus. Cic. 4. de Fin. Peripatetici verba tenent mordicus, quæ dum sibi euelli ex ordine nolunt, horridiores euadunt, asperiores, duriores, & oratione & moribus.

Aspera crescit hyems. Ouid. 11. Metam.

Iugum. Cæsar 2. bel. Ciuil.

Lapis. Ouid. 3. de Arte.

Leo. Horat. 3. Carm. 2.

Lingua. Virgil. 3. Georgicorum,
-& obsessas fauces premit aspera lingua. Obsessas fauces:

Id est, clausas. Aspera, nimia siccitate. Seruius.

Litera. Ouid. 5. Fast. De Lemuriis loquitur, quæ remuria dicta fuerant, r in l mutata.

Loca. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Lupus dulcedine sanguinis. Ouid. 11. Metam.

Nubila. Lucret. lib. 6.

Nummus. Recenter cusus & signatus. Suetonius in Nerone. Persius satyra 3.

Odia. Virgil. 2. Æneid.

Aspera & horrida oratio. Cic. in Orat. Et grandiloqui, vt ita dicā, fuerunt cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum, vehementes, &c. quod ipsum alij aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa, &c.

Asper & maledicus patronus. Cicero de claris Orat. C. Fimbria temporibus iisdem ferè, sed longius ætate prouectus, habitus est sanè luculentè patronus asper, maledicus, genere toto paulò feruidior atque commotior.

Pelles. Horat. 2. Carm.

Piper. Plin. lib. 12. cap. 7.

Aspera signis pocula, pro Sculpta, anaglypha. Virgil. 5. Æneidos. Seruius.

Pugna. Virgil. 12. Æneid.

Rubus. Virgil. 3. eclog.

Sapor. Virgil. 4. Georg. de flore amello.

Saporis asperrimi frutex. Plin. lib. 22. cap. 12. Et lib. 14. cap. 2.

Saxa. Cic. 1. Tuscul. Ouid. 6. Metam.

Secula. Virgil. 1. Æneid.

Sentes. Virgil. 2. Æneid.

Studiis asperioribus formare mentem. Horat. 3. Carm. ode 24.

Sylua. Virg. 1. Georg. -intereunt segetes, subit aspera sylua. Sylua autem hoc loco de herbis intelligendum, vt Seruius adnotat.

Sylua aspera & densa. Cic. Attico, lib. 12.

Tempora. Cicero pro Cornelio Balbo, Summa vtilitate ac maximo sæpe præsidio in periculis atque asperis temporibus carendum erit.

Aspera tractatu terra. Plin. lib. 17. cap. 7.

Verba. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 6.

Victus. Plaut. Capt. 4.

Vinum. Terent. Heauton. 3. 1.

Virtus. Silius lib. 7.

Studiis belli asperrima vrbs. Virg. 1. Æneid.

¶ Aspri pro Asperi, Synæresis vsitata apud poetas. Virg. 2. Æneid.

Asperitas, penult. corr. {τραχύτης, τραχύτης} contraria est lenitati, authore Donato. Cic. 4 de Finib. Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probauit.

Asperitas aceti. Plin. lib. 9. cap. 35.

Loci iniqua asperitas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4.

Asperitas animi. Plin. lib. 22. cap. 24, de asperitate meatuum spiritus seu vocis, Ergo & hæc animi asperitas, seu potius animæ, dulciore succo mitigatur.

Acris asperitas. Ouid. ad Pisonem,
-tu mitis, & acri Asperitate carens.

Asperitas imbricata. Vide IMBREX.

Asperitatem contentionis, humanitate condire. Cic. 2. de Orat. Neque vlla est temperatior oratio, quàm illa in qua asperitas contentionis, oratoris ipsius humanitate conditur.

Verborum asperitas. Ouid. 14. Metam. Et apud Liu. 2. ab Vrbe, Asperitas orationis.

Asperitas viarum. Cic. 9. Philipp. Et Liu. lib. 8. bel. Pun.

Vocis asperitas. Lucret. lib. 4.

Asperitatis & inuidiæ corrector. Horat. 2. epist. 2.

Asperitas agrestis, & inconcinna. Horat. 1. epist. 19.

Asperiter, Aduerbium antiquum. Næuius Pullus, Vbi tu nequaquam cu bares asperiter. Ex Nonio.

Asperè, aduerbium {τραχέως} pro Durè & insolenter. Cicero Lentulo, lib. 1. 5, Posteaquam Pompeius apud populum ad VIII Idus Februarias, quum pro Milone diceret, clamore conuitióque iactatus est, in Senatúque à Catone asperè & acerbè nimium magno silentio est accusatus.

Insigniter atque asperè vituperare. Cic. 2. de Orat.

Asperè & vehementer loqui. Cic. 1. de Orat. M. Cato Galbæ grauis atque acer inimicus, asperè apud populum Romanum, & vehementer est loquutus.

Nimis asperè tractare aliquem. Cic. Q. frat. lib 2. 10.

Dicta in aliquem asperè & ferociter & liberè. Cicero pro Plancio, Publicanorum in Q. Scæuolam virum omnibus ingenio, iustitia, integritate præstantem, asperè & ferociter & liberè dicta commemorem?

Scribere asperius quàm mores patiantur. Cicero Attico, libro 9, Quod scribis, asperius me quàm mei patiantur mores, de Dionysio scripsisse: vide quam, &c.

Acceptum asperè. Tacit. lib. 3.

Asperrimè loqui de aliquo. Vide LOQVOR.

Aspero, asperas, pen. corr. {τραχύνω} asperare, Asperum facere. Columel. lib. 8. cap. 3, Ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranque cellam datur iunctis parieti modicis asserculis, qui paulùm formatis gradibus asperantur, ne sint aduolantibus lubrici.

Asperantur apes. Varro de Re rustica, lib. 3. cap. 16, Minus valentium signa, si sunt pilosæ & horridæ, vt puluerulentæ, nisi opificij eas vrget tempus. tum enim propter laborem asperantur & macescunt.

Asperare vndas dicuntur Aquilones à Virg. lib. 3. Æneid.

Præceps discordia fratres asperat. Stat. 1. Thebaid.

Crimina asperare. Tacit. lib. 2, Ita moderans ne lenire, néve asperare crimina videretur.

Iram asperare. Tacit. lib. 18.

Sagittas ossibus asperare: Id est, cuspidare. Tacit. in lib. de Germanorum moribus.

Saxo asperare pugionem. Tacit. lib. 15.

Asperatus, penult. prod. Participium. vt, Asperatæ alopeciæ. Plin. lib. 29. cap. 6, Et muscarum capita recentia, prius folio ficulneo asperatas. De alopeciis replendis loquitur.

Aspredo, pen. prod. (τραχύτης) Id est, asperitas, quæ contraria est læuitati. Celsus lib. 5. cap. 27, Interdum simile his quæ vocant Græci ακροχορδόνας, aspredine quadam & magnitudine sua. De carcinomate loquitur.

Aspritudo, penult. prod. aspritudinis (τραχύτης) identidem legitur apud Cels. vt lib. 7. cap. 23, Linguæ aspritudo. Et cap. 26, Calculi aspritudo. Et lib. 6. cap. 6. de imbecillitate oculorum, Licet tamen etiam iisdem medicamentis non inutiliter vti, quæ vel cicatrices, vel aspritudinem extenuant. Budæus.

Aspretum, aspreti, penult. prod. Locus asper & abruptus. Liuius 5. belli Macedon. Tabernacula statuere in aspretis & inæquabili solo difficile erat.

Aspergillum. Vide pòst ASPERGO.

Aspergo, aspergis, aspersi, aspersum (ῥαίνω, ῥαντίζω) aspergere, Ex Ad & Spargo compositum, aliquantum madefacere significat. Propert. lib. 1. eleg. 11,

Nonnihil aspersis gaudet amor lacrymis.

Aram sanguine aspergere. Cic. 3. de Nat. deor.

Aspergere aquam dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuò sumptum ab iis qui in deliquio, quum Græci λειποθυμίαν appellant, aspersa in faciem aqua, ad sui sensum reuocantur. Plaut. Trucul. Aspersisti aquam, iam redit animus. Quod Terentius simpliciter, Reddidisti animum. Erasmus in Chiliad.

Aspergere salem carnibus, Plin. lib. 8. cap. 38. Et, Aspergere sale carnes, Idem Lib. 15 cap. 6.

Minuto & trito sale carnem aspergere. Columella libro 12. cap. 53, *Saulpoudrer*.

Aspergere è fonte. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6, Eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus.

Aspersit semina artis. Plin. lib. 30. cap. 1, Primus extat (vt equidem inuenio) commentatus de arte magica Otanes, Xerxem regem Persarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut semina artis portentosæ aspersit, obiter infecto, quacunque commeauerat, mundo. In scriptis vetustioribus codicibus legitur Sparsisse.

¶ Aspergere molestiam, per translationem. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 12, Nunc mihi iucunditatis plena epistola hoc aspersit molestiæ, &c.

Grauitati comitatem. Cic. pro Muræna, Sed si illius comitatem & facilitatem tuæ grauitati seueritatisque aspersens.

Mendaciunculis aspergere. Cic. 2. de Orat. Quod tamen est mendaciunculis aspergendum.

Labeculam alicui laudatione sua. Cic. in Vatinium.

Labem dignitati alterius. Cic. in Vatinium.

Lingua aliquem. Author ad Heren. 4, Iste quotidie per forum medium, tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circunspectans huc & illuc siquem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus insecare, lingua aspergere possit.

Maculis vitæ splendorem. Cic. pro Plancio, Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis: acis adulteria, &c.

Notam alicui. Vlp in l. diui fratres. D. de iure patronat.

Suspicione, vel infamia aspergi. Cicero pro Cælio, Qui istius facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est aspersus.

Sales orationi aspergere. Cic. in Orat.

Summa arte aspergi in omni parte orationis. Cic. pro Corn. Balbo, Vt aliqui sermones hominum alienis bonis mœrentium, etiam ad vestras aures permanarent, & in iudicio ipso redundarent, idcirco illa in omni parte orationis summa arte aspergi videbatis.

¶ Aspergere aliquid in epistolis dicimus, quum pauca de re aliqua scribimus. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, Hæc aspersi, vt scires me tamen in stomacho solere ridere.

¶ Sextulam Ebutio aspergit. Cic. pro Cecinna, 13. Vide SEXTVLA.

Aspergere, pro Salsis dictis carpere, & vellicare. Horat. 1. Sermon. satyra 4,

E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos,

Præter eum qui præbet aquam, &c.

Aspergo, asperginis, fœm. gen. (ῥανίς) Ipse aspergendi actus. Plin. lib. 36. cap. 22, Aspergine & gelu pruinisque rumpuntur in testas, nec contra humores & auram maris robusti. Ouid. 3. Metam. de Delphinis. Videtur in Plinij exemplo accipi debere pro guttis aquarum ex humiditate parietis aut lapidum defluentibus.

Asperginees parietum, guttæ illæ aquarum quæ ex humiditate parietum solent decidere. Plin. lib. 22. cap. 21. Virg. 3. Æneid. Salsa spumant aspergine cautes.

Aspersus, sa, sum (ῥανθείς) participium. vt, Aspersus oculis liquor, Plin. lib. 12. cap. 8. Et Horat. 1. epist. 11, Aspersus luto.

Leuiter aspersus laudibus. Vide LEVIS.

Aspersus, huius aspersus (ῥάνσις) verbale. Plin. lib. 11. cap. 53, Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur.

Aspersio, Aliud verbale (ῥάνσις) Cic. 2. de Legib. Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur.

Aspergillum, aspergilli (περιρραντήριον) Nouum, sed non inelegans vocabulum. significat autem instrumentum, quo aqua nos aspergere solemus. Sipontin.

Asperitas, Vide ASPER.

Aspernor, aspernaris (ἀπαξιόω) aspernari, deponens, Est auerti non solùm corpore, sed etiam animo. Aspernari, recusare, auertere, non agnoscere. Est autem dictum à Sperno. Terent. Phorm. 1. 3, Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter. Hæc Donatus. Virgil. 1. Georg. Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis. Vbi Seruius, Aspernabere, Contemnes. Cic. 4. Acad. Habeo (inquam) sententiam tuam, neque eam admodum aspernor.

Aspernari crudelitatem alicuius ab aris suis dicitur Deus. Cic. pro Cluentio, Cuius ego furorem atque crudelitatem deos immortales à suis aris atque templis aspernatos esse confido.

Aspernari, Contemnere ac negligere. Cic 6. Verr. Ennensium querimonias nolite per deos immortales aspernari, nolite contemnere ac negligere, Iudices.

Aspernari ac respuere. Cic. 3. de Orat. Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptarius, quàm citò id quod valde dulce est, aspernatur ac respuit? quis potione vti, aut cibo dulci diutius potest?

Aspernari literas alicuius. Cic. ad Attic. lib. 7, Non aspernor Trebatij literas, à quo me voice diligi scio.

Reiicere & aspernari. Cic. pro Sex. Rosc. Hanc verò quæ ad eorum liberos atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, nisi hoc iudicio à vobis reiicitis & aspernamini, videte per deos immortales, quem in locum Rempub. peruenturam putetis.

Auribus respuere, animo aspernari. Cic. in Pisonem, Nemo denique ciuis est qui non modò se ciuem esse meminerit, qui vos nõ oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur.

Appetere, & Aspernari, contraria. Cic. 2. de Finib. Simul atque natum animal est, gaudet voluptate, & eam appetit vt bonum, aspernatur dolorem vt malum.

Aspernabilis, pen. corr. (ἀπαξιωτικός) verbale. Gel. Nonnunquam apud me ipsum soleo res eiusmodi paruas quidem minutásque, & hominibus non bene eruditis aspernabiles.

Aspernatus, penultima prod. participium (ἀπαξιωσάμενος) Virgilius 3. Georgicorum,

In nemora alta vocans, nec tu aspernata vocantem.

Aspernandus, Aliud participium. vt, Minimè aspernandus. Cic. ad Caton. lib. 15 6, Quæ etiamsi parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, vt non nimis concupiscendus homo, sed tamen si deferatur à Senatu, minimè aspernandus esse videatur.

Aspernatio (ἀπαξίωσις) Contemptus. Verbale. Cicero 4. Tusculanar. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt.

Aspero, asperas. Vide ASPER.

Aspersio. Aspersus. Vide ASPERGO.

Asperugo, herba est, Lappaginis species, similis illi quæ mollugo dicitur, sed foliis asperioribus. Plin. lib. 26. cap 10.

Asphaltion (ἀσφάλτιον) Trifolij species est. Dioscor. lib. 3. Plin. lib. 21. cap. 9. Folio coronat & trifolium. Tria eius genera, minyanthes vocant, al j asphaltion, maiore folio, quo vtuntur coronarij. Alterum acuto, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutissimum. Plura apud eundem.

ASPHALTITES, pen. prod. (ἀσφαλτίτης) Lacus Syriæ, de quo Plin. lib. 5. cap. 16. Asphaltites nihil præter bitumen gignit: vnde & nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri cameliqué fluitant: inde fama nihil in eo mergi. De hoc multa Solinus & Iustinus lib. 36.

Asphodelus, asphodeli, penul. corr. m. g. (ἀσφόδελος) herba de qua sic Plin. lib. 21. cap. 17, Asphodelus manditur & semine tosto & bulbo. Paulo pòst, Asphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix eius napis modicis similis est. Neque alia eumerosior, LXXX simul aceruatis sæpe bulbis. Theophrastus, & ferè Græci, princépsque Pythagoras, caulem eius cubitalem, & sæpe duûm cubitorum, foliis porri syluestris, anthericon vocauere: radicem verò, id est bulbos, asphodelon. Nostri illud albucum vocant, & asphodelum hastulam regiam. Hactenus Plinius. Nostri autem pharmacopolæ corrupto vocabulo vocant *Aphrodilum*.

Aspicio, aspicis, pen. corr. aspexi, aspectum (σκοπέω, βλέπω) aspicere. Ex Ad, & Specio antiquo verbo compositum: significat Intueri, ad aliquid oculos intendere. Ouid. 6. Metamor. Corpus vt aspexit, lacrymis, &c. Terent. And. 1. 1,

-interea inter mulieres

Quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam.

Vix aspiciendi potestas fuit. Cic. 1. de Orat.

Molli vultu aspicere. Ouid. 10. Metam.

Me huc aspice. Plaut. Amphit. 8.

Respicere & aspicere. Cic 1. de Diuin. Quum autem aliquãtulum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum, respexitque, & equum alacrem lætus aspexit, cuius in iuba examen apum consederat.

Aspicere & contueri. Cic. pro Sylla, Aspicite ipsum, contuemini os, conferte crimen cum vita vsque ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoscite.

Aspicere ad aliquem. Cic. de Arusp. respon. Et simul ad Cn. Lentulum cos. aspexit.

Ad faciem eorum quum aspicies, haud videntur mali. Plautus Pseud.

Aspicere è loco aliquo. Plin. lib. 17. cap. 4. Ouid. 2. Metam. Tum verò Phaeton cunctis è partibus orbem Aspicit. Seneca in Herc. fur. 8, Ex alto aspicit.

Aspicere in obliquum. Plinius lib. 11. cap. 37, Cancri in obliquum aspiciunt.

Aspiciunt inter se, Id est, mutuò. Cic. 3. in Catilinam, Sic terram intuebantur, sic furtim nonnunquam inter se aspiciebant: vt non iam ab aliis indicari, sed ipsi à se viderentur.

¶ Aspicere lucem, pro Edi in lucem, & nasci: cui opponitur, Luce priuari. Cic pro Sexto Roscio, Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce priuarit.

¶ Aspicere aliquem, pro Iuuare. Virg. 2. Æneidos,

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis,

Aspice nos. Vbi Seruius, Aspice nos: quia intuentes dij adiuuant.

¶ Aspicitur

¶ Aspicitur. Ouid. 6. Fastorum,
Si genus aspicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni sors ego prima fui.
¶ Aspici, pro Considerari. Sil. lib. 3. Sin solo aspicimur sexu, &c.
Aspiciendus { ὁρατέος. } Ouid. 6. Fastorum,
Tu dea non fueras aspicienda viro.
Aspectu, supinum passiuum. vt, Horrendus aspectu, Qui faciem habet horrendam.
Aspectus, huius aspectus { ὄψις } Effigies cuiuscunque animalis.
Aspectum amittere. Cic. 1. Tuscul. Nec verò de hoc quisquam dubitare posset, nisi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis sæpe vsu venit, qui quum acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent, sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit.
Aspectus miserabilis. Cicero 2. Philippica, Auctionis aspectus miserabilis.
¶ Aspecti, pro Aspectus. Accius Astianacte,
Abducite intrò: nam mihi misericitudine commouit animum excelsa aspecti dignitas. Antiquum. Nonius.
¶ Aspectus { ἐπίβλεψις } Intuitus. Cic. 6. Verr. In qua inauratam C. Verris statuam viderem. Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ & commemoratione, vt, &c.
Aspectu in casu Dandi dixit Virg. Æneid. lib. 6, -téque aspectu ne subtrahe nostro. Meminit Gell. lib. 4. cap. 16.
Aspectus mitis. Sil. lib. 8.
Aspectus rancidus. Plin. lib. 22. cap. 22. Vide RANCIDVS.
Scaber. Plin. lib. 12. cap. 25.
Virilis. Cic. de Arusp. respon. Non mirum si hoc vobis ridiculum videtur: etiam sua concio risit, hominem illum, qui puluinaribus Bonæ deæ stuprum intulerit: eáque sacra, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem aspici fas est, non solum aspectu virili, sed flagitio stupróque violarit: in concione de religionibus neglectis conqueri.
In aspectu vrbis. Cic. 6. Verr. Et portus habet propè in ædificatione aspectúque vrbis inclusos.
Ad aspectum præclarus. Cic. 6. Verr. Nam & situ est communito, tum ex omni aditu vel terra vel mari, præclaro ad aspectum.
Primo aspectu. Cic. ad Attic. lib. 7, Ad VIII. Id. Decemb. Tusculanum veni, & ibi tuas literas legi, è quibus hanc primo aspectu voluptatem cepi, quod erant à te ipso scriptæ.
Primo quasi aspectu. Cicero 4. Academ. Nam si quod cuique occurrit, & primo quasi aspectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo leuius?
In aspectum adducere. Plancus Ciceroni lib. 10. 23, Copias propè in aspectum Lepidi Antoniíque adduxi, quadragintáque millium passuum spatio relicto consedi.
Sub aspectum & tactum cadere. Cic. de Vniuersit. Quemadmodum ignis aeri, sic aer aquæ: quódq; aer aquæ, id aqua terræ proportione reddit. Qua ex coniunctione cælum ita aptum est, vt sub aspectum & tactum cadat.
Carere aspectu ciuium. Cic. 1. in Catil.
Contorquere aspectum. Cic. 2. de Nat. deor. Oculi aspectum quò volunt, facilè contorquent.
Aliquò conuertere. Cic. 2. de Nat. deor. Natura lubricos oculos fecit & mobiles, vt & declinarent, siquid noceret: & aspectum quò vellent, facilè conuerterent.
Definire. Cic. 2. de Diuin. Illi orbes qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè nominari possunt.
Exuere rei alicuius aspectum. Tacit. lib. 16.
Fugere aspectum alicuius. Seneca in Hippol. 5.
Grauari. Tacitus libro 3, Sanè grauaretur aspectum ciuium senex Imperator.
Vno aspectu iudicare. Cicero de Claris Orat. Intelligens dicendi existimator non assidens, & attentè audiens, sed vno aspectu, & prætereuns, de oratore sæpe iudicat.
Obmutuit aspectu. Virg. 4. Æneid.
Poni sub vno aspectu. Q. Cic. de Petit. Consul. Nō vt aliquid ex iis noui adiicerem, sed vt ea quæ in te dispersa atque infinita viderentur esse, ratione & distributione sub vno aspectu ponerentur.
Priuare aspectu. Cicero ad Marcellum, libro 4. 9. Nunc verò nec locus tibi vllus dulcior esse debet patria: nec eam diligere minus debes, quòd deformior est, sed misereri potius: nec eam multis claris viris orbatam, priuare etiam aspectu tuo.
In aspectum lucémque proferre. Cic. pro Archia, Ego verò fateor me his studiis esse deditum: cæteros pudeat, siqui se ita literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aspectum lucémque proferre.
Referre aspectum aliquò. Cicero de Prouin. Consul. Sed homines aut propter dignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab huius ordinis coniunctione depulsi, sæpe ex hoc portu se in illos fluctus propè necessarios contulerunt. qui si ex illa iactatione cursu populari, bene gesta Rep. referunt aspectum in Curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati esse volunt, non modò non repetendi sunt, verum etiam expetendi.
Aspectu sentiri. Cic. 1. Offic. Itaque eorum ipsorū quæ aspectu sentiuntur, nullum aliud animal venustatē, pulchritudinem, conuenientiam partium sentit. Hominem intelligit.
Sub aspectum venire. Cic. 2. de Orat. Formis atque corporibus, sicut omnibus quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est, etenim corpus intelligi sine loco non potest.
In aspectu vesci. Tacit. lib. 13.
Aspectum hominum lucémque vitare. Cic. pro Sylla, Quis P. Syllam, nisi mœrentem, demissum, afflictúmque vidit? quis vnquam est suspicatus hunc magis odio, quàm pudore, hominum aspectum lucémque vitare?
Aspectum & præsentiam hominū vitare. Cic. 1. in Catil. Tu quum conscientia scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, & iam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes sensúsque vulneras, eorum aspectum præsentiámque vitare?
¶ Aspectus, Pulchritudo. Virg. 1. Æneidos,
Obstupuit primò aspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto. Seruius.
¶ Aspectus morum. Plin. lib. 11. c. 52. Addidit morū aspectus simili modo apud nos Trogus. Hoc est, Iudicium de hominis moribus ex ipsius aspectu.
¶ Aspectus quadratalis, trientalis, triquetrus, quadratus, trinus, nonagenarius, sextilis, sexagenarius, semissis, tetragonus, hexagonus, qui dicantur Astronomicis, vide TETARTEMORION.
Aspecto, aspectas { ἐπιβλέπω } aspectare, Frequentatiuum, Frequenter aspicere & fixè intueri. Terent. Eunucho, 3. 5, -quid me Aspectas? quid taces? Cicero pro Plancio, Quid me aspectas? quid mea promissa repetis?
Omni exuta æqualitate iussa principis aspectare. Tacit. lib. 1.
Aspectare aliquid, de inanimis dicitur, pro Ex aduerso positum esse. Virg. 1. Æneidos.
¶ Aspectari, passiuum. Lucret. lib. 3,
-illum esse potentem,
Illum aspectari, claróque incendit honore. Sensus est, Illum esse potentem, illum digito monstrari, atque aspectari, macerat alios homines inuidia: & honore, id est Propter illius honorem, homines inuidos incendit, vrit, & cruciat. Hæc est vera lectio, & hic sensus, authore Lambino.
Aspectans { ἐπιβλέπων. } Statius 3. Thebaid. Virgilius 3. Georgic. Stabula aspectans.
Aspectabilis, & hoc aspectabile, penul. corr. { ὁρατός } Verbale, Dignum quod aspiciatur. Cic. de Vniuersitate, Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.
Corporeum & aspectabile. Cic. de Vniuers. Corporeum autem & aspectabile, itémq; tractabile omne necesse est esse, quod natum est.
Aspidisci { ἀσπιδίσκαι } Breuia sunt scuta, & in scuti modum orbicularia ornamenta. Cælius lib. 13. cap. 16.
Aspilates { ἀσπιλάτης } Gemma est ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in auium quarundā nido inueniri: tradítq; eam ex cameli pilo splenecticis alligatam, malo illorum mederi. ¶ Est & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis vtilis. Vtriusque meminit Plin. lib. 37. cap. 10.
Aspiro, aspiras, penultima prod. { πνέω, ἐπιπνέω } aspirare, ex Ad & Spiro compositum, est Afflare. Virgil. 7. Æneidos, Aspirant auræ in noctem.
Lenius aspirans aura secunda venit. Catul. ad Mallium, 63.
Aspirare ad locum aliquem. Var. de Re rust. Ad quæ granaria nulla aura humida è propinquis locis aspiret.
Aspirare vocem. Quintil. lib. 1. cap. 6.
¶ Aspirare, Accedere. Colum. lib. 8. cap. 14. Ne coluber, ne vipera, felisque, aut etiam mustela possit aspirare. Quem locum desumpsit è Varrone de Re rust. lib. 3. cap. 10, Néue quà eò accedere possint mustelæ, aliæve bestiæ quæ noceant.
Propius aspirare prauo consilio. Valerius Maximus libro 3. capite vltimo, vbi de Phocione, Plerunque enim temeritatē casus iuuat, vbi prauo consilio propius aspirat: & quo vehementius noceat, desperatius prodest.
Aspirare ad aliquem. Cic. 5. Tusc. Omnésque aditus tuos interclusi, vt ad me aspirare non posses. Hoc est, peruenire.
Ad aliquem ex bellica laude. Cic. de Claris Orat. Nam vt ex bellica laude aspirare ad Aphricanum nemo potest: sic ingenij, literarum, eloquentiæ, sapientiæ denique, etsi vtrique primas, priores tamen deferunt Lælio.
Aspirat equis, pro Ad equos. Virgil. lib. 12. Æneidos, -nec equis aspirat Achillis. Vbi Seruius, Aspirat, apud maiores, Accedit significat.
¶ Aspirare rei deos dicimus, pro Auxilium aliquod præbere. Virg. 2. Æneid. -aspirat primo fortuna labori. Idem 9. Æneidos,
Vos ô Calliope precor aspirate canenti.
Aspirat felicitas alicui. Curtius.
¶ Aspirare in curiam. Cic. 4. Verr. id est, Contendere, proficisci.
In campum alicuius. Cic. pro Sylla.
¶ Aspirare, Inspirare, vel impertire. Metaphora ab aromatibus à quibus odorem aspiramus. Quintil. in præfat. lib. 4, Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenij aspiret, dexterq; ac volens adsit. Budæus.
¶ Aspirare ad rem aliquam, Est vehemēti conatu in aliquam rem contendere: quia qui sic enituntur, spirant, id est anhelant. Cic. 3. Ver.
Ad magistratum aspirare. Vlp. in l. 1. §. Casum. D. de postuland.
Accedere, aut aspirare. Cicer. 1. Verr. In eiusmodi re quisquam tam impudens reperiretur, qui ad alienam causam inuitis iis quorum negotiū est, accedere, aut aspirare audeat? Vbi Asconius, Aspirare, est in eam partem qua quid quæsitum est, vultum & oculos ac spiritum oris aduertere. Accedere, est proximum fieri.
Aspirare aliquó. Cic. 7. Verr.
Ad eam laudem quam volumus, aspirare non possunt. Cicero de Claris Orat.
Aspirans, aspirantis, Participium. Cic. 2. de Nat. deor. Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum se spiritu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes.
Aspiratio, Verbale { ἐπίπνοια } Actus ipse aspirandi: Hoc est, inspirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. Cic. 2. de Nat. deor. Animantes autem aspiratione aeris sustinentur.
¶ Aspiratio, pro eo quod Influentia dicitur. Cic. 1. de Diuin. Nam si obscurior, quasique caliginosa stella extiterit: pingue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit. Budæus.
¶ Aspiratio terrarum dispariIis, pro exhalatione. Cic. 1. de Diuin. Et sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres, aliæ quæ acuta

ingenia gignant,aliæ quæ retusa: quæ omnia fiunt ex cæli varietate, & ex dispari aspiratione terrarum.

Aspis,aspidis,penult.corr.f.g. { ἀσπίς } Serpens est paruus venenosissimus,cuius naturam multis verbis describit Plin. lib.29. cap.4. Cic. pro Rab.Posthu Aspide ad corpus admota vita est priuatus.

ASPIS,dis { ἀσπίς } insula est,quam nonnulli Arcónesum vocant.Strab. lib.14. ¶ Est & hoc nomine collis quidã,in Taphitide promótorio, à similitudine appellatus,quẽ Agathocles Siciliæ tyrannus habitauit, quo tempore Carthaginem nauigasset. Vide Strab.lib 17. ¶ Est item Aspis locus & portus optimus omnium qui sunt in Syrte.Ibidem.

ASPLEDON,penult.prod. { ἀσπληδών } Phocensium vrbs,vt tradit Pausanias. ¶ Hanc Eustathius vocatam Apricam dicit ,quòd hybernationi locus amœnus sit, cum ad differentiam alterius cuius meminit Homerus in catalogo libri 2.Iliad.

Asplenum, asplení, penultima producta,à Græco ἄσπληνον, quòd lienem imminuat. Herba, de qua sic Plin.lib.27.cap 5, Asplenum,sunt qui hemionion vocant , folijs trientalibus multis, radice limosa,cauernosa,sicut filicis candida, hirsuta:nec caulem, nec florem, nec semen habet.Nascitur in petris,parietibus opacis,humidis. Interpres tamen Dioscoridis lib.3. cap.151, vertit asplenion. Est autem quam alij scolopendrion vel scolopendram vocant , Arabes *Ceterach*, Itali *Cetrach*.Quam autem herbam falsò pharmacopolæ vocant scolopendram,est ea quam Dioscorides phyllitin appellat.

ASPORENUS { ἀσπορηνός } Mons est Asiæ Pergamo proximus,sic dictus quòd asper & sterilis sit: & templum quod ibi est Matris deorum,Asporenum dictum: dea quoque ipsa Asporena dicta est. Strabo libro 13.

Asporto,asportas { ἀποφέρω } asportare. Aliò portare. Terent. Phorm. 3.3,Quoquò hinc asportabitur terrarum,certum est persequi. Cic. in Parad 9,Multa de suis rebus secum asportarent.

Asportare ad aliquem. Liu.4. bel. Pun. Et asportari Alexandriam iuberent,ad virum vxorem,ad patrem filias.

Aliquem secum.Cic 6.Verr.

In aliquem locum.Liuius 7.belli Punici,In Macedoniam asportata fuerat.

Asportatus,penultima producta,Participium { ἀποφερόμενος } Cic.3. Verr. Omnia ex fanis,ex locis publicis,palam,spectantibus omnibus plostris euecta,asportatáque.

Asportandus { ἀποιστέος } Cic.6 Verr. Simulacrum auellendum asportandúmque curauit.

Asportatio,Verbale { ἀποφορά } Actus ipse asportandi. Cic. 6. Verr. His pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit: quòd eorum demolitio atque asportatio perdifficilis videbatur.

Aspredo,Aspretum,Aspritudo,Vide ASPER.

A S S

Assa fœtida,Vide LASER.

Assa, assorum, cella in balneariis, in qua tantùm sudant, non etiam lauant.Seneca Sudatoria vocat. Cic. Q. frat.lib.3, In balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promoui.

Assa, (inquit Festus) dicebatur cantus tibiarum. Nonius, Assa voce, sola voce linguæ tantummodo, aut vocis humanæ , non admistis alijs vocibus esse voluerunt.Varro de Vita populi Romani,libro 2,In conuiuiis pueri modesti , vt cantarent carmina antiqua , in quibus laudes erant maiorum, & assa voce,& cum tibicine. Idem Cato De liberis educandis, Melos alterum in cantibus est bipartitum : vnum quod est in assa voce,alterum quod vocant organicon.Assum autem existimandum est,vt in obsoniis,sine pigmẽto saporis alieni,quemadmodum merum dicitur solum. Hactenus Nonius. Asconius in Diuinationem Ciceronis,Cani remigibus celeusma per symphoniacos solebat,& per assam vocem.Id est,ore prolatam.

¶Assa , Nutrix antiquis. Nonius , Assas nutrices difficilis multi existimant intellectus. At verò acri intentione potuimus indagare , ob eam proprietatem officij eo nomine nuncupari , quòd assint iis quos nutriant , nec vel exiguo diuellantur. Vnde assectas ab eo quòd assint , & omnibus iussis dominorum præsto sint , esse vocitatos.Hactenus ille.

ASSABINVS,deus apud Æthiopas,qui vulgò Iupiter.Plin.lib.12.cap.19.

ASSACANI, Indiæ regio est , in qua est Magosa ciuitas , regionis illius caput.Strabo lib.15.

Assamenta, assamentorum,n.g.plur.num. { σανίδωμα } Tabulæ sunt sectiles,quæ axes siue asses aliàs dicuntur.Plin.lib.16.cap.4,Rigorem fortissime seruat vlmus, ob id cardinibus assamentísque portarum vtilissima,quoniam minimè torquetur.Ex Budæo.

ASSARACVS,penult.corr. { Ἀσσάρακος } Trois filius,auus Anchisæ,& pater Capys.Virg.12.Æneid.Et genus Assaraci.

Assaratum , Apud antiquos dicebatur genus quoddam potionis , ex vino & sanguine temperatum : quòd Latini prisci, sanguinem, Assir vocabant. Festus.

Assarius,Vide ASSO assas.

ASSARVM.Vide ASARVM.

Assecla,assectæ,penult.corr.m.g. { ἀκόλουθος } Seruus, sic dictus (vt ait Nonius) quòd assit, & omnibus iussis dominorum præsto sit. Cic. 3. Verr.Etenim quod est iudicium , quum è Verris turpissimo flagitiosissimóque comitatu , tres Recuperatorum nomine assedissent , assectæ istius non à patre ei traditi,sed à meretricula cómendati? Idem, De assecla quodam seruo suo quæsiuit.

Asseclæ patritiorum.Liu.lib.3.

Asseclæ legatorum.Cic.3.Verr.

¶Assecla mensarum, per metaphoram. Cic. in Sallustium, Sed tu omnium mensarum assecla , omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter.

Assector.Vide ASSEQVOR.

Assentio. assentis, assensi, assensum { συγκατατίθεμαι συναινέω,ἐπαινέω } assentire , significat Cósentire.sed ferè obsoleuit. Plaut.Rud.2.3,Mare quidem commune certò est omnibus esse. T. assentio. Et Assentior, assentiris,assensus sum,assentiri,Deponẽs,Idem,sed vsitatius. Cic.5. Verr. Vt ego assentiar orationi, defensionem tamen non probabo.

Assentiri alicui ad vnum. Cic.ad Planc.lib.10. epist.16, Cui assensi sunt ad vnum omnes.

Aliquid alicui. Cic.3. de Orat. Nanque ego illud assentior Theophrasto,qui,&c. Idem Attico, Timet multa,assentitur omnia.

Assentiri alicui de aliqua re.Cic. Att.lib.7, De Vennonianis rebus tibi assentior. Idem 1.de Orat Quũ sæpissime tibi Senatus breuiter impolitéque dicenti maximis sit de rebus assensus.

¶Assensum est, Impersonale. Cic. ad Lentulum , libro 1.2, Quatenus de religione dicebat, eique rei iam obsisti non poterat. Bibulo assensum est.

Assentiens,Participium { συναινῶν } Cic.de Diuinat.Ennius qui magno applausu loquitur,assentiente populo.

Assensus,Participium passiuum { ἐπαινεθείς } Cic. 4. Academ. Etenim is quoque qui à vobis sapiens inducitur , multa sequitur probabilia, nec comprehensa, nec percepta, neque assensa, sed similia veri : quæ nisi probet,omnis vita tollatur.

Assensus,huius assensus { συγκατάθεσις, ἐπαίνεσις } Verbale,idem quod Assensio.Cic.4. Academ. Quare qui aut visum,aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è vita.

Assensu omnium aliquid dicere.Cic.2.de Natura deorum,Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius , Aspice hoc,&c.

Vulgi assensu, & populari approbatione iudicari solet. Cicero de Claris Orat.

Vario assensu fremere.Virg.10.Æneid.

Mereri assensum deliberantis.Quintil.lib.3.cap.8.

Obsistere visis,assẽnsúsque suos firmè sustinere.Cic.3.de Finib.

Assensio { συγκατάθεσις } Verbale,Cósensus.Cic.4.Acad.lib.1.Sed adhæc quæ visa sunt,& quasi accepta sensibus,assensionem adiungit animorum,quam esse vult in nobis positam & voluntariam.

Simulata assensio.Quintil.lib.6.cap.3.

Assensio & approbatio.Cic.4.Academ.

Assensionis retentio.Cic.4.Academ.

Assensionem captare.Cic.1.de Inuent.

Assensor,assensoris,Verbale { συγκαταθετικός } Qui assentitur.Cic. Torquato lib. 6. 21, Quotidie commemorabam te vnum in tanto exercitu mihi fuisse assensorem,& me tibi.

Assentor,assentaris,assentatus sum { κολακεύω } assentari, Est insidiosè & cóciliandæ alicuius vtilitatis gratia,effusius,& plerúque falsò quempiam laudare. Terent. Adelph.2.4, Ne id assentandi magis, quàm quod habeam gratum, facere existimes. Vbi Donatus,Assentandi, adulandi. Cic.ad Dolabellam, lib.9.12, Nisi fortè te amans, & tibi assentantur.

Assentari omnia. Terent.apud Ciceronẽ de Amicitia, postremò imperaui egomet mihi Omnia assentari. Locus est apud Terentium in Eunucho,2.2.

Assentatio,Verbale,Ipse assentandi actus { κολακεία } Liu.4.bel. Pun.Inflatus assentationibus eorum qui eum nó Hieronis tantùm,&c.Cic. de Amicit.Semper auget assentatio id quod is cuius ad volũtatem dicitur,vult esse magnum.

Beneuolentiam blanditiis & assentationibus colligere , turpe est. Cic.de Amicitia.

Blanditiis & assentationibus se in alicuius consuetudinem immergere.Cic.pro Cluent.

Eruditus ad assentationem.Cic.ad Q.frat.lib.1.1.

Assentatiuncula,pen.corr.diminut.Cic.ad L.Luceium,lib.5.12, Vereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

Assentatoriè,aduerb. { κολακικῶς } Cum assentatione.Cic.ad Q.frat.lib. 2 16,Dubitare te non assentatoriè,sed fraternè vero.

Assentator,penult.prod. { κόλαξ } Verbale, Qui assentatur. Cic.1.Offic. Non benefici, neque liberales , sed perniciosi atque assentatores iudicandi sunt.

Assentatores mulierum.Cic.pro Cecinna.

Assequor,penult.corr.assequeris,assequutus sum { ἀκολουθέω, ἐπιτυγχάνω, καταλαμβάνω } assequi, Peruenire ad eum quẽ sequimur. Terent. Phorm.5.8,Assequere,ac retine. Cic.Att. lib.3.45, Si enim es Romæ, iam me assequi non potes.

Insequi,& assequi.Cic.1.Tusc. Quæ verò ætas longa est? aut quid omnino homini longum? nónne modò pueros, modò adolescentes in cursu à tergo insequens,nec-opinantes assequuta est senectus?

¶Assequi { τυγχάνειν } Adipisci , & quod vulgus Lucrari appellat, Cic.pro Rosc.Amerino,Qua in re nihil aliud assequeris,nisi vt ab omnibus mortalibus audacia tua cognoscatur & impudentia.

Propositum assequi. Cic.3.de Fin.hoc est , tandem peruenire ad id quod proposueramus.

Honores & magistratus.Cic.in Pisonem,Omnes magistratus sine repulsa assequutus.

Maturitatem,Maturũ fieri.Cic.2.de Nat.deor.Aliturque,augescántq; & pubescant,maturitatémque assequantur.

Merita alicuius,Par pari referre. Cic. Lentulo, lib.1.4, Quid enim aut me ostentem,qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum esse assequutus? Id est,nullam partem tuorum meritorum videar æquasse.

Ingenium alterius,Parẽ ingenio esse alteri. Plin.Iun. lib.4.epist.8.

Nomen.Plin.Iun.in Paneg. Assequutus est nomen quod ad alium transire non possit.

Coniectura assequi,est Coniectando intelligere. Cic.5.Verr. Credo vos ex vestris rebus rusticis coniectura assequi posse.

Literis,Est literis rem explicare,quo modo verbis & dictis.Cic.ad Brutum 15.1, Quibus igitur literis tã accuratè scriptis assequi possum subtilius,vt explicem quæ gerantur.

Suspicione non potui consilium.Cic.Attico,lib.8.

Apertis obscura.Cic.3.de Nat.deor.

Cogitationem alterius.Cic.2 de Inuent. Sed qui cogitationem assequi possent & voluntatem interpretari.

Assector, assectaris, assectatus sum { περιπατεῖν } assectari, Quasi comitatum praestare non tantum in itinere, aut nauigatione, aut militia, sed ferè per vrbem, vt Cic. de Orat. lib. 2, Quum aedilitatem Crassus peteret, cúmque maior natu & consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam Cn. filio suo despondisset. Haec Valla lib. 5.

¶ Assectari aliquem, pro Se insinuare in gratiam eius, vel captare amicitiam. Tranquillus in Iulio, cap. 19, Qua maximè iniuria instinctus, omnibus officiis Cn. Pompeium assectatus est, offensum tunc partibus. Id est, Pompeio se adiunxit.

Assectari praetextatū aut praetextatam, à Iustiniano lib. Instit. 4, dictum est pro eo quod est pudorem pueri ingenui aut puellae sugillare, & notam infamiae, tanquam scorto masculo foemininóque inurere. Solent enim hodie quoque perditissimi homines, dum sugillare volūt puellae aut matronae opinionē, improbiore petulantia in publico eis adambulare, quasi scortū ad constitutum assectantes. Budaeus.

Assectatio { ἀκολούθησις } Verbale, Ipse assectandi actus. Plin. lib. 33. cap. 12, Vidimus & ipsi Arellium Fuscum motum equestri ordine ob insignem cum celebritate assectationem adulescentium scholae, ex argento annulos habentem.

Assectatio caeli. Plin. libro 2. cap. 10, Latet plerosque, magna caeli assectatione cōpertum à principibus doctrinae viris, supernorum trium siderum ignes esse. Id est, obseruatione.

Assectator, Verbale { ἀκόλουθος } Qui assiduè comitatum praestat. Cic. pro Corn. Balbo, Cum ducibus ipsis, non cum comitatu assectatoribúsque confligant. Conqueritur Cicero quòd aemuli, qui magnis viris inuidebant, non audebant eos aggredi ob potentiam: sed minores eorum amicos & quasi comites vexabant.

Assectator dapis cancer. Plin. lib. 9. cap. 42.

¶ Assectator, Qui alicuius doctrinā & eloquentiam imitatur. Plin. lib. 24. cap. 17, Adiecit his Apollodorus assectator eius.

Assectator eloquentiae. Plin. lib. 29. cap. 1, Exortus deinde est Vectius Valens, adulterio Messalinae Claudij Caesaris nobilitatus, pariterque eloquētiae assectator. Assectator sapientiae, Plin. lib. 8 cap. 27.

Asser, asseris, penul. cor. vel, Assis, huius assis, m. g. { σανίς } Budaeus, Asses quae & axes dicuntur, tabulae sunt sectiles, non absimiles scandulis, quibus tecta, tegularum vice, in quibusdam locis teguntur. Plin. Assamenta etiam appellat lib. 16. cap. 40. Hactenus Budaeus. Festus, Asseres dicti, quod assidi ant parieti trabibusque. Plaut. Aulul.

Ligna hic apud nos nulla sunt. ST R. sunt asseres?
ST A. Sunt pol. ST R. sunt igitur ligna, ne quaeras foris.

Asseres ab assibus differunt. Sunt enim asseres oblongi trientali circiter materia, latitudine ferè ac crassitudine aequales, vulgò *Membratura* dicūtur. Haec Budaeus. Caesar 2. bel. Ciuil. Asseres enim pedum duodecim cuspidibus praefixi, atque hi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terra desigebantur.

Asseres ferreo vnco praefigere. Liu. lib. 10. bel. Pun. Postremò asseres ferreo vnco praefigi (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus inici in Romanas coepti.

Roborei asses. Colum. lib. 6. cap. 19.

Querni asses. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 52.

Asserculus, penult. corr. diminutiuum { σανίδιον } Cato de Re rust. cap. 152, Scopas virgeas, vlmeas, aridas, eas in asserculo alligato. Colum. lib. 12. cap. 50.

Asserculi modici. Colum. lib. 8. cap. 3, Ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranque sellam datur, iunctis parieti modicis asserculis.

Asercula neutro genere dixit Cato cap. 12.

Assiculus penult. corr. { σανίδιον } diminutiuū ab assis, huius assis, pro assere, Calepinus citat locum Columellae ex lib. 7. qui lib. 6. legitur, cap. 19, vbi nunc legitur Axiculus.

Assula, ae, aliud diminutiuū ab Assis: Assulatim, Assulosè. Vide post ASSIS huius assis.

Asso, assas { σανίδω } assare, Contabulare. Vitruuius lib. 7. cap. 1, Quum assatum fuerit, super altera coassatio struatur: clausísque fixa, duplicem praebent contignationi loricationem. Alij codices habent, Quum coaxatum fuerit, &c.

Assero, asseris, penult. corr. asseui, penult. prod. assitum, penult. correp. { συμφυτεύω } asserere, Iuxta serere, vel plātare. Cato de Re rust. cap. 32, Arbores facito vti bene maritae sint, vitesque vti satis multae asserātur.

Assitus, penul. corr. participium { συμφυτευθείς } vt, Assitae arbores, id est iuxta satae. Catul. in Epithalamio Iuliae & Mallij, 56,

Lenta qui velut assitas Vitis implicat arbores.

Inter Assita & Insita. Assita est arbor, inquit Agretius, cui insitae alienum germen includitur: cui incolumi aliquid quod sustineat adiungitur. Locum Horatij citat, —quā populus assita certis Limitibus, &c. quippe, inquit idē, quae vitibus maritatur. Legi & qui praepositionis rationem non haberet, & assitam pro sata intelligeret. Turnebus.

Assero, asseris, penult. corr. asserui, assertum { διαβεβαιοῦμαι } asserere, Affirmare. Cic. 3. Offic. Quod si qui proscribunt villam bonam (vt ipsi asserunt) benéque aedificatam. Quaedam exemplaria hic non habent verba illa, Vt ipsi asserunt. Quintil. lib. 4, absolutum tanquam filium suum asserit.

Neruosè asserere. Vide NERVVS.

Asserere manum, Admouere est: quòd ea quoque quae in terram dimittuntur, seri dicuntur. Vnde etiam serę dicūtur, quia foribus admotae, apponūtur defixae postibus, quemadmodum ea quae terrae inseruntur. Festus.

Asserere manu, pro Manu comprehendere & liberare, siue libertate donare. Terent. Adel. 2. 1, Nam ego illam liberali assero causa manu. Vbi donatus. Ordo est, Ego liberali causa, manu assero. Et sunt iuris verba: à quibus etiam assertores dicuntur, vindices alienae libertatis. Nam & causa ipsa, liberalis dicitur, quae actionem in se continet libertatis. Cic. pro Flacco, Quum in causa liberali, eum qui asserebatur, cognatum suum esse diceret, non crediderunt.

Asserere se, Ex seruo liberum facere. Ouid. 3. Amorum, eleg. 10.

¶ Asserere in seruitutē, Est velut subiugare in seruitutem. Liu. 3. ab Vrbe, M. Clodio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret. id est, Vindiciarum iudicio pro serua vendicaret.

¶ Asserere, Vendicare. Quintil. lib. 12. de Cicerone, Nec sapientis sibi nomen, minimè sui contemptor, asseruit. Curtius Alexandrum Iouem patrem sibi asseruisse ait. Budaeus.

Asserere sibi maiestatem diuinā, pro Assumere & arrogare. Tranquillus in Caligula, cap. 22, Verùm admonitus regum se excessisse fastigium, diuinam ex eo maiestatem asserere sibi coepit. Budaeus.

Sibi cognomen aliquod. Plin. lib. 7. cap. 43.

Haereditatis partem dimidiam sibi asserere. Vlp. in l. 1. §. Proinde. D. Si pars haered. petat. Id est, Contendere eam ad se pertinere.

Procurationem sibi asserere. Id est, Vltrò asciscere, & veluti se in eā rem ingerere. Vlp. in l. Quae omnia. D. de procurat. Nec ferendus est procurator, qui sibi asserit procurationē. Nam hoc ipso suspectus est, quòd operam suam ingerit inuito.

Se ab iniuria obliuionis. Id est, Vindicare. Plin. Iunior ad Macrum, lib. 3. epist. 5.

Se a mortalitate. Plin. Iunior lib 2. epist. 10.

Se studiis, Totum se studiis tradere, relictis aliis negotiis. Plin. Iunior lib. 1. epist. 3, Quin tu cōtemnis humiles & sordidas curas, alijsq; mandas, & ipse te in alto isto pinguíque secessu studiis asseris?

Asserere gaudia vtraque manu complexúque toto. Mart. lib. 1.

Asserere aliquem caelo. Id est a scribere. Ouid. 1. Metam.

¶ Asserere, pro Adhibita ope vindicare. Quint. 5. declam. Voluit ille mortalitatis artifex Deus nos in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum vices quenquam in alterum, quod pro se timeret, asserere. Quintil. lib. 1. in prooem. Haec autem quae velut propria philosophiae asseruntur, tractamus omnes.

Assertio, Verbale { διαβεβαίωσις } Affirmatio: vel (vt vult Budaeus) demonstratio & documentum. Cic. 1. Academ. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quenquam, neque assertione approbare.

¶ Assertio pro vindiciis in libertatem. Fab. lib. 3. cap. 8, Sitne liber qui in assertione est. Assertio prima erat, quum quis aliquem liberum esse asserebat: qui si prima assertione liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò, si secundo victus esset. & hęc dicebatur secunda & tertia assertio. Nam assertiones, bis, térque apud Priscos fiebant. Assertio secunda. Quint. lib. 5. cap. 2, Aut quum de eadem causa pronuntiatū est, vt in reis deportatis, & assertione secunda, & de partibus Centumuiralibū, quae in duas hastas diuisae sunt. Rursus lib. 11. cap. 1, Succurret etiam, si apud alios iudices agetur: vt in secūda assertione, aut in Cētumuiralibus iudiciis duplicibus, parte victa. Caelius lib. 17. cap. 29, Quae sit (inquit) assertio secunda, perobscurum est. Ego ad veterem manumissionum morem spectare contenderim. Scribit enim Valer. Max. lib. 2 cap. 1, Athenis institutum memorabile seruatum, vt ingratitudinis cōuictus à patrono libertus, libertatis iure exueretur. Ab eodem quoque ibidem refertur, Massilienses treis in eodē manumissiones rescindi permisisse, si ter ab eodem deceptū dominū cognouerint: nec quarto errori subueniendum putasse. Ni rem malis vnam eandémq; intelligere apud diuersa tractatā tribunalia. Traianus ad Plin. Iun. lib. 10. epi. 71. scribit, Assertionē denegandam iis qui exceiusmodi causa in libertatem vindicabūtur. Agitur verò inibi de pueris expositis. Assertionē, hoc est libertatis vindicationē. Assertio (inquit Priscianus lib. 18) tam à seruitute in libertatē, quam à libertate in seruitium trahi significat: quod apud Liuium in multis legimus locis.

Assertor, Verbale { ἐκδικητής } Est (vt ait Donatus) vindex alienae libertatis: qui aliquem ex seruitute in libertatem vindicabat. Item, Qui in seruitutem vindicat. Liu. 3. ab Vrbe, Iam à vi tuta erat, quum assertor nihil opus multitudine concitata ait: se iure grassari, non vi. Rursus ibidem, Quū instaret assertor puellę vt vindicaret, sponsoréíq; daret, &c. Assertorē vocat puellae M. Claudium, qui instabat vt Icilius Virginiam vindicaret vsque in posterum diem, datis sponsoribus, fore vt ea postridie sisteretur.

Accommodare se assertorem veritati. Vide ACCOMMODO.

Assertulo, asserutas, asseruitum { διαβεβαιόω } asseruire, Idē quod simplex Seruio. Cic. 2. Tuscul. Toto corpore atque omnibus vngulis (vt dicitur) contentioni vocis asseruiunt.

Asseruo, asseruas { συντηρέω } asseruare, Diligenter custodire. Cic. 5. Verr. Dum res iudicaretur, hominem vt asseruaret. Caes. 1. bel. Ciuil. Muros asseruari iubet.

Asseruare magna diligentia. Plaut. Capt. 4.
Asseruare in carcerem. Liu. 5. ab Vrbe.
Aliquem domi suae. Cic. 1. in Catilinam.
Asseruari custodiis. Cic. Attic. lib. 10. Et 5. Verr.
Sale vel in sale asseruare carnes. Plin. lib. 9. cap. 25.
Ignem in ferula. Plin. lib. 7. cap. 56.

¶ Asseruare, pro obseruare. Id est, oculis aliquid custodire, animóq; in modum speculatoris, ne nos silentio tacitóq; praetereat. Terent. Heaut. 3. 3, Atqui nunc here, hic tibi asseruandus est.

ASSESIATES, populi Illyriae in cōuentu Scardonitano, inter eos qui eo conuentu ius habēt Italicum, immunésq;. Plin. lib. 3. cap. 21.

Assessor, Assessio, Assestrix, Vide ASSIDEO.

Assecuero, assecueras, penult. prod. { διαβεβαιοῦμαι, ἰσχυρίζομαι } asseuerare, Est, inter ipsa argumenta probationésque admiscere vim animi motúmque: quod declarat Quint. lib. 5. cap. 12, quum inquit, Altera ex asseueratione probatio est, Ego hoc feci. Tu hoc mihi dixisti: &, O facinus indignum Haec Valla lib. 5. Cicer. 4. Verr. Asseuerat se eius rei in primis actionem esse daturum.

Asseuerare firmissimè. Cicer. Att. lib. 10. Vnum illud firmissimè asseuerabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum.

Asseuerare de re aliqua. Cicer. de Claris Orat. Deinde interest, corām videre quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret.

Asseuerare grauitatem, Constanter prae se ferre. Tacit. lib. 13.

¶ Asseuerare, pro Seriò dicere. Cic. in bruto, Bella ironia, si iocaremur: sin asseueramus, vide ne religio nobis tam adhibenda sit, quàm si testimonium diceremus.

Asseueror, passiuum { διισχυρίζομαι. } Cic.4.Verr. Quæ est ista defensio? vtrum asseueratur in hoc, aut tentatur?

Asseueranter, aduerbiú, asseuerantius, asseuerantissimè { διισχυριζομένως } Cum asseueratione. Cic. Attico, lib.15, Statius scripsit ad me, locutum secum esse Quintum Ciceronem valde asseuerãter, hæc se ferre non posse. Idem 4. Acad. Multo etiam asseuerantius in Syria, quum esset mecum, & paulo antequam esset mortuus.

Asseueratè, penultima producta, aduerbium { διισχυρισμένως } Idem. Gellius libro 7. cap. 5. Tragœdias poetarum nobilium scitè atque asseueratè actitauit.

Asseueratio, Verbale { διισχυρισμός } Affirmatio. Quint. lib.4. cap.2, Quú præsertim quorundam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia, vt ille parasitus, &c.

Asseueratione affirmare. Cic. Attic. lib.13, Omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim.

Assicco, assiccas { ἀποξηραίνω } assiccare, Siccare, vel Diligenter siccare. Colum. lib.12. cap.15, Tum rursum in sole assiccauit.

Assiccesco, assiccescis { ἀποξηραίνομαι } assiccescere, Siccum fieri. Colum. lib.12. cap.9, Expressos in cratibus pandere, dum assiccescant.

Assiculus, Vide ASSER.

Assidelæ, Mensæ vocantur, ad quas sedẽtes Flamines sacra faciút. Fest.

Assideo, assides, penult. corr. assedi, penult. prod. assessum { συγκαθίζω, παρακαθίζω, παρακάθημαι } assidere, penult. prod. Assistere, iuxta sedere: sine alioquo motu. Ouid.5. Fastorum,

Assidet inde Ioui, Iouis est fidissima custos. Cic. pro Plancio, Huic assident, pro hoc laborant.

Assidere apud aliquam rem. Plautus Rud.13, Qui apud carbones assident.

Assidere in aliqua re. Cic.7. Verr. Quum lacrymans in carcere mater noctes diésque assideret.

¶ Assidere gubernaculis, assidere literis, pro Assiduum esse. Plin. Iunior in Paneg. & lib.3. epist.5.

¶ Assidere insano, pro Ad insaniam proximè accedere. Horat. 1. Epist.5.3,

Parcus ob hæredis curam, nimiúmque seuerus, Assidet insano.

¶ Assideri, pro Obsideri. Sallust. Amissúmque oppidum assideri sine prælio audiebat.

Assidens, participium { παρεδρεύων. } Horatius 5. Epod. Inquietis assidens præcordiis.

Assessio, Verbale { παρέδρευσις } Ipse assidendi actus. Cic. Matio, lib.11.27, Quæ tua fuerit assessio, oratio, conformatio animi mei, &c.

Assessor, assessoris, m. g. { σύνεδρος, πάρεδρος } aliud Verbale, cuius officium est assidere præsidi, atque consulere. Cic.1. de Diuin. Nanque & Athenienses omnibus semper publicis consiliis diuinos quosdam sacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt, & Lacedæmonij regibus suis augurem assessorem dederunt. Vide pro Cluentio.

Assessoris nomine in iure, minorem iudicem significamus. Hos in consiliis adhibere solebant. l. penult. & vlt. D. de offic. assess. & l.1. C eod. & his causas delegare. quos nescio an aliquando Pedaneos appellatos putemus, à quorum ordine nihil differre dicuntur Nouell. 60. quanuis Pedaneos datos, aut delegatos iudices significare existimem ad vnam atque alteram causam, Assessores perpetuò suis Præsidibus seruire, quibus causę partem committi Iustinianus permittit, illis totam. Nouell.82.

Assessores iudicum. Iulius Firmicus lib.3. cap.5.

Assessorius. Vlp. in l. Lex Cornelia. D. De iniur. & famos. libell.

Assedo, assedonis, Antiquè, Idem quod assessor. Nonius, Consedo, à consedendo, vt Assedo, vel assessor.

Assessura, assessuræ, penult. prod. { παρεδρία. } Vlp. in l.3. D. De proxenetis, Facilius quod Græci ἑρμηνεῦται appellant, peti apud eos poterit, siquis fortè conditionis, vel amicitiæ, vel assessuræ, vel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

Assestrix { παρεδρεύτρια } Fœmininum ab Assessor. Afranius, Dimittit iam assestricem, me ad sese vocat.

Assido, assidis, penult. prod. præteritum & supinum habet ab assideo, assedi, penult. prod. assessum { καθίζομαι } assidere, penult. corr. Cum motu est, & ferè de loco ad locum. Est autem (authore Val. lib.5.) apud aliquem officij gratia sedere: vtputa ægrotú, aut regem, aut præsidem. Terent. Heaut.1.1, Assido, accurrunt serui, soccos detrahunt.

Assidat eó. Cato de Re rust. in cap. De brassicę medicamentis, Vbi in scutra feruefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam: eò mulier assidat.

Assidere in aliquo loco. Plaut. Aul.16, In ara hic assidã sacra. Cic. 2. de Diuin. Tum in bibliotheca, quæ in Lyceo est, assedimus.

Super. Cic.2. de Finib. Si scieris (inquit Carneades) aspidem occultè latere vspiam, & velle imprudentem aliquem super eam assidere, cuius mors tibi emolumẽtum futura sit, improbè feceris, nisi monueris ne assidat.

Et simul assidamus, inquam, si videtur. Cic.1. Acad.

Assidere, cum Accusatiuo. Sallust. in Iugurth. Adherbalem dextra assedit, ne medius ex tribus (quod apud Numidas honori ducitur) Iugurtha foret.

Assiduus, adiectiuum { ἐνδελεχής, ἀκατάπαυστος, συνεχής } Iugis, continuus. Festus, Assiduus dicitur qui in ea re quam frequẽter agit, quasi consedisse videatur. Liu.5. bel. Maced. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominum fuerat. Charisius lib.1, Adsiduus quidã per d scribunt, quasi à sedẽdo figuratum. sed errant. Nam cùm à Seruio Tullo populus in quinque classes esset diuisus, vt tributú, prout quisque possideret, inferret: ditiores, qui asses dabant, Assidui dicti sunt. Et quoniam soli negotiis publicis frequenter aderãt, eos qui frequẽter adsunt, Assiduos ab assibus dixerút.

Assiduus bella gerit, pro Assiduè. Propert. lib.2. eleg.13.

Assiduus mecum fuit. Cic. pro Cælio.

Assiduus est in prædiis. Cic. pro Roscio Amerino.

Cantu assiduo resonat. Virg.7. Æneid.

Febricula assidua. Plancus Cic. lib.10.21.

Fletu alicuius assiduo augetur alterius molestia. Cic. pro Cluent.

Frigore assiduo vstus. Ouid.3. Trist. eleg.2.

Fructibus assiduis lassa senescit humus. Ouid.1. de Ponto, eleg.5.

Igne lucet assiduo focus. Tibul.1. eleg.1.

Labor assiduus & quotidianus. Cic.3. de Orat.

Assiduus labor, aliter. Martial. Assiduus laudet nec Babylona labor. Sensus est, vt Turnebus putat, non esse tanto labore, tàmq; impensè laudandam Babylonem, vt perpetuò in laudatorum ore versetur. Is enim est assiduus labor, quum assiduè laudatur Babylon.

Assiduo labuntur tempora motu. Ouid.15. Metam.

Noctes. Horat. Epod.15.

Operam assiduam dare ludis. Lucret. lib.4.

Assidua recordatione lætetur. Cic.1. de Finib.

Venatus assiduus. Virg.9. Æneid.

Ver assiduum. Virg.2. Georg.30.

Assidua rapitur vertigine cælum. Ouid.2. Metam.

¶ Assiduus. Qui diligens est in re domestica curãda. Cic. de Senect. Semper boni assiduíque domini referta cella vinaria, olearia, & penaria est, villáque tota locuples est.

Assidua ac diligens scriptura. Cic.1. de Orat. Si subitã & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit.

¶ Assiduus, Locuples. Gel. lib.16. cap.10, Assiduus in XII. Tab. pro locuplete, & facilè munus faciente. dictus ab assibus, id est ære dando, quum id tempora Reip. postularent: aut à muneris pro familiari copia faciendi assiduitate. Cic. in Topicis, Tum notatio, cùm ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo: Cùm lex Ælia Sentia assiduò vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti. Locuples enim assiduus (vt ait Ælius) appellatus ab ære dando. Festus, Alij assiduum, locupletem, quasi multorum assium, dictum putarunt. Alij eum qui sumptu proprio militabat, ab asse dando vocatum existimarunt. Quintil. lib.5. cap.10.

Assidui fideiussores, dicebantur locupletes, quam *Burgesiacam cautionem* nunc dicimus. Budæus.

Assiduus scriptor, pro Locuplete, & probatissimo authore, cuius sit tanta in literis authoritas, vt fidem eius sequi debeamus, quasi idonei sponsoris alicuius verbi. Gel. lib.18, Ite ergo nunc, & quando fortè erit otium, quærite an quadrigam & arenas duxerit è cohorte illa antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poetarum, id est classicus, assiduúsque aliquis scriptor, non proletarius. Budæus.

¶ Assiduior, Comparatiuum apud Varronem de Re rust. lib.2. cap. 9, Villatico verò gregi in fundum satis esse duos, & id marem, & fœminam. ita enim sunt assiduiores.

Assiduitas, penult. corr. { ἐπιμονή } Diligentia. Cic.1. Academ. Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant.

Assiduitas & diligentia. Cic. Attic. lib.2.30. Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia in controuersia Muluiana.

Assiduitas bellorum. Cic.2. Offic.

Assiduitates & vigiliæ. Cic.1. de Finib.

Assiduitas orationis. Cic. ad Att. lib. 16, Quintus commutatus est totus, & scriptis meis quibusdã, & assiduitate orationis & præceptis, vt tali animo in Remp. quali nos volumus, futurus sit.

Assiduitas quotidiana. Cic.2. de Nat. deor. Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas semper vident.

Summa assiduitate quotidiana aliquem tractare. Cic. ad Qu. fra. lib.1.3, Quantum Hortensio credẽdum sit nescio: me summa simulatione amoris, summáque assiduitate quotidiana sceleratissimè insidiosissiméque tractauit.

Assiduitatis & operarum harum quotidianarum putat esse Consulatum. Cic. pro Muræna.

¶ Assiduitas, pro Iugi officio comitandi aliquem honoris & officij causa. Cic. pro Sext. Rosc. Vt vos facillimè potestis ex hac assiduitate eius vel solicitudine & molestia iudicare.

Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Qu. Cic. de petit. Consul.

Assiduè, aduerbium { ἐνδελεχῶς, διὰ παντός } Iugiter, Continuè. Cic. Att. lib.12, Neque enim ista maior admonitio, quàm quibus assiduè conficior & dies & noctes.

¶ Assiduè, pro Sæpius. Virg.2. eclog. Assiduè veniebat. Seruius.

Assiduissimè autem mecum fuit Dionysius. Cic. de Claris Orat.

Assiduò { ἀκαταπαύστως } Idem quod Assiduè. Plaut. Mil.3,

Dum tale facies quale adhuc, assiduò edes,

Communicabo te semper mensa mea.

Assigno, assignas { ἐγχειρίζω, ἀποκληρόω, διανέμω } assignare, Dare & distribuere. vt, Assignare agros. Liu.2. ab Vrbe. Cic.2. Philip. Duo millia iugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori assignasti, & quidem immunia.

Assignare instrumento, id est subsignare. Scæu. in l.20. D. de auth. tutor.

Agros assignare, pro In colonias deducere. Horat.2. Epist.1,

-aspera bella Componunt, agros assignant. Porphyrio.

Assignare colonis agros. Cic. contra Rullum, Scriptum est enim, quæ in municipia, quásque in colonias Decemuiri velint, deducant colonos quos velint. & iis agros assignent quibus in locis velint.

Assignari sorte. Brutus Cic. lib.11.20, Æqualiter aut sorte, agros legionibus assignari puto oportere.

Mihi ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest. Cic. Attico, lib.3.60.

Ordines assignare. Cic. in L. Pis. quid? Centuriatus palàm venditos? quid? per tuum seruulum ordines assignatos?

Assignari à prætore apparitores. Cic.5. Verr.

Natura auibus cælum assignauit. Plin. lib.10. cap.50.

Assignare aliquid suo loco. Columel. lib. 12. cap.2, Nam & vnunquodque facilius consideratur, quum est assignatum suo loco.

Bonos iuuenes famæ. Plin. epist.23. lib.6.

Alicui dignationem principis. Tacit. in libello de Germanorũ moribus, Insignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentibus assignant.

Morbos certis partibus. Cels. lib. 3. cap. 18.

Assignatum à deo munus humanum defugere. Cicer, in Somnio Scipionis.

Assignare libertum (vt ait Modestinus, l. assignare. 107. D. de verb. signif.) est hoc testari, cuius ex liberis libertum eum esse velit.

¶ Assignare, Imputare, Attribuere culpam. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 4, Amabo te mi frater, ne quòd vno meo fato, & tu & omnes mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius, quàm imprudentiæ, immisericordiæque assignes. Sic Assignare ciuitati, vnius amẽtiam. Liu. 6. bel. Maced.

Infinitatem deo. Plin. lib. 2. cap. 1.

Culpam fortunæ. Cic. 7. Verr. Sic apud Plin. lib. 2. cap. 7, Astróque suo euentus assignat, & nascendi legibus.

Assignatas res, annulo signatas accipere possumus, in L. vlt. D. Naut. caup.

Assignati agri vocabantur, qui veteranis pro præmio assignabantur, & inter eos centuriis actis diuidebantur. l. 15. §. 1. D. de rei vendic.

Assignatio, Verbale { ἀνάθεσις } Attributio. Cic. Rutilio, lib. 13. 9, Quum Cæsar Syllanas venditiones & assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur suæ. Sic, Assignatio agrorum apud eundem, 4. Philipp. Et de Lege Agraria.

Assilio, assilis, assilui, pen. corr. & assiliui, pen. prod. vel assilij, assultum, { ἐφάλλομαι } assilire, Ex Ad & Salio compositum, significat Ad aliquid salire, aggredi. Plin. libro 9. cap. 42, Eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tã propè accedant, vt assiliat. Ouid. 11. Metamorphoseos,

Quum sæpe assilit defensæ mœnibus vrbis.

Assilire in ferrum. Sil. lib. 10,

Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Assilire à tergo. Sil. lib. 7.

Assilire ad aliquod genus orationis. Cicer. 2. de Orat. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis, abest enim totum à causa.

¶ Assilire, dicitur de maribus brutis, quũ fœminas ineunt. Colum. lib. 6. cap. 37, Nam nisi prius ea marem cognouit, assilientem admissarium calcibus proturbat.

Assiliens, assilientis, Participium. vt, Assilientia æquora, Ouid. 1. Trist. eleg. 9. Et lib. 6. Metam. Assiliens aqua.

Assultus, huius assultus, Verbale { ἐφάλσις } Ipse assiliendi actus. Virgil. 5. Æneidos,

Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus vrget.

Assulto, assultas { ἐπιπηδάω } assultare, Cum impetu aggredi. Plin. lib. 8. cap. 40, Mox ingruit assultans, contráque belluam exurgens, &c.

Assultare cum Datiuo. Sil. lib. 7,

Iam cernes Libycum huic vallo assultare leonem.

Cum Accusatiuo. Stat. 11. Theb.

Portarúmque moras frænis assultat & hastis.

Assultim, aduerb. { ἐπιπηδητικῶς } Assiliendo. Plin. lib. 11. cap. 24, Phalangia ex his appellantur, quorum noxij morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium.

Assimilis, & hoc assimile, pen. corr. { παρόμοιος } Ex Ad & Similis, Prorsus similis. Cic. 2. de Nat. deor. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo ad hauriendum spiritũ aptissima. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. Fratribus assimilis.

Assimilémque sui longa assuetudine fecit. Ouid. de Trist. eleg. 5.

Assimile eleganter consequentem habet particulam Quasi. Plaut. Truc. 11, 　-nam hoc assimile est
Quasi de fluuio qui aquam deriuat sibi.

Assimilis ratio. Lucret. lib. 2.

Assimiliter, pen. corr. { παρομοίως } Aduerbium, Similiter. Plaut. Bacch. Assimiliter mihi hodie obtigit.

Assimilo, assimilas, pen. corr. { ἀφομοιόω, εἰκάζω, ὁμοιόω } assimilare, Comparare. Ouid. 1. de Trist. eleg. 5, Grandia si paruis assimilare licet. Id est, comparare conferre, componere.

Os porcum assimilat. Claud. de histrice, epigr. 37. Id est, figura oris porcum refert.

Assimilata folio querno. Plin. lib. 3. cap. 5, Est ergo folio maximè querno assimilata, multo proceritate amplior quàm latitudine. De Italia loquitur.

Assimilare colores, Similium colorum effici. Ouid. 15. Metam. de Chamæleonte.

Assimilandus, Participium { ὁμοιωτέος } Cic. 1. de Inuent. Simile autem ex specie comparabili aut ex conferenda, aut assimilandi natura iudicatur.

Assimulo, assimulas, pen. corr. { ὑποκρίνομαι, προσποιέομαι } Assimulare dicimur, quum quod non est, fingimus. Terent. And. 1. 1, Nunc tuũ est officium, has bene vt assimules nuptias. Cic. 3. Offic. Vlysses furere assimulauit, ne quò iret.

Assimulare, quasi. Terent. Eunuch. 3. 2, Adibo, atque assimulabo quasi nunc exeam.

Assimulare aliquem, est Se similem alicui reddere. Ouid. 14. Metam. de Vertumno,

Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo, positis per tempora canis 　Assimulauit anum.

¶ Assimulare, pro Adumbrare, & repræsentare. Quintil. lib. 7. cap. 11, Pictor accepta semel imitandi ratione, facilè assimulabit quicquid acceperit.

Aliquem alicui. Tacit. in vita Agricolæ.

Literas, pro Adulterare & contingere, apud Tacitum.

¶ Assimulari, passiuum. Teren. Eun. 3. 5, Tum pol ego is essem verè qui assimulabar.

Assimulatio { προσποίησις } Verbale. Plin. lib. 11. cap. 49, Contrà mulierum paucis prodigiosa assimulatio.

Assimulatus, pen. prod. Participium { προσποιητός } Cic. pro Cælio, Tum etiam multos fortes viros & bonos, specie quadam virtutis assimulatæ tenebat. Hoc est, fictæ.

Familiaritas assimulata. Cic. pro Cluent.

Literæ assimulatæ. Cic. Verr. 4. Tabulas in foro summa hominũ frequentia exscribo: adhibentur in exscribendo de conuentu viri primarij: literæ, lituræque omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur.

Assimulata externis miraculis. Tacit. lib. 11, Fauor plebis acrior in Domitium, loco præsagij acceptus est: vulgabatúrque affuisse infantiæ eius dracones in modum custodum, fabulosa & externis miraculis assimulata.

Assis, huius assis, m. g. { σανίς } idem quod Asser. Vide ASSER.

Assula, assulæ, pen. corr. { σχινδαλμός } Diminutiuum. Plaut. Merc. 4. At etiam cesso foribus facere his assulas? Festus, Assulæ, quæ sunt securibus excussæ.

Assulatim, pen. prod. Aduerb. { κατὰ σχινδαλμούς } Minutim, & in assulas. Plaut. Capt. 13, Prius quàm pultando assulatim foribus exitium affero.

Assulosè, pen. prod. Aduerb. { σχινδαλμωδῶς } Idem significat. Plin. lib. 12. cap. 22, Calamus melior, qui assulosè potius, quàm raphani modo frangitur: Id est, in longitudinẽ. Quod sic explicat Cornarius ex Pauli Æginetæ loco cap. 89. lib. 5, ab eo hunc in modum verso: Differentiæ fracturarum plures sunt. Alia enim raphani modo facta dicitur, alia assulosè, alia in vnguem, alia polentæ modo, alia per defractionem. Et raphani quidem modo facta, est fractura ossis secundum obliquam figuram per crassitudinem (quæ & cucumeris modo, & caulis modo facta quibusdam dicitur, ex similitudine fractorum cucumerum ac cauliculorum.) Assulosè verò, est fractura ossis in longitudinem. In vnguem autem, est fractura aliqua quidem parte recta, iuxta finem verò lunaris (quæ ipsa & calami modo facta dicitur.) Polentæ verò modo, est fractura ossis in multas minutas partes (quæ & nucis modo facta dicitur.) Defractio verò aut abscissio, est ablatio partis ossis secundum diffractionem superficiei, vt ablatum desit.

Assis { ἀσσάριον } pro libra. Vide AS. Donatus, Assis, libra erat: ciúsque partes, vnciæ.

Assis ab antiquis dicebátur, nunc as. nam assis genitiuus est.

Assipondium, assipondij, pen. corr. { μνᾶ } significat vnum pondo. Varro de Lingua Latina, lib. 4. Quòd vnum pondus, assipondium dicebatur: id ideo quòd as erat libræ pondus.

ASSISIA, apud Milesios Pallas vocabatur. Sipontin.

Assisto, assistis, astiti, astitum, pen. corr. { παρίσταμαι } assistere, Astare est, hoc est Stando præsentem & iuxta esse. Plaut. Merc. 2. 4. 16, Ego assistam hinc altrinsecus.

Assistere, Quiescere, non moueri. Plin. lib. 36. cap. 16, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide: domitrixque illa rerum omnium materia, ad inane nescio quid currit, atque vt propius venit, assilit, tenetúrque & cõplexu hæret.

Assistit rectus. Cic. 3. de Fin. Ita iacere talum, vt rectus assistat. Ouid. 7. Metamorphoseos,

Ac se tollere humo, rectóque assistere trunco.

Assistere propter aliquem. Terent. Adelph. 2. 1, Hic propter hunc assiste.

Ad fores. Cic. 3. Verr.

Diuinis. Horat. 2. Serm. sat. 6.

In armis. Virgil. 11. Æneid.

Precanti. Ouid. 1. Fast. Sis prope sacerdotem precantem.

Assistere contra aliquem. Cic. 2. de Leg. Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergóque, &c.

Assistere, quod Cicero adesse, patrocinari, aduocatum esse. Vlp. in l. 54. D. de rei vendicat.

Assistens, Participium { παρεστώς } Quint. lib. 11. cap. 1, Vel iudici, vel etiam assistentibus ratio nostræ moderationis probari debet. Gell. lib. 2. cap. 2, Et cum assistentibus nobis sermocinabatur.

Asso, assas { σανιδόω } Vide ASSER.

Asso, assas { ὀπτάω } assare, videtur Latinum esse: vnde Assatus, à quo Inassatus. Plin. lib. 30. cap. 10, Alij in cibo, in ligneis verubus inassatũ.

Assa & elixa. Cels. lib. 7. cap. 4, Transeundum paulatim ad assa ab elixis. Vide ASSVS.

Assarius, adiectiuum { ὀπτός } Quod assatum est. Antiquum vocabulum. Cato de Re rust. cap. 15, Vestæ si voles dato, daps Ioui assaria pecuina, vrna vini Ioui caste.

Assatura, æ { ὄπτημα } Carnes assæ. Flau. Vopiscus scribit Aurelianum imperatorem conuiuium de assaturis maximè dedisse.

Assus, Adiectiuum. Vide suo loco.

Associo, associas { συνεταιρίζω } associare, Socium se adiungere.

Associare passus, Simul iter facere. Stat. 3. Theb.

¶ Associare, pro Adaptare & coniungere. Claud. de bello Gild.
-cornua summis 　Associant malis.

Associati principali curæ. Aurelius. D. De offic. Præfect. Prætor.

Assolet, pen. corr. { ἔθος, φιλεῖ } ferè impersonale legitur, idque etiam in hac tantùm persona, pro Fieri solet: compositum ex Ad, & Solet. Liu. 1. ab Vrbe, Vbi illuxit, paratis omnibus (vt assolet) vocari ad cõcionem vtrunque exercitum iubet.

Assolent. Terent. And 3. 2,

Adhuc Archillis quæ assolent, quæque oportet,
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video. 　Vbi Donatus, Assolent consuetudinis est: Oportet, rationis. Cic. 2. de Inuent. Si mihi filius genitus fuerit vnus, pluresve, is mihi hæres esto. Deinde quæ assolent. Postea, &c.

Assoleret. Cic. 2. de Nat. deor. Gracchus ad Senatum retulit. Senatus ad quos assoleret, referendum censuit.

Assono, assonas, pen. corr. assonui, assonitum, pen. corr. { προσηχέω } asso-

nare,Resonare,siue simul sonare.Persius sat.1,
Euion ingeminat, reparabilis assonat Echo.
Assono,Datiuo iunctum.Ouid.3.Metamorphoseos,
Planxerunt Dryades,plangentibus assonat Echo. Hoc est, velut respondet.

ASSOS,Vide ASSVS.

Assudesco,assudescis,verbum antiquum.Varr.4.de Ling.Lat.Dictum assum,quòd ab igne assudescit.

ASSVERVS (vt testatur Iosephus) fuit Cyrus Xerxis filius,qui post Darium patruum,Persidis rexit imperium. Hunc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos vocari,qui Longimanus cognominatus regnauit quadraginta annis.

Assuesco,assuescis,assueui, assuetum, pen.prod. { [illegible] } assuescere, verbum neutrum , ex Ad , & Suesco. Suesco à verbo antiquo Sueo, sues,sueui, Eniti, Longa consuetudine aliquid facere.Cic.4.Acad.Vt mater geminos internoscit consuetudine oculorum : sic internosces, si assueueris.
Assuescere à teneris.Virg.Georg.lib.2.
Assuescere assiduitate. Cic.2.de Nat deor. Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi, neque admirantur,neque requirunt rationes earum rerum quas semper vident.
Imperio. Claud.4.Paneg.
Aquis.Ouid.3.Trist.eleg.3,
Nec cælum patior.nec aquis assueuimus istis.
Legibus.Liu.1.ab Vrbe.
In hoc assuescat, huius rei sibi naturam faciat.Quint.lib.2.cap.4.
Assuescere , cum Infinitiuo. Cic.5.de Finib. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem,vt fremitum assuesceret voce vincere. Virg.8.Æneidos,
-tua cernere facta Assuescat.
Prodesse assueuit fortibus.Ouid.3.de Pont.eleg.1.
Votis iam nunc assuesce vocari.Virg.1.Georg.
Pluribus mentem assuescere.Horat.2.Serm.sat.2.
Assuescere os vetustæ sedi. Cels.lib.8.cap.10 , Atque ita deligando, assuescere iterum vetustæ sedi cogit. Loquitur de osse reposito in sedem suam.
Assuescere bella animis.Virg.6.Æneid. -nec tanta animis assuescite bella. Vbi Seruius,Mirè dixit: ab ipsis enim quasi consuetudinem fecit Pop. Romanus bellorum ciuilium.
Assuescitur,pen.corr.impers. Liu.2.ab Vrbe , Charitásq; ipsius soli,cui longo tempore assuescitur,animos eorum consociasset.

Assuetus , pen.prod. { [illegible] } Participium ab Assuescor, Qui longo vsu doctus est.Plin.lib.15.cap.30.
Assuetus labore assiduo. Cic.3. de Orat. Homines labore assiduo & quotidiano assueti,quum tempestatis causa opere prohibentur , ad pilam se, aut ad talos,aut ad tesseras conferunt.
Amore prædæ. Ouid 13.Metam.
Bellis. Virg.9.Æneid.
Mendaciis.Cic.pro Plancio.
Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo.Virg.7.Æneid.
Studiis mollibus. Ouid.1. Trist.eleg.4.
¶ Assueti longo muros defendere bello. Virg.9.Æneid.
Græcari assuetum Romana fatigat militia. Horat.2. Serm.sat.2.
Tecto succedere assuetus coluber. Virg.3.Georg.
¶ Nō assuetas ad sceptra manus Post terga dabit.Sen.in Troad.2.
Assuetus in iura familiaria à puero.Liu.4.bel.Pun.
Paruo assueta iuuentus.Virg.2.Georg.
¶ In arte assueta tempus ponere.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.
De more assueto belli, Vt bello fieri consueuit.Sil.lib.7.
Gestamen assuetum dextræ.Stat.6.Theb.
Seruitium assuetum.Propert.1.eleg.4.
¶ Longius assueto lumina nostra vident.Ouid.epist.6.
¶ Assuetior,comparatiuum.Liu.2.bel.Pun.Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa, rupésque aptior ac leuior.

Assuetus , cum Genitiuo. Liu.8.bel.Maced. Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt.

Assuetudo , pen. prod. { [illegible] } Verbale , Consuetudo. Ouid.lib.2.de Arte amandi, -nihil assuetudine maius. Liu.5.bel.Pun.Postremò ita assuetudine mali efferauerant animos.
Assuetudo voluptatum. Tacit.lib.18, Degenerabat à labore ac virtute miles assuetudine voluptatum & contemptu ducis.

Assuefacio,assuefacis,pen.corr. assuefeci,pen.prod.assuefactum { [illegible] } assuefacere : ex Ad præpositione, & duobus verbis,nempe Sueo, sues,obsoleto verbo, & Facio compositum. Est(authore Sipontino) Vsu docere. Cic. de Prouinciis Cons. Imperio Pop. Romani parêre assuefecit.
Assuefacere alicui rei. Plin.lib.10.cap.43 , Pullus maturè sermoni assuefactus.
Discere & assuefacere se.Cic.de Claris Orat.Quæ didiceram,quibúsque me assuefeceram.
Aliquem alicui rei. Cic.Figulo , lib.4.13. Itaque orbus iis rebus omnibus,quibus & natura me, & voluntas & cōsuetudo assuefecerat, cum cæteris,vt quidem videor,tum ipsi mihi displiceo.
Aliquem ad supplicia. Liu.3. ab Vrbe , Nec suo sanguine ad supplicia patrum,plebem assuefaciant.

Assuefactus,Participium { [illegible] } Cic.2.in Catil. Idem stuprorum & scelerum exercitatione assuefactus , frigore & fame & siti ac vigiliis perferendis,fortis ab iis istis suis sociis prædicabatur.
Assuefactus cum aliquo. Cæsar 1.bel. Ciuil. Cum Lusitanis , reliquísque barbaris genere quodam pugnæ assuefacti.

Assula, Assulatim, Assulosè. Vide ASSIS.

Assulto, Assultus, Vide ASSILIO.

Assum,ades,assui { [illegible] } adesse.Vide ADSVM.

Assumo, assumis, pen.prod. assumpsi, assumptum { [illegible] } assumere,significat Accipere.
Artem assumere. Cicer.3. de Finib. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus.
Aliquid authoritatis. Cic.Bruto.
Copiam dicendi.Cic.1.de Orat.
Generum , vel vxorem.Plin.Iunior in Paneg. Aut inconsultius vxor assumpta,aut retenta patientius. Idem de Viris Illust. Qui quum adolеuisset,gener à Tarquinio assumptus est.
Genus orationis ad causam aliquam. Cic. in Orat. Genus autem hoc orationis, neque totum assumendum est ad causas forenses, neque omnino repudiandum.
Foris , vel Extrinsecus. Cic.2.de Orat. Quid enim est in quo hæreat, qui viderit omne quod sumatur in oratione, aut ad probādum, aut ad refellendum,aut ex sua sumi vi atque natura. aut assumi foris? Idem in Topicis , Ex his locis, in quibus argumenta inclusa sunt,alij in eo ipso de quo agitur,hærent: alij assumuntur extrinsecus.
Inuidiam. Cic. Att.lib 2, Ego apud improbos meam retinuissem inuidiam,alienam assumpsissem.
Noctis aliquantum. Cic.ad Gallum,lib.7.26 , Atque equidem aliquantum iam etiam noctis assumo.
Nonnihil sibi nitoris. Quint.lib.2.cap.10.
Robur.Ouid.15.Metam.
Sacra.Cic.pro Corn.Balbo, Sacra Cereris quum essent de Græcia assumpta,&c.
Spem.Tacit in Vita Agricolę Nec spem modò ac votum securitas publica sed ipsius voti fiduciam ac robur assumpserit.
Vires.Ouid.13.Metam.
Voluptatem.Cic.1.de Finib. Omnis voluptas assumēda est, omnis dolor depellendus.
Vxorem, Vide paulò ante Generum,&c.
¶ Assumere aliquem. Horat.1.epist.5.
Aliquem in consilium,Petere ab eo consilium.Plin.Iunior.
In societatem.Liu.2.ab Vrbe.
Aliquem in nomen : pro Cooptare in familiam & ius nominis. Plin. Iunior , epist.18.lib.8.ad Rufinum, Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomen assumpsit, reliquit testamentum , ante octo & decem annos nuncupatum.
In exemplum operis aliquem sibi assumere. Quintil.lib. 5.cap. 12, Id est præponere aliquem sibi quem in opere suo imitetur & exprimat.
Assumere ex aliqua re. Plin. Iunior ad Iulium Genitorem, lib.3. epist.11. Vt à C. Musonio ex omnibus omnium ordinum assectatoribus assumeretur.
¶ Assumere oratores dicuntur , quum quid afferunt quod faciat ad ostendendam propositionem. Cicer. 2. de Diuinat. Deinde assumunt,Sunt autem dij:quod ipsum non ab omnibus conceditur. Sic 4.de Finib.
Authoritati assumere. Cic.pro Sylla, Dico illud quod in his causis coniurationis non authoritati assumo,sed pudori meo.
¶ Assumere sibi , est Multum , & penè nimium sibi tribuere. Cic. 2.Offic. Si id mihi assumo, videor id meo iure quodāmodo vēdicare.
¶ Assumi dicitur , quod præter quàm quod oportebat , additur & sumitur, vt ascititium & alienum.Rhet. ad Herenn.Inanis arrogantiæ causa sibi assumpserunt. Turnebus.
Suæ laudi.Cic.3.de Nat.deor. Tum diis gratias agimus,tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur.
Assumere sibi,& Detrahere alteri,cōtraria. Cic.3.Offic.Et id quod alteri detraxerit,sibi assumat.
Laudem assumere.Cic.pro Mur. Quam laudem illo Africa oppressa cognomine ipso præ se ferebat , eandem hic sibi ex Asiæ nomine assumpsit.
¶ Assumere,pro Esitare & cibum sumere.Celsus,Iuuenum minus interest quæ assumant,& quo modo curentur.
Assumere semel die epulas , est Semel in die comedere. Celsus lib. 1.cap.3.
Cibum & potionem.Cor.Cels.lib.1.in proœmio.

Assumptus, Participium:vt, Assumpta lyra.Ouid.3.de Arte amandi.
Extrinsecus auxiliis assumptis factum tueri. Quintil.lib.7.cap.5.
Ratione argumentandi à Dialecticis assumpta. Quintil. libro 2. capite 4.
In hoc assumpta à nobis subtilitas,&c.Quint.lib.3.cap.11.
Viribus assumptis pleno iam alueo fluit. Quint.lib.2.cap.1.

Assumptio,Verbale { [illegible] } Acceptio.Cic.3.de Fin.Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus , tum quia sit in his aliquid dignum assumptione,tum,&c.
Assumptio,particula orationis(vt ait Cic.li.1.de Inuent.)per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Idem 2.de Diuin.Iam assumptione non concessa,nulla conclusio est.
Assumptionem & assumptum Dialectici vocant primam partem syllogismi imperfecti: nempe quum duas tantùm habet partes,& est enthymema oratorium. Fabius Minorem propositionem vocat syllogismi,lib.5.cap.vltimo, sicut Propositionem vsurpat pro Maiore.

Assumptiuus, pen.prod. { [illegible] } Verbale adiectiuum. Quod assumit. Cic.1.de Inuent. Assumptiua est , quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem,foris autem aliquid defensionis assumit.

Assuo,assuis , pen.corr.assui, assutum, pen.prod. { [illegible] } assuere, Suendo annectere.Horat.in Arte poet.
Purpureus latè qui splendeat vnus & alter, Assuitur pannus.

Assura,assuræ,Assiduitas est & diligentia in nutricando , curando,habendo. Nam assæ nutrices dicuntur, quòd ferè semper assunt iis quos nutriunt. Sic assa, vox humana est, non organica,quòd ea nobis semper assit, non vt organica , quæ non est nobis semper præstò. Varr. cap. de Gallinis, Axius, egóque requiro,sarsuræ, assuræ membra de palumbis,de gallinis,dic sodes Merula. Quorum verborum hic sensus est , Dic sodes Merula de palumbis & gallinis membra illa & partes quas requiro, sarsuræ.assuræ. Vide Turnebum.

Assurgo,assurgis,assurrexi,assurrectum { [illegible] } assurgere. Ferè idem quod Surgere.Cic.pro Cluentio , Quæ dum laudatio

dario recitatur, vos quæso qui eam detulistis, assurgite.

Assurgere ex morbo. Liu.3 ab Vrbe, Ex quo semel fuerit æger, nunquam non modò visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

Ex voraginibus. Liu. Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant.

Mollibus assurgit stratis. Claud. in Nupt. Palladij & Serenæ.

¶ Assurgunt sani vt stent, aut vt obuiam eant: assurgunt ægroti vt sedeant, aut vt cubito innitantur: vtroque modo in alterius honorem aut officij aut beneuolentiæ causa hoc agentes. Ideóque ferè adiungitur Datiuus. Hæc valla lib. 5. Virgil. in Sileno, eclog. 6, Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. Vbi Seruius, Assurrexerit, Honorem præbuerit. Cic. in Pisonem, An verò reliquo tempore Consulem te quisquam duxit? quisquam tibi paruit? quisquam tibi in curiam venienti assurrexit?

Honori alicuius assurgere. Stat. 2. Theb.

¶ Assurgere in arborem. Id est, Crescere in altitudinẽ arboris. Plin. lib. 14. cap. 4, Maior, in arborem, salicis modo assurgit.

Assurgit L. millibus passuum. Plin. lib. 2. cap. 65, Mihi incerta hæc coniectatio videtur, haud ignaro quosdã Alpium vertices longo tractu, nec breuiore L. millibus passuum assurgere.

Assurgit in septem vlnas, & in altitudinem. Virg. 3. Georg. Vbi Seruius, Septem assurgit in vlnas, Crescit in septem vlnas. Plin. lib. 13. cap. 22, Duo ferulæ genera: narthecа Græci vocant, assurgentem in altitudinem: narthecіam verò semper humilem.

¶ Assurgit insula monte. Plin. lib. 4. cap. 12.

Mons assurgens. Colum. lib. 2. cap. 2, Collem clementer & molliter assurgentem.

Turres assurgunt. Id est extruuntur. Virg. 4. Æneid.

Tumor assurgit. Cels. lib. 2. cap. 8, Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt.

¶ Animus assurgit. Quintil. lib. 1. cap. De lectione pueri, Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat.

Assurgere animo. Stat. Thebaid. 10,

Gaudet in aduersis, animóque assurgit Adrastus.

Iræ assurgunt. Virg. 12. Æneid.

Querelis assurgere. Virg. 10. Æneid.

Assurgere dicitur Orion. Virg. 1. Æneid.

¶ Assurgere dicitur Orator, qui sublimiter loquitur, vt ait Budæus. Quint. lib. 10. cap. 1, Rarò assurgit Hesiodus.

¶ Assurgi, passiuum, siue impersonale. Cic. de Sen. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videtur leuia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli.

¶ Assurrectum est, & assurgitur. Sueton. in. Oct. Augusto, cap. 56, Eisdem prætextatis adhuc assurrectum ab vniuersis in theatro, & astantibus plausum grauissimè questus est.

ASSVS {Ἄσσος} Vrbs est Troadis, teste Strab. lib. 13, & natura & arte munita ab ea parte qua mare spectat, arduum & erectum ascensum habens: vnde factus est locus vulgatissimæ illi Stratonici sententiæ, Qui celeri passu Assum it, magnum vitæ periculum adit. Circa hanc vrbem Sarcophagus dictus lapis (id est Carnes exedens) effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo condita, intra quadragesimum diem, solis dentibus exceptis, absumebantur. Vide Plin. lib. 36. cap. 17.

Assus, assa, assum {ὀπτός} ab Areo, ares, vel Ardeo, ardes: hoc est, Ad ignem torrefactus. Plaut. Mostel. 15, Ne faxis: nam elixus esse, quam assus soleo suauior. Cicero Papirio Pæto, lib. 9. 20, Integram famem ad ouum affero: itaque vsque ad assum vitulinum opera perducitur.

Assa & elixa. Celsus lib. 7. cap. 3, Transeundum paulatim ad assa ab elixis.

Assa in balneariis. Vide ASSA.

Assa vox. Vide ASSA.

Assus sol. Cicero Attico, lib. 12, Et pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, à te nitidum solem vnctúmque repetemus. Solem assum vocat, quem cœna non sequatur, quasi Sine succo, vt opsonia sunt assa: Nitidum autẽ & vnctum, qui cum cœnaſit. Sensus est, Domi meæ dum fuisti, in sole per pratulum quod domui adiacet, inambulans, præter siccum solem nihil habuisti: at ego cùm ad te domum veniam, non sole tantùm contentus ero, non mihi satis erit in sole inambulare, sed cœnam etiam cum sole exigam.

ASSYRIA {Ἀσσυρία} Regio Asiæ maioris, quę nunc Syria dicitur, habens ab Ortu Indiam, ab Occasu Tigrim fluuium, à Meridie Mediam, à Septentrione Caucasum: vnde Assyrij, qui postea Syrij, & Syri. Hãc Porphyrio & Acron volunt prius dictam Syriam, postea vna addita syllaba Assyriam vocitatam. Alij quadripartitam faciunt diuisionem, in Syros, Assyrios, Leucosyrios, & Cœlesyrios. Plin. duplicem Syriam assignat: vnam Palæstinam, alteram Antiochiam. Dicta est autem Assyria (teste Augustino lib. 15. de Ciuit.) ab Assur filio Sem. Assyria, nunc Azamia dicitur ab Azam Turca, qui eam armis suam fecit. Nunc possidetur à Persarum rege Sophi.

Diues Assyria. Tibul. 3. eleg. 2.

Assyrius, adiectiuum {Ἀσσύριος} Qui est ex Assyria: vt, Amomum Assyrium. Virgil. 4. eclog. Et Lucan. lib. 4, Assyrij scrutator pallidus auri. Assyrij (inquit Cic. lib. 1. de Diuinat.) propter planitiem magnitudinémque regionum quas incolebant, quum cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motúsque stellarum obseruauerunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt.

Assyria malus {Ἀσσυρία μηλέα} (quam alij Medicam vocant) Arbor est, cuius folium est vnedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias non manditur: odore præcellit foliorum quoque, qui transit in vestes vnà conditus, arcétq; animalium noxia. Vide plura apud Plin. lib. 12. cap. 3.

A S T

Ast {ἀλλά} coniunctio est discretiua, qua poetæ vtuntur pro At, syllabam illam breuem, interiectione S, longam facientes, authore Valla lib. 2. Festus, Ast, significat at, sed, autem. Plaut. Neque eos antiquos seruas, ast captas nouos. Virg. 1. Æneid. Ast ego quæ diuûm incedo regina.

Ast coniunctione etiam Oratores vsi sunt, pro particula Sed. Cic. Attico lib. 3, Quid enim vides agi posse, aut quomodo: per Senatúmne? ast tute scripsisti ad me, quoddam, &c. ¶ Ast, asseuerantis vox est aliquando. Liu. 10. ab Vrbe, Bellona si hodie nobis victoriam duis, ast hic ego templum tibi voueo. Hoc loco videtur accipi Ast pro Tum, vel certè.

ASTA, Oppidum Liguriæ antiquum, nomen adhuc retinens, authore Plin. ¶ Item Ciuitas est Bæticæ, inter sacrum promontorium & Herculeas columnas, de qua idem Plin. lib. 2. cap. 1. & Pomponius lib. 3. ¶ Est & Asta, Insubriæ vrbs, non longè à Nouaria distans. De hac Claudian.

-nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ. Meminit & Plin. lib. 35. cap. 12.

ASTABORAS, siue Astabores, pen. corr. teste Plinio lib. 5. cap. 9, Alter est ex alueis Nili, qui Meroen insulam à sinistra alluit: ille verò qui à dextera parte est, Astusapes appellatur. Strabo verò Astaboram fluuium esse docet, diuersum à Nilo circa Meroen insulam, in Nilum influentem.

ASTACES {Ἀστάκης} Fluuius est in Ponto, Asiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues pascunt, nigro lacte accolas alentes. Plinius lib. 2. cap. 103.

Astaci {ἀστακοί} Ex genere sunt Cancrorũ, apud Plin. lib. 6. cap. 31. Vide & horum descriptionem apud Gal. lib. 3. de Alim facult. cap. 34.

ASTACOENI {Ἀστακηνοί} Populi Indiæ, qui Mediam regionem inter Cophen atque Indum habitant. Strabo lib. 15.

ASTACVM Plinio, siue Astacus {Ἀστακός} Stephano & Straboni} Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam Neptuni & Olbiæ nymphæ filio, à quo vicinus sinus, Astacenus appellatus est. Plin. libro 5. cap. vlt. & Strabo lib. 12. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis vrbs in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit, teste Strabo. lib. 10.

ASTAPAS {Ἀστάπας} Fluuius Asiæ, de quo Strabo lib. 16, sic scribit, Circa Meroen Astaboras & Astapas influunt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elij vocantur, propterea quòd ex adiacente palude, euulsis radicibus massulas cõficiunt, & ad solem coctis vescuntur. Hæc loca leones alunt, qui sub Canis exortum à maximis culicibus hinc expelluntur. Hactenus Strabo. Meminit & Astapi fluuij idem author, quem Astosabam à nonnullis nominari ait initio libri 17. in descriptione Ægypti.

Astaphis, pen. corr. astaphidis, f. g. {ἀσταφίς} Vua passa dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1, Vua passa, quam astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret.

Astaphis agria, siue staphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falsò (suum enim genus habet) cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ, fert folliculos verius quàm acinos, virides, similes ciceri. Hæc Plin. lib. 23. cap. 1. Ruellius lib. 3. cap. 141, Staphis agria Romanis herba pedicularis dicitur. folium habet labruscæ, diuisurísque scissum, cauliculis rectis, &c. Paulo pòst, Pituitaria quoque dicitur, officinis hodie *Staphis agria*.

Astaphylinos, Pastinaca syluestris, quę & Staphylinos dicitur. Ruell. lib. 3. cap. 41.

ASTAPVS, pi, Fluuius. Plin. tamen lib. 5. cap. 9. de Astapo, sic scribit, Nilus Astapus cognominatus est, quod illarum gentium lingua significat aquam è tenebris profluentem.

ASTAROTH, Antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitarunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Sunt autem duo castella in Bethania hoc vocabulo, nouem inter se millibus separata, inter Aderam & Abelam vrbes.

ASTARTE {Ἀστάρτη} Dea fuit Syrorum, vt Ælianus author est. Sunt qui putent eam esse quæ & Derceto dicitur & Atergatis. Sed eam esse Venerem quartam, quæ Adonidi nupserit, Cicero manifestum facit lib. de Nat. deor. 3.

Asteismos, f. g. {ἀστεϊσμός} Latinè dicitur vrbanitas & ciuilitas. Tropus est Grammaticis: de qua Diomedes lib. 2. cap. de Orationis virtutibus & tropis.

Aster, astri, Græcè ἀστήρ, ἄστρον, m. g. Latinè dicitur Stella.

Aster Atticus {ἀστὴρ ἀττικός} Herba est Plinio, quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & vulgò Inguinalis. Vide Plin. lib. 26. cap. 5. Meminit & Gal. lib. 6. Simplic.

Aster Samius {ἀστὴρ σάμιος} Species est terræ cuiusdam, ad multos medicinæ vsus conducentis, quæ in Samio insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consueuit. Huius terræ meminit Galen. lib. 9. Simplic.

ASTER {Ἀστήρ} Puer Platonis carminibus celebratus, in quem etiam extant epigrammata lib. 3. Epigrammatũ Græcorum.

ASTERIA, æ {Ἀστερία} Deli & Rhodi insularum nomen.

Asteria {ἀστερία} Gemma inclusam lucem pupillæ modo quandam continens. Plin. lib. 37. cap. 9.

Asteriace, es, pen. corr. f. g. {ἀστεριακή} Genus medicamenti. Plin. lib. 20. cap. 19, Medicamento, quod diacodion & asteriace vocatur, vtilissimum. Vetustiora exempla legunt hoc loco Arteriace.

Asterias {ἀστερίας} Auis ex genere ardeolarum, à fulgore astrorum. Plin. lib. 10. cap. 60.

Astericum, ci, pen. corr. {ἀστερικόν} Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eo quòd vitreis vrceolis detergendis imprimis fit idonea. Nascitur in tegulis, parietinísque, vnde & Parietaria, & Muralis vulgò dicitur. Plin. lib. 22. cap. 17.

ASTERIA {Ἀστερία} filia fuit Cei Titanis filij, vt Theodotio placet. Hæc autem (vt ait Fulgentius) post vitiatam Latonam à Ioue dilecta est, à quo in aquilam verso oppressa fuit: eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem (vt quibusdam placet) aduersus Iouem senuens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem

versa est,quæ Græcè vocatur ὀρτυξ: noménque dedit insulæ, in quam aufugerat,vbi à Ioue in lapidem mutata est,vndique demersa, & ab eisdem huc illuc agitata:tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Bocatio. De hac Cic.1.de Nat.deor. Fabulam multo fusius narrat Seruius in illud Virg.3.Æneid.Sacra mari colitur medio,&c.

Asterion, ij {ἀστέριον} Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, vt tradit Plin.lib.29.cap.4. ¶Est & Asterion herba, quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habeat Asterij animalculi figura. Dioscorid.lib.3.in descriptione Spondylij.

ASTERION {ἀστέριον}Ciuitas Thessaliæ,sic dicta,quòd in alto sita monte, velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, vt tradit Stephanus, qui eam sua ætate Pyresiam vocatam asserit. ¶Est & altera vrbs eius nominis in Syria. ¶Est & fluuius Achaiæ in Nemeæa sylua leniter fluens, & fructuum iuxta ripam abũdantissimus, vt testis est Lactantius. ¶Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin.lib.4.cap.5. ¶Est & herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argiuo nascens, ad ripam fluuij eiusdem nominis,cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt. ¶Asterion item Cometæ filius, qui Iasonem Colchos nauigantem sequutus est, vt habet Apollonius. Valer. Argonaut.lib.1,

-celer Asterion, quem matre carentem,

Clanæus gemino fouit pater amne Cometes.

ASTERIS, pen. corr. {ἀστερίς} insula est in medio Sami & Ithacæ sita. Author Strabo.

Asteriscus {ἀστερίσκος} stellulam significat. Diminutiuum ab Aster.

¶Asteriscus, Signum ad stellæ similitudinem paruæ: quo vtimur quum aliquid in scribendo omissum esse, hoc modo demonstramus *: qua nota vsi sunt veteres scriptores.

Asterno,asternis,astraui, astratum,pen prod {παραστρώννυμι} asternere, Iuxta sternere.cuius participium protulit Ouid. lib.2. Metam.de sororibus Phaethontis loquens.

ASTERVSIA {ἀστερουσία} Mons Cretæ ad meridiem, mare aspiciens, à quo & Asterusia Indiæ vrbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. ¶Huius incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusij. Stephan.

Asthmaticus,asthmatici,pen.cor.{ἀσθματικός} Id est, suspiriosus,anhelus,qui difficilem habet respirationem. Nam ἆσθμα difficultatem spirandi significat,& anhelationem siue anhelitum: quem Celsus atque adeo omnes ferè medici alio vocabulo δύσπνοιαν vocant:anxietatem idem Celsus vocat.

ASTICE {ἀστική} Regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Ponto Euxino imminens, cuius vrbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Deuelton,& Phinopolis.De hac Plin.lib.4.cap.11.

Astici ludi (de quibus Suetonius in Caligula) qui sint quæritur: ac plerique Actiacos legunt, & ludos ab Augusto intelligunt institutos in honorem Actiacæ victoriæ, sed sine librorum astipulatione, in quibus omnibus partim Attici, partim Astici exaratum reperias. Turnebus Asticos ludos interpretatur Vrbanos (quòd sint etiam ludi rustici) vel potius Atheniensium ludos,quorum vrbs Astu dicebatur. Producitur ab Athenæo Chariclis ἐν ἀστικῷ ἀγῶνι.Quod siquis ludos Atticos malit, è consuetudine Atheniensium explicabit, qui Liberalibus,Lenæis, Chytris, & Panathenæis, id est quinquatribus, ludos scenicos dabant. Hæc ille.

ASTIGI, Ciuitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager.Plin.lib.3.cap.1. Ecija nunc vocatur,teste Oliuario.

ASTIOCHIA, Vide ASTYOCHIA.

Astipulor,siue Adstipulor,pen.corr. astipularis, astipulatus sum {συγκατατίθεμαι, συνεπιμαρτυρέω} astipulari. Assentiri. Plin.lib.7.cap. 48, Cui astipulatur Damiates,memorans,&c.

¶Astipulari (inquit Conanus) dicitur stipulanti stipulari: vt si petenti tibi decem à Mæuio, ego eadem tibi stipulor dari. in quo quia mens est vtriusque nostrûm eadem,& idem quod tu,tibi cupio & volo,ideo factum esse arbitror vt astipulari pro assentire dicamus.

Astipulatio {συγκατάθεσις} Verbale, Assensus. Plin.lib.29.cap.1, Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatio, pro Affirmatione. Quint.lib.11. cap.vltimo. Accedit enim vis & proprietas rebus tali astipulatione, quæ nisi adsit, aliud vox,aliud animus ostendat. quanquam propriè denotat illam gestus cum verbis consensionem.

Astipulatus,huius astipulatus, pen.prod. {συγκατάθεσις} Verbale, Id est assensus vel attestatio. Plin. lib.7.cap.47, Consecratus est viuus, sententiáque, oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu, Euthymus.

Astipulator,penul.prod. {συνεπιμαρτυρῶν} Verbale, Qui assentitur. Cicer. 4. Acad. Falsum esse Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Astipulator vanæ opinionis. Val. Max. lib.7.cap.1.

¶Astipulator, pro eo qui testis est vadimonij facti. Cic. pro Quintio, Literæ P. Quintij, testes tot (quibus omnibus causa iustissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur) cum adstipulatore tuo comparabuntur. Idem in Pisonem 13, Quasi verò non modò ego, qui multis sæpe auxilio fuissem, sed quisquam tam inops fuerit vnquam, qui isto non modo propugnatore tutiorem se, sed aduocato aut adstipulatore paratiorem fore putaret. Sed origo huius vocabuli subobscura est: nisi fortè quum adstipulari pro assentiri vulgò dicatur, argumentemur, adstipulari propriè idem valere quod Spondere vel promittere. vt Adstipulatores ij sint, qui alteri antestanti & interroganti, Testésne futuri sint vadimonium ab aliquo promissum, respondeant, Testes. Hæc Hotomanus in orationem Ciceron. pro Quintio.

Astipulator, erat qui stipulanti accedebat, idémque stipulabatur, vt pacta & conuenta essent firmiora, magísque cauta & rata: ac in foro Romano circum argentarias homines erant, qui astipulandi quæstum exercebant, præstóque erant stipulantibus & paciscentibus, cuius generis fuisse dicitur pater Augusti in epistola Ciceronis ad Octauium.

Astipulator in antiquo lexico ἐπιπροσερωτητὴς exponitur, id est qui præter stipulatorem interrogat atque stipulatur. Turnebus.

Astituo,astituis, astitui,pen.corr. astitutum,astituere, ex Ad & Statuo compositum, Significat In loco collocare. Plaut. Capt.13, Iubén' an non iubes astitui aulas,patinas elui?

Asto, astas,astiti,astitum, & astatum {παρίστημι} astare:Idem significat quod Stare. Virg.lib.2.Æneidos,

-arrectísque auribus asto.

Hic patrem astare aiebas? Terent Heaut.5.2.

Accessi,astiti. Terent.Phorm.5.6.

Asta,atque audi.Plaut.Cistel.7. Sic in Casina,16,Mane,atque asta.

Astare in genua.Plaut.Casin.13,

Continuo in genua astanti pectus mihi pedibus percutit.

In latus obliquum tamen astitit.Ouid.3.Metam.

Finis vitæ mortalibus astat.Lucret.lib.3.

Astare ad.Cic.pro Archia, Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. Et Lucret.lib.3, Mors ad caput astitit.

Ante oculos.Virg.3.Æneid. Ouid.8.Metam.

In conspectu. Cic.in Catil. Exspectans huius exitum diei astat in conspectu meo gener.

In ripa.Ouid.epist.14.

Limine diuæ astitit. Id est,in limine.Stat.9.Theb.

Portis sublimibus astant.Virg.12.Æneid.

Iuxta præsides astat deos. Sen.in Hercule furente,6.

Præsens astare viritim creditur Iupiter. Id est,singulis & priuatim vnicuique præsens esse.Sil.lib.17.

Supra caput astitit imber.Virg.4.Æneid.

¶Asto aduocatus cuidam. Plaut.Casin.13.

Astare mensæ domini.Mart.lib.8.

Astare contrà alicui, pro Resistere. Plaut.Capt.12,At vt confidenter mihi contrà astitit.

Astans,astantis,Participium {παρεστώς}Sil.lib.17.de Annibale.

Astante atque audiente Italia tota.Cic.Post reditum.

Astante illo.Plaut.Amph.8,Al.tute istic,etiam astante hoc Sosia.

Squammæ astantes.Id est,erectæ.Virg.3.Georg.

ASTOMI, pen.corr. {ἄστομοι} Indiæ sunt populi. De quibus Plinius lib. 7.cap.2, Ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu tantùm viuentem,& odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullúmque potum: tantùm radicum florúmq; varios odores,& syluestrium malorum,quæ secum portant longiore itinere,ne desit olfactus: grauiore paulo odore haud difficulter exanimari. Hæc Plinius.

ASTRÆA, {ἀστραία} Filia Astræi gigantis & Auroræ. Alij dicunt fuisse filiam Iouis & Themidis. Hæc pro Iustitia sumitur: fingitúrq; vitiis crescentibus indignata in cælum euolasse, tandem in signum cæleste,cui Libræ nomen est,conuersa.Ouid.1.Metamorphoseos,

-& virgo cæde madentes,

Vltima cælestum terras Astræa reliquit.

ASTRÆVM {ἀστραῖον} Oppidum Macedoniæ: & Astræi,populi sunt eius vrbis incolæ,teste Ptolemæo.

ASTRÆVS {ἀστραῖος} Vnus fuit ex Titanibus,qui contra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse,& ex ea ventos generasse, qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ouid.Metamorph.14,

Atráque,& tumidum subitis concursibus æquor

Astræi turbant,& eunt in prælia fratres.

Astragalus,astragali, pen.corr.f.g. {ἀστράγαλος} Latinè dicitur talus: Vide TALVS,pro ludo.

Astragalus talum pedis significat, παρὰ τὸ ἀστραφῆ καὶ ὀρθὸν φυλάττειν τὴν θέσιν,quòd vniat, & rectam seruet basin corporis, hoc est pedes. ἢ ὅτι παρὰ τὸ μένειν ἐν ὀρθῇ στάσει ἐστὶ, ἀλλὰ πρὸς τὸ κινεῖσθαι, ἀστραγάλος ὥσπερ ἀστράγαλος. vel quòd non ad manendum vel ad standum à natura institutus, sed ad motum, quasi Astagalus, & additione literæ r Astragalus. ¶Alij Astragalum dici volunt quasi Astrum: quòd ita suffragini pedis insertus sit, vt astrum cælo. Philosophorum enim clarissimi astrum ceu nodum quendam cælesti hapsidi affixum voluere.

Astragalos Homerus etiã appellat septẽ vertebras spinæ,quibus collum incumbit,lib.11.Odyssẽ,de Elpenore,qui lapsu scalarum concidit, -ἐκ δέ οἱ αὐχὴν Ἀστραγάλων ἐάγη. At mihi lapso fractus ad astragalos iugulus.

Astragali vocantur partes quædam in columnarum spiris. Vitruuius lib.3,cap.3, Astragali faciendæ sunt octauæ partis trochili,proiectura erit spiræ pars octaua, & sextadecima crassitudinis columnæ. *C'est vn membre rond en massonnerie, que lon dit autrement Fusée avec ses pesons.*

Astragalus,Herba est Plin.lib.26.ca.8:Astragalus(inquit)folia habet longa,incisuris multis,obliqua circa radices,caules tres aut quatuor foliorum plenos, florem hyacinthi, radices villosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem niualibus. Ruellius lib.3 cap.104, Quæ à Dioscoride depingitur,folia non habet crebris incisuris laciniosa, nec radices hirsutas perplexásque: natalibus tamen conueniunt. Galenus & Paulus in Phæneo Arcadiæ plurimam nasci testantur. Astragalus, qui à Dioscoride describitur, frequens est apud nos. Rura nostra *Montanum* vel *Rusticum cicer* nominant, fruticem folio & ramis ciceri similem, flore purpureo, paruo,tereti radice,raphani modo grandi, quæ velut adnatas habet appendices præduras, veluti cornua inter sese implicatas, gustu astringentes. Inuenitur in petrosis & locis vento perflatis,cicerculam esse diceres,nisi radix tanta subesset. Vulgus nonnunquam *Syluestres cerras* vocat,hoc est Cicerculas. Hactenus Ruellius.

Astrapias {ἀστραπίας} Gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes, vnde & nomen accepit.De hac Plin.lib.vlt.cap.11.

Astrepo,astrepis,pen.corr.astrepui,astrepitum {ἐπιθορυβέω} astrepere,Simul strepere.

Astrepere

Astrepere aures alicuius. Plin. Iunior in Panegyr. Ac plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. Tacit. lib. 20, Obuios, & subitae rei miraculo attonitos vt eadem astreperent hortari.

Astrepere apud Tacitū cum Datiuo, pro Strepitu assentire. Astrepebat (inquit) huic alacre vulgus. Id est, applaudebat. Budaeus.

ASTREVS, dictio dissyllaba {ἀστρεύς} Vnus fuit ex iis qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati, ab eodem sunt interfecti. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

Astrifer, Vide ASTRVM.

Astringo, astringis, astrinxi, astrictum {συσφίγγω, ἐπισφίγγω} astringere, nihil ferè amplius significat interdum quàm Stringere.

Astringere & Relaxare, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. Eaque tum astringitur, tum relaxatur. De aluo loquitur. Idem Attic. lib. 10.

Astringere, Simul aut ad aliquid stringere. Colum. lib. 5. cap. 6.

Astringere ad aliquam rem, pro Alligare. Cic. 6. Verr. Quis est hic qui ad statuam astrictus est?

Arctè astringere. Cic. de Fato, Hoc arctius astringi ratio nō potest.

¶ Aluum & ventrem astringere. Corn. Cels. lib. 1. cap. 3, Labor aluum astringit. Id est, contrahit, vt parum reddat.

Venas agrorum hiantes. Virgil. 1. Georg.

Vincula. Ouid. 11. Metam.

¶ Astringere, per translationem, pro Obligare & quasi confirmare. vt, Astringere seruitutem. Cic. pro Planco, Et huius tanti officij seruitutem astringam testimonio sempiterno.

Astringi necessitate, pro Cogi. Cic. 1. de Nat. deor. Nulla eiusmodi astrictū necessitate, vt mihi, velim nolim, sit certa quaedam tuenda sententia.

Astringi lege, vel quaestione. Cic. pro Cluentio.

Orationem numeris astringere. Cic. 3. de Orat. Et lib. 1. Astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.

Contracta & astricta eloquentia. Cic. de Claris Orat. Tum studiosissimè in dialectica exercebar: quae quasi contracta & astricta eloquentia putanda est.

Breuiter astringere argumenta Stoicorum more. Cic 3. Tusc. Primò, si placet, Stoicorum more agamus, qui breuiter astringere argumenta solent.

Lingua astricta mercede. Cic. in Pisonem.

Vinclis sempiternis totam Galliam. Cic. 4. Acad.

Aliquem conditionibus suis. Cic. pro Quinctio.

Se sacris Cic. 2. Leg. Quaeruntur enim qui astringantur sacris.

Suam fidem. Terent. Eunuch. 1. 2,

Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem. Vbi Donatus, Astringo fidem, fidem promitto: quia vincula fidei dicuntur.

Ad certa verba se astringere. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Ad seruitutem alicuius se astringere. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Astringi ad temperantiam. Plin. Iunior, in epist. Deinde vt in posterum ipse ad eandem temperantiam astringeretur, &c.

In iura sacra se astringere. Ouid. 15. Epist.

¶ Frontem, pro Corrugare. Senec. epist. 107.

¶ Mores. Fabius lib. 2. cap. 2, Neque verò satis est summam praestare abstinentiam, nisi disciplinae seueritate conuenientium ad se mores astrinxerit.

¶ Se furti: subaudi Scelere, aut simile aliquod. Plaut. Poen. 10, Homo furti se astringet.

Astringere haereditati. Vlp. in l. si quis extraneus. §. 1. D. de acquir. haered. Interdum autem animus solus eū astringet haereditati: vtputa si re nō haereditaria quasi haeres vsus sit. Paulus in l. proximè sequēti sic expressit: Placet, non obligari eum haereditati. Et rursus ibidem: Vt quis pro haerede gerendo obstringat se haereditati.

Astringere se scelere. Cic. 4. Philip. Quem si consulem illa prouincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se astringeret.

¶ Astringi frigore. Plin. Epist. Si natare latius, aut tepidius velis, in proximo puteus, ex quo possis rursus astringi, si poeniteat teporis.

Astrictus, participium {συσφιχθείς} Contrarium est Relaxato. Plin. Iunior, in Panegyr. Ita versemur in Rep. vt credamus esse Rempublicam: non consilium nostrum, non operam subtrahamus: nec disiunctos nos & quasi dimissos Consulatu, sed quasi astrictos & deuinctos putemus.

Astrictus necessitate. Vide NECESSE.

Voluptatibus astricti: id est, alligati. Cic. in Parad. Nunquam mehercule ego, neque pecunias istorum, neque opes, neque imperia, neque eas quibus maximè astricti sunt, voluptates, in bonis rebus, aut expetendis esse numerandas duxi.

Arcta & astricta laxare. Cic. in Orat. Nec tamen haec ita sunt arcta & astricta, vt ea, quum velimus, laxare nequeamus.

¶ Astricta frons, pro Contracta. Martial. lib. 11.

Astrictum gelido frigore pectus erat. Ouid. 21. Epist.

Dolore astrictum pectus. Ouid. 1. de Arte amandi.

Gelu astrictum. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Glacies. Ouid. 1. Metam.

Gustus. Plin. lib. 27. cap. 12.

Astrictus orator. Cic. in Brut. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. & Sp. Mummij fratres, quorum extant amborum orationes: simplex quidem Lucius & antiquus, Spurius autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamen astrictior. fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Stoici quippe dicendi genus exile sunt sequuti, vt ibidem tradit ipse Cic. Praeterea Stoici dialecticen diligenter sunt persequuti, vt Cic in Topicis ostendit. Porro dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est: sine qua etiam tu Brute, iudicauisti te illam iustam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse. Verba sunt Cicer. in Bruto.

Poeta numeris astrictior. Cic. 1. de Orat. Est finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior.

Aquis astrictis coit Ister. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.

Astricti in amore. Lucret. lib. 4.

Astrictè, aduerbium {συντεταμένως} Arctè.

Astrictè facta oratio, cui opponitur Remissè. Cic. 3. de Orat. Qui putat orationem, quae quidem sit polita, atque facta quodammodo, non astrictè, sed remissius numerosam esse oportere.

¶ Astrictius, aduerbium comparatiuum. Plin. Iunior lib. 1. epist. 20, ad Corn. Tacitum, Non magis seruat modum, qui infra rem, quàm qui supra: qui astrictius, quam qui effusius dicit.

Astrictio, verbale {στῦψις} Plinius libro 27. cap. 10, Gustus amari cum astrictione.

Astrictorius, adiectiuum {στυπτικός} Quod astringit. Plin. lib. 24. cap. 13, Paliuri folia astrictoriam vim habent.

Astrios, astriotis, foem. gen. Gemma crystallo propinqua, quae si astris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Astrobolismus {ἀστροβολισμός} arborum vitium est, quum caniculae aestu (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. Trāsfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus σφάκελον à Galeno appellatur.

Astroites, foem. gen. {ἀστροΐτης} Gemma, quae oculis piscium similis esse perhibetur. Author Plin. lib. 37. cap. 9.

Astrolabium, Instrumentum ex quo astrorum motus colliguntur. Sipontinus.

Astrologia, astrologiae, pen. corr. {ἀστρολογία} Scientia de sideribus, siue quae de cursu astrorum tractat. Cic. de Orat. lib. 1. Etenim si cōstat inter doctos, hominem ignarum astrologiae, ornatissimis atque optimis versibus Aratum de caelo stellisque dixisse.

Astrologus, pen. corr. {ἀστρόλογος} Qui astrorum scientiam profitetur. Cic. 4. Verr. Nouus astrologus qui non tam caeli rationem, quàm caelati argenti duceret.

ASTROMELA, vrbs Narbonensis prouinciae, maritima Auaticorum, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

Astromyos, Stella est quae caeteris dominatur, nunc plenior exoriēs, nunc defectior, quandoque splendida, quandoque minus. Vide Cael. lib. 5. cap. 12.

Astronomia, astronomiae, penult. corr. {ἀστρονομία} Scientia est quae de iudicijs ad vitam fortunámque pertinentibus loquitur. Valla in Raud.

ASTROPHE, Astrophes, pen. corr. Vna ex Pleiadibus.

Astrum, Graecum vocabulum est, ἄστρον, quod à Latinis sidus dicitur. Cic 7. Verr. Quum autem Ver esse coeperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, &c.

Astrorum dominus, pro Sole. Seneca in Troade, 5.

Ignes astrorum. Virgil. 3. Aeneid.

Vices astrorum. Id est, Astra vicissim nunc orientia, nunc occidentia. Stat. 3. Thebaid.

Aeterna astra. Seneca in Hercule furente, 11.

Aetherea. Virgil. 5. Aeneid.

Ardua pennis astra sequi, Ad caelum subuolare. Virgil. 12. Aeneid.

Ignea. Lucan. lib. 1.

Lycaonia astra sunt, maior Vrsa & Arctophylax. Claudianus Panegyr. 8.

Prodigiosa. Stat. 3. Thebaid.

Radiantia. Ouid. 9. Metam.

Roscida. Stat. 6. Thebaid.

Vaga. Seneca in Octau. 7.

Duodena, Duodecim signa Zodiaci. Virgil. 1. Georg.

Cadentibus primis astris. Id est, vt primùm lucescere coeperit. Virgil. 8. Aenid.

Noctem ducentibus astris. Virgil. 3. Georg.

Ortus inclinat astra. Stat. 12. Thebaid. Id est, oriente Sole, astra occidunt.

Inoffensos agant astra cursus. Seneca in Herc. furente, 11.

¶ Efferre se ad astra. Sil. lib. 3.

Tollere ad astra. Virgil. 5. eclog.

Surgentibus astris, pro Accedente nocte. Virgil. 1. Georg.

Suscipere astra. Cic. 1. Tuscul.

Astrifer, penult. corr. adiectiuum {ἀστροφόρος} Ferens astrum. Martialis libro 8.

An tua multifidum numerauit lana Timauum,

Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit? Et apud Stat. lib. 8. Thebaid. Axes astriferi.

Astruo, astruis, astruxi, astructum {προσοικοδομέω} astruere, Iuxta struere. Columel. lib. 1. cap. 5, Nam nouum quum veteri astruitur, rimosóque recens, aedificium quasi surgenti reluctans oneri, cedit.

¶ Astruere aliquid magnificentiae & dignitati, per metaphoram, pro Superaddere. Plin. lib. 9. cap. 35, Quaerente eo quid astrui magnificentiae posset, respondit, vna se coena, &c.

Dignitati alicuius aliquid astruere. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 2.

Sibi aliquid. Quintil. lib. 8. cap. 3. Non solùm ipsum os intueri videtur, & locum, & habitum: sed quaedam etiam ex iis quae dicta non sunt, sibi ipsa astruit. Id est, superaddit, vel affingit de suo.

Astruere laudem. Plin. Iunior, in Panegyr.

¶ Astruere, Affirmare. Plin. lib. 12. cap. 18, Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo foetu, quantum, &c. In emendatioribus codicibus legitur Asseuerant.

Astruitur his. Plin. Iunior, in epist. Additur, vt Pallas (cui se omnes pro virili parte obligatos faterentur) singularis fidei, singularis industriae fructum meritissimo ferat: prolatos imperij fines, redditos exercitus Reip. credas. Astruitur his, quum Senatui populóque Romano, &c. Id est praeterea.

Astruere auditis. Id est, augere audita, & plura affingere. Sil. lib. 4.

ASTV {ἄστυ} Nomen est indeclinabile, vt Cornu, authore Prisciano, lib. 15, Ciuitas est Atheniensium. Terent. Eunuch. 5. 6. Hem, quid? amat? an scit iam ille quid meretrix siet? An in Astu venit? Vbi Donatus, In Astu, In vrbem de Piraeo. sic enim Athenienses vocabāt

vrbem suam: vnde ipsi incolæ ἄστυ vocantur.

Astu, apud poetas Astutiam significat, cuius origo ex Græco oppido ἄστυ deducitur: in quo qui conuersati assiduè sunt, cauti atque acuti esse videntur. Hæc Festus. Terent. Eunuch. Quòd si astu rem tractauit. Vbi Donatus, Astu, pro Astutè, modò aduerbium est: aliàs nomen. Vt, An in Astu venit? Vide A S T V pro Vrbe. Vide etiam paulo post, A S T V S, huius astus.

Astupeo, vel Adstupeo, astupes, pen. corr. astupui {ἀποθαυμάζω} astupere, Est ad rem vel auditam vel visam obstupescere. Stat. 2. Thebaid. vbi Mercurius vmbram Laij ad superos educit:

Tum steriles luci, possessáque manibus arua,
Et ferrugineum nemus astupet: ipsáque tellus
Miratur. Idem lib. 3, Astupet oranti.

Astupere diuitiis. Senec. de Tranquil. vitæ, lib. 1. cap. 8, Non pudet quisquis diuitiis adstupes? Respice agedum mundum: nudos videbis deos omnia dantes, nihil habentes.

Astur, huius asturis, penul. corr. masc. gen. Auis prædatitia, vulgo nota. Vide F A L C O.

A S T V R, siue Asturia {ἀστυρία} ciuitas Hispaniæ in qua Asturcones equi gignuntur. Sunt & in ea aurifodinæ multæ. Vide Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Nomen etiam hodie seruat.

Astur, huius Asturis, pen. corr. {ἀστυρικὸς} adiectiuum: vt, Astur equus, qui est de Asture oppido. Martial. lib. 14,

Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit vngues,
Venit ab auriferis gentibus Astur equus. Sil. lib. 3, dicit Astures Callæcis proximos, originem habuisse ab Astyre Memnonis armigero, post domini mortem eò profecto.

Auarus Astur. Sil. lib. 1.
Belliger. Sil. lib. 12.
Pallidus. Claudian. epigram. 22.

Asturicus, penult. corr. aliud adiectiuum {ἀστυρικὸς} vt, Asturica gens. Sil. lib. 16.

A S T V R A {ἀστυρα} Flumen Latij, & insula in fluuij ostio. Plin. libro 3. cap. 5, Antium colonia, flumen Astura, & insula. Et lib. 32, Tenuit & nostra memoria nauem Caij principis ab Astura Antium nauigantis. Ab aliquibus Stura dicitur: vnde Festus, Stura flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.

A S T V R I C A Augusta, Hispaniæ Tarraconensis vrbs Ptolemæo. *Astorga* vulgò: olim Roma.

Asturco, asturconis, pen. prod. masc. gen. {ἄσθρων} Equus ab Asturia oppido Hispaniæ. Plin. lib. 8. cap. 42, In eadem Hispania, Gallaica gẽs & Asturica, equini generis, quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones gignũt: quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incursus traditur arte.

Astus, huius astus, masc. gen. {πανουργία} Idem quod Astu, siue astutia. Ab ἄστυ, oppido, vt dictum est in A S T V.

Astus belli. Sil. lib. 16, Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat.
Prouidus astu. Stat. 1 Achil.
Acris astus. Valer. 2. Argonaut.
Callidi. Senec. in Troad. 6.
Astu carere. Quintilian. lib. 9.
Exuberans astu. Sil. lib. 1. de Annibale.
Astus adiungere ferro, Est arte dimicare. Sil. lib. 6.
Exuere astus. Sil. lib. 7, Túque dolos Pœne, atque astus tandem exue notos.
Versare dolos astu. Virgil. 11. Æneid. Astu, id est, malitia, vt ait Seruius.

A S T V S A P E S, alter ex Nili alueis, qui à dextra parte est. Vide in A S T A B O R A S.

Astutus, adiectiuum, pen. prod. {πανοῦργος} Callidus, versutus. Seruius, Propriè astutos malitiosos vocamus. Cic. 3. Offic. Certè non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: sed versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Horat. 2. Serm. satyr. 3, -benè sano

Ac non incauto, fictum astutúmque vocamus. Cic. pro Muræna, Hominis esset & astuti & ingrati.

¶ Astutus, Arte tutus. Festus.

Astutior fallacia. Plaut. Casi. 21, Nec fallaciam astutiorem vllus fecit poeta.
Astuta vulpes. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Astutia {πανουργία, κακοήθεια} Calliditas, malitia. Cic. 3. Offic. Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Terent. Eunuch. 4. 4,

-nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia. Vbi Donatus, Astutia, ad agendum strenuè quæ imperet.
Hem astutias. Terẽt. And. 3. 4. Vbi Donatus, Bona ironia, pluraliter dixit Astutias, quasi is qui abundat astutiis, vt ei vna nõ sufficeret.
Instituere astutiam. Vide I N S T I T V O.

Astutè, aduerbium {πανούργως} Callidè, versutè. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2, Nihil tamen nec temere dicere, nec astute reticere debeo. Terent. And. 1. 2, Astutè.

Astus {κερδαλέος} adiectiuum, videtur finxisse Plaut. Trucul. 18,
-si venerit Næ istum ecastor hodie astis confeceris fallaciis.

A S T Y A G E S, pen. corr. {ἀστυάγης} Cyaxaris Medorum regis filius, & Mandanæ pater, vltimus Assyriorum & Medorum rex. De quo apud Græcos Herodot. lib. 1, & Iustin. scripsere. ¶ Astyages item alius, vnus ex illis qui à Perseo visa Gorgone in marmora mutati fuerunt. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Dum stupet Astyages, naturam traxit eandem,
Marmoreóque manet vultus mirantis in ore.

A S T Y A L V S {ἀστύαλος} Vir fuit Troianus, à Neoptolemo interemptus, vt scribit Homer. lib. 6. Iliad.

A S T Y A N A S S A {ἀστυάνασσα} Helenes Menelaj vxoris ancilla lasciuissima, dominámque prorsus se dignam nacta, quæ prima de variis concubitus modis librum cõscripsit: cuius exemplum postea imitatæ Philænis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Author Suidas.

A S T Y A N A X, pen. cor. huius Astyanactis {ἀστυάναξ} quasi Vrbis princeps, appellatus autem proprio nomine Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha: qui, dum Troia à Græcis caperetur, à matre abscõditus, sed ab Vlysse repertus, de alta turri præceps est datus. Ouid. 13. Metam. Mittitur Astyanax illis de turribus, &c.

Astyanacta, Accusatiuus. Virgil. 2. Æneid.
Astyanactis, Genitiuus. Virgil. 3. Æneidos,
O mihi sola mei super Astyanactis imago!

A S T Y C R A T I A {ἀστυκράτεια} Filia Æoli, teste Homero Odyss. lib. 10.

A S T Y D A M A S {ἀστυδάμας} Atheniensis, & filius eiusdem nominis, ambo Tragici poetæ fuerũt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

A S T Y D A M I A {ἀστυδάμεια} Ormeni filia, quam Hercules patre prius occiso rapuit. Ouidius,

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.

Astylis, astylidis {ἀστυλὶς} lactucæ latioris genus sine caule, quæ ob insignem frigiditatem, Veneri maximè creditur resistere: vnde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellatum. Ruellius libro 2. capite 20.

A S T Y L V S {ἄστυλος} Vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoscens, fratres monuerat ne bellum aduersus Lapithas assumerent: sed exorto in nuptiis bello, ipse sibi timens, vnà cum Nesso Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ouid. 12. Metam.

Astylus ille etiam metuenti vulnera Nesso,
Ne fuge, ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.

A S T Y L V S {ἄστυλος} Crotoniata, tribus Olympicis continuis vicit, stadio, diaulo, & dolicho.

A S T Y M E D V S A {ἀστυμέδουσα} OEdipi fuit vxor (hanc enim repudiata matre, quam prius matrimonio sibi coniunxerat, sed incognitam, in vxorem duxit) quæ vt liberis prioris coniugis infensum parentem faceret, apud patrem eos accusauit, tanquam qui se de stupro appellassent. Quapropter OEdipus iratus, regnum cruentum reliquit.

A S T Y N O M E, pen. corr. filia fuit Chrysæ, quem Homerus Chryseida nuncupat: sicuti Briseida idem author vocat, quæ fuerit Hippodamia. Erant verò Brises & Chryses fratres, ex quibus Brises Pedasum incoluit, Chrysam verò Chryses, quorum pater fuit Ardys. Cælius lib. 24. cap. 5.

Astynomici {ἀστυνομικοὶ} dicuntur Papiniano ædiles, quòd curam vrbis, viarum & ædificiorum gererent. L. vnica. D. de via public. & siquid in ea fact. esse dicat.

A S T Y N O V S {ἀστύνοος} Princeps quidam Troianus, quem Diomedes in bello Troiano interfecit, vt scribit Homer. lib. 5. Iliad.

A S T Y O C H I A, pen. prod. {ἀστυόχεια} Actoris filia fuit: quæ quum sola in cœnaculum ascendisset, à Marte compressa creditur. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis, quam Hercules rapuit: de qua Homer. in Catalogo nauium.

A S T Y P A L Æ A {ἀστυπάλαια} insula est vna è Cycladibus, ab Astypale Ancæi matre denominata. Antea enim à canibus habitata, Pyrrhæa primùm, deinde Palæa, mox θεῶν τράπεζα, hoc est deorum mensa, fuit appellata: quæ Plinio lib. 4. cap. 12, & Straboni lib. 10, est celebris. Vadianus putat Asticlam apud Pomponium corruptè legi pro Astypalæa. Ouid. 2. de Arte amandi,

Dextra Lebynthos erat, syluísque vmbrosa Pachynne,
Cinctáque piscosis Astypalæa vadis.

Astypalæa, Coorum fuit vrbs antiquitus. Strabo lib. 14.

Astypaleius {ἀστυπαλαιεὺς} adiectiuum sex syllabarum. Ouid. 7. Metam.
Hinc Anaphen sibi iungit, & Astypaleia regna.

A S T Y P A L I E N S E S {ἀστυπαλιεῖς} Populi, de quibus sic Strabo libro 13, Astypalienses itaque qui Rhœtium tenuerũt, primi oppidum iuxta Simoentem habitauere, quod nunc Polisma nominatur, in loco non valde idoneo: quapropter citò euersum est. Hæc ille.

A S T Y R, Vide A S T V R.

A S T Y R A {ἄστυρα} Vicus fuit in regione Troiana, & lucus ipsius Dianæ. Strab. lib. 13. ¶ Fuit & vicus proximus Adramyttio, vt ait idem. ¶ Fuit & vrbs Phœnices circa Rhodum, in qua colebatur Minerua & Astyris. ¶ Est & Bœotiæ ad Potnias, vt Charax scribit in secundo. ¶ Est & regio Italiæ, cuius gentile Astyrenus, à qua Dianæ Astyrenes templum.

Astyrena Diana {ἀστυρηνὴ ἄρτεμις} Nuncupata fuit ab Astyra vico in regione Troiana, vt Straboni placet lib. 13. Stephanus tamen videtur ab Astyro Italiæ deducere: & Mineruam Astyrida, à Phœniciæ ciuitate circa Rhodum.

A S V

Asuestus {ἄσβεστος} Latinè Inextinguibilis: & nomen lapidis est ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, vt non possit extingui. De hoc Plin. lib. 37. cap. 10.

Asuestinum lignum. Vide A S B E S T I N V M.

A S V R A {ἀσούρα} oppidũ est proximè Philiscum, ad Euphratem, à quo Seleuciam decem dierum est nauigatio. Plin. lib. 5. cap. 26.

A S V S, ἆσος Stephano, siue (vt apud Plinium legitur) Asum, oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

A S Y

A S Y C H I S {ἄσυχις} Ægyptiorum rex post Mycerinum, cuius opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, vt testatur Herodot. lib. 2.

Asyla, pen. prod. herba est qua sibi pecora medentur, siquando anagallidem fœminam imprudenter gustauerint. Launi ferum oculum appellant. Author Plin. lib. 26. cap. 13.

A S Y L A S, pen. prod. {ἀσύλας} Proprium vatis cuiusdam nomen apud Virgil. 10. Æneidos,

Tertius ille hominum, diuúmque interpres Asylas,
Cui pecudum fibræ, cæli cui sidera parent,
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes.

Asylum, asyli, pen. prod. {ἄσυλον} Seruius, Postquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius timentes insidias eorum quos auus afflixerat Athenis, sibi primi asylum, hoc est templum misericordiæ, collocauerunt, vnde nullus posset abduci. quod etiam Statius dicit: vt, Herculeos fama est fundasse nepotes. Cic. 3. Verr. Nuper M. Aurelio Scauro postulante, quòd is Ephesi se quæstorem vi prohibitum esse dicebat, quominus è fano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius, &c. Strabo lib. 5, de Collatinis, Antennis, Fidenatibus, & Lauiniensibus, Orta igitur inter eos seditione, inter ædificanda mœnia, Remum occisum fuisse traditur. Vrbe deinde condita, Romulus mortales conuenas aggregat, sacrum quendam locum aperiens, inter collem & Capitolium, quò perfugientes finitimos ciuitate donatos designat. Liu. 5. bel. Maced. Templum est Apollinis Delium imminens mari: quinque millia passuum à Tanagra abest. minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ est mari traiectus. Vbi & in fano lucóque, ea religione & eo iure sancto quo sunt templa, quæ asyla Græci appellant: & nondum aut indicto bello, aut ita commisso, vt strictos gladios, aut sanguinem vsquam factum audissent: quum per magnum otium milites, alij ad spectaculum templi lucíque versi, alij in littore inermes vagarentur, &c. Virgil. 8. Æneidos,

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum Rettulit.

Asylus, Statua ad quam confugientibus ius erat asyliæ. eiusmodi statuam scribit Philostratus fuisse Tiberij. Budæus.

Asylum, Intemeratum Latinè dicitur, quòd locus esset à quo neminem per vim extrahere licebat.

Asyli ius firmare. Tacit. lib. 4, Vetustum asyli ius, vt firmaretur petentibus.

¶ Asyli etiam dicuntur à Græcis homines à violentia tuti, vt sunt sacrosancti, quos attingere sine piaculo non licet, nec prehendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos. Dicebantur & asyli caduceatores. Budæus.

Asylia, pen. corr. {ἀσυλία} ab asylo dicta, dicitur pro eo iure libertatis & veniæ quod quis apud aras consequitur, quam *immunitatem ecclesiæ* vulgò vocant. Ædem igitur asylam, vel (vt Græci loquuntur) asylon, dicere possumus: & simulacrum asylon, id est, in qua, vel ad quod ius est asyliæ confugientibus. Budæus in Annot. prioribus.

Asymbolus, pen. corr. {ἀσύμβολος} adiectiuum, Qui immunis abit è conuiuio. Hoc est, non persoluto symbolo, quem Gallicè *escot* vulgò dicimus, vel partem conuiuij. Terent. Phorm. 2.2, Téne asymbolum venire vnctum atque lautum è balneis, &c. Vbi Donatus, Hoc nomen constat inter parasitos confictum atque compositum esse: contrà illud in Andria, Symbolum dedit, cœnauit. Vide Gellium lib. 6. capite 13.

Asyndeton, siue Asyntheton, pen. corr. {ἀσύνδετον} Figura orationis, qua Poetæ & Oratores nonnunquam vtuntur. Latinè dici potest incompositum. Diomedes libro 2, Asyndeton est quum aliqua incompositè & simpliciter proferuntur: vt, Veni, vidi, vici. Hæc ab aliis Dialyton dicitur. Iulius Rufinianus, Asyntheton est, vel dialyton, quum oratio nulla coniunctione connexa, velut solutæ sententiæ regulam seruat: vt, Consiliunt, partim galea clypeóque resultant. Latinè dicitur Dissolutio vel inconnexio. Asyntheton autem modò per singula verba fit. Terent. Adelph. 3.4, Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. Vbi Donatus, Hæc inferuntur ἀσυνδέτως, vt multa videantur. Modò per plura verba, & per ea quæ Græci vocant κῶλα. Terent. Phorm. 1.2, Persuasit homini. factum est. ventum est. vincimur. Duxit.

Asystaton, pen. corr. {ἀσύστατον} Inconsistens, vel parum sibi constans. Refertur inter vitia orationis, simile ei quod appellant ἀμφιβολίαν. Fit autem quoties eiusmodi res proponitur, vt ne possit quidem esse quod fingitur. Erasmus.

A T.

At {ἀλλά} Coniunctio discretiua. Terent. Andr. 5.4, At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. Vbi Donatus, At, discretiuum est superiorum dictorum.

At, principium increpationi aptum. Terent. And. 4.1, —at, tibi di dignum factis initium duint. Cic. 7. Verr. At quemadmodum se induit priore actione.

At, Sed. Cic. 4. Acad. Non cognoscebantur foris, at domi: non ab alienis, at à suis.

At, differentiam rerum significat: vt quum dicimus, Scipio est bellator, at Marcus Cato orator. Festus.

At, Tamen, veruntamen. Terent. Andr. 4.1, Parum successit quod ago, at facio sedulò. Plaut. Persa, 5.

At, vtimur quando cum admiratione laudamus. Terent. Eun. 3.5, Per impluuium fucum factum mulieri.

At quem deum! qui, &c. Cic. Peto, 9.20, Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem: at quem virum! non eum quem tu es solitus promulside conficere. Vel quum vituperamus, interrogantes. Idem Cic. pro Cluentio, Vna mater oppugnat. at quæ mater? quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis. Idem pro Milone, Itaque anteuertit. at quo die?

At, Quum quid oramus. Cic. pro Domo sua, At videte hominis intolerabilem audaciam.

At, Quum simpliciter interrogamus. Cic. in Verr. At per deos immortales quid est quod de hoc dici possit?

At, Quum quid obiicimus, statimque obiectioni respondemus. Cic. 4. Verr. At mores commodi. quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc sine cuiusquam malo. quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam fuit?

¶ At, pro Saltem. Cato de Re rust. Si non eodem die, at postridie. Cic. Curioni, Nostram suffragationem si minus potentem, at probatam tamen & iustam. Idem pro L. Flacco, Si non propinquitatis, at ætatis suæ: si non hominis, at humanitatis rationem haberet. Idem pro Milone, Si mihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala.

¶ At, pro At verò. Cic. 1. Offic. Parta autem victoria conseruandi sunt ij qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt, vt maiores nostri Tusculanos, Æquos, Volscos, Sabinos, Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt: at Carthaginem & Numantiam funditus sustulerunt.

At certè, interpositis aliis verbis inter At & Certè. Cic. pro Marcello, Itaque illam tuam praeclarissimam & sapientissimam vocem inuitus audiui, Satis te diu vel naturæ vixisse, vel gloriæ. satis, si ita vis, naturæ fortasse: addo etiam (si placet) gloriæ. at quod maximum est, patriæ certè parum.

At enim. Teret. Heaut. 4.3, At enim istuc nihil est magis Syre meis nuptiis aduersum. Cic. pro lege Manilia, At enim vir clarissimus Reip. & vestris beneficiis amplissimis affectus, Q. Catulus. &c.

At etiam, Indignantis. Terent. Eunuch. 5.7, At etiam primò callidum & disertum credidi hominem. Cic. in Philip. At etiam misericordiam captabas.

At iam. Plaut. Trinum. 17, At iam posthac temperabo. CH. dicis, si facies modò. Terent. And. 4.1, Faciam. PAM. at iam hoc opus est.

At ita. Terent. Adelph. 2.1, Leno ego sum. AE. scio. S. at ita vt vsquam fuit fide quisquam optima.

At hercule. Plin. lib. 12. cap. 14, At hercule Alexādriæ vbi thura interpollantur. Liu. At hercule in ea controuersia quæ de Argis est.

At nunc. Terent. And. 1.2,

Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id ægrè tulit.
S. At nunc faciet: neque (vt opinor) sine tuo magno malo.

At postquam. Terent. Adelph. 4.5,
—at postquam id euenit, cedò, Nunquid circunspexti?

At nos quemadmodum est complexus? Cassium sibi legauit, &c. Cic. Cecin næ, lib. 6.6.

At tamen, duæ dictiones: vel Attamen vnica dictio. Terent. Andr. 5.3, —ego audiam! quid ego audiam
Chreme? CH. at tamen dicas sine. Et 4.1, At tamen vbi fides est, Si roges, nihil pudet. Pro, Sed tamen, vel, Sed si tamen. Cicero 3. de Finib. Sed quanquam negent nec virtutes, nec vitia crescere, attamen vtrunque eorum fundi quodammodo & quasi dilatari putant. Legitur in quibusdam exemplaribus Et tamen.

At tamen, interpositis aliquot dictionibus. Terent. Eunuch. 5.2,
—nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Cic. de Senect. At morositas tamen, & ea quæ dixi vitia, habent aliquid excusationis.

At verò, pro Autem. Cic. 1. de Orat. At verò filij eius diserti, &c.

At vt. Terent. Adelph. 2.4, —reddetur, ne time.
SA. At vt omne reddat. Idem Heaut. 4.1.

A T A

Atat, interiectio ex improuiso aliquid deprehendētis, authore Linacro. Terent. And. 1.1, —atat. hoc illud est.
Hinc illæ lacrymæ, hæc illa est misericordia.

Atat, admirantis, conterriti item & conturbati interiectio, authore Donato. Terent. Eunuch. 2.1,
Atat! hic quidem est parasitus gnato
Militis: ducit secum vnà virginem huic dono.

Atat, interiectio paulatim percepti atque intellecti mali. Terent. Eunuch. 4.5, Atat data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.

Atat, interiectio formidantis. Terent. Eunuch. 4.6,
C. Militem secum ad te quantas copias adducere?
Atat. T. num formidolosus obsecro es mi homo?

ATA, Ate, siue Ate, Ates {ἄτη} Latinè dici potest noxa, detrimentum, nocumentum. Hanc existimauit Homerus esse dæmonem humano generi noxium. In libro siquidem Iliados 9, Grassatur (inquit) Ate per vniuersam terram hominibus infesta. Hanc eandem author est Suidas dæmonem esse humano generi infensum & aduersarium, qui diabolus dicitur. sic enim ait, ἄτη ὁ διάβολος ἀπατεών. Eius lapsum è cælo, Homerus lib. 19. Iliados describit. De ea Bessario sic meminit lib. 3. in calumniatorem Platonis, Luciferum verò (inquit) sua culpa eiectum in terram, execrandúmque, illi quoque dixerant ab Homero suo theologo, qui siue beneficio quodam naturæ, siue Mosis prophetæ scriptis carmine suo exposuerat lapsum Luciferi, quam ille Aten appellat. Budæus.

ATABVLVS, pen. corr. {ἀτάβυλος} ventus in Apulia feruentissimus. Horat. 1. Serm. satyr. 5,
Incipit ex illo montes Appulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus. Plin. lib. 17. cap. 24, Vel flatus alicuius regionis proprius, vt est in Apulia Atabulus. Ita dictus, quasi ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν, id est, nocumentum pestilentiámque afferre.

ATABVLI {ἀτάβυλοι} Æthiopiæ populi, quorum meminit Plin. libro 6. cap. 30.

ATABYRIA, Atabyriæ {ἀταβυρία} vnum ex vetustis insulæ Rhodi nominibus, ductū ab Atabyro rege, vt Plinio placet lib. 5. cap. 31. siue (vt alij malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

ATABYRIS {ἀτάβυρις} Mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Ioui Atabyro sacer, cuius meminit Strabo lib. 14.

Atabyrius Iupiter {ἀταβύριος Ζεύς} Vocatus à monte Rhodi insulæ Atabyro (vt ait Stephanus) vel Atabyri, vt Strabo. Lactantius Firmian. lib. 1. non à monte Iouem Atabyrium nuncupatum prodit, sed ab Atabyrio hospite, & adiutore bellorum, sicut & Labradæus.

ATACINI, pen. prod. {ἀτακινοί} Populi Narbonensis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonem Martium fluit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pomponius lib. 2. & Hermolaus in Plinium.

Atagen, Vide ATTAGEN.

ATALANTA, Atalantæ {ἀταλάντη} Fons est in portu Cyphantarum: dictus quòd ibi venatrix fœmina siti & æstu languida consederit, & petra venabulo eius percussa, laticem præbuerit, sicut scribit Pausanias in Pelopon.

¶ Atalanta {ἀταλάντη} virgo venatrix in Arcadia, filia Iasij. Hæc cū proceribus venit ad occidendum aprū deuastantem Ætoliam, quem etiam ipsa prima vulnerauit. Quare à Meleagro filio regis Ætoliæ

ardenter est adamata, vt tradit Ouid. lib. 4. Epist. ¶ Fuit & altera Atalanta filia Schœnei regis, in Scyro insula, cursu nobilis, & poetis cantatissima, cuius omnem fabulam Ouid. refert lib. Metam. 10. qui vnicam facit Atalantam. De venatrice quidem illa sic ait lib. 8. Metam. Venit Atalante Schœnei pulcherrima virgo, &c. Libro verò decimo illam cursu nobilem vocat semel & iterum Schœneiam, Talia dicentem molli Schœneia vultu Aspicit. Propert. lib. 1. eleg. 1. vocat Iasidem, quasi Iasij filiam. Sic enim ait,

Mimalion nullos fugiendo Tulle labores,

Sæuitiam duræ contudit Iasidos. Eandem paulo pòst appellat velocem puellam.

Atalanta Mænalia. Ouid 4. Epist. Arsit & Oenides in Mænalia Atalanta. Oenidem vocat Meleagrum.

Atalantæus, adiectiuum {ἀταλάντειος} Stat. 4. Thebaidos,

Iamque Atalantæas impleràt nuntius aures.

ATALANTE, Atalantes {Ἀταλάντη} exigua est insula EubϾ adiacēs, è regione Opuntiorum: cuius meminit Thucydides lib. 2.

Atanuuium, vel Ataulum, Est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Romani vtebantur sacerdotes Pontij. Festus.

ATARGATA, apud Strabonem lib. 16. deæ cuiusdam nomē est, quæ apud Assyrios colebatur. Ab aliis Atergatis dicitur.

ATARNA, Ἀτάρνα Stephano, vrbs fuit in ora Mysiæ, è regione Lesbi.

ATARNES {Ἀτάρνης} Darij Persarum regis frater, filius Hystaspis, cuius filiam vnicam nomine Phrataguna m Darius vxorem duxit, vt testatur Herodot. lib. 7.

ATARNITES, Atarnæ tyrannus, de quo Ouid. in Ibin,

Aut vt Atarnites insutus pelle iuuenci,

Turpiter ad dominum præda ferare tuum. Quidam Acharnides legunt, sed Turnebus sic emendat, & de Hermia Atarnæ tyranno intelligit, Aristotelis necessario & perchaio.

ATARNVS {Ἄταρνος} fluuius est Italiæ, in ora Pherentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. lib. 3. cap. 12. & 13.

Atat, Vide AT.

ATAVLPHVS, Gothorum rex fuit, qui, Roma debellata, eò vesaniæ processit, vt, quemadmodum Cæsares, sic in posterū Romanos principes Ataulphos cognominari destinarit: à quo instituto, sicut à pluribus aliis, postea desitum est. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.

Atauri, boues vocabantur in Epiro, intactæ venere, vt incrementum ampliter caperent, quasi setauras dicas. Cæl. lib. 6. cap. 7.

Atauus, atauui, pen. corr. masc. gen. {ἐπιπάππος} Abaui vel abauiæ pater. Sic enim maiores gradatim ascendendo enumeramus, Auus, proauus, abauus, atauus, tritauus. Festus, Atauus, quia ata (vel tata) est aui, id est pater, vt pueri vsurpare solent. Terent. Phorm. 2. 3.

primus esses memoriter

Progeniem vestram vsque ab auo, atque atauo proferens. Cicero pro Cælio, Non patrem tuum videras? non patruum, non auum, proauum, atauum audieras Consules fuisse?

Auis atauisque potens. Ouid. 7. Æneid. de Turno.

Atauis, proauisque. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8.

Euocat antiquis proauos, atauósque sepulcris.

ATAX, huius Atacis, pen. corr. {Ἄταξ} clarus fluuius prouinciæ Narbonensis. Lucan. lib. 1.

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

¶ Atax prò ipsis populis Atacem accolentibus accipitur à Tibullo, lib. 1. eleg. 7.

Quem tremeret forti milite victus Atax.

A T E

ATE, Vide ATA.

ATEAS {Ἀτέας} Nomadum regis nomen, qui aduersus Philippum Amyntæ filium bellum gessit. Strabo lib. 7.

Atechnia, atechniæ, pen. corr. {ἀτεχνία} Ruditas, imperitia. Quintil. lib. 2. cap. 21.

ATELLA, Vide ATTELLA.

ATER, mons in regione Cyrenaica. Plin. lib. 5. cap. 5, Item Cydamum è regione Sabratæ. Ab his mons longo spatio in occasum ab ortu tendit, Ater nostris dictus à natura, adusto similis, aut solis repercussu accenso.

Ater, atra, atrum {μέλας, σκοτεινός} Quod refert colorem carbonum. Plinius libro 30. cap. 2, Pecudes verò, quibus non nisi ater color esset. Terent. Adelph. 5. 3, Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo est.

Albus an ater sis nescio. Vide ALBVS.

Alba & atra discernere non poterat Democritus, luminibus amissis. Cic. 5. Tuscul.

Atrum agmen, Pulueris nube coopertum. Virgil. 12. Æneid.

Atra bilis. Cic. 3. Tusc. Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi verò atra bili solùm mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Festus, Atra bilis, ab atro, id est animi vitio dicta. Est enim atrum, nigrum: id est, à candore remotum.

Calculus ater. Ouid. 15. Metam.

Caligo atra. Virgil. 11. Æneid.

Color. Ouid. 4. Metam.

Cruor. Horat. Epod. 17.

Cupressus. Virgil. 3. Æneid. Id est, nigra, funesta. nam inferis consecrata est: quia cæsa nunquam reuirescit. Hæc Seruius.

Curæ. Horat. 3. Carm. 14.

Dies, Funesta. Virgil. 6. Æneid.

Atri dies. Gell. lib. 5. cap. 17, Verrius Flaccus in quarto de Verborum significatione, dies qui sunt postridie Calendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperitè nefastos dicit, propter hanc causam atros dictos habitósque esse scribit. Hinc ater lapillus, quo nefasti dies signabantur. Ouid. Vltima nanque dies atro signanda lapillo. Et atrati dicti, quos pullatos Cicero vocat.

Erinnyes atræ. Ouid. epist. 11.

Fames. Claudian. 4. Panegyr.

Fila Parcarum. Horat. 2. Carm. ode 3.

Fluctus. Virgil. 5. Æneid.

Formido. Virgil. 12. Æneid. Homo. Catull. 88.

Hyems. Virgil. 7. Æneid.

Ingluuies, Fœda. Virgil. 3. Georg.

Lapilli atri, quibus Niuei opponūtur. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Mos erat antiquis, niueis atrísque lapillis

His damnare reos, illis absoluere culpa.

Luctus. Seneca in Herc. fur. 9.

Mare, id est Turbidum. Horat. 1. Epist. 7.

Nemus. Virgil. 1. Æneid. Horrentíque atrum nemus imminet vmbra. Vbi Seruius, Tropus est, per atrum, nigrum ostendit: per nigrum, vmbrosum: per vmbrosum, densum: id est, frondibus plenum.

Nox. Virgil. 1. Æneid.

Nubes, Atræ. Virgil. 10. Æneid. Seruius. Nisi potius atras nubes pro prægnantibus & spissis ac densis accipias.

Odor. Virg. 3. Æneid. Voluitur ater odor. Vbi Seruius, Ater odor, Nouè. nam in odore quis color est? sed hoc dicit, Odor ater, fumi scilicet. Ater odor, id est Pessimus. vt, Fumóque impleuit amaro.

Olus. Columel. lib. 12. cap. 7.

Panis. Terent. Eunuch. 5. 4, Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent. Vbi Donatus, Panem atrum, hoc est (vt quidam volunt) ex antiquitate mucidum. quasi dicat, Panem mucidum hesterno iure accipientes deglutiunt.

Sanguis, pro Sanie. Virgil. 3. Æneid. Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro. Seruius.

Seges, Fertilis. Virgil. 7. Æneid.

Signa, Indicium triste futuri mali. Stat. 1. Achil.

Speluncæ. Virgil. 1. Æneid.

Tempestas. Virgil. 5. Æneid.

Tigris, Sæua. Virgil. 4. Georg. Seruius.

Venenum. Virgil. 2. Æneid. Vbi Seruius, Atrum venenum, vt pallida mors, tristis senectus.

Vinum. Plaut. Menæh. 2. 10, Album an atrum vinum potas?

Atratus, pen. prod. adiectiuum {μελανείμων} vt, Atratus fluuius, atro colore tinctus. Cic. 4. de Diuinat. Quid, quòd fluuius atratus sanguine fluxit?

Atratus, Veste lugubri indutus. Cic. in Vatinium, Cedò quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Atricolor, atricoloris, adiectiuum, Quod atrum habet colorem. Plin. libro 7. capite 2, Alios iuuenes atque pueros, atricolores, albigeros, claudos, &c.

Atritas, pen. corr. atritatis, denominatiuum. Plaut. Pœnulo, 19,

Ita replebo atritate, vt atrior multo fiet

Quàm Ægyptij. Festus, Atritas, Atri coloris. Inusitatum.

Ator, atroris {μελανία} pro Atritate. Gell. lib. 2. cap. 26, Rubidus autem est, rufus, atrore nigroréque multo mistus.

Atramentum {μελανηρία} Ab atro colore deducitur: cuius duo genera sunt: atramentum scriptorium, quod & librarium dicitur, & à tectoriis, tectorium, quo in scribendo ac pingendo vtimur: & atramentum sutoriū, quod inficiendis pellibus sutores vsurpant. Hæc Sipont.

Atramentum scriptorium, siue librarium {μέλαν} Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Vitru. lib. 7. cap. 10, Quæ circa parietem & cameræ curuaturam adhærescit, inde collecta partim componitur ex gummi subacto ad vsum atramenti librarij: reliqua tectores glutinum admiscentes in parietibus vtuntur. Horat. 1. Epist. 1.

Atramentum sutorium {χάλκανθος} Plin. lib. 20. cap. 12, Verrucas misto atramento sutorio tollit. Cels. lib. 6. cap. 8. Cic. ad Pætum, lib. 9. epist. 21, Iam pater eius accusatus à M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. Id est, iudicum corruptela, non citra infamiam: est enim eiusmodi sutorium atramentum, vt neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Plin. lib. 34. cap. 12, Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento sutorio. appellant enim chalcanthum. Hæc Plinius. Colligitur ex ære. vnde Græcis nomen χάλκανθος, quasi dicas, Flos æris. vulgò *Vitriol simple*. Vide Erasm. in adag. Sutorium atramentum.

Atramentum pro sanguine est sepiis. Plin. lib. 9. cap. 19. Cic. 2. de Nat. deor. Atramenti effusione sepiæ se tutantur.

Atramentarium {μελανοδοχεῖον} Vasculum quod atramentum continet. Valla.

Ateramna {ἀτεράμνα} A Theophrasto appellantur legumina coctu contumacia: cuiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτέραμνος idem est, quod Incoctilis & indomitus. Vide Ruell. lib. 2. cap. 38. & Gal. lib. De cib. bon. & mal. succ.

Ateramnos {ἀτέραμνος} Herba. Plin. lib. 17. cap. 17, Circa Philippos ateramnon nominant, in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum vdam quidam ventus afflauit.

ATERGATIS, pen. corr. {Ἀτεργάτις} dea est Sidoniorum, quæ & Athara, & Derceto, & Dagon appellata est. Vide in dictione DERCETO.

Aterina lex, qua constituti sunt in oues singulas æris deni, in boues æris centeni: quo tempore mulcta dicebatur à magistratibus pecoris & armenti. Meminit Gell. lib. 11. cap. 1. Alij Aterian vocant. Vide Horoman.

ATERIVS, orator. Vide ACHERIVS.

ATERNVS, fluuius Italiæ inter Ferentanos. Author Plinius. Nunc vulgò dicitur Pescaria fluuius. Testis Oliuarius in Melam.

ATESIS, Vide ATHESIS.

ATESTE {Ἀτέστε} ciuitas regionis Venetæ, vt tradit Plin.

A T H

ATHAMANES, penul. prod. {Ἀθαμᾶνες} Populi sunt Ætoliæ, de quibus Plin. lib. 4. cap. 2.

ATHAMAS, penult. corr. Athamantis, Ouid. 4. Metam. { ἀθάμας } Æoli filius, pater Phryxi & Helles, poetarum carminibus notissimus. Vide infrà in dictione INO.

Athamas, etiā est Thessaliæ mons, vt habet Plin. lib. 4. cap. 8. ¶ Est etiam fluuij nomen, qui decrescente Luna, ligna sibi admota incendit. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos cùm luna recessit in orbes.

Athamanta, accusatiuus. Ouid. 4. Metam.

-Athamanta superbum Regia diues habet.

Athamas infelix. Stat. 1. Theb.

Toruus. Stat. 2. Sylu. 1.

Athamantēus, pen. prod. adiectiuum { ἀθαμάντειος. } Ouid. 4 Metam,

Athamanticus, penultima correpta, Aliud adiectiuum. Plinius libro 20. capite 23, Meu in Italia nonnisi à medicis seritur, & iis admodum paucis. Duo genera eius. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inuentum, hi quoniam laudatissimum in Athamania reperiatur.

Athamantiades, id est Phryxus, Melicertes, & Learchus Athamantis filij.

Athamantis, Athamantidos, fœmininum { ἀθαμαντὶς } Ino, vel Leucothea. Propert. 1. eleg. 19,

Et iam præteritis labentem Athamantidos vndis
Mysorum scopulis applicuisse ratem.

De Argo naui intelligit. Vndas autem Athamantidos, Ionium mare intelligit, quoniam in illud Ino cum Melicerta puero ex altissimo scopulo præcipitem se dedit. & à Neptuno in deos mutati, hic Palæmon, illa Leucothea appellata postmodum fuit.

ATHANASIVS { ἀθανάσιος } præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis præsule, olim diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit. De quo plura apud Volaterranum.

ATHANATVS, vir prodigiosæ fortitudinis, de quo sic Plin. lib. 7. cap. 20, Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosę ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnísque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi.

ATHARA. Vide ATERGATIS.

Athara { ἀθάρα } Medicamentum ex olyra, siue siligine, infantibus vtilissimum, quo tamē & adultos illinunt. Vide Plinium lib. 22. cap. 25. Dioscor. ἀθάραν vocat libro 2. capite 85. Vocat & Galenus libro 1. de Alim. facult.

ATHARRHABITE præfectura { ἀθαρραβίτης νομός } Vna est ex Ægypti præfecturis: de qua vide Plin. lib 5. cap 9.

ATHENA { ἀθηνᾶ, ἡ } vt nonnulli putant, dicta est Minerua, quasi Athrena, παρὰ τὸ ἀθρεῖν, quod Videre significat. Palladem enim intelligunt prudentiam, quæ omnia prospiciat, & intellectualem prouidentiam. Mythici tamen sic dictam tradunt, quòd de Iouis capite prosilierit integrę puella ætatis, nec vbera sugere fuerit necesse (quod θηλάζειν dicunt Græci) vt scribit Eustathius: vt dicta sit ἀθήνη, Athena, quasi Athela, ἀθήλη, quòd lactata non sit. Cæl. lib. 14. cap. 18.

ATHENAE, penultima producta { ἀθῆναι } ciuitas Græciæ celeberrima inter Achaiam & Macedoniam: quæ nomen accepit à Pallade dea sapientiæ, quæ Græcè dicitur ἀθήνη. Varro de Lingua Latina, Quum trinæ fuerunt Athenæ, ab vna dicti Athenæi, ab altera Athenienses, à tertia Atheneopolitæ. Seruius in illud 1. Georgicorum,

-tūque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti, Neptune.

Quum (inquit) Neptunus & Minerua de Athenarum nomine contenderent, placuit diis vt eius nomine ciuitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. Tunc Neptunus percusso litore, equum animal bellis aptum produxit. Minerua, iacta hasta, oliuam creauit. quæ res est melior comprobata, & pacis insigne. Equum autem à Neptuno progenitum alij Scythium, alij Syronem, alij Arionem dicunt fuisse nominatum. Et ideo dicitur equum inuenisse, quia velox est eius numen & mobile, sicut mare. Vnde etiam Castor & Pollux, quia eorum velocissimæ stellæ sunt, equos in tutela habere dicuntur. Hæc Seruius, qui etiam meminit libro 8. Æneidos. Sabinus paulo aliter recitat. Vide Rhodig. lib. 14. cap. 18. ¶ Athenæ, nunc viculus est vulgò dictus Cethine, aliis Sathines, nonnullis Athina.

Bonæ Athenæ. Horat. 2. epist. 2,

Adiecere bonæ paulo plus artis Athenæ.

Claræ. Ouid. 5. Metam.

Doctæ. Ouid. 2. epist. Propert. 3. eleg. 21.

Inuentrices omnium doctrinarum. Cicer. 1. de Orat. Vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit: atque illas inuentrices omnium doctinarum Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est & perfecta.

Inuictæ. Stat. 12. Theb.

Palladiæ. Ouid. 7. Metam.

Pandioniæ. Ouid. 15. Metam. à rege Pandione sic dictæ.

Vacuæ, id est otio literarum deditæ. Horat. 2. epist. 2.

Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum. Seneca in apolocyntosi, Quare, inquit, quare sororem suam? stulte stude: Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum. Prouerbialis figura hoc sensu, Alexandriæ quiduis facere licet, & Ptolemæi suas sorores incestarunt: Athenis licet dimidium. Legimus enim apud Athenienses fuisse sorores in matrimonio fratrum. Cimon enim sororem Elpinicen duxerat vxorem: sed huius incesti maior erat & impunitas & licentia apud Alexandrinos. Aut hoc ait, quia Athenis vterinas ducere non licebat, cùm liceret germanas eodem patre natas, vt ex Philone patet. Contrà Lycurgus incestas nuptias cēsuit germanarum sororum, vterinarum permisit. Sic illi dimidium concessere. Sed Ægyptij omnium sororum nuptias legitimas habuere. Turnebus.

Atheniensis, adiectiuum { ἀθηναῖος. } Cicero pro Flacco, Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.

ATHENAEVM { ἀθήναιον } Locus erat Mineruæ dicatus, vbi professores sua studia profitebantur. Iulius Capitolinus, Postea verò vbi adoleuit in Athenæo, &c.

Athenæum { ἀθήναιον } Campaniæ promōtorium. Strabo, Pompeiis contiguum est Campanorum Syræum: vnde Athenæum (id est Mineruium) imminet, quod quidam Prenussum nominant promontorium. Hæc ille libro 5.

ATHENAEVS { ἀθηναῖος } E Seleucia Ciliciæ philosophus peripateticus doctissimus, Augusti tempore, princeps aliquandiu patriæ suæ: deinde contracta amicitia cum Muræna, qui contra Augustum conspirauerat, cum illo aufugit captúsque ac dimissus, quum insons reperiretur. reuertens autem Romam, multis cum salutantibus & interrogantibus, illud Euripidis in Hecuba respondit,

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών, id est, Aduenio ab imis atque cæcis inferûm Tenebris. Sed breue tēpus superuixit, à ruina domus, vbi habitabat, per noctem oppressus. Hæc Strabo lib. 14.

Athenæus { ἀθηναῖος } Naucratita grammaticus fuit, M. Antonini principis tempore. librum Dipnosophistarum composuit, varium opus & eruditum, vt Plinius alter Græcus ferè dici possit: quod ad nos sanè haudquaquam integrum peruenit, eius epitome ab Hermolao Byzantio tantùm relicta. Author Suidas. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam statuarius Olympiade CLV. de quo Plinius libro 34. cap. 8.

ATHENAIS { ἀθηναΐς } Ex Erythris mulier quædam diuinatrix, Alexandri temporibus, vt scribit Strabo lib. 14.

ATHENIO, Siculus fuit, qui Drepanetis deficientibus, cùm capita factionis assumeret, interempto domino, & ex ergastulis coacta seruorum manu, & comitibus voluntariis, regnum sibi asciuit. Hinc pro signo defectionis vsurpari solitum est, Athenionem vocare. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2.

ATHENION { ἀθηνίων } Pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthij discipulus, cuius opera nùmerantur à Plin. lib. 35. cap. 11.

ATHENODORVS { ἀθηνόδωρος } Atheniensis philosophus Stoicus, præceptor Dionysij Areopagitę. Composuit opus variū, quod Διάφορα inscripsit. Emicuit Augusti temporibus. Author Suidas. ¶ Fuit item Athenodorus, sculptor eximius, authore Plin. lib. 36. cap. 5.

ATHENOPOLIS { ἀθηνόπολις } oppidum Massiliensium. Plin. lib. 3. cap. 4.

Atheos, penult. corr. m. g. { ἄθεος } sine Deo, impius, qui nullum credit esse Deum, atque à Deo omnem vim diuinam tollit. quod conuitium in Epicurum & Lucianum iactabatur.

Ather, ris { ἀθὴρ } In hordeo dicitur summa spicæ cuspis, vt ex Galeni authoritate docet Ruell. lib. 1. cap. 2.

Atheroma, penult. prod. { ἀθέρωμα } huius atheromatis, penult. corr. n. g. tuberculum quod & in ceruice, & in alis, & in lateribus oriri solet. Cels. lib 7 cap. 6.

ATHESINVS { ἀθησῖνος } pen. prod. Fluuius effluēs è lacu qui in Apennino est. supra Carnos incùbente, & labitur in Istrū. Author Strabo lib. 4.

ATHESIS, penult. correp. { ἄθεσις } fluuius qui ex Tridentinis Alpibus Tridentum alluit, & Veronam diuidit. Plin. lib. 3. cap. 16. Virgilius 9. Æneidos, Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum Consurgunt geminæ quercus. Apud Claudianum 4. Paneg. legitur Athesis velox.

Athleta, penult. prod. { ἀθλητὴς } Latinè Luctator & certator dicitur, à verbo ἀθλεῖν deductum. Latini hac dictione tanquam natiua vtuntur: nisi quòd vocatiuum Græcum nominatiui loco vsurpant, Macedonum ac Thessalorum consuetud.ne. Plin. lib. 11. cap. 53, Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Cic. 2. Tusc. Faciūt idem quum exercentur athletæ.

Athleta erat qui in publicum certamen cum bestiis, aut aliis pugnaturus descendebat. Vlp. in l. Athletas. D. De his qui notantur infamia. Athletas autem Sabinus & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere. Virtutis enim gratia hoc eos facere. Hi si ter victores extitissent, & tribus coronis de publico donabantur, & ciuilium munerum vacationem consequebantur, vt apparet ex titulo de Athletis in Codice.

Athletæ certo quodam victu vtebantur, & necessario ad comparandas vires firmitatémque corporis. Vnde Athletica habitudo, pro corpulenta & firma. Budæus.

Subduc cibum vnum diem athletæ, &c. Cic. 2. Tuscul.

Athletarum studia. Horat. 2. epist. 1.

Athleticus, penult. corr. { ἀθλητικὸς } Adiectiuum. vt, athletica certamina, & victus athleticus.

¶ Athletica, æ, pen. corr. Substantiuum f. g. pro Arte certandi vsurpatur à iurisconsultis. Plinius lib. 7. cap. 56, Hercules Olympiæ athleticam inuenit.

Athleticus victus, id est admodum plenus, quali athletæ vti solent. Celsus lib. 4. cap. 6.

Athleticè, aduerbium { ἀθλητικῶς. } vt, Athleticè valere, pro Optimè & firmissimè, authore Budæo. Plaut. Epid. 2, Quid herilis noster filius valet? T. pugilicè, atque athleticè valet. Idem Bacch. 4. 14, Benéne vsque valuit? C. pancraticè, atque athleticé.

Athlotheta, athlothetæ, m. g. penult. corr. { ἀθλοθέτης, βραβευτὴς, ἀγωνοθέτης } Qui ludos præbet, & præmium certantibus proponit. Athlothetæ, in gymnicis ludis erant, hoc est curatores constitutorésque certaminum, idem qui βραβευταὶ & agonothetæ. Horum erant lictores mastigophori, id est flagriferi, ad summouendam turbam & cohibēdas seditiones. Budæus.

ATHOCHARI { ἀθώχαροι } Populi sunt Scythici in Asia, apud Herodotū.

ATHOS, vel Athon { ἄθων } mons est Thraciæ, adiacens Lemno insulæ. Virgilius 12. Æneidos, Quantus Athon, aut quantus Eryx. Vbi Seruius, Si Athos legeris, os breuis est, & versus non stat. Athon autem dici accusatiuus indicat. nam hunc Athona facit, sicut Apollon Apollona.

Athos glacialis. Claud in bello Gigant.

Præruptus. Senec. Herc. OEth. 2.

Profundus niuibus. Claud. 1. Paneg.

Vastus.Claud.in bel.Get.

Atho,accusat.Atticus apud Virg.1.Georgicorum, -ille flagranti
Aut Atho,aut Rhodopen,aut alta Ceraunia telo Deiicit.

ATHRAX,Vide ATRAX.

ATHRVLLA { ἄθρουλλα } oppidi Arabiæ nomen, cuius meminit Strabo libro 16.

ATHYMBRVS { ἀθύμβρος } nomen viri proprium, quem Strabo scribit lib.14. vnà cú fratribus Athymbrado & Hydrelo Lacedæmone profectum, & quemadmodum fratres, vrbem quoque de suo nomi ne condidisse.

Athyr { ἀθύρ } Mensis est, qui in nostrum Nouembrem fermè cadit: sic dictus à Venere quam Athor { ἀθώρ } Ægyptij vocant.Hesychius.

A T I

ATILIA gens fuit plebea,sed nobilis tamẽ & antiqua,ex qua nonnulli egregij viri prodierunt.Fuerunt alij Atilij Reguli dicti, alij Calatini. Inter Regulos præcipue celebratur ab historicis M.Atilius Regulus, qui bellum cum Sallentinis gessit,déque eis triumphauit. Florus lib. 1.cap.20.Qui Consul II.Amilcare Carthaginiensiũ duce nauali prælio victo,in Africam traiecit,duos Asdrubales & Amilcarem acie vicit.Proconsul à Carthaginiẽsibus,Xantippo Lacedæmonio duce,vltima pernicie victus,captus est. Ab iis de captiuis permutãdis iuratus ad Senatum missus,reddi captiuos negauit vtile esse. Ipse cũ Carthaginem rediisset, vigilando crudelissimè est necatus. Epit. Liu. 18. Polyb.1.Appian.in Punicis.Florus lib.12.cap.2.Gel.lib.6.cap.4 Cic.de finib. 2.Offic. Valer.lib.1. cap.1,& lib 4.cap.4, & lib.9.cap.2. Liu.lib. 28 & 30. Ex Calatinis præcipuè celebratur A.Atilius Calatinus qui primus exercitum extra Italiã Dictator duxit,authore Dione lib. 36. In huius sepulcro Cato apud Ciceronem hoc elogium incisum fuisse refert: VNICVM PLVRIMAE CONSENTIVNT GENTES POPVLI PRIMARIVM FVISSE VIRVM. Meminit de Nat.deor.2.

ATIMETVS,pen.prod. { ἀτίμητος } Libertus Cæsaris, vt ipse testatur in marmore dicato cineribus vxoris HomonϾæ cũ epitaphio pulcherrimo,quod se legisse Romæ Tortellius testatur.

ATINA,penult.prod. { ἀτίνα } Ciuitas Latinorum mediterranea,iuxta Pontinas paludes.

Atina,oppidum Lucanorum in Italia à quo Atinates populi. Cic. pro Plancio, Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, &c. Multa de Atinatibus in hac oratione. Campus Atinas.Cic.1.de Diuinatione.

ATINAS,Nomen viri proprium apud Virgilium,Fugit acer Atinas.

Atinia,æ { ἀτινία } Genus vlmi,rarissimam ferens sameram (ita enim vlmi semen vocant) cámque inter frondes,quas prima germinatione edit,latentem.Colum.lib.5.cap.15. Vide Plin.lib.16. cap.17. Nonnihil enim dissentit à Columella.

Atizoes { ἀτιζόη } Gemmæ species, argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum ad lenticulæ figuram,odoris iucundi. Vide Plin.lib.37.cap.10.

A T L

ATLANTIDES,Africæ populi sunt, cũ pietate & religione insignes habiti,tum & erga aduenas,& peregrinos hospitalitate commẽdati.Hi ab se deorum genus manasse asserebant,idque credi volebant. Primum verò deum, οὐρανὸν, id est Cælũ,apud se regnasse prædicabant,& plures duxisse vxores,ex quibus XLV. liberos sustulit, præcipuéq; ex Titea XVII,qui à matre Titanes vocati sunt. De his vide plura apud Diodorum & Eusebium De præparat. Euangelica.

ATLANTIS,Insula contra montem Atlantẽ, sic appellata ab ipso monte.Ab ea quinque dierũ nauigatione solitudines ad Æthiopas Hesperios,& promontoriũ,quod vocamus Hesperionceras, inde primùm circumagente se terrarum fronte in occasum ac mare Atlanticum. Plin.lib.6.cap.31.

Atlantius nodus,Primus spinæ articulus vocatur à Plin.lib.28. cap.8. Sic enim ait,Quinimo totius domus cócordiam, eodem genitali & articulo spinæ cum adhærente corio adseruatis, cõstare:quem spinæ articulum siue nodum atlantion vocant.Est autem primus.In comitialium quoque remediis habẽt eum. Loquitur Plinius de eo articulo qui primus est in spina Hyænæ: qui fortè ob id Atlantius dicitur, quia reliquam spinam videtur sustinere,quemadmodum Atlas fingitur sustinere cælum.

ATLAS,Atlantis { ἄτλας } Rex Mauritaniȩ,qui Astronomiam dicitur inuenisse. Quapropter à poetis cælicam machinam humeris gestasse fingitur.Mart.in Xeniis,in detractorem. De hoc Cic.5.Tuscul. Nec verò Atlas sustinere cælum,nec Prometheus affixus Caucaso,&c.

Atlas quoniam compositum est à τλάω,& α particula vehementiæ: rectius τλ separatur à prima vocali. Hæc Erasmus in Dialogo de Pronuntiatione. τλάω, id est, Tolero. Atlas igitur verti potest, Multum tolerans siue sustinens.

Atla,Vocatiuus.Ouid.4.Metam.
Cælifer Atlas.Virg.6.Æneid.
Durus.Virgil.4.Æneid.
Ferreus,id est durus & fortis.Valer.5.Argonaut.
Iapetionides,Iapeti filius.Ouid.4.Metam.
Maurusius.Claud.4.Paneg.
Maximus.Virg.1.Æneid.
Validus.Ouid.15.Metam.
Atlantis nepos, Mercurius. est enim ex Maia Atlantis filia natus. Ouid.5.Fastorum.

Atlantiades, Atlantiadæ, penult. corr. vt, Caducifer Atlantiades,Mercurius.Ouid.8 Metam.& lib.2.

Atlantis,Atlantidos,vel Atlantidis,penult.corr. Patronymicum fœmininum ab Atlas.Tibull.4.eleg.1,
-fœcunda Atlantidos arua
Calypsus. Vterque genitiuus Græcus est.

Atlantides,Vergiliæ.fuerunt autem (vt fabulantur poetæ)septem filiæ Atlantis, vel Hesperi fratris eius. vnde & Hesperides vocantur & Pleiades.

Eoæ Atlantides.Virgil.1.Georg.

Atlanteus,penult.prod.adiectiuum.Horat.1.Carm.34.

Pleiades Atlanteæ,Filiæ Atlantis.Ouid.3.Fast.

Atlanticus,penult.corr.adiectiuum.vt,Atlanticum mare.Cic.de Somn. Scip. Omnis terra quæ colitur à vobis, parua quædam insula est circunfusa illo mari quod Atlanticum,quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris.

Atlanticum æquor.Horat.1.Carm.31.

Atlantias,Atlantiadis,penult.corr.vt,Sorores Atlantiades.Sil.lib.16. Id est,Pleiades.

Atlas,Mons est Mauritaniæ ab Atlante rege sic cognominatus, qui Astrologiæ inuentor dicitur, vt tradit Plin. Sed duo montes eius nominis sunt in Mauritania.authore Herodoto,& aliis nonnullis historicis:Vnus quidem proximus columnis Herculis. alter verò in interiore Libya remotior:Cuius summitas nunquam videri potest, quia nubes ab illo,nec æstate nec hyeme diuellũtur.Quẽ incolæ (vt idem Herodotus author est) cæli columnam esse asserunt.Et vt poetæ tradunt,fuit in illum Atlas Mauritaniæ rex conuersus.Cui etiam Virgilius formam viri tribuit,lib.4 Æneid. ¶Est item Atlas,magnus quidam fluuius versus Septentrionem in Istrum fluuium labens, sic ab Atlante Arcadiæ rege cognominatus,authore Herodoto. Tres enim fuerunt Atlantes:Vnus rex Italiæ,& pater Electræ. alius Arcadiæ,& pater Maiæ,ex qua Mercurius natus est. Tertius Maurus, qui maximus dictus est. Author Seruius Virgilij interpres. A postremo,Atlantes populi EubϾ dicti sunt,& mare Atlanticum,&Atlantides.

Atlantes in muris qui dicantur,Vide TELAMON.

A T N

Atnepos. atnepotis,Filius abnepotis,vel abneptis.

Atneptis,Filia abnepotis,vel abneptis.

A T O

Atocion, vel Atocium { ἀτόκιον } Medicamentum quod sterilitatem affert,& conceptum adimit:hoc est,vim concipiendi.Plinius lib.29. cap.4,Vis ea annua est,quam solã ex omni atocio dixisse fas sit:quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

Atomus,atomi,penult.corr.f.g. { ἄτομος } Latinè dicitur Indiuiduus, insecabilis, minutus. Seruius in 6. eclogam Virgilij, Corpus volunt esse atomos, id est quasdam minutissimas partes, quæ τομὴν, id est sectionem nõ recipiunt.Vnde & atomi dictæ sunt,quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestram radiis Solis videmus.dicit enim illis nec visum posse accidere. Cic.1. Acad. Idem 1.de Finibus, Ille atomos quas appellat, id est corpora indiuidua propter soliditatem,censet in infinito inani, in quo,&c. ita ferri vt concursionibus inter se cohærescant, ex quo efficiuntur ea quæ fiunt,quæque cernantur omnia,eúmque motum atomorum nullo à principio,sed ex æterno tempore intelligi conuenire.

Atomorum author Democritus.Cic.4.de Fato.

Innumerabiles atomi volitant.Cic.1.de Nat.deor.

ATOSSA, Filia fuit Cyri, quæ primùm Cambysi, & post eius mortem Dario nupsit.Herodot.lib.3.

A T Q

Atque { καὶ } vt ait Gell.lib.10.cap.29.particula,Grammaticis coniunctio esse dicitur connexiua:& plerunque sanè cóiungit verba,& connectit. Terent.Adelph.3.1, Talem tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.

¶Atque, pro Tamen.Terent.And.1.3,Mihi quidem hercle non fit verisimile atque ipsis commentum placet.Donatus.

¶Atque,Statim.Virg.1.Georgicorum,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Seruius. & Gellius libro 10.cap.29.

Atque, initiis sententiarum competit. Cic. Atque cæteri imperatores qui de illo triumpharunt. Idem in Partitionibus, Atque ij sunt quidem ferè quasi quidam habitus animi sic affecti, & constituti, vt sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti. Ex Valla lib. 2. & Budæo.

¶Atque pro Atqui,siue Sed.Cic.ad Terent.lib.14.epist.4,Sed si hoc fuit liberis nostris gratius nos viuere,cætera quanquam ferenda non sunt,feramus.Atque ego qui te confirmo,ipse me non possum. Correptio est,quasi dicat,sed ego qui te confirmo,&c.

¶Atque,pro Isque,vel idémque.Cæsar 1.bel.Ciuil. Tum quòd ex totis ripis in vnum, atque angustum locum tela iaciebãtur.Id est,In vnum,eúmque vel eundémque angustum locum.

¶Atque vides? Plautus Merc.22,Aspice nunc ad sinistram huc:atque vides?

Atque audin'? Terent.And.1.5,
-propera: Atque audin'? verbum vnum caue de nuptiis.

¶Atque hoc confiteor, Iure obtigisse.Terent.And.3.5.

Atque id. Terent. Heaut.4.1, Atque id omitto, misericordia, animus maternus,sino. Cic.ad Atticum, lib.5. 99, Negotium magnum est nauigare,atque id mense Quintili.

Atque istuc ipsum.Terent.And.2.2, -rem tenes.
P.Istuc ipsum.D.atque istuc ipsum nihil pericli est,me vide.

¶Atque aliquis dicat.Terent.And.4.1.

¶Bellus est atque,&c.Plaut.Bacchid.15,Euax,nimis bellus, atque esse maximè optabam,locus.

¶Atque adeò:variis modis accipitur.Plaut.Amphit.16,
Pernego,quando Thebis præter me nemo est alter Amphitruo.
1. Immo præter me nemo:atque adeò tu Blepharo iudex sies.

Atque adeò. Plaut. Curcul.7,Respondit mihi paucis verbis,atque adeò fideliter. Cic.pro Roscio Amer.Hoc consilio,atque adeò hac amentia impulsi.

Atque adeò habebis. Cic. ad Att.lib. 7, Cum Philotimo loquere: atque adeò Terentiam habebis Idib.

Atque adeò potius.Cic.5.Ver.Quid verò istæ sibi quinquagesimæ? quid porrò nummorum accessiones volunt?quo id iure, atque adeò quo id potius ore fecisti?

Emigrat,

Emigrat,atque adeò exit.Cic.4.Verr. Itaque iſte vehementer Stenio infenſus,hoſpitium ei renuntiat,domo eius emigrat,atque adeo exit: nam iam antè migrarat. Idem pro Sextio Roſcio, Quæ ſi prodierit,atque adeò quũ prodierit,(ſcio enim proditurum eſſe) audiet.

Atque adeò autem. Terent.Eun.5.5,
Atque adeò autem cur non egomet introeo?

Atque adeò nihil largiatur princeps, dum nihil auferat:non alat, dum non occidat.Plin.Iunior in Paneg.

Atque adeò,ornatus gratia poſitum. Cic. 4. Verr.Atque adeò antequam de incommodis Siciliæ dico,pauca mihi videtur eſſe de prouinciæ dignitate,vetuſtate,vtilitate dicenda.

¶Atque eccum.Terent.Eun.3.2,
-audire vocem viſa ſum modò militis. Atque eccum.

Atque ædepol.Terent.And.4.2, -atque ædepol
Ea res eſt:propereáque nunc miſera in mœrore eſt.

Atque equidem.Terent.Eun.5.5,
-colligauit primùm eum miſeris modis.P.hem,
Colligauit? P.atque equidem orante,vt ne id faceret,Thaide.

Atque etiam.Terent.Adelph.2.2,
Tace,egomet conueniam iam ipſum, cupidè accipiat faxo, atque etiam Bene dicat ſecum eſſe actum.

Atque etiam,in principio ſententiæ.Cic.2.de Natura deor.Atque etiam ſi à primis,inchoatiſque naturis ad vltimas perfectáſque volumus procedere.

Atque ita.pro Atque ea conditione,vel eo nomine.Plaut.Epid.10.

Atque ita,pro Atque ſic. Terent.Eun.4.6,
Ego formidoloſus?nemo eſt hominum qui viuat,minus.
T.Atque ita opus eſt.

Atque verò.Plaut.Aulul.3,
Atque ille verò minus,minúſque impendio
Curare,minúſque me impartiri honoribus.

Ad eundem modum atque. Cato de Re ruſt. Pomarium ſeminarium ad eundem modum atque oleaginum facito.Hoc eſt,quemadmodum oleaginum.

Vnum & idem videtur eſſe atque id quod de me ipſo nominatim tuliſti.Cic.pro Domo ſua.

Ex iiſdem atque.Cic.2.de Inuent. Argumentationes ex iiſdem locis ſumendæ ſunt,atque in cauſam negotialem.

¶Atque, variis particulis, pro variis ſignificatis ſuccedit. Nam & comparatiuis. Plautus Merc.Amicior mihi nullus viuit,atque is eſt. Hoc eſt,quàm is eſt.

Alius atque. Terentius Andr. Alium cenſes nunc me, atque olim quum dabam?Cic.2.de Legibus,Quid,in aliis rebus,aliiſque ſententiis verſaris atque illi?

Secus atque.Cic.de Orat.lib.3, Sed paulo ſecus à me atque ab illo partita atque diſtributa.

Aliter atque.Cic.3.Verr.Quòd iſte aliter atque vt edixerat, decreuiſſet. Hic ſignandum, particulam ATQVE, etiam VT ſecum accipere. Sic 3.Tuſcul. Terent.Adelph.4.3,
Nunquam te aliter atque es,in animum induxi meum.

Contrà atque antè. Cic.3. in Catil. Aruſpices iuſſerũt ſimulacrum Iouis facere maius, & in excelſum collocare, & contrà atque antè fuerat,ad Orientem conuertere.

Contrario motu atque. Cic.de Somnio Scip. Septem planetæ verſantur retro contrario motu atque cælum.

Similiter atque.Cic.in Philipp. Neque enim illum ſimiliter atque ipſe eram,commotum vidi.Id eſt,vt,vel ſicut eram.

Æquè atque. Terent. Andr. Miſer æquè atque ego. Cic.3.de Nat. deor.At hi quidem coluntur æquè atque illi.

Item atque. Varro de Lingua Lat.Analogia non item ea definienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa quæ ad vſum loquendi.

Pariter atque Plaut.Menæh.Pariter hoc atque alias res ſoles.

Iuxtà atque.Liu.Trucidant inermes iuxta atque armatos.

Potius atque.Plaut. Amph.4, Ita di faciant, vt tu potius ſis atque ego,te vt verberem.

Atque poſt comparatiuum pro quàm. Horat.ſaty.7, Qui peccas minus atque ego?

Non magis verum atque. Terent.And.4.2, Non Apollinis magis verum,atque hoc reſponſum eſt.

Haud eſt mollis atque. Plaut. Caſina, 20, Nebula haud eſt mollis atque hæc eſt.

Non diſſimile atque.Cic.Attic.lib.2.18,Aut quieſcendum:quod eſt non diſſimile atque ire in Solonium aut Antium.

Similis atque. Terent.in prologo Phorm.32,
Ne ſimili vtamur fortuna,atque vſi ſumus.

Talis atque. Terent. Phorm. ſcena vltima, Faxo tali eum mactatum,atque hic eſt,infortunio.

¶Atque,ſi gemina fiat, auget,intendítque rem de qua agitur:vt animaduertimus in Qu. Ennij annalibus, niſi memoria in hoc verſu labor, Atque atque adſcendit muros Romana iuuentus. Hæc Gellius libro 10.capite 29. Nonius,feſtinè,intrepidanter hoc loco ſignificare dicit.

Atque geminatum,vt Et. Cic.5.Verr.Ex huiuſmodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magiſtratuum, conſuetudo æſtimationis introducta eſt.

Atque hæc quidem,atque eiuſmodi ex vetere Græciæ fama collecta ſunt.Cic.3.de Nat.deor.Legitur etiam,& eiuſmodi.

Atqui, {ἀμέλει, ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, ἐκεῖνο, γὲ μὴν, ἀλλὰ} Coniunctio eſt diſcretiua,ſignificans Sed tamen. Terent.Eunuch.5.5,Neſcio. PY. Atqui ſic inuenta eſt. Cic.4.Acad. Vereor ne ſubarroganter facias,ſi dixeris tuam.Atqui ita dicas neceſſe eſt.

¶Atqui,pro Certè,profectò. Teren.Eun.4.6,Atqui ſi illam digito attigerit vno,oculi ilico effodientur.

Atqui certè. Cic.2.de Nat.deor. Atqui certè nihil omnium rerum melius eſt mundo.

¶Atqui, pro Imò. Terent.Hecyra,1.2,
-atqui ea res multo maximè
Diſiunxit illum ab illa:poſtquam,&c.Donat. Legitur & Atque.

¶Atqui,abundat nonnunquã, authore Donato. Terent.Adel.5.5,
-tibi Lubens bene faxim.S.gratiam habeo.D.atqui Syre
Hoc verum eſt.

¶Atqui pro At,& Veruntamen, ſiue Attamen.Cic.in Tuſcul.lib.5, Dionyſius quum quinque & viginti natus annos dominatum occupauiſſet,qua pulchritudine vrbem, quibus autem opibus præditam, ſeruitute oppreſſam tenuit ciuitatem? Atqui de hoc homine à bonis authoribus ſic ſcriptum accepimus,ſummam fuiſſe eius in victu temperentiam.

A T R

Atractylis.huius atractylidis,pen.cor.{ἀτρακτυλίς}Spinæ ſpecies aculeata, quam Dioſcorides lib. 3. cap. 106, cnecum ſylueſtre & præſepium à Romanis dici aſſerit. vocatur & fuſus agreſtis, quòd caulis eius fuſum mulieribus præſtet. A Theophraſto vocatur phonos, id eſt,cædes:quòd ſuccum ſanguineũ habeat. Matthiolus Senenſis ait ſe nondum potuiſſe in Italia reperire hanc herbam, & Ruellij opinionem de Atractylide refutat.

Atramentum,**Atratus**,Vide ATER.

ATRAMITAE,Populi Arabiæ felicis Plin.lib.6.cap.28.

ATRANI,Populi Hirpinorum in Italia,apud Plin.lib.3.cap.11.

Atraphaxis,herba Vide ATRIPLEX.

ATRATINVS, accuſator Cælij, vt in oratione Ciceronis apparet, qui malè à quibuſdam Atracinus ſcribitur,vt tradit Volaterranus.

ATRAX {ἄτραξ} Fluuius Ætoliæ,à quo Atraces quidam populi cognominati ſunt.Plin.lib.4.cap.2. ¶ Eſt item Atrax Theſſaliæ oppidum.

Atracius, adiectiuum {ἀτράκιος.} vt, Atraciæ oræ. Propert.1.elegia 8. Theſſalia.

Ars Atracia,Magica.Stat.1.Thebaid.
Venenum.Valer.Flac.6.Argonaut.
Atracia virgo.Hippodamia, ſeu Hippodame, Atracis regis filia, à quo & fluuius,& populus, & regio nomen ſumpſerunt. Valer.Flac. Argonaut.lib.1.

ATREBATES, penult. prod. {ἀτρεβάται} Populi inter Belgas, finitimi Ambianis, Tornacenſibus,& Morinis. Strabo. Vulgò *Artois*. Vide Commentaria Cæſaris.

Atrebaticæ veſtes {χιτῶνες ἀτρεβατικοί} Veſtes erant coloris Xerampelini, hoc eſt, ſiccatis vitium frondibus ſimiles, quæ apud Atrebates optimè fiebãt. Suidas Atrabaticas vocat.Alij Atrabapticas:à coloris ſcilicet nigredine.Vide Cæl.Rhod.lib.16 cap.10.

Atreplexũ.Herba quæ nũc Atriplex dicitur.Feſtus.Vide ATRIPLEX.

ATREVS,diſſyllabum{Ἀτρεύς}filius Pelopis & Hippodamiæ,rex Mycenarum,frater Thyeſtis,qui quũ diſſenſione inuicem ſibi nocere non poſſent,in ſimulatam gratiam redierũt:qua occaſione Thyeſtes cum fratris vxore cõcubuit.Atreus verò ei filiũ epulandum appoſuit.Quę Sol abominatus ne pollueretur,aufugit.Sed veritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſin inueniſſe: cui inuidens frater ex vrbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta.Hæc Seruius.

Atrea accuſatiuus.Senec.in Thyeſte,5,
-vos facitis mihi Atrea timendum.
Nefarius Atreus.Horat.in Arte poetica.
Truculentus.Senec.in Thyeſte,7.

Atrêus,trium ſyllabarum,adiectiuum eſt {ἀτρεῖος.} Statius 8.Thebaid.
I precor Atrei ſiquid tibi ſanguinis vnquam
Hippomedon. Hippomedon vocatiuus eſt.

ATRIDES,Atridæ,penult.prod pluraliter Atridæ,Atridarum {ἀτρεῖδαι} Id eſt,Atrei filij,Agamemnon & Menelaus.Virg.1.Æneidos,
Atridas,Priamúmque,& ſæuum ambobus Achillem.
Atridæ gemini.Virg.2.Æneid.
Superbi.Horat.1.Carm.ode 10.
Atrides minor & maior.Ouid.12.Metam.
Atrides,quum ſine adiectiuo ponitur, Agamemnonem intelligimus.Horat.2.Carm.ode 4,
Arſit Atrides medio in triumpho Virgine rapta.
Troiæ populator Atrides,Agamemnon videlicet.Ouid.13.Met.

Atri dies,Dicuntur quos nunc nefaſtos vel poſteros vocant.Nonius. Vide ATER.

ATRIA {ἀτρία} oppidum Venetiæ.Plin.lib.3.cap.16.Omnia ea, flumina, foſſáſque, primi à Sagi fecere Thuſci, egeſto amnis impetu per tranſuerſum in Atrianorũ paludes,quę ſeptem maria appellantur,nobili portu oppidi Thuſcorũ Atriæ,à quo Atriaticum mare antè appellabatur,quod nunc Adriaticum.

Atriarius.Vide ATRIVM.

Atricapilla {μελαγκόρυφος} Auis eſt. Feſtus,Melancoryphi,genus auium quæ Latinè vocantur atricapillæ,eo quòd ſumma earum capita nigra ſint. *Vn Pinoenne.*

Atrici,**Atricilium**,**Atrienſis**,**Atriolum**,Vide ATRIVM.

ATRIDES,Vide ATREVS.

Atriplex,pen.corr.atriplicis,penult.corr.n.g.{ἀτράφαξυς} Herba,quæ ab atro dicta putatur,quòd homines pallidos faciat. Plin.lib.20 cap. 20,Atriplex & ſylueſtre eſt ſatiuum.accuſatum à Pythagora,tanquam faceret hydropicos,morbóſque regios,& palloré.Coquitur difficillimè,ac ne in hortis quidem iuxta id naſci quicquam, niſi languidum culpauit. Addidere Dionyſius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos:nec niſi mutata ſæpius aqua coquendũ: ſtomacho cõtrarium eſſe,lentigines & papulas gignere.Hactenus Plin. Apud Italos, vulgò appellatur *Treppeſe ouero Reppeſe*.apud Gallos verò *Des arroches*.

Atritas, Vide ATER.

Atriarius. Vlpian.in l.1.D.Nautæ,caupones,&c. Cæterùm ſiquis opera mediaſtini fungitur,non continetur:vtputa atriarij,& focarij, & his ſimiles. Dicitur autẽ Atriarius ſiue Atrienſis ſeruus,cui atrij cura eſt commiſſa. Quod nomen ſuo loco reſtituendũ paulo pòſt Atrium.

Atrium, atrij {μέγαρον, αὐλή, περιαύλιον.} Feſtus,Atrium propriè eſt genus ædificij ante ædem continens mediã aream, in quam collecta

ex omni tecto pluuia descendit. *Vn avant-logis.* Varro de Lingua Lat. Atrium appellatum ab Atriatibus Thuscis. illinc enim exemplum sum ptum. Gell.lib.16.cap.5, Animaduerti enim quosdã haudquaquam indoctos viros opinari vestibulum esse partem domus primorem, quam vulgus atrium vocat. Virg.1.Æneidos,

Fit strepitus tectis, vocemque per ampla voluitant Atria. Vbi Seruius, Tangit Romanam historiã.nam(vt ait Cato) & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui. vnde ait Iuuenalis Sat. 1, Quis fercula septem Secretò cœnauit auus? Ibi & pecunias habebant, vnde qui honoratiores erant, liminum custodes adhibebantur. vt,

-qui Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit: fidusque ad limina custos. Ibi & culina erat: vnde & atrium dictum est. atrum enim erat ex fumo.

Atrium frugi, id est moderatum, non sumptuosum. Plinius Iunior libro 2.epist.17, ad Gallum, Atrium frugi, nec tamen sordidum.

Alta atria. Virg.4.Æneid.
Ampla. Virg. 1.Æneid.
Regalia. Ouid.5.Metam.
Sublimia. Horat.2 Carm.
Auctionarium. Vide AVCTIONARIVS.

Atria Licinia. Cicero pro Quintio, Tollitur ab atriis Liciniis, atque à præconum consessu in Galliam Neuius, & trans Alpes vsque transfertur. Ibidem, Tum Neuius ipse puerum circum amicos dimittit, ipse suos necessarios ab atriis Liciniis, & à faucibus macelli corrogat. Quidam significari putant nobile illud L. Licinij Crassi oratoris atrium, in quo quatuor Hymettij marmoris columnas, ædilitatis gratia ad scenam ornandam aduectas, statuit, vt scribit Plinius libro 17.capite 1, quum publicè nondum vllæ essent marmoreæ. Et fuisse atria quædam, in quibus auctiones fierent, argumento est hic locus primæ contra Rullum orationis: Homines nequissimi con sumptis patrimoniis hoc faciũt, vt in atriis auctionariis potius, quam in triuiis, aut in compitis auctionentur.

¶ Atrium, genus ædificij ante ædes sacras, vt atriũ Libertatis. Cic. pro Milone, Quæstiones vrgent Milonem quæ sunt habitæ in atrio Libertatis.

Atriolum penultima correpta, Diminutiuum {ἀτριολίδιον.} Cicero ad Quintum fratrem, libro 3.17, Quo loco in porticu te scribere aiunt, vt atriolum fiat: mihi, vt est, magis placebat: neque enim satis loci esse videbatur atriolo: neque ferè solet nisi in his ædificiis fieri, in quibus est atrium maius: nec habere poterat adiuncta cubicula, & eiusmodi membra.

Atrici {ἀτριᾶται} à Iurisconsultis dicuntur, qui excubant ad atrium: & ad limina etiam vocantur, & limenarchæ.

Atriensis, huius atriensis {ἀτριανός} Seruus est præcipuus in familia. Cicero in Parad. Atque vt in magna familia stultorum, sunt alij lautiores (vt sibi videntur) serui, sed tamen serui, atrienses ac topiarii. Columella libro 12. capite 3, Tum insistere atriensibus vt supellectilem exponant.

Atricilium, eam atrij partem significat, in qua olim licia etiam texebantur. Author Ascon.Pædian.

Atrocitas, Vide ATROX.

ATROPATIA {ἀτροπατία} Altera est ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes, quarum altera Media maior appellatur, cuius metropolis sunt Ecbatana: altera minor, quæ & Atropatia dicitur. Strabo lib.11.

ATROPATVS, dux Medorum, qui Mediam minorem ab impetu Macedonum defendit. Strabo lib.11.

Atrophia, atrophiæ, penult.prod. {ἀτροφία} Vna est ex speciebus tabis: de qua sic Celsus libro 3.capite 22, Atrophia est qua corpus non alitur, & naturaliter semper aliquibus decedentibus, nullis verò in eorum locum subeuntibus, summa macies oritur: & nisi occurritur, tollit.

Atrophi, penult.corr. {ἄτροφοι} Qui cibum non sentiunt. Plin. lib. 26. cap. 11, Eadem datur iis quos atrophos vocant, interpositis diebus. Idem libro 27.capite 8, Explent sinus vlcerum, & atropha carnosiora faciunt.

Atropha appellantur, quæ cibum non sentiunt. Plinius libro 22. cap.25.

ATROPOS, penult.corr. {ἄτροπος} vna ex Parcis, quæ finem vitæ in potestate habere putatur. Dictam volunt ab a & τρέπω, quòd sit inexorabilis, nec ad cuiusquam preces vertatur.

Atropos alba. Stat.4.Sylu.8,
His senium, longæque decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promisit Apollo.

Atror, Vide ATER.

Atrox. atrocis, penult.prod.om.g. {ἄτρωτος} Asper, crudelis: quòd qui atro vultu sunt, asperitatem ac fruitiam præ se ferunt. Alij atrocem à Græco potius appellatum censent, quòd Græci atrocia appellant quæ cruda sunt: vel ab eo quòd atroces nihil de se timent. τρέω enim Timere est. Hæc ex Festo. Virgil.1.Georgicorum,

Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus. Vbi Seruius, Atrox, crudelis & immitis. Terentius Hecyra, 3.3, Me inde lacrumans, incredibili re atque atroci percitus.

Atrox & Mitis, contraria.
Atroces res & miserabiles. Quintil.lib.6.cap.1.
Atrocissimum certamen. Liu.8.bel.Pun.
Æstas. Claud.2.Paneg.
Anguis. Stat.6.Thebaid.
Facinus. Seneca in Troade,4.
Fama. Tacit.lib.4.
Flagrantis atrox hora Caniculæ. Horat.3.Carm.ode 3.
Ingenium. Claud.4.Paneg.
Inimicus. Virg.1.Georgic.
Iniuria. Claud.de bello Getico,

Atrocem iniuriam quasi contumeliosiorem, & maiorem accipimus. Institut.de iniuriis.

Literæ. Cicero ad Pætum, libro 9. 25, Repentè perculsus est atrocissimis literis.

Nefas. Seneca in Thyeste,3.

Suspicio atrocissima. Cic. pro Marcello, Nunc venio ad grauissimam querelam, & atrocissimam suspicionem.

Tempestas atrox. Claud.de bello Getico.

Atrox & difficile tempus Reip. Cic.6.Verr.

Virtus, Fortitudo quædam immensa nullos hostes, nulla vincula, nullum mortis genus perhorrescens. Sil.lib.13.

Res scelesta, atrox, nefaria. Cic.pro Sex.Rosc.

Vehemens & atrox genus orationis: cui Lene & mansuetum opponitur. Cic.2.de Orat.

Atrox animal ad conficiendum hominem. Plin.de polypo.

Atrox odij. Tacit. lib.12, Iisdem Consulibus atrox odij Agrippina ac Lolliæ infensa, quòd secum, &c.

¶ Atrox, Crudum. Næuius bel. Pun. lib.4, Simul atrocia porricerent exta ministratores. Nonius.

¶ Atrox animus Catonis, pro Constanti & imperterrito. Horat.2. Carm. ode 1.

Atrocitas, penultima corr. {ἀγριότης} Denominatiuum, pro Crudelitate. Cic.6.Verr. Neque tamen finis huic iniuriæ, crudelitatique fiebat, donec populus atque vniuersa multitudo atrocitate rei misericordiáque commota, Senatum clamore coegit vt, &c.

Crudeli necis atrocitate deperire. Firmic.lib.3 cap.5.

Flebili vitæ atrocitate hominem disperdere. Firmic.lib.3.cap.5.

Atrocitate animi moueri. Cic. 4. in Catil. Ego quòd in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moueor, sed singulari quadam humanitate & misericordia.

Leuare atrocitatem alicuius rei. Vide LEVIS.

Augere atrocitatem peccati. Author ad Herennium, lib 2, In causa coniecturali proprius locus accusatoris est, quum dicit malorum misereri non oportere, & quum auget peccati atrocitatem.

Atrocitas verborũ inuidiosa. Cic. ad Q.frat. lib.1.2, Hæ literæ abs te per iocum missæ ad C.Fabium(si modò sunt tuæ) quum leguntur, inuidiosam verborum atrocitatem habent.

Atrociter, penult.corr. Aduerbium {ἀγρίως} vt, Atrociter minitari. Cicero 7. Verr.

Atrocius accipi. Tacit. lib.17, Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperij, atrocius accipiebantur.

Atrociter omnibus horis aliquid facere. Cicero pro Rosc. Amer. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Atrocius paulò. Cic.4.Verr.

Atrociter inuehi. Liu.3.ab Vrbe.

Atrum, Vide ATER.

A T T

ATTA {Ἄττα} Ciuitas Arabiæ felicis, authore Ptolemæo libro 6. cap.7.

¶ Atta itẽ cognomen fuit Quintij poetæ à vitio crurũ illi impositum. Attæ enim sunt qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quàm ambulant: vt scribit Festus. Meminit Horatius 2. Epist.1, Rectè necne crocum, floresque perambulet Attæ Fabula. In quem locum scribit Acron Atta esse nomen proprium poetæ cuiusdam Tragici, vel scriptoris Comœdiarum.

ATTABAS & Numenius, latrones fuerunt famosissimi, adeo vt prouerbio locum fecerint, Conuenerunt Attabas & Numenius.

Attactus, Vide ATTINGO.

ATTACVM {Ἄττακον} Hispaniæ oppidum, in tractu Celtiberorum. Ptolemæus lib.2.cap.6.

Attagen, penult.corr. huius attagenis, penultima producta, masc.gen. {ἀτταγήν} Auis est Asiatica, quam Francolinum dicimus, inquit Valla in Raudensem. Plin.lib.10.cap.48, Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis aliàs, captus verò obmutescens, quondam existimatus inter raras aues. Iam & in Gallia Hispaniaque capitur, & per Alpes etiam, vbi & phalacrocoraces aues, Balearium insularum peculiares, sicut Alpium pyrocorax.

Attagena, attagenæ, pen.prod. {ἀτταγήνη} Idem. Mart.lib.13,
Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum. Plin.lib.8. cap.58, Item apros & attagenas, herinaceos.

ATTALIA, attaliæ {Ἀττάλεια Stephano} oppidum est Æolidis apud Plinium libro 5.capite 30. ¶ Item alterum in Pamphylia, cuius meminerunt Ptolemæus libro 5. capite 5, & Strabo Libro 14. Vulgò Satalia.

ATTALVS, penult.corr. {Ἄτταλος} Rex Asiæ, vel Pergami, qui à populo Romano donatus eo regno, quum liberos non haberet, populum Romanum hæredẽ fecit. ¶ Fuit & Attalus quidam medicus, de quo Plin.lib.32.cap.8.

Attalicus, penult.corr. adiectiuum {ἀτταλικός} vt, Attalica toga. Plin.lib. 8.cap.48, Aurum intexere in eadem Asia inuenit Attalus rex: vnde nomen Attalicis. Propert.lib.3. eleg.18, Vestes Attalicæ. Quapropter etiam Attalicæ conditiones dictæ sunt Horat.1.Carm. ode 1. hoc est opes. Cic.6. Ver. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?

Aulæa Attalica. Propertius libro 2.eleg.33, Porticus aulæis nobilis Attalicis.

Attalicus torus. Propert.lib.2.eleg.14. id est, aulæis (quæ Attalica dicuntur) ornatus.

Attam. pro reuerentia seni cuilibet dicimus: quasi eum aui nomine appellemus. Festus.

Attamen, Vide AT.

Atteglæ

Attegiæ,attegiarum {ἀγχιστα οἰκοδόμηματα} Id est mapalia & tuguria. Iuuenal.sat.14,
Dirue Maurorum attegias,castella Brigantum,
Vt locupletem aquilam tibi sexagesimus annus Afferat.

Attegrare,Est vinum in sacrificiis augere. Integrare enim & attegrare minus factum,est in statutum redigere. Festus.

ATTEIVS Philologus , libertinus Athenis natus. Hunc Capito Atteius Iurisconsultus eius patronus inter Grammaticos Rhetorem , & inter Rhetores Grammaticum fuisse ait.Eum iuuisse scripta Sallustij in componendo , author est Pollio. Coluit familiarissimè Sallustium, eóque mortuo Pollionem. Author Tranquillus.

Attelabus,attelabi,penul.corr.m.g.Minima locustarum,sine pennis. Plin.lib.29.cap.4.

ATTELEBVSSA, insula est in Lycio mari, cuius meminit Plinius libro 5.cap.31.

ATTELLA {Ἀτέλλα Ptol. & Steph.} Oppidum Oscorum , vbi grande & egregium amphitheatrum erat.Sunt qui præcipiant scribi per T simplex:& ita legitur in emendatioribus codicibus.

Attellanus,pen.prod.adiectiuum {ἀτελλανός.}vt,Fabulæ Attellanæ. Donatus,in vita Terentij,Attellanas à ciuitate Campaniæ, vbi actitatæ sunt plurimæ. Idem,Attellanæ salibus & iocis compositæ,quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam. Liu.7.ab Vrbe, Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res auocabatur , & ludus in artem paulatim verterat,iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit.quæ inde exodia postea appellata, consertáque fabellis potissimũ Attellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus, nec ab histrionibus pollui passa est. Cic.ad Pætum,lib.9.16, Nunc venio ad iocationes tuas , quando tu secundum OEnomaum Accij,non vt olim solebat,Attellanum : sed vt nũc fit, mimum introduxisti. Vide Val.Maxim.lib.2.cap.1.tit.De origin.ludor.

Attellanius,adiectiuum aliud{ἀτελλανικός.}Cic.2.de Diuin. Totũ omnino fatum etiam Attellanio versu iure mihi esse irrisum videtur.

Attempero,attemperas, pen.corr. {συγκεράννυμι} attemperare. vt,Attemperare gladium iugulo,pro Aptare,& quasi dirigere ad iugulum. Seneca epist.30,Sic gladiator,tota pugna timidissimus,iugulum aduersario præstat,& errantem gladium sibi attemperat.

Attemperatè,pen.prod. {συμμέτρως} aduerbium,ab Attemperatus. Terent.And.5.4, Itáne attemperatè venit hodie in ipsis nuptiis, Vt veniret antehac nunquam?

Attendo, attendis , attendi , attentum {προσέχω} attendere , ex Ad & Tendo,significat Cogitare, & quasi animum intendere. Verbum est non plenum,sed nudum : attendi enim , oculos aut animum subauditur. Terent.Hecyra 2.2,
-nam postquam attendi
Magis,& vi cœpi cogere vt rediret.

Audi,atque attende Laterensis,vt scias,&c.Cic.pro Plancio.

Si paulo diligentius Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat,attenderis.Cic.Appio Pulchro,lib.3.7.

Diligenter attendere.Cic.3.de Finib.

Admodum attendere.Cic.3.de Orat.

Magnopere. Cic. 3.Verr. Quis nos magnopere attendit vnquam, in hoc quidem genere causarum,vbi aliquid ereptum aut ablatum à quopiam dicitur?

Benè attendisti,nimis callidè agebatur.Cic.Att.lib.15.

Attendere,cum Datiuo.Sueton.in Galba,cap.5,Inter liberales disciplinas attendit & iuri.Id est studuit,siue operam dedit iuri.In hoc exemplo, datiuus est rei. Iungitur etiam datiuo personæ. Plin. Iun. in Paneg. Iurat in legem , attendentibus diis. nam cui magis,quàm Cæsari,attendant?

Attendebat iis,&c.Plin.Iun.lib.7.epist.33.

Attendere,cum Accusatiuo. Cic.4.Acad.Illud attendimus in hoc omni genere quàm inconstanter loquamur. Idem 3.de Finib. Quare attendo te studiose,&c.

Attendere & aucupari verba oportebit : in quo vt ea quæ sint frigidiora vitemus.Cic.2.de Orat.

Non attendimus neque exaudimus nosmetipsos.Cic.in Orat.

Attendere atque intelligere. Cic.7. Verr. Sed scriptum extat in iisdem literis quod iste homo barbarus ac dissolutus neque attendere vnquam neque intelligere potuit.

Attendere ad.Quintil.lib.11.cap.2, Hinc est ex illa arte non inutile,attendere signa ad eos qui exciderunt sensus.

Attendere de aliqua re. Cic.2.Philip.Animus tamen erit solicitus, vt nihil possit de officiis legationis attendere.

Attendere animum,Aduertere. Terent.Phorm.5.6,
Animam compressi,aurem admoui,ita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. Cic.3.Offic.Sed si quum animum attenderis,turpitudinem videas ei rei adiunctam,&c.

Animos ad ea quæ consequuntur, &c. Cic. de lege Agraria , Sed attendite animos ad ea quæ consequuntur.

Animo æquo.Terent.in prolog.Hecyræ.

Erigere mentes,auresque,& dicentem attendere. Cic.pro Syl.Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor.Erigite mentes auresque vestras:& me de inuidiosis rebus,vt ille putat,dicentem attendite.

Attendere, Perseuerare. Accius Diomede , Si vnquam perpediar gnato puer, ne attenderis petere à me id quod nefas sit concedi tibi. Ex Nonio.

Attendens,attendentis,participium {προσέχων.}Sil.lib.8,
-nullo attendente deorum
Votis tunc vestris,casura ruistis in arma.

Attentus {προσεσχηκώς} participium.Terent.And.2,
-vt animus in Spe atque in timore vsque antehac attentus fuit.

Diligens & attentus in re aliqua. Cic.3.Verr. Qui in re aduentitia atque hæreditaria tam diligens,tam attentus esset.

Attento animo intueri .Cic. 1. de Finib. Et in Orat. Eáque dum animis attentis admirantes excipiunt.

Auditorem beneuolum sibi facere & attentum & docilem.Cicero 2.de Orat.

Præbere se attentum auditorem. Cic.3.de Nat.deor. Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem.

Tenere auditorem attentum. Author ad Heren.lib.4, Non potest huiusmodi sermo tenere attentum auditorem:diffluit enim totus.

Facere auditores attentos. Author ad Heren. lib.1, Dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breuiter exponemus, & si attentos eos faciemus.

Auris attenta.Horat.2.Serm.sat.1.

Attentus {προσεκτικός} nomen ex participio.vt,Attẽtior ad rem. Terent. Adelph. 5.3,Attentiores sumus ad rem omnes quàm sat est.

Attentior circa aliquid.Quintil.lib.5.cap.4.

Attentissimis animis audire.Cic.pro Sextio.

Attenta vita. Curiosa & diligens , quam vulgus subiectam dicit. Cic.pro Rosc.Amer.Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Attentus rerum paterfamiliâs.Cic.pro Quinctio,C.Quintius fuit P.Quintij huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attentus,vna in re paulo minus consideratus.

Attentus,pro Attentus ad rem,auarus, nimiúmque solicitus. Horat.1.epist.7,
Durus ait Vultei nimis,attentúsque videris Esse mihi.

Asper,& attentus quæsitis.Horat.2.Serm.sat.6.

Attentio {προσοχή,ἐπιμέλεια} verbale. Cic.2.de Orat. Reliqua sunt in cura,attentione animi,cogitatione,vigilantia,&c.

Attentè {προσεκτικῶς}aduerbium.vt,Attentè audire.Cic.pro Domo sua. Terent.Heaut.1.1,Ita attentè illorum officia fungere.

Attentè legere.Cic.ad Trebatium,lib.7.20.

Attentius agere.Cic.Attico,lib.16.

Attentius cogitare.Cic.5.de Finib.

Attentissimè audire. Cic.1. de Orat. Idem ad Catonem,lib.15.4, Scis enim quàm attentè te audire soleam.

Spectare attentius.Horat.2.epist.1.

Attento,attentas {πειράζω} attentare, ex Ad, & Tento, Idem quod Tentare. Colum.lib.1.cap.4, Simul attentando possessor efficit vt in id formetur,quod maximè præstare possit.

¶ Attẽtare,Manu inuadere,vel insidiis adoriri. Cic.de Arusp.resp. Quum ea attententur eius lingua,cuius antea manu euersa vos mihi & liberis meis manibus vestris reddidistis. Colum.lib.7.cap.12.Primum est enim non attentari: secũdum est lacessitum fortiter & perseueranter vindicari.

Annonam attentare & vexare vel Dardanarij maximè solent. Vlpian.in l.Annonam.D.de extraord.criminib.

Attentari sententia dicitur, quum per appellationem an iusta fuerit discutitur. Vlp.in l.Eleganter.§.Tunc enim.D.de Condict.indeb. Tunc enim rescriptis locum esse credendum est , quum de sententia indubitata,quæ nullo remedio attentari potest,transigitur.

Testamentum attentare,id est,conari cõuellere,labefactare, rumpere. Val.Maxim.lib.7.cap.8,vbi de Metello, Nec hoc testamentum eius quisquam attentauit.

Vrbem.Cic.pro Sextio,Capuam propter plurimas belli importunitates ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur.

Fidem alicuius.Cic.in Orat. Nam quum is est auditor qui nõ vereatur ne compositæ orationis insidiis sua fides attentetur , gratiam quoque habet oratori voluptati aurium seruienti.

Inimicos.Cic.4.Verr.Omnium inimicos attentè cognoscere,colloqui,attentare.

Tempus prosperum.Tacit.lib.12.

Aliquem bello,Belli fortunam in aliquo experiri.Stat.4.Theb.

Lacrymis aliquem.Valer.4.Argon.

Precibus aliquem.Valer.4.Argon.

Attenuo,attenuas {λεπτύνω} attenuare,ex Ad & Tenuo compositum, Cõminuere,detrahere,exilius facere. Plin.lib.11.cap.37, Lingua leonibus ac pardis, omnibúsque generis eius, etiam felibus, imbricatæ asperitatis ac limæ similis,attenuánsque lambendo cutem hominis.

Attenuari.Lucret.lib.1,
-tum portas propter ahena
Signa,manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu.

Attenuatum bellum atque imminutum, Cicero pro lege Manilia. Item Attenuatæ præliis legiones,Cæs.3.bel.Ciuil.

¶ Attenuatum dicendi genus.Cic. 3.de Orat.

Curas attenuare.Id est,minuere.Ouid.4. Trist.eleg.5.

Attenuant iuuenum vigilatæ corpora noctes.Ouid.1.de Arte.

Luctus attenuare.Ouid.ad Liuiam.

Manus. Tibull.1.eleg.4.

Opes, Absumere.Ouid.8.Metam.de Erisichthone.

Arboris vmbram. Catull.in Argon. pro frondibus quæ vmbram præbent.

Attenuans victus à medicis vocatur , quo corpus nostrum gracilescit,& fit tenuius.

Attenuatus,penul.prod.{λεπτυνθείς} participium.vt,Attenuatus amore. Ouid.3.Metam.

Attenuatè,aduerbium{λελεπτυσμένως.}vt,Attenuatè presséque dicere.Cic. de claris Orat.Oratorum bonorum duo sunt genera,vnũ attenuatè, presséque,alterum sublatè,ampléque dicentium.Hîc opposuit aduerbio Attenuatè,aliud aduerbium Amplé.

Attenuatio,attenuationis {λέπτυνσις} verbale,Ipse attenuandi actus.

Attenuatio suspicionis. Author ad Herenn.lib.2, Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere , cum attenuatione suspicionis.

Attero,atteris,pen.corr.attriui,attritum,penultima prod.{προστρίβω} atterere, Est rem aliquam cum alia, vi quadam coniungere, & quodammodo cõfricare.vt,Atterere gladium coti,quod barbari *acuiare*

dicunt.Plin.lib.9.cap.51,Anguillæ atterunt se scopulis.

Attrita inter se ligna.Plin.lib.2.cap.107.

Asinus atterens se spinetis.Plin.lib.10.cap.74.Id est,attricans.

¶ Atterere,comminuere,frangere,consumere.Colum.lib.5.cap.6. Virg.4.Georgicorum,

-aut errans bucula campo
Decutiat rorem,& surgentes atterat herbas.

Cels.in Procem.lib.1,Et duce alij Erasistrato alteri cibum in ventre contendunt.

¶ Atterere alucum,pro Terere,seu calcare. Plinius lib.8.cap.5,De elephantibus.

Attrita toga.Martialis. Attrita veniet sportula sæpe toga. Hoc est, lacera.

Imbelles atterit hasta manus.Propert.lib.4.eleg.3.

Attritus vomer.Virg.1.Georg.

Ansa.Virg.in Sileno 6,

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

Vbi Seruius, Attrita ansa frequenti potu. -attritos versans alit vnda lapillos. Ouid.

¶ Atterere aures alicui,per translationem.Plaut.Pers.11,

Cuiquam mortali libero aures atteram?

Atterere item per translationem: vt,Attrita bellis Æthiopia. Plin. lib.6.cap.29.

Atterere famam alicuius. Sallust. in Catil. Pòst vbi eorum famam atque pudorem attriuerat, maiora alia imperabat. Id est, Postquam ad infamiam & impudicitiam eos adegerat.

Attritus,pen.prod.{τετριμμένος} nomen ex participio.Cic.6.Verr.Herculis templum est apud Agrigentinos, non longè à foro,sanè sanctũ apud illos & religiosum. Ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quo non facilè quicquam dixerim me vidisse pulchrius : tametsi non tam multum in istis rebus intelligo,quàm multa vidi: vsque eo Iudices , vt rictus eius ac mentum paulo sit attritius,quòd in precibus & gratulationibus non solùm id venerari , verumetiam id osculari solent.

Attritæ opes,sæpius apud Liuium,pro imminutæ.

Attritus,huius attritus,penul.prod.{τρῖψις} verbale.Plin.lib.9.cap. 45,Contactos pisces,attritúque petræ scalpentes pruritum,inuadit.

Ex attritu facta.Plin.lib.33.cap.6.

Attritus arborum.Plin.lib.8.32.

Attritus calceamentorum.Plin.lib.28.cap.16.& lib.30.cap.9.

Sedis vitia & attritus celerrimè sanat plantago. Plinius libro 26. capite 8.

ATTES, Calai Phrygis filius fuit,impotens generandi à matre genitus: qui quum adoleuisset, in Lydiam demigrauit, & Matris deûm orgia apud Lydos peregit. Quare quum ob id in honore esset,Iupiter inuidit, suémque immisit , qui Lydorum labores & opera diripiebat : & cum alios plures , tum ipsum Atten interemit,&c. Plura de his apud Paus.in Achaicis.

Attestor,attestaris {μαρτύρομαι} attestari, Est (vt ait Sipontinus) In testimonium adducere.Cic.pro Milone, Is qui ita natus est,& ita consueuit,te Magne tamen attestaretur.Horat.1.Serm.sat.9,

-casu venit obuius illi
Aduersarius:&,Quò tu turpissime? magna
Exclamat voce:& licet attestari? ego verò,
Oppono auriculam , rapit in ius,&c.

Quem locum sic exponit Acron,Denuntiantes litem,attestatos habebânt,quibus præsentibus conueniebant , ita vt aurem illius tertiò vellerent. Sic Seruius magister vrbis exponit. Alij sic exponunt , quòd Horatium interrogauerit si testis esse fateretur,& Horatius obtulerit aurem vltrò. Solebant enim testium aures tenere , & ita dicere , Memento quòd tu mihi in illa causa testis eris.quod est attestari. Aliter,Olim qui attestabantur auriculam contingebant, ideóque poeta ait,Libenter auriculam obtuli. Tangens autem auriculam his verbis loquebatur, Licet attestari?si ille respondisset,Licet: per iniectionem manus aduersarium suũ in iudicium trahebat.Quòd si attestatus non esset,& manum iniecisset,iniuriæ reus constitui poterat. Plaut.in Pers. leno ad Satyrionem parasitum, Nonne attestaris? & parasitus, Tuáne ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram? Aliter,Attestari,id est,Teste vti,quòd iudicij causa volo manum iniicere. Nam hæc erat consuetudo:siquis vadato non paruisset,ei aduersarius aliquem de præsentibus attestabatur,id est,tangebat eius aurem,& dicebat,Licétne attestari?Si respondisset ille,Licet: tunc iniiciebat vadatus manum in eũ qui non paruisset,& ducebat in iudicium: aliter si iniecisset,manum, iniuriarum poterat accusari. Hactenus Acron.

¶ Attestari, pro simplici Testari accipitur. Plin.in Præf.lib.4, Hoc attestabatur vel inimico iudici se approbari posse.

Attestans, participium {μαρτυρούμενος} Qui testimonium reddit. Cic. pro Sylla, Sed quia sunt descripti Consulares , de his tantùm mihi dicendum putaui,quòd satis esset attestante memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu,qui non,&c.

Attestante Artemidoro.Plin.lib.2.cap.108.

Attestator {ἐπιμάρτυς} Plin. Iun.epist.18. lib.6, Quanquam quis vno te reuerentior huius operis,quis benignior attestator?

Attestatus,pen.prod.participium {μεμαρτυρημένος} Testimonio comprobatus.Plin.lib.10.cap.43,Reddatur & coruis sua gratia,indignatione quoque Pop.Romani attestata,non solùm conscientia.

Attestata dicebantur fulgura,quæ iteratò fiebant,videlicet significationem priorum attestantia. Festus.

Attexo,attexis,attexui,attextum,attexere {συνυφαίνω} Addere,adiungere.Cic.de Vniuersit.Vos autem ad id quod erit immortale,partem attexitote mortalem.

ATTICA,pen.cor.{Ἀτθίς, Ἀττική} Regio inter Achaiam & Macedoniam, quæ Acte,siue Actica antiquitus dicebatur,ab Acteone.Strabo. Plin. lib.4.cap.7.

Atticus,adiectiuum {Ἀττικός} vt,Attici homines.Plaut.Amphit.15. Ouid.4.Fastor.

Attica eloquentia. Terentius Eunucho,5.9, Cicero in Orat.& de claris Orat.

Atticæ eloquentiæ candidatus.Quintil.in Procem.lib.6.

Atticè, aduerbium {Ἀττικῶς} vt, Atticè loqui , Hoc est, Lingua Attica. Cicero de claris Orat. Nam siquis eos qui nec ineptè dicunt , nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere : is rectè nisi Atticum probat neminem.

Atticismus {Ἀττικισμός}Phrasis Attica,vel Attica loquutio,& dicendi genus Atticum.Cic.Att.lib.4. Quintil.lib 6.cap.3.

Atticisso,atticissas {ἀττικίζω} atticissare,Curiosius Atticè loqui. Plautus Menæch.1.

¶ Atticos tettix,Varronis quædam Satyra fuit hoc nomine, à Nonio citata. Nomen autem , vt coniicio habebat istud ea fabula ex eo quòd Athenienses prisci indigenas indicare se volentes , capillos inuolucro & redimiculo comprehensos cicadæ morsu loco fibulæ nectebant,& nodabant.Quare Virg.scripsit,

Ergo omnis cano residebat cura capillo,
Aurea solenni comptum quoque fibula morsu,
Cecropiæ tereti nectebat dente cicadæ.

Exemplaria hanc Satyram Antiquoteti perperam appellant. Hæc Turnebus.

ATTIDIATES, populi sunt in sexta regione Italiæ , quorum meminit Plin.lib.3.cap.14.

Attigo,sine n, à veteribus fuisse vsurpatum probat Nonius pro Attingo.Plaut.in Mostell.Abscedite,telis ne attigant.

Attigas , pro Contingas. Turpil. Leucad. Ne me attigas , atque aufer manum.Accius Erigonis:Age age,amolire,amitte,caue vestem attigas.

Attiguus,ab attigo antiquo verbo {ὅμορος} Quod ita vicinum est vt attingat. Apuleius lib.4, Contra procliue montis attigui fuga me liberaui. Quod & Contiguus dicitur.

ATTILIVS. Vide REGVLVS.

Attilus,pen.prod.piscis in Pado,inertia pinguescens,ad mille aliquãdo libras,catenato captus hamo,nec nisi boum iugis extractus.Plin. lib.9.cap.15.

Attineo,attines,pen.corr.attinui {κατέχω} attinere,ex Ad, & Teneo: idem significat quod Tenere.Plaut.Capt.6, Nunc iã cultros attinet. Tacit.lib.1,Ni proximi prehensam dextram vi attinuissent.

Attinere aliquem,pro Retinere.Tacit.lib.18,Deletæ omnes copiæ forent,ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis.

Attineri publica custodia. Tacit.lib.3, Precabantur Drusum,daret vltionis exemplum , donec accitam conuictámque attineri publica custodia iussit.

Attineri vinculo seruitutis. Tacit.lib.13, Quos vindicta patronus non liberauerit,velut vinculo seruitutis attineri.

Defectione attineri. Tacit.lib.13, Vologesen defectione Hyrcaniæ attineri,suadet Tyridati precibus Cæsarem aggredi.

Discordiis. Tacitus libro 1, Ob amissum Augustum discordiis attinemur.

Domi studiis.Tacit.lib.14,Seneca rarus per vrbem,quasi valetudine infensa,aut sapientiæ studiis domi attineretur.

¶ Attinet,pen.corr.{ἀνήκει} ferè impersonaliter legitur, pro Pertinet,decet,conuenit. Cic.4.Acad. Nihil attinet de assensione omnino loqui.

Nec quæ nihil attinent.Horat.1.Carm.ode 19.

Attinet ad vitem colendam.Cic.4.de Fin.Si igitur illa cultura vitiũ in vite insit , ipsa cætera credo. velit quæ ad colendam vitem attinebant,sicut antea,&c.Hoc est,spectabant.

Attinet ad me.Terent.Adelph.2.1,Iámne me vis dicere quod ad te attinet?Vbi Donatus,Quod tibi prodest & commodum est? Hoc ad me attinet,Nihil ad me attinet. Plaut.Bacch.4, Negotium ad me attinet aurarium.Terent.And.1.2,Nihil ad me attinet. Idem Adelph. 3.3,Illum curo vnum,ille ad me attinet.

Quid istuc ad me attinet?Plaut.Epid.2.

Quod ad me attinet. Cic.pro Rosc. Amer. Seruos ipsos, quod ad me attinet,neque arguo,neque purgo.

Quam ad rem dicam hoc attinere somnium?Plaut.Rud.5,

Quid attinet tot ora nauium graui
Rostrata duci pondere Contra latrones? Horat.4.Epod.

Attingo,attingis,attigi,pen.cor.attactum {ἅπτομαι, ἐφάπτομαι, θιγγάνω} attingere,Leuiter tangere. Virgil.5.ecloga, -nec graminis attigit herbam.Terent.Adelph.2.1,Tetigin' tui aliquid? c.si attigisses,ferres infortunium. Vbi Donatus,Plus dixit Attigisses,quàm Tetigisses. Est enim multo minus Attingere,quàm Tangere. Idem Eunuch.4. 6,Atqui si illam digito attigerit vno,oculi ilico effodientur. Vbi Donatus, Digito vno, Moris comminantium est, ad exiguum reuocare commissa quæ se vlturos prædicent.

Aquam attingere mento.Cic.1. Tuscul.

¶ Nihil attingit ad rem,pro Nihil attinet.Plaut.Merc.3,

-hoc ideo fit,quia
Quæ nihil attingunt ad rem,nec sumptus videt,
Tum amator profert sæpe aduerso tempore.

Attingit te hæc res. Cic.2. de Legib. Sed nimirum me alia quoque causa delectat,quæ te non attingit ita.

Attingere de re aliqua.Cicero ad Q. fratrem, De his rebus nequid attingat.

Attingit humanam naturam.Cic.1.Offic.Ex quatuor locis in quos honesti naturam vímque diuisimus,primus ille qui in veri cognitione consistit,maximè naturam attingit humanam.

Pertinet ad,& attingit.Cic.5.de Fin. Quum animal processit paulum,& quatenus quicquid se attingat,ad séque pertineat, perspicere cœpit,tum sensim incipit progredi,séque agnoscere & intelligere.

Attingere nomen legis. Cic.2.de Legib. Quid quòd multa perniciosè,multa pestiferè sciscuntur in populis,quæ non magis legis nomen attingunt,quàm si latores aliqua concessu suo sanxerunt? Id est, non magis sunt leges,&c.

Attingere aliquem sanguine,cognatione,affinitate,necessitudine. Cic.4.Verr. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate,necessitudine aliqua attingebat.

Rem

¶Rem aliquam suspicione. Cic.3.de Nat.deor.Deinde quos in Senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominauit.

Attingit eum hæc infamia. Liuius 7.bel. Pun. Sed erant perpauci quos ea infamia attingeret.

¶Senectutem.Colum.lib.1,Necdum senectutem attigerit.Hoc est, nondum consenuerit.

¶Studia.Sueton.de claris Grammat.

Literas.Cic.1.de Orat.Nanque egomet qui serò ac leuiter Græcas literas attigissem,Id est,parum studuissem Græcis literis.

Aliquid leuiter in transitu.Quintil.7.cap.4.

Aliquid doctrinæ. Cicero 2.de Orat. Opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinæ,quàm quantam prima illa puerili institutione potuisset.

Strictim librum aliquem.Cic.ad Attic.lib.2.1.

Rempublicam. Cic. ad Attic. lib. 2, Rempublicam nulla ex parte attingimus in causis: atque in illa opera nostra forensi summa industria versamur.

Forum. Cic.ad Licinium,lib.5.8, De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, me non,&c. sed, vt primum forum attigerim,spectasse semper, vt tibi possem quammaximè esse coniunctus.

Rem aliquam,pro Tractare. Cic.4.de Fin. Priorem autē illi egregiè tradiderunt,hi omnino ne attigerunt quidem. Id est,nullā prorsus mentionem de ea fecerūt. Plin.in præfatione operis,Iam omnia attingenda quæ Græci τῆς ἐγκυκλοπαιδείας vocant.

Voce tantùm attingere legis initium.Cic.de Arusp.resp. Hesterno die quum mihi stanti tacens minaretur,voce tātùm attigi legum initium & iudicij.consedit ille. Clodium intelligit.

Quippiam versibus & inchoare. Cic. pro Arch. Quas res nos in Consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius vrbis atque imperij,& pro vita ciuium, próque vniuersa repub.gessimus, attigit hic versibus,atque inchoauit.

Perquam breuiter perstringere atque attingere. Cic.de Orat.Vt de lege Apuleia dicerem,vt quid esset minuere maiestatem explicarem, perquam breuiter perstrinxi atque attigi.

Partem aliquam sceleris alicuius. Cic.pro Sext. Quisquis erat,qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocunque venerat,&c.

Ad verbum rem attingere. Cicero pro Cecinna, Potéstne detrudi quisquam qui non attingitur? nónne, si verbum sequi volumus,hoc intelligamus necesse est, eum detrudi, cui manus afferantur? necesse est inquam , si ad verbum rem volumus attingere, neminem statu detrusum qui non adhibita vi, manu demotus & actus præceps intelligatur.

Singulatim vnanquanque rem attingere.Cic.1 de Inuent.

¶Attingere oram aliquam,siue regionem,pro Vicinum esse. Cæs. 1.bel.Gall. Attingit etiam à Sequanis & Heluetiis flumen Rhenum: vergit ad septentriones. Cic.Att.lib.5, Perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam quæ Ciliciam attingit.

Vox attigit aures. Valer.2.Argon.

Attigit Britanniam,pro Peruenit.Cæs.4.bel.Gal.Ipse hora circiter diei quarta,cum primis nauibus Britanniam attigit.

¶Siqua te attingit cura. Cic. Att. lib. 9, Siqua de Pompeio nostro tuendo,& tibi ac Reip.reconciliando cura te attingit. Id est siqua est tibi cura etiam minima. Vel vt ait Virgil. Quando hæc te cura remordet.

¶Digito cælū attingere dicuntur,qui longè supra mortalium conditionem,ac diis proximi esse videntur. Cic.ad Attic.lib.2.16,Nostri autem principes digito se cælum putant attingere , si muli barbati in Piscinis sunt,qui ad manum accedant. Erasmus.

Attingere digito. Cic. 5. Tuscul. Lælius si digito quem attigisset, pœnas dedisset.Id est,si vel leuissimè tetigisset:ita enim leuissimum & penè nullum tactum exprimere solebant , vt in epigrammate veteri apud Gellium , Si digito attigero incendam syluam simul omnem. Id est, si vel leuissimè tetigero.

¶Attingere aliquē,pro Nominare. Cic pro Rosc.Amer.Vsque eò animaduerti, Iudices, eum iocari, atque alias res agere , antè quàm Chrysogonum nominaui. quem simul atque attigi , statim homo se erexit.

Attingere extremis digitis aliquod genus vitæ , prouerbialiter dictum.Cic.pro Cælio,Et audiui non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ,& extremis(vt dicitur)digitis attigissent,sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent.

Primoribus labris aliquid.Cic.1.de Orat. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita , quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent.

Attingere aliquid,aut sensu gustare. Cic. pro Archia, Quòd si ipsi hæc neque attingere,neque sensu nostro gustare possemus,tamen ea mirari deberemus.

¶Attingere hæreditatem. Cic. ad Attic.lib.6, Procura , quantulacunque est, Pretianam hæreditatem, prorsus illam ne attingas.

¶Attingi dolore.Cic.3.de Finib.Id ita esse sic probant,quòd antequam voluptas aut dolor attigerit , salutaria appetant paruī , aspernentúrque,&c.

Attingit eum inuidia.Cic.ad Appium Pulchrum,lib.3.10, Quo studio prouidit,nequa me illius temporis inuidia attingeret.

Attactus,participium.vt,Attactus telis.Sil.lib.12.

Attactus,huius Attactus {ἅψις} verbale. Virgil. 7. Æneid. de serpente quem Alecto in sinum Amatæ coniecerat,

Ille inter vestes,& læuia pectora lapsus
Voluitur attactu nullo. Vbi Seruius,Sine morsu,sine sensu. Varro de Re rust.lib.2.cap.5.

ATTHIS,atthidis {ἀτθὶς}Cranai filia,à qua regio Attica,vt quidam existimant,dicta est,quum prius Actica ab Actone diceretur:siue ab Actco rege,vt Fauorino & Lycophroni placet. Siue ab ἀκτῇ, quod Littus significat: quū ea regio(vt Strabo in principio libri noni scribit) magna ex parte littoralis sit. Virg.5.Æneid. In hac sunt Athenæ,& Marathon campus,cum oppido eiusdem nominis.

ATTIS, Attidis. Attica regio. Lucret.lib.6,

Attide tentantur gressus,oculíque in Achæis
Finibus. Hoc est,Athenienses podagra magna ex parte laborant.

Attis,attidis,f.g.{ἀτθὶς} Luscinia dicitur,quasi Attica. Mart.lib.1,

Sic vbi multisona feruet sacer attide lucus.

ATTIVS,Pigmentarius quidam fuit. Cic.15.Fam. Fuerunt & alij eiusdē nominis,de quibus Cicero in lib. de Diuin.& 2.de Legib.

Attius,poeta eximius fuit, multis annis Pacuuio minor, qui dicebatur plus habere magnitudinis & grandiloquentiæ, vt ita dicam: Pacuuius plus doctrinæ. Cic.in Brut. Attius iisdem ædilibus ait se & Pacuuium docuisse fabulam , quum ille octoginta , ipse triginta annos natus esset. Idem Cic.in orat. pro P.Sextio, multos Attij versus profert,cúmque disertissimum poetam appellat.

Attollo, attollis {ἐπαίρω, αἴρω, μετεωρίζω} attollere , Ex Ad & Tollo compositum,Erigere significat. Plaut.Casina,

Sensim super attolle limen pedes noua nupta.

Attollere & leuare.Liuius,Quúmque se quisque attollere ac leuare vellet.

Attollere aliquem triuiis.Horat.1.epist.18,

Nec semel irrisus triuiis attollere curat
Fracto crure planum.

Attollere se à graui casu.Liu.8.ab Vrbe,Quem cuspide parmáque innixum , attollentem se à graui casu , Manlius ab iugulo ita vt per costas ferrum emineret,terræ affixit.

Attollere se à terra.Plin.lib.24.cap.10,Item chamæcisson appellāt hederam non attollentem se à terra. Id est,serpentem humi.

Oculos attollere,Suspicere.Virg.4.Æneid.

Immensum.Tacit.lib.5,Nuntiauere accolæ,Euphratem nulla imbrium vi sponte & immensum attolli.

Oculos aduersus. Liuius 6. ab Vrbe , Nec aduersus Dictatoriam vim, aut Tribuni plebis , aut ipsa plebs attollere oculos , aut hiscere audebant.

In cælum.Plin.lib.21.cap.7.

Signa.Plaut. Casin.8, Quid si propius attollamus signa,eamúsque obuiam?

Pallium. Terent, Eunuch.4 6.

Attollit se mundus. Plinius lib. 2. cap.70, Neque enim (vt dixerē aliqui)mundus hoc polo excelsiore se attollit:aut vndique cernerentur hæc sidera.

Attollere humeris.Virg.4.Georg.Et sæpe attollunt humeris.

Attollere se vrbes ac montes dicuntur, quòd è longinquo accedētibus paulatim assurgere videantur.Virg.3.Æneidos,

Hinc sinus Herculei(si vera est fama) Tarenti
Cernitur:attollit se diua Lacinia contra. Diua Lacinia , Iunonis Laciniæ templum. Seruius.

Sermones.Quintil.lib.1.

Attollere se venæ dicuntur:cui opponitur Submittere. Cels.lib.1.in Procem. Quum dilatant sese in cordis diastole, tum requirunt etiam (inquit)quare venæ nostræ modò submittant se,modò attollant.

Nomen alicuius attollitur ad sidera.Lucan.lib. 7.

Iras attollere. Virg.2.Æneid.

Gloria se attollit.Virg.4.Æneid.

Attolluntur colles alti.Hoc est,assurgunt & eleuantur. Plinius lib. 12.cap.14.

Attollitur Arcadia in montes sex atque LXX. Plinius libro quarto,capite 6.

Attollere arcem tectis.Virgil.3.Æneid. Vbi Seruius, id est domos ædificare.

Attollens minas serpens. Columel.lib.8 cap.2,Quin attollentem minas serpentem,vel aliud noxium animal interficere.

Muros attollere.Sil.lib.15.

Rem paruā.Cels.lib.5.cap.26.Histrionis est paruam rē attollere.

¶Attollere, Auferre. Pacuuius Medo,Custodite istum vos,ne cum quis attollat,néve quis attingat. Nonius.

¶Attollere, pro Educare:vt,Attollere partum.Plin.lib.11.cap.39.

Attollens.participium{ἐπαίρων}vt,Crura attollens,altiore gradu incedens. Sil.lib.16,De equo Pancheus,

-tum mollia crura superbi
Attollens gressus,magno clamore triumphat.

Attondeo,attondes, attondi,attonsum {ἀποκείρω} attondēre, Omnino tondere. Plaut.Casin.6,

Sed vtrū,strictimne attonsurum dicā esse,an per pectinē, Nescio.

Attondere vlmos.Plaut Epid.6.

Virgulta. Virgil.10.ecloga.

¶Attondere aliquem auro,per metaphoram. Pro Spoliare. Plaut. Bacch.22,

-is me scelus Auro vsque attondit doctis indoctum dolis.

Attondens,participium {ἀποκείρων}Virg.2.Georgicorum,

-curuo Saturni dente relictam Persequitur vitem attondens.

Attonsus, participium {ἀποκεκαρμένος} Cels.lib.4. cap.3, Neque inutile erit caput attonsum habere.

Attonsa arua.Lucan.lib.6.

Laus. Cic.5. Tusc. Et est in aliqua vita prædicabile aliquid & gloriandum,ac præ se ferendum:vt Epaminondas,

Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

Attono,attonas,pen.corr.attonui,attonitū {ἐκπλήσσω}attonare. Verbū rarissimè lectū:quod Stupefacere videtur significare.Ouid.epist.4,

Aut quas semideæ Dryades,Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo.

Attonitus,pen.corr.{ἐκπλαγείς,ἐμβρόντητος,κατάπληξ} participium: cuius verbum non reperitur. Virgil.3.Æn. Talibus attonitus visis,ac voce deorum. Vbi Seruius,Hoc est talibus deorum vultibus. vnde sequitur,Ac voce deorum.nam & voce se dicit attonitum & visis. Attonitus verò est stupefactus. Nam propriè Attonitus dicitur,cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruum dant stuporem.

Attonitus nouitate ac miraculo. Liu.1.ab Vrbe.
Nouitate attoniti pauent. Ouid.8.Metam.
Attonitos quoque (inquit Celf.lib.3.cap.26.) rarò videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: [Greek] hunc Græci appellant.
Attonitis hæsere animis. Virg.5.Æneid.
Aures attonitæ. Seneca in Hercule OEtheo,8.
Cor. Ouid.11.Metam.
Gressu attonito fertur. Seneca in Octauia,7.
Mentis attonitæ stupor. Seneca in Troade,6.
Oculis attonitis videre aliquid. Id est, continuò intuitu nusquam aliò versa acie. Claud.3.Paneg.
Pectus. Seneca in Hercule furente,13.
Persuasio. Plin.lib.29.cap.1, Simul contra attonitas quorundā persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa non putant.
Vates attonitus, Raptus Bacchi numine & Apollinis. Horatius 3. Carm.19, Ternos ter cyathos attonitus petet Vates.
Attonitæ domus. Virgil.6.Æneidos, -nec enim antè dehiscent Attonitæ magna ora domus. Vbi Seruius, Attonitæ domus, Stupidæ, non stupentis. Ergo attonitæ, facientis attonitos: vt, mors pallida, tristis senectus.
Attonitè, aduerbium [Greek] Plin.lib.30.cap.1, Britannia hodiéque eam attonitè celebrat tantis cæremoniis, vt dedisse Persis videri possit. De magia loquitur.
Attractylis, Vide ATRACTYLIS.
Attraho, attrahis, attraxi, attractum [Greek] attrahere, Ad se trahere. Cic.5.Verr. Adducitur à Venereis, atque adeò attrahitur Lollius commodè.
Attrahere ad se. Liu.9. bel.Pun. Tribunos attrahi ad se iussit. Cic. in Sallust. Bis ad iudicis subsellia attractus.
Attrahere hominem ad aliquod negotium. Cic.4. Verr. Ea me ad hoc negotium prouincia attraxit.
Attrahere & allicere. Cic. de Amicitia, Quòd si etiam illud addimus quod rectè addi potest, nihil esse quod ad se rem vllam tam alliciat, tam attrahat, quàm ad amicitiam similitudo, concedatur, &c.
Attrahere in se. Plin.lib.37. cap.3, Cæterùm attritu digitorum accepta vi caloris, attrahunt in se paleas, & folia arida, vt magnes lapis, ferrum.
Attrahere, & reddere animam, pro Inspirare & expirare. Plin.lib. 11.cap.37, Sub corde pulmo est, spirandique officina, attrahēs ac reddens animam.
Accersere & attrahere. Brutus Attico in epistolis ad Brutum 17, O magnam stultitiam timoris! id ipsum quod verearis ita cauere, vt quum vitare fortasse potueris, vltrò accersas & attrahas.
Attrahere lora. Ouid.2.de Remed.amoris.
Attractus, participium [Greek] vt, Attractus spiritus. Virg.3.Georg.
Tum verò ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis. Intelligit difficilem respirationem.
Attractio, verbale [Greek]
Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo positam, quod Donatus aduerbia congregandi vocat, qualia sunt, Summatim, Viritim, Ostiatim, & hoc genus similia. Eius verba sunt hæc lib.1.cap.4, Nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab Appellatione diducerent: vt esset vocabulum, corpus visu tactúque manifestum, Domus, lectus: Appellatio cui vel alterum deest, vel vtrunque, Ventus, cælum, deus, virtus. Adiiciebāt & Asseuerationem, vt Heu: & Attractionem, vt Fasceatim: quæ mihi non approbantur.
ATTREBATES, Vide ATREBATES.
Attrecto, attrectas [Greek] attrectare, Ex Ad & Tracto. Liu. 5. ab Vrbe, Quòd id signum more Hetrusco, nisi certæ gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic attrectare contaminatis manibus. Cic. de Arusp. resp. Attrectare sacra. Virg.lib.2.Æneid.
¶ Attrectare vxorem alterius, in significatione impudica. Cic. pro Cælio, Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent vxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cælio.
Attrectatus, huius attrectatus, verbale [Greek] Cic.2. Tuscul. Nam attrectatu, & quasi sæuum amplificatis dolorem.
Attremo, attremis, penultima correpta, attremui [Greek] attremere. vt, Attremere oranti, Ad vocem alicuius contremiscere. Statius 8. Thebaidos,
Dixerat, atque illi iamdudum regia tristis
Attremit oranti, suáque, & quæ desuper vrget,
Nutabat tellus. De Plutone.
Attribuo, attribuis, attribui, attributum, penul.prod. [Greek] attribuere. Verbum notæ significationis. Cic.3.de Nat. deor. Et ad Caninium, lib.1.16, Nam ad Senatum Bibulus quas literas misit quod in iis mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit.
Attribuere causam calamitatis alicui. Cic.7. Verr. Fit clamor & admiratio populi tātam esse in homine impudentiam atque audaciam, vt aut aliis causam calamitatis attribueret, &c.
Culpam attribuere. Cic. Aut si vni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.
Attribuas illi quòd. Cic. ad Att.lib.2.16, Quòd Sicyonij te lædunt, Catoni & eius æmulatori attribuas Seruilio.
Ascribere & attribuere. Cic.3.de Nat.deor. Nonnunquam bonos exitus habent boni, eos quidem ascribimus attribuimúsque sine vlla ratione diis immortalibus.
¶ Attribuere, pro Dare. Cic. pro Sex. Rosc. Huc accedit summus timor, quem mihi natura pudórque meus attribuit.
¶ Attribuere, pro Fideicommittere. Liu.1.ab Vrbe Cond. Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex Patribus legit: eíque omnia exscripta exsignatáque attribuit.
Curam attribuere. Liu.6.bel.Pun.
Enumerationem aut orationem alicui rei attribuere, pro Inducere loquētem. Cic.1.de Inuent. Res autē inducetur, si alicui rei huiusmodi, legi, loco, vrbi, monumēto attribuetur oratio per enumerationē.
Attribuere alicui equum, mancipium, naues, &c. Cæs.1. bel.Ciuil. Copias vndique omnes ex nouis delectibus ad se cogi iubet. seruos pastores armat, his equos attribuit. Cic. ad Att.lib.12, Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas.
¶ Attribuere, Assignare. Cæs.lib.vlt. Nostri, sicut superioribus diebus, vt cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt.
Attribuere locum tertium alicui in re aliqua. Plin. lib. 16. cap. 37, Tertium locum ei in æstimatione ruris Cato attribuit.
¶ Attribui, quandoque significat tributi nomine statuere. Liu. lib. 9. de bel. Maced. de censura Catoniana loquens, In censibus quoque accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamēta, & vestem muliebrē, & vehicula, quæ pluris quàm quindecim millium æris essent, in censum referre viatores iussit. Item mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum, decem millibus æris, aut eò pluris vænissent, vti ea quoque decies pluris quàm quanti essent æstimarentur, & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. Hoc est, tributi nomine statuerentur. Volens enim Cato homines à luxu deterrere, pluris decies delicatam vestem & venusta mancipia, quàm quanti vendi possent, æstimauit, & in æris singula millia ternos asses tributi constituit. Budæus.
Attributi finitimis municipiis. Plin.lib.3.cap.20, Dein Camuni, cōpluresque similes finitimis attributi municipiis.
Attributa sidera singulis nobis. Plin.lib.2.cap.8.
Destinare, attribuere, atque describere. Cic. pro Sextio, Qui locus orbis terræ iam non erat alicui destinatus? cuius negotij publici cogitari, optari, fingique procuratio potuit, quæ non esset attributa atque descripta?
¶ Attribuere negotium aliquod alteri. Cæs.7.bel.Gall. Neque satis Bruto, qui classi præerat, nec Tribunis militum, Centurionibúsque, quibus singulæ naues erant attributæ, constabat quid agerent.
Attributos quod appellas, valde probè. Cic. Att.lib.13.280, Id est, assignatos tibi à me, quos exigeres.
¶ Attributæ pecuniæ, ab antiquis dicebantur, quas nunc assignationes dicimus. Varro lib.1.de ling.Lat. Tributum (inquit) dictum à tribubus, quòd ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione cēsus exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia vt militi reddant, Tribuni ærarij dicti. Id quod attributum erat, æs militare. Cic.3.Verr. Ne diutius tenerā, pecunia attributa numerata est, profectus est Quæstor in prouinciā. Quæ verba exponens Asconius, Pecunia (inquit) Attributa, est quæ in stipendium militum de ærario à Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solet. Cic. in Pison. Nonne sestertiūm centies & octogies, quod quasi vasarij nomine in vēditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributū Romæ in quæstu reliquisti? Erat igitur propriè attributa pecunia ea quę Imperatoribus ad prouincias euntibus assignabatur. Sed in quodcunque negotium assignetur, attributū hodie vocari potest. Tribuni igitur ærarij secūdum Asconiū, ea munera obibant quæ nunc generales Receptores obeunt, attribuiā pecuniā Quæstoribus prouincialibus adnumerantes ex ærario promptā. Secundum Varronem ij erant qui militibus ipsis protinus adnumerabant, quæ nūc Thesaurarij sunt bellici. Hæc igitur, diuersis temporibus variè constituta fuerunt. Hæc Bud. Sed à rebus publicis transferri ad priuatas, docet illud Cic. ad Attic.lib.5, Faberius si venerit, videbis vt tantum attribuatur, si modò attribuetur, quantum debetur: Id est, numeretur, soluatur. Et lib.16.epist.1, Ait enim attributionem in Idus, se autem vrgeri acriter. id est, solutionem pecuniæ quam debebat Quintus filius.
Soluere & attribuere pecuniam. Cic.10. Phil. Quantáque locarint, tantam pecuniam redemptori soluendam, attribuendámque curent.
Attributio, verbale. Cic. ad Attic. lib.15, Tamen ad me ex Phormiano scripsit: quas literas, quum è balineo exissem, accepi, sese de attributione omnia summa fecisse.
De attributione conficies, de repræsentatione videbis.
Attritus, In ATTERO.
ATTROPATIA, Vide ATROPATIA.
ATTYLA, penult.corr. [Greek] ex Scytharum genere fuit, qui subacta Pannonia Italiam ingressus, Aquileiam subuertit, & in Germaniam transiens, plurima vastauit.

A T V

ATVACVTVM [Greek] Galliæ Belgicæ vrbs Ptolemæo, hodie Antuerpia, vulgò *Anuers, Andorff.*
ATVRA [Greek] oppidum est Galliæ Aquitanicæ.
ATVRIA, æ [Greek] Assyriæ pars, haud procul à Babylone, cuius meminit Strabo lib.16.

A T Y

Atypus, atypi, pen.cor. [Greek] dicitur qui non satis expedito plectro linguæ vtitur, quasi aerem non feriens, vel quasi non satis verba exprimens, cōformánsve. Gell.lib.4.cap.2, Balbus autem inquit, & Atypus, vitiosi magis quàm morbosi sunt. Vlp. in l. Item Ofilius 10. D. de Ædilit.edict. Quæsitum est an balbus, & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & varus, & vatius sanus sit?
ATYRAS, siue Pydaras [Greek] Atticæ regionis, quæ est in Thracia, fluuius, haud procul à Propontide. Vide Plin.lib.4.cap.11.
ATYRVS Nobilis in Aquitania fluuius è Pyrenæis montibus labens, hodie penè nomen antiquum retinens. Aturnus ab Ausonio appellatur in Mosella, Tarbellicus ibit Aturnus.
ATYS [Greek] eximia pulchritudine puer à Cybele deorū matre casto dilectus amore, iussus fuit vt pudicitiam integram conseruaret, eiúsque sacris præesset. Quod quum ille parum obseruásset, cum nympha Sangarithide rem habuisset, in furias actus primùm se castrauit: deinde quum mortem inferre sibi ipsi vellet, mutatus fuit in pinum arborē. Hæc Raphael Regius in hunc locum. Ouid.10.Metamorphoseos,
Et succincta comas, hirsutáque vertice pinus
Grata deûm matri, siquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem, truncóque indurruit illo.

Atys Syluius, Albæ Syluij filius, quem Eusebius Ægyptum Syluium vocat. Hic quum viginti nouem annis regnasset, Capy filio relicto, diem clausit.

Atys alius quidam, filius Limniaces nymphæ, Gangis filiæ, à Perseo in tumultu nuptiarum Andromedes occisus. Ouid. 5. Metam.

Atys item, Lydorū rex, ex prognatis Herculis & Omphales vnus. De quo pluribus Strabo scribit libro 5. ¶ Est & Siciliæ fluuius apud Plin. lib. 3. cap. 8.

A V

AVG. Augustus, vel Augur. AVG. LIBER. Augusti libertus, vel Libertus. AVGG. Duo vel plures Augusti. AVR. Aurelius, vel Aurum. AVREL. Aurelius.

Au {αὖ} Interiectio consternatæ mentis. Terent. Andr. 4.5, Di[illegible]turáne quod rogo? M. au. c. concede ad dextram.

Au, interiectionem esse silentium iniungentis docet Linacer ex Terent. Eunuch. 4.4, -au

Ne comparandus hic quidem ad illum est. Exemplaria quotquot viderim, hau habent aspiratione præposita: quod & rectius videtur.

A V A

AVANTICI {ἀυαντικοί} populi sunt Galliæ, sic ab Auantico in Alpibus oppido dicti. de quibus Plin. lib. 3. & Ptolem. lib. 3. cap. 5, qui eos inter Sequanos collocat.

AVARES. populi putantur esse, qui hodie Hungari dicuntur.

AVARICVM {ἀυάρικον} oppidum Celtarum in finibus Biturigum, flumine & palude perpetua circundatum. Vulgò *Chasteau neuf*, siue *Vierron en Berri*.

Auarè, Auariter, Auaritia, Vide AVARVS.

Auarus, pen. prod. {φιλάργυρος, φιλοκερδής, φιλοχρήματος} adiectiuum ab Aueo verbo deductum, dicitur qui nimium cupidus est pecuniæ. Horat. 1. Epist. 2, Semper auarus eget. Vide Gell. lib. 10. cap. 5.

Auarum & auidum ita discernuntur: Auarum enim semper in reprehensione est: Auidum autem ab auendo, quod est etiam honestè cupiendo, & à delectatione intelligi potest, ac per hoc aliquādo malis, aliquando bonis adiungitur causis: vt Virg. Georg. lib. 2, Pascuntur oues, auidæque iuuencæ. Sallust. de bello Catilinæ, Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Nonius.

Auarior. Cic. 5. Verr. Sequuti sunt auariores magistratus: qui tamen in auaritia sua non solum, &c. Horat. 2. Epist. 2,

Viueret in terris te siquis auarior vno.

Adulationes. Plin. Iunior, in Paneg. Sed ad tuas aures, cum cæteris omnibus, tum vel maximè auaris adulationibus obstructus est aditus. Figuratè pro Auarorum adulationibus.

Agricola. Virgil. 1. Georgic.

Animus. Horat. 1. Epist. 1.

Cædis auarus miles. Claudian. de bello Getico.

Ignis. Propert. 2. eleg. 19. quòd omnia corripit.

Intuitus, Inexplebilis cupiditas videndæ rei alicuius. Claudian. 1. in Ruffinum,

Illecebris capitur, nimiúmque elatus auaro
Pascitur intuitu. Aut, Auaro intuitu, id est Intuitu rerum pretiosarum.

Manus. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.

Mare, quòd expleri non potest. Horat. 3. Carm. ode 19.

Opes, quòd auaros reddant. Claudian. 1. de rapt. Proserp.

Spes. Quum nimis magna & ardua consequi nos posse speramus. Horat. 4. Carm. ode 11.

Venter. Horat. 1. Epist. 16.

Vigil. Claudian. in Præfat. 4. Paneg.

Et vigil elapsas quærit auarus opes.

Auarus laudis. Horat. in Arte, Præter laudem nullius auaris.

Auarè, aduerbium {φιλαργύρως} Tenaciter. Cic. 3. Offic. Nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incótinenter esse faciendum.

Acerbè atque auarè imperare. Liu. 3. bel. Pun.

Auariter, pen. corr. aliud aduerbium {φιλαργύρως.} Plaut. Curcul. 3, Hoc vide vt ingurgitat impura in se merum auariter, Plenis faucibus.

Auariter escam poscere. Plaut. Rud.

Auarius exigere opus. Columel. lib. 1. cap. 7, Comiter agat cum colonis, facilémque se præbeat: & auarius opus exigat, quàm pensiones.

Auarissimum, penult. corr. Vlpian. in l. solet. D. de offic. procons. Nam valde inhumanum est, à nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & per omnia, auarissimum.

Auaritia {φιλαργυρία, φιλοχρηματία} Habendi cupiditas. Cic. 4. Tuscul. Auaritia, est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetēda sit, inhærens & penitus insita. Terent. Phorm. 2.3,

Quia egens relicta est misera: ignoratur parens:
Negligitur ipsa: vide, auaritia quid facit. Sallust. Auaritia, pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit.

Ob auaritiam laborare. Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Ex luxuria auaritia existit. Cic. pro Sex. Roscio, In vrbe luxuries creatur, ex luxuria existat auaritia necesse est, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.

Auaritia, alterius bona deuorare. Cic. pro Domo sua.

Fœdus & maculosus auaritia. Tacit. lib. 17, Fuere qui crederent Capitonem vt auaritia & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum nouarum abstinuisse.

Ardens auaritia. Cic. 3. de Finib. Quis est enim, aut quis vnquam fuit, aut auaritia tam ardēti, aut tam effrænatis cupiditatibus, vt eandem ipsam rem, &c.

Cæca. Vide CAECVS.

Cruenta, quòd cædium & bellorum præcipua omnium, vt plurimum, causa est. Claudian. 1. in Eutrop. -vis nulla cruentam
Castrat auaritiam.

Auaritia hiante homo. Cic. 4. Verr. Nam ipsum Verrem, tantum semper auaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla.

Implicata criminibus auaritia. In IMPLICO.

Intolerabilis. In INTOLERABILIS.

Profunda. Claudian. de bello Gildon.

¶ Appetere per auaritiam. In APPETO.

Ardere in auaritia. In ARDEO.

Auaritiæ coarguere. In COARGVO.

Auaritia & luxuria in remp. immigrauit. Vide IMMIGRO.

Auaritiæ insimulare aliquem. Vide INSIMVLO.

Tollere auaritiam. Cic. 2. de Orat. Auaritiam si tollere vultis, mater eius est tollenda luxuries.

Exuere auaritiam. Tacit. in Vita Agricolæ, Et arrogantiam & auaritiam exuerat.

¶ Auaritiæ gloriæ, pro Cupiditate. Curt. lib. 9.

Auarities, auaritiei {φιλαργυρία} Idem quod Auaritia. Lucret. lib. 3,

Denique auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Iuris.

A V C

Auceps, aucupis, pen corr. com. gen. {ἰξευτής} Qui vel quæ aues captat. Colum. lib. 8. cap. 10, Qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. Terent. Eunuch. 2.2, Coqui, fartores, piscatores, aucupes.

Auceps syllabarum, per translationem dictum à Cicerone, 1. de Orat. Nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum.

Auceps auribus aut sermoni alterius. Plaut. Sticho, 3, Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus? Idem Milite, 13, Circunspicito dum, nequis nostro auceps sermoni siet.

Aucupibus noti frutices. Ouid. 1. de Arte.

Aucupium {ἰξευτική, ὀρνιθοθηρία} Auium captio. Cic. 2. de Finib. Nemo nostrûm istius generis asotos iucundè putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione.

Aucupium sagittarum, quum sagitta figuntur aues. Cic. 5. de Finib. Qui quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum.

Omne genus aucupium. Catull. epigram. Id est, omne aucupij genus, Nominatiuus pro Genitiuo, nisi quis malit genitiuum pluralem esse, pro aucupiorum.

Mendacissimum salutatoris aucupium. Columel. in Præfat. lib. 1. quia (vt opinor) non semper sportulam accipiunt, qui manè veniunt potentiores salutatum, sed frequentissimè sua spe frustrantur. Nisi fortè quis contendat legēdum esse Mendicissimum. Sportulas enim sectari, quid aliud est quam turpiter mendicare?

Plumosum aucupium. Propert. 4. eleg. 2.

¶ Aucupia, pro captis auibus. Seneca de Prouidentia.

¶ Aucupium nouum, dixit parasitus Terentianus, qui omnibus omnia assentabatur, vt lautè viueret alienis sumptibus. in Eun. 2.2,

Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seculum prius:
Hoc nouum est aucupium: ego adeo hanc primus inueni viam.

Aucupium delectationis. Cicero in Oratore, Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifestò deprehensum appareat.

Aucupium auribus facere. Plaut. Milite, 13, Viden' tu illam oculis maturè facere, atque aucupium auribus?

Aucupium verborum & literarum. Cic. pro Cecinna, Tum aucupio verborum & literarum tendiculis in inuidiam vocant.

Aucupor, penult. corr. aucuparis {ἰξεύω} aucupari, Deponens, Aues capere.

¶ Aucupari, per trāslationem est artificio quodam & solertia quærere. vt, Aucupari famam. Plin. lib. 33. cap. 2.

Colligere & aucupari omnia. Cic. 2. Verr.

Delectationem aliquam dicendo. Cic. in Orat.

Errores. Cic. 1. de Orat. Ars dicendi opiniones hominum, & sæpe errores aucupatur.

Aucupari sibi famam obtrectatione alienæ scientiæ. Plin. in Præf. totius operis, 24.

Gratiam alicuius assentatiuncula quadam. Cicero ad L. Lucceium, lib. 5. 12, Non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

Imbecillitatem alicuius epistolis. Cic. pro Flacco, Cur Albanum venire iubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis & sororis & matris imbecillitatem aucupatur?

Errantem aliorum opinionem. Cic. 2. de Fin. Ita quod certissimum est, pro vera certáque iustitia simulationem nobis iustitiæ traditis, præcipitisque quodam modo vt nostram stabilem cōscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.

Orationem aucupari ex omni genere. Cic. pro Sext. Non sum tam ignarus, Iudices, causarum, non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper.

Inanem rumorem. Cic. in Pisonem.

Rumusculos imperitorum hominum. Cic. pro Cluentio.

Similitudinem quandam. Author ad Herennium, Ex ratiocinatione controuersia constat, quum res sine propria lege venit in iudicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quādam aucupatur.

Obseruare & aucupari tempus. Cic. pro Rosc. Amerino, Quum præsertim tam multi occupationem eius obseruent, tempúsque aucupentur.

Tranquillitates. Cic. Attico, lib. 6, Nos Rhodiorum aphractis, cæterisque longis nauibus tranquillitates aucupaturi eramus.

Verba, aut vim verborum. Cic. pro Cecinna, Sermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. Ibidem, Vim verborum necessariò similitudine rerum aucupamur.

Attendere & aucupari verba oportebit. Cic. 2. de Orat.

Verba alicuius. Seneca in Thebaide, 2.

Vtilitatem. Cic. 2. de Orat. Atqui Catule (inquit Antonius) non ego vtilitatem aliquam ad dicendum aucupās, horum libros, & nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium, legere soleo.

Aucupo, aucupas, penult. corr. {ἰξευτεύω} in actiua voce vsus est Plaut. Mostel. 7. -circunspice dum, nunquis est
Sermonem nostrum qui aucupet?
Aucupaui, Præteritum. Plaut. Trucul. Lepidè ecastor aucupaui, atque è mea sententia.
Aucupare ex insidiis quid agatur. Plaut. Asin. 16.

Aucupans, participium. Cic. 3. de Legib. Aucupans omnes rumusculos populari ratione.

Aucupatio, verbale {ἰξευτική} Actus ipse capiendi aues.
Venatio & aucupatio. Quintil. in Apibus.
Aucupatio, teste Budæo de Asse, quandoque significat lucrum. Vnde apud Plin. lib. 9. cap. 35. legit. Vidi ipsam confestim paratam aucupationem tabulis probare. Alij autem nuncupationem legunt.

Aucupatorius, adiectiuum {ἰξευτικός} Quod ad aucupium pertinet. Plin. lib. 16. cap. 36, Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem. De calamis aquaticis loquitur. Id est, quæ possint esse vsui aucupio.

Auceta, Sæpe aucta Festus.

AVCHETAE {Αὐχέται} populi ad os Bosphori. Plin. lib. 4. cap. 12, A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetæ, apud quos Hypanis fluuius oritur, &c.

Auctarium, Auctio, Auctionarii, Aucto, Vide AVGEO.

AVCTOLICVS, pen corr. {Αὐτόλυκος} Quidam fur fuit, qui se varias formabat in species. Hic habuit liberos, Sisyphum, vnde natus est Sinon: & Auctoliam, vnde Vlysses. Seruius in 2 Æneidos.

AVCTONVS {Αὐτονόη} filius Apollinis, & Cyrenes Penei filiæ.

Auctor, Auctus, Vide AVGEO.

AVCVLA, vrbs Tuscorum Ptolemæo, alijs Aquula. Vulgò *Aquapendens*.

Aucupium, Aucupor, Aucupatorius, Vide AVCEPS.

AVD

Audacia, Audacter, Audax, Audentia, Vide AVDEO.

AVDANII {Αὐδάνιοι} Iapygiæ, quam & Messapiam Græci vocāt, populi, quorum meminit Strabo lib. 6.

Audeo, audes, ausus sum {τολμάω, θαῤῥέω} audere, Fidentem esse. Terent. Andr. 3. 2, Nihil iam mutire audeo. Virgil. lib. 1. Æneidos,
-audétque viris concurrere virgo.
¶ Audere, Temerè præsumere. Virgil. 11. Æneid.
Audeo confiteri. Cic. pro Q. Ligario, Vide quæso Tubero, vt qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarij non audeam confiteri.
Audere, cum Accusatiuo, pro Non vereri. Virgil. 3. ecloga,
Quid domini faciant, audent quum talia fures?
Aciem audere. Tacit. lib. 12, Vastati agri, prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus. Hoc est, Non ausis in aciem descendere, seu confligere.
Capitalia audere. Liu. 6. bel. Pun.
Facinus. Liu. 10. bel. Pun.
Feliciter aliquid. Horat. 2. Epist. 1. Id est, non sine successu prospero.
Hostilia. Tacit. lib. 20.
Longius audere. Tacit. lib. 21.
Maiora viribus. Virgil. 10. Æneid.
Nihil vltra fremitum & minas ausus. Tacit. lib. 17.
Oppugnationem. Tacit. lib. 2, Ausuróque nocturnam castrorum oppugnationem.
Pœnam. Tacit. lib 2, Nec Tiberius pœnam eius palàm ausus.
Periculum. Tacit. lib. 19, Neque periculum in aperto audebant.
Pugnam. Tacit. lib. 4. Si barbari successu noctis alacres, prælium auderent.
Scelus aliquod. Ouid. Epist. 14.
Vltima. Liuius 3. ab Vrbe, Et Æquos conscientia contracti culpa periculi, & desperatio futuræ sibi postea fidei, vltima audere & experiri cogebat.
Vltionem ausus dubiis rebus. Tacit. lib. 2.
Vim in aliquem. Tacit. lib. 12, Vim cultoribus ac oppidanis, ac plerunque in mercatores & nauicularios audebant.
¶ Licentius aliquid aut lætius. Quintil. lib. 2. cap. 4.
¶ Audeor, passiuum. Liu. Decad. 4. lib. 9, Multa dolo, pleraque per vim audebantur.

Audens, participium, Minimè timidus. Virgil. 10. Æneid. Audentes fortuna iuuat.
Audentes fórsque Venúsque iuuat. Ouid. 2. Fast.

Audens, nomen ex participio. Virgil. 6. Æneidos,
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
Audendum est, fortes adiuuat ipsa Venus. Tibul. 1. eleg. 2.
Audendum dextra. Virgilius 9. Æneid. quia audemus & cursu. Seruius.
Author audendi, Qui ad perpetrandum facinus aliquod hortatur alios. Virgil. 11. Æneid.
Audendi maiora fidem fecere immensæ vires. Lucan. lib. 1.
Quidlibet audendi potestas. Horat. in Arte poet.

Audendus, adiectiuum {τολμητέος} Liu. de Annibale, Nulla re, quæ agenda audendáque magno futuro duci esset, prætermissa.

Audentia, audentiæ, substantiuum. Tacit. lib. De moribus Germanorum, de Cattis, Rara & priuata cuiusque audentia. Plin. Iunior, lib. 8. epist. 4, Si datur Homero vocabula contrahere, extendere, inflectere: cur tibi similis audentia, præsertim non delicata, sed necessaria negetur?

Audenter, aduerbium {θαῤῥαλέως} Tacit. libro 4, Quidam audentius apertis in collibus visebantur.
¶ Audenter, Temerè, impudenter. Vlpianus in l. 1. §. 5. D. Si pars hæred. petat.

Ausus, ausa, ausum, participium {τολμήσας} Liu. Exules, obærati, ausi capitalia plerique.
Ausus in aciem. Tacit. lib. 12, Obuio hausti & in aciem auso plus cladis faciunt.
Ausa atque ausura multa nefanda manu, Ouid. 3. Trist. eleg. 9.
Ausus rogare. Cic. ad Attic. lib. 6, An' tandem Atticæ laudator integritatis & elegātiæ nostræ, ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius, vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare??
Codicilli ausi. Tacit. lib. 3, Ausis ad Cæsarem codicillis.

Ausum, ausi, substantiuum {τόλμημα} vt, Memoranda ausa. Sil. lib. 6.
Concordia ausa. Sil. lib. 5.
Crudelia. Ouid. epist. 14.
Fortia. Virgil. 9. Æneid.
Furialia. Ouid. 11. Metamorph.
Immania. Stat. 3. Thebaid.
Magna. Ouid. 2. Metamorph.
Excidere ausis dicimur, quum conatus nostri in rebus nimium arduis successu carent. Ouid. 2. Metam. de Phaethonte.
Indulgere ausis. Ouid. 1. de Arte amandi.
Potitus auso. Ouid. 11. Metam. Virgil. 6. Æneidos,
Ausi omnes immane nefas, ausóque potiti.
Ausurus grandia. Ouid. 2. Amor. eleg. 18,
Et tener ausuros grandia frangit amor.

Audacia {τόλμα, θράσος, θαῤῥος} Est fiducia & securitas, qua quis aliquid audet, etiam cum periculo. Cic. 1. Offic. Animus paratus ad periculū, si sua cupiditate, non vtilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat quàm fortitudinis.
Audacia & Audentia hoc differūt: quòd Audentia, fortitudinis sit: Audacia, temeritatis. Sallust. in Catilinam, Audacia pro muro habetur. Et apud veteres sæpe sic. Nonius.
Audaciam ab Auide, id est cupide agendo, dictā esse tradit Festus.
Audacia, consuetudine temeritas dicitur, inquit Nonius.
Audacia ad colendum. Plin. in Præfat. lib. 2, Nobis ad colendum te familiarius audacia sola superest.
Fretus impudentia atque audacia. Cic. pro Flacco.
Temeritas & audacia stultorum & improborum. Cic. 1. de Inuent.
Licentia & audacia. Cic. pro Q. Ligario, Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ.
In vultu est audacia mista pudori. Ouid. 9. Metam. de Byblide.
Callida audacia. Cic. pro Cluentio.
Felix. Ouid. Epist. 17.
Fortis. Tibul. lib. 1. eleg. 4.
Herculea. Iustin. in exordio.
Immanis ad omne facinus. Cic. 13. Philip.
Impudens. In IMPVDENS.
Ingens. Ouid. 3. Trist. eleg. 9.
Muliebris. In MVLIER.
Noua atque integra. In INTEGER.
Petulans audacia, libido quædam temerè audendi. Claudian. in epigram. 7.
Cæco præceps audacia vultu. Claudian. 1. in Ruff.
Audacia prouectus. Quintilian. libro 1. capite 3, Hi sunt qui parua facile faciunt: & audacia prouecti, quicquid illic possunt, statim ostendunt.
Audacia singulari homo. Cæs. 6. bel. Ciuil.
Titubans. Id est, vt sic dicam, audacia timida. Vbi magnum quiddam aggredimur, sed vereri cogimur interim ne male res cedat. Claudian. in Nupt. Honorij & Mariæ.
¶ Abundare audacia. Vide ABVNDO.
Adhibere audaciam. In ADHIBEO.
Armatus audacia. In ARMATVS.
Cedere audaciæ alicuius. Cic. pro Cecinna, Quasi verò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in vi, confidentia: aut non eò libentius tum audaciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ facilius obsisteremus.
Comprimere audaciam. In COMPRIMO.
Contundere audaciam. In CONTVNDO.
Audacia creuit. Ouid. 8. Metamorph.
Expertæ audaciæ homo. Liu. 4. Decad. lib. 8, Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites.
Frangere audaciam alicuius. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Audacia fortitudinem imitatur. Cic. in Partit.
Increscit audacia. In INCRESCO.
Sumere audaciam. Stat. 10. Thebaid.
¶ Audacias pluraliter Catonem dixisse testatur Festus. Cicero 2. in Catil. Non enim iam sunt mediocres hominum libidines, non inhumanæ audaciæ, ac tolerandæ.

Audax, audacis, penult. prod. {θρασύς, τολμηρός, θαρσαλέος} adiectiuum, Fidentem significat, aut temerarium. Terent. Eunucho, 4. 4, O scelestum atque audacem hominem!
Audax & confidens. Plaut. Amph. 4. 1, Qui me alter est audacior? aut qui me confidentior?
Audax, Amens, impudens. Cic. Verum etiam quòd nemo quenquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur.
Petulans & audax homo. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 8, Quid quæris? homo petulans & audax Vatinius, valde perturbatus, debilitatúsque discessit?
Temerarius & audax. Cic. 1. de Inuent. Quum ad gubernacula Reip. temerarij atque audaces homines accesserunt, maxima ac miserrima naufragia fiebant.
Audaces & proterui. Cic. 1. de Finib. Alij petulantes, alij audaces, proterui, iidem intemperantes & ignaui, nunquam in sententia permanentes.
Animi audax. Claudian. 2. de rapt. Proserp.
Audax animis Spartana iuuentus. Stat. 10. Thebaid.
Audax ingenij. Stat. 3. Sylu. 2.
Audax viribus. Virgil. 5. Æneidos,
Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax.
Audax omnia perpeti. Horat. 1. Carm. ode 3.
Caput audax. Seneca in Agamem. 13, Hostus parentis, impium atque

atque audax caput. Clytæmnestræ verba filiam obiurgantis.
Cœpta audacia. Virgil.1.Georgicorum,
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis.
Facinus. Terent. Eunuch. 4.3, Hoccine tam audax facinus facere esse ausum?
Factum. Virgil.11. Æneid.
Fiducia. Stat.6. Thebaid.
Homo audax venali lingua. Lucan.lib.1.
Industria. Claudian. epigram. 27.
Manus. Ouid.1. Trist. eleg.5.
Mars. Tibull.4. eleg.1.
Orator. Ouid.13. Metamorph.
Paupertas. Horat.2. Epist.2.
Spes. Plin.lib.28.cap.4.
Facere audacem, Addere animum. Ouid.4. Metam.
Audacior ad facinus. Cic.2. in Catilinam.
Audacissimus, pen.cor. Cic.ad Attic.lib.3, Quòd & Achaia propè est, & plena audacissimorum inimicorum. Id est, temerariorum.
Audaculus, pen. corr. {τολμηρός} adiectiuum diminutiuum, authore Festo. Gellius, Aderat reprehensor audaculus verborum.
Audaciter, aduerbium, pen.corr. {τολμηρῶς} à quo Audacter, detractione literæ. Priscianus lib.15.cap. De aduerbio, Alia verò assumunt datiuo, ter, penultima correpta: vt, Fortis, forti, fortiter: Vtilis, vtili, vtiliter: Felix, felici, feliciter: Audax, audaci, audaciter. sed per syncopen in vsu est frequentiore Audacter. Salluſtius tamen hist.2, Audaciter protulit secundum analogiam. Et Cicero pro Sex.Rosc. Multa sceleratè, multa audaciter, multa improbè fecisti. Hæc Priscianus.
Audacter, aduerbium {θρασέως.} Plaut. Milite, 10, Et minus audacter scelesta facerent facta. Sic Audacter lædere. Terent.in prol.Phorm.
Blandiri audacter. Ouid.20.epist.
Magis audacter quàm paratè veniebat ad dicendum. Cicero de Claris Orat.
Minus multo audacter. Vide MINOR.
Defendere audacter sua decreta. Cic.2.de Finib.
Audacter quod scimus deferre ad aliquem. Cicero ad Senatum, libro 15.2.
Audacter & liberè dicere. Cic.pro Rosc. Amer.
Audacter & apertè dicere. Cic.pro Rosc. Amer.
Iurare audacter. Plaut. Amph.8.
Loqui audacter aut respondere. Plaut. Capt.6. Cic.4.Acad.
Audacter monere, & familiariter. Terent. Heaut.1.1.
Exultare audacius. Cic.in Orat.
Audacius transferunt verba poetæ. Cic.in Orat.
Audacissimè prorumpere. Cæsar 5.bel.Gal.
Audio, audis, audiui, & audij, auditum, penul.prod. {ἀκούω, ἀκροάομαι, ποτάομαι} audire, Auribus accipere. Varro de Ling.Lat.lib.5, Ab auribus videntur dicta verba Audio & Ausculto. Audio ab Aueo, quòd auribus auemus discere semper. quod Ennius videtur etymon ostendere velle in Alexandro, quum ait, Iandudum ab ludis animus atque aures auent auidè expectantes nuntium. Propter hanc aurium auiditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam Auscultare declinamus: quòd hi auscultare dicuntur, qui auditis parent: à quo dictum poetæ audio, aut ausculto, literæ commutatione dicitur. Hactenus Varro. Terent.And.5.4, Si mihi pergit, quæ vult, dicere, ea quæ non vult, audiet.
Attentè, bonáque cum venia audire verba alicuius. Cic. pro Sex. Roscio.
Audire paucis. Terent. Eunuch.5.9.
Breuiter. Virgil.2.Æneid.
Clarissimè. Plin.lib.10.cap.70.
Audiri in maius. Tacit.lib.4, Missis leuibus copijs, quæ ex longinquo in maius audiebantur.
Latius audiri. Tacit.lib.19.
Libenter audire. Quint.lib.2.cap.9. Libentius, Idem lib.2.cap.6. Libentissimè, Idem lib.4.cap.1.
Liquidius audiunt talpæ. Plin.lib.10.cap.69.
Molliter audire aliquem. Stat.6. Thebaid.
Parum auribus audire. Cato de Re rust.cap.157.
Pressius audire. In PRIMO.
Toties. Terent. Adelph.1.2, An ego toties de eadem re audiam?
¶ Aure non auersa. Tibul.3.eleg.3.
¶ Audiente me, ablatiuus. Cic.ad Acilium, lib.13.37. Eidem Dolabellæ, me audiente, Cæsar dixit, nihil esse quod de Mega vereretur.
¶ Audias, pro Audire poteris. Cic.4.Acad. Vtinam quidem rogetis audias quàm nobiscum malè egerint.
¶ Audieris, pro Vbi audieris. Martial.lib.5,
Audieris, dices esse Maronis opus.
¶ Audire Socratem, aut Platonem: pro Discipulum esse Socratis. Cic.1. Acad. Iam Polemonem audiuerat assiduè Zeno & Archesilas.
Audit currus. Audiendi sensum etiam iis rebus Virgilius tribuit, quæ nec aures habent, nec sensum, Georgic.lib.1,
-& frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Nonius.
¶ Audire, pro Intelligere, vel Accipere ex auditu. Terent.And.1.4, Audiui Archillis: iandudum Lesbiam adduci iubes.
Audin' tu illam? Terent. And.2.2.
Audiui dicere. Cic. pro Muræna, Sæpe hoc maiores natu audiui dicere.
Audiui dici. Cic. in Pisonem, Audistis profectò dici, Philosophos Epicureos omnes res quæ sunt homini expetendæ, voluptate metiri.
Audire, sine addito idem significat. Terent. Andr.3.2, Audiui, & credo. Cic pro Roscio Amerino, Audio præterea non hanc suspicionem nunc primùm in Capitonem conferri.
¶ Audire, Sentire, intelligere. Terent. Hecyr.1.2, Audin' quid dicam Scirte?
¶ Audio à, è, ex, & de aliquo. Valla, Audiui à patre meo, & audiui ex patre meo, & audiui de patre meo, idem significare inueniet, qui bonos libros euoluet. Cicero tamen sic præcipuè loquutus est. Hactenus Valla lib.3.
Audiui à vel ab aliquo. Cic.de Senect. Sæpè à maioribus natu audiui, &c.
Audire ad. Cic.ad Attic.9, Audi igitur ad omnes, scilicet literas.
Audiui de aliquo. Cic. pro Cornelio Balbo. Idem 1. Offic. Audiui hoc de parente meo puer, quum, &c. Hoc est, Pater meus hoc recensebat.
Audire de aliquo, aliter acceptum. Terent. Adelph.3.4, De psaltria hac audiuit, id illi nûc dolet. Cic.3.Verr. Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id quod, &c.
Audire alterum de re aliqua. Cic. Trebatio, lib.7.17.
Audire è. Terent. Eunuch.1.2.
Mercator hoc addebat, è prædonibus,
Vnde emerat, se audisse abreptam è Sunio.
Audire ex aliquo. Terent. And.5.4, Ibi ego audiui ex illo sese esse Atticum. Cic. Attico, lib.5. Hoc te ex aliis audire malo.
Audire aliquem ex re aliqua. Plaut. Milit.18.
¶ Audire de capite, pro Cognoscere. Seneca libro 2. de Benef. de ambitu.
¶ Audire nuntium. Cic.pro Rosc. Amer. Qui in Salentinis, aut in Brutiis habent: vnde vix ter in anno audire nuntium possunt.
¶ Audio, pro Audita petenti concedo. Cic.in Pisonem, In quo dij immortales meas preces audiuerunt. Cæsar 2. bel.Ciuil. Neque cohortationes suas, neque preces audiri intelligit. Liu.1.ab Vrbe, Hæc precatus, veluti sensisset auditas preces, Hinc, inquit, Romani, &c.
Precantem placidus audi. Ouid.8.Metam.
Non audio. Cic.5.Verr. Negabant illi sibi quicquam esse mandatum. non audio: numerate H-S. XVI. quid facerent miseri?
¶ Audio, ironicè, pro Non audio. Terent.Phorm.1.3, At non quotidiana cura hæc angeret animum. PH. audio. Vbi Donatus, Audio per εἰρωνείαν dicitur pro Non audio: hoc est, Nihil dicis.
¶ Audio, Consentio. Terent. Eunuch.2.3,
-capias tu illius vestem. CH. vestem? quid tum postea?
P. Pro illo te ducam. CH. audio. Vbi Donatus, Audio, id est, Libenter hoc admitto & consentio. vt in Phormione, Audio & fateor. Et contrà, Non audio. Valla lib.5.cap.29.
¶ Audio frequenter accipitur pro eo quod est Credo, accedo, parco præcipienti, sed ferè cum negatione, & frequentius per participium quod transit in nomen, quod est audiendus: vt apud Quintilianum libro 3. capite 3, Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tres modò primas esse partes volunt. Sine participio. Cic. Tusc.lib.1, Nec Homerum audio, qui Ganymedem à diis raptum ait propter formam. Sine negatione, Idem in eodem, Endymion verò (si fabulas audire volumus) nescio quando in Latmo obdormiuit. Sed nunquam sine negatione aptè dicitur, vt apud Liuium Decad.3.lib.2, non ita procul à fine, P. Sempronium ciuem vestrum non audistis, arma capere, ac se iubentem sequi: Annibalem paulo pòst audistis, castra prodi, & arma tradi iubentem. Hæc Valla libro 5. Cic. de Amicit. Non erunt homines diuitiis affluentes audiendi.
¶ Non sum auditurus, Non eram Romæ, vel occupatior eram. Illud enim, &c. Plin. Iunior in epist.
¶ Audiri, pro Credi. Cic. Audiretur à pop. Romano vir primarius Eques Romanus L. Flauius.
Audire se vel alium. Cic.ad Curionem, lib.2.6, Tecum loquere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. Et L. de Nat.deorum, Si vos audire vellemus.
¶ Audire bene, est (vt ait Donatus) Benedici & laudari. Terent. in prol.Phorm. Benedictis si certasset, audisset bene. Cic.3.de Finib. Esséque hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus.
Bene audire, & rumorem bonum colligere. Cic.1.de Legib.
¶ Audire malè, pro Vituperari. Terent.Phorm.2.3, Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Cic. Attico, lib.6, Hanc nonnulli amici Appij ridiculè interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, vt ille malè audiat.
Minus commodè audire, pro Non integræ esse famæ. Cic.5.Verr. Quæstores, Legatos, Præfectos suos, Tribunos multi missos fecerût, & de prouincia decedere iusserût, quòd eorum culpa se minus commodè audire arbitrarentur. Budæus.
Audire, subintellecto aduerbio MALE. Cic. pro Cluentio, Neque vnquam illa ita de suo scelere & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat.
¶ Audisti rex, pro Appellatus es & salutatus rex. Sic enim & Græci & Latini loquuntur Horat.1. epist.ad Mecænatem,
Sæpe verecundum laudasti, rexque, paterque
Audisti coràm, nec verbo parcius absens, &c.
Audit arbor arborem: hoc est, Admittit, & cum ea quasi obediens conglutinatur. Plin.lib.16.
¶ Audibo, pro Audiam, more antiquo. Plaut. Pœn.4, Nunquam audibis verba tot, tam suauia. Vide Nonium.
¶ Auditur. Cic.ad Attic.lib.8, Propterea quòd neque Romæ quicquam auditur noui.
Sic auditur. Id est, Intelligitur. Quintil.lib.8. Budæus.
Auditus est magno silentio. Cic.ad Q.frat.lib.2.5.
Audita re ex vtraque parte. Cic.1.de Finib.
Audiendi {τοῦ ἀκούειν} audiendo, audiẽdum. Gerundium. Cic. de Somnio Scipionis, Audiendi sensu carere.
Audiendi insolens. Tacit.lib.15, Vt faciendis sceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret, insolens erat.
Audiendum. Cic. pro Flacco, Nemo illorum iudicum clarissimis viris accusantibus, audiendum sibi de ambitu putauit.
Audiens, participium {ἀκούων} Qui audit. Cic. de Claris Orat. Ad animos audientium permouendos.

Audiens dicto, Qui obedit dictis. Cicero 6. Verrina, Quæsiui an misisset: respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætori.

Vt audiens dicto esset huic ordini. Cic. pro Deiotaro.

Audiens dicto atque obediens. Liu. lib. 5. ab Vrbe, Ne plebs nobis dicto audiens atque obediens sit.

Audiens edicto. Cic. 3. Verr.

¶ Audiens nomen. vt, Audiens imperij. Plaut. Trucul. 4, Tibi seruio, atque audiens sum imperij.

Audientia, audientiæ {ἀκρόασις} Ipsa (vt ita dicam) auditio. Plaut. Pœn. 1, Exurge præco, fac populo audientiam. Hoc est, fac vt populus præstet aures.

Audientiam sibi facit improbitas eius. Cic. 1. Verr. Quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatura: quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura sit.

Audientiam sibi fieri velle. Cic. 2. de Oratore, Nam nonnulli quum illud meditati ediderunt, sic ad reliqua transeunt, vt audientiam sibi fieri velle videantur.

Audientiam facere præconem iussit. Liu. 5. Decad. lib. 3.

Audientiam sibi facit senis oratio. Cic. de Senectute, Sed tamē decorus est sermo senis, quietus & remissus, facítque persæpe ipsa sibi audientiam diserti senis compta & mitis oratio. Id est, audientiam suauitate docendi meretur.

Auditio, verbale {ἀκρόασις, ἀκουσμα} Actus ipse audiendi. Cic. 5. de Finib. Dántque se ad ludendum, fabellarúmque auditione ducuntur.

Rumor atque auditio. Cæsar 4. bel. Gal. Et his rumoribus atque auditionibus permoti.

Fama & auditione accipere. In ACCIPIO.

Fictæ auditiones. Cic. pro Plancio.

Falsas auditiones depellere. Tacit. lib. 4.

¶ Auditione, ablatiuus: pro Ex auditu. Cic. 6. Verr. Hoc solùm auditione expetere cœpit, quum id ipse non vidisset.

De Auditione testimonium dicere. Ascon. Pæd.

Auditio tenuis. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 1, Ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi.

Leuis. Cæsar 7. bel. Gal. Quæ maximè illi hominum generi est mirata, vt leuem auditionem habeant pro re comperta.

Auditioni occupatum sedere in scholis. Plinius libro 26. capite 2, Sedere nanque in scholis auditioni occupatum, gratius erat quàm ire per solitudines, &c. In vetusto codice legitur non Occupatum, sed Operatos.

Auditiuncula, pen. corr. diminutiuum {ἀκουσμάτιον} Gell. lib. 13. cap. 18, Auditiuncula quadam de Catonis familia aspersus est.

Auditor, penult. prod. verbale {ἀκροατής} Qui audit. Cicero Attico, libro 16, De Gloria misi tibi, custodies igitur, vt soles: sed notentur Eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat.

¶ Auditor, pro Discipulo. vt, Auditor Platonis Strato, &c. Cic. 1. Academ.

¶ Auditor, pro Lectore. Varr. lib. 5. de Ling. Lat. Atque siqua erunt ex diuerso genere adiuncta, potius cognationi verborum, quàm auditori calumnianti geremus morem.

Auditorius, auditoria, auditorium {ἀκροαματικός} Quintil. Vide AVDITORIVM.

Auditorium {ἀκροατήριον} substantiuum, Locus in quo quis auditur vel orans vel legens. Quintil. lib. 2. cap. 11, Sed cuius rei gratia plenum sit auditorium.

¶ Auditorium, Multitudo ipsa audientium. Plin. Iunior, lib. 4. ep. 7, Ipse etiam nuper adhibito ingenti auditorio, librum de vita pueri recitauit. Sic Quintil. lib. 5. cap. 12.

¶ Auditorium ponitur etiam pro Foro & tribunali. Paul. in l. contra. D. de re iudicata, Is qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deserit, contumax non videtur.

¶ Auditorium, scholam propriè significat: atque ita opponitur foro. Quintil. lib. 10. cap. 1, Sed alia ratio est litium & disputationum, fori & auditorij, præceptorum & periculorum.

Auditus, pen. prod. participium {ἀκουσθείς} Cic. 1. de Finib. Réque ex vtraque parte audita.

Audita eius virtus dubitationi locum non dat. Cic. pro Cornelio Balbo.

Auditus à summis montibus Euan. Stat. 5. Thebaid.

Romæ cuncta in deterius audita Mutianum angebant. Tacitus libro 20.

Audita recordari. Virgil. 3. Æneid.

Audita repetere. Ouid. 19. Epist.

¶ Audito, ablatiuus absolutè positus. Tacit. lib. 2, Ipse, audito castellum Luppiæ flumini appositum obsideri, sex legiones eò duxit. Id est, postquam audiuit.

¶ Auditum, auditi, pen. prod. substantiuum. Plaut. Merc. Vidistin', an tu audito nuntias?

Ex auditis res petere, Id est, ex iis quæ audiuerunt. Lucret. lib. 5, Quandoquidem sapiunt alieno ex ore: petúntque Res ex auditis potius quàm sensibus ipsis.

Auditus, huius auditus, pen. prod. verbale {ἀκοή} Idem quod Auditio, & sensus ipse audiendi. Plin. lib. 10. cap. 69, Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis vsus ablatur.

Auditus solers. Plinius lib. 8. cap. 28, Vulpes animal alioqui solerti auditu.

Transitum auditus aperit acetum scilliticum. Plin. lib. 2. cap. 2.

Grauitatem auditus discutit oleū amygdalinum. Plin. lib. 2. cap. 4.

Auditum auferre. In AVFERO.

Auditu intelligi. Cic. pro Marcello, Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.

Auditus semper patet: eius enim sensu etiam dormientes egemus: à quo quum sonus est acceptus, etiam è somno excitamur. Cic. 2. de Nat. deor.

Breui auditu quamuis magna transibat grauioribus curis impar. Tacit. lib. 18.

Nihil præter auditum habeo. Cic. 1. Offic. Nec noster quidem probandus, si verum est, Quintum Fabium Labeonem, seu quem alium, (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus à Senatu datum.

Auditurus, pen. prod. participium {ἀκουσόμενος} Ouid. ad Pisonem,
Huc etiam tota concurrit ab vrbe iuuentus,
Auditura virum.

Audiuitaui, Sæpe aud ui. Festus. Obsoletum.

A V E

Aue {χαῖρε} verbum defectiuum, in secunda persona singulari Aue: & plurali Auete. In infinitiuo Auere, teste Diomede lib. 1. Martial. libro 5,
Exprimere Ruffe, fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum, χαῖρε non potest Græcum.

Aue matutinum. Martial. lib. 1, Et matutinum portat ineptus aue.

Aueto, penult. prod. in fine epistolæ, pro Gaudeto vel salueto. Sallust. in Coniur. Catil. Nunc Orestillam tibi commendo, tuæque fidei trado: eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus. aueto.

Auere, Saluere. Martial. libro 9, Iam satis est, non vis Afer auere, vale.

Aucho, auchis, pen. corr. auexi, auectum {ἀπάγω} auehere, Ex loco aliquo ad alium vehere. Terent. Adelph. 4. 5, Is venit vt secum auehat. Suetonius in Cæsare, capite 71, Et mox ex præfectura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium fascésque lictorum lectica sua auexit.

Auehere, sine præpositione. Liu. 1. ab Vrbe, Equites mercede conductos Ægyptum auexit. Id est, in Ægyptum.

Auehere ab aliquo loco. Plaut. Menæch. 24, Quot eras annos natus, quum te pater à patria auehit?

AVELLA {Ἄβελλα} vel Auellinum, & antiquè ABELLINVM, oppidum Campaniæ: à quo Auellanæ nuces. Seruius. Sil. lib. 8, Et pauper sulci cerealis Auella. Vide Strabo lib. 5.

Auellana, pen. prod. {ἀβελλάνη} adiectiuum, & subauditur nux: ea est ex arbore quæ corylus dicitur. Plin. lib. 15. cap. 22, Cæteris quicquid est, solidum est: vt in auellanis & ipso nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant. In Asiam Græciámque è Ponto venere: & ideo Ponticæ nuces vocantur. Sed & Prenestinæ dicuntur, vt tradit Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 18.

Auello, auellis, auelli & auulsi, auulsum {ἀποσπάω, ἀποτίλλω} auellere, A loco & per vim vellere. Virgil. 2. Æneidos,
Fatale aggressi sacrato auellere templo
Palladium. Vbi Seruius, Auellere, ostendit inuitum. Plinius libro 2. cap. 78.

Cohærens & Auulsus, contraria. Plin. lib. 3. cap. 8, Quondam Brutio agro cohærens, mox interfuso mari auulsa. De Sicilia loquitur.

Auellere vi. Cic. de Senect. Quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur: si matura & cocta, decidunt.

Auellere & abstrahere. Cic. pro Fonteio, Num etiam de matris hunc complexu lectissimæ miserrimæque fœminæ, vobis inspectantibus, auellet atque abstrahet?

Auulsus à suis. Cic. pro Domo sua, Vt perpetuum dolorem auulsus à meis sustinerem.

Auelli fundus emptori non potest. Marcell. in l. penult. D. de fund. dotalibus.

E signo Cereris hoc auellendum asportandúmque curauit. Cic. 6. Verrina.

Auulsus his. Plin. lib. 5. cap. 2, Et horum pars quondam Vesuni, qui auulsi his, propriam fecere gentem versi ad Æthiopes. Id est, separati.

Frondes auellere. Ouid. 2 Metam.

Auellere rus ab aliquo, pro Vi eripere. Terent. Eunuch. 3. 3, Credo ei placere hoc: sperat se à me auellere. Vbi Donatus, Bono vsus est verbo Auellere: tanquam à pertinaciter retinente.

Auellere se à meretrice, vel auelli. Terent. Hecyr. 4. 1. Auelli, id est abduci, &c.

Auulsio, verbale {ἀπόσπασις} Plin. lib. 17. cap. 10, Aut enim semine proueniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulsione.

Auulsor, verbale {ἀποσπαστής} Plin. lib 9. cap. 45, Vbi auulsorem sensere, contractæ multo difficilius abstrahuntur.

Auena, penult. prod. Genus est frumenti quod à Græcis βρῶμος appellatur. Plin. lib. 18. cap. 17, Primum omnium frumenti vitium auena est, & hordeum in eam degenerat, sicut ipsa frumenti fit instar, quippe quum Germaniæ populi edant eam, neque alia pulte viuant. Vide plura ibidem. Cic. 5. de Finibus, At enim qua in vita est aliquid mali, ea beata esse non potest. Ne seges quidem igitur spicis vberibus & crebris, si auenam vspiam videris. De hac multa Ruellius lib. 2. cap. 14.

Auenæ steriles. Virgil. 5. eclog. & 1. Georgic. Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ. Quo loco Seruius, Steriles dici à Virgilio ait, ad discretionem earum quæ seruntur. Atqui ego putarim potius intelligere de vitio quod in frumentis & auenis crescere solet: Græci αἰγίλωπας vocant: spicam habent barbatam in speciem auenæ, sed multo maiores sunt. Steriles autem vocat Virgilius, quoniam meti non possunt, eo quòd grana quæ in summo sunt, antè sint matura, quàm quæ in imo. Dicit autem dominari, quia quum non metantur, semen vel granum in terram cadens, iterum semper renascitur. Itali *squalam* vulgò appellant, quæ est similis auenæ, vt ait Matthiolus Senensis.

¶ Auena, pro Vanis culmis & stipulis frugem non habentibus. Virgil. 1. Georgicorum,
Expectata seges vanis delusit auenis. Diuus enim Ambrosius sic exponit, cuius hæc sunt verba: Atque vtinam hanc stipulam in messe, hoc est, inanem auenam fructus mei non abiiciat. Ex Turnebo.

¶ Auena per metaphoram, pro culmo & fistula. Virg. 1. Eclog. Syluestrem tenui musam meditaris auena. Vbi Seruius, Auena, culmo, stipula: vnde rustici plerunque cantare consueuerunt. vt alibi, Stridenti miserum stipula disperdere carmen. Dicendo autem Tenui auena, humilis styli genus latenter ostendit.

Angusta auena cantare. Martial. lib. 8. ad Musam, epig. 3.

Sed perlucenti cantus meditabor auena. Tibul. lib. 3. eleg. 15.

Structis auenis cantare. Ouid. 1. Metam.

Fistula disparibus paulatim surgit auenis. Ouid. 8. Metam.

Auenaceus, Adiectiuum {βρόμινος} Ex auena factum. vt, Auenacea farina. Plin. lib. 19. cap. 6, Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.

Auenarius {βρωμιαῖος} adiect. vt, Auenaria cicada, quę apparet frumentis arescentibus. Plin. lib. 11. cap. 26.

AVENIO {ἀουενίων} vrbs Galliæ Narbonensis, in quam Pontifices Romani ius habent Eam enim Pontifici Clemēti vendidit Iohanna Siciliæ regina. Author Volaterr. Vulgò *Auignon*.

AVENTINVS, pen. prod. {ἀβεντῖνος λόφος} (inquit Seruius) mons vrbis Romæ est, quem constat ab auibus esse nominatū, quæ de Tyberi ascendentes illic sedebant: vt in 8. Æneid. legimus,

Dirarum nidis domus opportuna volucrum. ¶ Quidam etiam rex Aboriginum Auentinus nomine, illic & occisus & sepultus est, sicut etiam Albanorum rex Auentinus, cui successit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabinos à Romulo susceptos, istum accepisse montem, quem ab Auente fluuio prouinciæ suæ appellauerunt Auentinum. Constat ergo varias has opiniones postea sequutas. Nam à principio Auentinus dictus est ab auibus, vel à rege Aboriginum. Vnde hunc Herculis filium constat nomen à monte accepisse, non ei præstitisse. Hactenus Seruius illud Virgilianum enarrans lib. Æneid. 7,

-satus Hercule pulchro

Pulcher Auentinus, &c.

Auentinus, adiectiuum. vt, Auentina sylua. Ouid. 3. Fast. Et 6. Fast. Arx Auentina. Item lib. 3, Auentinum iugum.

Aueo, aues {ἐπιθυμῶ} auere, Verbum est defectiuum, & concupiscere significat. Festus, Auere nihil aliud est quàm cupere, argumento est Auidum, & Auiditatem: ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, quum significet & Gaudere. Horat. 1. Serm. sat. 4, E quibus vnus auet quauis aspergere cunctos. Cic. 1. Offic. Itaque quum sumus negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid audire & discere.

Auens, Participium {ἐπιθυμῶν} Horat. 2. Serm. sat. 4,

-non est mihi tempus auenti

Ponere signa nouis præceptis.

AVERNI, Vide ARVERNI.

AVERNVS, m. gen. {ἄορνος} In plurali Auerna, Auernorum, n. gen. Lacus Campaniæ prope Baias: quem Plutoni dicatum opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere dicebatur. Vide Seruiū in 2. Georg. Item in 3. Æneid.

Auerna alta. Virg. 5. Æneid. Id est, profunda.

Æstus Auerni. Lucret. lib. 6.

Graue olens Auernus. Virg. 6. Æneid.

Latices Auerni. Virgil. 4. Æneid.

Nigri fulcator Auerni. Id est Charon. Stat. 11. Thebaid.

Pallens Auernus. Stat. 5. Sylu. 1.

Pestiferi limen Auerni. Claud. 2. de Raptu Proserp.

Auerna sonantia syluis. Virgil. 3. Æneidos,

Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem,

Diuinósque lacus, & Auerna sonantia syluis, &c. Vbi Seruius, Diuinos lacus, id est consecratos, Auernum & Lucrinum. Et mox de Auerno solo loquens, Sanè hic lacus (inquit) syluarum densitate sic ambiebatur antè, vt exhalans inde per angustias aquæ sulphureæ odor grauissimus supervolātes aues necaret. Vnde & Auernus dictus est, quasi ἄορνος. Quam rem Augustus Cæsar intelligens, deiectis syluis, ex pestilentibus amœna reddidit loca. Hactenus Seruius.

Tartareus Auernus. Stat. 3. Thebaid.

Vacuus. Inferi in quibus habitant defunctorum vmbræ tenues & incorporeæ, proindéque locum non occupantes. Claudian. 1. de Raptu Proserpinæ.

Vmbrosus. Claud. 1. de Raptu Proserp.

Auernus, adiectiuum {ἀόρνιος} Ouid. 10. Metamorphoseos,

Hanc simul, & legem Rhodopeius accipit Orpheus,

Ne flectat retrò sua lumina, donec Auernas

Exierit valles. Auernas, Auernales.

Freta Auerna. Virgil. 2. Georg.

Tenebræ. Sil. lib. 13.

Degeneres tenebris animas damnauit auernis.

Valles Auernæ. Ouid. 10. Metam.

Auernalis, pen. prod. aliud adiectiuum {ἀόρνιος} vt, Aquæ Auernales. Horat. 5. Epod.

Auernales Nymphæ. Ouid. 5. Metam.

Auerrunco, auerruncas, auerruncare. {ἀποτρέπω} Antiquum verbum rusticum, quasi runca vitium sarmenta auertere & amputare, vel in vitibus, quod nimium succreuit, runca expurgare. Verbum apud Catonem frequentissimum extra compositionem.

Auerruncare {ἀποτρέπειν} Auertere & depellere, per metaphorā. Liu. 8. ab Vrbe, Placuit auerruncandæ deûm iræ, victimas cædi. Cato de Re rustica, cap. 141, Mars pater, te precor quæsóque vti calamitates intemperiásque prohibessis, defendas, auerruncésque. Cic. Att. lib. 9, Dij, inquis, auerruncent. Inde fit Auerruncasse pro eodem. Lucil. lib. 26, Dij maluerint meliora, atque amētiam auerruncassint tuam. Hæc ipsa verba sunt apud Ciceronem in libris de Finib. Pacuuius, Possum ego istam capite cladem auerruncassere. Nonio.

Auerruncare dictum ab auertendo, teste Varrone.

Auerruncus deus {ἀποτρόπαιος} qui mala auerruncaret, id est auerteret. Pacuuius apud Varronem lib. 6. de ling. Lat. Deus qui rebus meis præsit Auerruncus. Itaque (inquit) ab eo precari solent vt pericula auertat. Gell. lib. 5. cap. 12, In istis autem dijs, quos placari oportet, vti mala à nobis, vel à frugibus natis amoueantur, Auerruncus quoque habetur, & Robigus.

Auersio, Auersor auersaris, & Auersor auersoris, & Auersus. Vide in AVERTO.

Auersa, auersæ, dicitur ex eo quòd auersa sit: est enim hypomaschalon: sunt autem Auersæ lora latiora quæ per terga equi iugalis excurrunt sub alis eius succincta. In l. Quoniam, in tractatu De cursu publico, Sella cum frænis, sexaginta libras: totidem auerta non transeat. Hæc Budæus ex interprete Græco. Alciatus Accursio accedēs, equorum pectorale esse putat, vt postilenam Plautus dixit, pro eo quod Gallis *croppera* dicitur. Idem sic ait, Sed quid si capitis ornamentum, quo habenæ figuntur, intellexerimus? ab auertendo, quòd equi per eam vertantur prout sessori visum est.

Auerto, auertis, auerti, auersum {ἀποτρέπω} auertere, Alicunde conuertere, siue aliunde remouere. Cic. 5. Philip. Lepidus Antonio diadema Cæsari imponente se auertit. Sic Oculos auertere, Ouid. 2. Metam. Et lib. 5. Vultum auertere.

Remouere oculos, & se totum auertere. Cic. pro Cornelio Balbo, Fuisse iudicē ex illis equitibus Romanis, grauissimis viris, neminem quin remoueret oculos, & se totum auerteret.

Auertere se ab aliquo. Plaut. Milit. 14.

Ex oculis alicuius se auertere, & auferre. Virg. 4. Æneid.

Equos auertit in castra. Virg. 1. Æneid.

¶ Auerti ab impudicis dictis, pro Abstinere, & desuescere. Plaut. Amphit.

¶ Auertere hostem à portis. Cæsar 6. bel. Gal.

Auertere Italia, pro Arcere ab, &c. Virg. 1. Æneid.

Ab vrbe. Cic. ad Brut. 3. 2, Et certè nisi is Antonium ab Vrbe auertisset: Id est prohibuisset.

Armis repellere, fugare, auertere aliquem. Cic. pro Cecin.

Auertere hostem à ceruicibus populi. Cic. ad Brutum, 15, Atque omne præsidium esset in puero, qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium.

Casum aliquem. Virg. 3. Æneid.

Conatus alicuius à Rep. Cic. 6. Philipp.

Falces laqueis. Cæsar 7. bel. Gal.

Furorem alicuius auertere à pernicie Reipub. Cic. 4. Philipp.

Auertit hic casus vaginam. Cæsar 5. bel. Gal.

Sitim auertere fluuio. Sil. lib. 8.

Morbos. Horat. 2. epist. 1.

¶ Auertere rem à suspicione. Liu. 2. bel. Maced.

Opinionem populi à spe adipiscendi. Cic. pro Mur.

Orationem. Cic. 3. de Nat. deorum, Equidem attulisse rationes mihi videor: sed eas tu ita refellis, vt quum me interrogaturus esse videare, & ego me ad respondendum cōpararim, repentè auertas orationem, nec des respondendi locum.

Pestem ab Ægyptiis auertunt ibes. Cic. 1. de Nat. deor.

Stimulos cæci amoris auertere. Virg. 3. Georg.

¶ Auertere se à sermone alicuius. Cic. ad Att. lib. 8, Qui si passus esset nos secum, vt cōsueueramus, loqui, & non se totum etiam ab sermone nostro auertisset, minus miser, quam sum, essem.

Se ab amicitia alicuius, Cæsar 1. bel. Ciuil. Ab amore. Cic. Att. lib. 9, Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab eius amicitia auerterat. Cic. Attic. lib. 9. 181, Me illius fugæ negligentiæque deformitas auertit ab amore.

Mentem alicuius à defensione alterius. Cic. pro Sextio.

¶ Auertere se in mercatum. Id est, ab illecebris auertere se, & ad mercaturam sese conferre. Plaut. Most. 8, -euge Philolaches Patrizat, & iam homo in mercatum auortitur.

Regem in cogitationem belli. Liu. 6. bel. Macedonici, Quum circa hanc ferè consultationem disceptatio omnis verteretur, Annibal nominatim interrogatus sententiam, in vniuersi belli cogitationem regem, atque eos qui aderant, tali oratione auertit.

¶ Auertere aliquem vel seipsum ab infamia. Cic. ad Atticum, libro 16, Ego verò Austro gratias miras ago, qui me à tanta infamia auerterit.

Culpam in alterum, Id est transferre. Liu. 1. bel. Maced. Excusantes errorem adolescentiámque, & culpam omnem in fraudem Carthaginensium auertentes. Id est auertentes à se, & transferentes in Carthaginenses.

¶ Auertere ab oculis hominum quod nolumus videri: & amandare procul. Cic. 2. de Nat deor. Atque vt in ædificiis architecti auertunt ab oculis naribúsque dominorum ea quæ profluentia necessariò tetri essent aliquid habitura: sic natura res similes procul amandauit à sensibus.

¶ Auertere animum ab aliquo. Id est se ab illo alienare. Cæsar 1. bel. Gal. Vti totius Galliæ animi à se auerterentur.

Animum ab aliquo, pro Non cogitare de illo. Cic. de Amicit. Tu velim à me animum parumper auertas, Lælium loqui ipsum putes.

Animum ab assiduo mœrore. Liu. 5. bel. Pun.

Cogitationem à miseriis. Cic. Torquato, 6. 1.

Curas dictis. Virg. 5. Æneid.

Auertit id certamen animos omnium, & oculos. Liu. 8. bel. Punici, Quum omnium animos oculósque id certamē auertisset, porta maritimæ arcis Plator Romanos accepit.

Auertere oculos omnium in se. Liu. 2. ab Vrbe.

¶ Auertere in fugam Liu. 2. bel. Pun. In fugam auerterūt classem.

¶ Auertere rem aliquam, pro furari & rapere ad se. Cic. Sulpit. lib. 13. 19. Deinde quum ferè consistat hæreditas in his rebus quas auertit Oppia, quæ, &c.

Mercem, Surripere. Vlp. l. Illud. §. sed etsi. D. de tribut. act. Sed & si mercem perire passus est, aut eam auertit, aut vilioris data opera distraxit, vel si ab emptoribus pretium non exegerit: dicendum erit teneri eum tributoria, si dolus interuenit.

Prædam. Liu. 1. ab Vrbe. Et Virgilius 10. Æneid. Item Auertere

prædam domum, Cæsar 3.bel.Ciuil.

Pecuniam publicam. Cic.3.Verr. Quibus probemus, istum in quæstura pecuniam publicam Cn Carboni Consuli datam auertisse.

Hæreditatem. Cic. Corn ficio, lib.12.25, Ne patiare Eroten Turium Q Turij libertum (vt adhuc fecit) hæreditatem Turianam auertere. Id est, auferre, eripere detorquere.

¶ Auertere fontem, flumen, aut iter. Cæsar, Omnia enim flumina atque omnes riuos qui ad mare pertinebant, Cæsar aut auerterat, aut magnis operibus obstruxerat. Id est, aliò deriuarat. Cic.2 de Natura deorum, Nos flumina arcemus, dirigimus, auertimus.

Sanguinem vel sanguinis profusionem, Est ei ceu aliud iter dare, & aliò eum conuertere. Celsus lib. 2. cap.11, Auertere profusionem sanguinis.

Materiæ locus auertendus per cataplasmata. Cels.lib.5 cap.27.

¶ Quod omen dij auertant, Precatio est, ne id accidat quod imminere videtur. Cic. ad Brutum 10.8, Velim deinceps meliora sint: sin aliter fuerit (quod dij omen auertant) Reipub. vicem doleo. Item 11. Philipp. Quid Bestiam qui se Consulatū in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem detestabile omen auertat Iupiter.

¶ Auertere sensus magicis artibus. Virg.eclog.8,

Coniugis vt magicis sanos auertere sacris

Experiar sensus. Vbi Seruius, Auertere, A sanitate mutare. aut Auertere ait, pro Conuertere, vt sit mutata præpositio.

Surda aure auerti. Id est, nolle audire. Stat.2.Sylu 2.

Auersus, Participium, Qui terga ostendit, vt ait Valla. cui opponitur Aduersus. Cic.2.de Orat.

Auersa pars, pro Parte posteriori. Plin.lib.11.cap.37, Canities homini semper à priore parte capitis, tum deinde ab auersa.

Auersum collum lynx circumagit. Plin.lib.11.cap.47. Vetustiora exemplaria legunt, In auersum.

Auersis pedibus pilas voluere. Plin. lib.11.cap.28, Lucani è fimo ingentes pilas auersis pedibus voluunt. Idem lib.7.cap.2, In qua syluestres viuunt homines auersis post crura plantis.

Auersis à Sole cornibus. Plin.lib.2.cap.14. De Luna.

¶ In auersa charta scribere. Martial.lib.8. De Picente,

Scribit in auersa Picens epigrammata charta:

Et dolet, auerso quòd facit illa deo. Hoc est, Tam multa scribit epigrammata, vt vtranque paginā chartæ impleat: sed repugnante & non aspirante Apolline: itaque nihili facienda.

¶ Auersa pecunia publica. Cic.3.Verr.

¶ Auersus, pro Conuersus. Galba Ciceroni, lib.10.30, Ne auersos nostros equites aggrederentur.

Auersi à prælio. Cæsar 2 bel.Ciuil. Militésque auersi à prælio, ad studium audiendi & cognoscendi feruntur.

A proposito. Liu.2.ab Vrbe, Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm vt cadauer efferri iuberet.

A vero. Cic.in Catil. Hic quis potest esse, Quirites, tam auersus à vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia quæ videmus?

A suis. Cic. Att.lib.10, Nihil ego vidi tam ἀνιστόρητον, tam auersum à suis.

¶ Auersus mercaturis, Qui mercaturā odit. Horat.2.Serm. sat.3.

¶ Auersus à Musis. Cic. pro Archia, Neque enim quisquam est tam auersus à Musis, qui, &c.

Auersus contubernio. Columella, de Villico, libro 11.cap.1, Nec auersum contubernio suo habeamus. pro A cōtubernio. Hoc est, vagum & ambulatorem. Idem.lib.12.cap.1, Tum etiam sit à venereis amoribus auersus.

¶ Auersus, Iratus. Virg.4.Æneid. Talia dicentem iamdudum auersa tuetur.

Amicos auersos componere. Horat.1.Serm.sat.5.

Auersi dij à salute Pop.Rom. Cic.ad Brutum 16, Ego mediussidius non existimo tam omnes deos auersos esse à salute Populi Romani, vt Octauius orandus sit pro salute cuiusquam ciuis. Virg.Æneid.12,

-vos ô mihi manes

Este boni, quoniam superis auersa voluntas.

Auersus (ἀποστροφὴ) Nomen ex participio. Contrarius. Quint lib.7. cap.2, Ne illum spectans iudex, reliquorum defensioni sit auersior.

Auersissimus animus. Cic.ad Attic.lib.11, Q. auersissimo à me animo Patris fuit.

Auersor, auersaris, auersatus sum (ἀποστρέφομαι, ἀποστρέφομαι) auersari. Valla, Aduersor tibi, & auersor te. De primo nihil est dubij: secūdum sumit significationem à gestu, quoties ab aliqua re quam detestamur, vultum auertimus. Quint.lib.11, Aspectus enim eodem semper vertitur, quò gestus, exceptis quæ damnare aut concedere, aut à nobis remouere oportebit, vt idem illud videamur vultu auersari, manu repellere. Hactenus Valla lib.5. Cic.4.Verr. Quærere incœpimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius, qui tum tantæ pecuniæ rationem haberet. hærere homo, auersari, rubere.

Auersari aliquē, pro Detestari atque abominari, & à quo præ odio vultum auertimus. Liu.8.ab Vrbe, Quod vbi audiuit cos. extemplo filium auersatus, concionem classico aduocari iussit.

Auersari preces alicuius. Liu.3.ab Vrbe, Sed alij aduersantur preces, aut verecundia aut metu.

Auersari honorem, pro aspernari. Ouid in Fastis.

Auersabilis, & hoc auersabile, Verbale, Quod omnes auersari debent. Lucret. lib.6,

Cur, quibus incautum scelus auersabile cunque'st,

Non faciunt, ictu flammas vt fulguris halent

Pectore perfixo, documen mortalibus acre? Scelus auersabile, id est horrendum, fugiendum. Vide Lambinum.

Auersatio (ἀποστροφή) Verbale. Quint.lib.8.cap.3, Ego certe mihi cernere videor eorum qui aderant, tacitam auersationem, ac timidam verecundiam.

Auersor, auersoris, Verbale (ἀποστερητὴς) vt, Auersor pecuniæ. Cic.7. Verr. 118, Verres ille vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ.

Auersio auersionis, ab Auerto (ἀποστροφή) Ipse auertēdi actus. Quintil. lib.9, Sed illa quoque vocatur Auersio. Hinc auersione emi dicitur quod vt est emitur: idcóque statim perficitur emptio quum emptor nec deliberandi nec probandi tempus postulauerit, neque ipsi venditor vitia rei præstare cogitur, quia bonitatem eius aut vitiositatem suo periculo suscepit emptor & ad se auertit. Modest.l.offici. de cōtrah empt. Res auersione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit, etiamsi res assignata non sit. Vlp. in l.Si quis vina, &c. Si auersione vinum venit, custodia tantum præstanda est. Ibidem, Vino autem per auersionem vendito finis custodiæ est auehendi tempus. Sic auersione locare. Florēt in l.Opus locat. Opus quod auersione locatum est donec approbetur, periculo conductoris est. Vulgus Gallicè hoc dicit *en blocco & tacha*. Plaut. in Bacchid.act.4.sc.4. conducere auersione dicit fiducia sua conducere. Mea fiducia (inquit) opus conduxi, & meo periculo rem gero. Hæc ex Budæo. Alij ab auerto faciunt aduersionem. Hotomanus coniectura non aliena ab auerti deduci posse arbitratur, quasi in hac conuentione omnia vna velut euerriculo euerrantur.

Auertor, eris, pen.corr. (ἀποστρέφομαι) Deponens. Idem quod Auersor, hoc est Contemno vel Sperno. Boethius,

Heu, heu, quàm surda miseros auertitur aure. Id est Spernit, dedignatur.

A V F

AVFEIA aqua, Olim dicta fuit, quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris salubritatisque laude cæteris prælata. Oritur in vltimis montibus Pelignorum. Vide plura apud Plin.lib 31.cap.3.

Aufero, pen.corr. aufers, abstuli, ablatum (ἀφαιρῶ, ἀφαιρῶ) auferre, ex Ab & fero compositum, teste Cicerone in Oratore: significat Tollere. Cic.3.de Finib. Commentarios quosdam, inquam Aristotelicos, quos hic sciebam esse, veni vt auferrem. Terent.Adelph.2.2,

-verum ego nunquam adeò astutus fui,

Quin quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.

Inter Tollere, & Auferre est diuersitas. Tollere, est leuare & erigere: Auferre, leuatum transferre. Virg.7.Æneidos,

Tollite cuncta, inquit, cœptósque auferte labores. Turpil. Philopatro,

Simul circunspectat: vbi præter se neminem videt esse, tulit, aufero ego clàm consequor. Ex Nonio.

Quanti vellet, auferret. Cic.6.Verr. Fore, vti quod quisque vellet, siue esset venale, siue non esset, quanti vellet, auferret.

Auferre & abducere. Cic. pro Quinctio, Quod ibidem rectè custodire poterunt, id ibidem custodiunt: quod non poterunt, id auferre & abducere licebit.

Detrahere, auferre & tollere. Cic.in Orat. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem & fidem.

Auferre ab ianua stercus. Plaut. Asin.9.

Ab aspectu. Lucan.lib.9.

Auferri de conuiuio, vt solent asoti. Cic.2.de Finib.

E conspectu. Plin.lib.31.cap.2.

Vberibus fœtum, pro ab vberibus. Plin. lib.8.cap.55, Fœtus ventre exectos, vel vberibus ablatos, &c.

Auferri inter manus. Cic.7.Verr. Itaque erat exitus eiusmodi, vt alius inter manus è conuiuio, tanquam è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Id est, Asportaretur aliorum manibus.

In ventrem abstulit. Cic.2.de Orat.

¶ Auferre pro Furari & rapere. Plaut. Aulul.10,

Quid tibi surripuit? E. redde huc sis. S. Quid vis reddam? E. rogitas?

S. Nihil equidem tibi abstuli. E. at illud quod abstuleras, cedo. Terent. Eunuch.4 3,

-etiam hoc misera suspicor,

Aliquid domo abeuntem abstulisse.

Pecuniam de ærario. Cic.ad Attic.lib.7.

Auferre per vim & metum. Cic.lib.1.ad Q.frat.1, Cogebantur Syllani homines quæ per vim & metum abstulerant, reddere.

Per iudicem, Est iudicis authoritate & sententia rem assequi. Vlp. in l.apud Celsum. §. Quod si is D.de doli mali & metus exceptione.

Ex aliquo triginta minas per fallaciam. Teren.Phorm.5 9. Cic.6. Verr. Ab hoc, abaci vasa omnia, vt exposita fuerant, abstulit.

Aliquid domum suam. Cic.pro Sex.Roscio. Multa palàm domū suam auferebat. plura clàm de medio remouebat.

¶ Auferre, Impetrare. Terent.Adelph.5.8,

-sine te exorem, mi pater. M. Insanis? aufer.

Auferre opem, dies, &c. Cic.pro Quint. In altera spes esset ad talē tamen virum iudicem veniendi, vnde eò plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ. Id est, reportaret. Ibidem, Quintius à Scapulis paucos dies aufert: Id est, impetrat. Et ad Atticum, lib.16. Liberalissimum decretum abstulimus. Hæc Budæus.

Ab aliquo id quod petimus. Plaut. Curcul.

Impetratum. Plaut. Aulul.23, Vt istuc quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam.

Litem. Plaut. Rud.2.

Mali res falsas qui impetrant apud iudicem,

Iterum ille eam rem iudicatam iudicat:

Maiore mulcta mulctat, quàm litem auferunt.

Auferre iudicio. Cic.pro Quint. Mihi siquid deberetur peterē, atque iudicio iam pridem abstulissem. Id est vicissem Ex Budæo.

¶ Aufer, pro Define. Horat.2.Serm.sat.7, -aufer

Me vultu terrere.

¶ Academiam auferre. Cic. ad Atticum, lib.13, Commotus tuis literis, quòd ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, trāstulíque ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor.

Æquitatum multum aufert fraus impiorū. Quint.lib.12. Id est, nocet.

Amorem

Amorem ab aliquo.Cic.ad Atticum,lib.15, Atticæ meæ velim mē ita excuses, vt omnem culpam in te transferens: & ei tamen confirmes,me minimè totum amorem ab ea mecum abstulisse. Legitur in emendatis codicibus, Amorem eò mecum attulisse.

Animam.Sil.lib.15.

Animum aufert ad contemplationem. Plin.lib.9.cap.17.

Auferre.Plin.lib.6.cap.29. Vbi Nilus præcipitans se fragore auditū accolis aufert. Id est,surdos facit accolas.

Auriculam mordicus.Cic.ad Q.frat.lib.3, Si cum Esernino Samnite Pacideianus comparatus videretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset.

Caput alicui.Liu.8.bel.Pun.

Cauillam aufer,non ego nunc nugas ago. Plaut.Aulul.20.

Dies quindecim auferent hi ludi.Cic.2.Verr. Decem dies sunt ante ludos votiuos,quos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi, dies quindecim auferent, deinde continuò Romani consequentur. Ita propè XL.diebus interpositis,tum denique,&c. Id est, in ludis edēdis quindecim dies consumentur.

Dolorem.Tibul.3.eleg.6.

Dominium alicui.Vlpian.in l. Si quis seruum.D. de noxal.action.

Dubitationem.Hirt.de bello Alexandrino.

Equum calcaribus.Sil.lib.10.

Fastidium. Plin.lib.23.cap.1.

Formam alicui cum nomine. Plaut.Amphit.74.

Fructum voluptatum aufert solitudo.Cic.de Amicitia.

Gloriam.Plin.lib.13 cap.1. Lucan.lib.3.

Gloriam sempiternam secum.Cic.pro Milone,Non dubitaturum fortem virum quin quum suo periculo salutem Reipub.attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. Id est,asportaret secum in exilium.

Haud sic auferent.Terent.Andr.3.4,

Ni facient quæ illos æquum est,haud sic auferent.

Inultum aliquid,pro non puniri.Terent.Andr.3.5.

Iudicia auferre à Senatu per ignominiam turpitudinémque.Cic.3. Verr. Verùm vobis dicam id quod intellexi, Iudices: homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat:vt hoc palàm iam dictitent,se istum, quem sciant esse hominem improbissimum, hoc vno nomine absolui velle, vt ab Senatu iudicia per ignominiam turpitudinémque auferantur.

Iurgium auferas hinc si sapias. Plaut.Pers.13.

Ius eripere atque auferre alicui. Cic.1.Verr. Quod in vnaquaque re beneficio Senatus Populíque Rom.iuris habui, id mihi tu.C.Verres eripuisti atque abstulisti.

Aufer ab hinc lacrymas barathro,& cōpesce querelas.Lucre.lib.3.

Laudem ex aliqua re. Hoc est, Reportare.Cic.3.Verr.

Lumbifragium.Plaut.Amphit.4, Hodie lumbifragium hinc auferes. Plautino ioco fictum est Lumbifragium,veluti,Naufragium.

Mensam.Plaut.Amphit.8, Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Metus.Virg.12.Æneid.

Noctes.Ouid.2.de Rem.amor.

Nomen auferre aliis, & fulgore claritatis tenebras obducere. Quintil.lib.10.

Nugas.Plaut. Trucul.18,

-quid agitur voluptas mea?

D. Non voluptas,aufer nugas: nihil ego nunc de istac re ago.

Obliuio illud abstulit. Sallust. An illa quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriámque Syllanam increpabatur, obliuio abstulit? Id est, penitus obliti estis?

Opes.Ouid.epist.20.

Pecuniā ex edicto.Cic.ad Att.lib.6.III.Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse.

Pignora, est quod nunc dicimus Captionem bonorum. Cic.3.de Orat. Hic quum homini & vehementi & diserto & in primis forti ad resistendum Philippo,quasi quasdam verborum faces admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsit,pignoribúsque ablatis, Crassum instituit coercere. Budæus.

Pollicitationes aufer. Terent.Phorm.5 6.

Præmium.Plaut. Pseud.20,

S. De improbis viris auferri præmium & prædam decet.

Responsum ab aliquo. Cic.1.de Orat. Equidem hoc sæpe audiui, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui quum Crassum seduxisset, atque ad eum retulisset, responsúmque ab eo verum magis quàm ad suam rem accommodatum abstulisset, vt eum tristem Galba vidit,&c.

Relliquias vitæ membris ex omnibus aufert.Luc.lib.6.

Se auferre.Plaut. Asin 9, Aufer te domum, ascende hinc. Terent. Phorm.3.3, Aufer te hinc. Virg.4.Æneidos,

-séque ex oculis auertit & aufert.

Somnum.Cels.lib.1.cap.9, Calor concoctionem prohibet, somnū aufert,&c.

Somnos aufert timor. Horat.2.Carm.ode 16.

Spem. Cic.3.Offic. Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitandi spem auferebat.

Spiritum alicui. Cic.7. Verr. Quid dabis ne diu crucietur? ne sæpius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur?

Studium.Horat.3.Carm.ode 12.

Tacitū aliquid.Plaut.Asina.14. Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Id est, quàm taceam de hac re.

Transuersos.Plin.lib.28.cap.1. Dictæ erant omnium rerum naturæ,inter cælum ac terram nascentium, restabántque quæ ex ipsa tellure fodiuntur,si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transuersos, ex ipsis animalibus quæ sanantur reperta maiore medicina.

Vitam.Ouid.epist.20.

Voluntatem. Cic.3. Verr. Vt alter dies amicis istius & defensoribus, non modò spem victoriæ, sed etiam voluntatem defensionis auferret.

¶Abstulerunt me velut de spatio, Græciæ res immistæ Romanis: nōn quia ipsas operæpretium esset perscribere: sed quia, &c. Liuius 5.bel.Maced.

Ne te auferant aliorum consilia. Cic. ad Curionem lib.2.6, Téque hortor vt omnia gubernes & moderere prudentia tua: ne te auferant aliorum consilia. Id est, ne transuersum rapiant. Budæus.

Medios aufertur in hostes. Id est,irruit. Sil.lib.10.15.

Ablatus,pen.prod. Participium, Valer.6.Argonaut.

-nec ablatam sequitur, quæritve sororem.

Fœtus ablatus vberibus.Plin.lib.8.cap.55.

AVFIDENA {Αὐφίδηνα} Ptolemæo authore,vrbs Italiæ, Caracenorum, qui sub Ferentanis sunt. hodie durat oppidum.

AVFIDENATES,Populi,quorum Plin.inter Samnites meminit,libro 3. cap.12.

AVFIDIVS, Cognomento Lurco,qui primus pauones saginare aggressus est, ex eo quæstu reditum sexagenorum sestertiorum percipiens. Author Plin. lib.10.cap.20. ¶Aufidius Bassus,nobilis historicus fuit Quintiliani ætate,qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

Aufidius,Viri nomen proprium apud Horatium, qui mella Falerno vino miscere solebat. Horat. 2. Serm. satyr.4,

Aufidius forti miscebat mella Falerno.

AVFIDVS,penult. correpț. {Αὔφιδος} Apuliæ fluuius, quem cruentum ex Cannēsi Romanorum clade aliquandiu fuisse Florus scribit. Vide & Strabonem lib.5. In Hirpinis ortus iugis,Canusium vrbem præterfluit. Author Plin. Vulgò nunc dicitur *Lofante.*

Acer Aufidus.Horat.1. Serm.sat.1.

Anhelans.Sil.lib.8.

Longè sonans.Horat.4.Carm.ode 9.

Tauriformis.Id est, habens formam tauri. Horat.4.Carm.ode 14. Acron & Porphyr. Omnia flumina taurino vultu & cornibus pinguntur propter impetus & mugitus aquarum. vt,

Corniger Hesperidum fluuius regnator aquarum.

Violens.Horat.3.Carm.ode 30.

AVFINATES, Populi in quarta regione Italiæ, quorum Plinius inter Vestinos meminit.lib.3.cap.12.

Aufugio,aufugis,pen.corr.aufugi,pen.prod. aufugitum,penult.corr. {ἀποφεύγω} aufugere, ex Ab, & Fugio compositum, idem significat quod simplex fugere. Terent. Hec.3.4, -denique hercle aufugerim Potius,quàm redeam,si eò mihi redeundum fiet. Cic.ad Q. fratrem, lib.1.2, Præterea Æsopi Tragœdi nostri familiaris, Licinius seruus tibi notus aufugit.

Aufugere aspectum alicuius. Cic.2.de Nat.deorum,

Andromeda aufugiens aspectum mœsta parentis.

Assiduas blanditias.Propert.1.eleg.9.

Aufugere ex loco aliquo.Liu.1.ab Vrbe, Iam aliquantum spatij ex eo loco vbi pugnatum est,aufugerat.

Aufugit aqua. Plaut. Aulul.5, Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.

A V G

AVGA {Αὔγη} Telephi soror,quam Euripides dicit ab Alæo patre (quū ab Hercule corrupta deprehenderetur) in vrna quadam cum Telepho filio impositam,& in mari demersam esse:sed Palladis prouidentia vrnam ad Cayci ostia transmissam euasisse. Verba sunt Strabonis libro 13.

AVGASII {Αὐγάσιοι} Populi sunt inter Massagetas, apud Stephanum.

AVGE,siue Augea {Αὔγη} mater Telephi, filij Herculis. Scribit Diodorus lib.5, hanc à patre Alæo cuidam nauclero vt mergeretur datam, quòd non crederet ab Hercule compressam: quæ quum duceretur ad mare,in itinere Telephum peperit,& inter virgulta abditum reliquit:quem postea pastores inuentum Corytho regi tradidere, qui illum Telephum,eo quòd à cerua nutritus fuerat, vocauit. Ipsa verò Auge in Cariam abducta à mercatoribus, quibus illam nauclerus demergere nolens,dono dederat,& regi Teuthranti donata est. quā quum postea Telephus quæsisset,venissétque ad Teuthrantem in Mysiam,ab eo est honorificè exceptus. Vide Diodorum lib.5.

Auge,Demetrij liberta, siue potius Pompeij, inter præpotentes libertas enumeratur à Plinio lib.35.cap.18.

AVGEAS {Αὐγέας} Atheniensis comicus fuit, vt est author Athenæus. ¶Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Vide AVGIAS.

Augeo,auges,auxi,auctum {αὐξάνω, ἐπαύξω, ἐπιλαμβάνω} augere, Notæ significationis,Maius facere.

Augere & amplificare. Cic. 1. de Finib. Omnia autem priuatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem,vt postea variari voluptas distinguíque possit: augeri, amplificaríque non possit.

Augere spectat ad quantitatem,Ampliare ad pretium.L. non intelligitur.§.Diui.D.de iure fisc.

Per gradus augere. Quint.lib.2.cap.4, Nam & genera sunt tria, Sacri,publici, priuati iuris. Quæ diuisio ad laudem magis spectat, si quis eam per gradus augeat, quòd lex, quòd publica, quòd in religionem deûm comparata sit.

Animum inimicorū augere.Plaut.Asin.7.Sic Cic.ad Att.lib.10.205.

Animos augere, Assumere animum & fiduciam. Stat.10. Thebaid.

Aliquem augere, pro Opibus auctum reddere, apud Tacitum legitur.

Augere,atque honestare aliquem.Cic.2.Offic.

Augere & ornare aliquem.Cic. ad Trebatium,lib.7.17,Semper te non modò tuendum mihi,sed etiam augēdum atque ornandum putaui. Et 1.de Orat.

Auxilia augere.Plaut.Cistel.

Seruate vestros socios veteres & nouos,

Augete auxilia vostris victis legionibus.

Aliquid ad infinitum. Plin. lib. 20. cap. 21.

Articulos auxerat macies. Ouid. 8. Metam. de Fame dea,

Auxerat articulos macies, genuúmque tumebat

Orbis, & immodico prodibant tubere tali. Id est, maiores & eminentiores fecerat.

Beneficium magnum magno cumulo augere. Cic. Silio, 13. 63, Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

Beneuolentiam auxit consuetudo. Cic. de Amicitia.

Ciuitatem augere procreatione liberorum. Plaut. Pers. 15.

Cognomento augeri. Tacitus lib. 12, Agrippina cognoměto Augustæ augetur.

Commodis augere. Cic. 11. Philip. Eos non tueri solùm, sed etiam augere commodis debeo.

Culpam suam augere. Plin. Iunior in epist.

Augetur remis cursus euntis aquæ. Id est, citatior fit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.

Dignitatem augere & nomen alicuius. Cic. ad Brutum, lib. 11. 6, Illud tibi persuadeas velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturum.

Diuitiis aliquem. Cic. de Lege Agraria contra Rullum.

Dona precibus. Id est, vltra oblatum munus etiam supplicare. Ouid. 3. epist.

Exercitationes animi. Cic. 1. Offic.

Facta alicuius. Tibul. 1. eleg. 7.

Fortius aliquid. Plin. libro 22. cap. 2, Interim fortius augetur authoritas.

Gratiam. Plin. lib. 11. cap. 42, Agrigenti maxima, eam augente gratiam fumo qualis in ipsa vrbe conficitur.

Gratulatione populi dies me auxit. Cic. 14. Philipp. Vt idem dies non modò me iniquissima inuidia liberet, sed etiã celeberrima pop. Rom. gratulatione auxerit.

Augere hæreditatem, gregem, & pecorum partus. l. Sed & si. in fin. D. de petit hæred.

Honore augeri. Cic. de Arusp. Resp.

Industriam alicuius augere. Terent. in prologo Adelph.

Inuidiam. Tacit. lib. 12.

Iracundiam alterius. Terent. Adelph. 1. 2.

Lætitia augeri. Cic. 2. de Finib.

Largitione augere. Tacit. lib. 13.

Liberalitate quempiam. Tacit. lib. 3.

Linguam Latinam. Cic. de Fato.

Linguam copia verborum. Cic. 1. Acad.

Memoriam immortalem posteritatis. Cic.

Molestiam. Cic pro Flacco, Minuis, inquit gloriam Pompeij, imò tu auges molestiam.

Munificè augere. In MVNVS.

Munus verbis. Cic. 2. Offic. Neque verò verbis auget suum munus, si quo fortè fungitur, sed etiam extenuat. Hic augere & extenuare opposuit.

Largitatem muneris augere. Cic. de Claris Orat. Vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris.

Cumulatius aliquod munus. Cic. in Orat.

Nominibus imperatoriis aliquem. Tacit. lib. 7, Tiberium Neronem & Clodium Drusum priuignos imperatoriis nominibus auxit.

Numerum. Plaut. Amphit. 4. Liu. de Hercule.

Numerum diuorum altaribus. Virgil. 7. Æneid.

Opes. Cic. de Amic.

Opes per scelus. Ouid. 2. Fast.

Opinionem. Cæsar 5 bel. Gal. Timorísque opinionem quibuscunque poterat rebus augebat.

Pecorum partus. Vide suprà Augere hæreditatem, &c.

Peculium. Plaut. Mostell. 12 5.

Pretia rerum commentis. Plin. lib. 12. cap. 19.

Religione merces. Plin. lib. 12. cap. 14.

Rem. Horat. 1. epist. 7. Cic. 2. Offic.

In augenda re festinare & obrui. Horat. 1. epist. 17.

Rem augere laudando, & Vituperando rursus affligere, contraria. Cic. de Claris Oratoribus.

Rempublicam & imperium. Cic. pro Sext. Roscio.

Robur florentibus auximus annis. Sil. 16. Verba sunt Scipionis.

Scientia aliquem. Cic. 1. Offic.

Spem. Cæsar 2 bel. Ciuil.

Spiritu cælesti augeri. Cic. de Arusp. respons.

Suspicionem rei alicuius. Cic. 6. Verr. Eius ipsius cupiditatis cuius insimularetur, suspicionem augeret.

Terram imbribus dicitur aer. Cic. 2. de Nat. deor.

Terrorem. Cæsar 3 bel. Ciuil.

Vectigalia belli. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Vias fortunæ augere, Augere vias, rationésque excogitare ad diuitias opésque acquirendas. Propert. 3. eleg. 7.

Vires augentur. Ouid. 9. Metam.

Vires auxit fortuna nocendi. Stat. 6. Thebaid.

Augesco, augescis {αὐξάνω} augescere, idem quod passiuum Augeri, nisi quòd vim quandam habet paulò maiorem, & magis efficacem. Terent. Heaut. 3. 1,

Nam mihi quidem quotidie augescit magis

De filio ægritudo. Cic. 2. de Nat. deor. Ea temperatione caloris & oriri & augescere.

Augescere incrementis. Liu. 7. belli Pun. Asdrubal quum hostium res tacitis augescere incrementis cerneret, suas. &c.

Augescunt & pubescunt animantes. Cic. 2. de Nat. deor. In Lunæ quoque cursu est & brumæ quædam & solstitij similitudo, multáque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augescántque & pubescant, maturitatémque assequantur, quæ oriuntur è terra.

Augescunt corpora, vuæ, & similia: pro, crescunt & maiora fiunt. Plin. lib. 11. cap. 54. Cic. de Senect. Itaque ineunte Vere in his quæ relicta sunt existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur: à qua oriens vua sese ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augescens, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Augescunt aliæ gentes, aliæ minuuntur. Lucret. lib. 2.

Augifico, augificas, idem quod Augeo. Antiquum. Ennius Andromacha, Quid fit seditio? tabésne an numeros augificat suos? Nonius.

Augens, augentis, Participium {αὔξων.} Cic. de Fato, 1, Quia pertinet ad mores quod ἠθικὴν illi vocant, nós eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Musæ augentes omnia Claudian. 4 Paneg.

Quorum (si qua fides augentibus omnia Musis)

Impetus excessit Zephyros, cãdórque pruinas. Id est si poetis credendum est, qui veris semper aliquid addere consueuerunt.

Augendus {αὐξητέος} Participium, siue nomen ex participio. Tacit. lib. 2, Augendæ dominationi certatur.

Ad augendas fruges morigera. Lucret. 5. de Luna.

Auctus, participium {αὐξηθείς} vt, Aucta numero acies. Liu. 8. ab Vrbe.

Pecunia aucta. Cic. pro Cluen.

Animus auctus. Tacit. lib. 18, Titus aucto animo ad patrem peruectus.

Auxilio. Tacit. lib. 5.

Beneficio. Cic. ad Brutum 1. 3, Clodius auctus Antonij beneficio est, eius ipsius beneficij magna pars à te est.

Damno. Terent. Heauton. 4. 1.

Diuitiis & honoribus. Ouid. 2. Trist. 9.

Filia. Tacit. in vita Iulij Agric. Cic. Attic. lib. 1. 1, Auctus filiolo.

Fortunæ auctæ & exaggeratæ. Cic. 4. in Catilinam, Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratásque fortunas vna nox penè delerit.

Honoribus. Cic. 3. de Nat. deor.

Labore aucta pabula grandescunt. Lucret. lib. 2.

Lætitia. Cic. 2. de Finib.

Liberis aucta domus. Seneca in OEdipo, 10. Tacit. libro 3, Auctus liberis.

Creuit mora & aucta est. Id est, in longum producta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5.

Omine auctus. Tacit. lib. 1.

Pecunia. Tacit. lib. 11.

Præda. Cic. 7. Verr.

Societate. Tacit. lib. 20. Ciuili societate Agrippinensium auctos.

Spoliis. Cic. pro Sex. Roscio, Verumetiam vt spoliis Sex. Roscij hoc iudicio ornati auctique discedant.

In falsum aucta. Tacit. lib. 3, Modica de moribus adulescentis, neque in falsum aucta, retulit.

Auctus {αὐξητός} Nomen ex participio. Plaut. Capt. 13, Ægritudo auctior est in animo.

Re, fortunísque auctior. Liu. 3. ab Vrbe.

Auctior adiecto fulgebat sidere mundus. Claud. 2. in Ruffinum.

Auctior animi vis. Lucret. lib. 3.

Auctus, huius auctus {αὔξησις} Verbale. Liu. 4. ab Vrbe, Cuius rei præmium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere. Plin. lib. 4. cap. 12, Auctu immenso aquarum.

Arboris auctus, per periphrasin pro arbore. Lucret. lib. 6.

Auctus dierum. Plin. lib. 2. cap. 19.

Auctus infinitus corporis. Lucret. lib. 2.

Hilarem grandescere ad auctum. Lucret. 2.

Auctum, vocabatur spatium circi quod super definitum modum victoriæ adiungitur. Festus.

Auctio {δημοπρασία} Verbale, est (vt ait Valla lib. 4.) Venditio quædã in publico ac celebri loco. Plaut. Menæch. 24. Vis conclamari auctionem fore quidem? MEN. die septimi Auctio fiet.

Auctio, inquit Nonius, dicitur venditio, quasi quòd & ementem augeat, & vendentem. Plaut. Curcul. Auctionem facio parasiticam.

Auctio hastæ. Sueton in Cæsare. cap. 50.

Hæreditaria auctio. Cic. pro Cecinna.

Regia. Plin. lib. 29 cap. 4.

Auctionem facere. Plaut. Menæch. 24, Auctionem hic faciam, & vendam quicquid est mihi. Cicer. 6. Verr. Quærendum est credo, Heius iste num æs alienum habuerit? num auctionem fecerit?

Facturum se auctionem, proscribere. Cic. pro Quintio.

Proponere auctionem. Quintil. lib 6 cap. 3.

Vendere auctionem, est præconis. Cic. pro Quintio, Negat se alia ratione facturum. quod promisisset non plus sua referre, quàm si quum auctionem venderet, domini iussu quippiam promisisset.

Videre. Cic. Attic. lib. 4. Idibus enim auctionem Lautini video.

Bona alicuius constituta auctione vendere. Cic. pro Sext. Rosc. Idem pro Cecin. Quum esset hæc auctio hæreditaria constituta.

Auctionor, penult. product. auctionaris {κηρύττω, δημοπρατέω} auctionari, deponens. Publicè & ferè sub hasta vendere, non ea quæ ad esum spectant, sed ea quæ ad supellectilem, atque ad alios vsus: nec ferè nisi quæ penes alium in vsu fuerunt. Hæc Valla libro 4. Vulgò *vendre à l'incant*: quasi Sub hasta vendere, antiquo illo Romanorum more. Cicero pro Quintio, Nævius hominem multis verbis deterret ne auctionetur. Ibidem 12, Ait se auctionaturum esse in Gallia.

Auctionarius, adiectiuum {δημοπρατικός.} vt, Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat. Cic. de Lege Agraria. 4, Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis auctionētur. Vide Atria Licinia. in ATRIVM.

Auctionariæ tabulæ. Cic. in Catilin. Meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur, verùm auctionariæ. Romæ verò circum forum, tabernas argentariorum fuisse satis constat. Ad has argentariorum tabernas, auctiones fieri in foro solebant, vt cui quæque res addicta esset,

ita esset, et argentarius expensam pecuniam in tabulas referret. vt ostendit Cic.pro Cæcina. Pecuniam (inquit) argentario promittit Ebutius. Et paulo pòst, Se autem habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit, acceptáque relata. Quintil.lib.11.capit.2, Et forsitan in hoc sunt adiuti, qui auctione dimissa, quid cuique vendidissent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præstitisse Hortensium dicunt. Hoc autem Seneca in prologo Declamationum commemorat his verbis, Hortensius à Sisenna prouocatus in auctione persedit diem totum: & omnes res, & pretia, & emptores, ordine suo recensuit argentariis recognoscentibus, ita vt in nullo fallеretur. Vlpianus in l. Itē videndū. D. De petitione hæreditatis, Item videndum si possessor hæreditatis, venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit: an petitione hæreditatis teneatur, qui nihil habet, nec consequi potest. Sed Labeo putat eum teneri, quia suo periculo malè argentario credidit. Ad easdem tabernas tabulæ figebantur, in quibus quarum rerū auctio futura esset, perscriptum erat. quæ tabulæ, auctionariæ dicebantur: vt in Ciceronis in Catil. exemplo. Hinc tabula Valeria in epistola ad Terentiam, id est, Valerij argentarij, ad cuius tabernam bona Ciceronis auctione vendebantur. Nam ad me (inquit) P. Valerius homo perofficiosus scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Et in epist.ad Attic.lib.12.vbi de Scapulanis hortis loquitur, quos emere cogitabat, vt in iis fanum defunctæ Tulliolæ ædificaret: De hortis (inquit) Scapulanis hoc videtur effici posse, vt præconi subijciantur. id nisi fit, excludemur. sin ad tabulam venimus, vincemus facultatem Othonis nostra cupiditate. Et libro insequēti, Quid vis? inquam. At ego ad tabulam. vt si rectè possem, Scapulanos hortos. Id est, Properabam ad tabulam, ad quam Scapulanorum hortorum auctio futura est. Idem pro Cæcina, Ebutio negotium datur. adest ad tabulam, licetur Ebutius. Deterrentur emptores multi, partim gratia Cesenniæ, partim etiam pretio. fundus addicitur Ebutio. pecuniam argentario promittit Ebutius.

Auctionans, pen.prod. Participium { ἀπεμπολῶν. } Cic. de Lege Agraria, Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter vestra atque hostium castra, hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionantem.

Aucto, auctas { αὐξάνω } auctare, Frequentatiuum. Plaut. Amph.3, Bonóque atque amplo auctare perpetuo lucro.

Auctare & alere. Lucret.lib.1, Vnde omnes natura creet res, auctet alátque.

Auctare aliquem ope. Catull.61.

Auctito, auctitas, pen.corr. { αὐξάνω } auctitare, ab Aucto. vt, Auctitare pecunias fœnore apud Tacitum.

Auctarium { ἐπίδοσις, ἐπίμετρον } dicebant antiqui quod super mensuram vel pondus iustum adijciebatur, vt cumulus vocatur in modio. Hæc Festus. Plaut. Merc.8,

Tanti quanti poscit, vin' tanti emi illam? E. auctarium

Adijcito vel mille nummûm plus quàm poscet.

Auctor, auctoris { αὐτήρ } Verbale.

Auctor rerum, apud Sallustium, pro rerum administratore gestoréque, vt Imperator qui bella gerit. Aliter Tacitus, qui auctorem rerum, historiæ scriptorem vocauit. Nam ita scribit. Matrē Antoniam, non apud auctores rerum, nō diurna actorum scriptura reperio vllo insigni officio functam. Locus Sallustij est, Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorē rerum &c. Nam Imperatorum maiorem esse gloriam intelligit, quàm historiæ scriptorum. Turnebus. Huius fœmininum est Auctrix, teste Seruio lib. 12. Æneid vt, Auctor diuitiarum, auctrix patrimonij. Sic Priscianus lib.5. Vide AVTHOR.

Auctor, communis generis apud antiquos. Festus.

Auctoratus, pen.prod. { ἀπεμπολημένος } Id est vt seruus aut gladiator auctione venditus. Auctoratus (ait Acron) Addictus, condemnatus. Qui se vendunt ludo, auctorati dicuntur. Auctoratio enim dicitur venditio gladiatorū. Hactenus ille. Vide Authoratus, in AVTHOR. Horat. 2.Serm. satyr. 7.

Auctoramentum, Auctoro, & Auctorati milites, Vide in AVTHOR.

Auctificus, penult.corr. adiectiuum { αὐξητικός } vt, Motus auctificus, Incrementum corporis quotidiana humorum accessione. Lucret. libro 2,

Nec porrò rerum genitales, auctificique

Motus perpetuò possunt seruare creata.

Augmen, augminis, n.g. { αὔξησις } Idem quod Auctus substantiuum. Lucret.lib.3, Perfectum corporis augmen.

Augmine donare, pro Augere. Lucret.lib.2.

Augmento, augmentas, augmentare, Idem quod augere. Firmicus lib. 5.cap.6, Vt thesauros suos augmentent, semper in prælijs versabuntur.

AVGEA, siue Augea, pen.prod. { Αὐγεία Stephano } Nomen est duarum vrbium, quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo nauiū meminit Homerus. Altera in Laconia.

AVGIAS { Αὐγείας } Solis nomine, re autem ipsa Phorbantis filius ex Hyrmine Nelei, seu (vt alij) Nyctei, aut Epochi filius, ex cuius oculis aiunt radios tanquam solares micuisse. Hic igitur quum Herculi stabulum illud pacta mercede collocasset, isque purgasset, de mercede tergiuersatus est. Quapropter Phyleus Augiæ filius arbiter assumptus, secundum Herculem pronuntiat. quod pater ægrè ferens illum eiecit, eúsque Dulychium venit. Hæc ex commentariis in Homerum. Sunt qui fabulam sic narrēt, Augias Epirorum siue Elidensium rex fuit, qui cū Heleo rege Piliorum bellū gessit, multa etiam armenta habuit, quorum stabula quū multo stercore essent plena, ad ea vacuanda Herculem misit Eurystheus. Seneca in Hercule furente,4,

Nec ad omne clarum facinus audaces manus

Stabuli fugauit turpis Augiæ labor.

Augificare, Augmentum. Vide AVGEO.

AVGILAE { Αὐγίλαι } Africæ sunt populi, qui nullos deos putauerunt præter defunctorum manes, à quibus responsa petere solebant, sepulcris incubantes, vt Mela aliíque prodiderunt.

Augites { αὐγίτης } Gemma. Plin.lib.37.cap.10, Augites non multis alia videtur esse quàm quæ Callais.

Augur, auguris, penult. correpr. com. gen. { οἰωνοσκόπος, οἰωνιστής } Qui ex auium garritu futura prædicit. Festus, Augur ab auibus. gerendóque dictus: quia per eum auium gestus edicitur. siue ab auium garritu: vnde & Augurium. Seruius, Solebant Augures dum diuinabant, ita agere: primùm designabant lituo spatia, & eis nomina dabant, vt prima pars diceretur Antica, posterior Postica, item dextra & sinistra, atque ita secundum hæc spatia diuinabant. Cic. 13. Philipp. Augur Iouis interpres, & internuntius.

In auibus erant tria diuinationis genera: nam aliæ quidem volatu, aliæ cantu futura prædicebāt: & illæ quidem præpetes, hæ oscines dicebantur. erat & tertium genus ex illarum gustatu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis esca porrigebatur, vt tripudium solistimum inde esset, perniciémque portendebatur, si escam non caperent. De quibus videto multa exempla apud Valerium Max. Cic. ad A. Cecinnam, lib.6.6, Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, vt in nostra disciplina est: nec ex tripudiis solistimis, aut somniis tibi auguror.

Apollo Augur. Horat.1.Carm.ode 2.

Phœbeius augur, pro Amphiarao. Stat.6. Thebaid.

Aquæ augur cornix. Horat.3 Carm. ode 17.

Augur publicus prædicit. Cic. ad Cecin. lib. 6.6, Quo in bello nihil aduersi accidit non prædicente me. Quare quum vt augures & astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te authoritatē augurij & diuinationis meæ, debebit habere fidem nostra prædictio.

Veri prouidus augur. Ouid.12.Metam.

Augures obseruant. In OBSERVO.

Augures auspiciis præsunt. Cicero 1. de Natura deor. Et pro Domo sua.

Auguralis, & hoc augurale, pen.prod. { οἰωνοσκοπικὸς, οἰωνιστικός } Quod ad Augures pertinet. vt, Auguralis cœna, quæ & Adicialis dicitur. Varro 3.de Re rust. cap.6, Primus hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Cic.ad Gallum, lib.7.27, In eas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum.

Augurales libri. Cic.1.de Diuinat.

Auguralia insignia. Liu.10.ab Vrbe.

Porta auguralis. Tacit.lib.2.

Augurale { οἰωνιστήριον } Insigne Augurum, pro lituo accipi arbitror. Seneca de Tranquill. vitæ, cap.11, Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c.

Vir Auguralis, vt vir Consularis Cic.de Claris Orat.

Augurium { οἰωνισμός, οἰωνοσκοπία } Ipsa diuinatio. Virgil.5.Æneid. -magnóque futurum Augurio monstrum. Vbi Seruius, Augurium dictum, quasi Auigerium: quod aues gerunt. Plin.lib.7.cap.56. Augurià ex auibus inuenit Car, à quo Caria appellata. adiecit ex cæteris animalibus Orpheus.

Augurià Romana Cicero dicit coacta esse, quòd augurarentur è pullis in cauea antè fame enectis, & quòd ex offa cadere aliquid oporteret, vt tripudium solistimum fieret: contrà libero vtebatur augurio Deiotarus, qui liberè volantes aues aperto cælo, non clausas cauea spectabat.

Augurium & Auspicium discernuntur: quòd sit auspicium auium inspectio, & quæ ex volatu auium significetur, & vocibus: Augurium autem, rerum omnium coniecturas prudenter ac diligenter amplectitur. Hæc Nonius.

¶ Augurium, pro oraculo. Virg 3.Æneidos,

Da pater augurium, atque animis illabere nostris. Seruius.

Augurium in piscibus. Plin.lib.9.cap.16.

Augurium quoddam futurorum in mentibus inhæret. Cicero 1. Tusculan.

Augurium & diuinatio mea. Cic. Cecinnæ, lib.6.6.

Authoritas augurio continetur. Cicero de Arusp. Ego verò primum habeo authores maiores nostros, qui statas solennésque cæremonias, Pontificatu: rerum benè gerendarum authoritates, Augurio: fatorum veteres prædictiones, Apollinis Vatum libris: portentorum explanationes, Hetruscorum disciplina contineri putauerunt.

Augurium salutis. Cic.1. de Diuinat. P. Claudius Augur Consuli nuntiauit, addubitato salutis augurio, bellum domesticum, triste, ac turbulentum fore.

Fatale. Claudian.lib. 2. de Raptu Proserp.

Inane. Valer.6. Argonaut.

Magnum. Virg.5. Æneidos,

Hinc oculis subitò obiicitur, magnóque futurum

Augurio monstrum, docuit post exitus ingens.

Triste. Virg.5. Æneid.

Accipere augurium. Valer.1. Argon.

Agere. Cic.3. Offi. Quum in arce augurium Augures acturi essent, iussissentque T. Clodium Centimalum, qui &c. Varr.lib.5. De ling. Lati. Augures (inquit) agere augurium dicuntur, quum in eo plura dicant, quam faciant.

Constituere apud aliquem authoritatem sui augurij. Cicero Cecinnæ, lib.6.6.

Dare augurium. Virg.3. Æneid.

Auguria aut oblatiua sunt, quæ non poscuntur: aut impetratiua, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblatiuum est, ideo dixit fortè. Bene autem à columbis Æneæ datur augurium, & Veneris filio & regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunquam solæ sunt, sicut nec reges quidem. Hæc Seruius in illud libro 6.Æneidos,

Vix ea fatus erat, geminæ quum fortè columbæ, &c. Idem etiam tradit in illud lib. 12,

-monstróque fefellit.

Aliquid ad infinitum.Plin.lib.20.cap.21.

Articulos auxerat macies.Ouid.8.Metam. de Fame dea,

Auxerat articulos macies,genuúmque tumebat

Orbis,& immodico prodibant tubere tali. Id est,maiores & eminentiores fecerat.

Beneficium magnum magno cumulo augere. Cic.Silio,13.63,Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.

Beneuolentiam auxit consuetudo.Cic.de Amicitia.

Ciuitatem augere procreatione liberorum. Plaut.Perf.15.

Cognomento augeri. Tacitus lib.12, Agrippina cognomēto Augustæ augetur.

Commodis augere.Cic.11.Philip.Eos non tueri solùm, sed etiam augere commodis debeo.

Culpam suam augere.Plin.Iunior in epist.

Augetur remis cursus euntis aquæ. Id est, citatior fit. Ouid.4.de Ponto,eleg.15.

Dignitatem augere & nomen alicuius. Cic. ad Brutum, lib.11.6, Illud tibi persuadeas velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt,quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturum.

Diuitiis aliquem.Cic.de Lege Agraria contra Rullum.

Dona precibus. Id est,vltra oblatum munus etiam supplicare. Ouid.3.epist.

Exercitationes animi.Cic.1.Offic.

Facta alicuius. Tibul.1.eleg.7.

Fortius aliquid. Plin. libro 22. cap.2, Interim fortius augetur authoritas.

Gratiam.Plin.lib.11.cap.42,Agrigenti maxima, eam augente gratiam fumo qualis in ipsa vrbe conficitur.

Gratulatione populi dies me auxit. Cic.14.Philipp. Vt idem dies non modò me iniquissima inuidia liberet, sed etiā celeberrima pop. Rom.gratulatione auxerit.

Augere hæreditatem,gregem,& pecorum partus.l.Sed & si.in fin. D.de petit hæred.

Honore augeri. Cic.de Arusp.Resp.

Industriam alicuius augere. Terent.in prologo Adelph.

Inuidiam. Tacit.lib.12.

Iracundiam alterius. Terent.Adelph.1.2.

Lætitia augeri.Cic.2.de Finib.

Largitione augere.Tacit.lib.13.

Liberalitate quempiam. Tacit.lib.3.

Linguam Latinam. Cic.de Fato.

Linguam copia verborum.Cic.1.Acad.

Memoriam immortalem posteritatis.Cic.

Molestiam. Cic pro Flacco,Minuis, inquit gloriam Pompeij, imò tu auges molestiam.

Munificè augere.In MVNVS.

Munus verbis. Cic.2. Offic. Neque verò verbis auget suum munus, siquo forte fungitur, sed etiam extenuat. Hic augere & extenuare opposuit.

Largitatem muneris augere. Cic.de Claris Orat. Vt impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris.

Cumulatius aliquod munus. Cic.in Orat.

Nominibus imperatoriis aliquem. Tacit.lib.7, Tiberium Neronem & Clodium Drusum priuignos imperatoriis nominibus auxit.

Numerum.Plaut.Amphit.4. Liu.de Hercule.

Numerum diuorum altaribus. Virgil.7.Æneid.

Opes. Cic.de Amic.

Opes per scelus.Ouid.2.Fast.

Opinionem.Cæsar 5 bel.Gal. Timorísque opinionem quibuscunque poterat rebus augebat.

Pecorum partus.Vide suprà Augere hæreditatem,&c.

Peculium.Plaut.Mostell.12.5.

Pretia rerum commentis.Plin.lib.12.cap.19.

Religione merces.Plin.lib.12.cap.14.

Rem.Horat.1.epist.7. Cic.2.Offic.

In augenda re festinare & obrui.Horat.1.epist.17.

Rem augere laudando,& Vituperando rursus affligere,contraria. Cic.de Claris Oratoribus.

Rempublicam & imperium. Cic.pro Sext.Roscio.

Robur florentibus auximus annis. Sil. 16. Verba sunt Scipionis.

Scientia aliquem. Cic.1.Offic.

Spem.Cæsar 2 bel.Ciuil.

Spiritu cælesti augeri. Cic.de Arusp. respons.

Suspicionem rei alicuius.Cic.6.Verr. Eius ipsius cupiditatis cuius insimularetur, suspicionem augeret.

Terram imbribus dicitur aer. Cic.2.de Nat.deor.

Terrorem.Cæsar 3 bel. Ciuil.

Vectigalia belli. Cæsar 1.bel.Ciuil.

Vias fortunæ augere, Augere vias,rationésque excogitare ad diuitias opésque acquirendas. Propert.3.eleg.7.

Vires augentur. Ouid.9.Metam.

Vires auxit fortuna nocendi.Stat.6.Thebaid.

Augesco,augescis {αὐξάνω} augescere,idem quod passiuum Augeri,nisi quòd vim quandam habet paulò maiorem,& magis efficacem. Terent. Heaut.3.1,

Nam mihi quidem quotidie augescit magis

De filio ægritudo. Cic.2.de Nat.deor. Ea temperatione caloris & oriri & augescere.

Augescere incrementis.Liu.7.belli Pun. Asdrubal quum hostium res tacitis augescere incrementis cerneret,suas.&c.

Augescunt & pubescunt animantes. Cic.2.de Nat.deor. In Lunæ quoque cursu est & brumæ quædam & solstitij similitudo, multáque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augescántque & pubescant, maturitatémque assequantur, quæ oriuntur è terra.

Augescunt corpora, vuæ,& similia: pro, crescunt & maiora fiunt. Plin.lib.11.cap.54. Cic.de Senect. Itaque ineunte Vere in his quæ relicta sunt existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur: à qua oriens vua sese ostendit, quæ & succo terræ, & calore Solis augescens, primò est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Augescunt aliæ gentes,aliæ minuuntur. Lucret.lib.2.

Augifico, augificas, idem quod Augeo.Antiquum. Ennius Andromacha, Quid fit seditio? tabésne an numeros augificat suos? Nonius.

Augens,augentis,Participium {αὔξων} Cic.de Fato,t,Quia pertinet ad mores quod ἦθος illi vocant, nós eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Musæ augentes omnia Claudian.4 Paneg.

Quorum (si qua fides augentibus omnia Musis)

Impetus excessit Zephyros, cādórque pruinas. Id est si poetis credendum est,qui veris semper aliquid addere consueuerunt.

Augendus {αὐξητέος} Participium, siue nomen ex participio. Tacit.lib. 2, Augendæ dominationi certatur.

Ad augendas fruges morigera.Lucret.5.de Luna.

Auctus,participium {αὐξηθείς} vt, Aucta numero acies.Liu.8.ab Vrbe.

Pecunia aucta.Cic.pro Cluen.

Animus auctus. Tacit.lib. 18, Titus aucto animo ad patrem peruectus.

Auxilio.Tacit lib.5.

Beneficio.Cic.ad Brutum 1.3, Clodius auctus Antonij beneficio est,eius ipsius beneficij magna pars à te est.

Damno.Terent.Heauton.4.1.

Diuitiis & honoribus.Ouid.2.Trist.9.

Filia.Tacit.in vita Iulij Agric. Cic.Attic.lib.1.1,Auctus filiolo.

Fortunæ auctæ & exaggeratæ.Cic.4.in Catilinam.Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute stabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratásque fortunas vna nox penè deleuit.

Honoribus.Cic.3.de Nat.deor.

Labore aucta pabula grandescunt.Lucret.lib.2.

Lætitia.Cic.2.de Finib.

Liberis aucta domus.Seneca in OEdipo,10. Tacit.libro 3,Auctus liberis.

Creuit mora & aucta est. Id est,in longum producta. Ouid.4. de Ponto,eleg.5.

Omine auctus.Tacit.lib.1.

Pecunia.Tacit.lib.11.

Præda.Cic.7.Verr.

Societate. Tacit.lib.20. Ciuili societate Agrippinensium auctos.

Spoliis.Cic.pro Sex.Roscio,Verumetiam vt spoliis Sex.Roscij hoc iudicio ornati auctique discedant.

In falsum aucta.Tacit.lib.3, Modica de moribus adulescentis,neque in falsum aucta,retulit.

Auctus {αὐξηθείς} Nomen ex participio. Plaut. Capt.13, Ægritudo auctior est in animo.

Re,fortunísque auctior.Liu.3.ab Vrbe.

Auctior adiecto fulgebat sidere mundus.Claud.2.in Ruffinum.

Auctior animi vis.Lucret.lib.3.

Auctus, huius auctus {αὔξησις} Verbale.Liu.4.ab Vrbe,Cuius rei premium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere. Plin. lib.4.cap.12,Auctu immenso aquarum.

Arboris auctus,per periphrasin pro arbore.Lucret.lib.6.

Auctus dierum.Plin.lib.2.cap.19.

Auctus infinitus corporis.Lucret.lib.2.

Hilarem grandescere ad auctum.Lucret.2.

Auctum, vocabatur spatium circi quod super definitum modum victoriæ adiungitur. Festus.

Auctio {δημοπρασία} Verbale,est (vt ait Valla lib.4.) Venditio quædā in publico ac celebri loco.Plaut.Menæch.24, Vis conclamari auctionem fore quidem? MEN.die septimi Auctio fiet.

Auctio,inquit Nonius, dicitur venditio, quasi quòd & ementem augeat, & vendentem. Plaut. Curcul. Auctionem facio parasiticam.

Auctio hastæ.Sueton in Cæsare.cap.50.

Hæreditaria auctio.Cic.pro Cecinna.

Regia.Plin.lib.29.cap.4.

Auctionem facere. Plaut. Menæch.24, Auctionem hic faciam, & vendam quicquid est mihi. Cicer. 6. Verr. Quærendum est credo, Heius iste num æs alienum habuerit? num auctionem fecerit?

Facturum se auctionem,proscribere.Cic.pro Quintio.

Proponere auctionem.Quintil.lib.6.cap.3.

Vendere auctionem,est præconis.Cic.pro Quintio, Negat se alia ratione facturum, quod promisisset non plus sua referre, quàm si quum auctionem venderet, domini iussu quippiam promisisset.

Videre.Cic.Attic.lib.4. Idibus enim auctionem Laurini video.

Bona alicuius constituta auctione vendere. Cic.pro Sext. Rosc. Idem pro Cecin. Quum esset hæc auctio hæreditaria constituta.

Auctionor, penult.product. auctionaris {κηρύττω, δημοπρατῶ} auctionari, deponens. Publicè & ferè sub hasta vendere, non ea quæ ad esum spectant, sed ea quæ ad supellectilem, atque ad alios vsus: nec ferè nisi quæ penes alium in vsu fuerunt. Hæc Valla libro 4. Vulgò *vendre à l'encant*: quasi Sub hasta vendere, antiquo illo Romanorum more. Cicero pro Quintio, Næuius hominem multis verbis deterret ne auctionetur. Ibidem 12,Ait se auctionatum esse in Gallia.

Auctionarius, adiectiuum {δημοπρατικός} vt, Auctionaria atria, in quibus auctio fiebat.Cic.de Lege Agraria.4,Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis auctionētur. Vide Atria Licinia, in ATRIVM.

Auctionariæ tabulæ. Cic.in Catilin. Meo beneficio tabulæ nouæ proferuntur, verùm auctionariæ. Romæ verò circum forum, tabernas argentariorum fuisse satis constat. Ad has argentariorum tabernas, auctiones fieri in foro solebant, vt cui quæque res addicta esset,

ita esset, et argentarius expensam pecuniam in tabulas referret. vt ostendit Cic.pro Cæcina.Pecuniam (inquit)argentario promittit Ebutius. Et paulo post, Se autem habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit,acceptáque relata. Quintil.lib.11.capit.2. Et forsitan in hoc sunt adiuti,qui auctione dimissa, quid cuique vendidissent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præstitisse Hortensium dicunt. Hoc autem Seneca in prologo Declamationum commemorat his verbis, Hortensius à Sisenna prouocatus in auctione persedit diem totum: & omnes res,& pretia ,& emptores, ordine suo recensuit argentariis recognoscentibus, ita vt in nullo fallerctur. Vlpianus in l.Ité videndú. D.De petitione hæreditatis,Item videndum si poss. ssor hæreditatis,venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit,an petitione hæreditatis teneatur,qui nihil habet,nec consequi potest.Sed Labeo putat eum teneri,quia suo periculo malè argentario credidit. Ad easdem tabernas tabulæ figebantur, in quibus quarum rerú auctio futura esset, perscriptum erat. quæ tabulæ,auctionariæ dicebantur: vt in Ciceronis in Catil. exemplo. Hinc tabula Valeria in epistola ad Terentiam, id est,Valerij argentarij, ad cuius tabernam bona Ciceronis auctione vendebantur. Nam ad me(inquit) P.Valerius homo perofficiosus scripsit, id quod ego maximo cum fletu legi,quemadmodum à Vesta ad tabulam Valeriam ducta esses. Et in epist.ad Attic.lib.12.vbi de Scapulanis hortis loquitur,quos emere cogitabat, vt in iis fanum defunctæ Tulliolæ ædificaret: De hortis(inquit)Scapulanis hoc videtur effici posse,vt præconi subuciantur.id nisi fit,excludemur.sin ad tabulam venimus, vincemus facultatem Othonis nostra cupiditate. Et libro insequenti, Quid vis? inquam.At ego ad tabulam.vt si rectè possem, Scapulanos hortos.Id est,Properabam ad tabulam.ad quam Scapulanorum hortorum auctio futura est. Idem pro Cæcina, Ebutio negotium datur. adest ad tabulam:licetur Ebutius. Deterrentur emptores multi, partim gratia Cæsenniæ, partim etiam pretio. fundus addicitur Ebutio. pecuniam argentario promittit Ebutius.

Auctionans,pen.prod. Participium { ἀπαγορεύων } Cic. de Lege Agraria,Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter vestra atque hostium castra, hasta posita, cum suis formosis finitoribus auctionantem.

Aucto,auctas { αὐξάνω } auctare,Frequentatiuum.Plaut.Amph.3, Bonóque atque amplo auctare perpetuo lucro.

Auctare & alere.Lucret.lib.1,Vnde omnes natura creet res,auctet alátque.

Auctare aliquem ope.Catull.61.

Auctito,auctitas,pen.corr.{ πολυαυξάνω } auctitare,ab Aucto.vt,Auctitare pecunias fœnore apud Tacitum.

Auctarium { ἐπίδοσις,ἐπίμετρον } dicebant antiqui quod super mensuram vel pondus iustum adiciebatur, vt cumulus vocatur in modio. Hæc Festus.Plaut.Merc.8,

Tanti quanti poscit,vin' tanti emi illam? C. auctarium
Adiicito vel mille nummûm plus quàm poscet.

Auctor,auctoris { αὐξητής } Verbale.

Auctor rerum, apud Sallustium , pro rerum administratore gestoréque, vt Imperator qui bella gerit. Aliter Tacitus,qui auctorem rerum,historiæ scriptorem vocauit. Nam ita scribit.Matré Antoniam, non apud auctores rerum , nó diurna actorum scriptura reperio vllo insigni officio functam. Locus Sallustij est, Ac mihi quidem , tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctoré rerum &c. Nam Imperatorum maiorem esse gloriam intelligit , quàm historiæ scriptorum. Turnebus. Huius fœmininum est Auctrix , teste Seruio lib. 12. Æneid.vt, Auctor diuitiarum,auctrix patrimonij.Sic Priscianus lib.5. Vide AVTHOR.

Auctor,communis generis apud antiquos.Festus.

Auctoratus,pen.prod.{ ἀπομισθωτός }Id est vt seruus aut gladiator auctione venditus. Auctoratus (ait Acron) condemnatus. Qui se vendunt ludo,auctorati dicuntur. Auctoratio enim dicitur venditio gladiatorú.Hactenus ille. Vide Authoratus,in AVTHOR. Horat. 2.Serm. satyr. 7.

Auctoramentum, Auctoro,& Auctorati milites, Vide in AVTHOR.

Auctificus,penult.corr.adiectiuum { αὐξητικός } vt,Motus auctificus,Incrementum corporis quotidiana humorum accessione. Lucret. libro 2,

Nec porrò rerum genitales,auctificíque
Motus perpetuò possunt seruare creata.

Augmen,augminis,n.g.{ αὔξημα } Idem quod Auctus substantiuum.Lucret.lib.3,Perfectum corporis augmen.

Augmine donare,pro Augere.Lucret.lib.1.

Augmento, augmentas,augmentare, Idem quod augere. Firmicus lib. 5.cap.6, Vt thesauros suos augmentent , semper in prælijs versabuntur.

AVGIA, siue Augea, pen.prod.{ Αὐγεία Stephano } Nomen est duarum vrbium,quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo nauiú meminit Homerus. Altera in Laconia.

AVGIAS { Αὐγέας } Solis nomine,re autem ipsa Phorbantis filius ex Hyrmine Nelei , seu (vt alij) Nyctei , aut Epochi filius , ex cuius oculis aiunt radios tanquam solares micuisse. Hic igitur quum Herculi stabulum illud pacta mercede collocasset, ísque purgasset,de mercede tergiuersatus est. Quapropter Phyleus Augiæ filius arbiter assumptus, secundum Herculem pronuntiat. quod pater ægrè ferens illum eiecit,eiectúsque Dulychium venit.Hæc ex commentariis in Homerum. Sunt qui fabulam sic narrét, Augias Epirorum siue Elidensium rex fuit, qui cú Heleo rege Piliorum bellú gessit,multa etiam armenta habuit,quorum stabula quú multo stercore essent plena, ad ea vacuanda Herculem misit Eurystheus. Seneca in Hercule furente,4,

Nec ad omne clarum facinus audaces manus
Stabuli fugauit turpis Augiæ labor.

Augificare,Augmentum. Vide AVGEO.

AVGILAE { Αὔγιλαι } Africæ sunt populi , qui nullos deos putauerunt præter defunctorum manes , à quibus responsa petere solebant, sepulcris incubantes, vt Mela aliíque prodiderunt.

Augites { αὐγίτης } Gemma.Plin.lib.37.cap.10 , Augites non multis alia videtur esse quàm quæ Callais.

Augur,auguris, penult. correpr.com. gen. { οἰωνοσκόπος,οἰωνιστής } Qui ex auium garritu futura prædicit. Festus,Augur ab auibus. gerendóque dictus : quia per eum auium gestus edicitur. siue ab auium garritu:vnde & Augurium. Seruius,Solebant Augures dum diuinabant, ita agere : primùm designabant lituo spatia , & eis nomina dabant, vt prima pars diceretur Antica,posterior Postica, item dextra & sinistra,atque ita secundum hæc spatia diuinabant. Cic. 13.Philipp. Augur Iouis interpres,& internuncius.

In auibus erant tria diuinationis genera : nam aliæ quidem volatu,aliæ cantu futura prædicebát : & illæ quidem præpetes, hæ oscines dicebantur.erat & tertium genus ex illarum gustatu , quum pullis gallinaceis è cauea deprompta esca porrigebatur , vt tripudium solistimum inde esset, perniciésque portendebatur , si escam non caperent. De quibus videto multa exempla apud Valerium Max. Cic. ad A. Cecinnam,lib.6.6,Non igitur ex alitis volatu , nec ex cantu sinistro oscinis , vt in nostra disciplina est : nec ex tripudiis solistimis, aut somniis tibi augurot.

Apollo Augur.Horat.1.Carm.ode 2.
Phœbeius augur,pro Amphiarao.Stat.6.Thebaid.
Aquæ augur cornix.Horat.3 Carm.ode 17.

Augur publicus prædicit. Cic. ad Cecin. lib. 6.6, Quo in bello nihil aduersi accidit non prædicente me. Quare quum vt augures & astrologi solent , ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te authoritaté augurij & diuinationis meæ, debebit habere fidem nostra prædictio.

Veri prouidus augur. Ouid.12.Metam.
Augures obseruant. In OBSERVO.

Augures auspiciis præsunt. Cicero 1. de Natura deor. Et pro Domo sua.

Auguralis,& hoc augurale , pen.prod. { οἰωνοσκοπικός,οἰωνιστικός } Quod ad Augures pertinet. vt , Auguralis cœna , quæ & Adicialis dicitur. Varro 3.de Re rust. cap.6,Primus hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Cic.ad Gallum , lib.7.27, In eas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum.

Augurales libri.Cic.1.de Diuinat.
Auguralia insignia.Liu.10.ab Vrbe.
Porta auguralis. Tacit.lib 2.

Augurale { οἰωνιστήριον } Insigne Augurum,pro lituo accipi arbitror. Seneca de Tranquill.vitæ,cap.11, Quæ dignitas,cuius non prætextam, & augurale,&c.

Vir Auguralis, vt vir Consularis Cic.de Claris Orat.

Augurium { οἰωνοσκοπία,οἰωνισμός } Ipsa diuinatio. Virgil.5.Æneid. -magnóque futurum Augurio monstrum. Vbi Seruius , Augurium dictum,quasi Augerium: quod aues gerunt. Plin.lib.7.cap.56.Auguria ex auibus inuenit Car, à quo Caria appellata.adiecit ex cæteris animalibus Orpheus.

Auguria Romana Cicero dicit coacta esse , quòd augurarentur è pullis in cauea antè fame enectis , & quòd ex offa cadere aliquid oporteret, vt tripudium solistimum fieret : contrà libero vtebatur augurio Deiotarus, qui liberè volantes aues aperto cælo , non clausas caueа spectabat.

Augurium & Auspicium discernuntur : quòd sit auspicium auium inspectio, & quæ ex volatu auium significetur, & vocibus:Augurium autem, rerum omnium coniecturas prudenter ac diligenter amplectitur. Hæc Nonius.

¶ Augurium,pro oraculo. Virg 3.Æneidos,
Da pater augurium,atque animis illabere nostris. Seruius.

Augurium in piscibus.Plin.lib.9 cap.16.

Augurium quoddam futurorum in mentibus inhæret. Cicero 1. Tusculan.

Augurium & diuinatio mea.Cic.Cecinnæ,lib.6.6.

Authoritas augurio continetur. Cicero de Arusp. Ego verò primum habeo authores maiores nostros , qui statas solennésque cæremonias, Pontificatu : rerum benè gerendarum authoritates , Augurio : fatorum veteres prædictiones , Apollinis Vatum libris : portentorum explanationes , Hetruscorum disciplina contineri putauerunt.

Augurium salutis. Cic.1. de Diuinat. P. Claudius Augur Consuli nuntiauit,addubitato salutis augurio, bellum domesticum, triste,ac turbulentum fore.

Fatale.Claudian.lib.2.de Raptu Proserp.
Inane.Valer.6.Argonaut.
Magnum.Virg.5.Æneidos,
Hinc oculis subitò obiicitur,magnóque futurum
Augurio monstrum,docuit post exitus ingens.
Triste. Virg.5.Æneid.
Accipere augurium. Valer.1.Argon.

Agere.Cic.3.Offi. Quum in arce augurium Augures acturi essent, iussissentque T. Clodium Centimalum,qui &c. Varr.lib.5. De ling. Latin. Augures (inquit)agere augurium dicuntur, quùm in eo plura dicant,quam faciant.

Constituere apud aliquem authoritatem sui augurij. Cicero Cecinnæ,lib.6.6.

Dare augurium. Virg.3.Æneid.

Auguria aut oblatiua sunt, quæ non poscuntur : aut impetratiua, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblatiuum est , ideo dixit fortè. Benè autem à columbis Æneæ datur augurium , & Veneris filio & regi. Nam ad reges pertinet colombarum augurium : quia nunquam solæ sunt , sicut nec reges quidem. Hæc Seruius in illud libro 6.Æneidos,

Vix ea fatus erat,geminæ quum fortè columbæ,&c. Idem etiam tradit in illud lib. 12,
-monstróque fefellit.

Augura, pro auguria dixisse veteres probat Nonius ex Accio.

Auguro, auguras, pen. corr. {οἰωνοσκοπῶ, οἰωνίζομαι} & Auguror, auguraris, augurari, Diuinare. Virg. 7. Æneid. Et si quid veri mens augurat opto. Vbi Seruius, Auguro dicimus secundum Plinium, quum præsagio mentis futura colligimus. Auguror verò tunc quum futura veris captamus auguriis. Cic. 2. de Natura deorum, Augurandarum rerum causa. Plaut. Cistel. 10, Aspice, oculis inuestiga, astutè augura.

Augurare & diuinare. Cic. 1. de Diuinat. Et in Persis augurant & diuinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi.

Auguror his tua numina flecti. Ouid. 4. de Ponto.

Augurari coniectura. Cic. 1. de Orat. Ego enim quantum auguror coniectura, quantáque ingenia in nostris hominibus esse video, non despero, &c.

Opinione. Cic. pro Muræna, Ac te, quantum ego opinione auguror, iam vsus flectet, ætas leniet.

De aliquo. Cic. in Orat. Sed quid de illo augurer, libet dicere.

Ex auis volatu. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. Vide Augur publicus.

Augurari futura. Cic. 1. de Diuinat. Idque (vt modò dixi) facilius euenit appropinquante morte, vt animi futura augurentur.

Mortem suam. Cic. 1. Tuscul. Veréque ei qui venenum præbuerat, mortem est eam auguratus, quæ breui consequuta est.

Augurare sibi annos. Valerius 3. Argonaut.

Sacerdotésque vincta virgetaq; & salutem populi augurauto. Cic. 2. de Legib.

Auguratus, pen. prod. Participium, {οἰωνισθείς} Cic. in Vatinium, In illo augurato templo ac loco.

Augurato, vt Auspicato {οἰωνισμένως} Liu. 1. Decad. lib. 1, Accitus Numa, sicut Romulus augurato in vrbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consuli iussit. Alibi Inaugurato dixit.

Auguratus, huius auguratus, pen. prod. aliud Verbale {οἰωνεία} Auguralis dignitas. Cic. 1. de Diuinatione, Cuius quum tetaret scientiam auguratus, dixit ei cogitare se quidquam.

Auguratio, Verbale {οἰωνισμός} Cicero 2. de Diuin. Quæ tandem ista auguratio est, ex passeribus, annorum potius, quàm aut mensium aut dierum?

Auguraculum {οἰωνιστήριον} Veteres dicebāt quam nos Arcem vocamus: quòd ibi augures publicè auspicarentur. Festus. Scribit Hyginus in lib. De castris metandis, in castris Romanorum fuisse auguraculum, quod Tacitus augurale vocat.

Augurius, a, um {οἰωνιστικός} Idem quod Auguralis. Cic. 2. Fam. Quum ipsam cognitionem iuris Augurij consequi cupio.

AVGVSTA Cæsarea {καισάρεια αὐγοῦστα} vulgò *Saragoça*, Vrbs est Hispaniæ citerioris. ¶ Est & Augusta Treuerorum, vrbs Galliæ Belgicæ, vulgò *Treuers, Trier*. ¶ Itē Augusta Emerita ciuitas Hispaniæ in Lusitania. ¶ Præterea Augusta Gemella in Hispania. Authores Strabo & Plin. ¶ Est postremò Augusta Vindelicorum, vulgò *Augspurg*.

¶ Augusta firma, Bæticæ oppidū. Plin. lib. 3. cap. 1, Singulis fluuius in Bætin, quo dictum est ordine irrumpens, Astigitanam coloniam alluit, cognomine Augustam firmam, ab ea nauigabilis.

AVGVSTAE {αὐγοῦσται} Coniuges dicebantur Imperatorum: Diuæ autem post mortem tantùm. Augustarum nomina hæc sunt, Liuia Augusti, Agrippina Agrippæ, Lepida Galbæ, Pōpeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ quas enumerat Volaterranus lib. 14.

Augustalis, Vide AVGVSTVS.

AVGVSTODVNVM, pen. prod. {αὐγουστόδουνον} Heduorum vrbs in Gallia. Pomponius author. Vulgò *Austun*.

AVGVSTORITVM {αὐγουστόριτον} Pictonum vrbs, Ptolemæo. vulgò *Poictiers*.

AVGVSTVS, {αὐγουστος, σεβαστός} primus dictus est Octauius Romanorum Imperator: à quo alij dicti sunt postea Augusti, quasi augurio consecrati. Suetonius in Augusto, cap. 7, Postea C. Cæsaris, & deinde Augusti cognomen assumpsit: alterum testamento maioris auunculi: alterum Munatij Planci sententia, quum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere, quasi & ipsum conditorem vrbis, præualuisset, vt Augustus potius vocaretur, non tantùm nouo, sed etiam ampliore cognomine, quòd loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, Augusta dicantur, ab auctu, vel ab auium gestu gustúve: sicut etiam Ennius docet scribens,

Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Belliger Augustus trepidas laxauerat Alpes. Clau. 5. Paneg.

Augustus Cæsar diuûm genus. Virgil. 6. Aeneid.

Augustus pater & princeps. Horat. Hic ames dici pater atque princeps. Ideo dicit, quòd Augustus pater patriæ appellatus fuit, atque etiam ante hoc cognomen senator erat, & nomine principis Rempublicam sub ditionem accepit suam. Tacitus, Lepidi atque Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta discordijs ciuilibus fessa nomine principis sub imperium accepit. Nomen autem illud sumpsit eorum imitatione, qui principes (vt reor) senatus legebantur, aut quòd senatores principes dicerentur. Turneb.

Adde, Augustum & Cæsarem id habere discriminis (author est Ammianus Marcellinus) vt Augusti hi dicantur, qui nunc regnant, & ab senatu Imperatoris nomine honestati sunt. at Cæsares dicuntur, qui ab ipso Augusto electi sunt ad regendam aliquam prouinciam cum Cæsaris honore tantùm, donec Augustus vixerit, post eius mortem successuri in imperio.

Augustus, Adiectiuum, {σεβάσμιος} vt, Sedes augusta. Virgilius 4. Georgicorum,

Siquando sedem augustam, seruatáque mella

Thesauris relines. Vbi Seruius, Sedem augustam, Id est aluearia. Et propriè augustum, est tectum augurio consecratum. Abusiuè, nobile, quasi maiestatis plenum. Stat. 4. Sylu. 2. Ouid. 1. Fastorum,

Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur

Templa, sacerdotum ritè dicata manu.

Caput augustum. Ouid. 15. Metam. de Cæsare Augusto.

Fons sanctus & augustus. Cic. 5. Tusculanar. Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto augustóque fonte nostra omnis manabit oratio.

Forma viri augustior. Liu. in 1. de Euandro & Hercule loquens, Formam viri intuens aliquantum ampliorem, augustioremque humana. Id est, maiestatis plenam, ad similitudinem diuinitatis habens.

Grauitas augusta. Ouid. 6. Metam.

Locus augustus, ab auium gestu, id est, quia ab auibus significatus est, sic dictus: siue ab auium gustatu, quia aues pastæ id ratum fecere. Festus.

Augustus mensis, dictus est ab Augusto imperatore, quum prius Sextilis vocaretur: quemadmodum Iulius mensis prius Quintilis dicebatur. Sueton. in Augusto, cap. 31, Annum à diuo Iulio ordinatum, sed postea negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristinam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem mensem è suo cognomine nuncupauit, magis quàm Septembrem, quo erat natus: quia hoc sibi & primus Cōsulatus, & insignes victoriæ obtigissēt.

Augusta mœnia. Virgil. 7. Æneidos.

Centum oratores augusta ad mœnia regis

Ire iubet. Vbi Seruius, Augusta mœnia, augurio consecrata. Hinc paulo pòst illud est, Tectum augustum ingens. Et nisi in augusto loco Senatus haberi non poterat. Vnde templum Vestæ non fuit augurio consecratum, ne illuc conueniret Senatus, vbi erant virgines.

Augusta papyrus, ab Augusto cognominata. Vide Plinium lib. 13. cap. 11.

Sacra augusta. Ouid. 1. Fast.

Templa. Ouid. 1. Fast.

Augustissimus. Statius 4. Sylu. 8,

Ergo quòd Ausoniæ pater augustissimus vrbis,

Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, &c.

Augustè, Aduerbium {σεβασμίως} vt, Augustè factum, Id est cum augurio siue captato augurio factum.

Augustè & sanctè consecratus. Cic. 2. de Natura deor. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem nostri maiores augustè sanctéque Liberum cum Cerere & Libera consecrauerunt: quod quale sit, ex mysterijs intelligi potest.

Augustè & sanctè venerari. Cic. 3. de Natur. deorum, Dicamus igitur Balbe oportere contra illos etiam, qui hos deos ex hominum genere in cælum translatos, non re, sed opinione esse dicunt, quos augustè sanctéque veneramur.

Dicere de religione augustius. Cic. de Claris Orat.

Augustalis, pen. prod. {σεβαστικός} Adiectiuum.

Augustales Vegetius Rei militaris lib. 2, nuncupatos testatur eos qui primos ordines in bella ducebāt, quòd ab Augusto ad id muneris essent adiuncti.

Augustalis Claudius, apud Columellam lib. 11. cap. 1.

Augustale, augustalis {αὐγουστεῖον} Est, vt ait Quint. lib. 8. cap. 2, tabernaculum ducis.

A V I

Auia, Vide AVVS.

AVIA, vel potius Liuia, vrbs Hispaniæ Ptolemæo, vulgò *Villalua*.

¶ Auia, Fluuij nomen circa Phæneum campum, de quo Strabo libro 9.

Auiarium, Auicula, Auicularius. Vide AVIS.

AVIDIENVS, pen. prod. Viri proprium nomen apud Horat. qui fuit diues, sed sordidus ac parcus. Horat. 2. Serm. sat. 2, Auidienus

Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret.

Auidus pen. prod. {φιλάργυρος, ἄπληστος} Adiectiuum ab aueo, vt Cupidus à cupio. Terent. Heaut. 3. 2, Sed habet patrem quendā auidum, miserum, atque aridum.

Auidus & liberalis, contraria. Cic. pro Rosc. Com. Quid est hoc? probus improbum, pudens impudentem, periurum castus, callidum imperitus, liberalis auidum. Subaudi fraudauit.

Auidus & Auarus quomodo differant, vide in AVARVS.

Auidior ad rem aliquantum. Terent. Eunuch. 1. 2.

Auidus in pecunijs locupletium. Cic. 5. Philipp.

Mens belli auida. Ouid. epist. 7.

Cædis auidissima propago. Ouid 1. Metam.

Auidus cibi. Terent. Eunucho, 2. 4.

Auidior gloriæ. Cicero ad Dolabellam, libro 9. 14, Sum enim auidior etiam quàm satis est, gloriæ. Sic pro Marcello, Auidissimus gloriæ.

Auidus nouitatis. Plin. lib. 12. cap. 1, Vt est natura hominum nouitatis auida.

Auidus interficiendi alicuius. Tacit. lib. 13.

Parandi diuitias auidus. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

Non ego diuitias auidus siue fine parandi

Latum mutandis mercibus æquor aro.

Voluptatis auidæ libidines. Cic. de Senectute, Archita Tarentinus nullam capitaliorem pestem, quàm corporis voluptatem hominibus dicebat à natura datam: cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Amor auidus. Catullus epigram. 63.

Amplexus auidi. Ouid. 7. Metam.

Animus appetens & auidus. Cic. 2. de Oratore, Siquid persequare acrius, vt inuitus & coactus facere videare, facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non auidi signa proferri perutile est.

Aures auidæ & capaces. Cic. in Orat. Ipse Demosthenes, qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitúmque desiderant.

Canes auidi. Ouidius in Ibin.

Et scindent auidi perfida corda canes.

Charybdis

Charybdis auida. Ouid. 4. Metamorph. Auida, quoniam naues deuorat.
Conuiuæ auidi Horat. 1. Serm. sat. 5.
Corde auido ferre gaudia. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Dente auido conuellere dentes. Ouid. 11. Metam.
Auidus deus. Id est, Pluto. Ouid. ad Liuiam, 88, Mutarunt auidi tristia iura dei.
Flammæ. Ouid. 9. Metam.
Hæres. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Ignis. Ouid. epist. 4.
Leones. Ouid. epist. 9.
Lupus. Ouid. 1. Fast.
Manus hæredis auidæ. Horat. 4. Carm. ode 7.
Manus subitis auidæ. Tacit. lib. 17. Seruorū manus subitis auidæ.
Mare. Horat. Carm. ode 28.
Miles auidus eruendæ ciuitatis. Tacit. lib. 20.
Auidi mores. Plaut. Trinum. 11. 6.
Pectus. Ouid. 9. epist.
Porca. Horat. 3 Carm. ode 23.
Rapina auida. Ouid. 1. Trist. eleg. 10.
Auida sitis. Martialis lib. 1. ad Licianum de Hispaniæ locis.
Spiritus auidus. Horat. 2. Carm. ode 2,
Latius regnes auidum domando Spiritum.
Tigris auida. Lucan. lib. 6. Auida, scilicet sanguinis.
Vulcanus. Hor. 3. Carm. ode 4. Auidus, id est incensus ad pugnā. Porphyrius. Auidum Vulcanum dixit, propter ignis auiditatem.
Captare auidis auribus Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Cognoscere auidus. Id est, auidus ad cognoscēdum, aut vt cognoscat. Ouid. 10. Metam.
Videndi auidus. Ouid. 10. Metam.
¶ Auidus, pro Magno, quòd auidi sit plus appetere, nec paruo cōtentum esse. Hinc Auida pars apud Lucretium, vbi ait,
Principio quantum cæli tegit impetus ingens,
Inde auidam partem montes syluæque ferarum
Possedere. Auidam partem, id est, Magnam, ait Turnebus.
Auiditas, penult. corrept. {πλεονεξία, ἐπιθυμία, ἐπιθυμητικόν} Denominatiuum. Cic. 3. de Finib. Erat enim (vt scis) in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. De Catone loquitur.
Auiditas ad aliquid faciendum. Plin. lib. 17. cap. 18.
Auiditas ad cibos. Plin. lib. 10 cap. 16.
Auiditas diripiendi. Plin. lib. 12. cap. 14.
Ieiuna auiditas. In IEIVNVS.
Infinita auiditas gloriæ. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Sed me quædam tenet, propter singularem amorem, infinita in te auiditas gloriæ.
Auiditates fœminarum. Plin. lib. 10. cap. 21.
Auiditate inflammatus. Cic. 2. Offic. Iustitia eas res spernit & negligit, ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur.
Auiditatem incitare. In INCITO.
Inhibere. In INHIBEO.
Auidè, aduerbium {ἐπιθυμητικῶς} Cic. de Senect. Græcas literas senex didici: quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Verba sunt Catonis.
Auidè appetere. Cic. de Senect.
Edere auidè. Ouid. de Arte Amandi, 3.
Auidissimè apprehendere palmam. Plin. lib. 14. cap. 22.
Auidè expectare literas amici. Cic. ad Cassium, lib. 12. 4.
Prandere auidè. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Auidè sum affectus de fano. Cic. ad Atticum, lib. 12.
Auidè se certamini offerre. Liu. 2. ab Vrbe.
Auiditer, pen. corr. Aduerbium, Idem quod Auidè. Valerius Antias apud Arnobium aduersus gentes lib. 5, statim post initium.
Auillas, Agnas recentis partus dicimus. Festus.
AVINENSE, Oppidum liberum in Africa, de quo Plin. lib. 5. cap. 4.
AVIOLA, Viri proprium nomen, de quo sic Plin. lib. 7 cap. 52, Auiola Consularis in rogo reuixit, & quoniam subueniri non potuerat prævalente flamma, viuus crematus est.
Auis, huius auis, f. g. {ὄρνις, ὄρνεον} Est quæ oua parit, pennisque est prædita, præter vnum vespertilionem, qui vtroque caret: quatuor enim pedes habet, & fœmimus est. Hæc Valla lib. 4. Plin. lib. 10. cap. 1, Sequitur natura auium: quarum grandissimi & penè bestiarum generis struthiocameli Africi.
Cantus auium. Horat. 3. Carm. 1.
Concentus auium. Quintil. lib. 5 cap. 9.
Domus auium frondiferæ. Lucret. lib. 1. Periphrasis est nemorum.
Auium dulcedo ducit ad auium. Author ad Herennium, lib. 4.
Magna fides auium est. Ouid. 4. Fast. Per aues augurium intelligit.
Grex auium. Horat. 1. epist. 3.
Aues solatia ruris, Assuetum syluis, innocuúmque genus. Ouid. 1. Fast.
Voces auium liquidæ. Lucret. lib. 5.
Voce auis moneri Id est, augurio. Ouid. 1. de Arte amandi.
Aeria auis. Ouid. 1. de Arte amandi.
Afra. Horat. Epod. ode 2. Gallinam Numidicā intelligit. Porphyr.
Alba. Cic. Curioni, lib. 7. 29, Quum salutationi nos dedimus amicorum, quæ fit ex hoc etiam frequentius quàm solebat, quòd quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre: abdo me in bibliothecam. Pro re noua atque auspicata dixit Cicero. Ita Iuuenalis Coruo quoque rarior albo. Veteres enim pro felicissimo auspicio & omine aues albas ducebant, ac pro miraculo faustissimo habebāt. Contrà inauspicatæ erant non albæ. Ouidius,
Omnia non albæ concinuistis aues.
Candida. Virg. 2. Georg de Ciconia.
Deuia. Ouid. epistol. 2. Id est bubo, qui in transuersum volans aufertur.
Fluminea. Ouid. 1. Amor, eleg. 3. De cygno in quem mutatus Iupiter, Ledam compressit.

Generosæ. Iuuenal. sat. 14. Hoc est, aquilæ.
Incestæ. Stat. 9. Thebaid.
Iunonia, Pauo. Ouid. 1. de arte amandi,
Laudatas ostendit auis Iunonia pennas.
Littoreæ. In LITTVS.
Aues magnæ. Plaut. Téque ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum. Magnas aues dixit, aues rapaces, vt aquilam & accipitrem.
Peregrina. In PEREGRINVS.
Perennes. Plin. lib. 10. cap. 25, Temporum magna differentia auibus. Perennes, vt columbæ: semestres, vt hirundines: trimestres, vt turdi & turtures: & quæ quum fœtum eduxere, vt galguli, vpupæ.
Querula. Seneca Hipp. 4, hic aues querulæ fremunt.
Sidereæ Iunonis aues, Pauones. Claudian. 2. in Eutrop.
Solis auis, Phœnix. Claudian. 2. Paneg.
Toruæ, Vultures sunt aut aquilæ apud Stat. 6. Thebaid.
Vagæ. Horat. 4 Carm. ode 4.
Varia, Versicoloris plumæ. Propert. 3. eleg. 13.
¶ Ali auibus, Auibus vesci. Ouid. 13. Metam.
Syluæ canunt auibus. Lucret. lib. 1.
Glomerantur aues. Virg. 6. Æneid.
Insidias auibus moliri. In MOLIOR.
Mouent aues per aera pennas. Ouid. 15. Metam.
Tectæ fronde queruntur aues. Ouid. epist. 10.
¶ Auis, pro auspicio & omine. Liu. 6. ab Vrbe, Veniat in mentem vnicuique deos esse, qui secundis auibus Romanos in prælia miserint. Budæus.
Bonis auibus visus. Ouid. 1. Fast.
Aduersa aui soluere, pro Omine aduerso. Cic. 1. de Diuinatione,
Agamemnon quum Achiui cœpissent
Inter se strepere, apertéque artem obterere extispicum,
Soluere imperat, secundo rumore, aduersáque aui.
Dira. Claudian. 2. in Eutrop.
Obscœnæ. Turpes, mali ominis. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6.
¶ Aues pascunt, Asconius scribit dici solitum magistratum ineuntibus. Nam si pascerentur, bonum augurium erat: si non pascerentur, malum. Sueton. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, vt biberent quando esse nollent, prælium nauale iniit, superatúsque est.
¶ Aues ab aduentu earum dicuntur, quòd inde veniant vnde quis non suspicetur. Hæc Festus.
Auicula, penult. correpta. diminutiuum {ὀρνίθιον} Parua auis. Gellius lib. 2. cap. 29, Auicula est parua, nomen est cassita, nidulatúrque in segetibus.
Auicularium, pro eo qui auiario præest, adscribit suo Cornucopiæ Sipontinus.
Auiarium, auiarij {ὀρνιθών} Locus in quo aues domi educantur. Cicer. ad Q. frat. lib. 3. 17, Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarum. Colum lib. 8. cap. 1, Similiter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantium volucrum, quæ stagnis piscinísque lætantur, auiaria: vel etiam pecudum syluestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, viuaria.
Auiaria, Secreta nemora, quæ aues frequentant. Virgil. 2. Georgicorum,
Sanguineísque inculta rubent auiaria baccis. Seruius.
Auiarius {ὀρνιθοτρόφος} Qui auiario præest. Colum. lib. 8. cap. 3, Auiarius subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis fœtus.
Auitium, auitij. n. g. Apuleius lib. de deo Socratis, in fabula de Coruo & vulpe, Tam pulchra ales, quæ ex omni auitio longè præcellit. id est, ex omni auium genere, ex omnibus auibus.
Auitus, Vide AVVS.
Auius, adiectiuum {ἄβατος, ἀνόδευτος, ἄοικος} Per quod iri non potest. Plaut. Aulul. 22, Syluani lucus extra murum est auius. Virg. 3. Georgicōn,
Auia tum resonant auibus virgulta canoris.
Itinera auia. Sallust. in Iugurth. Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis & auiis itineribus ignoratus, Romanos palantes repentè aggreditur.
Montes. Horat. 1. Carm. ode 23.
Nemora. Lucret. lib. 2.
Nubila. Claudian. 1. de Rapt. Proserp.
Saxa. Sil. lib. 4.
Valles. Stat. 4 Sylu. 3.
¶ Auius, A via & ratione remotus. Lucret. lib. 2,
Auius à vera longè ratione vagaris.
Animus errat auius. Lucret. lib 3.
Auia, auiorum, n. g. substantiuè. Tacit. lib. 5. Corpore valido per auia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cuius artem experiri Tiberius statuisset.
Horrenda auia. Valer. 5. Argonaut.
Ignota. Claudian. 7. Paneg.
AVIVM ciuitas {ὀρνίθων πόλις} Dicebatur quædam inter Tyrum & Sidonem, de qua Strabo lib. 16.

A V L

Aula, aulæ {αὐλή, αὐλαία, βασίλειον} Principis domus, hoc est Regia.
Aula propriè locus est qui perflatum habeat. Nam hoc nomine apud Homerū hypæthra, id est subdialia, semper intelligūtur, vbi esset Hercei Iouis ara. Aula verò dicitur tibia, per quam item cōmeat spiritus. Aulas nunc pro Regiis vsurpamus, quòd ante se loca habeant subdialia & ampla. Cælius lib. 12. cap. 5. Cic. ad Catonē lib. 15. 4, Perfeci vt è regno ille discederet, réxque sine tumultu ac sine armis, omni authoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret.
Infida aula. Id est in qua fides non obseruatur, cuíve non est fidendum. Valer. 7. Argonaut.
Prædiues. Claud. in Ruf. 2.
Regalis. Seneca Troade, 8.

Sublimis.Seneca Hippol.9.
Alta. Seneca in Octau.4.
Aulam sanctiorem vocare videtur Martialis,aulam Domitiani, in quam petit suam chartam admitti à Parthenio, lib. 5. epigram.6.ad Parthenium.
¶ Refigere aulas dicuntur apes Virgilio lib.4.Georgicôn,
Aulásque & cerea regna refigunt. Id est,figunt. Seruius.
¶ Aulai,Genitiuus apud Virg.3.Æneid.
¶ Aulas {χύτρας} antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas: quia nullam literam geminabant. Itaque aulicocia exta, quæ in aulis coquebantur,dicebant.id est elixa. Hæc Festus. Plaut.Aulul.18,
Ædepol næ illic pulchram prædam agat,siquis illam inuenerit
Aulam onustam auri.
Aulula,pen.corr. {χυτρίδιον} Diminutiuum ab Aula pro olla. Vnde Aulularia,Plauti fabula.Plin.lib.18.cap.11, Autopta m Plautus appellat in fabula quam Aulularia m scripsit.
Aulicus, pen.corr. {αὐλικός} adiectiuum, Apparatus aulicus,qualis solet fieri in domibus regum apud Suetonium in Domitiano,cap.4.
¶ Aulicus.Substantiuum,Qui aulæ sectator est assiduus.Suetonius in Nerone,Nam fortè accidit vt in publica fame, Alexandrina nauis nuntiaretur,puluerem luctatoribus aulicis aduexisse.
Aulæa.Aulæorum {αὐλαῖα} ferè in plurali legitur,& neutro genere: ab aula autem deriuatur, significátque ornamenta quibus parietes & aulæ teguntur. Virg.Georg.3, -vtque
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Vbi Seruius,Hoc secundum historiam est loquutus. nam Augustus postquam vicit Britanniam,plurimos de captiuis,quos adduxerat,donauit ad officia theatralia. Dedit etiam aulæa. id est velamina in quibus depinxerant victorias suas. Et paulo pòst, Aulæa autem dicta sunt ab aula Attali regis Asiæ,in qua primùm inuenta sunt vela ingentia. Varro tamen dicit aulæa suspendi solere ad excipiendum puluerem, quia vsus cameræ ignorabatur. vnde Horat.2 Serm.sat.8,
Interea suspensa graues aulæa ruinas
In patinam fecere trahentia pulueris atri.
Aulæum,in singulari. Cic.pro Cælio. Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ:in quo quum clausula nô inuenitur, fugit aliquis e manibus: deinde scabella concrepant,aulæum tollitur.
Aulæa in scena in terra sternuntur, quòd pictus ornatus erat ex Attalica regia Romam vsque perlatus: pro quibus, siparia ætas posterior accepit. Donatus in præfatione commentariorum suorum in Terentium,de tragœdia & comœdia.
Auleam fœminino genere dixit Curtius, lib.8.si locus mendo vacet,Nec quicquam (inquit) eorum quæ inuicem iactata erant, rex ignorabat: quum post aulæam, qua lectos obduxerat,staret.
Aulæa Attalica. Vide ATTALVS.
Superba aulæa.Virg.1.Æneid.
AVLANIVS Euander {αὐλάνιος εὔανδρος} Sculptor apud Plinium, qui signo Dianæ Timothei manu effictæ, quæ erat in Apollinis delubro Romæ,caput reposuit.Vide Plin.lib.36.cap.5.
AVLANVS.M.Aulanus Trib.militum,à P.Sextio Capua pulsus.Cic.pro Sextio.
AVLERCI {αὐλερκοι} populi Galliæ Lugdunensis apud Cæsarem. *Rouane.*
AVLETES,æ {αὐλητής} Ægypti rex fuit, & Cleopatræ pater, qui præter alia flagitia,etiam choraulam exercuit,& adeo in ea gloriabatur, vt non cunctaretur certamina in regia celebrare,ad quæ & ipse cum aliis concertaturus prodibat. Atque hic est quem Alexandrini exegerunt.de quo plura apud Strab.lib.17.
Auletes,pen.prod.m.g. {αὐλητής} Latinè dicitur tibicen. Cic.pro Muræna, Pòst,quum id assequi nô potuissent, istuc potissimùm sunt delapsi,vt aiunt in Græcis artificibus,eos auletas esse qui citharœdi fieri non potuerint.
Auletris, penult.prod.auletridos, pen.corr fœm.gener. {αὐλητρίς} Tibicina.
Auleticus,pen.corr. {αὐλητικός} Adiectiuum.vt,Auleticus calamus.Plin. lib.16.cap.36, Orchomenius est continuò foramine peruius, quem Auleticon vocant. Hic tibiis vtilior,fistulis ille.
AVLIS,huius Aulis, vel Aulidis, pen.corr. {αὐλίς} Portus Bœotiæ vel Eubœæ insulæ, quò conuenerunt naues Græcorum ad Troiam proficiscentium. Strabo lib.9, Aulis lapidosa sanè ora, & Anagræorum vicus. Portus sanè est quinquaginta capiens naues. quocirca Græcorum classem magno in portu conscendisse simile veri dixerim. Seruius, Aulis insula est, in qua coniurarunt Græci se non antè reuersuros quàm Troia caperetur.Virg.4.Æneid.
Piscosa Aulis.Ouid.12.Metam.
Aulicus.Vide AVLA.
AVLIS, Oppidum.Cic.in Tuscul.
AVLOCRENE,es,pen.prod. {αὐλοκρήνη} Regiuncula minoris Asiæ, in conuentu Apameno,per quam ab Apamia in Phrygium itur. Ibi Platanus ostenditur,ex qua pependit Marsya victus ab Apolline.Plin.lib. 16 cap.14,& lib.15 cap.29.
Aulœdus.aulœdi,m.g. {αὐλῳδός} Latinè dicitur Cantor.Valla in Raudensem, Aulos Græcè, Tibia Latinè dicitur: vnde apud nos vsitatum nomen pro Latino aulœdus. In Ciceronis exemplo pro Muræna,ex antiquioribus exemplaribus legimus AVLETAS ESSE,non AVLOEDOS. Idcirco expunximus. Tametsi Erasmus in Chiliadibus legat AVLOEDOS.
AVLON {αὐλών} Mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni vini.Horat.2.Carm.ode 6,
-& amicus Aulon
Fertilis Baccho nimium Falernis Inuidet vuis.
Aulon,vel Aulona, Corinthiorum colonia in Macedonia, vt tradit Plin.lib.4.cap.5. Hodie Velona dicitur, *la Velone*,à qua breuis est in Italiam traiectus. Græci proferunt Aflon: inde lapsus accidit.
Aulula,Vide AVLA.
AVLVS {αὖλος} Prænomen erat Romanis olim familiare, quod sola litera scribebant, hoc pacto,A.
Auli,qui diis alentibus nascuntur.Probus in Epitome.
Aumarium, d citur locus secretus publicus, sicut in theatris, aut in circo. Petron. Arbiter,In aumarium memetipsum conieci. Sunt qui legant Aumatium,alij armarium, quod malim.Vide Nonium.
AVNIOS, Insula est in Hispania citeriori, cuius meminit Plinius lib.4. cap.20.

A V O

AVO Pomponio, AVVS Ptolemæo. Huius est Hispaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum supra Bracaras & Gronios agrum alluit. Vide Melam lib 3.& Ptolem.lib.2 cap.6.
Auoco, auocas,pen.corr. {ἀποκαλῶ, ἀποσπάω} auocare, Alienare, Remouere, & quasi retrahere atque auertere. Cic.pro Rosc. Amerino, Non necesse est omnes commemorare Curtios,Marios,denique Mamercos,quos iam ætas à prœliis auocabat.
Abstrahere, Auocare, Retardare. Cic.pro Archia, Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo Iudices, vt ab illis nullo me vnquam tempore aut commodum,aut otium meum abstraxerit,aut voluptas auocarit,aut denique somnus retardarit?
Deterrere atque auocare à religione.Cic.de Arusp. Neque is sum, qui sicui fortè videor plus quàm cæteri, qui æquè atque ego,sunt occupati, versari in studio literarum, his delecter, aut vtar omnino literis quæ nostros animos deterrent atque auocant à religione.
Allicere ad rectè faciendum, & Auocare à, contraria. Cicer.2. Philipp. Sed si te laus allicere ad rectè faciendum non potest, ne metus quidem à fœdissimis factis potest auocare.
Auocare animum à rebus quibusdam ad cogitationem. Sulpitius Ciceroni lib.4.5, Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt.
Auocat à rebus gerendis senectus. Cic.de Senect.
Auocare milites à signis. Plin.Iunior in epist.
Auocare à contuendis malis.Cic.3.Tuscul.
Auocare se à corpore, & ad cognitionem rerum diuinarum, &c. Cic.1.de Diuinat. Rarum est quoddam genus eorum,qui se à corpore auocent, & ad diuinarum rerum cognitionem cura omni studióque rapiantur.
Auocare à peccatis,Cicero 2.de Legib. Sic Auocari à vitiis, Cic. de Fato.
Auocant omnino à philosophia. Cic.1.de Finib.
Auocare intentos Consules à bello. Liu.5.bel. Pun.
¶ Auocare philosophiam à rebus occultis. Cic. 1. Acad. Primus à rebus occultis, & ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnibus ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, vt de virtutibus, vitiis, omninóque de bonis rebus & malis quæreret.
¶ Auocare concionem, Impedire ne habeatur concio. Gell.lib.13. cap.14, Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocare potest. Veruntamen à Tribuno auocare, vt ex Liuio auguramur, nefas: sic enim dicit, Eo facto auocatam à se concionem Tribunus questus. Turnebus.
Auocatio, Verbale {ἀποσπασμός, ἀνάκλησις.} Cic.3. Tuscul. Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: auocatione à cogitanda molestia,& reuocatione ad contemplandas voluptates.
Auocamentum {ἀνάκλημα} aliud verbale. Budæus, Auocamenta sunt negotia iucundiora,siue solatia,animum à mœrore auocantia. id est reuocantia. Plin.Iunior ad Geminium,lib.5.epist.5, Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere auocamenta,& cicatricem pati possit. Vtitur & Lactant.lib.De opificio dei,cap.18.
Auolo, auolas, pen.corr. {ἀφίπταμαι} auolare, Ab vno loco in alium volare. Caius in l. Naturalem. D. De acquir. rer. domin. Pauonum & columbarum fera natura est. nec ad rem pertinet, quòd ex consuetudine auolare & reuolare solent. Per metaphoram vsurpatur pro celeriter discedere.Cic.ad Atticum. lib.9, Experiar certè vt hinc auolem. Idem 1. Tuscul. Critoni enim nostro non persuasi me hinc auolaturum.
Auolat voluptas. Cic.2.de Finib. Fluit igitur voluptas corporis: & prona quæque auolat.
Auolant,euolant.Festus.
AVPHIDVS. Vide AVFIDVS.

A V R

Aura, auræ {αὔρα, πνοή} Lenis quidam ventorum flatus & spiritus dulcior,vt Zephyri. Virg.4.Georgicôn, -at illi
Dulcis compositis spirauit crinibus aura.
Aurarum leues animæ. Lucret.lib.5.
Iucundæ auræ.Catullus epigram.43.
Leues auræ.Claudian.2.de Raptu Proserp.
Modica.Iuuenal.sat.12.
Rorifera.Seneca in Hippol.1.
Teneræ aeris auræ,Penetrabiles & liquidæ.
Tepentes. Ouid.lib.1.Metam.
¶ Diuinæ auræ particulam eleganti periphrasi animum significauit Horat. quoniam illum è cælo demissum cælestis ignis particulam credebant veteres. vnde Virg. Igneus est ollis vigor:& quæ præterea annotarunt huius poetæ interpretes. Versus sunt isti 2. Serm. satyr.2,
-quin corpus onustum
Hesternis vitiis,animum quoque prægrauat vnà,
Atque adfigit humo diuinæ particulam auræ.
¶ Aura, Ventus. Virg. Et auræ vela vocant. Ouid.3.Metam.
-rapida velocius aura.
Acres auræ. Plin. Iunior lib.5.epist.6. ad Apollinarem, Accipit ab hoc auras quamlibet sereno & placido die, non tamen acres & immodicas,sed spatio ipso lassas & infractas.

Æquatæ

Æquatæ spirant auræ. Virgil.5.Æneid. Æquatæ,id est prosperæ, inquit Seruius.
Cereales.Plinius libro 15. cap. 19. Hoc est, maturitatem segetum facientes.
Facilis aura.Ouid.Epist.17.
Frigida.Lucret.lib.3.
Gelida.Lucret.lib.3.
Genitabilis aura Fauonij.Lucret.lib.1.
Grandior. Ouid.2.de Remedio amoris.
Læua & dextera.Catul.epigram.4.
Languida.Ouid.2.de Ponto,eleg.1.
Lenis.Catullus Argonaut.59.
Leuis.Ouid.lib.1.Metam.
Niuales.Horat.1 Epist.11.
Petulantes.Lucret.lib.6.
Rapida.Ouid.lib.3.Metam.
Stridentes.Valer.2.Argonaut.
Tumens.Ouid.5.Trist.eleg.6.
Ventosa.Ouid.de Medicamine faciei.
Verna incertior aura.Ouid.Epist.6.
Cæli violentior aura.Stat.6.Thebaid.
Volucri fugacior aura.Ouid.13.Metam.
¶Accipere auras follibus.Virgil.4.Georg. Huius contrarium est Reddere auras follibus apud eundem poetam,
-alij taurinis follibus auras Accipiunt reddúntque.
Aspirant auræ in noctem.Virg.7.Æneid.
Colligere auras velis.Lucan.lib.5.
Aura dat capillos retró.Ouid.lib.1.Metamorphoseos,
Et leuis impulsos retrò dabat aura capillos.
Cursum dat aura.Ouid.epist.21.
Leuis effluit aura.Ouid.6.Metam.
Glaciantes auræ Boreæ.Valer.4.Argonaut.
Impelli auris nauigia dicuntur, aut quæcunque etiam alia ventis agitata.Lucret.lib.6.
Mouere auram.Ouid.epist.17. Verba Leandri ad Boream.
Respuit auras.Id est contemnit ventos.de Delo insula ait Seneca, quæ ante Latonæ partum mobilis fuisse maríque innasse credita est. Seneca in Agamem.5.
Æquor stringitur aura.Ouid.4.Metam.
¶Aura,Aer.Virg.1.Æneidos,
Quippe ferant rapidi secum,vertántque per auras.
Aeria aura.Ouid.10.Metam.
Ætheria.Virg.5.Æneid.
Celeres.Virg.4.Æneid.
Communes.Ouid.7.Metam.
Dulcis, Chara, quòd omnes illa frui quamdiutissimè cupimus. Valer.6.Argonaut.
Feruentes.Ouid.lib.2.Metam.
Fœda.Stat.lib.3.Thebaid.
Liquidæ.Lucret.lib.5. Sil.lib.13.
Mota.Ouid.8.Metam.
Nocturna.Horat.2.Serm.sat.4.
Pingues.Valer.8.Argonaut.
Sonantes.Virg.11.Æneid.
Suaues.Lucret.lib.3.
Vacuæ.Ouid.3.Amorum,eleg.1.
Vaga.Ouid.8 Metam.
Vanæ.Claudian.1.de Raptu Proserp.
¶Attollere se in auras.Virg.4.Æneid.
Captare naribus auras. Senec.in Hip.1.de venaticis.Virg.1.Geor.
Auras vitales carpere.Virg.1.Æneidos,
Quisquis es(haud credo inuisus cælestibus,auras
Vitales carpis,Tyriam qui adueneris vrbem)
Perge modó. Vbi Seruius, Auras vitales carpis, Quibus viuimus. nihil est enim aliud vita, nisi reciprocus spiritus: vnde Iupiter,quo constant omnia, vocatur Ζεὺς ἀπὸ τοῦ ζῆν,id est vita.
Circinare auras.Ouid.2.Metam.
Ferre.Virg.2.Geor. Vbi Seruius,Ferre auras,propriè est assuescere aeris varietati,quæ obest rebus teneris nimium.
Fugere in auras.Seneca in Agamem.9.
Haurire auram communem.Quintil.in Proœm.lib.6.
Implere vlulatibus auras.Valer.8.Argonaut.
Præteruolare auras.Sil.lib.10.de hasta in aerem vibrata.
Crebras reducere naribus auras.Lucret.lib.4.
Scindere.Sil.lib.13.
Terebrare auram.Ouid.6.Metam.
Trahere.Seneca in Hercule furente,13.
¶Aura æcherea vesci,pro viuere & superstitem esse.Virg.1.Æneid.
Vitiare auras. Ouid.7. Metamorphos. Vitiantur odoribus auræ? Per odores fœtorem intelligit ex cadaueribus.
¶Aura,pro die.Virg.in Tityro,
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. Seruius.
¶Aura,Splēdor.Virg.6.Æneid. Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. Vbi Seruius, Auri aura, splendor auri. Horat. 2.Carm. ode 8, -tua ne retardet Aura maritos. Id est splēdor.Videtur potius esse metaphora,in hunc sensum,Timent nouæ nuptæ ne tu aspirando, suos maritos aliò abstrahas. Hinc & aurum dicitur à splendore qui est in eo metallo. Hinc & aurati dicti, quorum fauor splendidos reddit.
¶Aura, pro fauore. vt Aura popularis. Cic. de Arusp. Resp. Longius quàm voluit popularis aura prouexit. Virg.6.Æneidos,
-quem iuxta sequitur iactantior Ancus
Nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris. Auris,id est fauoribus,ait Seruius.vnde & Auranij fautores dicuntur.
Auræ popularis homo,Qui studet populo placere.Liu.5.Dec.lib.2.
Fallax.Horat.1.Carm.ode 5. Id est fauor.

Mollior aura,Melior fortuna.Ouid.epist.3.
Aura honoris. Cic. pro Sextio,Q.Catulum neque periculi tempestas,neque honoris aura potuit vnquam de suo cursu,aut spe aut metu dimouere.
Aura rumoris. Cic. pro Murena, Dies intermissus vnus, aut nox interposita, sæpe perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnunquam cōmutat aura rumoris. Loquitur de ratione comitiorum.
Libertatis auram captare. Vide CAPTO.
Auras,genitiuus Græcus,pro Auræ.Virg.11.Æneidos,
-nihil ipsa nec auras, Nec sonitus memor. Item etiam Aurai pro Auræ,Idem 6.Æneid.

Auramentum,Aurarius. Vide AVRVM.

Aurantia mala {μῆλα χρυσόμηλα} Poma sunt ab auri colore sic dicta. Horum autem tria obseruantur genera, Dulcia, acida,& vinolenta, siue mista:de quibus omnibus vide Matthiol. in lib.1.Dioscor.cap.131.

Auraria,vox ab Alciato obseruata in Codice Theodosiano,functionis nomen est, quæ collatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus & venalitariis. Eam sustulit Iustinian.lib.11.Cod.

AVRAS {Αὔρας} Huuius ab Hæmo in Istrum defluens.Herod.lib.4.

Aurata,auratæ,penult.prod. {χρυσόφρυς} Piscis est coloris aurei. Martialis lib.13,
Non omnis laudem pretiúmque Aurata meretur,
Sed cui solus erit concha lucrina cibus. Plin.lib.32.cap.5,Auxilio est piscis Aurata in cibo. Vulgus Italorum adhuc vocat *Vna orada*.

Auratilis,Auratura,Auratus. Vide AVRVM.

Aurea, Frænum quod ad aures equorum religabatur. Fest. Item Aureola legitur apud. Vlp.in l.Quid tamen. D. de contrah.ēmpt.

Aureax,Auriga.Festus.

AVRELIA gens plebeia,antiqua tamen & celebris à Sabinis oriunda,à sole primùm Ausclia dicta est,quòd ei publicè datus est locus in quo sacra soli faceret. Author Festus. Cognomina huius gentis leguntur tria,Orestes, Cotta,& Scaurus. Fuit ex hac familia C.Aurelius Cotta,cuius meminit Cicero in Lucullo, & Frontinus lib. 4.Stratagem. Hic de Pœnis triumphauit, vt author est Orosius lib.4.cap.7. Consul fuit cum P. Seruilio anno DI. & iterum cum P.Seruilio anno DV,vt author est Cassiodorus.
Fuit item C.Aurelius Cotta summus orator. vt patet ex Ciceronis libris De oratore.Consul fuit cum L.Octauio anno DC LXXVIII,vt author est Cassiodorus, & ex Consulatu in Galliam profectus est: & quum illi decretus esset triumphus, ante diem triumphi mortuus est. Cicero & Ascon. in Pison.
Fuit & L. Aurelius Orestes Consul cum Mamerco Æmilio anno DC XXVII,vt author est Cassiodorus.Sardos subegit,teste Epitomatore Liuij lib 60.& Plutarcho in Gracchis.
Fuit itē & alius L.Aurelius Cotta, qui Prætor anno DC XXCIII, iudicia ad Equites transtulit,teste Epitomat.Liuij lib.XCVII,& Asconio in Pisonem.
Fuit & M. Aurelius Scaurus Quæstor L. Flacci, vt apparet ex Verrina I.& III.Consul cum Ser.Sulpitio anno DC XLV,teste Cassiodoro & Iulio Obsequente. Legatus C. Manilij Cos. à Cimbris captus, quum in consilium ab iis euocatus deterreret eos ne Alpes transirent,Italiam petituri, quòd diceret Romanos vinci non posse,à Bolo rege,feroci iuuene occisus est. Epitome Liuij 67. Orosius lib.5.cap. 16,Aemilium mendosè appellat.

Aureolus,Aureus. Vide AVRVM.

Aurichalcum {ὀρείχαλκος} ab auro & ære dictum est. χαλκὸς enim, æs dicitur. Festus, Aurichalcum vel orichalcū quidam putant compositum ex ære & auro:siue quòd colorem habeat aureum.Orichalcum sanè dicitur,quod in montuosis locis inuenitur.mons etenim Græcè ὄρος appellatur. Plin.lib. 34.cap.2, Mox vilitas præcipua,reperto in aliis terris præstantiore maximè aurichalco, quòd præcipuam bonitatem admirationémque diu obtinuit.
Aurichalcum pro nummo ex aurichalco facto posuisse videtur Plaut.Mil.10,Cedo tres mihi homines cōtrà aurichalco emptos istis moribus.

Auricomus. Vide AVRVM.

AVRICORNV, Promontorium. Plin.lib.9.cap 15.de Thynnis loquens: Est(inquit)in Euripo Thracij Bosphori,quo Propontis Euxino iungitur, in ipsis Asiam Europámque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, à vado ad summa perlucens, iuxta Chalcedonem in latere Asiæ. Huius aspectu repente territi,semper aduersum Byzantij promontorium, ex ea causa appellatum Auricornu, præcipiti petunt agmine.

Auricula,Auricularis. Vide AVRIS.

Auricula muris {μυὸς ὦτα} Herba est caulibus pluribus ab vna radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concauis, quæ passim mense Maio floribus ornata visitur, nimirum in pratis, campis, hortis, secus vias,& vbique locorum.De hac Galen.lib.7.simpl.& Dioscor lib.2.cap.179.

Aurifer,Aurifex,Aurifodina,&c. Vide AVRVM.

Auriga,aurigæ,pen.prod. com.gen. {ἡνίοχος} propriè dicitur(vt ait Seruius)qui currum regit. Ouid 2 Metamorphoseos,
Hic situs est Phaethon,currus auriga paterni.
Auriga,pro agasone apud Virg.12.Æneid.Seruius.
Aurigam pro nauta dixit Ouid.1.Trist.eleg.3.
Auriga in fœminino genere apud Virg.12.Æneid.
¶Auriga,signum cæleste super Tauri cornua: hunc cum Tauro vna clara stella coniungit. Retinet autē Auriga stellas duas in manu, quæ Hœdi vocantur: quorum & ortus & occasus tempestates grauissimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio,mense Octobri. Hæc Seruius. Cic.2.de Nat.deorum, Auriga
Sub læua Geminorum obductus parte feretur.

Aurigo,aurigas,pen.prod. {ἡνιοχέω} aurigare,Currum regere.Sueton.in Caligula, cap. 18, Nec vllis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Plinius libro 33. capite 5, Quum ipse concolori panno aurigaturus esset.

Aurigatur (inquit Nonius) honestè positum, pro moderatur ac regit. Varro Modio, Asse vinum: asse pulmentarium: sed eas, quò natura aurigatur, non necessitudo.

Aurigatio, Verbale {ἡνιοχεία.} Gel. lib. 7. cap. 8, Quibus verbis delphini amantis, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

Aurigarius {ἡνίοχος} videtur vsurpari à Suetonio in Nerone, cap. 5, pro eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ verò (inquit) tantæ, vt non modò argentarios pretijs rerum coemptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

AVRIODA {[illegible]} Ptolemæo vrbs Cyrenes. vulgò *Zadra*.

Auriger, Adiectiuum. Vide AVRVM.

Aurigo, pen. prod. auriginis, pen. cor. f. g. {ἴκτερος} Morbus regius: à colore auri, quem bilis per totú corpus diffusa repræsentat. Sipont. Vide & authoré finit. medic. apud Galen. Scribon. Larg. 109, Hoc medicamentum facit ad auriginem, quam quidam regium, quidam arquatum morbum vocant.

Auriginosus, a, um, penult. prod. {ἰκτερικός} Qui eum morbum patitur. Sipontinus.

Auripigmentum {ἀρσενικόν} quid significet, declarat Plin. lib. 33. cap. 4, his verbis, Aurum faciendi est etiam vna ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo.

Auris. huius auris, f. g. {οὖς, ὠτός.} Virg. 4. Æneid. Vocémque his auribus hausi. Hoc est intellexi. Terent. Phorm. 5. 6, Astiti, animam compressi, aurem admoui.

¶ Auris etiam in brutis. vt, Auribus lupú tenere, pro In dubio esse. Terent. Phorm. 3. 2. Vide LVPVS.

Arbitrio consilióque auris vti. Gell. lib. 13. cap. 19.

Iudicium aurium superbissimum. Cic. in Orat. Quãuis enim suaues grauésque sententiæ, tamen si inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum est iudicium superbissimum. Aurium iudicium vocat superbissimum, quoniam statim respuunt aures & auersantur quod est inconditum & insuaue. Sic author ad Heren. lib. 4, sensum aurium fastidiosissimum appellat, quia citò satietate afficitur. Vnde rectè præcipere videntur ij qui iubent, vt in componendo nostras ipsorum aures cósulamus, & orationem quodammodo modulantes aduertamus quid respuant, & quid probent.

Tarditatem aurium gargarizatione purgat, & transitum auditus aperit. Plin. lib. 23. cap. 2. De aceto scillino.

Aurium ædes vacuæ, ioco dixit Plaut. Pseud. 7. pro surdo.

Voluptas aurium. Quint. lib. 1. cap. 10.

Acutæ Satyrorum. Horat. 2. Carm. ode 19. Quem locum enarrans Turnebus: Acutas dixit, inquit, non acutè & attentè audientes, & Bacchi canticis operam dátes, & arrectas, sed in acumen fastigiatas, atque collectas.

Aure agresti homo, Qui caret aurium iudicio. Gel. lib. 13. cap. 19.

Applicatæ. Vide APPLICO.

Arrectæ. Virg. 1. Æneid.

Attenta auris. Horat. 2. Serm. saty. 1.

Attonitæ aures. Vide paulò post, Mouet fragor, &c.

Auidæ. Cic. in Orat.

Rumoribus auida auris. Claud. 2. Paneg.

Bibulæ. Pers. sat. 4. Id est, quæ ita auidè bibunt laudes proprias & assentationes, quemadmodum arena bibit humorem.

Binæ. Virg. 1. Georg.

Calens auris. Iuuen. sat. 11.

Capaces. in CAPAX.

Castæ. Claud. Paneg. 2,

Ante fretum delera mihi ne turpia castis
Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.

Clementes. Claud. Paneg. 6.

Vocibus ambiguis decepta auris. Ouid. 7. Metam.

Decisæ. Tacitus lib. 12.

Demissæ. Virg. 3. Georg.

Dextra auris, contrarium Lææ. Ouid. 12. Metam.

Docilis. Claudian. epigram. 10.

Duræ. Virg. 4 Æneid. Eruditæ. Cic. in Orat.

Festæ. Claudian. de bello Getico.

Fidæ. Ouid. 10. Metam.

Fissa. Persius satyra 6 Geminæ. Ouid. 10. Metam.

Gratæ. Claud. in Præfat. belli Getici.

Hebetes. Vide paulò post, Habet aures hebetes.

Stant hispidæ aures. Id est erectæ sunt. Senec. in Hip. 10. de Tauro Marino loquitur.

Humana auris. Horat. 2. Serm. sat. 2,

Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam.

Ieiunæ alicuius rei aures. Cic. in Orat. Ieiunas igitur huius multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis, aures ciuitatis accepimus. Sensus est: Ante me ciuitas nostra ieiunas habebat aures huius multiplicis orationis. hoc est, nunquam audiuerat orationem hanc multiplicem & variam, quæ in omnia dicendi genera funderetur, amplecteretúrque & summissum orationis genus, & temperatum, & sublime.

Ima auris. in IMVS.

Inuitæ. Ouid. 2. de Arte amandi.

Læua. Vide paulo antè, Dextra auris.

Lassæ. Id est audiendo defessæ. Horat. 1. Serm. sat. 10.

Memor. Ouid. 3. de Arte amandi.

Misera. Iuuenal. sat. 9.

Mutilatæ. In MVTILVS.

Obseratis auribus fundere preces. Id est, rogare non auditurum. Horat. Epod. 17.

Odiosæ. Ouid. 1. de Arte amandi.

Patiens culturæ auris. Horatius 1. Epist. 1. Id est, quæ sinat se coli eiectis vitiis.

Patulæ. Horat. 1. Epist. 19.

Pauidæ. Ouid. epist. 3.

Placidæ. Virg. 4. Æneid. Stat. 5. Thebaid.

Pronæ. Claud. de bello Gild.

Propitiæ, opponuntur Hebetibus, quas habere dicuntur qui non curant quæ audienda sunt audire. Vlpian. in l. Si extran. D. de iur. dotium: Nequaquam enim iudex propitijs auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, &c.

Rimosa. Id est quæ nihil secretorum tenet. Horat. 2. Serm. sat. 6.

Secreta. Horat. 2. Serm. sat. 8.

Securæ. Ouid. 2. Amorum, eleg. 1.

Seuera. Martial. lib. 6. epig. 82.

Sitientes, pro audiendi cupidis. Cicero ad Atticum, lib. 2. Epist. 19, Quantam mihi moues expectationé de sermone Bibuli? &c. proinde ita fac venias ad sitientes aures.

Solicitæ, plenæque sonoribus. Lucret. lib. 6.

Stolidæ. Id est quæ carent iudicio. Ouid. 11. Metam.

Surdæ. Tibul. 4. eleg. 13.

Suspensis auribus aliquid bibere. Vide SVSPENDO.

Atticorum aures teretes & religiosæ. Cic. in Orat. Ad Atticorum aures teretes & religiosas qui se accommodant, ij sunt existimandi Atticè dicere. Qui benè de aliquo Oratore iudicare possunt, hi dicútur à Cicerone teretes aures habere. Idem de Optim. gen. Orat. Si teretes aures habent, intelligénsque iudicium. Teretes, id est, rotundas & perfectas: religiosas, quæ nihil tolerare possunt quod incorruptú non sit, & quodámodo sanctum. Videtur Horat. in Arte poetica expressisse, quum ait,

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui.

Timidæ. Ouid 1. Fast. Et 3. de Arte amandi.

Trepidæ. Senec. in Herc OEtheo, 16.

Tritæ. Cic. de Claris Oratoribus. De incestu laudata oratio puerilis est locis multis: de amore, de tormentis, de rumore: loci sanè inanes, veruntamen nondum tritis nostrorum hominum auribus nec erudita ciuitate tolerabiles.

Vacuæ. Ouid. 12. Metam.

Vaporata. Pers. sat. 1.

Verberatæ sermonibus. Tacit. in vita Iulij Agricolæ.

¶ Abhorret à nobis auris deorú, atque animus. Cic. ad Octauium.

Abuti auribus. In ABVTOR.

Accidit auribus. & ad aures. In ACCIDO.

Ad aurem alicui accedere. In ACCEDO.

Ad aures alicuius accedere In ACCEDO.

Accipere auribus. Quintil. lib. 2. cap. 6.

Auribus accipere mandata. Cic. 8. Philip. Hæc tu mandata L. Piso, & tu L. Philippe principes ciuitatis, non dico animo ferre, verùm auribus accipere potuistis?

Multa auribus accipere, oratoris est. Cic. 1. de Orat. Quoniam dicendi facultas non debeat esse ieiuna atque nuda, sed aspersa atque distincta multarum rerum iucunda quadam varietate, sit boni oratoris multa auribus accepisse, multa vidisse, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurrisse.

Audire miserorum vocem, & auribus accipere. Quintil. lib. 6 ca. 1.

Æquis auribus accipi, pro Benignè & libenter audiri. Plin. iunior lib. 1. epist. 8. ad Saturninum, Alienæ laudes parum æquis auribus accipi solent.

Auribus primis accipi. Tacit. lib. 17.

Accommodare aures pronas. Claud. de bello Gild.

Aures alicuius adire. Tacit. lib. 11.

Admittere auribus. In ADMITTO.

Admonere ad aurem. In ADMONEO.

Admouere aurem. In ADMOVEO.

Tardas aures monitis aduertere. Propert. 1. eleg. 1.

Tarditas aurium. Cels. lib. 6. cap. 4. & ibi, Trásitum auditus aperire.

Afferre aures verbis, Id est audire. Ouid. 1. de Arte amandi.

Agnoscere auribus. In AGNOSCO.

Facili aure annuere. Propert. 1. eleg. 1.

Aures arrigere, quod oratores patefacere dicunt. In ARRIGO.

Astare arrectis auribus. Virgil. 1. Æneid. Metaphora ab animalibus sumpta.

Non auersa aure audire. Tibul. 3. eleg. 3.

Auribus parum audire. In AVDIO.

Aure bibere. In BIBO.

Blandiri auribus. Plin. iunior lib. 1. epist. 2, ad Arrianú, Libelli quos emisimus, dicuntur in manibus esse, nisi tamen auribus nostris bibliopolæ blandiuntur, id est adulantur.

Aures nostræ calent illius criminibus. Cic. in Sallust. Id est plus nimio assuefactæ, & quasi attritæ. Metaphora à calore qui generatur ex frequenti collisione & attritu duorum corporum.

Auribus surdis canere. In CANO.

Auribus capere spolia. Plaut. Mil. 10,

-nam opus est nunc tuto loco,
Inimicus nequis nostris spolia capiat consiliis,
Atque vnde inimicus, nequis spolia capiat auribus.

Id est nostra audiendo consilia, ne sibi consilium capiat, vnde possit esse superior. Iocus Plautinus. Vnde prouerbium Persicum, Alienis auriculis colligere escas.

Aurem capere. Lex est XII. Tab. apud Porphyrionem Horatij interpretem, quam sic restituit Turnebus, Si in ius vocat, ni it, antestatus manum iniicito, aurem antestanti capito.

In aurem cantare. Vide paulò post, In aurem garrire.

Factum mirabile ceperat aures: Id est attentas fecerat. Ouid. 4. Metamorph.

Captare auribus aera. Virgil. 3. Æneid.

Circuit sonus aures. Stat. 4. Sylu. eleg. 4.

Aurea

Aures vocibus circunsonant. In CIRCVNSONO.
Aures claudere ad voces doctissimas. In CLAVDO.
Claudere aures veritati. Cic. de Amicitia, Cuius autem aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est.
Commodare aures alicui. Seneca in Hippolyto, 5. & Ouidius 5. Trist. elegia 13.
Auribus competere dicitur res aliqua. Tacit. lib. 3.
Aures complere sermonibus. In COMPLEO.
Conciliare sibi aures. Claudian. in Præfat. belli Get.
Concipere aure sonos. Claudian. epigram. 10.
Pauidas aures contingere dicitur scelus. Ouid. epist. 3.
Aures dare alicui. Cic. ad Attic. lib. 1. 3, Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dedissem, cuius sermonis genus notum tibi esse arbitror, non mihi graue duxi rescribere ad te de illius querimoniis.
Faciles dare aures. Seneca in Hippolyto, 4. Est libenter audire aliquid.
Iustas dare vocibus aures. Valer. 7. Argonaut. Significat verba rectè accipere & perpendere.
Auribus dare, pro Assentari & blãdiri. Trebonius ad Ciceronem, libro 12. 16, Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil, &c.
Aures suas poetis dédere. Cic. pro Archia.
Niueus lapis deducit aures, Id est Gemma dependet ab auribus. Seneca in Hippol. 4.
Dicere aliquid dignum studiis atque auribus. Cic. pro Cluent. Vos quæso vt adhuc me attentè audistis, item, quæ reliqua sunt, audiatis: profectò nihil à me dicetur, quod non dignum hoc conuentu & silentio, dignum vestris studiis atque auribus esse videatur.
In aurem dicere. Vide IN.
Aures diuidere aliò. Catul. in Carmine nuptiali, Nos aliò mentes, aliò diuisimus aures.
In aurem vtranuis dormire. In DORMIO.
Efficere dignum aliquid auribus hominum. Cic. 1. de Orat. Qui nihil potest dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi etiam si commouetur, in dicendo tamen impudens videtur.
Erigere aures, & animum attendere. Cic. 3. Verr. Quo tempore igitur aures iudex erigeret, animúmque attenderet?
Excipere aliquid auribus, pro Audire. Plin. Iunior, lib. 4. epist. 19, Laudes nostras auidissimis auribus excipit.
Exigi aure. Quintil. lib. 1. cap. 5, Illa verò non nisi aure exiguntur, quæ fiunt per sonos.
Ferire aures. Cic. 2. de Orat. Feriunt enim aures hominum, illa quæ iucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia sunt in virtute laudari.
Ferit sonus trepidas aures. Seneca in Herc. OEtheo, 16.
Ferre vocem ad aures, Id est rem aliquam alicui nuntiare. Virgil. 3. Æneid.
In aurem garrire, ridere, cantare, laudare. Martialis lib. 1. epigr. 57,
Garris in aurem semper omnibus Cinna.
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras.
Cantas in aurem, taces, clamas.
Adeóne penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes? Cinnam arguit, cui tantus detrahendi morbus insederat, vt ne Cæsarem quidem apertè laudaret.
Faciles aures habere. Quintil. lib. 6. cap. 5. 6, Nam & faciles habuit aures, & natura sequebatur. Hoc est, Nactus est faciles & volentes auditores.
Habere teretes aures. Cic. de Opt. genere Orat. Sed qui dici à nobis Attico more nolunt, ipsi autem se non oratores esse profitentur, si teretes aures habēt, intelligénsque iudicium, tanquam ad picturam probandam, adhibentur etiam inscij faciendi cum aliqua solertia iudicandi.
Aures hebetes habet, qui negligenter audit, vel non curat audire quæ audienda sunt. Cic. pro C. Plancio, Nam posteaquam sensi populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere, destiti quid de me audituri essent homines, cogitare. Sumpta metaphora ab ipsa ratione naturali, atque adeò physionomia ipsius capitis: quibus enim oblongæ sunt aures, ij quidem optimè audiunt: qui autem hebetes habent & minus cauernosas, ij deteriorem audiendi facultatem habent.
Si aliquid auris habeas, sentias suauitatem sonitus. Gellius lib. 13. capite 19.
Imbuere aures sermonibus. Tacit. lib. 20.
Impellere aures. Virgil. 4. Georgic.
Implere. In IMPLEO.
Implere aures sermonibus. Ouid. 12. Metam.
Inculcare se auribus alicuius. In INCVLCO.
Influere in aures populi. In INFLVO.
Inseruire auribus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Interrogare aurem suam. Gel. lib. 13. cap. 19. Aurem tuã interroga, quo quid loco conueniat dicere. quod illa suaserit, id profectò erit rectissimum. Tum is qui quæsierat: Quónam modo (inquit) vis aurem meam interrogem? Et Probum ait respondisse: Quo suam Virgilius percunctatus est, qui diuersis in locis, vrbes & vrbis dixit, arbitrio consilióque vsus auris.
Iuuare aures cantu. Lucret. 5. Id est, delectare, seu oblectare.
Voces aures lacessant. Lucret. 4.
Micare auribus. Virgil. 3. Georg.
Mouet fragor attonitas aures. Seneca in Hercule OEtheo, 8.
Mulcere aures. Ouid. 5. Metam.
Ad aurem obgannire, pro Molestè insusurrare & obtundere. In OBGANNIO.
Obstruere aures. Virg. 4. Æneid.
Obtusæ aures aliqua re. Vide paulo pòst, Præbere aures non obtusas.
Offendere aures. Cic. in Orat. Quanuis enim suaues, grauésque sententiæ: tamen si inconditis verbis efferũtur, offendent aures, quarum est iudicium superbissimum.
Onerare odio. Vide ONERO.
Pandere rumoribus aurem auidam. Claudian. 2. Panegyr.
Parcere auribus alicuius, est non sæpius inculcare illud quod inuitus quis audiat. Seneca in Oedipo, 14.
Aures patefacere assentatoribus. Cic. 1. Offic. Iisdem tẽporibus cauendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est.
Patent aures querelis omnium. In PATEO.
Aures præceptis omnium monitísque patent. Cic. 14. Philip. Memoria tenent, me ante diem XIIII. Cal. Ian. principem reuocandæ libertatis fuisse: me ex Cal. Ian. ad hanc horam vigilasse Reipublicæ: meam domum, meásque aures dies & noctes omnium præceptis monitísque patuisse.
Aures patent ad disputationem. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 36, Iam verò non tantùm mihi videtur iniuriam facere ij qui hæc disputant, quàm sicuius aures ad hanc disputationem patent.
Fremitus aures pepulit meas. Seneca in Hip. 7.
Percunctari aurem suam. Vide paulo antè Interrogare aurẽ suam.
Percussit aures murmur. Seneca in Agamem. 7.
Aures peregrinantur, quum non versantur in peruagato ciuitatis sermone: quum soli ignoramus quæ omnes norunt in vrbe fieri. Cic. pro Milone, An verò Iudices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac vrbe versamini, vestræ peregrinantur aures, neque in hoc peruagato ciuitatis sermone versantur? quas ille leges, &c.
Perfluunt aures dicta. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Permouere aures precibus. Claud. 4. Paneg.
Permulcere assistentium aures. Quint. lib. 2. cap. 12.
Personant aures. In PERSONO.
Perstringere aures. Id est, strictim penetrare. Horat. 2. Carm. ode 1.
Peruellere aurem. Seneca lib. 4. De beneficiis, cap. 36, Nec tãquam munus dabo, sed verba mea redimã, & aurẽ mihi peruellam: damno castigabo promittentis temeritatem. Rursus lib. 5. cap. 7, Loquar mecum, & mihi aurem peruellam. Hoc est, ero mihimet ipsi monitor, ne similiter peccem.
Peruenire ad aures, pro Audire. Virg. 2. Æneid.
Peruenit ad aures crimen. Ouid. 2. de Arte amandi.
Ad aures vix peruenit illius suspicionis fama. Cic. pro Sylla.
Placere auribus. Martialis lib. 2. Epigr. 86,
Scribat carmina circulis Palæmon:
Me raris iuuat auribus placere.
Præbere aurem. Ouid. 7. Metam.
Aures non obtusas præbere. Cic. Antequam iret in exil. Nunc si eadem conditio disceptationis proponeretur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur.
Præcludi aures alicui. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Præstare aurem alicui. Martialis lib. 11. epigr. 25, Aurem dum tibi præsto garrienti.
Aurem prouellere. Seneca, Aurẽ mihi prouellam. Id est, me ipsum admonebo & reprehendam. Budæus.
Pulsat aures vlulatus. Claud. de bello Getico.
Quærere auribus effigiem perfectæ eloquentiæ. Cic. in Orat. 5.
Radere aures delicatas. Quintil. lib. 3 cap. 1.
Recipere auribus, pro Audire. Stat. Thebaid. 10.
Recipere sonũ aures dicuntur. Cic. 2. de Nat. deor. Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ sunt.
Respirant aures à. Quintil. lib. 1. cap. 8, Quum poeticis voluptatibus aures à forensi asperitate respirent.
Respuunt aures quod durum atque absonum est. Gell. lib. 13. ca. 19.
Sequi aurem. Id est, iudicium auris. Gell. lib. 13. cap. 19, Neque rationem verbi, neque consuetudinem, sed solam aurem sequuti sunt, suis verba modulis pensitantem.
Sonant aures. Cel. lib. 1. cap. 3, Cui sonant aures.
Sonant aures intra se ipsas. Cel. lib. 6. cap. 6.
Stant aures hispidæ. Senec. in Hipp. 10. Id est, erectæ sunt.
Studere auribus iudicũ, id est, Causas agere apud iudices. Martialis lib. 10. epig. 19. de Plinio iuniore,
Dum centum studet auribus virorum. Erat enim patronus apud Centumuiros.
Substringere aurem loquaci. Horat. 2. Serm. sat. 5.
In alteram aurem suscipere aliquid. Hoc est, animo parum securo. Sic suscipere, vt dubites tamen rectène sis facturus, an secus. Cic. ad Attic. lib. 13, Sed quoniam tu suscipis in alteram aurem de retẽtione, rescripsi ad tuas accuratè literas scriptas. Conficies igitur, & quidem sine vlla dubitatione aut retractatione. hoc fieri & oportet, & opus est. Alij tamẽ sic distinguũt, Sed ipsi quàm res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipis, in alteram aurem. Deinde sequitur alterius epistolæ initium, De retentione rescripsi, &c. Sensus autem est, in alterã aurem, subaudi, dormio. Id est, securus sum, nihil vereor.
Sufurrat aure. Id est, in aurem. Ouid. 3. Metam.
Aurem tangere. Plin. lib. 11. cap. 45.
Sonus terget aures. Lucret. lib. 6.
Tinniunt aures. Catul. epig. 48. Torquere aurem. Horat. 2. Ep. 1.
Vellere. Virg. in Sileno. Eclog. 6,
Quum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit pastorem. Vbi Seruius, Vellit, id est, monuit: vt alibi, Postésque à cardine vellit. Tractum à more præceptorum, qui dum pueros suos admonent alicuius rei, aurem vellunt ac trahunt, vt in mentem reuocent.
Venit ad aures fama. Seneca in Octauia, 6.
Apud aures. Tacit. lib. 4.

Verminat auris.Martial.lib.14.epig.23. de Auriscalpio,
Si tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.
Vti auribus alicuius, Ab aliquo audiri. Cic.Volumnio,lib.7. epist. vlt.Nam & Cassius tuus,& Dolabella noster, vel potius vterque noster, studiis iisdem tenentur, & meis æquissimis vtuntur auribus.Id est,à me æquissimè audiuntur declamantes.
Auricula, auriculæ, pen. corr. Cartilago illa est circum aurium concauitatem,non autem parua auris.Hæc Valla lib.1. Martial.lib.5,
Auriculam Mario grauiter miraris olere:
Tu facis hoc,garris Nestor in auriculam.
Auriculæ albæ.Pers.satyr.1.
Auricula infima mollior,Hyperbole prouerbialis.in homines minimè iracundos,lenique ingenio præditos. Cic. ad Q.frat. lib. 2.16, Tu quemadmodum me censes oportere esse & in Repub. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scito molliorem. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius aut flexibilius,lentiúsque, vt quæ nec osse rigeat,neque cartilagine durescat,neque neruis intendatur. Erasm.
Auferre auriculam. In AVFERO.
Demittere.Horat.1.Serm.satyr.9.
Emere deorum auriculas.Pers.satyr.2,
-aut quidnam est qua tu mercede deorum
Emeris auriculas, pulmone & lactibus vnctis? Irrisio est in eos qui muneribus capi deos putant, vt ad nostra inclinētur vota turpia.
Auriculas asini habere.Pers.satyr.1,
Auriculas asini quis non habet? Id est,Quis non ita iudicat de carminibus,sicut Midas de cantu?
Opponere auriculam.Horat.1.Serm.sat.9. Vide ATTESTOR.
Auriculas teneras radere.Pers.satyr.1,
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? Radere,acri & amarulenta reprehensione perstringere. Teneras auriculas, aures potentiorum & nobilium, quæ ad credendum teneræ & faciles esse consueuerunt, atque delatoribus expositæ:quæque blandis assuetæ palpationibus,auersantur mordacem veritatem.
¶Auriculæ, absolutè pro Auditoribus,per metonymiam. vt, Auidi auricularum,id est,Cupidi auditorum. Lucret.lib.4,
-ideò iactant miracula dictis,
Aut aliqua ratione alia ducuntur,vt omne
Humanum genus est auidum nimis auricularum. Vide Labinum.
Auricularis, & hoc auriculare, pen. prod. {ὠτικός} Item Auricularius, adiectiuum:vnde,Auricularium specillum dicimus,quod Celsus lib. 5.& 6,Oricularium vocat: & Verminatio auricularis vocatur,quum putridæ aures vermibus scatent. Et Auricularis digitus,paruus,quo aures mundantur.
Auritus, penult.prod. {ὠτώδης} adiectiuum, à magnis auribus dicitur,vt sunt asinorum & leporum : aliàs ab audiendi facultate. Hæc Festus. Virgil. 1. Georg. Auritósque sequi lepores. Vbi Seruius,Auritos lepores,maiores aures habentes.
Aurita aduncitas rostri Plin.lib.10.cap.49.
¶Auritæ quercus, Sensum audiendi habentes, vt interpretatur Seruius in 1.Georgic. Horat.1.Carm.ode 12,
Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.
Auritus populus,Qui attentè audit.Plaut.in prol.Asin.
Testes.Plaut. Trucul.10.
Auriscalpium {ὠτογλυφίς} instrumentum quo mundantur aures:de quo sic Martialis in Apophoretis,lib.14,
Si tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.
Auritus,Vide AVRIS.
Auro,auras,Vide AVRVM.
AVRORA,pen. prod. {ἠώς} Filia fuit Titani & Terræ, quam sī mulierem volumus arbitrari, eo quòd eam Tithoni fratris Laomedontis dicat Ouidius fuisse coniugem,possumus eam existimare aliquam ingentis potentiæ & admirandi decoris fuisse fœminam. Sed verisimile est de ea intellexisse poetas,quam omnes dicunt Auroram:eum scilicet matutinum splendorem,quo cernimus ante Solem eleuatum cælum albescere:quam ideo Titani dicunt filiam,non quia ex Titano natam credant,sed ex Sole, quem sæpissimè ex nomine aui Titanum vocant. Nam ex Sole procedit illa claritas cæli quam auroram dicimus. Terræ autem ideo dicitur filia , quia videtur intuentibus,è terra prodire. Ex Bocatio. Cic.1.de Diuinat. Quum primùm gelidos rores Aurora remittet.
Aurora,auroræ {ἠώς} Diluculum. Varro de Ling.Lat.lib.6, Aurora dicitur ante Solis ortū,ab eo quòd ab igne Solis tum aureo aer aurescit. Iuuenal.satyr.10. Ouid.lib.1 Metamorphoseos,
Eurus ad Auroram,Nabathæáque regna recessit.
Ab Aurora. Vide AB.
Prima aurora,vel Crastina aurora.Virgil.4.Æneidos,
Et iam prima nouo spargebat lumine terras
Titoni croceum linquens aurora cubile. Vbi Seruius, Prima aurora,designatio temporis est,non diei descriptio. Vnde infert,
-vt primum albescere lucem Vidit.
Lutea.Virgil.7.Æneid.
Pallida.Virgil.1.Georgic.
Purpurea.Ouid 3.Metamorph.
Roscida. Ouid.ad Liuiam.
Vigil.Ouid.2.Metamorph.
¶Dimouet aurora humentem vmbram polo.Virgil.4.Æneid.
Euocat auroram cantibus ales cristatæ oris.Ouid.11.Metam.
Aurora fulget.Ouid.lib.2.Metam.
Fulget in roseis bigis aurora. Virgil.7.Æneid.
Lustrat Phœbæa lampade terras aurora. Virgil.4.Æneid.
Patefacit ab ortu purpureas aurora fores.Ouid.2.Metam.
Portat aurora diem croceis equis.Ouid.ad Liuiam.
Remouet aurora nocturnos ignes.Ouid.4.Metam.
Rubescit stellis aurora fugatis. Virgil.3.Æneid.
Surgens aurora relinquit Oceanum. Virgil.11.Æneid.
Vehunt auroram Phaethontis equi. Virgil.5.Æneid.
Sub aurora,Circa diluculum. Ouid.Epist.18.
AVRVM, huius auri {χρυσός,χρυσίον.} Festus , Aurum dictum,quia præcipuè custoditur. Græcè enim ὠρεῖν, Custodire dicitur. Hippocrates medicus de nomine inuentoris , id dictum putat , quem vocitatum ait Auryon. Quidam ad similitudinem auroræ coloris nomen traxisse existimant:nonnulli quia mentes hominum auerrat: alij à Sabinis trāslatum putant,quod illi ausum dicebant. Cic.de Senect. Non enim aurum habere præclarum sibi videri dixit, sed eis qui haberent aurum imperare.
Aurum quandoque sumitur pro ipso metallo.
Aurum & opes præcipuæ bellorum causæ. Tacit.lib.10.
Aurum factum dicitur id quod non rude est,sed elaboratum,& ex quo aliquid est effectum. Vlpian.l.cum aurum.D.de aur.& arg.legat. Quum aurum vel argentum legatum est , quicquid auri argentíque relictum est legato continetur,siue factum siue infectum sit. Virgil. 10.Æneid. -sunt auri pondera facti,
Infectíque mihi. Seruius Iurisc.ita existimat, aurum vel argētum factum id videri,quo commodè vti possimus.
Aurum ferro nocentius.Ouid.1.Metam.
¶Aurum,pro Aureis nummis aliquādo accipitur.Cic.pro Flacco.
¶Aurum , pro Vestimentis aureis , maximè muliebribus. Plautus Mostel.Agedum contempla aurum & pallam. Terent.Eunuch.4.1, Intereà aurum sibi clàm mulier demit,dat mihi vt auferam.
Aceruus auri.Horat.1.Epist.2.
Amore auri cæcus. Virgil.1.Æneid.
Auri sacra fames. Virgil.3.Æneid.
Diuitis auri imperiosa fames.Ouid.ad Pisonem.
Fulgor ab auro fusus.Valer.5.Argonaut.
Pondus auri. Tibul.1.eleg.9.
Auri saniem interpretatur Plinius,quod Græci χρυσόκολλαν dicunt, lib.33.Nat.hist.proœm.Eruitur aurum &chrysocolla iuxtà,vt pretiosior videatur nomen ex auro custodiens. parum enim erat vnam vitæ inuenisse pestem,nisi in pretio esset auri etiam sanies.
Auri venas sequi. Lucret.lib.6.
Concolor auro:id est,Pallidus.Sil.lib.1.
Corusci auro iuuenes, Aureis induti vestibus. Virgil.9.Æneid.
Insignis auro & purpura.In INSIGNIS.
Pretiosior auro. Ouid.8.Metam.
¶Aurum æstiuum. Iuuenalis,
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum,
Nec sufferre queat maioris pondera gemmæ. De annulis loquitur, qui apud veteres duorum fuerunt generum, æstiui,& hyberni:ac hybernos putem fuisse maioris ponderis: æstiuos autem leuiores. Ex Turnebo.
Aurum argentosum.In ARGENTOSVS.
Barbaricum.In BARBARICVS.
Cælatum. In CAELO.
Coronarium. Gellius lib. 5. cap.6, Triumphales coronæ sunt aureæ , quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. id vulgò dicitur Aurum coronarium. Cic.1.de lege Agraria , Ex auro coronario , quod neque consumptum in monimento, neque in ærarium relatum sit , id ad Decemuiros referri iubet. Vide Seruium libro 8. Æneidos.
Coronatum,Corona ex auro.Stat.3.Sylu.4.
Distinctum.Seneca in Hippol.3. Id est,Versicolor.
Diues aurum.Ouid.ad Pisonem.
Factum. Vide paulo antè.
Fuluum aurum. Vide FVLVVS.
Fusile,Liquidum.Ouid.11.Metam.
Gemmatum,Gemmæ auro inclusæ.Stat.3.Sylu.4.
Implexum crinibus aurum.Plin.lib.33.cap.1.
Infectum. Virgil.10.Æneid.
Intextum vestibus.Ouid.6.Metam.
Læue.Valer.1.Argonaut.
Latum.Iuuenal.satyr.10.
Lentum.Ouid.3 de Arte amandi.
Micans.Ouid.2.Metam. Nitidum. Ouid.9.Metam.
Obrizum. In OBRIZVM.
Philippeum.Plaut.Curcul.8.
Pingue.Pers.satyr.2.
Rutilum.Claud an.de rapt.Proserp.
Semestre aurum. Iuuenal.satyr.7,
Semestri vatum digitos circumligat auro. Id est,annulis æstiuis & hybernis.Sic enim sunt semestres. Vide paulo antè,Aurum æstiuum.
Solidum. Ouid.3.Amor.eleg.7.
Subæratum.Pers.satyr.5.
Tholosanum , Prouerbium in eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis , nouoque ac miserando exitio perit. Cicero 3.de Natura deorum,Cognosce alias quæstiones, auri Tholosani, coniurationis Iugurthinæ.
Aurum textile.Plin.lib.33.cap.3.
Figuris aurum terribile. Id est,cælatum aurum figuris horrendis. Stat.6.Thebaid.
¶Aurum abdicare.In ABDICO.
Aurum appendere. In APPENDO.
Ardet auro clypeus.Stat.1.Achil.
Auro aliquem attondere.In ATTONDEO.
Sollicito bibunt auro superbi. Senec.in Hippol.4, Dicit solicitum, quia qui auro bibunt,soliciti sunt propter veneni suspicionem.
Captus auro.Horat.2.Carm.18.
Auro contra cedo. Plaut. Rudent. Auro contra cedo modestum amatorem. Sic in Epidico,Non carus est auro contra. Turnebus.

Auro

Auro cludere. In ENVDO.
Commodare aurum. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Aurum in ludos consumere. In CONSVMO.
Aurum fluit ignibus. Ouid. 2. Metam.
Defosso incubare auro. Virg. 2. Georg.
Effingere in auro, Aureis figuris exprimere. Virg. 6. Æneid.
Effulgere auro. Virgilius 5. Æneid. Auro: id est, auratis vestibus aut armis.
Eruere aurum terra. Ouid. 3. Amor. eleg. 7.
Flauentes auro spicæ. Id est, aureo colore. Ouid. 9. Metam.
Illitum aurum vestibus. Horat. 4. Carm. 9.
Incenditur auro purpura. Id est, auro intexitur, quòd ex purpura veluti flamma eluceat. Stat. 10. Thebaid.
Includuntur auro smaragdi. Lucret. lib. 4.
Induitur pedibus aurum. In INDVO.
Micante auro clara regia. Ouid. 2. Metam. Clara, id est refulgens.
Radiante auro nitens. Ouid. 4. Metam.
Renidens auro domus. Lucret. lib. 2.
Rigentes auro exuuiæ. Sil. lib. 15.
Spectatur aurum in ignibus. Vide Specto, in SPECIO.
Subducitur aurum terræ. Ouid. 3. de Arte amandi.
Vacuare aurum mero: id est, aureas pateras. Stat. 5. Theb.
Vænire auro, auro vendi. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Ab auro fulgorem reuereri. Vide A vel AB præpositiones.

Auratilis, & hoc auratile, pen. corr. {διάχρυσος} Solin. cap. 25. Fœminis nitor purus est: mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis puluisculus variat.

Auratus, penul. prod. {διάχρυσος} adiectiuum. Auro tectus. vt, Aurata tecta. Cic. in Parad.
Auratus aries Colchorum Cic. in Orat.
Cassis aurata. Stat. 7. Thebaid.
Currus. Cic. post Reditum in Senatu.
Imbres. Claudian. 3. Paneg.
Milites. Liu. 9. ab Vrbe.
Monilia. Ouid. 5. Metam.
¶ Aurati. Vide Aura pro fauore, ex Seruio.

Auratura, penul. prod. {χρύσωσις} Quintil. lib. 8. cap. 6, De hypallage, Sed nomen immuto, vt quum aurata tecta, aurea: pusillum à vero discedo, quia non est nisi pars auratura.

Auramentum, videtur instrumentum esse effodiendo aut purgando auro accommodatum. Plin. lib. 33. cap. 3, Hispania strigiles vocat auri paruulas massas, quòd super omnia solum in massa auramento capitur, quum cætera in metallis reperta igne perficiantur. Emendatiora exemplaria legunt, In massa aut ramento capitur.

Aurarius, adiectiuum. vt, Auraria metalla. Plin. lib. 37. cap. 12.
Negotium. Plaut. Bacchid. 4.
¶ Aurarij, pro Fautoribus. Vide Aura pro fauore.
Aurarium etiã fabrum dicere possumus, qui auro aliquid obducit.

Auraria, substantiuum {χρυσωρυχεῖον} locus vbi aurum effoditur, siue Aurifodina. Tacit. lib. 3, Aurarias sibimet Tiberius sepsuit. Fodinas intelligit.

Aureus, adiectiuum {χρυσοῦς, χρυσεῖος} Quod est ex auro. vt, Aureæ literæ. Plin. lib. 7. cap. 32. Et aurea bulla, Plaut. Rud. 24.
Aurea ætas. Ouid. 1. Metam.
Cæsaries. Virg. 8. Æneid.
Color, Auri colorem referens. Plin. lib. 11. cap. 15.
Color aureus barbæ. Ouid. 12. Metam.
Coma, slaua. Idem, ibidem.
Aurea coniux. Virgil. 7. Æneid. Sed est hoc loco ironia, in diuersámque partem accipiendum, pro turpi & inamabili.
Copia aurea, Diues & abundãs. Horat. 1. epist. 12. Copia hoc in loco significat deam vbertatis.
¶ Aurei currus in Horatio leuiter audiuntur, nec attendimus tales triumphãtium Augustorum fuisse currus. Sic autẽ scribit in Epodis,
Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boues. Hoc ex Philostrato in Dionis vita satis apparet, quem vide. Etsi autem certa quædam forma erat triumphalis currus, tamen ea Imperatori ornatior & pretiosior, quàm alijs ducibus parabatur. Turnebus.
Dicta aurea elegantissima & maximæ vtilitatis. Lucret. lib. 3.
Funis. Lucretius,
Haud (vt opinor enim) mortalia secla superne
¶ Aurea demisit de cælo funis in arua. Sed hoc ab Homero sumptum est, apud quem aurea catena, vel funis (vt interpretatur Lucretius) de cælo religatur. Plato autem in Theæteto aureum apud Homerum funem interpretatur solem esse, vt etiam eruditissimo viro Lambino placet. Annotauit & Turnebus.
Gens. Virgil. 4. ecloga.
Horæ. Catulli. epigramm. 58. Aureas vocat vel ob diei claritatem, vel quia pretiosissima res sit tempus, vtpote cuius sit iactura irreparabilis.
Imago. Ouid. epist. 19.
Luna. Ouid. 10. Metam.
Malum. Virgil. eclog. 3,
Aurea mala decem misi, cras altera mittam. Vide Malum aureum.
¶ Aurea mediocritas Horatio dicitur, quòd ea hominibus charissima, optatissima, & pretiosissima esse debeat, & tãti æstimanda quãti est aurum, vt & reuera nonnullis est expetenda maximé. Turnebus.
Mores aurei, Elegãtes & amabiles. Horat. 4. Carm. 2. Acron interpretatur Bonos & sanctos.
Munera. Tibull. lib. 1. eleg. 4.
Nomen. Cic. pro Sex. Rosc. Venio nunc ad illud nomen aureum Chrysogoni, sub quo nomine tota societas statuitur. Hoc dicit, quia χρυσὸς Græcè, Aurum significat Latiné.
Nox aurea cingitur astris. Valer. 5. Argon. pro, Nox cingitur aureis astris.
Aureus partus. Cic. Octauio.
Potorium. Plin. lib. 33. cap. 10. & 12.
Aureus ramus oliuæ. Virg. 6. Æneid.
Secula. Virgil. 6. Æneidos,
Augustus Cæsar, diuûm genus, aurea condet Secula.
Sella. Cic. 2. Philipp.
Sol. Virgil. 1. Georg.
Sponda. Virgil. 1. Æneid.
Sydus. Horat. Epod. 17.
Venus. Virgil. 10. Æneid.
Aurea vestis, pro Barba aurea. Virg. 8. Æneidos,
Aurea cæsaries ollis atque aurea vestis. Seruius.
¶ Velari aureo amictu. Ouid. 14. Metam.
¶ Aurea barba. Persius,
Præcipui sunto, sitque illis aurea barba. Hoc Persiano velut ænigmate, quod plerisque non est ita obuium, Turnebus significari putat summorum deorum, vt Iouis ac Neptuni insignia & ornamenta: vt pari honore, qui vera miserint somnia heroes & semidei afficiãtur, ac supremus Iupiter. Suetonius id videtur indicare sic scribens in Caligula, Plerunque verò aurea barba fulmen tenens, ac fuscinam, aut caduceum deorum insignia.
¶ Aureus, tanquam substantiuum, & subauditur nummus: Nummum aureum significat. Plin. lib. 35. cap. 10, Immane tabulæ pretium, accepit aureos mẽsu. a, non numero. Verùm hic locus hodie sic legitur, Manipretium eius tabulæ in nummo aureo mensura accepit, non numero. De aureo nummo vide Bud. lib. 3. de Asse, in ipso principio. Alciatus, Aureus nummus sestertios æris centũ valebat, quod in Dispunctionibus annotaui, hoc est denarios argenteos XXV. Sed deinde minoris æstimationis aureus fieri cœpit, & in Cæsarum constitutionibus solidus appellari: quorum LXXII. auri libram conficiunt. Cic. 12. Philipp.
¶ Aureus Romanus, qui & solidus dicebatur, quãtæ æstimationis esset, ex comparatione duorum locorũ Suetonij & Taciti cognosci potest. Nam de Othone scribit Suetonius, Quoties cœna acciperet principem, aureos excubanti cohorti viritim dabat. Tacitus, Cohorti excubias agenti viritim centenos nummos diuidebat. Aureus igitur Romanus centum nummis taxatur.

Aureolus, pen. corr. {χρυσοειδής} adiectiuum diminutiuum.
Aureolum collum, Quod propè colorẽ auri refert. Varro 3. de Re rust. cap. 9, de gallis gallinaceis loquens, Rostro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra, subalbicanti, collo vario aut aureolo.
Aureolus libellus. Cic. 4. Acad.
Malum. Catullus 2.
Oratiuncula. Cic. 3. de Nat. deor.
Pedes aureoli. Catull. 56.
¶ Aureolus, diminutiuum ab Aureo, pro Nummo aureo. Martial. lib. 5, Qui crepat aureolos, forsitan vnus erit.
Auratilis puluisculus. Solinus cap. 25.

Auricomus, pen. cor. {χρυσόκομος} adiect. Auream comã habens. Sipont.
Batauus auricomus. Silius 3.
Sol auricomus. Valer. 4. Argonaut.

Aurifer, pen. cor. {χρυσοφόρος} adiectiuum, Quod fert aurum. vt, Aurifera arbor. Cic. 2. Tuscul.
Amnis aurifer Tagus. Catull. 27.
Aqua. Ouid. in Ibin.
Arenis auriferis pallet Tagus. Sil. lib. 16.
Arua Phœnicum. Sil. lib. 16.
Fons Pactoli. Claudian. 3. Paneg.
Nemus. Plin. lib. 5. cap. 1.
Terra. Martial. lib. 10. Et Sil. lib. 2.

Aurifex, pen. corr. aurificis, pen. corr. masc. g. {χρυσοχόος} Faber aurarius. Plaut. Menæch. 15, Tibi equidem illam, ad Phrygionem vt ferres paulò prius. Et spinter, vt ad aurificẽ ferres, vt fieret nouum. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Cic. 6. Verr. Quum vellet sibi annulum facere, aurificem iussit vocari in foro, ad sellam Cordubæ, & ei palàm appendit aurum.

Aurificina, pen. prod. Aurificis taberna.

Aurifodina, penul. prod. Locus vnde effoditur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4, Extat lex censoria Ictimulorum aurifodinæ. Vide Argentifodina, in Argentum.

Aurifur, pen. cor. aurifuris, pen. prod. com. g. Qui furatur aurum. Plaut. Pœnul. 19, Et mihi hic aurifur est.

Auriger, pen. corr. adiectiuum. vt, Auriger taurus. Cic. 2. de Diuinat.
Arbor aurigera. Valer. 8. Argonaut.

Aurilegus, pen. corr. {χρυσολόγος} Qui aurum legit. Id est furatur.

Auro, auras, aurare, à quo Inauro, & Deauro cõposita. Varro de Ling. Lat. lib. 6, Aurescit aer, dixit. Vide AVRORA.

AVRVNCA, æ, Latij ciuitas fuit, ab Ausone Vlyssis & Calypsûs filio condita: à qua Arunci dicti fuerũt, vetustissimi Latij populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

A V S

AVSA {αὖσα} ciuitas est Hispaniæ Ptolemæo.

Auscaripedam, pro vermiculo piloso, qui solet esse in fronde cum multis pedibus, dixerunt veteres, teste Varr. lib. 6. de ling. Lat.

AVSCI {αὖσκοι} populi sunt Aquitaniæ in Gallia Plinio. vulgò *Aux*. Archiepiscopatus in Vasconia.

Ausculari {φιλεῖν} dicebant antiqui pro Osculari, quod est os cum ore conferere. Festus.

Ausculto, auscultas {ἀκροάομαι} auscultare, Audire. Plaut. Stich. Auscultato, atque animum aduorto sedulò.
Auscultare ab ostio. Plaut. Mercat. 8.
Auscultare ad fores. Plaut. Trucul. 4.
Auscultemus hinc quid agat. Plaut. Curcul. 6.
Ausculta paucis. Terent. Adelph. 5. 3.
Iamdudum ausculto. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Auscultare aliquem. Plaut. Pseud. 7, Te auscultabo lubens. Terent.

Heauton.4.5,Ausculta quod superest fallaciæ.
Populum auscultare.Catull.epigram.62.
¶Auscultare {πείθεσθαι, ὑπακούειν} cum Datiuo, pro Obedire ponitur.Varro lib.5.de Ling.Lat. Ab audiendo etiam auscultare declinamus,quòd hi auscultare dicuntur,qui auditis parent. Terent. And.1. 3,Nec quid agam certum est, Pamphilúmne adiutem,an auscultem seni. Ea ratione qua & audire dicitur cum datiuo, pro obedire. Cic. pro Rosc.Ame.Mihi ausculta,vide ne tibi desis.
Auscultare minus est,quàm audire.Pacuuius apud Ciceronem lib. 1.de Diuinatione,
Nam istis qui linguam auium intelligunt,
Plúsque ex alieno iecore sapiunt,quam ex suo,
Magis audiendum,quàm auscultandum censeo.
¶Auscultare,pro Videre, spectare.Afran.Priuigno,
Video ludos.hinc auscultaui procul. Nonius.
¶Auscultabitur,Impersonale.Plaut.Merc.7,
-excusato me fecisse sedulò
Ad portum ne ires,dico iam tibi.c.auscultabitur.
Auscultatio {ἀκρόασις} verbale,Auditio.
¶Auscultatio, Obeditio. Plaut. Rud. Quid mihi scelesto tibi erat auscultatio?quidve hinc abitio?
Auscultator,pen.prod.{ἀκροατής} verbale.Cic.in Partit.Nam aut auscultator est qui audit,aut disceptator.
AVSELII,dicebantur qui nunc Aurelij. Festus.
AVSER {αὖσαρ,vel ἄσαρ} vel Auseris, fluuius Italiæ prope Lucam, cuius olim pars riuus ille qui iuxta Pisas nunc labitur, fuit. Strabo pro Auseri,Æsarem ponit.
Ausim {τολμῴην} Verbum defectiuum. Indicatiuo vel optatiuo futuri temporis,Ausim,ausis,ausit. Et pluraliter ausint.Cæteris caret. Id est audebo,vel vtinam audeam. Liu.lib.1.ab Vrbe, Nec si sciam, dicere ausim. Virgil.2.Georg.Ausim vel tenui vitem committere sulco. Id est ausus sum,vel audebo,teste Seruio. Festus,Ausis,id est audeas.
Ausim confirmare.Lucret.lib.5.
AVSONIA {αὐσονία} ea duntaxat pars Italiæ dicta est primò,in qua sunt vrbes Beneuentum, & Cales. ab Ausone Vlyssis & Calypsonis filio postea tota Italia, quæ Apennino finitur, Ausonia vocitata est ab eodem duce.Inde etiam Ausonij Itali dicti sunt. Festus.
Armipotens Ausonia.Stat.3.Sylu.eleg.2.
Auson, & Ausonius {αὐσόνιος} Qui ex Ausonia est. vt, Gens Ausonia, Mare Ausonium,pars maris Tyrrheni,à Campania Siciliam versus.
Lingua Ausonia,id est Latina.Ouid.5.Trist.eleg.8.
Terra.Virgil.4.Æneid.
Tibris.Virgil.5.Æneid.
AVSONIVS {αὐσόνιος} sophista,scripsit epistolas, & alia quædã ad Nonnum,vt ait Suidas.
¶Fuit & Ausonius,patria Gallus,Burdegalensis poeta,cuius extãt epigrammata.
Auspex,auspicis,pen.cor.m.g.{οἰωνοσκόπος,οἰωνοπόλος,οἰωνιστής.}Valla, Auspex qui præerat nuptiis celebrandis: quia Auspicium pro nuptiis capere solebat,adhibebatúrque hic pro parte mariti.Hæc Valla lib.6. Dictus est autem ab auibus aspiciendis,quemadmodum & Aruspex.
Auspex legis. Cic.ad Attic.lib.2.22, Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc eius legationem: quam si ille contemnit, & si(vt scribis)bilem id commouet,& latoribus & auspicibus legis Curiatæ spectaculum egregium.
Auspices victoriarum. Plinius, Victoriarum omnium toto orbe auspices.
Musa auspice:id est duce.Horat.1.epist.3.
Phœbo auspice.Stat.2.Sylu.2.
Prouidus auspex.Horat.3.Carm.ode 27.
Auspicalis,& hoc auspicale,pen.prod.{οἰωνιστικός} Quod ad auspiciũ pertinet. vt,Auspicalis pisciculus,qui aliquid portendit,aut significat futurum. Plin.lib.32.cap.1, Tenuit & nostra memoria Caij principis ab Astura Antium remigantis, vt res est etiam auspicalis pisciculus. siquidem nouissimè tum in vrbem reuersus Imperator,suis telis confossus est. De echeneide pisce loquitur.
Auspicium {οἰωνισμός,οἰώνισμα} inquit Festus, ab aue specienda. nã quod nos cum præpositione dicimus Aspicio,apud veteres Specio dicebatur. Valla lib.6, Auspicium est vel à pastu auium, vel ab inspectione auium. Sed quia Consul antequam iret in expeditionẽ, capiebat auspicium, hinc factum est vt dicamus auspicia ducum atque principũ, quæ à solo duce capiuntur.Hæc Valla. Cic. 2. de Diuinat. Quid est aliud nolle moneri à Ioue, nisi efficere vt aut ne fieri possit auspiciũ, aut si fiat, videri? Aues,euentus significant aut aduersos, aut secundos. Plaut.Amphit.8,An te auspicium commoratum est?
Auspicium & Augurium,Vide in AVGVRIVM.
Funeris auspicium.Stat.6.Thebaid.
Auspicia nuptiarum.Cic.1.de Diuinat. Quod etiam nunc nuptiarum auspiciis declarant.
Vrbs auspiciis condita.Cic.in Vatin. Qui tãtus furor,vt quũ inaudita ac nefaria sacra susceperis,quum inferorum animas elicere,quũ puerorum extis deos manes mactare soleas:auspicia,quibus hęc vrbs condita est, quibus omnis Respub. atque imperium tenetur, contempseris?
Addicentia auspicia. Tacit.lib.2, Auctus omine,addicentibus auspiciis vocat concionem.
Auspicium bonum.Catull.epigram.42.
Bono auspicio promulgare legem. Cic.ad Att.lib.1.11, Lurco autẽ Tribunus plebis,qui magistratum simul cum lege Ælia iniit,solutus est & Ælia & Fufia,vt legem de ambitu ferret,quam ille bono auspicio Claudus homo promulgauit.
Caduca auspicia dicunt, quum aliquid in templo excidit: veluti virga è manu. Festus lib.3.
Consulare auspicium. Cic. pro Muræna, Quòd si illa solennis comitiorum precatio, Cõsularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantam Reip. dignitas postulat, idem ego precatus sum, vt iis quoque hominibus quibus hic Cõsulatus me rogante datus esset,ea res faustè,feliciter prosperéque eueniret.
Fauens,id est,Prosperum.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Ferale.Claudian.2.in Eutrop.
Grande.Ouid.2.Trist.
Infelix.Stat.11.Thebaid.
Iuge.Festus,Iuge auspicium est,quum iunctum iumentum stercus fecit. Cic.2.de Diuin. Huic simile est quod nos augures præcipimus, ne iuge auspicium obueniat,vt iumenta iubeant disiungere.
Liquidum.Vide Liquidus in Liquor.
Malum.Plaut.Aulul.12.
Auspicio meliore.Plaut.Menæch.24.
Militare. Cic.2.de Diuin. Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, iam M.Marcellus ille quinquies Consul totum omisit,idem Imperator,idem Augur optimus.
Mollia.Claudian.1.in Eutrop.
Optimum.Cic.2.de D.uin.Fulmen sinistrum,auspicium optimum habemus ad omnes res,præterquam ad comitia.
Auspiciis optimis.Cic.de Senect.Augúrque quum esset,dicere ausus est,optimis auspiciis ea geri quæ pro Reip.salute gererentur:quæ contra Remp.fierent,contra auspicia fieri.
Regalia.Claudian.in Paneg.
Secunda.Horat.4.Carm.ode 14.
Saluis auspiciis. Cic.de Prou.Consf. Iidem illã proscriptionem capitis mei contra salutem Reip. sed saluis auspiciis rogatam esse dicebant.Id est,non contra auspicia. Budæus.
Solennia.Claud.2.Paneg.
Sinistrum.Vide Auspicium optimum.
Vtile.Ouid.1.Fastor.
¶Auspicium,pro ductu atque dispositione.Virg.4.Æneidos,
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis,& sponte mea componere curas. Vbi Seruius,Meis auspiciis,argumentum à necessitate. Et auspiciis ideo,quia maiores omnia auspicatò gerebant. Ergo auspiciis, dispositionibus. Liu. Decad.3.lib.8,Vos auspicium imperiṹque ad Calenum detulistis.Plin lib.7.cap.43.
Imperio atque auspicio alicuius aliquid agere.Plaut.Amphit.4.
Ductu,imperio,auspicio. Plaut. Amphit.4, Vt gesserit Remp. ductu,imperio,auspicio suo.
Virtute atque auspicio alicuius.Plaut.Epid.8.
¶Auspicium,pro Potestate etiam summa.Liu.Decad.3.lib.8,Quoniam in prouincia Liuij res gesta esset,& eo fortè die quo pugnatum esset,auspicium eius fuisset. Et alibi itidem. Budæus. Virgilius 4.Æneidos,
Communem hunc ergo populum,paribúsque regamus
Auspiciis. Vbi Seruius, Paribus auspiciis, æquali potestate. Et ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Et dictum est à comitiis, in quibus iisdem auspiciis creati, licet simul non crearentur,parem tamen habebãt honorem propter eadem auspicia. vnde & Consules, pares sunt:quum necesse esset vt vnus prior crearetur.
Auspicia maiora,maiores honores & magistratus significant.nullus enim magistratus inauspicatò creabatur. Budæus.
¶Dare auspicium.Sil.lib.13.
Signum & auspicium alicui dare.Sil.lib.7.
Auspicia dirimere.Plin.lib.7.cap.57.
Dissoluere. Cic.in Vatinium, An quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus.
Ementiri.Cic.1.de Diuin.Appius collega tuus,bonus augur,vt ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum,& virum egregium Censor C. Ætheium notauit, quòd ementitum auspicia subscripserit.
Auspicia euenerunt secunda.Cic.1.de Diuinat. Cuius quidem hoc præclarissimum est,quod posteaquam à Cæsare tetrarchiæ regno,pecuniáque mulctatus,negat se tamen eorum auspiciorum,quæ sibi ad Pompeium proficiscenti,secunda euenerunt,pœnitere.
Auspicium facere. Liu.1.ab Vrbe, Circa summum culmen hominis auspicium fecisse.
Facere ratum auspicium. Cic.2.de Diuin. Cur autẽ aliis à dextra, aliis læua datum est auibus,vt ratum auspicium facere possint?
Auspicia mittere. Liuius 1. ab Vrbe, Tum pergit verbis auspicia quæ mitti vellet: quibus missis Numa rex declaratus de templo descendit.
Præmonere auspicium.Cic.2.de Legib. Quísque agent rem duelli, quísque popularem,auspicium præmonento.
Vetat auspicium.Ouid.6.Fastor.
Auspicor,pen.corr.auspicaris {οἰωνοσκοπῶ, καταρχομαι} auspicari, Auspicium capere.Cic.2.de Diuin. Illi autem qui in auspicium adhibetur, quum ita imperauit is qui auspicatur,dicito.
Auspicari tripudio. Cic. 1. de Diuin. C. Flaminius quum tripudio auspicaretur,pullarius diem prælij committendi differebat.
¶Auspicari,Incipere.Plin.lib.7.in procem.4,Itaque feliciter natus iacet, manibus pedibúsque deuinctis, flens, animal cæteris imperaturum, & à suppliciis vitam auspicatur, vnam tantum ob culpam, quia natum est.
Auspico, auspicas {οἰωνίζω} dixit Plautus Persa, Ego auspicaui in hunc diem.
Auspicare auem,aut aliud quoduis animal.Plaut.Sticho,8,
Certum est mustelæ posthac nunquam credere:
Nam incertiorem nullam noui bestiam:
Quin & ipsa decies in die mutat locum;
Eam auspicaui ego in re capitali mea.
Auspicare alicui rei. Plaut.Rud.18, Non hodie isti auspicaui rei,vt cum furcifero fabuler.
Auspicatus,pen.prod. {αἰσιωθείς} participium.
Impetus non auspicatus.Horat.3.Carm.ode 6.
Auspicatus locus.Cicero pro C.Rab. Quamobrem vter nostrum tandem

tandem Labiene popularis est? tune, qui ciuibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere? qui in campo Martio comitiis centuriatis,auspicato in loco, crucem ad ciuium supplicium defigi & constitui iubes? an ego,&c.

Auspicatus {...} nomen ex participio.Quintil.lib.10.cap.1, Itaque vt apud illos Homerus,sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium:hoc est, felicissimum. Plin.lib.13.cap.22, Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quæ vocatur euonymos. Catull.42,

Quis vllos homines beatiores Vidit?quis Venere auspicatiore?

Auspicatò, aduerbium {...} Id est auspicio capto. Cic.2.de Nat. deor. Itáne verò ego non iustus, qui & Consul rogans, & augur, & auspicatò?

Auspicatò, Feliciter (vt ait Valla) quasi auspiciis non repugnantibus. Terent.And.4.6. Haud auspicatò huc me appuli. Vbi Donatus, Haud auspicatò,id est inauspicatus,quòd nó esset auspicatus. Et vitatum veteribus sic dicere, siquid aliquádo aliter euenisset quàm vellent.Cic.2. de Diuin. Bellicam rem administrari maiores nostri, nisi auspicatò noluerunt.

Auspicatò renuntiare Consulem.Cic.pro Murena, Quæ deprecatus à diis immortalibus sum Iudices,more institutóque maiorum illo die quo auspicato comitiis centuriatis L.Murenam Consulem renuntiaui:vt ea res,&c.

AVSRAVIA,insula Oceani Septentrionalis,à Barbaris sic appellata:à Romanis verò Glessaria, dum scilicet Germanicus Cæsar ibi res classibus gereret. Author Plin.lib.37.cap.3. Idem tamen Plin.lib.4.cap.13, hanc vocat Austraniam:& ita legit Hermolaus.

Auster,Austri {...} Ventus Meridionalis. Auster Græcè {...} dicitur ab humore & nebula, quòd {...} Græcè, humor Latina interpretatione dicatur,ac sit is vetus sudoris effector. Hactenus Nonius. Cæs. 3.bel.Ciuil. Nacti Austrum naues soluunt.

Sibilus Austri.Virg.5.eclog.

Ducere ætatem aduersis Austris.Horat.2.epist.2,
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo,
Non tamen aduersis ætatem ducimus Austris. Hoc est, Nec in summa prosperitate sumus,nec in summa calamitate.

Aquaticus.Ouid.2.Metam.
Aspirans.Virgil.5.Æneid.
Calidus.Claudian.de bello Getico.
Crepitans.Virgil.3.Æneid.
Densus.Virgil.5.Æneid.
Frigidus.Virgil.4 Georgic. Id est(vt exponit Sabinus)languidus. Auster enim non est frigidus,sed calidus & humidus.Sed fortè frigidum dixit poeta,quia frigidus est in sua origine:sed quia per zonam torridam ad nos commeat, calidus peruenit, vt tradit Macrobius in Somnio Scipionis, libro 2. cap.5. Vide Aristotel. in Problemat.sectione 26.
Furens.Virgil.1.Æneid.
Gelidus.Claudian.7.Paneg.
Humidus.Virgil.1.Georg. Claud.2.Paneg.
Hybernus.Tibull.1.eleg.1.
Inexorabilis.Sil.lib.16. Lenis.Virgil.3.Æneid.
Leuis.Valer.6.Argonaut.
Madens.Seneca Herc.OEth.1.
Madidus.Claudian.3.Paneg.
Mitis.Cic.ad Attic.lib 7.
Nebulosus.Seneca Medea 8.
Nigerrimus.Virg.3.Georg. Stat.5.Thebaid.
Nocens corporibus.Horat.2.Carm.ode 14.
Nubilus.Ouid.11.Metam.
Plumbeus.Horat.2.Serm.sat.6.Ab effectu.Hoc est aggrauans animos,more plumbi.
Pluuius.Ouid.1.Metam.
Æstibus spirans.Ouid.7.Metam.
Tepidus.Seneca Hippol.1.
Turbidus.Claudian.22.epigram.
Validus.Horat.1.epist.11.
Vehemens.Cic.Attico.16.334.

¶Cadunt Austri.In CADO.

Immisi Austrum floribus.Virgilius,
Eheu quid volui misero mihi?floribus Austrum
Perditus,& liquidis immisi fontibus apros. De vento Austro interpretor(inquit Turnebus)cuius aura calida & æstuosa statim languescunt flores pulcherrimi. Papinius,
Pubentésque rosæ primos moriuntur ad Austros.

Immurmurat syluis Auster.Virg.3.Georg.
Increbruit Auster.Vide INCREBRESCO.
Ingeminant Austri. Id est repetunt suos flatus venti. Virgilius 1. Georgicorum.

¶Austri pro ventis,figura apud Virgil.celebrata, & est species pro genere.Virgil.1.Æneid.

Australis,& hoc Australe,pen.prod. {...} vt, Australis ora. Cic.2.de Nat.deor. Et Australes morbos vocát medici,qui Austro flante generantur.est enim ventus admodum pestifer.

Australis annus.Claudian.Eutrop.1.

Cingulus, id est Meridionalis zona. Cic. de Somn.Scipion. Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo qui insistunt,aduersa vobis vrgent vestigia,nihil ad vestrum genus. Loquitur de quinque terræ zonis.

Latus.Claud.in Eutrop.2.
Nimbi Australes.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.
Polus Australis,id est Antarcticus. Seneca Herc.OEth.8.

Austrinus,penult.prod. {...} aliud adiectiuum.vt, Austrini flatus,qui flant ab Austro.Colum.lib.7.cap.3.

Austrinum cælum. Plin.lib.16.cap.26,Pirus & amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat Austrinum cælum atque nubilum, florem amittunt. Auster enim dum flat,innumeras nubes attrahit. hinc prouerbium(quia & Cæcias dicitur) Attrahit ad se mala,vt Cæcias nubes. De homine infelice.

Calores Austrini.Virgil.2.Georg.
Austrinus dies. Columel.lib.11.cap.2, 111.Cal.Maias manè Capra exoritur Austrinus dies,interdum pluuiæ.
Polus.Plin.lib.5.cap.19.

Austro, austras, austrare, Humectare. Plautus, Austrati ad ignem sedent.

Austerus, austera, austerum, penultima producta {...} Contrarium est Suaui: sumptum à Græcis,apud quos {...},Austerus dicitur.vt,Austeri homines. Cicero 3.de Orat. Quáto molliores sunt & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, quàm certæ & seueræ? quibus tamen non modò austeri, sed si sæpius fiunt, multitudo ipsa reclamat.

Curatio austera.Plin.lib.24.cap.7.
Color.Plin.lib.35.cap.6,Sunt autem colores austeri aut floridi.Vtrunque natura, aut mistura euenit. Floridi sunt quos dominus pingenti præstat,minium,armenium,cinnabaris,chrysocolla,indicum, purpurissum.Cæteri austeri.
Gustus austerior.Colum.lib.12.cap.12.
Homo.Propert.lib.3.eleg.3.
Austerus & grauis.Cic.in Pisonem.
Labor.Horat.2.Serm.sat.2.
More ac modo austero cum aliquo agere.Cic.pro Cælio.
Austera in lacu musta.Quintil.lib.2.cap.7.
Poemata.Horat.in Arte poetica.
Suauitas austera,cui Dulcis opponitur.Cic.3 de Orat.
Vinum austerius.Colum.lib.3.cap.2.

Austeritas,penult.corr. austeritatis {...} Contraria est Suauitati. Quintil.lib.2.cap.2, Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas. Loquitur de præceptore pueris tradendo.

Austeritas & frontis remissio opponuntur.Plinius Iunior,epistolâ 5.libro 11.

Austeritas colorum.Plin.lib.35.cap.10,Et eadem res nimis floridis coloribus austeritatem occultè daret.

Austerè,aduerbium {...} Cic. pro Muræna, At enim agit mecum austerè & Stoicè Cato.

Australis,Austrinus,Austro,austras.Vide AVSTER.

AVSTRIA {...} Pannoniæ superioris regio, ab Austro vento Meridionali dicta, quòd ad Austrum sita sit. Andræas Althamerus author.

AVSTRI CORNV {...} Promontorij nomen est in Æthiopia, cuius meminit Strabo lib.16.

Austrum,Vide Haustrum in HAVRIO.

Ausus,Vide AVDEO.

A V T

Aut {...} Disiunctiua coniunctio est.Cic.5.Tuscul.Aut bibat,aut abeat. Terent And.1.1, -aut equos
Alere,aut canes ad venandum,aut ad philosophos.

Aut,sæpius repetitum. Cic.in Pisonem, Res ipsa & Reip. tempus, aut me ipsum,quod nolim : aut alium quempiam : aut inuitabit,aut dehortabitur. Idem 1. de Orat. Cætera (inquit) assentior Crasso,ne aut de C. Lælij soceri mei, aut de huius generi, aut arte aut gloria detraham.

Aut vel.Vlp.in l.1.§.1.D.de aleator. Hæc clausula pertinet ad eum qui compulit ludere : vt aut multa mulctetur, aut in latumias, vel in vincula publica detur.

Aut verò,pro Aut etiam.Cic.6.Verr. Quem tibi aut hominem inuitis diis immortalibus, aut verò deum tantis eorum religionibus violatis auxilio futurum putas?

Aut etiam,aut verò.Cic.1.de Orat.Sed siquis esset,aut si etiam vnquam fuisset,aut verò si esse posset,tu esses vnus profectò.

Aut quia,geminatum.Horat.2.Sermonum,
Aut quia non sentis,quod clamas rectius esse:
Aut quia non firmum rectum defendis.

Aut certè. Cic.in Bruto, Quo enim vno vincebamur à victa Græcia,id aut ereptum illi est, aut certè nobis cum illis communicatum.

¶Aut,cum interrogatione positum. Terentius Eunucho,1.2, Aut ego nesciebam quorsum tu ires? Ita Græci suo {...} in interrogando vtuntur.

¶De AVT sic Diomedes lib.1, Aut coniunctio dubitatiua,si geminetur,habet potestatem quæ dicit, Aut librum volo, aut pretium. vtrunque ex æquo desiderare significat. Aut si semel pronuntietur, diminutiua est, & gradum habet ad inferiora tendentem : vt dicimus, Eum librum volo,aut pretium. vt si liber quem potissimùm volo,minimè reddatur:tu quod secundum,pretium.

Aut,modò cōiunctiua est, quum dicimus, Aut da mihi,aut rapio. Modò hortatiua est.ita Virgil. 9. Æneid. Aut tu magne pater diuûm miserere. Modò coniunctiua pro Et.vt Virgil. 1.Æn. Molirìve moram,aut veniendi poscere causas. Et pro que:vt Virg.1.Georgicôn,
Tum liquidas corui presso ter gutture voces
Aut quater ingeminant. Pro quaterque. Modò pro separatiua. vt Virgil.1.Æneidos,
Aut onera accipiunt venientum,aut agmine facto. Idem 4.Æn.
-media inter cornua fundit,
Aut ante ora deûm,pingues spatiatur ad aras. Id est,modò funditur,modò spatiatur. Hæc ex Diomede,ferè ad verbum.

Autapodia {...} Calceamenti genus,idem cum iis quæ {...} alio nomine appellant,vt author est Pollux lib.7.cap.222.

AVTARIATAE {...} Stephano} Populi in Illyrico bellicosissimi,qui quum Triballos,& Ardiæos vicinos suos debellassent,postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti sunt. Author Strabo lib.7.

AVTII {...} Arabiæ populi.Plin.lib.6.cap.29.

Autem {...} discretiua coniunctio, qua ea quæ discreta intelligi volumus,connectimus. Valla, Verò & Autem,idem significant,& eodem

in loco poni possunt, antecedente vtique aliqua dictione. nunquam enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter, vt nusquam referantur, sed tantùm distinguant sententiam à sentẽtia. Hactenus Valla lib.2. Terent. Adelph.4.2, Æschinus odiose cessat, prandium corrumpitur. Ctesipho autẽ in amore est totus. Cic.ad Brutum lib.11.15, Quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia.

Quid autem? Terentius Adelph.3.4, Salue Demea. D. Quid autem? Cic.5. Tuscul. Qua pulchritudine vrbem, quibus autem opibus præditam, seruitute oppressam tenuit ciuitatem? De Dionysio Syracusano.

Quid mea autem? Terent.Eunuch.5.2, Ah quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi, &c.

Autem, pro Etiam. Plaut. Trucul.17, Agite, abite: tu domum, & tu autem domum. Terent.Eunuch.3.2,

-quid tu ais Gnato?
Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraso?
Tacent: satis laudarit.

Adeò autem. Terent.Eunuch.5.5, Atque adeò autem cur non egomet intro eo?

Ecce autem. Terent.Phorm.2.1, Ecce autem similia omnia: omnes congruunt. Vbi Donatus, Ecce autem, vox est apta his quæ noua & improuisa animo accidunt. Sic. Virg.2. Æneidos,
Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per alta.

Autem enim. Plaut.Pseud.7, Verus nolo faciat. C. autem enim nequicquam vis. Id est, profectò: verùm inusitatum est.

Neque enim, neque autem. Cic. L. Luccio, lib.5.12, Neque enim tu is es, qui sis nescias: & qui non eos magis, qui te non admirentur, inuidos, quàm eos qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens.

Pridie autem, in principio orationis. Cic.ad Attic.lib.9, Pridie autem apud me Crassipes fuerat.

Porrò autem. Terent.Adelph.3.3, D. hoc vitio datur. S. Probissimé. D. porrò autem. Vbi Donatus, Porrò autem, At verò, & huiusmodi principia narrationum sunt, quibus superiora sequentibus connectuntur. Idem Eunuch.3.5,

-nunc metuo fratrem,
Ne intus sit: porrò autem, pater ne rure redierit iam.

Tum autem, pro Præterea. Terent.Eunuch.5.9,

-scis sponsam mihi?
PA. Bene, ita me dij ament factum. G. audín tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.

Tum autem, pro &. Terent.Eunuch.2.3,

Vt illum dij deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est.
Méque adeò qui restiterim: tum autẽ qui illum non flocci fecerim.

Donatus, Tum autem pro &. duas vult enim causas esse cur seipsum dij perdant: vnam, quod restiterit: alteram, quod senem peruersitus diu remanserit à persequenda virgine.

Tum obsonium autem? Plaut. Id est, Et præterea quale mihi obsonium misisti? Idem, Sumne autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo? Budæus.

Autem verò. Cic.1.de Orat. Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis verò ornandis generibus socius ac penè par: in hoc quidem certè propè idem, nullis vt terminis circunscribat, aut definiat ius suum.

Vix autem. Cic. 2. Verr. Vt ea restitui in antiquum statum nullo modo possit, vix autem per multos annos.

¶ Autem, inter multas copulatiuas ponitur, quasi respirationis causa. Cic.2.de Nat. deor. Tum autem rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius mouentur, tum tardius.

¶ Autem vtimur, quum verbum iã dictum repetimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cicero Attico, Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? imò quid ante aduentum meum non fecerunt? Idem pro Rabirio Posthumo, Nunquis testis Posthumum appellauit? testis autem? num accusator? Budæus.

¶ Autem, seruit præcipuè repetitis interrogationibus cum indignatione. Cic. pro Cluentio, Quod autem tempus veneni dandi illo die? in illa frequentia? per quem porrò datum? Terent.Eunuch.4.7,

-ego non tangam meam?
CH. Tuam autem furcifer? Ex Budæo.

¶ Autem, tertio & quarto loco positum. Gell.lib.19. cap.1, Noscitandæ probationes autem, &c. Plaut. Tum meo patri autem torulus inerit aureus. Virgil.2.Æneid. Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?

AVTHE (Αὐθὴ) Alcyonei gigantis, qui Herculis telis confossus est, filia. Is enim filias habuit septem, quæ ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones mutatæ sunt, vt quibusdam placet. Harum nomina Hegesander ponit hæc, Phosoniam, Authen, Methonen, Alcippen, Pallenen, Asterien, & Drymo. Hæc Ianus Parrhasius in Claudian.

Authentes (αὐθέντης) ait Budæus in Commentariis, etiam αὐτόχειρα significat. Paulo post, Theodorus Gaza in libro περὶ μηνῶν ait hoc vocabulũ olim tantùm significasse τὸν αὐτόχειρα: postea verò & supra mille annos αὐθέντην Græcè hoc significare cœpisse, quod apud Latinos author significat. Id quod ideo dicit factum, vt Græci vnam dictionẽ haberent, quæ planè responderet dictioni Latinæ: hoc est, huic nomini author. Inde αὐθεντία, Authoritas: quod verbũ in Pandectis sæpe legitur. & ipse Gaza vsus est in Catone. Nam quod ibi Cicero dixit, tenebat authoritatẽ in suos, Gaza vertit αὐθεντίαν. Sed contra Gazam pugnat Ciceronis authoritas, qui lib.9 ad Att.epist.17 ita scribit, Vbi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? ecquid acerbius? ecquid crudelius? Atque eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrabant. Et lib. 10.epist.9, Etiam illud erat persuasum, Pompeium cũ magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum fecisse: id enim αὐθεντικῶς nũtiabatur. Vtrobique αὐθεντικῶς significat, Nõ sine certo authore. Hęc ex Budæo. Alij sic exponunt, Cum authoritate. Certo authore, pro Certo. Alciatus lib 2. Parergõn cap.46, Authenticon pro re certæ fidei poni constat, non solùm apud Iulianũ Paulúmque iurisconsultos, sed etiã apud Cic. epist.ad Att.lib.9.& lib 10. Tametsi Gaza libello De mensibus hanc vocem apud veteres hoc sensu non reperiri scribat, sed eos qui citra mille annos scripsere, hac dictione αὐθέντης vti cœpisse, vt eũ exprimerent quem Latini authorem dicunt. olim enim idem significat quod αὐτόχειρ, id est, propria manu aliquid patrans. Hæc ille. Charisius lib.1. Auctor siquidẽ dicitur, quod augeret & generaret: & auctricem dicemus, quod pariter augere possit. quum verò ad auctoritatem refertur, pro cõmuni accipiendum. Seruius in illud 12.Æneid. Author ego audendi: Nomina, inquit, in tor desinentia, fœminina ex se faciunt quæ in trix terminantur, si tamen à verbo veniant. vt ab Lego & lector & lectrix facit, Doceo doctor & doctrix. Si autẽ à verbo non venerint, communia sunt: nam similiter & masculina & fœminina in tor exeunt: vt hic & hæc senator, hic & hæc balneator: licet Petronius vsurpauerit Balneatricem dicens. Tale est hic & hæc author: sed tunc quum ab Authoritate descendit, vt hoc loco. Quum autem ab eo venit quod est Augeo, & Auctor & Auctrix facit: vt si dicas, Auctor diuitiarum, vel Auctrix patrimonij. Ab Augeo deduci contendit F. Philelphus lib.7.epist.

Authenticus, pen.corr. (αὐθεντικός) adiectiuum, Quod factum est ab eo qui authoritate valet. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod comprobatum est ab iis qui authoritate pollent.

Tabulæ authenticæ, sunt primariæ vnde exempla desumuntur. Vlpianus in l. Cæteræ. D. Famil. ercisc. Hæredem enim exemplum debere dare, tabulas verò authenticas ipsum retinere, aut in ædem deponere.

Instrumenta authentica. Paul.in l.2.D.de fid.instrum. Quicunque à fisco conuenitur, non ex indice & exẽplo alicuius scripturæ, sed ex authentico conueniendus est: vt ita contractus fides possit ostendi.

Rationes authenticæ. Vlp.in l. Pomponius. D. Famil.ercisc. Plerúque enim authenticæ rationes sunt necessariæ actori ad instruenda ea quæ postea emergunt ad notitiam eius spectantia.

Authepsa, authepsæ (αὐθέψης) Genus ollæ, cuius meminit Cicero pro Rosc. Amer. his verbis. Domus referta vasis Corinthiis & Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, vt qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. Hæc olla videtur fuisse ex ære Corinthio facta, tanto artificio, vt paucissimo & ferè nullo igni supposito, elixaret quæ imponebãtur. dicta quasi per se elixans. Vas porrò fuisse videtur ex ære, duos habens fundos: quorum in superiore elixa, in inferiore igniculus imponebatur, coquendis quæ suprapósita fuerant, accommodatus. Vocabulum fictum est ex αὐτός & ἕψω, elixo, coquo. quasi per se cibos coqueret.

Author, authoris, pen.prod. (αὐθέντης, αὐτουργός, αἴτιος.) Priscianus, Author quando αὐθέντην significat, commune est: quando αὐξητὴν Autrix facit fœmininum, sicut omnia verbalia in or desinentia. Hactenus Priscianus lib.5, Vide Authentes. Virgil.12. Æneid. Author ego audendi sic exhortata reliquit Incertam. Valla, Author, est (vt sic dicam) factor. nam factor in vsu non est, nisi in quibusdam è Græco translatis. Et paulo pòst, At nos poetas, cæterósque operum conditores, authores vocamus. & illum qui fecit aliquod opus, qui egit bellum, egit pacem, authorem operis, authorem belli, authorem pacis dicimus, nunquam actorem. Item paulo pòst, Sciendum est quòd author a se nascitur. Nam illud quod est augeo, non nos seducat, quod inde veniat: aliud enim est Augere, aliud Authorem esse. Idem lib. 4, Authores sententiæ alicuius aut consilij vocantur ij quorum sententiam consiliúmque sequuti sumus. & duces militum authores vocabantur. Hactenus Valla. Sunt qui deducant ab αὐτός, quod interdũ nomẽ est authoritatis. vnde illud Pythagoræ, αὐτὸς ἔφα, Ipse dixit.

Author legis dicebatur, qui quum ea dignitate præditus esset, vt eius oratione commoueri populus posset, ab his qui leges ferebant deligebatur, vt eas suaderet, ac populo probaret. Cic.3. De leg. & in orat. Post redit.ad Quir.

¶ Author alicuius operis. Cic.3. de Orat. Qui orationem eandem aliam esse putaret authore mutato.

Author promissi carminis, id est poeta, qui initio sui carminis profitetur promittitque se poema scripturum: vt Virgilius, Arma virúmque cano, &c. Horat.de Art.poet. Hoc amet, hoc spernat promissi carminis author.

Hortator atque author. Cic.in Partit.Orat. Principia in sententiis dicendis breuia esse debebunt. Non enim supplex, vt ad iudicem venit orator, sed hortator atque author.

Consiliario & authore aliquo inire aliquid. Cic. ad Attic. lib. 14, Dij immortales, quàm mihi ista pro nihilo: sed tamen ea ratio ædificandi initur, cõsiliario quidem & authore Vestorio, vt hoc damnum quæstuosum sit.

Authores & magistri religionum. Cic.de Arusp. Ego verò primùm habeo authores ac magistros religionum colendarum maiores nostros: quorum mihi tanta fuisse sapiẽtia videtur, &c. Sic, pro Flacio, Vt postea princeps inter suos plurimarum rerum sanctissimus & iustissimus iudex maximarum societatum author, plurimarũ magister.

Præclarus author suæ ciuitatis. Cic. pro Flacco, Nam vt signum publicum inspexit præclarus iste author suæ ciuitatis, solere suos ciues cæterósque Græcos ex tempore, quod opus sit, obsignare dixit.

Author publici consilij. Cic.1.de Orat. Sin autem quęreremus, quis esset is qui ad Rempublicam moderandam vsum & scientiam & studium suum contulisset, definirem hoc modo, Qui quibus rebus vtilitas Reip. pararetur augereturque, teneret, iisque vteretur, hunc Reipublicæ rectorem, & consilij publici authorem esse habendum.

Grauissimus author dicendi & magister. Cic.in Orat. Rerum formas appellat Ideas ille non intelligendi solùm, sed etiam dicẽdi grauissimus author & magister Plato, easque gigni negat.

Prædicator & author alieni facti apud iudices. Cic. pro Cornelio Balbo, Sed mos est gerendus non modò Cornelio, cuius ego voluntati in eius periculo nullo modo deesse possum: sed etiá Cn. Pompeio, qui sui facti, sui iudicij, sui beneficij, voluit me esse, vt apud eosdem vos iudices nuper in alia causa fuerim, & prædicatorem & authorem.

Suasor & author deditionis. Cic. 3. Offic. Atque huius deditionis, ipse Posthumus qui dedebatur, suasor & author fuit.

Carminis author. Tibul. lib. 2. eleg. 4. Et Horat. in Arte.

Author doloris alicuius. Cic. pro Flacco.

Generis author. Virg. 4. Æneid.

Author alicuius interficiendi. Cic. Cassio, lib. 12. 2.

Author legum, aut Dissuasor, contraria. Cic. de Claris Orat.

Nobilitatis tuæ author. Cic. 4. Tuscul. Quibus Iunius Brutus patriam liberauit, præclarus author nobilitatis tuæ.

Author pacis semper fui Reip. Cic. ad Att. lib. 9.

Author suæ personæ. Cic. 2. de Orat. Quare nolite existimare me ipsum, qui non heroum veteres casus, fictósque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo, neque actor essem alienæ personæ, sed author meæ, quum mihi M. Aquilius in ciuitate retinendus esset, quæ, &c.

Author fuit profectionis. Cæsar 5. bel. Gal.

Author Reipub. ac dux. Cic. ad Attic. lib. 8, Mihi nihil illa in gente vnquam ab vllo authore Reip. ac duce turpius esse videtur factum, quàm à nostro amico factum est, cuius ego vicem doleo, qui vrbem reliquit, id est patriam.

Author huius sermonis est Valerius. Cic. ad Att. lib. 1. 7.

Sanguinis author. Virg. 7. Æneid.

Veri author, Qui vera docet. Horat. 1. Carm. ode 28. de Pythagora.

Viæ author, Qui viam monstrat, aut qui ire iubet. Ouid. 3. Metam.

¶ Author ferendis legibus. Cicero Attic. lib. 8, Ille legibus Cæcilij Metelli contra auspicia ferendis author, ille Galliæ vlterioris adiunctor, &c. De Pompeio loquitur.

Author his rebus quis est? Terent. Adelph. 4. 5.

Author ad aliquid. Cicero 2. Philippica, Etenim si authores ad liberandam patriam desiderarentur, illis authoribus Brutos ego impellerem?

Author cæteris ad te iuuandum. Cic. ad Att. lib. 9, Sed vt eo tempore non modò ipse author dignitatis tuæ fui, verumetiam cæteris author ad te adiuuandum, sic me nunc Pompeij dignitas vehementer mouet.

Author & adscriptor in restituendo. Cicero Post reditum in Senatu, Quòd si Q. Metellus illo tempore Cósul fuisset vnicus, dubitatis quo animo fuerit in me conseruando futurus, quum in restituendo authorem fuisse, ascriptorémque videatis?

¶ Author tibi sum profugere. Cic. ad Attic. lib. 9, Ego quidem tibi non sum author, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere.

¶ Author id tibi sum. Terentius Adelph. 5. 8, Idne estis authores mihi? Vbi Donatus, Authores, hoc est persuasores. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 8, A me consilium petis, quid sim tibi author, in Siciliane subsidas, an vt ad reliquias, &c.

Author tibi sum vt. Plaut. Sticho, 3, Mihi authores ita sunt amici, vt vos abducam hinc domum. Cic. Att. lib. 15. Sed author non sum vt te vrbi committas.

Author illi sum de hac re, vt hoc faciat. Plaut. Mil. 15.

Magnopere authorem esse alicui. Brutus Ciceroni in epistolis ad Brutum, 11, Nam illi ita sentiéti de Repub. magnopere author fui, ne differret tempus petitionis suæ.

¶ Authore me, Authore te. Terent. Eun. 5. 7,

An pœnitebat flagitij, te authore quod fecisset
Adolescens?

Liu. 2. ab Vrbe, Res tuas tibi non solùm reddant ciues tui, authore me: sed siquid deest, munificè augebunt. Id est, me suadente, consulente, instigante, impellente. Cic. 1. Academ. Audebimus ergo, inquit, nouis verbis vti te authore, si necesse est.

Authore Clitomacho. Cic. 4. Academ. Explicaui paulo antè Clitomacho authore, quomodo ista Carneades diceret. Id est, vt refert Clitomachus, vel ex sententia Clitomachi.

Authoribus plurimis. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Hic L. Tarquinius Prisci Tarquinij regis filius, nepósve fuerit, parum liquet: plurimis tamen authoribus filium crediderim. Id est, secundum opinionem plurium.

Iisdem authoribus cognitum est, Æquos, Volscósque summa vi bellum apparare. Liu.

Certis authoribus aliquid comperire. Cic. Att. lib. 14, Nam quod Cluuiam scribis moderatè & amicè scriptas literas attulisse, mihi dedit Paulus ad se à fratre missas, quibus in extremis erat, sibi insidias fieri, se id certis authoribus comperisse. Hoc nec mihi placebat, & multo illi minus.

¶ Ingeniosus poeta, & author valde bonus. Cic. pro Muræna.

Celeberrimi authores. Plin. lib. 33. cap. 1.

Certissimus. Virgil. 1. Georg.

Clarissimi. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Classici. Budæus, Metaphoricôs Gellius authores classicos appellat, quasi testes idoneos Latinæ puritatis, & primæ notæ scriptores: quales sunt Cic. Quintil. Liu. Cæsar, Plin. Virg. Horat. Catullus.

Dubij. Ouid. 5. Fast. Tunc mihi non dubijs authoribus incipit æstas. Authores æstatis vocat ortus & occasus quorundam syderum.

Eminentissimi. Quintil. lib. 1. cap. 10. & cap. 2.

Euidentissimi. In EVIDENS.

Authoribus eruditissimis induci. Cic. pro Muræna.

Grauior. Tacit. lib. 19.

Idoneus. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Latini. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Leuis. Vide LEVIS.

Locuples. In LOCVPLES.

Luculentus. In LVCVLENTVS.

Malus. Cic. ad Att. lib. 7, Cæcilius malus author Latinitatis est.

Maximos authores in diuersa fuisse opinione video. Quintil. lib. 1. cap. 5. Iuuenal. sat. 15,

-citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Quum subeant animos authoribus.

Pessimus author futuri. Senec. in Herc. furente, 14.

Priuatus. Cic. ad Brutum, 10, Nunquam enim honore extraordinario potentis hominis, vel potentissimi potius accidit, vt nemo Tribunus plebis, nemo alio magistratu, nemo priuatus author existeret.

Religiosissimus. Cic. de Claris Orat. Sit sanè inquam vt lubet de isto, & ego cautius posthac historiam attingam te audiente: quem rerum Romanarum authorem laudare possum religiosissimum. Loquitur de Coriolano.

Sordidus. Ignobilis. Vnde, Num sordidus author? id est clarus & celebris. Horat. 1. Carm. ode 28.

Summi. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Validissimus. Tacit. lib. 5.

Appellare authorem. Plin. lib. 28. cap. 1.

Citare authorem. In CITO.

Criminari authores quos prælegimus. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Authorem dare rem. Plaut. Trin. 4. Id est, Re ipsa ostendere.

Enarrare authores. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Author est Massurius, bis in triumpho ductum. Id est, dicit aut scribit. Plin. lib. 7. cap. 43.

Authores sunt, omnibus annis aduolare Ilium ex Æthiopia aues: id est, sunt qui dicant, aut scribant. Plin. lib. 10. cap. 26. Item Liuius 4. ab Vrbe, Sunt qui malè pugnatum ab his Consulibus in Algido, authores sint.

Authorem habere aliquem. Terent. in Prolog. And. Id est, imitari. Cic. 2. de Orat. Quos quum tu haberes authores Antoni, miror cur philosophiæ, sicut ille Pacuuianus, propè bellum indixeris. Loquitur de Carneade Critolao & Diogene.

Habere authorem idoneum. Cic. 5. Verr.

Rumorem authorem habere. Cic. 5. Verr. Hæc vos antea Iudices audistis: verùm fortasse ita audistis, vt authorem rumoré haberetis, sermonémque omnium.

In incerto est author, De authore dubitatur. Ouid. 12. Metam.

Interpretari authores. In INTERPRETOR.

Inuenire apud authores. In INVENIO.

Authorem laudare. In LAVDO.

Lectitare authores. Cic. Attic. lib. 12, Etenim habeo nonnullos ex iis quos nunc lectito authores, qui dicant fieri id oportere, quod &c.

Authore mutato. Cicer. 3 de Orat. Qui orationem eandem aliam esse putaret authore mutato. Sed fortè hic legendum est actore.

Placet author. Cic. ad Att. lib. 6, Quú mihi author placeret (etenim erat ἱστορικώτατος, & vixerat in Peloponneso) admirabar tamen, & vix aggrediens communicaui cum Dionysio.

Præbere se authorem & principem bonis omnibus. Cicero Planco, lib. 10. 6.

Prælegere authores. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Proferre authores. Cic. 2. de Orat. Nó enim vereor, nequis me in isto genere leuiorem iam putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi authores, & Africanos Maximos, Catones, Lepidos, protulisti.

Redigere authores alios in ordinem, alios omnino eximere numero. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Referri ad authorem. Cels. lib. 5. cap. 18.

Authorem aliquem sequi. Plin. Iun. epist. 3. lib. 5.

¶ Author, f. g. Ouid. lib. 5. Fast. Floram deam alloquitur poeta,

Ipsa doce quæ sis: hominum sententia fallax.
Optima tu proprij nominis author eris.
Sic ego. sic nostris respondit diua rogatis, &c.

¶ Author, Homo in quo est vis, potestas, & dignitas: vnde Authoritas dicta est. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Decreuerunt enim, vt quum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si Patres authores fierent. Hoc est, authoritatem (vt aiunt) suam, & decretú interponerent, eúmque ratum haberent ac comprobarent. Et Decad. 4. lib. 4, Maiores nostri nullam ne priuatam quidé rem agere fœminas sine authore voluerunt. Hæc Valla lib. 4.

Impero, authórque sum, vt me cuiuis castrandum loces, Plaut. Aulularia, 7. Idem Pœnulo, 3, Suspende, vinci, verbera, author sum, sino.

¶ Author eum significat, à quo quis ius in re comparauit, aut aliâs quæsiuit, siue à quo quis emit. Cic. 7. Verr. Tum illi intellexerunt, se id quod à malo authore emissent, diutius obtinere non posse. Vlpianus in l. 4. D. de Euictionibus: Illud quæritur, an is qui mácipium vendidit, debeat fideiussorem ob euictionem dare, quem vulgò authorem secundum vocant. Plaut. Curcul. 10, lenonem alloquens,

Nec vobis author vllus est, nec vosmet estis vlli.

Author fundi. Cicer. pro Cecinna, Duo præterea testes, nihil de vi, sed de ipsa emptione fundi dixerunt: P. Cesennius author fundi, non tam authoritate graui, quàm corpore: & argentarius Sex. Clodius, cui nomen est Phormio.

¶ Authores pupillorum vocantur, in quorum administratione infirma ætas, résque eorum sunt. Ideóq; filios regum pupillos, sub authoribus fuisse legimus. Vnde Paul. l. 3 D. de Authoritate tutorú, Etiá si non interrogatus tutor, author fiat, valet authoritas eius quum se probare dicit id quod agitur. hoc est enim authorem fieri. Et Pomponius in l. seq. Etsi pluribus datis tutoribus vnius authoritas sufficiat, tametsi tutor authoretur, &c.

Sine tutore authore soluere mulieri. Cicero in Top. Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore authore soluas: ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo soluere. Sic pro Cecinna, Quod mulier sine tutore authore promiserit, deberi.

¶ Bonus author in Senatu. Cic. de Claris Orat. C. Fimbria luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto paulo feruidior atque

commotior, diligentia tamen & virtute animi atque vita bonus author in Senatu.

Autrix. Tertullianus in libro aduersus Hermogenem, Neque enim potest non & materia autrix omnium deputari, de qua vniuersitas consistit.

Authoritas penultima correpta {αὐθεντία, ἀξίωμα, ἀξιωματικόν} vis ipsa, potestas & dignitas, Cicero 3. Philipp. Tantus autem consensus municipiorum coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad authoritatem huius ordinis maiestatémque Pop. Rom. defendendam conspirasse videantur.

¶ Authoritas alterius, Æstimatio & reputatio. Cic. pro lege Manil. Et quoniam authoritas multum quoque in bellis administrandis atque imperio militari valet, certè, &c.

Authoritas & amplitudo. Cic. pro Sext. Rosc.

Vis, authoritas, pondus. Cic. pro Flacco, Totius huiusce rei quæ sit vis, quæ authoritas, quod pondus, ignorant.

Acies authoritatis. In ACIES.

Adulta authoritas. In ADOLEO.

Aduersus hostem æterna authoritas. Cic. 1. Offic.

Fluxa authoritas. Tacitus lib. 17, Proin agendum, audendúmque, quum Galbæ authoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset.

Grauissima. Cic. 1. de Inuent. Primus locus sumitur ab authoritate, quum commemoramus quantæ curæ res ea fuerit aut diis immortalibus, aut iis quorum authoritas grauissima debeat esse.

Authoritate grauior. Cic. 2. de Orat. Certè non tulit vllos hæc ciuitas, aut gloria clariores, aut authoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Aphricano, &c.

Languida authoritas patrum facta est. Vide LANGVOR.

Proiecta authoritas. Tacit. lib. 1.

Senior. Cic. in Brut. Hortensius erat excellens iudicio vulgi, & facilè primas tenebat adolescens. Sed quum iam honores, & illa senior authoritas grauius quiddam requireret, remanebat idem, nec decebat idem.

Homo tenui authoritate. Cic. contra Rullum

¶ Id authoritatis, pro Eius authoritatis. Tacit. lib. 12.

Authoritas est ebori. Plinius lib. 12. cap. 4. Tanta ebori authoritas erat, vrbis nostræ trecentesimo anno. Id est, tanti fiebat, tanto in honore erat.

Citra authoritatem Senatus. Vide CITRA.

Authoritas senectutis. Cicero de Senect. Habet senectus, honorata præsertim, tantam authoritatem, vt ea pluris sit, quàm omnes adolescentiæ voluptates.

Tributorum authoritas. Plin. lib. 12. cap. 4, Ideo fortassis in tributorum authoritate tertia res fuerit ebenus.

Authoritas testimonij. Cic. L. Luceio, lib. 5. 12, Non enim me solùm commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, vt vel authoritate testimonij tui, vt iudicio beneuolentiæ, vel suauitate ingenij, viui perfruamur.

Authoritate nutúque legum domitas habere libidines. Cic. 1. de Orat. Et docemur non infinitis concertationúmque plenis disputationibus, sed authoritate nutúque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.

¶ Abiicere authoritatem. In ABIICIO.

Adducere aliquem ad nostrám authoritatem. In ADDVCO.

Adhibere. In ADHIBEO.

Adiicere. In ADIICIO.

Authoritatem & fidem rebus adiungere. Cic. 2. de Diuin. Authoritatem quidem nullam debemus nec fidem commentitiis rebus adiungere.

Adiungere se ad authoritatem Senatus. Vide ADIVNGO.

Adolescit authoritas. In ADOLEO.

Afferre authoritatem. In AFFERO.

Amittere. In AMITTO.

Amplexari. In AMPLEXOR.

Amplificare. In AMPLIFICO.

Attribuere alicui. Cic. pro Fonteio, Mihi enim semper vnaquaque de re, testis non solùm semel, verumetiam breuiter interrogãdus, & sæpe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendũ data, aut cupido authoritas attributa esse videatur.

Auferre iis qui profuerunt. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Cedere authoritati. In CEDO.

Coalescit authoritas. Vide paulo antè, Fluxa authoritas.

Communire authoritatem. In COMMVNIO.

Comparare. In COMPARO.

Comprobare alicuius rei. Cic. 1. de Diuinat. Augur Tib. Gracchus auspiciorum authoritatem confessione errati sui comprobauit,

Adulta authoritate comprimi. Tacit. lib. 1.

Conferre se ad alicuius authoritatem. Vide CONFERO.

Authoritates contemnere, ratione pugnare. Cic. 3. de Nat. deor.

Consistit authoritas. Vide CONSISTO.

Constituere authoritatem. Cic. Verr. 3.

Contingere aliquam authoritatem. In CONTINGO.

Dare. Cic. 3. de Natura deor. Vtrum poetæ Stoicos deprauarint: an Stoici poetis dederint authoritatem, non facilè dixerim.

Defugere. Plaut. Pœnulo, 3.

M. Si authoritatem postea defugeris, vbi
Dissolutus tu sies, ego pendeam. Id est, si negaueris postea factum fuisse à me te authore, suadente & impellente.

Authoritatem defugere, aliter acceptum. Terent. Eun. 2. 3.

-iubésne? CH. iubeo, cogo, atque impero.
P. Nunquam defugiam authoritatem: sequere. Id est, faciam maximè quum ita tu velis & iubeas. Non recusabo facere, dum tu tamen author sis facti. Donatus.

Authoritatem defugere, aliter item acceptum. Cic. pro P. Sylla, Itaque attende iam Torquate, quàm ego non defugiam authoritatem Consulatus mei. Id est, quantũ non verear aut recusem palàm prædicare qua authoritate sim vsus in meo Cõsulatu. Vel certè significat, se cuncta illa quæ tunc gessit, confiteri ac præ se ferre rectè & ordine gesta esse, paratum illa defendere, ac quæcunque quasi iusserit ille ac mandarit, non recusaturum facere.

Detrahere alicui. Quintil. lib. 6. cap. 5. & lib. 7. cap. 2.

Maiore authoritate aliquid dicere. Cic. 2. de Diuinat. Nullæ ergò imagines obrepunt in animos dormientium extrinsecus, nec omnino fluunt illæ, nec cognoui quenquam qui maiore authoritate nihil diceret.

In authoritate esse. Plinius lib. 34. cap. 6, Pedestres sine dubio Romæ fuerunt in authoritate longo tempore. Id est in pretio.

In authoritate esse alicuius, Est ei obtemperare. Liu. 9. ab Vrbe, Samnites quum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari se, in authoritate Tarentinorum manere.

Est in authoritatem scientiæ. Vide IN.

Esse, pro authoritatem habere. Cic. ad Att. 2.

Excellere authoritatem. Cic. Pompeij autem authoritas cum apud omnes est quanta esse debet, tum excellit in Prouincia, &c.

Exterminare authoritatem. Cic. de Prouinc. Cons.

Authoritate & exemplo alicuius facere aliquid. Cicero pro Corn. Balb. Creator huius vrbis Romulus fœdere Sabino, docuit etiã hostibus recipiendis augeri hanc ciuitatem oportere: cuius authoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.

Authoritas eorum mecum facit. Id est ipsi viri qui plurimi fiunt ab omnibus, & habentur docti grauesque viri, sunt meæ opinionis. Cicero pro A. Cecinna, Authoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum, in iudicium non venire vtrum Cecinna possederit, necne.

Facere authoritatem. Vide FACIO.

Florere authoritate. Cic. Fam. 4.

Frangere authoritatem. Cic. Acad. quæst. 1.

Ex authoritate alicuius gerere magistratum. Cic. Marcel. lib. 4. 9.

Gliscit authoritas. Tacit. lib. 4.

Habere authoritatem apud aliquem. Cic. pro Flacco, Liceat mihi potius de leuitate Græcorum queri, quàm de crudelitate. authoritatem isti habeant apud eos quos esse omnino noluerunt.

Parum authoritatis habere. Cic. de Claris Orat. Etsi enim genus illud dicendi authoritatis habebat parum, tamen aptum esse ætati videbatur.

Habere plus authoritatis in suadendo. Cic. Attic. lib. 8, Nam quòd testificor me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est: tamen ea scripsi, quo in suadendo plus authoritatis haberem, eodémque pertinet, quod caussam eius probo.

Satis habere authoritatis. Cic. 2. Offic. Ad fidem faciendam iustitia plus pollet: quippe quum ea sine prudentia satis hab. authoritatis: prudentia sine iustitia nihil valet ad faciendam fidem.

Habere eandem vim & authoritatem. Cicero pro Rosc. Comœd. Quòd si eandem vim, diligentiam authoritatémque habent aduersaria quàm tabulæ, quid attinet codicem instituere, conscribere, ordinem conseruare?

Hærere authoritatem, pro Manere. Cic. De quo si vos seuerè iudicaueritis, authoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit.

Hebescere authoritatem. Cic. At nos vicesimum iam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis.

Imminuere suam authoritatem. Vide IMMINVO.

Induere authoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 1, Nam se quoque moneri interim fingit, vt pro Rab. Posthumo, dum aditum sibi ad aures facit, & authoritatem induit veris sententiis, quo magis credatur vel defendenti eadem, vel neganti.

Senatus grauissima authoritas intercessit. Cic. Lent. lib. 1. 2, De his rebus pridie quam hæc scripsi, Senatus authoritas grauissima intercesserat.

Intercessum est authoritati. Vide INTERCEDO.

Interponere authoritatem. Vide INTERPONERE.

Authoritatem laudare, est in iudicio dicere titulum suæ possessionis: & est antiquus sermo Iurisconsultorum. Budæus.

Leuare authoritatem suam inconstantia. Vide LEVIS.

Mereri narrantis authoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Minuere authoritatem. In MINVO.

Authoritas mouet. Cic. ad Attic. lib. 8, Tua me hercule authoritas vehementer mouet.

Niti authoritate. Quintil. lib. 2. cap. 4, Sed ne hi quidem, qui hoc fortissimè affirmant, vllo satis idoneo authore nituntur.

Obtinere authoritatem. Cicero pro Archia. At non est professus. imò verò his tabulis professus, quę solę ex illa professione collegióque Prætorum obtinent publicarum tabularum authoritatem.

Perdere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Homo perdita authoritate. Cic. Antequam iret in exilium, Nemo tam perdita authoritate, tam facinorosa iuuentus vita, qui quum de scelere fateretur, non tamen sententiis prius iudicum cõuinceretur, quam supplicio addiceretur.

Perscribere authoritatem. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8, Siquis huic Senatusconsulto intercessisset, authoritas perscriberetur. Et ad Attic. lib. 5. epist. 2. ad finem, Nondum enim satis huc erat allatum. quo modo Cæsar ferret de authoritate perscripta. Quum aliquid in Senatu maior Senatorum pars decreuerat, Senatusconsultum scribebatur, nisi Tribunusplebis aliquis intercederet. Intercedente, Senatusconsultum non erat, sed scribebatur tamen quod Senatus eo die statuisset: eáque perscripta authoritas dicebatur. Perscribebantur, inquam, authoritates, id est eorum nomina quibus authoribus factum esset Senatusconsultum. Id luculentissimè declaratur in epist. Cælij lib. 8. Famil. epist. 8.

Petere authoritatem. Quintil. lib. 1. cap. 6, Peti solet authoritas ab oratoribus vel historicis.

Pœnitere

Pœnitere authoritatis. Cicero de Arusp. Resp. Et eo fecisse authore se diceret, cuius authoritatis neminem posset pœnitere.

Ponere authoritatē in aliquo. Cic. pro Domo sua, Esto, collegium nō adhibuisti. quid? de collegio quis tādem affuit? posuerat enim authoritatem in vno, quæ est in his omnibus.

Premit aliquem authoritas. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Remouere & prætermittere authoritatem è causa. Cic. pro Muræna, Tolle mihi è causa nomen Catonis: remoue ac prætermitte authoritatem, congredere mecum criminibus ipsis.

Residet authoritas in nutu præclarorum virorum. Cic. de Senect. Quid de Paulo, aut Aphricano loquar? aut, vt iam antè dixi, de Maximo, quorum non in sententia solùm, sed etiam in nutu residebat authoritas?

Authoritatem alicuius sequi. Cic. pro A. Cluētio, Ego verò in isto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentissimi & sapientissimi L. Crassi authoritatem sequor.

Superauit authoritatem consuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Suscipere authoritatem. Cic. Academ. quæst. 1.

Tenere authoritatem in aliquem. Cic. de Senect. Tenebat nō modò authoritatem, sed etiam imperium in suos.

Tribuere. Cic. 1. de Diuin. Quúmque huic rei magnam authoritatem, Pythagoras iam antè tribuisset.

Tribuere defensioni. Cic. pro Sylla, Hoc totum eiusmodi est, Iudices, vt si ego sim inconstans ac leuis, nec fidem tribui conuenerit, nec defensioni authoritatem.

Valere authoritate. Cic. Antequam iret in exilium, Vos, credo, retinebitis vestram libertatem, qui neque tanta valetis authoritate, neque tantorum officiorum impensam egistis in patriam?

Etiam sine ratione valet authoritas. Cicero 1. de Nat. deor. Tantum opinio præiudicata poterat, vt etiam sine ratione valeret authoritas.

Authoritas eius multum apud me valet. Cicero ad Atticum, lib. 9. Scribis Peduceo quoque nostro probari quòd quierim, cuius authoritas multùm apud me valet.

Plurimum valet in consiliis authoritas. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Authoritate vincere. Cic. 1. de Diuinat. Carneadem ergo antepones Platoni & Socrati? qui vt rationem non redderent, authoritate tamen hos minutos philosophos vincerent.

Authoritas eius mihi viuit. Cic. Att. lib. 10. 1, Eius igitur mihi viuit authoritas: & simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem saluere velim iubeas plurimum.

¶ Authoritates publicæ, pro literis publicis, id est, scriptis instrumentis ad aliquid probandum. Cic. 2. Verr. Legationes cum publicis authoritatibus ac testimoniis conuenisse.

¶ Authoritas, Opinio, & iudicium, & consilium, & sententia. Cic. pro A. Cluentio, Et illa oratio potius temporis mei, quàm iudicij & authoritatis fuit. Idem 2. Philip. A vobis peto, vt si sequi minus videbitis orationem meam, atque authoritatem meam, benignè me tamen, vt fecistis, audiatis.

¶ Authoritatis instrumentum: id est, venditionis, quod hinc fit, quia is author est qui vendidit. Scæuola in l. vltima. D. de pignorat. action. Pignori creditori locum purum obligauit, eíque instrumentum emptionis tradidit: & quum eum locum inædificare vellet, mota sibi cōtrouersia à vicino de latitudine, petiit à creditore vt instrumentum authoritatis à se traditum exhiberet. Quidā codices malè habent Auctionis pro Authoritatis.

Authoritas & sententia alicuius. Cicer. Lentulo, lib. 1. 7, Quare ea quæ scribam, sic habeto, me cum illo te communicata, de illius ad te sententia atque authoritate scribere.

¶ Authoritas, pro Authore, id est eo qui primus rumorem aliquem sparsit. Plautus Trinum. 4.

quòd si exquiratur vsque ab stirpe authoritas, &c.

¶ Authoritas, pro exemplo, & loco siue testimonio è scriptoribus desumpto. Cic. lib. 1. de Orat. Num destitit vterque nostrûm in ea causa, in authoritatibus, in exemplis, in testamētorum formulis, hoc est in medio iure ciuili versari? Authoritatibus, pro locis & testimoniis dixit Cicero: quibus quidem scriptorum præstantia, vilitásve, authoritatem dare ac adimere solet. Quint. lib. 5. cap. 11. Iam sententiis quidem poetarum non orationes modò sunt refertæ, sed libri etiam philosophorum: qui quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à plurimis versibus non fastidierunt.

¶ Authoritas, pro testimonio authentico, probationéque authentica. Cic. pro Cælio, Sed cur diutius vos Iudices, teneo? Ipsius iurati religionem authoritatémque percipite.

¶ Vsus & authoritas. Cic. pro Cecinna, Lex vsum & authoritatem fundi iubet esse biennium: at vtimur eodem iure in ædibus quę in lege non appellantur. Id est, de quibus lex silet. Vsum & authoritatem vocauit vsucapiendi conditionem, quæ olim erat biennij in rebus soli: vt author est Iustinianus in secundo Institutionum. Et Cic. in Topicis. Budæus.

¶ Authoritas. Venuleius in l. vlt. D. de Euictionibus. Si aliquā rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti authoritatem (id est, actionem pro euictione) placet.

¶ Authoritatis iure. Cicero de Arusp. respons. Multæ sunt domus in hac vrbe. P. C. atque haud scio an penè cunctæ: iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hæreditario, iure authoritatis, iure mancipij, iure nexi. Budæus, Authoritas, nomen est vnum ex iis quæ dominium rerum perficiunt. Illud Ciceronis, Iure authoritatis, significat Iure vsucapionis, quam præscriptionem vocant, quæsito ab authore, cuius causam sequitur, qui ab eo rem quæsiuit quouis modo legitimo & ciuili.

Authoro, authoras, penultima prod. { [illegible] } authorare. Obligare est: vnde Authorati milites, Sacramento astricti, & quasi obærati: hoc est, ære stipendiario obstricti, ac iam non sui arbitrij. Hæc Budæus. Liu. Decad. 4. li. 7, Signo suo impressas tabellas misit. eo verò pignore velut authoratum sibi proditorem ratus est. Id est, obligatum & subiectum, vt ait Valla. Plin. lib. 14. cap. 1, de vitibus loquens, In Campano agro Populis nubunt: maritásque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu scandentes, cacumina æquant, intantum sublimes vt vindemiator authoratus rogum ac tumulum excipiat. Quem locum sic exponit Sabellicus in Annotationibus: Id sanè dicere voluit, vt is qui ad eam vindemiam cōducatur, præter diurnam mercedem, rogum etiam & tumulum excipiat. quasi dicat. si è tam eminēti arbore lapsus extingueretur, is cui locata erat opera, rogi ac funeris persolueret impensam: aut certè funus & rogum mortuo repræsentaret.

¶ Authorare sibi mortem. Paterculus lib. 2, Tum M. Perpēna Prætorius Sertorium inter cœnam Etoscæ interemit, Romanisq; certam victoriam, partibus suis excidium, sibi turpissimā mortem, pessimo authorauit facinore. Id est, mortem veluti mercedem sibi quæsiuit, & arcessiuit vt debitam. Turneb.

¶ Authorari, Authorem fieri, authoritatémque suam interponere significat. Pomp. in l. 4. D. de author. tutor.

Authoramentum { [illegible] } est vel quasi obligatio, nexúsque: vel quasi stipendium quoddam, & quasi pretium cuiusdam militiæ ac pugnæ, actionisque: vt Quintil. in Gladiatore, Nec difficilem sanè, sub illo præsertim authoramento, habuisset missionem: sed noluit gladiator viuere. Cic. 1. Offic. Illiberales autem & sordidi quæstus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. est enim in illis ipsa merces, authoramentum seruitutis. Valla lib. 4.

Funebre authoramentum. Paterculus lib. 2. in M. Antonium inuehens, qui præmium ei proposuerat, qui ad se caput Ciceronis afferret: Nihil, inquit, egisti M. Antoni, nihil inquam egisti, mercedem cælestissimi oris & clarissimi capitis abscissi numerando, authoramentóque funebri ad conseruatoris quondam Reipub. tantiq; Consulis irritando necem.

Constituere authoramentum. Paterculus lib. 2, Sylla primus exemplum proscriptionis inuēnit, vt in qua ciuitate petulantis conuitij iudicium histrioni exoleto redditur, in ea iugulati ciuis Reip. constitueretur authoramentum, plurimúmque haberet qui plurimos interemisset: neque occisi hostis, quàm ciuis vberius foret præmium, fieretque quisque merces mortis suæ.

Authoratus, authorata, authoratum. Horatius 2. Serm. sat. 7. Vide Auctoratus, in AVGEO.

AVTINI { αὔτινοι } Hyberniæ populi sunt, Ptolemæo.

AVTOBVLVS { Αὐτόβουλος } Pictoris nomen, apud Plin. lib. 35. cap. 11.

AVTOCANES { αὐτοκάνης } Mons ponitur ab Homero in Hymnis.

AVTOCHTHONES, penult. corr. { αὐτόχθονες } populi quidam, qui non aliò referunt originem suam, verùm ex ipso solo nati videri volunt. Latini Indigenas vocant.

Autographum, penult. corr. { αὐτόγραφον } Scriptum manu propria, inquit Sipontinus.

AVTOLOLES, penultima producta { αὐτόλολες } Populi sunt Aphricæ ad Atlantem montem. Vide Plin. lib. 5. cap. 1, & 2. & Silium lib. 3,

Nec non Autololes leuibus gens ignea plantis,
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis,
Tanta fuga est.

AVTOLYCVS, penultima correpta { αὐτόλυκος } Mercurij seu Deucalionis filius, & maternus Vlyssis auus, furtorum nomine insignis, vt Homerus, & Plato in libro de Republica testantur. Columella lib. 1. cap. 3. ¶ Alius fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis apud Strabonem. ¶ Tertius athleta nobilis pancratiastes, cuius statuam in foro fuisse author est Pausanias. Meminit & Plinius huius artificis libro 34. cap. 8.

AVTOMALAX Præsidium { αὐτόμαλαξ φρούριον } Ptolemæo, vrbs Cyrenes, quæ alio nomine Pentapolis dicitur à quinque eius præclaris vrbibus, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene. Automala Straboni dicta. vulgò *Estam.*

Automataria, Vide AVTOMATON.

AVTOMATE { αὐτομάτη } Insula vna inter Cycladas: Hiera etiam dicta. de qua Plinius lib. 2. cap. 87.

Automaton { αὐτόματον } Quod per se mouetur. Vitruuius lib. 9. cap. 9. de horologiis. Ergo Ctesibius quum animaduertisset ex tactu cæli & expressionibus, spiritus, vocésque nasci, his principiis vsus, hydraulicas machinas primus instituit: item aquarum expressiones αὐτομάτων, porrecti, rotundationisq; machinas. Αὐτομάτους, id est vltroneas, spontaneas. Fiunt autem machinis sua sponte versatilibus, & per se motis. Sueton. in Claudio cap. 34. Si aut αὐτόματον, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset. Sunt igitur automata (vt ait Politianus Miscellaneorum cap. 97) quæ ita mechanice fabricantur, vt sua sponte efficere quippiā, nulla apparente causa, videantur: qualia nunc horologia sunt, aut versatiles quædam machinæ, in quibus imagunculas, occulta vi, cursitātes ludibundásque miramur: quales etiam vel fontes, vel ignes, quodam artificioso temperamento, specieque noua, certis interuallis, aquas flammásve iaculantes. Automatum enim, velut vltroneum & spontale possumus Latinè interpretari. Sic Homerus in 2 Rhapsodia, venisse ad dapem Menelaum dicit automaton. sponte sua significans, non cuiuspiam vocatu, quasi à semet impulsum.

Automataria, orum, idem quod automata, fictum ab Vlpiano in l. 41. §. 7. D. de legat. & fideicom. Sed automataria (inquit) aut si qui canthari, per quos aquæ saliunt, poterunt legari.

Automatia fortuna { αὐτοματία τύχη. } Id est Spontanea, vel vltronea fortuna appellata, & culta à Siculis. Nam cùm Timoleon ex Sicilia tyrannos eiecisset, ideóq; ipsi multi inuiderent, quòd scilicet ab omnibus laudaretur, ipse, vt inuidiā vitaret, Fortunæ, quam αὐτοματίαν vocant, templū erexit: fassus neque vi, neque prudentia sua, sed Fortunæ auxilio illa se perfecisse. Authores Plutarch. & Æmil. Prob.

AVTOMEDON, pen. cor. huius Automedontis { αὐτομέδων } auriga Achillis. Virg. 2. Æneidos,

-& equorum agitator Achillis
Armiger Automedon.

Et Ouid. 5. Trist. eleg. 7.

AVTONOE, huius Autonoes, penul. corr. Filia Cadmi & Hermiones, teste Hesiodo, vxor Aristæi, ex qua natus Actæon, qui Autonoeius ab Ouidio vocatur 3. Metamorphoseos,
-fugit Autonoeius heros, &c.

Autophyes Natiuum, non aduentitium, aut artificiosum. Vlp. l. 70. D de l. g & fideic. lib. 32.

Autophoros, penult. prod. Latinè dicitur fur manifestus. Budæus.

Autopyron Celsus lib. 2. cap. 18 ait esse panem, cui nihil furfuris ademptum est. Cic. 5. Tuscul. Cibarium panem vocat. Budæus. Galenus lib. 1. de Alimentis, panem dici vult, quod id est totum ipsum triticum nulla sui parte adempta in panificium cedit. hunc etiam vocat : quoniam in eum , hoc est conuehitur seu confertur simul omnis indiscreta farina. Itaque medius, autopyros & syncomistus panis idem erût.

AVTRICVM, vrbs Carnutum, Ptolemæo. vulgò *Chartres*.

AVTVMEDON, Nomen viri. Cic. pro Sext. Rosc. Amer. Non adest iste T. Roscius? non suis manibus in curru collocat Autumedontem illum sui sceleris acerbissimi nefariæque victoriæ nuntium?

Autumnus Quarta pars anni, quæ æstatem sequitur. Festus, Autumnum quidam dictum existimant, quòd tunc maximè augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. Cicero in Partitione. Virg. 1. Georg. Quid tempestates Autumni & sidera dicam? Et quia medici morbos Autumno ingrauescere autumant propter putrefactionem, ideo Iuuenal. sat. 4, lethiferum vocat. Pampineum Autumnum Virg. vocauit initio 2. Georg. hoc est pampinosum, vt quo tempore, vites foliis & fructibus plenæ sint.

Autumnum, neutro genere antiquis dictum probat Nonius ex Varr. Ephemeride: Nauali Etesiæ (inquit) diutius & vberius fluant, & Autumnum ventosum faciant.

Æstus Autumni. Virg. 3. Georg. Id est, calor.
Flexus Autumni. Tacit. lib. 21. Id est, quum Autumnus vergere incipit & inclinari.
Frigora Autumni. Virgil. 2. Georg.
Tempestates Autumni. Virgil. 1. Georg.
¶Adultus Autumnus. In ADOLEO.
Diues. Stat. 4. Sylu. eleg. 1.
Grauis. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Inæquales Autumni. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Pérque hyemes, æstúsque, & inæquales Autumnos.
Maturus. Ouid. 15 Metam.
Pomifer. Horat. 4. Carm. ode 7.
Siccatus frigore Autumnus. Iuuen. sat. 11.
Sordidus. Ouid. 2. Metam.
Distinguit Autumnus racemos Purpureo varius colore. Horat. 2. Carm. ode 5.
Ponit fœtus varios Autumnus. Virg. 2. Georg.

¶Autumnus, pro Autumni pictura & imagine, vt apud Lucretiū, Vites Autumno fundi sudante videmus: vbi partē anni accipimus, quū Autumni simulacrū pictum significari credam. Nam Autumnus ita pingebatur, vt aut è vitibus vinum colligeret, aut vuas calcaret, vel ab earum calcatione sordidus esset. Fundi autem vites dicuntur, quæ vinum fundunt, vt arbustum dicitur fluere, quod vinum profundit. Turnebus.

Autumnitas, penult. corr. Idem significat. Cato cap. 5, Circum oleas Autumnitate ablaqueato.

Autumnus, a, um, Adiectiuum. Idem quod Autumnalis. vt, Æquinoctium Autumnum. Plin. lib. 19. cap. 6.

Autumnalis, & hoc autumnale, penult. prod. Autumnale æquinoctium. Plin. lib. 2. cap. 41. Varro lib. 1. cap. 39, Nónne videmus alia florere Verno tempore, alia Æstiuo, neque eadem Autumnali quæ Hyberno?
Corna Autumnalia. Ouid. 8. Metam.
Lumen. Cic. in Arato,
In quo Autumnali atque iterum Sol lumine Verno
Exæquat spatium lucis cum tempore noctis.
Pyra, acidulo sapore iucunda, Tiberiana appellantur, quæ maximè Tiberio principi placuere. Plin. lib. 15. cap. 15.
¶Autumnat. Plin. lib. 2. cap. 50, In Italia semper quodámodo vernat vel autumnat.

Autumo, autumas, penult. corr. autumare quid significet, docet Gell. his verbis, Autumo non solùm significat Totum æstimo, sed & Dico, & opinor, & censeo. Cicero in Topicis, Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. Terentius in prolog. Heauton.
-factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere: & deinde facturum autumat. Horat. 2. Serm. satyra 3,
Insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.
¶Autumare, pro Dicere. Plaut. Epid. 13, Di me ex perdita seruatam volunt, si vera autumas.

A V V

Auulsus, & Auulsor, Vide AVELLO.

Auunculus. Vide AVVS.

Auus, aui Patris & matris pater, inquit Paulus. Festus, Auus patris, matrísque pater, dictus à Græco vocabulo, quod est apud eos , mutatis quibusdam literis. Alij volunt, quòd ex ea voce appelletur, quod apud eosdem Græcos appellatur: significátque magnum. quoniam veluti magnus pater sit auus. Alij putant auum dictum esse, quia ad duos attineat, quasi adduum, vel quia ad patrem sit additus. Hactenus Festus. Cic. pro Murena, Proauus L. Murenæ, & auus Prætores fuerunt.
Ab auo. Vide AB.
Maternus auus. Horat. 1. Serm. sat. 6. Paternus auus, Ibidem.
Aui penatibus reddi. Tacit. lib. 1.
Transcendere auum ætate. Seneca in Troade, 6.
Nomen clarum auorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10.
Nobiles aui. Seneca in Hercule furente, 6.
Aui numerantur. Virg. 4. Georg.
Despectus ortus auis. Ouid. epist. 19.

Auunculus, penult. corr. Matris meæ frater. Traxit appellationem ab eo, quòd æquè tertius à me vt auus est, sed non eiusdem iuris: ideóque vocabuli facta diminutio est. Siue auunculus appellatur, quòd aui locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium. Hæc Festus. Paulus, Auúculus is matris est frater. Cicero 3. de Finibus, Attendes igitur vt soles, diligenter, eámque controuersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo diuino ac singulari viro.

Auunculus maior, is est proaui frater, patris vel matris auunculus magnus. Paulus de Grad. affin. Persius Maior auunculus exit. Vide MAGNVS. Cic. de Claris Orat. Drusum tuum magnum auunculum grauem oratorem, &c. Id est, auiæ maternæ fratrem.

Auia, auiæ Patris vel matris meæ mater. Cic. de Arusp. resp. Teste Cn. Lentule, cuius ab auia manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.
Veteres auiæ, pro deliriis. Pers. sat. 5. Budæus. Solent enim anus & vetulæ delirare.
De auia nihil superest, id est de bonis auiæ. Pers. sat. 6.

Auitus, Adiectiuum, penult. prod. Quod est aui, vel Quod ab auo nobis contigit.
Bona auita. Cic. pro Cæl.
Cella. Horat. 1. Carm. ode 37.
Fundus. Horat. 1. Carm. ode 12.
Hospitium. Cic. Actio, lib. 13. 35, Auitum mihi hospitium est cum Lysone Lysonis filio Lilybitano, valdéque ab eo obseruor.
Auitæ laudis honores. Ouid. ad Pisonem.
Merum auitum. Ouid. 2. de Arte amandi. Id est vetus.
Nomen. Ouid. 6. Metam.
Opes auitæ. Plin. lib. 9. cap. 35.
Patria & auita philosophia. Cic. 1. Tuscul. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam illam, & auitam (vt ait Theophrastus) philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitauit.
Regnum. Cic. pro Lege Manilia. & Liu. 1. ab Vrbe.
Sanguine auito nobilis. Propert. lib. 2. eleg. 25.
Tumulus, Sepulcrum aui. Ouid. 4. Trist. eleg. 3.
Vmbræ auitæ, pro maiorum vmbris. Id est animabus. Ouidius 1. Fastorum,
At Numa nec Ianum, nec auitas præterit vmbras.

A V X

Auxaria secreta nemoris dicta sunt, quòd ibi frequentant aues. secundú Isidor. 17 Etymol. cap. 6. Inde venit impensatio auxaria. C. de fund. patrimon. l. 2. lib. 41.

AVXESIA & Damia deæ fuerunt, quas peculiari religione Epidaurij coluerunt, de quibus legimus in 5. lib. Herodot. quod quū infructuosa esset Epidaurus, in calamitate ciues oraculum Delphicum consuluerunt, quibus Pythia respondit, eis tum demum bene futurum, si Damiæ & Auxesiæ simulacra erigerent, &c. Reliquum historiæ vide apud ipsum Herodotum.

Auxilium, auxilij Adiumentum. Varro 4. de Lingua Lat. Auxilium appellatum ab auctu, quum accesserant qui adiumento essent, alienigenæ.
Auxilium aduersæ valetudinis. Corn. Cels. l. b. 1. in Procem. Verisimile est inter nonnulla auxilia aduersæ valetudinis, plerunque tamen eam bonam contigisse, ob bonos mores: quos neque desidia, neque luxuria vitiarant.
Auxilium est: in re aliqua aduersus. Cels. l. b. 5. cap. 26.
¶Auxilium iuris, est suffragium, & beneficiū iuris, prout dicitur, Contra hæc prodita sunt iuris auxilia. Vide de hoc D. ad Sillan. L quum dominus.
Auxilia nautica, Gubernaculum. Ouid. 3. de Arte amandi.
Viæ auxilium. Id est viaticum. Virg. 1. Æneidos,
Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet:
Auxiliúmque viæ, veteres tellure recludit Thesauros.
Tutus auxilio. Virg. 1. Æneid.
Auxilium & numen. Cic. Antequam iret in exilium.
Argentarium auxilium. Vide ARGENTVM.
Emortuum. Plaut. Epid. 3.
Inualidum. Tacit. lib. 1.
Magica auxilia. Tibul. lib. 1. eleg. 8.
Mutuo auxilio sustinentur. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Mutuis auxiliis stant omnia. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Præsens auxilium. Virg. 2. Georg.
Valentissimum. Cels. lib. 4. cap. 22.
Validius. Cels. lib. 3. cap. 22.
Vitale auxilium, Ad conseruandum vitam idoneum. Lucret. lib. 5.
Voluntaria auxilia comparare. In COMPARO.
¶Accersere auxilia. In ACCERSO.
Accita auxilia. In ACCIO.
Adhibere auxilium. In ADHIBEO.
Auxilium sibi adiungere. In ADIVNGO.
Afferre auxilium alicui malo. In AFFERO.
Arripere auxilium ad. In ARRIPIO.
Cogere auxilia. Colligere auxiliares copias. Virg. 8. Æneid.
Collocare auxilia in mediam aciem. In COLLOCO.
Comparare sibi auxilia. In COMPARO.
Concidit auxilium. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 3. Id est, periit.
Auxilium in perniciem conuertere. In CONVERTO.
Dare auxilium, Iuuare. Virg. 2. Æneid.
Deesse, vel Parcere auxilio. Non vt, vel parcere auxilio quod nobis offertur ab amico. Cic. pro Cn. Plancio. Dixisti enim, non auxiliū mihi, sed me auxilio defuisse. Ego verò fateor me hercule, quod viderim, mihi auxilium non deesse, idcirco me illi auxilio pepercisse.

Numine

Numine atque auxilio defendere. Cic. 2. in Catilinam, Sed hic præsentes suo nomine atque auxilio, sua templa atque vrbis tecta defendunt.

Auxilium efflagitare. Cic. in orat. Antequam iret in exil.

Egere auxilio. Ouid. 13. Metam.

Eripere auxilium alicui. Virg. 9. Æneid.

Auxilia facere. Tacit. lib. 5.

Ferre auxilium. In FERO.

Opem atque auxilium ferre. Cic. 4. Verr.

Ope & auxilio deorum gubernatur Respub. Cic. pro C. Rab. Ab Ioue Optimo Maximo, cæterísque diis deabúsque immortalibus, quorum ope & auxilio multo magis hæc Respub. quàm ratione hominum & consilio gubernatur, pacem ac veniam peto.

Habere auxilium ex re aliqua. Cic. 11. Philipp. Decernerem planè sicut multa, Cósulem alterũ ambósve, &c. non vt ex ea acie auxiliũ haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.

Implorare auxilium. Virg. 4. Æneid. Vide IMPLORO.

Auxilia libertati inuocare. Tacitus lib. 15, Dum auxilia libertati inuocat.

Iuuare auxilio. In IVVO.

Leuare aliquem auxilio. Virg. 2. Æneid.

Auxilium mittere alicui. Cic. pro Deiot. Imperatoribus nostris auxilia mitteret.

Mutuari. In MVTVVS.

Negare. Ouid. 15. Metam.

Obstare auxilio, Impedire auxilium. Claud. 2. de Rapt. Pros.

Orbari auxilio. Cic. pro Murena. Vide ORBO.

Ostendere. Cic. Antequam iret in exilium, Sic nunc in meis miseriis diuinum aliquod auxilium & numen ostendite.

Parcere auxilio. In PARCO.

Perierunt auxilij tempora, Id est nulla amplius restat auxiliandi occasio Ouid. 1. de Remed. amoris.

Petere auxilium. Iuuenal. sat. 15. Virg. 8. Æneid.

Auxilium petere ab aliquo. Cic. in Orat.

Auxilium petere capiti & fortunis suis. Cic. pro Cluent.

Promittere. Ouid. 13. Metam.

Pugnare auxiliis. Quint. lib. 2. cap. 13.

Quærere auxilium. Ouid. 1. Metam.

Rapere auxilia etiam cum temeritate. Cels. lib. 3. cap. 7.

Rogare. Ouid. 7. Metam.

Sperare auxilium alicuius. Sil. lib. 7.

Auxilio spoliare. Cic. 3. Verr.

Subire auxilio, Opem ferre. Virg. 2. Æneid.

Submittere auxilia. Sil. lib. 8. Idem, Auxilia submissa, lib. 12.

Sumere auxilium. Ouid. 7. Metam.

Sustinere auxilium aliquod non posse. Cels. lib. 2. cap. 10.

Est opus auxilio. Ouid. 2. de Remed amoris.

Auxilium est mihi in patre. Plaut. Amphit. 4.

Auxilio adiutores mihi sunt, & mecum militant. Plaut. Epid. 14.

Auxilio mihi & suppetiæ sunt domi. Plaut. Epid. 14.

Auxilio esse alicui, Adiuuare aliquem. Plaut. Aulul. 25.

Auxilio in paterna iniuria solent esse matres filiis. Terentius Heaut. 5. 2.

Tentare auxilium alicunde. Virg. 3. Æneid.

Vocare auxilio aliquem. Virg. 5. Æneid.

Legis auxilio vti. Quintil. lib. 6. cap. 5.

¶ Auxili Genitiuus, pro Auxilij. Horat. Epod. 1.

Auxilior, auxiliaris {[illegible]} auxiliari. Adiuuare, opẽ ferre. Terent. Adeph. 2. 4, Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4,

Tollere nodosam nescit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis. Formidatas aquas hydropem appellat.

Auxiliari contra aliquid. Plin. lib. 24. cap. 12.

Auxiliari morbis. Plin. lib. 13. cap. 22.

Auxiliator, penul. prod. {[illegible]} verbale, Qui auxiliatur. Quintil. lib. 12. cap. 3, Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.

Auxiliaris, & hoc auxiliare, penul. prod. {[illegible]} Qui auxilio est, siue auxilium affert: vt, Auxiliaris amicus.

Dea auxiliaris, Lucina. Ouid. 9. Metam.

Auxiliaris vis. Plin. lib. 23. cap. 1.

Auxiliares copiæ. Festus, Auxiliares dicũtur in bello socij Romanorum exterarum nationum, dicti ex Græco vocabulo [illegible], quod nos dicimus rerum crescentium auctionem. Vegetius de Re militari lib. 2, Auxiliares conducuntur ad prælium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus venientes: nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt.

Arma auxiliaria. Ouid 6. Metam.

Cohortes. Cæsar 1. bel. Ciuil.

Duces. Liu. 1. bel. Pun.

Auxiliarius, adiectiuum {[illegible]} Idem. vt, Auxiliaria cohors. Cic. de Prouinciis Consularibus. Asinius Pollio ad Cicer. lib. 10. 32, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi.

Auxiliatus, pen. prod. participium. {[illegible]} Stat. 5. Sylu. 32,

Nil famuli cœtus, nil ars operosa medentum Auxiliata malis.

Auxiliatus, auxiliatus, nomen, vt Suppetiatus, inquit Nonius. Lucret. lib. 5,

Alituum porrò genus alis omne videmus
Fidere, & à pennis tremulum petere auxiliatum.

Auxilla, Olla paruula. Festus.

AVXIMVM {[illegible]} Picentum oppidum in Italia, quod belli ciuilis tempore in potestatem Cæsaris venit: à quo Auximates populi dicti sunt, teste Strabone. vulgò *Osimum* dicitur.

A X A

Axamenta, dicebantur carmina Saliaria, quæ à Saliis sacerdotibus componebantur in vniuersos homines. Festus.

AXANTOS, Insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam. Plin. libro 4. cap. 16.

Axare, Nominare. Festus.

AXATIARA, Oppidum in conuentu Hispalensi, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

A X E

Axe agglomerati, vniuersi státes. id est cohortibus aut legionibus. Festus.

AXENVM mare {[illegible]} Olim dicebatur, quod hodie Ponticum & Euxinum dicitur: sic à truci accolarum barbarie appellatum. Nam (vt Strabo lib. 7. tradit) solebant Scythæ, maris huius incolæ, hospites immolare, eorúmque carnibus vesci, & craniis vti loco poculorum. Ouid. de Ponto,

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

A X I

AXIACAE {[illegible]} Populi sunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyram & Borysthenem amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluuio, ex Peucinis iugis nascente, qui Carpatho monti adhæret. Hos autem populos iustissimos fuisse tradit Pomponius lib. 2. Meminit horum Plin. lib. 4 cap. 12. & Ptolem. lib. 3 cap. 5.

AXIACES {[illegible]} fluuius est qui alio nomine dicitur Hypanis. Vide HYPANIS. Axiaces hodie Nester vocatur. Apud Melam lib. 2. cap. 1, Hypanis & Axiaces duo sunt fluuij diuersi, sed vicini.

Axiculus. Vide AXIS.

Axilla {[illegible]} Valla in Raudensem, Poetæ appellant locum illum concauum subter brachium, alam: quia in eo pili, quasi pennæ nascuntur. Ex Cicerone collegeris, axilla, maxilla, paxillus, natiua esse & integra: quum dicat ex Axilla per cõtractionem factum esse ala: ex Maxilla, mala: ex Paxillus, palus: ex Vexillũ, velũ: ex Taxillus, talus. Idque fuga literę vastioris, hoc est vt litera illa vastior χ, quę vim duarum consonantium habet, & sonum quendam agrestem, fugeretur.

Axim {[illegible]} pro Egerim. Pacuuius Periboea, Aut quæ egi, ago, vel axim, auerruncem. Nonius.

Axinomantia, pen. prod. {[illegible]} genus magicæ diuinationis per secures, quas Græci axinas vocant. Plin. lib. 36. cap. 19, Hoc dicuntur vti magi in ea quam vocant axinomantiam.

AXIOCHVS {[illegible]} Nomen philosophi, cui Plato librum de morte scripsit, & dicauit.

Axioma, pen. pro. {ἀξίωμα} axiomatis, Dignitas & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum: vel etiam authoritas, quam [illegible] Græci vocant.

Axioma, est communis & per se clara & manifesta sententia: vt, Quæ eidem sunt æqualia, sunt inter se æqualia.

Axioma idem quod Enuntiatio. Cic. 1. Tusc. & de Fato, Explicandáque vis ast ratióque enuntiationum, quæ Græci [illegible] vocant, quæ, &c. Item 4. Acad. Nempe fundamẽtum dialecticæ est, quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum. Axioma (inquit Donatus in Andria) sententia est, vel enuntiatio vno verbo continens nexam & perfectam intelligentiam: vt, Quin tu vno verbo dic. Id est (inquit) ἀξίωμα.

AXION {ἄξιον} frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel vt sentire videtur Ouid. à filiis Callirrhoës.

Axis, huius axis, m. g. {ἄξων} plures habet significationes. nam & pars cæli Septentrionalis, & stipes teres circa quem rota vertitur, & tabula sectilis, axis appellatur. Festus.

¶ Axis, pars Septentrionalis: quem polum siue verticem quidam appellant. Cic. 1. Tusc. Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita ad stellas septem, vnde

Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues:

Altera Australis ignota nobis, quam vocant Græci [illegible]. Idem de Vniuersitate, Iam verò terram altricem nostram quæ traiecto axi sustinetur diei noctísque effectricem.

¶ Axis, pro Cælo. Claudian. 1. de Rapt. Proserp.

Axis ætheris. Virgil. 2. Æneidos,

-nudóque sub ætheris axe Ingens ara fuit. Vbi Seruius, Sub ætheris axe, hoc est sub diuo, quod impluuium dicitur. Axis autem est aut plaustrum Septentrionale, aut pars Septentrionis, aut spiritus quo mundus mouetur, sicut docet Lucanus. Idem lib. 8,

Gelidísque sub ætheris axe. Vbi idem Seruius, Sub ætheris axe, Id est sub aere.

Cæli axis. Stat. 12. Thebaid. Astriferi. Lucan. lib. 9.
Astrigeri. Stat. 10. Thebaid. Æthereus. Ouid. 6. Metam.
Aureus. Ouid. 2. Metam.
Calidus. Claudian. 5. Paneg.
Candens. Ouid. 2. Metam. Hesperius. Ouid. 4. Metam.
Horrifer. Valer. 5. Argonaut.
Igniferi. Claudian. 8. Paneg.
Niualis. Valer. 5. Argonaut.
Noctiuagi Claudian. 5. Paneg.
Scythicus. Seneca Herc. OEth. 9.
Serenatus. Sil. lib. 12. Serenus. Stat. 5. Thebaid.
Stelliger. Stat. 5. Sylu. eleg. 3.
Torrentissimus. Stat. 3. Syl. eleg. 1.

¶ Ardescit axis. Ouid. 1. Met. -ne fortè sacer tot ab ignibus æther Conciperet flammas, totúsque ardesceret axis.

Cludere axem. Id est occultare astra. Sen. Herc. OEtheo, 11.

¶ Axis, pro regione sub axe posita. Sil. lib. 17.

¶ Axis, Lignum teres, circa quem rota vertitur. Virg. 3. Georg. Post valido nitens sub pődere faginus axis. Plin. lib. 15. cap. 8, Lora etiam ac coria omnia, axésque decocta amurca vngi. Martial. lib. 2,

Vtilis vngendis axibus esse potes. Persius. sat. 5,

Quum rota posterior curras,& in axe secundo.

Axis temone reuulsus. Ouid.2. Metamorphoseos,

-illic temone reuulsus Axis.

¶ Axis, pro toto curru Iuuenal. satyr.5.

Citus axis. Id est celer. De Solis curru. Ouid.2. Metam.

Euersus. Sil. lib.16.

Falcati axes. Id est currus in quibus erant affixæ falces, ad obuios armatos dissecandos, quibus etiam Galli aduersus Cæsarem vsi sunt. Valer.6. Argonaut.

Feruens. Id est currus celer. Sil. lib.1.

Feruidus. Virgil.3. Georg. Id est currus. Nam tam rotæ quàm axis cursu calescunt. Seruius.

Ignifer. Ouid.2. Metam.

Igneus. Stat.6. Thebaid.

Phœbeus. Id est currus Solis. Seneca Herc. OEtheo, 11.

Pigri. Claudian. epigram.3.

Purpureus, Currus Solis. Ouid. epist.4.

Pruinosus. Id est currus Auroræ. Ouid.1. Amor. eleg.13.

Rapidus. Stat.6. Thebaid. De curru Solis.

Propellere axem. Id est currum. Sil. lib.16.

Sinuare axem. Id est in gyrum vertere. Sil. lib.16.

¶ Vellere axem emoto à cardine. Stat.1. Thebaid. Axis, hoc est ferrum illud circa quod cardo ianuæ vertitur.

¶ Axes, pro Asseribus. Vide Assis, vel Asser. Gell. lib.2. cap.12, In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt.

Axes roborei. Colum. lib.6. cap.19, Roboreis axibus compingitur solum. *La terre est planchee de gros ais de chesne.*

Axiculus, pen. cor. Diminutiuum. *Vne petite cheuille, ou goujon, qui trauerse la poulie.* Vitruuius lib.10. cap.2, In trochleam induntur orbiculi duo, per axiculos versationes habentes. *En la moufle sont mises deux poulies tournantes à leur aisse au moyen des goujons qui les trauersent.* ¶ Item, Paruus axis, seu assis, vel asser. Colum. lib.6. cap.19, Ita vt à posteriore parte, quæ latior est, velut in caueam quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis.

Axis, fera est in India, hinnuli pelle, pluribus candidioribúsque maculis, sacra Liberi patris. Vide Plin. lib.8. cap.21.

Axitiosi, factiosi dicebantur, quum plures vnà quid agerent facerêntque. Axit autem antiquos dixisse pro egerit manifestum est: vnde Axites mulieres, siue dij dicebantur, vnà agentes. Festus.

AXIVM {ἀξίωπολις} Ptolemæo cap.10. lib.3, Ciuitas Mysiæ inferioris: vulgò *Chelia.*

AXIVS, fluuius Mygdoniæ, quæ pars est Macedoniæ, dicitur Homero lib.2. Iliados, ἀξιοῦ κάλλιστον ὕδωρ, id est cuius pulcherrima est aqua. Vide Herodotum lib.7. Et Ptolemæum lib.3. cap.11.

A X O

AXON {ἄξων} Ionum fluuius in minore Asia. Plin. lib.5. cap.27.

AXONA, pen. corr. {ἄξωνα} fluuius in extremis Rhemorum finibus, teste Cæsare 2 belli Gallici. *La riuiere d'Aisne.* Ausonius in Mosella non ita procul à fine,

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.

AXONES, pen. prod. {ἄξωνες} Galliæ populi in finibus Rhemorum, Axonæ fluuij accolæ. Lucan. lib.1,

Et Biturix, longísque leues Axones in armis.

AXOS {ἄξος} Vrbs Chersonesi Thraciæ.

A X V

Axungia {ἀξύγγιον} adeps suillus inueteratus aut cum sale, aut syncerus: qui quanto vetustior, tanto vtilior est. Plin. lib.28. cap.9, Et per se axungiam medici antiqui maximè probabant renibus detractam, & exemptis venis aqua cælesti fricabant crebrò, decoquebántque fictili nouo sæpius, tum demum asseruantes.

A X Y

AXYLVS {ἄξυλος} Phrygis cuiusdam nomen est, singulari beneuolentia & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Troiam interemit. Homer. Iliad.6.

A Z

AZA, Azæ {ἄζα} oppidum est Armeniæ minoris. Plin. lib.6. cap.9.

Azadaracht, Arboris nomen est, cuius folia & lignum animalia necant. Huius Auicenna meminit lib.4. & Matthiol. apud Dioscor. lib.1. capite 12.

AZAN, Azanis {ἀζάν} Mons Arcadiæ, vbi Cybele mater deorum colebatur. Statius, Venit & Idæis vlulatibus æmulus Azan.

AZANA {ἀζανία} Æthiopiæ regio, quæ sinum Rubri maris Arabicum appellatum obtinet. A qua Azanium mare. Plin. lib.6. cap.24.

AZANES {ἀζᾶνες} Arcadiæ populi, qui inter Græcam nationem vetustate præstare creduntur. Strabo lib.8.

AZANI, ἀζανοὶ Stephano, oppidum est in ea parte Phrygiæ quæ Epictetica cognominatur, de quo Strabo lib.12.

AZANIA, siue Azanium {ἀζανία} vrbs Asiæ minoris, quæ Herodoto Æzanum dicitur. ¶ Stephanus de nominibus vrbium complures refert Azanias. Vnam quæ sit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam esse, cuius aquam qui gustarit, hunc vsqueadeò à vino abhorrere, vt nec odorem ferat. Alteram Massiliæ. Tertiam Phrygiæ, cuius etiam mentionem fecit Strabo libro 12, Azani vocans. Vide plura apud Stephanum.

Azarolus, azaroli, arbor est è mespilorum genere, Neapoli frequens, mediocris proceritatis, cortice ac materia pruno haud absimilis: spinis horrida, non tamen admodum acutis: foliis laciniatis, apij æmulis. Hæc Matthiol. apud Dioscor. lib.1. cap.133.

AZARITIVS {ἀζαρίτιος} fons est in Phrygia, quæ Epictetus dicitur, paulùm supra mare, qui paruos crocodilos nutrit. Strab. lib.12.

AZESIA. Vide AMABA.

AZIRIS {ἄζιρις} ciuitas est Armeniæ minoris. Ptolem.

AZONAX, Azonacis, viri nomen proprium, à quo in magicis institutus est Zoroastres. Plin. lib.3. cap.17.

AZOTIOS {ἀζώτιοι} nationes quasdã esse Phœnicibus immixtas in Syria scribit Strab. lib.16.

AZOTVS {ἄζωτος} vrbs Syriæ inter Ascalonem & Ioppen, quam (vt ait Stephanus) côdidit quidam è Mari rubro profugus, ex nomine vxoris suæ Azæ. Hæc est vna è quinque Philistinorum vrbibus quondam clarissima. ¶ Est & Azotus, vrbs Achaiæ, cuius meminit idem Stephanus.

AZVRITANVM, oppidum in Aphrica, de quo Plin. lib.5. cap.4.

Azymus {ἄζυμος} pen. prod. adiectiuum, Latinè dicitur Infermentatus. vt Panis azymus. Galen lib.1. Alimentorum, Quòd si (inquit) caseus addatur, ceu rura nostra festis diebus facere consueuerunt, quem ἄζυμον nuncupant, præsto quibusvis etiam robustissimi corporis noxa erit. Hic videtur intelligere per panem azymum, quas vulgò flaminicas & placentas appellare solemus.

B



LITERA secunda in ordine alphabeti, in aliarum literarum locum, teste Quintiliano, lib.1. cap.4, data est aliquando: vnde proprium Byrrhus pro Pyrrhus, & Bruges pro Fruges, & Belena pro Helena: fecit quoque ex Duello Bellum, vnde Duellios quidam dicere Bellios ausi.

B litera muta est, quæ non in sonũ suũ, sed in sonũ e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominãt: gerit virtutẽ & potestatẽ mediã inter p & ph. Quare nos ob literarũ affinitatẽ, dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p & ph, in illam côuertimus, vt quũ apud Græcos πύξος scribatur, apud nos buxus, & quod illi ἄμφω, nos ambo transcribimus. At è contrario, quod illi per b scribunt, nos in ph cômutamus, vt θρίαμβος, triumphus. Conuertitur quandoque b in u, euphoniæ vel differentię causa, idque in duobus tantùm verbis, teste Cicerone, Aufero pro Abfero, Aufugio pro Abfugio. Transit etiam in c, vt Occurro: in g, vt Suggero: in m, vt Summitto: in p, vt nubo, nupsi.

B. Bonus, vel Brutus, vel Balbius. B̃ vel B. Bonæ memoriæ. B.A. Bonam actionem. B.AV. Bonis auspiciis, vel Bonis auibus. B.C. Bonus cessit. B.D. Bonum datum. B.F. Bona fide, vel fortuna, vel Bona filia, vel fœmina, vel Bene fecit. B.F.C. Bona fide cõtractum. B.F.P. Bonæ fidei possessor. B.G. Bona gratia. B.H. Bonus homo, vel Bona hæreditaria. B.I. Bonum iudicium. B.I.I. Bonum iudicis iudicium. B.L. Bona lex. B.M. Bonæ memoriæ, vel Bene merẽti. B.M.F. Bene merenti fecit. B.M.P. Bene merenti posuit. B.N. Bonum nomen, vel Bona nostra. B.O. Bene optime. B.P. Bona possessio, Bonum publicum, Bona paterna. B.Q. Bona quæsita. B.R. Bonorum rector. B.R.P.N. Bono reipubl. nato. B.S.F. Bene satisfecit. B.T. Bonorum tutor. B.V. Bene vixit, vel Bonus vir.

BAAL {βαάλ Suidæ} ait Augustinus, est nomen apud Tyrios, quod datur Ioui. Hieron. lib.1. in Oseam, Semiramin ait, cùm Zoroastrem magum Bactrianorum regem superasset, in tantam peruenisse gloriam, vt patrem suum Belum referret in deum, qui Hebraicè dicitur Bel, & in multis prophetis, maximéque in Daniele. Hunc Sidonij (inquit) & Phœnices appellant Baal, qui idem sit qui Belus. Baal autẽ Græcè ἔχων, Latinè Habẽs interpretatur: vnde Baalim, Me habens.

B A B

BABBA Plinio. {βάβα Stephano} Africæ oppidũ est ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & à nomine auunculi Iulia campestris appellata. Plin. lib.5. cap.1.

BABACTES {βαβάκτης} vnum ex nominibus Bacchi. ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris orgiis, inconditos quosdam vlulatus edebant.

Babæ, Græca admirantis vox {βαβαί} pro qua papæ Latini verterunt. Plaut. Pseud.18, Babæ, nunc demum mihi animus in tuto est loco. Ibidem 5. Hæc vox frequentissima ast apud Aristophanem comicum Græcum.

BABANENSES, populi sunt Hispaniæ citerioris, in conuentu Carthaginensi, quos inter celeberrimos stipendiariorum collocat Plinius libro 3. cap.3.

BABILIVS, homo Romanus, quem Plin. lib.19. in proœm. scribit, à freto Siciliæ, sexta die, adminiculo herbæ cuiusdam, Alexandriam peruenisse: quod & quibusdam aliis accidisse commemorat, ibidem.

BABYLAS {βαβύλας} Præsul Antiochenus, quem & vita & doctrina præstantissimum Eusebius sæpe in historia commemorat.

BABYLO. Terent. Dinumeret Babylo illi viginti minas. Quem locum interpretans Turnebus, Babylonem (inquit) ex vrbis magnitudine & opibus, & Babyloniorum regum & Persicorum magnificentia & liberalitate hominem nimium liberalem & profusum vocat, idque ex Atticorum consuetudine, qui Babylonios interdum Barbaros vocabant, id est Medos & Persas. Antiquus interpres verbo hoc transfigit, nec satis explicat.

BABYLON, pen. cor. huius Babylonis, pen. prod. {Βαβυλών} Mesopotamiæ vrbs est, Chaldaicarum gentium caput, quæ summam claritatem obtinuit in toto orbe: propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est. Muri ambitum habet trecentorum & octogintaquinque stadiorum: quorum altitudo, pedes ducenti: latitudo, quinquagenti: in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quàm nostra. Via in mœnibus ipsis tam lata, vt quadrigæ sibi inuicem occurrentes, facilè pertransire possent. Quapropter inter septem orbis miracula numeratur. Hanc vrbem Semiramis condidit. Author Plinius, & Strabo lib. 15. ¶ Est & Babylon, Ægypti castellum, vt ait Strabo: natura munitum, à Babyloniis illuc commigrantibus conditum. Vna illic è tribus erat legionibus quæ Ægyptum custodiebant, vt idem Strabo author est. Ptolemæus hanc quoque Babyloniam vocat, hodie vero Cairum vel Alcairum appellant, quæ non castellum est, sed vrbs maxima complures complexa populos, vt frequentes inde redeuntes Christiani indicant. Volaterranus. Vide in dictione MEMPHIS. Cic. 1. de Diuinat.

Arcus Babylonis. Vide ARCUS.
Opes Babylonis. Stat. 3. Sylu. 2.
Antiqua Babylon. Stat. lib. 3. Sylu. 2.
Superba. Lucan. lib. 1.
Babylona. Accusatiuus. Propert. 3 eleg. 11.

Babylonius {Βαβυλώνιος} adiectiuum. Cic. 2. de Diuin. quicunque essent nati, Babylonios posuisse fallunt.
Mœnia Babylonia. Lucan. lib. 6.
Babylonij numeri. Horat. 1. Carm. ode 11, -nec Babylonios
Tentaris numeros. Cic. 2. de Diuinat. Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaso cæli signa seruantes, numeris & motibus stellarum cursus persequuntur.

Babylonicus, pen. corr. {Βαβυλωνικός} aliud adiectiuum. vt, Babylonica vestis, quæ variis coloribus intexta est. Plin. lib. 8. cap. 48, Et Stragulum Babylonicum, quod Plutarch. in Catone vocauit ποικίλμα τῶν καλουμένων Βαβυλωνίων. Hæc Bayfius. Quinetiam Plin. lib. 8, Triclinia Babylonica dixit, de Metello loquens.

BABYLONIA {Βαβυλωνία} regio est maioris Asiæ, à septentrione Mesopotamiæ partem spectans, ab ortu Susianam, à meridie sinus Persici partem, & ab occasu Arabiam desertam: ita dicta à Babylone vrbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

BABYRSA {Βάβυρσα} castellum munitissimum, Atropatiæ regionis Mediæ, prope Artaxatam vrbem. Strab. lib. 11.

BABYS {Βάβυς} frater fuit Marsyæ, qui non veritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen euocare. A quo quum essent victus, ab eodem supinus de pinu suspensus excoriatus est. Deinde quum Apollo pararet Babyra quoque perdere, intercessit Pallas, admonens hunc vsqueadeo infeliciter & indoctè tibiis canere, vt omnino negligendus videretur, χεῖρον, inquiens, Βάβυς αὐλεῖ. id est, Deterius Babys tibiis canit. quod & abiit in prouerbium, & in eos quorum exercitatio semper vergit in peius. Vsurpabitur etiam & per comparationem, vt mentione facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percontanti, hoc pacto respondeat, χεῖρον Βάβυς αὐλεῖ. Erasm.

BABYTACE {Βαβυτάκη} oppidum est, de quo sic Plin. lib. 6. cap. 27, In Septentrionali Tigris alueo oppidum est Babytace. Abest à Susis CXXXV. M. pass. Ibi mortalium soli aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in vsu. Hæc ille.

B A C

BACALES, populi sunt in Libya iuxta mare habitantes, vt scribit Herodotus lib. histor. 4.

Bacar, Vas vinarium, simile Bacrioni. Festus.

BABASCAMI {Βαβάσκαμοι} populi sunt in Arabia, quorum oppidum Riphearma vocatur, quo nomine hordeum appellant. Horum meminit Plin. lib. 6. cap. 28.

Bacca, baccæ {ἀκρόδρυον} non à Baccho deducitur, sed primogenium est, & significat minutiores arborum fructus, vt sunt lauri & oliuæ. Plin. lib. 15. cap. 24, Magna & baccis differentia. aliæ nanque sunt oliuis, lauris: & alio modo loto, cornis: alio myrtis, lentisco. Aquifolio enim ac spinæ, sine succo: medióque etiamnum genere inter baccas acinósque cerasis. Pomum his primo candidum, & ferè omnibus baccis: mox aliis virescit, vt oliuis, lauris: rubet verò moris, cerasis, cornis: deinde nigrescit moris, cerasis, oliuis. Cic. 1. Tusc. Ergo arbores feret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam.
Fruges & baccæ. Cic. 2. de Leg. Nec solùm ea quæ frugibus atque baccis, terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes, &c.
Bicolor synceræ bacca Mineruæ. Ouid. 8. Metam. Periphrasis oliuæ quæ & viridis est & nigra.
Bacca cærulea. In CAERULEUS.
Felicibus baccis floret arbor. Id est copiosis & elegātibus. Sil. lib. 15.
Sanguineæ ebuli baccæ. Virg. 10. eclog. 6.
Lauri baccæ. Virg. 1. Georg.
Oliuæ bacca. Horat. 2. Serm. sat. 4.
Syluestres baccæ. Virg. 2. Georg.
Baccas caprinas Palladius facetè dixit, ciborum in capris superfluitates. Ex Cæl. lib. 10. cap. vlt.
¶ Baccæ à similitudine, dicuntur etiam gemmæ & lapilli. Virg. in Culice, Conchea bacca maris pretio est à pectore puro. Horat. 2. Serm. sat. 3. Idem Epod. 8,
Nec sit marita quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Candentes baccæ. Claud. 4 Panegyrico,
-baccis onerat candentibus aures.

Baccifer, pen. cor. adiect. {ἀκροδρυοφόρος} ferens baccas. Plin. lib. 16. cap. 10, In omnibus sola baccifera.
Hedera baccifera. Seneca in OEdipo, 5. 3.
Pallas baccifera. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 16,
Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager. Id est oleam, cuius inuentrix fertur Pallas. Bacciferam, baccas seu oliuas ferentem.

Baccula, penult. cor. diminutiuum {ἀκροδρύδιον} Parua bacca. Plin. lib. 25. cap. 8, Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, vt capparis.

Baccatus, pen. prod. Adiectiuum, Baccis ornatus. Virg. 1. Æneidos,
-collóque monile
Baccatum. Sil. lib. 8. 27.

Baccalia, baccaliæ, f. g. Lauri species est, à baccarum fertilitate dicta, de qua vide Plin. lib. 15. cap. 30.

Baccanum, est semē, vel nucleus, vel mucro raphani, vt ex Pauli Sylua medicinali obseruauit Cæl. lib. antiq. lect. 27. cap. 28.

Baccha, vinum in Hispania. Varro de Ling. Lat. lib. 6.

Bacchæ. Bacchanalia. Vide BACCHUS.

Bacchar, baccharis. siue Baccharis huius baccharis, penult. cor. fœm. gen. {βάκχαρις} Herba, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 6, Bacchar quoque radicis tantùm odoratæ est, à quibusdam Nardum rusticum appellatum. Vnguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes priscæ comœdiæ poeta, testis est. vnde quidam errore falso barbaricam eam appellabant. Odor est ei cinnamomo proximus: gracili solo nec humido prouenit. Nonnulli putant esse eam quæ vulgò catyophyllos dicitur. Quinetiam videtur ad hoc accedere Dioscoridis interpretatio, cap. 49. lib. 3. Virg. in Pollione, Errantes hederas passim cum bacchare tellus. Vbi Seruius, Bacchar herba est, quæ fascinum depellit.

BACCHEMON, Lactantio teste, Persei fuit filius & Andromedæ: & (vt ipse idem dicit) apud quosdam populos Orientales imperauit. Ex Bocatio.

BACCHIADAE, pen. cor. {Βακχιάδαι} Populi qui è Corintho exules, in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachinum & Pelorum ædificantes, Siculi facti sunt. Ouid. 5. Metam.

BACCHIDAS {Βακχίδας} Proprium viri nomen, qui (vt Athenæus refert) Sardanapalo fuit cósimilis, cuiúsque tumulo ita inscriptum fuisse testatur: πῖε, φάγε, καὶ πάντα τῇ ψυχῇ δίδου· λίθος ἐγὼ δ' ἀντὶ Βακχίδου. Hinc autem emendandus est Fab. locus libro 5, vbi inquit, At verò statuarum artifices pictoréfque clarissimi, quum corpora quàm speciosissima fingendo pingendóque effingere cuperent, nunquam tamen in hunc inciderūt errorem, vt Bacchidam, aut Megabyzū, &c. Nam Bacchidam legi deberet ex Athenæo clarum est.

BACCHIDES, pen. corr. Ducis cuiusdam proprium, qui Sinopen vrbem Lucullo prodidit, vt author est Strab. lib. 12.

Bacchis, is {Βάκχις} Taurus est, qui Soli consecratus colitur hoc nomine in oppido Hermunthi, cuius color in horas mutatus euariat: hirsutie mira in primis, in diuersum setis abeuntibus, quàm sit animantium cæterarum natura. Vide Cælium lib. 7. cap. 13.

Bacchium, siue Bacchetum, pen. prod. {Βάκχιον} Genus vasis vinarij, quo in sacrificiis Bacchi vtebantur. Quin ipsum etiam Bacchi templum, à Græcis hoc nomine appellatur.

BACCHIUS {Βάκχιος} gladiatoris nomen. de quo Horatius 1. Serm. satyr. 7,
-Bruto Prætore tenente
Ditem Asiam, Rupili & Persi par pugnat: vti non
Compositus melius cum Bitho Bacchius: in ius
Acres concurrunt. Vbi Acron, Bithus & Bacchius, gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto. qui (vt ait Porphyr.) quum multos interemissent, commissi inter se mutuis vulneribus conciderunt. ¶ Fuit & hoc nomine medicus quidam empiricus, qui aphorismos Hippocratis exposuit, Galen. teste lib. 7. in aphorism.

BACCHUS {Βάκχος} Iouis ex Semele filius: qui fortassis quòd vitem primus excoluisse visus est, ideo ab antiquis putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consueuit. Hic multinominis fuit. nam primùm Dionysius, deinde Liber pater: postmodum quum bellasset in India, & multas secum habuisset fœminas, quæ Bacchæ dicebantur, Bacchus. Idem Osiris, quandoque Priapus, quandoque Bromius, quandoque Brotinus dictus fuit, & Lenæus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit, multas nationes domuit, Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, vectus Indico elephanto vt scribit Diodorus: primus emere ac vendere instituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus Bacchus ἀπὸ τοῦ βακχεῖν: id est ebrium esse & clamare, quòd in Bacchanalibus clamores fierent: vel (vt scribit Diodorus) à mulieribus quæ illum bacchantes, id est furentes sequebantur: vel ab incondito vlulatu, quem lymphatæ mulieres in eius orgiis edebant, adiecta c litera, quo vastior ille Mænadum sonus in ipso dei nomine redderetur, inquit Eustathius. Cic. pro Flacco, Mithridatem deum, illum patrem, illum cōseruatorem Asiæ, illum Dionysium Bacchum, Liberum nominabant.
Clientes Bacchi, Poetæ dicuntur. Horat. 1. Epist. 2. Porphyr. In Bacchi enim tutela poetæ omnes sunt constituti.
Digni Baccho digni, pro formosis dixit Ouid. 3 Metam. de Narcisso puero.
Humor Bacchi, pro Vino. Virgil. 2. Georgic. Et Munus Bacchi, Ouid. 2. De Remed. amor. Item, Sapor Bacchi, Virgil. 4. Georg.
Ferax Bacchi tellus. Id est vini. Seneca in Herc. fur. 9.
Audax Bacchus. Valer. 5. Argonaut. ab effectu.
Consitor vuæ Bacchus. Tibul. 2. eleg. 3.
Corymbifer. Ouid. 1. Fast. eò quod hedera delectaretur, eáque sacerdotes eius in orgiis coronarentur.
Generoso Baccho madeant pocula. Tibul. 3. eleg. 6.
Cornu insignis Bacchus. Ouid. 3. de Arte amādi, Siquidem vinum petulantes facit & violentos atque truces. Vel quia primus boues ad iugum iunxit, ideo illum cum cornibus finxerunt. Author Diodorus libro 5.
Lætitiæ Bacchus dator. Virgil. 1. Æneid.
Liquidus. Ouid. 13 Metam. Pro Vino.
Odoratus. Virg. 4. Georg. Racemifer. Ouid. 5. Metam.
Sacer. Id est vinum quod in sacrificiis libatur. Valer. 5. Argonaut.
Somno & vmbra gaudens Bacchus. Horat. 2. Epist. 2.
¶ Furor Bacchi agi. Ouid. Epist. 4.

Peruigili Baccho noctem ducere. Id est noctem insomnem potando transigere. Seneca in Thyeste. 5.

Hilarare conuiuia multo Baccho. Virg. eclog. 5.

Restituere corpora parco Baccho. Valer. 2. Argonaut.

Bacchum & Cererem salutare. Plaut. Amphit. 15.

Bacchæ {βάκχαι} Mulieres, quæ Baccho sacrificia faciebant. Liu. 9. bel. Maced. Cic. Fabio, lib. 7. 24. Bacchis verò vbi est apud me locus?

Sæuæ Bacchæ. Propert. lib. 3. eleg. 22.

Bacchæ bacchanti aduersari. Plaut. Amphit. 8.

Bacchides {βακχίδαι} pen. prod. Patronymicum à Baccho formatum, quo significatur Bacchi filius, vel nepos. ¶ Fuit & Bacchides nomen vnius ex satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio, aduersus Machabæos missus, ab illis est interfectus.

Bacchanal, vel Bacchanale, pen. prod. {βακχεῖον} locus in quo Bacchi festa celebrantur. Plaut. Aulul. 11. Nunquid ego vnquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum?

Bacchanal, pro festo quod in Bacchi honorem fieri solebat. Inde Bacchanal facere. Plaut. Mil. 11.

Bacchanal exercere. Plaut. 14.

Bacchanalia, bacchanaliorum, plurale, n. g. {Διονύσια, βακχεύματα} Bacchi festa, quæ & Dionysia dicuntur: in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miscebantur per dolum. Cic. 2. de Legibus, Quo in genere seueritatem maiorum Senatus vetus authoritas de Bacchanalibus, & Cōsulum exercitu adhibito, quæstio animaduersióque declarat.

Sonus bacchanaliorum. Sallustius, Exaudirísque sonus bacchanaliorum.

Bacchanalia viuere. Iuuenal. sat. 2.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Id est tanquam Bacchanalia celebrent, quotidie ebrij cernuntur.

Bacchor, baccharis {βακχεύω} bacchari, Bacchanalia exercere. Colum. lib. 10. cap. 20,

Nunc amor ad coitus properat, nunc spiritus orbis

Bacchatur Veneri.

¶ Bacchari, per metaphorã, pro Furere. Virg. 4. Æneid. totámque incensa per vrbem Bacchatur. Quod idem & Debacchari dicitur.

Furere & bacchari dicuntur oratores, quorum est actio ardentior. Cic. de Claris Orat.

Bacchari cum aliquo. Plin. lib. 3. cap. 1.

Bacchari in voluptate. Cic. in Catil. Quanta in voluptate bacchabere? Hoc est, furiabere.

Ferro bacchari. Claud. de bel. Get.

Bacchari in aliquem. Terent. Adelph. 2. 1. Egóne bacchatus in te, an tu in me?

¶ Bacchari venti dicuntur, dum flant impetuosius. Horat. 1. Carm. Boreas bacchatur ab Arcto. Ouid. 1. Trist. eleg. 2.

Bacchans, bacchantis {βακχεύων} Participium. Cic. 4. in Catil. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi & furor in vestra cęde bacchãtis.

Ritu bacchantum. Ouid. 7. Metam.

Bacchantum voce sonare. Ouid. 3. Metamorph.

¶ Bacchata loca, in quibus est debacchatum. Virg. 2. Georg. Nonnus. Turba bacchata. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

Bacchatio Verbale {βάκχευσις} vt. Bacchationes nocturnæ. Cic. 3. Verr. Silcatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis.

Bacchatim. pen. prod. Aduerbium {βακχικῶς} More bacchantium. Apuleius, Quin igitur, soror, hunc primum bacchatim discerpimus? Hoc est furiosè & iracundè.

Baccheis, pen. prod. baccheidos, penult. cor. fœmininum. {βακχηΐς} Quæ ad Bacchum pertinet. Stat. 2. Sylu. 2,

Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum

Culmen, ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

Baccheius {βακχεῖος} Adiectiuum possessiuum quadrisyllabum. Virgil. 2. Georg. Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt.

Bacchæus, pen. prod. aliud adiectiuum. vt, bella Bacchæa. Stat. 12. Theb.

Cornua Bacchæa. Stat. 9. Thebaid.

Vlulatus. Ouid. 11. Metam.

Bacchicus, pen. cor. {βακχικός} Idem quod Baccheius, possessiuum. Hinc Serta Bacchica, Serta ex hederis. Ouid. 1. Trist. eleg. 6.

Bacchica saltatio conuiuiis dicata erat, & ebrietatibus, quam in Ponto & Ionia tantæ fuisse voluptati gentibus illis Lucianus scribit, vt statutis temporibus obliti omnium aliorum, desiderent dies totos spectantes Titanas, Corybantes, satyros, bubulcos. Quod verò miseris amplius, exercebant id genus nobilissimi quique, ac ciuitatum maxime principes, ad præcipuam id opinati gloriam spectare. Ex Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 4.

Bacchius pes {βακχεῖος} constat prima breui, & reliquis longis. vt, Quirino. Hoc pedis genere vtebantur in carminibus sacrorum Bacchi: cui contrarius est Antibacchius.

Bacchus, Piscis nomen est apud Grammaticos, quem Chellarem vocant & Oniscum, vt author est Cal. Antiq. lect. lib. 7. cap. 13.

Baccifer, Baccula. Vide BACCA.

Baccelus, pen. prod. {βάκηλος} pro stulto ponitur. Tranq. in Augusto, cap. 87. Ponit assiduè & pro stulto baccelum, & pro pullo pulleiaceum, &c. Quædam exemplaria legunt Blaceolum. nam βλὰξ Græcis stupidus dicitur, & stolidus bardusque. Bacceli etiã dicuntur, languidi, dissoluto corpore homines, & potius mulieres quàm viri. Suidas ait Baccelum propriè eum significare qui sit exectus atque castratus. Vnde adagium Baccelo similis, & Baccelus es. in Cinædos ac parum viros dictum: aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. Vide Erasm. in prouerb. Baccelo similis.

BACHILITAE {βαχιλῖται} Populi in Arabia, mediterraneam regionem incolentes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 28.

BACHINA {βαχίνα} Insula iuxta Smyrnam commemoratur à Plinio lib. 5. cap. 31.

Bacillus, vel Bacillum. Vide BACVLVS.

Bacrionem {χερνιβεῖον} dicebant genus vasis longioris manubrij. hoc alij trullam appellãt. Hæc Festus. Vas quo manus perluuntur.

BACTES {βάκτης} Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id est clamo, vociferor. Solent enim Baccho, hoc est vino, madidi, & mulieres Liberi patris orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.

BACTRA, siue Bactrum (vt apud Plinium legitur lib. 6. cap. 16.) oppidum est eiusdem regionis. Bactrianorum regum regia, & totius regni caput: ita dictum à Bactro fluuio, cùm antea Ariaspe appellaretur. De Bactrenorum moribus memoriæ proditum est ab Onesicrito, canes apud illos ali, quos sepulcrales vocant, quibus parentes morbo ætatéve confectos, obiiciunt dilacerandos. Mulieres autem eorũ splendido cultu & vnguentis vti, à seruis & ancillis multo magis quàm viros coli, nec nisi equo insidentes, magnoque & auri & gemmarum apparatu excultas, in publicum prodire. Matrimonij autem castitatem non seruare, sed tam seruis quàm aduenis promiscuè sese commiscere, nec à viris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominari videntur.

Bactra, Bactrorum {βάκτρα} Scythiæ prouincia vltra Assyriam, à flumine Bactro cognominata, vt dictum est. Virgil. lib. Georg. 2.

Regia Bactra. Stat. 3. Sylu.

Bactri, siue Bactriani {βακτριανοί} populi Bactra incolẽtes, qui sunt, teste Herodoto, lib. 7. Scythis proximi: de quibus propriè omnia notiora sunt, quàm vt referri debeant. multarum rerum enim copia diuites. & smaragdi cum primis apud eos reperti nobilitate.

Bactriasmus {βακτριασμός} Lasciua quædam saltationis species apud Græcos, per lumborum circumuolutionem: & volubilis. cuius meminit Iul. Pollux lib. 4. cap. 14. & Cæl. lib. 5. cap. 4.

BACTROS {βάκτρος} fluuius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio, & Bactrum vrbs nomen sumpsit. Lucan. lib. 3,

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros

Includit gelido, &c.

Baculus, masc. gen. & Baculum, neut. gen. pen. cor. {βακτηρία, βάκτρον.} Ouid. lib. 15. Metamorphoseos,

Ille solet, baculúmque tenens agreste sinistra.

Pastorale baculum. Sil. Ital. lib. 15.

Baculus tortus. Ouid. 2. Metam.

Incumbere baculo. Ouid. 1. Fast.

Inniti baculo. Ouid. 14. Metam.

Leuare membra baculo. Ouid. 8. Metam.

Bacillus, masculini gen. & bacillum, neut. g. diminutiuum {βακτήριον.} Cic. 2. de Finib. Vt bacillum aliud est inflexum, & incuruatum de industria, aliud ita natum, &c.

Leuiter inflexum à summo bacillum, Lituus est. Cic. 1. de Diuin.

Bacillo alicuius oculos tundere. Cic. 7. Verrina, Proximus lictor Sextius, conuerso bacillo oculos misero tundere vehementissimè cœpit.

BACVNTIVS {βακούντιος} Pānoniæ fluuius est, in Saum influens. Author Plin. lib. 3. cap. 25.

B A D

BADACVM {βάδακον} ciuitas est Noricorum, siue Bauarorum, hodie Salczaburgensis, dicta à flumine quod Salczan vocant. Author Volaterranus.

BADANATHA, oppidum est Thamudeorum, qui sunt populi in Arabia locis mediterraneis degentes, teste Plinio lib. 6. cap. 28.

BADAS, Syriæ fluuius est, Memnonis sepulcro nobilitatus. Strabo libro 15.

Badius color {φοινίκεος} id est Phœniceus, siue spadiceus. Inde Equus badius, qui & baius, & balius dicitur. &c. Varro ἐν Περὶ ἐγώνων: Item nam hic badius, iste giluus, ille murinus. Ex Nonio.

Badius color vulgò dicitur Baio. nam Græci palmarum termitem cum suo fructu vocant βάϊν. Hermol. in Plin.

Badizo, badizas {βαδίζω} badizare, Significat ire. Plaut. Asin. 12, Demam hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas. Græca dictio Latinè declinata.

B A E

BAENACVS. Vide BENACVS.

BAEBRO, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, inter Bætim fluuium & Oceani oram in mediterraneo situm, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

BAENIS {βαῖνις} fluuius Lusitaniæ, de quo sic Strab. lib. 3. inquit, Postea Bænis, vel (vt alij aiunt) Minius, omnes Lusitaniæ fluuios magnitudine superans. Et hic ipse ad stadia CCC. nauigabilis.

Bæon, bæonis {βαίων} Piscis quidam Epicharmo sic dictus, vt refert Athenæus lib. 7. à quo & apud Atticos fuisse prouerbiũ narrat huiusmodi, μή μοι βαίων' κακὸς ἰχθύς. id est, Ne mihi bæon: malus piscis. Nomen inditum videtur à breuitate. Laudãtur enim magni pisces. Dicetur in hospitem ingratum ac molestum.

BAETARRENI, Populi sunt in Cœlesyria, non longè ab Ithuræorum gente, à quibus & oriundi dicuntur. Author Plin. lib. 5. cap. 23.

BAETICA, pen. cor. {βαιτική} tertia pars Hispaniæ, sic à Bæti flumine dicta, ab incolis autem Turdetania. Author Strabo lib. 3.

Bæticus, pen. cor. {βαιτικός} Adiectiuum. vt, Bęticus, siue Hispanus color, Obscurus & natiuus, qui & pullus nominatur: quòd natiuus color in Hispania, subnigrior est, ideóque minus vilis.

Bæticatus, pen. prod. aliud Adiect. Pullatus. Martial. lib. 1.

BAETIRAE {βαιτίραι} vrbs Galliæ Narbonensis Ptolemæo. Vulgò *Besiers*. Pomponius Mela, lib. 2. cap. 5. & Strabo lib. 4.

BAETIS {βαῖτις} fluuius Hispaniæ, ex iisdem locis nascens ex quibus Anas & Tagus. medius inter vtrunque magnitudinis existens, ab sui primordio, sicut Anas, in Occasum fluitans, inde in Austrum deflectens, in idem littus excurrit. Regio ipsa, à flumine Bætica vocitatur. Verba sunt Strabonis lib. 2. De hoc meminit & lib. 2. Ptolemæus, cap. 4. Hodie vocatur vulgò *Guadalquibir*, vt in Melam scribit Oliuarius. Vide Martial. lib. 12. epigram. vltim.

Bæticola, bæticolæ, pen. cor. {ὁ οἰκῶν τὸν βαῖτιν} Accola Bætis fluuij. Sil. lib. 1. & vulgus Iberum,

Bæticoláque viros spatiis agitabat iniquis.

BAETYLON,

BAETVLON {Βαιτούλων} Ptolemæo lib.2.cap.6, Hispaniæ Tarraconēsis fluuius: alio nomine Bætholon, *Besos* vulgò. Meminit & Plinius lib.3.cap.3.

Bætylus {Βαίτυλος} dicitur saxum illud fasciis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, vt testatur Hesychius. Hinc factum est prouerbium, Etiam Bætylum deuorares. In voracem & omnia concoquentem.

B A G

BAGADANIA {Βαγαδανία} campus est ingens, inter Argæum montem ac Taurum intercidens, in quo perrarò fructuosa enascitur arbor: quanquam ad Austrum magis quàm mare Pōticum tribus millibus stadiorum tendat. Hæc Strabo lib.2.

BAGANVM {Βάγανον} authore Ptolemæo lib.2.cap.9, Neruiorum ciuitas: alio nomine Tornacum, vulgò *Tornay*.

BAGISTANVS {Βαγίστανος} mons est in Media, apud quem Semiramis, cùm & lapis deficeret, & maius aliquid concupisceret quàm quod ære posset assequi, in petra stadiorum septem & decem suam insculpsit effigiem, quam viri centum donis venerarentur. Author Cæl.Antiq. lib.19.cap.25.

BAGOAS {Βαγώας} teste Curtio, Eunuchus fuit, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orsines satrapes inter Persas nobilissimus, quum Regis amicos omnes muneribus affecisset, solū præterit, admonitúsque à quodam, eum regi esse charissimum, respondit, se amicos regis, non scorta colere.

BAGOE, es, Nympha fuit, quæ Thuscis artem fulguritatum scripsit, quam quidam Sibyllam putant Erythræam, cui nomen esset Herophila. Alij post Herophilam vixisse contendunt, quam Alexandri temporibus mulierum primam oracula cecinisse arbitrantur. Vide Alex.ab Alex.lib.3.cap.16.

Bagous, pen.prod. Lingua Persica Spado dicitur. Ouid.2. Amorum, eleg.2, ad seruum puellæ custodem,

Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe. &c.

BAGRADVS, vel Bagrada, pen.corr. {Βάγραδας} Numidiæ fluuius ex Lybicis montibus longè ductus, prope Carthaginem fluit, vbi serpentem Regulus CXX. pedum adhibito exercitu interfecit. Authores sunt Plin. lib.8.cap.14. & Gell. lib.6.cap.3. & Val. Maxim.lib.1. cap.8. Silius Italicus lib.1,

Humentique vrna celatus Bagrada parmam. Legitur & Bragada. Lucan.lib.4,

Primáque castra locat cano procul æquore, qua se
Bagrada lentus agit siccæ sulcator arenæ. Nomen retinet, teste Oliuario in Melam.

BAHAL. Vide BAAL.

B A I

BAIAE, Baiarum {Βαΐαι} Campaniæ oppidum est iuxta Lucrinum sinum, inter Puteolos & Misenum montē, dictæ ab Vlyssis socio, Baia nomine, vt inquit Strabo lib.5. In huius oppidi agro, aquæ calidæ sunt vt idem inquit, & ad voluptatē, & ad sanandos morbos accommodatissimæ, quæ quidem reliquas aquarum calidarum nobilitate antecellunt. Fuitque olim hæc vrbs, temperie aeris, & Romanorum frequentia, atque ornamētis ædificiorum celeberrima. Horat.1.epist. 17, Nullus in orbe sinus, Baiis prælucet amœnis. Cic.ad Atticum, lib.13, Puteolis se aiebat vnum diem fore, alterum ad Baias. Loquitur de hospite quodam. Idem pro locis amœnis & voluptarius accipere videtur in oratione pro Cælio, Sed si esset aliqua dissimilis istius quæ se omnibus peruulgaret: quæ haberet palàm decretum semper aliquem, cuius in hortos, domum, Baias, iure suo libidines omnium commearent.

Corruptæ Baiæ. Propert. 1. eleg.11, Tu modò quamprimùm corruptas desere Baias. Baias corruptas vocat ob iuuenum & puellarum turbam, qui quum illuc otij causa concederent, interim parum consulebant pudicitiæ & famæ.

Desides Baiæ dicuntur, quòd commodatissima essent loca illa agentibus otium. Stat.4.Sylu.7.

Liquidæ. Horatius 3.Carminum, 4,

-seu Tybur supinum,
Seu liquidæ placuère Baiæ.

Vaporiferæ. Stat.3.Sylu.

Siue vaporiferas blandissima littora Baias.

Baianus, adiectiuum, pen.prod. {Βαϊανός} vt, Baiana littora, Stat.5. Sylu. 3. Et Oræ Baianæ, Ibidem, 5.

Baion, Medicis compositio est, cui resina inseritur Zygia, id est, acerna. Vide Cæl.Rhodig.lib.24.cap.22.

Baiulo, baiulas, pen.cor. {Βαστάζω} baiulare, Portare significat. Plaut. Asin.12, Eho baiulabo: tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. Quintil.lib.6.1, Ego te baiulare non possum.

Baiulus, baiuli, penult.corr. {φορτηγός} Qui mercedis gratia onera ferre consueuit.

Baiulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios. Hæc Festus. Cic.in Parad. Verum potius de bonis est quærendum quid baiuli atque operarij, an quid homines doctissimi senserint?

Baiulus orator. Cic.2.de Orat. Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem descripseras.

BAIVS Seruio, Βαῖος, vel Baias Straboni, Βαΐας, vnus ex sociis Vlyssis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur. Vide BAIAE.

Baius color, Idem est cum spadiceo, siue badio, in equis imprimis laudatus. Ita autem dictus est παρὰ τὸ βαΐον, quo nomine Græci appellāt palmæ termitem vnà cum fructu auulsum, qui huius est coloris.

B A L

BAL, idem quod & Baal, Lingua Punica Deus dicitur, vt inquit Seruius in 1.Æneidos. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione Saturnus & Sol.

BALA {Βάλας} Nomen viri proprium, qui (vt inquit Strabo lib.15) Alexandro pugna superato, ex vulnere obijt.

Balæna {φάλαινα} Festus, Balænam belluam marinam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse & cetum. Iuuenal.sat.10, Quanto delphinis balæna Britannica maior. Vide Plin.lib.9.cap.6.

Balænatus, adiectiuum. vt, Balænata virga, quæ (vt opinor) è cartilagine balænæ fit, qualia videmus calatorum ecclesiæ commentacula, vt veteres appellabant. Petronius, Donec Quartilla balænatam tenens virgam, altéque succincta iussit infelicibus dari missionem. Hæc Turnebus.

BALANEA Plinio, Βαλανεία, Stephano, Oppidum est in confinio Syriæ & Phœnices, cuius meminit Plin.lib.5.cap.20.

Balanites, huius balanitæ {Βαλανίτης} Gemma subuiridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammea vena. Author Plin.lib.37. cap.10.

Balanitis, idis {Βαλανῖτις} Genus castaneæ rotundius, & maximè purgabile, & spontè prosiliens, à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin.lib.5.cap.23.

Balantium {βαλάντιον} Marsupiū significat: vnde & balātiotomi apud Aristophanem, qui de zona propendentes crumenas præcidunt. Author Cælius lib.10.cap.2. ¶Est item Balantium, pondus quoddam, phollis nuncupatum, donos continens ducentos quinquaginta. Habet verò donus libram vnam, vncias duodecim. Vide eundem Cæl. lib.10.cap.6.

Balanus, balani, f.g.pen.corr. {βάλανος} Glandem generali nomine significat. Plin.lib.17.cap.20, In quacunque terra seritur, nascitur è balano. De Esculo loquitur. Specialiter tamen de palmulis, quas vulgò dactylos vocamus, accipitur. Plin.lib.13.cap.4, Nā in alia parte Phœnices, Ciliciæque, populari etiam nomine à nobis appellantur balani. De dactylis, palmarum fructu.

Ex balano exprimebatur vnguentum odoratum, quo ab antiquis tingebantur capilli. Martial.in Apophoretis,

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex vnguento constat & ex balano. Myrobalanum intelligit poeta: quæ vox ingredi non potest versum heroicum, quales sunt Homerici & Virgiliani. Plin.lib 13.cap.1, Constat oleum ex oliuis, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aspalatho. De vnguentis.

Balanus myrepsice (inquit Ruell.lib. 1.cap.56) hoc est glans vnguentaria. fructus est arboris myricæ similis magnitudine auellanarum nucum, qua expressa, quemadmodum ex amygdalis amaris, excipitur liquor, quo in pretiosa vnguenta vice olei vtuntur. Nascitur in Æthiopia, Thebaide, Arabia, & quæ secus Iudæam Petra dicitur. Vide plura ibidem. Hinc myrobalanum dicitur.

¶Balanus, Piscis marinus. Plin.lib.32 cap.11. Plaut.Rud.8.8,
Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam.

¶Balani, sunt glandes, & id quod glandis forma ad subducendam aluum in podicem manu inditur, apud authores medicinæ. Budæus. Vulgus *Suppositorium* vocat.

¶Balani, Castanearū genus excellens. Plin.lib.15.cap.23, Sardibus eæ prouenēre primùm. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellentioribus satu factis. Hîc balanus, aut est etiam masculinum, aut SARDIANAS legendum est.

¶Balanum etiam vocant Græci virgam virilem cum glande.

Balanatus, pen.prod. {βαλανωτός} adiect. Balanino oleo perfusus. Persius sat.4, Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

Baláninus, adiect. pen.cor. {βαλάνινος} Ex balano factū. vt, Balaninum oleum. Plin.lib.23.cap.4, Balaninum oleum repurgat varos.

BALARI {Βάλαροι} Populi Montanorum qui speluncas inhabitant, vt inquit Strabo lib.5.

BALARI, Cyrnii exules dicuntur, teste Pausania: quod nomen Sardiniæ montana incolentibus adhæsit, cùm illuc secessissent à Carthaginensibus deficientes. Vide Cæl.lib.19 cap.22.

Balatrones {φλύαροι} & blateas, bullas luti ex itineribus, aut quod calceamentorum soleis eraditur, appellabant. Festus.

¶Balatrónes, pro nihili hominibus, & nullius pretij videtur accepisse Varro de Re rust.lib.2.cap.5, quum inquit, Videbo iam vos, inquit, balatrones, & huc afferā meum corium & flagra. Horat.1.Serm. sat.2, Mendici, mimæ, balatrones, &c. Porphyr.ait Balatrones à balatu & vaniloquentia dictos. Acron in illud Horatij Serm.2.sat.7, -cum magno blateras clamore, sic ait, Blateras, Vociferas, clamas sine ratione. Vnde Balatrones, quasi Blaterones. Blaterare enim, propriè est ineptè clamare. Hactenus Acron. Nos integrum propè hoc vocabulum nostra retinemus vernacula lingua. *Belistrones* enim appellamus homines non bonæ frugi, & nihili.

Balatro, etiam proprium viri apud Horat.2.Serm.sat.8.5,
-cum Seruilio Balatrone
Vibidius, quos Mecœnas adduxerat vmbras.

Balatus, Vide BALO, balas.

Balaustium balaustij, n.g. {βαλαύστιον} Flos mali punici. Plin.lib.23. cap.6, In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequàm scilicet malū ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus. Idem lib.13. cap.19, Flos balaustium vocatur, & medicinis idoneus, & tingendis vestibus, quarum color nomen inde accepit. De punico malo loquitur. Diosc.& Galen. balaustium syluestris mali punici florem esse produnt.

Balaustinus, adiect. {βαλαύστινος} vt, Balaustinus color, similis flori mali punici.

BALBINA, pen.prod. {Βαλβίνα} virgo Romana & martyr, Quirini filia, liberata à strumæ vitio per Alexandrum pontificē, sepulta in via Appia iuxta patrem, qui ambo sub Traiano sunt passi. Author Volater.

Balbus {ψελλός, τραυλός} Qui lingua impeditus est. Cicero 1. de Orat. Quumque ita balbus esset, vt eius ipsius artis cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, vt nemo planius eo loquutus putaretur. De Demosthene loquitur. Idem Cælio, 2, Balbi non sumus, ad rem redeamus.

Os balbum. Horat.2.epist.1.

Senectus balba Horat.1.epist.11.
Verba.Horat.2.Serm.sat.3.

BALBVS,cognomen fuit Atiliorum à balbutie primùm vni ex illis impositum,& postea à posteris retentum. ¶ Fuit etiam hoc cognomine Cornelius iste Balbus, pro quo extat elegans Ciceronis oratio.

Balbè,aduerbium {βαμβῶς} Obscurè. Nonius citat exemplum ex Varrone Rerum humanarum lib. 20, in quo dictio ipsa Balbe non legitur.vnde puto locum esse corruptum.
Balbè significare.Lucret.lib.5,
-cum balbè significarent
Imbecillorum esse æquum misererier omnium.

Balbutio,balbutis,pen.prod.{ψελλίζομαι} balbutire, Est cum quadã linguæ hæsitatione & confusione trepidare.Cic.lib.5.Tuscul. Me quidẽ authore etiam Peripatetici,veteresque Academici balbutire desinant aliquãdo. Idem 1.de Diuinat.Reliqui verò omnes præter Epicurum balbutientem de natura deorum, diuinationem probauerunt.
Balbutit & auis,cui Canere opponitur.Plin.lib.10.cap.29, Merula æstate canit,hyeme balbutit.
Balbutire Scaurum, id est balbutiendo appellare,actiuè positum cum accusatiuo.Horat.1.Serm.sat.3.

Balbucinari,significat lingua balba loqui,sicut senes. Calep.

BALDRACA {Βαλδράκα} Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis, quæ quamuis multarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni Imperatori, quamuis multa promitteñti, vt scribit Volaterranus Geograph.lib.3. vbi de Comitibus Guidis loquitur.

BALEARES,pen.prod. {γυμνησίαι νῆσοι Βαλεαρίδες} Insulæ duæ in Hispanico mari funda bellicolæ, vt scribit Diodorus Siculus in libro ἀνῶ νήσων: Græci Gymnesias dixerunt,authore Plin.lib.3.cap.5 Nũc Maioricam & Minoricam nominant à dispari quãtitate.vulgo *Mallorca* & *Menorca*. Dictas esse cõstat à βάλλω, quod Mitto siue sagitto significat. Gymnesiæ verò dictæ, quòd incolæ nudi æstatis tẽpore iactu fundarum sese exercent. Silius lib.5,Et torta Balearis saeuus habena.

Balearis,adiect. {γυμνήσιος} vt, Balearis funda.Virg.1.Georgicõn,
Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.
Tortor Balearis habenæ.Lucan.lib.3.
Baleare telum.Sil.lib.7.

Balearicus,pen.corr. {γυμνησιακός} similiter adiect. vt, Balearicæ grues. Plin.lib.11 cap.37.
Funda.Ouid.2 Metam.
Mare. Plin.lib.3 cap.4, Hispanum quatenus Hispanias alluit: ab aliis Ibericum aut Balearicum.
Vina.Plin.lib.14.cap.7.

BALESIVM,authore Plinio,Apuliæ oppidum est maritimum,non procul à Brundusio.Plin.lib.3.cap.11.

BALIARDVS,Philosophus quidã Gallicus & Peripateticus,Parisiis prodiit vir doctissimus, ab orthodoxis tamen in quibusdam aberrans, à quibus nec per synodum iussu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit: sed in quodam loco deserto, cum sociis nonnullis, omne æuum abstinendo exegit. Volaterr.lib.22.

BALIAS,siue Balius(nã in Græcis quibusdam codicibus Βαλίας legitur, in aliis Βάλιος) vnus fuit ex equis Achillis,à balio colore ita dictus.Cõ memorat autem Homer.lib.16.Iliad.tres Achillis equos,quorũ duos Baliam & Xanthum immortales fingit ex Zephyro vẽto & Podarge harpyia prognatos. tertium autem mortalem,nomine Pedasum.

BALIENVS,Auunculus Catilinæ,Lucretium Afellam,Cõsulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis statum petentem, occidit iussu Syllæ túc Dictatoris:accusatus postea,ac damnatus.Pædianus. Alij scribunt Ballienus.

BALIMENSES,Populi in Latio,qui aliàs Trebulani dicuntur.Plin.lib.3. cap.5. Quidam Balimenses legunt.

Balineum,pen.corr. & Balineæ, balinearum {βαλανεῖον} à veteribus dicebantur, quas nunc balneas dicimus. Plaut. Pœnulo.16. Númnam ita balineis circunductus pallio? Plin.Iunior epist.3. Quid balineum illud,quod plurimus sol implet,& circumit? Idem lib.9.cap.54. Balineæ pensiles. Cic.Att.lib.2.18,Balineum calefieri iubebo. Interest tamen inter Balineum,& Balineas: quòd illud priuatum, hæ publicæ. Varro lib 8.de ling.Lat.Item reprehendunt analogias, quòd dicantur multitudinis nomine publicæ balineæ,non balinea: contra quod priuati dicunt vnũ balineum,quod plura, balineas dicant:quibus respondere potest,non esse reprehendenda, quòd ita in vsum venerunt.

Balis,Herba,de qua Plin. Xanthus (inquit) historiarũ scriptor, in prima earum tradit, occisum draconis catulum reuocatum ad vitam à parente,herba,quam balin nominat:eadémque Thylonẽ,quem draco occiderat,restitutum saluti. Hæc ille lib.25.cap.2.

Balista,Militare tormentũ,quo lapides aliáque tela iaciuntur: à βάλλω, iacio,vulnero. Liu.4.bel. Pun. Catapultas, balistas, tormentáque alia quæ oppugnandæ vrbi comparata erant. Cic.2. Tuscul. Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emissiones habent,quo sunt contenta atque adducta vehementius: sic, &c. Videtur potius gemino ll scribi debere ballista,quum à Græco verbo βάλλω deducatur.
De balistarum rationibus vide Vitruuium lib. 10. cap.16. & Vegetium lib.4.cap.22.
Balistis ingentia etiam saxa iaciebantur: vnde apud Sisennam libro 4. historiarum legimus balistas talentarias, quibus saxa pondo talenti iaci possent. & apud Lucilium,Balistas centenarias. Ex Nonio.
Alciatus in Taciti locum lib.19, ait se in commentariis Theodosij schema balistæ quadrirotis vidisse,cum interpretatione qua ostenditur,sagittas ex ea ceptum fuisse iaculari.
Torta validis balista lacertis. Lucan. lib.2.
Tensus balistæ turbo.Lucan.lib.3.
¶ Balista,pro tormenti telo. Plaut.Pœnul.3,
Cui iam infortunij intenta balista est probè,
Quam ego haud multo pòst mittam è balistario. Quanquam fortasse pro tormento non malè accipietur, quod mitti etiam dicitur, quum mittuntur ab eo tela. Turnebus.

Balistarium, Locus vnde balistæ mittebantur. Plaut. Pœnulo,3,
Quam ego haud multo pòst mittam è balistario.

Balistarius, balistarij, m.g. Balistarum artifex. Aurelius Arcadius in l. vltim.D.de iur.immunit.

Balito,balitas. Vide BALO balas.

BALIVS equus, Vide suprà BALIAS.

Balius color {βαλιὰ χροιά} In equis laudatissimus est, à quo Homerus vnum ex equis Achillis Balium siue Baliam appellauit. Nonnulli varium interpretantur, maculisque multis distinctum. Thylesius autem in libello de coloribus,eundem esse existimat cum eo qui & Spadiceus,& Baius, & Badius, & Phœniceus appellatur.

Ballaria, æ, A Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς στεφανωματικὴ, hoc est Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgo *Candelaria* dicitur. Vide Ruell.lib.3.cap.57.

Balliones,dicũtur lenones, à Ballione Plautino lenone.Cic.pro Roscio Comœdo, Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem.

Ballismus {βαλλισμός} Saltatio quædam erat, tympanis crepitantibus,vel etiã cymbalis: cuiusmodi Parilibus Romæ fiebat, quæ mox Romæa dici cœpere, ciuitatis fortunæ templum struente Adriano. Vide Rhodig lib.5.cap.4.

BALLONOTI {Βαλλωνῶτοι} siue Bellonoti, pen.corr.Sunt Burgundiones, Hessi. Basternæque in Scythia Europæa,vt in Asiatica plerique eodem nomine. Valer.6.Argonauticõn,
Ibant & geminis æquantes cornibus alas Ballonoti.

Ballote,ballotes,pen.prod. {βαλλωτή} Latinè marrubium dicitur. Officinis marrubiastrum, aut nigrum marrubium appellatur. Dioscorides, Balloten nomine alio nigrum marrubium, aut magnum vocat.Vide Plin.lib. 27.cap.8.

Balneum, balnei {βαλανεῖον, λουτρόν} Locus in domibus, in quo ad lauandum aquæ calidæ & frigidæ disponuntur. Cic. Terentiæ, lib.14. 20, Labrum si in balneo non est, vt sit. Mart.lib.2. Cauponem, laniúmque, balneúmque. Erant autem balnea publica Romæ, in quibus cuique licebat lauari: vel vt mundaretur, vel vt medicamento purgaretur. quemadmodum in nostris hypocaustis nunc licet. Sed & balnea Romanorum tres habebant regiones siue domos. superior aeris erat calidi,& Laconicum appellabatur.media erat aquæ calidæ. infima autem aquæ frigidæ. Quod superest de structura & ædificio ac compositione balneorum videto apud Vitruuium.
Ambulare in balneum.Cic.ad Atticum,lib.13.
Ducere aliquem ex balneo.Cic.pro Deiot.

Balneæ,balnearum {δημοσιαὶ λουτρά} Idem significat, sed magis publicæ sunt, quàm priuatæ. Cicero pro Cælio, Mulier ingeniosa consilium tui locum iussit balneas Xenias, vt eò mitteret amicos, qui delitescerent.
Balneæ autem aquarum natura calidarum adhuc videntur apud Viterbum circa Romam. Sunt & non longè à Patauio balneæ Neronis,& apud Germanos & Hispanos aliæ sunt balneæ, quarum aqua medicamentosa est propter qualitatem quam accepit in venis terræ per sulfurea loca aut chalcantode aut aluminosa manantibus.
Balneæ Palatinæ.Cic.pro Sex.Rosc.
Exire de balneis.Cic.2.de Orat.
Experiri balneum.Cels.lib.3.cap.15.
Tentare.Cels.lib.3.cap.15.

Balneolum,pen.corr.Diminut.est {βαλανείδιον} Iuuen.sat.7,
-quum iam celebres,notique poetæ
Balneolum Gabiis,Romæ conducere furnos Tentarent.

Balnearium,balnearij {βαλανεῖον} Pars villæ. Cic.ad Atticum,lib.13, Video nihil aut pauca mutata, balnearia tamẽ laudat,&c. Colum.lib.1. cap.6,Balnearia occidenti æstiuo aduertantur,vt sint post meridiem, & vsque in vesperum inlustria.

Balnearius, adiectiuum, Quod ad balnea pertinet. Vnde scribit Vlpianus l.1.D.de furib. balnear. Fures balnearios extra ordinem esse puniendos. Hoc est, qui in balneis versantur, & eorum qui lauatum eunt, vestimenta surripiunt. Catul. ad Vibennium, epigr.31, O furum optime balneariorum Vibenni pater. Huiusmodi autem fures morte mulctabantur.Vide Aristot.section 29 Problemat.14.
Furtum balnearium, in balneis publicis factum. Paulus in l.vlt. D.de furib. balnear. Miles qui in furto balneario deprehensus est, ignominia mitti debet.
Instrumentum balnearium,quo in balneis vtimur.Paul.in l.Pistoris.17.D.de fund.instruct. Instrumento balneario legato, dictum est balneatorem sic contineri, quomodo instrumento fundi saltuarium.

Balnearis, & hoc balneare,adiectiuum.vt, Balneare argentũ {βαλανικὸς ἄργυρος} quo qui in balneo lauabant vtebantur. Scæuola in l.vlt.§. 1. D. de aur. & arg. Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæsitum est an etiam id argentum, quo diebus festis in balineo vti consueuit, legato cedat.

Balneator,pen.prod. balneatoris {βαλανεύς, λουτροχόος} Communis generis,licet (vt ait Seruius) Petronius vsurpauerit balneatricem.Dicitur autem is qui curam habet balnearum. Vlpianus in l.1. D. Depositi,Si vestimenta seruanda balneatori data perierint. Sic Firmicus, vt ait Budæus.Cic.pro Cælio, Mulier potens, quadrãtaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori.

Balo, balas {βληχάομαι} balare, Factitium verbũ est, proprium ouium. Festus,Barrire elephanti dicuntur,sicut oues dicimus balare,vtique à sono ipso vocis.Cic.1.de Diuinatione,
Rex ipse Priamus somnio mentis metu
Perculsus,curis sumptis suspirantibus
Exsacrificabat hostiis balantibus. Ouid.4.Fastorum,
Tactáque fumanti sulfure balet ouis.
¶ Balare, ad hominem translatum, Varro.2.de Re rust.cap.3,Cui Cossinius, Quoniam satis balasti. Id est tractasti & docuisti de ouibus,

bus, quarum proprium est balare.
Grex balantum. Virg. 1. Georg.
Balito, balitas, pen. corr. {βληχάω} balitare. Plaut. Bacch. 25,
-pastor harum dormit, quum eæ eunt Sic à pecu balitantes.
Balatus, huius balatus, pen. prod. {βληχισμός} Plin. lib. 10. cap. 14, Gustatum à pecore, caprisque balatum concitat. De pulegio loquitur.
Tener balatus. Ouid. 7. Metam. Id est exiguus, qualis est agni adhuc tenelli.
Tremens. Stat. 10. Thebaid.
¶ Dare balatus, Id est balare. Ouid. 7. Metam.
Exercent balatum agni. Virg. 9. Æneid.
Pecorum balatu sonant ripæ. Virg. 4. Georg.
BALSA {Βάλσα} A Plinio lib. 5. cap. 5, numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Lusitaniæ, non procul à sacro promontorio, & Anæ fluuij ostiis, quæ vulgò nunc *Tauilla* dici creditur. Commemoratur à Pli. lib. 4. cap. 22, & Ptolem. lib. 2. cap. 5. Meminit & Pompon. Mela.
Balsamelæon {βαλσαμέλαιον} Succus est oleo persimilis, qui ineunte Autumno, ex imis balsami fruticis partibus scarificatis profluit, vt post Aetium refert Ruellius, lib. 1. cap. 35.
Balsamina, quæ à nonnullis Viticella dicitur, planta est quæ præ longis tenuibúsque viticulis, vltrò citróque reptantibus, proximas tum herbas, tum arbusculas comprehendit: foliis vitis albæ, aut viniferæ similibus, sed longè minoribus, magísque per ambitum laciniatis: capreolis tenuibus ex alarum sinu prodeuntibus, quibus sese implicat appositis adminiculis. Florem promit cucumeri similem, colore subluteum: fructum vtrinque turbinatum, oui ferè faciem repræsentat, cute carnosa, quibusdā acutis bullis rigente dipsaci modo. Hæc ex Matthiolo, apud quem plura vide in lib. 4 Diosc cap. 177.
Balsamum, balsami, pen. corr. {βάλσαμον} Arbuscula est odoratissima, in Iudæa solùm nascens. Virgil. 2. Georg. Balsamáque, & baccas semper frondentis acanthi? Vbi Seruius, Sane balsamum est arbor ipsa: opobalsamum succus collectus ex arbore. De balsamo copiosissimè Plin. lib. 12. cap. 25.
Tarda balsama. Claud. de Nupt. Hon.
Balsaminus, adiectiuum, pen. corr. {βαλσάμινος} vt, Balsaminum oleum, Plin. lib. 23. cap. 4.
Balteus, & Balteum dicimus: licet in singulari magis sit in vsu balteus, in plurali verò baltea {ζωστήρ} Est autem teste Varrone de ling. Latin. lib. 4, Cingulum è corio, bullis ornatum. Quintil. lib. 11, Sinus ille qui ab humero dextro ad sinistrum obliquè ducitur, velut balteus, nec strangulet nec fluat. Charisius lib. 1, Balteus masculino genere semper dicitur, vt Clypeus. Plinius tamen vult masculino genere funiculum significare, neutro autem genere lora ad alligandum apta. Sed Varro baltea dixit, & Tuscum vocabulum ait esse Rerum humanarum decimo octauo. Hæc Charisius.
Auratus balteus. Seneca in Hercul. furent. 7.
Insignis. Valerius 6. Argonaut.
Baltea lenta. Propert. lib. 4. eleg. 11.
¶ Balteus, dicitur non tantùm quo tingimur, sed etiam à quo arma dependent. Virgil. 5. Æneidos,
Alter Amazoniam pharetram plenámque sagittis
Threiciis, lato quam circùm amplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma. Hæc Seruius. Cæsar 5. bel. Gall. Et verutum in balteo desigitur. Liu. Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant. Accius, *Andromeda* lib. 8, Actoribus manuleos, baltea, machæras. Ex Nonio.
Balteus corticis. Plin. lib. 16. cap. 37. De salicibus loquitur.
¶ Balteus, in opere pistorio significat id quo cingitur placenta, & ambitur: est autem solum vel soli pars. Nam cùm fingitur placenta positis tractis ita, vt in summo cingula sint, solum quod in imo latum erat, replicatum in metam sursum versus colligitur: vnde Cato scribit postea, Solum contrahito: totáque tracta tingit, & tractarum codimenta complectitur. Hæc Turnebus in Catonem.
BALTIA, insula in mari Germanico. Volaterranus lib. 7. Geographiæ, ex Plinio lib. 4. cap. 13.
Baluca, balucæ, pen. prod. {χρυσάμμος} id est Arena aurea. Iustinianus lib. 11. Codicis. tit. de Metallariis. Lingua nostra vernacula paleolas appellat auri ramenta, quæ alluuione riuorum deferuntur, cuiusmodi hodie circa Pyrenen inueniuntur. Vide Bud. de Asse.
Balux, cis, Minutior auri particula ab Hispanis dicitur, cuiusmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inueniuntur, nulláque opus habentes coctione. Plin. lib. 33. cap. 4, Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ: necnon in puteis denas excedentes libras. Palacras Hispani, alij Palacranas: iidem quod minutum est, Balucem vocant.
BALYRA, æ {Βάλυρα} Fluuius est Peloponnesi, sic dictus quòd in calamitate illuc lyram abiecerit Thamyris, qui Philamonis fuit filius, & nymphæ Argiopes, quæ ad Parnasum incoluit. Plura vide apud Cæl. lib. 18. cap. 7.

B A M

Bambacion {βαμβάκιον καὶ βαμβάκι Suidæ} Lanæ genus candidissimum, in exiguo nascens frutice, quem nonnulli Gossipion, plures Xylon appellant, teste Plin. lib. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non dissimilem, quæ dehiscens velut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde vestes fiunt, quæ à nonnullis Bambacinæ appellantur. A peritioribus Xylinæ vel Gossipinæ. Vulgus *Cotonum* vocat, à similitudine fortasse illius lanuginis quæ foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruell. lib. 1. cap. 150.
Bambalio, Vocabulū est ignominiosæ appellationis. Scribit enim Cic. Philipp. 3, M. Fundum nescio quem prorsus contemptibile, fuisse cognominatum Bambalionē, ab hæsitantia linguæ, & stupore cordis. Causam opinamur esse, quia densiorem mūtarum in verbis concursum detestantur Græci, propter eum quem vocant psellismum, vt in preterito medio *λέλοιπα*, sic & in preterito perfecto medio *πέπομφα* vetitū cacophoniam, abusu id tempus abdicarūt, quia βαμβαίνειν efficiat, id est bombo persimilem stridoris sonum: in quem lusit facetissimè comicus βαμβαλύζω, vnde factum Bambalioni nomen putamus. Cæl. Rhodig. lib. 13. cap. 2.
Bambatæ, In aceti scillitici cōfectione iubet Columella decem bambatas in mustum mitti, eo nomine intelliguntur scillæ quæ aliquo intinctu conditæ sunt. Romani autem quū Syracusanorū sermone hac in re (vt & in multis aliis) vteretur, potius bambatas, quàm bammatas nominabant, quòd Siculi βάμβα pro βάμμα dicere solerent. Id eò moneo nequis verbum adulterinum putet. Turnebus.
BAMBOTVM, Flumen Mauritaniæ, crocodilis & hippopotamis refertum, vt scribit Plin. lib. 5. cap. 1.
BAMBYCATII {Βαμβυκάτιοι} Populi sunt ad Tigrim fluuium, de quibus memoriæ proditum est, eos omnem auri aut argenti materiam ita execrari, vt omnia metalli genera coementes, illa in profunda terrarum & abditas solitudines suffodiant, ne pecuniæ commercio eneruaretur animi indoles ingenúsque. Hæc ex Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 15.

B A N

BANBYCE {Βαμβύκη Straboni} Mesopotamiæ ciuitas est, siue (vt Plinio placet) Syriæ Cœles: in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc est Sacra ciuitas, appellatur, & Edessa.
BANACVRA, Vide BARACVRA.
BANASA, apud Plinium lib. 5 cap. 1, Romānorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.
Banchus, Piscis, aselli genus alterum, in cuius cerebro lapillos molari forma contineri Plin. scribit lib. 32. cap. 9. Vulgò *Merlus*.
¶ Est & banchus inter mugiles minimus, quem Aristoteles Chelonem vocat.
BANDA, Vide ALABANDA.
BANDOBENA {Βανδοβηνή} Oppidum est in India, quā Cophes & Choaspes flumina præterfluunt. Author Strabo lib. 15.
Bandum {σκεῦος, σημεῖον} Procopius signum dici militare ab Romanis interpretatur: vnde factū coniectamus, vt vulgus insignium *banderiam* nuncupet. Nā quod in C. de Episc. & Cleric. scriptum inuenias, Banno subiaceant imperiali, aliud est: siquidem eo nomine recentioribus appellatur exilij species, quam proscriptionem dicebant veteres: qui vsu togæ carent, quādo est illis aqua interdictum & igni. Verba sunt Rhodigini lib. 15. cap. 17.
BANNOMANNA, Insula ante Scythiam. Plin. lib. 4. cap. 13, Ex quibus ante Scythiā quæ appellatur Bannomanna abesse à Scythia diei cursu, in quā Veris tēpore fluctibus electrū eiciatur, Timæus prodidit.
Bannum, ni, n. g. {ἐξορία} Nouum & nuper inuentum vocabulum est, inquit Oldend. sed res antiquissima. Est autem bannum, quo omnia humanitatis iura vicissitudinésque officiorum & cōmercia interdicuntur rebellibus. Ideóque soli Cæsari, qui generalem vbique iurisdictionem habet, iure bannum interdicere licet: cæteri magistratus non banno, sed relegationibus alisque pœnis vtuntur. Sumptus est banni vsus ab instituto Romanorum. Romani enim Draconis Atheniensis durissimam legem imitati sunt, similitudine quadam: quia igni & aqua interdicere solebant: quòd ei nihil esset reliquum, cui hæc elementa denegarentur.
BANTINI {Βαντῖνοι} Populi sunt mediterranei Lucanorum, in tertia regione Italiæ, de quibus Plin. lib 3. cap. 11.
BANVBRI, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ, vt scribit Plin. lib. 5. cap. 2.

B A P

Bapheus {Βαφεύς} tinctor, & Baphe, tinctura, vtrunque à βάπτω, quod est Tingo, coloro, inficio. Iustinian. li. 11. C. tit. de Murileg. Baphei, inquit, per quos & priuata nostra substantia tenuatur, & species gynæcij confectæ corrumpuntur. &c.
Baphia, pen. corr. Taberna est tinctoria {βαφεῖον} Hinc Lampridius in Alexandro, Purpura Alexādrina vulgò Probiana dicitur: idcirco quòd Aurelius Probus præpositus baphiis id genus muricis reperisset.
Baphicus, pen. corr. {βαφικός} adiect. Hoc est, tinctorius. vt, Caccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioscoridem & Galenum.
BAPTAE {Βάπται} Athenis erāt sacerdotes Cotyttûs, impudicitiæ deæ, cui nocturna sacra peragebant, saltationibus, & omni voluptatum genere indulgentes. Dicti autem sunt Baptæ, ἀπὸ τοῦ βάπτειν, quòd qui sacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. Iuuen. satyr. 2,
Cecropiā soliti Baptæ lassare Cotytto. In hos Eupolis comœdiā cōscripsit, quā ab illorū nomine Baptas appellauit, in qua mollitiē eorū & libidinē depinxit: quā ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidā, & Polit. Miscell. ca. 10.
Baptes, Gemma est mollis, sed præstantissimi odoris. Pli. lib. 37. cap. 10.
Baptismus, Baptismū, & Baptisma, huius baptismatis {βάπτισμα} Latinè Immersio vel intinctio dicitur, à βαπτίζω, immergo. Baptisma (inquit Gregorius) Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo spiritu Gratiæ in melius immutatur, & longè alius quàm erat efficitur. Primùm enim fœdi eramus deformitate peccatorū, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.
Baptisterium {βαπτιστήριον} Sipontinus, Baptisteria in domibus sunt, hoc est veluti lacus quidā ex ligno, aut marmore, aliōve genere lapidis ædificati, in quibus lauādi gratia mergimur: dicta ἀπὸ τοῦ βαπτίζειν, quod mergere est. Hæc in cellis ædificari solent: hoc est, secretioribus locis in hunc vsum factis, quarum aliæ caldariæ sunt, in quibus calida lauamur: aliæ frigidariæ, in quibus lauamur frigida. Plin. Iunior. lib. 5. epist. 6. ad Apollinarem, Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum. Verti potest Lauacrum.
Baptizo, baptizas {βαπτίζω} baptizare, Lauare & immergere.

B A R

BARA, Insula non longè à Brundusio. Festus.
BARACVM, Oppidum Africæ in tractu Cyrenaico, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 5.
BARACVRA, Indiæ emporium extra Gangem, authore Ptolemæo, hodie Bangella ciuitas fœcundissima, & regnum latissimum.
BARAGASA, Æthiopiæ oppidum, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. Aliqui vnum Æthiopiæ oppidum vltra ponunt in littore Baragasa.

BARAMALACVM, Nabathæorum oppidum non spernendum, in ea parte Arabiæ quæ est contermina Syriæ, vt author est Plin. libro 6. cap. 28.

BARAOMATAE (βαραομάται) Populi sunt, qui Indum aduersum accolunt, Gumbrotis proximi, quorum duodecim sunt nationes, singulisque binæ vrbes. Author Plin. lib. 6. cap. 21.

Barathrum, pen. corr. (βάραθρον) Græci (inquit Festus) appellant locum præcipitem vnde emergi non possit: dictum ab eo quod est βαθὺ, id est profundus. Virg. 3. Æneidos,

-atque imo barathri ter gurgite vastos

Sorbet in abruptum fluctus. Vbi Seruius, Barathrum est immensæ altitudinis nomen. Vnde sequitur, Sorbet in abruptum, quod Græcè βάραθρον dicitur. Abyssum quidam vocant.

Barathrum, inquit Diomedes lib. 1. locus apud inferos: propriè autem apud Athenienses, in quem noxij præcipitantur. Barathros verò genere masculino putat Ammonius homines dici barathro dignos.

¶Barathrum transfertur ad alia, vt ad meretricem, quæ omnia absorbet. Plaut. Bacch. 1.

¶Barathrum, Stomachi siue ventriculi imus hiatus. Mart. lib. 1. in Fescenniam, Extremo ructus quum venit à barathro. Plaut. Curcul. 3, Age effunde hoc citò in barathrum.

¶Barathrum pro homine maiorem in modum edace, bibace, helluone. Horat. de Lurcone quodam, 1. Epist. 16. Calepinus pro eodem dicit Barathro, onis. Sed sine authore.

Candens barathrum. Claud. de bel. Getico. De faucibus Alpium.

Ferale barathrum. Claud. de Raptu Pros. 1.

Infernum. Valer. 2. Argonaut.

¶Barathrum (βάραθρον) in mundo muliebri connumeratum ab Aristophane in Thesmoph. & à Polluce libro 5. cap. 16. & libro 7. cap. 22.

Barba, barbæ, (πώγων, γένειον.) Valla, Non est barba tantùm hominum, neque barbæ tantùm quadrupedum: quin & barba quadrupedum, & barbæ hominum, vtique multorum dicuntur. Horatius 1. Serm. sat. 8,

Vtque lupi barbam variæ cum dente colubræ

Abdiderit furtim terris. Plin. lib 28. cap. 13, Rabiem hircorum si mulceatur barba, mitigari: eadem præcisa, non abire eos in alienum gregem. Virg. 3. Georgicôn,

Nec minus interea barbas, incanáque menta

Cyniphij tondent hirci. ad multos hircos refertur: perinde ac si diceremus caudas: quum tamen singulæ singulis hircis sint, ita & barbæ. Sunt etiam & barbæ aliorum quàm quadrupedum: vt Plin. lib. 30. cap. 11, Quum Geminos transit Sol, cristis & auribus & vnguibus gallinaceorum: si Luna, radiis barbísque eorum. Hactenus Valla libro 6.

Barba tenus philosophum dixit Cic. pro eo qui nihil habet philosophi præter barbam.

Barba hominis. Cic. 3. de Finib. Viris mammæ atque barba. Virgil. 2. Æneidos,

Squallentem barbam, & concretos sanguine crines.

Capræ barbarum villus. Plin. lib. 12. cap. 17, Capræ succum improbo barbarum villo abstergunt.

Cæsaries barbæ Ouid. 15. Metam.

Barba virgultorum tonsilis. Plin. lib. 17. cap. 23.

Aureus barbæ color. Ouid. 12. Metam.

Ardens barba. Iuuenal. sat. 10.

Aurea. Pers. sat. 2, sitque illis aurea barba.

Cana. Plin. Iunior lib. 1. epist. 10. de Euphrate philosopho.

Candidior. Virg. 1. eclog.

Grauis. Iuuenal. sat. 10. & Ouid. 1. Metam.

Hirsuta. Ouid. 13. Metam.

Immissa. Virg. 3. Æneid.

Impexæ. Virgil. 3. Georgicôn,

Striáque impexis induruit horrida barbis. Seruius de barbis pecudum intelligit, aut de guttis quæ ex arboribus & tectis depêdentes indurueruntin modum barbarum.

Incipiens. Ouid. 12. Metam.

Ingens. Virg. 12. Æneid.

Longa. Ouid. 15. Metam.

Madida. Ouid. 1. Metam.

Perpexa. Vide PERPEXVS.

Prima. Id est tenuis lanugo. Seneca Hippol. 5.

Prolixa. Id est demissa. Virg. 8. ecloga. Seruius.

Propexa in pectore barba. Virgil. 10. Æneid. In pectore, pro in pectus, Archaismus est. Seruius.

Resecta. Ouid. 1. de Arte amandi.

¶Sapientem pascere barbam. Horat. 2. Serm. sat. 3. Id est, Sapientiæ indicem. Agit enim de Stoico.

Stolidam barbam vellere. Pers. sat. 2. Prouerbialiter dicitur, quum summum contemptum ac ludibrium significamus.

Subnixa barba capillis. Id est, subiecta, supposita. Ouid. 6. Metam.

Torta. Stat. 6. Thebaid.

Vda. Iuuenal. saty. 9.

¶Abradere barbam. Plin. lib. 6. cap. 28.

Cadit barba tondenti. Virg. 1. eclog.

Canet barba gelu. Sil. lib. 1.

Crescit barba. Lucret. lib. 6.

Deducere barbæ cæsariem. id est quod alibi Mulcere barbá dicit. Ouid. Vide Cæsaries barbæ.

Demere barbam. Cic. 3. de Nat. deorum, Dionysius Æsculapii barbam auream demi iussit.

Increscit barba genis. Lucan. lib. 2.

Mulcere barbam manu. Ouid. 1. Fast.

Pascere. Vide paulo antè, Sapientem pascere, &c.

Ponere, Deponere, resecare. Horat. in Arte poetica. Vide Pono & Depono.

¶Promittere, pro Summittere. Tacit. lib. 2. Vnde Promissa barba Liuio libro 2. Ad hoc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris.

Recidere hirsutam barbam. Ouid. 13. Metam.

Riget glacie horrida barba. Virg. 4. Æneid.

Tondere barbam. Cic. 5. Tusc. Sordido ancillarique artificio regiæ virgines, vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris.

Barbula, penult. corr. diminutiuum (πωγώνιον.) Cic. pro Cælio, Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbula qua ista delectatur: sed, &c.

Barbulæ florum, apud Plin. lib. 21. cap. 8.

Barbatus (πωγωνίας, ἐνπώγων) adiectiuum, pen. prod. Qui barbam habet. Vide Ciceronem in oratione pro Sextio. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Imberbis, & Bene barbatus, contraria. Cic. 2. in Cat.

Delectare barbatum. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Barbato imponere regi. Iuuenal. sat. 4.

Apud barbatos ridicula videbantur. Cic. pro Murena.

Barbati mulli in piscinis sunt. Cic. ad Attic. lib. 2. 16.

Barbatulus, Dimin. pen. corr. (πωγωνίσκος.) vt, Barbatuli iuuenes. Cic. ad Att. lib. 1. 9, Concursabant barbatuli iuuenes, totus ille grex Catilinæ. Dictum cum lasciuiæ nota: nam apud Romanos barbam alere, moris non erat.

Barbatulos mullos exceptare de piscinis. Cic. in Parad.

Barbiger. adiect. pen. corr. (πωγωνοφόρος) vt, Barbigeræ pecudes, Lucret. libro 5.

Barbitium. barbitij, n. g. pro Barba. Apuleius, Hircino barbitio philosophum mentiebantur.

Barba Iouis (Διὸς πώγων) Arbor est Plinio, in opere topiario tonsilis, & in rotunditatem spissa, argenteo folio: quam etiam odisse aquas idem Plin. scribit, lib. 16. cap. 18.

BARBAGIORAS, Nomen est proprium viri. Tacit. lib. 21, Castigator in eum legendum putat Bargioras, esseque vocabulum Hebraicum, significans Filium Gioræ.

Barbaralexis (βαρβαρόλεξις) Figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiscemus orationi, vt Gaza, & Magalia apud Virgil.

BARBARIVM (βαρβάριον) Apud Strabon. lib. 3, promontorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Chalybis ostia.

BARBARIVS Philippus, de quo Vlpianus in l. 3. D. de offic. Prætor. vnus è sodalibus & compotoribus Antonij triumuiri fuit, quod verba declarant nescio cuius antiqui scriptoris à Suida relata. Turnebus.

Barbarus, pen. corr. (βάρβαρος) quid significet declarat Strabo lib. 14, his verbis, Ego arbitror, ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, asperè ac duriter loquerentur, vt blæsos, balbósque dicimus. Sumus enim ad confingenda cognata rebus nomina ingeniosi, qualia apud nos permulta sunt, vt κελαρύζει, κλαγγὴ, ψόφος, βρυγμός. Id est, murmur, clangor, strepitus, vox, crepitus: quorum plurima iam propriè proferuntur. Omnes itaque qui crassè loquuntur, Barbari dicuntur, quales sunt nationes omnes, præter Græcos. Quare illos propriè Barbaros appellauit, ac in initio quidem per conuitium, quasi duriloquos & crassilingues: postea verò eo nomine abusi sumus, tanquam communi ac gentili, distinguentes eos à Græcis. Nondum enim multa consuetudo & commercium erat cum Barbaris: quod ex crassitudine linguæ, & quadam vocalium instrumentorum ineptitudine, & non ex linguarum vernaculis proueniebat. Festus, Barbari dicebantur antiquitus omnes populi exceptis Græcis. vnde Plautus Næuium poetam, Latinum, Barbarum dixit. Hactenus Festus. Plautus in prologo Asin.

-huic nomen Græcè ONAGROS est fabulæ:

Demophilus scripsit, Marius vertit barbarè. Id est, ineptè.

Auxilia barbara. Cic. 11. ad Attic. 215.

Mare Barbarum, pro Indico. Horat. 2. Carm. 19. ode 4.

Barbari nunc dicútur, qui alia lingua vtuntur quàm Latina, quòd ea mitior sit & cultior: aut qui ea Latina loquuntur quidem, sed contra ornatum linguæ, & deprauatè.

¶Barbarus, Agrestis, durus, sæuus. Plaut. Bacch. 2,

-ô Lyde, es barbarus.

Immanitate barbaræ gentes. Cic. pro Marcello.

Agrestes ac barbari serui. Cic. pro Milone.

Inhumanus & barbarus: cui Commodus & disertus opponuntur. Cic. 5. Verr. Qui aliis inhumanus ac barbarus: isti vni commodus ac disertus videretur.

Immanis ac barbara gens: cui opponitur Humana, atque docta. Cic. 1. de Diuinat.

Lingua & natione barbarus. Cic. 6. Verr.

Natura & moribus barbarus. Cic. 6. Verr.

Sermone barbarus aut barbara. Ouid. 1. de Remedio amoris.

Sordida & barbara myrrhæ species. Plin. lib. 12. cap. 16.

Consuetudo hominum immanis ac barbara immolandorum hominum. Cic. pro Fonteio.

Corda barbara. Ouid. lib. 3. de Ponto, eleg. 2.

Mos. Horat. 1. Carm. ode 27.

Barbaram patriam dixit Virgil. 1. Æneid.

Tellus. Ouid. 7. Metam.

In barbarum corrupta. Tacit. lib. 5.

Augere in barbarum. Tacit. lib. 21.

¶Barbarior, & barbarius, comparatiui. Ouid. 3. de Pont. eleg. 2.

Barbarè (βαρβαρικῶς) aduerbium: vt, Barbarè loqui, non rectè proferre. Cic. 2. Tusc. Vt enim si grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur: aut si, &c.

¶Barbarè, Rusticè. Horat. 1. Carm. ode 13.

Barbaricus, pen. corr. (βαρβαρικός) adiect. eiusdem penè significationis cum Barbaro. Apuleius, Feris ac barbaricis moribus. Hoc est, asperis & incultis.

Barbaricum aurum dixit Virgilius pro multo, vel ex Barbaria aduectio, 2. Æneid. Seruius.

Cor.Sil.lib.15.

Barbarica lege ius suum persequi,id est Romana.Plaut.Capt.8.

Barbarica pauimenta. siue subtegulanea, primò facta apud veteres ex testis tusis,rudere & calce.Plin.lib.36.cap.25.

Barbarica supellex.Liu.1.bel.Pun.

Sylua.Colum.lib.11. cap.2, Tum etiam syluam siquis barbaricam, id est consemineam velit facere, rectè conseret glandibus, & cæteris seminibus.

Vestes,id est pretiosæ. Lucr.lib.2.Barbaricariæ vestes(inquit Turnebus) Phrygiæ intelligendæ sunt:vnde & barbaricarij in iure ciuili. nam Barbarum pro Phryge dici est frequentissimum.

Vita.Claud.2.in Eutrop.

Barbaricum, Substantiuum {βαρβαρικὸν} appellatur clamor exercitus, videlicet quòd eo genere barbari vtantur. Festus.

Barbaricarij, Textores artificésque barbaricæ vestis,qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animaliũ exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciat.

BARBARIA, Barbarorum regio. Cic. 3. in Catilinam, Quale bellum nulla vnquam Barbaria cum sua gente gessit.

Barbaria,cui opponitur Græcia & Italia.Cicero 2.de Finibus,Philosophus nobilis,à quo non solùm Græcia & Italia,sed etiam omnis Barbaria commota est.

Nulla in Barbaria.Cic.in Pisonem.

¶ Barbaria,Rusticitas,duritia,sæuitia.

Barbaria forensis.Cic.1.de Orat.Neque enim si multitudo litium, si varietas caussarum,si hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosis oratoribus.

Grandis barbaria.Ouid.3.Amorum,eleg.7,

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:

At nunc barbaria est grandis,habere nihil. Id est,hic agrestis & rudis habetur,qui pauper est.

Inconditæ barbariæ homo. Liu.Decad.3 lib.10.de Syphace rege.

Inhumana barbaria.Ouid.3.Trist.eleg.9.

Barbariam inueteratam delere ex moribus & disciplina. Cic. pro Cornelio, Omitto quantis ornamentis populum istum C. Cæsar, quum esset in Hispania Prætor affecerit, controuersias darit, iura ipsorum permissu statuerit, inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplináque delerit.

Resistere immani atque intolerãdæ barbariæ alicuius. Cicero pro Fonteio.

Barbaries, huius barbariei {βαρβαρία} Inciuilitas, ineptia, ruditas. vt, Barbaries domestica.Cicero de Claris Orat.Sed omnes tum ferè,qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat,rectè loquebantur.

In ipsa barbarie, pro Inter ipsos barbaros. Cic.2. de Natura deor. Quis in illa barbarie dubitet,quin ea sphæra sit perfecta ratione? De Scythis & Britannis loquitur.

Colligere barbariem.Claud.de bel.Gild.

Barbarismus {βαρβαρισμὸς} Vitium in communi sermone:in poemate verò Metaplasmus. Item barbarismus in nostra loquela: in peregrina Barbaralexis dicitur.

Barbarismus autem fit duobus modis: scripto & pronuntiatione. His bipertitis,quatuor species supponuntur: additio, detractio, immutatio,transmutatio literæ,syllabæ,temporis,toni,aspirationis.

Per additionem literæ,fiunt barbarismi: vt, Relliquias Danaûm, quum reliquias per vnum l, dicere debeamus.syllabæ:vt,Nos abisse rati,pro Abisse. temporis: vt.Italiam fato,quum Italiam, correpta prima syllaba dicere debeamus.

Per detractionem literæ:vt. Infantibu' paruis, pro Infantibus.syllabæ:vt,Salmentum,pro Salsamentum.tẽporis:vt,Vnius ob noxam, correptè,pro Vnius productè.

Per immutationem literæ:vt olli,pro illi.syllabæ:vt, pernices, pro pernicies. temporis: vt,feruere Leucaten, quum feruère sit secundæ coniugationis,& productè dici debeat.

Per transmutationem literæ,vt Euandre,pro Euander.syllabæ:vt, displicina, pro disciplina. temporis: vt siquis DEOS, producta priori syllaba.& correpta posteriori pronuntiet.

Toni quoque similiter,per has quatuor species commutãtur.nam & ipsi adiiciuntur,detrahuntur,mutantur,& trãsmutantur, quorum exempla vltrò se offerunt,siquis inquirat.

Totidem etiam modis per aspirationem deprehenditur barbarismus:quam quidam scripto, quidam pronuntiationi indicant ascribendam, propter H scilicet. quam alij literam, alij aspirationis notam deputant.

Fiunt autem barbarismi per hiatus,& collisiones.

Sunt etiam malę pronuntiationis vitia,quæ nonnulli barbarismos esse putant:in quibus sunt metacismi, labdacismi, iotacismi, hiatus, collisiones, & omnia quæ plus æquo, minúsve sonantia ab eruditis auribus respuuntur. Nos cauenda hic omnia vitia præloquuti, controuersiam de nomine pertinacibus relinquamus. Hæc Donatus. Martialis lib.6,

Cinnam Cinna me te iubes vocari:

Non est hic, rogo, Cinna barbarismus? De barbarismo videto multa apud Quintil.lib.1.cap.5.& cap.10.

Barbata,à Plinio numeratur inter aquilæ genera: quam etiam Thuscis Ossifragam vocari scribit. Vide lib.10.cap.3.

BARBATIA {Βαρβατία} oppidum in Arabia. Plinius lib.6.cap.28, Quidam (inquit) & alia duo oppida longis interuallis Tigris prænauigari tradunt,Barbatiam,mox Thumatam,&c.

Barbatus. Vide BARBA.

BARBESVLA, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conuentu Gaditano: & fluuius,qui vrbi nomen fecit. Vide Plin.lib.3.cap.1.

Barbiger, Barbitium, Vide BARBA.

Barbilos {βάρβιλος} Dicitur arbor enata de Persici osse, vt scribit Cæl. Antiq.lib.9.cap.4.

Barbitos,penult.corr. {βάρβιτος} non à barbaro deducitur, licet barbarum,hoc est peregrinum vocabulum sit.significat autem maiorem lyram organo similem sono. quidam latiorem partem lyræ esse existimant. & tam mascul.& fœm.genere,quàm neutro reperitur. Dicitur quasi βαρύμιτον, quòd cytharæ genus sit grauius aliquanto sonantis. Turnebus.

Masculino.Horat.1.Carm.ode 32,

-age dic Latinum Barbite carmen.

Fœminino.Ouid.21. epist.

Non facit ad lacrymas barbitos vlla meas.

Neutro. Ausonius, Hoc genere & chordas, & plectra, & barbitã conde.

Lesboum barbiton Horatius vocat propter Alcæum Lesbium poetam lyricum, & Sappho poetriam ex eadem Lesbo, eodémque tempore celebrem. Horat.1.Carm.ode 1,

-nec Polyhymnia

Lesboum refugit tendere barbiton.

Barbo,genus piscis,à Venetis ita dictũ, quòd gemina barba insigniatur inferiore labro.alio nomine mullus dicitur:à Græcis autem Trigla.Ex Sipontino.Cicero in Paradoxis,& Columella,3.de Re rustica mullum barbatulũ vocant.Quòd si ita est,fortassis is est piscis quem aliqui capum marinum, Galenus citharum, nostri Galli *rosetam* dicunt:quidam etiam [illegible]. Mullum autem imberbem Plinius alutarium vocat. Massarius in lib. 9.Plinij subscribit Sipontino. Volaterranus quoque libro 25. sic ait,Cicero barbatulos mullos vocat, libro de Paradoxis. Quapropter eum existimauerim, quem hodie Barbum appellant.

Barbula hirci {τραγοπώγων} Dioscoridi herba est breui caule, foliis croci, radice longa, dulci,magnoq́ super caulem calyce: è cuius summo semen nigrum dependet, vnde nomen inditum est. Herba esui apta est. Vide Theophrastum lib.& cap. 7. de plant.histor. & Dioscorid.lib.2.cap.137.

Barca, cæ, Scapha vulgò appellatur, nomine Venetis & Gallis non ignoto. Barcæ meminit etiam Isidorus lib. 19. eámque Græca voce corrupta,ab oneribus gerẽdis dictam quidam putant. Barcas naues, lamiis nauibus non esse similes Ethicus Ister author est. Vide plura apud Isidorum.

BARCAEI {Βαρκαῖοι} Populi vicini Carthagini. Virg.4.Æneidos,

Hinc deserta siti regio,latéque furentes Barcæi. Sic autem dicti sunt à Virgilio,quòd olim plurimum in Africa potuerint(vt & Cyrenæi) & in re militari floruerint.

BARCE {Βάρκη} vrbs Africæ in Cyrenaica regione, alio nomine dicta Ptolemais. Author Strabo. De hac sic Seruius,Barce ciuitas est Pentapoleos,quæ hodie Ptolemais dicitur.Nam Cyrene & Barce reginæ fuerunt:quæ singulis dederunt ciuitatibus nomina. Sil. lib. 3. ¶ Fuit item Barce,nutrix Sichæi. Virgil.lib.Æneid.4,

Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi. ¶ Fuit præterea eodem nomine regina Libyæ, à qua ciuitas quædam dicta, vt notat Tortelius.

Barce, Promontorium in occidua Africæ parte. Plin. lib. 5. cap.1, Deinde sinum DCXVI. M. passuum includi montis Barce promontorio excurrente in occasum,quod appellatur Surrentinum.

BARCENIS {Βαρκενίς} Sylua est Germaniæ, Sueuos à Cheruscis diuidens. Volaterran. credit eam esse, quæ hodie Sylua nigra vocatur, non procul ab agro Badensi.

BARCHA {Βάρχα} Cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginenses familiæ,ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. ¶ Inde Barchina factio est, quæ Barcharum potentiæ fauebat, & eorum in gerendo bello authoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Liuium lib.2 bel.Pun.

BARCHAEI {Βαρχαῖοι} Populi sunt apud Colchos & Iberos, quibus in more est agnatos morbo extinctos,velut ignauos, igni tradere:in bello autẽ defunctos, tanquã strenuos & fortes, obiicere vulturibus.

BARCINO,penult.corr. {Βαρκίνων} Colonia Fauentia dicta, ciuitas est Hispaniæ Tarraconensis celebratissima,cuius meminit Plinius lib.3. cap. 3, in descriptione Hispaniæ citerioris. *Barcelona* vulgò. Ausonius in tertia epistola ad Paulinum,

Tarraco, & Ostrifero superaddita Barcino ponto.

BARDASANES {Βαρδασάνης} Mesopotamiæ præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialecticus, aduersus Marcionem patria lingua scripsit:sed & Græcè ad Antoniũ, sub quo fuit, librum de Fato,aliáque complura,vt ait Euseb.lib.4.

BARDERATE, Vrbs est Galliæ togatæ ad Apenninum.Author Plin.lib. 3.cap.5.

BARDESANES {Βαρδησάνης} Nomen proprium historici Babylonij,qui in duo dogmata Indos gymnosophistas diuidit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium,vel publico oryzæ & farinæ alantur cibo: & quum rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cælestium omnium Chaldæorum excellentissimus fuit, cuius mentionem facit Eusebius libro 6. Præparat Euang.

BARDI {Βάρδοι} erant vates, aut magi,aut philosophi in Gallia,de quibus Lucan.lib.1. Strabo lib.4. Apud Gallos eximio in honore sunt Bardi, Vates Druidæ.Bardi quidem laudationibus rebúsque poeticis student. Vates autem sacrificiorum naturaliúmque causarum curæ dediti. Druidæ præter causarum naturalium studia, moralem disciplinam exercent. Diodorus Siculus lib.6.cap.9, Sunt & apud Gallos melodiarum poetæ, quos appellant Bardos. Hi cũ organis veluti cum lyra cantant,hos laudantes,alios vituperantes.

Bardiacus.penul.corr. {βαρδιακὸς} Genus vestis quod cucullum non habet. Martial. lib.4. Lassi bardiaci os quod euocati. Versus est Phaleucius. Habet nomen à Bardis Galliæ gente, quòd hæc eo vestis genere præcipuè vteretur. Turnebus legit Bardaici,vt & apud Iuuenalem Bardaicus iudex datur. Id est,militaris, Gallicus. Nam Bardi apud Gallos sunt cantores. Est qui à Bardæis Illyrici populis deducat,qui & Vardæi vocantur.

Bardocucullus, Penulę Gallicæ genus, quę cucullum habet. Martialis lib. 14,

Gallia Santonico vestit te bardocucullo:
Cercopithecorum penula nuper erat.

BARDVLI {Βαρδοῦλοι} Sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turduli, & Tapari dicuntur. Author Plin. lib. 4. cap. 22.

Bardus {βραδύς} Stupidus à tarditate ingenij appellatur. Cæcilius, Nimis audacem, nimísque bardum, barbarum. Trahitur autē à Græco, quod illi βραδεῖς dicūt. Bardus, Gallicè cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit, à gēte Bardorum. Hæc Festus. Nonius, Bardus est vi præpostera, & ingenio tardus. Nam Græci βαρδεῖς tardos dicebant. Plaut. Epid. 9, Ego illic me autem assimulabā quasi stolidum, quum bardum me faciebam. Cicero de Fato, Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua nō haberet, obstructas eas partes obturatas esse dicebat.

Bardyetæ {Βαρδυῆται} populi sunt, qui boreale Hispaniæ latus terminant, Pletauris, Allotrigibus, Cantabrísque finitimi. Agrestis autem eorum immanitas, non solùm ex ipso bellandi vsu, verumetiā ex alia locorum longinquitate: cúmque nullis commisceantur aduenis, omnem exuerunt humanitatem. Ex Strabo. lib. 3.

BARBA, oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

BARGASA {Βάργασα} ciuitas est Cariæ, supra mare post Gnidum, & Ceramo oppido contermina, de qua Strabo lib. 14.

BARGENI, populi sunt Africæ ex Troglodytis, vt scribit Plin. lib. 6. cap. 29, in descriptione sinus maris rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

BARGVS, Thraciæ fluuius est, in Hebrum cadens. Plin. lib. 4. cap. 11, Flumina (inquit) in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus.

BARGYLLA, orum {Βαργύλια, ων, Stephano} oppidum est Cariæ, ita appellatū à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interiit. Vnde Bargylletici campi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

BARGYLVS, Mons Syriæ, in confinio Phœnices, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

BARIA, inquit Porphyrion, locus est in Sabinis celeberrimus. Horat. 1. Epist. 14. ad Villicum de agello suo,

Quem tu fastidis habitatum quinque focis, &
Quinque bonos solitum Baria dimittere patres.

BARINE, penultima producta {Βαρίνη} Meretricis nomen apud Horatium 2. Carm. ode 8,

Vlla si iuris tibi peierati
Pœna Barine nocuisset vnquam, &c.

Baris, baridis, penultima correpta, fœminini generis {Βᾶρις} Lingua Ægyptia significat cymbam qua vehebantur cadauera ad sepulcra. Propert. libro 3. 11,

Baridos & contis rostra Liburna sequi.

BARIS, locus Pisidiæ in Pamphylia, Plinio authore lib. 5. cap. 32.

BARIVM {Βάριον} Apuliæ oppidum, quod Plinius dicit antea Iapygem vocatū à Dædali filio Iapyge. vulgo *Barri*. Festus scribit vocari Barium à conditoribus, qui expulsi ex insula Bara, vrbem hanc condiderunt.

BARNICHIVS {Βαρνίχιος} fluuius est Peloponnesi in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur à Strabone lib. 8.

BARNVS, untis {Βαρνοῦς} oppidum est Macedoniæ, prope Heracleam, vt Strabo author est lib. 7.

BARO, onis, penultima producta, Mulier quædam fuit philosophiæ dedita, vt scribit Suidas: quem P. Manutius allegat. Ex eo philosophos, qui stolidiores essent, non philosophos, quòd eo nomine viderentur indigni, sed Barones vocabant, vt quasi mulierculæ per contemptum appellarentur. Cic. vlt. epist. lib. 9. Fam. Ille Baro te putabat quæsiturum, num vnum cælum esset, an innumerabilia? Sic enim ille hunc locum emendauit.

Barones, pro viris fortibus, quidam putant esse Latinum: citántque locum Ciceronis ad Atticum lib. 5, Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Quum tamen variet lectio: sintq; qui legant Patrones, id est Epicureos: alij Varrones.

Baroptenus, Plin. lib. 37. cap. 10, Gemma est nigri coloris, sanguineis & albis distincta nodis.

BARRA, oppidum quondam fuit Orobiorum in Italia trāspadana, vnde Bergomates Cato dixit ortos. Vide Plin. lib. 3. cap. 17.

Barrire elephanti dicuntur, sicut oues dicimus balare, vtique à sono ipso vocis. Ex Festo.

BARRVS {Βάῤῥος} Libidinosi adolescentis nomen apud Horatium, 1. Serm. sat. 6. Hic enim magna diligentia comere & ornare se solebat, atque ita demum in publicum prodire, vt ad se amandum puellas alliceret. & vt Horatius inquit,

Iniiceret curam quærendi singula, quali
Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo.

Barrus, barri, Lingua Sabina, Elephas dicitur. A cuius ossis similitudine dentes barri dicuntur. Horat. Epod. 1. 2, Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris? Hinc ebur dictum putat Seruius.

Barritus, huius barritus, penult. prod. Vox elephanti.

¶ Barritus, Romanorum militum clamor. Vegetius libro 3. cap. 18, Clamor autem, quem quidam barritum vocant, non prius debet attolli, quàm acies vtraque se iunxerit.

BARTOLVS, è Saxo ferrato oppido Piceni, quod nunc Marchia dicitur, Rainerij Foroliuiēsis discipulus, & Cini auditor. Lucernam iuris ciuilis Bartolum appellat Baldi frater, Angelus Perusinus. Omnium vel calculo interpretū, Bartolus præter omnes iuris ciuilis scientiam maximè illustrauit: quod iudicium elegantibus Iambis probauit Alciatus cap. 41. lib. Parerg. 3.

BARVM, Gnatia, & Rudium, Pediculorum, id est eius nominis populorum oppida sunt, inquit Ascensius in hunc Horatij locum, 1. Serm. sat. 5, Bari mœnia piscosi. dehinc Gnatia lymphis, &c. Barium verò legunt Ptolemæus & Mela: vnde crediderim genitiuum esse Bari pro Barij, quod poetis non infrequens est. Gnatiam verò, Egnatiam illi vocant: vt poetam aphæresi vsum esse hoc loco intelligamus. Deinde non Rudium, sed Rudias plur. numero: nec Pediculos, sed Pediclos, aut Peucetios populos vocant. Barium verò Strabo & Barim & Baretum vocat. & Baretem etiam dictam aliquando asserit. Est autem vrbs maritima, vnde inquit, Bari mœnia piscosi.

BARVTVS {Βηρυτός} oppidum est regionis Masiæ, quod à Tryphone dirutum, postea à Romanis instauratum, duas legiones suscipiebat, ibi ab Agrippa collocatas. Plura Strabo lib. 16.

B A S

BASABOCATES, Galliæ populi sunt, teste Plin. lib. 4. cap. 19. Pictonibus vicinij.

Basaltes, tæ {βασάλτης} Genus est marmoris, ferrei coloris & duritiei, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inuentum: cuius generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo Pacis dedicauit. Author Plinius lib. 36. cap. 7.

BASANISAE {Βασανίσαι} vel (vt aliis placet) Banisæ per tres syllabas {Βανίσαι} Populi sunt Thraciæ, Stephano.

Basanites, tis {βασανίτης} Lapis ex quo fiunt cotes. Plin. lib. 36. cap. 20, Experimētum eius esse in cote ex lapide Basanite. Dictus Basanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, quod est Explorare, vel examinare. Vnde & βάσανον dicunt Græci, pro indice, cuius attritu exploratur aurum.

Bascauda {βασκαύδα} Vas Britannicum. Mart. lib. 14,

Barbara de pictis venit bascauda Britannis:
Sed me iam mauult dicere Roma suam.

BASCVLI populi Hispaniæ. Varro lib. 2. De re rust. cap. 10.

BASERA {Βάσηρα} oppidum Phœnices, Stephano.

Basiatio, Basiator. Vide BASIVM.

BASILEA, penult. prod. {αὐγούστα ῥαυρικῶν} Rauricorum Augusta, Germaniæ nobilis vrbs ad Rhenum flumen sita, non procul ab Argentorato, vel Argentina. Volaterranus.

BASILEI, orum, Βασίλειοι Straboni. Populi sunt Sarmatiæ Europææ, ad vtranque Istri ripam incolētes, Iazygibus & Vrgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus, hoc est pastoribus, constantes. Iidē (opinor) cū his quos Pōponius à Regiis moribus, Basilidas vocari tradit.

BASILIA {Βασιλεία} Insula in Oceano Septentrionali, immensæ magnitudinis, distans à Scytharum littore tridui nauigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teste Plin. lib. 4. cap. 13.

Basilica, penult. corr. {βασιλική} Id est regia: publica nempe domus in ciuitate vbi reges, principes, magistratus habitent, aut vbi cōsilia, iudicia, conuentus publicè celebrentur. Cic. 6. Ver. Qui forum ac basilicas, non spoliis prouinciarum, sed ornamentis amicorum, commodis hospitum, non furtis nocentium, ornarent.

In basilicis tabernas venalitiarios habuisse, patet ex l. 32. §. 3. D. de aur. & arg. legat. vbi mentio fit de argento, quod testatrix negotiatrix venale in basilica propositum habebat. Vide Vitruuium lib. 5. Similiter in Curia, librorum tabernas fuisse Asconius in Milonianæ argumento testatur.

Spatio basilicæ honestari. Cic. pro Murena, Si vno basilicæ spatio honestamur, diligenter obseruari videmur & coli.

Basilicam tegere. Cic. 4. ad Atticum.

Basilicus, penult. corr. {βασιλικός} Adiectiuum. Festus, Basilicum, regale: nam βασιλεὺς est regno.

Basilicæ editiones. Plaut. Capt. 13.

Emplastrum. Vide TETRAPHARMACVM.

Facinora. Plaut. Trin. 14. Id est magnifica.

¶ Basilica nux, siue Basilicon, absolutè {βασιλικὸν κάρυον} Iuglandis genus est optimum, quod & Persicū dicitur, quòd ex Perside primum fuerit aduectum. Dictum autem videtur Basilicon, siue à præstantia, quòd inter nuces principatum obtinere videatur, siue à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt, vt non obscurè innuit Plin. lib. 15. cap. 22.

Basilicus status. Plaut. Pseud. 7.

Basilicus victus, Magnificus & planè regius. Plaut. Persa.

Basilica vitis. Plin. lib. 14. cap. 2, Basilicā Dyrrachini celebrant, Hispaniç cocolobin vocant. Rarior vua, æstus, Austrósque tolerat, capiti inimica, copia larga.

Basilicè {βασιλικῶς} Aduerbium, Regiè. vt, Basilicè viuere vel saluere, & basilicè ornatus. Plaut. Pœn. 7.

Basilicè eleutheria agere. Plaut. Persa, 2. Id est magnificè, prouerbiali figura dictum.

Basilicè interij. Plaut. Epid. 2. Id est vehementer.

¶ Basilicum, vestimenti genus. Plaut. Epid. 5.

¶ Basilicum, vitis genus, apud Colum. lib. 3. cap. 9.

¶ Basilicus, Effigies quædā in talis insculpta, qui felix erat iactus. Plaut. Herculem, iacto basilicum. Aliqui enim fiebant interdum tali, qui pro numeris effigies animalium habebant, vt vulturum & regulorum. Turnebus.

BASILICVS sinus {βασιλικὸς κόλπος} qui Ioniam Asię minoris regionem alluit. Plin. lib. 5. cap. 29.

BASILIDAE {Βασιλίδαι} populi sunt Scythiæ Europeæ, Gerrho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originē trahentes: ita dicti à regiis moribus, vt tradit Pomponius lib. 2. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12. Vide suprà BASILEI.

BASILIDES {Βασιλείδης} penult. prod. Nomen proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexagintaquinque cęlos esse credebat, quo dierū numero annus includitur: cuius sectatores dicti sunt Basiliani.

BASILIDES, penul. corr. {Βασιλίδης} Vnus ex primoribus Ægyptiorum, vt narrat Tacit. lib. 20: à cuius nomine Vespasianus omen regni siue imperij auspicatus est: quandoquidem βασιλεὺς Græcis rex est.

Basilinda {βασιλίνδα} Ludi genus, quo rex quidem quod faciendum est præcipit: qui verò famulus sorte factus est, omnia peragit. Author Pollux lib. 9. cap. 7. Non absimilis erat ludus ille cuius meminit Herodotus Clione, qui occasionem dedit agnoscendi Cyri, quum obscurus antea inter pastores regios lateret.

BASILIS {Βασιλίς} Ciuitas Arcadiæ, Stephano.

Basiliscus {βασιλίσκος} genus serpentis: dictus (vt ait Festus) vel quòd in capite habeat album quiddam instar diadematis: vel quòd reliqua serpentum

serpentum genera vim eius fugiant. Vide Plin. lib. 8. cap. 21. Latinè dicitur Regulus.

BASILIVS Cæsariensis (Καισαρεύς) Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. Is Cæsareæ Cappadocum præsul factus, iussus est à Valente, qui Arrianis fauebat, deserere officium, atque in exilium abire. Quùmque ille minimè obtemperaret, atque vti contumax, tribunali præfecti adhiberetur ac minis parere principi diu frustra tentaretur, nox ei spatij ad deliberandum datur Basilius, Nequaquam ego, ait: tu potius in hoc spatio ab incœpto desistes. Itaque in ea nocte vxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper paruula extincta, Valens rogatum misit ad Basilium, vt precibus ad Deum fusis ipse saltem seruaretur. Sic itaque accidit vt Basilius seruaretur. Hæc ex historia Ruffini.

Basilius Ancyranus præsul, arte medicus, scripsit contra Marcellum de Virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiã imperante Constantino in parte Macedoniæ cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Author Hieronymus. ¶ Aliũ quoque eius nominis Suidas commemorat, præsulem Ciliciæ sub Anastasio principe floruisse: haud absimilem primo & abstinentia & vitæ institutis: scripsisseque contra Archelaum quendam presbyterum Coloniensem.

Basilius, Fluuius inter Euphratem & Tigrim fluens, cuius meminit Strabo lib. 16.

BASILVS, pen. cor. Vnus ex interfectoribus Cæsaris ponitur ab Appiano. ¶ Item alter fuit pirata infamis. Lucanus,

Et Basilum videre ducem, noua furta per æquor.

BASINNI (Βασιννοί) populi Arabiæ, Stephano.

Basio, basias, Vide BASIVM.

Basis, huius basis, f.g. (Βάσις) Sustetaculum & inferior columnæ pars: sicut epistylum superior, authore Sipontino. Cic. 5. Tuscul. Animaduerti columellã non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri.

Bases structiles, sunt velut sedimenta columnarum, non solido lapide cæsa, sed opere cementitio, latericióve coagmentata: quibus columnæ βάσεις(?) id est nituntur, ipsæ quidẽ solido lapide constantes. Pomponius Iurisconsul. Statuæ affixæ basibus structilibus. Budæus.

¶ Basis, pro fundamento & sede alicuius rei: vt, Basis statuæ. Cic. 4. Verr. Hi tamen istius euertere statuam non dubitarunt: qua ablata, basin tamen in foro manere voluerunt.

Basis trianguli. Cic. de Nat. deor. Basis autem trianguli quam efficiunt grues, &c.

¶ Basis pro ipsa columna videtur etiam accipi. Plin. lib. 17. cap. 25. Simili modo Trallibus palma in basi Cæsaris dictatoris.

Basis & statua. Cic. Philipp. Vtique C. Pansa, A. Hircius coss. alter ambóve, si eis videbitur, Quæstoribus vrbis imperent, vt eam basin statuámque faciendam, & in Rostris statuendam locent.

Basis trophæorum. Cic. in Pisonem, Idémque vt esset quod in basi trophæorum incidi, inscribíque posset, &c.

Basis villæ. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17. Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hedera, qua basin villæ, qua intercolumnia ambulationis, vt denique illi palliati topiariam facere videantur.

¶ Basis, figura etiam vocatur seu firmamentum in narrationibus, quũ omnia pedetentim dicuntur, insinuãdi gratia. vt, Terent. in Eun.

-ibi tum matri paruulam
Puellam dono quidem mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. Et paulo pòst,
Mater vbi accepit, cœpit studiosè, &c. Donatus.

BASISTANI, Straboni lib. 3. Populi sunt Hispaniæ, in tractu Bætico, qui & Bastuli dicuntur.

Basium, basij (φίλημα) Donat. in Eunuchum Terentij, 3. 2. Tria sunt osculandi genera, osculum scilicet, basium, & suauium: Oscula officiorum sunt: Basia, pudicorum affectuum: Suauia, libidinũ vel amorum. Martialis lib. 2.

Basia dimidio quòd das mihi Posthume labro,
Laudo licet demas hinc quoque dimidiam.
Basiorum multa millia. Catul. epigram. 16.
Conturbare basia. Catul. epigram. 5.
Da mihi basia mille, deinde centum. Catul. epigram. 5.
Basia mala fascinare lingua. Catul. epigram. 7.

Basio, basias (φιλῶ) basiare. Mart. lib. 7. Et totam Line basiare Romã.

Basiare basia. Catul. epigram. 7.
Vsque ad millia basiare. Catul. epigram. 45. Sub. basia.

Basiatus, pen. prod. Participium. Martial. lib. 12.
Hinc futor modò pelle basiata.

Basiatio, Verbale. Martial. lib. 7. Hybernas Line basiationes.

Basiator, penult. prod. Apud Martialem libro 12. epigram. 59. titulus est, De importunis basiatoribus. Vide etiam eiusdem epigramma 99. lib. 11. Illic enim bis vtitur ea dictione.

BASOROPEDA, Regio Medorum Armeniæ contributa, vt tradit Strabo lib. 11.

BASSAE, Locus est in Cotylio mõte prope Phigaliam in Arcadia, vbi celebratur Epicurij Apollinis templũ, nato inde cognomine, quòd in pestilenti morbo tulisset opem. Vide Cæl. lib. 19. cap. 1.

BASSAREVS, penult. corr. per eu diphthongon (Βασσαρεύς) dictus est Bacchus, ἀπὸ τοῦ βάζειν, quod est Declamo, vociferor, ob bacchantium tumultuarium clamorem. Quanuis Bassareum aliqui nominatum velint a genere vestis Baccharum: vnde & Bacchæ ipsæ Bassarides dictæ à bassara veste quæ vsque ad pedes demissa est, dicta à Bassara loco Lydiæ, in quo fit. tali enim numina vti volunt. Hæc Sipontinus. Alij Βασσάραι aiunt fuisse calceos quosdam, quibus vtebantur mulieres illæ bacchantes. Horat. 1. Carm. ode 18,

-non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam. Vide Acronem in eum locum.

Bassaricus adiectiuum (Βασσαρικός) Propert. 3. eleg. 17,
Candida laxatis onerato colla corymbis,
Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. Id est Bacchicas, hoc est tuas. scribit enim ad Bacchum: qui & Bassareus vocatur.

Bassaris, huius bassaridis (Βασσαρίς) Agaue, Bacchi sacerdos. Pers. sat. 1.
Et fectum vitulo caput ablatura superbo Bassaris.

BASSIANVS (Βασσιανός) pen. prod. patria Syracusanus, Romam studiorum causa missus, vbi Christianus factus, Rauennam infestante patre fugit. Inde Laudensis præsul electus, ibidem decessit nonagenarius, 14. Calend. Febr. Emicuit Ambrosij temporibus, quem ægrotantem adiit, mortique interfuit. Volaterranus. ¶ Hoc nomine vocatus etiã fuit turpissimus ille imperator Rom. Heliogabalus.

SALEIVS BASSVS, poeta Epicus, cuius est Quintiliano lib. 10. c. 1, vehemẽs, ac poeticum ingeniũ: nec ipsum senectute maturũ, præueniente fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit. ¶ Item Aufidius Bassus historicus Quintiliani temporibus bellum Germanicum scripsit. Vide Quintil. lib. 10. cap. 1. ¶ Cæsius Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur. de quo sic scribit Probus, Cæsium Bassum poetam Lyricum fama est in prædiis suis ardente Vesuuo & latè vagantibus ignibus cum villa sua flagrasse. Quintilianus quoque se eum vidisse ait. ¶ Bassus item, & Sextius Niger Romani homines, de medicina Græcè scripserunt. Author Volaterranus. ¶ Præter hos fuit Bassus martyr sub Decio clauis ferreis confixus.

BASTA, oppidum in Italia, non procul à promontorio quod Aeram Iapygiam vocant, teste Plin. lib. 3. cap. 11.

Bastagarii, erant qui necessaria militibus portabant, vt quod in bello calones, in priuata familia mediastini, in militia palatina faciant bastagarij: à Græco verbo βαστάζω, quod Portare significat. Inde etiam vernacula Gallorum lingua Clitellã Bastum, Bast dicunt, quòd onera portet atque sustineat. Vide Alciat. in lib. 12. Cod. tit. de Metall.

BASTARNAE, siue Basternæ (Βαστάρναι) populi Europæ in Sarmatia: de quibus Strabo lib. 7.

Truces Bastarnæ. Claud. 7. Paneg.
Tumentes. Claud. 1 Panegyrico,
-sæua Proponti cæde tumentes
Basternas vna potuit delere ruina.

BASTERBINI, populi Salentinorum mediterrei, in tertia regione Italiæ, de quibus Plin. lib. 3. cap. 11.

Basternæ Genus vehiculi Seruio in Virgil. 8. Æneid.

BASTETANI (Βαστητανοί) Populi sunt in Hispania, Lusitaniam versus, qui loco nummorum, graui admodum sarcinarum permutatione vtuntur, vel extensi argenti laminæ frustum abscissum exhibent. Destinatos neci lapidibus obruunt: parricidas extra montium cõfinia, vel vltra flumina electos saxis opprimunt. Ægrotos vetusto ritu Ægyptiorum in plateis deponunt, vt qui eo morbi genere tentati sunt, commonefacere eos valeant. De his Strabo plura lib. 3.

BASTIA, æ, Castrum est in Italia munitissimũ, Pado adiacẽs, insigne ibi accepta clade ex inopinato irruente Alphonso, de quo Cæl. Antiqu. lib. 5. cap. 1.

BASTITANIA (Βαστιτανία) Regio est Hispaniæ Bæticæ, vergens ad mare, teste Plin. lib. 3. cap. 1.

BASTVLI (Βαστοῦλοι) Bæticæ Hispaniæ populi prope Turdulos, quorum oppida sunt, Sexi, Abdera, Iliturgis, Obulco, quod & ab Hispanis Vbida. Mõs item Calpe, circuitu quidẽ non magnus, cæterùm adeò erectus vt procul aspicientibus columnæ effigiẽ repræsentet. Vide Strabo. lib. 3. Ptol. lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. c. 1. & 3. Quidam legũt Bastul.

B A T

Bat (βάτ) Vox est qua vti solemus, quum quempiam corripimus, iubemúsque eum tacere. Plaut. Pœn. 5, -quid opus est?
P. Potin' aliam rem vt cures? C. at. P. bat. crucior. P. cor dura.
C. Non possum. P. fac possis.

BATA, Asiæ vicus, & portus, vbi Sinope vrbs Austrum versus huic oræ plurimùm videtur opponi. Verba sunt Strabo. lib. 11.

BATALA, antiquissimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis à Liuio commemoratum.

BATALVS, odiosus quidam & turpis, authore Suida. Virg. in Diris, Batale, cygneas repetamus carmine voces. Quædam exemplaria legunt, Battare, cycneas, &c.

Batalus, Cognomen Demosthenis, quod Plutarchus ostendit illi puero inditum fuisse, & ab inimicis probro obiectum. Hinc & prouerbium, Batalus es, olim in effœminatos per contumeliam dicebatur. Vide BATTALVS.

BATAVIA, Germaniæ prouincia, duobus Rheni alueis bona ex parte inclusa, quæ hodie Hollandia appellatur.

Batauus (Βάταος) adiectiuum, penult. indifferenti. Lucan. lib. 1,
Vangiones, Batauíque truces, quos ære recuruo
Stridentes acuere tubæ. Sil. lib. 3,
Iam puer auricomo performidate Batauo. Corn. Tacit. lib. 20, Bataui, donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, seditione domestica pulsi, extrema Galliæ oræ vacua cultoribus, simúlq; insulam inter vada sitam occupauere, quã mare Oceanũ à fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circunluit.

Batauа auris, pro Agresti & ineleganti, tetricáque. Martial. lib. 6. Vide Erasm. in Chiliad.

BATAVODVRVM (Βαταούδουρον Ptolemæo) Batauorum oppidum ad Rhenum fluuiũ, cuius meminit Tacit. Annal. lib. 21. Creditur idem esse cum eo quod in agro Traiectino hodie vicum appellant.

BATEA, siue Batia, pen. prod. (Βάτεια) Filia Teucri Scamandri fluuij filij, vxor Dardani. Diodorus lib. 5.

BATENI (Βατηνοί) Gentes sunt ad Caucasi montis iuga, non procul à Bactris populis, vt scribit Plin. lib. 6. cap. 16.

Bater (βατήρ) Pastoricium nuncupatur baculum, cum quo pascunt. ¶ Est & bater, principium caueæ Pentathlorum. Hinc illud elegans apud Græcos, αὐτὸς κινήσας τὸν βατῆρα τῆς αἰγῆς. Id est, Ipsam pulsasti orationis primam partem, & præcipuè tempestiuam. Pro virga bater, Latinè dicitur pedum. Vide Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 13.

BATHYCLES (Βαθυκλῆς) Diues quidã fuit hoc nomine, sibi soli viuens, sibique bibens: sic dictus, quasi Profundæ gloriæ. Vnde prouerbium, Bathyclis poculum, quod in eos dictum videtur qui diuitiis suis soli fruuntur, nemini quicquam impertientes. Meminit Plutarchus in

conuiuio septem sapientum.

BATHYLLVS {Βάθυλλος} adolescens Samius, quem Anacreon poeta Teius ardenter amauit Horat. in Epodis, ode 14,

Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo
Anacreonta Teium. ¶ Alius fuit Bathyllus pantomimus, hoc est ioculator & saltator. Vnde Iuuenalis sat. 7, -molli saltante Bathyllo. Tacit. lib. 1, Indulserat ei ludicro Augustus, dum Mecœnati obtemperat effuso in amorem Bathylli.

BATHYMI, populi sunt quos inter Ichthyophagos enumerat Plin. lib. 6. cap. 28.

BATHYNIAS {Βαθυνίας} fluuius est ad sinum Casthenē, & promontoriū quod Chrysoceras vocatur in Thracia: de quo Plin. lib. 4. cap. 11.

Batiaca, batiacæ, Poculi genus, quod Nonius batiolam vocat: sed ex Athenæo batiaca & batiacium dici d. bet.

BATIAE {Βατίαι} ciuitas est mediterranea Epiri, cuius meminit Strabo lib. 7.

BATIEA {Βατίεια Stephano} locus est editus in agro Troiano, qui & Ili tumulus appellatur, teste Strabone lib. 13.

Batillum. Ferreum instrumentum quo pruna colligitur, ad similitudinem palæ. Id est batulum, quasi patulum primo vocatum: deinde batillum per diminutionē dictum. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 33. cap. 8, Batillis ferreis cādentibus ramento imposito, quod candidum permaneat, probatur. Var. 3. de Re rust. ca 6. Itaque pastorē carū cum batillo circumire oportet, ac stercus tollere ac conseruare: quod & ad agriculturam idoneum est. Horat. 1. Serm. sat 5.

Batillum aliud esse instrumētum declarat Varro 1. de Re rust. cap. 50, his verbis, Altero (inquit) modo metūt, vt in Piceno: vbi ligneum habent incuruum batillum, in quo sit extremo serrula ferrea. hæc quum comprehendit fascem spicarum desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, vt postea subsecentur.

BATINA, penult. prod. {Βατῖνα} oppidum Apuliæ, vnde Horat. 3. Carm. ode 4. -saltúsque Batinos, & aruum
Pingue tenent humilis Ferenti.

BATINVM {Βατῖνον} fluuius est in quinta regione Italiæ, non longè à Castro nouo, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 13.

Batiola {Βατιόλα} Vasis genus quo vinum è cado haustum ad mensam ferebatur. Plautus in Colace, vt citat Nonius, Batiolam auream octo pondo habebat.

Batis, fœm. gen. {ἡ βατίς} Genus herbæ aculeatæ, spontè nascentis, quæ & hortēsis & marina est Plin. lib. 21. cap. 15. & Colum. lib. 12. cap. 7. vbi duplici tt battis scribitur. Ruellius lib. 2. cap. 61, Batim duplicem veteres prodiderunt: vnam marinam, quam Græci crethmon sine potius crithmon dicunt. Hęc fruticosa est herbula, cubitum vnum alta, nascitur in maritimis, petrosis, folio copioso, pingui, albicante veluti portulacæ, sed crassiore, latiuscula & salso gustu, floribus candidis. Semen ceu libanotidis odoratum, molle, siccatum rumpitur. Habet intus tritici modo candidum, radices digiti crassitudine tres aut quatuor, odorati saporis & iucundi. Hanc officinæ simul cum vulgo *crethum* vocant *marinam*. Defertur ad nos sale & aceto condita. Altera batis hortensiana, quam Plinius asparagum Gallicum quibusdam dici tradit, Columella holus cordum, caule palmū erecto, folio pingui, &c. Paulo pòst, Hæc apud nos ab olitoribus ad quotidianos vsus culta nōnunquam spectatur comprehendisse. Vulgus nostrum *baciles*, quasi baticulas, ab Italis appellare didicit.

Batis, idis {βατὶς} Piscis mollis & delicati sīmi species est, quem Plin. lib. 32. cap. vlt. enumerat inter eos qui mari peculiares sunt. Hinc *Batidiscopi*, homines delicatos & gulæ proceres Græci appellant. Huius piscis fel recens quidem, sed vino inueteratum, auribus medetur, teste Plin. lib. 32. cap. 7. Quidam Batus scribunt.

BATO {Βάτων} Historicus fuit Sinopæus, qui historiam de rebus Persicis scripsit. Strabo lib. 12.

Batos {βάτος} Frutex spinosus, lenta habens flagella per terram sparsa, quem Latini Rubum appellant, de quo Dioscorides lib. 4. cap. 40. Diuersas eius species vide apud Ruellium lib. 3. cap. 93.

Batrachion, Herba est, quam Ranūculum Latini vocant. Huius genera sunt quatuor. Vnum pinguioribus, quàm coriandri foliis, & ad latitudinem maluæ accedētibus, colore liuido, caule albo, gracili, & radice alba. Alterum foliosius, pluribus foliorum incisuris, altis caulibus. Tertium minimū est, graui odore, flore aureo. Quartum simimile huic, flore luteo. Plura vide apud Plin. lib. 25. cap. 13.

Batrachites {βατραχίτης} Lapis ranæ viridi similis, colore atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 10.

Batrachium {βατράχιον} Coloris species, quo ante inuentas personas faciem obungebant. ¶ Est item Batrachium chymistis chrysocollæ quoddam genus, ex diuino quē vocant, latice proueniens, cui tanta inest veneni vis, vt vel solo halitu in cautum interficiat. Vide Cæl. Rhodigin. lib. 18. cap. 9.

Batrachos, penult. corr. {βάτραχος} apud Græcos rana est. hinc Comœdia est apud Aristophanem quæ βάτραχοι, hoc est Ranæ, inscribitur, quòd in ea ranas loquentes introducat.

Batrachomyomachia, penul. corr. {Βατραχομυομαχία} Ranarum & murium pugna: de qua elegantem Homerus (multi tamen dubitant, an is illius opusculi author fuerit) conscripsit libellum.

Batrachus {βάτραχος} Medicis est tumor quidam sub lingua nascens cum inflammatione, quam Ranulam vocat Auicenna. ¶ Est item Batrachus, piscis mari peculiaris, apud Plin. lib. 32. cap. 11. ¶ Fuit præterea nobilis hoc nomine statuarius, ex regione Laconica, qui vnà cum Scauro, Octauiæ templa Romæ struxit porticibus inclusa: de quo Plin. lib. 36. cap. 5.

BATTALVS, penult. corr. {Βάτταλος} fuit tibicen qui lasciua & vinolenta carmine complexus est, fecitque adagio locum, Battali similis. Cælius ait hunc primum omnium calceis fœmineis in scena vsum fuisse, artémque tibiarum omnino mollitie deprauasse, à quo fluxos & parum viros, Battalos vocant, vt idem Cælius author est.

BATTIADES, penul. corr. {Βαττιάδης} Callimachus dictus est, id est Cyrenaicus, vt quidā volunt, à Batto, qui Cyrenen condidit. Alij dicunt à patre suo, cui Batto nomen fuisse, nescio qua coniectura ducti, existimant. Stat. lib. 5. Sylu. 3,

-tu pandere doctus
Carmina Battiadæ. Ab illo autem Batto, quem prius diximus, omnes Cyrenenses Battiadæ dicti sunt. Sil. lib. 3,
Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis
Battiadas prauos fidei stimulauit in arma.

Battidoscopi {βατιδοσκόποι} appellati sunt opsophagi & gulones, à Batto mollioris pisciculi delicatiorisve specie. Author Cæl. lib. 13. c. 1.

Battillum, Vide BATILLVM.

BATTIS {Βαττίς} Puella fuit formosissima, quam Philetas poeta elegiographus adamauit, suisque carminibus celebrauit. Ouid. lib. 1. Trist.

Nec tantum Coo Battis amata suo.

Battologia. penult. corr. {βαττολογία} Multiloquium Latinè dicitur: cui opponitur Laconismos. Sumptum a Batto quopiā inepto poeta, qui in hymnis suis eadem crebrius iterabat. Copiosius in Chiliad. & in Annotationibus Erasmi in nouum Testamentum.

BATTON, nis {Βάττων} Poeta Comicus fuit, cuius tres fabulæ numerantur à Suida.

BATTVS, Poeta ineptior, qui dum simulacra & statuas versibus ac hymnis celebraret, mensum excedebat legitimum, eandémque sæpicule canticulam recinebat. Vide suprà in Battologia, & Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 1.

¶ Battus, propriū illius qui Cyrenen cōdidit, vt author est Strabo lib. 17. Ab hoc & Cyrenenses Battiadæ dicti sunt. Vide BATTIADES. Catullus epigr. 7. Solinus cap. 40. Lacedæmonium hunc fuisse scribit. Plura habet Herodot. lib. 4. ¶ Fuit item Battus pastoris nomen apud Ouidium 2. Metam quem Mercurius in lapidē indicem (quem Lydium lapidem) commutauit.

BATVLVM, Castellum est Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium venerunt aduersus Ænēam. Virg. lib. 7. Æneidos,

Quique Rufas, Batulúmque tenent, &c.

BATVM, flumen est Italiæ, in agro Brutio, prope Blandam vrbem, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.

Batuo, batuis {βατύω} batúere, Percutere verberare. Plaut. Casina 11,

-qui quæso potius, quam sculponeas?
Quibus batuatur tibi os, senex nequissime? Plinius lib. 31. cap. 9. Cicero Pæto, 9. 22, Batuit, inquit, impudenter, depressit multo impudentius.

¶ Batuere, Pugnare. Sueton. in Caligula, cap. 54.
Batuere cum aliquo Sueton. in Caligula, cap. 32.

Batus, bati {βάτος} genus mensuræ liquidorum, apud Hebræos, quæ sextarios septuaginta duos capit, authore Iosepho lib. 3. circa finem.
Batus, genus herbæ. Festus.

B A V

Baubor, baubaris {βαΰζω} baubari, Deponens, Latrare: Factitium verbum à voce canum quum latrant. Lucret. lib. 5, Et quum deserta baubantur in ædibus.

Baucalis, Vas est quo æstate vtimur refrigerādis in aqua cyathis. Alciatus author in prætermissis.

Baucides, Calcei pretiosi & crocei muliebres, Polluci lib. 7. cap. 22.

BAVCIS {Βαυκίς} anus pauper, quæ cum viro suo Philemone, Iouem & Mercurium hospitio suscepit. De quibus Ouid. lib. 8. Metamorph. Hi versi fuerunt in arbores.

Panuncia Baucis. Pers. sat. 4.

Baucismus, Saltationis quædam species, sed mollicula & delicatior, a saltatore Bauco sic dicta: Comon cognominabant. Author Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 4.

BAVIVS & Meuius {Βάβιος καὶ Μαίβιος} ineptissimi poetæ fuerunt, qui Virgilio suam gloriam inuiderunt. De quibus ipse 3. ecloga,

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

BAVLI {Βαῦλοι} Vicus inter Baias & Missenum, vbi boues quondam Herculis, dum iuxta Cumas hospitatus esset, stabulati esse dicuntur. Hinc Boalia primùm locus appellatus est: deinde vetustate corrupto vocabulo Bauli. Symmachus,

-corrupta Boalia Baulos
Nuncupat hæc ætas. Martialis,
Dum petit à Baulis mater Cæsellia Baias,
Occidit insani crimine mersa freti. Corn. Tacit. Nero matrem elicit ad Baias, vbi quinquatrium celebrabat, exceptāque manu, & complexu, ducitque Baulos. Id villæ nomen est inter Missenum promontorium, & Baianum locum, flexo mari abluitur.

BAVMA, oppidum est Æthiopici sinus, ex Africæ latere. Meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Baxeæ {βαξέαι} Crepidæ & calceamenta, propriè philosophorum. Apul. de Asino, Nec quid pallio, baculóque & baxeis & hircino barbitio philosophum fingeret. Plautus Menæch. 9. Turnebus, Baxea, Calceus philosophicus, philosophica crepida, quam, si purpuratus est philosophus, tyriam & purpuream esse oportet.

B D

Bdellium {βδέλλιον} arboris genus, de qua sic Plinius libro 12. capite 9, Vicina est (inquit) Bactriana, in qua bdellium nominatissimum. Arbor nigra est magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturáque. Huius arboris Gummi est id, quod aromatarij Bdellium vocant.

B E A

Beatus, penult. prod. {μακάριος, εὐδαίμων, ὄλβιος} Cic. 5. Tuscul. Neque vlla alia, huic verbo quum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio.

¶ Beatus, pro diuite & opulēto. Cic. in Sallust. Vnde tu qui modò, ne paternam quidem domum redimere potueris, repentè tanquam somnio beatus, hortos pretiosissimos, &c. paraueris? Ouid. 1. Amor. elegia 8,

Scis

Stis herë te meâ lux iouenì placuiffe beato.
Felix & beata. Plin.lib.12. cap.13. Prius indicari conuenit caussas, quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedêre.
Ab omni parte beatum, Beatissimum. Horat.2.Carm.ode 16.
Auro beatius omni. Ouid.2.de Ponto, eleg.8.
Diuitiis beatus. Horat.2.Serm.sat.6.
Laudum omni cumulo beatus. Stat.lib.4.Sylu.3.
Persarum rege beatior. Horat.3.Carm.ode 9.
Térque quatérque beati. Id est, vt Seruius ait, sæpius. Finitus numerus pro infinito. Aut potius, Beatissimi. sic enim & Græci poetæ τρισμάκαρ vocant à numero ternario. Virg.1.Æneid.
Virtute beatus. Horat.2.Serm.sat.6.
Longè beatior. Ouid.4.Metam.
Palam beatus. In PALAM.
Arces beatæ. Horat.2.Carm.ode 6.
Arua, Fertilia. Horat.Epod.16.
Beata & libera ciuitas. Cic.Messenio 6.21. In libera & in beata ciuitate viximus.
Ciuitas beatissima & opulentissima. Cic.3.de Nat.deor. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissimæ & beatissimæ ciuitatis.
Commoda beata. Catul.epig.10.ad Furium.
Homines beatiores. Catul.epig.9.ad Verannium.
Mors. Cic.de Amic. Ex quo illorum beata mors videtur, & horum ita laudabilis.
Nox. Claudian.6.Paneg.
Opes. Stat.lib.1.Sylu.5.
Ora beatior. Ouid.epist.15.
Rebus beatis mitior. Seneca Hippol.5.
Beata & florens Respublica. Liu.4.bel.Maced.
Rus beatum, Fertile & amœnum. Horat.1.epist.16.
Sedes beatæ. Virgil.6.Æneid.
Terra. Ouid.epist.15.
Thermæ. Martial.lib.9.
Vita. Horat.2.Serm.sat.4. Cic.2.de Finib. Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus.
Dici beatus. Ouid.3.Metamorphoseos,
-vltima semper
Expectanda dies homini est: dicique beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.
Vox beata. Quintil.lib.11.cap.3.
Vrbes. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.
Fruantur beati æuo sempiterno. Cic. de Somnio Scip. Omnibus qui patriam conseruarint, auxerint, certum esse in cælo ac definitum locum, vbi sempiterno æuo fruantur.
Numero beatorum eximere aliquem. Id est, non iudicare beatum. Horat.2.Carm.ode 2.
Vnum beatiorum se facere alicui. Catul. epig.10.

Beatulus, pen.corr.diminutiuum. Pers.sat.3,
-tandémque beatulus alto Compositus lecto.

Beatè, aduerbium, Feliciter. vt, Beatè viuere. Cic.1.Acad. Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere.
Bene beatéque viuere. Cic. in Parad. Profectò nihil est aliud bene beatéque viuere, nisi honestè & rectè viuere.
Sit tibi bene ac beatè. Catul.epig.10.

Beatitas, penult.corr. & Beatitudo, pen.prod. (μακαριότης, εὐδαιμονία) Cic.1.de Nat.deor. At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda est, &c. Quintil.citat eadem lib.8.cap.3. Vtitur & Macrobius. Budæus.

Beo, beas, beare, Beatum facere (εὐδαιμονίζω) Plaut.Capt.4. Foris aliquantulum etiam quod gusto, id beat. Teren.Eunuch.2.2. Ecquid beo te? Cælo aliquem beare. Id est donare cælo. Horat.4.Carm.ode 8.
Munere aliquem beare. Horat.1.epist.19.
Semet beare, est indulgere animo, phrasi quadam Epicurea, qui summum bonum voluptatem aiebant esse. Horat.2.Carm.ode 3.

B E B

BEBIANI, Ligures sunt ita dicti, in secunda regione Italiæ. Author Plin. lib.3.cap.11.

BEBIVS, cui cognomen fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cuius meminit Iuuenal.sat.1, -quem Massa timet, quem munere palpat Carus. ¶Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus cum P.Cornelio, eo anno quo Numæ Pompilij libri in agro C. Petilij effossi sunt. Vide Valer.Maximum, lib.1.cap.1. ¶Fuit item alter M.Bebius, in Macedonia iussu L.Pisonis interfectus. Cic.in Pison. ¶Item alius Q.Bebius Pamphilus, Saguntum ad Annibalem à Senatu legatus, de quo Cic.5.Philipp.

BEBRYCIA (Βεβρυκία) Regio est minoris Asiæ ad Propontidem, postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. Vide Stephan.

BEBRYX, ycis (Βέβρυξ) Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quos etiam à Pyrene illius filia nomē traxisse idem author est. ¶Est item Bebryx nomen gentile, cum significans qui ex Bebrycia ortus est, de quo vide paulo pòst in dictione Bebryces. Huius autē nominis obliqui indifferenter efferuntur à poetis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Val.Flacc.2.Argonauticān,
Bebrycis & Scythici procul inclementia saxi. Sil.lib.3,
Possessus Baccho sæua Bebrycis in aula.

BEBRYCES (Βέβρυκες) populi Asiæ iuxta Pontum, Stephan. ¶Item populi apud Iberos in Europa. Sil.lib.3.

Bebrycius (Βεβρύκιος) adiectiuum. Valerius Flaccus, & Sil.lib.3.
Arena Bebrycia. Stat.lib.4.Sylu.5.
Fretum Bebrycium. Valer.4.Argonaut.
Nemus Bebrycium. Stat.3.Thebaid.

BEBRYACVM (Βεβρύακον) Vicus est inter Cremonam & Veronam, qui vulgò dicitur *Labina*, clarum duabus cladibus Romanorum. Cornel.Tacit.

Bebryacensis (Βεβρυακηνός) Qui est ex Bebryaco vico.
Bebryacū palatium. Iuuen.sat.2, Bebryaci in cāpo spolium affectare palati, &c. Vbi palatiū Bebryacum vocatur campus belli ciuilis in Bebryaco vico facti, quòd in eo mollissimè velut in palatio, Otho Imperator à militibus Vitellij fraude victus est.

B E C

BECARE, Portus est vtilissimus gentis Necanidon in Asia, quo piper monoxylis lintribus imprimis inuehitur. Huius meminit Plinius libro 6.cap.23.

BECHER. Becheris, pen.prod. primâ breui. Natio Scythica bibacissima. Calep.sine authore.

Bechion, herba (βήχιον) Plin.lib.26.cap.6. Tussim sedat bechion, quę & tussilago dicitur. Vide Tussilago. Vulgò dicitur *Farfara*, siue *Farfarella*, siue *Vngula caballina*. Vide Ruell.lib.3.cap.40.

BECHIRES Plinio (Βέχειρες Stephano) populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. lib.6. cap.4. Hi quum Attilæ ductu in Italiam venissent, vinúmque antea ipsis incognitum gustassent, breui mortalium omnium bibacissimi euaserunt. Iidem fortasse cum his quos Becheres Calepinus appellat.

B E D

BEDA (Βέδας) natione Anglus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Ioanne sexto Pontifice, quūm Saraceni ex Africa soluentes, Hispaniam inuaserunt: ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam sollicitauit, Græcè Latinéque eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum, in Lucam. Author Volaterranus. ¶Bedas item, nomen insignis statuarij, cuius meminit Plinius lib.34.cap.8.

BEDESIS, fluuius est in regione Sabinorum, ab Ancona CII.M. pass. distans: de quo Plin.lib.3.cap.15.

BEDVINI, ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt: quapropter hæretici sunt appellati. Ij nulla ratione, inerméque vnà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatóque omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solē orientem adorant. Volaterranus.

B E E

Bee (βῆ) Vox ouium. Varro 2.de Re rust.cap.1. Non enim me, sed bee sonare videntur oues vocem efferentes.

BEELPHEGOR (Βεελφεγώρ) Idolum fuit Moabitarum, nomine Beel, siue Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno, vt annotauit Cæl.Rhodig.lib.13.cap.23.

BEERGIOS (Βέργιος) Vnus ex Neptuni filiis, quem Hercules vicit.

BEELZEBVB (Βεελζεβούλ) Idolum fuit Accaronitarum, quo nomine idolum muscæ significatur. Bel (inquit Hieronymus) & Beel, & Baal, idē Hebræis est. nam his vocibus indicatur idolum. Zebub autem muscam signat: vnde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam muscæ dicatur idolum. Sed & pro Dæmonarcha ponitur, hoc est Dæmoniorum principe, vt author est Cæl.Rhodig.lib.2.cap. 13.ex Lactantio.

B E G

BEGERRI, populi sunt in Gallia Aquitanica, de quibus Plinius libro 4.cap.19.

B E H

Behen, Officinis (vt Serapio scribit) dicuntur radices minoris pastinacæ similes, contortæ, odoratæ, & mansu lentæ, quæ in Armenia nascuntur. Auicenna autem radicum lignosa frusta Behen esse ait, in se contracta, & siccitate exoleta. Vide Matthiol.in lib.4.Dioscorid.cap.154.

B E L

BEL, seu Belis Apollo dictus est ab Aquileiensibus Italiæ, de quo Herodianus lib. 8. quæ ita vertit Angelus Politianus, Cæterum nonnulla quoque oracula ferebantur patrij cuiusdam numinis victoriam promittentia. Belem vocant indigenæ, magnáque cum religione colunt, Apollinem interpretantes, cuius etiam speciem pro vrbe ipsa pugnantem, quidam è militibus Maximini, visam sibi in cælo affirmabant.

BELA (Βέλα) Mons est in Æthiopia Hesperia, multis feris & magnis arboribus plenus, cuius meminit Strabo lib.17.

Bela (μῆλα) Oues nominauerunt antiqui Latini: vnde belare Varro 2. de Re rust.cap.1. Vnde aurea mala, id est secundum antiquam consuetudinem capras & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim sua voce Græci appellarunt μῆλα. Nec multò secius nostri ab eadem voce, sed ab alia litera bela vocauerunt. Non enim me, sed bee sonare videntur oues vocem efferentes: à quo pòst belare, dicunt extrita e litera, vt fit in multis.

BELA, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit. primus Byzantios nummos, argenteámque monetam percussit. Decessit tandem equo lapsus, fractúsque membra, post annos regni tres, sepultus in cœnobio S.Seruatoris ab eo cōstituto. Fuere quatuor huius nominis Pannoniæ reges, vt author est Volaterr.l b.8.

BELBINA (Βελβίνα) Strabo.lib.9. Insula, è regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Belbus, quæ & hyæna (ὕαινα) Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctē humanos gemitus, vt homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes deuoret.

Belenium (βελένιον) Aristoteli libro de Plantis, olim delibutorium in Perside venenum erat: trāslatum autem in Ægyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Ægyptium vocat. Vide Ruell.lib.2.cap.12.

BELERIDES, Insulæ sunt haud procul à Sardinia, teste Plinio libro 3.capite 7.

BELEVS (Βῆλος) Fluuius est, à Ptolemaida ciuitate Galileæ duorum ferè stadiorum interstitio, cuius in propinquo Memnonis est sepulcrum. De hoc vide Cæl.Rhodig. lib.22.cap.5. Plin.lib.5.cap.19. Belum vocat.

BELGAE, Belgarum (Βέλγαι) Galliæ populi multarum ciuitatum, op-

pidorum, ac locorum, mari Oceano, Rheno, Matrona, & Sequana fluminibus inclusi. In his, sunt Metropoles Treuerensis, Coloniensis, Maguntina, Rhemensis: cum earum suffraganeis intra Oceanum mare ac earum tria flumina constitutis. Item Brabantia, Flandria, Hollandia, Gheldriæ ac Phrysiæ pars, tota Picardia, Hannonia, Iuliacum, Virtutum comitatus, ac Campaniæ maxima portio, sylua Arduenna vniuersa.

Belga {Βέλγας} singularis numerus, vnus ex Belgis. Lucan. lib. 1.
Et docilis rector monstrati Belga couini.

Belgicus, pen. corr. {Βελγικὸς} adiectiuum. vt, Esseda Belgica. Virgilius 3. Georg. Belgica vel molli melius feret esseda collo. Vbi Seruius, Belgica esseda, Gallicana vehicula.

BELGITES {Βελγῖται} Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

BELGIVM, erat Bellouacorum ciuitas magna, & inter Belgas authoritate atque hominum multitudine præstans. Belgij mentionem facit semel & iterum Cæsar Belli Gallici, lib. 5. Hircius quoque lib. 8. quibus tamen locis regio quædam Belgicæ Galliæ significari potius quàm oppidum ipsum videtur. ciuitas enim appellatur 5. lib. vt, Morini, Neruij, Rhemi, Eburones, &c. Ramus.

BELIDES, Vide BELVS.

Belion {Βέλιον} herba est, quæ à Dioscoride πόλιον ὀρεινὸν, hoc est Polium mõtanum, appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex his quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus numerantur.

BELION {Βέλιον} quod à quibusdam Lethe, ab alijs Limæa vocitatur, flumen est, ex Celtiberis & Vaccæis labens, Callaicæ regioni irrigãdæ percommodum, vt scribit Strabo lib. 3.

BELIPPO, Oppidum Hispaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano, apud Plin. lib. 3 cap. 1.

BELISARIVS {Βελισάριος} Iustiniani Principis dux, Græcus, Persas in Oriente vicit: Vandalos vero in Africa, ducto in triumphum Gilismere. Gothorum in Italia gentem, capto Vitige rege superauit. Posthæc Africam repetens, Vandalos redintegratis viribus, bella renouantes, Reipublicæ subdidit, interfecto eorum rege Guntarit sub pacis dolo. Victor inde Romam reuersus, crucem auream, vbi res eius gestæ cælatæ fuerant, Petri basilicæ obtulit. Plura Volaterranus.

BELLA, Oppidum Campaniæ. Virg. Æneid. 7.

Bellaria, bellariorum, neut. gen. {τραγήματα, ἐπιτραγήματα, πέμματα} dicũtur cibi ad irritandam gulam compositi, authore Donato. Gell. lib. 13. cap. 11, Vocabulum bellaria, significat omne mensæ secundæ genus. nam quæ πέμματα aut τραγήματα Græci, aut ... dixerunt, ea veteres nostri bellaria appellauerunt. Vina quoque dulciora est inuenire in comœdijs antiquioribus hoc nomine appellata, dictaque esse ea Liberi bellaria. Hactenus Gellius. Plaut. Trucul. 9,
Fer huc verbenam mihi, thus & bellaria.
Mellita bellaria. Varro apud Gell. lib. 13. cap. 11. & apud Macrob. 2. Saturn. cap. 8, Bellaria, inquit, ea maxime sunt mellita, quæ mellita non sunt. Dulcibus enim cum pepsi societas infida.
¶ Bellarium & Bellaria, res bellis aptas appellabant. Festus.

Bellator, Bellatrix, Vide BELLVM.

Bellatulus, Belle, Vide Bellus in BONVS.

BELLEROPHON, penul. corr. vel Bellerophontes {Βελλεροφῶν} Glauci regis filius, qui & ipse regnum apud Ephyram tenuit, quo priuatus à Præto Argiuorum rege, ab eodemque seruus domi habitus, ac de sua pro ab eius vxore Sthenobœa, quæ Anthia Homero dicitur, sollicitatus est. Qui tale facinus quum auersaretur, ab eadem apud virum falsò accusatus, cum literis ad Ariobatum socerum missus est: quibus scribebatur vt ille occideretur. Ariobatus itaque eum contra Chimæram monstrum misit, qui equo Pegaso assumpto, illam è vestigio superauit. Posthæc ad Solymorum bellum, postremo ad Amazonas missus, victor pariter rediit. pro quibus meritis Ariobati filiam duxit Archimenen, ex qua filios suscepit Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam. Author Homerus Iliad. 6.
Bellerophontes literas afferre, Prouerbium quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vide Erasmi Chiliadas.
Eques ipso melior Bellerophonte. Horat. 3. Carm. ode 12.
Bellerophon castus. Horat. 3. Carm. ode 7.

Bellerophonteus, penult. prod. adiectiuum {Βελλεροφόντειος} Propert. lib. 3. eleg. 3,
Visus eram molli recubans Heliconis in vmbra,
Bellerophontei quà fluit humor equi. Bellerophontei equi, Id est Pegasi. Intelligit autem Hippocrenen fontem, quem Pegasus vngula aperuerat.

BELLERVS, Corinthiorum primas quidem, à quo interfecto, Bellerophontes dictus est, quum antè Hipponous diceretur. Ex commentarijs in Boeatium.

BELLIACA {Βελλίακα} Ciuitas est post Apolloniam, non longè ab Orico, de qua Strab. lib. 7.

Bellica, Columella erat ante Bellonæ templum, super quam hastam iaciebant, quum bellum indicebatur. Festus.

Bellicosus, Bellicus, Belliger, Belligero, Vide BELLVM.

BELLIENVS, Romani cuiusdam nomen, cuius domus in funere C. Cæsaris deflagrauit, vt author est Cic. 2. Philipp.

BELLINVS, Patauij episcopus fuit, qui quum pulsus esset Patauio, grassantibus nobilium plerisque, quòd seuerius sanctiúsque quàm ab illis probari posset, episcopum ageret, in quoddam palustre solum, quindecim millibus passuum Rhodigio distans, diuertit. Plura vide apud Cæl. antiq. lib. 17. cap. 28.

Belli oculus, Gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigram, è medio aureo colore lucentem. Vide Plin. lib. 37 cap. 10.

Bellior, Vide Bellus in BONVS.

Bellipotens, Vide BELLVM.

Bellis, idis, Herbula est (de hortensi loquor: sunt enim & aliæ duæ eius species, quæ in pratis & campestribus nascuntur) folijs longiusculis, in cacumine subrotundis, solo procumbentibus, & in rotæ modum radiantibus, crassiusculis, per ambitum minutim serratis: è quorum medio cauliculi prodeunt villosi flexibilesque: in quorum cacuminibus anno ferè toto flores emicant, centro tenus aurei, per ambitum verò foliolis duplicibus in purpuram rubentibus circundati, coronis texendis aptissimi. Plura de hoc, & alijs duobus generibus, vide apud Matthiol in Dioscorid. lib. 4. cap. 139.

BELLITANI, Populi Edetaniæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ, ad Iberum fluuium. Plin. lib. 3. cap. 3.

Bellitudinem, sicut Magnitudinem Verrius dixit. Festus.

Bello, bellas, Vide BELLVM.

BELLO, Vrbs est Hispaniæ citerioris ad Besiponem portum, vt author est Plinius. Meminit & Mela lib. 2. cap. 6. *Tariffa* nunc vulgò vocatur, vt scribit Oliuarius. Est autem Tariffa in Hispania Bætica iuxta fretum Gaditanum, in ea parte regni Granatæ, quæ est Turdulorum.

BELLONA, pen. prod. {Ἐνυώ} Dea belli, sororque Martis, dicitur alio nomine Pallas. Virg. 9. Æneidos,
Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
Gaudens Bellona cruentis. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Bellona vindex. Claudian. in Eutrop. lib. 1.
Hastata Bellona. Stat. 2. Thebaid.
Agitata motu Bellonæ, de sacerdote quadam inquit Tibullus lib. 1. eleg. 6.

Bellonarij {ἐνυάλιοι} sacerdotes Bellonæ, qui lacertos humerósque concidebant. Acron.

Bellosus, Vide BELLVM.

BELLOVACVM, pen. cor. Ciuitas est in prouincia Rhemẽsi ac Francorũ regno sita. Cuius populi Bellouaci {Βελλόακοι} vocantur, inter Belgas, olim belli gloria eximij, quos Cæsar eorum duce interfecto, in potestatem accepit. Apud Cæsarem in Commentarijs, lib. 8.

Bellouesus, Vide AMBIGATVS.

Bellua {θηρίον} Immanis fera, quasi bellum gerens. Terent. Eunuch. 5. 1, Eóne es ferox, quia habes imperium in belluas? Cic. Mario lib. 7. 1, Quinetiam misericordia quædã consequuta est atque opinio eiusmodi, esse quandam illi belluæ cum genere humano societatem. De elephanto loquitur.
Edentatæ belluæ. Vide EDENTO.
Fera. Ouid. 13. Metam,
Fera & immanis bellua. Cic. 4. Acad.
Hiantes & inanes belluæ, partim ad saxa natiuis testis inhærentes. Cic. 2. de Nat. deor.
Ingens. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Sæua. Horat. 1. Carm. ode 12.
Squamosa. Seneca Hippol. 10.
Tetra. Claudian. in Eutrop. lib. 1.
Vt tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo. Cic. 4. Tusc.
Belluarum nomine appellare singulas stellas, vt capras, vt lupam, vt taurum, vt leonem. Cic. 3. de Nat. deor.
¶ Bellua, per conuitium dicitur in hominem. Terent. Phorm. 4. 3, Sed quid pertimui autem belluas? Cic. 8. Philipp. Quinetiam de illo homine queri solebas, Quid te facturum de bellua putas?
Fera & immanis bellua, homo. Cic. 7. Verr. Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? Ibidem, Cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atque immani bellua?
Feritas & immanitas belluæ in figura hominis. Cic. 3. Offic. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ à communi tanquam humanitate corporis segreganda est.

Bellualis, & hoc belluale, pen. prod. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 11, Virgilius non partionem solam, sed educationem quoque nutricationis tanquam bellualem & asperam criminatur: addit enim,
Hyrcanæque admorunt vbera Tigres.

Belluatus {θηριωτὸς} adiectiuum, pen. prod. vt, Belluata tapetia, in quibus belluæ pictæ sunt. Plaut. Pseud. 4.

Belluinus, pen. prod. {θηριώδης} aliud adiectiuum. vt, Belluina rabies, belluinus furor.

Bellųosus, adiectiuum, penul. prod. {θηριώδης} Belluis plenum. Horat. 4. Carm. ode 14,
Te belluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis, &c.

Bellulè, Vide BENE.

Bellum, belli {πόλεμος, μάχη, φόνος} Est tum ipsa pugna, tum totum tempus quo in militia sumus: quam illiterati *guerram* vocant. Prælium, ipsum tantummodo armorum certamen. Nam & pugna certaménque etiam citra arma fit. interdum etiam fit nudis verbis. Hæc Valla lib. 4.
Bellum à belluis dicitur: quia belluarum sit perniciosa dissensio. Hæc Festus. Seruius autem bellum dici vult per contrarium, quòd minimè bellum sit. Sic enim ait in illud 1. Æneid. 6, Sic voluere Parcas. Parcæ dictæ sunt κατ' ἀντίφρασιν, quòd nulli parcant: sicut lucus, à non lucendo: & bellũ, à nulla re bella. Cicero tamen à duello per contractionem bellum dicit factum, in Oratore, Quid verò, inquit, licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebat, quo essent aptiora? nam vt duellum bellum, & duis bis: sic Duellium eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauere, quum superiores appellati essent semper Duellij. Idem tradit Quintil. lib. 1. De literis & earum potestate. Plaut. Amphit. 3, Nam cum Thelebois est bellum Thebano populo.
Bellum & pax, contraria. Terent. Eunuch. 1. 1.
Tumultus & bellum. Cic. 8. Philipp. Potest enim esse bellum sine tumultu: Tumultus esse sine bello non potest.
Bellum à prælio differt, quòd prælia partes sunt belli. hoc est in bello congressiones. Vide Nonium. Liu. 9. ab Vrbe, Pop. Rom. etsi nullo bello, multis tamen prælijs victus est.
¶ Bellum pro prælio aliquando ponitur. Sallust. In eo bello trecenti milites desiderati.
¶ Belli, genitiuus, qui aliquando ponitur pro aduerbio in loco. Cic. 2. Offic. Præterea quibuscunque rebus vel domi vel belli poterunt,

runt, Remp. augeant imperio, agris, vectigalibus. Liu. 3. ab Vrbe.
Omnibus belli ac togæ dotibus eminentissimus sui seculi P. Scipio Æmilianus. Patercul. lib. 1.
¶Belli vocabulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinet, omnia complexus est Ouid. 11. Metamorphoseos,
Permanet Aoniis Nereus violentus in vndis,
Bellaque non transfert. Id est maris tempestas traiicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Sil. lib. 7,
Sed victæ fera bella deæ vexere per æquor,
Atque excisa suo pariter cum iudice Troia est.
¶Bellum sine hoste, Ciuile bellum vocauit Lucan. lib. 1.
Acta belli domúsque. Ouid. 12. Metam.
Adiutor belli. Vide ADIVTOR.
Æstus belli commouere. Lucret. lib. 5.
Altrix bellorum tellus. Sil. lib. 1. De Numidia.
Apex bellorum, id est caput & dux. Stat. 5. Sylu. 2, Ille secūdus apex bellorum. De BOLANO.
Asperrima studiis belli gens. Virg. 1. Æneid.
Auida mens belli. Ouid. epist. 7.
Author temerarius belli. Ouid. 5. Metam.
Caligo belli. Stat. 8. Thebaid. Caliginem vocat illum belli tumultum, quo quid agēdum cuique sit, nemo videt, nec amicus amicum, nec fratrem frater agnoscit.
Casum belli metuens. Cic. pro Sextio.
Causæ bellorum. Tacit. lib. 20.
Celeritas belli. Cic. 5. Philipp.
Certamina belli. Lucret. lib. 2.
Commercia belli. Vide COMMERCIVM.
Communis belli Mars. Vide COMMVNIS.
Concitores belli. Tacit. lib. 4.
Confector belli. Cic. Plancio, 10. 20.
Contentione belli magna superare. Cic. pro Sextio.
Durus bello, id est fortis & infractus. Virg. 2. Georg.
Egregia bello gens. Virg. 1. Æneid.
Euentus belli varij. Virg. 10. Æneid.
Examinata bello pectora. Statius 4. Thebaid. Bello, id est timore belli.
Secundi belli exitus. Horat. 4. Carm. ode 14.
Expers belli. Ouid. 5. Metam. Immunis à bello.
Expertus belli, cui opponitur Subitus miles. Tacit. lib. 20.
Expertus bello & armis. Virg. 7. Æneid.
Expertus bellis. Tacit. in Vita Agricolæ.
Extinctor belli. Cic. de Arusp. respon.
Ferox bello, & ad vim paratus. Ouid. 11. Metam.
Fessus bellis. Stat. 1. Sylu. 1.
Fortuna belli pendet. Ouid. 8. Metam.
Fracti bello ductores Danaûm. Virg. 2. Æneid.
Fremens bello Italia. Virg. 4. Æneid.
Frons bellorum, Acies exercitus. Stat. 12. Thebaid.
Furiosa bellis Thrace. Horat. 2. Carm. ode 16.
Grauida bellis vrbs. Virg. 10. Æneid.
Habilis bello ætas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9.
Immunis belli. Virg. 12. Æn. Id est sine officio dimicandi.
Incendia belli. Virgil. 1. Æn. Seruius, Incendia vim interpretatur: Semper enim, inquit, diluuio aut incendio comparatur bellum.
Incerta belli metuere. Tacit. lib. 4.
Inclyta bello mœnia. Virg. 2. Æneid.
Inexpertus belli. Tacit. lib. 17.
Insolens bellorum. Tacit. lib. 17.
Insuperabiles bello Getuli. Virg. 4. Æneid.
Intractabile bello genus. De Carthaginensibus ait Virg. 1. Æneid. Id est, insuperabile, asperum, sæuum. Seruius.
Iura belli. Cic. pro Corn. Balbo.
Lecta bello iuuentus. Virg. 8. Æneid. Id est, ad bellum.
Magnus bello. Virg. 1. Æneid.
Militia belli. Columel. in præfat. lib. 1, Vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis præualuit corporibus: ac militiam belli, quum res postulauit, facilè sustinuit, durata pacis laboribus.
Modo belli. Liuius Decad. 4. lib. 8. Id est ritu seu more belli.
Nobile bellum. Vide NOBILIS.
Offensiones belli. Vide OFFENDO
Pericula belli tentare. Lucret. lib. 5.
Præda belli. Stat. lib. 4. Thebaid.
Mars bellorum præses. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Præstans bellis, Virtute bellica. Sil. lib. 5.
Regina bellorum virago, periphrasis Mineruæ. Stat. 4. Sylu. 5.
Reliquiæ belli, Quicquid post bellum peractum superest, & non totum periit. Sil. lib. 15.
Rudis belli, Ignarus belli. Horat. 2. epist. 2.
Simulacra belli ciere. Vide paulo pòst, Ciere bella.
Spectatus bello. Tacit. lib. 1.
Studium ad bella. Virg. 3. Georg.
Subita belli. Tacit. lib. 21, Quando impetum & subita belli locus abnueret.
Summa belli. Liu. 4. Decad. lib. 1.
Superbus bello populus. Virg. 1. Æneid.
Superstes bellorum. Tacit. lib. 2. de moribus Germanorum, Multique superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.
Trepidantia bello corda. Virg. 4. Georg. Seruius interpretatur alacritate pugnandi, non timore.
Tumultus belli. Lucan. lib. 6.
Vnius vteri bellum, eleganter dictum à Stat. lib. 11. Thebaid. pro bello duorum inter se fratrum.
Vexatus bello. Virg. 4. Æneid.
Belli vices. Stat. lib. 9. Thebaid.
Victoria belli. Stat. lib. 12. Thebaid.
Victoribus bello ducibus maximus honor datus. Quintilian. libro 2. cap. 16.
Virtus bello viuida. Virg. 5. Æneid.
Acerbum bellum. Cic. Verr. 5.
Acre bellum. Vide ACER. Ouid. in Ibin, versu vltimo.
Acutum bellum, id est periculosissimum. Porphyr. Vide ACVTVS: Horat. 4. Carm. ode 4.
Aduersum bellum. Horat. 1. Serm. sat. 7.
Æterna bella gerere. Seneca in Hercule furente, 1.
Aspera bella. Horat. 2. epist. 1. Ouid. 8. epist. 6.
Bilustre bellum. Ouid. 2. Amorum, eleg. 12.
Calamitosum. Vide paulo pòst, Exitiabile, &c.
Ciuile, Quod inter ciues geritur. Lucan. lib. 2.
Clausum pectore bellum. Sil. lib. 1, Bellum, id est amor belli.
Creperum, Id est dubium. Lucret. lib. 5.
Crudele & exitiosum. Cic. Attico, lib. 9.
Difficile. Cic. Mithridaticum bellum magnum atque difficile.
Diuturnum. Cic. Verr. 5.
Domestica & externa. Cic. de Senect.
Durissimum. Cic. pro Corn. Balbo.
Exhausta bella, id est finita. Virg. 4. Æneid. Seruius.
Exitiabile ciuibus, & calamitosum. Cic. Att. lib. 10.
Exitiosum. Vide paulo antè Crudele, &c.
Externum. Vide paulo antè, Domesticum, &c.
Fera. Silius lib. 7.
Finita triumphis. Ouid. 15. Metam.
Fœdum. Cicero. Ita perculsa & prostrata fœdissimo bello iacent omnia.
Formidolosum. Cic. in Pison.
Funebre. Horat. 1. epist. 20.
Furialia. Silius lib. 8.
Genialia. Bella quæ geruntur inter conuiuia. Sic Centaurorum & Lapitharum bella vocat. Stat. lib. 1. Achil.
Horrida. Virg. 6. Æneid. Iuuenal. sat. 14.
Horrificum, nefarium, omni imbutum odio bellum inferre. Cic. pro Domo sua.
Immensum exarserat bellum. Patercul. lib. 2, Sub M. Vinicio immensum exarserat bellum: erat & ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter.
Impia bella ciere. Stat. 11. Thebaid.
Inania bella gerere. Sil. lib. 1.
Indomitum. Seneca in Agamem. 7.
Inexpertum. Tacit. lib. 18.
Inexpiabile. Vide INEXPIABILIS.
Inexpiabilia bella excitare. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Infandum. Stat. 3. Thebaid.
Infaustum. Stat. 6. Thebaid.
Ingens. Virg. 1. Æneid.
Iniustum. Ouid. 5. Metam.
Internecinum. In INTERNECO.
Bellum intestinum, pro domestico. Cic. in Catil.
Iuratum. Sil. lib. 11.
Lacrymabile. Ouid. 8. Metam.
Lacrymosum. Horat. 1. Carm. ode 21.
Latrantia. Claudian. 2. in Eutrop.
Longinquum. Sil. lib. 13.
Longinqua non finitima bella gerebant. Iustinus lib. 1. non procul ab initio.
Longinquis bellis obruti. In LONGVS.
Longum, Diu durans. Ouid. 12. Metam.
Luctuosum. In LVGEO.
Lugubre. Horat. 2. Carm. ode 1.
Magnum bellum. Virg. 2. Æneid.
Magnum & periculosum bellum. Cicero ad Quintum fratrem, libro 1. 1.
Maritimum bellum. Vide paulo pòst, Nauale, &c.
Martia. Horat. in Arte poetica.
Miserabile. Ouid. epist. 13.
Mollius bellum gerere. Vide MOLLIS.
Mortiferum. Virgil. 6. Æneid.
Muliebre. Vide MVLIER.
Quasi naturale bellum est miluo cum coruo. Cicero 2. de Natura deorum.
Bellum nauale & maritimum, Quod nauibus fit, & iuxta mare. Cic. pro lege Manilia. Ouid. 1. de Arte.
Nefandum. Sil. lib. 17.
Nefarium. Vide paulo antè, Horrificum, &c.
Nobile, Celebre & notum omnibus. Horat. in Arte poet.
Operta, Clandestina. Virg. 1. Georg.
Peierans, Fœdifragum. Stat. 4 Sylu. 3. de Annibale.
Pendula. Claudian. de bello Gildon.
Perfida. Sil. lib. 15.
Periculosum. Vide paulo pòst, Teterrimum, &c. & paulo antè, Magnum, &c.
Pestiferum. Cic. Attico, lib. 8, Video enim quantum id bellum, & quàm pestiferum futurum sit.
Pigmæa. Claudian. epigram. 17.
Ploranda. Stat. 1. Thebaid.
Puerile. Stat. 6. Thebaid.
Rapida. Claudian. Paneg. 1.
Rediuiua. Silius lib. 10.
Sæuum. Stat. 12. Thebaid.
Sanguineum. Stat. 5. Thebaid.
Seruile. Cic. pro lege Manilia.
Spatiosum. Ouid. 13. Metamorph.

Teterrimum & periculosissimum. Cic. Plancio, 10. 19.
Tristia Virg. eclog. 6. Seneca in Octauia, 6.
Trux. Valer. Flacc. 3 Argonaut.
Violenta. Ouid. 1 Amorum, eleg. 1.
Virgineum, Id est ab Amazonibus virginibus gestum. Valer. Argonaut. lib 5.
¶ Absistere bello. Liu 4. Decad. lib. 2. Si Antiochus regno Attali abstineat, belloque absistat. Horat. 1. Serm. sat. 3. Vide ABSISTO.
Absoluere bellum. Lucan. lib. 2.
Absoluere bello. Tacit. lib. 4.
Abstinere bellum ab aliquo. Vide ABSTINEO.
Abesse à bello. In ABSUM.
Accendendo bello acer. Tacit. lib. 20.
Acceptum bellum prono milite. Lucan. lib. 1, Id est susceptum milite propenso ad ea quæ imperator vol. bat.
Administrare bellum. Cic. pro l. ge Manilia, Idem cum Theutonis bellum admin straret, &c.
Admotum bellum. In ADMOVEO.
Adornare bellum. In ADORNO.
Affectum. Cic. de Prouinc. Consul. Bellum affectum videmus, & verè vt dicam penè confectum.
Agere bellum. In AGO.
Agitare bella. Sil. lib. 10.
Alere bellum. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. Verebar ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum.
Apparere bellum. In APPARO.
Arderet Syria bello. Cic. Attico, lib. 6. 16.
Assuescere bella animis. Virg 6 Æneid.
Attenuatum & imminutum bellum. In ATTENVO.
Cadere in bello. Seneca in Herc. fur. 6.
Capere bellum. In CAPIO.
Capessere bella. Sil. lib. 7.
Cauponari bellum. In CAVPONARI.
Cedere bellis. Lucan. lib. 5.
Certare bello. In CERTO.
Ciere bella. Virg 5. Æneid.
Simulacra belli ciere. Virg. 5. Æneid. Vocant belli simulacra, belli veluti imaginem quandam, vbi non pro focis & laribus, sed exercitij tantum causa pugnatur.
Cogitare de bello. Cæs. de bel. Gall.
Coire ad bella. Ouid. 9 Metam.
Committere bellum. In COMMITTO.
Commouere bellum. In COMMOVEO.
Commotum & confirmatum bellum. Cic. Dolabellæ, 9. 13.
Comparare bellum. Cic. Bellum mari & terra comparat.
Componere bellum. Asin. Cic. Famil. 11.
Concidit bellum. Tacit. lib 18.
Concipere bella. Est meditari de bello alicui inferendo. Sil. lib. 1.
Concitare bellum. In CONCITO.
Concurrere bello alicui, id est contra. Virg. 10. Æneid. Seruius.
Condere bella apud Virgil. eclog 6, bella describere, & historiam bellorum componere significat.
Conficere bellum. Tacit. lib. 2.
Confirmatum bellum. Vide paulo antè Commotum, &c.
Conflare bellum. In CONFLO.
Confidunt bella. Sil. lib. 16.
Consummatum bellum. In CONSVMMO.
Consurgere ad bellum. In CONSVRGO.
Consurgit nouum bellum. Virg 8. Æneid.
Contendere bello cum aliquo. Virg. 4. Æneid.
Contrahere bellum temeritate In CONTRAHO.
Coortum bellum, & Coortus ad bellum. In COORIOR.
Contractum bellum ex infinito tempore. Lucret. lib. 2.
Coquere bellum. In COQVO.
Bellum crescens in segetem. Claudian. de bello Getico.
Dare bellum, Occasionem belli. Stat. 12. Thebaid.
Dare bellum alicui, pro Illum bello præficere. Cic. 11. Philipp. Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est.
Operam dare bellis. Ouid. 1. de Remedio amoris.
Decernere bellum alicui. In DECERNO.
Decertant agmina bello. Stat. 4. Thebaid.
Defendere muros bello. Virg 9. Æneid.
Delere bellum. Cic. de Amic.
Depellere bellum. Cic. Famil. 6.
Deponere bellum. Ouid. 8. Metam.
Dimittere. Stat. lib. 6. Thebaid.
Dirimere. Virg. 12. Æneid.
Ducere cum aliquo, Id est gerere, aut in longum ducere. Virgilius 8. Æneidos.
Ducere, pro Extrahere. Tacit. lib. 12. Cic. Mario, 7. 3.
Duplicare. Tacit. lib. 10.
Eleuare, Id est minuere & extenuare. Liu. Decad. 4. lib. 2.
Ire in bella. Ouid. 3. de Arte.
Erunt bella. Gerentur bella. Virg. ecloga 4.
Inuitis aut cupientibus esse bellum. Tacit. lib. 1, Fama deditis, benignéque excepti Segestis vulgata, vt quibusque bellum inuitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. Hoc sermonis genus Græcis familiare. dicunt enim ἀκούσιον, aut ἐθέλοντί μοι, id est inuitis aut lubentibus esse, quum significant molestum existere quicquam aut gratum.
Exardescere bellum. Cic. pro Ligar.
Excitare. Cic. Fam. 6.
Expediri ad bellum. Tacit. lib. 18.
Extendere bellum. Sil. lib. 17. Producere significat.
Extinguere. Cic. Famil. 11.

Facere patriæ. Tacit. lib. 3.
Fatigare bella, Id est agitare. Sil. lib. 7. De Scipione Africano.
Ferre bella, Mouere, aut inferre. Ouid. epist. 2.
Flagrare bellum. Liu. de bel. Pun.
Fraudari bellum sanguine dicitur, quum sine hominum clade & cruento exitu perficitur. Lucan. lib. 2.
Fugere. Seneca in Troade, 4.
Fulminat bello, inquit Virg. 4. Georg. De Cæsare.
Gerere. Virgil. 1. Æneid.
Gerere & conficere. Cic. pro Corn. Balbo.
Gesta & consummata bella. In CONSVMMO.
Glomerare manum bello. Virg 3. Æneid.
Gubernare bellum. Cic. 5. Philipp. Bellum quod ab opinione plerunque & fama gubernatur.
Habere bellum susceptum cum aliquo. Cic. de lege Agrar. Bellum habet nescio quod susceptum Consulatus cum Tribunatu.
Imbutum odio bellum. In IMBVO.
Imminet bellum ab Tarquiniis. Vide IMMINEO.
Imminutum bellum. Vide paulo antè, Attenuatum, &c.
Finem bello imponere. Ouid 8. Metam.
Impulsum bellum. In IMPELLO.
Incendere aliquem bello, Id est belli cupidine inflammare, aut ad bellum incitare. Stat. 3. Thebaid.
Inchoare bellum. Cic. de Proconf.
Incidit illis bellum, Bellum inter eos obortum est. Horat. 1. Serm. satyra 7.
Incipere bellum. Sallust. in Catil.
Incumbere ad vel in bellum. In INCVMBO.
Incutere bellum. Horat. 2. Serm. Sat. 1.
Indicere bellum alicui. Ouid. 6. Metam.
Indicere bellum philosophiæ. Cic. 1. de Orat.
Indicere bellum nefarium. Cic. pro Deiotaro.
Indicere atque inferre. Cic. 3. Verr.
Ventri bellum indicere, Ieiunare significat apud Horat. 2. Sermon. satyra 5.
Indicere bellum voluptatibus, aut sibi. In INDICO.
Inferre. Virgil. 3 Æneid.
Inflammare. Cic. Fam. 11.
Inire. Liuius lib 4.
Inire concilium de bello. Cæs. de bel. Gall.
Insistit in bellum totus & mente & animo. In INSISTO.
Instans bellum. In INSTO.
Instaurare bellum. In INSTAVRO.
Instruere. Cic. de lege Agraria, Vrbs quæ facere atque instruere bellum possit.
Integrare. Stat. 8 Thebaid.
Intendere in aliquem. In INTENDO.
Intendere animum ad bellum. Sallust. in Iugurth.
Inuadere bellum. In INVADO.
Inuolutum bellum. In INVOLVO.
Lacessere bello. Cic. pro lege Manil.
Mandare bellum. Liu. lib. 5.
Minari. Virg. 3. Æneid.
Minitari. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Moliri. In MOLIOR.
Mouere. Virgil. 1. Georg. Horat. 4. Carm. 2.
Mutare bellum pro pace. In MVTO.
Nata gens bellis, & ad bella. In NASCOR.
Nauare bellum alicui. Tacit. lib. 21.
Obire bellum. Tacit. lib. 3.
Obiectare bello corpora, Ad arma congredi. Virg. 4. Georg.
Obortum bellum. In OBORIOR.
Obruti bellis longinquis. Plin. lib. 7. cap. 54.
Opprimere bello. In OPPRIMO.
Opprimere bellum exortum. In OPPRIMO.
Ortum & patratum bellum. Tacit. lib. 3.
Ostendere bellum. In OSTENDO.
Parare. Ouid. 7. Metam. Vide PARO.
Parta bello. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pascere bellum. Vide paulo antè Longinquum bellum.
Patrare, Id est conficere & debellare. Tacit. lib. 2.
Pauescere. Tacitus lib. 1.
Pendet belli fortuna. Ouid 8. Metam.
Pendet ex vna origine bellum. Ouid. 1. Metam.
Perpetrato bello. In PERPETRO.
Perrumpere bellum, Id est vincere. Seneca in Agamemn. 7.
Persequi aliquem bello. In PERSEQVOR.
Petere bella, Aggredi bella. Sil. lib. 15.
Petere aliquem bello. Virg. 3. Æneid.
Ponere bellum, Positum bellum. Virg. 1. Æneid.
Portare bellum. Virg. 3. Æneid.
Præficere bello. Cæs. 5. de bel. Gall.
Prodit bellum. Ouid. 1. Metam.
Profligare bellum. Tacit. lib. 18.
Prolatare. Tacit. lib. 13. Promittere. Stat. 3. Theb.
Prorogare. Cic. Philipp. 11.
Propulsare. Liu. lib. 1, Tamen quum mœnibus bellum propulsare posset, &c.
Pugnata bella. Horat. 3. Carm. ode 19. & 1. epist. 17.
Quærere belli concilium. Cæs. 8. de bel. Gall.
Recipere sese ad belli cogitationem. Cæs. 3. de bel. Ciuil.
Redintegrare bellum. Brut. Cic. Fam. 11.
Renouare belli concilium. Cic. 8. de bel. Gall.
Redire bellum. Liu. lib. 3. Renasci bellum. Cic. Fam. 11.
Renouare bellum. Cic. Fam. 12.
Repellere bella. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.

Repeti

Repens bellum. Liu.1.Decad.lib.10.

Resedit bellum, Id est acquieuit. Horat.3.Carm.ode 3.

Restinguere. Cic. Fam.11.

Ruere in bella. Virg.7.Æneid.

Senescere bellum. Liu.8.de bel.Pun.

Sepulta bella. Patercul.lib.2, Finita vicesimo anno bella ciuilia, sepulta externa, reuocata pax.

Serere. Tacitus, Ex bellis bella seruntur.

Struere Cic. Att.lib.9.epist.12.

Suadere. Ouid. 6.Fastor.

Subigere bello. Liu.5.Decad.lib.2.

Subacti bello Troiugenæ. Lucret.lib.1.

Sumere bellum. Tacit.lib.19.

Sumere pro aliquo. Ouid.epist.15.

Surgunt bella, Surgentia bella. Virg.4.Æneid.

Suscipere bellum cum aliquo. Ouid.14.Metam.

Susceptum bellum æternum cum, &c. Cic.pro Sylla, Quare non sum nescius quanto periculo viuam in tanta multitudine improborum, quum mihi vni cum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum.

Suscitare. Brut. Anton.10.Fam.11.

Sustentare. Vide Immensum exarserat bellum.

Tentare irrita bella. Seneca in Herc.furente,9.

Tentari bellis. Ouid.epist.7.

Tractare bellum. Tacit.lib.5.

Bello aliquem ad letum trahere. Virg.5.Æneid.

Tument bella. Ouid. epist.7, Quoniam Hiarbas bellum Carthaginensibus minabatur.

Tumescens bellum. Patercul.lib.2, Mors Drusi, iampridem tumescens bellum excitauit Italicum.

Venire bello ad mœnia alicuius. Virg.2.Æneid.

Versatur bellum in his terris. Cic.5.Verr. Nam quum quadriennio pòst in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est, vt hæ terræ in quibus bellum acerbum diuturnúmque versatum est.

Vincere bello. Lucan.lib.1.

Vndantem bello Nilum vocat Virgil.3.Georg. tanquam non vndas, sed bella portantem, vt adnotat Seruius.

Bellicus {πολεμικός} adiectiuum, pen.corr. vt, Bellica disciplina. Cic.2.de Nat.deor. Horat.4.Carm.ode 3.

Bellica corona, Quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plinius lib.16.cap.4.

Bellicus Deus, Romulus. Ouid.2.Fast. Et lib.3, Dea bellica, Pallas.

Equus. Propert.4.eleg.4.

Hasta. Ouid.2.Amor.eleg.3.

Laus. Seneca in Troade,8. Cic.in Bruto, Et bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest.

Manus. Ouid.ad Pisonem.

Nauis. Propert.lib.2.eleg.18.

Virtus. Cic.1.Tuscul.

Insigne virtutis bellicæ annulus. Plin.lib.33.cap.1.

¶ Bellicum, substantiuum, Soni nomen, vt ait Seruius. Vnde Bellicum canere, Est sono tubæ ad prælium milites excitare, & accendere vt prælium ineant. Liu.Dec.4.lib.5, A Macedonia Philippum, vbi primum bellicum cani audiuisset, arma capturum: nosse se spiritus eius, nosse animum. Per translationem posuit Cic. in Orat. Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.

Bellicum canere, per metaphoram, pro eo quod est animare siue excitare dissidium. Cic.7.Philipp. Itaque iidem quasi prouidi ciues & Senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt.

Bellicosus, pen.prod. {ἀρήιος, ἀρειμανής, πολεμικώτατος} Ferox. Sallust. in Iugurtha, Libyes quam Getuli minus bellicosi erant. Sic Bellicosus rex, Liu.1.ab Vrbe.

Bellicosior annus. In ANNVS.

Ciuitas. Liu.1.ab Vrbe.

Bellicosissima natio. Cic.pro lege Manilia.

Bellicosè, bellicosius, bellicosissimè {πολεμικῶς} Liu.9.ab Vrbe, Cepisse enim eos non Romam, sicut antè Gallos: sed quod multò bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociámque.

Bellicrepa, pen.corr. {πολεμικὴ ὄρχησις} Festus, Bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod à Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse quum à ludis Sabinorum virgines rapuit.

Bellifer, pen.corr. bellifera, belliferum, pen.corr. {[illegible]} Qui bellum infert. Claudian.in Eutrop.lib.1,

-quid belliferam communibus vrunt Italiam maculis?

Belliger, adiectiuum, pen.corr. {πολεμοφόρος} A bello gerendo dicitur. vt, Belliger Mars. Stat.1.Achill. Belligerum ceu numen amant.

Acies belligeræ. Stat.12.Thebaid.

Hasta. Martial.lib.15.

Labores. Valer.Argonaut.lib.5.

Manus. Ouid.2.de Arte.

Mens. Silius lib.3.

Degener belligeri ritus, Qui belli mores, aut laborem & asperitatem militiæ ferre non consueuit. Sil.lib.7.

Belligeris trophæis annumerare. Stat.Thebaid.lib.10.

Belligero, belligeras, penult.corr. {πολεμέω} belligerare, Bellare. Ennius apud Cicer.lib.1.Officiorum,

Nec cauponantes bellum, sed belligerantes.

Belligerant Ætoli cum Aulide. Plaut.Capt.3.

Belligerare cum genio suo. Plaut. Trucul.4. Cic.Post reditum ad Quirites, Nō solùm cum iis qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit.

Par alicui in belligerando. Cic.pro Fonteio, Excitandus erit nobis ab inferis C. Marius, qui Induciomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit.

Bellipotens, adiectiuum, penult.corr. {πολεμοκράτης} Qui bello pollet. Ennius apud Cic.2.de Diuin. Æacidæ bellipotẽtes sunt magis, quàm sapientipotentes.

Diua bellipotens, Pallas. Stat.2.Thebaid.

Magnus Bellipotens. Virg.11.Æneid. Bellipotens, id est Mars, éstque hoc loco substantiuè positum.

Bellosus {μάχιμος} Vetustum est nomen, idem significans quod Bellicosus. Cæcilius apud Nonium, Tantum bellum suscitare conari aduersarios contra bellosum genus.

Bello, bellas {πολεμίζω} bellare, Bellum gerere. Cic.pro lege Manilia, Fuit proprium pop.Rom. longè à domo bellare.

Bellare cum diis. Cic. de Senect. Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare?

Bellare alicui, Id est contra aliquem. Stat.lib.8.Thebaid.

Bellare de re aliqua. Tacit.

Bellare cæstu. Stat.lib.6.Thebaid.

Ense bellare. Sil.lib.3.

Manu bellare. Sil.lib.8.

Acies bellant. In ACIES.

Astu bellandum est. Sil.lib.5.

¶ Bellantur pro bellant, dixit Virg.11.Æneid. Seruius. nam solent verba pro verbis poni. Vnde nunc passiuam declinationem sub actiua posuit significatione.

Bellator {πολεμιστής, μάχιμος} Verbale, pen.prod. Qui bellum gerit, vel longa belli exercitatione præstat & excellit. Virgil.12.Æneid. Interea extremo bellator in æquore Turnus. Cic.4.Tuscul. Nec verò de bellatoribus solùm disputant, &c.

Bellator bellet. Ouid.3.de Arte amandi.

Bellator ensis. Sil.lib.13.

Bellator equus, Per quem bellum geritur, vt ait Seruius. Virgil.2.Georg. & 10.Æneid.

Bellator felix. Claud.Paneg.lib.3.

Meri bellatores. In MERVS.

Bellatores seueri. Claudian.Paneg.lib.4.

Bellatorius, a, um, {πολεμιστικός} Plin.Iunior epist.9.lib.7, Et quasi bellatorium stylum suaserim.

Bellatrix, pen.prod. {πολεμίστρια} Verbale fœmininum. Virg.1.Æneidos,

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ

Bellatrix. De Penthesilea Amazonum regina loquitur.

Bellatrix cohors. Stat.lib.6.Thebaid.

Diua bellatrix, Pallas. Ouid.1.Trist.eleg.4.

Bellatrix iracundia. Cic.4 Tusculan.

Bellatrix triremis. Claudian.Paneg.lib.4.

BELLVNIVM, Venetiarum oppidū in Italia, vt Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin.lib.3.cap.19.

Bellus. Vide BONVS.

Bellutulus, est belluæ similis, vt ait Festus. Hoc cognomen tulit L. Sicinius primus Tribunus pleb. authore Dionysio & Pædiano.

BELON {βέλων} Nomen vrbis & fluuij in Hispania Bætica, Straboni libro 3.

Belone {βελόνη} Piscis est, qui alio nomine dicitur Acus. Vtroque nomine a tenui, recta & oblonga figura deducto, qualem fere in acu sartoris cernimus. De hoc Plinius libro 9.cap.51. Acus, inquit, siue Belone, vnus piscium dehiscentis propter multitudinem vtero parit: à partu coalescit vulnus, quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgò *Angusigula* dicitur.

Belos {βέλος} Latinè dicitur telum. Caius de Verborum significatione. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eóque nomine vulgò quidem id significatur quod ab arcu mittitur.

Belua, Vide BELLVA.

BELVS {Βῆλος} Nomen proprium primi regis Assyriorum, & patris Nini, à Sole deductum, qui Assyriorū lingua Bel dicitur. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, vbi primò repertum fuisse vitrum Plinius scribit lib.5.cap.19. Ioseph.lib.1.bell.Iudaic. stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem distare, iuxta quem sepulcrum Memnonis fit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circundatis iugis conuehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didonis, vir militaris scientiæ peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, vt est apud Virg.lib.1.Æneidos,

-genitor tum Belus opimam Vastabat Cyprum, &c. Alio nomine dicebatur Metres, vt ait Seruius ¶ Belus Stephano, oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo quod a Plinio Belon appellatur. ¶ Belus item gemma est, vitrea specie, magnitudine nucis iuglandis, in Arbelis nascens, vt ex Democriti sententia refert Plin.lib.37.cap.10.

Beli plures fuerunt, quorum primus Epapho natus est Ægyptio rege, Iouis & Isidis filio: siue, vt placet Eusebio, Isidis & Telegoni cuiusdam: cui post Apidis mortem Isis nupsit regnante Athenis Cecrope, anno mundi M. D. CCX. Is Priscus dicitur, ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis, cui templum Babyloniæ ædificatum est. Ex Belo Prisco, Danaus & Ægyptus, vnde regio nomen accepit, & Agenor geniti. Danaus quum essent ei quinquaginta filiæ, & Ægypto totidem mares, responsum accepit se à genero interfectum iri. quapropter vt nuptias recusaret fratris, secessit Argos. Tandem quum ad hoc cogeretur, filiæ monitis patris, coniuges noctu omnes interfecerunt, præterquam Hypermnestra, quæ Lynceo viro pepercit: à quo Danaus postquam annos regnasset L, interfectus est. Coniuges verò quæ & Danaides & Belides vocantur, dare criminis pœnas apud inferos ponuntur, aquis implere fracta dolia coactæ. de quibus plura Volaterranus & Lucianus.

Belides, penultima longa {Βηλίδης} Patronymicum masculinum. Virgilius lib.2.Æneidos,

-si fortè tuas peruenit ad aures Belidæ nomen Palamedis. Id est septimo gradu originem ducentis à Belo. Seruius.

Belis, belidis {Βηλίς} Patronymicum fœmininum: vnde Belides, penult. corr. Beli neptes dicuntur, quæ & Danaides à patre Danao. Vide BELVS. Ouid. 4. Metamorphoseos,

Molirique suis lethum patruelibus ausæ,
Assiduè repetunt quas perdant Belides vndas.

Belzoinum, Genus quoddam gummi, à pharmacopolis sic dictum, silphij liquorem ementiens, quum non sit reuera. De hoc multa Matthiol. apud Dioscor. lib. 3. cap. 78. Vide LASER.

B E M

BEMARCHIVS {Βημάρχιος} Ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes. Author Suidas.

BEMBINADIA, Plinio lib. 4. cap. 6, nomen quo regio Nemeæa vocitata est. Hoc autem in loco contendit Hermolaus, Bembinadia, nō Bembina legendum. Cuius verba hæc sunt, Legendum est Bembinadia. Fuit enim vicus Nemeææ Bembina, vnde Nemeæus leo à poetis Bābinites dictus. Sed & in Plautino Milite, vbi dicitur, Bombamatides elutum instar, cogitent legentes an emendandum sit, Bembinatidis beluæ instar, hoc est, Nemeæi leonis instar.

B E N

BEN. M. B. Bene meritò, vel Bene merenti.

BENACVS, pen. prod. {Βήνακος} Lacus est Venetiæ, è quo fluuius nascitur Mincius, vt ait Seruius in hunc Virgilij locum, 10. Æneidos,

Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.

Idem 2. Georgic. Vbi idem Seruius, Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui, tempestates efficit marinas. Vide Strabonem libro 4. & Plinium libro 9. cap. 22.

BENDIS, vt scribit Hesychius, lingua Thracum Diana appellatur, vnde & Bendidia eius feriæ Athenis vocabantur. Nam eius sacra è Thracia ascita Athenienses receperant, illisque feriis disseruit in Pireo de optimo Reipublicæ statu Socrates, vt à Platone refertur. Liuius, Romanorum, inquit, primum agmen extra saltum circa templum Bendidium. Ex Turnebo.

Bendidia {Βενδίδεια} Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem sumpsere. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

BENE, es {Βήνη Stephano} Oppidum Cretæ sub Gortyne sita, cuius incolæ dicuntur Benæi.

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, Vide Bene in BONVS.

BENEVENTVM {Βενεουεντόν, Strab. Βενεβεντὸς Steph.} Oppidum est Samnitum in Italia, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 11. Antea Maleuentum vocabatur. Hæc vrbs à Diomede condita fertur: apud quam XXX. millia Samnitum cæsa fuerūt. Sulpitio & Petilio COSS. Horat. 1. Serm. sat. 5, Tendimus hinc rectà Beneuētum. Festus, Beneuentum, Campaniæ vrbs, quum eò Colonia deduceretur, boni ominis gratia vocari cœptum. nam antea Maleuentum nuncupabatur.

Beneuolens, Benignus, Vide Bene in BONVS.

Benna {Βέννα} Lingua Gallica genus vehiculi appellatur: vnde vocantur combennones, in eadem benna sedentes. Hæc Festus. Cato cap. 23. Bennæ emantur: oleæ caducæ saliantur.

Beo, beas, beare, Vide BEATVS.

B E R

BERBESVLA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Gaditano. Author Plin. lib. 3. cap. 1.

BERCORCATES, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, apud Plinium libro 4. cap. 19.

BERECYNTHVS {Βερέκυνθος} Mons Phrygiæ est, & nomen oppidi, in quo mater deûm Cybele priscorum ritu colebatur: vnde Berecynthia dicta est. Plin. lib. 16.

Berecynthius {Βερεκύνθιος} Adiectiuum. vt, Cornu Berecynthium, Horat. 1. Carm. 18. Id est quo excitantur ad furorem Cybeles Berecynthiæ sacerdotes.

Tibia Berecynthia. Horatius 3. Carm. ode 19, Hoc est Phrygia, & quæ in sacris Berecynthiæ Cybeles adhibebatur. Vel fortè Buxea. In Berecynthio enim tractu plurima est buxus. testis Plinius libro 16. cap. 16.

¶ Berecyntia (inquit Seruius) Mater deûm, dicta à monte Phrygiæ Berecynto, cuius vltima syllaba caret aspiratione: quā addimus quoties mōtem Deli Cynthum dicimus. Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam ecce, Ripæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus quum Riphæos montes Scythiæ significamus. Hæc Seruius apud Virgilium lib. 9. Æneidos,

Ipsa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum
Vocibus his affata Iouem.

Quicquid tamen dicat Seruius, video ab omnibus aspirari Berecynthus & Berecynthia.

Mater Berecynthia. Virg. 6. Æneid.
Genitrix. Virgil. 9. Æneid.

BERENICE, Berenices, pen. prod. vel Beronice {Βερενίκη} vxor Ptolemæi Lagi, mater Philadelphi, rara mulier forma, & viro dilectissima: de qua apud Theocritum. ¶ Berenice item altera, Philadelphi filia, quę deinde Ptolemæo Euergeti fratri nupsit: cuius crines in cælum relati putantur persuasione Cononis mathematici. De quibus elegiam cōposuit Callimachus, conuersam deinde à Catullo.

Alia præterea fuit Berenice Herodis Ascalonitæ filia, quæ nupsit etiam Agrippæ fratri. Strabo sic ait, Cæsar Augustus magno honore prosequutus est Herodis liberos, similiter sororem Salomen, eiúsque filiam Berenicen. ¶ Alia item ex eadem progenie Berenice fuit, quæ Salomes Herodis sororis filia fuit, nupsit Aristobulo Herodis eiusdē filio, quem pater postea interfecit. Author Iosephus. ¶ Berenice quoque quam Græci Pherenicem appellant, fama celeberrima, & filia, & mater, & soror Olympionicarum fuit, vt ait Plin. lib. 7. cap. 40. Pausanias quoque hanc dicit cognominatam Callipatram, ac habitu virū dissimulātem ludis interfuisse: vbi Pisithodum filium coronatum vidit: cognitámque, ac quæstione habita, quòd ad ludos mulieribus interdictos venisset, meritis suorum absolutam fuisse. Author Ælianus de varia historia. Valer. item lib. 8. cap. vlt. Berenicæ (inquit) contigit, quod nulli alij mulieri, vt Gymnico spectaculo interesse contigerit. Ex Volaterrano. Quintil. lib. 4. cap. 1, Et ego pro regina Beronice apud ipsam, causam dixi.

Berenices crines, septem sunt stellæ ad Leonis caudam veluti in triangulo collocatæ. Vide Sipontinum.

Bereniceus, pen. prod. {Βερενίκειος} adiectiuum. Catullus epigram. 61, E Bereniceo vertice cæsariem. Vide totum hoc Catulli carmen.

BERENICE, siue Beronice: vel Berenicis, huius Berenicidis {Βερενίκη, Βερονίκη, Βερενικίς} Ciuitas est Africæ, prope Syrtes, iuxta lacum Tritonidem, vnde vadosa vocatur Silio lib. 3. Plin. lib. 5. cap. 5, Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Græciæ fabulis, &c. ¶ Vrbs item Berenice est ad sinum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso solstitij die hora sexta vmbras penitus absumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29. ¶ Alteram cognomento Panchryson: & item aliam Epidiren dictam, enumerat idem Plin. loco iā citato. ¶ Duæ præterea eiusdem nominis vrbes recensentur à Steph. quarū alteram in Cilicia collocat, alterā Chium olim vocatā afferit.

BERENICIDAE {Βερενικίδαι} Ptolemaicæ tribus populi, apud Athenienses. Stephan.

BERENICIS, idis {Βερενικίς} Tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicem vrbem. Lucan. lib. 9,

-nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes.

BERGIDVM {Βέργιδον} Vrbs Hispaniæ Ptolemæo. vulgò *Vrgel*.

BERGION, & Albion, gigantes, filij fuere Neptuni ab Hercule interfecti, vt scribit Pompon. Mela lib. 2. Vide suprà ALBION.

BERGOMVM {Βέργομον} Oppidum Italiæ transpadanæ, quæ regio est vndecima. & Bergomates, eius oppidi incolæ, vt scribit Plin. lib. 3. cap. 13. vulgò *Bergomo*.

BERILLVS, Vide BERYLLVS.

BERMIVS, Mons est Thessaliæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 8.

BERNABA {Βέρναβα} apud Ptolem. lib. 2. cap. 6, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum. vulgò *Benauar*.

Bero, beronis, Saccus, quasi pero à pera dictus. qua dictione sunt qui putent vsum fuisse Alfenum in l. In naue. D. Locat. vbi alij legunt cētonibus, alij peronibus. Vide priores Budæi annotationes. Plin. lib. 36. cap. 14. de templo Ephesiæ Dianæ, Id consequutus est architectus ille beronibus arena plenis. In emendatioribus codicibus legitur peronibus.

BEROA {Βέροια} Oppidum in Thessalia. Cic. in Pisonem, Qui quum concursum plorantium ac tempestatem querelarum ferre nō posses, in oppidum demum Beroam perfugisti. Fortasse legendum Berœa. ¶ Est etiam in caua Syria huius nominis oppidum, in quo Bassianus Rhetor natus traditur. à quo dicti sunt Beroenses, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 23.

BEROE, pen. corr. {Βερόη} Semeles matris Bacchi nutrix, teste Ouid. lib. Metam. 3, Ipsaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Beroe coniunx Dorycli apud Virg. 5. Æneid.
Beroe, nympha Penei, filia Oceani, soror Clius. Virg. 4. Georg.

BEROEA {Βέροια} Oppidum est Antiochiæ ad orientē adiacens, Dionysio tyranno Heraclionis filio olim subiectū. Author Strabo lib. 16.

BERONICE. Vide BERENICE.

BEROSVS {Βήρωσος} Chaldæus in Astrologia clarus, cui ob diuinas prædictiones, Athenienses in gymnasio statuam inaurata lingua statuerunt, vti Plin. refert lib. 7. cap. 37.

¶ Berosus, Collis est Taurorum, tres habēs fontes, sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103.

BERRHESA {Βερρήσα} Oppidum Æthiopiæ, Plin. lib. 6. cap. 29.

BERSABE, es, Vrbs Iudææ, quæ puteum iuramēti significat: quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, mactatis septem ouibus in fœdus mutuò iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis, possessa à populo Iudæorum, postquam reuersus est ex Ægypto, & tenditur vsque ad Dan, spatio in longum CLX. mill. sicut scribit Hieronym. ad Dardanum.

BERSANE, es {Βαρσάνη} Vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Author est Diodorus.

Beryllus, m. & f. g. {Βήρυλλος} Lapis pallidus transparens. Plin. lib. 37. cap. 5, Eandem multis naturam, aut certè similem habere berylli videntur, in India originem habentes, rarò alibi reperti. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatissimi sunt ex iis qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulò pallidiores. sed in aureum colorē exeunte fulgore. Iuuen. sat. 5.

BERYLLVS {Βήρυλλος} Bostrenæ vrbis Arabiæ præsul fuit, qui quū plura rectè pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quamobrem conuocata præsulum non paucorum synodo, maximè adnitente Origene, ad sanitatem reductus est. Vide Volaterr. lib. 6.

BERYTOS {Βήρυτος} post Sidonem est, ciuitas Phœniciæ clarissima, haud procul ab Lyci amnis ostiis, quam hodie *Barutum* vocant, omnium eius littoris nundinario mercimonio clarissima, teste Vadiano. Felix Iulia Plinio, Seb. Munstero annotatore. Eustath. vt à Volaterr. lib. 6. citatur, etymi hanc rationē assignat, quòd *Berū* ex authoritate Helladij lingua Phœnicū Robur significat, quasi vrbs in loco inexpugnabili ac robusto sita. Theod. & Valen. AA. metropolitano nomine ac dignitate Berytum exornarūt. l. vnic. de metrop. Beryt. lib. 11. C. Vocatur ab Vlpiano colonia Berytensis, in l. 1. D. de censib. & Augustana Colonia, quòd Augustus multis beneficiis eam ornauerit.

B E S

Bes, siue bessis, huius bessis, m.g. {διμοίριον} Vnciæ octo: ab asse. Festus, Bes appellatus est, quòd bis triens sit: quamuis dura compositio fiat bessis ex triente. Bessis, vnciæ octo: triens, quatuor. Hactenus Festus. Cic. ad Attic. lib. 4. Fœnus ex triente Id. Quint. factum erat bessibus. Plin. lib. 18. cap. 11, Græci in binos semodios farinæ, satis esse besses fermenti constituere. Vnde opinor Venetos traxisse nomen suæ monetæ, quam vocant *Vmbezo*.

¶ Bes in dimẽsione agrorum quid significet vide Columellam lib. 5. cap. 1, vbi docet Bessem esse octo partes iugeri in duodecim partes æquales diuisi.

¶ Bes, Octo cyathorum mensura. Martial. lib. 11,

Quincunces & sex cyathos bessemque bibamus,
Caius vt fiat Iulius & Proculus. Vide Sextarius Roman. in SEX.

¶ Besses vsuræ, Iurisconsultis dicũtur, quum acceptis centum, post annum octo præstantur: aut menstrui denarij singuli, si sors 150 sit. Bessium vsurarum mentio fit in l. Eos qui per exceptionem. §. super vsurarum. C. de vsuris.

Bessalis & hoc bessale, Adiectiuum, pen. prod. {διμοιριαῖος} vt, Bessales laterculi, Vitruu. lib. 5. cap. 10, Supráq; laterculis bessalibus pilæ struantur, ita dispositæ, vt bipedales tegulæ possint suprà esse collocatæ. Idem lib. 7. cap. 4. bessales dixit laterculos, qui octo pollicum longitudinem habent. Budæus lib. 1. de Asse.

BESA, simplici s {Βῆσα} Fons est Thessaliæ, inter Ossam & Olympum, iuxta Cycesium oppidum, de quo Strabo lib. 8. ¶ Est & Besa tribus nomen in agro Attico, cuius meminit idem Strabo lib. 9.

BESARO, Hispaniæ Bæticæ ciuitas est, intérque stipendiarias numeratur à Plin. lib. 3 cap. 1.

BESBICVS {Βέσβικος Stephano} Insula est exigua Propontidis, XVIII. M. passuum circuitu, è regione ostij Rhyndaci fluuij. Vide Plin. lib. 6. cap. vltim.

BESSA, geminato ss {Βῆσσα Stephano} Campus est Locridis, dẽsis arbustis refertus, vnde & nomen accepit. βῆσσαι enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strab. lib. 9. ¶ Est & Bessa, eiusdem regionis oppidum, apud Stephanum.

BESSARA {Βήσσαρα} Ciuitas est Assyriæ apud Ptolem. lib. 6 cap. 1.

BESSI {Βῆσσοι} Populi sunt Thraciæ ad Strymonem, magna ex parte Hæmum incolentes montem, latrociniis insignes, vt ait Strabo lib. 7. Cic. in Pisonem, Tibi magna præsidia & auxilia à Bessis, peditum equitúmque polliceretur.

Bessi immanes. Valer. Flacc. lib. 2. Argonaut.
Bessus pallens. Claudian. Paneg. 8.

Bessicus {Βησσικός} Adiectiuum, pen. corr. vt, Bessica gens. Cic. in Pisonem, Idémque tu Rabocentum Bessicæ gentis principem, quum de trecentis talentis regi Cotto vendidisses, securi percussisti.

BESSIPPO {Βαισίππω Ptolemæo} Hispaniæ Bæticæ portus est, & oppidum, non procul à Mellaria vrbe, patria Pomponij Melæ, vt ipse testatur Geographiæ suæ lib. 2.

BESSYGA, pen. corr. {Βησσύγα, τά} Emporium in India, vbi & amnis Bessygas: vnde Bessygitæ, populi qui humana carne vescuntur. Steph.

Bestia, bestiæ {θηρίον} crudelitatem exprimit. Belua magnitudinem & quasi monstrositatem.

Bestias accipere debemus ex feritate magis, quàm ex animalis genere. Vlp. in l. 1. §. bestias. D. de postulando.

¶ Bestiæ, à Cicerone etiam pisces & volucres dicuntur, 5. Tuscul. Nanque alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit: alias volucres cælo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes.

Incerta bestia. Vide INCERTVS.

Mansuetæ bestiæ. In MANSVETVS.

Mutæ bestiæ penè loquuntur magistra ac duce natura. Cicero 2. de Finib.

Laniari à bestia, & Venabulo bestiam transuerberare. Cic. Mario, 7. 1, Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillus à valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transuerberatur?

Ad bestias damnari dicebantur, qui in hoc damnabantur, vt bestiis subiicerentur. l. 6. D. ad l. Iul. pecul. l. 8. in fin. D. de testam. & apud Tertull. lib. 1. ad Scapul. & Gell. lib. 5. cap. 14. Hoc autem supplicium Prudentius sic explicat,

Sanguinis humani spectacula publicus edit
Consessus, legésque iubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum discerpta cruentis
Morsibus oblectent hilaram de funere plebem.

Inde Ad bestias dari, in l. 12. D. de pœn. & Ad bestias pronuntiari, apud Tertull. in lib. De resurrectio. carnis. Cæterùm qui bestiis obiiciebantur, ad stipitem alligabantur, vt ex Vopisco in Aurelian. liquet.

Mittere ad bestias. Cic. in Pisonem, Quid quòd populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos sociósque misisti?

Bestiola. penul. corr. diminutiuum {θηρίδιον} Plin. lib. 11. cap. 6, Apes alueum illinunt amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates. Sic Varro lib. 1. cap. 12.

Bestiarius {θηριομάχος} Bestiarij dicebãtur, qui ludis publicis in amphitheatro cum bestiis depugnabant, vt cum tauris & leonibus. Cic. pro Sextio, Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti bestiarij.

Bestiarius, adiectiuum. vt, Ludus bestiarius. Seneca epist. 71, vocat spectaculum in quo bestiarij cum bestiis pugnabant.

BESTIA, nomẽ Romani ciuis, prænomine Lucius, inter coniuratos recensetur à Sallustio. Præturam petens repulsam tulit, & paulo pòst ambitus damnatus est. Author est Cic. Philipp. 11.

B E T

Beta, betæ {τεῦτλον} Herba quæ in hortis seritur. Plin. lib. 19. cap. 8, Beta hortensiorum leuissima est. Eius quoque à colore duo genera Græci faciunt, nigrum & candidum (quod præferunt) parcissimi seminis, appellántque Siculum, candoris sanè discrimine præferentes & lactucæ. Nostri betæ genera faciunt Vernum & Autumnale, à temporibus satiuis, quanquam & Iunio seritur. Transferuntur autem in planta quoque, & oblini fimo radices suas, locúmque similiter madidum amant. Plaut. Pseud. 13. Martial. lib. 13,

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ:
O quàm sæpe petet vina, pipérque coquus! Fatuas betas dixit, quia sunt insipidæ: vnde prouerbium, Beta insipidior.

Plebeia. Pers. sat. 3.

¶ Betæ quoque à Diogene appellabantur molles & cinædi: vnde etiam Betizare dixit Augustus pro languere & effœminari. Vide Cælium lib. 15. cap. 11.

Betaceus, Scribit in cap. de diminutiuis Priscianus, quædam esse diminutiua, quæ genere discrepant à sua origine. vt beta, inquit, malua. hic betaceus, maluaceus. Mirum mihi videbatur (ait Turnebus) hęc in substãtiuis numerari diminutionis, quum adiectionis nomina videantur. Sed Betaceus absolutè dicitur, quũ pes intelligatur: ita tacito substantiuo in substantiuum migrat, qnúmque paruulas betas significet, in diminutionum nominibus censetur. Pedum betaceorum mentio est apud Varronem de Re rustica, & de Ling. Latina: sed & apud Apitium de betaceis Varronis mentio est in cibis qui ex oleribus parantur.

BETA {Βῆτα} Ciuitas est in sinu Æthiopici, Arabiæ latere, de qua Plin. lib. 6. cap. 29.

BETARMONES {Βηταρμόνες} Ab Homero Corybantes vocantur Odyss. 8. vt etiam Strabo notauit.

BETASI {Βήτασοι} Populi Galliæ Belgicæ, quorum meminit Plin. libro 4. cap. 17.

BETHACARVM, Vicus inter Hierosolymam & Thecuam, in monte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa.

BETHANIA {Βηθανία} Villa secundo milliario ab Hierusalem in latere montis Oliueti, Marthæ ac Mariæ memoria insignis. ¶ Est & altera Bethania trans Iordanem, vbi Ioannes quondam baptizabat. Volaterranus.

BETHEL {Βαιθήλ} Vrbs Samariæ, quam Gebusæi condiderunt, quæ prius vocabatur Lusa.

BETHLEEM {Βηθλεέμ} Nomen ciuitatis Dauid, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Christi Seruatoris nostri natalibus insignis. Nunc viculus esse dicitur qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac ciuitate ortus, atque ibidem in regẽ vnctus est Dauid. Ibi Rachel occubuit, & sepulcrum Iesse patris Dauid ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem milliario positus, contra meridiem, in itinere quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pauit, loco Bethleem nomen imposuit, quod Domus panis interpretatur, propter eum panem qui ibi de cælo descendit. Stephano Βηθλεέμ appellatur neutro genere, & plurali numero. Hinc Bethleemitæ pen. prod. dicti sunt eius incolæ.

BETHOLENE, Vna est ex decem Iudeæ toparchiis, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 14.

BETHSAIDA {Βηθσαϊδά} Galilææ ciuitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad lacum Tiberiadis sita.

BETHSAMES {Βηθσαμές} Nomen vrbis Galilææ, vbi Dominus perhibetur multa signa fecisse, à qua Bethsamitæ populi.

BETHSVRA, & Bethsuræ, tantùm plurali num. pen. prod. Munitum fuit Iudæorum præsidium, de quo multa lib. 2. Machabæorum.

BETICA, BETIS, BETICVS, BETICOLA. Vide BAETICA, & BAETIS.

Betizare, pro languere vsurpauit Augustus, teste Suetonio in vita Octauij Cæsaris: quo & prouerbialiter vti licebit in insulsos & insipidos. Catullus,

Languidior tenera cui pendens Sicula beta, &c. Vide BETA.

Beto, betis {εἶμι} betere, Verbum obsoletum, prò Ire. Varro de lingua Lat. Mulierem, quòd parere ea nõ poterat, foras betere iussit. Plaut. Curcul. 3, Si illam ad me betet?

Betonica, pen. corr. {κέστρον} Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis Serratula: teste Plin. lib. 25. cap. 8. vbi in emendatioribus codicibus legitur Vetonica. Vide Ruell. lib. 3. cap. 76.

Betulla {σημύδα} Arbor est virgis aptissima, cortice cãdidissimo, quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt: & ex ea faces conficiebant qui Magistratibus solebant præferri. Huius meminit Plinius lib. 25. cap. 8.

Betuli, Gemmæ sunt è genere Cerauniarum, nigræ, rotundæque, quibus vrbes expugnari, & classes, ex Sotaco refert Plin. lib. 37. cap. 9.

BETVLO {Βαιτούλων} Hispaniæ oppidum, & Betulo fluuius, cuius irrigatione ager Barcinonensis lætissimus est. Author Pompon. lib. 2. in descriptione Hispaniæ. Oppidum hodie vulgò *Beson* dicitur.

BETVRIA {Βαιτουρία} Regio est Hispaniæ. Plin. Quæ autem regio à Bæti ad fluuium Anam tendit, extra prædicta, Beturia appellatur, in duas diuisa partes, totidémque gentes: Celticos, qui Lusitaniam attingũt, Hispalensis conuentus: Turdulos, qui Lusitaniam & Tarraconẽsem accolunt, iura Cordubam petunt. Hæc ille lib. 3. cap. 1.

B E Z

Bezahar, Lapis est mollis, colore flauo, sapore nullo, cuius peculiaris vis est, vt venenis omnibus aduersetur, antidotúmque sit omnium pręstantissimum, vtpote qui non modò haustus, sed etiam adligatus, ita vt nudam sinistri lateris carnem contingat, omnia superet venena. Ex Matthiol. apud Dioscor. lib. 5. cap. 73.

B I A

Biæon {βίαιον} Vini factitij genus erat, valetudinis causa excogitatum. Fiebat ex vuis ad solem siccatis, & aqua marina. Dictum est à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibebatur: siue quia violentum esset, & efficax contra morbos: siue à festinatione atque impetu. Plinius libro 14. cap. 8, Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellauerunt βίαιον, ad plurimos valetudinis vsus excogitatum. Fit autem hoc modo, Vuæ paulo antè maturitatem decerptæ siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur, dein cadis inueterantur.

BIANOR, penult. prod. huius Bianoris, pen. corr. (Βιάνωρ) cognomento Ocnus, Tyberis & Mantûs fatidicæ filius, dicitur Mantuam condidisse, vt est author Seruius. ¶Fuit item vnus ex Troianis principibus qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus est, teste Homero lib. Iliad. 11. Virg. 9. ecloga,

Hinc adeò media est nobis via, nanque sepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

BIARCEVS (Βιαρκεύς) Panos cognomen est, teste Suida, Quasi vitæ necessaria curans. Vtitur Archias in Epigram.

Biarchi (Βίαρχοι) Qui præsunt commeatibus, vitæque necessariis comparandis. Βίος enim Græcis, non modò vitam, verumetiam victum significat. Aliàs dicti Biarcei, quòd vitæ necessaria curarent. Alciat. in tit. de Agent. in rebus lib. 11. C.

BIAS, huius Biantis (Βίας) Prieneus, vnus è septem sapientibus Græciæ, fertur in causis orandis acutissimus fuisse. Quum patriam captam fugeret, nihilque, vti cæteri, exportaret, rogati causam, illud vulgatum apud Cic. in Parad. respondit, Omnia mea mecum porto.

BIATIA (Βιατία) Hispaniæ vrbs apud Ptolemæum: hodie *Baeça*.

B I B

Bibacitas. Bibaculus. Bibax. Bibosus. Bibulus. Vide BIBO.

BIBACVLVS, pen. corr. Patria Cremonensis, vt scribit Eusebius, qui inter poetas Iamborum Latinorum ponitur Quintiliano. ¶Est & Bibaculus alter, cuius meminit Cæsar in Commentariis.

BIBAGA, Insula est Indiæ, ostreis & conchylus referta, vt scribit Plinius lib. 6. cap. 21.

BIBASIS (Βίβασις) Laconica quædam saltatio erat, cui & brauia proposita erant, non iuuenibus modò, sed & virginibus. Saltare autem oportebat, pedibusque nates contingere, saltusque numerabantur, vnde vni harum inscriptio erat, Mille saltantes gressus. Ex Polluc. lib. 4. cap. 14. Meminit & Rhodig. lib. 5. cap. 4.

Bibesia, æ, Vocabulum est a Plauto confictum, pro nimia bibendi auiditate, quemadmodum & Peredium idem dixit, pro fame & voracitate. Festus.

BIBLIA, siue (vt alij volunt) Bilia, vxor Duellij Romani qui primus Romæ ex nauali certamine triumphauit: quæ tantæ pudicitiæ fuit, vt illo seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum est, quòd quum Duellio in iurgio quodam oris grauedolentia obiecta esset, eòque nomine illa à viro accusaretur, quod vitij eius ipsum nunquam monuisset, Bibliam respondisse, id quidem se facturã fuisse, nisi viros omnes credidisset ita olere. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinianum.

BIBLINA, æ (Βιβλίνη) Thraciæ regio, vino generoso insignis, quod Biblinum ab ea appellatur: tametsi alij à Biblia vite appellatum malint. Demus autem Delius Biblinum vinum Naxium interpretatur, eo quòd Biblus Naxi insulæ fluuius sit. Vide Stephanum, & in dictione Biblus.

BIBLIOLACHAS (Βιβλιολάχας) A Demetrio Troezenio dictus est Didymus grammaticus, quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit. Vide Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 9.

Biblion, biblij, n. g. (Βιβλίον) Volumen, libellus. In plurali, Biblia, bibliorũ. Libelli: quo nomine appellantur libri sacri per excellentiam.

Bibliopola. bibliopolæ, m. g. pen. prod. (Βιβλιοπώλης) Qui libros vendit. Martial. lib. 4.

Exigis vt donem nostros tibi Quinte libellos:
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon.

Bibliotaphi (Βιβλιοτάφοι) Ab erud tis appellantur, qui vt soli sapere videantur, librorum aliquid insignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, velut in sepulcro quodã inclusos asseruant. Ex Cæl.

Bibliotheca, pen. prod. (Βιβλιοθήκη) Festus, Bibliothecæ, & apud Græcos, & apud nos tam librorum magnus per se numerus, quam locus ipse in quo libri collocati sunt, appellantur. Cic. ad Curium, lib. 7. 29. Ab do me in bibliothecam. Idem ad Sulpitium lib. 13. Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros surripuisset, &c.

Bibliothecam, Gellius Librariam vocat.

Bibliothecam inscripsit Diodorus historiam suam, teste Plinio in Præfatione totius operis.

Supplere bibliothecam. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 20. De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici.

Assidere in bibliotheca. Cic. 2. de Diuin.

Bibliothecalis, adiect. pen. prod. vt. Bibliothecalis copia, apud Martianũ.

Biblos, fœm. num. (Βίβλος) iuncum significat, & codicem, quibus veteres in scribendo vti consueuerant. Lucan. lib. 3,

Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat.

BIBLIS, huius Biblidis, pen. corr. (Βιβλίς) Filia Mileti, nefando sui fratris Cauni amore exarsit. Quem propter hoc è patria profectum sequens, tandem contabuit, vt ait Ouid. 9. Metam. vel etiam se suspendit, vt ait idem de Arte,

Biblida quid referam, vetito quæ fratris amore
Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas? Vide BYBLIS.

BIBLVS (Βίβλος) Naxi insulæ fluuius, à quo nonnulli Biblinum vinum dictum putant. Vide supra in dictione Biblina.

Bibo, bibis, bibi, bibitum, pen. corr. (πίνω) bibere, Verbum notæ significationis. Martial. lib. 11,

Quincunces, & sex cyathos, bessémque bibamus:
Caius vt fiat Iulius, & Proculus. Quincunces, Id est quinque cyathos: Bessem, hoc est octo cyathos. Quinque enim sunt literæ in Caius, Sex in Iulius, Octo in Proculus. Solebãt autem in amicorum gratiam tot cyathos bibere, quot erant literæ in eorum nominibus.

Ab octaua bibere. Iuuen sat. 1, Exul ab octaua Marius bibit.

Ad numerum bibere. Ouid. lib. 3. Fastorum,

Sole tamen vinóque calent, annósque precantur
Quot sumant cyathos: ad numerúmque bibunt.

Inuenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
Quæ sit per calices facta Sibylla suos. Bibunt ad numerum: quia numerant quoties bibunt, vt numerum teneant. Nestoris ebibit annos, qui toties bibit, quot annos vixit Nestor, nimirum trecentos. De longa Sibyllæ vita, vide suo loco.

Aquam turbidam & inquinatam bibere. Cic. 5. Tuscul.

Sitiens bibit. Cic. 5. Tuscul.

Arte bibere. Ouid. 2. de Arte amandi.

Bibere haustibus exiguis. Ouid. 3. Fast.

Bibere Nilum à fonte. Lucan. lib. 10.

Bibuntur gratius aquæ ex ipso fonte. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5.

Ex aqua bibere. Propert. lib. 2. eleg. 27.

Ex fonte bibere. Idem lib. 4. eleg. 4.

In auro bibere, id est poculis aureis. Seneca in Thyeste, 5.

Bibere per obscœnitates. Plin. in proœm. lib. 33. In poculis libidines cælare iuuit, ac per obscœnitates bibere. Huc pertinet illud apud Iuuen. sat. 2, -vitreo bibit ille Priapo.

Pocula, id est potum bibere. Tibull. lib. 1. eleg. 5.

Gemma dixit Virg. pro Gemmeo poculo, 2. Georg.

Bibit puer lac ore tenero. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.

Vuam. Horat. 1. Carm. ode 20,

Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes vuam. Id est, vinum expressum ab vuis.

Damnose, Est vsque ad ægritudinem, aut egestatem. Horatius 2. Carm. ode 8.

More Græco. Cic. 3. Verr. Maturè veniunt. discumbitur, fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberetur. hospes hortatur: poscunt maioribus poculis: celebratur omnium sermone lætitiaque conuiuium.

Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. Tuscul. Mihi quidem in vita seruanda videtur illa lex quæ in Græcorum conuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat: aut discedat. Hactenus Cicero. Hoc adagio (inquit Erasmus) monemur vt aut tempori locoque nos accommodemus: aut ab hominum consuetudine nos subducamus.

Pagus bibit, per metonymiam dictum ab Horat. 1. epist. 19. pro eo quod est, pagani bibunt.

¶Bibere morsu dicuntur quædã aues. Plin. lib. 10. cap 46, Porphyrio solus morsu bibit. Ibidem, Bibunt aues suctu.

Bibere ab summo, Quum magna lætitia conuiuium agitabatur, lege quadam conuiuali, siquis quid peteret, id ab summo omnibus dabatur: vt ab summo ad infimum vsque vini cyathi in pocula certo numero dabantur. Plautus,

Da puere ab summo: age, tu interibi ab infimo
Da suauium: Iterum,
Standum est in lecto, siquid, de summo petas.

Bibere pro summo. Plaut. Sticho,

Nolo ego nos bibere pro summo, nulli celerimus postea. Id est, Nolo immani nos poculo & oppleto, quantúmque quis ducere potest, bibere, vt facere solent interdum qui ita prouocant & poscunt, quasi vltimum sint poturi, neque postea cadũ aperturi, sed postrema inuitatione vsuri: sic enim plerunque fit vt subitò exhauriatur totus vini cadus. Hæc Turnebus.

¶Bibere rectè dicuntur ea omnia quæ haustus habent, vt animalia & terræ. Virg. l. 3. eclog. Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt. Verùm authoritate literata etiam arida aut sicca, & quibus haustus non sit, bibere positum inuenimus. Virg. lib. 11,

Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineúmque alte bibit acta cruorem. Nonius.

Bibit aquas hortus sitiens. Ouid. l. b. 1. de Ponto, eleg. 9.

Bibunt violaria fontem irriguum. Virg. 4. Georg.

Bibit ingens arcus. Virg. 4. Georg. Irim intelligit, siue arcum cælestem, quem putat vulgus aquam è fluminibus ad se trahere.

Bibere cãdorem. Plin lib 13. cap vlt. De spongus: id est imbibere & contrahere candorem.

Lana colorem bibit. Plin. lib. 8. cap. 48.

Bibere colorem dicitur æs à Plinio lib. 34. cap. 9.

¶Amorem bibere. Virg. 1. Æneid.

Bibere nouum ignem totis ossibus. Stat. Achill. 1.

Bibere mores maternos. Claud. de Nupt. Hon. & Mariæ.

Sanguinem alicuius bibere. Cic. 11. Philipp. Quid eum non sorbere animo, quid non sorbere cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis?

¶Bibere aure, pro studiosè audire. Horat. 2. Carm. ode 13. Virgilius Haurire auribus dixit.

Suspensis auribus bibere. Vide SVSPENDO.

¶Bibere mandata, hoc est præ nimio potu obliuisci quod mandatum fuerat, ioco dixit Plautus Persa, 5.

Bibisse satyrion. Petronius. Adeò vbique omnes mihi videbantur bibisse. Bibisse satyrion, pro Ad libidinẽ esse incitatum & inflammatum dicit è vi illius herbæ. Turnebus.

¶Bibitur, pen. cor. impersonale. Cic. 2. Philipp. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Bibebatur, Passiuè. Ouid. 15. Metamorph.

Nulla aconita bibuntur fictilibus. Iuuenal. sat. 10.

Fons bibitur mihi. Ouid 4. de Ponto, eleg. 2.

Bibitur palus mista cum sale æquoreo. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.

Bibendum est. Horat. 1. Carm ode 37.

Mensura certa bibendi. Ouid. 1 de Arte amandi.

Bibendum dare aliquid alicui. Ouid. 4. Fast.

Arbitrum bibendi ab Horatio illum dici credo, qui Græcis συμποσίαρχος, id est cõpotationis & conuiuij princeps dicitur, 2 Carm ode 7, -quem Venus arbitrum Dicet bibendi?

Bibax, bibacis, pen. prod. (πινωτικός) Gell. lib. 3. cap. 12, Bibendi auidum P. Nigidius in Commentariis grammaticis bibacẽ & bibosum dicit. Bibacem ego, vt edacem, à plerisque aliis dictum lego: Bibosum, dictum etiam nusquam reperi, nisi apud Laberium. Neque aliud est quod

quod simili inclinatu dicatur. non enim simile est vt vinosus aut vitiosus, cæteráque quæ hoc modo dicũtur: quoniam à vocabulis, non à verbis inclinata sunt. Laberius in Mimo, libro 1, qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita vtitur,

Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.

Bibaculus, penult. corr. (φιλοπότης) Diminutiuum adiectiuum. vt Bibacula anus.

Bibacitas, penult. corr. (πολυποσία) Denominatiuum.

Bibo, bibonis, penult. prod. Idem quod bibax. Firmicus lib. 5. cap. 4. sub finem, Vitiosi erunt, epulones, & bibones, & qui posthabita omni rei familiaris cura, nihil aliud affectent, nisi Epicureorum more, sine laboribus, in quiete & rerum vbertate viuere.

Bibosus. Vide in BIBAX.

Bibulus (πότης) Adiectiuum, penult. corr. Qui facilè sorbet. vt Bibulus iuncus, Plin. lib. 13. cap. 11.

Potores bibuli. Horat. 1. epist. 19.
Bibulus Falerni, id est bibax Falerni. Horat. 1. epist. 19.
Alæ bibulæ. Ouid. 1. de Arte amandi, de Cupidine.
Bibula arena. Virg. 1 Georg.
Bibula charta. Plin. lib. 8. epist. 15. ad Iuniorem.
Bibula fauilla. Virg. 6 Æneid.
Lacunæ bibulæ, Quæ multum in se recipiunt aquæ. Stat. 4. Syl. 3.
Lanæ bibulæ. Ouid 6. Metam.
Bibulus lapis, pro Pumice, qui & arenarius lapis dicitur. Vide LAPIS.
Littus bibulum. Ouid. epist. 16.
Nubes bibulæ. Ouid. 14. Metam.
Bibulæ ollæ. Colum. lib. 12. cap. 43.
Papyrus bibula. Lucan. lib. 4.
Radix bibula. Ouid. 14. Metam.
Bibulæ vestes. Valer. 1. Argonaut.

BIBVLVS, cognomen fuit Calpurniorũ. Hoc cognomen gessit M. Calpurnius Bibulus, qui Cæsaris in Consulatu fuit collega, authore Cassiodoro, Dione lib. 38, & Plutarcho in Cæsare. Quum autem in hoc Cõsulatu Cæsar neglecto suo collega omnia ad suum arbitrium gereret, præbuit caussam vt Tranquillus hoc disticho in Bibulum iocaretur.

Non Bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est:
Nam Bibulo fieri Consule nil memini. Hic Bibulus bello Ciuili à Pompeio mari præfectus, multis laboribus confectus mortuus est. Dio lib. 41. Cæsar de bell. Ciuil. lib. 3.

BIBRACTE (Βίβρακτε) Heduorum oppidum in Gallia, apud Cæsarem in Commentariis. vulgò *Beaulne*.

B I C

Biceps, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis, Vide BIS.

BICIS, Palus. Nunc vulgo dicitur *La mer noire*, non procul à Mæotidibus paludibus.

Biclinium (δικλίνιον) Quintil. lib. 15. Aut ex nostro & peregrino, vt biclinium: aut contrà, vt epitogium & Anticato.

BICVRGIVM (Βικούργιον) vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Erfordia, *Erffort*.

Bicus (Βῖκος) Vas est capacius, in quod vinum infunditur. Herodotus libro primo scribit, Bicos palmeos vino plenos Babylonem apportari solitos. Huius etiam meminit Iulius Pollux in onomastico, & Cæl. Antiq. lib. 28. cap. 6.

B I D

Bidelli. Alciatus: Ego (inquit) & gymnasiorum custodes, quos vulgò Bidellos appellabamus, hoc nomine [episcopi] significari posse arbitror: idque ex Lucilij poetæ epigrammatis, quæ Mercurium gymnasiorum Episcopum dicunt. Vide Alciat. lib. 7. Peri. cap. 22.

Bidens, Bidental, Vide BIS.

BIDINI, populi sunt Siciliæ, Citariis & Caciriinis vicini, vt author est Plin. lib. 3. cap. 8.

Biduum, Vide BIS.

B I E

BIENDIVM (Βίενδιον) Citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. lib. 4. in descriptione citerioris Hispaniæ.

Biennis, Biennium, Vide BIS.

Biennius, Iouis nomen, à Bienno vrbe Cretæ, vt Stephanus tradit, quam aliqui denominatam putant à Benno, vno ex Curetis: vel ab eo quòd vis, quæ βία Græcè dicitur, facta fuerit Marti, inibi (vt ferunt) ab Otho & Ephialte Neptuni filiis.

B I F

Bifariam, Biferus, Bifidus, Biforis, Biformatus, Biformis, Bifrons, Bifurcus, Vide BIS.

Bifur, Plusquam fur, siue qui bis in furto est deprehensus.

B I G

Biga, Bigæ, Bigatus, Vide BIS.

BIGARGITANI (Βιγαργιτανοί) populi sunt Hispaniæ, in tractu Tarraconensi. Vide Plin. lib. 3 cap. 3.

Bigamus, Bigemmis, Bigener, Vide BIS.

BIGERONES, Aquitaniæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini. Berones sunt qui legant. sed corruptè.

BIGERRA (Βίγερρα) Hispaniæ ciuitas est Ptolemæo, cui vicina est Setabis vrbs, lino tenuissimo nobilitata: vnde sudaria Setaba à Catullo commemorata. Vulgò *Beiar*.

Bignæ, Geminæ dicuntur, quia bis vna die natæ sunt. Festus.

Bilugus, Bilanx, Vide BIS.

B I L

BILBILIS (Βίλβιλις) ciuitas est Hispaniæ Tarraconensis ferri gloria nobilitata, dicente Plin. lib. 34. cap. 14, Hæc alibi atque alibi vtilior, nobilitauit loca gloria ferri, sicut Bilbilin in Hispania, & Turiassonem, Comum in Italia, quum ferraria metalla in his locis non sint.

BILLÆVS (Βιλλαῖος) Fluuius est Ponti in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. lib. 6. cap. 1.

Bilbit, factum est à similitudine sonitus, qui fit in vase. Næuius, Bilbit amphora, inquit. Ex Festo.

BILIA, Mulieris nomen, insigni pudicitia. Vide BIBLIA.

Bilibris, Bilinguis, Vide BIS.

Bilis, huius bilis (χολή) dicitur à Græcis χολή. Cicero 1. Tuscul. Plaut. Amph. 17,

-vetus est adagium, Fames & mora
Bilem in nasum conciunt.

Acri bile tumet. Pers. sat. 2.
Bilis atra, dicitur melancholia. Plaut. Amph. 8. 9, Atra bili percita est. Ita quoque flaua bilis, humor cholericus dicitur. Vide ATER.
Difficilis bilis. Horat. 1. Carm. ode 13, Hoc est implacabilis, inexorabilis. Porphyr. Acron.
Libera. Horat. Epod. 11.
Mediocri bile ferre aliquid. Iuuenal. sat. 13.
Redundante bile morbi nascuntur. Cic. 4. Tuscul. Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi, ægrotationes nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio, &c.
Splendida bilis. Horatius 2. Serm. sat. 3. Id est quæ omnia in lucem profert. Vel splendida, lucida: quia nemo potest irasci ita, vt non appareat eius iracundia. Acron.
Vitrea bilis turgescit. Pers. sat. 3. Vitreã appellat, id est splendidam & claram, quæ se clarissimè è splendore prodit. Quidam tamen putant, quæ statim euanescit & frangitur, etsi emicat & splendet. Scio & apud medicos esse pituitam vitream, quam quis hic bilem à poeta vocari suspicaretur: sed id nimis longè repetitum esset.
¶ Commota bile feruere. Pers. sat. 4.
Effundere bilem. Iuuen. sat. 5.
Expellere helleboro. Horat. 2. epist. 2.
Inæstuat bilis præcordiis. Horat. Epod. 11.
Intumuit mascula bilis. Pers. sat. 5. Mascula, id est magna, valida, qualis masculo sexui conuenit.
Bilem alicui mouere. Martial. lib. 5.
Percitus atra bili. Vide paulo antè, Bilis atra.
Purgare bilem. Horat. in Arte.
Reddere. Celsus lib. 7. cap. 18, Nonnunquam stomachus quoque affectus, primùm rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram.
Substringere, Vide SVBSTRINGO.
Superans bilis. Lucret. lib. 4.
Tumet bile iecur. Horat. 1. Carm. ode 13.
Vrit bilis iecur. Horat. 1. Serm. sat. 9.

Biliosus (χολώδης) Adiectiuum, penult. prod. Cholericus. Celsus, Aut liuidum, aut biliosum. Idem, Sputum etiam biliosum aut purulẽtum.

Bilix, huius bilicis, penult. prod. Adiectiuum (δίμιτος) vt, Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in summitate haberet ad ornatum, lib. 12, -rumpítque infixa bilicem Loricam.

Billis, apud Afros appellatur semẽ humanum humi profusum. Festus.

Bilustris, Vide BIS.

B I M

BIMARCVS, Nomen Satyræ Varronis fuit, in qua fastum & arrogantiam stolidam & ineptam Romanorum incessebat, quod è Romano prænomine, quo sibi placebant, duplicato indicatur, quasi quis non semel, sed bis Marcus sit.

Bimaris, Bimater, Bimatus, Vide BIS.

Bimembris, Bimensis, Bimestris, Vide BIS.

Bimus, Vide BIS.

B I N

Biniones, Vide BIS.

Binominis, Binomius, Vide BIS.

Binus, Vide Bini in BIS.

B I O

Biocolytæ (Βιοκωλύται) Officiales quidam à vi prohibenda vocabantur, quorum mentio fit in Nouell. const. 8. & Nouell. 145.

BION (Βίων) Borysthenites, Cratetis auditor, ad Cynicam prius sectam transiit, sumpto pallio & pera: deinde ad Theodorea instituta se conuertit. Reliquit commentarios plures qui nõ extant. Apophthegmata item plura. Author Suidas.

Bioneos sermones prouerbiali figura dictos esse ab Horatio, in Chiliadibus suis annotauit Erasmus, vbi prouerbium explicat, Dente Theonino rodi. Ait enim ex Acrone, Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis lacerauerit poetas, sic, vt nec Homero parceret. Porphyrion autumat Aristophanis comici patrem fuisse. Versus apud Horatium lib. 2 Epist. 2. sunt isti,

Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.

Biothanatos (βιοθάνατος) Violenter mortuus, vt est qui ferro, vel alia vi interficitur, & non sua, id est naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit: & mors ipsa Biothanata dicitur, quæ per vim infertur, de qua intellexit Virgilius quum dixit,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem. Scribit Lampridius prædictum fuisse Heliogabalo, ipsum Biothanatum futurum. Iulius Firmicus, Si Luna (inquit) applicuerit se Saturno, deficiens lumine, faciet matres biothanatas interire. Seruius ait, biothanatorum animas non recipi in originem suam.

Biothanatus, vitæ finis. Firmic. lib. 3. cap. 15.

B I P

Bipalium, Bipalmis, Bipartio, Bipatens, Vide BIS.

BIPEDIMVI, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plinium libro 4. cap. 19.

Bipennis.Bipennifer,Vide bis.
Bipes,Bipedalis,&c.Vide bis.
Bipennella,Vide bis.

B I R

BIRACELLVM,vrbs Tuſcorum Ptolemæo,hodie Vicarellum.
Biremis,Vide bis.
BIRRVS, Veſtis erat genus quoddã apud Romanos, quod ex Martiani libro quarto probat Cœlius Martianus: Birrus & tunica nomen veſtis habent.Vide Rhodig.lib.16.cap.10.

B I S

BIS, Aduerbium numerandi, ſignificat id quod Græcis δὶς. Cicero de Amicitia,Bis vnà Conſules. Idem De oratore,tradit ex Duis per contractionem factum bis,ſicut ex Duello bellum.Duis autẽ natum eſt à vocabulo Duo.
Bis anno abſumuntur vmbræ.Plin.lib.2.cap.73.
Bis æſtas,biſque cucurrit hyems.Ouid.Epiſt.6. Id eſt duo abierũt anni.
Bis ad decies centum.Plin.lib.4.cap.12.
Bis bina.Cic.2.de Nat.deor.
Bis centum anni,Ducenti.Ouid.12.Metam.
Bis denæ naues.Virg.1.Æneid.
Bis deni anni.Martial.lib.7. Propert.2.eleg.10.
Bis die pariunt.Plin.lib.10.cap.53.
Bis mille equi,Duo millia equorum.Horat.Epod.9.
Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus empta.Martial.lib.12.
Bis quinque viri,Decemuiri.Horat.2.epiſt.1.
Bis quinos ſilet ille dies.Virg.2.Æneid.
Bis quina ſeſtertia.Martial.lib.10.
Bis quinus menſis,pro bis quintus,hoc eſt decimus.Ouid.3.Faſt.
Bis ſeni dies,Duodecim.Virg.eclog.1. Stat.12.Thebaidos,
O mihi biſſenos multùm vigilata per annos.
Biſſenus labor,Duodecim labores.Seneca in Agamem.9.
Bis ſepteni. Plin.lib.8. cap.36, Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno premuntur,vt ne vulneribus quidem excitari queant. De Vrſis loquitur.
Bis ſex locis thoraca petitum,dixit Virg.11.Æneid.
Bis decies bibis.Martialis,
Quum data ſint equiti bis quinque numiſmata,quare
Bis decies ſolus Sextiliane bibis? Turnebo videtur hoc eſſe de ſportula accipiendum, cui decem nummi erogabantur, vel centum quadrantes. Quũ igitur ſportulam decem nummûm vnam Sextilianus accepiſſet, duas bibebat tamen potor profligatiſſimus,quũ tantum vini exhauriret,quãtum duarum ſportularum pretium æquabat.
Bis ſtultè facere.Terent.Hecyra 3.2.
Bis tanto.Plaut.Merc.6.Bis tanto valeo,quàm valui prius.
Bis tantum,quantum.Virg.6.Æneidos,
-tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum,tenditque ſub vmbras,
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.
Bis ter,Id eſt ſex.Horat.Epod.4.
Bis térque Martial.lib.4.
Bis terque expertus fruſtra.Horat.in Arte poet.
Bis térve.Horat Epod.5.
Bis terni nati,Filij ſex.Silius lib.10.
¶Falli bis.Cic.8 Philip.2,In quo bis falleris:primùm quòd tuas rationes communibus anteponis:deinde,&c.
Bis grauidæ pecudes.Virg.2.Georg.
Bis improbus. Cic.7.Verr. Ita in vna ciuitate bis improbus fuiſti, quum & remiſiſti quod non oportebat,& accepiſti quod nõ licebat.
Bis perire.Plautus Trucul.3, Bis perijt amator,ab re atque animo ſimul.
¶Bis per omnes.Turnebus,Prouerbium Græcum,inquit,quod è fidium harmonia ſumptum eſt,δὶς διὰ πασῶν, Bis per omnes, vt chordas ſubaudiamus.
Biceps,huius bicipitis,penultima cor. { δικέφαλος } Adiectiuum,à bis & caput compoſitum,Quod habet duo capita. Plin.lib.10. cap.62,Serpentes coeunt complexu, adeò circunuolutæ ſibi, vt vna exiſtimari biceps poſſit. Cic.1.de Diuinat.Et ſi puella nata biceps eſſet.
Ianus biceps.Ouid.1.Faſt.
Biceps,de rebus incorporeis.vt Ciuitas biceps.Varro de Vita pop. Rom.lib.4, Iniquus equeſtri ordini iudicia tradit, ac bicipitem ciuitatem fecit diſcordiarum ciuilium fontem.Nonius.
Parnaſſus biceps.Ouid.2.Metam.Impropriè dixit,pro biiugo.
Biclinium { δίκλινον } Locus vbi duo lecti ſunt.Plautus Bacch.15.
Bicolor,penul.corr.huius bicoloris,penul.prod. { δίχροος } Adiectiuum, Duorum colorum. Plin.lib.10.cap.52, Intus omne ouum volucrum bicolor.
Myrtus bicolor.Ouid.10.Metam.
Bacca.Ouid.11.Metam.
Bicornis,& hoc bicorne { δίκερως } Quod habet duo cornua.vt Bicorne ferramentum.Colum.lib.10.cap.15. Plin.lib.11.cap.46. cui Vnicorne opponitur. Bicornes furcæ,Virgil.1.Georgicõn,
Exacuunt alij vallos,furcáſque bicornes.
Caper bicornis.Ouid.15.Metam.
Fauni.Ouid.epiſt.4.
Iugum.Stat.1.Thebaid. De Parnaſſo.
Luna.Horat.in Carmine ſecul.
Rhenus.Virg.8.Æneid.
Bicorpor,huius bicorporis,penult.corr.omnis generis {δίσωμος} Duorum corporum.Cic.2.Tuſc.Hæc bicorporem afflixit manum.
Bicorporeus,Adiectiuum.Firmicus lib. 2. cap. 12, Gemini eſt ſignum in cælo maſculinum,commune,bicorporeum. Paulo pòſt,Virgo eſt ſignum in cælo fœmininum,commune,bicorporeum.
Bicubitalis,& hoc bicubitale,penult.prod. { διπηχυαῖος } Quod duorum eſt cubitorum.vt,Bicubitalis caulis apud Plin.lib.20.cap.23.

Bidens,bidentis,f.g. { δίοδους. } Feſtus, Bidentes ſunt oues duos dentes longiores cæteris habẽtes. Virg.6.Æneid. -totidem lectas de more bidentes. Vbi Seruius,Bidentes,oues ſunt circa bimatum habentes duos dentes eminentiores,quæ erãt aptæ ſacrificiis. Nonius,Bidentes qui exiſtimant ob eam cauſam oues à Virgilio dictas, quòd duos dentes habeant,peſſimè ac vitioſè intelligunt.Nam nec duos dentes habent,& hoc quidem & genus monſtri eſt,&melius intelligi poteſt, ſi biennes dixerit authoritate Pomponij in Attelana, Mars, tibi voueo facturum,ſi vnquam redierit,bidenti verre.Laberius Paupertate, Viſus ac nocte bidentes propter viam facere.Et Nigidius Figulus dicit bidental, quòd binæ pecudes immolentur. Hactenus ex Nonio. Vide multa de hoc apud Gell.lib.16.cap.6.& Macrob.lib.6 cap.vlt.
Bidens, pro oue.Ouid.2.Faſt.
Cædes bidentium.Horat.3.Carm.ode 23.
Intonſa bidens.Virg.1.Æneid. Id eſt parua, aut (vt Seruius interpretatur) breuis.
Lanigeræ.Virg.7.Æneid.
¶Bidens, maſc.gen. { δίκελλα.} Inſtrumentum foſſorium ruſticum, quòd duos dentes habeat. Iuuen.ſat.3. Viue bidentis amans, & culti villicus horti. Colum.lib.4. cap.14. Inſequitur deinde foſſor qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga conuertat.
Durus bidens.Virg.2.Georg. Ouid.4.Faſt.
Pace,bidens vomérque vigent.Tibul.1.eleg.10.
Frangere glebam bidentibus.Virg.2.Georg.
Iactare bidentes.Virg.2.Georg.
Verſare ſolum bidente.Tibul.2.eleg.3.
Bidental { διόδευτον } dicebant antiqui quoddam templum,quòd in eo bidẽtibus hoſtias ſacrificaretur.Hæc Feſtus. Horat.in Arte poetica, -vtrum Minxerit in patrios cineres,an triſte bidental Mouerit inceſtus. Hoc loco Ianus Parrhaſius, Loca tacta fulmine,inquit, acri ſtudio procurabant maiores noſtri:ſacerdotem adhibebant,colligebántque diſperſa fulminis veſtigia, terræq; ſacris ritè peractis,conſtructa ara,cæſáque bidente,eum locum bidental appellabant:quem violare piaculum erat.
Euitandum bidental.Perſ.ſat 2.
Biduum,bidui { διήμερος } Spatium duorum dierum.Terent.4.2, -hem biduum hic
Manendum eſt ſoli ſine illa?
Illo biduo. Cic.4.Verr. Venerat ad eum illo biduo Letilius quidam,homo non alienus à literis.
Biduo menſem longiorem facere.Cic.4.Verr.
Biduum ex menſe eximere.Cic.4.Verr.
Bidui aut tridui ſolicitudo. Terent. Andr.2.6.
Bidui nauigatio.Plinius libro 6.cap.28.
Bidui aberant caſtra. Id eſt duorum dierum ſpatio. Cic.ad Attic. lib.5.14.
Biduũ continens,pro perpetuũ biduum. Suet.in Caligula,cap.19.
Per biduum.Cic.2.de Nat.deor.
Propius quàm tu biduum. Cic.Attic.lib.8. Propterea quòd neque Romæ quicquam auditur noui,nec in his locis quæ à Brunduſio abſunt,propius quàm tu biduum aut triduum.
Biennis & hoc bienne { διετής } Duorum annorum.
Bienne ſpatium.Plin.lib.2.cap.82,Vtpote quum quidam annuo & bienni ſpatio durauerint.
Biennium,biennij { διετία } Spatium duorum annorum.Cic.5.Philipp. Tribuni pleb. tulerunt de prouinciis contra acta Cæſaris, ille biennij,iſte ſexennij.
Bifariam { διχῶς } Aduerbium,In duas partes,aut duobus modis.Cic.3. Tuſc Bifariã quatuor perturbationes ęqualiter diſtributæ ſunt.Nam duę,&c. Var.2.de Re ruſt.c.4,Natura diuiſus eſt eius annus bifariã.
Bifer { δίφορος,δίκαρπος } Adiectiuum. vt, Bifera arbor, quæ bis fert fructum.Plin. lib.13.cap.22.
Biferæ ficus.Colum.lib.5.cap.10.
Biferi Pæſti roſaria,inquit Virg.4.Georgicorum,
Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem : biferíque roſaria Pæſti. quòd vno anno bis illic naſcerentur roſæ.vt docet Seruius.
Bifidus { δίχηλος } Adiect. penult. corr. Quod in duas partes fiſſum eſt. Plin.lib.11.cap.37,Lacertis bifida & piloſa lingua.
Bifidi pedes.Ouid.14.Metamorphoſeos,
Quo magis illa canit,magis hoc tellure leuati
Erigimur,ſetæque cadunt,bifidóſque relinquit Rima pedes.
Bifidum iter.Valer.1.Argonaut.
Bifidatus,Adiectiuum,penult.prod. { διχαλωτὸς } Idem.Plin.lib.13.cap.4, Folia cultrato mucrone,lateribus in ſeſe bifidatis,bellas primùm demonſtrauere gemmas. De palmis loquitur.
Biforis,& hoc bifore,pen.corr. { δίθυρος } Duplices ianuas habens.
Bifores feneſtræ.Ouid.lib.3.de Ponto.eleg.3,
Nox erat,& bifores intrabat Luna feneſtras,
Menſe ferè medio quanta nitere ſolet.
Valuæ.Ouid.2.Metam.
Biforis cantus.Virg.9.Æneidos,
-vbi aſſuetis biforem dat tibia cantum. Vbi Seru.Biforem,biſſonum,imparem.Et ſeruauit eis tibiarũ ſuarũ ordinem. Tibiæ aut Serranæ dicũtur,quę ſunt pares,& æquales habent cauernas.Aut Phrygiæ,quæ & impares ſunt, & inæquales habent cauernas. Ergo biforem,diſſimilem,diſſonũ.non enim ſunt pari modulatione cõpoſitæ.
Biformatus,adiect.pen.prod. { διμορφωτὸς } Cic.2.Tuſculanarum, -non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo.
Biformis, & hoc biforme { δίμορφος } Quod duas formas habet. Columella lib.10.
Inter laſciuos Satyros,Panáſque biformes. Quo loco quidam legunt bicornes.
Biformis natura Centaurorum.Claud.in Ruff.1.
Ianus.Ouid.5.Faſt.

Monſtrum

Monstrum.Ouid.8.Metam.de Minotauro loquitur.
Populus biformis,Centauri.Ouid.2.Amorum,eleg.12.

Bifrons { διμέτωπος } adiectiuum, Quod geminam frontem ac faciem habet. Virg.12 Æneidos,
Latonæque genus duplex,Ianúmque bifrontem.

Bifurcus, adiectiuum { δίχηλος } Geminas furcas habens. vt, Bifurcum ferramentum,Colum.lib.3.cap.18. Bifurci ramusculi,Idem lib.5.c.11.

Biga, bigæ : & Bigæ, bigarum { συνωρίς,ζεῦγος } Currus duorum equorum iugo actus. Virg.5.Æneidos,
Et nox atra polū bigis subuecta tenebat. Budæus,Bigæ,trigæ,quadrigæ ad curule certamen & sacra certamina pertinebant. His enim verbis non tam vehiculum,quàm equi biiuges,triiuges,quadriiuges significantur.
Bigæ anhelantes.Stat. Thebaid.lib.6.
Citæ bigæ.Catul.epigram.51.
Cornutæ.Varro Sesquiulysse,Dū in agro studiosius ruror, aspicio Triptolemum sculpineatum bigas sequi cornutas. Bigas cornutas hic intelligit Turnebus ioculariter dici boues duos aratores, quos ad aratrum iunxerat Triptolemus , qui frumenti sementē mortales edocuit.
Lunares,Quibus Luna vehitur.Stat.12.Thebaid.
Nocturnæ,Lunæ.Seneca in Hippol.3.
Olorina,Veneris.Stat.3 Sylu.4.
Rorifera,Auroræ.Stat.lib.1.Thebaid.
Roseæ bigæ,Auroræ.Virg.7.Æneid.de Aurora.
Bigæ soporiferæ,Dianæ. Valer.2.Argonaut.
¶Agitare bigas.Lucan lib.1.
Raptari bigis.Virg.2.Æneid.
Remeant bigæ.Seneca in Agamem 9.

Bigatus, penult.prod.Adiectiuum.vt, Argentum bigatum, quod bigas impressas habet. Et Plin.lib.33.cap.3,Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ:& inde bigati,quadrigatíque dicti. Bigati, Substantiuum : nisi subaudiri contendas substantiuum , nummi. Liu.3. belli Pun.Lætóque iuueni promissis,equum eximium dono dat,bigatósq; quingentos Quæstorem numerare iubet.

Bigamus,penult.corr. { δίγαμος } Qui duxit duas vxores.Inde Bigamia, ipsa conditio.Sipontinus.

Bigemmis { δίοφθος } Vitis quæ habet duas gemmas.Colum.lib.5.cap.5, Pro materiis longioribus pollices quaternùm aut quinùm gemmarum relinquuntur:pro custodibus autem bigemmes reseces fiunt.

Bigener, penult.corr. { διγενής } Festus, Bigenera animalia dicuntur ex diuerso genere nata,vt leopardalis ex leone & panthera,ciccur sus ex apro & scropha domestica,mulus ex equa & asino. Varro lib. 2. de Re rust.cap.8,Nam muli & hinni bigeneres atque insitij,non suopte genere ab radicibus. ex equa enim & asino fit mulus:contrà ex equo & asina hinnus.

Biiugus,biiugi { δίζυγος } & Biiugis & hoc biiuge,huius biiugis, Adiectiua , penult.correp. Biiuges equi dicuntur, quòd bini ad vnum iugum alligati sint. Mart.lib.1. Gestatus biiugis regulus esset equis.
Albi biiugi.Virg.10.Æneid.de Leucago.
Biiuges fasces.Claud.Paneg.lib.5.
Leones biiugi.Lucret.lib.2.De curru Cybeles.
Lynces.Ouid.4.Metam.Hi trahunt currum Bacchi.
Serpentes.Valer.Argonaut.lib.7.
Temo.Stat.2.Thebaid.
Certamen.Virg.5.Æneid.
Biiugi,interdum substantiuè pro ipsis curribus capiuntur.Virg.10. Æneidos, Desilit Turnus biiugis, pedes apparat ire Comminus.

Bilanx,bilancis,f.g. { ζυγός } Instrumentum quo res cum lancibus ponderantur. Libra alio nomine dicitur.Perottus.

Bilibris & hoc bilibre,Adiectiuum,penult.corr. { δίλιτρος } Duarum librarum. Martial.lib.11, Nunc vt emam grandem lupum, mulctumve bilibrem. Plin. lib.18.cap.11,Ex aqua hordeóque bilibres offæ.

Bilibra,bilibræ,penult.corr. { δίλιτρον } Duarum librarum pondus.Liu. 4.ab Vrbe,Sp. Melium, cui tribunatus plebis magis optandus quàm sperandus fuerit frumentarium diuitem, bilibra farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse. Legitur & Bilibre.

Bilinguis & hoc bilingue{ δίγλωσσος }.Festus,Bilingues Brutaces Ennius dixit,quòd Brutij & Oscè & Græcè loqui soliti sint. Sunt autē Italiæ populi vicini Lucanis.
¶Bilinguis,Fallax.Virg.1.Æneidos,
Quippe domū timet ambiguam,Tyriósq; bilingues. Vbi Seruius, Bilingues,fallaces.nec enim ad linguam retulit,sed ad mentem.
Animi bilingues.Firmic.lib.1.cap.1, Nec Aphrodi malitiosa commenta,& bilingues animos,salutare Iouis sydus impediet.
Bilingues insidiæ.Claud.de bello Gildonico.
Bilinguis Canusinus,Qui callet duas linguas.Hor.lib.1.Ser.sat.10,
Quum Pedius causas exudet Publicola,atque
Coruinus,patriis intermiscere petita
Verba foris malis,Canusini more bilinguis? Canusinum ideo bilinguem vocat,quia & Græci & Latini apud Canusium vrbem Italiæ non procul à mari sitam, & à Diomede conditam habitant,vtroque sermone vtentes,Latino & Græco.Ex Acrone. Curtius libro 7.de Branchidis,Mores patrij nondum exoleuerant : sed iam bilingues erant,paulatim à domestico externóque sermone degeneres.

Bilustris & bilustre { διπενταετής } vt, Bellum bilustre , quod duo lustra, id est decem annos durauit. Ouid.2.Amorum,eleg.12.

Bimaris,& bimare,adiectiuum,penult.corr. { διθάλασσος } Quod est inter duo maria.vt,Corinthus bimaris.Horat.1.Carm.ode 7.
Isthmus bimaris.Ouid.6.Metam.

Bimater,penult.prod. { διμήτωρ } Qui duas habet matres. Sic Ouidius Bacchum vocat,quoniam ille bis natus dicebatur,primò quidem ex Semele.Sed quum partus ille crudus & præmaturus esset, Iupiter assutum femori suo,& ad iustum puerperij tempus conseruatum, rursum edidit. Ouid.4.Metamorphoseos,
Ignigenámque,satúmque iterum,solúmque bimatrem.

Bimatus,huius bimatus,m.g.pen.prod. { διετία } Spatiū siue ætas duorū annorum. Varr.2.de Re rust.5,Castrare non oportet ante bimatum. Plin.lib.9.c.30,Neque his bimatu lōgior vita. De loligine loquitur.

Bimembris & bimembre { διμελής } Quod gemina habet membra.vt, Forma bimembris.Ouid.epist.9,
Et malè consistum pedibus,formáque bimembri.

Bimembres , substantiuè { διμελεῖς } pro Centauris. Stat. 12. Thebaid. Ossæi bello cecidere Bimembres.Ossæi,Ossam incolentes montem. Virg.8.Æneid. de Centauro Ixione,
-tu Nubigenas inuicte Bimembres,&c.

Bimensis, huius bimensis, Tempus duorum mensium { δίμηνος } Liuius Dec.5. lib.5, Et ad opera quæ locassent probanda , anni & bimensis tempus prorogaretur.

Bimestris,& bimestre,Idem{ διμηνιαῖος } vt,Bimestre stipendium.Liu.9. ab Vrbe. Plin.lib.18.cap.7,Est & bimestre frumentum.
Consulatus bimestris. Plancus Cic.10. 24, Quæ mens eum , aut quorum consilia à tanta gloria,sibi verò etiam necessaria ac salutari auocarit,& ad cogitationem Consulatus bimestris summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerit , exputare non possum.

Bimus, adiectiuum { διετής } Duorum annorum. vt, Bimæ nuces,Cat. cap.17. Varro 2.de Re rust. cap.5, Habeo tauros totidem quot Atticus,ad matrices LXX.duo,vnum anniculum,alterum bimum.
Bima dies, Tempus biennij. Valla lib.4.cap.80.
Merum bimum.Horat.1.Carm.ode 19.
Anniculum, bimū,trimum. Plin.lib.18.c.24,Semē optimum anniculum,bimum deterius,trimum pessimum,vltrà sterile.
Bima sententia.Cic.ad Appium,lib.3.8, De hac quóque sententia bima decedat. Id est, qua censuit vt per duos annos remanerem in prouincia.
Legio bima.Plancus Ciceroni,10.24,In castris Bruti vna veterana legio:altera bima:octo,tyronum.

Bimulus,adiectiuum,penult.corr. { διετίσκος } Idem.Tranquillus, Quo tempore prope bimulus,deductus ab vrbe sit.Catul.epigr.17,
-nec sapit pueri instar Bimuli.

Binio , binionis , Aureus maioris formæ , duplicisque æstimationis. Egesippus libro 5. excidij Hierosolymitani , Egesserant aliqui biniones aureos,quos absorbuerant quū adornarent fugā. Sic formas binarias in Alexandro dixit Lampridius. In lexico quoque S.Germani inuenio biniones δυάρια καὶ ἑπτάρια explicari.Turnebus.

Binomius { διώνυμος } Cui geminum nomen:vt Numa Pompilius,Tullus Hostilius.Festus.

Binominis,& hoc binomine,pen.cor. { διώνυμος } Idem.Ouid. 14. Met. Inde sub Ascanij ditione binominis,Alba
Résque Latina fuit. Hic Ascanius,vocabatur & Iulus.
Irus binominis.Ouid.in Ibin. Nam ante Arneus dictus.
Ister binominis. Ouidius 1.de Ponto, elegia 9. Dicitur enim & Danubius.

Bini,binæ,bina { δισσοί } Adiect. numerale distributiuum, Idem significat quod Duo.Sisenna lib. 3, Ad binū millū numero,saucius vtrinque factus.Hęc Nonius. Plin.lib.12,Ergo in vtraque gente bina laudani genera,terrenum & factitium. Idem lib.7.cap.16,Bini cubiti.
Bini , significat Singulis duo. vt, Creabantur olim bini Consules. Id est,per singulos annos duo.Ex Valla lib.3. Terent.Phorm.5.3, -nam ex his prædiis talenta argenti bina Statim capiebat.
Binis annis conuertuntur.Plin. lib.2.cap.8.
Terna,bina,singula verba.Cic.3.de Orat.
Bini acres legimus apud Lucretium lib.4,
Illis quæ reddunt speculorum ex æquore visum, Aeribus binis.
Amicas binas habere.Ouid.2.de Remedio amoris.
Aures binæ.Virg.1.Georg.
Capita bina boum.Virg.5.Æneid.
Inter bina castra cum Vectio collocutus est.Cic.12.Philipp.
Censores binos in singulas ciuitates describebat.Cic.4.Verr.
Centesimis binis fœnerari.Cic.5.Verr.
Corpus binum.Lucret.lib.5,
Sed neque Centauri fuerant,neque tempore in vllo
Esse queunt duplici natura,& corpore bino.
Damna.Ouid 3.Trist eleg.8.
Facies.Virg.4.Georg.
Fœtus binos alit vbere.Virg.3.Georg.
Freta bina.Ouid.6.Fastorum,
Est spatio coniuncta breui,freta bina repellit,
Vnáque pulsatur terra duabus aquis.
Binos gladiatores singulis patribus familiarium distribuit. Cicero Attico,lib.7.
Honor binus.Ouid.4.de Ponto,eleg.9. Sic vocat duplicem Consulatum.
Iuga.Ouid.12.Metamorphoseos,
Codice qui misso,quem vix iuga bina mouerent
Iuncta, Phonolenidem à summo vertice fregit.
Binas à te accepi literas.Cic. Attico,lib.6.
Ludi bini. Cic.4. Verr. Hoc si Romæ fieri posset , certè aliqua ratione expugnasset iste vt dies XLV. inter binos ludos tollerentur,per quos solos iudicium fieri posset.
Lumina bina lucernarum.Lucret.lib.4.
Bini oratores vix singulis ætatibus constiterunt.Cic.in Bruto.
Bina paria.Iabolenus in l.Qui concubinam.D.de leg.3. Qui quatuor pocula oleagina habebat,ita legauit:Pocula oleagina duo paria. Respondi, vnum par legatum esse : quia non ita esset, Bina paria:neque ita, Poculorum paria duo.
Bina sponsalia constituere,est vnam duobus spōdere. vt vtriusque sit vxor, & sic,quod vulgò dici solet, vna filia duos generos facere.L. Quid ergo si nō.§. Si quis alieno nomine. D.de his qui notāt.infam.
Supellex bina.Lucret.lib.4.
Per binos tabellarios misi Romam literas.Cic. Att.lib.6.

Binis tabellariis & tibi & Octauiano scripsi. Pollio Cicer. lib. 10. 33.
Bina die siccant ouis vbera. Virg. 2. ecloga.
In bina fundere Lucret. lib. 1.
¶Bini, nonnunquã rem indicat Veneream. Cic. ad Pætum lib. 9. epist. 22, Quum loquimur terni: nihil flagitij dicimus. At quum bini, obscœnum est. Siquidem βινεῖν apud Græcos coire significat. Hinc clarissimè apparet inter β Græcum & b Latinum, nullum olim fuisse discrimen in pronuntiando, quale nũc est, vt quidem vulgò pronuntiatur. Notabis præterea in illo altero bini Ciceronis, esse acutum in priore: in altero verò esse circunflexum in posteriore, binî.

Bipalmis, & hoc bipalme {[illegible]} Duorum palmorum. Varro 3. de Re rustica, cap. 7, Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus sub ordines singulos tabulæ fixæ, vt sint bipalmes, quo vtantur vestibulo, ac prodeant.

Bipalium, bipalij {[illegible]} Instrumentum ad fodiendum. Plinius lib. 16. cap. 36, Bipalio subacto prius solo. Liu. 3. ab Vrbe, Fossam fodiens bipalio innixus. Colum. lib. 3. cap. 5. & Cato cap. 6. & cap. 45.

Bipartior, siue bipertior, bipertiris, bipertiri, penult. prod. {[illegible]} In duas partes diuido. Columel. lib. 11. cap. 2. XI. Cal. Maias Ver bipartitur, pluuia, & nonnunquam grando.

Bipartito {[illegible]} siue Bipertito, Aduerbium, penult. prod. Cic. 2. de Inuent. Id fit bipartitò. Id est duobus modis. Cæsar 1 bel. Gall. Romani conuersa signa bipertitò intulerunt. Hoc est duobus locis.

Bipatens. Adiectiuum, penult. corr. {[illegible]} vt. Bipatentes portæ, pro Geminis Virgil. 2. Æneidos, -portis alij bipatentibus adsunt. Idem etiam Bipatentia tecta dixit, pro Aperta, statim in principio lib. 10, Considunt tectis bipatentibus. Vbi Seruius ait sermonem esse Ennianum tractum ab ostiis quæ ab vtraque parte aperiuntur. Bipatentibus: Apertis.

Bipedalis, & bipedale, penult. prod. {[illegible]} Quod habet longitudinem duorum pedum. Cæsar 4. bel. Gall. Insuper bipedalibus trabibus immissis.
Bipedalis latitudo. Colum. lib. 8. cap. 3.
Bipedali hiatu aperiri. Plin. lib. 16. cap. 12.
¶Bipepalis moduli homines, pro tenuibus & humilis fortunæ homunculis dixit Horatius, teste Erasmo, lib. 2. Serm. Sat. 3.

Bipedanus, adiectiuum, penult. prod. {[illegible]} Idem. Colum. lib. 2. cap. 2, Frumentis autem sat erit, si æquè bona suberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abundè est.

Bipedaneus {[illegible]} aliud Adiectiuum idem significans: vt, Bipedanea altitudo. Columel. lib. 4. cap. 1, Quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam, quam &c.
Latitudo bipedanea. Colum. lib. 11. cap. 2.
Pastinatus bipedaneus. Plin. lib. 17. cap. 20.

Bipennis, huius bipennis, fœm. gen. {[illegible]} Securis quæ vtrinque aciem habet: à pinna deriuatum nomen, quod acutum veteres dicebant. Plin. lib. 8 cap. 8, Ita pendens alterum poplitem dextra cædit: ac præacuta bipenni hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis neruos ferit. Virg. 2. Æneid. Correpta dura bipenni.
Duræ bipennes. Horat. 4 Carm. ode 4.
Cælata argento. Virg. 5 Æneid.
Crebris bipennibus instant. Virg. 2. Æneid.
Perrumpit limina bipenni. Virg. 2. Æneid. De Pyrrho.
Sæuam inhibere bipennem Ouid. 8 Metam.
Tonsa bipennibus ilex. Horat. 4. Carm. ode 4.
Valida bipennis. Virg. 11. Æneid.

Bipennis, & hoc bipenne {[illegible]} Quod duabus pennis volat. Plinius libro 11. capite 28, Nullum, cui telum in ore, pluribus quàm binis aduolat pennis. Illis enim vltionis causa datum est, his auiditatis. Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ. Nullum cui aculeus in aluo, bipenne est. Quibusdam pennarum tutelæ crusta superuenit, vt scarabeis.

Bipennifer {[illegible]} Adiectiuum, penult. corr. Bipennem ferens. Ouid. 8. Metam.
Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas.

Bipes, bipedis, penult. prod. {[illegible]} Adiectiuum, Quod habet duos pedes. Cic. pro Domo sua. Hoc ministro omnium non bipedum solùm, sed etiam quadrupedum impurissimo.
Equos bipedes vocat Virgilius equos Protei, quoniã priore tãtùm corporis parte equos, posteriore pisces referebant. Virg. 4. Georg.
Regulus omnium bipedum nequissimus. Plin. Iunior lib. 1. epist. 5. ad Voconium.
Bipennelia, Herba hortensis, dicta quòd in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat. hanc corrupto vocabulo quidam pinpinellam vocant.
¶Bipinna apud Martialẽ ex sentẽtia Turnebi vocatur pars ea qua viri sunt, malè crassa, quę duarum pennarum tubos vel cannas duplicis pennæ amplitudine, id est crassitudine non superet. Locus Martialis est, Drauci nata sui vocat bipinnam. Alij legunt Pipinnam, & à pipillando ducunt: alij Vepenem, & paruum intelligunt penem. Vtram mauis, sequere.

Biremis, huius biremis, f. g. penult. prod. {[illegible]} Nauis quæ duplici remorum ordine agitur. Cicero 7. Verr. Ne hæc biremis ascriberetur. Virg. lib. 1 Æneidos, -siquem
Iactatum bello videat, Phrygiásque biremes.
Leues biremes. Liu. 4. belli Pun. Nuntiantes Philippum primum Apolloniam tentasse: leuibus biremibus CXX, flumine aduerso subuectum. Leues biremes ex Appiano Baysius eas interpretatur, quæ & Liburnicæ dicuntur. Nos vulgò *Galeras* vocamus.
Fert me biremis. Horat. 3. Carm. ode 29.
Parua biremis. Lucan. lib. 10.
Remigio biremes aptare. Virg. 8. Æneid.

Bisellium {[illegible]} Sella in qua duo tantùm sedere possunt. Ex Varrone lib. 4. de Lingua Latina.

Biseta, Porca dicitur: à cuius ceruice setæ bifariam diuiduntur, quum iam esse incipit maior sex mensium. Festus.

Bissextus, siue bisextus {[illegible]} Alciatus, Habuere veteres Romani institutum à Romulo annum X. mensium, qui erat dierum CCCIIII. incipiebátque Martio mense. quæ ratio quum neque Solis, neque Lunæ cursui conueniret, Numa duos menses addidit, Ianuarium & Februarium: atque ita dies distribuit, vt omnino CCCLV. essent. Sed quia hæc quoque constitutio non quadrabat, necessariò Intercalaris mensis constitutus est, id est mensis interpositicius, arbitratu pontificum, qui alternis annis nunc XXII. dies, nunc XXIII. intercalabant. Is mensis addititius erat, & prope finẽ Februarij, quia is vltimus anni inserebatur. Sed hunc quoque modum cursui Solis non conuenire, quum C. Iul. Cæsar animaduertisset, decem dies addidit, intercalariúmque mensem sustulit. Et quoniam Solis cursus annuus quadrantem quoque, id est sex horas, occupat, singulis quibusque quadriẽniis diem inseruit, qui bissextus dicitur. Intercalatur enim, id est vocato populo inseritur is dies post eum qui sextus Calendarum Martij est: & duo loco vnius habentur. Hactenus Alciatus. Celsus in l. 98. D. de Verb. sig. Quũ bissextus in Calendis est, nihil refert, priore an posteriore die quis natus sit: & deinceps sexto Calendas eius natalis dies est. Nam id biduum pro vno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior. Ideo quo anno intercalatum nõ est, sexto Calendas natus: quum bissextus Calendis est, priorem diem natalem habet.
Bissextus dicitur, quod bis sexto Calendas dicamus. Sipontinus.

Bisulcus, adiectiuum {[illegible]} Vngulas non solidas, sed scissas habens. Plin. lib. 10. cap. 1, Vngulæ iis ceruinis similes, quibus dimicant bisulcæ, comprehendendis lapidibus vtiles. De struthiocamelis. Idem lib. eodem. cap. 73.
Bisulca cauda. Scissa in duas partes. Plin. lib. 9. cap. 29.
Lingua bisulca. Ouid. 9. Metam. 13. De Acheloo in anguẽ mutato.
Bisulcus pes. Ouid. 7. Metam. De tauris qui vellus aureum cum dracone custodiebant.
Bisulci surculi arborum. Colum. de arboribus, cap. 26.

Bisultor {[illegible]} Mars dictus fuit, à bis vlciscendo, cui hoc nomine templum consecrauit Augustus. Primo quòd adiutus ab ipso fuerat quum Iulium Cæsarem à coniuratis interfectum vlcisceretur. Deinde quòd signa Romana à Parthis erepta victor eiusdem beneficio recepisset, Crassique manes vltus esset. Hanc historiam enarrat Ouid. 5. Fast. & in hos versus desinit,
Rite deo templúmque datum, noménque Bisultor,
Emeritus voti debita soluit honor.

Biuium {[illegible]} Quod duas vias habet. Virg. 9. Æneid.
-locum insidiis conspeximus ipsi:
Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Biuius, adiectiuum {[illegible]} vt, Biuiæ fauces. Virgil. 11. Æneidos, Vt biuias armato obsidam milite fauces. Id est quę ad duo loca ducunt.
¶Biuius agrorũ cultus, per metaphorã. Varro 1. de Re rust. cap. 18.

BISALTAE {[illegible]} Macedoniæ gens libera, intra Strymonẽ & Edonicum sinum, vt scribit Plin. lib. 4. cap. 10. Stephanus Bisanthem vocat, coloniámque eam Gręcã à Samiis deductam. Virg. 3. Georg. de morbis ouium,
Profuit incensos æstus auertere, & inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam:
Bisaltæ quo more solent, acérq; Gelonus
Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretũ cũ sanguine potat equino. Vbi Seruius, Bisaltæ populi Scytharũ, qui fugientes, equorũ sanguine alũtur lacte permisto.

Bisaltica regio {[illegible]} Tacitus lib. 5, Trans Strymonem autem vergentia ad occasum, Bisalticam omnem cum Heraclea quam Sinticen appellant.

BISALTIS, aut Bisalpis (vtrunque enim inuenio) {[illegible]} nomen est puellæ cuiusdam, quam Neptunus in arietem conuersus compressit, authore Ouidio 6. Metamorphoseos, -tu visus Enipeus
Gignis & Aloidas, aries Bisaltida fallis. Bocatius lib. 11. cap. 11. vbi de Iarba rege loquitur, natũ illum ait, teste Paulo Perusino, ex filia Bisalpis regis, quã Iupiter in forma arietis vitiauerit. Si huius igitur sententiæ stabimus, Bisalpis nõ propriũ erit puellæ, sed patronymicum.

BISANTHE, es {[illegible] Stephano} oppidum est Thraciæ, non procul à Melane fluuio, eóque oppido cui μακρὸν τεῖχος, id est Longus murus, nomen est. Vide Plin. lib 4. cap. 1.

BISARGIS {[illegible]} oppidum Hispaniæ, in tractu Tarraconensi, cuius meminit Ptolemæus lib. 7. cap. 6.

Bisellium, Biseta, Vide BIS.

Bislingua {[illegible]} (sic enim Hetrusci vocant, alij verò Bonifaciam) herba est folia habens rusci tenuis figura, & spinosam comam, & in summo ceu linguas è foliis exeuntes. Nascitur frequentissima in Liguriæ Alpibus. Vide Matthiol. apud Dioscorid. lib. 4. cap. 127.

Bison, bisontis, m. g. {[illegible]} Animal est è boum syluestrium genere, cerui figura, media fronte inter aures vnum cornu habens excelsius, magísq; directum iis, quæ nota sunt, cornibus. Ab eius summo sicut palmæ rami latè diffunduntur. Eadem est fœminæ, marísque natura, vtrique sunt iubæ, eadem vtrique est forma, magnitudóq; cornuum. Hæc Sipontinus. Martial. lib. 1,
Turpes esseda quod trahunt bisontes. Vide Plin. lib. 8. cap. 15.
Villosi bisontes. Seneca, in Hippol. 1. Mart. lib. 1. de Carpophoro,
Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos,
Illi cessit atrox bubalus, atque bison.

Bispellio, onis, penultima producta {[illegible]} Idem est qui Vérsipellis: Id est veterator, planus. Marcell. l. 72. §. 4. D. de Solut. Num ergo etsi bispellionem, aut aliàs turpem dederit hominem, idem sit? Vlpian. l. 31. D. de euictione. Si ita quis stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, bispellionem non esse, &c. inutilis stipulatio quibusdam videtur. Vbi tamen Vispellionẽ errore in Florentinis libris peruulgato legitur. Item & apud Metian. in l. 7. D. ad Senat. C. Trebell. Quid enim si morbo applicitus Alexãdriã iussus fuit adire, vel nomẽ Vispellionis testatoris ferre? Bispellionis enim legendũ vtrobique censemus: quo nomine hominem duarum pelliũ significari constat.

Eius

Bius autem appellationis origo in Arcadarū fabula posita est, quam Plin. exponit, Certos homines stagnum quoddam transmissos in lupos transfigurari tradunt, & post annos nouem in eo habitu confectos, idem stagnum remeantes, pristinum habitum recipere, vnde Versipelles dicti, & apud Fabium, eandem recipere vestem. Ad hanc fabulam allusit sine dubio Persius satyr.5.his versibus,

Sin tu quum fueris nostræ paulo ante farinæ
Pelliculam veterem retines,& fronte politus,
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem,
Quæ dederas suprà repeto, funémque reduco. Bispellionem igitur seruum eundem dici puto, qui & Versipellis, id est perfidiosum, fallacem, fraudulentum. Alij tamen aliter legunt, quod doctiorum iudicio relinquo.

Bissextus, Vide BIS.

BISTON, Bistonis {Βίστων} Martis & Callirrhoës filius, qui Bistoniam Thraciæ vrbem condidit. vnde omnes Thraces, Bistonios dixere poetæ: ipsámque Thraciam, Bistoniam, aut terram Bistonis.

Bistonis, pen.cor. {Βιστωνὶς} Steph. Ciuitas & stagnum in Thracia, Abderæ vrbi propinquum, à Bistone (vt dictum est) conditum.
Bistonis ora. Ouid.in epist.
Bistonis terra. Ouid.2.de Pont.eleg.9.

Bistones, Bistonum, pen.corr. {Βίστωνες} Populi sunt in Thracia teste Plinio, lib.4.cap.11. Valerius Flaccus 1. Argonautico,
Bistonas ad meritos quum cornua sæua Thyoneus Torsit. Ideo hoc dicit Valerius, quòd Lycurgus Thracum rex Liberum contemnens, vites amputaturus, sibi crura secuit, vt ait Seruius in illud 4. Æneidos,
-acri quondam regnata Lycurgo,&c.
Vltimi Bistones, id est vltimi Thraciæ populi. Seneca in Hercule OEtheo,8.

Bistonius, adiectiuum {Βιστόνιος} Thrax Ouid.13.Metamorphoseos,
Est vbi Troia fuit, Phrygiæ contermina tellus,
Bistoniis habitata viris.
Niues Bistoniæ. Stat.11. Thebaid.

Bistorta, herba est rumicis foliis, leuibus, supernè rubescentibus, & à terra quadantenus cæsiis. Radicem verò habet crassam, serpentis iacentis modo contractam, intortámque, (vnde & nomen habet) colore rubro, non (vt Plinius inquit) nigro. Sunt qui eandem esse cum Britannica contendant. Vide apud Matthiol.in Dioscor.lib.4.cap.2.

Bisulcus, **Bisultor**. Vide BIS.

BISVRGIS, Straboni lib.7, Germaniæ est fluuius, sexcentis à Rheno stadiis distans. Pomponius Visurgim appellat lib.3. Hodie dicitur vernacula Germanorum lingua, *die Weser*.

B I T

BITHIA {Βιθία} Pharaonis filia, quæ Mosem adoptauit.

BITHON {Βίτων} Viri nomen proprium, qui tanta corporis fortitudine excelluit, vt, Pausania teste, taurum humeris gestaret: qua admiratione, statua apud Argos dignus est habitus. Vide Cæl. Rhodig.lib.11. cap.13.

BITHVS, thi, Nomen gladiatoris. Vide BACCHIVS.
Bithus contra Bacchiū. Hoc prouerbio non intempestiuiter vtemur, quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita vt neuter alteri velit concedere. Erasm.

BITHYAE {Βιθυαί} Fœminæ quædā vocantur in Scythia, quæ pupillas binas in oculis singulis habeant. Inest autem his vis ea naturalis, vt visu effascinent, interimántque quos diutius intueantur, iratis præsertim oculis. Hæc ex Plin.lib.7.cap.2.
¶ Bithyæ, Populi sunt Thraciæ, apud Stephanum, quorum author fuit Bithys, Martis & Seæ sororis Rhesi filius.

Bithymum, pen.corr. {Βίθυμον} Mel dicitur, quod ex vtriusque thymi floribus collectum est. Duo enim sunt thymi genera, candidum & nigrum. Hoc genus mellis album non fit, sed est oculis & vlceribus aptissimum Plin.lib.11.cap.16.

BITHYNIA {Βιθυνία} Regio minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (vt Solinus & Seruius scribunt) primùm Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. Hæc etiam, authore Eusebio, Pontus est dicta. In Bithynia Libyssa est, vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transiisse ex Europa, à quibus Bithyni dicuntur, & Bithynia. Claud. lib. 2. in Eutropium,
Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur.

Bithynicus, a, um {Βιθυνικός} Quod est ex Bithynia. Hinc Pompeius dictus est Bithynicus, quòd deuicta Bithynia ex ea supellectilem regis Nicomedis deportarit, vt author est Festus.

Bithyni, orum, populi qui incolunt Bithyniam: de quorum origine vide Strabonem libro 12. Herodot. lib. 7. & Dionysium Afrum de situ orbis.

Bithynus, pen.prod. {Βιθυνός} aliud adiect. Iuuenalis sat.7,
Quanquam & Cappadoces faciant equitésque Bithyni.
Negotia Bithyna. Horat.1.epist.6.
Carina Bithyna. Horat.1.Carm.ode 35.

BITIAS {Βιτίας} Fuit vnus ex Carthaginensium principibus. Seruius in illud Virgil.1. Æneidos,
Tum Bitiæ dedit increpitans, &c. ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. ¶ Meminit etiam Bitiæ cuiusdam Virgil.lib.9, qui frater Pandari fuit, ex Alcanore Troiano, & Hiera, qui cum Ænea post Troiæ excidium in Italiam venerūt, & quum, apertis etiam portis, ausi essent Rutulos absente Ænea lacessere, ab iisdem sunt trucidati.

Bitienses, dicuntur qui peregrinantur assiduè. Festus.

BITON. Vide infra in dictione CLEOBIS.

Bitumen, pen.prod. bituminis, n.g. {ἄσφαλτος} Genus cretæ, quod si quando accenditur, extingui non potest: & illa, natura est sulfuris. Plin.lib.35.cap.15, Fulmina & fulgura quoque sulfuris odorem habēt, ac lux ipsa eorum sulfurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra. limus è Iudææ lacu, vt diximus, emergens: terra in Syria circa Sydonem oppidum maritimum. Spissantur hæc vtraque, & in densitatem coeunt. Est verò liquidum bitumen, sicut Zacynthium, & quod à Babylone inuehitur. Gignitur & pingue liquoris que oleacei in Sicilia, Agragantino fonte inficiens riuum. Incolæ id arundinum panniculis colligunt, citissimè sic adhærescens. Vtuntur eo ad lucernarum lumina olei vice. Paulo pòst, Calcis quoque vsum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Ibidem plura. Virgil.8.ecloga, -& fragiles incende bitumine lauros. Vbi Seruius, Incende bitumine lauros, id est lauros diuino igne consume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Vnde iuxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat: adeò vt inde fabricasse muros Semiramis dicatur.
Flagrat bitumen ignibus. Horat.epod.5.
Fumans bitumen. Ouid.14.Metam.
Nigrum. Virg.3.Georg.
Pingue. Valer.lib.3. Argonaut.
Tenax. Ouid.9.Metam.
Tetro odore. Lucret.lib.6.
Incendunt bitumine venas. Ouid.14.Metam.

Bituminatus, pen.prod. {ἀσφαλτωθείς} Participium sine verbo.
Aqua bituminata, Cui est admistum bitumen: vel quæ per venas terræ bituminosas transit. Plin.lib.31.cap.6.

Bitumineus, adiectiuum {ἀσφάλτινος} vt, Bitumineæ vires. Ouid.15. Metamorphoseos,
Siue bitumineæ rapiunt incendia vires.

BITVRGIA {Βιτουργία} vrbs Tuscorum Ptolemæo teste. hodie *Borgo di san sepolcro*.

BITVRIX, pen.corr. Biturigis {Βιτοῦριξ} Bituriges, Galliæ Aquitanicæ populi liberi, vt scribit Plin.li.4.ca.19. Hi vno die viginti vrbes incenderunt, vt Cæsarem commeatu & pabulatione prohiberent. Horum oppidum Auaricum, cuius Cæsar in Commentariis meminit. Vulgò hodie *Bourges en Berri*. Lucan.lib.1.

B I V

Biuira {δίανδρος} Nonius, Biuiras quas vsus viduas appellat. Varro Lege Mænia, Ad biuiram venio.

Biuium, Vide BIS.

BIVMBRES {ἀμφίσκιοι} Populi sunt quicunque intra tropicos Cancri habitant ad meridiem. Quandoque enim incidentes habent vmbras, quum à meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subiaces planum: quandoque autem in aduersum, quum sol in aduersum consistit. Verba sunt interpretis Strabonis lib 2.

BIZEN, Ciuitas Thraciæ, Stephan. Plin.lib.4.cap.11. Biziam vocauit: Bizia (inquit) arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inuisa hirundinibus.

BIZON {Βίζων} Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidem situm, magna ex parte terræmotibus haustum. Plin.lib.4.cap. 11.& Strabo 7.

B L A

BLABERVRA {Βλαβέρουρα} Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Pyrenæis montibus, cuius meminit Stephanus in voce Ἰβηρία.

Blaceolus. Vide BACILVS.

Blacterare {βληχᾶσθαι} vocem esse arietis, ait ille quicunque est author carminis quod inter Ouidij opera legitur inscriptum de Philomela,
Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.

Bladum, pro frumēto, inter ea vocabula quæ vsu quodā, sed nimium quàm corrupto, ex Italica lingua sunt desumpta, habentúrque vulgò pro Latinis: vt Allodium, pro hæreditate, aut possessionibus: Appretiari, pro æstimare: Mediare, pro componere: Appropriare, pro vendicare: Campus, pro exercitu: Liga, pro fœdere: Partialitas, pro factione & studio partium, & cætera id genus, quorum aliquot apud interpretes iuris reperiuntur, purè loquuturo omnino vitanda. Monuit id eruditissimus Insulanus.

BLAENA, vox trisyllaba, Ponti regio satis ferax, per quam Amnias flumen illabitur. Hoc in loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præsens, sed per imperatores: vnde ille cum paucis domum fugiens seruatus est, & inde in Italiam nauigauit. Verba sunt Strabonis lib.12.

Blæsus {τραυλός, βλαισός} adiectiuum, Qui lingua impeditus est. Mart. lib.10, Os blæsum tibi, debilísque lingua est. Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt: blæsósque appellant quibus membrum aliquod solutum est, quos & paralyticos appellamus, & generaliter eos omnes quibus aliquod est membrum quod actiones suas commode obire nō possit, quódve situ aut figura sit deforme, quales sunt qui crura habent in diuersa acta, quos Latini valgios & varios appellant. Vide Cæl.lib.8.cap.1.& Budæum in Annot.in Pandect.
Lingua blæsa. Ouid.3.de Arte amandi.
Sonus blæsus. Ouid.2.Amor.eleg.6.

BLAESVS, cognomē fuit Semproniorum à vitio linguæ impositum, quemadmodum & Balbus. Meminit cuiusdā Blæsi Stat.2. Syluarum,
Nouerat effigiem, generosíque ardua Blæsi Ora puer, &c.

BLANDA, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul à Bato flumine, & Parthenio portu. Plin.lib.3.cap 5. ¶ Est & Blanda, siue Blande, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta Larnum flumen. Vulgò *Blanes*, teste Oliuario in Melam.

BLANDE, Fluuius est Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta oppidum sui nominis. Author Plin.lib.3.cap.3.

BLANDENONA, Locus non longè à Placentia. Cic. ad Q. frat.

Blandior, blandiris {ἀποσαίνω, κολακεύω} blandiri, pen.prod. Propriè ad tactum pertinet: per abusionem autem nonnunquam ad alios sensus transfertur: vt ait Valla lib.5. Cic.de Amic. Qui etiam aduersando sæpe assentetur, & litigare se simulans blandiatur. De adulatore loquitur. Ouid.1.Amorum, eleg.6,
-tibi blandior vni.
Blandimur quoquo modo, dum placere studemus magis quàm vera dicere. quanquam & facto blandimur: veluti qui pinxerat Vene-

rem deformem, dicitur blanditus Mineruæ. Dicimur & blandiri vitiis nostris, dum ea excusamus aut attenuamus. Blandimur calamitatibus, dum eas eleuamus. Erasmus.

Blandiri etiam dicuntur animalia. Plin. de Panthera, lib. 8. cap. 17, Feram verò circunuolutari non dubiè blandientem, sese confl ctantem mœrore.

Fortuna fallaci blandita vultu. Seneca in Octau. 7.

Precibus alicui blandiri. Ouid. 2. de Arte.

Audacter b'andiri. Ouid. epist. 20.

Auribus alicuius blandiri. Vide AVRIS.

Mirificè blandiri. Cic. ad Q. frat. 2. 14.

Suauiter. Cic. 4. Acad.

Subdolé. Plaut. Trinum. 5.

Suppliciter. Cic. 1. de Orat.

¶ Blandiri, de inanimatis dictum. Quintil. lib. 4. cap. 2, Quædã partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt.

Vmbra blanditur Populus. Ouidius 10. Metamorph. De Populo arbore.

¶ Blandiendo dulce nutriuit malum. Seneca in Hippol. 2.

Blanditus, pen. prod. {[illegible]} Participium.

Blandita peregrinatio, Plin. lib. 10. cap. 23. Blanditus tepor, Idem lib. 9. cap. 10.

Blanditus, huius blanditus, pen. prod. {[illegible]} Verbale, pro blanditiis. Lucret. lib. 2,

Vt res per Veneris blanditum secla propagent.

Blandus, adiectiuum {[illegible]} Placidus & comis in sermone, & hilaris. Terent. Hecyra 5. 4, Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quisquam blandior.

Blanda legentibus. Plinius in præfatione naturalis historiæ.

Precatu blandus. Stat. 11. Thebaid. Id est in precando.

Precum blandus. Stat. 2. Achil.

Largè blandus. Vide LARGIOR.

Minus blandus. Cic. Att. lib. 12, Vnum te puto minus blandum esse, quàm me.

Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. de Amicit. Secerni autem blandus amicus à verò, & internosci tam potest adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris.

Blandus filius & gratiosus. Cic. 2. Verr.

¶ Blanda aspiramina. Valer. lib. 6. Argonaut.

Alea blanda. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.

Amator blandus. Proper. 2. eleg 3.

Amor. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop.

Patriæ blandus amor. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.

Anni blandi. Propert. 4. eleg. 1, Militiam Veneris blandis patiere sub annis. Credo ætatem iuuenilem intelligi. Potest & blandis quasi fortunatis & felicibus accipi, sed vix hoc ferent sequentia.

Aquarum blandarum temperies. Ouid. 4. Metam.

Arte blanda pectora subit Venus. Ouid. 1. de Arte.

Canes blandi. Virg. 3. Georg.

Carmina blandissima. Ouid. epist. 21.

Clamor. Ouid. 3. Fastorum,

Et quasi sentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua suos.

Lunæ color. Plin. lib. 2. cap. 18.

Columba. Ouid. 2. Amorum, eleg. 6.

Doctores. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Dol. Seneca in Octauia, 4.

Fluctus. Claud. Paneg.

Frigus. Claud. in epith. Palladi & Serenæ.

Gaudia. Virg. 5. Æneid.

Iason. Stat. Thebaid. lib. 5.

Ignes. Valer. lib. 4. Argonaut. Id est amores.

Blandæ superûm mortalibus iræ. Stat. 10. Thebaid.

Labor. Virgil. 3. Georg.

Lacertis blandis tenere colla alicuius. Ouid. 2. Metam.

Laudes. Virg. 3. Georg.

Leones. Claud. lib. 1. de Raptu Proserp.

Lingua. Valer. lib. 8. Argonaut.

Linguæ blandæ mendacia. Ouid. epist. 21.

Liquor blandus amaracini. Lucret. lib. 2.

Littora blandissima. Stat. 3. Sylu. 5.

Manu blanda seducere aliquem, id est seorsum ducere. Ouid. 2. Metamorph.

Meretrix. Ouid. 1. Amorum, eleg. vlt.

Modi blandi, Iucundi cantus. epist. 1. illarum quæ Ouidianis respondent.

Obsequium. Senec. in Octau. 3.

Blanda oratione falli. Cic. 7. Philipp.

Blandum os. Valer. lib. 8. Argonaut.

Os blandum, pro sermone blando. Ouid. 5. Trist. eleg. 1.

Otia. Claud. lib. 1. Paneg.

Pestis blanda, luxuria. Seneca in Octau. 7.

Pocula. Valer. lib. 2. Argonaut.

Prece blanda aliquem ducere. Horat. in Arte.

Catulorum blanda propago. Lucret. lib 4.

Puella. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2.

Puer. Ouid. 1. de Remed. amoris. Sic Cupidinem vocat.

Querelæ. Tibull. 3. eleg. 4.

Quies. Stat. lib. 2. Sylu. 2.

Sedulitas. Ouid. 2. de Arte.

Sermo. Cicero 2. Offic. Militésque blando appellando sermone deliniant.

Sinu blando fouens nepotem. Seneca in Troade 2. de Priamo.

Soles. Ouid. 1. Fast. de tempore Veris.

Sonis blandis precari. Ouid 1. de Remed. amoris.

Blandior succus. Plin. lib. 12. cap. 1.

Tabellas blandas vocat Ouid. quibus verba ad amicam scripta mittebantur, lib. 14. Metam.

Thura. Tibull. lib. 3. eleg. 3.

Venenum blandum desidiæ. Silius lib. 3.

Verba. Ouid. 1 de Arte.

Voluptas. Lucret. lib. 4. Ouid. 2. de Arte.

Blanda lassorum vox, submissa & quieta, molliórque. Lucret. lib. 6.

Voces. Virg. 1. Æneid.

¶ Blandior hæret parentibus. Valerius lib. 7. Argonaut.

Solito blandiorem esse. Ouid. 2. de Arte.

Blandiculus, & Blandicellus, diminutiua sunt à Blãdus, sicut ab eo quod est Mollis, fit Molliculus & Mollicellus. Nam Blandicus & Mollicus (à quibus nonnulli hæc trahi voluerũt) Latinæ linguæ periti nõ agnoscunt. Inde Blandicella verba apud Festum.

Blandè, aduerbium {[illegible]} vt, Blandè alloqui. Terent. Phorm. 2. 1. Item Blandè compellare. Plaut. Pœn. 9.

Blandè amare. Cic. ad Att. lib. 16.

Blandè appellare. Plaut. Trucul. 5. Cic. pro Cluentio, Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus vt blandissimè potest.

Blandè ac benignè hospitio accipere. Liu. 1. ab Vrbe.

Terram blandè colere. Lucret. lib. 5.

Blandè dicere. Terent. Adelph. 5. 4.

Blandè palpari. Plaut. Amph. 6.

Blandè & cõcinnè rogare. Cic. pro Q. Roscio, Hũc posteaquã salutauit, rogare cœpit blandè & cõcinnè scilicet, mẽ vt re mea causa, &c.

Tentare aliquem blandè. Ouid. 1. de Arte.

¶ Blandius, Comparatiuus. Horat. 1. Carm. ode 24. Cic. 1. de Orat. Id erat petere blandius.

Blanditer, pen. corr. Aliud aduerbium {[illegible]} Idem quod blandè. Plaut. Pseud. 23, Magis cogito, sæuiter, blanditérne alloquar.

Blanditim {[illegible]} Aliud item aduerbium: Id est blandiendo. Blanditim autem dictum est, vt exsultim, exsertim, cursim, raptim. Lucret. lib. 2,

Ipsáque deducit dux vitæ dia voluptas,
Vt res per Veneris blanditim sæcla propagent. Lamb.

Blandidicus, pen. cor. {[illegible]} Qui blandis verbis vtitur. Plaut. Pœnulo 3, Nunc mihi blandidicus es. Obsoletum.

Blandiloquus, pen. corr {[illegible]} Qui blanda verba loquitur.

Vox blandiloqua. Seneca in Agamem 4.

Blandiloquens apud Macrobium lib. 2. Saturnalium, cap. 7, ex Laberio. Sic Suauiloquens apud Laurentium, & similia, lib. 1. cap. 10. Budæus.

Blandiloquentulus {[illegible]} diminut. Plaut. Trinum 5.

Blandiloquentia {[illegible]} Cic. 3. de Nat. deor. Nam vt ego illis supplicarem tanta blandiloquentia.

Blandimentum {[illegible]} Idem quod blanditia. Cic. pro Cælio, Multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit.

Blandimento radices impetrare dicuntur homines Plinio lib. 17. cap. 13, Atque hoc blandimẽto impetratis radicibus, inter poma ipsa & cacumina, &c. Hic blanditur homo rei inanimæ.

Blandimenta fortunæ pollicentur dentes canini. Plin. lib. 7. cap. 16.

Abrumpere blandimenta. Tacit. lib. 18.

Blandimenta multa plebi ab Senatu data: annonæ in primis habita cura, &c Liu. 2. ab Vrbe.

Blandimenta excogitare. Plin. lib 26. cap. 3.

Blanditia, blanditiæ {[illegible]} Cic. pro Plancio, Facilis est illa occursatio & blanditia popularis, &c.

Blanditiæ, blanditiarum, pluraliter {[illegible]} Idem. Cic. de Amicitia, Sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorẽ quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Adulatio, blanditiæ, assentatio. Cic. de Amicitia.

Inconditæ blanditiæ. Vide INCONDITVS.

Malitiosæ blanditiæ. Cic. 3. Offic. Mihi quidem verè etiam hereditates non honestæ videntur, si sunt malitiosis blanditiis officiorum, non veritate, sed simulatione quæsitæ.

Molles. Ouid. 2. de Arte amandi.

Pueriles. Ouid. 6. Metam.

Tutæ. Ouid. 4. Metam. Id est verba blanda & amatoria ab auditoribus tuta.

¶ Addere blanditias. Ouid. 7. Metam.

Adhibere. Vide ADHIBEO.

Admouere. Ouid. 6. Metam.

Agere blanditiis. Ouid. 6. Metam.

Aufugere blanditias. Propert. lib. 1. eleg 9.

Corrumpere blanditiis. Vide CORRVMPO.

Blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti. Cic. 1. de Finibus.

Dicere blanditias. Ouid. 3. Amorum, eleg. 6.

Elicere & conquirere aliquem blanditiis ad iudicium. Cic. 2. ad Q. frat. 2, Conquiri verò & elici blanditiis, vt tu scribis, ad iudicium necesse non fuit, cum præsertim hominem.

Emere blanditiis oscula. Propert. 3. 13.

Exprimere nummulos ab aliquo blanditiis. Cic. 2 ad Att. 14. Tu si tuis blanditiis tamen à Sicyoniis nummulorum aliquid expresseris, velim me facias certiorem.

Flecti & capi blanditiis. Ouid. 16. epist.

Immergere se blanditiis in alicuius consuetudinem. Cic. pro Cluentio, Qui vt se blanditiis & assentationibus, in Asinij consuetudinem penitus immersit, Oppianicus continuò, &c.

Legere blanditias. Ouid de Arte amandi 1.

Parare. Ouid. 2. Amor. 19.

Vendere blanditias dicitur, qui spe muneris alicui blanditur, aut vt donum aliquod eliciat. Tibul. 1. eleg 9.

Blandifico, blandificas, Blandum facio. Sipontinus.

BLANDVSIA {[illegible]} Sabinensis agri regio, in qua fuit ager Horatij poetæ. Sipontinus. Horat. 3. Carm. ode 13,

O fons Blandusiæ splendidior vitro

Dulci

Dulci digne mero, non sine floribus,
Cras donaberis hœdo.

Blapsigonia, pen. corr. {βλαψιγονία} Latinè dicitur Prolis detrimentum, παρὰ τὸ βλάπτειν, quod nocere est: & γόνος, fœtus. Est morbus apum, quum deficit alicuius alueí fœtus. Plin. lib. 11. cap. 19. Sunt & operis morbi, quum fauos non explent, cleron vocāt. Iidem blapsigoniam, si fœtum non peragant.

BLASCON {Βλάσκων} Insula in Rhodani ostio, prope Metinam. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 4.

Blasphemia, pen. corr. {βλασφημία} Execratio, maledictio, vituperatio, conuitium, & quasi nocens dictum, sacrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus.

Blasphemo, blasphemas, pen. prod. {βλασφημέω} blasphemare, Maledicere, honorique, & dignitati alterius derogare: Execrari, vituperare, conuitiis incessere.

Blasta {βλάστα} A Comicis ponuntur inter ornamenta aurium muliebrium, referente Polluce lib. 5. cap. 16. Gualtherus vertit Germina.

Blatero, blateras, pen. cor. {βλιμάζω, φλυαρίζω} blaterare. Est stultè & præcupidè loqui: quod à Græco βλὰξ originem ducit. Sed & camelos quum voces edunt, blaterare dicimus. Hæc Festus. Nonius, Blatis, & Blateras confingis: aut inconditè & inaniter loqueris: vt à balatu. Idem alio loco, Blaterare, est confingere per mendacia. Item alio loco, Blaterare quasi verba trepidantia metu balbutire dixerunt. Hactenus ex Nonio. Gellius lib. 1. cap. 15, De hominibus quoque posse dici, stulta & immodica blaterantibus, quorū lingua tam prodiga infrænisque sit, vt fluat semper, & æstuet colluuione verborum teterrima.

Blaterare cum clamore. Horat. 2. Serm. sat. 7, 　　-ecquis
Audit cum magno blateras clamore, fugisque. Hoc est, Vociferas, clamas sine ratione. Vnde Balatrones, quasi blaterones. Blaterare enim propriè est ineptè clamare. Hactenus Acron.

Blatero, pen. corr. blateronis {στωμύλος, φλυαρίζων} Gell. lib. 1. cap. 15, Nec minus insigniter veteres quoque nostri, hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, & blaterones & linguaces dixerunt.

Scribunt nonnulli duplici tt, blattero, à blatta vermiculo, sed fortassis ineptè.

Blatio, blatis {φλυαρέω} blatire. Idem quod Blaterare. Plaut. Amph. 7, Qui (malum) intelligere quisquam potis est? ita nugas blatis. Blatire, inquit Nonius Marcellus, est inconditè & inaniter loqui. Quidam Blactire scribunt.

Blatheas, antiqui bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis eraditur, appellabant. Festus.

Blatta, blattæ {σίλφη} vermiculus exiguus est, lucem fugiens, & tenebrarū alumnus, in balneis maximè humido vapore prognatus. Plin. lib. 29. cap. 6, multa de blattis loquens, Plura earum genera fecerūt. molles: quas in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini experti sunt. Alterum genus, mylæcon appellauere, circa molas ferè nascens. Tertium genus & odoris tædio inuisum. Mylæcon vulgò pistrinariam vertunt. Blattæ pistrinariæ meminit Dioscorides lib. 2.

Lucifugæ blattæ. Virg. 4. Georg.
Blattæ libris & vestimentis inimicæ. Martial. lib. 14, Scrinium loquitur,
Constrictos nisi das mihi libellos,
Admittam tineas, trucesque blattas. 　Horat. 2. Serm. sat. 3,
-age, si stramentis incubet, vnde
Octoginta annos natus: cui stragula vestis
Blattarum ac tinearū epulæ, putrescat in arca. Inde prouerbium de re quæ computruit, Cum blattis & tineis rixari dicitur.

¶Blattam recentiores scriptores vermiculum bombycem intellexerunt, cuius textu vestes sericæ conficerentur: vnde Blattea vestis, & Blatteum paludamentum, apud Lampridium Capitolinūmq; pro serico aut alio quouis pretioso: vel (vt Paulus Ægineta) pro purpura: quoniam Indicum conchylium vulgò Blatta dicitur. Sic Cassiodorus in epistolis, Blatteum pro purpureo cepit, Chamæleon (inquiens) modò prasina, modò cyanea, modò blattea varietate se cōmutat. A quo colore Blatta etiam frumētum dicitur, quòd rubidum sit, fementi accōmodatius, in purpuram declinans. ¶Blatta Byzantia, quæ Dioscoridi lib. 2 vocatur Onyx, Latinis dicitur Vnguis odoratus, & conchula Indica. Est autem testa cuiusdā generis conchyliorum non dissimilis purpuræ: sed quod in India reperitur, & Dioscoride teste aromaticum odorem habet, propterea quòd nardo in paludibus istic nascente ea conchylia pascantur. Ab hac blattæ appellatione blatteus color pro purpureo dictus est à Flauio Vopisco in Aureliano.

Blattaria, æ, Herba est verbasco similis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abiecta blattas in se contrahit, vnde & nomen accepit. Plin. lib. 25. cap. 9.

Blattarius, adiectiuum: vt, Blattaria balnea. Seneca epist. 87. In quibus frequentes sunt blattæ. Ex humido enim balneorum vapore progenerantur, vt Plinius author est. Vide paulo antè Blatta.

Blatteus, a, um, Purpureus. Eutrop. in Neron. Nero inusitata luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lauaretur vnguentis, hamis aureis argenteisque piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Sueton. vocat purpureos: Piscatus est (inquit) reti aurato, purpura, coccóque funibus nexis.

Blattium {βλάττιον} Pallium est purpureum vel coccineum, à blattis & vermiculis, vt quidam putant, qui è *chermes* (vt Arabes vocant) & è cocco sanguinei coloris erumpunt. Blattium, πορφύρα in antiquo lexico explicatum legi, vt sit cruor purpuræ, expetitus tingendo velleri Imperatorum. ¶Blattium etiam Byzantium os naris purpuræ dicit Actuarius esse, vt inde & purpureus dicatur color blatteus. Verba sunt Turnebi.

Blax {βλάξ} Vox est quæ bardum & stupidum significat, vt ait Festus in dictione Blitum. Dictionem autem hanc inflexā tradit Cælius à pisce prorsus inutili, & Siluro persimili, quem ne canis quidem attingat. ex lib. 9. Lect. antiquarum. cap. 11.

BLAVDVS {Βλαῦδος} Oppidū est Phrygiæ, cuius meminit Strabo lib. 12.

B　L　E

Blechnon {βλῆχνον} Dioscoridi, Herba est notissima, quam Græci πτερίδα, Latini Filicem vocant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Blechon {βλήχων} Plinio syluestre est pulegium, simile origano, minoribus foliis quàm satiuum, quod à pecore gustatum balatum excitat. Vnde etiam literæ vnius cōmutatione βλήχων appellatum, ἀπὸ τοῦ γλάχων: sic enim Græci pulegium vocant. Vide Plin. lib. 20. cap. 14.

BLEMMYES {Βλέμμυες} seu Blemyæ (vtrunque enim legitur) populi sunt in Æthiopia, Austrum versus, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis, vt ait Plin. lib. 5. cap. 8.

Blemiæ feri. Claud. epigr. 6. de Nilo loquens.

Blennos {βλέννος} Stultos esse Plautus indicat in Bacchid. 22. qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Festus. ¶Blenni qui dicuntur, sic vocantur, vt mucosi, id est, βλεννώδεις. Turnebus.

Blepharo, onis {βλεφαρίας} Dicitur superciliosus homo, qui habet supercilia magna. Plaut. in Amphitr. Raptant pro mœchis: blepharo captus arbiter. ¶Quidam proprium nomen esse putāt & à superciliis effictum, quæ opinio verior videtur.

BLEPTAE {Βλέπται} Populi Africani sine capitibus, habentes oculos in pectore. Eosdem & Blemyas vocat Pompon. lib. 1.

BLERANI, Italiæ populi in tractu Hetruriæ, Cortonensibus & Capenatibus vicini. Author Plin. lib. 3. cap. 5.

BLESINON, Castellum est Corsicæ insulæ, de quo Strabo lib. 5.

B　L　I

BLITERAE, Oppidum prouinciæ Narbonensis, de quo Plin. lib. 3. cap. 5: In Mediterraneo (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Bliteræ Septumanorum, Arausio Secundanorum. Meminit & Mela lib. 2. cap. 5. Nunc vulgò *Besiers*.

Blitum, bliti {βλίτον} Genus oleris, à saporis stupore appellatum esse ex Græco putatur: quòd ab his βλὰξ dicitur stupidus. Hæc Festus. Plin. lib. 20. cap. 22, Blitum iners videtur ac sine sapore, aut acrimonia vlla. Vnde conuitium fœminis apud Menandrum faciunt mariti. Plaut. Pseud. 13, Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum. Gemino tt, à Suida scribitur: βλίττον, καὶ ἡ βλίττα.

Bliteus, adiectiuum {βλιτώδης} Inutilis, insulsus & vecors, à blito herba nullius vsus. Plaut. Truc. 18, Blitea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam. Fieri potest (inquit Erasmus) vt Gallica quoque vox hinc manarit, qua nunc vulgò contemptissimos extremæque notæ homines compellant bliteros, addita literula. *Blitres*.

BLVCIVM {Βλούκιον} Castellum est Tolistobogorum, qui Bithynis sunt finitimi, in quo Deiotarus thesauros habebat. Strabo lib. 12.

B　O　A

Boa, boæ, Serpens est aquatilis, quam Græci ὕδρον vocant, à qua icti obturgescunt. Crurum quoque tumor, vix labore collectus, boa appellatur. Hæc Festus. Sipontinus autem, Boa (inquit) siue boua (vtroque enim modo dicitur) serpentis genus, vel quòd primo bubuli lactis succo alatur, vel quòd instar bouis turgeat. In tantam enim aliquando magnitudinē excrescit, vt D. Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Hæc Sipontinus ex Plin. lib. 8. cap. 14.

¶Boa etiam, siue boua, morbi genus est, quū corpora papularum multitudine rubent ad similitudinem eorum qui boa serpente icti obturgescunt. Ignorauit hoc Festus Pompeius, qui boam scripsit esse crurum tumorem vix labore collectum. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 24. cap. 8, Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora: sambuci ramo verberatur. Idem lib. 26. cap. 11, Ebuli folia contrita, & è vetere vino imposita etiam boam sanant, id est rubentes papulas. Opinor morbum esse hactenus incognitum, qui vulgò *rubella* dicitur.

BOAGRIVS {Βοάγριος} Locrensium amnis, qui Thronion vrbem præterfluit, authore Strabo. lib. 9. Huius etiam meminit Homerus.

Boare, Boalia, Boarius, Vide Bos.

Boaria lappa, Herba nota, cuius radix è vino pota, articulis mirificè prodest. Plin. lib. 26. cap. 11. 2.

BOARMIA, æ {Βοαρμία} Minerua à Bœotiis colitur, & cognominatur à coaptatione boum ad aratrum. Author Cæl. lib. 14. cap. 18.

BOBION {Βόβιον} Oppidum ad Apœnini iuga situm, vbi nobile cœnobium à Theodolinda regina Longobardorum extructum. quo in loco nuper huiusmodi libri reperti sunt, Rutilius Numatianus, Heroicum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, Terentianus Maurus de literis, syllabis, & metris omnis generis, Cæsius Bassus, Velius Longus de orthographia, Adamantius Martyrius de B litera & muta, & V vocali, Probi catholica, Cornelij Frontonis elegantiæ Latinæ, Seruius grammaticus de litera, liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilij libris, Trium eclogarum Virgilij enarrationes, & alia præterea multa quæ Volaterranus enumerat.

B　O　C

BOCALIA {Βωκαλία} Fluuius est in Salamine insula, qui prius Bocarus est appellatus. Vide Strabo. lib. 9.

BOCALIVM, Arcadiæ oppidum est, iuxta Megalopolin & Catinam, teste Plinio lib. 4. cap. 6.

Bocas, inquit Festus, Genus piscis, à boando, id est clamando appellatum. Hæc ille. Βῶκες (vt ex Speusippo annotauit Hermolaus) sunt Leucomænides: hoc est mænæ candidiores, quas nos *Gerres*, siue *Gerrulos* vocamus.

BOCATIVS genealogiam deorum scripsit, de fluminibus & montibus: præterea fabulas, pluráque alia vernaculo sermone. Author Volaterranus.

BOCCHVS, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Salluft. in Iugurth. & Strabo lib. 17. ¶Fuit & alter Bocchus historicus, cuius meminit Plin. lib. 16. cap. 40.

Atrox Bocchus. Silius lib.3,
Præfuit intortos demissus vertice crines
Bocchus atrox.

BOCCHYRIS, pen.prod. Nomen viri, qui in Ægypto iustè syncereque iudicasse fertur adeo vt eius nomen in prouerbium venerit, iustissimè iudicantium. Refertur à Suida.

BOCCORI, qui & Concordienses, Populi sunt Lusitaniæ, teste Plin.lib. 4.cap.22.

BOCENSES, Sardiniæ populi, teste Plinio lib.3.cap.7.

BOCHIANA, Oppidi nomen Troglodytarum, apud Plin.lib.6.cap.29, in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Æthiopici.

BOCHIRI, Oppidum fuit Romanis fœderatum, in Balearibus insulis situm, vt author est Plin.lib.3.cap.5.

B O D

BODERIA, Ptolemæo æstuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum, in vita Agricolæ.

BODINCOMAGVM (Βοδιγκόμαγον) Oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi fundo carens. Plin lib.3.cap.16.

BODINCVS. Vide BODINCOMAGVM.

Bodones, siue Botones, Lapides illi sunt, siue aliud quid, qui vicem terminorum præstant. Iul. Paulus Recept. Sentent.lib.5.tit.22. de seditiosis. Qui terminos effodiunt vel exarant, arborésve terminales euertunt, vel qui conuellunt bodones, siquidē id serui sua sponte fecerint, in metallū damnantur, humiliores in opus publicū, honestiores in insulā amissa tertia parte bonorum relegantur. Vox est mēsorum, vel eorum qui de agrorum & limitum conditionibus scripserunt.

B O E

BOEA, Oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ab Epidauro, vt scribit Plin.lib.4 cap.5. in descriptione Achaiæ.

BOEBE, es (Βοίβη) Oppidum est Cretæ, non procul à Gorthyne. Stephan. ¶Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacui adiacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strabo lib.9.

Bœbeis, pen.prod. (Βοιβηίς) Bœbeidos, lacus est Pheris vrbi Thessaliæ vicinus, vt testis est Strabo lib.9.& Plin.lib.4.cap.8. ¶Præterea locus est lacui proximus à Bœbo Glaphyri filio dictus. Propert.2.eleg 2,
Mercurióque Sais fertur Bœbeidos vndis.
Virgineum primò composuisse latus.

Boedromia (Βοηδρόμια) Suidas Atheniensium festum scribit, quo die Xuthus summa festinatione Atheniensibus opem tulit, quum ab Eumolpo Neptuni vrgerentur, Athenis regnante Erectheo. Plutarchus verò in Thesēum retulit, quum victoriam de Amazonibus reportasset.

BOEDROMIVS (Βοηδρόμιος) Apollo ab Atheniensibus cultus fuit. Nam quū bellum inter Athenienses comparatum esset, Ion Eleusinius eis opem tulit, ob cognationem. Inde victores facti Athenienses, de voce currentis exercitus ad vrbem, Apollinem Boedromium dixerunt, & mensem C[illegible].

BOEMIA (Βοιμία) Mysiæ Europææ regio vltra Danubiū sita: sic dicta à Bemis, quos Ptolemæus in ea parte gentem maximam esse dicit. Huius regionis latitudo longitudini par, trium fortè dierū iter, sylua Hercynia vndique cingitur. Albi fluuio media irrigatur, ab Oriente Moranos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricū, à Meridie Austriam & Bauariā habet. Regionis metropolis, Praga. Plura Æneas Sylulus qui Boemorum historiam scripsit. Apud Tacitum de Moribus Germanorum scribitur Boiemia. De huius regionis nomine, situ, & habitatoribus, plurima tradit Andreas Althamerus in Tacitū, docens Boiohemiam, seu corruptè Bohemiam dici, quasi Boiorum patriam, seu domicilium.

BOEREBISTAS (Βοιρεβίστας) vir natione Geta, quū gentis eius præfecturæ insisteret, homines frequentia bellorum & cladibus afflictos, eò magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc victus sobrietate, nunc eductorum obedientia, vt intra paucos annos latum adeptus sit imperium, plurimósque finitimorum, Getarum ditioni subdiderit: traiectóque audacter Istro, Thraciam diripiens vsque in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis terrorem incusserit. Ingentis autem obedientiæ argumentum est, quòd eius suasione inducti, vites excidere, & sine iis vitam agere cōsensere. Periit verò insurgentibus in eum nonnullis, priusquam Romanus populus aduersus eum mitteret exercitum. Ex Strab lib.7.

Boethi, pen.prod. (Βοηθοί) dicuntur ab Imperatore, adiutores scribarum: quos alij Subadiuuas, alij Adiutorios appellant, vt in l. Vnicuique. C.de Proximo.sacr.scrin. Βοηθὸς enim idem valet quod Adiuuo. Inde Seuerinus Boethius dictus, quem alij falsa voce Boetium vocant. Quorum errorem confutat antiquum marmor, quod adhuc Dertthonæ extat in diui Martiani cœnobio: vbi tumulus est, quem antiqua inscriptio Boethio & Eutharico Consulibus factum ostēdit. Hæc Alciatus in illud 10.lib.Codicis Iustiniani, tit.de Tabulariis, scribis, &c. Boethos, logistas, medogrammateos, &c.

BOETHVS, Stoicus quidam fuit, qui conatus est earum rerum rationem explicare, quæ in mari cælóve fierent. Cic.1. de diuin. ¶Fuit & alter hoc nomine aurifex, de quo idem Cic.6. Verr. ¶Fuit & sculptor optimus, cuius opera visebantur apud Lyndiam Mineruam, vt testis est Plin.lib.33. cap.penult.
¶Boethus Hauius, Ptolemaide oriundus, Romæ Consulatū adeptus est & gessit, Antonini Imperatoris temporibus. Hic Galeno perquàm fuit familiaris, imprimísque anatomicæ speculationis studiosus, vt ipse Galen. testatur lib.1.de anatom.administrat.

BOEOTIA (Βοιωτία) Græciæ regio, tria respicit maria, Peloponnesiacum, Siculum, & Adriaticum: totidémque in partibus colonos habet. Castor & Musæus antiquissimi scriptores scribunt (vt tradit Eustathius) à Cadmo conditore Cadmeæ, id est Thebarum, originem habuisse, qui ex oraculo bouem in sedibus mutandis habuerit ducem. Sunt etiam qui ex ingenij pinguedine sic vocatos putent Bœotos, vnde sus Bœotica apud Pindarum, prouerbium: & apud Plinium Hyantis, ob eandem causam appellata. Vocabatur porrò & Aonia, & Mesapia, & Ogygia, ab Ogyge antiquissimo rege ei regioni primùm dominante: & Cadmeis, vt scribit Thucydides, & Hyantis ab Hyante rege. Authores Pindarus & Plin.lib.4.cap.7. qui etiam Bœotos antiquitus Hyantas scribit esse dictos. Bœotorū res copiosè Pausanias & Diodorus lib.5. tradiderunt. Ouid.2. Metamorphoseos,
-quærit Bœotia Dircen.

Bœotius (Βοιώτιος) adiect. Cic.1.de Diuin. Ouid.3. Metamorphoseos,
Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato.

Bœotus, pen.prod. (Βοιωτός) aliud adiectiuum: vt, Tellus Bœota, id est Bœotia. Ouid.12. Metamorph. Vide Bœotica auris, in Chiliadibus Erasmi.

BOETIVS (Βοήτιος) Zenone imperante ob affectatæ libertatis suspicionem à Theodorico rege exilio damnatur: deinde custodiæ traditus plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore socero suo, aliísque præstantibus viris interficitur, vt est author Eusebius.

BOETVS, Ineptus quidam poeta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonij victoriam carmine conscripsit, quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasij etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. Vide Strab.lib.14.
¶Boetus (vt inquit Strabo) Hispaniæ fluuius, ex eisdē nascens locis ex quibus Anas & Tagus.

B O G

BOGADIVM (Βογάδιον) vrbs Germaniæ Ptolem. vulgò *Forst leifs.*

BOGES, vir Persa, ab Atheniensibus obsessus, vbi nihil habuit commeatus in castris, liberos cum vxore primùm, demum seipsum interfecit. Author Herodotus lib.7.

BOGVD, dis, pen.genit.corr. Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogundiana vocata est, teste Plin.lib.5.cap.2. ¶Fuerunt autem plures eiusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes sequutus, ab Agrippa supplicio affectus est. A Strab. Bogus dicitur lib 8.

BOGVNDIANA, pars Tingitanæ prouinciæ in Africa. Author Plinius lib.5.cap.2.

BOGVS, Vide BOGVD.

B O H

BOHEMIA, Vide BOEMIA.

BOHILLA, oppidum in Italia: sic dictum, quòd eò bos intestina vulnere trahens aduenerit. Nonius.

B O I

Boiæ, boiarum (βοΐαι) genus vinculorum, tam lignearum quàm ferreæ. Hæc Festus. Plaut.Asin.II.5, Carceres, numellas, pedicas, boias, tortorésque acerrimos.

BOIANVM (Βοΐανον) Samnitum vrbs Ptolem. hodie BOVIANVM.

BOICVS ager dicitur, qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem est in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur. Festus.

BOII (Βόιοι) Populi qui Norici vel Bauari, vt testis est Strabo & Plin. lib.3.cap.17. ¶Sunt item Boij, Lugdunensis Galliæ populi, vt idem Plinius author est lib.4 cap.18. Quidam Borbonenses esse dicunt. Sil.lib.4, -spissæque ruunt conferta per arma
Vndæ Boiorum

BOIN, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin.lib.5.cap.5.

BOION (Βοιὸν Stephano) Doridis oppidum in Græcia, teste Plin. lib. 4.cap.7. Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

B O L

BOLA, siue Bolæ, Oppidum agri Campani in Italia, cuius meminit T. Liu. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini: apud Plin. lib.3.cap 5.

BOLANVS, pen.prod (Βολανός) Proprium viri, de quo Horat.1. Sermon.satyr.9, -ô te Bolane Cerebri
Felicem aiebam tacitus.

BOLANI, incolæ vrbis Bolæ, de qua paulo antè.

BOLBITINVM (Βολβίτινον) A Plinio lib.5 cap.10. numeratur inter ostia Nili. Strabo Bolbiticum appellat lib 17.

Bolbitum (βόλβιτον) Græcis fimum significat, & propriè bubulum: vnde Imbulbitare dictū putat Festus, pro eo quod est, Puerili stercore inquinare. Plin.lib.28.cap.17, Fimi ceruini, maximè fubulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor (quidam Bolbiton vocāt) cinis, cochlearorum trium in mulsi hemina bouis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero sexu in viris.

BOLBVLAE (Βολβοῦλαι) Insulæ nomen in mari Ægæo, non procul à Teo, vt refert Plin. in descriptione insularum ante Asiam, libro 5. cap.31.

Bolenia, Gemma, quæ nimbo inuenitur glebæ similitudine. Plin.lib. 37.cap.10.

BOLENTIVM (Βολέντιον) Pannoniæ vrbs superioris Ptolemæo. Vulgò *Rathelspurg.*

Boletus, boleti, pen.prod. (βωλίτης) Genus fungi inter omnes optimi: de quo abundè Plin.lib.22.cap.22. Iuuen.sat.5,
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis:
Boletus domino, sed qualem Claudius edit.
Boletum condire. Iuuenal.sat.14.

Boletarium, boletarij (Σκεῦος) Vasis nomen, quod & aliis obsōniis quàm boletis seruiebat. Martialis,
Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis (pudet heu) seruio colliculis. Boletare etiam in Apicio legitur, vt lib.2. Et exinanies in boletari. Hinc apud Trebellium vbi legitur Boletare halieuticum Turnebus Boletare legendum censet: quod & verius est.

BOLINA (Βολίνη) Nomen nymphæ virginis, quam Apollo amauit: illa autem amantem deum auersata, se in mare proiecisse fertur. Verùm Apollinis beneficio immortalis est reddita. Ab hac & vrbs & fluuius nomina sortiti sunt in Achaia, vt Pausan. & Stephan. testantur, quos vide.

Bolinc, Vitis est in Bithynia, fructu admodum praecoci, racemis tantùm non cubitalibus, acinis albis ac pellucidis, cuius meminit Cael. lib.11.cap.16.

BOLINGAE, Populi sunt Asiae, vt tradit Plin.lib.6.cap.19.

Bolis, bolidis, pen.cor.f.g. {βολὶς} Iaculum, pondus funiculo affixum, quo demisso nautae explorant altitudinem maris: vocatur perpendiculum nauticum, dictum ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id est mittendo.

Bolides, Graecis dicuntur hastae missiles.

Bolides, faces in aere. Plin.lib.2.cap.26, Emicant & faces, nonnisi quum decidunt visae: qualis Germanico Caesare gladiatorum spectaculum edente, praeter ora populi meridiano transcurrit. Duo genera earum: Lampades vocant planè faces: alterum bolidas, quale Mutinensibus malis visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem.

Bolites, ae, {βολίτης} Radix herbae, Lychnidis vocatur ab Asianis, qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur. Vide Plin.lib.21.cap.26.

Bolitus {βόλιτος} Asellorũ excremẽtum propriè dicitur, vt quibusdam placet: licet & boum superfluitates ita vocentur. Quod verò bolitum pronuntiant Attici, reliqua Graecia bulbiton. Vide suprà in dictione BOLBITON. & Rhodig.lib.11.cap.17.

¶Boliti poenam, Prouerbiali figura dicunt, vbi quis de re friuola nihilsque plectitur. Bolitus autem, vt paulo antè diximus, significat stercus quoduis, sed propriè bubulum. Porro Solon legem tulit, quae poenam minabatur etiam iis qui bubulum stercus furto sustulissent. Erasm.

Bolus, boli, priore breui {βόλος} Latinè iactum significat.

Bolus, boli {βόλος} priore corr. aleae quoque iactum significat, vel rete ipsum piscatorium, quod fundam vocamus. Plaut. in Rudente,

-ô Neptune lepide, salue,
Nec te aleator vllus est sapientior: profectò
Nimis lepide iecisti bolum, periurum perdidisti. Verba sunt Trachalionis serui ad Neptunum, existimãtis lenonem naufragio periisse. Perdere autem, Perimere & euertere interdum significat: vnde iocus resultat. Aleatores enim & piscatores bolum iaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum, id est lenonem maximè perdendum: propterea Neptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum fecisti. Haec ex Bud. in Pandect.

Bolus, boli, priore producta {βῶλος} cuiusque rei frustum significat.

Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua, quae iam propemodum tenebatur, praeter expectationem subitò praeripitur. Terent. Heaut. 4. 2, Crucior tantum bolum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Erasm. Hinc nostri med ci bolum appellarunt, vnam pharmaci dosin, quòd ceu vno frusto assumpta sumatur.

¶Bolus, per metaphoram. Plaut. Trucul.17,

-verùm hoc ego te mulctabo bolo:
Sex talenta magna dotis demam pro istac inscitia. Varro 3 de Re rust. cap. 2, Sed vt ad hunc bolum peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius.

¶Bolus Armenia {βῶλος ἀρμενία} Gleba est terrae, quae inuenitur in ea Armeniae parte quae Cappadociae contermina est, colore ochrae, miram ad desiccandum vim habens. Haec hodie apud nos admodum rara est inuentu: nam quam f plasiarij hodie pro Bolo Armenia vendunt, aut ex Hispania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad rubricam accedens.

Bolones, Tabernae cetariorum, à bolis piscium. Donatus in Terentium, Cetarij (inquit) sunt qui cete, id est magnos pisces venditant, & bolonas exercent. Reperi & in antiquo lexico, bolonas disertè explicari μεταβολεῖς & πωλητήρια, id est propolas. Verba sunt Turnebi.

B O M

BOMAREI, Asiae populi sunt, à Caspiis montibus Orientem versus incolentes, vt author est Plin.lib.6.

Bombax, aduerbium negligentis {βόμβαξ} Plaut. Pseud.5, Fur. a. babae. P. Fugitiue. B. bombax. C. fraus populi. B. planissumè.

Bombilo, bombilas, penult.corr. {βομβῶ} bombilare, dicuntur apes. Author Philomelae,

Bombilat ore legens munera mellis apes. Legitur hoc verbum & apud Theocritum, teste Budaeo.

BOMBOS {βόμβος} Ciliciae fluuius. Plin.lib.5. cap.27, Praeterea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradisus.

Bombus {βόμβος} Sonus tubarum raucus, nec valde acutus. Pers. sat.1, Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis. Tractum à Graeco βόμβος, quod crepitum significat, vel ab ipso sonitu.

Bombus apum. Varro 3.de Re rust.cap.16, Ex apibus coniecturam capiunt, si intus faciunt bombum.

Raucus bombus. Lucret.lib.4.

Raucisonus. Catul. in Argonaut.59.

Bombitatio {βομβητικὸς} Est sonus apum, ab ipso sonitu dictus, vt mugitus, boum: hinnitus, equorum. Festus.

Bombylis, Vide in BOMBYX.

Bombylius {βομβύλιος} Apum quoddam genus obstreperum, à bombo quem edit appellatum, ingens quidem, sed ad mellificium inutile. fauos sibi nectit è luto. Hinc Bombylius homo, prouerbio dicitur verbosus, multique strepitus, caeterũ inutilis. Meminit Erasm. ¶Est & Bombylius, angustum poculum, inter potandum bombylans, vt ex Antisthene refert Pollux lib.6.

Bombyx, bombycis, penult.prod. masc.gen. {βόμβυξ} Animal ex insectorum genere. Plin. libro 11. cap. 22, Quartum inter haec genus est bombycum, in Assyria prouenien, maius quam suprà dicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, vt spiculis perforari vix possint. In iis & ceras largius quàm apes faciunt, deinde maiorem vermiculum. Et alia horum origo è grandiore vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucae sunt. Fit deinde quod vocatur bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem luxúmque foeminarum, quae bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rursusque texere inuenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatae rationis, vt denudet foeminas vestis. Martialis lib.8. in Paulum de Phiala,

Nec vaga tam tenui discursat aranea tela,
Tam leue nec bombyx pendulus vrget opus.

Bombyx, pro materia illa vnde fiunt vestes bombycinae, generis est foeminini. Vnde apud Plin.lib.11.cap.23, titulus est, De bombyce Coa. Et ibidem ad finem capitis, Assyria tamen bombyce adhuc foeminis cedimus. Quòd si pro materia reperiatur in genere masculino, vel pro veste ex ea materia, respicitur ad vermiculum.

Arabius bombyx. Propert.lib.2.eleg.3,
Nec siqua Arrabio lucet bombyce puella,
Non sum de nihilo blandus amator ego.

¶Bõbyces, in longis tibiis ponũtur ab Aristotele περὶ ἀκουστῶν, quas & difficilius dicit inflari: πάντες δ᾽(inquit) χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τοῦ διαστήματος. Calamum quoque huic tibiarum generi idoneum appellat βομβύκιον Theophrastus. Ex Turnebo.

Bombycinus, pen.cor. {βομβύκινος} vt, Vestis bõbycina apud Plinium. Iuuenal.sat.6, -quarum
Delicias & panniculus bombycinus vrit.

¶Bombycina, orum {βομβύκινα} Vestes sunt tenuissimae, ex bõbyce confectae. Martialis,

Foemineum lucet sic per bombycina corpus. Harum etiam meminit Vlp. in l.23.§.1. D. de aurro & argento legato.

BOMILCAR, Filius Amilcaris ducis Poenorum, & ipse dux, veniens in suspicionem Carthaginensibus ne & ipse cũ Agathocle cõspiraret, in medio foro patibulo suffixus est: vnde ille magno animo de cruce in Poenos clamitãdo, eorum ingratitudinem, atque crudelitatẽ tam in patrem suum Amilcarem, quàm reliquos duces exprobrando, expirauit, Trogo Pompeio authore lib.33.

BOMITAE, Oppidi nomen est in Amano monte qui Syriam à Cilicia dirimit. Plin.lib.5.cap.22.

B O N

BONA dea {ἀγαθὴ θεὰ} quam veteres Faunam siue Fatuam, siue Sentam dixere. Hanc Varro scripsit tãtae pudicitiae fuisse, vt nullus illam dum vixit, praeter virũ mas viderit, nec nomen eius audierit: propter quod illi in operto sacrificabant mulieres, & Bonam deam appellabant. Huius Bonae deae meminit Cicero pro Milone, & de Aruspic. resp. item pro Domo sua.

Bonasus, penult.prod {βόνασος} Fera est, quae (vt scribit Aristoteles) in monte Mesapo, qui Paeoniae ac Moesiae limes est, inuenitur, cuius meminit & Plin.lib.8.cap.15. Habet caput taurinum, corpus verò & iubas equi: latiore tamẽ corpore est quàm bos, sed pilo molliore quàm iuba equina, & compositiore. Color pili totius corporis flauus, iuba prolixa, & ad oculos vsque demissa: cornua adunca, multo flexu in se recuruata & pugnae inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem similem boui emittit: caret superiore dentium ordine: crura hirsuta habet, & pedes bisulcos. Ab Aeliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Phrygiam & Lydiam Bonasum nasci tradit.

BONIANVM, oppidum est in Samnio, cuius meminit Cicero pro Cluentio.

Bonifacia, Vide BILINGVA.

Bonitas, **Bonitarius**, Vide BONVS.

BONONIA {Βονωνία} Galliae togatae princeps colonia, Felsina vocitata, in octaua Italiae regione, vt tradit Plin.lib 3 cap.15. Vulgò *Bologne la grasse.*

Bononiensis, & Bononiense {Βονωνιεύς} Cicero de Claris Oratoribus, C. Rusticellus Bononiensis, is quidem & exercitatus, & natura volubilis.

BONOSVS, Romanorum tyrannus mirae bibacitatis, de quo Aureliani illud celebratur, Non vt viueret illum esse natum, sed vt biberet. Hic quãtumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior, & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad aequilibrium. Hunc ad laqueum quum coegisset Probus imperator, iactatum est militari ioco, Amphoram pendere non hominem. Vide Cael.Rhodig.lib 29.cap.1.

Bonus {ἀγαθός, καλός} adiectiuum, contrarium est Malo, comparatiuum habet Melior: & superlatiuum, Optimus. Terent.And.5.4. Bonus hic est vir. Idem Adelph.5.7, Nihil enim vidi melius, mi pater.

¶Animus bonus. Plaut. Pseud.7, Bonus animus in mala re, dimidium est mali.

Bono animo es, vel Bono animo esto. Vide ANIMVS.

Bono animo transeamus ad oppugnandam Carthaginem. Liu.6. bel.Pun.

Bono animo esse iubere. Liu 5.bel.Pun. Sic.Cic.1.de Diuin. Bono animo te iussisse esse, &c.

Bono animo aliquid facere aut dicere, est quod vulgò dicimus, *Faicre aut dicere bona intentione.*

Animo meliore aliquid ferre. Ouid 9.Metam.

Accusator melior. Cic. 3. Verr. Forsitan meliores illi accusatores habendi sunt qui haec omnia fecerunt.

Aedes bonae, pro nouis, & integris, Plaut. Mostel.3. Item Boni postes, Ibidem, 10,

Aetas bona. Varro 2. de Re rust.cap 6. Primùm videndum, vt mares foeminásq; bona aetate sumat, vtique vt quàm diutissimè fructum ferre possit, &c.

Melior ager. Terent. Heaut.1.1.

Anima melior. Virgil.5. Aeneid. Id est aptior. Seruius.

Ars bona. Horat.2. Epist.2.

Artes bonae. Tacit.lib.1. Idem lib.15, Animũ bonis artibus non induerat.

Bonis auibus, aut malis dicimus, quum rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Ouid.15. Metamorphoseos, Ite bonis auibus, prolémque accersite nostram.

Cælum bonum. Cato cap.1. In bona regione bene nitere oportebit,& vti eò quum introeas, circunspicias vti inde exiri possit:vti bonum cælum habeat,nec calamitosum siet.

Canor melior.Lucret.lib.4.

Causa bona.Cic. 3. de Legibus, Vi opprimi in bona causa est melius,quam malè cedere.

Causa melior.Ouid.5.Metamorphoseos.

Causa fuit melior meritis tua.

Dux causæ melioris eris. Lucan.lib.4. Et Ouid.24.epist.

In causa meliore esse.Cic.3.Offic.Itaque tum quú vigilando necabatur, erat in meliore causa,quàm si domi senex captiuus. periurus, Consularis remansisset. Idem ad Atticum,lib.11.212,Ita præter Lælium,neminem habeo culpę socium:qui tamen hoc meliore in causa est,quòd iam est receptus.

Chorus melior.Ouid.11.Metam.

Color bonus. Varro 3.de Re rust.cap.7. Parentes eorum Romæ si sunt formosi,bono colore,integri,boni feminis, paria singula vulgò vaeneunt ducenis nummis. De columbis loquitur. Plinius libro 7. capite 6.

Valde bona côditio. Cic.ad Q.frat.lib 2.6,Tusculano emptor nemo fuit:si conditio valde bona fuerit,fortasse non omittam.

Côditione meliore.Brutus ad Ciceronem,17.3.An quia hô omnibus horis iactamus Idus Martias, similiter atque ille Nonas Decembres suas in ore habet,eo meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit,&c.

Conscientia bona. Tacit.in Vita Agricolæ,Ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendum virtutis memoriam sine gratia aut ambitione,bonæ tantùm conscientiæ pretio ducebatur.

Consilium melius. Terent.Eunuch.2.3, Dixti pulchrè: nunquam vidi melius consilium dari.

Consilio bono aliquid facere.Cic.1.Offic.

Boni consulere,pro Bonum iudicare.Quintilian.lib.1.cap.6,Sitne Consul à consulendo,an à iudicando : nam & hoc consulere veteres vocauerunt. vnde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas. Id est bonum iudices. Ouid.de Ponto,

Quæ quanquam misisse pudet,quia parua videntur:

Tu tamen hæc quæso consule missa boni.

Boni consulere , cum Genitiuo. Vlpianus , Vt qui clementiorem sententiam passus est , ob id quòd ad tempus relegatur , boni consulere debeat humanitatis sententiæ,nec Decurionatum accipiat. Per genitiuum quasi Græco more dixit. Id est existimare clementer secum à iudicibus actum esse in animaduersione criminis. Budæus.

¶Bona copia,Abundantiæ dea dicta est, quæ cornu Amalthææ vel Acheloi gerit : eàque dicitur ratione,vt Bonus euentus:& apud Catonem & Plautum, Bona salus. quæ ad Euphemismum sic ficta sunt. Ouidius , -diuésque meo est bona copia cornu. (quanquam & copia sine additamento dicitur,vt cornucopiæ)Sic eiurare bonam copiam qui soluendo non erant, solebant,ne nectèrentur, quum iureiurando affirmabant , sibi non esse vnde æs alienum dissoluerent. Turnebus.

Copia librorum bona.Horat.1.Epist.19.

Dentibus bonis lenam probam esse oportet.Plaut.Trucul.5.

Dictum melius.Plaut.Sticho,6.

Optima quæque dies miseris mortalibus æui Prima fugit, Virg. 3.Georg.

Ex tui bonus.Horat.4.Carm.ode 8.

Bonum factum. Suetan Iul.Cæsare,cap 80.Bonum factum,vt nequis Senatori nouo curiam monstrare velit. Veteres boni ominis causa bonum factum præfari solebant in edictis. Tertullianus , O edictum , cui adscribi non potest bonum factum! Plaut.Pœnulo, Bonum factum est,edicta vt seruetis mea. Ex Turnebo.

Fama bona. Cic.ad Attic.lib.7, Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est.

Famam bonam deperdere.Horat.1.Serm.satyr.2.

Famæ melioris oblitus. Virgil.4.Æneid.

Bonæ felicitates. Terent.Eunuch.2.3, -neque Quenquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonæ Felicitates omnes aduersæ sient. Vbi Donatus,Bonæ,Magnæ,nimiæ,vel nouæ.

Fidei bonæ emptor.Modestinus in l.109.D de verb.signific.Bonæ fidei emptor esse videtur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum qui vendidit, ius putauit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem esse.

Inde bona vel optima dicere. Budæus,Antiqui quum fieri aliquid non perfunctoriè,nec translatiuè , sed accuratè & enixè, & totopere intelligi volebant , bona fide facere dicebant , & vt vulgò dicunt, *A bon escient*:hoc est citra vllum figmentum.Terent.Heaut.4.5, De illo quod dudum dictum ac factum reddidi.c.Bonâne fide?s. bona hercle. Plin lib.7.cap.25.ad finem,Optima fide dixit,pro Citra omnem prorsus simulationem,remissionemque. de Cæsare loquens.

Bona fide, Apud antiquos sancta etiam affirmatio & iusiurandum erat:nos tamen hodie , nisi appellato numine sacramentum non putamus. Plaut.Captiuis. HEG. Dic, bonân fide tu mihi isthæc verba dixisti? ER. Bona. Nam sequitur mox,An tu dubium habebis etiam sancte cum iurem tib ? Turnebus.

¶Bona fides propriè dicitur,quum quod promissum est præstatur. Nam is cui quid promittitur , promittentis fidem sequitur, quam si promissor liberat,bona:sin minus,mala nominatur. Plaut. Mostell. TR.De vicino hoc proximo tuus emit ædes filius:

TH.Bona fide? TR.Siquidem es argentum redditurus,tum bona:

Si redditurus non es,non emit bona. Sueton.in Augusto,Eidem populo promissum quidem côgiarium reposcenti , bonæ fidei se esse respondit.

¶Bona fides , pro Æquo & bono. Tryphon.l.31. D.deposit. Bona fides , quæ in contractibus exigitur , æquitatem summam desiderat. Caius l.5.D.de act. & oblig. Palam est inter eos nasci actiones mandati , quibus inuicem experiri possent de eo quod alterum alteri ex bona fide præstari oportet.

Bonam fidem præstare.Procul.l.68.D. de contrah.empt. Existimo te in exigendo non solùm bonam fidem, sed etiam diligentiam præstare debere : id est , non solùm vt à te dolus malus absit , sed etiam vt culpa.

Fide meliore.Ouid.de Remed.amor.2.

Forma bona.Terent.Heaut.3.2.

Forma quàm mente melior M.Lepidus iuuenis.Patercul.lib.2.

Genere bono natus. Id est bona familia , vel vt vulgus dicit , *bonæ domus*.Plaut. Persa,16.

Gladiator melior.Ouid.4.Trist.eleg.5.

Bona gratia.Plaut.Trucul.11.

Bona gratia dissolui matrimonium dicebatur , quod nullius ex coniugibus culpa , & sine animi sui ira & offensa , sed vel consensu mutuo , vel iusta aliqua & rationali ex caussa soluebatur. L.32 §. si diuortium.D. de donat. inter vir.& vxor. vt eueniebat, quum propter sacerdotium , vel sterilitatem , vel senectutem, aut valetudinem, aut militiam satis commodè retineri matrimonium non poterat : vel quum marito capto ab hostibus , & quinquennio à tempore captiuitatis elapso , mulier ad alias nuptias migrabat. His enim caussis matrimonium bona fide dissolui intelligebatur.l.60.& l.61.D. de donat. inter vir.& vxor.l.6.D.de diuort. Iust. Nouell.Const.22.

Bona gratia fieure matrimonium. Vlpian.in l.sed si maritus.D.qui & à quib.manumiss.

Gubernator bonus. Cic.4. Acad. Proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio,bono gubernatore ac tranquillitate.

Bonas horas malè collocare.Martial.lib 1.

Imperium bonum. Tacit.lib.10, Nullum maius boni imperij instrumentum quàm bonos amicos.

Ingenio bono esse. Terent. Andr.3.2. Ibidem,3.1,Bonum ingenium narras adolescentis.

Initiis bonis orsus Tribunatus.Cic.in Bruto.

Iter melius Horat.de Arte.

Iudex optimus Cic.4.de Finib.

Optimo iure, pro Iustè. Cic. 1. Offic. Ne, vt quidam, Græca verba inculcantes,iure optimo irrideamur.

Optimo iure prædia, Dicûtur quæ immunia prorsus sunt,id est (vt nunc loquimur) *allaudalia*. Cic.3.de lege Agraria. Optimo enim iure ea sunt profectò prædia,quæ optima conditione sunt. Budæus.

Lex melior.Horat.1 Epist.1.

Locus melior.Plaut.Menæch.14,Quasi non habeam,quo intromittar,alium meliorem locum.

Loco meliore esse. Cic. ad Brutum,3, Nostræ res meliore loco videbantur.

Loco meliore , & Deteriore statu , contraria. Cic. de Arusp. resp. Nam vt meliore simus loco, ne optandum quidem est illo impunitos deteriore autem statu vt simus,vnus est inferior gradus,&c.

Lucrum bonum.Plaut.Amphit.2.

Memoria bona.Cic.ad Attic.l b.

Memoria meliore esse.Cic 1.Tuscul. Ego autem non commemini antè quàm sum natus,me miserum : tu si meliore memoria es, velim scire,ecquid de te recordère.

Mens melior , pro bona & tolerabili , inquit Donatus. Terent. Adelph.3.3,Nunquid vis? D.mentem vobis meliorem dari.

Bono modo. Cic.ad Q.frat.lib.2.10, ἀμφιλαφίαν autem illam quam tu soles dicere,bono modo desidero,&c.

Optimus modulator. Horat.1.Serm.sat.3.

Mores boni.Seneca in Agamemnone,4,

Nam fera nunquam est ad bonos mores via.

Mors bona,pro laudabili & cita. Vide MORS.

Optima mors,parca,quæ venit apta die.Propert.lib.3.eleg.5.

Natura bona. Terent. Eunuch.2.3,

Siqua habitior paulò,pugilem esse aiunt:deducunt cibum,

Tametsi bona est natura,reddunt curatura iunceas. Vbi Donatus,Bona,id est,plena,magna & pinguis.

Bonum nomen. Cic.1.de Diuinat. Itémque in lustranda colonia, ab eo qui eam deduceret, & quum Imperator exercitum,Censor populum lustraret,bonis nominibus qui hostias ducerent,eligebantur. Quod idem in delectu Consules obseruant , vt primus miles fiat bono nomine.

Notæ bonæ vinum. Columel.de Arboribus, cap.4, At quæ protinus in terram proiecta est,multum,sed non bonæ notæ vinum facit.

De meliore nota. Catul.epigram.63.

Nummus bonus : cui contrarium est Adulterinus. Cic.3. Offic. Si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.

Nuntius bonus.Plaut.Amphit.3.8.

Operam bonam nauare.Plin.Iunior,de Viris illustr.Tullus Hostilius,quia bonam operam aduersum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit.

Parca melior.Ouid 11.epist. Id est meliore fato,seu felicius.

Bona pars. Cic.2.de Orat. Audiat bonam partem sermonis in húc diem esse dilatam. Ouid.in Fastis,Pars bona montis erat. Horat. lib.1.Serm.sat.1.At bona pars hominum decepta Cupidine falso.

Melior pars diei,pro Maiore & prima.Virgil.9.Æneid. Seruius.

Optimus pater patriæ Cæsar.Ouid.2.Fast.

Paces bonæ. Horat.2.Epist.1,

Hoc paces habuere bonæ, ventique secundi.

Poeta bonus.Cic.ad Q frat.lib.1.1.

Ratio bona , cui opponitur Perdita. Cic.2. in Catil. Postremò copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia: bona denique spes cum omnium rerum desperatione confligit.

Rebus bonis agere conuiuam. Horat.2. Serm.sat.6. Id est, epulari lautè.

Bonis rebus, Id est prosperis. Cic.ad Attic. lib.12, Quòd me in forum vocas,eò vocas,vnde etiam bonis meis rebus fugiebam.

Bona re copiosus.Gell.lib.16.cap.19.

Sanguis

Sanguis melior. Virgil. 5. Æneid.
Optima Græcorum scripta. Horat. lib. 2. Epist. 1.
Sententia melior. Virgil. 2. Æneid.
Somno meliore frui. Ouid. in Ibin.
Spes bona. Horat. in Carmine seculari,
Spem bonam, certámque domum reporto.
Spem bonam habere de aliquo. Cic. ad Attic. lib. 15. Redeamus ad nostros, de quibus tu bonam spem te significas habere.
Spes bona in adolescente. Cic. 2. de Finib. Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus, & magnam indolem.
Succus melior. Horat. 2. Serm. sat. 4.
Sutor bonus. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Tempestas bona. Vide TEMPESTAS.
Tempus melius. Horat. 1. Serm. sat. 9.
Tempora optima. Cic. ad Attic. lib. 3. 49, Quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet.
Bona terra ad hanc vel illam rem. Varro 1. de Re rust. cap. 9, Terra, inquam, cuiusmodi sit refert, & ad quam rem bona, aut non bona sit.
Testis optimus. Cic. in Top. Sed dum fuimus vnà, tu optimus es testis quàm fuerim occupatus.
Valetudo bona. Vide VALETVDO.
Bona venia aliquid expetere. Terent. Phorm. 2. 3,
Adolescens primùm abs te hoc bona venia expeto:
Si tibi placere potis est mihi vt respondeas. Vbi Donatus, Bona venia, Sine ira, sine discordia.
Bona tua venia dixerim. Cic. 3. de Legib. Quare frater, bona tua venia dixerim, ista sententia. &c.
Bona venia audire. Vide VENIA.
Bona venia vestra liceat ex his rogationibus legere quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias. Liu. 6. ab Vrb.
Bona verba quæso, ridentis & subsannantis. Terent. And. 1. 2,
Vbi ius facilius passus sim, quàm in hac re me deludier.
D. Bona verba quæso. S. irrides, nihil me fallis. Vbi Donatus. Hic in εἰρωνεία est ἀνταρμὴ ... : quasi dicat, Meliora loquere, rogo te. Ergo cum admonitione, bona verba, inquit, rogo. Budæus dicit esse reprehendentis minantem, & contumelias dicentem.
Verba bona dicere. Tibul. lib. 2. eleg. 2.
Vicinus bonus. Horat. 2. Epist. 2.
Vina meliora. Horat. 2. Epist. 1.
Vir bonus & prudens versus reprehendet inertes. Horat. in Arte.
Vir sanè bonus. Cic. Att. lib. 7.
Viribus bonis esse. Cic. de Senect. Ita bonis viribus esse in extremo tempore ætatis, vt adolescentiam non requireret.
Vita meliore aliquid parare. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Vox bona. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Voce bona esse. Plaut. Mostel. Scio te bona esse voce, ne clama.
Vultus bonus. Ouid. 8. Metam.
Vultus melior Iberis. Ouid. 5. Metam.
Meliore vultu me respexit fortuna imperij, inquit Plinius Iunior in epistol.
¶ Bone vir, per ironiam dictum. Terent. Andr. 3. 5, Ehodum bone vir, quid ais?
Accusator bone. Cic. pro Sexto Roscio, Quid mihi ad defendendum dedisti bone accusator?
Bone custos, defensórque prouinciæ. Cic. 7. Verr.
¶ Bonus in. Cato cap. 157, Sed quæ vocatur ..., hæc septem habet bona in comestura.
Bonus ad. Liu. 10. bel. Pun. Bello quoque bonus habitus ad cætera, quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur.
Optimus bello. Lucan. lib. 7.
Cornus bona bello. Virgil. 2. Georgicorum,
At myrtus validis hastilibus, & bona bello
Cornus, Ityreos taxi curuantur in arcus.
Iaculo melior. Virgil. 5. Æneid.
Militia bonus. Tacit. lib. 1, M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ socium, geminatis Consulatibus extulit.
Moribus hic, meliórque fama. Horat. 3. Carm. ode 1.
Motu pedum melior. Virgil. 5. Æneid.
Pedibus melior. Virgil. 9. Æneid.
Sagittis melior. Horat. 3 Carm. ode 6.
Bono esse alicui. Cic. pro Rosc. Amerino, Accusant ij quibus occidi patrem Sexti Roscij bono fuit. Id est, vtile fuit.
¶ In spe bona agere. Tacit. lib. 12, Crebróque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret, tempúsque prosperum ex monitis Chaldæorum attentaret.
In bonis rebus aut expetendis ducere pecunias. Cic. in Parad.
Facere meliorem. Cic. ad Atticum, lib. 14, Hircium per me meliorem fieri volunt.
Fieri melior & lenior. Horat. 2. Epist. 2.
In melius consilia referre. Virgil. 1. Æneid.
Regnet melior. Virgil. 4. Georg.
¶ Optimum est, vel Optimum factu. Plaut. Asin. 13. -optimum est, ita. Scilicet factu'ram. Cic. 3 Verr. Statuunt id sibi optimum esse factu.
Multum bonus vir. Cic. 3 de lege Agraria.
¶ Bonum sit, & Bene sit, Absoluté dicere solebant antiqui, quū bonum optabant euentum, & secundum aliquid prosperúmque ominabantur. Virgil. in Pharmaceutria,
Aspice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror cinis ipse, bonum sit. Sic & Persius,
-tunicatum cum sale mandens
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus offam,
Ingemit, hoc bene sit. Turnebus.
¶ Boni, pro Pauci. Terent. Eunuch. Si quisquam est qui placere se studeat bonis quamplurimis. Nonius. Noniū tamen considerato.
¶ Boni, absoluté, pro existimatis & virtute præditis. Cic. Etsi propediem video bonorum. Id est, lautorum ac locupletum vrbem refertam fore. Budæus.
Optimus ille est qui minimis vrgetur. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Bonus & benignus. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Optimus & Deterrimus, contraria. Cic. pro Cluentio, Iam hoc quoque propè iniquissimè comparatum est, quòd in morbis corporis, vt quisque est difficillimus, ita medicus nobilissimus atque optimus quæritur: in periculis capitis vt quæque causa difficillima est, ita deterrimus obscurissimúsque patronus adhibetur.
Optimus quisque ita loquebatur. Cic. 2. Verr. Idem pro Sextio, Vt sua consilia optimo cuique probarentur.
Dignum bono. Horat. 1. Epist. 4.
Oderunt peccare boni virtutis amore. Horat. 1. Epist. 17.
In bonis, Inter bonos. Vide IN.
Insultare bonos. Vide INSILIO.
¶ Bonus, Doctus. Virgil. 5. ecloga,
-boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leueis, ego dicere versus. Vbi Seruius, Boni; docti. & figuratè ait, boni ambo.
Homerus bonus. Horat. in Arte poetica, Quandoque bonus dormitat Homerus. Sic, Optimus Virgilius, apud eundem lib. 1. Serm. satyra 6.
¶ Bonus, & fortis, & pius dici potest, inquit Nonius. Lucil. lib. 30, Caluus Palantino quidam vir nobilis bonus bello. Virgil. 2. Georg. Et bona bello Cornus.
¶ Bonus, pro propitio. Virgil. 1. Æneidos,
Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. Vbi Seruius, Bona, aut propitia: id est, non irata Troianis: vt 5. eclog. Sis bonus ô, felixque tuis. Aut magis bona: cælestis est enim, & inferna: vt Iunoni infernæ dictus sacer.
¶ Bonum & æquum. Plaut. Persa, 10. Vide AEQVVS.
Quod erit bonum atque commodum. Terent. Phor. 1. 2.
Natura boni. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Amici bona, quibus incommoda opponuntur. Cic. de Amicit.
Optima corporis. Horat. 1. Serm. sat. 2. Id est, optima quæ sunt in corpore.
Bona ingenij. Quintil. in proœm. lib. 1. Id est, dotes, & commoda quibus est ornatum.
Bono literarum vti. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14, Id quum non accidit, vtemur bono literarum: & eadem ferè absentes, quæ si coràm essemus, consequemur.
Morum bona. Stat. 5. Sylu.
Laudentur proauis, seu pulchræ munere formæ,
Quæ morum caruere bonis, falsóque potentes
Laudis egent veræ.
Bona studij. Quintil. proœm. lib. 1.
Commune bonum. Lucret. lib. 5.
Excellens bonum. Cic. pro Marcello.
Facile bonum aulæ. Seneca in Octau. 2,
Fulgore captus & facili bono
Fallacis aulæ quisquis attonitus stupet.
Fortuitum bonum. Cic. 3. de Nat. deor. At verò aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptum arbitramur.
Fragile bonum. Ouid. 2. de Arte amandi.
Bonum ingenitum augendum. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Magna & diuina bona. Cic. 1. Offic. Magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur.
Maximum bonum. Seneca in Thyeste, 3.
Nata bona. Catul. epigram. 63, -à quo
Sunt primo nobis omnia nata bona.
Naturale bonum. Cic. in Bruto, Vt facilè cerneres naturale quoddam stirpis bonum, degenerauisse vitio deprauatæ voluntatis.
¶ Bonum ac æquum impetrare, est Budæo exponēte, ius suum obtinere, rem suam recipere: idque exemplis demonstrat in Annot. prioribus.
¶ Bonum & frugi seruū intelligunt Iurisconf. apud quos frequens est hæc loquutio, Vtilem & necessarium. Beroald.
¶ Bonum nomen, debitum facile, & idoneum, & quod exigi non difficulter possit. Paul. l. inter caussas. 2. §. 2. D. mandat. Bonū nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. Hinc illud fœneratoris Alfij apud Columellam lib. 1. cap. 7, Bona nomina non appellando fieri mala. Hotom.
¶ Bonum, substantiuum neut. gen. Cic. de Finib. lib. 3, Bonum definiuit Diogenes, id quod esset natura absolutum.
Priuata bona. Seneca in Thyeste, 3.
Vera bona. Iuuenal. satyr. 10.
¶ Accidunt bona. In ACCIDO.
Apportare bonum. In APPORTO.
Optimis assuescere. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Capere bonum cibo. In CAPIO.
Certare melioribus. Horat. 2. Serm. sat. 5.
Compensare bona. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Dicere bona. Terent. And. 1. 1,
Quum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas.
Facere bonum, cui opponitur Facere malum. Cic. ad Brutum, 15. 14, Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euertenda boni.
Æqui boni facere. In AEQVVS.
Publico bono facere. Liu. Accipe quoties id fecerint, & quidem semper bono publico. Sic alibi.
Meliorem facere. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Optima facere quàm promittere maluerunt. Quintilianus in proœm. lib. 1.

Plagis meliorem fieri. Cicero pro Flacco, Hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri meliorem.
Optimis imbui. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Bona nostra permistis malis inquinantur. Quintilianus libro 4. capite 2.
Manet te bonum. In MANEO.
Monere meliora. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Bona facilè mutantur in peius. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Numerare in bonis. In NVMERO.
Nuntiare meliora. Cic. ad Attic. lib. 14.
Optima praecipienda sunt. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Recusare bona Ouid. 13. Metam.
Meliora sequamur. Virgil. 3. Æneid.
Miseros meliora sequentur. Virgil. 12. Æneid.
Sperare meliora. Cic. ad Attic. lib. 14.
Circa bonorum adeptionem versatur ratio faciendi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Bonis eloquentiae malè vti. Quintil. in procem. lib. 1.
Bono naturae bene vti licet. Quintil. lib. 2. cap. 10.
¶ Bona, substantiuum, pluraliter tantum, pro Fortunis. Vlpian. de Verb. signific. Bonorum appellatione hae res comprehensae videbuntur, quarum proprietas ad haeredem pertinet. Idem in l. Bonorum, Bonorum appellatio aut ciuilis, aut naturalis est. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc est quòd beatos faciunt. Beare est prodesse. In bonis autem nostris computari sciendum est non solùm quae domini nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideátur, vel si superficiaria sint. Æquè bonis annumerabitur, etiam siquid est in actionibus, petitionibus, persequutionibus. Nam haec omnia in bonis esse videntur. Africanus de Verb. signific. Bonorum appellatio, sicut haereditatis, vniuersitatem quandam ac ius successionis, & non singulares res demonstrat.
¶ Bona, id est substantia rerum, dicta sunt, quòd digna sint bonis. Festus.
¶ Bona caduca in iure dicuntur, quae deficiente eo cui iure ciuili debebantur, in alium ceciderunt: veluti quum lex ei dotem adimit, qui contra eius interdictum vxorem in prouincia sua ducit, eámque fisco adtribuit, Caduca dos dicitur à Paulo l. si quis. D. de rit. nupt. quemadmodum Caduca glans in l. XII. Tabul. dicebatur, quae deficiente eo qui legat, ex arbore decidit, l. sylua. D. de Verb. significat. Hinc ille Crassi locus in lib. de Orat. 3, Nostra est, inquam, omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, inuolauerunt. Caducum tamen propriè, authore Vlpiano, dicitur, quod quis sibi testamento relictum, ita vt iure ciuili capere possit, aliqua ex caussa non ceperit: quasi ab eo ceciderit. Hotoman.
Bona vacantia dicuntur, eadem quae & caduca: nimirum quae illius fuerunt, cuius haeres nullus est. l. 1. C. de bon. vacant. Haec autem olim quidem publicabantur, sicut Vlpian cap. Inst. 18. significat: nunc verò confiscantur, & quadriennij tempus iis nuntiandis praescribitur. l. intra quatuor. D. de diuers. temp. & l. quanuis. D. de vsucap. Hotomanus.
Bonorum possessionem ita rectè definiemus, Ius persequendi retinendíque patrimonij, siue rei quae cuiusque quum moritur, fuit. Vlpian. de bonor. possess.
Bonorum possessio Vnde legitimi dicitur, quae agnatis ab intestato defertur, idque ex l. XII. Tabul. Praeterea autem quotiescunque vel lex, vel Senatus defert haereditatem, ex hac parte eam peti oportet. l. 1. 2. & passim. D. Vnde legit. Hotoman.
Bonorum possessio contra tabulas, locum habet, quum paterfam. testamentum quidem fecit, sed in eo liberos suos praeterit: hoc est neque nominatim instituit, neque nominatim exhaeredes facit. l. quod vulgo. D. de bonor. possess. cont. tab. Hotoman.
Bonorum possessio Vnde cognati manumissoris est, quae patroni cognatis ab intestato liberto defuncto cóceditur: quorum ius quoddam singulare fuisse Iustinianus non obscurè significat. §. pen. Instit. de success. lib. & Vlp. cap. Inst. 1. & 28. Hotom.
Bonorum possessio Vnde vir & vxor, dicitur quae viro ab intestata vxore, & vicissim huic ab illo conceditur, quoties deficit omnis parentum, liberorúmve, seu propinquorum legitima, seu naturalis successio, fisco excluso. l. 1. D. Vnde vir & vxor. & l. 1. C. eod. Hotom.
Bonorum possessio Vnde liberi est, quae liberis tum emancipatis, tum suis ab intestato conceditur, vt parentis intestato defuncti bona possidere Praetore authore possint. l. 1. Quis ord. in bon. l. 1. §. sed videndum. D. de success. edict. Hotoman.
Bonorum possessio Vnde cognati dicitur, quae cognatis proximis ab intestato defertur: in quibus agnati emancipati, quibus Vnde legitimi non competit, continentur. l. 1. D. Vnde cognati, & passim. Hotomanus.
Bonorum possessio secundum tabulas est ea quam Praetor testamenti tabulas ac scripturam sequens, eísque obtemperans, institutis haeredibus largitur. l. 1. D. de bonor. poss. secund. tab. Hotoman.
Bonorum possessio Vnde patronus, patrona, liberi, parentésque illorum vocantur, est quae ab intestato liberto superscriptis personis defertur. §. sunt autem. Inst. de bonor. poss. & apud Vlp. cap. 28. & 29. Hotomanus.
Bonorum possessio Vnde decem personae, dicitur, quae decem personis, quae manumissori praeferuntur, conceditur. l. si ad patrem. D. de suis & legit. Decem autem personas intelligimus, filium, filiam, nepotem, neptem, fratrem, sororem, patrem, matrem, auum, auiam. Hotomanus.
Pauperrimus bonorum. Horat. 1. Serm. sat. 1.
Caduca bona. Stat. 2. Sylu. 26.
Humana bona. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.
Inuidiosa bona. Ouid. ad Liuiam.
Paterna bona lancinata. Catul. epigram. 27.
Bona paterna consumere. Quintil. lib. 3. cap. 11.

Bona patria. Terent. Eunuch. 2. 2,
-patria qui abligurierat bona.
Bona praedia. Cic. 3. Verr. de sartis tectis loquens, Vbi illa consuetudo in bonis praedibus praedijsque vendendis omnium Consulum, Censorum, Praetorum, Quaestorum denique, vt optima conditione sit is, cuia res sit, cuium periculum. Quae verba enarrans Asconius: Bona, inquit, praedia dicuntur bona satisdationibus obnoxia, siue sint in mácipiis, siue in pecunia numerata. Idem paulo pòst, Praedes igitur homines sunt fideiussores, quorum res bona praedia nunc vno nomine dicuntur. Ex Budaeo.
Auita bona. Tacit. lib. 14.
Adédere bona. Tacit. lib. 17.
Addicere bona alicuius. In ADDICO.
Adimere bona. Horat. 1. Epist. 17.
Bona adiudicare. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Aggerere bona ad aliquem. In AGGERO.
Bonis cedere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Comedere bona. Horat. 1. Epist. 16.
Deseruire bonis caducis. Stat. 2. Sylu.
Patria bona alicui eripere. Cic. 3. Verr.
Exuere bonis. Tacit. lib. 4.
Legare vsumfructum bonorum suorum vxori. Cic. in Top.
Oppugnare bona alicui. In OPPVGNO.
Perdere bona. Seneca in Hippol. 4, -perdere est dignus bona Quis nescit vti.
Bona publicè possidere, aut ex edicto. In POSSIDEO.
Publicatis bonis calamitatem subire. Cic. ad Brutum, 12. 4.
¶ Optimus Maximus, Iouis titulus. Cic. 2. de Nat. deor. Sed ipse Iupiter, id est Iuuans pater, quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem, à poetis pater diuúmque hominúmque dicitur. À maioribus autem nostris Optimus maximus: & quidem antè optimus (id est beneficentissimus) quàm maximus, quia maius est, certéque gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere.
Optimus maximúsque fundus. In MAGNVS.
¶ Bonus & assiduus dominus. Cic. de Senect.
Optime & dulcissime frater. Cic. 3. de Legib.
Bonitarius, verbum est à Theophilo, & similibus fictum: item vt eius contrarium Quiritarius. Duplex est, inquit, dominium: legitimum, quod iure Quiritium competit, & appellatur dominus iure Quiritario: naturale, quod in bonis est, vnde Bonitarius dominus dicitur. Caussa autem harum appellationum ex Vlpiani instit. apparet, vbi inquit, In bonis tantùm alicuius seruus est, velut hoc modo, Si ciuis Romanus a ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen mancipatus ei, neque in iure cessus, neque ab ipso anno possessus sit. Nam quandiu horum quid fiat, is seruus in bonis quidem emptoris est: ex iure Quiritium autem, venditoris est. Hotoman.
Melior {ἀμείνων} & hoc melius, Comparatiuum à Bonus. Vide in praecedentibus.
Melius, aduerbium {ἄμεινον.} Vide post Bene.
Meliusculus, pen. corr. diminutiuum. Colum. lib. 9. cap. 3, Alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obesas tamen & latas coloris meliusculi. De apibus. Plaut. capt. 17, Rem tuam facies ex mala meliusculam. Celsus, Qui meliusculus esse coepit, adijcere debet exercitationes, frictiones, cibos. Id est qui meliusculè habere coepit.
Meliusculè, aduerbium. Cic. ad Tironem, lib. 16. 1, Volebam ad te Marionem remittere: quem quum meliusculè tibi esset, ad me mitteres.
Melioresco, melioresc̄is {βελτιοῦμαι} melioresc̄ere, Meliorem fieri. Columella lib. 2. cap. 10, Napus deuexam amat & siccam, tenuique propiorem terram. Itaque glareosis sabulosisque aruis melioresc̄it. Ex vetusto codice legitur melior exit.
Melioro, melioras, pen. prod. {βελτιόω} meliorare, Melius reddere. Vlp. in l. si cuius rei. §. inde quaesitum. D. de vsufruct. & quemadmodum quis vtatur, &c. Forsitan etiam haec deijcere poterit, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem.
Optimus, pen. corr. superlatiuum à Bonus. Vide exempla in BONVS.
Optimitas, optimitatis {βελτιότης} Vtilitas, cómodum. Plaut. Asin. 7. 17,
Maximas optimitates, gaudióque offertissimas,
Suis heris ille vnà mecum pariet.
Optimas, pen. corr. optimatis, pen. prod. com. gen. {ἄριστοι.} Optimates dicuntur, vt ait Perottus, qui primùm in ciuitate locum tenent: vel quòd opulentiores sunt, & in maiori censu, vel quòd in primis opem ferre possunt oppressis. Cic. pro Sextio, sic dicit, Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum qui versari in Republ. atque in ea se excellentius gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse voluerunt. Qui ea quae faciebant, quaeque dicebát, multitudini iucunda volebant esse, populares: qui autem ita se gerebant, vt sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Priscianus lib. 5, Optimates sunt, qui defendunt Senatores: Populares, qui defendunt populum. Cic. Att. lib. 10. epist. 10, Vide, ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit, eligas. Id est, minus amantem Reipublicae.
Atheniensium optimates. Cic. in Brut.
Optimates matronae. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 6.
Orba ab optimatibus concio. Cic. pro Flacco, Vsque eò orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum esset Meandrius.
Exterminare optimates. Cic. 3. Offic.
Viam optimatum tenere. Cic. Attic. lib. 1. 15.
Bellus {καλός} adiectiuum, diminutiuum. Idem significat quod Bonus. Varro Bimargo, Socius ex hostibus, socius bellum ita geris, vt bella omnia domum feras. Nonius.
Bellus homo, quem vrbanum & ciuilem dicimus. Martial. lib. 1.
Bellus homo & magnus vis idem Cotta videri:
Sed qui bellus homo est Cotta, pusillus homo est. Cic. Attico, lib. 6, Pyliae & puellae Caeciliae bellissimae salutem dicas. Idem Terentiae, lib. 14. 7, Cicero bellissimus.

Bellus & humanus homo. Cic. 2. de Finib.
Bellus & vrbanus. Catul. epigr. 19.
Gratissimæ & bellæ literæ. Cic. lib. 15. epist. Patri quidem certè gratissimæ & bellæ tuæ literæ fuerunt.
Fronte ac vultu bellis aliquid ferre. Cic. Att. lib. 5. Etsi hæc ipsa fero equidem etiam fronte, vt puto, & vultu bellis, sed angor intimis sensibus.
Theatrum bellum. Cic. Att. lib. 13. Theatrum quidem sanè bellum habuisti.
Quàm bellum. Cic. 1. de Orat. Quàm sit bellum, cauere malum, scire possumus.
Ciuitas bella. Cic. Att. lib. 1. Recordor enim quàm bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit.
Bellissimum & taciturnissimum ostium. Plaut. Curcul. 1.
Bellissimum subsidium. Cic. 1. de Orat.
Bellissimum vinum. Colum. lib. 12. cap. 19.
¶ Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ. Mart. lib. 2.
¶ Bellus, Pulcher. Martialis, Bella es nouimus, & puella, verum est.
Bellus locus. Plaut. Bacchid. Euax, nimis bellus atque esse maximè optabam, locus.
Puella bella. Ouid. 1. Amorum, eleg. 9.
Bellissimus, penult. corr. Terent. Adelph. 4. 2. Ego iam prospiciam mihi: atque vnumquodque quod erit bellissimum Carpam.
Bellior, Comparatiuum: Id est melior. Varro Testamento περὶ διαθηκῶν. Venio nunc ad alterum genus testamenti, quod dicitur physicon: in quo Græci belliores quàm nostri. Nonius.
Bellatulus, pen. corr. Blandientis vocabulum, idè significans quod bellulus. Plautus, Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?
Bellulus, penul. corr. Diminutiuum. Plaut. Mil. 13. Ædepol equidem bellula es.
Belliatus, penul. prod. Adiectiuum. Plaut. Rud. 12. Hem tibi aquam mea tu belliata.
Bellè { καλῶς, κομψῶς } aduerbium. Idem quod bene. Plaut. Truc. 6. Qui istas buccas tam bellè purpurissatas habes.
Bellè aliquem attendere. Cic. 5. de Finib. Mihi quidem Antiochum quem audis, satis bellè videris attendere.
Cecidit bellè. Cicer. Att. lib. 13. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanserunt, cecidit bellè.
Sumus enim ambo bellè curiosi. Cic. ad Att. lib. 6.
Bellissimè vel mecum vel in nostris prædiis esse poteris. Cic. Terentiæ lib. 14. 14.
Bellè ferre aliquid. Cic. Att. lib. 4. Ergo hæc quomodo fers? bellè hercule, & in eo me valde amo.
Aqua non longè à villa bellè sanè fluens Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17.
Bellè habere. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 24. Plura ad te vacuo animo scribam, quum vt spero, se Cicero meus bellè habebit.
Bellè narras, Ironia prouerbialis passim in comœdiis obuia: de re dictu vehementer absurda. Erasmus.
Bellissimè nauigare: id est sine infortunio, & ventis secundis. Cic. Tironi, lib. 16. 19.
Non bellè respondent verba. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Non bellè est illi. Cic. Att. lib. 14. De Attica pergratum mihi fecisti, quòd curasti antè scirem rectè esse, quàm non bellè fuisse, id est ægrotasse.
Cætera bellè: Supple, se habent. Cic. Trebatio, lib. 7. 18. Sed vt ad epistolas tuas redeam, cætera bellè: illud miror, &c.
Bellè & festiuè. Cic. 3. de Orat. Bene & præclare quanuis nobis sæpe dicatur, bellè & festiuè nimium sæpe nolo.
Bellulè, apud Plautum diminutiuum aduerbium est à bene, quod facit bellè & bellulè. Hæc Festus.
Bonitas, penult. cor. bonitatis { ἀγαθότης, χρηστότης } Id est benignitas vel æquitas. Cicero 1. de Natura deorum, Quid enim melius, aut quid præstantius bonitate & beneficentia? Valla, Bonum generale nomen est, honesta pariter atque vtilia complectens: vt bonum animi, bonum corporis, bonum fortunæ. Bonitas verò, non (vt multi opinantur) idem vtique quod bonum, honestum, sed idem quod benignitas.
¶ Bonitas, pro excellentia. Cicero 3. Offic. Quæ & ingenij bonitate multi assequuntur, & progressione discendi. Quintil. lib. 2. cap. 19. At in solo fœcundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet.
Bonitas ac moderatio. Cic. 2. de Orat. Vt opes & copiæ non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dedisse.
Bonitas ac simplicitas vxoris. Plin.
Causæ bonitas. Cic. pro Domo sua. An eam causam probare non poteram, cuius tanta bonitas est, vt ea ipsa nō modò se, sed etiam me absentem per se probarit?
Dei bonitas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.
Quanuis effugitur meritis indebita nostris,
Magna tamen spes est in bonitate Dei.
Diuina bonitas. Cic. 2. de Nat. deor. Quicquid enim magnam vtilitatem generi afferret humano, id non sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur.
Bonitas ingenij. Cic. 3. Offic.
Naturæ bonitas. Cic. 1. Offic. Nonnulli tamen sine felicitate quadam, sine bonitate naturæ, sine parentum disciplina, rectam vitæ secuti sunt viam.
Præcipua bonitas. Plinius libro 12. cap. 19.
Bonitas soli, pro fœcunditate. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Bonitas in herbis. Plin. lib. 12. cap. 13.
Summi cuiusque bonitas. Cic. 2. Offic. Eóque eam studiosissimè plerique laudant, quòd summi cuiusque bonitas commune perfugium est omnium.
Summa bonitatis, natione constat. Plin. lib. 11. cap. 14. De melle.
Agrorum bonitas. Cic. 2. de lege Agraria.
Prædiorum bonitas. Cic. pro Rosc. Amerino.
Secunda bonitas Plin. lib. 12. cap. 13. De amomo.
Terræ bonitas. Lucret. lib. 5.
Verborum Latinorum bonitas. Cic. in Orat. Quare bonitate potius nostrorum verborum vtamur, quàm splendore Græcorum. Vide Verborum bonitas, in VERBVM.
Vocis bonitas. Cic. in Orat. Ac vocis quidem bonitas optanda est.
Perennis bonitas. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.
Singulari bonitate præditus. Cic. pro Domo sua.
Vera bonitas. Cic. post Reditum in Sen. Quo tempore quantam vim vera bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuistis.
¶ Affluere bonitate. Cic. pro Qu. Rosc. Comœd. Largitus est scilicet homo liberalis, & dissolutus, & bonitate affluēs Fannius Roscio? sic puto.
Amittere aliquid bonitate. Cicero pro Quinto Roscio Comœdo, Sic quum Roscius Fannium fraudasse arguatur, vtrunque incredibile est: & Roscium quicquam per auaritiam appetisse, & Fannium quicquam per se bonitate amisisse.
Bonitatem cognoscere. In COGNOSCO.
Locum non esse bonitati. Cic. 3. de Finibus, Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus.
Ad bonitatem proficere. Vide AD.
Bene { καλῶς } aduerbium, cuius comparatiuum est Melius, & superlatiuum Optimè. Plaut. Bacchid.
Quid in consilio consuluisti? a. bene pol.
Bene accipere aliquem. Plaut. Persa, 12. 8.
O factum bene! Terent. Andr. 5. 6.
Non æquè bene, quàm Columella libro 5. cap. 5. Esse quosdam agros in quibus non æquè bene translata semina, quàm immota respondeant.
¶ Bene, nonnunquam accipitur pro valde. vt Cicero, Habetis orationem bene longam. Valla libro 1. Ita quoque & bene longam disputationem dixit idem Cic. lib. 5. de Finibus.
¶ Melius, Comparatiuū. Teren. And. 3. 5. At iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile. P. Nempe vt modo. D. imò melius spero. Vbi Donatus, Melius, bene melius comparatiuo est vsus, quasi hoc bonum sit, illud melius.
Melius adhuc. Plautus Bacch. 10. Probè ita res successit, meliúsque adhuc.
Melius æquius. Cic. 3. Offic. Reliquorum autem iudiciorum hæc verba maximè excellunt, In arbitrio rei vxoriæ, Melius æquius. In fiducia, vt Inter bonos bene agier.
Melius, peius: prosit, obsit: nihil vident nisi quod lubet. Terent. Heaut. 4. 1.
Nil melius turdo Horat. 1. epist. 16. Ibidem, t.
Quo melius. Cic. 3. de Orat. In eo autē ipso dominatus est omnis oculorum, quo melius nostri illi senes qui personatum, ne Roscium quidem magnopere laudabant.
¶ Optimè { ἄριστα } Superlatiuum. Terentius Andr. 3. 4. Hem quid dixti? D. optimè inquam factum. Cic. ad Quintum fratrem, libro 2. 10. Si perficiunt optimè: sin minus, ad nostrum Iouem reuertamur.
¶ Optimè, Opportunè. Terentius Eunuch. 5. 2. Adest optimè ipse frater.
Optimè in tempore aduenire. Plaut. Capt. 13.
Optimè omnium. Cic. ad Nigidium Figulum, lib. 4. 13. Sed hæc tu melius, vel optimè omnium.
¶ Melius nemo accipit. Id est Nemo lautius tractat. Terent. Eun. 5. 9. præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto, Accipit hominē nemo melius prorsus, neque prolixius. Vbi Donatus, Horum alterum apparatum: alterum, copiam.
Villa bene & ratione ædificata. Cicero 3. Officiorum, Quòd si qui proscribunt villam bonam, benéque ædificatam, non existimant fefellisse, etiam si illa nec bona est, nec ædificata ratione.
Bene agis. Cic. pro Quintio, Dic Næui diem. Ante v. Calen. intercalares. bene agis.
bene agitur. Plaut. Milit. 22.
Bene actum cum eo. Terent. Adelph. 2. 2.
Tace, egomet conueniam iam ipsum, cupidè accipiat faxo, atque etiam Bene dicat secum esse actum.
Bene ambula & redambula. Plaut. Capt. 13.
Bene ambulato. Plaut. Merc. 6.
Ita me dij bene ament, Iusiurandum apud Comicos. Terent. Eun. 5. 2. Te quoque iam Thais, ita me dij bene ament, amo.
Bene ante lucem. Cic. 2. de Orat.
Bene assimulare. Id est rectè. Terent. Andr. 1. 1.
Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias.
Bene audire. Terent. in prol. Phorm. Benedictis si certasset, audisset bene. Vbi Donatus, Bene audire, est benedici & laudari. Sic Cicero 3. de Finibus, Efficque hominis ingenui & liberaliter educati, vel bene audire à parentibus, à propinquis, à bonis etiam viris, idque propter rem ipsam, non propter vsum.
Canere melius. Virgil. 9. eclog.
Bene coctus & conditus sermo bonus. Cic. Att. lib. 13.
Bene cogitare de aliquo. Plinius Iunior, Hoc tuo studio bene de te cogitantem liberaliorem reddes.
Bene cognitus alicui. Cicero Attico, libro 9. Rectè auguraris de me (bene enim cognitus sum) nihil à me abesse longius crudelitate.
Bene comitatus Romam venit. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17.
Bene conuenit inter eos. Terent. Hec. 1. 2.
Bene curare ætatem suam, edere, bibere. Id est lautè viuere. Plaut. Pseud. 20.
Bene curata cute nitidus. Horat. 1. Epist. 4.
Bene hercle denuntias. Plaut. Trinum. 4.
Melius dicere. Terent. Adelph. 3. 2.
Quid istuc? accedo vt melius dicas.

Dicere melius & plenius. Horat.1.epist.2.
Bene dissimulatus amor. Id est multum. Terent. And.1.5.
Bene doctus. Plaut. Mostel.4.
Dormire melius. Horat.2.epist.2.
Incipit res melius ire quàm putaram. Cic. ad Att. lib.14.
Bene est. Vide in Bene sum.
Bene ac feliciter euenit. Liu.1.bel. Maced. & Plin. Iun. in Paneg.
Bene facis. Terent. Eun.1.2, Faciundum est quod vis. T. Meritò te amo. PH. bene facis. Vbi Donatus, In consuetudinem venit, Bene facis, & Bene fecisti, non indicantis esse, sed gratias agentis.
Bene sanè facis, id est rectè. Cic.1. Acad.
Auctius & melius fecère Di. Horat.2. Serm. sat.6.
Bene factum. Terent. And.5.6.
Bene ferre ætatem vinum Cicero dixit, quòd nondum maturuisset, neque vetustatem sentiret, quæ lenitatem vino adfert. Homines autem, quos longa non lædit frangitque ætas, quisque, quàm videtur, seniores sunt, bene dicuntur ætatem ferre, vnde metaphora est ducta. Meminit Macrobius.
Bene ferre gratiam bene merenti. Plaut. Rud.31.
Bene fidum pectus. Horat.2. Carm. ode 12.
Bene firmum. Cic.6. Philipp.
Fuit melius. Vide Bene sum.
Bene gerere suum negotium. Cic. pro Qu. Rosc.
Bene re gesta. Terent. Adelph.5.1,
Potastis scelus quasi Re bene gesta.
Bene gerens sui negotij Cic. pro Quintio, Eques Romanus locuples, sui negotij bene gerens.
Bene gestæ res. Virg.9. Æneid.
Bene & feliciter gesta Respublica. Cicero 5. Philipp. Sæpenumero Respub. & bene & feliciter gesta.
Bene habere, Incolumem esse. Plaut. Aulul.13.
Bene habere, Lautè viuere. Plaut. Milite 10, Qui ægre seruat, & qui bene habet.
Bene hoc habet. Plautus Epid.14. Quod barbarè dicitur, *Hoc bene vadit*.
Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. Subaudi se, & res. Cic. pro Murena.
Bene habent tibi principia. Terent. Phorm.1.3.
Hoc melius se habent, quòd, &c. Cic. ad Att.11, Extremum est eorum qui in Achaia sunt: ij tamē ipsi se hoc melius habent quàm nos, quòd & multi, &c.
Quàm optimè se habere. Cic.4. de Finib. Vt si cultura vitium, cuius hoc munus est, vt efficiat vt vitis cū partibus suis omnibus quàm optimè se habeat.
Ire melius dicitur res. Cicero Attico lib.14. Incipit res melius ire quàm putaram.
Bene aliquem iuuare. Plaut. Mostel.14.
Dijs bene iuuantibus. Liuius 6. ab Vrbe, Collegæ imperium se non posse impedire: dijs bene iuuantibus ageret quod è Republ. duceret.
Bene longinquus dolor, Qui diu durat. Cic.2. de Finib.
Bene longus sermo, Id est valde longa disputatio. Cic.2. de Orat.
Bene longæ literæ. Cic. Att. lib.14.
Bene loqui lingua. Plaut. Truc.5.
Lugebitis melius ambo. Ouid.8. Metam.
Bene magna caterua. Cic. pro Murena.
Bene mane dedi literas. Cic. ad Att. lib.4.
Bene mereri. Vide MEREO. Liuius 10. belli Punici. Cicero 3. de Finibus.
De Repub. bene mereri. Cicero Plancio, lib.10. 5, Nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius, quàm de Rep. bene mereri.
Merere bene de aliquo. Virgilius 4. Æneidos, Si bene quid de te merui.
Colere debemus benemeritos de Repub. Cic.1. Offic. Eos autem quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de Repub. sentientes ac bene meritos, aut merentes aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus.
Benè merentes ciues. Cicero pro Plancio, Qui sint boni ciues, qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt?
Bene multi. Pollio ad Ciceronem, lib.10.33. Id est valde multi.
Bene munita templa. Lucret. lib.2.
Bene ædepol narras. Terent. Eunuch.5.3. Id est læta narras, & quæ ego libenter audio.
Bene nata, id est honesto loco nata. Horat.4. Carm. ode 4.
Bene & nauiter impudens. Cicero Luceio, 5.12, Sed tamen qui semel fines verecundiæ transierit, eum bene & nauiter opórtet esse impudentem.
Bene noui. Cic.1. de Finib.
Bene nosse. Cicero in Lucullo, Bene autē nosse Carneadem Stratoniceus Metrodorus putatur. Græca est loquutio, quæ aliud significat quàm statim ostendit. Illud enim nosse aliud est quàm præ se fert. Significat enim Carneadis eum discipulum fuisse. Græci autem plerunque solent discipulos appellare γνωρίμους, quod quidem apud eos tam frequens est, vt id exemplis confirmare opus nō sit. In eam verò sententiā illud nosse accipiendum esse, atque adeò significare à Metrodoro perdiligēter auditum fuisse Carneadem, è lib.1. de Orat. confirmamus: sic enim scribit Cicero, Erat etiam Metrodorus, qui cum illis, vnà ipsum illum Carneadem diligentius audierat. Turneb.
Bene nummatus, Qui multas habet pecunias. Cicero de lege Agraria.
Bene nummatum marsupium. Plaut. Amph.16.
Bene olens. Virg. eclog.2.
Orabunt causas melius. Virg.6. Æneid.
Bene penitus se dare in familiaritatem alicuius. Cic.4. Verr.

Bene peritus. Cic. de Claris Orat. Et vnà Ser. Fabius Pictor, & iuris & literarum & antiquitatis bene peritus.
Bene perspectum à te. Terentius Heaut.4.1. Ironia est: quasi dicat, Malè perspexisti.
Planè bene. Cic. Att. lib.13, Quòd reliquos coheredes conuenisti, planè bene.
Bene planè magnus dolor. Cicero 2. Tuscul. Sed si est tantus dolor quantus Philoctetæ, bene planè magnus mihi quidem videtur.
Bene poteris vti. Cicero ad Terentiam, libro 14.7, Fundo Arpinati bene poteris vti cum familia vrbana, si annona carior fuerit.
Bene præcipere. Terent. Adelph.3.3.
Bene promeruit. Terent. Adelph.2.1.
Bene promittere. Cicero 2. de Diuinatione, Quæ autem inconstantia deorum est, vt primis minentur extis, bene promittant secundis?
Bene promittis, multa ex multis, omnia in cassum cadunt. Plaut. Pœn.4.
Bene putas. Terentius Eunucho, 4.7, Noui ingenium mulierum, Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltrò. THR. bene putas. Vbi Donatus, Bene putas, hoc est rectè putas, sapis vel intelligis.
Bene robustus in clamando. Cic.1. Verr. In clamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum.
Sanè bene. Terent. Adelph.4.2,
D. quid ibi facit?
S. Lectulos in sole ilignis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. sanè bene. Vbi Donatus, Hic ironia est, non approbatio. Alij legunt Rectè sanè.
Bene sanus. Horat.1. Serm. sat.3.
Bene sanæ mentis homo. Horat.1. Serm. sat.9.
Scribere melius. Horat.1. Serm. sat.10.
Optimè sentire de Repub. Cic.14. Philipp.
Bene sperare. Plin. lib.17. cap.9.
Sperare melius. Ouid.2. epist.
Suadere melius. Horat.1. epist.2.
Bene successit. Terent. Adelph.2.4.
Bene erat. Absolutè, Id est bene curabamur.
-bene erat, non piscibus vrbe petitis,
Sed pullo atque hœdo, &c. Sic Plaut. Menæch. Si sapiam, hinc intrò abeam, vbi mihi bene sit. Lambinus.
Bene esse alicui. Horat.3. Carm. ode 16.
-bene est cui Deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.
Bene esse alicui re aliqua. Plaut. Casin.5, -rogas?
Super ancilla Casina vt detur nuptum nostro villico,
Seruo frugi: vbi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo. Id est vbi erit ei copia lignorum vnde calefiat.
Bene esse paruo dispendio. Plaut. Menæch.24.
Bene hercle est illam tibi bene valere & viuere. Plautus Trinum. Hoc est, gaudeo illam rectè valere.
Melius est eum adire. Plaut. Menæch.24,
-postea autem patriam atque patrem
Memorat. melius nōs est adire, atque hunc percontarier.
Optimè est, Bene habet. Terent. Adelph.5.5,
-quid fit? quid agitur? S. Rectè. D. optimè est. Quasi dicat, Gaudeo te rectè valere.
Bene tibi est. Terent. Adelph.1.1, Et tibi bene esse soli, quum sibi sit malè. Idem And.2.5,
Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri.
Melius esse homini nihil potest. Cic.1. de Finib.
Melius est homini factum, pro Conualuit. Cic.1. Tuscul. Pompeio nostro familiari quum grauiter ægrotaret Neapoli, melius est factum. Budæus.
Melius erit isti morbo. Plaut. Cistel.2, Bono animo es, erit isti morbo melius. Id est inuenietur morbo isti aliquod remedium. Idem Trucul.4, -imò
Ædepol melius iam credo fore, vbi te videbit.
Bene fit tibi. Plaut. Merc.6, Ad portum propero: nam ibi mihi negotium est.
D. Bene ambulato. L. bene valeto. D. bene fit tibi. Hoc est quod quidam dicunt, prosit.
Bene nos, bene te, bene me. Plaut. Bene nos, bene te, bene me, bene nostram etiam Stephanium. Solebant prisci in bibendo bene sibi, & iis quos amabant, aut charos habebant, precari. More autem Græco velut per infinitiuum ita extulit comicus subaudito verbo precor. bene nos viuere & valere. Sed & inter libādum bene eodem modo precari solebant. Ouid. lib.2. Fastorum,
Et bene nos, bene tu patriæ pater optime Cæsar
Dicite suffuso per sacra verba mero. Hæc Turnebus.
Fuit melius ire. Horat.3. Carm. ode 27.
Fuit melius nescisse. Ouid.2. de Arte amandi.
Transcurrere ad melius. Horat.2. Serm. sat.2.
Bene vale. Plaut. Pœnulo. Bene vale. A G. & tu bene vale. Sic quoque apud Ciceronem in fine epistolarum multis in locis.
Bene valere. Plaut. Trin. Bene sanus, Cic.1. de Finib. Bene valens, Cic. ad Att. lib.15. Ouid.3. Trist.8. eleg.7, Nec melius valeo, quàm corpore, mente.
Optimè valere. Cic.2. de Finib. Vt inter optimè valere & grauissimè ægrotare nihil prorsus dicerent interesse.
Bene velle alicui ex animo. Terent. Heaut.5.2.
Bene venire velim quòd illud feceris. Cic. Sextio, Ego tua gratulatione commotus, quòd ad me pridem scripseras, velle te bene venire, quòd de Crasso domum emissem: emi ipsam domum. Id est, te optare vt res mihi prosperè succederet.
Bene verò, quòd mens, pietas, virtus, fides consecratur manu. Cic. 2. de Legibus.

Optimè

Optimè verò. Cic. 1. de Diuin. Optimè verò, inquam. etenim ipse Cotta sic disputat. &c.

Bene vertat. Virg. eclog. 9, Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. Id est Quæ res in eius perniciẽ vertatur, hoc est vt malo omine hoc munus accipiat. Tractum hoc est ab Hectore & Aiace. Nam Hector Aiaci gladium dedit, quo se Aiax postea interemit. Ipse verò balteum accepit ab Aiace, quo circa muros patrios tractus est. Postea inde illud comicũ ortum est, Dij bene vertant quod agas. Plerunque enim bona in peius: mala mutantur in melius. Hæc Seruius. Liu. 3. Decad. lib. 4, Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem.

Dij vertant bene. Terent. Eun. 2. 3. Nunquam defugiam authoritatem: sequere. CH. dij vertãt bene. Hoc est faxint dij vt omnia prosperè cedant.

Bene vertere comœdias. Terent. in prol. Eunuchi.

Bene vestire, & bene pascere, à Catone dictum est, pro magnam habere seruorum familiam, & magnos greges, & armenta, propè poeticè: vt & illud Sallustij ferè eiusdem generis & notæ, Quæ homines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parẽt. Id valet agros, maria, vrbes virtuti parere, & in eius ditione esse. Quæ dicẽdi figura, nec obuia est, & nouitate quadam non nimis accersita nec nimis affectata, etsi audaci, lectorem delectat intelligentem & studiis humanitatis imbutum. Turnebus.

Bene viuere, atque fortunatè. Plaut. Milite, 10.

Bene viuitur. Horat. 2 Carm. ode 16, Viuitur paruo bene.

Viuere melius. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Benedico, benedicis, penult. prod. {εὐλογέω, εὐφημέω} benedicere, Prospera precari, laudare. Plautus Asinaria, 12, Benedicite, ite intrò citò. valete.

Benedicere, interdum diuisim legitur, interposita vna aut altera dictione, interdum pluribus. Plaut. Milite, Bene quæso inter vos dicite, & mi absenti tamen.

Benedicere Deo, est laudare Deum. Deus dicitur benedicere homines, vel hominibus, quum dat illis prospera, auget bona, & fauet. Sed hæc sine Latinis exemplis.

Benedicere alicui. Cic. pro Sext. Cui benedixit vnquam bono? benedixit? imò quem, &c. Horat. 2. epist. 1,

-vertere modum formidine fustis

Ad benedicendum delectandúmque redacti.

¶ Bene dicere, Bene loqui. Terent. Eun. 3. 1, Bene dixti. at mihi istuc non in mentem venerat.

Benedictum, benedicti {εὐλογία, εὐφημία.} Terent. in prol. Phorm. Benedictis si certasset, audisset bene.

Mater benedictorum & benefactorum, Philosophia. Cic. in Bruto, Nemo qui philosophiam complexus esset matrem omnium benefactorum benéque dictorum, &c.

Certare benedictis. In CERTO.

Benedicè, penultima correpta {εὐφήμως} aduerbium. Plautus Asin. 5, Aliam atque olim quom illiciebas blandè ad te, benedicè. Id est laudando me.

Benefacio, benefacis, penul. corr. {εὐποιέω, ἀγαθοποιέω} benefacere. Terent. Eunuch. 5. 9, Bene fecisti: gratiam habeo maximam.

Benefacere aliquid. Horat. 4. Carm. ode 5, -neque

Si chartæ sileant, quod benefeceris.

Benefecit qui. Cicero Attico libro 12, Benefecit A. Silius qui transegerit.

Benefacit quòd. Cic. ad Attic. lib. 7, De animo autem meo erga Rempub. benefacis quòd non dubitas.

Abstistere benefacere. Tacit. lib. 6, Ne ingratis quidem benefacere abstitam.

Benefacere erga aliquem. Plaut. Trinum. 17.

Benefit, penultima corr. {εὐποιεῖται} Impersonale, cuius nullum exemplum reperi.

Benefit beneficium. Plaut. Capt. 6, Quod bonis benefit beneficiũ, gratia ea grauida 'st bonis.

Benefactum {εὐεργέτημα} Substantiuum, pro Beneficio. Ennius apud Cic. lib. 2. Offic. Benefacta malè locata, malefacta arbitror. Virgil. 3. Georg. Quid labor, aut benefacta iuuant?

Adornare verbis benefacta. In ADORNO.

Benefacta in luce collocare. In COLLOCO.

Benefacta cumulare. In CVMVLO.

Benefacta referre. Claud. Paneg. lib. 3.

Benefacta tenere. Claudian. Paneg. lib. 2.

Beneficus, penult. corr. {εὐεργετικός} adiectiuum, Qui beneficium præstat. Cic. 1. de Legib. Vbi enim beneficus, si nemo alterius causa benignè facit?

Beneficus in amicum. Cic. 1. Offic.

Benefici & liberales. Cic. de Amicitia, Vt enim benefici liberalésque sumus, non vt exigamus gratiam, &c.

Beneficentissimus. Cic. 2. de Nat. deor. Idẽ de Amicitia, Liberalissimi sint & beneficentissimi. Legitur & beneficissimus apud antiquos & apud M. Catonẽ de Ptolemæo rege optimo & beneficissimo.

Dij benefici. Cic. 1. de Diuinat. & lib. 2.

Ciuis beneficus & salutaris. Cic. pro Milone.

Benefica voluntate beneuolentia mouetur, etiam si res fortè non suppetat. Cic. 2. Offic.

Oratione beneficus. In ORATIO.

Beneficiarius {εὐεργετηθείς} Qui beneficium accepit. Valla libro 1. capite 6.

Beneficiarius. Festus, Beneficiarij dicebantur milites qui vacabant muneris beneficio. Econtrario munifices vocabantur, qui non vacabant, sed munus Reipub. faciebant. Vegetius libro 2. cap. 7, Beneficiarij ab eo appellati, quòd promouentur beneficio Tribunorum. Cæsar 1. bel. Ciuil. Petreius verò non deserit sese, armat familiam: cum hac & Prætoria cohorte Cetratorũ, Barbarisq; equitibus paucis, beneficiariis suis, quos suę custodiæ causa habere cõsueuerat. Vulgus nostrum *Vassalos* vocat.

Beneficium {εὐεργέτημα, χάρις, ἀγαθοποιΐα} Meritum. Terent. Eunuch. 1. 2, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Beneficiorum larga materia. Plin. Iunior lib. 2. epist. 13. ad Priscum, Regis exercitum amplissimum: hinc tibi beneficiorũ larga materia.

Accipere beneficium. Terentius Adelph. 2. 3, Abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.

Afficere aliquem beneficio. Cic. Plancio, lib. 10. 14, Quod si erit factum, & Rempub. diuino beneficio affeceris, & ipse æternã gloriam consequère.

Alligari beneficio. Cicero pro Plancio, Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quàm non modò beneficio, sed etiam beneuolentiæ significatione alligari.

Beneficium augere. In AVGEO.

Beneficium collocare. Cic. ad Sulpitiũ, lib. 13. 29, Id in me recipio, te ea quæ fecisti Mescinij causa, quæque feceris, ita beneficium collocaturum, vt iudices homini te gratissimo fecisse. Emendatiora exemplaria legunt, ita bene collocaturum.

Beneficia alicuius comedere. In COMEDO.

Complecti aliquem beneficio. Cic. pro Plancio, Petámque à vobis Iudices, vt eum beneficio complectamini, quem qui reprehẽderit, in eo reprehendit, &c.

Per beneficium & gratiam concedere. Cic. 5. Verr. Quæro nunc à te Hortensi, cum vtris tandem istius factum collaturus es? cum iis ne do qui benignitate adducti per beneficium & gratiam ciuitatibus concesserunt vt nummos pro frumento darent.

Causa beneficij gratiæque concedere. Cic. 5. Verr. Quod beneficij gratiæque causa concesserat.

Beneficium conduplicare. In CONDVPLICO.

Conferre beneficium in aliquem. Cic. 1. Offic. Et mores eius erũt spectandi in quem beneficium confereretur.

Beneficium cumulare. Vide CVMVLVS.

Dare, pro conferre. Cic. ad Rutilium lib. 13. 9, Maius mihi dare beneficium nullum potes.

Dare, & reddere. Cic. 1. Offic. Nam quum duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficij, alterum reddendi.

Dare & accipere. Cic. Att. lib. 14, Literæ verò tuæ tum amantissimè tum honorificentissimè scriptæ, sic me affecerunt, vt nõ dare tibi beneficium viderer, sed accipere à te ita petente, &c.

Pro beneficio dare. Cælius Ciceroni, lib. 8. 8, Quemadmodum tibi pro beneficio dederit.

Debere beneficium alicui. Cælius Ciceroni, lib. 8. epist. 12, Pudet me tibi confiteri, & queri de Apij hominis ingratissimi iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & quum homo auarus, vt ea solueret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit.

Deferre beneficia. Cic. 1. Offic. Quæ beneficia æquè magna non sunt habenda, atque ea quæ iudicio considératè constantérque delata sunt.

In loco beneficij deferre. Cic. 4. Verr. Etenim reuera multo magis est petendum ab hominibus si salui esse volumus, vt eant nobiscum in prouinciam, quàm hoc illis in beneficij loco deferendum.

Beneficium facere. Gellius lib. 7. cap. 10.

Beneficij sui facere. Sueton. in Claudio, cap. 23, Cõmeatus à Senatu peti solitos beneficij sui fecit. Solebant multi petere à Senatu facultatem abeundi, temporariúmque discessum: at Claudius id à se peti & impetrari voluit. *Il en retint à soy le don.*

Figere beneficium clauo trabali. Cic. 7. Verr. Et vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit. Vide Trabalis, in TRABS.

Beneficium fœnerari. Cic. de Amicit.

Beneficia habere. Cic. Quorum beneficia maxima haberem.

Habere pro beneficio. Brutus Ciceroni, 16. 4, An hoc pro beneficio habendum est, quòd se, quàm Antonium esse maluerit, à quo ista petenda essent, &c.

Impetrare aliquid in summo beneficio. Cic. 5 Verr. Hoc vix ab Apronio in summo beneficio, pro iis qui etiam incolumes erant, impetratum est.

Beneficium inire. Terent. in Andr. 5. 1.

Beneficium interire. Plaut. Malo si benè facias, id beneficium interit.

Manet beneficium in aliquo. In MANEO.

Beneficium in acta mittere. Seneca de Beneficiis, libro 2. capite 10, Si quod præstamus, offendit nisi absconditur, beneficium in acta non mitto.

Mutare beneficium. In MVTO.

Obligari beneficio. Cicer. 4. in Catil. Quòd hostes alienigenæ aut oppressi seruiunt, aut recepti beneficio se obligatos putant.

Beneficiis obstringere. Cic. pro Domo sua.

Ornare aliquem beneficiis. Cicer. post Reditum ad Quirites, Atque eo die confecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quem ego maximis beneficiis Quæstorem Consul ornaram, &c.

Parere sibi beneficium solidum. Terent. Eunuch. 5. 2,

Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.

In loco beneficij petitum. Cic. 5. Verr. Atque hoc in beneficij loco petitum est ab Apronio.

Placare beneficio inimicum. Cicero 4. in Catilinam, Qui antè ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos quum à pernicie Repub. repuleris, neque vi coercere, neque beneficio placare possis.

Beneficium ponere. Cic. Seruio Sulp. 13. 27, Scriberem quàm id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderem, & mihi peterem.

In beneficij loco ponere. Cic. Fam. 15.

Proiicere beneficium. Seneca de Beneficiis lib. 1. cap. 1, Beneficia sine vllo delectu magis proiicimus, quàm damus.

Promereri & proferre beneficium. Cic. pro Murena, Homines te-

nues vnum habent in nostrum ordinem, aut promerendi aut proferendi beneficij locum.

Recipi in beneficium. Paterculus lib. 2. Itaque quũ ita ciuitas Italię data esset, vt in octo. tribus contribuerentur noui ciues: ne potentia eorum & multitudo, veterum ciuium dignitatem frangeret, plúsque possent recepti in beneficium, quàm authores beneficij, Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est.

Beneficium reddere. Terent. in Phorm.

Remunerare beneficium. Cic. post Reditum in Sen. Etenim vlciscendæ iniuriæ facilior ratio est, quàm beneficium remunerandi.

Beneficiis respondere. Cic.

Beneficium soluere. Cic. Fam 8.

Subuertere beneficiũ. Plin. Iunior lib. 3. epist. 4, Est enim ita natura comparatum, vt antiquiora beneficia subuertas, nisi illa posterioribus cumules.

Non sustinere beneficia. Cicero Curioni, libro 2. 5, Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa nouitate meorum temporum clarissima & maxima beneficia extiterunt: &c. Neque enim sum veritus ne sustinere tua in me vel innumerabilia non possem: quũ præsertim considerem nullam esse gratiam, quam nõ vel capere animus meus in accipiendo, vel remunerando cumulandóque illustrare posset. Significat Cicero se dignum esse tanto beneficio, nõ tantùm accipiendo, sed etiã referendo gratiã. Hoc enim est sustinere beneficia.

Tribuere beneficium. Cic. pro Corn. Balbo, Beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus.

Tueri suum beneficiũ. Cic. pro Cœlio, Meum erga te parentémq; tuum beneficium tueri debeo.

Vti peruetse deorum beneficio. Cic. 3. de Nat. deor.

Beneficio isto legis, benignitate Decemuirali nihil vtitur. Cic. contra Rullum.

¶ Beneficium in iure ciuili pro priuilegio ferè dicimus: hoc est pro iure præcipuo quod certæ alicui personæ, vel ætati, vel sexui, vel conditioni propriè attributum est. Personæ: vt in l. 3. Dig. de constit. princip. Beneficium imperatoris, quod à diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quamplenissimè interpretari debemus. Ætati, vt beneficium restitutionis in integrum, quod minoribus XXV. annis conceditur. Sexui, vt S. C. Velleiani beneficium, quod mulieribus, quæ pro aliis intercesserint, datur. Certæ conditioni, vt beneficium epistolæ D. Adriani, quod fideiussoribus datur, vt si vnus in solidum conueniatur, de sua virili parte excipiat. l. inter. & l. sequent. D. de fideiuss. Item beneficium, ne qui pluris quàm facere possint, damnentur: de quibus vide in l. Sunt qui. & multis sequentibus. D. de re iudic. Item beneficium cessionis, vt iis qui magno ære alieno oppressi, soluendo non fuerint, bonis apud magistratum cedere liceat. l. 1. C. Qui bon. ced. poss.

¶ Beneficium, Largitio aliqua ex ærario, quæ ciuibus Rom. dũtaxat, quorum egregia opera in bello extitisset, commendatione imperatoris Tribuniue sui deferebatur. Cic. pro Archia, Testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adiit hæreditates ciuili Roman. iure, & in beneficiis ad ærarium delatus est à L. Lucullo Prætore & Consule. De his beneficiis interpretandus est, Hotomani iudicio, Cicer. locus in epist. 26. lib. 15. epist. Quod scribis de beneficiis, scito à me & tribunos mil. & præfectos, & cõtubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit. Liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam mihi dari: postea certior factus sum, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem.

¶ Beneficio alicuius, pro opera alicuius. Vlpian. l. Ex damni. §. 1. D. de damn. infect. Consequens est dicere detrimentum hoc, quod beneficio eius contingit, sarcire eum debere, id est culpa eius. Idem l. communi. §. 8. D. communi diuid. Quia hæc pars beneficio alterius venditori accessit. Idem l. inter omnes. D. de furt. Cõpetit enim actio non ideo, quia nũc abest, sed quia nunquam beneficio furis abfuerit.

¶ Meo beneficio, id est propter me. Cic. ad Aciliũ, lib. 13. 36, Quem Cæsar meo beneficio in Nouocomenses retulit.

Beneficio longissimæ ætatis. Quintil. lib. 3. cap. 1. de Gorgia Leontino loquens.

Ingenij beneficio præstantes. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Memoria beneficij. Cic. pro Plancio, Cui non sum obstrictus memoria beneficij sempiterna.

Tabula beneficij. Cic. 2. Philipp. Nequa post Idus Martias immunitatis tabula, néve cuiusquam beneficij figeretur.

Beneficio tuo, id est tua opera. Cic. Fam. 10.

Indignus, aut victus beneficio. Cic. pro Plancio, Nihil porrò tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quàm committere vt beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.

Gratus & memor beneficij. Cic. De lege Agraria, Atque ij vt grati ac memores beneficij esse videantur, aliquid se, &c.

Immortalia beneficia. Cic. Planc. lib. 4. 14. Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis charissima mea salus & meæ fortunæ esse debent, &c.

Beneficentia {εὐεργεσία} Est benignitas, vel liberalitas. Vide BENIGNITAS. Cic. 1. de Natura deor. Quid enim melius aut præstantius bonitate & beneficentia?

Beneuolens. penultima correpta {εὔνοος} Participium à bene volo, quod vnica voce non dicitur: Qui bene vult alicui, id est amicus. Plautus Merc. 17,

Non sum molesta, sed beneuolens.

Beneuolentes dij. Plaut. Milite 20.

¶ Beneuolentissimi officio fungi. Cic. Titio, lib. 16, His ego literis siquid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum. sin minus valuissent, officio tamen esse functum beneuolentissimi atque amicissimi.

Beneuolus. penult. corr. {εὐνοϊκός, εὔνους, εὔνως} Idem. Terent. Hec. Facilem beneuolúmque lingua tua iam tibi me reddidit.

Beneuolus erga aliquem. Plaut. Capt. 6.

Beneuolus domino seruus, Cic. pro Cluentio. Sic lib. 2. de Inuent.

Patriæ beneuoli.

Beneuolus animus. Cic. 2. Verr. Siue beneuolo animo me, vt magnopere cauerem, præmonebat.

Iudices beneuolos efficere. Cic. 2. de Orat. Ex iis autem apud quos agetur, & beneuolos, benéque existimantes efficiamus.

Facere beneuolum auditorem. Cic. 1. de Inuent. Quod eueniet, si eum beneuolum, attentum, docilem fecerit.

¶ Beneuolentior, oris, cõparatiuum à Beneuolus, siue ab antiquo Beneuolens, quo Plautus identidem vtitur, vt paulo antè ostendimus suo loco. Cic. lib. 1. epist. Beneuolentior tibi quàm fueram, nihilo sum factus. Idẽ alibi, Nã beneuolẽtior quàm semper fui, esse nõ possum.

Beneuolè {εὐνοϊκῶς} Aduerbium. Cicero 1. de Finibus, Quos tu paulo antè cùm memoriter, tum etiam erga nos amicè & beneuolè collegisti.

Fideliter, beneuoléq; præsto esse alicui molestissimis temporibus. Cic. Octauio, lib. 13. 22.

Facere aliquid beneuolè, Cic. de Amicitia, Et hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.

Beneuolentia {εὔνοια, [illegible], φιλοφροσύνη} Amor, quasi bona voluntas. Cicero 1. de Natura deorum. Et Lentulo, libro 1. 9, Quid enim dicam beneuolentiam, quum illud ipsum grauissimum & sanctissimum nomen pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur?

Beneuolentiam acquirere. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Non ademit mors beneuolentiam. Cic. pro Sext. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ: sed charitatem illius necessitudinis & beneuolentiam non ademit.

Beneuolentiam hominum sibi adiungere. In ADIVNGO.

Beneuolentiam alicuius allicere. In ALLICIO.

Allicere ad beneuolentiam animos. Cicero 2. Officiorum, Præcipiunt vt oratione benigna multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant.

Beneuolentiam captare. In CAPIO.

Beneuolentiam colligere. In COLLIGO.

Beneuolentia aliquem complecti. In COMPLECTOR.

Beneuolentiam conciliare. In CONCILIO.

Conciliare animos ad beneuolentiam. Cicero 2. de Oratore, Valet igitur multum ad vincendum, &c. animósque eorum, apud quos agitur, conciliari quammaximè ad beneuolentiam, cùm erga oratorem, tum erga illum pro quo dicet orator.

Beneuolentiam consectari largitione. In CONSECTOR.

¶ Consentiens ad beneuolentiam erga nos, exercitus. Cicero ad Atticum, Paruo exercitu, sed vt spero, ad beneuolentiam erga nos consentiente.

Susceptam conseruare beneuolentiam. Cicero Appio, libro 3. 7, Hæc ad te scripsi liberalius, fretus conscientia officij tui, beneuolentiáq;, quam à me certo iudicio susceptã, quoad tu voles, conseruabo.

Deportare beneuolentiam alicuius ex loco aliquo. Cic. Attico, libro 6, Si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolẽtiam deportassem, mihi id satis esse.

Fidem & beneuolẽtiam alicuius erga se experiri. Cicero Lentulo, libro 1. 5.

Habere beneuolẽtiam erga aliquem. Cic. 1. Offic. & de Opt. gen. Orat. Atque ita prædicaretur, cum donari virtutis ergò, beneuolentiǽque quam erga populum Atheniensem haberet.

Nauare beneuolentiam. In NAVO.

Perspicere beneuolentiam alicuius erga se. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.

Beneuolentiam iudicis petere. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Præstare beneuolentiam singularem alicui. Marcellus Ciceroni lib. 4. 11, Tamen hoc mihi multo iucundius est & gratius, quòd, &c. te cupidissimum mei, singularemque mihi beneuolentiam præstitisse cognoui.

Gratia beneuolentiæ aliquid facere. Cic 2. Offic. Quæcunque igitur homines homini tribuunt, ad eum augendum atque honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt.

Fidelis beneuolentia. Cic. 2. Offic. Malus enim est custos diuturnitatis metus: contráque beneuolentia fidelis, vel ad perpetuitatem.

Impar beneuolentia. In IMPAR.

Sempiterna beneuolentia colere memoriã beneficij alicuius. Cic. Post Reditum, ad Quirites, Quapropter memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna.

Singularis beneuolentia. Vide paulo antè Præstare beneuolentiam, &c.

Benignus {χρηστός, ἤπιος, [illegible]} Adiectiuum. dicitur liberalis, beneficus, clemens. Festus, Benignus propriè dicitur is qui bonis & dignis aliquid largitur. Est autem compositum ex bono & gignẽdo. Hactenus Festus. Cic. ad Brutum, Sed nescio quomodo facilius in timore benigni, quàm in victoria grati reperimur. Plaut. Rud. 31,

Quando ergo tibi benignus fuit?

Beneficus & benignus. Cic. 2. de Nat. deor. Vt enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse?

Ager benignus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.

Dapes benignæ. Vide DAPS.

Dies felix. Stat. lib. 5. Sylu. 1.

Diui. Horat. lib. 4. Carm. ode 2.

Nox. Stat. Thebaid. lib. 10,

-iterum ecce benignæ

Noctis aues sequor.

Numen. Horat. 4. Carm. ode 4.

Oratio. Cic. 2. Offic. Præcipiunt vt oratione benigna, multitudinis animos ad beneuolentiam alliciant.

Præda. Ouid. 5. Fast.

Sermo, Iucundus. Horat. 1. Epist. 5,

Æstiuam sermone benigno tendere noctem.

Tellus: id est ferax. Plin. de Ægypto, Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior. Id est, Quæ plus fructus reddat.

Benigna mentis temperies. Claud.epigram.46.
Terra frugifera. Tibul.3.eleg.3,
Et magnas messes terra benigna daret.
Sub benigno teste viuere. Claud.Paneg.2.
Vena ingenij. Horat.2.Carm.ode 18.
Verba. Propert.1.eleg.10. Idem 3.eleg.13.
Benigno vultu ac sermone. Liu.8.bel. Pun. Vt per idoneos homines, benigno vultu ac sermone in hospitium, inuitatos, sopitósque vino vincirent.
Vultum seruat fortuna benignum. Horat.1.Epist.11.
¶ Vini somníque benignus. Horat.2.Serm.sat.3. Id est Largus vini, & somni, siue vino & somno largè indulgens.
Benignè {ἀφειδῶς, ἐκδοτικῶς} Liberaliter, siue largè & abúdé. Terent. Hecyr.5.2,
Nihil apud me tibi desieri patiar, quin quod opus sit,
Benignè præbeatur. Vbi Donatus. Benignè, largè hoc enim est gratius, non solùm præbere, sed benignè præbere.
Benignè præbet octo portus. Plin.lib.5.cap.31.
¶ Benignè, Clementer. vt, Benignè attentéque aliquem audire. Cic.pro A.Cluentio.
Benignè audire legationem alicuius. Liu.1.ab Vrbe.
¶ Benignè, Aduerbium blande recusantis. Horat.lib.1.Epist.2,
-quid multa? benignè respondet. Est enim perinde ac si diceret, excusatum me habeas: vt apud Aristoph.in Ranis, κάλλιστ' ἐπαινῶ, quod est Laudo, renuentis est: & apud Terentium, rectè. Itaque illud eiusdem epistolæ in eundem accipiẽdum sensum esse arbitror,
-Arta quantumuis tolle benignè. vt hoc respondentis sit, & bellè recusantis. Turnebus. Lambinus exponit, Benignè, id est liberaliter.
Benignius. Horat.1.Carm.ode 9, -atque benignius
Deprome quadrimum Sabina
O Thaliarche merum dyota. Benignius, id est liberalius.
Benignius dare operam. Plaut Merc.19.
Communicare benignissimé. Cic.4.Verr. Sunt alia magis occulta furta, quæ ille, vt istius credo, animos atque impetus retardaret, cum Quæstore suo benignissimè communicauit.
Defendere benignè. Cic.pro Flacco, Sed exponam quid in re sit: vt quamobrem ista ciuitas neque seuerè Flaccum oppugnarit, neque benignè defenderit, scire possitis.
Benignè dicis. Terent.Phorm.5.9,
-at ego ecastor posthac tibi quod potero, & quæ voles
Faciamque & dicam. P. benignè dicis. N. pol meritum est tuum.
Benignè facere. Terent.Adelph.5.4,
Age, age, nunc experiamur contra hæc quid ego possiem.
Blandè dicere, aut benignè facere, quando eo prouocat. Cicero 1. Offic. Videndum est enim primùm ne obsit benignitas, & iis ipsis quibus benignè videbitur fieri, & cæteris. Idem 2.Offic. Nam aut opera benignè fit indigentibus aut pecunia.
Inuitari benignè. Cic.Attic.lib.3, Adhuc inuitamur benignè.
Benignè mõstrare viam, cui Grauatè opponitur. Cic.pro Cornel. Balb. Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant viam: benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit.
Benignissime promittere. Cic.4. Verr. Aliis, si laudarent, benignissimè promittere.
Benignius omnes me salutant. Plaut. Aulul.5.
Benigniter, pen.cor. {φιλανθρώπως} pro benignè. Titinnius Gemina, Nimium te patrocinari censeo benigniter. Nonius.
Benignitas, pen. corr. {χρηστότης, ἐπιείκεια} Liberalitas & beneficentia. Terent. Eunuc.1.2,
-num solus dona dat? nuncubi meam
Benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Intelligit se & dona obtulisse, & id benignè sæpe fecisse: nam plerunque ingrata dona sunt in quibus benignitas non apparet: quæ aut in quantitate rerum est, aut in facilitate præstantis. Cic.1.Offic. Ne maior benignitas sit, quàm facultas.
Inter liberalitatem, benignitatem, & comitatem videtur nescio quid interesse, vt ex verbis Ciceronis apparet, lib.5.de Finib. Iustitia (inquit) dicitur cui sunt adiunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque sunt generis eiusdem.
¶ Benignitas, Clementia. Plaut. Merc.10,
Vt simplicius dicam, si opera est auribus,
Atque ad vertendum huc animum adest benignitas.
Benignitate adduci. In ADDVCO.
Audire summa cum benignitate. Cic.pro Sextio, Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, Iudices, &c.
Benignitas in audiendo. Cic.pro Domo sua, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam.
Conferre benignitatem in aliquem. In CONFERO.
Dei benignitate. Cic. pro Qu. Rosc. Comœdo, Nunc deûm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ.
Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit præter dedecus. Cic.Attic.lib.4,71.
Naturæ benignitas. Cic.2.de Nat. deor. Sed illa quanta benignitas naturæ, quod tam multa ad vescendum, tam varia, & tam iucunda gignit?

B O O

Boo, boas, & bois, Boarius, Vide BOS.
BOOSCOITE {Βοὸς κοίτη} Hellesponti vrbs est quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Author Plin.lib.5.cap.vlt.
BOOSVRA {Βοὸς οὐρά} Latinè Bouis cauda, vrbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Author Strabo lib.14.
Bootes, bootis, & boote: siue Bootus, booti, pen.prod. {Βοώτης} A boue deductum nomen, Lat. dicere possumus bubulcum. Est autem cæleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci, sequi plaustrum videtur. Iuuen.sat.5,
Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Fuit autem Bootes, vt refert Higinus, Iouis ex Callisto filius, nepos Lycaonis regis Arcadiæ, qui vnà cum matre in cælum est translatus, & illi velut custos appositus. Cic.2.de Nat.deorum,
Septentriones autem sequitur
Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes,
Quòd quasi temone adiunctam præ se quatit Arctum. Aratus,
Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.
Bootes Actæus. Valer.lib.2. Argonaut.
-quo sydere vibret
Ensis, & Actæus niteat qua luce Bootes.
Cadens Bootes. Virg.1.Georg. Cadens, occidens. Verno scilicet tempore, tunc enim Bootes occidit. Seruius.
Bootes iratus. Claudian.lib.3.de Rapt.Proserpinæ,
Verna nec iratum timeant virgulta Booten. Hoc est infestum & noxium. Plin.lib.18.cap.28, Tempestates, grandines, procellæ, cæteráque similia ab horridis syderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis.
Bootes piger. Claud.lib.2.de Rapt.Proserp.
Tardus. Ouid.2.Metamorphoseos,
Te quoque turbatum memorant fugisse Boote,
Quamuis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
Auferre Booten dicitur Aurora, quando discedit. Ouid.5.Fast.
Auferet ex oculis veniens Aurora Booten.

B O P

Bopgyrus, Piscis nomen est, in Ponto nascens, & in scopulis viuens, vt ex Ouid. refert Plin.lib.32.cap.11.

B O R

BORAMA, Phœniciæ vrbs est non procul à Beryto, & Byblo, vt author est Strabo lib.16.
BORCANI, Populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, vt author est Plin.lib.3.cap.11.
BORCOBAE, Thraciæ oppidum Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, vt author est Plin.l.b.4.cap.11.
Borca, Gemma est è Iaspidum genere. Plin.lib.37.cap.8. Quarta apud eos vocatur Borea, cælo autumnali matutino similis: & hæc erit illa, quæ vocatur aerizusa. Similis est & Sardæ, imitata & violas. Hæc ille, vbi de Iaspidibus loquitur. Quidam Boria scribunt.
BOREA, Oppidi nomen, quod à Sex. Pompeio captum est, vt scribit Cic. 16.ad Attic.
Boreas, Boreæ, penult. cor. {Βορέας} Ventus Aquilo. Nonius Boream, hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit & procellosus. Virg. 1.Georgicorum,
Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Boreæ Alpini. Id est flatues de Alpibus. Virg.4.Æneidos,
Ac veluti annosam valido quum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Irruere inter se certant.
Arctous. Seneca in Troade,5,
Arctoi Boreæ dissipat impetus.
Frigus Boreæ. Virg.1.Georg.
Furiæ Boreæ. Stat.9.Thebaidos,
-Getico qualis procumbit in Æmo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus,
Cælo missa comas.
Gelidus. Ouid.2.Amor.eleg.11, -Euróque timebo,
Et gelidum Boream, præcipitémque Notum?
Grauis. Claud.1.de rapt.Proserp.
Hemonius. Sil.lib.10, -velocius inde
Hemonio Borea, pennáque citatior ibat.
Hispidus glacie niuali. Claudian.1.de Rapt.Proserp.
Horrifer. Ouid.1.Metamorphoseos,
-Scythiam, Septémque triones
Horrifer inuasit Boreas.
Hybernus. Stat.lib.5.Sylu.
Quid Boreas hybernus agat.
Præceps. Ouid.lib.2.Metam. -vt acta
Præcipiti pinus Borea.
Sæuus. Catul.epigramm.23.
Sarmaticus. Seneca in Thyeste,2,
Quas quum Sarmaticus tempore frigido
In summis Boreas composuit iugis.
Scythicus. Stat.5.Thebaid.
Siccus. Seneca in Hercule OEth.8,
Et siccus Boreas ferit.
Spirans. Virg.2.Georgicorum,
Tellurem Borea rigidam spirante mouere.
Trux. Virg.1.Georgicorum,
At Boreæ de parte trucis qui fulminat.
Excludere Boream. Lucan.lib.4,
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulsit,
Exclusit Boream.
Expellere Boream. Seneca in Herc.OEth.2,
Quum Boream expulit Africus.
Boreus, penul.prod.vel, Boræus {Βόρειος} adiectiuum. vt Polus Boreus, id est Septentrionalis, siue Arcticus.
Axis Boreus. Ouid.4.Trist.eleg.7,
Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est.
BOREAS, nomen fuit Thracis cuiusdam, Strymonis filij. Hic rapuit Orithyiam Erichthoni Athenarum regis filiám. Vnde poetis fabulãdi occasio est subministrata, Orithyiam à Borea vento fuisse raptam, eíque Zethen & Calain peperisse.
BORBOSTOMA, pen.corr. huius Boreostomatis, pen. etiam corr.n.gen. Danubij fluminis vnum ex ostiis. Ex codẽ enim alueo & super Istropolin lacus gignitur LXIII. M. passuum ambitu, Halmyrin vocant.

Secundum ostium, Naracustoma appellatur. Tertium, Calostoma iuxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma, & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autem ora tanta sunt, vt prodatur in XL. M. passuum longitudinis vinci mare, dulcémque intelligi haustum. Verba sunt Plinij de Danubij ostiis lib 4. cap. 12.

BORGODI, Asiæ populi in insula Aegilia, teste Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione Arabiæ.

BORION {Βόρειον} Africæ promontorium est quod maiorem Syrtim includit. Plin. lib. 5. cap. 4, Promotorium quod maiorem includit, (Syrtim intelligit) Borion appellatur.

BORMANNICO, Oppidum est Narbonensis prouinciæ, in agro Caucasum situm, de quo Plin. lib. 3. cap. 4.

BORON, est Troglodytarum oppidum, vt tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

BORRV, Arianæ regionis flumen est, teste Plin. lib. 6. cap. 23.

BORSIPPA, est Babyloniæ, quæ Mesopotamiæ coniuncta est inter Euphratis conuersiones, vrbs, Dianæ & Apollini sacra, in qua maximum lanificium est, & maxima vespertilionum multitudo, qui longè maiores sunt, quàm qui in cæteris locis capiuntur, & in esum condiuntur. Ex Strab. lib. 16. Huius vrbis artificiosi lanificij meminisse videtur Martialis dum scribit carmen illud,

Texta Semiramia quæ variantur acu.

Borsycites, Plin. lib. 37. cap. 11, Gemma est, in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus.

Borypptes, Gema nigra, sanguineis & albis nodis. Plin. lib. 37. cap. 10.

BORYSTHENES, Oppidum est, quod Borysthene amne alluitur: vnde & nomen accepit. Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. lib. 7. & Ptolem. lib. 3. cap. 5. Pomp. Mela Borysthenidē appellat lib. 2. ¶ Est & insula eiusdem nominis, ante fluuij huius ostia sita, cuius etiam meminit Ptolem loco iam citato. ¶ Lacus quoque est eiusdē regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. lib. 4. cap. 12.

BORYSTHENES, pen. corr. {Βορυσθένης} Quartus Scythiæ fluuius secundum Istrum omnium maximus: & non modò Scythicorum fluuiorum longè vberrimus, sed etiam cæteris vberior præter Ægyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare. Cæterùm vberrimus est Borysthenes pascua præbens amœnissima & accommodatissima pecoribus, necnō optimorum ac singularium affatim piscium. Idem ad potandum suauissimus, liquidus inter turbidos fluens. In cuius quoque ostio ingens vis salis sua sponte concrescit: præbet idem ingentia cete spinis carentia. Verba sunt Herodoti in Melpomene. De Borysthene Plinius, Strabo, Solinus: sed omnium diligentissimè Herodotus lib. 4. Nunc vulgò vocatur *Neper* à Turcis.

BORYSTHENIDAE, Populi ad Borysthenem amnem, authore Pomponio, Tum Borysthenes (inquit) gentem sui nominis abluit.

Hyberni Borysthenidæ. Propert. lib. 2. eleg. 8,
Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Borysthenius {Βορυσθένιος} adiectiuum. Ouid. lib. 4. de Ponto, eleg. 10,
Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.

BOS

BOS, bouis, com. gen. {βοῦς} datiuum & ablatiuum plurales bobus per syncopam facit, & more veterum bubus. Colum. lib. 2, Nihil dubium quin equis melius, quàm bubus res conficiatur. Cic. de Senect. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem viuum.

Bos & ô bos producitur: sicut his bobus, & ab his bobus: nam reliqui omnes casus breuem habēt syllabam primam. Seruius in octauam eclogam Virgilij.

Bos, taurum, vaccámque comprehendit, præter suum proprium significatum. Valla lib. 4. cap. 42.

¶ Bos, nummum aliquando significat, quòd antiqua pecunia quædam boues signatos haberet, quædam etiam pecudes, vnde nomen pecuniæ tractum. Plin. lib. 18. cap. 3, Seruius rex, ouium boúmque effigie primus æs signauit. Plaut. Persa, 9, Boues bini hic sunt in crumena. Vnde tractum prouerbium, Bos in lingua. In eos qui non audent liberè quod sentiunt dicere. Translatum vel à robore animantis, quasi linguam opprimens, non sinat eam loqui: vel hinc quòd Atheniensium numisma quondam bouis obtinuit figuram. Vide Erasmi Chiliadas.

¶ Bos Cyprius. In brutū ac stolidum iaci solitum, propterea quòd Cyprij boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascatur, de quibus vide Plin. lib. 28. c. vlt. Refertur prouerbiū à Suida.

Lucæ boues vocantur elephanti. Plin. lib. 8. cap. 6, Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boues Lucas appellauit in Lucanis visos, anno Vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo.

¶ Luci boues, Id est syluestres, quales sunt vri aut bisontes. Seneca in Hippol. 3, -amat insani
Bellua Ponti, lucíque boues
Vendicat omnes natura sibi.

Armenta boum. Virg. 2. Georgicorum,
-hinc armenta boum, meritósque iuuencos.

Cædes boum. Ouid. 11. Metamorphoseos,
-neque enim ieiunia curat
Cæde boum, dirámque famem finire.

Capita boum, pro ipsis bobus. Virg. 5. Æneidos,
Bina boum vobis Troia generatus Acestes
Dat numero capita in naueis.

Corpora boum. Virg. 4. Georg.

Cura boum. Virg. 1. Georg.

Custos boum. Ouid. 1. epist.

Labores boum experiri. Virg. 1. Georgicorum,
-hæc quum sint hominúmque boúmque labores
Versando terram experti.

Labores boum diluere. Virg. 1. Georgicorum, Diluit.
Et pluuia ingenti sata læta, boúmque labores
Trahere labores boum. Virg. 2. Æneidos,
-boúmque labores
Præcipitésque trahit syluas. De ventis loquitur.

Mos bouis. Ouid. in Ibin,
Vtque ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
More bouis Paphio clausus in ære gemas.

Mugitus boum. Virg. 2. Georgicorum,
-at frigida Tempe
Mugitúsque boum, mollésque sub arbore somni,
Non absunt.

Pellis acerba boum. Virg. 3. Georg.

Terga boum. Virg. 5. Æneidos,
-taurorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant.

Vsus boum. Virg. 3. Georgicorum,
Siue boum, siue est cui gratior vsus equorum.

Æripes bos. Ouid. 6. epist.
Narrat & æripedes Martis arasse boues.

Agenoreæ boues. Ouid. 24. epist.
Inter Agenoreas constiteratque boues.

Albis bobus venerari deos. Horat. In carmine seculari.

Bos cerebrosus. In CEREBRVM.

Contumaces boues. In CONTVMAX.

Cruda bos Horat. Epod. 8. Hoc est, cibum malè coquens seu digerens, ob idque alui fluxum patiens.

Bouem disiunctum curare. Horat. 1. epist. 14.

Erithreides boues. Ouid. 1. Fastorum,
Ecce boues illuc Erythreidas applicat heros. De Hercule, qui Geryoni in Erythrea Hispaniæ insula iuxta Gades regnanti, boues abstulit. Vide Strab. lib. 3. Plin. lib. 4. cap. 22. Melam lib. 3.

Fessi boues. Horat. Epod. 2,
Videre fessos vomerem inuersum boues
Collo trahentes languido.

Forda. Ouid. 4. Fastorum,
Pontifices forda sacra litate boue. Dicitur autem forda bos quæ fert in ventre, à ferendo, vt Varro author est.

Formosæ. Ouid. 1. de Arte amandi,
Inuida formosas oderat illa boues.

Iberus bos. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Diues ad Oceanum bobus Ioue natus Iberis. De Hercule, qui Geryoni in Iberia, id est Hispania regnanti, boues abstulit.

Immunis aratri. Ouid. 3. Metam.

Incustoditæ. Ouid. 1. Fast. -vagantur
Incustoditæ lata per arua boues.

Indigena. Ouid 3. Amorum, eleg. 12,
Casta sacerdotes Iunoni festa parabant,
Et celebres ludos indigenámque bouem.

Indomita. Valer. lib. 4. Argonaut.

Insana. Ouid. 14. Epistol.
Exuit insanæ pellicis ora bouis. Io Inachi filiam intelligit, quæ ab Ioue compressa, subitóque Iunonis interuentu in vaccam mutata, tandem furiis agitata in Ægyptum peruenit: vbi pristinæ formæ reddita, & mentis compos facta, Isis dea vocata est.

Intacta. Horatius 9. Epod. 5, -tu moraris aureos
Currus & intactas boues. Id est quæ iugum non sunt passæ, & indomitæ.

Lectus. Ouid. 6. Metamorphoseos,
Impatiénsque viæ genitor deducere lectos
Iusserat inde boues.

Macri. Iuuenalis sat. 14.

Mactatus. Ouid. 19. Epistol.
Non boue mactato cælestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.

Minaces. Ouid. 11. Metamorphoseos,
-cornúque minaces
Diuulsere boues.

Misera. Valer. 4. Argonaut. De Io Inachi filia loquens,
-primo vestigia visu
Fugit: & in miseræ rursus bouis ora recurrit.

Mutili. In MVTILVS.

Omniuoræ boues. In OMNIVORVS.

Opimi boues. In OPIMVS.

Otiosus. Horat. 3. Carm. ode 3,
Festus in pratis vacat otioso
Cum boue pagus.

Passa iugum bos. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis Nullum passa iugum.

Pasti. Virg eclog. 5,
Non vlli pastos illis egêre diebus
Frigida Daphni boues ad flumina.

Patuli. In PATVLVS.

Pauidi. Claud. Paneg. 3.

Perdomiti. In PERDOMO.

Piger. Horat. 1. Epist. 14,
Optat ephippia bos piger.

Profugæ. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Ruricolæ. Ouid. 1. Fast.
-animam quum ponat in aris
Lanigerúmque pecus, ruricolǽque boues.

Sacri. Ouid. 4. Fastorum,
Sacrorúmque Melam pascua læta boum.

Sarmatici. Ouid. 3. Trist. eleg. 10,
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boues.

Tardi. Ouid. 1. Amorum, eleg. 13,
Prima vocas tardos sub iuga panda boues.

Torua. Virg. 3. Georgicōn,
-optima toruæ Forma bouis.

Triumphatus

Triumphatus.Ouid. 3.Fast. Hoc est in triumphi sacrificio occisus.
Tutus.Horat.4.Carm.ode 5,
Tutus bos etenim rura perambulat.
Vetulus.Iuuenal.sat.10,
Et ruit ante aram summi Iouis,vt vetulus bos.
Vincti.Ouid.7.Metamorph.
¶Amouere boues per dolum Horat.1.Carm.ode 10,
Te boues olim nisi reddidisses Per dolum amotas,&c.
Arare bobus.Ouid.5.Epist.
Non profecturis littora bobus aras. Hoc est operam perdis & frustra laboras.
Arat bos.Ouid.15.Metamorphoseos,
Bos aret,aut mortem senioribus imputet annis.
Cædere boues.Ouid.13.Metamorph.
Conterere.Lucret.lib.2.Id est assiduo labore vexare.
Curare.In CVRO.
Disiungere.Iuuenalis sat.5.
Domitare.Virg.1.Georg. Et prensos domitare boues.
Enecare arando Horat.1.Epist.7. -bos est enectus arando.
Errant boues.Virg.1.eclog.
Fatigare boues.Horat.3.Carm.ode 6,
-& iuga demeret Bobus fatigatis.
Pascere.Virg.1.ecloga,
Pascite,vt ante,boues pueri,submittite tauros.
Dente non petit bos.Horat.2.Serm.sat.1,
Vt neque calce lupus quenquam,neque dente petit bos.
Placare deos boue.Horat.1.Epist.17,
Vir bonus,omne forum quem spectat,& omne tribunal
Quandocunque deos,vel porco,vel boue placat.
Quærere.Virg.3.Georg.
Subiicere boues aratro.Ouid.15.Metamorphoseos,
Quantum depresso subiectis bubus aratro.
Firmius boue.Ouid.1.de Ponto,eleg.5,
-& quid boue firmius?

Boalia (Βοάλια) Ludi diis inferis consecrati.Sipontinus.Fiebant autem cum bubus, quemadmodum nunc quoque fieri solet apud Italos,sexptuagesimæ tempore,quod tempus quidam *Carnipriuium* vocant.

Boarius,adiectiuum (Βοεικός) Quod ad bouem pertinet.vt,Boarium forum. Festus, Boarium forum Romæ dicebatur,quòd ibi venderentur boues. Huius fori boarij meminit Plinius lib.28. cap.2, & lib. 34.cap.2.
Arua boaria,In quibus Boarium forum Romæ fuit.Propert.lib.4. eleg.10.4,
Aruáque mugitu sancite boaria longo,
Nobile erit Romæ pascua nostra forum.
Boaria lappa, herbæ nomen apud Plinium lib. 26. cap.11. Vide LAPPA.

Boo,boas (Βοάω) boare, Est clamare: & boum est proprium,etiam ab ipsa voce, quemadmodum baubare canum. ficititia enim sunt vocabula. Boo autem à Græco descendit Βοάω, quod est clamo. Plautus Amphit.4,
-tela frangunt,boat cælum Fremitu virûm.

Boo,bois (Βοάω,μυκάω) boire,Idem.Pacuuius Medea,Clamore & sonitu resonantes boant. Varro de Parmenone, Exeunt citi,strepunt,bount. Nonius.Antiquum est & inusitatum.
Vox boans.Ouid.3.de Arte amandi,
Redde meum,toto voce boante foro.

Bouare (Βοάζειν) dicuntur boues, quum vocem emittunt, teste Varr.lib. 6.de Ling. Latina.Boare autem magis est in vsu.

Bouatim,ad similitudinem bouis. Nigid. Figulus apud Nonium, Sunt etiam assimilanter dicta hæc,Canatim,Suatim,Bouatim,quæ ab animalibus sumuntur.

Bouillus (Βόειος) adiectiuú à boue,vt Bouilla caro.Plinius,Bouillæ carnis iure facilè curatur. Hunc locum non potuimus apud Plinium reperire,nec putamus reperiri,sed bubulus frequentissimé.

Bubalus,pen.cor.(Βούβαλος) à boue dicitur syluestris bos,colore niger, quo nunc passim ducédo currui & vehendis oneribus, ac etiam terræ arandæ vtuntur.Apud veteres non erat in vsu. Ex Africa primùm id animal allatum proditur.Imperitum vulgus vros quoque bubalos vocat,à Bouis quadam similitudine, excelléti & vi,& velocitate animal.Hæc Sipontinus ex Plin.lib.8.cap.15. Martial.lib.1,
Illi cessit atrox bubalus,atque bison. Visuntur Romæ permulti bubali.vulgus Italorum adhuc vocat busalum, immutata tatum vna litera:nos *Vn buffle*.

Bubalina stragula (Βουβάλινα ῥήγη) à Iureconsulto dicta sunt, quæ equis insterni solebant.ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Hæc Bayfius. Eadem quoque ratione nos thoracem bubalinum dicere possumus, qui ex corio bubalino factus est. *Vn colet de buffle*.

Bubetiæ,siue bubetij ludi, quos veteres à bobus pecoréque appellarút, qui & boalia,boum gratia instituti. In eo enim festo solennis boum & taurorú venatio fieri solebat, quemadmodú nunc quoque Venetiis & ferè per totam Italiam fieri solet eo die qui quadragesimæ proximus est. Plinius bubetiorum meminit lib.18 cap.3.

Bubile,bubilis,siue bouile,u.lis, pen.prod.n.g. (Βούσταθμον, Βουστάσιον) Locus vbi boues morantur.Plaut.Persa,9,
-enim metuo ne possim
In bubile reiicere,ne vagentur. Quædam exemplaria hic legunt bubilem masculino genere. Columel.lib.1.cap.6, Domitis armentis duplicia bubilia sint,hyberna,atque æstiua. Cato,cap.4,Bubilia bona,benéque ædificata,bonas præsepes,faliscas habeant clatratas.

Bubulcus (Βουκόλος,Βοηλάτης) Qui vel bobus arat,vel boues fundi aratorios pascit. Cic.2.de Diuinat. Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamorémque,&c. Iuuen.sat.11.
Ferox bubulcus.Ouid.4.de Ponto,eleg.7,
Ipse vides onerata ferox vt ducat Iacis
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.
Sauromates bubulcus.Ouid.3.Trist.11.eleg.6,
Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
Tardus.Virg.eclog.10,
-tardi venere bubulci.

Bubulcitari (Βουκολεῖν) Bubulci officium facere.Plaut.Mostel.1,
Decet me amare,& te bubulcitarier.

Bubulus (Βόειος) adiectiuum, pen.corr. Idem significat quod bouinus, quod est bouis.vt,Lac bubulum. Plin.lib.28. cap.13, Stomachú exulceratum lactis asinini potus reficit:item bubuli. Sic bubulum pecus, Varro 2.de Re rust.cap.5.
Bubulum corium.Plaut.Pœnul.3.
Bubuli cottabi.Plaut.Trinum.14.
Bubulum monumentum ioco dixit Plaut.Stich.3.
¶Bubula,absolutè:& subauditur caro. Plautus Aulul.13,Agninam caram,caram bubulam.

Buceriæ (Βουκέριαι) Boum greges. Lucret.lib.2,
Lanigeræ pecudes,& equorum duellica proles
Buceriæque greges. Nonius.

Bucerus,penult.corr. (Βούκερως) adiectiuum,vt Armenta bucera. Ouid.6. Metamorphoseos,
-armentáque bucera pauit. Id est boues ipsos valde cornutos:BV nanque particula est intensiua,κέρας autem dicitur cornu.
Secla bucera.Lucret.lib.5,
Lanigeræque simul pecudes,& bucera secla. Hoc est boues.

Bucolicus,pen.corr.(Βουκολικός)adiectiuum.vt Carmen bucolicum,dictum à custodia boum. id est ἀπὸ τῶν βουκόλων.præcipua enim sunt animalia apud rusticos boues. Seruius.
Nodi bucolici.Ouid.2.Trist.
Bucolici milites pro Rusticis apud Capitol.

Bucolica,bucolicorum,plur.num.n.g.pro carmine bucolico.

Bucolicon, Species panacis herbæ, quæ panax agrestis dici potest: de qua sic Plin.lib.25.cap.4, Id quod è Macedonia affertur, bucolicon vocant,armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrimè euanescit.De panacis speciebus loquitur.

Bucula,pen.corr.(Βοΐδιον) diminutiuum. Virg.1. Georgicorum,
-aut bucula cælum
Suspiciens patulis captauit naribus auras. Plin.lib.34.cap.8,Myronem Eleutheris natum,& ipsum Ageladis discipulum,bucula maximè nobilitauit,&c. Et Cic.6. Verr. Aut ex ære Myronis buculam?
Errans bucula.Virg.1.Georg.
Perdita bucula.Virg.8.eclog.Id est amore consumpta. Seruius.

Buculus,buculi,pen.corr.in masc.gen. (Βοΐδιον) Colum.lib.6.cap.2, Quum deinde buculos comprehenderis,extra stabulum producito. Id est,nouellos boues & tyrunculos.

Boschis,boschidis,penult.cor.f.g. Volucris est quæ clausa pascitur,vt anas,querquedula,&c.Colum.lib.8.cap.15.

Bos, Piscis plani genus est, quod pro spina cartilaginem habet, veluti raia,pastinaca,torpedo,& similes. Author Plin.lib 9.cap.24.

BOSENSES,Populi sunt ciuium Romanorum, in Sardinia insula, quorum meminit Plin.lib.3.cap.7.

BOSGOEDARISA, Locus est in cófinibus maioris Armeniæ situs. Author Strabo lib.11.

Bosmorus (Βόσμορος) teste Strabone lib.15, Frumenti religiosi genus est,tritico minus, apud Indos inter amnes proueniens, quod excussum protinus torretur:iuramentóque adiguntur messores,nó asportaturos prius quàm coxerint, ne semen in alias terras transferri possit.Apud Diodorum Bosporum vocatum legimus,corruptis,vt videtur,exemplaribus.

BOSPHORVS,penul.corr.(Βόσπορος) Mare angustum significat: Dictus à bouis meabili transitu,propter angustiam freti. Duo autem bosphori sunt:alter iuxta Byzantium,qui Bosphorus Thracius dicitur: alter in introitu Mæotidos paludis:de quo Ouidius,Bosphorus,& Tanais superat, Scythicæque paludes. ¶Est item Bosphorus Stephano duarú vrbium nomen, quarum alteram ad sinum Cimmerium, & fretum eiusdem nominis collocat,quæ & Bosphoropolis dicitur: alteram in India constituit.

BOSPHORVM Cimmerium quidá ex eo dictum putant, quòd Cimmerios populos habeat,qui eius frigidissimam partem incolant. Plinius lib.4.cap.12.
Gemens Bosphorus.Horat.2.Carm.ode 20,
Visam gementis littora Bosphori. Id est perstrepentis & sonantis. Porphyr.
Insaniens Bosphorus. Horat.3. Carm. ode 4. Id est aquarum æstu furens.
Perhorrescere Bosphorum.Horat.2.Carm.ode 3.

Bosphoranus (Βοσπορικός) bosphorana,bosphoranum,adiectiuum,pen. prod.vt Mithridates Bosphoranus.Tacit.lib.12.
¶Bosphoranus,Accola Bosphori. Cic.pro Lege Manilia,Bosphoranus finitimis suis bellum inferre simulasset.

Bosphorius,aliud adiectiuum (Βοσπόριος)vt mare Bosphorium. Ouid.2. Trist. Egerit Ionio,Bosphorióque mari.

BOSTAR, Viri proprium,de quo Sil.Ital lib.3,
Interea voces Iouis,atque oracula portans
Emensis aderat Garamentum lætus arenis
Bostar,& vt viso stimulabat corda tonante.

BOSTRA, Phœniciæ vrbs ad mare sita, Byblo vicina, vt tradit Strabo libro 16.

Bostrychites,pen.prod.Gemma crinibus mulierum similis. Plin.lib. 37.cap.10.

Bostryx,bostrycis,penultima correpta,masc.gen. Muliebris capillus, cæsaries, plexi mulierum crines. Hinc Bostrychus, adiectiuum. Firmicus libro 4.cap.12, Spissis capillis, aut molliter flexis, vel gradata pulchritudinis venustate compositis: crispos quoque, aut crinibus bostrychis comatos,&c. βοστρυχίζω, calamistror, cincinnatus sum. βοστρυχίζω, comam alo. Meminit & Cælius lib.16cap.15.

B O T

Botanismus (βοτανισμὸς) Ægyptiorum arandi modus, de quo sic Plin. vbi quid antiquitus inter arandum factitatum esset, prosequutus est, Nunc quoque, inquit, non multo grauiore opera, sed tamen inarari certum est abiecta prius semina in limo digressi amnis, hoc est Nouembri mense incipiente: postea pauci runcant, quod Botanismon vocant. Hæc ille lib. 18. cap. eod.

Botanomantia (βοτανομαντεία) Magiæ species, quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluisse poetæ prodiderunt.

Botellus, Vide BOTVLVS.

Bothria (βόθρια) Ossa sunt, quæ subeunt dentium foramina, vt testis est Galen. lib. de Ossib.

BOTIAEI, Thraciæ populi, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11, in descriptione Thraciæ.

BOTIEVM ([illegible] Stephano) Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem sale fœcundam.

BOTRODIVS ([illegible]) Vicus non longè à Segobria: quondam oppidum, sed à Tiber. Graccho dirutum, vt refert Polybius.

Botrus, tri, Vua, racemus: à Græco βότρυς, quod [illegible] Moschopulus deduci arbitratur.

Botryon, huius botryonis, pen. prod. m. g. (βοτρύων) Diminutiuũ Græcum, Idem quod botrus. Martial. lib. 11, Nec dignam toto te botryone putat. Vide ARTEMISIA.

¶ Botryon, Medicamentum. Plin. lib. 28. cap. 4. Æschines Atheniẽsis ex crematorum cinere anginis medebatur & tonsillis, vuisque & carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat botryon.

Botrychus ([illegible]) Acinorum radix est, quæ ex palmite enascitur, vnde acini ipsi pendent. Ex Galen. lib. 2. de alim. facult.

BOTRYS, Oppidum est Syriæ Phœniciæ, cuius mentionem facit Plin. lib. 5. cap. 20, in descriptione montis Libani.

Botrys (βότρυς Dioscoridi) herbæ genus quod alio nomine Ambrosia, & à quibusdam Artemisia vocatur: ita dictum, quòd circa imum caulem semen habeat in ramulis vuarum modo dependens, odore vinoso. [illegible] enim Græci racemum vocant. Vide Plin. lib. 26. cap. 4.

Botrys (βότρυς) siue Botrydion, Genus ornamenti muliebris apud Pollucem lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22. quod quale sit, non recordor alicubi declaratum. Gualtherus autẽ vtrobique reliquit vocem Græcã.

Botrytes, penult. prod. ([illegible]) Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Botrytes alia nigra est, alia pampinea, incipienti vuæ similis.

Botrytis ([illegible]) Cadmiæ species, quæ testudini ærariarum fabricarum vuæ modo adhæret, vnde & nomen habet. Vide Galen. lib. 9. Simplic. & Plin. lib. 34. cap. 10.

Botulus, pen. corr. siue botellus, Farciminis genus è carne suilla: à bolis, id est frustulis carnis, vt quidam putant, appellatus. Festus, Botulus, genus farciminis, propter connexionem, à bolis sic appellatur. Martial. lib. 14,

Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

Botularius, Botulorum venditor confectórque. Botuli teste Festo, farcimina erant. de his ita scribit Apicius: Botulum sic facies, ex oui vitellis coctis, nucleis pineis concisis. Cepam addes, porrum concisum, thus crudum. Miscebis piper minutum, & sic intestinum farcies. Adiicies liquamen & vinum, sicque coquas. Erat quidem botulus mensis omnibus gratus, sed in Saturnalibus celebrabatur præcipuè, dum ex eo corona fieret pulti. Mart. lib. 5, Et pultem niueam premens botellus. Botellus enim est paruus botulus. Si diligẽter omnia perpẽderis, tibi fortè persuadebis, botulum seu botellum id esse farcimen, quod Galli vulgò *Bodinum* vocant, luxato vt opinor vocabulo.

Boua, Vide BOA.

Boua. Vas vinarium longum, turgidum & amplum, bouæq; serpenti simile. Lucilius, Æs defraudasse cauponẽ, bouam luto obleuisse, tum portitores terram duxe. Explicatur & in antiquo lexico boua, [illegible]. Hæc Turnebus.

Bouare, Bouatim, Vide BOS.

BOVIANVM ([illegible]) Samnitium colonia vetus, dicente Plinio lib. 3. cap. 12, Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere, colonia Bouianum vetus, &c.

Bouianius, adiectiuum ([illegible]) vt, Lustrum Bouianium. Sil. lib. 8,

Qui Batulum, Mucrásque colunt, Bouiania quíque
Exercent lustra.

Bouile, Bouillus. Vide BOS.

BOVILLAE, Bouillarum ([illegible]) Oppidum in Latio haud procul ab Vrbe, via quæ ducit Ariciam, vt ait Asconius. Plin. lib. 3. cap. 5. Persius satyra 6. -accedo Bouillas
Cliuúmque ad Virbi.
Suburbanæ Bouillæ. Propert. lib. 4. 1.

Bouinor, pen. prod. bouinaris ([illegible]) bouinari, Festus pro conuitiari interpretatur.

Bouinator ([illegible]) Verbale, Qui conuitiatur. Lucilius,

Hic strigosus, bouinatórque ore improbus duro. Gell. lib. 11. cap. 7, Atque id voce magna ter quatérve inclamauit bouinator.

Box, bocis ([illegible]) Genus piscis marini, à boando, vt putatur, dictum, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. vlt.

B R A

BR. Bonorum. BRT. aliàs BRITANNIC. Britannicus.

BRABASTENES, pen. corr. Mons quem Liu. lib. 4. de bello Macedonico decem millibus passuum à Lacedæmonia propinquum dixit.

Brabeutes, brabeutæ, m. g. (βραβευτὴς) Dispensator, præfectus gymnicis agonibus: designator Latinè dicitur. Sueton. de Nerone, Nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quàm brabeutarum more, in stadio humi assidens.

Brabium, penult. prod. (βραβεῖον) Latinè dicitur victoria, & victoriæ præmium. Brabium dicendum esse Latinis admonet Erasmus, non brauium: hoc est per b secundam literam, non per v. deinde penultima acuta, aut circunflexa, quemadmodum est apud Græcos βραβεῖον, id est brabium siue brabeum. Qui de Græcarum vocum etymologiis conscripserunt, existimant βραβεῖον, dictum à [illegible], mutatis ac transpositis literulis aliquot, quod est virga. siue sceptrum. Vnde qui regalia sceptra gestant, brabeutæ dicti sunt, quòd horum partes essent in certaminibus præmium addicere ei qui vicisset, nequis inter certantes oriretur tumultus.

Brabyla ([illegible]) Herba est, de qua Plin. lib. 27. cap. 8. Brabyla, inquit, spissandi vim habet, cotonei mali modo, nec amplius de ea tradunt authores.

BRACARVM, Conuentus vnus è septem Hispaniæ. Vniuersa enim prouincia Hispaniæ diuiditur in conuentus septem, Carthaginensem, Tarraconensem. Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Verba sunt Plin. cap. 3. lib. 3.

Bracca, braccæ ([illegible]) Vestis fluxa, intonsáque, ac varij coloris: qua vtebantur frigidioris plagæ homines. Diodor. lib. 6. cap. 9. de Galatis, seu Gallis. Vestes, inquit, ad terrorem intonsas, ac coloris varij ferũt: quas illi vocant braccas. Sagula gerunt virgata, hyeme quidem crassiora, æstate subtilia. Alij scribunt brachæ per h: sed sine ratione. fit enim à Græco [illegible]. & per additionem β [illegible], vnde brâccæ quasi [illegible]. Braccis vsos fuisse Scythas docet Ouidius, quum ait, Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis. Et Pomponius Mela, Braccati sunt (inquit) totum corpus Sarmatæ, & nisi qua vident etiam ora vestiti. Suet. in Cæsare, Iidem in curia Galli braccas deposuerunt, latum clauum sumpserunt. Vide Baysium in libello de Re vestiaria. Hieronymus in epistola ad Fabiolam, De veste sacerdotali: & Ambrosius lib. 1. de Officiis, braccas appellant feminalia, quibus pudibunda velantur, sicuti vulgariter appellantur. Sed à Latinis authoritatum exempla requirenda sint.

Laxæ braccæ. Lucan. lib. 1.
Persica bracca. Ouid. 5. Trist. eleg. 11.
Sarmaticæ. Valer. lib. 5. Argonaut.

Braccatus, pen. prod. Adiectiuum, Bracca indutus. Cic. pro Fonteio, Sic existimatis eos hic sagatos, braccatósque versari animo demisso atque humili, vt &c.

Miles braccatus. Propert. lib. 3. eleg. 4.

Braccata Gallia, Prouincia Narbonensis dicente Plinio, Narbonensis prouincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Braccata antè dicta, amne Varo ab Italia discreta, Alpiúmque saluberrimis Romano imperio iugis. Hæc Plin. lib. 3. cap. 3, Constat autem Braccatam dictam esse à vestium habitu, quum reliqua à nutriẽdi capilli studio Comata diceretur. quanquam sunt qui toti id nomẽ Galliæ falsò tribuant, illo Lucani versu moniti: Crinibus effusis toti prælate Comatæ. Cõstat enim ex lib. 11. Cornelij Taciti, Comatam à Narbonensi aliam esse omnino. Vide Plin. lib. 4. cap. 17.

Braccarius, Braccarum vestium confector. Lampridius scribit quòd Alexander imperator vectigal instituit braccariorum, linteonum, & pellionum.

BRACHARA, siue Bracara ([illegible]) apud Ptolemæũ vulgò hodie *Braga*. cuius præsul metropoliticus, simul & primas regni Lusitaniæ appellatur. Author Volaterranus.

Brachium, brachij (βραχίων) Os vlnæ à Celso dicitur, & pro toto brachio accipitur quod est ab vlna ad cubitum. Virg. 5. Æneidos,

-& cunctis attollit brachia palmis.

Brachium deducitur, teste Festo, à βραχὺ, quod est breue, eo quòd ab humeris ad manus breuiores sint, quàm à coxis plantæ.

¶ Leui brachio & molli brachio dicimus, quũ indiligentem operam significamus. Cic. ad Attic. lib. 2. 16.

Molli brachio aliquem obiurgare, hoc est Leuiter: tralatione ab iis qui pueros errantes leuiter percutiunt. Cic. ad Attic. lib. 2. epist. 1, Quod me quodam modo molli brachio de Pompeij familiaritate obiurgas, nolim ita existimes, &c.

¶ Brachia, de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 29. de nautilo. Postea duo prima brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extẽdit. Qua velificante in aura cæteris subremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo se regit.

Brachium, de mari & fluminibus dictum. Liu. 2. bel. Pun.
Brachia portuum. Sueton. in Claudio, cap. 20.
Brachia montium. Plin. lib. 5. cap. 27.
Brachia in vitibus sunt, vt flagella, palmites, duramẽta. Colum. lib. 6, Nec debemus committere vt brachia pleniora trunco sint. Bud.
Brachium equo, vel potius Centauro. Ouid. 3. Metam.

¶ Contractio brachij. Cic. in Orat. Brachij proiectione in contentionibus, contractione in remissis.

Porrectio brachij. Author ad Herenn. lib. 3, Sin contentio fiet per distributionem celeri porrectione brachij, inambulatione, pedis dextri rara supplosione acri & defixo aspectu vti oportet.

Proiectio brachij. Cic. in Orat. Brachij proiectione in contentionibus. Venæ brachiorum. Tacit. lib. 15.

¶ Brachia abrupta Pindi, Id est arbores in monte Pindo crescentes. Claudian. Paneg. lib. 3.

Adducta brachia soluere. Ouid. 9. Metam.
Alterna brachia iactare. Virg. 5. Æneid.
Annosa brachia arboris. Virg. 6. Æneid.
Brachia ardua insulæ. Claudian. epigram. De cuiusdam insulæ descriptione loquens.
Cærea brachia. Horat. 1. Carm. ode 13, Id est mollia, aut ceræ similia. Acron.
Candida. Stat. lib. 3. Sylu. 5.
Captantia collum. Ouid. 3. Metam.
Captiua. Seneca in Hercule OEtheo, 2.
Celeri brachio vti. Author ad Herenn. lib. 3, Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur.
Concaua Cancri. Ouid. 10. Metam.
Consumpta ferro. Stat. lib. 10. Thebaid.
Curua. Stat. lib. 6. Thebaid.
Defessa. Seneca in Hercule OEtheo, 14.
Excussa. Ouid. 5. Metam.

Ferrea.

Ferrea.Ouid.8.Metam.
Fluentia sudore.Ouid.9.Metam.
Fortia.Stat.1 Achilleid.
Inertia.Ouid.5.Metam.
Lassata.Iuuenal.satyr.6.
Lenta Seneca in Octauia.6.
Libera.Ouid.13.Metam.
Liuentia.Ouid.6.Metam.
Liuida.Horat.1.Carm.ode 8.
Mollia.Lucret.lib.4.
Nemorosa Taxus fundit.Sil.Ital.lib.13.
Nigra.Iuuenal.satyr.13.
Nuda.Claudian.lib.2.de raptu Proserp.
Obliqua.Ouid.5.Metam.
Onerata telis.Ouid.3.Metam.
Operosa.Stat.1.Thebaid.
Pallentia.Ouid.7.Metam.
Non profectura brachia. A proficio.Ouid.6.Metam.Id est, quibus nil efficere queas.
Recta.Quintil.lib.2.cap.11.
Retorta.Horat.2.Carm.ode 5.
Saeua.Ouid.2.Metam.
Saucia.Ouid.1.Amorum,elegia 14.
Sopita.Ouid.14 Epist.
Spatiantia.Ouid.14.Metam.
Subiuncta lacertis.Ouid.14.Metam.
Temeraria.Ouid.1.Amorum,elegia 7.
¶Circundare brachia collo.Ouid.9.Metam.
Cohibere.Cic.pro Caelio,Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga cõstitutus, & vt exercitatione ludóque campestri tunicati vteremur.
Compescere.Ouid.14.Metam.
Concauare in arcum.Ouid.2.Metam.
Contrahere.Virgil.1.Georg.
Curuare.Ouid.2.Metam. Horat.3.Carm.ode 9,
Nec quisquam potior brachia candidae
Ceruici iuuenis dabat.
Demittere.Virgil.3.Æneid.
Demissa brachia.Quintil.lib.2.cap.13.
Diducere.Stat.3.Sylu.5.
Efferre. Virgil.5.Æneid.
Exerere.Ouid.2.Metam.
Exoluere ferro. Tacit.lib.15. Id est Aperta, siue secta vena mortem sibi asciscere.
Extentum brachium. Cicero 2. de Oratore, Per tuas statuas verò quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementius risimus.
Extruere valli.Lucan.libro 3, -crudáque extruxit brachia terra. Id est aggeres, siue extrema valli cornua.
Fatiscere.Stat.lib.1.Thebaidos,
-iampridem Cyclopum operosa fatiscunt Brachia.
Ferire.Senec.in Med.10, -tibi nudato
Pectore Maenas sacro feriam Brachia cultro.
Ferre humida.Ouid.18.Epist.
Fidere brachiis.Horat.3 Carm.ode 4,
Fidens iuuentus horrida brachiis.
Frangere brachium. Cic. 2. de Orat. Excusauit Vespa Terentius, quòd cum brachium fregisse diceret.
Gerere.Ouid.5.Metamorphoseos,
-& quae modo brachia gessit, Crura gerit.
Iactare.Virgil.5.Æneidos,
-alternáque iactat Brachia protendens.
Iactare in latus.Quintil.lib.4.cap.11.
Implicuit brachia collo materno.Ouid.1.Metam.
Inijcere collo captiuo.Ouid.1.Metamorphoseos,
-vt iniiceret sperato brachia collo.
Intendere remis.Virgil.5.Æneid. -iubet ocyus omnes
Attolli malos, intendi brachia remis.
Laxare.Stat.1.Achilleidos,
-& fortia laxat Brachia.
Mittere.Lucret.lib.4,
-quum alternis brachia mittunt.
Mouere.Ouid.2.Metamorphoseos,
-& brachia mouit in herbis.
Nectere.Stat.lib.1.Achilleidos,
-& brachia ludo Nectere, nate graue est?
Opponere.Ouid.9 Metamorph.
Pandit brachia vlmus.Virgil.6.Æneidos,
-annosáque brachia pandit Vlmus opaca ingens.
Porrigere.Ouid.1.Metam. -nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.
Porrecta brachia.Iuuenal.satyr.12,
Tyrrhenámque Pharon, porrectáque brachia rursus.
Praebere sceleri.Ouid.7.epist.
Praebueram sceleri brachia nostra tuo.
Procurrunt brachia sinus, vel portus.Ouid.11.Metam.
Pulsare brachia.Seneca in Hercule Oetheo,15,
-centum populi Brachia pulsent. Scilicet ad luctum Herculi exprimendum.
Remittere.Virgil.1.Georgicorum,
-si brachia fortè remisit.
Sufferre.Ouid.6.Metam.
Tendere.Ouid.3.Metam.
Tendere brachia, dicitur arbor. Virgil.2.Georgicorum,
-& brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet vmbram,

Tollere in numerum. Virgil.4.Georgicorum,
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum.
Tondere arborum.Virgil.2.Georgicorum,
-tunc stringe comas, tunc brachia tonde.
Brachiolum, diminutiuum, penult.corr. Catull. in Epithalamio Iuliae, epigram.56,
Mitte brachiolum teres Praetextatae puellulae.
Brachialis, & hoc brachiale, pen.prod. Quod est brachiorum. Plautus Poenulo,18, -condamus alter alterum
In neruum brachialem.
Brachialis crassitudo.Plin.lib.13.cap.11.
Brachiale, Substantiuum {βραχιόνιον} Ornamentum brachiorum. Plin. lib.28.cap.7, Lais & Salpe, canum rabiosorum morsus, & tertianas, quartanásque febres, mẽstruo in lana arietis nigri, argẽteo brachiali incluso. Armillas etiam vocamus.
Brachiatus, pen.prod. adiectiuum {βραχιωτός} vt, Brachiata vinea. Columella lib.5.cap.5, Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant: quibus cordi est in brachia vitem componere.
BRACHMANES, pen. prod. {βραχμᾶνες} Indiae populi, & philosophi: quorum philosophandi genus, vt indicat Strabo lib.15, non adeò à Pythagoricis praeceptis alienum est. Adnotauit Porphyrius Platonicus lib.4. De abstinentia ab esu animal. sapientes Indorum nominatos fuisse Gymnosophistas: qui quidem si generis successione in studio religionis & sapientiae procederent, Brachmanes dicti sunt: qui verò idem electione tantum profiterentur, Samanecos dictos ait: quorum vitam scripsit Bardesanes Babylonius. Habent igitur suos Indi sapientes, quorum potissimi Brachmanes, quos Apollonius in caelo esse, & non in terra dixit, sicut Philostratus scribit lib. 3. ob perpetuam scilicet rerum caelestium contemplationem. Hi mundum dixere creatum, corruptibilémque, & sphaericum, quem vniuersum conditor & administrator omnium Deus peruadat. Nostram autem vitam nihil esse aliud, quàm viuidum quendam hominis conceptum: mortem verò natiuitatem ad veram illam & felicem vitam his qui rectè philosophati sunt. Ex Strabone lib.15. Horum etiam meminit Plin.lib.6.cap.17. Dicuntur & Brachmanae.
BRACHODES extrema {βραχώδης ἄκρα} vrbs Africae minoris Ptolemaeo. Vulgò *Monesti*.
BRACHYBII {βραχύβιοι} à Dionysio vocantur Æthiopes à vitae breuitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.
Brachycatalecton {βραχυκατάληκτον} Breuis terminatio versus, cui desunt in fine syllabae duae, nam in eo vt perfectus sit, deest integer pes. Et dicitur metrum brachycatalecticon.
Brachylogia, penul.corr. {βραχυλογία} Latinè breuiloquium dicitur. Quintil. lib.9.cap.3, Dissolutio, figura vocatur apta, quum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideóque vtimur hac figura non in singulis modò verbis, sed sententiis etiam: vt Cicero dicit cõtra concionem Metelli. Qui indicabantur, eos vocari, custodiri, ad Senatum adduci iussi, in Senatu sunt positi. Et totus hic locus talis. Hoc genus βραχυλογίαν vocant, quae potest esse copulata dissolutio. Haec brachylogia est grãmaticis asyndeton.
Bractea, bracteae, pen.corr. {ἔλασμα} Est lamina tenuis, & spontè plicabilis, vt prae tenuitate interdum crepitet. Virgil.6.Æneidos,
Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice, sic leni crepitabat bractea vento. Veruntamen ita tenuis nonnunquam bractea est, vt crepitare non possit, vt illa ex qua fit auratura & argentatura. Plin.lib.21.cap.3.
Bracteae ligni.Plin.lib.16.cap.43.
Tenuis bractea.Ouid.de Arte amandi,3,
Inspice quàm tenuis bractea ligna teget.
Bractearius {ἐλασματικός} Qui aurum malleis tusum, & in quantuis tenuitatem ductile rebus inaurandis inducit. Budaeus. Ea dictione vtitur Arcadius in l. vlt. D. de iure immunitat. Firmicus quoque libro 4. capite 15.
Bracteator, pen. prod. Idem. Firmicus, Quicunque habuerit horoscopum in XVI. parte Scorpij, erit aurifex, inaurator, & bracteator.
Bracteola, bracteolae, penult.corr. {ἐλασμάτιον} diminutiuum. Iuuenal. satyr.13, -qui bracteolam de Castore ducat.
BRACTIA, insula est vna Illyrici. Insulas autem Illyrici amplius mille frequentatas Plinius est author.
BRADIAS, praecipuae nobilitatis vir, Rhegillae vxoris Herodis sophistae frater, argumentum generis gestabat in calceis. Id autem erat episphyrion Menoides eburneum, quod significat fibulam corniculantem, qualis fermè figura in Luna est, quum paulum crassescit. Ab hoc fertur prouerbium, Nobilitatem in astragalis gestare: quod in eos rectè dicitur, qui generis praestantia tumentes, nulla ipsi virtute nituntur. Caeterùm huius prouerbij ex historia rationem, vide apud Cael.Rhodig.lib.20.cap.27.
BRAGADA, fluuius qui iuxta Vticam labitur. Aliis Bagrada vocatur. Vide suo loco.
BRAGAE, insulae quaedam sunt desertae, vt tradit Plinius libro 6. capite 28.
BRANA, Turdulorum oppidum est in Hispania, & conuentus Cordubensis. Author Plin.lib.3.cap.1.
Branca vrsina {ἄκανθος} Herba est foliis lactuca latioribus, longioribúsque, erucae modo laciniatis, nigricantibus, ac molli quodam lauore pinguibus, eadem prorsus cum Acantho, vt videre est apud Mathiol.in Dioscor.lib.3.cap.17.
Brance, Galliae far est, dicente Plinio, Galliae quoque suum genus farris dedere: quod illic Brance vocant, apud nos Sandalum, nitidissimi grani. Et alia differentia est, quòd ferè quaternis libris plus reddit panis, quàm far aliud. Haec ille lib.18.cap.7.
BRANCHIDAE, Apollinis Didymaei sacerdotes, apud Posideum oppidũ & promontorio Ioniae, qui locus (inquit Plin.lib.5.c.29.) prius Brãchidarũ oraculũ dicebatur, nunc Didymaei Apollinis, quo in loco de Bracho & Apollinis amore conficta fabula est. Author Str.lib.14.

Branchiæ, branchiarum {βράγχια} Dicuntur in piscibus, secundum ceruicem foliorum more hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere existimantur. Plin. lib. 9. cap. 18. Piscium alij branchias multiplices habent, alij simplices, alij duplices. His aquam acceptam ore remittunt.

BRANCHVS, vt scribit Lactantius, filius fuit Apollinis ex filia Iaucis & Sucronis coniuge susceptus, qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & subitò nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt. ¶ Idem author alibi dicit Branchum, quondam Thessalum fuisse, ab Apolline maximè dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem iussit. Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes. ¶ Branchi meminit Stat. lib. 3. Thebaid. & Strabo lib. 14.

Branchus {βράγχος} Raucedo, & asperæ arteriæ passio, quum humor ad guttur descendit, ita vt madente interiore pellicula vox raucescat: vnde & arteriacum hoc vitium appellant, quòd asperam arteriam peculiariter infestet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione, vel frigidi aeris inspiratione, vt & Ægineta asserit, & experientia ipsa confirmat.

BRANCOSI, populi sunt Asiæ, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 20.

BRASIDAS, dux Lacedæmonius, circa Amphipolim ab Atheniensium multitudine impar deprehensus, claudendum se præstitit, vt per longum coronæ ambitum extenuaret hostium frequentiam: quàque rarissimi obstabant, erupit. Author Frontinus.

¶ Brasidas quidem vir bonus, sed Lacedæmon multos habet præstantiores. Aduersus eos qui se non modò primos, verumetiam solos existimant. Natum prouerbium ex apophthegmate, quemadmodum docet Plutarchus in Laconicis, & item in vita Lycurgi.

Brassica, brassicæ, pen. corr. {κράμβη} à præsecando est dicta, authore Festo. Brassica (inquit Varr. lib. 4. de Ling. Lat.) vt præseca: quod ex huius scapo minutatim præsecatur. Cato de Re rust. cap. 156. Brassica est quæ omnibus oleribus antistat. Cic. 2. de Nat. deorum. Iam verò vites sic clauiculis adminicula tanquam manibus apprehendūt, atque se ita erigunt vt animantes: quinetiam à caulibus brassicis si propter sati sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere. Cato cap. 157. de brassicæ generibus, Nunc vti cognoscas genera earum, prima est læuis, quæ nominatur λεία, grandibus & latis folijs, caule magno: validam hæc naturam, & vim magnam habet. Altera est crispa, quæ à similitudine apij σελινοειδὴς vocatur. Hæc est & aspectu & natura bona ad curationem, validiórque est quam quæ supra scripta est. Item est tertia, quæ κράμβη vocatur, minutis caulibus, tenuioribus folijs, & acerrima omnium est istarum, tenui succo vehementissima. Et primùm scito, de omnibus brassicis nulla est illiusmodi medicamentosior. Plaut. Pseud. 13. Brassicam capitatam, vulgus vocat *des choux cabus*.

Macerare brassicam in aquam. In MACERO.

Vincire brassicam. Propert. lib. 4. eleg. 2.

Brathy {βράθυ} Herba Sabina alter dicta, duorum generum est: altera tamarici similis folio, altera cupresso. Quare quidam Creticam cupressum dixerunt. A multis in suffitus pro thure assumitur. In medicamentis verò duplicato pondere eosdem effectus habere, quos cinnamomum, traditur. Verba sunt Plin. lib. 24. cap. 11.

BRATTIA, Mœsiæ prouinciæ, quæ Pannonijs iungitur, insula est, vt scribit Plin. cap. vlt. lib. 3.

BRAVRON. Atticæ oppidum, vbi Dianæ Brauroniæ sacellum est. Author Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Brauronia {Βραυρώνια} Festa erant in honorem Dianæ Athenis celebrari solita, in quibus de capra sacra fiebant: vbi & Rhapsodi primum Homeri Iliada concinuere. Author Hesychius.

BRAVRONIA Diana cognominata, à Braurone populo, vt scribit Stephan. Brauron verò heros fuit, vnde loco nomen Brauroniæ Dianæ fanum Athenis fuit in arce, cuius simulacrum Praxitelis opus fuit, vt ait Pausan. Brauroniæ Strabo meminit, & Herodotus.

BRAVVM {Βραῦον} Vrbs Hispaniæ Ptolemæo, vulgò *Burgos*, olim *Maiburgi*, aliis *Auca*.

B R E

Brechmasis, Vitium est in piperis arboribus ex cæli intemperie, quo carbunculantur, fiuntque fœmina cassa & inania, sic Indorum lingua significante abortum. Ex Plin. lib. 12. cap. 7.

BREGI, & Breges, & Phryges, iidem sunt. Strabo lib. 12.

Bregma, bregmatis {βρέγμα} A medicis propriè appellatur pars anterior capitis, supra frontem capillis tecta, quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum inuenitur.

BREGMENTENI, Asiæ populi in Troade. Author Plinius libro 5. capite 30.

BRENDA, A Poetis breuitatis caussa appellatur Apuliæ vrbs Brundusium. Festus.

BRENO, Dux Gallorum, qui Brenonam Venetorum vrbem ædificauit: quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Nōnulli scribunt duplici nn.

BRENNVS {Βρέννος} Senonum Gallorum regulus, & dux: in cuius mentione occupatissimus est Liu. lib. 5.

Brennus sacrilegus. Propert. lib. 3. eleg. 13.

Veloces Brenni. Horat. 4. Carm. ode 14.

Brephotrophium {βρεφοτροφεῖον} Latinè paruulorum hospitium dicitur, domusque est alendis infantibus parata. l. sancimus. C. de sacrosanctis ecclesiis.

BREPIVM, Promontorium est Achaiæ, teste Plinio lib. 4.

BRETINA {Βρέτινα} Vrbs Italiæ sub Venetia, Ptolemæo. Plin. Brintum vocat: hodie *Brignano*.

BRETOLARVM, Ptolem. Lusitaniæ oppidum est, quod hodie Britium dicitur.

BRVCI, teste Plinio lib. 4. cap. 35. sunt Pannoniæ populi, ad Saum fluuium. De his vide & Strab. lib. 7.

Breuis, & hoc breue {βραχὺς, βραχὺ, ὀλιγοχρόνιος.} Propriè quod longo opponitur. Cic. 4. Acad. Multa pauca, magna parua, longa breuia, lata angusta.

Breuis & Longa, contraria. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.

Aliquid contractione breuius fieri, aut productione longius. Cic. 3. de Orat.

Contractus & breuis verborum ambitus. Cic. de Claris Orat. Et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis.

Exiguū & breue vitæ curriculum. Cic. pro Archia, Quid est quòd in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus?

Cursu breuissimus, qui non longè decurrit. Ouid. 14. Metam. de Almone fluuio.

Breue vitæ reliquum. Plautus Merc. 10. Decurso in spatio breue quod vitæ reliquum est.

Breuis atque concisa actio. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Æuum breue. Horat. 2. Serm. satyr. 6.

Æuum breue & fragile. Plin. Iunior. in Paneg.

Aluus breuis. Virgil. 3. Georg. -illi ardua ceruix:

Argutúmque caput, breuis aluus: obesáque terga.

Annus. Horat. 4. Carm. ode 13.

Aqua. Ouid. 17. Epist.

Non minus hæc nobis tam breuis obstat aqua.

Auditu breui. Tacit. lib. 18.

Caput breue. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Casus. Seneca in Troade, 4.

Census. Horat. 2. Carm. ode 15.

Cœna breuis iuuat. Horat. 1. Epist. 14.

Coluber. Ouid. 2. Epist.

Affuit Alecto breuibus torquata colubris.

Coma. Seneca in Hippol. 6.

Commendatio. Plin. lib. 11. cap. 42.

Cura. Horat. 2. Epist. 1.

Cursus breuissimus. Virgil. 3. Æneid.

Dies breuior. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Sæpe fuit breuior, quàm mea verba, dies.

Dominus. Horat. 2. Carm. ode 14. Id est, parui temporis, vt ait Acron, vel breuis vitæ, vt Porphyrio interpretatur.

Donum, Non durabile. Seneca in Hippol. 6.

Excursus. Virgil. 4 Georgic.

Fila breuiora. Ouid. 5. Trist. eleg. 11.

Flores. Horat. 2. Carm. ode 3.

Folijs breuioribus ornare. Horat. 1. Epist. 10. Id est, parcius laudare.

Forma. Ouid. 5. Metam.

Frons. Martial. lib. 1.

Fructus. Lucret. lib. 3.

Furor. Horat. 1. Epist. 2.

Gaudium. Seneca in Octauia, 4.

Gyro breuiore flecti. Seneca in Hippol. 3.

Herba lapathi breuis. Horat. 2. Serm. satyr. 4.

Ilex breuior. Seneca in Hercule Oetheo, 13.

Rapit alta flammas pinus, & robur tenax: Et breuior ilex.

Iter. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.

Latus. Horat. 1. Serm. satyr. 2.

Lilium. Horat. 1. Carm. ode 36.

Littus. Tacit. lib. 14. Nauésque fabricatur plano alueo aduersus breue littus & incertum.

Mensa. Horat. de Arte poetica.

Mensura. Ouid. 9 Metam.

Mora. Seneca in Troade, 8.

Mus. Ouid. 2. Fast.

¶ Breuia, pro confectatorijs. Cic. 4. de Finib. Venio ad illa tua breuia, quæ confectatoria esse dicebas. & primum illud quo nihil potest esse breuius. Budæus.

Occasio. Terent. Eunuch. 3. 5. -an ego occasionem

Mihi ostentatam, tā breuem, tam optatam, tam insperatā amitterem?

Opus. Ouid. Epist. 21.

An nisi legisses authoris nomina Sapphus,

Hoc breue nescires vnde moueret opus?

Ora. Lucret. lib. 4. -vt breuis ora teratur.

Pœnæ. Seneca in OEdipo, 12. -itáne tam magnis breues

Pœnas sceleribus soluis?

Pondus. Horat. 2. Serm. satyr. 2. -his breue pondus.

Præcepta. Cic. 1. de Orat. Nam de actione & de memoria quædam breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram.

Sermo. Plaut. Milite, 14.

Sigillis breuibus distincta. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Clara colore suo breuibus distincta sigillis. Id est paruis signis.

Solamen. Seneca in Octauia, 3.

Spes vna mihi, tótque malorum Breue solamen.

Somnus. Seneca in Troade, 6.

Breuísque fessis somnus obrepsit genis.

Spatium. Lucret. lib. 4.

Et ceu multa breui spatio submittere debet

Lumina Sol, vt perpetuo sint omnia plena.

Stultitia. Horat. 4. Carm. ode 12.

Misce stultitiam consilijs breuem:

Dulce est desipere in loco.

Summa. Martial. lib. 12.

Syllaba siue litera breuis, cui contrarium Longa vel producta. Cic. 3. de Orat. Et in Oratore, Inclytus dicimus breui prima litera, insanus producta.

Tempus breue. Virgil. 10. Æneid. Ouid. 6. Metamorphoseos,

-breue & irreparabile tempus Omnibus est vitæ.

Breui

Breui tempore. Cic. 2. Tusc. Atque Oratorũ quidem laus ita ducta ab humili venit ad summũ: vt iam (quod natura fert in omnibus ferè rebus) senesceat: breuíque tempore ad nihilum ventura videatur.

Terra breuissima. Plin. Iunior. epist. 281.

Ver breue. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Pérque hyemes, æstúsque, & inæquales Autumnos,

Et breue Ver, spatiis exegit quattuor annum.

Via. Virgil. 9. ecloga,

Tityre, dum redeo (breuis est via) pasce capellas.

Via breuior mortis. Tibul. 1. eleg. 10.

Via breuissima. Ouid. 5. Metam.

Vipera breuis. Horat. Epod. 5,

Canidia breuibus implicata viperis.

Vita. Ouid 3. Metamorphoseos,

Iámque breuis vitæ spatium sortita iuuentus.

Breuem vitam colere. Plaut. Pseud. 13.

¶ Spe breuius, Citius quàm putaras. Ouid. 2. de Remed. amoris,

Spe breuius monitus experiere meos.

¶ Breue facere aliquid. Cic. in Sallust. Iam dabo operam quàm maximè potuero, vt breue id faciam.

¶ Breuis esse laboro, Obscurus fio. Horat. de Arte poet.

¶ In breue cogi. Horat. 1. Epist. 21, -& scis

In breue te cogi, quum plenus languet amator.

¶ Breuis, vel breue, pro libello ponitur aliquando in quo quid scriptum est. l. vlt. de con. fisci debitor. in C. Inter chartulas confiscati, breuis quidam asseueratur inuentus, qui nomina debitorum contineret. Lamprid. de Alexand. Milites suos sic sciuit, vt in cubiculo haberet breues & numerum & tempora militantium. Flauius in Aurel. Breue, inquit, nominum conscripsit.

¶ Breuia, breuium, Vadosa, per quæ possumus vadere. Virgilius 1. Æneidos,

In breuia & Syrtes vrget. Id est in breuia Syrtium. Seruius.

Breuia littorum nudantur. Tacit. lib. 5.

Breuia profundis opponit Tacit. lib. 1, Neque, inquit, discerni poterant incerta ab solidis, breuia à profundis.

Vada breuia. Seneca in Hercule furente, 5.

Deprehensus hæsit Syrtium breuibus vadis. Virgil. 5. Æneid.

¶ Breui, Ablatiuus, & subauditur TEMPORE. Cic. 7. Verr. Breui postea est mortuus. Plaut. Rudente, 2,

Potesse ibi eum breui fieri diuitem.

Adesse breui. Ouid. 3. de Ponto, 4. eleg. 10.

¶ In breui. Cic. ad Octauium, O miseram & in breui tam celerem & tam vanam Reip. commutationem!

¶ Breui, aduerbium, siue ablatiuus pro aduerbio; Idem significans quod paucis verbis, siue breuiter. Cic. ad Appium, lib. 3. 8, Faciendum mihi putaui vt tuis literis breui responderem. Idem pro Cecinna, Tametsi extra causam est, percurram tamen breui.

Circunscribi & definiri breui. Cic. pro Sextio, Sed genus vniuersum (vt tollatur error) breui circunscribi & definiri potest.

Complecti breui. Cic. 1. de Orat. Nunc complectar quod proposui breui.

Breuibus aliquid dicere, & breuibus agere, dixit Cicero pro eo quod alij dicunt vno verbo.

Breuius dicere, cui opponitur Pluribus verbis. Cic. 4. de Finibus, Quódque ego pluribus verbis, illi breuius, &c.

Proponere breui. Author ad Herennium, Transitio vocatur, quæ quum ostendit breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur.

Respondere breui. Cic. Pulchro, 3. 8, Faciendum mihi putaui, vt tuis literis breui responderem.

¶ Breui aliter acceptum. Gell. lib. 13. cap. 17, Fuit autem Æschylus non breui antiquior Euripide. Hoc est, Longè antiquior.

Breuio, breuias {ἐπιτέμνω, συντέμνω} breuiare. Quintilianus de paraphrasi loquens, lib. 1. cap. 9, Qua & breuiare quædam, & exornare saluo modò poetæ sensu permittitur.

Breuiarium, breuiarij {ἐπιτομή} Opus concisum. Græcè epitome fœmínino genere. Tranquillus in Augusto, cap. 101, Fecit & breuiarium totius imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis & vectigaliorum residuis. Sic Plinius lib. 18. cap. 26, Vt pariter (inquit) totius culturæ breuiarium quodam peragatur. Pro eo accepit quod vulgò *borderellum* dicimus. Hæc ex Budæo. Vide Plinium lib. 7. cap. 26.

Breuiariæ rationes, Quæ in breue contractæ sunt. Scæuola l. vlt. D. de pecul. legat. An peculio prælegato & centum aurei, & vsuræ eorum debentur, quum rationibus breuiariis & sortem & vsuras complexus sit. Vlpian. in l. 3. §. 6. tit. seq. Logarium, opinor, hoc appellat. Sueton. ait Calig. ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, paropsidem leguminis porrexisse. Hotoman.

Breuiloquens, pen. corr. {βραχυλόγος} Adiectiuum, Qui paucis aliquid scribit, aut dicit. Cic. ad Attic. lib. 7, Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.

Breuiloquentia {βραχυλογία} Idem quod breuiloquium. Cicero in libris de Republ. Breuiloquentiam in dicendo colat. Ex Gellio libro 12. capite 2.

Breuitas, pen. corr. breuitatis {βραχύτης, συντομία.} Cic. 3. Verr. Multa autem propter rationem breuitatis ac temporis prætermittenda existimem. Idem in Bruto, Breuitas autem, laus est in aliqua parte dicendi, in vniuersa eloquentia laudem non habet.

Contractio & breuitas. Cic. in Orat. Quia contractio & breuitas dignitatem non habet.

Breuitatis imitatio. Cic. 1. de Inuent. 41, Ac multos imitatio decipit breuitatis, vt quum se breues putent esse, longissimi sint.

Iudicium breuitatum. Cic. in Orat. Iudicium lõgitudinum & breuitatum in sonis.

Habilis breuitate. Ouid. 2. Amor. eleg. 4,

Hæc habilis breuitate sua est. Breuitate, ob breuitatem.

Breuitas ambitus, & Longitudo ambitus, contrária. Cicero in Oratore.

Breuitas arboris. Plin. lib. 12. cap. 2, Nanque & chamæplatani vocantur coactæ breuitatis, quoniam arborũ etiam abortus inuenimus.

Breuitas diei, & longitudo noctis. Cic. 7. Verr. Ita dici breuitas conuiuiis, noctis longitudo stupris & flagitiis obterebatur.

Horæ breuitas. Sil. lib. 3.

Breuitas pedum, & Proceritas pedum, contraria. Cic. in Orat.

Breuitas pili. Plin. lib. 8. cap. 55, Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

Senatoris & oratoris breuitas. Cic. 3. de Legibus, Nam breuitas non modò Senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia.

Temporis breuitas. Cic. 1. ad Attic. 6, Breuitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Breuitas acutior atque velocior in vrbanitate. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Concisa breuitas. Cicero 3. de Oratore, Et distinctè concisa breuitas, &c.

Nuda & inornata. Vide INORNATVS.

Breuitas non inornata esse debet, alioqui fit indocta. Quintilianus lib. 4. cap. 2.

Pura & illustris. Cicero in Bruto, Nihil enim est in historia, pura & illustri breuitate dulcius. De Cæsaris commentariis loquitur, in quibus huiusmodi breuitas cognoscitur. Breuitas verò nisi sit illustris, fit illud Horatianum, Breuis esse laboro, obscurus fio.

Breuitas Sallustiana vitanda est. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Breuitatis causa, familia contenti erimus vna. Cic. 2. Offic.

Breuitate & celeritate syllabarum verba procliuius labuntur. Cic. in Oratore.

Breuitate sententiæ non satis apertæ. Cic. in Bruto, Nam vt horum concisis sententiis interdum etiam non satis apertis cùm breuitate, tum nimio acumine, &c.

Consequi cum breuitate. Cic. 2. de Legib. Eum morem igitur cum breuitate (si potuero) consequar.

Breuiter, pen. corr. {ἐν ἐπιτομῇ, συντόμως} aduerbium, Idem quod breui. Cic. de Amicitia, Itaque multa ab eo prudẽter disputata, multa etiam breuiter & commode dicta memoriæ mandabam.

Affari breuiter aliquem. Virgil. 4. Æneidos,

Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichæi.

Cursim & breuiter aliquid attingere. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 20.

Audire breuiter. Virgil. 2. Æneidos,

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros

Et breuiter Troiæ supremum audire laborem.

Breuiter & absolutè complecti aliquid. Author ad Heren. lib. 4.

Breuiter, summatímque describere aliquid. Cic. in Orat.

Breuiter dicere vel expõnere. Cic. 4. Verr. Dicit vnus & alter breuiter. Et paulo pòst, Exponam vobis breuiter quid hominis sit. Et lib. 1. de Orat. Neque grauabor breuiter meo more quid quaque de re sentiam, dicere.

Breuiter & in transcursu aliquid dicere. Plin. lib. 3. cap. 5.

Fari breuiter. Virgil. 6. Æneid.

Breuissimè {βραχύτατα.} Cic. 7. Verr. Tantum breuissimè dico, Iudices.

Breuissimi loculi, Repositoria, in quibus monilia magnum patrimonium æquantia seruantur. Annotauit Rhenan. in lib. Tertull. de Habitu muliebri.

BREVNI, Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim scribit lib. 3. cap. 20, Gentes Alpinæ deuictæ, atque sub imperium pop. Rom. redactæ, Triumpilini, Canuni, Vennontes, Venonetes, Hisarci, Breuni, &c.

B R I

BRIA, Vide infrà in dictione MENEBRIA.

BRIAREVS, penult. corr. trium syllabarum {Βριάρεως} Gigas Cœli & Terræ filius fuit, alio nomine Ægæon dictus, quem perpulchrè his versibus depinxit Virgil. lib. 10,

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt

Centenásque manus: quinquaginta oribus ignem

Pectoribúsque arsisse: Iouis quum fulmina contra

Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Centumgeminus Briareus. Virgil. 6. Æneidos,

Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ.

Vastus Briareus. Seneca in Hercule Oetheo, 2.

BRIAS, Briadis, Vrbs est Pisidiæ regionis in Asia, Author Strabo, Artemidorum antiquum scriptorem testem citans.

BRIGANTES {Βρίγαντες} Hyberniæ populi Ptolemæo, hodie Ganaforda ciuitas.

BRIGANTINVS, Lacus Rhætiæ inter Alpes, qui mustelas marinis æmulas generat, teste Plin. lib. 9. cap. 17.

BRIGANTIVM {Βριγάντιον} Hispaniæ ciuitas: vulgò hodie *Compostella*, oppidum sancti Iacobi vocatur. Ptolemæo Flauium Brigãtium dicitur. ¶ Est & Brigantium, vrbs Cenomanorum Ptolemæo, vulgò *Briançon*.

BRIGIANI, Populi inter Alpinas gentes Plinio numerantur capite 20. lib. 13.

BRILESSVS, Ægialeus dictus, Atticæ mons est. Author Plinius lib. 4. cap. 7.

BRILETVM, Mons est Atticæ regionis prope Tharnen. Vtriusque meminit Plin. lib. 11. cap. 37.

BRIMO {Βριμώ} Vnum est ex Hecates, siue Proserpinæ nominibus, ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc est à terrendo impositum, eò quod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur, vt ex Apollonij interpretibus annotauit Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 16. Propertius,

Mercurio sanctius fertur Bœbeidos vndis

Virgineum Brimo composuisse latus.

BRISA, Brisæ {Βρῖσα} Promontorium Lesbi, in quo Dionysius colitur, qui ab eo Brisæus appellatur. Stephan.

Brisa, brisæ, Vua Latinè dicitur, quum pedibus ad exprimendum vi-

num calcatur. Columel.lib.12.cap.39. Tum permiscere & subactam brisam prælo subiicere, passúmque secundarium, statim vasis oblinitis includere ne fiat austerius.

BRISABRITAE, Asiæ populi, quorum mentionem facit Plin.lib.6. cap.20.in descriptione Indi fluminis.

BRISEIS, penult. prod.huius Briseidis, pen. corr. {Βρισηΐς} Homero Iliad. 1. Phrygia puella, forma nobilis, quæ capta ex Lyrnesso regia Minetis, Achilli in sortem cesserat. Verum quia Chryseis filia Chrysæ sacerdotis Apollinis, quæ Agamemnoni contigerat, à patre repetita fuit, communi consilio restituta est, vt exercitus à pestilentia liberaretur, quam Apollinem immisisse putabant. Quare Agamemnon Briseida Achilli eripuit, quam rem grauiter ferés, amplius pugnare noluit. Nec vnquam potuit precibus aut donis, aut minis induci vt pugnaret, donec Patroclum charissimum socium in armis suis ab Hectore occisum audiuit. Huius Horat.2.Carm.ode 4, meminit,

-prius insolentem
Serua Briseis niueo colore Mouit Achillem.
Formosa Briseis. Propert.2.eleg.9.
Briseida, Accusatiuus. Propert.lib.2.eleg.9,
Omnia formosam propter Briseida passus.
Brisei, Vocatiuus. Ouid.2. de Arte amandi,
Illis te manibus tangi Brisei sinebas.
Briseide, Ablatiuus. Ouid.2. de Remed.amoris,
Hoc & in abducta Briseide flebat Achilles.

BRISES & CHRYSES fratres erant, patre Ardy progeniti. Horum alter Astynomen filiá, ab Homero dictá à Chrysæ patre Chryseida, suscepit: alter Hippodamiam, quam Homerus quoque à patre Brisæ Briseida appellat. Author Eustathius. Meminit Rhodig.lib.24 cap.6.

BRITANNIA, per duplex N {Βρεττανία} Insula in Oceano Septentrionali, quæ nunc Anglia dicitur: & a Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad ea nauigantibus prima apparent. Hæc ab ortu Germanico Oceano, ab occasu Hybernico alluitur, ab omni continente diuisa, vt Ptolemæus lib.2. refert. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In latum CCC.millibus. Plin.lib 4 cap.16, In ea Gagates lapis, qui ardet in aqua, oleo restinguitur. Ibi Londinum oppidum, nunc *Londra* copia negotiatorum celebre. Inter Septentrionem & Occidentem, vt celebres Geographi tradút, duæ sitæ sunt insulæ: Britannia, & Hybernia paulò minor Britannia, vltra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatiis inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies XVII horarum deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, authore Plinio. Et à poetis dicitur alter orbis. Cic.2.ad Q frat. 16.13. O iucundas mihi tuas de Britannia literas! Idem ad Trebatium, 7.6, In Britannia ne ab essedariis accipiaris caueto.

Britannia nostro diducta mundo. Claud.Paneg.8.
Britannia dira. Claud.de bel.Getico.
Sæua. Claud.Paneg.7. Secura.Claud.in Eutrop.lib.1.
Vltima. Catul.epigram.27,
Quis hoc potest videre, quis potest pati,
Nisi impudicus, & vorax, & helluo
Mamurram habere, quod Comata Gallia
Habebat, & cuncta vltima Britannia?

Britannus, Britanni {Βρεττανός} Incola Britanniæ.
Æquorei. Ouid.15. Metam.
Caledonij Britanni, qui Caledonem syluam Britãniæ inhabitant.
Lucan.lib.6, Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.
Causidici. Iuuenal.satyr.15,
Gallia causidicos docuit facunda Britannos.
Diuisi toto orbe. Virgil.eclog.1.
Feri hospitibus. Horat.3.Carm.ode 4.
Horribiles & vltimi. Catul.epig.11.
Remoti, quasi à toto orbe separati. Horat.4.Carm.ode 10,
-belluosus qui remotis Obstrepit Oceanus Britannis.
Vltimi orbis. Horat.1.Carm.ode 35.

Britannis, prima producta apud Lucretium lib.6,
Nam quid Britannis cælum differre putamus?

Britannicus, penul.corr. {Βρεττανικός} adiectiuum. vt, esseda Britannica. Propert.lib.2.eleg.1.
Æstus Britannici. Cic.3 de Nat.deor. Quid æstus maritimi vel Hispanienses, vel Britannici, eorúmque certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine deo fieri nónne possunt?
Balæna. Iuuenalis, Quantum delphinis balæna Britannica maior.
Literæ. Cic.ad Trebat.7.8, Ego vestras Británicas literas expecto.

Britannica, Plin.lib.25.cap.3, herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigra, neruis & dentibus salutaris, & contra anginas & serpentum morsus efficax remedium habens. Huius flores Vibones vocátur, quibus ante tonitrua degustatis, milites aduersus fulminum ictus prorsus securi reddebantur. Scribit Plin. loco iam citato, promotis à Germanico trans Rhenum castris, in maritimo tractu fontem fuisse inuentum aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, cópagésque in genibus soluerentur. Ei autem malo Britannicá herbá auxilio fuisse, à Frisiis Romano militi cómonstratam.

BRITANNICVS {Βρεττανικός} Nomen fuit filij Claudij Cæsaris, ex Messallina, quem primo Germanicú, & mox Britãnicum, appellauit: qui quanuis adhuc infans à patre in castris sæpe circunlatus fuisset, & militibus commendatus, Neronis tamen opera veneno sublatus est: vt est videre apud Tacitum lib.13.

BRITIVM, Lusitaniæ oppidum, apud Plin.lib.4.cap.21.

BRITOMARTIS {Βριτόμαρτις} Puella fuit ex Gortyne Cretæ ciuitate, Iouis & Charmes filia, Dianæ in primis chara, alio nomine Dictynna appellata, ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc est à retibus. quorum vsum in venatione traditur inuenisse. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamasse, cuius vim quum alioqui effugere nó posset, ex alta sese rupe in mare præcipitauit. Vide Virgil.in Ciri, & Diodor.lib.5. Dicitur Diodoro lib.6. Britona.

BRITONES, Vulgò *Bretoni*, populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio, ad mare Oceanum sita, Normãnis, ac Pictauis cótermina. Hi olim Britanniam insulam dicútur incoluisse, indéque ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in aduerso litore sedes fixisse. Iuuenalis, Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam.

BRIVATES, Lugdunensis Galliæ portus, apud Ptolem.lib.2.cap.8.

BRIXELLVM, Bixelli {Βρίξελλον} Oppidum in ripa Padi fluminis situm, ab vrbe Parma decem millibus passuum distans.

BRIXENTES, Populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin.lib.3.cap.20.

BRIXIA {Βριξία} Vrbs est Transpadanæ regionis, quam Cenomani ædificauerunt, qui post Insubres in Italiam venerunt: Liuio, Polybióque testibus. ¶ Est & Asiæ fluuius Plin.lib.6.cap.27.

Briza {Βρίζα} Planta est tiphæ simillima, in Thracia & Macedoniæ agris nascés, ex cuius semine panis fit grauis odoris, & ater, membranosam substantiam habens. Vide plura apud Gal.lib.1.de alim.facul.

BRIZO {Βριζώ} dea apud Græcos extitit marina, quæ vaticiniis per somnia præesse credebatur: in primis vero Deli culta, cui scaphas offerre consueuerant omnium rerum refertas, piscibus dútaxat exceptis. Quidam eam dictam existimant παρὰ τὸ βρίζω, dormio. Vide Cæl. Rhodig.lib.27.cap. 10.

B R O

Brochon, Arbor est n gra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachram, alij Maldacon appellant. Author Plin.lib.12.cap.9.

Brochus {Βρόχος} Vas est vinarium fundendo vino accommodatum, implendis deplendísq; culeis & vasis conditoriis, & vino quocunque modo transfusando. Dicitur à verbo Græco βρέχω, quod fundo significat. Hoc Græci œnophorum ex eo appellant, quod comportando vino aptum sit. Gallica lingua nomen adhuc seruat integrum.

Brochus, adiectiuum {προχείλης} Idem significare videtur quod Bronchus. Varro de Re rust.lib.2.cap.7, His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præter quàm quum dentes facti sunt brochi, & supercilia caua. Ibidem, cap. 9. de canibus loquens, Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & sinistra paulo eminulis superioribus, directis potius quam brochis & acutis.

Brochitas, pen.corr. brochitatis {προχειλία} Plin.lib.11.cap.37, Absumpta hac obseruatione, senectus in equis, & cæteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, superciliorum canicie.

BROMIVS {Βρόμιος} Bacchi nomen, παρὰ τὸ βρέμειν, id est à fremendo. Ouid.4. Metamorphoseos,
Thuráque dant, Bacchúmque vocant, Bromiúmque, Lyæúmque
Sacer Bromio Parnassus. Lucan.lib.5.

Bromos {Βρόμος} Semen est spicam ferentis herbæ: nascitur inter vitia segetis auenæ genere, folio & stipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes paruulas velut locustas habet. Hæc Plin.lib.22.cap. 25. in fine. Vulgo *Vena salvatica*.

BROMVS {Βρόμος} Centaurorú vnus, à Cæneo interfectus. Ouid. 12. Metam.

Bronchocele, pen.prod. {βρογχοκήλη} Celso morbus est, qui tumor gutturis & ceruicis, inter cutem & asperam arteriam est. Creditur gigni hoc vitiú assiduo potu aquæ, quæ ex niuibus resoluitur. Vnde præcipue est familiare gentibus in Alpinis, Sabaudis scilicet & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturosi dicuntur.

Bronchus {προχείλης} vel vt alij scribút Broncus, adiectiuum. Nonius, Bronci sunt producto ore, & dentibus prominentibus. Plin.lib.11. cap.37, Labra, a quibus bronci labeones dicti, & os probú durioris animal generantibus. In emendationibus codicibus legitur Broci. Bronchum autem appellát medici cum Galeno, guttur ipsum & caput trachiæ arteriæ.

Broncia, Vide BRONTIA.

BRONGVS, Brongi {Βρόγγος} Fluuius est ex Illyrico Boream versus fluens, & excepto Angro, in Istrum: influens. Herodot.lib.4.

BRONTAEVS {Βρονταῖος} Iupiter dictus est ab Orpheo, & item Phurnuto, qu m Tonitrualem Apuleius, vt solet, liceter interpretatus est.

BRONTES {Βρόντης} dicitur vnus Cyclopum, & minister Vulcani: interpretatúrque tonitrus. Alter Steropes, id est fulgur. Tertius dicitur Pyracmon, quasi ignita incus. Virgil.lib.8. Æneidos,
Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon. Hic ab Ouidio vocatur Acmonides lib.4. Fast.
Solidus Brontes, id est fortis. Stat.4.Sylu.6,
Nec solidus Brontes, nec cui polit arma deorum Lemnius.

Bronteum, pen.prod. {βροντεῖον} Machina erat sub scena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabatur: quod genus Claudiana tonitrua Festus appellauit, à Claudio Pulchro inuentore. Vide Rhodig.lib.8.cap 8.

Brontia, brontiæ {βροντία} Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10, Brontia capitibus testudinum similis, & cum tonitruis cadit (vt putant) & fulmine tacta restinguit, si credimus.

BROTEAS, Lapitharum vnus, ab Grynæo Centauro iniecta ara oppressus. Ouid.12. Metam.

BROTEAS & AMMON, Gemini fratres fuerunt cæstibus clari, qui à Phineo occisi sunt in aula regis Cepheniorum. Ouid.lib.5. Metam.
Hinc gemini fratres Broteásque & cæstibus Ammon
Inuicti, vinci si possent cæstibus enses, Phinea cecidere manu.

BROTHEVS {Βροθεύς} Vulcani filius, qui propter oris deformitatẽ illusus, sese in ignem iniecit, incendio finiuit. Ouid.in Ibin,
Quódque ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis,
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.

B R V

Bruchus {βροῦχος} Vermiculus haud dissimilis locustæ, herbas erodés, sine alis tamen. Sipontinus. Vide Aristot.de hist.animal.lib.5.cap.19. Cæl.lib.3.cap.25, Locustas rodentes sata, bruchos appellari, & Attacos, atque item Mastacas, est apud Nicandrum. Alij tamen sunt, qui vniuersim locustas dici Mastacas velunt, idque in Ambracia imprimis. βροῦχος παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν, a comedendo deducitur.

BRVCTERI {[illegible]} Populi sunt in Germania, quos Drusus nauali prælio in Amasia flumine superauit. Hæc Strabo lib. 7.

Brucum, antiqui grauem dicebant. Fest. Quidam legunt Brutum.

BRVLLITAE, Populi, Epheso tribuuntur à Plin. lib. 5 cap. 29, Ephesum (inquit) alterum lumen Asiæ, remotiores conueniunt Cæsarienses. Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & superiores Mysomacedones, Mastaurenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ.

Bruma, brumæ {[illegible]} propriè dicitur dies solstitij hyemalis, qui est post Idus Decembris. Festus, Bruma, à breuitate dierum dicta, quasi [illegible]. Cic. 2. de Diuinat. Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die.

¶ Bruma, pro mense Decembri. Martial. lib. 1,
At quum December canus, & bruma impotens,
Aquilone rauco mugiet. Iuuenal. sat. 6.
¶ Bruma, pro hyeme. Virg. lib. 2. Æneidos,
Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat. Bruma, inquit Seruius, id est Hyems. Dicta autem bruma, quasi [illegible], id est breuis dies.

Canæ brumæ frigora. Seneca in Hippol. 9,
Vt nunc canæ frigora brumæ
Nudent syluas:
Nunc arbustis redeant vmbræ
Nunc æstiui colle leonis Cererem magno feruore coquant.
Horrida cano bruma gelu. Virg. 3. Georg.
Intractabilis bruma. Virg. 1. Georg.
Hybernæ tempora brumæ. Propert. lib. 1. eleg. 8.
Iners bruma, id est quæ inertes & pigros reddit. Horat. 4. Carm. ode 7.
Innoxia bruma. Claud. lib. 3. de Raptu Proserp.
Mitior. Claud. in Eutrop. lib. 2,
Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
Senserat, & primi laxabant germina flores.
Nimbosa. Stat. 1. Syl. 3.
Perenni bruma fœdare Claud. de Raptu Proserp. lib. 1.
Riphæa. Valer. lib. 5. Argonaut.
Sæua. Seneca in Hercule Otheo, 4.
Spirans. Iuuenal. sat. 9,
-quid agam bruma spirante? quid oro,
Quid dicam scapulis seruorum mense Decembri,
Et pedibus? pro Borea, aut alio quolibet vento frigido per brumam spirante.

Brumæ, in plurali. Cic. 2. de Nat. deor. Possétne vno tẽpore florere, deinde vicissim horrere terra, aut tot rebus ipsis se immutantibus, Solis accessus discessúsque, solstitiis, brumísque cognosci.

Brumæ ter denæ, pro triginta annis. Martial. lib. 1,
Tecum ter denas numeraui Posthume brumas.

Brumalis, & hoc brumale, pen. prod. {[illegible]} Brumale tempus. Cic. 2. de Nat. deor.
Circulus brumalis. Plin. lib. 2. cap. 70.
Dies. Cic. de Fato.
Frigus. Virg. 6. Æneid. Martial. lib. 13.
Grando. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.
Hirundo. Claud. in Eutrop. lib. 1.
Horæ. Ouid. 4. Metam.
Lux, Tempus brumale. Ouid. 1. Trist. eleg. 10,
Iactor in indomito brumali luce profundo.
Menses hyemis brumales. Plin. lib. 10. cap. 53.
Meridies. Colum. lib. 9. cap. 5.
Nix. Ouid 4. de Ponto, eleg. 5.
Orbis. Cic. 3. de Nat. deor.
Brumalis reuocatio. Cic. de Vniuersitate, Astra per cælum penetrantia solstitiali se & brumali reuocatione conuertunt.
Signum. Cic. 3. de Orat. Sol vt circunferatur, vt accedat ad brumale signum, &c.
Tempus. Ouid 3. Amorum, eleg. 5,
Aut lutulentus agis brumali tempore cursus.

Brumalia {[illegible]} A Romanis dicebãtur Bacchi sacra, quæ & Liberalia vocabantur: quæ bis quotannis celebrabãtur, semel XI. Calend. Martij, atque iterum XVII. Calend. Septembris. Plin. Priora & posteriora Vinalia appellat. Brumalia autem à Brumo dicebãtur, quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Rhodig. lib. 28. cap. 25.

BRVMBESTINI, Populi in secunda regione Italiæ, quorum mẽtionem facit Plin. lib. 3. cap. 11.

BRVMVS, Vide BRVMALIA.

BRVNDVLVM, Portus quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens, facit. Author Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò *Brundolo*.

BRVNDVSIVM, siue Brundisium {[illegible]} vrbs & portus Calabriæ, quam Græci Mesapiam vocãt, & antè Peucetiam à Peucetio OEnotri fratre, authore Plin. lib. 3. cap. 11. Brundusium à forma ceruini capitis, quod Messapij vernacula lingua ita nominant. Clarissima est hæc vrbs, nobili portu, quo tuta iam olim Romanis in Græciam via fuit, tum & fuga Pompeij à Cæsare obsessi, & fama Appiæ viæ hucusque stratæ nobilis. Hæc Vadian. ex optimis quibusque scriptoribus. vulgò *Brundisio*. Aliis vulgò dicitur *Brindes*.
Arces Brundusij. Lucan. lib. 2,
Brundusij tutas conscendit Magnus in arces.

BRVSA {[illegible]} Vrbs est Bithyniæ, ab Annibale condita sub Olympo monte, teste Plin. lib. 5.

Bruscum, brusci. Tuber in acere arbore: de quo sic Plin. lib. 16. cap. 16, Pulcherrimum verò est bruscum, moltóque excellentius etiamnum molluscum. Tuber vtrunque arboris eius. Sed bruscum intortius crispum: molluscum simplicius sparsum. Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorúmque silicios aut laminas raro vsu spectatur. E brusco fiunt & mensæ nigrescentes.

Bruta, Arbor est soli Orienti cognita, cupresso fusæ similis, albicantibus ramis, odore cedri, circa Pasitigrin nascens in Zagro monte. Vide Plin. lib. 12. cap. 17. ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europa nasci existiment, eandemque esse cum secundo sabinæ genere. Vide Ruell. lib. 1. cap. 59.

BRVTIDIVS, Nomen est cuiusdam viri qui tempore Iuuenalis poetæ, tractus est ad iudicium tanquam fautor & amicus Seiani apud imperatorem accusati. De quo idem Iuuenalis sat. 10, sic ait,
-pallidulus mi Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

BRVTII {[illegible]} Italiæ populi, tractum quem nunc Calabriã vocant, occupant, post Laum fluuium incipientes, & in fretum Siculum modo peninsulæ excurrentes. Lucanorum hi pastores, & transfugæ fuere. lingua enim Lucanorum Brutij rebelles fugitiuósque significant. Author Strabo lib. 6.

Brutius, a, um, adiectiuum {[illegible]} à Brutiis populis Italiæ, vt Pontus Brutius. Seneca in Thyeste. 7. Brutium Pontum feriente Coro. Id est, quod alluit Brutiorum in Italia oram.

Brutia pix. Plin. lib. 24. cap. 7. Spissarum vtilissima medicinæ est Brutia, quoniam pinguissima & resinosissima vtrasque præbet vtilitates.
Tellus Brutia. Sil. lib. 16,
Brutia mœrentem casus patriæque suósque
Annibalem accepit tellus.
Brutiani dicebantur, qui officia seruilia magistratibus præstabant, eo quòd hi primùm se Annibali tradiderant, & cũ eo perseuerauerãt vsquedum recederet de Italia. Festus. Vide Crinitum lib. 2. cap. 7. & Gellium lib. 10. cap. 3.
Brutianæ parmæ. Dicta sunt scuta, quibus Brutij vtebantur.

BRVTIVM {[illegible]} Promontorium Italiæ extimum, vbi Sicilia olim agro Brutio adhæsit. Plin. lib. 3, Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispaniæ monte, ad Brutium vsque promontorium immenso ambitu flectitur. Ptolem. Scyllæum appellat. Vulgò *Bursano in Calabria*. Oliuarius in Melam dicit nunc vocari vulgò *Cabo de Stiglio*.

BRVTOBRIA {[illegible] Stephano} Oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico, quod & Brutina appellatur. Dicta Brutobria, quasi Bruti ciuitas, ea forma qua Sclymbria & Poltyobria, in quibus Bria ciuitatem significat.

Brutus, adiectiuum {[illegible]} A terra deductum est, cuius epitheton est bruta: hoc est, sine sensu, & quasi obruta. Dicitur autem brutum quod tardum, stolidum, & sine sensu est. quod nomen integrum adhuc retinet vulgus Italorum.
Bruta, tellus dicitur ab Horat. 1. Carm. ode 34.
Bruta animalia. Plin. lib. 11. cap. 37. Bruta existimantur animalium, quibus cor durum riget: audacia, quibus paruum est: pauida, quibus prægrande.
Bruta fortuna. Author ad Herennium lib. 2, quia dignum atque indignum nequeat internoscere.
Fulmina. Plin. lib. 2. cap. 43. vt quæ nulla veniant ratione naturæ.
Brutæ gentilitatis pira. Plin. lib. 15. cap. 15.

BRVTORVM genus {[illegible]} Iunius nominibus ascitum legimus: quorũ primus L. Iunius Brutus e sorore Tarquinij Superbi genitus: qui quod stultitiam finxisset, ne ab auunculo occideretur, inde Brutus appellatus est, vt ait Cornelius nepos. Plura de hoc & aliis Decio, Lucio, Marco Brutis lege apud Liuium, Plinium, Plutarchum, & reliquos.

BRVTVS, & Bruti, & Scæuæ, & Bubulci, cognomina gentis Iuniæ fuerunt. Brutorum præcipuè nominantur, Lucius ille Brutus, qui reges eiecit: & M. Brutus, qui Cæsarem occidit. Lucius patricius fuit: de Marco, patricius fuerit, an plebeius, potest ambigi. patricium fuisse, Posidonius philosophus, eúmque secutus Plutarchus affirmat. Brutum enim eum, qui reges expulit, tres filios habuisse: duos, quos participes coniurationis in temp. vltimo supplicio, patre consule spectante, affectos, historiæ narrant: tertium, vnde Iunia gens propagata est, & à quo M. Brutus originem duxit. Contrà, plebeium vt fuisse credamus, Dionysij Halicarnassei facit authoritas. nam, etsi Plutarchum, vt soleo ac debeo, plurimi facio: tamen Halicarnasseum, qui nititur argumentis, libentius, hac quidem in re, authorem sequor. Plutarchi est simplex & nuda narratio. nam illud nescio quid, quod affert ex Posidonio, ipsius Posidonij ætate fuisse Romæ præstantes ex ea gente viros, quorum forma ad similitudinem imaginis accederet illius Bruti, qui ciuitatem dominatu regio liberauit, ita planè nihil est, vt refellendum non existimem. Noster autem Cicero, quũ in Philippicis orationibus, & in libro de Claris oratoribus dixit idem, quod postea Posidonius, & Plutarchus, potuit id Bruto gratificari, quem tum vnicè diligebat, tum ad studium libertatis recuperandæ facilius impelli posse existimabat, si ab illo Bruto, qui primus Romæ iugum seruituris virtute depulerat, progenitum ostenderet. Dionysij ratio hæc est, eáque, vt mihi videtur, admodum firma. Si Lucius ille Brutus, qui libertatem Romæ constituit, virilem stirpem reliquisset, eius posteri patricij fuissent. quod si patricij, consulatum sine dubio multi gessissent. at per annos CC, quod fasti declarant, consul Romæ Iunius nemo fuit. nam, quòd Scæuas, & Bubulcos, qui vt diximus, Iunij fuere, consules videas, CC post reges exactos annis: hoc potius docemur argumento, plebeios fuisse, quàm patricios: quum in consulatu collegas habuerint de gente patricia: eo porro tempore consules fuerint, quum eum magistratum duobus patriciis mandari lex Licinia vetaret. Præterea, in eiusdem Dionysij historia tribunũ pleb. video Brutum quendam, plebeiæ partis defensorem acerrimum: item alterum in oratione pro Quinctio: alios etiã alibi. quos, vt opinor, de gente Iunia fuisse nemo negabit: & plebeios fuisse ideo putandũ est, quòd tribunatum pleb. plebeiis tantùm hominibus deferri, leges iuberent. Liuius sanè duos tãtùm nominat Bruti filios: in quos, coniurationis crimine conuictos, animaduersum est. sed verbum addit nullum vnde vllum præterea Bruti filium fuisse possit intelligi. Apud Dionem eadem ferè, quæ apud Liuium leguntur: vt non facilè, vtrũ senserit, diiudicare liceat. itaque dubitatio ex Dionysio, Plutar-

cho, Posidonio tota nascitur: quanquam ego quidē, quum argumenta illa duo, quæ posui, cum animo meo considero, vnum, de nullo Iunio per CC. annos, post reges eiectos, consule: alterum, de Brutis tribunis pleb. quos Dionysius & Cicero nominant: non admodum esse video, cur dubitem. & ab eo Bruto, quem contra patres multa pro plebe gessisse Dionysius memorat, potuit M. Brutus, Seruiliæ filius, cæterique Bruti eius ætatis ortum trahere: is porro ab aliquo L. Bruti patricij liberto. nam liberti ita familiæ nomen assumebant, vt patricij, licet ab homine patricio manumissi, tamen esse non possent. Ex P. Manutij commentario ad Q. Fratrem.

Brutus Prætorius, cuius meminit Cic. 2. de Orat. qui tres de iure ciuili libellos conscripsit. Author Pomponius.

Brutus, qui Marianas partes sequebatur, ac Galliam Cisalpinam tenebat, à Pompeio interfectus est. Cuius filius fuit Brutus Cæsaris interfector, Catonis è filia Seruilia nepos. Huius meminit Liuius.

Brutus item ad quem libellum scripsit Cicero, quem Oratorem inscripsit.

Dux militiæ Brutus Horat. 2. Carm. ode 7.
Sapiens imitator stulti Brutus. Ouid. 2. Fast.
Prætor Brutus. Horat. 1. Serm. sat. 7,
Bruto prætore tenente Ditem Asiam, &c.
Sol Asiæ Brutus. Horat. 1. Serm. sat. 7,
Solem Asiæ Brutum appellat, stellásque salubreis
Appellat comites, excepto rege.
Vltor Brutus. Virg. 6. Æneidos,
Vis & Tarquinios reges, animámque superbam
Vltoris Bruti, fascésque videre receptos?

Brutius, a, um {βρούτιος} adiectiuum à Brutus, vt Signa Brutia. Sil. lib. 7,
Sæuior his Latios vastabat Brutia signa
Lælius increpitans.

Brutinus, pen. prod. Aliud adiectiuū. Cic. ad Brut. epist. 15, Consilia inire cœpi Brutina planè (vestri enim hæc sunt propria sanguinis) Reipublicæ liberandæ.

B R Y

Brya, bryæ {βρύα} Fruticis species, gallæ similem fructum ferens. Plin. lib. 13. cap. 21, Myricen & Italia fert, quam alij tamaricem vocant: Achaia autem bryan syluestrem, &c.

BRYAXIS, sculptor fuit marmorarius. De quo Plin. lib. 36. cap. 5, Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & Leocharem. de quibus simul dicendum est, quoniam pariter cælauēre Mausoleum, &c.

BRYAZON amnis Asiæ in Bithynia. Author Plin. lib. 5. cap. 32.

BRYGES {βρύγες} Populi Thraciæ fuerunt, qui postea Phryges dicti sunt, à quibus Phryges Asiæ populi originem traxerunt. Author Strabo lib. 7. Stephan. Brygas in Macedonia collocat.

BRYGION, inter vrbes Macedoniæ Plinio ponitur lib. 4. cap. 10.

BRYLLION, Oppidum est in Mysia, non longè ab Ascanio flumine, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 32.

BRYLLIVM {βρύλλιον} Propontidis oppidum. Stephano.

Bryon, Herba est quædam, quam Plin. Lupum salictarium, officinæ Lupulum appellant, cuius flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi, ceruisiæ suæ saporem commendant. Vide Ruell. lib. 2. cap. 141.

Bryon marinū {βρύον θαλάσσιον} Vulgò herba Corallina. Herba marina, lactucæ folijs similis, rugosa veluti cōtracta, sine caule, ab ima radice exeuntibus folijs. Nascitur in scopulis maximè, testísque terra comprehensis. Plin. lib. 27. cap. 8.

Est & Bryon muscus in arboribus nascens, & odoratus: Arabes & vulgus aromatariorum ysneam vocant. Dioscor. lib. 1. cap. 20. & Plin. lib. 24. cap. 6.

Bryonia {ἄμπελος λευκή, βρυωνία} Herba quæ & vitis alba, & bryonia nigra dicitur. nam vitis nigra, lupulus vocatur. Plin. lib. 23. cap. 1, Est ergo & nigra, quam propriè etiam bryoniam vocāt, alij chironiam, alij gynæcanthen, aut aproniam. Dioscor. lib. 4. cap. 176, Ampelon nigram sunt qui bryoniam nigram, qui chironiam vitem, qui peregrinam appellant. Romani vitem albam dicunt. folia claiculásque satiuæ viti similia habet, pilosiora tamen omnia. Vulgò *de la couleuree.*

BRYSAE, Thraciæ populi, apud Plinium lib. 4. cap. 11, in descriptione Thraciæ.

BRYSANI, Ciconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur lib. 6. cap. 17.

BRYSEA, ciuitas Laconiæ, vt scribit Porphyrius apud Homerum lib. Iliados 2.

BRYSEVS, penult. prod. {βρυσεύς} Dictus est Bacchus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod est inundare, madefacere: vel à Brysea vrbe Laconiæ, in qua præcipuè colebatur.

BRYSIAE {βρυσιαί} Vrbs Elidis, Stephano.

Brytia {βρύτια} Græcis dicuntur vuarum partes solidæ, quæ musto expresso supersunt, vt scribit Galen. lib. 2. de alim. facult. cap. 8.

Bryton {βρῦτον} Vinum quoddam est hordeaceum, quo temulenti retrorsum modo decumbūt, ac supini, quod in alijs haudquaquam fit. Vinū hoc Aristoteles in libro De ebrietate pinon appellat. Vide plura apud Cæl. lect. antiq. lib. 7. cap. 26.

B V

Bu {βοῦ} Particulam solebant veteres magnis & amplis rebus præponere: à magnitudine scilicet bouis. Hinc bupædas, magnos pueros: bupodas, magnos pedes: bulimiam, magnam famem dixere. Ex Festo Pompeio.

Bua, buæ, Potio est puerorum infantium. Varro de Liberis educandis, Quum cibum ac potionem buas, ac papas docent, & matrem mammam, patrem tatam. Lucil. lib. 8, Quum vinulentas disceret vini, buas designauit. Nonius.

Buballia {βουβάλια} Ornamēta mulierum, quæ circa manus feruntur, ex Polluce lib. 5. cap. 16. Horum etiam meminit Nicostratus Comicus, & post eum Clemens Alexandrinus, Pædag. lib. 2. vbi Gentianus Heruetus vertit Armillas.

Bubalus, Bubalinus, Vide BOS.

BVBALVS, pictor fuit apud Clazomenas ciuitatem Asiæ: hic Hipponactem quendam poetam deformem pro risu pinxit: quo ille furore cōmotus tali eum carmine perculit, vt se laqueo suspenderet. Hæc Acron in illud Horatij Epod. 6, Aut acer hostis Bubalo. Quo loco quidam legunt Bupalo. Vide BVPALVS, & HIPPONAX.

Bubastia sacra Gratius in poemate de venatione memorat, de lino agens, vbi inquit,
Vix operata suo sacra ad Bubastia lino,
Velatur sonipes æstiui turba Canopi.

BVBASTIS Diana cognominata ab Ægyptiis, vnde & vrbi nomen, vbi conuentus quotannis agebatur in honorem Dianæ, vt Herodotus author est.

BVBASTIS {βούβαστις} Ægypti vrbs, in qua Dianæ, quam Bubastin nominant, clarissimum fuit templum. & inter cætera maximè spectabile, vt in Euterpe scribit Herodotus. Hæc Straboni, Ptolemæóque vocata est Heroum ciuitas: quibus etiam Bubastus scribitur.

Sancta Bubastis. Ouid. 9. Metam. Id est sancta Diana. Aliqui de Iside intelligunt, quæ etiam hoc nomine appellari solet.

Bubastites, inter præfecturas regionis illius Ægypti, quæ iuxta Pelusium est, numeratur à Plinio, lib. 5. cap. 9.

BVBASVS, pen. corr. alij Bubassus, regio est Cariæ, vt quidam dicunt. author Plin. lib. 5. cap. 28, qui post descriptionem Cariæ, quam priore capite fecerat. Bubassum regionem ponit.

Bubasis, Bubasidis, nomen gentile Ouid. 9. Metamorphoseos,
Byblida, non aliter latos vlulasse per agros
Bubasides videre nurus. Id est è Bubaso regione.

Bubbatio. Plin. lib. 34. cap. 14, Lapis hic & in Cantabria nascitur: non ille magnes verus caute continua, sed sparsa bubbatione: ita appellāt, nescio an vitro fundendo perinde vtilis. nondum enim expertus est quisquam. ferri vtique inficit aciem, vt magnes.

BVBBIVM, Natio est, vel oppidum Cyrenes, teste Plin. lib. 5. cap. 5.

BVBESSVS, sinus est Cariæ, authore Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Cariæ, Tres sunt, inquit, ex ordine sinus, Thymnias, Schenus, Bubessus. Thymniæ promontorium Aphrodisium est: Schenus ambit Hylam: Bubessus Cynotum.

BVBETANI {βουβητανοί} Campaniæ populi, Coriolanis vicini. Author Plin. lib. 3 cap. 5.

Bubeum, est genus quoddam vini. Festus.

BVBIASMVM {βουβίασμον} Oppidum est in Hercinia sylua, Marobodi cuiusdam, qui Sueuis imperitauit, regia. Huius meminit Strab. lib. 7.

Bubile, Vide BOS.

BVBINDA {βουβίνδα} fluuius Hyberniæ Ptolemæo, hodie vulgò *Sleyne.*

Bubino, bubinas {βουβινίζω} bubinare, Est menstruo mulierum sanguine inquinare. Hæc inquit, te imbubinat: at contrà te imbulbitat. Imbulbitare, est puerili stercore inquinare. Dictum ex fimo, quod Græci appellant βόλβιτον, Festus.

Bubo, bubonis, pen. prod. m. g. & fœm. {βύας} Auis feralis & sacra. Mascul. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Ignauus bubo, dirum mortalibus omen.
Fœm. Virgil. 4 Æneidos,
Solâque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri. Vbi Seruius, Sola bubo, contra genus posuit. Ouid. Infandus bubo. Et hoc est in vsu. Sed Virgilius mutauit, referens ad auem. Plerúque enim genus, relicta specialitate, à generali sumimus: vt si dicas bona turdus, referendo ad auem. Item si dicamus prima est A, id est, litera: quum A sit neutri generis. Hactenus Seruius.

Bubo, à bouis quodam mugitu: quē non vocali cantu, sed gemitu potius reddit, funebris auis, & maximè abominata. Plin. li. 10. cap. 12, Bubo funebris, & maximè abominatus, publicis præcipuè auspicijs, deserta incolit: nec tantùm desolata, sed dira etiam, & inaccessa: noctis monstrum, nec cantu aliquo vocalis, sed gemitu.

Funereus bubo. Ouid 10. Metam.
Ignauus. Ouid. 5. Metam.
Infestus. Claudian. in Eutrop. lib. 2.
Luctifer. Senec. in Herc. fur. 9.
Bubo, omen dirum mortalibus. Ouid. 5. Metam.
Raucus. Ouid. 1. Trist. 12. eleg. 4.
Stygius. Ouid. 15. Metam.

Bubulo, as {βυάζω} vt, Bubulat bubo. Author carminis de Philomela apud Ouidium, Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubo, bubis, bubere, Verbum est significans actum canendi quem reddit butio auis palustris. Ouidius aut quiuis alius in libello de Philomela. Inque paludiferis butio bubit aquis.

BVBO, vel Bubon (vt est apud Plinium) Lydorum vrbs est, in mediterraneis, quorum vrbes sunt tres, Bubon, Balbura, & OEnoandros. Author Strabo lib. 13.

BVBONA, Boum dea habita est, vt scilicet boues formaret, sicut Pomona pomorum. Augustinus meminit.

Bubones {βουβῶνες} Abscessus sunt circa inguen maximè: à quo & nomen vitio. Nam & inguina ipsa, Græci bubones vocant. Vulgò quoque nostri collectiones & inflammationes eius partis inguinarias appellant. Hermolaus in Plinium.

Bubonium {βουβώνιον} Herba, quæ & Aster alio nomine appellatur. Plin. lib. 27. cap. 5, Aster ab aliquibus Bubonium appellatur: quoniam inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus folijs oblongis, duobus aut tribus, in cacumine capitula stellæ modo radiata.

Bubonocele, pen. prod. {βουβωνοκήλη} Morbus dicitur quando intestinum vsque ad inguen duntaxat eruperit, aut decubuerit. Sipontinus.

Bubsequa, pen. corr. {βουκόλος} Bubulcus qui boues sequitur. Sidon. ad Eutrop. Si relinquare inter bubsequas rusticanos, subulcósque runcantes, tunc est tibi summa votorum beatitudo.

Bubulcus, Bubulcitari, Vide BOS.
Bubulus, Vide BOS.
Bubulum femur, Plinio herba est neruis vtilis, recens in aceto ac sale trita. Sic enim ille lib. 27. cap. 9.

B V C

BVCA, Oppidum est Frentanorum, in quarta Italiæ regione. Author Plin. lib. 3. cap. 12. & Strabo lib. 5.

Bucar, genus vasis. Festus.

Bucardia (βουκαρδία) Lapillus bubulo cordi similis, in Babylone tantùm nascens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bucca, buccæ (γνάθος) Os est. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7, Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. Martial. lib. 12,
-quicquid In buccam tibi venerit loquaris. In quo notandũ quòd os & bucca, siue in plurali buccæ, non exteriorem partem, hoc est labia, significant, vt vulgus existimat, sed interiorem. Est ergo bucca interior illa concauitas, vnde vox prodit, & quà concipitur flatus. Horat. 1. Serm. sat. 1,
　Quid causæ est, merito quin illis Iuppiter ambas
　Iratus buccas inflet? Ambas buccas inquit, hoc est vtrunque latus oris. Plin. lib. 11. cap. 37, Infra oculos malæ, homini tantum, quas prisci genas vocabãt, XII. tabularum interdicto radi à fœminis eas vetantes. Pudoris hæc sedes. Ibi maximè ostẽditur rubor. Infra eas, hilaritatem risúmque indicantes, buccæ. Hæc Sipontinus ex Valla lib. 4. cap. 52.
　Buccæ fluentes. Cic. Post reditum in Senatu, Primùm processit, qua authoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo, grauibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce & temulenta.
　Buccas tumidas rumpere. Pers. sat. 5.
　Bucca vetula. Iuuen. sat. 10.
　Buccæ suæ noscenda est mensura. Iuuen. sat. 11.
　Quod in buccam venerit. Vide in principio huius dictionis.
　¶ Buccas, pro tubicinibus dixit Iuuenalis sat. 3,
　Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
　Perpetui comites, notæque per oppida buccæ.
　¶ Bucca, pro frusto panis. Martial. lib. 10. epigr. 5. in maledicum poetam,
　Pontes per Vrbis erret exul, & cliuos:
　Interque raucos vltimus rogatores
　Oret caninas panis improbi buccas. Per pontes, vbi sunt mendici. Rogatores, mendicos. Raucos, assiduitate petendi. Buccas caninas, canibus dandas obiiciendásque. Panis improbi, non probi, non boni.

Buccula, bucculæ, pen. corr. diminutiuum (γνάθιον) Apuleius lib. 6. de Asino, Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manúque ad os suum relata combasiauit.
　¶ Buccula, Pars cassidis, per quam mittitur spiritus, quæ buccam tegit. Nã cassis caput: buccula verò barbatas partes armat. Vel in quã desiguntur cristæ in summo galeæ cono, quòd buccæ paruæ habeat similitudinem. Iuuen. sat. 10, Lorica, & fracta de casside buccula pendens. Vnde in Commentariis Cæsaris legitur buccarum tegmen.

Buccularius. Vide suo loco paulo post.

Bucca, buccææ (ψωμός, ψωμίον) Frustulum alicuius rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commodè capit. Augustus in epistola ad Tiberium, Ne Iudæus quidem mi Tiberi, tam diligenter sabbathis ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas bucceas mandocaui prius, quàm vngi inciperem. Hæc apud Suetonium in Octauio Augusto, cap. 76. Sipontinus.

Buccella, diminutiuum à buccea (ψωμίον) Martialis lib. 6. epigr. 75. in Pontiam,
　Quum mittis turdúmque mihi, quadrámve placentæ,
　Siue femur leporis, siue quid his simile:
　Buccellas misisse tuas te Pontia dicis.
　Has ego non mittam Pontia, sed nec edam. Tuas, id est quas tibi paraueras, nec mittam amicis, nec edam ipse, quia veneni sunt suspectæ.

Buccellarius (βουκελλάριος) Suidas buccellarios Gallogræcos dictos fuisse scribit: & buccellariorum regionem, Gallogræciam. Is qui sub Theodosio iuniore militiam Roman. descripsit, author est, Buccellarios equites fuisse in exercitu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat, aliósque iuniores dictos, aliis seniorum nomen fuisse: vt existimare libeat, milites hosce, quum missionem accepissent, latrocinari, & rapto viuere solitos. Sed & fortasse gentis vitium hoc fuit. Isauri enim Gallogræcis proximi, cum huiusmodi sociis latrocinia exercebant. Alciatus.
　Buccellarios, Turnebus ex Mauricio veteri scriptore equites esse scribit armatos zabis (sic ille armaturam loricarũ propè talarium appellat) & manicis ferreis, contatos quosdam & sagittarios. In magno autem honore hos equites fuisse ex eo apparet, quòd in agmine ante Imperatorem exercitus equitabant, & post sequebantur. Vide locum, vbi verba ipsa Mauricij reperies.

Buccellatum, dicitur à buccea. Quid autem sit buccellatum, ostendit Amianus Marc. lib. 17, Firmatóque consilio triginta dierum, frumentum ex eo quod erat in sedibus, consumendum, ad vsus diuturnitatem excoctum, buccellatum vocant, humeris militum imposuit. Alciatus.

Bucculentus, adiect. (πρόγναθος) vt, homo bucculentus, id est grandi ore vel malis plenioribus, vt inquit Budæus. Plaut. Merc. 12,
　-Σ. ego dicam tibi
　Canum, varum, ventriosum, bucculentum, breuiculum,
　Subnigris oculis, longis malis, pansum aliquantulum.

Buccina, pen. corr. (σάλπιγξ) Quidam à bucca, buccinam deductam existimant: instrumentum quo signum datur in hosteis ad pugnam. Vegetius lib. 3. cap. 5, Tuba, quæ directa est, appellatur: Buccina, quæ in semetipsam æreo circulo flectitur. Ouid. 1. Metamorphoseos,
　-caua buccina sumitur illi
　Tortilis in latum, quæ turbine crescit ab imo:
　Buccina, quæ in medio concepit vbi aera ponto,
　Littora voce replet sub vtroque iacentia Phœbo.
　Inflata buccina. Ouid. 1. Metamorphoseos,
　-& cecinit iussos inflata receptus Buccina.
　Turmalis. Claudian. de bello Gildonico.
　¶ Buccina, Pastorale instrumentum quo oues vel porcos appellare videntur, vt sequantur & sese in gregem recipiant. Colum. lib. 6. cap. 23, Nam id quoque semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Subulcus debet consuefacere omnia vt faciant ad buccinam.
　Pastoris buccina cantat. Propert. lib. 4. eleg. 11.
　Surda nihil gemeret graue buccina. Iuuen. sat. 7. Surdum dicitur, non solum quod non audit, sed etiam quod non auditur.
　¶ Buccinas à tubis nũnulli sic distinguunt, quòd illæ ex recuruis animalium cornibus: tubæ ex ære argentóve confici soleant, ad animos militum & equorum inflammãdos. Apuleius certè lib. 3. Florid. buccinam manifestè à tuba secernit, quũ ait, Siquidem vox hominis, & tuba rudiore toruior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ quæstu delectabilior, & fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili, eundem in bello vsum habente. Cic. pro Muren. Te Gallorum, illum buccinarum cãtus exsuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. ¶ Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cuius meminit Dionysius: quo nomine etiam dicta est insula Pontiani, Pontificis exilio & morte clara.
　¶ Buccinum neutro genere dixit Plin. lib. 11. cap. 10, Donec vnã omnes excitat gemino aut triplici bombo, vt buccino aliquo. De apibus loquitur.
　¶ Buccinum, Genus conchæ. Plin. lib. 9. cap. 36, Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento. Duo sunt genera: Buccinum minor concha, ad similitudinem eius buccini quo sonus editur. vnde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterum, &c. Vulgus Italorũ præsertim apud Venetos vocat *capai longas*.

Buccino, buccinas, pen. corr. (σαλπίζω) buccinare. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Primò quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, vt exire possint, &c.

Buccinator, pen. prod. Verbale (σαλπιγκτής) Cæsar 2. bell. Ciuil. Qua re animaduersa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reducit.
　¶ Buccinator, per metaphoram. vt Buccinator laudum alicuius. Cicero filius ad Tironem, lib. 16. 21, Quare quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ: firmo id constantiáque animo facias licet.

Buccones, Homines vocantur tardi. Apul. Si cum hac vna Rufi fallacia contendantur, macci prorsus & buccones videbuntur. Legi tamen in lexico Latinogræco buccones esse παράσιτοι. Turnebus.

Bucconiatis, Genus quoddam vuæ, in Thurinis collibus nascens, quam non ante demetuntur quàm gelauerit, authore Plin. libro 14. cap. 3.

Buccula, Vide BVCCA.

Bucculárioe in iure ciuili quos tandem accipimus? inquit Turnebus. meritò enim bacularios, vt vocem nihili, quámque hac in re non agnosceret iurisconsultus, explosam reor. Ego eos esse interpretor, qui galeas faciunt, ex ea galearum parte, quæ buccula dicitur imposito nomine. Vide BVCCVLA.

Bucea, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

Bucentaurus (βουκένταυρος) Nauis magna Venetorũ, dicta quasi magnus Centaurus. Veteres enim solebant magnis rebus βοῦ syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis. Sipontin.

Bucentes (βουκέντης) Tabanus, à pungendis bobus: κεντεῖν enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum vocant: Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quanuis maiore corpore, armentis præcipuè infestum, de quo ita Virgil. in Georgicis,
　Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
　Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
　Romanum est, OEstrum Graij vertêre vocantes,
　Asper, acerba sonans, quo tota exterrita syluis
　Diffugiunt armenta. Vide Sipontinum.

Bucentrum (βούκεντρον) Stimulus, quo boues agitantur. Cælius lib. 7. cap. 29.

Bucephalus, Herba est eadem cum tribulo, ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. Vide Marcellum Virgil. in Dioscorid.

BVCEPHALVS, pen. corr. (βουκέφαλος) Equus Alexandri Magni, sic à latitudine frontis dictus, quo semper Alexander in certaminibus vtebatur. Erat enim bellator optimus. A quo Bucephalia, vrbs Indiæ dicta, quam Alexander condidit, dixitque ex nomine sui equi Bucephali, eo ipso in loco sepulti. Author Strabo lib. 15. & Plin. lib. 6. cap. 20. Idem Plin. lib. 8. cap. 42, Eidem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalon eum vocarunt, siue ab aspectu toruo, siue ab insigni taurini capitis armo impresso. Sedecim talentis ferunt ex Philonici Pharsalij grege emptum. Neminem hic aliũ quàm Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim reiiciẽs. Idem in prælijs memoratæ cuiusdam perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in aliũ transire Alexandrum non passus. Multa præterea eiusdẽ modi: propter quæ rex defuncto ei duxit exequias. Vrbẽ tumulo circundedit nomine eius. Hactenus Plinius. Est item Bucephalus, Achaiæ portus. vt idem Plin. scribit cap. 5. lib. 4.

Buceras, pen. corr. huius buceratos, n. g. Herba: de qua sic Plin. lib. 24. cap. 19, Nec fœno græco minor authoritas, quod telin vocant, alij

carphos, aliqui buceras, alij ægoceras: quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam. Galli (inquit Ruellius lib.2.cap.32) primum nomen vsurpant: vulgus *Senegren*.

Buceriæ. Bucerus, Vide BOS.

Buchelis, idis, Herba est, quæ in Syria reperitur, tantæ vehementiæ, vt eius contactu ad septuagesimum coitum libido producatur. Hanc & Indicam Satyrion nuncupant. Vide Cæl. Rhodig. lib.14.cap.9.

BVCHETIVM {Βουχέτιον} Pusilla ciuitas est, non longè à Cichyro, ad sinum Ambracium sitæ: proxima verò mari, Elatriæ, Pandosiæ, & Battiæ in mediterranea. Verba sunt Strab. lib.7.

BVCHIA {Βουχία} Ioniæ locus. Steph. de Vrbibus, Buchia, inquit, Glaucia, Sillon, parua Ioniæ loca.

Buchianos. Festus, Buccinam quam nos appellamus, Græci buchianon à similitudine soni dicunt.

BVCIA, Extrema Siciliæ vrbs, authore Ptolemæo. Hodie Butera.

BVCINNA. Inter paruas insulas maris Siculi Plinio ponitur lib.3.cap.8.

Bucolus, Bucolicus, Bucula, Buculus. Vide BOS.

BVCRA, Siciliæ promontorium {Βούκρα ἄκρα Ptolem.} hodie Butera. *El capo Longobardo.*

Bucranium {Βουκράνιον} Herba est Galeno, alio nomine Antirrhinum appellata. Vide Ruell. lib.3.cap.131.

Buculæ, quarum structores Paternus vacationem munerum habere scribit in l. vlt. D. de iur. immunit. instrumentum illud est, cuius meminit Vitruuius lib.10.cap.15. in quo sucula inditur catapultis exercendis parata.

B V D

BVDA {Βούδα} Vngariæ metropolis, quæ thermas habet subter vrbis mœnia, inter Occasum & Septentrionem, haud ita longè à Danubij ripa, ex humili colle fonte duplici scaturiente: quorum alter frigidissimus odore sulfureo: alter ita calidus, vt digitum immersum tenere nequeas, vtriusque vberrimo effluxu. Calidus autem, pisces ferè palmares alit non paucos, in feruentibus vndis oberrantes: quorum tamen dum coquuntur, sapor nullus extet. Hæc Vadianus Pomponij interpres. Buda vulgò hodie *Offen*, Curta Ptolemæo dicitur.

BVDDA, Gymnosophistarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex virginis latere natum fuisse credi voluerunt. Cæl. Rhodig. libro 14.cap.1.

BVDEA, Minerua {Βουδεία} ab vrbe Magnesiæ dicta, quæ à quopiam Budeo cōdita fuit: licet & alia Budea Phrygiæ fuerit. Meminit Stephan. Alij putant, quòd quum humana prudentia excogitarit boum opera humum colere, inde factum nomen, in qua sententia Cælius est lib. 14.cap.18.

BVDEA, media producta, Ciuitas Magnesiæ, à Budeo conditore: vnde & Budea Minerua in honore apud Thessalos. Homerus autem Budeion protulit. Est & Budea ciuitas Phrygiæ, & Budei Medorum, & Budini Scythiæ populi. Horum meminit Plin. lib.4.cap.12.

BVDINI {Βουδῖνοι} Populi sunt Thussagetis vicini, à Taphris per continentem introrsus habitantes, quorum meminit Plin. lib.4.cap.12.

BVDORAE, Insulæ duæ prope Cretam insulam, vt tradit Plin.

BVDORGIS {Βουδοργίς} Vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Vratislauia, vulgò *Bresslau*.

BVDORIS {Βουδωρίς} Vrbs Germaniæ Ptolemæo authore: vulgò *Heidelberg*, sub ditione comitis Palatini.

BVDORVM {Βούδορον} Promontorium est apud Salaminem. Stephan.

B V F

Bufo, bufonis, pen. prod. m.g. {φρῦνος} Rana terrestris, nimiæ magnitudinis. Virg. 1. Georgicōn,

> Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ:
> Inuentúsque cauis bufo. Seruius.

B V G

BVGEI {Βουγαῖοι} Populi à Partheniis oriundi, qui quū ab his expulsi ad Cretam appulissent, & vnà cum Minoe in Siciliam nauigassent, post eius obitum, quidam ex his pedestri itinere sinum Adriaticum vsque in Macedoniam peragrantes, Bugei sunt appellati. Ex Strabo. libro 6.

BVGENES {Βουγενής} Vnum ex nominibus Bacchi, sub quo ab Argiuis colebatur. Hinc & Græcorum plerique Tauriformem Bacchum, & Tauricipitem effingebant & appellabant, natúmque ex Persephone, vt Eusebius in secundo præparationis euangel. tradit. Quinimò & iam Taurus dictus est, & illi cornua attributa. vnde Ouid. Accedant capiti cornua, Bacchus eris. Cur autem cornutum Bachum finxerit antiquitas, vide apud Diodorum lib.5. Phurnutum, & Porphyrionē in 2 Carm. Horat. super ea verba, Aureo cornu decorum.

BVGES, Amnis est Scythiæ Europææ, qui flexum Mæotidis secat, vt author est Pomponius Mela. Supra Bugen verò amnes sunt Agarus, quem Sagarim Ouidius nominat: & Lycus, clarissimi Ptolemæo.

Buglossos, f.g. vel buglossum, n.g. {βούγλωσσον} Herba quæ bouis lingua, siue bubula lingua Romanis dicitur, ab ipsa forma folij. Plin. lib 25.cap.8, Iungitur huic buglossos, boum linguæ similis: cui præcipuum, quòd in vinum deiecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum Dioscorides lib.4.cap.123, Nascitur sabulosis & exæquatis in planitiem locis. Colligitur Iulio mense. Et paulo pòst, Verbasco similia folia habet, & in terram decidua, aspera, nigrioráque, bubulæ linguæ similia.

Bugones, pen. corr. {βουγόνες} quid significet, declarat Varro 2. de Re rust. cap.5, his verbis, de bobus & vaccis loquens, Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis matres, à quo eas Græci βουγόνας appellant.

Bugonia, etsi verbum Græcum sit, tamen id in Latina posuit oratione Plautius, qui bugoniam scribere dixit, qua forma Iliadem Homerum scripsisse dicimus. Varro, & hinc Plautium locutum esse Latinè, quum Hircium Prætorem renunciatum Romam in Senatu scriptum habere, Sed bono animo es: non minus satisfaciam tibi, quàm qui bugoniam scripsit. Vbi legendum censet Turnebus, in Senatu scriptum aueres. Sensus autem sic elicietur, Varro Hircium senatorem, in senatúque scriptum esse optabat, quem ordinem assequebantur Ædiles & Prætores, alijq; magistratus. Quum eū audisset Prætorem renuntiatum Plautius, Varroni dixit, mulsa tibi affero, affero tibi optabilem nuntium: tam tibi satisfaciam quàm qui bugoniam, id est apiarium, aut qui de apibus scripsit. Mel erat antiquis in delicijs, vnde meum mel, mihi est mellinæ, & illud Comici, mulsa loquitur. Ex Turnebo.

B V L

Bulapathum, pen. corr. {βουλάπαθον} Herba: de qua Plin. lib.20.cap. 21. & Ruell. lib.2.cap 49.

BVLARCHVS {Βούλαρχος} Pictor fuit præstantissimus, cuius picturā Magnetum exitij, medioeris spatij, Candaules rex pari rependit auro. Vide Plin. lib.7.cap.38.

Bulbine, es, pen. prod. f.g. {βολβίνη} teste Plin. lib.20. cap.9, herba est porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ vulneribus mirum in modum vtilis est. Officinæ Maurorum vocabulo Bubigerim appellant, teste Ruell. lib.2 cap.100.

Bulbito, as, pen. corr. {βολβιτίζω} Puerili stercore fœdo. Vide in dictione Bubino.

Bulbus, bulbi, masc. gen. {βολβός} Bulbus quid sit hodie ignoratur. Matthiolus Senensis in commentariis suis in Dioscor. Cato Megaricos, bulbos potissimum, serendos præcipit. Damnauit Ouidius ob venerem vt puto, quam mirum in modum stimulant, 2. de Remedio Amoris,

> Daunius an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
> An veniat Megaris, noxius omnis erit.

At quam commendauit Martialis in Xenijs lib.13.

> Quum sit anus coniunx, quum sint tibi mortua membra,
> Nil aliud bulbis quàm satur esse potes.

Radice seritur hortensis. Colum. lib.10.

¶ Theophrastus author est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens cuius inter summum corticem eámque partem qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua mapalia, vestésque quædam conficiantur. Hæc Plin. lib.19.cap.2.

¶ Bulbi, apud idoneos authores sunt radices rotundæ, tunicatæ, quales sunt lilij, croci, narcissi, colocasiæ, squillæ, & arundinum. Palladius lib.3.cap.21, Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia antè habita sarriemus summa diligentia: ne oculos circa radices nascentes, & minores bulbulos sauciemus: qui à matre subtracti, atque in alios digesti ordines, noua lilicta formabunt. Plin. de lilio, lib.21. cap.5, Nihilque est fœcundius, vna radice quinquagenos sæpe emittente bulbos. Ibidem de Asphodelo, cap.17, Radix eius napis modicis similis est neque alia numerosior, LXXX. simul aceruatis sæpe bulbis. Idem lib. 17.cap.20, de arundine loquens, Seritur bulbo radicis, quem alij oculum appellant, dodrantali scrobe, interuallo duū pedum & semipedis.

Tunicæ bulborum. Stat. 4. Syl.9.

¶ Bulbos quærit. Locus prouerbialis in eos, qui iuxtà Persium, Obstipo capite defigunt lumina terræ. Vide plura apud Erasmum.

Bulbaceus, adiectiuum. Plin. lib.21.cap.26, Radix est bulbacea. De hyacintho loquitur.

Bulbosus, pen. prod. adiectiuum. vt Radix bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib. 27.cap.8, Radix bulbosa, oblonga.

Buleuta, buleutæ {βουλευτής} Latinè dicitur Consiliarius, Senator, Decurio. Plin. Iunior, epist. lib.10, Claudiopolitani quoque in depresso loco imminente etiam monte ingens balineum defodiunt magis, quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo. Budæus, βουλὴ in ciuitatibus Græciæ & Asiæ dicebatur Senatus & consilium. Vnde βουλευταί, Senatores & Decuriones. Quæ dictio frequentissima est apud Demosthenem.

Buleuterion {βουλευτήριον} Cyzici ædificium amplum vocant, sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur. quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum est, postea quàm Coclite Horatio defendente ægre reuulsus est. Hæc Plin. lib.36.cap.15. ¶ Buleuteriū item locus Syracusis vbi erat Curia, apud Cic. 4. Verr.

Buleuticus {βουλευτικός} Dicitur theatri pars senioribus ad spectandum assignata, sicuti Ephebicus, vbi spectant ephebi. Ex Cæl. libro 8. cap.8.

Bulga, bulgæ {πήρα.} Festus, Bulgas Galli sacculos scorteos appellāt. Nonius, Bulga est folliculus omnis, quem & crumenam veteres appellarunt, & est sacculus ad brachium pendens. Lucil. sat. lib.6,

> Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
> Bulgam & quicquid habet nummorum, secum habet ipse.
> Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in vna
> Spes hominis bulga, hac deuincta est cætera vita.

BVLGARI, Europæ populi in parte Mœsiæ ad Danubium, gens ferox, vt quæ multas in Europa clades vicinis intulit. Nonnullis placet non indigenas, sed aduenas esse è Scythia egressos. Author Volaterranus.

BVLGARIA {Βουλγαρία} A recentioribus appellatur Europæ regio supra Thraciam, inter Danubium & pontum Euxinum sita, Daciæ & Mœsiæ contermina.

Bulimia {βουλιμία} dicitur magna fames. Gellius vim famis intolerabilem interpretatur. Bulimiam Medici caninum appetitum vocant. Est & Bulimia, siue Bulimos, Galeno 2. Aphorism. orificij ventriculi morbus, & casus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetitu canino, qui perpetuò cibum appetit, sumptúmque statim euomit.

Bulimus, pen. prod. {βούλιμος} Græcis ingentem famem significat, quæ tamen non vsquequaque perdurat. Nam qui sic affecti sunt, repentè animo linquuntur, quum extremarum partium perfrigeratione, & spiritus defectione. Compositio vocis ex βοῦ, intensiua particula,

& λιμὸς

& λιμὸς cōstat: quo modo Bumastos vua apud Plinium. mammarum modo tumens, & Bumelia apud eūdem fraxinus in Macedonia amplissima lentissimáque appellatur. Neque verò idem malum est Bulimus & Caninus appetitus. Caninus enim appetitus etiam esuritionem magnam excitat, sed vt sic affecti plurima edant & grauati maximè paulo pòst vomant, atque sic se leuent, rursúsque expleant, ac rursus ad vomitum reuertantur. Bulimo autem affecti, si non statim cibum habeant, animo linquuntur, & plerique ipsorum auxilij facultate destituti, ex instanti pereunt. De vtrisque seorsum agit Aëtius lib. 9. cap. 6 & 21.

BVLIS {Βοῦλις} Phocidis oppidum inter Parnassum & Eliconem situm: ita dictum à Bulone conductore. Hinc Bulij & Bulienses. Cic. in Pison. Parthenij & Bulienses illusi.

Bulla, bullæ {βοῦλλα} Insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant, inclusis intra eam remedijs, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Festus, Bulla aurea insigne erat puerorū prætextatorum, quæ dependebat eis à pectore: vt significaretur eam ætatem alterius regendam consilio. Dicta est autem bulla è Græco sermone βουλὴ, quod consilium dicitur Latinè: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id est pectus, in quo naturale manet consilium. Hactenus Festus. Plin. lib. 33. cap. 1, Sed à Prisco Tarquinio omnium primo filium, quum in prætextæ annis occidisset hostem, bulla aurea donatum constat: vnde mos bullæ durauit, vt eorū qui equo meruissent filij, id insigne haberent, cæteri lorum. Cic. 3. Verr. Neque te tam commouebat, quòd ille cum toga prætexta, quàm quòd sine bulla venerat. Asconius, Bulla suspēdi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea, quasi cōmuniens pectus puerile. Sipontinus, Bullam esse amulam manifestū est: dictam à similitudine eius bullæ, quæ spiritu in aqua excitatur, præcipuè dum bullit, figura rotundæ. Nam quod aliqui bullam, ἀπὸ τῆς βουλῆς, hoc est à consilio deductā volunt, plenum insaniæ est. De bulla fusissimè differit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6.

Argentea bulla. Ouid. 10. Metam.
Aurea. Propert. lib. 4. eleg. 1.
¶ Demittere bullam collo. Propert. 4. eleg. 1.
Fulgere bullis. Virg. 12. Æneidos,
-& notis fulserunt cingula bullis.

¶ Bulla {πομφόλυξ} tumor ille inanis, qui visitur in aquis momento temporis enascens, simul & euanescens. Vnde prouerbium, Homo bulla: quod nos admonet, humana vita nihil esse fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Varro in præfatione quam scripsit in libros de Agricultura, Cogitans, inquit, esse properandum: quòd (vt dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, vt sarcinas colligam, antè quàm proficiscar è vita.

Perlucida bulla. Ouid. 10. Metam.
-sic vt fuluo perlucida cælo Surgere bulla solet.

¶ Bullam pro capite clauorum, qui in valuis magnarum ædiū honoris gratia affigi solent, accepit Plaut. in Asinaria 9, Iussíne in splendorem dari bullas has foribus nostris? Cic. tradit Verrem, bullas aureas ex valuis templi magnificentissimis abstulisse.

Bullatus, pen. prod. Bullis ornatus. Iuuenal. sat. 14.
Si damnosa senem iuuat alea, ludit & hæres Bullatus. Id est puer.
¶ Bullatæ nugæ. Pers. sat. 5.

Bullio, bullis, {ζέω, φλύω, ἀναζέω} bullire, Feruere significat. Cels. lib. 5. c. 19, Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire desierit, cui paulum ceræ sit adiectum.

Bullo, bullas {πομφολυγόω} bullare, Bullas facere: hoc est tumorem illum excrescentem, qui spiritu in aqua vel vrina excitatur. Plin. lib. 28. cap. vlt. Item maris ipsius trāquillus sonitus, spumæve dispersæ, aut aquæ bullantes. Idem lib. 28. cap. 6. non procul à fine, Magna signa sunt vrinæ bullantis & crassæ.

Bullula, penult. corr. {πομφολύγιον} diminut. parua bulla. Celsus libro 2. cap. 5, Item si vrina modò liquida & pura est, modò habet quædam subsidentia leuia, atque alba rubráve sunt, quæ in ea subsidunt: aut si quasdam quasi maculas repræsentat, aut si bullulas excitat.

BVLLA regia, Liberum oppidum Numidiæ in Africa, authore Plinio lib. 5. cap. 3.

BVLLAEVM {Βούλλαιον} Vrbs insulæ Britanniæ Ptolem. Vulgò *Vuitlan*.

BVLLATIVS, Viri proprium, ad quem scribit Horat. lib. 1. epist. 11, Quid tibi visa Chios, Bullati.

BVLLENSES, Oppidum, & populi Locrorum, apud Plin. lib. 4. cap. 3.

Bullio, bullis, Vide BVLLA.

BVLLIONES, Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plinio lib. 3. cap. 23, Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, VII. M. passuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari, Amantes, & Bulliones.

BVLLIS, idis {Βουλλίς} Oppidum in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico adiacet. non procul ab Apollonia, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Plin. Bullidensem coloniam vocat, lib. 4. cap. 10. & populos ipsos Bulliones, lib. 3. cap. 23.

Bullo, bullas, **Bullula**, Vide BVLLA.

BVLVA {Βούλουα. Vulgò *Bodoua*} Oppidum Liburniæ, non procul à Drilone fluuio. Ptolem. lib. 2. cap. 17.

BVLVBA {Βουλούβα} Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 5.

B V M

Bumamma {βούμαμμα} vua, eadem quæ & Bumastos dicitur. Varro de Re rustica, lib. 2. cap. 5. Macrob. lib. 3. Saturnaliū, cap. vlt. Bumammiam appellat.

Bumastos, siue Bumastus, f. g. {βούμαστος} Magna mamma. Quo nomine dictum est genus quoddam vuæ grandioris: quòd tumeat ad similitudinem mammarum bouis. Plin. lib. 14. cap. 1, Tument verò mammarum modo bumasti.

Bumelia. Fraxini species in Macedonia amplissima & lētissima, cuius folia contra serpentes, succo expresso ad potum, imposita vlceribus maximè prosunt. Plin. lib. 16. cap. 13.

BVNAEA IVNO, Vide in BVNEVS.

BVNAS {Βούνας} Vir quidam Atheniensis. Quum autem esset cōtrouersia inter Calydonios & Eleos, vtrique rem ad arbitrium Bunæ detulerunt. Conuenerat autem vt à manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiasset. Quod vbi sensisset Bunas, de industria quidem audiebat vtranque partem: cæterùm per fictas occasiones rem in longum distulit, nec vnquam de lite voluit pronuntiare. Hinc natum prouerbium, Bunas iudicat, vbi lis in longum profertur, nec vnquam explicatur. Author Mnaseas apud Zenodotum.

BVNEVS {Βουνεύς} Mercurij filius fuit, qui in Acrocorintho Iunoni sacellum ædificauit, vnde Bunææ Iunonis cognomen propagatum. Vide Pausan. in Corinth. & Rhodig. lib. 15. cap. 17.

Bunias, adis, pen. corr. f. g. {βουνιάς} Napi species est, diuersa à Bunio. Plin. lib. 20. cap. 4, duas napi species facit, quarum altera Bunion, altera Bunias vocatur. Bunion autem angulosis foliorum caulibus esse tradit, eiúsque decoctum purgationibus fœminarum, & vesicæ, & vrinæ vtile esse: idque Dioscorides à Romanis Scopam regiam vocari asserit. ¶ Buniada autē idem Plin. raphano & rapo similē facit, cuius semen antidotis, quæ contra venena fiunt, admisceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita est. ¶ Bunion autem id esse, quod vulgus Gallorum *Carpentariam* herbam vocat, plerique suspicantur. Vtriusque verò generis appellatio à tumente radicis figura tractum videtur. Nam colles, terræque tumores βουνοὺς Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine ne Columella quidē ignorauit, qui sic scribit lib. 10, Quæque Amiterninis defertur Bunias aruis.

Bunion. bunij {βούνιον} Napi genus. Vide BVNIAS.

BVNITIVM {Βουνίτιον} Vrbs Germaniæ apud Ptolem. Vulgò *Sund*.

BVNNVS {Βοῦννος} Illyridis oppidum est: cuius gētile est Bunnius {Βούννιος} Stephanus.

B V P

Bupædas {βούπαιδας} Magnos pueros Græci dicunt, qui fecerunt finem excrescendi. Festus.

BVPALVS. vel BVBALVS. Vide HIPPONAX. clarissimi sculptores fuêre. Hi quia Hipponacti poetę notabilis vultus fœditas erat, imaginē eius lasciuia iocorum proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. Vnde Horatius in Epod. ode 6,

Qualis Lycambe spretus infido gener,
Aut acer hostis Bubalo.

BVPHAGVS, Fluuius est in Arcadia, ab heroe Buphago nomine adoptato, qui Iapeti fuit filius & Thornacis, quémque honesta parum affectantem in monte Pholoe peremit Diana. Vide Cæl. Rhodig. lib. 26. cap. 2.

Bupharus {βούφαρος} Terra dicitur quæ arari facilè potest. Nam pharos aratio est, sed & bouis epitheton. Author Cæl. lib. 12. cap. 6.

Buphonia, Festa erāt apud antiquos, quæ post mysteria celebrabātur per bouis immolationē, vnde & nomenclatura. Ex Cæl. lib. 12. cap. 6.

Buphonum, pen. corr. Herba, quam alij Chamæleontem, alij Ixium vocant. Dicitur autē ἀπὸ τοῦ φόνου, quod est mors, & βοῦς, bos, quòd à bobus deuorata anginam procreet, eósque necet. Sipontinus.

Buphthalmos, f. g. {βούφθαλμος} Herba similis boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui & mandūtur decocti. Hæc Plin. lib. 25. cap. 8.

¶ Buphthalmos etiam apud Dioscoridem recēsetur inter appellationes Sedi, siue Semperuiui maioris.

Buplanoctisti {βουπλανόκτιστοι} Tumuli erant apud Ilium: sic dicti, quòd ex Mysia bouem insequutus, Ilus ibi demum vrbem condiderit Ilium, vbi interquieuisset ea. Meminit Lycophron in Alexandra, & Cæl. lib. 26. cap. 2.

Bupleuros {βούπλευρος} f. g. Herbæ nomē, quā sic describit Plin. lib. 22. cap. 22, Bupleuron in sponte nascentium herbarum numero Græci habent, caule cubitali, folijs multis, longísque, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate in Medicina, à Glaucone & Nicandro.

BVPRASIVM. Ciuitas & fluuius & regio Elidis, à Buprasio conditore, cuius meminit Homerus. Buprasium iam ciuitas non est. Proinde à Plin. cap. 5 lib. 4, inter Achaiæ loca ponitur.

Buprestis, huius buprestis, f. gen. {βουπρηστίς} Animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bouem maximè: vnde & nomen inuenit: deuoratúmque tacto felle ita inflammat, vt rumpat. Hæc Plin. lib. 30. cap. 4. Iurisconsultus de hoc animali scribit in l. 3. D. ad Leg. Cornel. Sicui temerè pigmētarij dederint pytiocampas, aut buprestes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœna legis Corneliæ de sicarijs & veneficis.

¶ Buprestis, Herbę genus est. Pli. li. 22. cap. 22, Buprestim magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere. Iidémque remedia tanquam contra venenum prodiderūt. Et certè ipsum nomen indicio est, boum venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 127.

B V R

BVRA, Vrbs in sinu Corinthio, hausta à mari. Plin. lib. 2. cap. 92, Pyrrham & Antissam circa Mæotin pontus abstulit, Elicem & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent.

Bura, buræ, siue buris huius buris, f. g. {οὐρά} quasi bouis cauda, Dicitur pars aratri posterior, decuruata. Virgil. 1. Georgicōn,

Continuò in syluis magna vi inflexa domatur
In burim. Vbi Seruius, In burim, in curuaturam. nam buris est curuamētum aratri, dictum quasi βοὸς οὐρά, quòd sit in similitudinem caudæ bouis. Varro 1. de Re rust. cap. 19, Terrā duram proscindere, nisi boues magnis viribus non possunt. & sæpe fracta burā relinquūt vomeres in aruo. Varr. de Ling. Lat. lib. 4. Bura à bubus. Alij hoc à curuo, curuum appellant sub iugo medio cauum. quod bura extrema appellatur, vocatur couum à cauo.

BVRAICVS {Βουραϊκός} Herculis cognomentum, ab Achaiæ vrbe Bura, vbi & specus & fluuius eodē nominē extitēre: quo in loco tabella, & talis seu taxillis vaticinia dabātur. Nam qui deū consulebant, primū

ante simulacrum dei preces effundebant: deinde quatuor talos, qui multi erant apud deum, super mensam iaciebant. In singulis autem talis, figuræ notatæ inerant: in tabella verò figurarum interpretationes inueniebantur: Itaque vaticinium habebatur.

BVRCHANA, Ponti insula nobilissima, Plinio authore. Sic enim scribit ille lib.4.cap.13, Inde insulæ Romanorum armis cognitæ. Earum nobilissima Burchana. Fabaria à nostris dicta, à frugis similitudine sponte prouenientis. Item Glessaria, &c.

BVRDEGALA, pen.corr. vel Burdigala, vt scribit Suidas {Βουρδίγαλα} Strabo autem Burdigaliam dicit: ciuitas est Galliæ, Aquitanorum nobilissimum emporium, cuidam marino incumbens lacui, quem eruptiones faciunt. vulgò *Bordeaux*. Author Strabo.

Burdo, burdonis, Hinnulus est, inquit Valla lib.4. qui patre equo, matre asina genitus est, quem quidem burdonem nominant. Vlpian. in l.49. D. de leg.3. Item legato continentur mancipia, item iumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones. Cæl.lib.23.cap.5, putat Burdones dici mannos seu mannulos, vt est apud Martialem, equos haud ita magnos, ac præmites: quos vulgus, vt scribit Porphyrio, Burdos vocabat.

BVRGI, in l.2. §. In Sardinia. C. de off. Præf. Prætor. Afr. l.pen. de fund. rei priuat. lib.10. C. Luitprandus lib.3. de reb. per Europā gestis, cap.12, de Burgundionibus agens: Et quoniam, ait, ipsi domorum congregationem, quæ muro non clauditur, burgum vocant, Burgundiones, quod est burgo expulsi, à Romanis appellati sunt. Isidor.lib.9. cap.4, Burgundorum habitacula, burgos dicunt. Vnde & Burgundionum gentem per castra disposuerunt.

BVRGVNDI & BVRGVNDIONES dicuntur illi qui eam regionē incolūt, quam olim Hedui & Sequani tenebant. Hi vicini Cimbris, supra Rostochiū Germaniæ vrbem olim habitarunt. Vnde trans Rhenum profecti, quemadmodum sæpe Germaniæ gentes fecerūt, ea loca occuparunt, quæ iam tenent. Certè Plin.lib.4. inter Germanos numerat. Genera, inquit, Germanorum sunt quinque, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones.

BVRGVNDIA, Galliæ Celticæ prouincia, à Burgundis, qui eam expulsis veteribus colonis occuparunt, ita dicta. Hodie in Ducatum & Comitatum diuiditur fluuio Arari siue Saona, quorum ille ad regem Galliæ, hic ad Hispaniæ regem pertinet.

Buris, posterior pars aratri. Vide BVRA.

BVRIS, Vrbs mediterraneæ Achaiæ: de qua Ouid.lib.15. Metam.

BVRNISTAE, Plinio ponitur inter ciuitates Illyrici Liburnorum, lib.4 cap.21.

BVRNVM {Βοῦρνον} Castellum est in tractu Dalmatiæ, nobilitatum populi Romani prœliis. Huius meminit Plin.lib.3.cap.22.

Burrhanicum, Genus vasis. Fest.

Burrhum {πυῤῥὸν} Dicebant antiqui, quod nūc dicimus rufum. Festus.

Bursa pastoris, Herba est vulgo notissima, ex refrigerantium, exiccantium & adstringentium genere: de qua plura apud Mathiol. in Dioscorid.lib.2.cap.150.

BVRSAONENSES, Hispaniæ citerioris populi, Calaguritanis & Complutensibus vicini, vt testis est Plin. lib.3.cap.3. in descriptione citerioris Hispaniæ.

BVRTINA {Βουρτίνα} vrbs Hispaniæ Ptolem. vulgò *Barbastro*.

B V S

BVSAE {Βοῦσαι} Herodoto lib.1, populi sunt Medorum, quos subegit Dioces.

Buselinum {Βουσέλινον} Herba est satiuo apio similis, foliáque caulis breuitate, & rufa radice ab eo differens. Author Plin. lib.20. cap.12.

BVSIRIS, Oppidi nomen est in Ægypto, ad Nilum fluuium, à Busiride conditi, in quo fuit templum magnum Isidis. Hinc Busiritica præfectura, apud Strabon.lib.17.

Busiris, huius Busiris, penult.prod. vel Busiridis, penul.corr. {Βούσιρις} Neptuni filius ex Libya Epaphi filia susceptus, vt in libro Tēporum scribit Eusebius. Hic autē (vt ait Augustinus in lib. de Ciuitate Dei) regnante Danao Argiuis, rex, vel potius tyrannus, suis diis hospites immolabat: sed ab Hercule tandem interemptus est, quum etiam eum voluisset occidere. Huius laudes scripsit Isocrates. Illaudatus autem dictus est Virgilio: non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, vt ait Seruius. Virg. 3. Georgicōn,

-quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Bustar. Idem quod Bustum. Charisius lib.1.

Bustum, busti {τύμβος} propriè dicitur locus in quo mortuus est combustus & sepultus, diciturq; combustum, quasi benè vstū. Hæc Festus. Seruius verò in 12. Æneidos, Pyra (inquit) est lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit, dicitur: Bustum verò iam exustum vocatur. Quem ordinem seruat poeta, dicens, Constituere pyras. Item, Subiectísque ignibus atris, Ter circum accensos decurrère rogos. Item postea, Semustáque seruant busta. Cic.2. de Legib. Nam quòd rogum bustúmve nouum vetat propius sexaginta pedes adiici, ædes alienas inuito domino, incendium veretur acerbum. Quòd autem, [illegible], id est vestibulum sepulcri, bustúmve vsucapi vetat, tuetur ius sepulcrorum. Iuuen. sat.3.

¶ Bustum, Sepulcrum. Cic. ad Attic. lib.7.128, Vnas video mihi à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilij vulneratus & despoliatus est.

Bustum aut tymbon violare. Cic.2. de Legib.
Caua busta. Ouid.3. Amor. eleg.8.
Coaceruatum bustum excelso aggere. Catul. in Argonaut.
Ingens terreno ex aggere. Virg.11. Æneid.
Fumantia. Stat.lib.5. Sylu.1.
Horrifico cinefactus busto. Lucret.lib.3. Id est in cinerē redactus.
Iniusta. Ouid.2. Metam.
Inania. Stat.6. Thebaid.
Miserabile. Ouid.6. Metamorphoseos,
Flet modò, séque vocat nati miserabile bustum. De Tereo, qui inscius appositum sibi ab vxore filium comederat: vnde seipsum filij sepulturam vocat. Impropriè enim Bustum dixit.
Memorabile. Claud. de bell. Get.
Sacra. Claud. in Eutrop.1.
Suprema. Stat.lib.9. Thebaid.
Teres. Catul. in Argonaut.
¶ Eruere busta. Seneca in Troade, 6.
Facere. Cic.1. Philip. Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, ídque manaret in dies latius, iidémque bustum in foro facerēt qui illam insepultam sepulturam effecerant, & quotidie, &c.
Incidere in busto. Cic.5. Tuscul.
Mactatus essem in Catilinæ busto, vobis ducibus. Cic. in Pisonem.
Peragere busta. Ouid.2. Metam.
Piare alicuius. Ouid.13. Metam.
Piacula busto pēderend est, Persoluere. Lucan.2. De Mario.
Vertere busta, pro Euertere & deuastare. Lucan.lib.7.
Violare bustum compositum. Lucan.lib.8.
Bustum omnium legum. Cic. in Pisonem.

¶ Bustum aræ. Hieronymus, Non est tātùm in eo seruitus idoli, si quis duobus digitulis thura comprehensa in bustum aræ iaciat. Bustum autem aræ vocat eius focum, vbi ignis accenditur. Turnebus.

¶ Busta Gallica. Locus iuxta Æquimelium, vbi Galli defunctorū ex pestilentia corpora vsserant. Vide Liuium lib.2. bel. Pun.

Bustuarius adiect. Sipontinus, Bustuarij à busto dicti sunt gladiatores. nam quum mos esset in sepulcris virorum fortium captiuos necari: ídque postea crudele visum foret: placuit vt eo more sublato, introducerentur gladiatores, qui ante sepulcra dimicarent: à quo bustuarij sunt appellati. Cic. in Pisonem, Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.

Bustuariæ mœchæ, quæ in bustis & monumentis prostabant. Martial.lib.3. in Vetustinam,

Quum te lucerna balneator extincta
Admittat inter bustuarias mœchas. Idem lib.1. in Lesbiam,
Abscondunt spurcas & monumenta lupas.

Busycon, Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine marisca dicitur. Fest.

B V T

BVTADAE {Βουτάδαι} Populi Attici ex Ægide tribu, apud Stephan.

Buteo, buteonis, pen.prod. m.g. {τριόρχης} accipitris genus. Plin.lib.10. cap.8. Triorchem à numero testium: cui principatum in augurijs Phœmonoe dedit: Buteonem hunc appellant Romani.

BVTEO, item cognomen fuit Fabij cuiusdam, inde illi impositum, quòd insidens in naui buteo auis, bono auspicio ei tum temporis duci fuit. Plin.lib.10.cap.8.

BVTES {Βούτης} Filius fuit Amyci Bebryciorum regis, qui ob sæuitiam patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam cōfugit, vbi à Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est: à qua quū ob formæ, morúmque & ætatis elegātiam diligeretur, eius concubitu vsus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem suscepisse. Contrà Virgil. lib.5. Æneid. Buten à Darete iuxta tumulum Hectoris occisum tradit, inquiens,

Idémque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat:
Perculit, & fulua moribundum extendit arena. Alius fuit Butes Troianus, à Camilla occisus, vt est idem author lib.11. ¶ Commentarius Apollonij, alterius quoque Butæ meminit, filij Cecropis cuiusdam. ¶ Est & Butes, Scytharum fluuius, cui propinqui sunt Agathyrsi & Sarmatæ.

Celerius quàm Butes. Hoc adagio significabant aliquid quamprimùm absolui, compendióque explicari, quemadmodum solent ij qui paucis verbis longam sentētiam significant. Author Zenodotus. Vide Erasmi Chiliad.

BVTHIA {Βουθία} Ioniæ oppidum, teste Stephano, aut certè regiuncula, vt idem refert ex sententia Theopompi.

BVTHROTVM, pen.prod. siue Buthrotium {Βουθρωτόν} Epiri colonia est non longè ab Ambracio sinu. Author Plin.lib.4.cap.1. Virgil.3. Æneidos,

-portúque subimus Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem. Id est, Buthrotium. Seruius.

BVTHVS, Athleta quidam fuit, qui vicerat in Pythiis ludis: à cuius vita & moribus tractum est prouerbium, Buthus obambulat, de leuibus ac stolidis dictum. Huius meminit Cratinus, teste Zenodoto, & Hesychius, indicans & Aristotelem alicubi de huius victoria meminisse.

BVTHYREVS Lycius, insignis statuarius fuit, Myronis discipulus, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes, & Argonautas. Author Plin.lib.34.cap.8.

Buthysia {Βουθυσία} Magnum sacrificium, quale est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. Sueton. in Nerone, Gymnica inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit.

BVTICVS {Βουτικὸς} Lacus est, à Buto Ægypti vrbe sic dictus, de quo Strab.lib.17.

Butio, butionis, Est auis circa paludes versans. Author Philomelæ,
Inque paludiferis butio bubit aquis. : *Vn Butor*.

BVTRA, Insula est circa Carpathon, & contra Hiera Pytnam, de qua Plin.lib.4.cap.12.

Butomum {Βούτομον} Frutex est in paludibus nascēs, folia ferens iridis proxima, ex vna radice non singulos capos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus vtiles. Frondibus autem boues maximè oblectantur, vnde nomen accepit. Vulgus hodie *Iuncum cabecinum* appellat, quòd ex foliis eius sportulæ texantur, quibus ficus & vuæ passæ ad nos adferuntur. Vide Ruell.lib.2.cap.127.

BVTOS {Βοῦτος} Oppidum est Ægypti, apud Ptolem.lib.4.cap.5. & Plin. lib.5.

lib.5. cap.10. ¶ Stephanus alterum eiusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

BVTRA, Insula est maris mediterranei prope Cretam insulam. Author Plin.lib.4.cap.12.

BVTRIVM, ij (Βούτριον) Oppidum Italiæ, non procul à Rauenna, cuius meminit Strab.lib.5.

Buttubata, Næuius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis. Nonius.

BVTVA, Plinio inter oppida Liburniæ recensetur.lib.4.cap.21.

BVTVNTINENSES, Populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plin.lib.3.cap.11.

Butyrum, butyri, pen. interdum prod. interdum corr. (βούτυρον) quid sit declarat Plin.lib.28.cap.9. his verbis, E lacte fit & butyrum, barbararum gentium laudatissimus cibus, & qui diuites à plebe discernat. Plurimum è bubulo, & inde nomen: pinguissimum ex ouibus. Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantùm, crebro iactatu in longis vasis, angusto foramine spiritú accipientibus sub ipso ore, aliàs præligato. Additur paulum aquæ vt acescat, &c. Deinde verò addit, Naturam eius esse astringere, mollire, replere, purgare. Sidonius ad Catulinum, Infundens acido comam butyro. Phalecius est. Egnatius,
-mollique subacta butyro. Nestor quoque testatur à Græcis produci. Valgius, -ac niueum butyrúmque nouum cum melle comedit. Hunc sequuti sunt Macer & Serenus.

B V X

BVXENTVM, oppidum quod Græci Pyxonta vocát in sinu Posidoniæ, à buxo arbore quæ copiosa illic prouenit. Plin.lib.3.cap.5. Meminit & Mela lib.2.cap.4. Nunc vulgò *Belvedere*. Testis Oliuarius in Melam.

Buxus, f.g. & Buxū, n. (πύξος) tā pro arbore quàm pro ipso ligno. Virg. 9. Æneid. Tympana vos buxúsque vocat Berecynthia. Vbi Seruius, Dicitur & hæc buxus & hoc buxum: vt, -& torno rasile buxum. Vnde superfluò quidam arborem generis fœminini esse volunt, quum hoc loco etiam de ligno generis fœminini habeamus exemplum.
¶ Buxus Græca vox est: πύξον quippe dicunt Græci. Arbor est exigua, natura solida, & quadam ligni duritia, ac fródium pallore commendabilis, fractu facilis, & ad topiaria opera commodissima, virens semper ac tonsilis. Semen eius cunctis animantibus propter amaritudinem inuisum: mel in Corsica amarum reddit: amat frigida quæ sint aprica. In igne duritia ei est, quæ ferro, nec flamma, nec carbone vtili. Hæc Sipontinus ex Plinio lib.16.cap.16.
Crispata buxus cacumine denso. Claud.de Raptu Proserp.2.
Densum foliis buxum. Ouid.3.de Arte amandi.
Horrida buxus. Claud.de Raptu Proserp.2.
Horrisona. Valer.lib.2.Argonaut.
Idæa. Stat.lib.4. Thebaid. Valer.Flacc.lib.1.Argonaut.
Multifori tibia buxi. Ouid.12.Metam.
Pallidius buxo. Ouid.4.Metam.
Simillimus buxo pallor. Ouid.11.Metam.
Rasile buxum. Virg.2.Georg.
Terebratum. Ouid.6.Fastorum.
Perpetuò virens buxus. Ouid.10.Metam.
Vndans buxo Cytorus. Virg.2.Æneid.
Detonso crines depectere buxo. Ouid.6.Fast.
¶ Torquere flagello buxum. Pers.sat.3. Intelligit verò trochum tornatum è buxo.
¶ Buxus, pro tuba vel tibia buxea sæpe legitur apud poetas, iuxta eam figuram qua materia ponitur pro re confecta. Stat.2. Thebaid. -tum plurima buxus,
Æráque taurinos sonitu vincentia pulsus.
Buxos inflare. Claud.de Raptu Proserp.3. Id est tibias inspirare.
Premere buxos tacitas. Claud.in Eutrop.2.
Ferire buxum rauco pectore. Seneca in Agamemn.7. Id est tibiam inflare.
Inflati murmur buxi. Ouid 14.Metam.

Buxeus, adiect. (πύξινος) Quod ex buxo est aut buxi colorem refert. Martial.lib.2,
Et tres sunt tibi Maximina dentes:
Sed planè picesque buxeique.
Buxeus color. Plin.lib.12.cap 7.
Forma. Columel.lib.7.cap.8.
Frutex. Columel.lib.8.cap.15.

Buxetum, pen.prod. (πυξεών) Locus buxis consitus. Martial.lib.3,
Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduáque platano, tonsilíque buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi.

Buxosus, pen.prod. (πυξώδης) adiect. significare videtur quod maximè buxum refert, buxo sq; est simile: vt, Lignū balsami buxosum. Plin. lib.12.cap.25. Ex hoc buxosum est optimum, quòd est odoratissimum.

Buxifer, pen.corr. (πυξοφόρος) adiect. vt, Buxifer Cytorus. Catul.epigr.4.

B V Z

BVZÆ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, lib.6.cap.20.

BVZERI, Gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin.lib.6.cap.4. Apud Valer.Flacc.lib.5.Argonaut. Byzeres scribitur, quos appellat vagos, his verbis, Byzeresque vagi, Philyræque à nomine dicta Littora.

BVZYGEVS, Mons est Thessaliæ Plin.lib.4.cap.8.

BVZYGES, Heros quidam Atheniensis fuit, qui omnium primus iunctis bobus arasse terram creditur, sacerdotióque præfuit: vnde & ab eo Buzygia familia, sacerdotio prædita, postea dicta est. Author Cæl. antiq.lib.28.cap.13.

B Y

BYBASSVS (Βύβασσος) Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Æsculapium maris tempestate in Cariam delatum seruauit.

BYBE (Βύβη) Thraciæ oppidum, apud Stephanum, cuius incolæ Bybi appellantur ab eodem.

BYBLESIA, Vrbs Asiæ, de qua Herodot.lib.1. Nam quum initium Byblesiæ ex peninsula auspicetur, finitúque Cnidij propemodum circunfluit: eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem verò Symanum Rhodiúmque mare.

BYBLIA Venus nuncupata, de qua Lucian. in Dialogo, qui est de dea Syria, ita meminit: Vidi (inquit) in vrbe Bybli templum ingens deæ Veneris, cognomine Bybliæ, in quo & ritus & cærimonias in Adonim peragunt. vbi & fabulæ reliquum exequitur. Tu illum consule.

BYBLIS, Parua maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Myrmallida, Heraclides Siphnum & Acyton vocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plinij lib.4.cap.12. Vide BIBLIS.
Byblis, huius Byblidis, pen.corr. (Βυβλίς) Filia fuit Mileti ex Cyane nympha filia Meandri, quæ fratris Cauni amore capta, & ab eo repulsam passa, tandem lacrymis, ob impatientiā amoris cōsumpta, miseratione deorum in fonté sui nominis versa est. Ouid.9. Metam.
Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, &c.

BYBLVS (Βύβλος) Est Syriæ Phœniciæ vrbs, Beryto vicina, in qua Adonidis templa sunt. Strabo lib.16. Hodie *Gaeta*.

BYCVS (Βύκης) fluuius Sarmatiæ in Europa, Ptolemæo authore. Hodie *Buges* vocatur.

BYLLIONES (Βυλλίονες) Populi sunt Illyrici, super Epidamnum (siue Dyrrachium) & Apolloniam sedes habentes. Horum meminit Strabo lib.7.

BYLLIS (Βυλλίς apud Stephan.) Illyrici oppidum est, quod à Ptolemæo Βύλλις appellatur, & in ea parte collocatur Macedoniæ quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio, vbi & Plinius Bullidensium meminit.

BYMAZVS (Βύμαζος) Vrbs Pæoniæ, Stephano.

BYRSA (Βύρσα Straboni lib.17.) Arx fuit in media vrbe Carthaginensiū, in cuius vertice Æsculapij templum erat, quod Asdrubalis vxor capta vrbe secum concremauit. Huius autem nominis origo cùm ex Seruio, tum ex aliis talis est: Appulsa ad Libyam Dido, quū ab Hiarba pelleretur, petiit callidè vt emeret tantum terræ, quantum posset bubulo corio occupare. quod quum permisisset, corium in tenuissima frusta sectum tetendit, occupauitque stad.a XXII. Itaque ostensis thesauris suis sociis, eisque animatis, ciuitatem cōstruxit, quā postea vocauere Carthaginem. Arcē verò à bubulo corio, quod sic vocitāt, Byrsam nuncupauit. Quod & tangit Virgil.lib.Æneid.1,
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

BYRVS, siue Byrrhus, Latro fuit, de quo Horat.1.Serm.sat.4,
Vt sis tu similis Cæli, Byrrique latronum.

Byssus, f.g. (βύσσος) Genus lini subtilissimi & pretiosi: cuius meminit Plin.lib.19 cap.1. Reperio & byssum colorem purpureum esse, & byssinum esse hysginum. Ex Turnebo.

Byssinus, pen.corr. (βύσσινος) adiectiuum, vt, Byssinum linum. Plin. lib. 19.cap.1.
¶ Byssina verba metaphoricè dicuntur, quæ sublimitatem habeant ac magnificentiam, nitorem quoque ac authoritatem. Propterea Parysatis, Cyri & Artaxerxis mater dicere solebat: Regem qui promptè, nec animo timidiore concionaturus foret, debere byssinis vti verbis. Hæc ex Cæl.lect. Antiq.lib.23.cap.7. Atqui per Byssina verba videntur potius intelligi verba quæ facilè ferant delicatulæ aures, quales ferè sunt regum: qui vt byssinis & mollibus induuntur vestimentis, ita verbis byssinis compellari volunt.

BYSTONES, Vide BISTONES.

BYZACIVM, Libyphœnicum regio est in Aphrica, quam sic describit Plin.lib.5.cap.4, Libyphœnices appellantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio, CCL.M. pass. circuitu, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera, Leptis, Adrumetum, Ruspina, Thapsus. Hæc ille.

BYZANTIVM (Βυζάντιον) Thraciæ ciuitas, à Pausania Spartano cōdita, vt Iustinus lib.4.author est. Eustathius à Byze Megarensium classis præfecto, liberæ olim conditionis, & Ligos antè dicta. Author Plin. lib.4.cap.11. Hodie à Constantino Magno Constantinopolis, & antea quoque noua Roma, mox tēporibus Seueri, & filij eius Antonij, Antonia vocitata. Expugnata à Mahumete Turca anno salutis nostræ M.CCCCLIII. magna Christianæ pietatis iactura: proximis verò annis ingenti terræ motu multis in locis cōcussa, multis in locis corruit. Meminit situs, originis, & potentiæ veteris Corn. Tacit.lib.12.

Byzantius (Βυζάντιος) adiect.vt, Littora Byzantia. Ouid.1.Trist.eleg.9.
Orca Byzantia. Horat.2.Serm. sat.4,
Non alia quàm quæ Byzantia putruit orca.
Byzantij exules. Cic.pro Domo sua. Item in Pisonem, & in Orat.

Byzantiacus, pen.corr. aliud adiect. (Βυζαντιακός) Stat.4. Sylu. Aut Byzantiacos colunt lacertos. Lacerti genus piscium hoc loco.

BYZENVS (Βύζηνος) Neptuni quidam filius fuit, cui mos fuit mira in dicendo libertate vti. Hinc parœmia Byzeni libertas, vbi quis audacius liberiúsq; loquitur. ¶ Stephanus commemorat Βυζάντιον, Scythiæ ciuitatem, vnde Byzeni. Eius gentis peculiare est intrepidè loqui.

BYZERES, pen.prod. (Βύζηρες Stephano) Populi in Ponto, qui Straboni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flacc.5. Argonautico,
Byzeresque vagi, Philyræque à nomine dicta
Littora. Plin.lib.6.cap.4. Buzeros vocat. ¶ Ab his portus quidam Ponti Buzericus appellatur, cuius meminit & Stephanus.

BYZIA (Βυζία) Arx est regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine hirundinibus inuisa. Author Plin.lib.4.cap.11.

BYZON (Βύζων) Ciuitas quondam fuit Thraciæ, altero latere à Pontico latere incipientis, vbi Ister amnis immergitur. Sed hæc terræ hiatu rapta est, vt refert Plin.lib.4.cap.11.

C

C LITERA tertia in ordine, ad omnes vocales vim suam perfert. Quintil. lib.1 cap.7.

C litera muta est, quæ ante n sequente vocali, in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub voce g, ob cognationem literarũ, vt Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones, & deriuationes in g, vt Quadringenti, pro Quadrincenti, In s, vt Parco, parsi, In x, vt Duco, duxi, Nocco, noxa.

C. Caius notat, Ɔ. inuersa Caiã: quia tam Caias esse vocitatas quàm Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Quintil. lib.1. cap.7.

CA. Causa. CA.M. Causa mortis, vel Caius Marius. CA. vel CAM. Camillus. CA. Canis, vel Cato. CAES. Cæsar. CAES. A. vel AVG. Cæsar Augustus. CAESS. Cæsares. CAR. Carissimus. C. B. Commune bonum. C̄C̄. Circum, vel Consilium cesset, vel Cœpit, vel Causa cognita. C.C.C. Censa ciuium capita. C. D. Capite deminutus, vel Caius Dacius, aliàs Drusus. C. CR. aliàs C. CT. Contrarium vel Contractũ. C. B. D. Conuictum esse dicitur. C. B. C. Coloni eius Coloniæ. C. F. Caj filius. C. F. C. Clam fugẽdi causa. C. H. Custos hæredum. C. L. Caius libertus. C. LIB. Caij libertas. Ɔ. L. Caia liberta. Ɔ. L. K. Conliberta carissima. C. N. Caius noster, vel Ciuis noster. C. O. Ciuitas omnis. C. P. Ciuis publicus. C. R. Caius Rufus, vel Ciuis Romanus. C. R. C. Cuius rei causa. C. R. C. P. Cuius rei causam promittis, aliàs causa. C. S. Consulum sententia. C. V. Centumuir, vel Clarissimus vir, vel Consularis.

C litera, condemnandi nota erat, quam Prætor in publicis iudiciis dare iudicibus solebat, in tabella cerata scriptam, vt si reus damnandus videretur, eam in vrnam conücerent, quemadmodum in Verrin.3. Pædian. significat. Itaque tristis à Cicerone appellatur in oratione pro Milone his verbis: Quod nisi vidisset posse absolui eum, qui fateretur, neque quæri vnquam iussisset, nec nobis tã salutarem hanc in iudicando literam, quàm illam tristem dedisset.

Cabala, Scientia est, vt Iudæi fabulantur, Hebræorum, omnium vetustissima, & verax in primis, quando ab optimo maximo Deo Moysi insinuatam constans opinio est: aliis mox ipsum Moysem, idoneis maxime, patefecisse. Initio siquidem in monte accepisse legem duplicem, literalem, spiritalémque. Priorem ex Dei mandato conscripsisse, eámque populo esse impertitum: alteram verò minime, sed sapientibus modò, septuaginta numero, communicasse, à quibus postea cæteris ad id item destinatis voce tantùm sit tradita. Vnde & Cabalæ nomen exortum, quod gentis illius vocabulo receptionem signat, quia per successionum gradus, citra literarum omnino monumenta vlla, seruaretur incolumis. Ex Cæl. Rhodig. lib.10. cap.1.

CABALIA, Asiæ minoris regio, in qua sunt vrbes OEnoanda (quam Strabo OEnoandrõn vocat) Balbirra, Bubon. Populi porrò huius regionis incolæ, Cabalij dicũtur, teste Herodoto lib.3. Vide & Plin. lib.5 cap.27.

Cabalistæ, in gente Iudæorum doctores sunt fanatici qui placitis suis retaliationem in futuro seculo sunt complexi. Sed animas in pecudes non præcipitant. Quæ tamen penitus rationem excusserint, pecudes affectui imaginationisque relinqui nõ abnuunt. Ter quoque, nec amplius, huc reuolui animas astruunt, quoniam numerus hic probationi abundè sufficere videatur, vt curabilia expurgentur peccata. Addunt transformationes has mundani motus finem poss' pertingere: quem consequuturum sit felicissimũ sabbatum, id est quies, & beatitudo bonorum æterna. In quem sensum propheticum illud retorquendum opinantur, Immaculatorum hæreditas in æternum. Hæc de Cabalistis scribit Cæl. lib 6. cap.13.

Caballus, caballi {ἵππος} Id est, equus. Lucilius lib.2,

-succussatoris tetri, tardíque caballi. Varro Parmenone, Alius caballum arboris ramo in humili alligatum relinquit. Hæc Nonius

¶ Caballus ab equo eo distat, quòd caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: equus verò semper de apto & probato. Pompon. l. si ita. D. de fund. instruct. Caballos, ait, qui in pistrinis essent, quasi dicat, malos. Nebrissen.

Vector Lybici caballi. Mart. lib.12. epigr.24.

Immeriti caballi. Iuuen sat.10.

Satureianus caballus. Horat.1. Serm. sat.6. Id est, Satureianis agris natus: qui sunt in Apuleia fertiles, & equorum nobilium genitores. Acron.

¶ Agere caballum. Horat. lib.1. epist.19,

-aut olitoris aget mercede caballum.

Pascere caballos. Horat.1. Serm. sat.6.

Caballinus, pen. prod. adiectiuum {ἱππικός} vt, Caballina caro. Plin. lib. 28. cap.20.

Caballinus fons, in mõte Helicone Bœotiæ. Vulgatũ est enim fontem erupisse, dum subiectam ibi rupem Pegasus feriret vngula. Author Strabo. Vide infrà in dictione HELICON.

Caballarij, vt Rhodiginus scribit, prædia quædam vocantur in Cretã, quæ militiæ equestris nomine emeritis contribuebantur. Vide eum lib. 7. cap.18.

Caballatio {ἱπποτροφία} Ad verbum equorum enutritio. Hæc apud Spartanos inter sæuissimas execrationes fuit, eo quòd magno staret impendio, & homines suaui captu ad perniciem duceret. Nam morbus alendi equos, non pauperes, vt aiunt, sed arua frumentifera sectatur. Alex. ab Alex. lib.3 cap.22.

Caballatio, in Constitutionibus, munus alendi equos publicos, à caballis dicta. Festum authorem habet Alciatus. Vide & Rhodig. lib. 35. cap.24.

CABASSVS, καβασσός, vel Cabessus, καβησσός Homero, Oppidũ est Cappadociæ: quod tamen alij trans Hæmum mõtem collocãt. ¶ Appion verò vicum esse ait inter Tarsum & Mazacam. Vide Stephan.

CABELLIO {καβελλίων} Narbonẽsis prouinciæ oppidũ, cui vicina sunt Carcasso, & Carpentoracte oppida, Author Plin. lib.3 cap.4. Straboni scribitur Caballio. Vulgò *Cauaillon*.

CABERA, pen. prod. {καβείρα} Prothei filia ex Vulcano Caberos tres genuit, totidémque nymphas Caberidas: quibus omnibus templa esse dicata, author est Strabo lib.10. Hos alii Cabiros vocant pen. prod. tradúntque eosdem esse Curetas, & Corybãtes, & Caberos, & Idæos dactylos, & Telchinas. Alij cognatos inter se paruo vtique discrimine. Omnes tamen consentiunt esse quosdã spiritibus afflatos, & Bacchicos, qui armorum agitatione tumultuosa, cũ strepitu ac fragore, cymbalisque ac tympanis, tibiis quoque & vociferationibus publica sacra faciant. Vide Strab. lib.10.

CABIRA {κάβειρα} Vrbs Rhodi insulæ, vna ex his quæ conuentum apud Rhodios efficiebant, cuius suffragiis omnia gerebantur. Erat autem conuentus hic tetrapolis, id est quatuor vrbium, Cabiræ, Bubonis, Balburæ, & OEnoandri, quarum singulæ singulis suffragiis valent, Cabira duobus. Author Alex. ab Alex. lib.4. cap.28.

CABIRI, Vide CABERA.

CABRVS, Deus Phaselitarum, quæ vrbs Pamphyliæ fuit: Suidas etiam insulam facit. Huic deo Phaselitæ rem sacram faciebant de pisciculis sale conditis: vnde prouerbiũ emanauit, Sacrificium Phaselitarum, vt Suidas & Zenobius scribunt. quanquam Suidas nomen dei Calabrum pro Cabro legat. & Erasmus Caprum.

CABVLLINVM {καβυλλῖνον} vrbs Galliæ Ptolemæo, Catalaunum alio nomine dicitur. Vulgò *Chaalon sus la Sone*.

CABVRA, æ, Fons Mesopotamiæ, præter aquarum omnium naturam egregiè odoratus, cuius fabulosam rationem reddunt, quòd Iuno eo aliquando fuerit perfusa. Vide Plin. lib.31. cap.3.

Cabus {κάβος} Frumentaria est mensura: vnde Cabæsos dicimus, qui expleri nequeunt. Cæl. lib.17. cap.20. Vide & Lexicon Spiegel.

C A C

CACA, Soror fuit Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu ara, sacrisque venerari. Sed lõgè aliter Virg. lib.8. & Ouid. lib.1. Fastor. sentiunt.

Cacabo, cacabas, pen. corr. {κακκαβίζω} cacabare, Proprium est vocis perdicum. Author carminis Philomelæ, quod Ouidio tribuitur,

Caçabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser.

Cacabus, pen. corr. {κάκκαβος} Vas est in quo pulmentarium coquitur. Paulus Iurisconsultus in l. Cùm de lanionis. D. de Instructo & instr. leg. Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod supra focum pendet: hic aqua ad potandum calefit: in illis, pulmentarium coquitur. Dicitur autem à sono quem facit dum feruet.

Synthesis cacaborum. Stat. lib.4. Sylu.9.

Cacabus argenteus. Vide Miliarium, substantiuũ, in MILIVM.

Cacalia {κακαλία} siue leontice vocatur, Semen margaritis minutis simile, dependens inter folia grandia, in mõtibus ferè. Plin. lib.25. cap. 11. Officinis *carus agreste* dicitur.

Cacaturio, Vide CACO.

CACCABE, es {κακκάβη} Olim appellata fuit vrbs totius Aphricæ celeberrima, quæ notiore nomine CARTHAGO dicitur. Vide Stephan. in dictione καρχηδών.

Cacemphaton, pen. corr. {κακέμφατον} Est obscœna pronuntiatio vel in cõposita dictione, vel in vno verbo: vt, Numerũ cũ nauibus æquet. Et, Arrige aures Pamphile. Donatus. Quintil. lib.8. cap.3, Cacophaton, κακόφατον, vocat. Vide illic Cacophati descriptionem.

Cachectus, cti {καχέκτης} qui malo est corporis habitu, & cui macie corpus confectum est. Plin. lib.32. cap.10, Cachectis, quorum corpus macie conficitur, techeæ viles sunt cum ruta ac melle.

Cachexia {καχεξία} A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrũpuntur: quod fit, quũ lõgo morbo vitiata corpora, etiamsi illo vacant, alimentum tamen in sui substantiam non conuertunt. Galen.

Cachinnus {καχασμός} Solutus risus & immoderatus: à sono factum vocabulum.

Dulces cachinni. Lucret. lib.5.

Peruersus cachinnus. Ouid.3. de Arte amandi.

Rigidus. Iuuenal. sat.10.

Tremulus. Persius sat.3.

¶ Afferre cachinnos omnes. Catul. epigr.13.

Cõmouere. Cic. de Claris Orator. Reliqua duo sunt, agere, & meminisse: in vtroque cachinnos irridentium commouebat.

Concuti cachinno. Iuuenal. sat.3.

Distorquere ora cachinno. Ouid.3. de Arte amandi.

Ridere quicquid est domi cachinnorum. Catul. epigr.29.

Sustollere cachinnum. Cic. de Fato, Addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse.

Tollere cachinnum. Horat. de Arte poetica.

Cachinno, cachinnas {καγχάζω, καγχαλάω} cachinnare, & Cachinnor, Deponens, Immoderatè ridere. Cic.5. Verr. Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius. Suetonius in Vesp. Augusto, Quare patrem Sabinum ferunt aruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri, nepotem ei Cæsarem genitum: nec illam quicquam aliud, quàm cachinnasse, mirantẽ quòd adhuc se mẽtis compote, deliraret iã filius suus.

Furtim cachinnare. Lucret. lib 4.

Tremulo cachinnare risu. Lucret. lib.2.

¶ Cachinnare non de risu tãtùm, sed & de sono vehementiore vetustas dici voluit. Accius Phœnissis,

Simul & circum magna sonantibus excita saxis

Sæua sonando cum crepitu clangentes cachinnant. Ex Nonio.

Cachinnatio {καγχασμός} Verbale. Cicero 4. Tuscul. Vt si ridere concessum

ceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachinno, cachinnonis, maſc. gen. {μῶκος} Qui immoderatè ridet, Riſor vel irriſor immodicus. Perſius ſatyra 1,

Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene, cachinno.

Cachla, Plin. lib. 25. cap. 8, Herba eſt, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. Vide ſuprà ſuo loco.

Cachryes {κάχρυες} Sunt oblonga panicularum modo nucamenta, quæ ſquamatim compacta propendent è ramis. Creſcunt hyeme, Vere dehiſcunt in flauentes ſquamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, cæteriſque id genus arboribus conſpiciuntur. Vide Plin. lib. 16. cap. 8.

Caco, cacas {χέζω, ἀφοδεύω} cacare, Ventris onus deponere. Martialis lib. 1. in Baſſum,

Ventris onus miſero, nec tu pudet, excipis auro:
Baſſe bibis vitro: carius ergo cacas.
Nec toto decies cacas in anno. Catul. epig. 20.
Venire cacatum. Horat. 1. Serm. ſatyr. 8.

Cacatus, penul. prod. adiectiuum {κεχεσμένος} vt, Charta cacata. Catul. epigram. 34, Annales Voluſi cacata charta.

Cacaturio, cacaturis, penult. corr. {χεζητιάω} cacaturire, Deſideratiuum verbum à Caco, cacas. Martial. lib. 11. in Vacerram,

Cœnáturit Vacerra, non cacáturit.

Cacodæmon, huius cacodæmonis, penul. corr. {κακοδαίμων} Latinè noxius dæmon interpretatur. Malum genium dicunt Latini. De Cacodæmone meminit Valerius Maximus libro 1. cap. 7, his verbis, Apud Actium M. Antonij fractis opibus, Caſſius Parmenſis, qui partes eius ſequutus fuerat, Athenas confugit. vbi cócubia nocte quum ſolicitudinibus & curis mente ſopita in lecto iaceret, exiſtimauit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, & capillo demiſſo: interrogatúmq; quiſnam eſſet, reſpódiſſe, κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſeruos inclamauit, ſciſcitatúſque eſt ſi quem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent: quibus affirmantibus neminem illuc acceſſiſſe, iterum quieti & ſomno ſe dedit: atque eadem animo eius obuerſata eſt ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen inferri iuſſit, puerósq; à ſe diſcedere vetuit. Inter hác noctem, & ſupplicium capitis quo eum Cæſar affecit, paruulú admodú tépus acceſſit.

Cacoethes, pen. prod. neut. gen. {κακόηθες} Malus mos Latinè dicitur. Iuuenal. ſatyr. 7, -laqueo tenet ambitioſi

Conſuetudo mali, tenet inſanabile multos
Scribendi cacoethes, & ægro in corde ſeneſcit.

¶Cacoethes, Vlceris vel carcinomatis genus curatu difficillimú. Plin. lib. 22. cap. 25, Stelhonú morſibus reſiſtit: item vlceribus quæ cacoethe vocant. Celſ. de carcinomate, lib. 5. cap. 28, Náque peſſimú id genus eſt, feréq; id primum fit, quod κακόηθες à Græcis nominatur.

Cacogamia & Opſigamia {κακογαμία καὶ ὀψιγαμία} Iudicia dicebantur, quibus apud Lacedæmonios tam cælibi, quàm ſero & malo marito pœna legibus indicta exequutioni demandabatur. Lycurgus enim legibus mandauerat, vt ſiqui in orbitate & ſolitudine cælibes vixiſſent, ea afficerétur ignominia, vt à ludis arcerétur, per hyemem verò forú nudi circuire cogerétur. Hæc ex Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.

Cacophaton, Vide CACEMPHATON. Verti poteſt, Deformitas vocis.

Cacoſtomachos, pen. corr. {κακοστόμαχος} Qui malum ac debilitatum ſtomachum habet, hoc eſt ventriculum. os enim ventriculi (qui ſtomachus dicitur) pro ipſo ventriculo ſumi ſolet. Cic. ad Tironem, lib. 16, De medico & tu bene exiſtimari ſcribis: & ego ſic audio: ſed planè curationes eius non probo: ius enim dandum ubi non fuit, quum κακοστόμαχος eſſes.

Cacoſyntheton, pen. corr. {κακοσύνθετον} Mala, ſeu deformis compoſitio: vt apud Virgilium, lib. 9. Æneidos,

-verſaque iuuencum
Terga fatigamus haſta. Quintilian. lib. 8. cap. 3, Quod malè collocatum, id cacoſyntheton vocant.

Cacotechnia {κακοτεχνία} Mala ars dicitur. Quintil. lib. 2. cap. 20. & cap. 15, Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Cacozelia {κακοζηλία} dicitur Latinè mala affectatio, peruerſa imitatio, quoties inſcite affectantes virtutem aliquam, in vitium labimur. Veluti ſiquis malè affectans Atticiſmum, ieiunus euadat & aridus: ſiquis copiam, in futilem incidat loquacitatem. Quintil. in 2. libro, & in fine 8, Sed tum quoque rei ſeruetur menſura quædam. Quannis eſt enim omnis hyperbole vltra fidem, non tamen eſſe debet vltra modum, nec alia magis via in cacozeliam itur.

Cacozeliæ genere peccare. Quintil. lib. 2. cap. 3.

Cacozelus, penult. prod. {κακόζηλος} Ineptus imitator. Sueton. in Aug. cap. 86, Cacozelos & antiquarios, vt diuerſo genere vitioſos, pari faſtidio ſpreuit.

Cactos {κάκτος} Herba eſt, teſte Plin. lib. 21. cap. 16, in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet è radice emiſſos, & in terra ſerpentes, quos etiam Cactos vocát. Athenæus eam eſſe credit, quæ Latinis carduus, Græcis cinara vocatur.

Cacubalum, Herba eſt acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis στρύχνος, à Latinis verò, quòd ſtrumis medeatur, ab effectu, Strumum appellatur. Author Plin. lib. 27. cap. 8.

Cacula, pen. corr. {ἀκόλουθος} Seruus militis. Plaut. Trinum, 10,

Video caculam militarem me futurum, aut longius, &c.

Caculatum ſeruitium. Feſtus.

Cacumen, pen. prod. huius cacuminis, pen. corr. neut. gen. {ἄκρον, κορυφή, κόρυμβος} Vertex, ſiue ſummitas cuiuſcunque rei. vt, Cacumina arborum. Cæſar 7. bel. Gall. Itaque truncis arborum aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum delibratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur.

Cacumina montium. Plin. lib. 6. cap. 7.
Cacumen oui. Plin. lib. 10. cap. 52.
Cacumen pilorum capitis. Hirtius de bello Africano, lib. 5.
Acutum per cacumen vadere. Ouid. 1. de Arte amandi.

Aerium cacumen montis. Catul. epig. 59.
Altum. Virgil. 2. Georgicorum, -perque alta cacumina regnat.
Creſcens. Ouid. 8. Metam.
Fracta cacumina fagi. Virgil. 9. eclog.
Frondens cacumen. Ouid. 8. Metamorphoſeos,
-iam tanget frondente cacumine terram.
Matina cacumina. Horat. Epod. 16. Id eſt Matini mótis Calabriæ.
Montana. Ouid. 1. Metam.
Nimboſa montis cacumina aperire. Virgil. 3. Æneid.
Nudata cacumina ſyluarum, vel arborum. Ouid. 1. Metam.
Procera nemoris cacumina. Sil. Ital. lib. 7.
Sublime cacumen. Ouid. 1. Metam.
Summum. Seneca in Hippolyto, 10.
Vmbroſa cacumina. Virgil. 2. eclog.
¶Comprimere cacumina. Sil. Ital. lib. 5.
Mandare cacumen terræ. Virgil. 2. Georgicorum,
-ſummúmque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. De cacumine virgulti amputati.
Motare cacumina. Virgil. 6. eclog.
Nectere cacumina. Sil. Ital. lib. 5.
Rorat cacumen. Seneca Hippolyto, 10.
Surgere gemino cacumine, Lucan. lib. 1.
Tangere ſummum cacumen. Lucret. lib. 2. Hoc eſt, ad metam ſeu finem creſcendi peruenire.
Tectum cacumen nubibus. Lucan. lib. 3.
Tremulum. Sil. Ital. lib. 5.
Venire ad ſummum cacumen. Lucret. lib. 5. Id eſt, Ad ſummam abſolutionem & conſummationem.

Cacumino, cacuminas, pen. corr. cacuminare, pen. prod. {ὀξύνω} Acutum reddere. Ouid. 3. Metamorphoſeos,

Dat ſpatium collo, ſummáſque cacuminat aures. De Actæone in ceruum mutato.

Cacuminatus, penult. prod. adiect. {ὀξυνθείς} vt, Oua cacuminata. Plin. lib. 10. cap. 52, Aquatiliú oua rotúda: reliqua ferè faſtigio cacuminata.

CACVS {κάκος} ſecundum fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum philologos & hiſtoricos hoc habet, Hunc fuiſſe Euandri nequiſſimum ſeruum, ac furem. Nouimus autem malum à Græcis κακὸς dici: quem ita illo tépore Arcades appellabant, poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt, vt Hélene, Heléna. Ignem autem dictus eſt vomere, quòd agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua eiuſdem nominis prodidit. Vnde etiam ſacellum meruit, in quo ei per virgines Veſtæ ſacrificabatur. Hæc Seruius enarrans eum Virgilij locum lib. Æneid. 8,

Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu,
Semihominis Caci: facies. Et deinde ſequitur,
Huic monſtro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes, magna ſe mole ferebat. De hoc Caco à ſorore Caca prodito, & ab Hercule cuius boues furto abegerat, occiſo in Auentino monte, vide Liuium Decad. 1. lib. 1. Dionyſium Halicar. lib. 1. Solinum, cap. 2.

C A D

CADARA, appellatur rubri maris peninſula ingens. Huius obiectu vaſtus efficitur ſinus, XII. dierum & noctium remigio enauigatus, Ptolemæo regi, quando nullius auræ récipit afflatum. Hæc Plin. lib. 9. cap. 3.

Cadauer, pen. prod. neut. g. {πτῶμα, νεκρὸν} Corpus quodcunque mortuum. A cadendo deriuatur, vel à cedendo. Cæſar 7. bel. Gal. Quid hominum millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis, conſanguineiſque noſtris animi fore exiſtimatis, ſi penè in ipſis cadaueribus prælio decertare cogentur?

Cadauera Romanos olim abortu vrbis humi condere, neque cremare cóſueuiſſe, illud argumento eſt, quòd Numæ Pompilij corpus in arca lapidea poſt multa ſecula à Cn. Terentio in Ianiculo inuentum, vetuſtiſſimi authores tradút. Poſtea quum longinquis bellis defunctos erui cognouiſſent, vt igni cremarentur decreto ſanxerunt. Primus ex patritiis Cornel. Sylla traditur, qui decedens igni ſe cremari voluit, veritus talionem. Nam ipſe corpus Marij, & eruta oſſa ſubuertit, & in Anienem miſit. Inde manſit diu defunctos cremandi conſuetudo: à qua ſequutis temporibus, dum Antonini Cæſares imperitarent, deſitum fuit. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2.

Militiæ cadauera, more Græcorum pactis aliquot dierum induciis ad ſepulturam petebantur, atque id etiam victi impetrabant, quod ex Thucydide percipi poteſt, qui ſæpe νεκροὺς ὑποσπόνδους eſſedatos refert. Id etiám ex Homero notú eſt: quod quidem lib. 11. imitatus eſt Virgil. dum inquit,

Iámque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniámque rogantes,
Corpora per campos ferro quæ fuſa iacebant
Redderet, &c. Præferebát autem rogaturi ramum oleæ lana inuolutum, quem Græci ἱκετηρίαν vocant, vt & alio loco indicat Virgil.
Præferimus manibus vittas & verba precantum. Illam enim lanam, infulas, vittas, velamenta, tum in poetis, tum in hiſtoricis Latinis vocari reperimus. Turnebus.

¶Cadauera oppidorum, Per tranſlationem dictum. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5, Quum vno loco, tot oppidûm cadauera proiecta iaceant?

Abiectum cadauer. Cic. in Piſonem, Nec deſpero tamen, &c. futuros aliquos, qui abiectum hoc cadauer, Conſularibus ſpoliis nudare non nolint.

Congeſta cadauera. Lucan. lib. 2.
Conſerta. Lucan. lib. 3. Id eſt denſa & interpoſita.
Crudum. Iuuenal. ſatyr. 15, -contenta cadauere crudo.
Cruentum. Cic. pro Milone, Tu P. Clodij cruentum cadauer eieciſti domo.

Defunctum.Lucan.lib.3.
Densa cadauera.Iuuenal.satyr.10,
-ac tarda per densa cadauera prora.
Dilapsa tabo cadauera.Virgil.3.Georg.
Eiectum.Cic.in Pisonem.
Informe.In INFORMIS.
Lacerum.Lucan.lib.5.
Rigidum.Claudian.de bel.Gigant.
Tetra cadauera.Lucret.lib.2,
-quum tetra cadauera torrent.
Toruum cadauer.Stat.lib.9.
Tremebundum.Seneca in Hercule OEtheo,7.
¶Expirant cadauera vermes.Lucret.lib.3. Id est emittunt seu exhalant vermes.
Lustrare cadauera.Lucan.lib.3. Id est circunspicere.
Mordere cadauer.Iuuenal.satyr.15.
Spoliare cadauera.Lucan.lib.3.
Torrere cadauera.Lucret.lib.2.

Cadauerosus, pen. prod. {νεκρώδης} adiectiuum. vt, Cadauerosa facies, Terent.Hecyra,3,4. Vbi Donatus,Cadauerosa,sublíuida,ac personata,rubore & liuore. Rubicundi enim & crassam faciem sæpe habent,quod est propriũ cadaueris.Potest & pulposa intelligi,& crassa, quasi cadauerosa. Sunt qui cadauerosam faciem intelligant, quam Hippocraticam vocamus, nempe homini morienti & penè demortuo similem. est autem talis, quæ habet concauos oculos, nares amplas,collapsa tempora,labra demissa, prominẽtes aures:quæ omnia, vno verbo elegantissimè explicauit Terent. Alij cadauerosam exponunt fœdam & turpem. Dixerat enim hominem esse magnum, crispum, crassum, cæsium: cæsios autem oculos oderant, vt fœdos, quos in Catilin. Sallust. notat. Cadauer autem quòd pollueret & funestaret, etiam auersabantur. Hinc cadauerosa facies, fœda,inuisa, auersanda. Turnebus.

Cadiscus,diminutiuum à Cadus.Vide CADVS.

Cadiuus,Vide CADO.

CADMEA,pro Thebis ipsi antiqui vsurpare soliti,vt author est Strabo lib.9.quum interim Cadmea,arx Thebana esset,vt scribit Plutarchus in vita Pelopidæ.
¶Cadmea victoria {Καδμεία νίκη} hoc est Thebanorũ victoria:prouerbij vim habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, vt non ita multum intersit inter victoris sortem, & victi. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasm.in Adag. Stephanus author est,ipsam etiam Carthaginem olim Cadmeam fuisse appellatam.

CADMEIS,Cadmeidis,pen. prod. {Καδμηίς} Regio est Achaiæ,è regione Eubœæ sita,quæ postea dicta est Bœotia. Author Thucid.lib.1.

Cadmia, cadmia {καδμία, quæ & καδμεία dicitur Dioscoridi lib. 5.} Lapis est ærosus, id est multum æris habens. Plin.lib.34.cap.1. Fit & æs è lapide æroso, quem vocant cadmiam. Ibidem cap. 10, Metalla æris multis modis instruunt medicinam, vtpote quum vlcera omnia ibi ocyssimè sanetur. Maximè tamen prodest Cadmia. Fit sine dubio hæc & in argenti fornacibus,candidior ac minus ponderosa,sed nequaquam comparãda ærariæ.Plura autem genera sunt. Nanque ipse lapis ex quo fit æs,Cadmia vocatur,fusuris necessarius,medicinæ inutilis.Hic rursus in fornacibus existit,aliámq; nominis sui originem recipit. Fit autem egesta flammis atque flatu tenuissima parte materiæ, & cameris lateribusve fornacũ pro quãtitate leuitatis applicata. Tenuissima est in ipso fornacum ore,quà flammæ eluctantur,appellata Capnitis, exusta, & nimia leuitate similis fauillæ. Interior optima, cameris dependens,& ab eo argumẽto Botryitis cognominata. Ponderosior hæc priore, leuior porrò sequuturis. Duo eius colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis,oculorúmque medicamentis vtilissima. Tertia est in lateribus fornacum, quæ propter grauitatem ad cameras peruenire nõ potuit. Hæc dicitur Placitis, & ipsa ab argumento,crusta verius quàm pumex,intus varia,ad psoras vtilior, & ad cicatrices trahendas. Fluunt & ex ea duo alia genera: onychitis extrà penè cærula, intus onychis maculis similis. Ostracitis tota nigra, & cæterarum sordidissima, vulneribus maximè vtilis. Omnis autem Cadmia in Cypri fornacibus optima. Hæc Plinius. De cadmia scripserunt amplissimè Dioscorides lib. 5. & Galenus lib. 9.simplicium medicamentorum. Porrò, inquit Matthiolus Dioscoridis interpres, officinæ omnes Tutiam, quæ Pompholyx est, Cadmiam perperam nominant: quandoquidem Tutia illis vocata(nisi mea me fallit opinio)Cadmia est è Botryitis genere. Neque enim mirum esse debet, quòd Cadmia proprio amisso nomine, in Pompholygis locum successerit,quum etiam Dioscoridis tempore Spodij loco vterentur medici.

CADMVS, Carnificis crudelissimi nomen est apud Horat.vbi inquit,
Tune Syri Damæ,aut Dionysi filius audes
Deijcere è saxo ciues, aut tradere Cadmo? Quem locum explicans Porphyrio, Tribuniplebis, inquit, damnatos de saxo Capitolij præcipitabant. Adiecitq; fuisse Cadmũ,notæ crudelitatis carnificem.

CADMVS,Montis nomen in Asia ad Laodiceam celeberrimam ciuitatem, ex quo monte Lycus amnis fluit. Authores Strabo lib.12. & Plin.lib.5.cap.29.

CADMVS {Κάδμος} Milesius paulo post Orpheum,primus scripsit historiam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris quatuor. Author Suidas. De Cadmo Milesio sic scribit Plin.lib.5.cap.29,Miletus Ioniæ caput, Lelegeis antè & Pityusa & Anactoria nominata, super LXXX vrbiũ per cuncta maria genitrix:nec fraudãda ciue Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit.
Cadmus alter Agenoris filius,missus à patre ad inquirendam Europam à Ioue raptam, iussúsque sine illa non redire, ex responso sequutus bouem,Bœotiam vbi cõstitit, regionem vocauit: Thebásque ex nomine Ægyptiarum Thebarum, vnde originem habuit, ciuitatem condidit. Socios insuper quum vidisset à dracone absumptos, eius interfecti dentes seuit, ex quibus orti se mutuis vulneribus confoderunt. Ipse tandem ab Amphione & Zeto pulsus in Illyricum secessit.
Soror Cadmi.Ouid.4.de Ponto. Id est,Europa.
Nobilis Cadmus.Seneca in Hercule furente,4.

Cadmeius,adiectiuum. vt,Æmon Cadmeius.Stat.Thebaid.lib.8,
-leuius Cadmeius Æmon, Tela rotat.

Cadmeides, fœm. gen. Nomen patronymicum à Cadmo deductum. Ouid.4.Metamorphoseos,
Æquora distringunt summis Cadmeides alis.
Impiæ Cadmeides.Seneca in Hercule furente,9.
Domus Cadmeis. Ouid.4. Metam. Id est Cadmea, aut Cadmeia. Patronymicum nomen pro possessiuo.

Cadmeus, penult.prod. aliud adiectiuum {Καδμεῖος} vt,Cista Cadmea. Seneca in Hercule OEtheo,5,
Nos Cadmeis orgia ferre Tecum solitæ condita cistis. Id est Thebanis.Thebæ enim à Cadmo conditæ fuerunt,vt dictum est.
Circe Cadmea.Lucan.lib.3.
Iuuentus Cadmea.Stat.lib.8.Thebaid.
Limen Cadmeum.Stat.1.Thebaid.
Mater Cadmea. Seneca in OEdipo, 14. Agauen intelligit, quæ Pentheo filio caput amputauit.
Thebæ Cadmeæ.Propert.lib.1.eleg.7.

Cado, cadis, cecidi, pen. corr. casum {πίπτω, ἐμπίπτω, πέπτω} cadere, Propriè ruere est. Terent.Adelph.1.1,Aut vspiam ceciderit.
Cadere, & Consistere, contraria. Cic. in Orat. Hoc vno perfecto magnus orator est, si non maximus: minimeque in lubrico versabitur,& si semel constiterit,nunquam cadet.
Grauatim cadere.Lucret.lib.3.
Cadere à. Ouid.lib.3.Fastorum,
Et cadit à mento languida facta manus.
Ab alto.Plin.lib.10.cap.38.
De vel ex equo. Plaut. Milite, 10, Cecidissétne ebrius, aut de equo vspiam. Cic.pro Cluentio,Cecidisse ex equo dicitur.
In classem cadit omne nemus. Lucan. lib. 1. Hoc est cæduntur nemora quibus construatur classis.
In pectus cadit pronus.Ouid.4.Metam.
In pedes alicuius cadere.Ouid.2.Fastorum,
Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.
In plagas cadere dicitur ceruus. Ouidius de Arte amandi. Id est in retia.
In plano cadere.Ouid.3.Trist.4.eleg.
In pontum cadunt flumina.Seneca in Medea,6.
In terram cadere.Lucret lib.2.
In vulnus.Lucret.lib.4. Id est quod vulgò dicimus, vt plurimum offendi partem iam læsam.
In vultus.Ouid.5.Metam.
Inter pericula cadit rara voluptas. Hoc est accidit. Horat.2.Serm. satyra 2.
Inter verba cadere dicitur lingua.Horat.4.Carm.ode 1. Id est obmutescere.
Per aquas.Lucret.lib.2.
Post terga.Lucan.lib.3.
Deorsum.Lucret.lib.2.
Mora lenta cadere. Seneca in Hercule OEtheo,13.
Sine ruina cadere. Lucan. lib. 7. Id est sic cadere ne magnam secum ruinam trahat.
¶Barba cadit.Virgil.1.ecloga,
Candidior postquam tondenti barba cadebat.
Per salebras,altáque saxa cadunt carmina.Martial.lib.11,
Carmina nulla probas,molli quæ limite currunt,
Sed quæ per salebras,altáque saxa cadunt.
Cadunt dentes.Plaut.Menæch.2,4,
Nam tum dentes cadebant primulum.
Folia arborum,vel ex arboribus.Plaut.Menæch.5,1,
Arbori folia.Plin.lib.16.cap.22.
Ex arbore folia.Plin.lib.17.cap.20.
Guttæ.Lucret.lib.2.
Guttæ cadentes in saxa.Lucret.lib.4.
Imbres cadunt.Virgil.6.eclog.
Per genas cadit imber.Ouid.1.Trist.3.eleg.
Cadunt lacrymæ. Terent.Adelph.4.1.
Lacrymæ cadunt vbertim.Claudian.epigram.22.
Genis cadunt lacrymæ.Lucan.lib.3.
In orà cadunt lacrymæ. Ouid.3.Trist.3.eleg.
Lacrymæ cadunt per ora.Seneca in Hippol.4.
In verba singula cadunt lacrymæ.Ouid.3.Trist.eleg.5,
Et lacrymas cernens in singula verba cadentes.
Non sponte cadentes lacrymæ.Lucan.lib.9.
Sponte cadit lana ouibus.Ouid.7.Metam.
Lapis cadit aure. Martial.lib.11.epigram.50,
Gemma vel à digito,vel cadit aure lapis. Pro,ab aure.
Lingua cadente murmurare.Stat.2.Sylu.
Victa graui somno cadunt lumina.Valer.lib.2.Argonaut.
Membra cadunt corpore.Lucret.lib.3.
Palpebræ cadunt.Lucret.lib.4.
Vela cadunt.Virgil.3.Æneid.
Via fluminis cadens. Seneca in Thyeste,4.
Cadunt vmbræ. Virgil.eclog.1,
Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.
Vrbes cadunt.Lucret.lib.5.
¶Cadit illi animus. Cic. de Amicitia, Nec debilitari animos, aut cadere patitur,&c. Item 1. Tusc. Casurúsne in conspectum videatur animus,&c.
Cadere animis. Cicero ad Torquatum, libro 6.1, Non debemus ita cadere animis, quasi aliquid euenerit quod fieri posse nunquam putarimus.

Animi

Animi cadunt. Ouid.11.Metam.

Cadunt arma, quando cessatur à prælio vel concertatione. Cic.14. Philipp. Omnibus istis latronibus authoritate ipsa Senatus iampridem de manibus arma cecidissent.

Ceciderunt arma delapsa de manibus. Cic.1.Offic. Ita consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt.

Cadunt Austri, quando desinunt flare, authore Seruio. Virgil. 1. Georgicorum, Quo signo caderent Austri.

Authoritate principum cecidit. Cic.de Arusp.resp.

Cadere fabula dicitur, cui Stare opponitur. Horat.2.Epist.1,

Securus, cadat, an recto stet fabula talo. Id est displiceat, an placeat fabula, non curat: sed tantum quòd nummos acceperit gaudet: magis enim lucrum, quàm laudem adipisci gestit. Ex Acrone & Porphyrione.

Fides cadere dicitur, cui Stare opponitur. Ouid.2.de Ponto, eleg.3,
Et cum fortuna statque, caditque fides.

Impetus amens cadit. Lucan.lib.4.

Cecidit tibi ira. Liu.1 ab Vrbe. Paulatim cadit ira. Luc.lib.4.

Metu cadit ira. Ouid.2.Amor.eleg.13.

Sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent. Cic.pro Domo sua.

In cassum cadunt omnia tua promissa. Plaut.Pœnul.4.

Spes cadit. Ouid.2.Trist.

Ad irritum cadit spes. Liu.2.ab Vrbe. Timor cadit. Ou.9.Epist.

Verba cadunt singultu. Propert.lib.1.eleg.5.

Zephyro verba cadunt mea. Propert.lib.1.eleg.15.

¶Cadere causa dicebant eum qui plus petebat. Cic.1.de Orat. Ridens & stomachans Scæuola quum Hypsæus maxima voce plurimis verbis à M. Crasso Prætore contenderet, vt ei quem defendebat, causa cadere liceret: Cn. autem Octauius homo Consularis nô minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa caderet. Quibus verbis inscitia duorum oratorum reprehéditur, qui iuris ciuilis ignorantia non intelligebant quid esset causa cadere. Quintil.lib.3.cap.4, Est enim seruitus, ad certa se verba astringendi, idque faciendú in libris Cic.de Orat. vetat M. Antonius, nam est etiam periculosum, quum si vno in verbo sit erratú, tota causa cecidisse videamur. Hæc Budæus.

¶Cadere causa, pro Litem perdere ab antiquis dicebatur, fortasse quòd vti comœdiæ stare dicebantur, quæ placebant: sic & causæ. Terent.in prolog.Phor. Quòd si intelligeret quum stetit olim noua, Actoris opera magis stetisse quàm sua. Et Donatus duobus in locis, Agi, inquit, dicitur fabula, quum recitatur: stare, quú placet. Turneb.

Causa simili cadere. Lucan.lib.2.

¶Cadere formula, dicuntur patroni in iudicio, quum rem ipsam seu processum, quem vocant, per suas formulas nô possunt rectè explicare, vt interdum quod magis ad rem suam pertinet, negligentius omittant. Budæus. Vide Quintil.lib.3 cap.6.

Cadere in iudicio. Cic. pro Murena, Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam iudicabant, ita quenquam cadere in iudicio, vt nimiis aduersarij viribus abiectus videretur.

¶Aptè cecidit verbum ad id quod agis, &c. Cic.2.de Diuin.

¶Non cadit in aliú tam absolutum opus. Plin.lib.35. cap.10. Id est non potest ab alio tam absolutum opus perfici.

In eum cadit istud. Cic.pro Cælio, Nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere videatur.

In eum cadit hoc scelus. Virgil.9.ecloga,
Heu cadit in quenquam tantum scelus?

Cadit suspicio in eum. Cic. ad Attic. lib. 13, In quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet vlla suspicio.

In eum cadit hoc verbum maximè, qui, &c. Cic.de Arusp.resp.

Cadere non videtur in eundem & contemptus pecuniæ, & cupiditas. Quintil.lib.7.cap.3.

Cadit in fœminas. Quintil.in procem.lib.6.

Cadunt in malos omnia scelera. Quintil.lib.7.cap.3.

Cadit de his aliquid in omnes. Quintil.lib.7.cap.3.

Si cadit in sapientem animi dolor: qui profectò cadit. Cic.de Amic. Id est, si sapientis est dolere.

Non cadit in virum bonum mentiri. Cic.3.Offic.

Non cadit in hos mores, nón in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio. Cic.pro Sylla.

Cadit frequenter in causas ipsa linearis ratio, si de terminis mensurisque sunt lites. Quintil.lib.1.cap.10.

Quod ne in cogitationem quidem cadit, vt fuerit tépus aliquod, nullum quum tempus esset. Cic.2.de Nat.deor.

Non cadit in consuetudinem id verbum. Cic.3.Tuscul. Hæc enim ferè sunt eiusmodi quæ Græci πάθη appellant: ego poteram morbos, & id verbum esset è verbo: sed in consuetudinem nostram non caderet. Id est, non congrueret consuetudini nostræ.

Cadere in deliberationem. Cic.1.Offic. Nam honestúmne factu sit, an turpe, dubitant: id quod in deliberationem cadit: in quo considerando sæpe animi in contrarias sententias distrahuntur.

Cadit solutio in diem Calend. id est redit dies, & venit solutionis. Cic.Attico, lib.15. Budæus.

Quæcunque in disceptationem cadere possunt. Cic.2.de Orat.

Neque in vnam formam cadunt omnia. Cic.in Orat.

Quod in nostram intelligentiam cadit. Cic.3.Offic.

Cadere in legem. Seneca de Benef.lib.3.cap.7.

Cadere in morbum. Cic.1.Tusc. Quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum.

Cadere non abruptè in narrationem, optimum est. Quintilianus lib.4.cap.1.

Cadit in rerum naturam, vt duos sapientes aliquando iustæ causæ in diuersum trahant. Quintil.lib.2.cap.17.

Cadere in offensionem alicuius. Cic. 1. de Nat. deor. Quanquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse.

Cadere in potestatem alicuius. Cic.ad Attic.lib.8, Accedit illud, si

máneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum ciuium desero: cadendum est in vnius potestatem.

Cadit in rem. Cic.1.Acad. Nó quod omnia quæ essent, in re comprehéderet, sed quia nihil quod cadere in eam posset, relinqueret, &c.

In rem aptè cadere. Cic.1.de Diuinat. Quæ tamen ducta, vt in rem aptè cadant, fieri credo posse diuinitus.

Cadit in sensum cernendi. Cic. de Vniuersit. Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit.

Cadere in speciem solœcismi. Quintil.lib.1.cap.5.

Cadere in suspicionem. Cic.pro Milone, Multi etiam hæc timêtes in suspicionem caderent.

In suspicionem Lacedæmoniorum cadere: pro Suspectum esse Lacedæmoniis. Æmylius Probus in Pausania.

Cadere in vituperationem. Cic. ad Attic.lib.14, Sed casurus in aliquam vituperationem, quòd Reip. defuerim tam graui tempore.

¶Cadere possunt plures quæstiones in vnam, quæ velut subiacêtes ad illud, quo iudicium continetur, referuntur. Quintil.lib.3.cap.6.

¶Ne cadat aduêtus tuus in alienissimum tempus. Cic.ad Cassium, lib.15.14. Id est, ne aduenias, quum minimè erit opus.

¶Quæ cadunt sub aspectum, & sub oculos. Cic. de Vniuersit. Et omnia quæ sub aspectum cadunt, comprehenduntur.

Cadere sub imperium & ditionem alicuius. Cic.pro Fonteio, Multóque eius sudore ac labore sub pop. Rom. imperium ditionémque ceciderunt.

Illa cadút sub iudicium sapientis. Cic.3.de Finib. Prima autem illa naturæ, siue secunda, siue contraria, sub iudicium sapientis & delectum cadunt.

Sub aurium mensuram cadere. Cic. in Orat. Quicquid est enim quod sub auriú mensuram aliquam cadit, etiam si abest à versu (nam id quidem orationis est vitium) numerus vocatur.

Sub rationem eandem cadere. Cic.1.de Inuent.

Cadere sub regulam. Seneca de benef.lib.3.cap.11.

Cadere sub sensum. Cic. 4. Acad. Iisdem sensibus reliqua quæ sub quenque sensum cadunt, sentiet.

¶Cadere, pro Euenire. Cicero ad Atticum, lib.3, Sanè ita cadebat vt vellem.

Quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Terent.Adelph.4.7.

Nihil mihi optatius cadere potuit. Cic.Attico, lib.3.

Cecidit gratum alicui. Cic.pro Milone, Sed tamen si minus fortissimi viri virtus ciuibus grata cecidisset, magno animo constantique cederet ex ingrata ciuitate.

Incommodi aliquid cecidit ei. Cic.pro Quintio.

Cadere irritum. Tacit.lib.15, Dum merita erga Neronem sua, & quàm irritum cecidissent, aperit. Subauditur præpositio IN.

Honesta & iucunda ceciderunt mihi à te. Cic.ad Q.frat.lib.1.3.

Augurum prædictis multa incredibiliter vera cecidisse. Cic.2.Leg.

Priuatim cadere. Cic. Attico, lib.16, Veniendum est igitur in ipsam flámam. turpius est enim priuatim cadere, quàm publicè. Priuatim, id est ære alieno oppressum: publicè, Reipublicæ causa.

Quò cadant promissa, non curat. Horat.1.Epist.1.

Quoquo modo res ceciderit. Cic.8.ad Attic.147.

Quocunque res cadent. Virgil.2.Æneid.

Bellè cecidit. Cic. Attic.lib.13.288.

Feliciter cecidit alea. Prouerbium de re optatò adueniête. tractum ab aleatoribus. Vide Chiliadas Erasmi.

Fortuitò cecidit. Cic.2.de Diuinat. Satis est ad confirmandam diuinationem, semel aliquid ita esse diuinatum, nihil vt fortuitò cecidisse videatur.

Malè cadere. In MALVS.

Verum hoc adhuc percommodè cadit. Cic.2.Verr.

Peropportunè cecidit mihi hoc. Cic.2.de Orat.

Perquam venustè cecidit. Cælius ad Ciceronem, lib.8.fam.epist.4.

Valde optanti cecidit, vt. &c. Cic.1. de Orat. Hoc loco Sulpitius, Insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed valde optanti vtrique nostrûm cecidit, vt in istum sermonem Crasse delaberemini.

Quod melius caderet, nihil vidi. Cælius ad Cic.lib.8.12.

Vt cadet. Cic. Attico, lib.15.329, Equidem video mihi quoque esse opus viaticum: sed id ex prædiis, vt cadet, ita soluetur.

¶Vt qui maximè cadant in orationem, id est, conueniant. Cicero in Oratore.

Aliæ sunt geminæ, quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decorè cadunt. Id est conueniunt. Cic. 3.de Orat.

¶Cadere, pro Desinere & terminari. Cic. in Orat. Quòd verba melius in syllabas longiores cadunt. Id est finiuntur.

Verba cadentia. Horat.1.Epist.19.

Cadere similiter. Quintil.lib.1.cap.de Orthographia, Eundémque in cæteris, quæ similiter cadant, modum tenuit? Idem lib.9.cap.vlt. Illa quoque vitia sunt eiusdem loci, si cadêtia similiter & similiter desinentia, & eodem modo declinata, multa iungantur. Similiter cadentia vocat, quæ sunt eiusdem terminationis, vt dicam, faciam.

Non ad numerum articulus cadens. Cic.in Orat.

Fonte Græco cadunt verba quædam. Horat.in Arte poet. Hoc est, à Græco in Latinum deriuata. Porphyrius.

¶Cadere, Mori. Cæsar 3. bel. Ciuil. Ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidisse reperiebamus. Plaut.Amphit.4, Crebri hostes cadunt.

Hostia cadere dicitur ante aras. Virgil.1.Æneid. Id est occiditur, mactatur, immolatur.

Ouis cadit deo Somno. Ouid.4.Fast. Id est immolatur.

Ante diem cadere. Virgil.4.Æneid. Id est ante fati necessitatem, ait Seruius.

Fataliter cadere. Ouid.12.Metamorphoseos,
Et Hectorea primus fataliter hasta Protesilae cadis.

In media arma cadere. Stat.11.Thebaid.

Acie cadere. Ouid.7.Metamorphoseos, Ciuisque cadunt acie.

Bipenni.Ouid.11.Metam.
Ense.Valer.lib.1.Argonaut.
Fraude muliebri.Tacit.lib.2.
Iaculo.Ouid.3.Metamorphoseos,
-iaculo cadit eminus ipse.
Manu.Seneca in Agamemnone,6.
Cadere sua manu.Tacit.lib.15.
Marte fœmineo.Ouid.12.Metamorphoseos,
At si fœmineo fuerat tibi Marte cadendum.
Marte suo.Ouid. 3.Metam.
Cadere pleno anno.Horat.3.Carm.ode 18,
Si tener pleno cadit hœdus anno. Id est anno completo mactatur,seu immolatur.
Cadere per acies. In ACIES.
Cadere pro patria.Quintil.lib.2.cap.15.
Vt tanta ciuitas si cadet (quod dij omen obruant) à viro tamen confecta videatur?Cic.de Arusp.resp.
Oculi cadentes.Stat.11.Thebaid.
Morte cadentes oculi.Stat.3.Sylu.5.
¶Oriri & cadere stellæ dicuntur.Ouid.1.Fast.
Orion cadit.Horat.Epod 10. Id est in occasum tendit.
Arcturus cadens.Horat.3.Carm.1.
Astra cadentia.Virgil.8.Æneid.
Bootes cadens.Virgil.1.Georgicorum,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes.
Dies cadens.Ouid.4.Metam.
Phœbus oriens,medius,& cadens.Ouid.11.Metam.
Sol cadens.Virgil.4.Æneid.
Lapsa cadunt sidera.Propert.lib.4.eleg.4.
Sidera cadentia. Virgil.4.Æneidos,
-suadéntque cadentia sidera somnos.
Mundus cadens.Lucan.lib.2. Id est corruens.
¶Grauiter cadere in aduersis.Cic.1.Off.Quæ faciliora sunt philosophis quo minus, &c. & quia siquid aduersi eueniat, tam grauiter cadere non possunt.
Altè cadere.Cic.in Orat.Hoc est ex alto.
Atque ea quidem tua laus pariter cum Rep.cecidit.Cic.2.Offic.
Cadens {πίπτων} participium.Cuius plura sunt exempla in ipso verbo.
Excipere cadentem.Stat.1.Sylu.
Supponere aliquid cadenti.Ouid.21.epist.
Sustinere cadentem.Ouid 8.Metam.
Casus, huius casus, masc.gen. {τύχη, συμφορά, πτῶσις} dicitur quod fortuitò hominibus accidit. Cic.de Amicitia, Vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderint,&c.
Casum victoriæ inuenire. Sallust.in Iugurtha,Aut vi,aut dolis sese casum victoriæ inuenturum.
Leuamen casus.Virgil.3.Æneidos,
Heu genitorem,omnis curæ casúsque leuamen
Amitto Anchisen.
Casuum maris ignarus.Tacit.lib.2.
Mortis casus.Virgil.10.Æneid.
Casum pugnæ præbere.Tacit.lib.11.
Felix casu quodam.Horat.1.Serm.satyr.6,
-felicem dicere non hoc
Me possum casu,quòd te sortitus amicum
¶Acerbus casus.Virgil.5.Æneid.
Casus admirabilis.Quintil.lib.2.cap,17.
Anceps casus belli.Lucan.lib.3.
Breuis casus.Seneca in Troade,4.
Cæcus casus. Cic.2. de Diuinat. Quo modo ergo id quod temerè fit,cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest?
Durus casus.Virgil.6.Æneid.
Fatalem casum ferre. Cic.6 Philipp.Fuit aliquis fatalis casus,vt ita dicam,quem tulimus.
Fortuiti casus.Vide Oriundus,in ORIOR.
Opitulari casibus grauissimis.Cels.lib.5.cap.23.
Grauis & miserabilis casus.Cic.2.de Orat.
Horrendos casus fari.Seneca in Hercule furente,9.
Incerto casu pendère res dicitur,cuius exitus in dubio est.Seneca in Troade,10.
Infandus casus.Virgil.8.Æneid.
Infestus casus.Cic.pro Sylla, Sed quoniam ita tulit casus infestus, vt amplissimo in honore,&c.
Marini casus. Virgil.2.Georgic.
O casum mirificum!Cic.Attic.lib.16.
Nefandus casus.Seneca in Hippol.
Noui casus. Cic.pro lege Manilia,Semper ad nouos casus temporum nouorum consiliorum rationes accommodasse.
Rariores casus habet hæc fortuna,Cic.2.Offic.
Repentinus casus.Vide paulo pòst,Lugere casum alicuius.
Sinister casus.Stat.lib.6.Thebaid.
Subitus casus.Iuuenal.satyr.3.
Varij casus.Virgil.1.Æneid.
Varij casus fefellerunt.Cic.1.de Orat.Quam spem cogitationum, & consiliorum meorum,cùm graues communium temporum, tum varij nostri casus fefellerunt.
Varios tremere casus.Seneca in Troade,4.
Voluntarius casus.Cic.6.Philipp.
¶Accipere grauiter casum aliquem. Cic.2.de Orat.Ita quũ singuli casus humanarum miseriarum grauiter accipiuntur.
Adesse casu. Cic. pro Cluentio, Atque etiam tum casu,quòd illud repentè erat factum,Stalenus non aderat.
Adesse in casu alicuius.Cic.Sulpitio,4.
Attulit ipse viris optatum casus honorem.Virgil.5.Æneid.
Afflictus casu. Cic. pro Sylla, In hoc tamen casu, quo afflictus iacet,per vos tutari,conseruaréque cupiunt.

Agi casibus.Virgil.1.Æneidos,
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos Insequitur.
Auertere casum dicitur Deus.Virgil.3.Æneidos,
Dij prohibite minas,dij talem auertite casum.
Concuti casu acerbo.Virgil.5.Æneidos,
At pater Æneas casu concussus acerbo.
Concussus animum casu amici. Virgil. 5. Æneid. Id est, propter ruinam. Seruius.
Casu fortè temerè nonnunquam concurrunt somnia.Cicero 2.de Diuinat. An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse,vt somniis crederet, nisi ista casu nónunquam fortè temerè concurrerẽt?
Tempus locúmque dat casus. Id est fortuna.Seneca in Hippol.4.
In casum dare. Tacit. lib.1, Fixum Tiberio fuit non omittere caput rerum,neque se Rémque publicam in casum dare.
Demisit me in eum casum fortuna. Planc. ad Senatum, Sed quum in eum casum me fortuna demisisset,vt aut,&c.
Casu deterritus.Quintil.lib.2.cap.10.
Euadere casus. Virgil.4 Georg. -casus euaserat omnes.
Euenire casu.Cic.2.de Diuinat.
Temerè & casu euenire. Cic.2. de Nat.deor. Idque euenit non temerè nec casu, sed quòd & præsentiam sæpe diui suam declarãt,&c.
Exhaustus casibus. Virgil.1.Æneid.
Expendere casus. Virgil.12.Æneidos,
-atque omnes metuentem expendere casus.
Iudicio, & Casu aliquid facere, contraria. Cic.ad Curionem,2.6, Iudicio enim tuo,non casu,in ipsum discrimen rerum cótulisti Tribunatum tuum.
Factum casu.Cic.1 de Nat.deor.
Casu fieri,aut forte fortuna.Cic.2.de Diuinat.
Ferre sapiẽter casus aduersos.Cic.2.de Orat.Magna etiam illa laus & admirabilis videri solet, tulisse sapiẽter casus aduersos,nó fractum esse fortuna,&c.
Casus apibus quoque nostros vita tulit.Virgil.lib.4.Georg.
Flere casus alicuius.Ouid.1.Amor.eleg.12.
Gerere aliquid casu:cui opponitur,Virtute & consilio gerere.Cic. pro Sylla, Ego committam,vt ea quæ pro salute omnium gessi, casu magis & felicitate à me,quàm virtute & cósilio gesta esse videantur?
Habere varios casus. Cic. de Senect. Quinetiam ætas illa multo plures,quàm nostra,mortis casus habet.
Casu aliquo atque fortuna habere causam celebritatis & nominis.Cic.2.Offic.
Variis casibus iactatus.Quintil.lib.7.cap.3.
Imitatur casus veritatem. Cic.2.de Diuinat. Potest igitur quomodo negabas,veritatem casus imitari.
Impeditus casu aliquo.Quintil.lib.2.cap.18.
Impellere in casum. Cic.In hunc me casum,vos viuendi authores impulistis.
Incidere in casum.Cic.Incidit in eos casus, quos vitasset, si is cum nihil fefellisset.
Incidere casum alicui.Cic.famil.5.
Si inciderit casus.Plancus Ciceroni,lib.10.21,Nec mori,si casus inciderit pro vobis,paratior fuit quisquam.
Indignari casum amici.Virgil.2.Æneidos.
Insequitur te casus.Virgil.1.Æneid.
Insultare casibus alicuius.Ouid.5.Trist.eleg.9.
Intercedit casus,aut dissensio. In INTERCEDO.
Mirificus casus interuenit. Cic.Cæsari, lib.7.5, Casus verò mirificus quidam interuenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel spónsor humanitatis tuæ.
Inuehere casum. In INVEHO.
Inuenire casu.Quintil.lib.5 cap.10.
Leuare casum communem. Cic.ad Q.frat.lib.4.1, Quátum nemo vnquã à se leuare potest cómunem casum misericordia hominũ, &c.
Lugere casum alicuius. Cic. pro Sextio, Meum illum casum tam horribilem, tam grauem, tam repentinum, non solùm homines,sed templa vrbis ac tecta lugerent.
Manent eos casus.Quintil.lib.6 cap.1.
Minari casum dicitur fortuna.Virgil.8.Æneidos,
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris.
Miserari casum amici.Virgil.5.Æneidos,
Me liceat casum miserari insontis amici.
Mœrere casum alicuius.Sil.lib.16.
Casu quodam in syluis natus.Liu.1.ab Vrbe.
Casu inopinatæ rei obmutuit.Quintil.lib.6.cap.1.
Onerare casus suos,Augere mala sua.Seneca in Thebaide,1.
Pandere suos casus.Ouid.14.Metam.
Perculsus casu iniquo.Virgil.6.Æneid.
Perpeti casus.Valer.lib.3.Argonaut.
Releuare casum. Cic.ad Q. frat. Si releuare potes communem casum misericordia hominum,incredibile quiddam assequeris.
Quanti casus humana rotant? Id est, voluunt & agitant res humanas. Seneca in Hippol.11.
Renouare casus.Virgil.2.Æneidos, Stat casus renouare omnes.
Reuoluere casus.Virgil.10.Æneidos, -reuoluere casus
Da pater Iliacos Teucris.
Ars casum simulet. Ouid.3.de Arte. Id est quod ex composito deditáque opera factum à nobis est,id casu accidisse simulemus.
In casu nullum crimen.Cic.pro Plancio.
In casu esse. Cic.2.de Finib.Et quod externum,id in casu est:ita fit beatæ vitæ domina fortuna.
Fortem esse casu. Cic.ad Metellum, lib.5.2, Quis esset qui me in Consulatu non casu potius existimaret,quàm consilio fortem fuisse?
Sustentare casum.Cic.famil.4.
Timere casum aliquem.Lucret.lib.3,
Casúmque timent quem cuique ferat sors.
Prælij casum timere.Cic.2.de Diuinat.

Casum

Casum vlcisci. Quintil.lib.6.cap.1.

¶Casus, pro morbo, vel pro symptomate. Cels.lib 4.cap.10. Deinde vbi ad se redit, circuncidédum vinum est in totum annum, etiam si casus idem non reuertitur.

¶Casus, pro periculo. Celsus de Gangrena, Præcipuéque in hoc casu, petendum non à medicamentis solùm, sed etiam à victus ratione præsidium est. Budæus.

Mortis casus habet illa ætas. Cic. de Senect. Quinetiam ætas illa multo plures, quàm nostra, mortis casus habet.

Magnum casum habet hæc res. Plancus Cicer. 10, Nam quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi abstt, ea nunc magnam affert solicitudinem, magnúmque habet casum.

Sub casu aliquo ducere somnos, pro sub periculo. Virg.4.Æneid.

¶Hyemis casus. Virg.1.Georgicorum,

-extremæ sub casum hyemis. Id est circa finem hyemis, antequam ver incipiat. Seruius.

¶Casus vrbis, Ruina. Virg.1.Æneid.

Altior casus. Iuuenal.sat.10.

Grauiore casu celsæ decidunt turres. Horat.2.Carm.10.

Iniquissimus casus. Cic. pro Domo sua, At vide quid intersit inter illum iniquissimum patris tui casum, &c.

Casibus Saturnini atque Gracchorum expiata. Id est morte. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Casus, quo infantium corpora toties in terram deferuntur, non eos grauiter affligit. Quintil.lib.1.cap.12.

Celerare casus. Lucret.lib.2.

Dari ad casum. Cic.1.de Diuinat.

Insistere & ingredi viis adolescentiæ sine casu. Cic. pro Cælio, Interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.

Manus non timuere casum. Martial lib.12.epigram.75,

Et casum tremulæ non timuere manus.

¶Casu, Id est ex inopinato. Horat.1.Serm.sat.9,

-& casu tunc respondere vadato. Debebat.

¶Casus dicimus non modò ea quæ fortuita hominibus accidút, sed etiam vocabulorum formas: quia in aliam atque aliam cadunt es figiem. Festus. Vide Priscianum de casibus abundè tractantem.

¶Casus, eo significato quo vtuntur Grammatici. Cic. in Oratore, Quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset, absurdú erat, aut tantùm barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto ca sú solùm Græcè loqui. tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium causa dicimus. Græca litera est, quæ dicitur ypsilon. Vocat autem Latinos casus, barbaros, Græcorum more: quia Græci statuebant, omnes qui Græci non essent, barbaros esse nominandos.

¶Casus à Iurisconsultis dici consueuit, pro controuersia quæ nata est, quasi quæ acciderit, & casu contigerit. Vide CAVSA.

Casurus, pen.prod. Participium à cado. Cic. ad Senatum, lib.15.1, Quid casurum sit, incertum est. Id est euenturum.

Aquæ casuræ. Martial.lib.12.epigramm.29.

Arces casuræ. Ouid.12.Metam.

Fontes casuri in æquora. Lucan.lib.2.

Mœnia casura. Ouid 13.Metam.

Nomen casurum nullo tempore. Id est perpetuum nomen. Ouid. 1.Amorum, eleg.15.

Ruina casura. Ouid.2.de Ponto, eleg.3.

Caso, casas {πίπτω} casare. Plaut.in Curculione,

Non herclè tam isthoc validè casabant cadi. Id est, non tam validè cadebant. quod fecissent, quum sit illic lubricus locus. Legitur ferè in omnibus quassabunt, sed perperam. Ab hoc est & Casito, casitas, pen.corr. casitare. Paulus. D. de seruit. vrb. præd. l. Seruitutes, Si seruitus stillicidij imposita sit: non licet domino serulentis areæ ibi ædificare, vbi casitare cœpit stillicidium. Si antea ex tegula casitauerit stillicidium: postea ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest.

Casabundus {πίπτων} adiectiuum, Crebrò cadens. Festus. Varr. ex antiquo poeta,

Risi egomet mecum casabundum ire ebrium. A verbo antiquo Caso, casas deducitur. Ennio in libro iuratissimæ fidei versus iste tribuitur, vt refert Turnebus.

Caducus, penult. prod. {πίπτων, ἐπίπτωτος} adiectiuum, Quod in ruinam procliue est, & casum minatur. Cic. de Senect. Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempestiua, quasi vietum & caducum: quod ferendum est molliter sapienti.

Fragile & caducum. Cic.2.de Finib. Quis enim confidit semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit?

Caduca & incerta sunt, diuitiæ, bona valetudo, honores. Cicero de Amicitia.

Breuia, fugacia, & caduca. Cic. ad Planc. lib.10.12.

Caducum & infirmum corpus. Cic.1.de Nat. deor.

Mortale & caducum. Cic. de Somnio Scipionis.

Omnia caduca præter virtutem. Cic.4.Philip. Quanquam omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus, quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.

Caduca aqua Frontino dicitur, inquit Budæus, quæ de lacu abundat. Sic Varro, Caduca aqua, quæ de canalibus defluit: hoc est, quæ superfluit, & non continetur, hoc est abundat. Ouidius 2.de Ponto, eleg.7, -vtque caducis

Percussu crebro saxa cauantur aquis. Id est cadentibus.

Caduca auspicia, authore Festo, antiquis dicebantur, quú aliquid in templo exciderat, veluti virga è manu.

Fama caduca. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.

Folia caduca. Ouid.2.Amorum, 16.eleg.

Frondes caducæ. Ouid.3.Trist.1.elegia,

-nec fronde caduca Carpitur.

Fulmen caducum. Horat.3.Carm.4 ode 9.

Glandes caducæ. Lucret.lib.5.

Lacrymæ caducæ. Ouid.6.Metamorphoseos,

-madefactáque terra, caducas

Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.

Caducæ literæ à Plinio alia ratione dicuntur, quasi χαράγματα ἐκπίπτοντα. Scabritia (inquit, lib.13.cap.12,) leuigatur dente, concháue: sed literæ caducæ fiunt. Id est fugaces & fugientes, vt Cic. loquitur, διαφεύγοντα. Budæus.

¶Caducus, Qui morbo laborat comitiali, Epilepticus. Firmic.lib. 3.cap.6, Ex humorum statiua perseuerantia, qui circa caput collecti fuerint, facient caducos, & lunaticos, aut assidua interceptione deficientes.

Preces caducæ. Ouid.1.Fast. -nec lingua caducas

Concipit vlla preces, dictáque pondus habent. Hoc est, non frustrà precantur.

Res humanæ caducæ & fragiles. Cic. de Amicitia.

Spes caduca. Ouid.9.Metam.

Tela caduca. Propert.lib.4.eleg.2.

Caduci tituli. Plin.in Paneg.

Verba caduca. Ouid.21.epist.

Vitis caduca. Cic. de Senect.

Caducus, Mortuum significat aliquando, teste Seruio. Virg.6.Æn. Hic multum fleti ad superos, bellóque caduci Dardanidæ.

¶Caducum legatum dicitur, quod vel ad fiscum defertur, velut legatario de medio sublato: vel ad substitutum: vt si is cui relictum legatum est, capere legatum non possit, vel quia ante morté testatoris mortuus est, vel alia de causa, tunc legatum ad substitutum legatariú defertur: vel ad eum qui in legato coniunctus erat, si fortè duobus simul legatum erat factum. Similiter etiam caduca hæreditas eadé ratione dicitur. Cic.10.Philipp. de Antonio loquens, Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum, nó iter fecisse diceres. Sic etiam caduca bona dicútur. Marcellus D. de iis quæ in test. delétur, Proximè in cognitione principis, quum quidam nomina hęredú induxisset, & bona eius vt caduca à fisco vendicarentur, diu de legatis dubitatum est. Quoniam verò iucúdum erat substituto, legatum caducú accipere, quasi rem minimè speratam: ideo Iuuen. dixit sat.9. -propter me scriberis hæres, Legatum omne capis, necnon & dulce caducum. Cicero translationis author fuit in 3. de Orat. Nostra est enim, inquit ille, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quá homines, quasi caducam atque vacuam, abundátes otio nobis occupatis inuolauerút. Sic Iustinus, Quam prædá possessione vacua fortuitis dominorum mortibus sicuti caducam occupauerunt. Budæus. Caducum ex lege Papia legatum erat, sub aliqua códitione relictum: qua deficiente, cadebat, & redibat vel ad testatorem viuum, vel ad substitutú, eo mortuo. Vnde est titulus apud Iustin. in C. De caducis tollendis. Vlpianus titulo 17 eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Quod quis sibi testamento relictum, ita vt iure ciuili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cecidit ab eo. Verbi gratia, si cælibi, vel Latino Iuniano legatú fuerit, nec intra dies centum vel cælebs legi paruerit, vel Latinus ius Quiritium consequutus sit: aut si ex parte hæres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peræger factus sit. Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vendicantur, sed seruato iure antiquo liberis & parentibus. Hæc ille.

Caducarius, adiectiuum, vt Lex caducaria. Vlpianus titulo vigesimooctauo eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani, Populo bona deferuntur ex lege Iulia caducaria.

Caduciter, penul.corr. Aduerbium antiquum, pro præcipitanter. Varro Etratione, Aut frigidos nimbos, aqua ista caduciter ruentes pertimuerunt aquatulæ querquetulæ natantes. Nonius.

Cadiuus {πίπτων} adiectiuum, pen.prod. Quod per se cecidit. vnde cadiua poma appellamus. Plin.lib.15.cap.16, Colligi mala post æquinoctium Autumnale, neque ante xv lunam, neque ante primam horam. Cadiua separari, stramentis, storeis, palelisve substerni.

CADRVSI, Oppidum ab Alexandro conditum ad Caucasum montem, de quo Plin.lib.6.cap.23.

Caduceum, caducei {κηρύκειον} Mercurij sceptrum dicitur vt quidam putant, quòd cadere faciat contentiones atque certamina. Est autem virga qua bellum dirimitur. Nam quia Mercurius orationis deus est, & deorum nuntius, meritò à diis mittebatur, vt dissidentium animos oratione sedaret. Hinç legati pacis, caduceatores dicti. Sicut enim per feciales bella indicebantur, ita per caduceatores finiebantur. Caduceum Ægyptij in speciem draconum, maris ac feminæ coniunctorum figurauerunt, & Mercurio cósecrarunt. Hi dracones parte media voluminis sui nodo, quem vocant Herculis, inuicem obligantur, primæque partes eorum reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli iungunt. Et post nodum caudæ reuocantur ad capulum caducei. Causam autem cur exteræ gentes caduceum in pace tractanda, circundata anguium effigie fecerint, quidá hanc esse tradunt. Quum Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septicordem ad Atlantidum numerum instituisset, quòd Maia mater eius ex illarum numero esset, ac non multò pòst deprehensus ab Apolline fuisset boues suas abigere, quò facilius veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, vt lyram à se primò inuentam prædicaret. Propter quod Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dono dedisse, quam quum manu tenens in Arcadiam proficisceretur, inuentos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes. Quo viso, virgá interposuisse, & dicto citius prælíú diremisse. Eo facto, huiusmodi virgá pacis gratia dixit esse constitutam. Sed hæc fabulosa sunt. Veritas autem historiæ hoc habet. Oui genus est in magna fama Magorum, angues enim numerosi, ouorum conuoluti saliuis, faucium corporúmque spumis artifici complexu glomerantur. Id ouum anguinum appellatur. Magi dicunt sagulis in sublime iactari oportere, ságóque intercipi, ita vt terram non attin-

gat, raptorem equo profugere, serpentes enim insequi, donec interuentu alicuius amnis arceantur. Experimentum eius esse si contra aquas fluitet, vel auro cinctum. Certa quoque luna capiendum censent. ad victorias litium, ac regum aditus maxime laudatur. A diuo Claudio principe interemptus est quidam eques Romanus, non ob aliam causam, quàm vt eam vanitatem Cæsar experiretur. Hanc igitur Caducei causam esse affirmant: ideo cristatos angues in caduceo non esse. Vide Plinium lib. 29. cap. 3. aliis tamen verbis. Liuius 8. ab Vrbe, Ipsos se in deditionem Consulis caduceum præferentes permisisse. Cicero 1. de Oratore, Deinde qui non possit tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus, incolumis, vel inter hostium tela versari.

Caduceator, pen. prod. {κῆρυξ} Festus, Caduceatores, Legati pacem petentes. Cato, Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. Hactenus Festus. Liuius 6. bel. Pun. Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, qui promitteret si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum.

Caducifer, pen. corr. {κηρυκειοφόρος} Nomen quo Mercurius vocatus est, propter donatam ei ab Apolline virgam, qua duorum draconum inter se dimicantium, prælium, quum in Arcadiam proficisceretur, diremisse fertur, vt videbis paulo antè in dictione Caduceum. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Hinc se sustulerat paribus caducifer alis.

Atlantiades caducifer. Ouid. 8 Metamorphoseos,

Venit Atlantiades positis caducifer alis.

Caduciter, Caducus, Vide CADO.

CADVRCI {καδοῦρκοι} Narbonensis prouinciæ populi in Aquitania. Author Plin. lib. 4 cap. 19, Vulgò *Cahors*.

Cadurcum, Velum seu culcitra ex lino candidissimo facta, in quo, vt ait Plin. lib. 19. cap. 1, Cadurci Galliæ populi præcipuam gloriam obtinent. Nam nullum linum est candidius lanæve similius. Iuuenalis sat. 7, Institor hybernæ tegetis, niuéisque cadurci.

¶Cadurcum, Vas illud numerosum quod ex piscina ac puteo aquá haurit, iumento rotam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam vrbibus, per quos aquæ pluuiæ cisternas impleant. Hæc Valla in Raudensem.

Cadus {κάδος} Genus vasis vinarij, decem congios continens, sicut & metreta Dioscoridi lib. 5. licet alij cadum duodecim congios continuisse referant. Colum. lib. 12. cap. 28, Si in vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum quàm optimi vini sextarium, aut fæcis generosæ recentis sextarios tres addito.

Cadi formam turbinatam, id est, coni & strobyli, hoc est, nucis pineæ similem fuisse ex Plinio intelligimus, qui lib. 27. cap. 4, de aloe loquens, turbines cadorum dixit, Laudatissima, inquit, ex India affertur, sed nascitur & in India: non tamē ea vtuntur, nisi ad vulnera recentibus foliis, mirificè enim conglutinat vel succo. Ob id in turbinibus cadorum eam serunt, vt aizoum maius. Hactenus Plinius. Vtebantur autem antiqui etiam ad salsaméta condenda. Idem Plin. lib. 32. cap. 8, Quin & testis cadi salsamentarij tusis cum axungia vetere ad parotidas, &c. Budæus.

Cadus est, quem lingua Gallica vernacula, retinēs Latinitatis vestigia Caccum vocat. Budæus in lib. de Asse.

Chij Falerni cadus. Horat. 2. Serm. 3. satyra,

Si positis intus Chij, veterísque Falerni

Mille cadis, nihil est, &c.

Temeti cadus. Horat. 2. epist. 2.

Ahenus. Virg. 6. Æneidos,

Ossáque lecta cado texit Chorineus aheno.

Chius. Horat. 3. Carm. 19. ode.

Quo Chium pretio cadum Mercemur.

Fragiles cadi. Ouid. 12. Metam.

Fumosus. Ouid. 5. Fastor.

Potus. Horat. 3. Carm. 15. ode.

Senex. Martial. lib. 11. epist. 37,

-senem poscunt talia vota cadum.

Siccati cadi. Horatius 1. Carm. 35. ode. Id est ad fæcem vsque exhausti.

Vaticanus. Martial. 12. epigram. 49.

Versus cadus. Horat. 3. Carm. 29. ode.

Elicere cadum. Horat. 4. Carm. 12. ode.

Onerare vina cadis. Virg. 1. Æneidos,

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes

Littore Trinacrio.

Parcere cadis. Horat. 2. Carm. 7. ode.

Cadiscus {καδίσκος} diminutiuum, Vasculum quo suffragia colliguntur. Fuerunt autem duo apud veteres cadisci, in quos calculos mittebant iudices. Alterum θάνατος, in quem condemnationis: alterum ἀθάνατος, in quem absolutionis calculos proiiciebant. Sipontinus.

Cadytas {καδύτας} Herba, de qua Plin. lib. 16. cap. vlt. Est & in Syria, inquit, herba, quæ vocatur cadytas, non tantùm arboribus, sed ipsis etiam spinis circunuoluens sese. Hæc ille.

C Æ A

CAEA, siue Ceos (vtrunque enim scribitur Plin. lib. 4. cap. 12.) {κέως} vulgò *Zea*. Insula est iuxta Eubœam, à Ceo Titani filio sic dicta, de qua Ouidius, Transit & antiquæ Cartheia mœnia Ceæ. A qua Ceæ vestes. nam ex hac quoque profectam delicatiorem fœminis vestem, author est Varro, vt Plinius tradit. Propertius, Et tenues Cea veste mouere sinus. Quo in loco parum doctè aliquos Coa pro Cea legere Hermolaus tradit. Ab hac Ceus Herasistratus, clarus medicus dictus. Fuit eadem & Simonidis & Bachyllidæ clarissimorum poetarum alumna. Ciam Ptolemæus nominat, vt hodie quoque vulgus nautarū. Author Hermolaus. Vide infrà in dictione COS & CHIOS. Scribitur & sine diphthongo. Vide CEA.

Ceus, adiectiuum {κεῖος} vt Nænia Cea. Horat. 2. Carm. 1. ode.

Sed ne relictis Musa procax iocis

Ceæ retractes munera næniæ.

Dumeta Cea. Virg. 1. Georg.

Cea, n. pl. Absolutè pro vestibus ex Cea insula, quæ olim in pretio fuerunt, vt scribit Plin. lib. 4. his verbis, vbi de Cea insula, Ex hac, inquit, profectam delicatiorem fœminis vestem author est Varro. Lucretius lib. 4,

Interdum in pallam, ac Melitensia, Ceáque vertunt. Sic Lambinus.

CAEADAS {καιάδας} Locus erat apud Spartanos, cuius historia prima commeminit Thucydides, in quem maleficum genus hominum conniciebant. Ex Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 8. In Cæadam, inquit Pausanias, à Lacedæmoniis conniciebantur, qui ob insigne facinus videbantur plectendi. Nam & illuc contrusus Aristomenes: euasit tamen, aditus vulpium sequutus, quę cadauera consectabantur. Plura apud eundem.

C Æ C

CAECIAS, Cæciæ {καικίας} Ventus flans inter Aquilonem & exortum Æquinoctialem: quē Aristoteles (vt docet Gell. lib. 2. cap. 22) ita flare dicit, vt nubes non procul propellat, sed vt ad sese vocet. Plin. lib. 2. cap. 47, Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes.

Mala attrahens ad sese, vt Cæcias nubes. Prouerbium in eos qui sibi ipsis litium ac negotiorum materiam pariunt, accersúntque. Vide Erasmi Chiliadas.

Cæcigenus, Vide CAECVS.

Cæcilia, Genus serpentis. Colum lib. 6 cap. 17, Est etiam mortifer iis serpentis ictus, est & magnorum animalium noxium virus: nā & vipera, & cæcilia sæpe quum in pastua bos improuidè supercubuit, lacessita onere, morsum imprimit. Vide AMPHISBAENA.

CAECILIA, prænomine Caia, Tarquinij Prisci vxor, maximi animi mulier, & lanificij peritissima, quæ prius Tanaquil dicebatur, vt scribit Volaterr. Vide & Plin. lib. 8. cap. 48. & Liu. lib. 1. ab Vrbe.

CAECILIA gens. De Cæciliæ gentis origine varias & diuersas fuisse veterū opiniones, testis est lib. 3. Festus Pōpeius. Nam alij à Cæculo, qui Præneste condidit, ortos Cæcilios, alij verò à Cæcade Troiano Æneæ comite sic nominatos existimarunt. Idem quoque author lib. 11, à Caculis militum seruis deducit. Quod si verum est, sine diphthongo Cecilios scribendos ex. stimarē. Princeps & parens huius gentis L. Cæcilius, opinor, est, qui cum Seruilio Consul fuit & Prætor à Gallis vnà cum exercitu oppressus est. Nemo enim de Cæcilijs ante hunc, curulem magistratum gessit. Verùm hi in tantum deinde maximis amplissimísque honoribus aucti sunt, vt Næuius poetá, facto Metellos fieri Consules dicere non dubitarit, vt est apud Pædianum. Qua de re sic Paterculus lib. 2. scribit, Vt paulo antè Dominæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo est: quippe intra 12. fermè annos huius temporis COSS. fuere Metelli, aut Censores, aut triumpharunt amplius 12. Metelli verò à Metellis, qui in lege militari dicuntur quasi mercenarij, nominati sunt, authore Accio.

CAECILIVS {καικίλιος} Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludum grāmaticæ, Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium, & alios poetas nouos prælegere cœpisse: quod etiam Domitij Marsi versiculus indicat, Epirota tenellorum nutricula vatum. Ex Tranquillo. Huius etiam meminit Macrobius.

Cæcilius Gallus in disciplina iuris, atque legibus Populi Romani noscendis, interpretandísque scientia, vsu, authoritatéque illustris fuit tempore Gellij, cuius etiam ipse meminit, dicitque librum scripsisse De verborum significatione, quæ ad ius Ciuile pertinent. Vide Gellium lib. 16. cap. 5. & Macrobium Saturn. lib. 6. cap. 8.

Cæcilius item Claudius Isidorus, C. Asinio Gallo, & Martio Censorino COSS. ad V. I. Calend. Februar. testamento suo edixit: Quanuis multa ciuili bello perdidisset, tamé relinquere seruorum quatuor milia CXVI, iuga boum tria milia DC. reliqui pecoris CCLVII. milia: in numerato H-S. DC. Author Plin. lib. 33. cap. 10.

Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autem, ciuitas Siciliæ est) Iudæorum religionis sectator, Romæ docuit sub Augusto vsque ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas, Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis ac Ciceronis, & alia. Author Suidas.

Præter hos Cæcilius Argiuus, versificator, scripsit de piscibus. Author Suidas.

Cæcilius Statius poeta Comicus, quem Cicero ad Atticum libro 7. 123, Malum Latinitatis authorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit: fuit natione Gallus, & Ennij contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium: sepultus in Ianiculo. Author Eusebius. Horat. 2. Epist.

Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte.

Cæcilianus, a, um, Adiectiuum, vt Cæcilianæ lactucæ, de quibus Plin. lib. 9. cap. 8. & Cæciliana cerasa, quæ & rotunda vocat idem Plinius lib. 15. cap. 24.

Cæciliana fabula. Cic. lib. 1. ad Atticum, Ac vereor ne Lucullus, quoniam Græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. Turnebus hoc loco Lucullum legendum contendit, cuius res gestas Archias versibus Græcis illustrarat, qui & Cæcilij Metelli facta pangere parabat, quam Cicero appellat Cæcilianam fabulam, ad Cæcilium comicum alludēs. Cic. pro Archia, Mithridaticum verò bellum, &c. totum ab hoc expressum est, qui libri non modò L. Lucullum fortissimum & clarissimum virum, verumetiam pop. Rom. nomen illustrant.

Cæcitas, Cæco, cæcas. Vide CAECVS.

CAECVBVM, pen. cor. {καίκουβος} Oppidum est Campaniæ in Italia, quod licet paludibus adiaceat, vineta tamen vini feracissima præcipuis enutrit arboribus. Hæc Strabo lib. 5.

Cæcubus, penult. cor. Adiectiuum {καίκουβος} vt Vinū Cæcubum, sic dictum à Cæcubo Campaniæ oppido. Martialis lib. 13, non ita procul à fine,

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis. Plin. lib. 16. cap. 37, Licet populi vitibus placeant, & Cæcubum educent. Populum arborem

arborem intelligit. ¶Cæcubi aliud etymon affert ex Galeno Cornarius in primum caput lib. 7. Galeni de compositione pharmacorum secundum locos.

Potare cæcuba.Martial.lib.11.epigr.17,
Nec nisi post niueam cæcuba potat aquam.

Cæculus,Cæculto,Vide CAECVS.

CAECVLVS,pen. corr. (Καικούλος) (inquit Seruius)filius Vulcani,sic dictus,quòd minoribus oculis fuerit:quam rem frequenter efficit fumus. Hic collecta multitudine postquam diu latrocinatus esset, Præneſtinam ciuitatem in montibus condidit: & quum ad ludos,vicinos populos inuitasset,cœpit eos hortari,vt secū habitarent: & pro gloria iactare se filium Vulcani. Quod quum illi non crederent, inuocato Vulcano vt eum filium comprobaret,omnis illius multitudinis chorus est flamma circundatus. Quo facto commoti omnes simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hactenus ille apud Virgilium lib.7.Æneidos,

Nec Prenestinæ fundator defuit vrbis
Vulcano genitum,pecora inter agrestia,regem,
Inuentúmque focis,omnis quem credidit ætas Cæculus,&c.

Cæcus (τυφλὸς ἀορασίας, πηρός) Adiectiuum,à cædo,cædis,quòd fit oculis concisus. quanuis alij cæcum quasi oculis captum : alij quasi carentem oculis appellatum velint. Est autem cæcus,qui caret lumine.

Obscurum & cæcum.Cic.pro lege Agraria.
Futuri cæcus, id est futuri nescius. Claud. 1.de Raptu Proserpinæ. De Cerere.
Amore auri cæcus.Virg.1.Æneid.
Cæcus animi.Quintil.lib.1.cap.10.
Cæcus animo.Cic.4.de Finib.
Cæca auaritia.Cic.2.Philipp. At quàm cæca auaritia est?
Cæcus cupiditate & auaritia.Cic pro Quintio.
Cæcus fraude & ira.Liu.8.ab Vrbe.
Cæcus atque amens furore.Cic.pro Sextio.
Furore amenti cæcus.Catul.59,
Cogor inops,ardens,amenti cæca furore.
Cæcus metu. Plin.lib.10. cap.33, Perdices tanta rabie feruntur, vt in capite aucupantium sæpe cæcæ metu sedeant.
Aceruus.Ouid.1.Metam.Confusus. De Chao loquitur.
Aditus.Seneca in Herc.fur.10.
Amor sui cæcus.Horat.1.Carm.18.ode,
-quæ subsequitur cæcus amor sui,
Attollens vacuum plus nimio verticem.
Amator.Horat 1.Serm.3.sat.
Amictu cæco terram condit nox.Sil.lib.12.Id est nigro.
Caligo.Virg.3.Æneid.
Carcere cæco clausus.Virg.6.Æneidos,
-nec auras
Respiciunt clausæ tenebris,& carcere cæco. Id est obscuro.
Casus.Cic.2.de Diuinat. Quomodo ergo id quod temerè fit cæco casu & volubilitate fortunæ,præsentiri & prædici potest?
Cauernæ.Ouid.5.Metam.
Causæ.Lucret.lib.3. Id est incognitæ,incertæ.
Chaos.Seneca in Med.10.
Comæ.Ouid.ad Liuiam. Hoc est confusæ,incomptæ.
Cæca & temeraria cupiditas.Cic.1.de Inuent.
Cæca cupiditate rapi.Cic.in Pisonem.
Cupido.Ouid.3.Metamorphoseos,
-prædæ tam cæca cupido est.
Cursus.Lucan.lib.2.
Domus.Ouid.in Ibin. De Labyrintho.
Ensis.Stat.9.Theb.
Error cæcus quò cœpit eat.Seneca in Herc.fur.12.
Euentus.Virg.6.Æneid.
-cæcósque volutat
Euentus animo secum. Id est incertos.
Expectatio. Cic.pro lege Agrar. Nolo suspensam & incertam plebem Romanam obscura spe,& cæca expectatione pendere.
Fata. Horat.2.Carm.13.ode. Id est improuisa, & quæ videri non possunt.
Cæcus fluctus.Liuius apud Senecam,lib.1.Suasoriarum,M.Cicero sub aduentum triumuirorum cesserat vrbe, &c. Vnde aliquoties in altum prouectum, quum modò venti aduersi retulissent , modò ipse iactationem nauis cæco voluente fluctu pati non posset,tædium tandem eum & fugæ & vitæ cœpit,&c. Græcanicum est:illud enim,cæco fluctu,ab Homero scriptū erat κύματι κωφῷ , quod & ante Liuium ita Latinè Sisenna explicarat, vt apud Nonium reperimus, Subitò, inquit,mare subhorrescere,cæcósque fluctus in se prouoluere leuiter cœpit. Cæcum autem fluctum Nonius idem interpretatur , occultè malum,latentem & tacitum. Grammatici Græci fluctum sine vento ortum,nec murmurantem sonantémque. Liuius quidem intelligere videtur fluctū vento silente,aut non strepente excitatum, quum scripsit, Partim ventis reflantibus sæpius relatum in littus , partim cæco fluctu iactationem nauis pati non potuisse : nec aliter Sisenna sensit. Ac cæcus dicitur fluctus , cuius non sentitur nec apparet causa , vt quum venti quiescunt. Quæ enim præter ventum excogitari potest maris fremcntis & fluctuantis causa,quo horrescente,& aere quieto, meritò fluctus cæcus dicitur. Id autem plerunque fit ante ventos coortos,vnde & Virgilius scripsit in prognosticis venti,

Principio ventis surgentibus,aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, &c. Turnebus.
Fores.Virg.2.Æneid. Id est non omnibus notæ.Seruius.
Fortuna.Cic.de Amicitia.
Cæcæ fossæ.Id est non patentes.Apud Columellam lib.2.cap.2.
Furor cæcus.Horat.Epod. Id est excæcans.
Historia.Ouid.in Ibin.
Homines cupidine cæci.Lucret.lib.4.
Cæcus ictus. Liuius lib. 4.bel. Macedon. Vt non modò ad cæcos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quicquam esset.
Ignes.Virg.4.Æneidos,
-cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos. Id est quorum origo non apparet. Seruius.
Cæci impetu animi in alios incurrere.Cic. 2.de Finib.
Cæca inuidia & ira.Liu.8.bel.Maced.
Cæcum iter explorat.Ouid.10.Metam.
Limites.Ouid.14.Metamorphoseos,
-cæcisque vagantur Limitibus comites.
Lituræ. Ouid.11.epist.
Si qua tamen cæcis errabunt scripta lituris.
Loca.Propert.lib.1.eleg.18.
Lupi cæci.Virgil.2.Æneidos,
-inde,lupi ceu
Raptores atra in nebula,quos improba ventris
Exegit cæcos rabies. Cæcos, hoc est quibus ad explendas insidias nox seu tenebræ sunt luce aptiores : aut qui in cæcis latebris abscondi solent. Donatus in Virgil.
Manus.Lucan.lib.3.
Manu cæca spargit munera.Senec.in Hippol.9. De Fortuna.
Mars.Virg.2.Æneid. Id est nocturnum prælium. Seruius.
Mens.Ouid.4.Metam.
Metus.Ouid.2. Fastorum,
-& cæco flentque pauéntque metu.
Morbus,Obscurus,& cognitu difficilis.Colum.lib.1.cap.5.
Motus cæci.Horat.3.Carm.27.ode.
Mugitus terræ cæcus.Seneca in Troade,3.
Murmur.Virg.12.Æneidos,
-tum murmure cæco Intus saxa sonant
Nox.Cic.pro Milone,Neque cæca nox ostendisset Milonem.
Parietes cæci.Virg.5.Æneid.Hoc est nullas habentes fenestras.
Pauores.Valer.7.Argonaut.
Pectora.Lucret.lib.2.
Pericula.Propert.lib.2.eleg.28.
Plagæ.Lucret.lib.2,
Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis.
Pugna.Valer.5.Argonaut.
Puluis.Virg.12.Æneidos,
-tum cæco puluere campus Miscetur.
Ramus.Plin.lib.16.cap.30.
Ratio.Lucret.lib.5,
Improba nauigij ratio tum cæca iacebat.
Res cæcæ & ab aspectus iudicio remotæ. Cic. 2. de Orat. Vt res cæcas , & ab aspectus iudicio remotas confirmatio quædam & imago ita notaret,vt ea,quæ cogitando complecti vix possemus, intuendo quasi teneremus.
Saxa.Virg.5.Æneid. Id est latentia.
Scelus cæcum retegere. Virg.1.Æneidos,
-cæcúmque domus scelus omne retexit,
Sonus.Seneca in Troade,3.
Sors.Horat.2.Serm.3.satyra,
-& cæca fluitantia sorte,laboret Reddere certa.
Spicula.Virg.4.Georgicorum,
-& spicula cæca relinquunt. Id est breuia, quæ possunt latere. Seruius.
Stimulus.Lucret.lib.3.
Suspicio. Cecinna ad Ciceronem, lib.6.7, In hac igitur calumnia timoris,& cæcæ suspicionis tormento,&c.
Tabes.Ouid.9.Metam.
Tecta.Ouid.8.Metamorphoseos,
Multiplicique domo cæcis includere tectis.
Tempus.Cic.ad Cornificium,lib.12.25, Fuit enim illud quoddam cæcum tempus seruitutis.
Tenebræ.Lucret.lib.2.
Timor.Ouid.1. Amorum,4.eleg.
Vada.Virgil.1.Æneidos,
-nimbosus Orion
In vada cæca tulit. Id est incognita,latentia. Seruius.
Cæcum vallum dicitur in quo præacuti pali terræ affixi,herbis vel frondibus occuluntur.Festus.
Venenum cæcum.Lucret.lib.6.
Cæca vestigia,Latentia, quæ non possunt videri. Virgil.6.Æneid. De Labyrintho & Dædalo, Cæca regens filo vestigia.
Via cæca.Ouid.2.Amorum,11.eleg.
Vndæ cæcæ.Virg.3.Æneid. Id est,incertæ,quia sydera non apparebant. Seruius.
Vulnus cæcum.Virg.10.Æneidos,
-nec iacta cæcum dare cuspide vulnus.
¶Cæcū crudelitate ferri.Cic.pro Cluentio,At quæ mater? Quam cæcam crudelitate & scelere ferre videris.
Cæcum me, & præcipitem ferri confiteor in causa, si &c. Cic.pro Plancio.Virg.3.Georg.
Cæco die emere aliquid.Plautus Pseud.5,
Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die. Id est, eme non præsente pecunia,sed in diem pacta : reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem,& cæca testimonia,quæ scripto perhibētur absentibus. nam cæca sunt non tantum quæ non vident, sed quæ non videntur & absunt. Erasmus in Chiliad.
Cæco reluxit dies.Tacit.lib.20, Statim conuersa ad vsum manus, ac cæco reluxit dies
Hypsea cæcior.Horat.1 Serm.2.satyra,
Hypsea matrona fuit vitiosis oculis. Acron.
Cæcum,veteres pro improuido dixerunt.Varro de Vit.pop.Rom. lib.4,Neque id cæci consules fecissent,quæ mandata arcana tam pio sedissent,aut diuidi centum ON.magnum. Nonius.

Cæculus, diminutiuum, Qui parum videt. Plaut. Persa,8, Tua cæcule causa? Quidam cucule legunt hoc loco.

Cæcitas, penult. corr. cæcitatis, penult. prod. {τυφλότης, ἀβλεψία, ἀορασία, πήρωσις} Facultatis visus orbitas. Et est propriè corporis: ad animum verò sæpe transfertur. Cic.5. de Finibus, Bonum incolumis acies: misera cæcitas.

Cæcitas libidinis. Cic. de Arusp. resp. An tibi luminis obesset cæcitas, plus quàm libidinis?

Cæcitas mentis. Cic pro Domo sua, Pœna omnis oculorum, ad cæcitatem mentis est conuersa.

Cæcitatem inferre. Vide INFERO.

Horribilis cæcitas. Cic.5. Tuscul. Primùm horribilis ista cæcitas, quibus tandem caret voluptatibus?

Cæcigenus, adiectiuum, penul. corr. {τυφλογενής} Significat illum qui cæcus natus est. Lucret. lib.2,

Nam quum cæcigeni, solis qui lumina nunquam
Aspexere, tamen cognoscant corpora tactu,
Ex ineunte æuo nullo contincta colore.

Cæco, cæcas {τυφλόω, πηρόω} cæcare, Luminibus priuare. Plin. de Viris illustribus, Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra Herculea seruos publicos educerent: vnde cæcatus est.

Cæcare animos, per translationem. Cic.4. Philip. Sed spes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. Legitur & occæcat.

Cæcare mentes largitione. Cic. pro Sextio.

Cæcari erroribus, aut cupiditate. Cic.5. Tusc.

Cæcata celeritate oratio. Cic. de Claris Oratoribus.

Cæculto, cæcultas {παραβλέπω} cæcultare, Cæcis proximum esse acie obtusa: vt ait Festus. Idē alio loco dicit, Cæcultare, est cæcos imitari. Plaut. Númnam mihi oculi cæcultant? Est'ne hic noster Hermio?

Cæcutio, cæcutis, penult. prod. {ἀμβλυώττω, παραβλέπω} cæcutire, Propriè significat parum videre. Et cæcutientes dicuntur, quasi semicæci. Varro, Verum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos? Ex Nonio.

C Æ D

Cædes, Vide CAEDO.

CAEDICVS, penult. correp. Vir ditissimus, cuius meminit Virgil. lib. 9. Æneid. his verbis,

Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tyburti Remulo ditissimus olim
Quæ mittit dona hospitio, quum iungeret absens
Cædicus: ille suo moriens dat habere nepoti. Vbi Seruius, Cædicus quidā Tyburti Remulo quū eum sibi absens hospitio vellet adiūgere, misit phaleras & cingula bullis aureis, hoc est clauis insignita. Remulus moriens nepoti suo cognomini hæc reliquit, qui postea victus à Rutulis est, & occisus: post cuius mortem apud Ramnetem Rutulum ab Euryalo reperta sunt hæc munera. Huius meminit & Virgil.10. Æneid.

Cæditiæ tabernæ, non à cædendo dictæ sunt, sed à domini nomine, qui Cæditius vocabatur: à quo in via Appia ædificatæ sunt. Sipontinus ex Festo.

Cædo, cædis, cecidi, penult. prod. cæsum {κόπτω, δέρω} cædere, Propriè significat flagellare. Terent. Andr.1.2,

Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam. Iuuenal. sat. 3,
Ebrius ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
Dat pœnas.

Flagellis cædere. Horat.1. Serm.2. satyra, -ille flagellis
Ad mortem cæsus.

Cædi discipulos deforme ac seruile est, quanquam id receptum sit, & Chrysippus non improbet. Quintil. lib.1. cap.3.

Cædere loris. Cic.8. Philipp.

Cædere aliquem virgis ad necem. Cic.5. Verr.

¶ Cædere, Percutere. vt Cædere aliquem calcibus. Plaut. Pœn.9.

Ense. Ouid.3. de Ponto.2. elegia,

Aduena virgineo cæsus vt ense cadat.

Ferro. Lucret. lib.6.

Ferula. Horat.1. Serm.3. sat.

Frondem cædere. Plaut. Aulularia,

Frondem populneam, vlmeam, querneam cædito. Quo loco Turnebus, Ego, inquit, cædere frondē existimo esse eam colligere, quod quum faciebant, eam stringebant, & ferramento plerunque velut deradebant ex arbore. Hæc ille.

Marmor cædere. Papinianus in l. Diuortio. §. Si vir in fundo. D. Soluto matrimonio, Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorē fecerit, marmor quod cæsum, neque exportatum, est mariti: & impensa non est ei præstanda.

Cædere pugnis. Plaut. Curcul.4.

Cædere femur, pectus, frontem, mirè ad pullatum circulum facit. Quintil. lib.2. cap.12.

Mens conscia diri facti, cædit hominem verbere surdo. Vide SVRDVS.

Cædere ianuam saxis. Cic.3. Verr.

Cædere pluteum. Pers. sat.1,

Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

Saxis cædere populum. Horat.2. Serm.3. satyra,

Populum si cædere saxis Incipias.

¶ Cædere, pro excidere. vt Cædere arbores. Cic.2. de Diuin.

Falce comam cædere. Tibul. lib.1. eleg.7,

Hic viridem dura cædere falce comam.

Cædendus lapis aliquis, & asportandus. Cic.3. Verr.

Cædere montes. Plin. lib.36. cap.1.

Robora. Ouid.8. Metam.

Saginam. Plautus Mostellaria,

Este, effercite vos, saginam cædite. Frondem per translationem saginam appellat, quia illa saginabatur pecus. Turnebus.

Syluas. Cæsar 3. belli Gal. Reliquis deinceps diebus Cæsar syluas cædere instituit.

Vineta. Horat.1. Epist.1.

¶ Cædere, Occidere. Cic.3. Philip. Cædit greges armentorum, reliquúsque pecoris quodcunque nactus est.

Exercitus cæsus & fusus. Cic.14. Philipp.

¶ Cædere bidentes, Immolare, per metaphoram. Virgil.5. Æneid.

Hostias. Cic. pro Cluent.

Victimas. Liu.8. ab Vrbe.

¶ Cædere testibus, pro vrgere & premere. Cic. ad Quint. fratrem, lib.3, Quo quidem in iudicio odio premitur omnium generum, maximè testibus cæditur, accusatoribus frigidissimis vtitur. Hoc est testium multitudine conuincitur.

¶ Cædere, pro consumere. Lucil. lib.30,

Lana opus omne perit, squalor, tineæ omnia cædunt. Nonius.

Cæsus {κατακοπείς} Particip. à cædo. vt Cæsis copiis. Cic. ad Brutū, lib.10.

Cæsis victimis. Cic. ad Atticum, lib.1.8.

Cæsæ arbores. Plin. lib.16. cap.12.

Heliades cæsæ pectora. Ouid.2. Metam.

Inter cæsa & porrecta: Adagium. Cic. ad Atticum, lib.5. epist.18, Et multa imò omnia, quorum κράτιστον, nequid inter cæsa & porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac velut interuallum illud inter omittendum illud quod cœptum est, & incipiendum quod nouari oportet. Plura apud Erasmum in Chiliadibus. Paulus Manutius sic exponit: Inter cæsa & porrecta, In ipso articulo discessus mei, sumpta similitudine à sacrificiis, quū inter cæsa exta & porrecta sinistri quid accideret, ne litari posset, sed instaurari sacrificium necesse esset. Verebatur Cicero, ne quo tempore discessurus esset, eo tempore eiusmodi quid accideret, ne posset discedere.

Cæsura, cæsuræ, penult. prod. {τμῆσις} Incisura, cæsio. Plin. lib.15. cap.43, Maior ad firmitatem causa tempestiuæ cæsuræ. Lucret. lib.4,

-& generatim Extima membrorum circum cæsura coercet.

Alii legunt textura.

Cæsura, in oratione, à cædenda voce: quæ definitur, decora terminatio vocum in medio versuum notata: vt quando post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionē terminet. Cæsura est quæ penthemimeris dicitur: vt Arma, virúmque cano. Quum verò id post tres pedes fit, est cæsura hepthemimeris: vt Arma, virumq; cano, Troiæ. Hic enim versus vtranque cæsuram habet.

Cæsuratim, penult. prod. Aduerbium {κατὰ τμήματα} Succinctè, breuiter, per cæsuræ commata. Sidonius Claudiano, Tota de illo dicto sic cæsuratim succincta quàm profluens. Calepinus.

Cæsio, verbale {τμῆσις} pro cæsura. Columel. lib.4. cap.33. Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in palum formata ferè vsque in alteram cæsionem perennat.

Cæsim, Aduerbium {τμητικῶς} significat cædendo. Valla lib.6, Cæsim, per incisiones gladij. Liuius 7. belli Punici, Proiecto læua scuto in aduenientis arma hostis, vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem deiecit.

Cæsim ac punctim. Liu.2. bel. Pun. Hispano punctim magis, quàm cæsim assueto petere hostem.

Cæsim operari in vinea. Columel. lib.4. cap.25, Maior autem pars operis in vineam ductim potius, quàm cæsim facienda est. Et paulo post, Tutior igitur & vtilior putatio est quæ ductu falcis, non ictu conficitur.

Cæsim dicere. Cicero in Oratore, Membratim adhuc, deinde cæsim, Diximus. rursus membratim, Testes dare volumus. Paulo antè Cicero incisim dixerat. Quintilian. lib.9. cap.4. Vbicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæsimque dicemus. Id est, per cola & commata.

Cædes, cædis {φόνος, ἀνδροκτασία, σφαγή} Festus. Valla in Raudensem, Cædes mors non fatalis, sed ferro, aut ligno, aut saxo, similibúsque illata, præsertim occidere, aut ferire, aut percutere volentis. Inde dicimus aliquem commisisse cædem, & Milo de cæde accusatus est. Plinius lib.14. cap.13, Inuenimus inter exempla, Mecennij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, cúmque cædis à Romulo absolutum.

Occisio & cædes. Cic. pro Cecinna, Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit?

Amor cædis. Ouid.13. Metam.

Imago cædis. Ouid.8. Metamorphoseos,

-modo vulnera fratrum
Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago.

Auidissimus cædis. Ouid.1. Metam.

Instructus ad cædem. Vide INSTRVO.

Molitor cædis. Tacitus libro vndecimo, Et Appianæ cædis molitor Narcissus.

¶ Acerba cædes. Stat.6. Thebaid.

Acris. Ouid.11. Metamorphoseos,

-sed enim irreuocatus ab acri Cæde.

Cruenta. Lucan. lib.7.

Dira. Ouid.3. Metamorphoseos,

Exilium dira pœnam pro cæde luebat.

Fera. Seneca in Octauia,

Pulchrum eminere est inter illustres viros,
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere.

Ferales cædes. Claudian. de bello Gildon.

Furialis. Ouid.6. Metamorphoseos,

Sicut erat sparsis furiali cæde capillis Prosiluit.

Hostilis. Seneca in Herc. fur.11.

Impia. Horat.3. Carm. ode 24.

Indignissimæ cædes & maximæ. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Quum interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint.

Inexhausta. Stat.10. Thebaid.

Lethifera. Claudian.5. Paneg.

Manifesta. In MANIFESTVS.

Miserrima

Miserrima. Virg.11.Æneid.
Nefanda. Ouid.15.Metam.
Notabilior. Tacitus lib.19, Eò notabilior cędes fuit, quia filius patrem interfecit.
Patrata. Tacitus lib.4.
Profunda. Stat.10.Thebaid.
Sæua. Ouidius 7.Metam.
-sæuæque auidissima cædis.
Sanguinea. Ouid.13.Metam.
Vasta. Seneca in Troade, 6.
¶Accumulare cædem cæde. Lucret.lib.3.
Ardescere cæde. Ouid.11.Metam.
Conducere aliquem ad cædem faciendam. Cicero de Prou.Consl.
Committere cædem. Ouid.14.epist.
Deterrere cædibus. Horat. de Arte poetica.
Edere cædem. Liu.5.ab Vrbe Condita.
Efficere cædes. Cic. pro Milone, Magistratuum, priuatorúmque cædes effecerat.
Facere cædem. Cic. pro Milone, Quum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum vxore veheretur.
Facere cædes. Cicero in Bruto, Nam quum in sylua ita facta sua cædes esset.
Festinare cædes. Tacit.lib.14.
Furere cæde. Virg.2.Æneidos,
-vidi ipse furentem Cæde Neoptolemum.
Instaurare cædem. Vide INSTAVRO.
In cædes ire. Tacit.lib.13, Ibatúrque in cædes, &c.
Madefieri cæde. Ouid.15.Metam.
Madere cæde. Ouid.1.Metam.
Cæde occidi. Cic. pro Milone, Cædem qua P. Clodius occisus est, Senatum iudicasse contra Rempub. esse factam.
Ostentare cædem. Cicero ad Plancum, lib.4, Quod est difficile in eiusmodi bello, cuius exitus ex altera parte cædem ostentat, ex altera seruitutem.
Perimere cæde vna. Virg.9.Æneid.
Perpetrare cædem. In PERPETRO.
Quærere cædem. Cic. ad Cassium, lib.12.2, Cædem enim gladiator quærit.
Spectat res ad cædem. Cic. Att.lib.15, Mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam spectare videtur.
Sternere cæde viros. Virg.10.Æneid.
Suscitare cædem. Virg.12.Æneid.
Tepere à cæde. Ouid.4.Metam.
In cæde, atque ex cæde viuere. Cic. pro Sext. Roscio.
¶Cædes, pro sanguine. Ouid.4.Metamorphoseos,
Arborei fœtus aspergine cædis, in atram
Vertuntur faciem. Id est sanguinis aspersione.
Locus cæde recens. Virgil.5.Æneidos,
-tepidáque recentem Cæde locum. Id est tepido sanguine. Imitatione Græca factum est, apud quos φόνος, quod vocabulum cædem significat, sanguis quoque dicitur. Turnebus.

Cæduus, Adiectiuum {[illegible]} vt, Cædua sylua, quæ habetur in eum vsum, vt materia cædatur ex ea. Plin.lib.13.cap.4, Cæduæ palmarum syluæ. Colum.lib.3.cap.3.
Arbores cæduæ. Papinianus in l. Diuortio. §. Si fundum. D. Soluto matrimonio, Puto autem si arbores cæduæ fuerūt, vel gremiales, dici oportet in fructum cædere.
Sylua cædua, quæ dicatur, docet Paulus in l. Sylua cædua. D. de Verborum & rerum significatione, Sylua, inquit, cædua est (vt quidam putāt) quæ in hoc habetur vt cæderetur. Seruius eam esse quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur.
Cæduæ naturæ frutex. Plin.lib.12.cap.19, Siccitate gaudens, sterilior imbre, cæduæ naturæ. De frutice cinnamomi.
CAELIX, Vide CELYX.

C Æ L.

Cæl, pro Cælum dixit Ennius per apocopen. Ausonius in monosyllabis. Vnde Rudinus ait Diuûm domus altisonum Cæl. Vide Do, pro Domus.
Cælasis, Antiquum vocabulum, pro cælaueris. Festus.
Cælatura, Vide CAELO.
Cælebs, huius cælibis, penult.corr {ἄγαμος, ἤϊθεος} Dicitur tam qui caruit semper vxore, quàm qui nūc caret. Et inde Cælibatus. Hæc Valla lib.4. Cic.3.de Legibus, Cælibes esse prohibento.
Maritus & cælebs, contraria. Quintil.lib.5.cap.10.
Cælebs mulier. Plaut. Casina 6.
Cælebs arbor. Plin.lib.17. cap.23, Altera deflexa vite, vel palmite iuxta suam arborem, aut circa proximam cælibem.
Lectus. Catullus 63.
Platanus. Horat.2.Carm.ode 15. Cælibē vocat quòd vites ei, non vt vlmis, quasi matrimonio iungantur.
Cælebs sine palmite truncus. Ouid.14.Metamorph.
Cælebs vita. Ouidius, Quæ si non fuerat, cælebs te vita deceret.
¶Cælebs, pro viduo. Martial.lib.4.epigram.25.ad Pamphilum,
Diceris hac factus cælebs quater esse lagena.
Cælibem dictum existimant, quòd dignam cælo vitam agat. Fest.
Cælibatus, huius cælibatus, penult.prod. {ἀγαμία} Felix Capella in libro de Nuptiis Mercurij & Philologiæ, Placuit Mineruæ pellere cælibatum.
Cælibari hasta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris stetisset abiecti, occisique: vt quemadmodum illa coniuncta fuerit cum corpore gladiatoris, sic ipsa cum viro sit: vel quòd nuptiali iure imperio viri subiicitur nubens, quia hasta, summa armorum & imperij est. Quam ob causam viri fortes ea donantur, & captiui sub eadem veneunt, quos Græci δοριαλώτους καὶ δοριχτήτους vocant. Festus.
CAELESTINI, Vmbriæ populi in sexta regione Italię. Author. Plin. lib.3.cap.14.

Cælestis, Cælicola, Cælites, Vide CAELVM.
CAELESTVS, Africæ deus. Tertullianus in Apologetico, Vnicuique prouinciæ & ciuitati suus deus est, vt Syriæ Astartes, vt Arabiæ Disares, vt Norico Tibilenus, vt Africæ Cælestus Huius Cælesti meminit Vlpianus titulo 22. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani. Hunc Lactantius lib.1.cap.15. Vranum vocat.
Cælia, Potus genus ex frugibus cōfectum, cuius meminit Plin.lib.22. capite 25.
CAELICVLVM, Cæliculi, penultima correpta. Nomen loci, cuius meminit Cicero de Arusp.resp. L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum & sanctissimum Dianę sacellum in Cæliculo sustulisse?
CAELIMONTANVS, Vide CAELIVS.
CAELIVS, Orator, acri turbulentóque ingenio, discipulus Ciceronis, decessit admodum iuuenis. Proinde Quintil.lib.10.cap.1, eum dignū longiore vita & meliore mente dicit. Cicero de Claris Orat. Cęlius quandiu paruit authoritati meæ, talis Trib.pleb. fuit, vt nemo contra ciuium perditorum popularem turbulentamque dementiam à Senatu, & à bonorum causa steterit constantius. Tandem ab Atratino quodam accusatus, quòd cum Catilina conspirasset in perniciē Reipublicæ, quódque aurum à Clodia Clodij sorore extorsisset, eique venenum propinasset, defensus à Cicerone est elegantissima illa pro Cælio oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus.
Cælius Pontius, Prætor vrbanus, quum ei ius dicenti picus supra caput insedisset, & aruspices respondissent, dimissa aue, hostium victoriam fore: sed necata, Reipublicæ: moriturum tamen qui oppresserit, ipsum statim auem exanimauit. ex quo accidit vt ipse cum XL. aliis Cæliis interficeretur. Valerius hanc historiam paulo aliter narrat lib.5.cap.6. Sunt præterea qui hunc non Cælium, sed Ælium vocent.
T. Cælius, Tarracinæ splendido loco natus, quum in cubiculo quiescens, filiis altero cubantibus lecto, in lectulo peremptus esset: nec essent alij ad quos suspicio cædis peruenire posset: duo fratres causam dixere parricidij. postquam verò constitit eos inuentos esse dormientes aperto ostio, absoluti sunt, quoniam in tanto facinore verisimile non fuisset, eos quietem capere potuisse. Author Valerius lib.8.cap.1.
CAELIVS, Mons vrbis Romæ vnus ex septem, à Cælio Vibeno nobilissimo duce Tusco dictus, quòd Romulo aduersus Latinum regem in auxilium venerit. Hunc montem Tullus Hostilius vrbi addidit, ibíque ipse habitauit, quò frequentius coleretur, vt inquit Liuius. In eo habitauit Ennius poeta. ¶Fuit & Cælius nomē patris Saturni.
Cælimontanus, penult.prod. Adiectiuum {καιλιμοντανός} vt Cælimontana porta. Cicero in Pisonem, Quum ego Cælimontana porta introisse dixissem, &c.
Cælo, cælas {γλύφω, διαγλύφω} cælare, cum diphthongo, significat insculpere.
Cælare argento, & in argento. Cic. 1. de Diuinat. Hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias versibus. Virgilius 1.Æneidos,
-cælatáque in auro Fortia facta patrum.
Libidines in poculis cælare. Plin. in Proœmio libri 33.
Cælare æquora, flumina, bestias, & alia in vasis. Ouidius 2. Metamorphoseos.
Cælare argentum. Pomponius in l. Etsi non sunt claui. §. Quid ergo. D. de Auro & argento legato, Quid ergo si cœptum sit argentum fabricari, &c. Certe si iam erat factum, sed cælabatur, facti appellatione continebitur. An & cælari continebitur quod cælari cœpit? Et puto contineri, sicui fortè cælatum sit argentum legatum.
Inclaruit in auro cælando. Vide INCLARESCO.
Craterem cælare longo argumento. Ouid.13.Metam.
Cælatus scyphus manu artificis. Plin.lib.33.cap.11.
Pretio cælata vasa. Cic.2.de Nat.deor.
Cælare scuta auro. Liu.9.ab Vrbe.
Cælatum aurum & argentum, pro vasis aureis & argenteis cælatis. Cicero 5.Tuscul. Abacósque complures ornauit argento, auróque cælato.
Cælata tecta & laqueata. Cic.1.Tuscul.
Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. Cic.6.Verr.
Velamina cælata multa arte. Valer.5.Argonaut.
¶Opus cælare, metaphoricè, pro componere. Horat.2.epist.2,
Carmina compono, hic elegos, mirabile visu,
Cælatúmque nouem Musis opus. Vbi Porphyrio, Cælatum, variatum, & quasi pictum.
Cælatura, penult.prod. {γλυφή} Est quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit, inquit Quintil.lib.2.cap.21. Plin.lib.19.cap.4, Supérque pistrinarum operibus & cælaturis viuere.
Æstimatio cælaturæ: Paulus in l. Ex argento. D. de Condictione furtiua, Ex argento surrepto pocula facta condici posse Fulcinius ait: ergo in condictione poculorum etiam cælaturæ æstimatio fiet.
Cælatura altior rupit tenuem laminam. Quintil.lib.2.cap.4.
Cælator, penult.prod. verbale {γλύπτης} Plin.lib.34.cap.8, Argenti cælatores. Cic.6.Verr.
Cælator cælum desiderat, & pictor penicilla. Quintilianus lib. 2. capite 21.
Cælator curuus. Iuuenal.sat.10.
Cælamen, penult.prod. cælaminis, neut.gen. Idem quod cęlatura. Ouid. 13. Metamorphoseos,
-neque enim clypei cælamina nouit,
Oceanum & terras, cúmque alto sydera cælo, &c.
Cælon, Cærulei, quam Plinius arenam vocat, species, ad tingenda omnia vtile, præterquam ad fenestras. Hoc nonnullis Puteolanum vocatur. Ex Plin.lib.33.cap.vlt.
Cælum, cæli {ἐγκολαπτήρ, γλυπτήριον, γλυφεῖον} Instrumentum quo vtuntur argentarij, authore Seruio in primum Æneidos. Statius libro 4. Syluarum,

Hic tibi quæ dicto multum vigilata Myroni
Æra, laboriferi viuant quæ marmora cælo Praxitelis.

¶Cælum { κοῖλος } significat etiam mundum. Varro de Ling. Lat. lib. 4. Cælum dictum scribit Ælius Gallus, quòd est cęlatum: aut à contrario nomine, quòd apertū est. Et paulo pòst, Ego magis puto à chao cauum, & hinc cælum: quoniam vt dixi, hoc circum, supráq; quod complexu continet terram, cauum cęlum. Itaque dicit Andromacha. Noctique caua cæli signi tenentibus conficis bigis. Sipontinus, Cælum quod alio modo dicitur mundus: cuius circunflexu cuncta teguntur, quòd cælatum, hoc est signatum syderibus sit. Nam quòd Varro à cauo dictum existimat, nimis durum est. A Græco verò, hoc est ἀπὸ τοῦ κοίλου, quod significat concauum, deduci non est putandum: siquidem per œ scriberetur, quod nusquam animaduertimus. Plin. lib. 2. cap. 4, Equidem & consensu gentium moueor. nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum & nos à perfecta absolutáque elegantia, mundum. Cęlum quidem haud dubiè cælati argumento diximus, vt interpretatur M. Varro.

Cælum hoc quum sit neutrum, etiam masculinè veteres dixerunt: vt Ennius, Quem Cælus genuit. Item quoque, Cęlus profundus. Hæc Charisius lib. 1.

¶Cælum capitis. Plin. lib. 11. cap. 37, Hoc est viscerū excellissimum, proximúmque cælo capitis. De cerebro.

¶Cælum, Aer etiam dicitur. Virgil. 1. Georg. Et varium cęli prædiscere morem. Vbi Seruius, Cæli, Id est aeris. Cic. 1. Tuscul. Vt penetret cælum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terræ.

Cælum sine luna. Plin. lib. 14 cap. 21.

Cælo hoc ac spiritu carere. Cic. pro C. Rabirio, 10, Quem nō modò foro, sed etiam cælo hoc ac spiritu Cēsoriæ leges, atque vrbis domicilio carere voluerunt.

A terra ad cælum, Vide A præpositio.

Calamitosum cælo vectigal, ac loco. Cic. in 2. Agraria, At verò hoc agri Campani vectigal, &c. nec cælo ac loco calamitosum esse solet.

Grauis cælo ac terris, Id est diis & hominibus molestus. Seneca in Hippol. 2. De Cupidine.

Abrupta cæli. Stat. Thebaid. 3.
Aperta cæli. Lucret. lib. 6.
Ars cæli. Virg. 1. Æneid.
Aspiratio cæli. Cic. 1. de Diuinat.
Axis cæli. Virg. 6. Æneid. 158. Id est cælum. Intelligit autem per cælum diuinos honores, vt Seruio placet.
Bona cæli. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Deque tot ac tantis cæli, terréque, marísque
Posce bonis aliquid, nullam patieris repulsam.
Commercia cæli. Ouid. 3. Amorum,
Est deus in uobis, sunt & commercia cæli.
Conuersio cæli. Cic. de Somnio Scipionis.
Conuexa cæli: Id est conuexum cælum, hoc est curuatum. Virgil. 4. Æneid.
Cursus cæli. Cic. de Somnio Scipionis.
Decus cæli. Horat. in Carmine Seculari.
Extremum & vltimum mundi cęlum. Cic. 2. de Diuin. Inde ad cælum ipsum, quod extremum ac vltimum mundi est.
Faces noctiuagæ cæli. Lucret. lib. 5.
Fulmen cæli. Lucret. lib. 5.
Grauitas cæli. Cic. ad Atticum, lib. 11, Iam enim corpore vix sustineo grauitatem huius cæli.
Hiatus cæli à terris, Distantia quæ est inter cælum & terram. Lucretius lib. 4.
Honor cæli. Ouid. 1. Metam.
Humor cæli mobilis. Virg. 1. Georgicorum,
Verùm vbi tempestas, & cæli mobilis humor
Mutauere vias. Videtur nubes intelligere.
Inclinatio cæli. Vide INCLINO.
Lumen spirabile cæli. Virg. 3. Æneid. Spirabile, id est vitale, quo spiramus. Seruius.
Meatus cæli. Virg. 6. Æneid.
Menses cæli & sydera. Virg. 1. Georg. Id est duodecim signa, quibus menses cognoscimus. Seruius.
Meta cæli media. Virgil. 5. Æneidos,
Iámque ferè mediam cæli nox humida metam Contigerat.
Minæ cæli pelagíque. Virg. 6. Æneid.
Morbus cæli, Corruptus & pestilens aer. Virg. 3. Geor.
Mos cæli varius. Virg. 1. Georg.
Nubila cæli. Virgil. 4. Georg.
Olympus cæli: Id est cælum. & est pleonasmus, quum alterutrum sufficeret: aut olympus, aut cælum. Virg. 6. Æneid.
Palatia cæli. Ouid. 1. Metam.
Particulæ cæli. Cic. 1. de Orat.
Plaga cæli. Lucret. lib. 1. Plaga priore longa, id est percussio, & intelligit tonitrua.
Porta cæli. Virg. 3. Georg.
Prompta cæli. Lucret. lib. 6. Id est loca aperta, & auris exposita.
Rabies cæli marisque: id est tempestas sæuissima. Virg. 5. Æneid.
Regia cæli. Virg. 1. Georgic.
Regio cæli. Virgil. 2. Georgic.
Rex cæli. Virg. 4. Georg. Id est Iupiter. De apibus loquitur.
Ruina cæli. Virg. 1. Æneid. Fluctibus oppressos Troas cælíque ruina. Id est tonitribus, quorum sonus similis est ruinis. Seruius.
Spatium cæli. Virg. eclog. 3.
Spiritus cæli. Cic. 1. in Catil. Potéstne tibi huius vitæ hæc lux, Catilina, aut huius spiritus cæli esse iucundus? Id est aeris.
Stellantis regia cæli. Virg. 7. Æneid.
Sublima cæli, pro sublimum cælum. Lucret. lib. 1.
Tectum cæli, Cælum. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Tempestas cæli liquidissima. Lucret. lib. 4.
Templa cæli, pro Cælo ipso. Lucret. lib. 6.
Cæli cærula templa. Cic. 1. de Diuinat.
Tractus cæli. Virg. 3. Æneid.
Vertex cæli, Altissima cæli pars. Virgil. 2. Æneid.
Viæ cæli. Virgil. 2. Georg. Cæli vias intelligit, aut artes: aut certè circulos quibus sydera continentur. Seruius.

¶Altum cælum. Virg. 5. Æneidos,
-& cælo tandem miseratus ab alto est.
Apertum. Virg. 8. Æneid.
Austrinum. In AVSTER.
Bonum. In BONVS.
Calamitosum. In CALAMITOSVS.
Caliginosum. In CALIGO.
Captiuum. Ouid. 1. Metam. De gigantibus.
Coloratum. Ouid. 2. Amorum, eleg. 5.
Conuexum. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Ignea conuexi vis, & sine pondere cæli Emicuit.
Cælum crassum, & Tenue, contraria. Cic. de Fato.
Dubium. Virgil. 1. Georg. quòd nunc prospera, nunc aduersa ingerit. Seruius.
Eoum cælum, Regio cæli quæ ad Orientem vergit. Ouidius 4. Metamorphoseos,
-modò surgis Eoo
Temporius cælo, modò serius incidis vndis. De Sole.
Fulgentis imago cæli. Ouid. 2. Metam.
Gratissimus cælo amnis. Virg. 8. Æneid. De Tybri.
Illustre cælum, Clarum & serenum. Valer. 6. Argonaut.
Immensum. Ouid. 2. Metam.
Cælum immite & turbidum. Vide IMMITIS.
Italum, Italiæ regio. Horat. 2. Carm.
Liberum. In LIBER.
Cælo libero permittere. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Liquidum, id est purum. Ouid. 1. Metam.
Magni palatia cæli. Ouid. 1. Metam.
Nebulosum. Cic. 1. Tuscul.
Nigrius cælum pice. Ouid. epist. 17.
Niuale cælum. In NIX.
Obscurum. Virg. 3. Æneid.
Pacatum nitet cælum. Lucret. lib. 1. Id est serenum.
Cælum ex omni parte patens atque apertum intueri. Cicero 1. de Diuinat.
Pendens. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Membráque pendentis tendunt ad sydera cæli.
Piceum. Valer. 1. Argonaut. Id est nigrum & tenebrosum.
Placidum, Tranquillum. Silius lib. 12.
Prælati regia cæli. Lucan. lib. 1. Id est valde lati.
Prærupti vertex cæli. Valer. 2. Argonaut.
Profundum, id est sublime. Virgil. eclog. 4,
Terrásque, tractúsque maris, cælúmque profundum.
Purum. Cic. 1. de Diuinat.
Repurgatum. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.
Rotundum. Cic. 3. Offic.
Salubre. Cic. 1. de Diuinat.
Serenum. Virg. 1. Georg.
Stellans, Stellis fulgens. Lucret. lib. 4.
Stelliferum. Cicero de Somnio Scipionis, Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono.
Sublime. Ouid. 6. Fast.
Sydereum. Ouid. 10. Metam.
Tacito cælo labentia sydera. Virg. 3. Æneid.
Tacta de cælo quercus. Virg. eclog. 1. Id est afflata, & leuiter fulminata. Seruius.
Cælum tenue & purum, salubre. Cic. 1. de Diuinat. Sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue, purúmque & propterea salubre.
Non tractabile. Virgil. 4. Æneid. Id est cuius tempestati resistere nullo pacto possumus.
Turbidum. Vide paulo antè, Immite, &c.
Vacuum cælum, pro aere. Virg. 5. Æneid.
Varium, Id est variè depictum, variisq; ornatum syderibus. Ouid. 2. Metam.
Varians. Plinius libro 14. cap. 2.
Viride. Plin. lib. 17. cap. 10.

¶Accipere cęlo aliquem, id est in deorū concilium recipere. Virg. 1. Æneid. de Iulio Cæsare ad Venerem verba Iouis,
Hunc tu olim cælo spoliis Orientis onustum
Accipies secura.
Æquare cælo. Virgil. 4. Æneidos,
-æquatáque machina cælo.
Æquare cælum. Ouid. 11. Metam.
Allegere cælo. Seneca in Agamem. 9.
Arcem cæli annuere alicui. Virg. 1. Æneid.
Aperitur cælum. In APERIO.
Asserere aliquem cælo. In ASSERO.
Digito cælum attingere, Est vehementer laudari, & felicem esse: vel, vt vult Budęus, magnū esse virum. Cic. ad Atticum, lib. 2, Nostri autem principes digito se cælum putent attingere, si mulli barbati, &c. Vide ATTINGO.
In cælum attollere. In ATTOLLO.
Auferre cælum dicitur nox. Virgil. 3. Æneidos,
-& nox humida cælum Abstulit.
Beare cælo. Horat. 4. Carm. 8. ode, Cælo musa beat.
Ceciderunt cælo fulgura. Virg. 1. Georg.
Ciere cælum tonitru. Virg. 4. Æneid.

Circuntegit omnia cælum.Lucret.lib.1.
Condere cælum vmbra,dicitur Deus.Virg 6.Æneidos,
-vbi cælum condidit vmbra Iuppiter.
Contristare cælum pluuio frigore,dicitur Auster. Virgilius lib.3. Æneidos.
Conuertere cælos.Lucret.lib.2.
Corrumpere cælum. Vlpianus in l. Si cuius inde quæsitum. D.de Vsufruct.& quemadmodum quis vtatur & fruatur.Si tamen quæ instituit vsufructuarius, aut cælum corrumpant agri, &c. non videtur boni viri arbitratu frui.
Credere se cælo.Id est committere.Virg.6.Æneidos,
Præpetibus pennis ausus se credere cælo. quasi alienis sedibus. Seruius.
Decedere cælo dicitur vmbra.Virg.eclog.8.
Deducere Lunam cælo.Virg.eclog.8.
Delapsus cælo.Virg.5.Æneid.
Nimbos demittere cælo.Ouid.1.Metam.
Imbres cælo demittere.Ouid.1.Metam.
Meatus cæli radio describere.Virg.6.Æneid.
Detrahere de cælo. Cic. 2. Philippica, Collegam quidem de cælo detraxisti. Id est ex magna gloria deturbasti,inquit Budæus.
Honore cæli dignari aliquem.Ouid.1.Metam.
Discedere cælum dicitur.Cic.1.de Diuin.Et deorum simulacra sudauisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum. Hoc est scissum fuisse & apertum,& velut hiatum fecisse.
Dare sonitum cælo.Virg.2.Georg.
Ducere de cælo animam.Cic.pro Sex.Rosc Amer. Ita viuût dum possunt,vt ducere animam de cælo non queant.
Educere molem cælo, Id est vsque ad cælum. Virg.l.2.Æneid. De equo Troiano.
Ad cælum efferre aliquem rumore.Horat.1.epist.10.
It clamor cælo,In cælum.Virg.5.Æneid.
Eripiunt cælum nubes,Id est lucem.Virg.1.Æneid.
Exæquare cælo aliquem.Lucret.lib.1.
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos, Id est excreuit altissimé. Virg.2.Georg.
In cælum ferre,pro Valde laudare,& quod Virg dicit,Fama super æthera ferre,& notum facere.Cic.ad Att.lib.4.85,Nosti genus dialogorum meorum,vt in oratoriis,quos tu in cælum fers,&c.
Per cælum ferri.Virg.1.Georg.
Finditur cælum aratro. Ouid.1.Trist.eleg.7. Prouerbialis est poetarum locutio de rebus non verisimilibus,aut quæ fieri nequeunt.
De cælo aeris crassitudo. Cic.1.de Diuinat. Quódq; propter aeris crassitudinem de cælo apud eos multa fiebant.
Fugere cælum:id est lucem.Virg 3.Georg.
Immissa cælo sydera.Virg.2.Georg.Cælo,datiuus,in cælum.
Implere cælum questibus.Virg.9.Æneid.
Inficere cælum Iris dicitur: id est pingere & colorare. Ouidius 6. Metamorphoseos,
Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus,
Inficere ingenti longum curuamine cælum.
Inuadere cælum,pro adire cælum,quasi vadere in cælum. Seneca in Hercule OEth.1. De animalibus in sydera mutatis.
Irrigat cælum candore Sol.Lucret.lib.5.
Labuntur cælo stellæ.Virg.1.Georg.
Ludunt examina cælo.Virg.4.Georg. De apibus.
Minari in cælum, pro eminere ad cælum vsque. Virgilius libro 1. Æneidos, -geminíque minantur In cælum scopuli. Seruius.
Miscere cælum terrámque.Virg.1.Æneid.
Miscere cælum terris.Iuuenal.sat.2.
Miscere cælo maria.Virg.5.Æneidos,
-maria omnia cælo
Miscuit, Æolus ne quicquam freta procellis. Id est mare vsque ad cælum fluctibus extulit.
Miscetur murmure cælum.Virg.4.Æn. Periphrasis est tonitrus.
Mutare cælum.Horat.1.epist.11,
Cælum,non animum mutant qui trans mare currunt.
Negatur cælum mihi.Seneca in Hercule OEth.1.
Morem cæli varium prædiscere.Virg.1.Georg. Hoc est vt Seruius exponit, Debes cæli,id est aeris qualitatem nosse,vtrum pluuiis gaudeat,an tepore,vel frigore.
Patet tibi cælum:id est in cælum admitteris.Ouid.6.Fast.
Penetrare in cælum.In PENETRO.
Petere cælum stultitia.Horat.1.Carm.ode 3.
Potens cælo Ereboque.Virg.6.Æneid.Sic vocat Hecaten.
Recludit cælum æstiua luce.De Sole inquit Virg.4.Georg.
Rigare cælum Sol dicitur,quasi flammis cælum conspergere. Lucretius lib.4.
Serenare cælum.De Ioue dicitur.Virg.1.Æneid.
Seruare de cælo.In SERVO.
Soluere cælum in tartara.Virg.12.Æneidos,
-si tellurem effundat in vndas
Diluuio miscens,cælúmve in tartara soluat.
Spectare cælum.Ouid.10.Metam.
Sperare cælum.Honores cælestes.Virg.4.Georgicorum,
-quid me cælum sperare iubebas?
Subtrahere cælum dicitur.Ouid.2.Amor.5.eleg.
Succedere cælo,Subire cælum.Virg.4.Georg.
In cælo esse, pro gloriari, & ex aliorum laudibus aut præconiis ac beneficiis maximam sibi comparare gloriam.Cic.Att.lib.2.34,Bibulus in cælo est,nec quare scio: sed ita laudatur quasi vnus homo nobis cunctando restituit rem.
Suspicere cælum.Virg.1.Georgicorum,
-aut bucula cælum
Suspiciens,patulis captauit naribus auras.
Sustollere manus ad cælum.Horat.2.Serm.sat.5.
Tendere ad cælum lumina,Suspicere in cælum.Virg.2.Æneid.
Tendere cælo palmas,Ad cælum.Virg.2.Æneid.
Tenere cælum,pro esse in cælo.Ouid.lib.2.Metamorphoseos,
-pro me tenet altera cælum.
Porta tonat cæli. Virg.2.Georg. Porta cæli,id est aer nubibus plenus,per quem iter in cælum est.
Torquere cælum apud poetas solius est Iouis.Virg.4.Æneidos,
Cælû & terras qui numine torquet. Torquet,id est regit,sustinet. Seruius. Dicitur & de Atlante, à quo fabulantur poetæ cælum sustineri.Virg.6.Æneid.
Vertitur cælum.Virg.2.Æneidos,
Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. Vertitur,id est in aliam faciem commutatur. Aliàs enim hoc epitheton cæli perpetuum est. Idcóque subiungit,Ruit Oceano nox. Hæc ferè Seruius.
Medio cæli volat.Virg.4.Æneidos.
Teste cælo viuere, Id est in aperto, ita vt nihil clàm esse velis eorum quæ agas.Seneca in Hippol.4.
Cælestis, & hoc cæleste { οὐράνιος } Quod ex cælo est. vt Cælestis arcus. Plin.lib.11.cap.24.
Cælestia auguria vocant,quum fulminat,aut tonat. Ex Festo.
Animi cælestes.Virg.lib.1.Æneidos,
Tantæne animis cælestibus iræ? Id est diis superis. Seruius.
Aquæ. Liu.lib.4.ab Vrbe, Siccitate eo anno plurimùm laboratum est:nec cælestes modò defuerunt aquæ: sed terra quoque ingenito humore egens.
Aula.Ouid.1.Fast.
Cælestes dij.Liuius 1.ab Vrbe.
Dona.Virg.lib.4.Georg.
Flammæ.Lucret.lib.5.
Cælestis fulminis ignis.Lucret.lib.2.
Cælestis ira, pro Dei ira.Liuius lib.2.ab Vrbe. Seneca in Hercule OEth.4.
Cælestes illæ diuinæque legiones.Cic.Philip.5.
Mens,Diuina.Ouid.1.Fast.
Monitis cælestibus aliquid agere, id est diuorum iussu. Ouid. 14. Metamorph.de Vlysse, -monitísque simul cælestibus intrat
Ille domum Circes.
Nectar.Ouid.4 Metamorph.
Origo.Virg 6.Æneid.
Cælestis ortus.Quintil.lib.3.cap.7.
Os cæleste.Paterculus lib.2, Tullius fulgentissimo & cælesti ore lacerabat Antonium.
Pabula cælestia.Ouid.4.Metam. Sic ambrosiam vocat,pabulum equorum Solis.
Plagæ cælestes,Regio cælestis.Ouid.12.Metam.
Prodigia cælestia,E cælo nata,aut cælestium ira. Virg.6.Æneid.
Regnum.Ouid.1.Metam.
Religiones.Tacit.lib.1,Cæterû sepultura more perfecta,templum & cælestes religiones decernuntur.
Sapientia.Horatius 1.epistol.3. Quæ à cælestibus originem duxit.
Semine cælesti oriundus.Lucret.lib.2.
Solum cæleste.Ouid.1.Metam.
Stirpe cælesti creatus.Ouid.1.Metam.
Vir cælestis.Ouid.1.Trist.eleg.3.Sic vocat Augustum.
Cælestem in dicendo virum vocat Ciceronem Quintilianus,libro 10.cap.1.
Vis cælestis.Cic.2.de Diuinat.Vt si iam comedamus aliquid, vim cælestem ad eos qui in terra gignuntur pertinere, confitendum sit illis,&c.
¶Inuisus cælestibus Quem superi oderunt.Virg.1.Æneid.
Mater cælestûm,Cybele mater deorum.Ouid.4.Fast.
Munus cælestûm:Id est deorum.Cælestum,pro cælestium.Statius lib.1.Sylu.
Templa cælestûm.Lucret.lib.6.
Voluntas cælestium. Cic. 4. Philipp. Si enim tantus consensus omnium sine impulsu deorum esse nô potuit,quid est quòd de voluntate cælestium dubitare possumus?
¶Iniquos cælestes facere:Id est iratos reddere.Ouid.epist.8.
Colere cælestes.Cic.2.de Legibus, Diuos,& eos qui cælestes semper habiti,colunto.
¶Tentare cælestia: Id est aggredi res honore cælesti & immortalitate dignas.Horat.1.epist.18.
¶Cæleste, Ablatiuus.Ouid.epist.15,Hoc mihi (nam recolo) fore vt à cæleste sagitta Figar,erat verax vaticinata soror.
¶Cælestissimus, Superlatiuum,penult. corr. vnde Cælestissimum os M.Tullij Ciceronis,apud Paterculum lib.2. Paulo antè idem Ciceronis os vocauerat fulgentissimum & cæleste. Os,intelligo eloquentiam. Rursus lib.codê,Protinus ab adoptione missus cum eo Præfectus equitum in Germaniam successor officij patris mei, cælestissimorum eius operum per annos continuos nouem spectator, & pro captu mediocritatis meæ adiutor fui.
Cælicola,penultima correpta, com.gen. { οὐρανίων } Habitator cæli. Virgilius 2.Æneidos,
Me si cælicolæ voluissent ducere vitam.
Omnes cælicolæ,omnes supera astra tenentes.Virg.6.Æneid.
Genitrix cælicolûm,pro Cælicolarum,Cybele. Silius lib.17.
Maxima cælicolûm Iuno.Catull.63.
Rex cælicolûm,Iuppiter.Virg.3.Æneid.
Cælifer,penult.corr.dicitur Atlas,quem poetæ fingunt cælum sustinere. Virgilius 6.Æneidos,
-vbi cælifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.
Manus cælifera.De Hercule.Seneca in Herc.furente 7.
Cælites,cælitum,penult.corr. { οὐράνιοι } Qui cælum habitant. Ennius apud Cic.2.de Diuinat.Ego Deûm genus esse semper dixi, & dicam cælitum.

Creator cælitum. epitheton Iouis. Seneca in Hippol. 8.
Gratiam reddere cælitibus. Tibul. lib. 2. eleg. 1.
¶ Cælite, singulari numero, casu auferendi, legitur apud Ouidium 4. de Ponto, eleg. 6,
Quale tamen potui de cælite Brute recenti
Vestra procul positus carmen in ora dedi. Cælitem vocat Augustum.
¶ Regnis cælitibus pulsus. Id est cælestibus. Ouid. 1. Fast. Huius nominatiuus Cælitis esset, si vsquam inueniretur.
Cælitus, penul. cor. aduerbium, Significat è cælo: sicut Diuinitus, à Deo. Hieronymus, Tandem cœlitus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit.

C Æ M

Cæmentum {χάλιξ} Budæus. Sunt alterius generis lapides rudes & informes, quæ cæmenta vocantur, quibus ad farcturas operum vtuntur inter pilares vel quadratas eductiones, quas artifices *gambas* appellant. Vtuntur & his lapidibus ad parietes villaticos extruendos. Hoc genus structuræ incertum est, & sine venustate, quasi lapide temerè inuento constructum. Hactenus Budæus. Liu. 1. bel. Pun. Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erãt, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere.
Cæmentum, Opus ipsum constructum cæmentis. Plin. lib. 36. cap. 22, E reliquis pallidus, in cæmento rarò vtilis.
Cæmentum molle. Vitruuius lib. 2. Vide ORDINARIVS.
¶ Cæmenta, Materia qua fit ædificium. Vlp. in l. Redemptores. D. De rei vendicat. Redemptores qui suis cæmentis ædificant, statim cæmenta faciunt eorum, in quorum solo ædificant. *Qui fournissent de matiere.*
¶ Cæmenta, fœminino genere. Ennius, Labat, labuntur saxa, cæmenta cadit. Nonius.
Cæmentarij {λιθουργοί} Dicuntur cæmentorum, hoc est ædificiorum quæ ex lapidibus sunt, structores, quos Fabros murarios appellant.
Cæmentitius, Adiectiuum {χαλικώδης} Quod cæmẽto constructum est. Vitruuius lib. 2. cap. 8, Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis, altitudines extructæ.
Cæmentitia fundamẽta Iabolenus in l. Qui domum D. Locati Is vicinus quum ædificaret in suo, terrã in eam aream, amplius quam fundamenta cæmentitia locatoris erant, congessit, &c.
Cæmentitius riuus. Vlpianus in l. Seruius. D. de Riuis. Seruius & Labeo scribũt, si riuum, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cæmentitium velit facere: audiendum esse.

C Æ N

CAENE {Καινή} Vrbs circa finum Laconiæ, Tænaron antè vocata. Hinc Cænites portus apud Plin. lib. 4. cap. 5. Et Cæneus dictus est Iupiter ab Ouidio.
CAENE Parua quædam insula in mari Siculo, in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite, Plinio scribitur lib. 3. cap. 8.
CAENEVM, Promontorium est Eubœæ ad Septentrionem, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.
CAENEVS, duarum syllabarum {Καινεύς} Vide CAENIS.
CAENICA, Thraciæ regio. Plinio authore libro 4. cap. 11, Intus Byzia arx regum Thraciæ, à Terei nefasto crimine inuisa arundinibus: regio Cænica, colonia Flauiopolis. &c.
CAENITES, penult. prod. Achaiæ portus est, sinus Saronicus, olim querno nemore redimitus, vt author est Plin. lib. 4. cap. 5.
CAENIS. Italiæ promontorium est, quod aduersum habet & oppositum Pelorum in Sicilia XII. stadiorum interuallo. Author Plin. lib. 3. capite 6.
CAENIS {Καινίς} Elathei Lapithæ fuit filia, quæ à Neptuno compressa hoc præmij petiit, vt in virum mutaretur: quòd adeò non ægrè à deo impetrauit, vt etiam inuulnerabilem esse voluerit, vocatáque fuit Cæneus. Tandem in tumultu Lapitharum contra Centauros, quum ferro occidi non posset, arborum congesto aggere oppressa & suffocata, Neptuni beneficio in auem mutata est. Fabulam habet Ouidius lib. 12. Metam. Virg. lib. 6. Æneidos,
-& iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.
Cæni, vocandi casus à nominatiuo Cænis. Ouidius 12. Metamorphoseos, Et te Cæni feram?
CAENOTROPAE {Οἰνότροποι} Dictæ sunt Anij & Doripes filiæ Oeno, Spermo, & Elais, quasi in nouas formas omnia vertentes, eo quòd id illis impertiuerat Dionysius, vt quicquid tangerent, in triticum statim verteretur, & vinum, ac oleum. Cæterùm quis fuerit hic Anius, vide suo loco, & Cæl. lib. antiq. lect. 7. cap. 15.

C Æ P

Cæpa canina, Herba eadem cum Pelecino. Vide PELECINVS.
Cæpe, Vide CEPE.
Cæpi {ἤρξα} Præteritum à capio, capis. Scribitur & sine diphthongo. Vide CAPIO.
CAEPIO, Vide CEPIO.

C Æ R

Cæra, ceræ, Vide CERA.
CAERE, n. g. {Καιρέα, Strabo. Καῖρε, Stephano in Ἀγύλλα, Καιρή} Indeclinabile, vt apud Liuium 5. ab Vrbe: vel Cæres, Cæritis, penultima correpta, apud Virgilium: oppidum fuit Tusciæ, non longè à Tarquinijs, quondam Agylla nominabatur: quæ à Pelasgis è Thessalia profectis cõdita fertur. Testis Plin. lib. 3. cap. 5. Liuius Decad. 1. lib. 5, L. Albinus virgines sacrásq; in plaustrum imposuit: & Cære, quò iter sacerdotibus erat, peruexit. Virg. 8. Æn. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem Religione patrũ latè sacer. Verùm tã splendida, támque gloriosa quondam ciuitas, vixdum hac ætate vrbis vestigia seruat. Vicina sanè magis fulgent balnea, quæ vulgò Ceretana vocantur, propter eos qui ad ea curandæ valetudinis gratia proficiscuntur. Hæc ex Strabonis lib. 5. Dictum est autẽ Cære, quòd quum Galli illam vrbem oppugnarent, missique fuissent à principe exercitus quidam milites, qui nomen vrbis ex primo quoque incola sciscitarentur: isque qui factus illis esset obuiam, nõ intelligens quod quærerent, optata illis felicitate vt solent salutantes, dixisset Græcam vocem χαῖρε, statim occurrentes Galli respõderunt tale vrbi esse nomen. Valerius Max. Historia tamen paulo aliter narratur à Seruio in lib. 8. Æneid. Vide Agylla. Dicitur & Cærete, Cæretis, neut. gener. penult. prod. pro eodem. Virgil. 10. Æneid. Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in aruis. Ac si diceret, Qui sunt domo Carthagine. Seruius. Valerius Maximus lib. 1. cap. 1, Virgines & sacra imposita Cærete oppidum peruexit.
Cæretanus amnis, ad Cære vrbem, authore Plin. lib. 3. cap. 5.
Cærites {Καιρετανοί Strabo.} Qui ex oppido Cære erant. Gel. lib. 16. cap. 13, Primos autem municipes sine suffragij iure, Cærites esse factos accepimus: concessúmq; illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamẽ atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis, custoditisq;. Hinc tabulæ Cærites appellatæ versa vice, in quas CENSS. referri iubebãt quos notæ causa suffragiis priuabant. Liu. 1. Decad. lib. 7. Cæritem populum Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat.
Cærefolium, Herba est, quam Pæderota Græci vocant, cuius meminit Plin. lib. 19. cap. 8.
Cæremonia, cæremoniæ {θρησκεία} & Cæremoniæ, cæremoniarum, dicuntur ritus sacri. Festus, Cæremoniarum causam alij ab oppido Cære dictam existimant: alij à caritate dictam iudicant. Liuius lib. 5. ab Vrbe, de L. Albino quodam de plebe Romana homine loquitur, qui virgines, sacráque Cære plaustro peruexit: vnde quidam cæremonias dictas existimant. Sabinus apud Gell. lib. 4. cap. 9, à carendo deducit. Cic. 1. Tusc. Tum è pontificio iure, & cæremoniis sepulcrorum intelligi licet.
Promptus animus ad capessendas cæremonias. Tacit. lib. 4.
Scientiæ cæremoniarumque vetus. Tacit. lib. 5.
Cæremoniæ religionésque in deos. Cic. 1. de Legibus, Totúque huius iuris compositio pontificalis, magnam religionem, cæremoniámque declarat.
Cæremoniæ denariæ & tricenariæ dicebantur, quibus sacra adituris, decem continuis rebus, vel triginta certis quibusdam rebus carendum erat. Festus.
¶ Afferre cæremoniam. Cic. de Inuent.
Facere ludos maxima cum cæremonia. Cic. 7. in Verrem.
Polluere cæremoniam. Tacit. lib. 14, Videbatur potius sacros & cæremoniam loci corpore toto polluisse.
¶ Cæremoniam legationis, quasi sanctitatem & religionem, Cic. Metaphoricè dixit, de mandati iudicio loquens, pro Rosc. Amerino, Qui nõ negligentia priuatum aliquod commodum læserit, sed perfidia legationis ipsius, cæremoniam polluerit, maculáque affecerit. Budæus.
Cæres, cæritis. In CAERE.
Cæretanus amnis. In CAERE.
Cærete, cæretis. In CAERE.
CAERETVM, Vide CERETI.
Cærica {καιρικαί} A Græcis horæ dicebantur, quas Latini temporales seu vulgares nominant. Horarum siquidè duo genera fuere: namque ex his quædam æquinoctiales, ἰσημεριναὶ dictæ, quæ pro quauis temporum, licet vniformes essent, diem à noctu dissimili numero narunt: aliæ Cæricæ, seu temporales, quibus singuli dies æstu parua atque hyeme, duodenis horis continentur. Solaria enim antiqui eo libramento habuere distincta, vt sexta diei hora, meridies: noctis quoque sexta hora, media nox designaretur. Alexand. ab *Alexand.* lib. 4. cap. 20.
Cærinthe, Vide CERINTHE.
Cæroma, Vide CEROMA.
Cæruleum, Arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metallis nascitur, pictorum vsui: cuius tria sunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.
Cæruleus {γλαυκός, κυάνεος} Adiectiuũ, quasi cæluleus, vnde cæruleum mare à cæli colore nominatum est. Dicitur etiam cumatilis color, quod Græci κύματα fluctus vocant. Propertius,
Cæruleus cucumis, tumidóque cucurbita ventre.
Angues cærulei. Virg. 4. Georg.
Aqua. Ouid. 8. Metam.
Bacca. Plin. lib. 15. cap. 30.
Cærulei Britanni. Martial. lib. 11. epig. 54,
Claudia cæruleis quum sit Rufina Britannis Edita. &c.
Color. Virg. 1. Georg.
Cæruleus color, & aquæ marinæ non idem est, vt patet ex Celso lib. 7, Vbi de suffusione loquitur. Budæus.
Dei cærulei. Ouid. 1. Metam.
Draco cæruleus. Ouid. 12. Metam.
Fratrem cæruleum Iouis, Neptunum vocat Ouidius 1. Metamorphoseos.
Nec cælo contenta suo est Iouis ira, sed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Glacies cærulea. Virg. 1. Georg.
Guttæ cæruleæ, Notæ siue maculæ. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Duratæque cuti squamas increscere sentit,
Nigráque cæruleis variari corpora guttis.
Mare. Seneca in Hippol. 12.
Mors. Ouidius ad Liuiam.
Nauis. Virg. 5. Æneid. Vbi Seruius, Cærulea, aut nigra, aut alta carina.
Cæruleæ notæ. Virg. 5. Æneidos,
Cæruleæ cui terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor. Vbi Seruius, Cæruleæ notæ, & fulgor auro variatus incendebat. Id est illustrabat.
Nubes. Cic. in Arato,
Ipséque cærulea contectus nube feretur.

Cærule-

Cærulei oculi Neptuni. Cic. 1. de Nat. deor.

Cærulea pistrix. Cic. in Arato,

Cærulæque feram caudam pistricis.

Pontus cæruleus. Virgil. 3. Æneid.

Pubes cærulea Germaniæ. Horat. Epod. 16. Cæruleam vocari dicunt interpretes, ob cæruleum oculorũ colorem, omnibus ferè Germanis communem. Bonfinis de glasto intelligi mauult. Vide ipsius in Horatium annotationes.

Serpens cæruleus. Ouid. 3. Metam.

¶Cæruleus, pro atro. Sic enim Turnebus in illud Virg. 5. Æneidos, Olli cæruleus supra caput adstitit imber. hic crediderim, inquit, cæruleum Græcorum more pro atro poni. ἢ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων. id est cæruleis superciliis, quod valet nigris, consensu Græcorum grammaticorum: sic, -cærulea subuectat corpora cymba, interpretor, atra & nigra. Hæc ille.

¶Cæruleus Tybris, pro alto siue profundo. Virgil. 8. Æn. Ita enim natura comparatum est, vt quæ aqua pauca est & maximè fluens, albescat magis: quæ autem alta & profunda ac tranquilla, magis ad glaucum & cæruleum colorem transeat, qui ex densitate albi ac nigri fieri solet & veluti multa reuerberatione lucida coloris albi.

Vittæ cæruleæ. Virg. 3. Æneid.

¶Cæruleatus & nudus, capútque redimitus arundine, genibus innixus Glaucum saltasset. Paterculus lib. 2. De Planco loquitur.

Cærulus, pen. corr. Adiectiuum {κυανοῦς} Idem quod Cæruleus. Catul.

Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.

Ore cærulus, Cæruleum habens os. Ouid. 15. Metam.

Amnis cærulus. Stat. lib. 1. Sylu. 5.

Astra. Cic. in Arato.

Colla. Virg. 2. Æneid. de Angue loquitur.

Coma. Ouid. 11. Metam. de Tmolo monte.

Ficus baccis cærula. Ouid. 10. Metamorph.

Forma cærula maris. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11.

Freta. Virg. 10. Æn. Grex cærulus Nereidum. Senec. in Hipp. 3.

Lacus cærulus. Claudian. epigram. 5.

Nota cærula. Seneca in Hippol. 10.

Olearum cærula plaga. Lucret. lib. 5. Plagam priore breui, regionem quandam, aut tractum oleis insitum intelligit quarum fructus cæruleo sunt colore.

Ad cæli cærula templa. Cic. 1. de Diuinat.

¶Spumabant cærula, apud Virg. 8. Æneidos,

Hæc inter tumidi latè maris ibat imago

Aurea: sed fluctu spumabant cærula cano. Cærula, id est maria. Seruius.

Verrunt cærula, apud Virg. 3. Æneidos,

Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt. Subaudiendum freta, aut huiusmodi aliud.

C Æ S

Cæsa, cæsæ, Gallicum telum Varr. Qui gladiis cincti sine scutis, cum binis cæsis essent. Hæc & Gallorum lingua, gæsa dicuntur. Vnde & viros fortes Galli gæsos vocant. Virg. 8. Æneidos,

-alpina coruscant Gæsa manu. Id est hastas viriles. Seruius. Alij tamen sine diphthongo scribunt Gesa.

CAESAR, quod est cognomen Iuliorum, à cæsarie dictus est, qui scilicet cum cæsarie natus est. Festus.

Cæsar {καῖσαρ} Cæsarum familia Iuliis adscita est, qui ex Iulo Ascanio descenderũt, authore Virg. lib. Æneid. 6, Iulius, à magno demissum nomen Iülo. Cæsar autem à cæso matris vtero, quos auspicatius dicit Plin. lib. 7. cap. 9, nasci, quàm eos qui in pedes nascuntur. eâque de causa Scipionem Africanum maiorem, Cæsarem cognominatum esse. In hunc enim sensum verba Plinij exposuit Solinus, cap. 4. Rursus, ait, necatis matribus ortus est auspicatior: sicut Scipio Africanus prior, qui defuncta matre, quòd excisus vtero in diem venerat, primus Romanorum Cæsar dictus est. Hactenus ille. Atqui Solino contradicunt historiæ. ante enim bellum Samniticum, Claudius quidam Cæsar appellabatur: idq; in tabula quadam antiquissima hodie ostenditur Romæ, his verbis, Cæsar Claudius C. F. Ap. N. Cæcus. C. Plautius, C. F. C. N. qui in hoc DXXV honore Venox appellatus est. De hac tabula marmorea primus Hermolaũ admonuit Pomponius Lætus. Proinde contendunt multi Plinium à Solino perperam intellectum. Eius verba sunt, Auspicatius enecta parente gignuntur: sicut Scipio Africanus prior, natus. primúsque Cæsarum, à cæso matris vtero dictus. Quorum verborum sensus est: sicut Scipio Africanus prior, natus. subaudi, est enecta parente. Deinde quod mox sequitur, primúsq; Cæsarum, &c. non refertur ad Scipionẽ, nec Scipionem innuit Cæsarem esse nominatũ à cæso matris vtero: sed illũ qui primus dictus est Cæsar, hoc cognomẽto fuisse insignitum, ob vterũ matris cæsum. Spartianus verò & item Seruius grammaticus dicũt vocatum primum hoc nomine Cæsaris auum, qui in Aphrica elephantum interfecit, qui Cæsar dicitur Pœnorum lingua. Certè Iulius Cæsar, à quo familia Cæsarum postea propagata est, non est natus cæso vtero materno, qui matrem Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret: cuius etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam quæ à saltu Pyrenæo Alpibusque & monte Gebenna fluminibúsque Rhodano & Rheno continentur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Hic Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatísque pecunias & obsides imperauit: In Italia, Picenum, Vmbriam, Hetruriam occupauit. Appellatis de Repub. patribus, validissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, & L. Affranio, & M. Var. in Hispania erant, inuasit. In Macedonia deuicit Pompeium cum Ptolemæo rege. In Ponto deuicit Mithridatem. In Aphrica deuicit Scipionem & Iubam. In Hispania liberos Põpeij. Triumphauit quinquies, primum de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, de Aphrica, & de Hispania. liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos

triumphos, de quibus Suetonius.

Cæsares, plurale. Ouid. 1. Trist. eleg. 2, -pro quo

Cæsare thura pia, Cæsaribúsque dedi.

Altus Cæsar, Insignis, excellens. Horat. 4. Carm. ode 4.

Custos rerum Cæsar. Horat. 4. Carm. 15.

Egregij Cæsaris laudes. Horat. 1. Carm. 6.

Inuicti Cæsaris res, id est gesta. Horat. 1. Serm. satyr. 1.

Principe Cæsare. Id est regnante Cæsare. Horat. 1. Carm. ode 22.

Magnus Cæsar. Virgil. 4. Georg.

Maximus Cæsar. Virgil. 2. Georg.

Cæsares item duo fratres: Dictatoris pater & patruus, eodem ferè tempore nullis euidentibus causis extincti: alter pater Pisis dum calciaretur, matutino moritur: alter Romæ. Plin. lib. 7. cap. 53. Cæsares alij duo, C. & L. Ex iis Caius poeta tragicus fuit & orator, vt testatur Pædianus, frater vterinus Catulli oratoris, vterque in lib. 2. de Orat. à Cicerone introducitur. Cic. etiam in Bruto, C. Cæsaris meminit his verbis, C. Iulius L. F. & superioribus, & æqualibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemẽs, sed nemo vnquam vrbanitate, nemo lepôre, nemo suauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes: ex quibus, sicut ex eiusdem tragœdiis, lenitas eius sine neruis perspici potest. Hactenus Cicero. Lucius verò & Consul, & Prætor fuit: ambo Syllam sequuti, iussu Marij interfecti sunt: quo tempore M. item Antonius orator, Crassi æqualis, vt ait Pædianus. Lucius Cæsar alter, M. Antonij Triumuiri auúculus, Pompeianarum partium, missúsque ab vtraque parte quandoque orator de pace. Postremò inter proscriptos ab Octauio interfectus fuit, in cuius locum obtinuit M. Antonius, vt Cicero Octauij amicus proscriberetur. Author Plutarchus. Fuit præter hos Cæsar Vopiscus, qui (vt ait Varro de Re rustica libro 1. capite 7. ad finem) quum causam ageret apud Censores, dixit campos Roseæ in Reatino sumen esse Italiæ.

Cæsareus, adiectiuum {καισάρειος} vt, Domus Cæsarea. Ouid. 1. Trist. elegia 1.

Numen Cæsareum. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.

Vultus Cæsarei, vultus Cæsaris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.

Cæsarianus, pen. prod. aliud adiectiuum {καισαριανός} vt, Cæsariana celeritas. Cic. Attico, lib. 16. 335, Facilè me ille esset assequutus: aiũt enim eum Cæsariana vti celeritate.

Cæsarensis {καισαρησιανός} vt, Mauritania Cæsarensis, μαυριτανία ἡ καισαρησία Ptolem.

CAESARAVGVSTANI, Populi vocãtur in Cilicia, qui antea Anazarbeni dicebantur. Author Plin. lib. 5. cap. 27.

CAESARAVGVSTA {καισάρεια αὐγούστα} Tarraconensis Hispaniæ clarissima ciuitas est, antè Numantia dicta, authore Pomponio. Augusta Cæsarea Ptolemæo dicitur & Straboni lib. 3. Hodie vulgò vocatur *Saragossa*.

CAESAREA, Mauritaniæ ciuitas est, antè Iol vocata, quam quũ Iuba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine, Cæsaream vocauit. Ea portum habet, & insulam ante portum. Hæc sunt ex Strab. lib. 17. ¶Est & Cæsarea Cappadociæ, sic à Tyberio nominata pulso Archelao, quũ antè Masaca diceretur. Author Eusebius. ¶Est præterea Cæsarea Apamiæ: & Cæsarea Palæstinæ, antè Stratonis turris dicta, nõ procul à monte Carmelo. author Strabo lib. 16. ¶Item altera Cæsarea Philippi, à Philippo Herodis filio in honorem Cæsaris ad radices mõtis Libani ædificata, vbi duo fontes, Ior scilicet & Dan oriuntur. Ex Iosepho.

CAESARIENSES, Ioniæ populi, Ephesum conuenientes. Plin. lib. 5. cap. 29, Ephesum verò alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, &c.

CAESARIVM, Ægypti emporiũ est, & secessus quidam. Strab. lib. 17.

CAESAROBRICENSES, Lusitaniæ Hispaniæ populi, vt est apud Plin. lib. 4 cap. 22.

Cæsaries, pen. corr. cæsariei, pen. prod. {κόμη, βόστρυχος} à cædo, cædis: comam significat, quæ cædi solet. Virorũ enim dũtaxat cæsaries est, non mulierum. Ex Seruio. Plaut. Milit. 3, Vide cæsaries quàm decet.

Densum cæsarie caput. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.

Decora cæsaries. Lucan. lib. 8.

Flaua. Iuuenal. satyr. 13. Horrida. Ouid. 10. Metam.

Horrifica Lucan. lib. 2.

Intonsa. Claudian. in Epithal. Palladij.

Lacera. Lucan. lib. 1.

Promissa cæsaries. id est longa. Liu. Decad. 3. lib. 8.

Repexa. Claudian. epig. 4.

Terrifica. Ouid. 1. Metam.

Terrificam capitis cæsariem concutere. Ouid. 1. Metam.

Comprimere cæsariem manu. Lucan. lib. 8.

Dimouere cæsariem ab ore. Lucan. lib. 2.

Mouere cæsariem. Ouid. 1. Metam.

Pectere cæsariem. Horat. 1. Carm. ode 15.

Cæsariatus, pen. prod. adiectiuum {βοστρυχωτός} Comatus. Plaut. Milit. 10,

Qui miles admutiletur cæsariatus.

CAESENNA {καισήνα} Vrbs Flaminiæ prouinciæ: quæ nunc quoque nomen retinet. Hinc Cæsennates dicti sunt Cæsennam habitantes, & Cæsennetia vina, quæ inter generosa numerabantur, teste Plinio lib. 14. cap. 6.

Cæsim, Cæsio. Vide CAEDO.

Cæsitium, cæsitij. Linteolum erat purum & candidum, dictum quòd cædendo ad cãdorem perueniret, vel quòd oras circuncisas haberet. Plaut. in Epid. Linteolum cæsitium. Ex Nonio.

Cæsius {γλαυκός} adiectiuum. Cæsius color, qui cæli speciem habet, dictus quasi cælius. Terent. Hecyr. 3. 4, Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Vbi Donatus, Cæsius, Glaucis oculis, quasi felis oculos habens. Vnde Cæsares dictos quidam putant. Cicero 1. de Natura deorum, Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Mineruæ: cæruleos Neptuni. Fronto apud Gellium lib. 2. cap. 26, Nostris Latinis veteribus Cæsia dicta est, quæ à Græcis γλαυκῶπις, vt

Nigidius ait, De colore cæli, quasi Cælia. Alij cæsios interpretantur oculos, quibus inest fulgor quidam visu horrendus. Tales sunt oculi leonis. micant illi, velut ignis penitus flagrans. Qui cæsius est, cædē quodammodo oculis minari videtur: qualis prælio gaudens & cæde dicitur fuisse Minerua, ob id cæsia dicta. Tales erant oculi Catilinæ apud Ciceronem, quos propterea Sallustius vocat fœdos. *Hideux, Affreux.*

Cæsones, penult. prod. {[illegible]} appellantur ex vtero matris execti. Festus. Plin. lib. 7. cap. 9, Primúsque Cæsarum, à cæso matris vtero dictus: qua de causa & Cæsones appellati.

Cæspes, cæspitis, pen. cor. masc. gen. {[illegible]} A cædo fit, & est terra cum herba in modum lateris cæsa. vel frutex recisus, ac truncatus, authore Festo. Dictus est autem quòd pedem cædat. Lucan. lib. 1,

Et subitus rapti munimine cæspitis agger. Cic. pro Cecinna, Non esse arma, cæspites, neque glebas.

Congestum cæspite culmen. Virgil. eclog. 1. Id est terra cum propria herba euulsa. Seruius.

Cæspitis herbæ. Ouid. epist. 21.

Festus cæspes. Id est ara ex cæspitibus confecta, quam quis festam facit. Iuuenal. satyr. 12.

Fortuitus cæspes. Horat. 3. Carm. ode 8,

Nec fortuitum spernere cæspitem

Leges sinebant. Sensus est: Qui ex eius terræ cæspite, quæ cuique forte obtigerat, nō ædificasset ductis lateribus, aut etiam crudo ipso cæspititio solo minimo sumptu, legum pœnis obnoxius erat, quum sumptuosam ædificationem publicorum in oppidis operum, & solidam è saxo quadrato structuram templorum, non priuatorum ædificiorum esse vellent. Turnebus.

Fragilis cæspes. Lucan. lib. 6.

Gramineus madidam cæspes obumbrat humum. Ouid. 2. Amor. elegia 16.

Imus. Virgil. 4. Georg.

Mollis. Seneca in Hercule OEtheo, 5.

Nudo proiectus cæspite. Stat. 12. Thebaid.

Tener. Ouid. epist. 21.

Viridis. Virgil. 3. Æneid. Id est herbosus. Seruius.

Aggerebatur cæspes. Tacit. lib. 1.

¶ Cæspes, Metaphoricè pro ara. E cæspite enim, velut in castris, subitas sibi aggerabāt aras, & cæspitē pro ara habebant. Horatius,

-positúsque carbo in cæspite viuo. Et iterum,

Hic viuum mihi cæspitem, &

Verbenas pueri ponite. Sed & cæspitem interdum Romano ritu aræ imponebant, vt Seruius notat. Prudentius,

Aut ara, thure & cæspite

Precanda iam nunc est tibi. Turnebus.

Cæspititius, adiectiuum {[illegible]} Quod fit ex cæspitibus. Vnde cæspititium tribunal, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flauius Vopiscus, Deinde concursus ad cæspititium tribunal. Id est castrense. Sic Plinius in Paneg.

Aræ cæspititiæ. Iulius Capitolinus, Cētum aræ vno in loco cæspititiæ extruuntur.

Cæspito, cæspitas, pen. corr. cæspitare, dicimur, quum pede aliquid percutientes, quasi ruere cogimur. Dictum cæspitare, quasi cæspitem offendere, vel in cæspitem ferri. Sipontinus.

Cæspitatores equi, qui sæpe in cæspitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum impingunt.

CAESTIVS, teste Seneca, homo erat nasutissimus, sed nullius ingenij, & Ciceroni etiā infestus, quod illi non impunè cessit. Nam quū M. Tullius Ciceronis filius Asiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter vrbanitatem, cœnabat apud eum Cæstius. M. Tullio & natura memoriam dempserat, & ebrietas, siquid ex ea superat, subducebat: subinde interrogabat, quî ille vocaretur qui in imo recumberet: & quū pluries subiectum nomen Cæstij excidisset, nouissime seruus, vt aliqua nota memoriam eius faceret certiorem, interroganti domino, quis ille esset qui in imo recumberet, ait, Hic est Cæstius, qui patrem tuum negabat literas scisse. Afferri protinus flagra iussit, & Ciceroni, vt oportuit, de corio Cæstij satisfecit. Hinc adagium ortum est, De corio satisfacere, quum quis scilicet ob illatam iniuriam flagris conciditur. Cæl. Antiq. lib. 14. cap. 7.

Cæstrum, Instrumentum quo ebur cauatur. Plin. lib. 35. cap. 11, Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cæstro, id est viriculo, donec classes pingi cœpêre.

Cæstus, huius cæstus, masc. gen. {[illegible]} Genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens: quo Darethen & Entellum pugnasse legimus. Virgil. 5. Æneidos,

Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. Vbi Seruius, Crudo cæstu, aut crudeli, aut duro. Cæstus autem per diphthongon, pugilum arma significat. Habet etiam pluralem numerum, & est quartæ formæ. Nam cestus, cesti, numeri tantùm singularis, sine diphthongo baltheum Veneris significat. Cic. 2. Tuscul. Inde pugiles cæstibus contusi, ne ingemiscunt quidem.

Aptus cæstibus. Seneca in Medea, 2.

Infesti cæstus. Stat. 6. Thebaid.

Tragicus cæstus. Ouid. ad Pisonem,

Mecœnas Tragico quatientem pulpita cæstu

Erexit Varum. Id est Varum poetam Tragicum.

¶ Bellare cæstu. Stat. 6. Thebaid.

Dare brachia experienda cæstibus. Ouid. 2. Fast.

Valido decernere cæstu. Claudian. 5. Paneg.

Explorare cæstus. Stat. 6. Thebaid.

Exuere cæstus, & Manibus inducere cæstus: contraria. Virgilius 5. Æneid. Exuere, proiicere, soluere. Seruius.

Inducere manibus cæstus. Id est induere manibus. Virg. 5. Æneid.

Induere cæstus. Valer. 4. Argonaut.

Librare cæstus in aliquem. Virgil. 5. Æneid.

¶ Cæstus, vt inquit Festus, vocātur, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus.

Cæsullæ, dicti sunt qui cæsios oculos habent. Festus.

Cæsum, cæsi. In CAEDO.

Cæsura, Cæsuratim, Cæsus. In CAEDO.

CÆT

Cætera fœm. g. {[illegible]} Cæterum, pen. cor. n. g. à Græco deducitur [illegible], quod significat & alius, vt ait Sipontinus. Cic. 4. Acad. Cætera series deinde sequetur. Idem 6. Verr. Argentum illi cæterum purum apposuerat.

Quid cæterum? Plaut. Pœnul. 2.

Cæterus in nominatiuo legimus apud Catonem in quibusdam codicibus, cap. 22, Cæterus ornatus domi, Pompeius emptus est. Gell. lib. 3. cap. 7, Illóque facto quod milites subduxit, exercitum cæterum seruauit.

Paucula cætera. Lucret. lib. 2.

¶ Cæterum, pro reliquo. Sallust. Videlicet cætera vita carum, huic sceleri obstat. Id est huius sceleris pœnam deprecatur, vel suspicionem amolitur. Budæus.

Cæterum omne. Liu. Decad. 3. lib. 2, Inde iam præda grauis ad Longunticam peruēnit: vbi vis magna sparti fuit, ad rem nauticam congesta ab Asdrubale. Quod satis in vsum fuit, sublato, cæterum omne incensum est.

Ætas cætera. Virgil. 3. Georg.

Diligētia. Plin. Iunior, lib. 2. ep. 16 ad Ammianum, Tu quidem pro cætera tua diligentia admones me. Hoc est, quam soles in alijs quoque rebus præstare. Alij codices habēt, Pro certa tua diligentia.

Iurisdictio. Cic. ad Att. lib. 6, Iam cætera iurisdictio nec imperita, & clemens cum admirabili facilitate.

Turba. Horat. 2. Serm. satyr. 8.

Cætera mitte loqui. Horat. Epod. 14.

¶ Cætera doctus, Figurata loquutio, deriuata à Græcis. Martial. lib. 13 de Scaro, Visceribus bonus est, cætera vile sapit. Pro, quantum ad cætera. Liu. 1. ab Vrbe, Ergo virum cætera egregium, secuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio est.

Cætera fuluus. Horat. 4. Carm. ode 2.

Lætus cætera. Horat. 1. Epist. 10,

Excepto quòd non simul esses, cætera lætus.

Ad cætera, id est quod ad reliqua attinet. Horat. 1. Epist. 10,

-hac in re scilicet vna

Multum dissimiles, ad cætera penè gemelli.

Iacere gradum ad cætera. Cic. 2. de Lege Agraria, Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligetis.

Perge ad cætera. In PERGO.

De cætero. Cic. 1. de Finib. De cætero vellem equidem aut ille ipse doctrinis fuisset instructior: est enim, &c.

¶ Et cætera, absolutè positum. Cic. 2. de Orat. Si mihi filius gignitur, isque prius moritur, & cætera, tum vt mihi ille sit hæres. Idem in Topic. In partitione quasi membra sunt, vt corporis, Caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cætera.

Et cætera eiusdem generis. Cic. in Topic. Vt dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, & cætera generis eiusdem.

Itémque & cætera. Cic. ad Att. lib. 2. 34, Eādem virtutem istam veniet tēpus quum grauiter gemes, totius theatri clamore dixit, item, & cætera.

Cæteri & cætera eiusmodi, vt, &c. Cic. Sulpitio, lib. 4. De reliquis nihil melius ipso est. cæteri & cætera eiusmodi: vt si alterutrum necesse sit, audire ea malis quàm ridere.

Cætera {[illegible]} aduerbium. Virgil. 9. Æneidos, Cætera parte per bello. Cætera, deinceps, Seruius. Curtius, Cætera opimam prædam fore. Id est in posterum, vt ait Budæus.

¶ Cæterorum & reliquorū appellatione, ait Vlpian. etiam omnes continentur, vt Marcellus dixit circa eum, cui optio serui legata est, cæteri Sempronio. Nam tentat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. L. 160. D. de verb. signif.

Cætero {[illegible]} aduerbium. Plin. lib. 10. cap. 58, Palumbes fœmina incubat post meridiana in matutinum, cæterò mas. Hoc est quod reliquum est temporis. Dictio hæc Plinio est admodum familiaris.

Cæteroquin, siue Cæteroqui {[illegible]} aduerbium pro Alioquin. Cic. in Orat. Adhibet quidem hic subtilis, quem, nisi quod solum, cæteroquin rectè quidam vocāt Atticum. Hoc est, alioqui. Idem 1. de Nat. deor. Non enim poeta suauis, verùm etiam cæteroqui doctus, sapiénsque traditur.

Cæterùm {[illegible]} aduerbium, significat sed: siue id quod solemus dicere, quòd reliquum est. Plaut. Pœn. 2, -dehinc cæterùm Valete.

¶ Cæterùm, Sed præterea. Sallust. Aliam rem aggreditur non eadem asperitate, cæterùm haud secus difficilem. Terent. Eunuch. 3. 1,

Ridiculum: non enim cogitaras. cæterùm

Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso?

¶ Cæterum, Alioquin. Cic. 2. ad Q. frat. Ego me in Cumano & Pōpeiano, præterquam quòd sine te, cæterùm satis commodè oblectabar. Budæus.

¶ Cæterum etiam à Iuriscōsultis, præsertim ab Vlpiano, pro Alioquin accipitur. vt in l. si finita. §. postea. D. de damno infect. & l. iam tamen. in princip. D. Iudicat. solui. Budæus.

CAETOBRIX {[illegible]} Lusitaniæ vrbs est, alio nomine dicta Cezimbria. Ptolem. lib. 2. cap. 5. Vulgò *Cezimbra.*

CAETVLVM {[illegible]} Ciuitas excellentissima est regionis Oretaniæ, quam in citeriore Hispania aliqua ex parte intra columnas Herculis, & ad meridiem maximè vergentem, collocat Strab. lib. 2.

Cæyx, cæycis, penult. prod. {[illegible]} Genus auis. Plin. lib. 32. cap. 8, Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis (vt aliqui existimant) halcyonum & cæycum: vt alij è sordibus spumarum crassescentibus, alij è limo vel quadam maris lanugine.

CAEYX, Viri nomen. Vide HALCYON.

CAIA & Caianus, Adiectiuum. Vide CAIVS.

CAICI {Καϊκοὶ Strabo.} pen. prod. sunt Germaniæ populi, accolæ Rheni. Lucan. lib. 1,
Et vos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi petitis Romam: Rhenúmque feroces
Deseritis ripas. Puto Lucanum dissolutione diphthongi facta pro Caucos fecisse Caicos, & fortè per y scribi debet.

CAICVS, pen. prod. {Κάϊκος} Phrygiæ fluuius est ex Mysia veniens. author Plin. lib. 5. cap. 30. Virgil. 4. Æneidos,
Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caicus.
Gelidus Caicus. Lucan. lib. 3,
Mysiáque, & gelido tellus perfusa Caico Idalis.
Teuthranthæus, à Teuthrania oppido Mysiæ. Ouid. 2. Metam.
Peneúsque senex, Teuthranthæúsque Caicus.
¶Caicus, sociorum Æneæ vnus. Virgil. 1. Æneidos,
Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.

CAIETA {Καιήτα} Vrbs & portus Campaniæ, sic à Caieta nutrice Æneæ dictus, vt Lauinium ab vxore Lauinia. Author Solinus. quod etiam testatur Virgilius in ipso statim principio libri 7,
Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti, &c. In quem locum sic ait Seruius, Hanc alij Æneæ, alij Creusæ, alij Ascanij nutricem volunt. Lectum tamen est in Philologis, in hoc loco classem Troianorum casu concrematam. Vnde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. Hactenus ille. Sanè καίω idem significat quod Accendo, aduro. Idem quoque Seruius explicans carmen illud Æneid. 10,
Quid repetam exustas Erycino in littore classes: Secundum (inquit) opinionem suam dixit. Nam alij apud Caietam dicunt exusta nauigia: vnde & Caieta dicta est. Strabo lib. 5, Caietam Laconico vocabulo à curuitate dictam innuit, eò quòd Lacones curua omnia Caiatas appellent. Cic. pro lege Manilia, An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum atque plenissimum nauium, inspectante Prætore à prædonibus esse direptum?

CAIN, Filius Adæ & fratricida fuit, cuius fit mentio in 9. Const. Iusiurand. quod præst. Quidam signum illud quod illi Dominus imposuit, Genes. 4, tremorem intelligunt: quos Constit. sequitur. Tu si placet, vide Chrysostomum, homil. 19. in Genes. & Ambros. in cap. vlt. lib. 2. de Cain & Abel. Ab hoc Caini quidam hæretici dicti sunt, qui Cain & Iudam honorabant. Author D. August.

CAINAS, Indiæ fluuius nauigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Author Plin. lib. 6. cap. 17.

CAIVS, CAIA, nomina in matrimoniis, quæ per coemptionem fierent vsitata: Vbi tu Caius & ego Caia: quibus verbis, vt Plutarchus scribit, quasi paciscitur sibi commune cum viro dominium, & par imperium domi: ac si diceret, Vbi tu es familiæ princeps ac dominus, ecce ego adsum familiæ princeps & domina. Quod & Cicero facetè exagitans in Mureniana, Quia, inquit, in aliquibus libris, exempli causa, id nomen inuenerunt, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari.

CAIVS {Γάϊος} cognomen fuit apud Romanos, à parentum gaudio sumptum. Est autem trisyllabum. Martial. lib. 9, ad Condilum,
Caius à prima tremebundus luce salutat. Ausonius dissyllabum fecit, sectione 1. de Eunomo, Quis tu? Caius ait. Profertur per c, & notatur per c, quæ inuersa ɔ, mulierem declarat. Author Quintil. lib. 1. cap. 13.
Cai, vocatiuus. Martial. lib. 2,
Quod peto da, Cai: non peto consilium.
¶Caium tradút Græci appellatum ab Italis & Tarentinis mercenarium, aut etiam rudem hominem, ac planè brutum, quia à γῆ quæ terra est, deriuetur γάϊος, & γάϊος. Nam à γαῖα inflectitur γάϊος. vnde bos γάϊος dicitur velut colonus. quod si verum est, per ω scribi debet & proferri. Cæl. lib. 14. cap. 5.

Caianus, pen. prod. {Καϊανός} adiectiuum. Stat. lib. 4. Sylu.
Emptum plus minus asse Caiano.

C A L

Cala, calæ {κάλα.} Seruius, Calas dicebant maiores nostri fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prælium. Vnde etiam calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum. Vallum autem dicebant calas. sic Lucilius, Scinde calam vt caleas. Id est, ô puer, frange fustes, & fac focum.

Calabra {Καλάβρα} Curia dicebatur, vbi tantùm ratio sacrorum gerebatur. Hæc Festus. Macrobius Saturn. lib. 1. cap. 15, Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat. Et paulo pòst, Hinc & ipsi curiæ, ad quam vocabantur, Calabræ nomen datum est, & classi, quòd omnis in eam populus vocaretur.

CALABRIA, pen. corr. {Καλαβρία} insula quam veteres Messapiam à duce Messapo: Peucetiam à Peucetio OEnotri fratre dixere. Estque ora Italiæ, proxima Siciliæ: à qua breui maris tractu disiungitur. Vulgò adhuc nomen retinet apud Italos. Vide Plinium lib. 3. cap. 11. & Strabonem lib. 6.
Æstuosa Calabria. Horat. 1. Carm. ode 31,
Non æstuosæ grata Calabriæ Armenta.

Calaber, Calabri, pen. cor. {Καλαβρός} Qui ex Calabria est, & Calabriam incolit.
Calabri hospitis Xenia prouerbium esse indicat Erasmus, quo vsus fit Horat. 1. Epist. 7,
Non quo more pyris vesci Calaber iubet hospes, &c. Dictum est autem eodem interprete, de muneribus rusticanis leuibúsque, & quæ magis onerent accipientem, quàm iuuent. Vide ipsius Chiliadas.

Calaber, pen. corr. {Καλαβρός} adiectiuum. Hinc Calabræ oues, pro eximiis accipiuntur à Columella lib. 7. cap. 2.
Apes Calabræ. Horat. 3. Carm. ode 16.
Calabri montes. Ouid. 3. de Arte amandi.
Vellus Calabrum. Pers. satyr. 2.

Calabricus, penult. corr. {Καλαβρικός} adiectiuum. vt, Calabrica olea. Columel. lib. 12. cap. 49, Verumtamen habetur præcipua in hos vsus olea Calabrica: quam quidã propter similitudinem oleastellũ vocát.

CALACHENA {Καλαχηνή} Regio quædam est, quam in Assyria collocat Strab. lib. 16. in descriptione Assyriæ.

CALAENVM, Vide CALENVM.

CALAGVRIVM, Ciuitas Hispaniæ in Vasconibus collocata. Hinc Calaguritani, qui in ea habitant: quorum alij Subulacenses cognominantur: alij Nasici. Author Plin. lib. 3. cap. 3.

CALAIS, pen. corr. {Κάλαϊς} Boreæ & Orithyiæ filius, Zethæ frater, quos ambos alatos fuisse poetæ fingunt. Vide Ouidium, 6. Metam. Propert. lib. 1. eleg. 19, de Hyla puero,
Hunc duo sectati fratres Aquilonia proles,
Hunc super & Zethes, hunc super & Calais. ¶Est etiam Calais nomen pueri, aut adolescentuli cuiusdam alterius apud Horatium, 3. Carm. ode 9,
Me torret face mutua
Turini Calais filius Ornithi, &c.
¶Est præterea Calais, gemma sapphyro similis, candidior tamen, & littoroso mari similis. Hanc plerique eandem esse existimant cum Augite. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.

Calama, pen. prod. Est frumenti spica, authore Suida.

Calamagrostis {Καλαμαγρῶστις} Graminis genus, foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, iumenta apud Babylonem, vbi iuxta vias copiosè nascitur, enecans. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Calametum, pen. prod. {Καλαμεῖον} Colum. lib. 4. cap. 27, Sic deinde ordinata vineta festinabimus emendare, sarmentísque & calametis liberare. A calamo calameta dicuntur: quæ sunt hoc quidem loco purgamenta, seu putamina vel fragmenta veterum pedamentorum falce exacutorum, quæ tum è calamis siue arundinibus fiebant frequentia: vt videre est apud eundem multis locis.

CALAMINAE, Nympharum sunt quædam insulæ in Thorrhebia palude, seu lacu (quem dici item Nymphæum volunt) quæ tibiarum cantu in ambitũ mouentur, à calamis sic dictæ. Dicũtur & Saltares, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur, vt Plinius scribit, tametsi à Calaminis distinguere videtur. Ex Cæl. lib. 9. cap. 3.

Calamintha, calaminthæ, vel Calaminthe, calaminthes {Καλαμίνθη} Species menthæ vel pulegij, quam cætetam quoque à Græcis dictam scribit Strabo, quum inquit Lacedæmonem ab Homero dictam Cætreessam, à calaminthæ copia. de qua sic Dioscorides lib. 3. cap. 41, Altera, inquit, calaminthe pulegio similis est, sed maior. Quam syluestre pulegium ideo appellarunt, quòd odore ipsum æmuletur, Nepetam Latini vocant, &c. Nepetam etiam vocat Plinius, cap. 14. lib. 20, quam Galenus lib. 7. Simplicium, cap. 2, calaminthen appellat. Vulgò *Herba catorum.*

Calamis, calamidis {Καλαμίς} Arundinea vocatur acus, formandis cincinnis aut velamentis comparata, cuius vicem implent modò æreæ vel argenteæ aciculæ. Vide Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10.

CALAMIS, Calamidis {Κάλαμις} Nomen statuarij, qui equos absolutos & perfectos effinxit. Ouidius,
Vendicat vt Calamis laudem quos fecit equorum. Huius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Quintil. lib. 12. cap. 10.

CALAMISSVS, Oppidum in Locrorum agro, qui cognominantur Ozolæ, de quo Plin. lib. 4. cap. 3.

Calamistrum {Καλαμίς, καλαμιστήρ} Acus maior, quæ calefacta & frõti adhibita intorquet capillos, vt ait Seruius. Varro, Calamistrum, quo calfacto in cinere, capillus ornatur. Cic. Post reditum in Senatu, Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, in eam cognitionem adducebat?
Calamistris inurere, per metaphoram. Cic. de Claris Orat. Atque etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata, vnde sumerẽt, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui volunt illa calamistris inurere, sanos quidem homines à scribendo deterruit. De Cæsare & eius commentariis loquitur.
Calamistris inurere: volunt illi quidem exornare, sed dum tentant, nec assequuntur quod volunt, videntur quasi calamistris inurere, vt mulieres sæpe, dum se volunt exornare, capillos calamistris inurunt.
¶Calamistrum in masculino genere dixisse videtur Cicero in Oratore, Remouebitur, inquit, omnis insignis ornatus, quasi margaritarum: ne calamistri quidem adhibebuntur. Ita legit Nonius, & ita passim nostri habent codices.

Calamistratus, pen. prod. {Καλαμιστωτός} adiectiuum. Cic. Post reditum in Senatu, Cur in helluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit?
Calamistrata coma. Cic. pro Sextio, Alter vnguentis affluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum, ac veteres vexatores ætatulæ suæ, &c.

Calamitas, Calamitosus, Vide CALAMVS.

Calamitæ {Καλαμῖται} Ranæ minimæ sunt, & viridissimæ, quæ à quibusdam Dryopetæ vocantur. Sic dictæ, quòd inter calamos versentur. Plin. lib. 32. cap. 7.

Calamites, pen. prod. Gemma, à calamo nomen habés, quòd plures simul iunctæ inueniantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

Calamochnus {Καλαμόχνους} Est falsa quædam lanugo in locis palustribus, calamis tenuioribus adnascens. ex aqua dulci & marina, vbi se miscent. Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. lib. 32. cap. 10.

CALAMOS, Asiæ oppidum in ora subiecta Libano monti. Plin. lib. 5. cap. 20. At in ora (inquit) Libano subiecta, fluuius Magoras: Berytus colonia, quæ Felix Iulia appellatur. Leontos oppidum, flumen Lycos, Palæbyblos, flumen Adonis. Oppida byblos, Botrys, Gigarta, Trieris, Calamos, &c.

Calamus, calami, penul. corr. {Κάλαμος, δόναξ} Frutex aquaticus: qui &

arundo dicitur: quanuis arundo propriè sit quæ crassior ac longior est, seritúrque ad vsum præcipuè vinearum: Calamus, gracilis, tenuísque, & tibiis ferè ac scripturæ aptus. Canna maior calamo, sed minor arundine: & semper ferè sua sponte proueniens. Ex Sipontino. Plin.lib.16.cap.36, Nostratibus calamis fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cauo corpore intus supernè tenui inarescit ligno: fissilis, præacuta semper acie, geniculata. Cæterò gracilitas nodis distincta, leui fastigio tenuatur in cacumina, crassiore panniculæ coma, neque hac superuacua, &c. Calamis Orientis populi bella conficiunt. Plura ibidem de calamis, toto capite.

Fragiles calami. Virgil.1.Georg.

Lentus in frangendo calamus. In LENTVS.

Palustres. Ouid.1.Metam.

¶Calamus auenæ. Plin. lib. 6. cap. 30, Pars etiam ore concreto & naribus carens, vno tantum foramine spirat, potúmque calamis auenæ trahit.

¶Calamus, pro fistula quam pastores ex culmis frumétorum componere solent. Virgil.in Bucol.eclog.5,

Tu calamo inflare leueis, ego dicere versus. Alio loco tenuem auenam & arundinem vocat.

Arguti calami. Sil.lib.13.

Dispares calami ceræ compagine inter se iuncti. Ouid.1.Metam.

Hiantes calamos labro percurrere. Lucret.lib.4.

Impari tauros calamo vocauit Seneca in Hippol. 3. de Apolline pastore. Impari calamo, imparibus calamis, hoc est diuersis & diuersè compactis.

Sibila calamorum. Lucret.lib.5.

Rudis calamus scriptorius. Cels.lib.7.cap.11. de Ozena.

Æquiparare calamis aliquem. Id est fistulandi arte parem esse. Virgil.eclog.5.

Coniungere cera calamos. Virgil.eclog.2.

Terere calamo labellum. Virgil.eclog.2,

Nec te pœniteat calamo triuisse labellum.

Curuum calamum legimus apud Catullum carmine quinquagesimo octauo, de Berecynthia & Aty.

¶Calamus, Virga ad decipiendas aues visco illita. Martial.lib.13,

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Volucrem calamo sequi. Sil.lib.7. De calamo viscato.

¶Calamus, Surculus qui ramo inseritur: tessera etiam dicitur. Plin. lib.17.cap.14, Quòd si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optimè custodire succum arbitrantur.

¶Calami, pro telis & spiculis aut sagittis. Ouid.8.Metamorph.

Impositis calamis patulos sinuauerat arcus.

¶Calamus, à quibusdam etiam accipitur pro monili. Pollux certè calamides à calamis separat lib.5. cap.16. vbi Gualtherus prius vertit acum, alterum calamistrum.

¶Calamus, Pro instrumento quo scribimus, quod ex arundinum culmis fieri solebat. Martial.lib.7,

Cogis me calamo, manúque nostra

Emendare meos Pudens libellos. Cic.ad Att.lib.7.110, Quum instituissem ad te scribere, calamúmque sumpsissem, &c.

Calamus scriptorius. Celsus libro 5.cap. 28. De fistulis, & earum generibus.

Trásuerso calamo signum allinere. Horat.in Arte poet. Transuerso, id est in obliquum ducto.

Calamum intingere. Vide INTINGO.

¶Calamus, metaphoricè pro Stylo. Virgil.1.ecloga,

Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.

¶Calamus phragmites {κάλαμος φραγμίτης} inter simplicia medicamenta numeratur à Galeno, abstergentémque possidet facultatem non paucam, miniméque acrem. Huius folia viridia moderatè perfrigerant: cortex verò combustus, digerentis facultatis efficitur, adiunctum habens abstersorium quiddam, vt exiccet, & excalfaciat. Plura vide apud Galen.lib.7.simplic.cap.3.

¶Calamus odoratus {κάλαμος μυρεψικός Dioscoridi} Arundini similis est aspectu, multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, & quú frangitur, scissilis, intus arenosus, locum in quo nascitur suauissimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. Vide Plin.lib.12.cap.22. In officinis appellationem retinet.

Calamitas, pen.cor. calamitatis, pen.prod. {συμφορὰ, λύμη, θλῖψις.} Propriè calamitatem rustici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc est culmum ac segetem. Terent.Eunuch.1.1,

Ipsa egreditur, nostri fundi calamitas. Hæc Donat. Plaut.Casin.2.4,

Profectò hercle non fuit quicquam olerum:

Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam.

Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, quum fabula exigebatur. Terent.in prologo Hecyræ,

Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium

Nunquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas.

Eam calamitatem vestra intelligentia

Sedabit. A Græcis πτῶμα dicitur. Budæus.

¶Calamitas, Miseria & ærumna. Cæsar 8.bel.Gall. Quum interim nulla calamitate victus Corbeus, excedere prælio, syluásque petere, haud inuitátibus nostris, ad deditionem potuit adduci. Cic.3.Verr. Quacúque iter fecit, eiusmodi fuit, non vt legatus pop.Romani, sed vt quædam calamitas peruadere videretur. Non potuit Cicero significantius Verris Prætoris furta ac rapinas & iniurias exprimere. Quo verbo vocari potest nostro tempore militum improbitas pagatim grassantium, qui quacunque iter faciunt, impotentissimæ petulantiæ vestigia ad finem anni vertétis impressa relinquere solent, vsqueadeò omnia diuexata, omnia exhausta, omnia disiecta, quasique grandine ac procella proculcata obtritáque digressis illis visuntur. Ex Budæo.

Calamitas in amore. Terent.Heaut.2.4.

Ictu aliquo calamitatis pulsa fides de foro. Vide ICO.

Atrocissima calamitas. Patercul.lib.2.

Communis calamitas. In COMMVNIS.

Abesse calamitatem ab aliquo. Cic.ad Q.frat.

Accidere calamitatem. Cic.Famil.13.

Insignis calamitas accidit. Paulus in l. si ab arbitro. D. Qui satisd. cogantur.

Accipere. In ACCIPIO.

Afferre. In AFFERO.

Afficere calamitate. In AFFICIO.

Afflixit hunc calamitas. In AFFLIGO.

Capere calamitatem. In CAPIO.

Depellere ad calamitatem. Cic.Anteq.iret in exil.

Detrahere. Cic.Post redit.

Haurire. Cic.pro Domo sua.

Importare calamitatem conseruatoribus suis. In IMPORTO.

Incidit amori nostro calamitas. In INCIDO.

Inferre calamitatem ciuitati. In INFERO.

Leuare calamitatem innocentum. In LEVIS.

Liberare calamitate. Cicero, His aliquádo calamitatibus liberetis.

Machinari calamitatem. Author ad Heren.

Prohibere calamitate. Cic.pro lege Manilia.

Serpere calamitatem. Cic.Anteq.iret in exil.

Subire calamitatem. Cic.ad Brut.

Tabescere in calamitate. Cic.ad Attic.3.

Tolerare calamitatem. Cic.Famil.4.

Trahere in calamitatem. Cic.pro lege Manilia.

Calamitosus, pen.prod. adiectiuum {ἐπισφαλής} Quod calamitate lædi solet. Plinius lib. 18.cap.7, Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo.

Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cælum, cap. 1. Et capite 35.

Calamitosus ager cælo & loco. Cic. 2. Agraria, At verò hoc agri Campani vectigal, cum eiusmodi est, vt domi sit, & omnibus præsidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestum, nec fructibus varium, nec cælo ac loco calamitosum esse solet.

¶Calamitosus, Ærumnosus est. malis, calamitatibúsque prægrauatus, inquit Nonius. Cic. 1. Verr. Honoris amplissimi puto esse, accusare improbos: & miseros, calamitosósque defendere.

Calamitosum otium. Cic.5.de Finib.

Calamitosa fama. Cic.pro Cluentio.

Calamitosa patriæ fuga, nobis gloriosa. Cic.1.de Diuinat.

Hora calamitosior. Cic.ad Octauium.

Calamitosa prætura Verris. Cic.6.Verr.

Tempestas calamitosa. Cic.3.Verr.

Vis calamitosæ tempestatis si contigerit. Vlpian.in l. Ex conducto. D. Locati.

Calamitosè, pen. prod. aduerbium {ἀτυχῶς} Miserè. Cic.3. Offic. Nam quòd aiunt, minima de malis, id est, vt turpiter potius, quàm calamitosè: an est vllum maius malum turpitudine?

Calantica, calanticæ, pen.corr. {μίτρα} Tegmen muliebre quod capiti innectitur. Cic.in Clodium, Túnc, quum vincerentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares? Nonius.

CALANVS, Gymnosophista Indicus cum Alexandro Magno conquutus, cúmque sequutus, sese viuum constructa pyra comburi iussit. Huius disputationem apud Alexandrum, & interitum multis persequutus est Strabo lib.15.

CALAPIS, Pannoniæ memorandus amnis in Saum influens iuxta Sisciam, gemino alueo insulam ibi efficiens, quæ Segestica appellatur. Hæc Plin.lib.3.cap.25.in descriptione Pannoniæ.

CALARIS. pen.corr. Sardiniæ oppidum apud Plin.lib.2.cap.108. cuius etiam meminit Claudian.in bello Gildonico, in fine,

Vrbs Libyam contra, Tyrio fundata potenti,

Tenditur in longum Calaris, tenuémque per vndas

Obuia dimittit fracturum flamina collem. Nunc vulgò Caler dicitur, vt scribit Oliuarius in Melam.

CALARITANI, Sardiniæ populi, ad meridié siti, quibus Calaris oppidum nomen fecit, cuius meminit Plin.lib.2.cap.108.

CALARITANVM, Sardiniæ promontorium Aphricam spectans, apud Plin.lib.3.cap.7.

Calasastri, pueri dicebantur canoram vocem habentes, inquit Vitruuius, qui à regibus ad hoc munus quæri solebant. Ex Calepino.

Calasiries, Ægyptiis præcipui milites dicebantur, quibus id moris erat, vt à nullo doctore, sed à patre solùm militiæ præceptis erudirentur. Hæc Alex.ab Alex.lib.1.cap.20. His autem, vt idem author lib.6. cap.22. tradit, præter prædia dabant panis tosti pondera definita, & carnis bubulæ minas singulis: vini verò sextarios quaternos.

Calassis, Tunicæ genus, quod Græci καλάσιρις dicút. Alij dicunt nodum esse tunicæ muliebris, quo cónexa circa ceruicem tunica summittitur. Festus. Sipontinus Chalassim appellat: dicitque dictam à laxitate, & à Græcis vocari χάλασιν. Pollux lib.7.cap.16, καλάσιριν dicit esse genus vestis Ægyptiæ & fimbriatæ.

Calata. Vide CALO.

Calathus, pen.corr. {κάλαθος.} Festus, Calathos Græci, nos, dicimus quasillos. Iuxta Porphyrionem, vas vimineum, in quo mulieres pésa vel tramam reuoluunt. Virgil.in Alexi,

-tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathis.

Calathus Mineruæ. Ouid.4.Fastorum,

Hæc implet calathos lento de vimine nexos.

Rasiles calathi. Ouid.9.epist. Id est politi, quasi rasi, quibus puellæ & vnguenta & lanas recondunt.

Calathis referre peracta vellera. Iuuenal.satyr.2,

Vos lanam trahitis, calathísque peracta refertis Vellera, &c.

¶Calathus, Vas æreum in quo lac vel recens caseus in vrbe distrahitur. Virgil.3.Georgicorum,

Quod surgente die mulsere, horísque diurnis,

Nocte premunt: quod iam tenebris & sole cadente,

Sub lucem exportant calathis. Hæc Seruius.

¶Calathus,

¶Calathus, Calix ad sacrificium aptus. Virg. 2. eclog. 5.
Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.
¶Calathum Hermolaus turbinem rectum vocat: cui opponitur Meta, id est turbo inuersus. Plin. lib. 21. cap. 5, Candor eius eximius, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim sese laxantibus, effigie calathi.
Calathiscus, diminutiuum {καλαθίσκος.} Catullus in Argonauticis,
Ante pedes autem candentis mollia lanae
Vellera virgati custodibant calathisci.
CALATHVSA, Insula est inter Chersonesum & Samothracen deserta, dicente Plin. lib. 4. cap. 11, Desertis quoque reddantur in hoc sinu, quarum modò inueniri potuerunt nomina, Desticos, Laruos, Cyssiros, Carbrusa, Calathusa, &c. Stephanus verò Calathusam, quam & Calathen vocat, Oppidum esse ait, ad Herculis columnas situm.
CALATIAE {καλατίαι} Indiae populi, apud Steph. ¶Calatiae praeterea inter vrbes Italiae ponuntur à Plinio lib. 3. cap. 5, non procul à Bouillis & Casino.
Calatiana viola, Flos est praeter violarum naturam autumno proueniens, lutei coloris, foliis minutis, sine odore, à Calathi figura ita appellatus. Plin. lib. 21. cap. 6.
CALATIS, Thraciae ciuitas est apud Plinium lib. 4. cap. 11, quae antea Aceruetis vocabatur. ¶Ex hac ciuitate ortus fuit Ister poeta, qui de ratione scribendae Tragoediae opus insigne conscripsit.
Calator, Vide CALO.
CALAVREA, pen. prod. siue Calauria, pen. corr. {καλαυρία} Est insula maris mediterranei in sinu Argolico contra Troezenium. Plin. lib. 4. cap. 12. De qua insula prouerbio datus locus, pro Delo Calauria: in mutui beneficij memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem fecisse, & data Delo, Calauriam habitasse. Vide Erasmi Chiliadas. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Inde Calaureae Latoidos aspicit arua.
CALAZOPHYLACES {χαλαζοφύλακες} Sacerdotes à Graecis dicebantur, qui grandines, quum instarent, specularentur. Hi enim agni vel pulli sacrificio auertere credebantur. Sed si agnus vel pullus absuisset, digitum graphio stylóve feriebant, atque inde fuso sanguine litabat. Hos autem à Cleone institutos legimus. Vide Girald. lib. de diis gent.
Calbei, authore Festo, dicebantur apud veteres armillae, quibus triumphantes vtebantur, & milites ob virtutem donabantur.
Calcaneus, Calcar, In CALX.
Calcarius, Calcatorium, Calcatus, Vide CALX, lapis coctus.
CALCE, apud Strabonem Campaniae ciuitas. Sic enim scribit lib. 5, Vltra iam dictas, sunt hae quoque Campaniae ciuitates, quarum mentionem superius fecimus, Calce & Teanum, Sidicinum.
Calcearium, Calceamen, Calceamentum, Calceatus, In CALX, pro posteriore parte pedis.
CALCEDONIA, In CHALCEDON.
Calcendix, Festo conchae genus est.
Calceo, calceas, Calceolus, Calceus, In CALX, pro posteriore parte pedis.
Calces, Festo ampullae plumbeae.
CALCHAS, huius Calchantis {κάλχας} fuit Testoris Troiani filius, augur maximus, qui quum initio belli à Troianis ad Apollinem Delphicum cum muneribus mitteretur, & responsum habuerit, vt dimissis Troianis, Graecorum sequeretur felicitatem, ab illis gratissimè exceptus est. Author Dictys Cretensis.
Calchanta, Accusatiuus. Virgil. 2. Aeneidos,
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios.
Calchantis templum. Strab. lib. 6, In agro Saunio, inquit, circa tumulum, quem Drion nominant, basilicae monstrantur: vna quidem Calchantis in summo vertice, & cui petentes oracula nigrantem immolant arietem, & strata in pelle dormiunt. Altera Podalirij, &c.
Calciarium, Vide CALX, pro posteriore parte pedis.
Calciaecum, Mineruae templum fuit apud Spartanos, ad quod Pausanias fugiens obstructo aditu, morte mulctatus est: illinc enim inuitum extrahere nefas erat. ¶Erat & Calchicon, ad quod Agis cōfugit. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 21.
CALCIOPE, ES {χαλκιόπη} Filia Aeetae, Colchorū regis, soror Medeae & Absyrti, & coniunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ouid. in epist. Helen. ad Paridem,
Non erat Aeetes, ad quem despecta rediret,
Non Hypsea parens, Calciopéque soror.
Calcifraga, ae {ἀσπλήνιον} Herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta: de qua vide Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruell. lib. 2. cap. 129.
Calcitro. Calco. In CALX.
CALCOSTHENES, Plastes laudatissimus, de quo sic Pli. lib. 35. cap. 12, Fecit & Calcosthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina eius Ceramicos appellatur.
Calculus, calculi, pen. corr. masc. gen. {ψῆφος, λίθος} Lapis breuis terrae admistus: sic dictus quòd sine molestia sui breuitate calcetur. Virgil. 2. Georgicōn,
Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis. Seruius.
Calculi è rupibus. Cic. 1. de Orat. Qui etiam coniectis in os calculis, summa voce, &c.
¶Calculus, Lapillus in corpore, ex quo maximus cruciatus gignitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta.
Spinosi calculi. Cels. lib. 7. cap. 26, Sunt enim quidam non asperi tātúmodo, sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem delapsi in ceruicem sine periculo eximuntur.
¶Calculi, quos latrones seu latrunculos appellarunt veteres: iuniores scachum vocant, sunt orbiculi quibus luditur in fritillo. Martialis, lib. 14. epigr. 17,
Haec mihi bisseno numeratur tessera puncto,
Calculus hic gemino discolor hoste perit. Vide Gell. lib. 14. cap. 1.
¶Calculus ducit opus nobile. Petronius;
Nomen amicitiae si quatenus expedit haeret,
Calculus in tabula nobile ducit opus. Sēsus est, Si amicitiā vtilitate potius metiri quàm honestate volumus, hominum profectò vita similis erit ludo calculorum: nam in ludo tabulae sic diuisi sunt calculi in duas factiones, vt inter se quidam velut amici sint, quidam hostes: vnde Martial. lib. 14. epigr. 20,
Gemmeus iste tibi miles & hostis erit. Quatenus autem vtile est ludo, istam calculi amicitiam seruāt foederati inter se. Igitur si emolumentis amicitiam ponderamus, putemus exercere calculos in tabula, & eos nobile opus tuendae amicitiae ducere. Turnebus.
Calculus bicolor, & diuersus. Martial. lib. 12. epigr. 33,
Et si calculus omnis huc & illuc
Diuersus bicolórque digeratur.
¶Calculi, etiam pro rationibus accipiuntur: quòd lapillis antiqui rationem subducere solerent. Sic in Zenonis constitutione, L. vnica. C. vt omn. iudic. quū iudices multam librar. auri publicis calculis inferre iubētur, rationes publicas intelligimus, & quum de errore calculi tractatur. A. Augustinus lib. singul. ad Modestinum.
¶Calculum reducere, Est immutare factum cuius te poeniteat, aut vertere consilium rei non satis commodè institutae. Nonius citat Ciceronem in Hortensio, Itaque tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim, vt calculum reducas, si te alicuius dati poeniteat. Erasmus.
Ad calculos vocare amicitiam. Cic. de Amicitia, Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Vide etiam Voco in VOX.
Imponere calculum. Vide IMPONO.
Calculum ponere. Columel. lib. 3. cap. 3. Diligens ratiocinator calculo posito videt id genus agricolationis maximè rei familiari conducere.
Calculum ponere cum aliquo. Plinius Iunior in Panegyr. Assuescat Imperator cum imperio calculum ponere: sic exeat, sic redeat, tanquam rationem redditurus, & dicat quid absumpserit.
Ponere vtrinque calculos, pro vtrinque rationes expendere. Erasmus.
Calculum parem ponere. Plin. Iunior, epist. 97. lib. 5.
Ad calculos reuerti. Cic. Attico, lib. 8. epist. 16, Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tū abiecimus, vt, &c. Id est, etiam nunc rationem habeamus earum rerum, quarum habendā tum non duximus. Budaeus.
Subducere calculos. Cic. 2. de Finib. Quid fortes viri? voluptatúmne calculis subductis praelium ineunt?
¶Calculus, Pro tabella quoque iudicis, & sententia vsurpatur, l. Si actor. C. de appell. l. 4. C. de author. praest. sed nusquam elegantius quàm à Iustiniano in l. Rem non nouam. C. de iudic. Cui enim, inquit, non est cognitum, antiquos iudices non aliter iudicialem calculum accepisse, nisi prius sacramentum praestitissent, omnimodo sese cum veritate & legum obseruatione iudicium suscepturos? Significat autem veteres illos iudices, qui ante C. Caesarem ex equestri, aut aliis ordinibus sortitò dabantur. A. August.
¶Calculos Columella pro sumptu & reditu accipit, quum praecipit ne maiorem agrum, quàm ratio calculorum patitur, emere velimus. Sic enim ait lib. 1. cap. 3, Sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne maiorem quàm ratio calculorum patiatur, emere velint.
¶Calculi, pro difficultatibus. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 19, ad Cerealem, Examina tecum, omnésque quos ego moui ab vtraque parte calculos, pone. Id est, difficultates & rationes.
¶Calculum Vlpianus vocat rationem impensarum, quas alter ex contrahentibus alteri mutuo debet. l. furti. §. vltim. D. de his qui not. infam.
¶Calculo candido notare diem. Solebant Thraces prosperos dies & laetos, siqui contigissent eis, calculo albo in vrnam coniecto, notare: infelices autem, in quibus infeliciter aliquid euenisset, atro calculo: vt scirent anno elapso quot prosperi & quot infelices cōtigissent. Vnde apud Plinium Iuniorem, lib. 6, epist. 11. ad Maximum, O diem laetum, notandúmque mihi candidissimo calculo.
¶Calculum album adiicere errori alterius, Plin. Iunior, epist. 2. lib. 1. ad Arrianum. Hoc est, probare. Mos erat antiquis, per album calculum in vrnam coniectum, probare aliquid, vel suffragari. Per atrum verò siue nigrum condemnare. Ouid. 15. Metamorphoseos,
-& omnis
Calculus immitem demittitur ater in vrnam.
¶Calculum de se permittere. Plin. Iunior, in Paneg. Eundem autem ferè modū habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere. Ex Budaeo.
Calcularius, adiectiuum: vt Calcularius error. Vide Expungere rationes, in EXPVNGO.
Calculosus, pen. prod. adiect. Plenus calculis, vt Calculosa loca. Colum de arboribus, cap. 21, Ficum frigoribus ne serito, loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat.
Calculosus ager. Colum. lib. 3. cap. 11.
¶Calculosus homo, Qui laborat calculo. Plin. lib. 21. cap. 18, Quanquam professus efficacissimum esse aduersus calculosos.
Calculosum solum. Plin. lib. 35. cap. 14.
Calculator, pen. prod. {ψηφιστής} Verbale à calculo, calculas: quo verbo vsus est Vegetius. Martial. lib. 10. epigr. 62,
Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.
¶Calculator, apud Iurisconsultos, est qui suas operas in rationibus subducendis locabat. Vlpian. l. 7. §. 2. D. de operis libert. Nam huius quoque est ministeriū, si fortè vel librarius, vel nomenculator, vel calculator sit. Ant. Augustinus lib. singul. ad Modest. l. Spadonem. D. de excus. tutorum, Calculatores, inquit, à calculis ducendis dictos arbitror, nō geometras, vt Accursius & Albericus existimāt, sed qui rationibus conficiendis adhiberentur. Haec ille, quem vide.

Caldarium, Caldor, Caldus, Vide CALOR.

CALDIVS, militari ioco dictus est Claudius Cæsar, pro Claudio, quẽadmodũ & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Sueton. in Tiber. In castris tyro etiam tum, propter nimiam vini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero dictus est.

CALE, Cales {Κάλη} Ciuitas est Campaniæ. Nam est in Flaminia, quæ Cale dicitur. Est & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam à Perpenna commemorat. Hæc Seruius in 7. Æneid.

CALEDONIA sylua, In ea parte Britanniæ fuisse putatur, quæ hodie Scotia dicitur, sæuissimis olim vrsis nobilitata. Martial. lib. 1. epigr. 7,

Nuda Caledonio sic viscera præbuit vrso. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonij dicuntur à Poetis. Idem,

Quinte Caledonios Ouidi visure Britannos. Corripit autẽ hoc nomen in hac significatione antepenultimam syllabam, secundam verò producit. Apud Græcos enim scribitur per η. Contrà, quum Ætoliæ syluam significamus, secunda syllaba per υ, & vbique corripitur, sequens autem producitur, eo quòd apud Græcos scribatur per ω. Vide plura de hoc suo loco.

CALEDONIAE, Britanniæ populi: id quod ex Dionis historia nouimus, qui in Seuero Britanniæ gentes ait præcipuas, Caledonias, & Mœatas, quæ montes incolant asperos, & aquis indigos, & campestria deserta, ac palustria, sine ciuitatibus, domibus: agrorũ cultu, fructibus tantùm & pabulo victitantes. Piscitium ne gustant quidem: agunt in tentoriis nudi, sine calceis. Curribus in bello vtuntur, equis paruis, sed præuelocibus. Famem, frigus, miseriam omnẽ ferunt constantissimè. In paludes coniecti perseuerãt dies multos, capite modò prominente ex aquis. Cibum parant, quo fabæ mẽsura vescentes famem non sentiunt, neque item sitim. Leporem, gallinã, anserem admisisse in mensam, maximũ nefas: alere tamen illa non abnuebant, sed animi tantùm gratia. Delectum ac tributa, iniunctáque imperij munia obibant haud grauatè, modò abesset iniuria: hanc enim ægre patiuntur. Plura vide apud Dionẽ. Meminit & Cæl. antiq. lib. 18. c. 21.

Calefacio, Calefacto, Calesco, Vide CALOR.

CALEGIA {Καλεγία} Germaniæ vrbs Ptolem. Vulgò *Vitemberg*.

CALENA, apud Ptolemæum ciuitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxonia appellatur, Vulgò *Oxfort*.

Calendæ, calendarum, plur. num. {καλάνδαι, νεομηνία} dicuntur primi dies mensium. Nonius, Calendarum vocabulum proprium Varro complexus est, de Vita Pop. Rom. lib. 1. Itaque calendis calabantur, id est vocabantur, & ab eo calendæ appellatæ, quod est tractũ à Græcis, qui καλεῖν vocare dixerunt. Sipontinus, Primus omnium mensium dies calendæ vocantur, ἀπὸ τοῦ καλῶ, quod est voco. nam priscis temporibus antequam fasti à Cn. Flauio scriba inuitis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ Lunæ primum obseruaret aspectũ: visúmque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore pontifice celebrato, idẽ pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe, iuxta curiã Calabram, quæ casæ Romuli proxima erat, quot numero dies à calẽdis ad nonas superessent pronuntiabat: & quintanas quidẽ dicto quinquies verbo καλῶ, septimanas verò septies repetito prædicabat. Hunc ergo diem qui ex iis diebus qui calarentur, primus esset, placuit calendas vocari. Ex Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 15.

Ausoniæ Calendæ. Ouid. 1. Fastorum,

Vendicat Ausonias Iunonis cura calendas. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 15. Vt autem Idus omnes Ioui: ita omnes Calendas Iunoni tributas, & Varronis & pontificalis cõfirmat authoritas. Ausonias autem calendas vocat poeta, id est Latinas, quia Latinorum sunt propriæ. Calendis enim carent Græci. Vnde manauit prouerbium, Ad Calendas Græcas, Id est Nunquam.

Celeres calendæ. Ouid. lib. 2. de Remed. amor.

Iani Calendæ. Stat. 1. Sylu. 6. Id est mensis Ianuarij.

Intercalares calendæ. Vide INTERCALO.

Iuleæ calendæ. Ouid. 6. Fast. Id est mensis Iulij.

Iuliæ calendæ. Martial. lib. 12. epigr. 32,

O Iuliarum dedecus calendarum, &c.

Calendæ Martiæ fœminis solennes erant. Vnde fœmineæ calendæ à Iuuenale, sat. 9 dicuntur,

Munera fœmineis tractas secreta calendis. Ita enim calẽdæ Martiæ fœminis dicatæ erant, vt Saturnalia viris, quæ mense Decembri agitabantur. Tranquillus in Vespasiano, Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & calendis Martiis fœminis. Et tamen ne sic quidem pristinæ cupiditatis infamia caruit. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 12. de calendis Martiis loquens, Hoc mense seruis cœnas apponebant matronæ, vt domini Saturnalibus. Illæ vt principio anni ad promptum obsequium honore seruos inuitarent: Hi quia gratiam perfecti operis exoluerent. Quo in loco Macrobius de tempore priscorum Romanorum loquitur, qui decem tantùm menses habebãt. Budæus. Horat. 3. Carm. 8. ode,

Martiis cælebs quid agam calendis?

Ducere calendas Martial. lib. 12. epigr. 36,

Possint ducere qui duas calendas.

Ponere pecuniam calendis. Horat. Epod. 2.

Tristes calendæ. Horat. 1. Serm. 3. sat. Id est, quæ debitorem tristem reddunt, quòd debitam pecuniam soluere tunc fœneratori debeat.

¶ Calendæ primæ, secũdæ, tertiæ, quintæ, dici putantur à iurisconsultis, pro vno, duobus, tribus, & quinque mensibus. Cels. l. liber. §. si ita. D. de hæred. instituend. Titius, si intra tertias calendas nauis ex Asia venerit, hæres esto. Vlpian. l. 1. §. si qui. D. de verb. oblig. Si ita interrogatus, intra calendas quintas? responderit, dabo idibus, nõ obligatur. Martial. lib. 1. epigr. 67,

Atque intra, puto, septimas calendas

Mortes hoc tibi quatuor dederunt. Video tamen Catonẽ in Re rustica primas calendas dicere, pro primo die cuiusque mensis.

Calendaris Iuno {καλανδαρία Ἥρα} Sic Laurentes hanc deam appellarũt: quòd sicut idus omnes Ioui, ita omnes calendæ Iunoni dicatæ essent: propter quod omnibus calendis à mẽse Martio ad Decembrem huic dex supplicabant in curia Calabra. & regina sacrorum, id est regis vxor porcam vel agnam in regia Iunoni immolabat. Sipontinus ex Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 15.

Calendaria dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium: vt diaria, à singulorum dierum ratione obseruata: cuius exempla sunt tam apud Iurisconsultos, quàm apud alios. Quoniam verò fœneratores diligentius faciebant huiusmodi tabulas, ideo factum est vt calendarium in iure pro negotiatione nominum faciẽdorum accipiatur. Vlpianus in l. Munerum ciuilium. §. 1. D. de muneri. & honor. Calendarij quoque curatio, & quæstura, in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus in l. Qui filium. D. de leg. tertio, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, id est nominibus faciendis, destinatæ essent, fidei commisso cedere solent. Budæus.

CALENI {Καληνοί} Campaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 5, Hinc felix illa Campania est. Ab hoc sinu incipiũt vitiferi colles, & temulentia nobilis, succo per omnes terras inclyto, atque (vt veteres dixere) summum Liberi patris cum Cerere certamen. Hinc Setini & Cæcubi obtenduntur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Deinde consurgũt Massici, Gaurani, Surrentinique montes. Porrò in agro Caleno, aqua est quæ vini modo temulentos facit, vt in Paphlagonia. Quidã scribunt calœnum, per œ diphthongum: dictũmque volunt à Græco καλὸς, bonum: & οἶνος, vinum.

CALENTVM, Ciuitas est vlterioris Hispaniæ, in qua fiunt lateres, qui siccati nõ mergũtur in aqua. Sunt enim è terra pumicosa, quum subigi potest, vtilissima. Author Plin. lib. 35. cap. 14.

CALENVM, pen. prod. {Κάληνον} vrbs Campaniæ, 14. passuum millibus à Capua distans, in cuius agro vinum optimum & dulce nascitur. Plinius lib. 3. cap. 5, Bouillæ, Calatiæ, Casinum, Calenum. Sic Strabo libro 5.

CALENVS OLENVS, Hetruriæ celeberrimus vates fuit, qui humano capite à Romanis inter fodiendum inuento, missisque ob id à Senatu Legatis percunctatum quid faciendum censeret, is præclarum id fortunatúmque cernens, interrogatione in suam gentem transferre tentauit: transissetque haud dubiè fatum in Hetruriam, ni præmoniti à filio vatis Legati respõdissent aliter atque existimarat. De hoc vide Plin. lib. 28. cap. 2.

Caleo, Vide CALOR.

CALEPIVM {Καλέπιον} Oppidum in Cenomanis, ad decimumquartum lapidem à Bergomo, Brixiam versus, ad colles in sinistra parte positum: à bonitate vini denominatum.

CALES {Κάλησ} Populi vel vrbs Campaniæ, vbi Calenum vinum optimum. Horat. 4 Carm. 12. ode,

Sed pressum Calibus ducere Liberum Si gestis. Id est vinum Calenum bibere. Acron.

Calesco, In CALOR.

CALETI {Κάλετοι} Straboni inter Galliæ Belgicæ vrbes ponuntur. Sic enim scribit lib. 4, Cæterum Menapiis, ad mare proximi sunt Morini & Bellouaci, & Ambiani, & Suessiones, & Caleti, vsque ad Sequanæ amnis exitum. Hactenus Strabo. Horum quoque meminit Cæsar belli Gall. lib. 2. Caleti porrò linea vela texunt, authore Plinio lib. 19. cap. 1. Ptolem. lib. 2. cap. 9, Gesoriacum nauale vocat vrbem eorum. Vulgò *Caletz*. Aliter tamen existimat Turnebus, atque Caletos populos esse in superiore Normania vltra Rhotomagum ad ostium Sequanæ, quos hodie Caletenses appellamus, quorum oppida sunt Deppa, Portus nuper de Anglis receptus, quem per bellum ciuile interceperant, Iuliobona, quam Villam bonam appellamus: idque sentire videtur Strabo. Vide locum.

Caletranus ager, non longè à vadis Volaterranis in Thuscia. Plin. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Crustumius, Caletranus.

CALIANASSA, & CALIENERA, In CALLIANASSA & CALLIANIRA.

CALICADNVS, In CALYCADNVS.

Calicata ædificia, calce polita. Festus.

Caliculus, In CALIX.

Calidus, In CALOR.

Caliendrum {κάλλυντρον} Dicitur ornatus capitis mulierum, siue suppositus crinis quem pro naturalibus accipiebant, vt ait Acron in illud Horatij 1. Serm sat. 9,

—altum Saganæ caliendrum

Excidere, atque herbas, atque, &c. Alij operimentum capitis significare, & à Græco κάλλυντρον deduci putant. Vsurpatur & ab Arnobio, Falciculæ, claues, caliendra, fomites, talaria, &c.

Caliga, caligæ, penult. corr. {καλίγα} Tegumentum tibiarum militare, cuius diminutiuum est caligula. A quo militari calceamento Germanici filius Caius Rom. Imperator cognomen sortitus est, quoniã in exercitu natus sit. Ausonius in Monostichis de ordine Imperatorum, Cæsar, cognomen Caligæ cui castra dederunt. Sueton. in Caligula, cap. 9, Caligulæ cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Plinius lib. 7. cap. 43, Quanquam Massurius author est, bis in triumpho ductum: Cicero, mulionem castrẽsem suffarraneum fuisse: plurimi, iuuentam inopem in caliga militari tolerasse.

Caliga speculatoria. Suet. in Caligula, cap. 52. Quo in loco antiquissima exemplaria scriptum habent spiculatoria. Cui lectioni astipulari videtur doctorum omnium opinio, vt sit spiculatoria caliga qua vtebantur olim spiculatorij milites. Erat autem ad mediam vsque tibiam, vt antiqua marmora adhuc testãtur, atque ita facta, vt superior pars caput quoddam leonis appareret.

Caligas Epicratis oratoris lasciui, videtur Cicero accipere pro oratione lasciuiuscula, quum ad Atticum lib 2. epist. 3, sic scribit, Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id iudicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem suspicor, vt scribis, lasciuum fuisse. Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ cretatæ, non placebant. Ita interpres Bapt. Pius. Longè aliam interpretationem quæ est Pauli Manutij, vide in DIADEMA.

Caliga Maximini, Prouerbium de homine alto & oblongo corpore prædicto. Erasmus in Chiliad.

Caligatus, pen. prod. {καλιγάτος} Caligis indutus. Iuuen. sat. 3,
Veniam caligatus in agros. Id est, velut audax miles adiutor satyrarum veniam, nisi illas mei pudet auxilij.
Caligatus miles, pro manipulari & gregario. Venuleius in l. De militibus. D. de custod. & exhib. reo. Is autem qui exercitum accipit, etiam ius animaduertendi in milites caligatos habet. Vlpianus, De his qui notantur infamia, l. 2. Quod ait Prætor, qui ab exercitu dimissus erit: dimissum accipere debemus militum caligatum, vel, &c. Budæus.

Caligarius, adiect. vt Caligarius clauus. Plin. lib. 34. cap. 14, Aliud breuitate sola placet, clauisque caligariis, &c. De differentiis ferri.

Caligarius, substantiuū. Firmicus lib. 3. cap. 12, Fullones, seu caligarij, siue lanarij. Idem lib. 4. c. 7, Faciet pellarios, coriarios, caligarios, &c.

Caligaris, & hoc caligare, pen. prod. Plin. lib. 9. cap. 18, In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt squamis cōspicui, crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie.

Caligo, pen. prod. caliginis, pen. corr. f. g. {γνόφος, ζόφος} Vmbra ex spissitudine aeris procreata. Virgil. 9. Æneidos,
Quis globus ò ciues caligine voluitur atra?
¶ Caligo, quæ vulgò dicitur *Bruine, Brouee, Brouillas.* Columel. lib. 3. cap. 1, Vites præcoques, quarum inter caligines vuæ deflorescunt. Quinetiam pruinas, & caliginem, & carbunculum facilè propulsat.
Caligo ac tenebræ. Cic. 5. Verr. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris.
Tetris tenebris & caligine se Alexandriam peruenturos arbitrati sunt? Cic. 2. de Lege Agraria.
Atra caligo. Virgil. 11. Æneidos,
Voluitur ad muros caligine turbidus atra Puluis.
Cæca. Virgil. 3. Æneidos,
Tres adeò incertos cæca caligine soles
Erramus pelago.
Densa. Virgil. 12. Æneid.
Nigrans. Sil. lib. 4.
Obscura. Virgil. in Ætna,
Illinc obscura semper caligine nubes.
Opaca densus caligine. Ouid. 10. Metamorph. De tramite, ab inferis ad superos.
Picea. Virgil. 2. Georgicōn,
-& ruit atram
Ad cælum picea crassus caligine nubem.
Spissa. Ouid. 7. Metamorph.
Subita Stat. lib. 10. Thebaid.
Terribilis. Lucret. lib. 6.
¶ Caliginem temporum illorum vide. Cic. pro Plancio.
Caligo & tenebræ superioris anni, quā respicere cœpistis, &c. Cic. post Reditum in Senatu.
Quasi per caliginem. Hoc est, quasi per nebulā & obscuram quandam rem. Cic. 12. Philip. Quod videbam equidem, sed quasi per caliginem perstrinxerat aciem animi Bruti salus.
¶ Abundare caligine. Ouid. 2. Metamorph.
Discussa est illa caligo, quam, &c. Cic. 12. Philip.
Inducere caliginem dicitur Deus. Ouid. 1. Metamorph.
Inducere caliginem alicui. Paterculus lib. 2, Consulatui Ciceronis nō mediocre adiecit decus natus eo anno diuus Augustus, omnibus omnium gentium viris magnitudine sua inducturus caliginem. Id est, eorum gloriam obscuraturus.
Caligine mersus. Virgil. 6. Æneidos,
Pandere res alta terra, & caligine mersas.
Tegere terras caligine nox dicitur: vt apud Lucret. lib. 6.
Caligo oculorum. Plin. lib. 18. cap. 13, Oculos purgat, medetur caligini admisto lacte mulierum.
Maris. Stat. lib. 4. Thebaid.
Cæca mentis caligo. Catul. epigr. 54.
Noctis cæca caligo. Lucret. lib. 4.
Plenus caligine. Statius lib. 2. Thebaid.

Caliginosus, pen. prod. {ζοφώδης, ζοφερός} adiectiuum. vt Caliginosum cælum. Cic. 1. Tuscul. Vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum & caliginosum est, propter exhalationes terræ.
Nox caliginosa. Horat. 3. Carm. ode 29,
Prudens futuri temporis exitum
Caliginosa nocte premit deus. Id est, Celat nos deus & ignorare vult futuri temporis exitum.
Caliginosa stella. Cic. 1 de Diuinat. Nam si obscurior quasi caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cælum.

Caligo, caligas, pen. prod. {ἀμβλυώττω, ταρβλώττω} caligare, Cæcutire. Plin. lib. 20. cap. 22, Inungunt quoque scabras genas, aut caligantes oculos cum melle.
Nubes caligat. Virgil. 2. Æneidos,
-nanque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.
Caligant oculi ex somno. Cels. lib. 21. cap. 6.
Caligare dicuntur amnes. Columel. lib. 1. cap. 5.
¶ Caligare in sole. Id est, in re clarissima cæcutire: apud Quintil. lib. 1. cap. 2. Vide Chiliadas Erasmi.
¶ Caligat ad eas res humanum genus. Plin. lib. 30. cap. 1, de origine magicæ artis loquens, Ita blandissimis, desideratissimisque promissis addidisse vires religionis, ad quas maximè etiamnum caligat humanum genus.

Caligans, participium {ἀμβλυώττων.} Virg. 4. Georgicōn,
Et caligantem nigra formidine lucum Ingressus.
Caligante animo. Plin. lib. 11. cap. 37.
Campi caligantes. Stat. lib. 1. Thebaid.
Fenestræ caligantes. Apud Iuuenalem.

Caligatio, Verbale {ἀμβλυωπία.} Plin. lib. 29. cap. 6, Aquilæ misto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, suffusionésque oculorum.

CALIGVLA, pen. corr. {Καλιγούλας} Dictus fuit Caius Imperator. Vide CALIGA.

Calim, Veteres pro Clam vsurparunt. author Festus.

CALINGAE, Gentes Indicæ ad mare. Plin. lib. 6. cap. 17. & 19. De quibus rursum lib. 7. cap. 2. sic scribit, In Calingis eiusdem Indiæ gente quinquennes concipere fœminas, octauum vitæ annū non excedere.

CALINGII, Asiæ populi, quibus vicina est Ampelone Milesiorum colonia. Author Plin. lib. 6. cap. 28.

CALINGON, Indiæ promontorium, vt tradit Plin. lib. 6. cap. 20.

CALINIPAXA, Scytharum oppidum, authore Plin. lib. 6. cap. 17.

CALINVS, Statuarius, cuius meminit Quintil. Calamis legitur apud Quintilianum lib. 12. cap. 10.

CALIORDI, Populi sunt in Taurica regione Scythiæ, de quibus Plin. lib. 4. cap. 12.

CALIPOLIS, seu Callipolis, pen. corr. {Καλλίπολις Stephan. Καλλίπολις Ptolem.} Europæ vrbs est ad Hellespontum, vrbibus Asiæ opposita. Plin. lib. 4. cap. 11, Hellespōtus septē stadiis Europam ab Asia diuidēs, quatuor illic inter se contrarias vrbes habet, in Europa Calipolin & Seston: In Asia Lampsacum, & Abydon. Hæc porrò Calipolis non adeò celebris est atque illa Macedonica, cuius Liu. meminit Dec. 4.

Calisiua, Medicamentum est, de quo Galen. his verbis, Calisiua fit de lapide, qui affectatum vritur, & est viscidissima, quæ est recens, & non mundata. Mittitur autem in emplastris & in causticis. Est enim & ipsa caustica, & vires habet acerrimas. Vide ipsum Galenum lib. de simpl. medicam.

CALISTO, Calistus {Καλλιστώ} Lycaonis regis Arcadiæ filia, sese Dianæ comitem addixit. Compressa deinde ab Ioue, vtero in balneis apparente, dum simul lauaret, ab ea repulsa, Arcadem in syluis peperit, de quo antè diximus in dictione ARCTOS.
Calisto Lycaonia. Catull. 61,
Lumina Calisto iuncta Lycaoniæ.
Calisto, Sydus. Columel. lib. 11. cap. 2, VII. Idus Febr. Calisto sydus occidit. Fauonij spirare incipiunt.

Calix, calicis. pen. corr. masc. gen. {κύλιξ} Genus poculi quo bibimus. Varro 4. de Lingua Latina, Calix, à caldo: quòd in eo calda puls apponebatur, & caldum eo bibebant. Festus, Calix, quòd in eo calidum bibitur. Macrob. lib. 5. Saturn cap. 21, Cylix (ait) poculi genus est. nos vna litera immutata, calicē dicimus. Cic. in Pisonem, Toreuma nullum, maximi calices.
Auratus calix. Propert. lib. 2.
Calices ex terra facti. Vitruuius lib. 6. cap. 1.
Calix vitreus. Martialis in Xeniis, lib. 14. Baysius, Illi autem qui ab eodem calices vitrei dicuntur, à Græcis κύλικες ὑάλιναι, verbum è verbo scilicet nuncupantur, authore Iulio Polluce.
Coronatus calix. Tibul. 2. eleg. 6.
Calices diatreti, cælati & tornatiles, qui toreumata Græco vocabulo dicuntur Sallustio, Ciceroni, Tranquillo. Budæus.
Calix fœcundus. Horat. 1. epist. 5,
Fœcundi calices quem non fecere disertum?
Inæquales. Horat. 2. Serm. 6. sat.
Plebeij. Iuuenal. sat. 11.
¶ Impingere alicui calicem. Cic. 3. Tuscul. Quid huic? calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat, aut aliquid eiusmodi.
Siccare calices. Horat. 2. Serm. 6. sat. Id est, vt ait Acron, ebibere.
Texere calices smaragdis. Plin. in prooem. lib. 33, Nec hoc satis fuit: turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices.
Tractare calicem. Horat. 2. Serm. sat. 4, -seu puer vnctis
Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit.
Amarior calix. Catull. epigram. 24.
¶ Calix, Vas in quo legumina & olera coquuntur. Ouid. 5. Fastor.
Stāt calices, minor inde fabas, olus alter habebat. Vide CRATER.
¶ Calix, non solùm pro vase à doctissimis ponitur, sed etiam pro ea tantùm vasis parte quæ humoris capax est. Plin. lib. 37 cap. 2, vbi de murrhini pretio agit, Excrescit in dies eius rei luxus, murrhino LXXX. sestertiis empto, capaci planè ad sextarios tres calice. Vides vt calicem murrhini dixerit, eam partem quæ humorem continere queat? Baysius.
¶ Calix cochleæ. Plin. lib. 9. cap. 56, Cuius artis gloria in eam magnitudinem perducta est, vt LXXX quadrantes caperent singularum calices. De cochleis loquitur.

Caliculus, pen. corr. {κυλίκιον} diminutiuum. Cato cap. 108, Vinum si voles experiri duraturum sit, nécne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouū indito. Celsus de cucurbitulis loquēs lib. 2, At si cætera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris compressioris, ei rei commodè aptatur.

Calla, Herbæ genus est aro simile, in arationibus nascens, vsúsq; eosdē habens, quos arum. ¶ Est & altera callæ species, quā Anchusam nonnulli, alij Rinoclisiam appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 9.

Callæ {κάλλαια} Gallinaceorū barbæ dicūtur, eo quòd colorē purpureū, quē κάλλαιον Græci dicūt, imitātur. Vide Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 16.

CALLAICI, pen. corr. {Καλλαϊκοί} Lusitaniæ populi, Gallis finitimi, dicti quasi Gallaici, quos vt bellicosos maximè cōmendat Strab. lib. 3. Sil. lib. 16, Euolat ante omnes, rapidóque per aera cursu
Callaicus Lampon fugit.

Callaicus, adiect. {Καλλαϊκός} Martialis, Nec quę Callaico linūtur auro.
Brutus Callaicus, ab hoste Callaico dictus. Ouid. 6. Fastorum,
Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste
Fecit, & Hispanam sanguine tinxit humum.

Callais, idis {κάλλαις} Gemma est ex viridi pallescens, oculi figura extuberans, leuiterq; adhærens petris, non vt agnata, sed vt eisdem apposita. Nascitur in finibus Indiæ, amplitudine cōspicua, sed fistulosa, & sordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 8.

Callarias, Piscis est mari peculiaris, ex Asellorum genere, ni minor esset. Vide Plin. lib. 32. cap. vlt.

CALLATERIA Oppidum est Campaniæ, Brundusium ducens, non procul à Calydio & Beneuento, cuius meminit Strab. lib. 5. Geograph.

Calleo, Callens. Vide CALLVM.

CALLET, Hispaniæ oppidum, stipendiarium, non liberum, dicente Plin. lib. 3. cap. primo, Stipendiaria, Callet, Calucula, Castra gemina, Illipula minor, &c.

CALLIANASSA & Callianira Duo nympharum marinarum nomina: alterum à bene imperando: alterum à viris honestandis dictum.

CALLIARVS, ri Locrorum oppidum: ita dictum à Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio, vt ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit huius oppidi & Strabo lib. 9.

CALLIAS, Atheniensis Comicus, filius Lysimachi, qui cognominatus est Schœnion, quòd funes ob paupertatē torqueret. Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Atheniensium nobilis, contra Artaxerxem missus. Author vtriusque Suidas. ¶Callias item Methymnæus grammaticus, quem Strabo dicit Alcæum Saphonque poetas enarrasse. ¶Fuit præterea Callias quidam statuarius, de quo Pli. lib. 34. cap. 8.

Calliblepharum, pen. corr. Medicamen accōmodatum vitiis oculorum, præsertim quum palpebræ cohærescunt, & vlcera oculorum malè curata sunt. Medicamentum est quo fucantur ornantúrque palpebræ. Plin. lib. 23. cap. 4. Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loto, spodij vicem efficiunt, miscentúrque collyriis, & calliblephara faciūt addito nardo. Καλλὸς, venusto, pulchrifico. βλέφαρον, palpebra, gena, pellis oculos claudens.

Callicia, Herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. lib. 24. cap. 17.

CALLICLES, pen. corr. Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. Alterius Calliclis meminit Quintil. lib. 2. cap. 16.

CALLICRATES, pen. corr. Artifex, ex ebore formicas, & alia tam parua fecit animalia, vt partes earum cerni non possent. Author Plin. lib. 36. cap. 5 ad finem.

Callicyrii vocabantur in Creta liberi illi, qui coacti inopia, seruilia præstabant, sicut Syracusanis Arotæ & Callyrij. Vide Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

Callidus, Callide, Calliditas, Vide CALLVM.

Callielæa Olea satiua. Vide Ruell. lib. 1. cap. 104.

Calligonon, pen. corr. Herba quæ & Polygonon dicitur. Vulgus *sanguinariam* vocat. Pli. lib. 27. cap. 12, Appellariq; à multitudine seminis, aut densitate fruticis calligonon.

CALLIMACHVS, pen. corr. Poeta Cyrenæus, filius Batti, discipulus Hermocratis Iasei grammatici, vixit apud Ptolemæū Philadelphum vsque ad Euergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poematis genus attigit. In aduersarium poema acerbissimum, quem ficto nomine Ibin appellat: vnde Ouidius nomen & argumentum mutuatus est: edidit elegias quoque & epigrāmata, & hymnos, aliáq; complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam vnam in lauacrum Palladis, & quosdam hymnos in deos.

Romanum Callimachum seipsum vocat Propertius lib. 4. eleg. 1,

Vt nostris tumefacta superbiat Vmbria libris.

Vmbria Romani patria Callimachi. Innuere vult tantum se esse apud Latinos in scribendis elegis, quantus apud Græcos fuerit Callimachus.

Callimachus alter sculptor se nominari studuit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem exquisitioremque disciplinam reduxit: enim liquefacere conflaréque est. Nam ipse prius lapidem perforauit, minutatimque tractauit. Author Pausanias.

Callimachus medicus. Plin. lib. 21. cap. 3, Et apud Græcos quidem de coronis priuatim scripsere Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti: quoniam & in hoc est aliqua valetudinis portio, odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatræ solertia. ¶Fuit & Callimachus alter Atheniensium dux, quo tēpore prælium aduersus Persas apud Marathona factum est. Author idem Plin. lib. 35. cap. 8.

Callimus Lapis est ex genere aetitarum, de quo Plinius lib. 37. cap. 11.

CALLINICVS, pen. prod. Sophista Syrius, vel Arabs, profitebatur Athenis, scripsit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Author Suidas.

CALLINOVS, vt ex Terentiano Rhodig. refert, poeta fuit, qui primus elegum carmen enuntiasse traditur, licet nonnulli à Naxio quodam Theocle furente, id factitatum esse asseuerent. Vide Cæl. lib. 9. cap. 3.

Callion Herba est, quam aliis nominibus Solanum somniferum, Halicacabum, & Vesicariam appellāt. Vide Plin. lib. 21. cap. 31.

Callionymus, pen. corr. Genus piscis, cuius fel cicatrices sanat. Plin. lib. 32. cap. 7.

CALLIOPE, pen. cor. Vna Musarum, & quidē præstantissima, vt dixit Hesiod. quæ etiā Calliopea, pen. pro. dicitur. Ouid. 5. Fastorū, Prima sui cœpit Calliopea chori.

Mater Orphei Calliopea. Virgil. 4. ecloga,

Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

Musa callida Calliope. Lucret. lib. 6.

Pia. Martial. lib. 1. ad Hippodamum.

Calliope requies hominum, diuûmque voluptas. Lucret lib. 6.

CALLIPATIRA, Mulier quædam fuit, quæ quum capitale esse fœminis sciret Olympicorum tempore Alpheum amnem trāsisse, mutatis vestibus gymnastico fefellit habitu. Sed quum id postea rescitum esset, ignotum quidem est Callipatiræ, quòd patrem & fratres habuisset olympionicas. Lata verò in reliquum lex est, vti in certamen nudi prodirent gymnastæ. Ex Pausania. Meminit quoque Cælius libro 14. cap. 15.

CALLIPIDAE, pen. corr. Scythiæ Europææ populi ad Hypanim fluuium: Solinus Callipodas vocat: Pomponius Mela Callipidas: eosdem Herodotus Græcoscythas nominat, quòd ex Græcis Scythæ facti sint.

CALLIPIDES, Callipidis, Tragœdiarum histrio fuit. Cic. Attico, lib. 13, Brennium præteriit, quum ille Callipides assiduo cursu cubitum nullum processerit.

CALLIPO, Philosophus, qui honestati voluptatem adiunxit.

CALLIPOLIS Vrbs Thraciæ, in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadraginta tantùm distat stadiis, vt scribit Strab. lib. 13. ¶Est itē Callipolis Peloponnesi ciuitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promōtorio, inter Cyllenen & Patras: cuius meminit Pompon. Mela lib. 2. ¶Callipolis præterea insula est maris Ægæi, vna Cycladū, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

CALLIPPVS, Atheniensis Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggrederetur, Dionémque patriæ liberatorem per proditionem interfecisset. Author Plutarchus in Dione.

CALLIPYGOS Veneris cognomentum, quod hac ratione illi inditum est: Fuerant agresti cuidam filiæ duæ formosæ, quæ inter se de natium seu clunium pulchritudine certarent, quæ quū in publicam viam venissent, adolescenti cuipiam inde eunti se ostenderunt, vt is iudicaret vtra esset, id est pulchriorum natium. Iuuenis vtranque accuratè intuens, maiorem natu clunium specie præstare pronuntiauit, eiúsque simul est amore correptus, & domum reuersus rem fratri significauit: qui vrbe exiens, ad rem huiusmodi visendam prodiit, similitérque alterius est amore captus. Quare ambo fratres ambas sorores, agrestes puellas, etiam inuito patre vxores duxere. Hæ autem mox fortunis affluentes, , id est templum Veneris pulchriclunis condidere, propterea quòd puellæ ipsæ à ciuibus, hoc est pulchriclunes dicerentur. Ex Athenæo lib. 12. Meminit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.

CALLIROE, Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberauit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, à quo quum se desertā videret, vitā laqueo finiuit. ¶Fuit itē Calliroe, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit, vt suprà in dictione ALCMAEON.

CALLIROE Fons Atticæ. Plin. lib. 4. cap. 7, In Attica fontes, Cephisia, Larine, Calliroe enneacrunos. Hactenus Plinius. Est igitur Calliroe dictus, id est cuius aquæductus, vel scaturigines sint nouem. Statius lib. 12. Thebaidos id eleganter expressit,

Et quos Calliroe nouies errantibus vndis Implicat.

Callis, huius callis, In CALLVS.

Calliscere, In CALLVM.

Callistæa Græci dicunt selecta cuipiam præmia, sicut quæ virtutis ergò contribuuntur, vocant Aristæa. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 17.

CALLISTA Insula maris Ægæi, vna sporadum, alio nomine Thera appellata. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

Callistephanos Genus est oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur: vnde & nomen accepit. Author Pausan.

CALLISTHENES, pen. cor. Olynthius discipulus, & propinquus Aristotelis, vnus è comitibus Alexandri, vir ingenio doctrinaque præstans, scripsit historiam philosophorum, secundus à Xenophonte, in qua res Alexandri gestæ continentur. Tandem quasi author coniurationis Hermolai, ab Alexandro indignis modis interfectus. Suspectus quoque quòd non vti cæteri, adorandum eum putaret. Trogus lib. 24.

CALLISTO. In CALISTO.

Callistruthiæ, Ficorum genus omnium frigidissimum. Vide Plin. lib. 18. cap. 11.

CALLISTVS, Libertus fuit Claudij Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superauit. Hic scenam Romæ ædificauit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Author Plin. lib. 36. cap. 7. & lib. 33. cap. 10.

Callitrichon, Herba, ex qua fit sternutamentum. folia sunt lenticulæ similia, caules iunceis tenuissimis, radice minima. Nascitur in opacis & humidis, gustatu feruens. Plinius lib. 25. cap. 11. Dioscorides callitrichon ait appellari, quod nunc polytrichon vocamus, hoc quidem quia multos, illud verò quia pulchros capillos faciat. Species est capillorum Veneris. Ruell. lib. 3. cap. 133.

Callitrix, Herba, quæ decocta in aqua, humidis vlceribus prodest. Plin. lib. 26. cap. 14.

Callitrix Animal est ex genere simiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. lib. 8. cap. 54, Callitriches toto penè aspectu à simiis differunt: barba est in facie, cauda latè diffusa primori parte. Hoc animal negatur viuere in alio, nisi Æthiopię, quo gignitur, cęlo.

CALLIXENVS Statuarius nobilis fuit, qui Olympiade centesima quinquagesimaquinta, quo tempore illorum ars reuixit, quum anteà aliquandiu cessasset, floruit. Ex Plin. lib. 34. cap. 8.

CALLON Statuarius nobilis fuit, qui octogesimaseptima Olympiade floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8, & Quintil. lib. 12. cap. 10. Alij per simplex l. scribunt.

Callus, m. g. & callum, calli, vtroque modo dicitur: & est cutis labore viæ pedibus, aut alio opere in manibus, partéve alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, ceruice bouis, animalium plantis pedum. Plin. libro 9. cap. 35, Sani quidem partus multiplici constant cute, non impropriè callum vt existimari corporis possit.

Callum fungorum. Plin. lib. 19. cap. 4. ad finem, Fungorum enim callum in ligni arborúmque natura diximus.

Callum, per metaphoram ponitur. vnde Callum obducere. Cic. 3. Tuscul. Quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat.

Excedere callum. Cel. lib. 5. cap. vlt.

Callosus, penult. product. adiectiuum, vt Callosus acinus. Colum. lib. 3. cap. 1, Humido loco sciet non rectè mandari fructus, teneri,

teneri,& amplioris acini,sed callosi & angusti.

Dextra callosa.Ouid.ad Pisonem,

Humida callosa quum pinseret hordea dextrâ.

Oræ callosæ,in vlceribus sunt quæ vulgò labra dura dicimus.Cels. lib.5.cap.28.

Oua callosa.Horat.2.Serm.sat.4,

Longa quibus facies ouis erit,illa memento

Vt succi melioris,& vt mag s alba rotundis

Ponere,nanque marem cohibent callosa vitellum.

Tectæ res callo.Lucret.lib.4.

Callosa tunica,siue membrana oculi.Plinius libro 11.cap.37.

Callosa vlcera.Plin.lib.26.cap.14.

Callositas, penultima corr. callositatis. Scribon. Largus, Collyrium quod propriè facit ad aspritudinem palpebrarum & callositatem.

Calleo,calles,callui { πωρόω } callere, Callis obductum esse. Plin.lib.11. cap.37, Antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret id, scientes occidere non assueti.Hoc est,in callum duresceret.

¶Callere { ἐπίστασθαι,εἰδέναι } Scire,hoc est calliditate,quæ est vrbana scientia:vt ait Nonius. Horatius,de Arte poetica,

Legitimúmque sonum digitis callemus & aure. Callemus(inquit Sipontinus) hoc est scimus,nouimus:quòd sicut pes ex longo viæ labore callum facit,ita mens longa experientia facit habitum quêdam rerum in quibus versatur.

Calleo hanc rem,pro hac re,authore Nonio. Persius,

Dicenda,tacendáque calles. Terent.Adelph.4.1,

Quin tu otiosus es,ego illius sensum pulchrè calleo.

Callere iura. Cic. pro Cornelio Balbo, Ignosco tibi, si neque Pœnorum iura calles.

Callere ad suum quæstum.Plaut.Trucul.19.

Callere,cum infinitiuo.Horat.4.Carm.9.ode,

-qui deorum Muneribus sapienter vti, Durámq; callet pauperiem pati. Id est ingeniosè nouit. Acron.

Callens { εἰδώς } Nomen.vt Callēs vaticinandi.Plin.lib.21.cap.31,Halicacabi radicem bibunt, qui sunt vaticinandi callentes.

Callens linguæ.Gell.lib.17.cap.5.

Callisco,calliscis,verbum antiquum,Idem quod Calleo. Nonius,Calliscerunt,pro occaluerunt. Cato de bello Carthaginensi, Aures nobis calliscerunt ad iniurias. Obsoletum.

Callidus, penultima corr. { πανοῦργος } Adiectiuum, Dicitur qui callum sibi vsu artis induxerit,authore Donato. Cic.4. Academ. Ego enim, vt agitator callidus,prius quàm ad finem veniam, equos sustinebo.

Stultus & Callidus,contraria.Ouid.2.de Tristibus,

Verbáque dat stulto callida nupta viro.

Inter versutum & callidum. Cic. 3. de Nat. deor. Homo sine dubio versutus & callidus. Versutos eos appello,quorum celeriter mês versatur. Callidos autem , quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concalluit.

Callidus rerum iudex,pro prudenti & intelligenti rerum æstimatore.Horat.2.Serm.7.

Callidissimus rerum rusticarum.Colum.lib.2.cap.2.

Callidus temporum.Tacitus lib.4,Igitur vt olim plebe valida,vel quum patres pollerent,noscenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur,Senatúsque & optimatium ingenia qui maximè perdidicerant, callidi temporum & sapientes credebantur,&c.

Callidus,& tegendis sceleribus obscurus.Tacit.lib.5.

Callidus amicus accendendis offensionibus.Tacitus lib.2.

Ad quæstum.Plaut.Trucul.8.

Ad rem.Plaut.Epid.9.

Ad fraudem. Cic.pro Cluent. Quòd aut hi qui ad fraudem callidi sunt,non tantum audent,quantum excogitant.

Vsu callidus.Ouid.19.epistol.

Non ego natura,nec sum tam callidus vsu.

Adulter.Ouid.1.Amor.10.eleg.

¶Artificium. Cic. 1. Tusc. Quanquam foramina illa quæ patent ad animum à corpore callidissimo artificio natura fabricata est.

Astus.Seneca in Troade,6.

Auceps.Ouid.11.Metam.

Consilium.Cic.ad Att.lib.15,Ita per te exoretur,ne quod callidius ineat consilium.

Fraudes.Seneca in Hippol.4.

Iudex.Horat.1.Serm.sat.7.

Iunctura, Arguta compositio.Horat.in Arte,

Dixeris egregiè,notum si callida verbum

Reddiderit iunctura nouum.

Lena.Tibul.lib.1.eleg.5.

Mendacium.Plaut.Mostel.8.

Modo callidiore.Ouid.ad Pisonem.

Nauitæ callidi.Horat.3.Carm.ode 24,

-callidi Vincunt æquora nauitæ.

¶Callidus cum infinitiuo.Horat.3.Carm.ode 11,

Túque testudo resonare septem Callida neruis.

Callidè,aduerbium { πανούργως,ἐντέχνως } Cic.2.de Finibus,Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem.

Accessit callidè.Cic. pro Flacco,Bene testem interrogauit, callidè accessit,reprehendit.

Callidè dicere.Cic.in Orat.Qui in illo subtili & acuto elaborauit, vt callidè argutéque diceret,nec quicquam altius cogitaret.

Callidè & peritè.Cic.1.de Orat. In his ipsis rebus satis callidè versari & peritè potest.

Calliditas,penult.corr. { πανουργία } Astutia. Terent.Heaut.5.1,

-serui venere in mentem Syri Calliditates.

Cic.1. Officiorum, Scientia quæ est remota ab iustitia, calliditas potius,quàm sapientia est appellanda.

O mira calliditate virum! Ouid.in epistolis.

Occulta. Quintil.lib.2.cap.5.

Stulta calliditas.Cic.3.Offic.

Lædi calliditate.Ouid.19.epist.

Rapere calliditate.Mart.lib.11.epigr.50,

Nulla est hora tibi,qua non me,Phylli,furentem

Despolies:tanta calliditate rapis.

Superare calliditate. Cic. de Arusp. Resp. Quàm volumus licet P. C. ipsi nos amemus: tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos.nec calliditate Pœnos,nec artibus Græcos,nec denique,&c. superauimus.

Callis,huius callis,m.g. { τρίβος } significat semitam,veluti callo pedum præduratam. Virgil.4 Æneidos,

-prædámque per herbas

Conuectant calle angusto. Vbi Seruius,Callis est semita tenuior, callo pecorum prædurata. Cic.pro Sextio,9,Italiæ callis, & pastorum stabula propriè prædari cœpisse,&c.

¶Callis, fœminino genere.Liu.lib.22. Nisi pecorū modo fert angusto saltu, per deuias calles.Idem sic frequenter. Author Nonius.

Occulti.Virg.9.Æneid.

Secreti.Virg.6.Æneid.

Callis surgens.Persius sat.3.

CALLIS, Prouincia Consulibus olim demandari solita. Scribit enim Suetonius in vita Iulij Cæs. prouincias minimi negotij syluas & calles decretas Consulibus. Syluæ autem illæ & calles ferè in Apulia, & illo Italiæ tractu erant. Cornelius Tacitus, Et erat in iisdem regionibus Curtius Lupus quæstor, cui prouincia vetere ex more calles euenerat. Callium autem nomine, saltuum administrationem significari existimo, in quibus professi pecoris sui capita pecuarij pascebant, scripturámque soluebant. Nam callis ex eo appellatur, quòd pecudum callo calcetur, éstque via à pecore durata: sed & loca quæ pecudes calcant. Varro, Et vtrosque, inquit, horum firmiores, qui in callibus versentur, quàm eos qui in fundo quotidie ad villam redeant. Cicero pro Sextio, Atque æstatem integram nactus, Italiæ calles, & pastorum stabula prædari cœpisse. Turnebus.

Calo,calas { καλῶ } calare, A verbo Græco καλεῖν,siue καλῶ deducitur.& significat voco.

Calata comitia vocabantur,quæ pro collegio pontificū haberi solebant, aut regis sacrorū.aut flaminum inaugurandorum causa.Gellius lib.15.cap.27, Dicta autem sunt calata, quod calarentur, hoc est vocarentur classes per ordinē.equites enim vocabantur primi:octoginta deinde primæ classis centuriæ peditum vocabantur, atque ita ad infimos ordines perueniebant. Budæus.

Calator,penult.prod. { κλήτωρ } Festus,Calatores,serui,ἀπὸ τοῦ καλεῖν,quia semper ob necessitatem seruitutis vocari possent. Fortasse legēdum, Vocare,in actiua significatione.

Calones { καλόπεδα } Calcei ex ligno facti. Festus.

Calones, penult. prod. { ξυλοφόροι } Militum serui, dicti quia ligneas clauas gerebant,quæ Græci κᾶλα vocant.Hæc Festus. Seruius, Calones dicuntur,qui militibus ligna portant. Vide CALA. Liu.3. bel.Punici,Impedimenta subsequi iussit calones,lixásque, & inualidos milites vallum ferre. Cic.3.de Nat.deor.Eos tu canteriis albis, nullis calonibus obuiā Vatieno venisse existimas,&c. Porphyrio in illud Horatij 1.Serm.sat.2,

Hunc perminxerunt calones. Calones, inquit, dicuntur à calando,& hoc est quòd vocēt ad ministerium. Nonnulli à Calendis putant,quòd ea die cibaria accipiant.Hactenus Porphyrio.apud quem fortasse legendum,quòd vocentur ad ministerium.

Calo,calonis,Qui lignum domi nō habet, Qui it lignatum foras.Horatius lib.1.epist.ad villicum suum,

-inuidet vsum

Lignorum,& pecoris tibi calo argutus,& horti. Sic Lambinus.

Calophanta { καλοφάντης } Derisor. Plaut. Curcul. Calophantam ac sycophantam.

Calophori,Serui dicti.Scribit Athenæus,apud Cretenses conuiuantibus duas fuisse destinatas domos:vnam quarum dicerent andrion: alteram,in qua dormirent hospites,cæmeterium. In andrio duæ primæ constituebantur mensæ hospitibus destinatæ, propterεáque xenicæ nuncupatæ, mox sequebantur reliquę.Serui muneri huic destinati vocabantur Calophori, ab aliis etiam Xylophori, à ferendis lignis.Hæc ille.Vide & Cæl.antiq.lect.lib.18.cap.26.

Calopodium { καλοπόδιον } Calceamenti genus ex ligno : quod vulgò soccum, & per diminutionem socculum vocant. Sipontinus. Hinc prouerbiū,Calciare omnes vno calopodio : In ineptos & ignaros, qui vnam & eādem rem multis accommodant. Vide Erasmum in chiliadibus.

Calopus { καλώπους } Animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans,austerum ac velox,cornibus longis,quibus arbores deiicere fertur.

Calor,caloris,penultima producta,masculini generis { θερμασία,θερμότης,θάλπος } Primitiuum est,& ab eo deriuatur Caleo verbum.Varro tamen Andabatis sic ait,apud Nonium,Aperiendam putat,idque alterum appellamus à calendo calorem, alterum à feruore febrim. Plaut.Mil.11,

-nam mihi nimius calor Comburebat gutturem.

Calor à Sole.Cicero 2.de Natura deorum, Et si est calor à Sole,se opponant.

Solis calor.Cic.de Senect.

Æqui calores.Ouid.2.Metamorphoseos,

Vtque ferant æquos & cælum,& terra calores,

Nec preme,nec summum molire per æthera currum.

Alienus.Quintil.lib.6.cap.2.

Aridus.Lucret.lib.4.

Feruidi.Horat.3.Carm.ode 24.

Fluidus.Ouid.15.Metamorphoseos,

Nónne vides quæcunque mora,fluidóque calore

Corpora tabuerint,in parua animalia verti?

¶Horrifici.Claud.2.Paneg.Calores vocat iracundiam & bilem.

Iuuenili calore Polus inconsideratior. Quintilianus libro 2.capite

Quid sit Rhetorice,& quis eius finis.
Magnus.Virg.1.Georg.
Maximis caloribus, & anni tempore grauissimo. Cic. ad Quint. fratrem,lib.2.16.
Occultus.Stat.2.Achil.
-& occulto virtus infracta calore.
Summissior. Macrob lib.7.Saturn.cap.vlt.
Viuus.Claudian.de bel.Get.
In viuum calorem reuocare.Ouid.4.Metam.
¶ Decedere calori.Virg.4.Georgicorum,
Vicina inuitet decedere ripa calori. Vt æstus possint aquarum vicinitate vitare. Seruius.
Dilapsus.Virg.4.Æneidos, -omnis & vnà
Dilapsus calor,atque in ventos vita recessit.
Effœta calore tellus.Lucret.lib.6,
Quò magis est igitur tellus effœta calore. Sed hic legendum est vapore,vt patet locum inspicienti.& ita habent alij codices. Effœta, Id est spoliata,priuata.
Euocare calorem in cutem.Celsus lib.2.cap.14.
Excitare calorem alicuius.Lucan.lib.2.
Frangit se calor.Cic.1.de Orat.Nunc & Scæuola quoniam in Tusculanum ire constituit,paulum requiescet,dum se calor frangat.
Incidit calor menti.Stat.lib.1.Thebaid.
Inclusus.Cic.2.de Nat.deor.Omne igitur quod viuit,siue animal, siue terra editum,id viuit propter inclusum in eo calorem.
Largitur Sol idem caloris omnibus.Quintil.lib.1.cap.2.
Liquefieri calore.Lucret.lib.2.
Meet in pectus,venásque calor.Seneca in Medea,10.
Redit calor ossibus.Virg.3.Georg.
Reliquit ossa calor.Virg.lib 3.Æneid.
Cogere mella dicitur frigus:& calor remittere.Virgil.4.Georgic. Id est resoluere.
Extinctum reuocare calorem.Seneca in Hipp.3.de Cupidine.
Sustinere calorem.Celsus lib.7.cap.7.
Molestias calorum sedare. Cic.2. Offic. Tecta verò quibus & frigorum vis pelleretur,& calorum molestiæ sedarentur,vnde,&c.
Temperare calores dicuntur venti. Cic.2.de Nat. deor. Quorum flatu nimij temperantur calores.
¶ Trahere pariter calorem. Ouid.11.Metamor. Id est vnà incipere amare.
Vim caloris in se continent & quæ aluntur. Cicero 2. de Natura deorum.
Vitandi enim caloris causa Lauinij tres horas acquieueram. Cic. Attico,lib.13.
¶ Impatiens caloris cera.Ouid.2.de Arte.
¶ Calor,pro festinatione operis.Virgil.1.Georgicorum,
Magnáque cum magno veniet tritura calore. Vbi Seruius,per calorem festinationem operis significat:vt alibi, Feruet opus. vt ostendat eo anno,pro copia frugum festinatam & studiosam trituram futuram.Hactenus ille. Potest tamen aliter interpretari.
Caldor, caldoris, penult.prod.m.g. { θέρμη } Idem quod Calor. Varro de Re rust.lib.3 cap.9, Euitare item caldorem & frigus oportet.Gel. lib.19.cap.4.
Calorificus,a,um.Adiectiuum.Quod calorem facit:sicut à frigore, frigorificus,refrigerãdi vim habens. Gellius,Vinum calorificum, acetum frigorificum. Ex Sipontino.
Calidus,penultima correpta { θερμὸς, ἀλεεινός } Adiectiuum.Cicero 2.de Natura deorum,Omne quod est calidum & igneum,cietur & agitatur motu suo.
Æstas calida.Seneca in Hippol.6.
Frigida & Calida,contraria.Ouid.1.Metamorphoseos,
Frigida pugnabant calidis,humentia siccis.
Calida consilia. Cicero 1. Offic. Id est præcipitata , & inconsulta. Nonius.
Dies calidi. Plin. lib.10. cap.14, Oua celerius excluduntur calidis diebus.
Calidi pedes, Veloces, citati.Varro, Quum dixisset Vitulus, ecce calidis pedibus quidam nauicularius semiustulatus irrupit se in curiam. Nonius.
Calidum prandium prandere. Plaut. Pœnul.11. Id est facere quod sibi sit magno malo futurum:Erasmo interprete.
Rixa calida.Horat.3.Carm.27.
-abstineto Dixit irarum,calidæque rixæ.
Sanguis.Virg.9.Æneid.
Calidus sapor,ac vinosus.Plin.lib.12.cap.13.
Sulfur calidum.Ouid.1.de Arte.
Syderis calidi æstus.Tibull.2.eleg.1.
Vapor.Lucret.lib.6.
¶ Calidus,Feruens.Virgil.9.Æneid. Nonius.
Animis calidus iuuenis.Virg.3.Georg.
Calidior,siue ardentior animus. Cic.1. Tuscul. Calidior est enim vel potius ardentior animus,quàm est hic aer.
Iuuenta calidus,Id est præcipitis animi propter iuuentutem. Horatius 3. Carm.14.
¶ Calidus,Auidus,vel laboriosus,& in perferẽdo labore pertinax: vel studio incensus. ex quo nata sunt hæc loquendi genera , Res calet,& Calfacere aliquem,quæ apud classicos facilè reperias.Horatius lib.2.epist.vltima,
Festinat calidus mulis gerulísque redemptor.
¶ Caldus,pro calidus veteres dixerũt.vt Caldus Sol.Varro 3.de Re rust.cap.2,Comitiis Æditiis quum sole caldo ego atque Appius Senator tribulis suffragium tulissemus.
Calda,pro aqua calida.Martial.lib.1.12,
Iam defecisset portantes calda ministros,
Si non potares Sextiliane merum.
Calda aqua.Martial.lib.8,
Caldam poscis aquam,sed nondum frigida venit:
Alget adhuc nudo clausa culina foco.
¶ Caldior,pro calidior.Horat.1.Serm.sat.3,
Caldior est,acres inter numeretur opinor.
Calidarium,calidarij. Celsus libro 1.cap.4,Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario insudare,ibi vngi: tũ transire in calidarium.vbi sudabit, in soliũ non descendere,sed multa calida aqua per caput se totum perfundere,&c.Vide Tepidarium in TEPIDVS.
Caldarius,Adiectiuum.Vt Caldaria cella.Vide CELLA.
Caldarium æs. Plin.lib.34.cap.8, Regulare & in aliis fit metallis, itémque caldarium. Differentia, quòd caldarium funditur tantum, malleis fragile:quibus regulare obsequitur.
Caldarium, Ahenum quo aqua calida hauritur , vel in quo aqua igni admouetur.In balneis item caldarium erat locus,in quo calida lauabantur,quemadmodum frigidarium,in quo frigida, & tepidarium, in quo tepida. Sipontinus.
Caleo,cales,calui { θέρμω } calẽre,Est feruere. Ouid. 2. Metamorphoseos, -& accepti caluere sub ossibus ignes.
Thure calent aræ. Virg.1.Æneid.
Calent spectacula non modico sole.Mart.lib.12.epigr.29,
Quamuis non modico caleant spectacula sole,&c.
Calẽre & Tepẽre eadem posita significatione videntur apud Horatium 1.Carm.ode 4,
Nec tenerum Lycidam mirabere:quo calet iuuentus
Nunc omnis:& mox virgines tepebunt.
¶ Calere,per translationem res dicitur,dum adhuc recens est,cæptę adhuc fit.Plaut.Pœnulo 14,
At enim nihil est,nisi dum calet,hoc agitur.
Calere res dicitur aliter.Cic.3. Ver.Posteaquam satis calere res Rubrio visa est,quæso,inquit,Philodame,cur,&c.Hoc est, Vbi vidit eos inflammatos & accẽsos multa compotatione.Vbi opportunum iam esse vidit. Budæus.
¶ Calere etiam dicũtur, quos molestissimis rebus perturbatos inexplicabilis agitat cogitatio. Animus enim æquè curis exercetur , vt labore corpus.Et quoniam animi sedes est in cerebro,quò pertinent ferè omnes venæ:animo affecto quasi repercussus commouetur sanguis,& sanguinis motum consequitur calor.Cic.Attic.lib.7.epist.19, Hæc velim explices,& me iuues consilio:etsi teipsum istic iam calere puto:sed tamẽ,quantũ poteris. Iam calere:iã habere quod de teipso cogites,solicitum de statu rerũ tuarũ,quia videas Vrbem à Pompeio sine præsidio relictam Cæsari patẽre. Sic etiam dicimus Æstuare.
Calentes adhuc ab recenti pugna Romani , ferocẽsque victoria, prælium ineunt.Liu.5.bel.Pun.
Aures nostræ calent illius criminibus. Vide AVRIS.
Bella calent Veneris. Tibullus lib.1.eleg.10.
Caluit crimen re recenti.Cic.pro Cn.Planc.Illud verò crimen de nũmis quos in circo Flaminio deprehẽsos esse dixisti,caluit re recenti:nunc in causa refrixit.neque enim qui illi nummi fuerint,nec quæ tribus,nec qui diuisor,ostenderis. Budæus sic exponit : *Cela eust esté bon à dire sur le champ,ou à l'heure du faict : mais maintenant il ne sembleroit point bon.Il eust esté bon qui l'eust poursuiui à l'heure : mais maintenant c'est battre à froid.* Metaphora à metallis sumpta liquatis & concretis,id est candentibus & frigidis. Alibi:Vbi satis res iam calere visa est. Idẽ, Vbi opportunum iam esse vidit.
Laudis cupidine calere.Ouid.8.Metamorphoseos,
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis.
Dolor calet.Stat.3.Thebaid.
Calere,In agendis rebus acriter versari. Cic.Att.lib.15, Quæris an ego,quum omnes caleant,ignauiter aliquid faciam.
Calere iudicia dixit Cic.ad Att.lib.4.85, Sed omnes absoluentur, nec posthac quisquam damnabitur,nisi qui hominem occiderit.Hoc tamen agitur seuerius. Itaque iudicia calent,&c. Id est exercentur iudicia magna diligentia.
Morbo mentis aliquo calere.Horat.2.Serm.sat.3.
Rabie ora calent.Valer.3.Argonaut.
¶ Calere dicuntur etiam rumores. Cælius Ciceroni,8.1, Nam illi rumores de comitiis Transpadanorum,Cumarum tenus caluerunt. Id est auditi sunt crebri.
Studio scribendi calere.Horat.2.epist.1.
Sudor per membra calet.Claudian.5.Paneg.
Sudore belli calere.Stat.8.Thebaid.
Mero calet virtus.Horat.3.Carm.ode 21.
¶ Calere, pro desiderare.Stat.4.Thebaid.
Fœmina aliqua,siue puella calere.Horat.4.Carm.ode 11.
¶ Caletur,penult.prod.Impersonale.Plaut.Trucul.3,
Quum caletur maximé.
Calens,calentis { θερμαινόμενος } Participium,vt Iuuenile calens, Qui iuuenum more animo est paulo ardentiore.Stat.2.Sylu.
Fauilla.Horat.2.Carm.ode 6.
Foci.Ouid.8.Metam.
Sulfur.Ouid.14.Metam.
Terræ calentes sole.Horat.2.Carm.ode 16.
Amore calentes.Ouid.3.de Arte.
Caliturus,penult.prod. Participium { θερμανθησόμενος } Ouidius 13.Metamorphoseos, -diésque
Des mihi sacrificos,caliturásque ignibus aras.
Calefacio,calefacis,penult.corr.calefeci,penult.prod.calefactum { θερμαίνω } calefacere,vel calfacere,Calidum reddere. Cic.2.de Nat. deor.Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito.
Igne focum calfacere.Ouid.4.Fast.
Sanguine calefecit amnes.Claud.de bel.Get.
¶ Calefacere,ad animum transfertur:vt Calefacere aliquem. Cic. ad Q.frat.lib.3,Eodem die Gabinum ad populum luculentè calefecerat Memmius.Id est vexarat,exagitarat.
Calface hominem,Id est vehementer commoue.Cic.ad Tironem, lib.16.18.

Calfactus, Participium { θερμανθείς. } Ouid. in Ibin, Nondum calfacti velitis hasta solum. Id est nondum furentis, & omnino irati.
Vino calefacta Venus. Claud. de bello Gildonico.

Calefactio, calefactionis, Verbale: vt Calefactiones thermarum. Hermogen. in l. I. D. De muneribus & honoribus.
Calefactio publici balnei. Arcadius in l. Munerū. 2. §. Inter personalia D. De muneribus & honoribus.

Calfactus, huius calfactus, aliud Verbale { θερμασμός. } Plinius lib. 29. cap. 3, Cibo quot modis iuuent, notum est, quum transmeét faucium tumorem, calfactúque obiter foueant. De ouis loquitur.

Calefacto, calefactas { θερμαίνω } calefactare. Frequentatiuum. Horat. 2. epist. 2, Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.

Calefio, pen. prod. calefis, pen. indifferenti { θερμαίνομαι } calefieri, penul. corr. Calidum fieri. Cic. ad Att. lib. 2, Balneum calefieri iubebo.

Calesco, calescis { ἐκθερμαίνομαι } calescere, Calidum fieri. Terent. Eun. 1. 2, Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.
Vnda calescit. Ouid. 15. Metam.
Flamma propiore calesco. Ouid. epist. 17.

Καλὸς λιμήν, id est Bonus portus, ita Græci nominarunt à re scilicet, vt solent frequētissimè: Scythiæ Europeæ portus est in Euxino super Tauricos. Author Pomponius Mela lib. 2.

CALOSTOMA, penult. corr. Plinio commemoratur inter Danubij fluuij ostia, vt antè visum est in dictione BOREOSTOMA.

Calpa { κάλπη } Genus quoddam equis certādi in sacris certaminibus exerceri solitum, de quo sic Cælius, vbi de Synoride & Celete mentionem fecit: Accesserūt alia duo Calpa & Apena. Calpa trahebatur equa, sed ita vt extremum cursum anabatæ, hoc est sessores ipsi desiliendo, apprehensis manu habenis, perficerent. Hæc ille lib. 21. cap. 31. Meminit & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8.

Calpar { κάλπις } Genus vasis fictilis. Festus lib. 3.
Calpar, nomine antiquo dolium. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1, Quòd antè quàm nomē dolij prolatum esset, quum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. Nonius.
Calpar, Vinum nouum, quod ex dolio demitur sacrificij causa antè quàm gustetur. Ioui enim prius sua vina libabant, quæ appellabant festa vinalia. Festus.

CALPAS, Bithyniæ portus est prope Rhœbum fluuium, & Sangarium. Author Plin. lib. 6. cap. 1. Straboni tamen amnis est: sic enim scribit lib. 12, Inter Calcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, è quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius.

CALPE { κάλπη } Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ. Vide ABYLA.
¶Calpe nūc vocatur *Gibaltar*, vel (vt quidā proferunt) *Gibraltar*. Est autē *Gibel* lingua Arabica, id quod Mōs Latina. Oliuarius in Melam.
Vasta Calpe. Seneca in Hercule OEtheo 7.

CALPVRNIA gens. Plutarchus Calpurniam gentem & nominis & generis originem à Calpo Numæ regis filio accepisse in Numa tradit: quod idē Festus lib. 3. scribit: & ad Pisonem his verbis ostēdit Ouid.
-nam quid memorare necesse est
Vt domus à Calpo nomen Calpurnia ducat? Quum igitur antiquissima sit huius gentis & regia origo, à Patriciis ad plebem descisse Calpurnios, vt plerosque alios, existimare licet. Huius gentis familiæ præcipuæ duæ fuit: vna Pisonum, altera eorum qui Frugi appellati sunt. Vide PISONES.
Calpurnius Bestia, Cōsul cum P. Cornelio, qui pecunia corruptus rem aduersus Iugurthā malè gessit. Huic à M. Cæcilio accusatore obiectum est, quòd vxores suas dormiētes interemisset. Plin. lib. 27. cap. 2. Cassiodorus. Valerius lib. 1. cap. 5. Salust. in Iugurth.
Calpurnius Flamma, nobilis Romanus, quū Trib. militum in Sicilia esset, coronam gramineam adeptus est, qua nulla fuit nobilior in maiestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ, teste Plinio lib. 22. cap. 3. & 6.
Calpurnia, Mulier fuit importunissima, quæ sexus sui verecundiæ oblita, per seipsam causas egit, adeóque molesta se iudicibus præbuit, vt occasionem dederit edicti, quo cautum est, Ne mulieri in posterum causas agere liceret.
Calpurnius Lanarius, cuius meminit Cic. 3. Offic. in prouerbium abiisse videtur, de indoctis, stupidis, bardis. Hieronymus in epistola ad Augustinum de Rufino, Misit mihi temeritate solita, sua maledicta, Calpurnius cognomento Lanarius. Author Turnebus.

Caltha, calthæ { κάλθα } Est viola coloris albi. Plin. lib. 21. cap. 6, Proxima ei caltha est, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem: eadem odore superatur. Est enim grauis caltha. Ruel. lib. 2. cap. 119, Caltha, Autumnalis viola est amplitudine calathianæ, colore luteo, folio multiplici, odore graui, nec ei quam appellant scopam regiam leuiore. Virgilius eam luteola cecinit colore tinctam, nec Plinius ab eo dissentit. Porrò à caltha calthulæ vestis genus dicitur, vt à croci similitudine, crocotula. Facilè putauerim eam esse quam vocant officinæ *calendam* vel *calendulam*, quasi dicant caltham vel calthulam. nam ea Autumno fusius emicat colore luteo, folio multiplici, odore suauiter graui. flos item colore luteo non ineleganti inficit, aut crocato. Verum certò statui non potest, quum alis scorpioides ab similitudine seminis, alis leontopodium esse putetur. Scio tamen calendulam quæ vulgò dicitur *Solsia*, non esse Dioscoridis heliotropium, nec magnum, nec paruum. Hactenus Ruellius. Turnebus se in antiquo lexico repetisse scribit Caltham esse buphtalmon, cuius luteum esse florem omnibus ferè constat.

Calthula, calthulæ, penult. corr. { κάλθη } Vestis, à calthæ colore. Plautus Epid. 5,
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, calthulam, aut crocotulam.
Calthulam, Varro de Vita populi Rom. lib. 1, Palliolum breue voluit haberi. Nonius. Iulius medicus Castulam legit.

Calua, caluæ { κρανίον } Superior pars capitis. Plin. lib. 28. cap. 1, Arremon calua interfecti, neque cremati, propinauit aquam è fonte noctu comitialibus morbis. Liu. 3. bel. Pun.
Nuda calua. Martial. lib. 12. epig. 45.

Caluus, calua, caluum, Adiectiuum. vt, Caluæ restes allio. Per metaphoram Martial. lib. 12 epigr. 32,
Caluæque restes allioque, cæpisque.

Calua Venus { φαλακρὰ ἀφροδίτη } Ab euentu culta à Romanis. Nam vrbe à Gallis occupata, obsessi in Capitolio Romani, quum ex mulierum capillis tormenta fecissent, ædem Veneri Caluæ consecrarunt. Lactan. author in prin. Diuin. instit. Historiam copiosè Veget. lib. 4. de Re milit. recitat.

Caluaria, caluariæ { βρέγμα } Moles illa ossium capitis, in qua continetur cerebrū. Cels. lib. 8. cap. 1, Caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba, vtrinque læuis, & qua cerebri membranam contegit, & qua cute capillum gignente contegitur. Eáq; simplex ab occipitio & tēporibus, duplex vsque in verticem à fronte est. Ossáq; eius ab exterioribus dura, ab interioribus quibus inter se connectuntur, molliora sunt. Intérque ea venæ discurrunt, quas his alimentum subministrare credibile est: rarò autē caluaria solida sine futuris est.

Caluarium, neut. gen. & plur. caluaria. Versus Ennij sunt ab Apuleio in priore Apologia citati,
Polypus Corcyræ, caluaria pinguia Atarnæ,
Purpura, muriculi, mures, dulces quoque Echini. Quo loco Turnebus, Legi, inquit, in Gellio manuscripto, cephalæáq; Atarnæ: quæ, vt opinor, Ennius caluaria appellat. sunt autem salsamenta è capite thynni. Nam illic cetariæ erant, nisi quis cephali pulpas intelligat: quod non arbitror. Verius omnino sit apud Ennium caluaria marina esse, quorum apud Apuleium ipsum mentio est.

Caluaster { ὑποφαλακρίας } à caluco, siue à caluus.

Caluata vinea. Cato cap. 33. Plin. lib. 17. cap. 22, Caluatā vineam vocant, in qua vites quidem sint, verùm paucæ, raræque, vt in caluitio capilli.

Caluitium { φαλάκρωμα, φαλακρότης } Vitium illud quo quis caluam crinibus nudam habet. Cic. 3. Tuscul. Proinde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur.
Caluitium loci. Colum. lib. 4 cap. 29.

Caluo, caluas, Caluū facio, à quo Decaluo & Recaluo. Primum significat Valde caluo: secundum Ab anteriore capitis parte caluo. Calep. siue authore.

Caluco, calues, calui, duabus syllabis { φαλακρός εἰμι } caluēre, Caluum esse. Plin. lib. 11. cap. 37, Et quædam animalium naturaliter caluēt, sicut struthiocameli, & corui aquatici.

Caluesco, caluescis { φαλακροῦμαι } caluescere, Caluum fieri: quum capilli vltrò decidunt, tam de hominibus, quàm de brutis, & inanimatis dicitur. Colum. lib 4. cap 33, Propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt. Plin. lib. 10. cap. 29, Propriū his caluescere omnibus annis, quum feruntur rapa. De picis loquitur.
Caluescit in colla. Colum. lib. 6, Potior tamen est ratio custodiendi ne nascatur, néve in colla caluescat.

Caluefio, caluefis { φαλακρόομαι } caluefieri, Caluū fieri. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 37, Ego ista etiam, inquit Agrasius, nō solùm in ouibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum seruo, ne decrescente luna tondens caluefiam. Emendati codices habent, caluus fiam.

Caluo, caluis, calui, cáluere { ἀπατάω. } Priscian. lib. 10, In vo, u loco consonantis posita in l quidem definente penultima, o extremam in i conuertunt, & faciunt præteritum, vt soluo solui, voluo volui, caluo calui. Vnde Sallust. in 3. historiarum infinitiuum passiuum protulit, Contrà ille calui ratus. Calui, pro decipi.

Caluor, calueris, penult. cor. { ἀπατῶμαι } calui, deponens, Frustrari, Decipere. Tractum à caluis mimis, (siue vt alia habent exemplaria militibus) quòd sint omnibus frustratui. Pacuuius Medo, Sentio pater te vocis calui similitudine. sed quid conspicio? num me lactās caluitur ætas? Hæc Nonius. Caius, de Significat. verb. Si caluitur, & moretur, & frustretur. Inde & calumniatores appellati sunt, qui per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus. Inde & cauillatio dicta est. Hactenus Caius interpretans versum illum ex XII. TAB. Si caluitur, pedémve struit, manum endo iacito. Qui locus corruptè legitur apud Festum Pompeium. Lex fallenti & fugitanti manum inici licere vult.

Caluus, calui { φαλακρός, ἀθριξ } Propriè qui caluam crinibus nudam habet. Suetonius in Cæsare, cap. 51, Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus.
Caluus propriè, fit natura, interdum tamen pro tonso accipitur. Plaut. in Amphit. Act. 1. scen. 1. vers. vltimo, -quod ille faciat Iupiter, Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum.
¶Caluus comatus, apud Martialem lib. 10. epigr. 83. ad Marinum, Caluo turpius est nihil comato. Rursus lib. 1. epig. 40. in Fidētinū, Caluus quum fueris, eris comatus. Aptè dicetur in eum, qui veris bonis nudus, ascititiis se venditat. Veluti siquis indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse se quod est, veluti si senex assuto galericulo, aut tinctis capillis affectet videri iuuenis: si deformis, adhibito fucco velit haberi formosa.
¶A caluo ad caluum. Suet. in Caligul. cap. 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes cōpararentur, ex noxiis laniandos adnotauit: & custodiarū seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tātummodo intra porticū mediam, à caluo ad caluū duci imperauit. Prouerbialis (ait Beroaldus) hæc est loquutio, qua significatur iussisse Caligulam, ad supplicium duci custodias indifferēter, & nullo habito discrimine delictorum. Quum enim recognosceret custodias, duo fortè aderant calui, alter in summo, alter in imo, vt inter duos caluos omnes custodiæ continerentur. Tunc Caligula stans in porticu, in qua agebatur recognitio carcerariorū, iussit vt carnifices ducerent ad supplicium custodias omnes, incipiēdo ab vno caluo, qui erat primus, & eundo ad alterum caluum qui erat nouissimus. Et ita indifferenter omnes dediti sunt supplicio capitali, citra considerationem vllam & pensitationē qui plus qui minus deliquisset, & nunquid omnes pœna capitis forent puniendi. Non enim leuis culpa capitaliter punienda est sicut magna culpa. Huius rei au-

thor est Dion apud Græcos scriptor luculentus. Hæc Beroaldus.

Caluum vellis, Prouerbiū in eos iactari solitū, qui nihil proficiūt, & frustra operando fatigantur, quasi ad id operam dent quod fieri potis non est. Alex. ab Alex. lib.5. cap.15.

Caluitas, penult. corr. caluitatis. Deceptio. Vlp. in l. Si fideiussor. D. Mandati, vel contra, Ipse autem stellionatus crimine propter suam caluitatem plectetur.

Caluena à caluitio nomen fictum. Cic. Att. lib.14. epist.5. Caluena moleste fert se suspectum esse Bruto. Id est, Matius, Cæsaris olim familiaris, caluus, quem ob id Madarum etiam vocat lib. eodem, epist.2, Altera epistola de Madaro scripta. Caluus enim Græcè μαδαρός. Eundem vocat Phalacroma, id est Caluitiū. lib. eod. epist.2. Habes igitur φαλάκρωμα inimicissimū otij, id est Bruti. Sensus est: Habes quid Matius mecum locutus est.

Caluisiana actio appellatur, quæ patrono datur ad reuocāda ea quæ in fraudē eius libertus alienauit. l.16.§ Idem scribit. D. de petit. hæred.

Calumnia { διαβολή } Est propriè alicuius in litibus per fraudē & frustrationem vexatio. Nonius, Calumnia est malitiosa & mendax infamatio. Cic.1. Offic. Existunt etiā sæpe iniuriæ calumnia quadā &c.

Calumnia quid significet, videtur Cic. declarare his verbis in Sallustium, Sed est quędam calumnia, quam vnusquisque nostrum testante animo suo fert de eo qui falsum crimen bonis obiectat.

Litium calumniæ Cic. pro Milone.

¶Calumniæ, quam Græci διαβολὴν nominant, & impudentiæ aras Athenienses cōsecrasse, testis est Theophrastus apud Diogenianum. Hanc autem quemadmodum effinxerit Apelles, vide apud Lucianum in dialogo qui inscribitur De non calumniæ temerè credendo, & quæ diximus suprà in dictione ANTIPHILVS.

Religionis calumnia. Cic. ad Lentul. Senatus religionis calumniā non religione, sed maleuolentia, & illius regiæ largitionis inuidia comprobat. Id est malitiosa inuentione, siue allegatione.

Ignominia calumniæ. Cic. pro Cluent. Nec clabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationem Cluentius?

Proximus calumniæ. Sallust. in Ciceronem, Qui verò nil poterat, is erat calumniæ proximus.

Calumnia ieiuna. In IEIVNVM.

Manifestæ calumniæ est. Quintil. lib.1. cap.5.

Acerbissima ministra auaritiæ calumnia. Cic.1 ad Quint. frat.

¶Adhibere calumniam. Cic. pro Domo sua, Illud in primis, neque calumnia, neque fraus, neque dolus adhibeatur.

Coercetur calumnia. Cic.4. Acad. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.

Calumniam contundere. In CONTVNDO.

Effugere calumniam. Cic.2. de Nat. deor. Atque hæc quū vberius disputantur, & fusius, vt mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam.

Eximere tēpus calumnia. Cic. Att. lib.4, Metellus calumnia, dicēdi tempus exemit, adiuuāte Oppio, &c.

Extrahere rem calumniis. Cic. ad Lentul.1, Res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis.

Ferre calumniā. Cælius Ciceroni, 8 8, Scito C. Semproniū Rufum mel ac delicias tuas calumniā maximo plausu tulisse. Id est calūniosum quiddā & astutum dolosūmq; excogitasse, attulisse, & obtinuisse fortasse: quod tum fecit Rufus, qui accusatorem suū postulauit lege Plotia, vt hoc extraordinario reo causam non diceret. Turnebus.

Calumniæ personam imponere alicui. In IMPONO.

Instruere calumniam alicui. Vide INSTRVO.

Iurare calumniam in aliquem, Est accusatorum, quos prius quàm audirentur, iurare oportebat se calumniæ causa ad accusandum non venisse. Cælius ad Ciceronem, lib.8.8, Nam de diuinatione, Appius quum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilióque cessit.

Obterere. In OBTERO.

Per calumniam, malitiámque aliquid petere. Cic. Verr.4.

¶Calumnia, Calliditas. Cic. de Rep. lib.2, Vt Carneadi respondeatis, qui sæpe optimas causas ingenij calumnia ludificari solet.

Calumnior, calumniaris { διαβάλλω } calumniari, Falsum crimen scienter intendere: vel per fraudem & rationem dolosam, vincendi gratia alium litibus vexare. Cic. pro Sex. Rosc. Quum enim aliquid habeat, quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari ac calumniari sciens non videatur.

¶Calumnior, hoc est frustror. Verba sunt Charisij libro primo.

Calumniator, penult. prod. { διάβολος } Verbale. Qui per fraudem & frustrationem alium vexat litibus, aut qui malitiosè aliquid interpretatur. Cic. pro Cluentio, Est hic Ennius egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici, &c.

Calumniatores & delatores ea olim pœna afficiebātur, vt puncta & stigmata in frōte inusta & inscripta gestarēt. Cic. pro Rosc. Amer. Crura quidē vobis nemo suffringet, sed si ego hos bene noui, literā illam, cui vos vsque eò inimici estis vt etiā omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigēt, vt postea, &c. Nota autē illa alicuius literæ insigne habebat, in delatore fortasse d: in calumniatore c. sed & illudens Cicero, literarum ignaros appellat eos qui accusationes factitabant, & odio literæ illius, qua notantur frontes de calumnia damnatorum, reliquas omnes eis literas inusas iocatur. Sunt qui locum hunc intelligant de litera c, condemnationis nota. sed Turnebus vt suprà dictum est. Vtere tuo iudicio.

Calumniator & improbus. Cic. pro Quintio, Neque ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore atque improbo, sed ab equite Romano, &c.

Apponere calumniatorem. In APPONO.

Quærere calumniatorem. Cic.4. Verr.

Calumniosus { συκοφαντικός } Qui calumniam inferre solet. Augustin. Nemo illic calumniosus tēdiculam verborum requirit. Paul. iurisc. lib. sent.1. cap.5, Calumniosus est, inquit, qui sciens prudénsque per fraudem negotium alteri comparat.

Calumniosa adnotatio. Paul. in l. Debitor. D. De leg.2.

Crimina calumniosa. Vlp. in l. Illicitas. D. De offic. præsid.

Calumniosè, Aduerbium. { συκοφαντικῶς }

Caluo, caluas, & Caluus, In CALVA.

CALVVS { φαλακρός } Antiquus quidam poeta, de quo meminit Horat. Serm.10. sat. Nil præter Caluum, & doctus cantare Catullum. Is erat & æqualis Catulli & amicus. nam ad eum his verbis scripsit 14. epigrammate, Ni te plus oculis meis amarem Iucundissime Calue.

Calx, calcis, m.g. & f.g. { πτέρνα } Posterior pars pedis. Virg.5. Æneidos, Calcémque terit iam calce Diores. Vbi Seruius, Calcem dicimus, vnde terram calcamus. Ergo non propriè dixit, Calcem calce terit. Planta enim calcem non potuit terere. Vnde à parte totum accipiendum, id est calce pedem terebat. Cic.5. in Verrem, Ibi quum pugnis & calcibus concisus esset, qui DCC. medimnis decidere noluisset, mille promisit.

Calces à calcando, quod est nitēdo, dictæ sunt, non à calcitrando. Nam & de omnibus pedibus, & de hominum & vniuersorum animantium dici potest. Nam sunt calces extrema pars pedum terræ proxima. Nonius.

A capite vsque ad calcem. Vide A præpositionem.

A calce ad carceres. Id est à fine ad principiū. Vide A præpositionē.

Curuata calx Silius lib.16.

Ferrata. Silius lib.13.

Incussæ. Silius lib.4.

Calces rigidi. Persius sat.3.

¶Cædere calcibus. In CÆDO.

Calce quenquam contingere. In CONTINGO.

Cruentare equum ferrata calce. Silius lib.17.

Ferire calce. Quintilianus lib.2. cap.8, Ille exercendi corpora peritus, non si docendum Pancratiastem susceperit, pugno ferire vel calce tantùm, aut &c.

Petere. Horat.2. Serm.1. sat.

Premere. Author ad Herennium, lib.4.

Pulsare. Silius lib.16.

Verberare auras calcibus. Virgil.10. Æneid.

¶Calces, pro percussionibus pedum. Terentius Phormione, 1.2, nam quæ inscitia est Aduorsum stimulum calces? Vbi Donatus, Modò calces, non partes plantæ, sed percussiones pedum, plagásque significat. Aliter Turnebus: Illic enim calces verbum esse cōtendit, sic exponens: Adeò, inquit, es inscitus & stultus, vt contra stimulum calcaturus, id est calcitraturus sis. Est enim prouerbium Græcum omnibus notum, πρὸς κέντρα λακτίζειν. Vnde subdit idem, Qui calces in Terentio nomen accipiunt, & prouerbium corrumpunt, & subaudiunt quæ vix à spectatore diuinari potuerunt. Hæc ille.

¶Calx, pro fine & extremitate alicuius rei per metaphoram. Cic. Quoniam fumus ab ipso calce eius interpellatione reuocati.

Calcaneus, & calcaneum { πτέρνα } vtroque modo dicitur pro parte posteriore pedis: qui talus aliàs dicitur. Virg. in Moreto, Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Calcar, calcaris, penultima producta, neutri generis { πτερνιστήρ } Equorum ac iumentorum stimulus: quòd ad calcem alligetur. Plautus Asinaria, 12, Calcari quadrupedem agitabo.

Calcar currenti addere, pro cupiditatem ac studium alicuius augere, atque acuere. Plin. Iun. lib.1. epist.8. Vide Erasmi Chiliadas.

Adhibere calcaria. In ADHIBEO.

Admouere calcar. In ADMOVEO.

Auferre calcaribus equum. Silius lib.10.

Concitare calcaribus equum. Liuius 2. ab Vrbe.

Calcaribus egere, & frænis egere, contraria. Cicero Attico, libro 6, Cicerones pueri amant inter se, dicunt, exercentur: sed alter, vt dixit Isocrates in Ephoro, & Theopōpo, frænis eget, alter calcaribus.

Immensum calcar habet gloria. Ouid.4. de Ponto, 2. eleg.

Subdere calcaria equo. Ouid.2. de Ponto, 6. eleg.

¶Calcaria in gallinis. Colum. lib.8 cap.2, Generosissimǽque creduntur quæ quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transuersa calcaria.

¶Calcar, pro impetu. Varro Sesquiulysse, Ventus suo casu vehementius sufflare, & calcar admouere. Nonius.

Calceus { ὑπόδημα, ὁ κάλτιος } Indumentum pedis quod fit ex pellibus animalium: & à calce deducitur. Cic. lib.1. de Inuentione, Si mulus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat.

Laxus calceus. Horat.1. Serm. sat.3.

Calcei mullei. Festus mulleos calceos regum Albanorum, deinde Patritiorum fuisse dicit, quos à mullando, id est suendo appellatos refert. Sed fortasse verius sit vocatos à rubro mulli colore, quum purpurei essent: quod & ab Isidoro scriptum est, cui fauet Dio in Iulio, qui rubros calceos vocat. Cato, Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos alutacinatos gestasse ait, cæteros perones. Vide Turnebum.

Calcei Sicyonij Cic.1. de Orat.

Calceos veteres vendere. Quintil. lib.6.

Calceus pede maior, subuertit. Horatius 1. epistol. 10, Cui non conueniet sua res, vt calceus olim, Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret. Subuertet, subaudi eūt.

Inducere calceū alicui præposterè, vel perperam. Vide INDVCO.

Induere calceum. Vide INDVO.

¶Mutare calceos, Est Senatorem fieri. Cic.13. Philipp. Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius, lectus ipse à se apertam curiam vidit post Cæsaris mortem, mutauit calceos: repentè Pater Conscriptus factus est. Budæus.

Vrit calce*. Horat. Vide paulo antè, Calce* pede maior, subuertit.

Calceolus, penultima correpta { καλτίκιος } Diminutiuum. Cicero 1. de Natura deorum, Cum pelle caprina, cum hasta cum scutulo, cum calceolis repandis.

Calceolarius { ὑποδηματοποιός } Qui calceos conficit. Plaut. Aulul. 3,5,

Propolæ

Propolæ,linteones,calceolarij.

Calciarium, quantum satis est calceorum, pro personæ qua de agitur conditione. Vlp.l.8.§.7.D.de transact. De calciario quoque arbitrio Prætoris transigendum est. Idem l.21.D.de alimen.& cibar. Diariis & cibariis relictis,neque habitationem,neque vestiarium,neque calciarium deberi palàm est.

Calceamen,pen.prod.{καρβατίνη} Idem.Plin.lib.19.cap.2, Hinc calceamina,& pastorum vestis.

Calceamentum {ὑπόδημα} Idem. Cic.5. Tuscul.Mihi amictui est Scythicum tegmen,calceamentum solorum callum,cubile terra.

Calceamenta humiliora.Cels.lib.8.cap.22,vbi de talo loquitur.

Induere calceamentum.Plin.lib.28.cap.4.

Calceatus, huius calceatus, pen.prod. {ὑπόδεσις} Idem. Plin.lib.11.cap. 45, Pes imus vestigio carnoso: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscunt.De Camelis loquitur.*Ils se foulent.*

Calceo,calceas{ὑποδέω}calceare,vel calciare per tertiam vocalem.Plin. lib.8.cap.54. Cic.pro Cælio, Nec satis commodè calceati & vestiti id facere possent.

Calceare aliquem soccis. Plin.lib.36. cap.5, Archesilaum quoque magnificat Varro,cuius se marmoream habuisse leænam tradit, aligerósque ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent soccis, omnes ex vno lapide.

Calceatus cothurnis.Plin.lib.7.cap.20.

Calceari,passiuum {ὑποδεῖσθαι}Plin.lib.7.cap.53,Nullis euidetibus causis obiere,dum calceantur matutino duo Cæsares.

¶Calceare mulas.Sueton.in Vesp. Augusto,cap.23.

Calceatus,calceata,calceatum, Adiectiuum. vt Calceatum caput.Martial.lib.12.epigram.45,

Festiuè tibi,Phœbe,dixit ille
Qui dixit,caput esse calceatum.

¶Calceati dentes,à Plauto Capt.4,ioco dicuntur.

Calcitro,calcitras,pen.corr. {λακτίζω} calcitrare,Calce percutere.Plin. lib.30.cap.16,Mulas non calcitrare quum vinum biberint.

¶Calcitrare, per metaphoram. Cic.pro Cælio, Illum filiumfamilias patre parco & tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat,respuit,non putat tua dona esse tanti.

Calcitratus,huius calcitratus, pen.prod. {λακτισμός} verbale. Plin.lib.8. cap.44,Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

Calcitro,pen.corr.calcitronis, pen.prod. {λακτιστής} Qui calcibus infestat.Plaut.Asin.8,

Ita hæc morata ianua est, extemplo ianitorem
Clamat,procul siquem videt ire ad se calcitronem.

Calcitrosus,pen.prod. Adiectiuum {λακτιστικός} Qui solet calcibus impetere. Columel.lib.2. cap.2, Nunquam stimulo lacessat iuuencum: quòd retractantem,calcitrosúmque eum reddit.

Iumenta calcitrosa.Vlpian.in l.4.D.de ædil.edict.

Calco,calcas {πατέω,τρίβω,στείβω,στίζω} calcare,Propriè significat pede comprimere. Plin.lib.36. cap.23, Ita ferratis vectibus calcari solum, parietésque similiter.

Ad plenum calcari.Virg.2.Georgicorum,
Huc ager ille malus,dulcésque à fontibus vndæ
Ad plenum calcentur.

In pectora calcare.Stat.lib.8.Thebaidos,
-clypeúmque in pectora calcat.

Pede aliquid calcare.Seneca in Hippol.2,
Et aspera agili saxa calcantem pede.

Imposito pede calcare.Ouid.5.Trist.9.elegia,
Exiget at dignas vltrix Rhamnusia pœnas:
Imposito calcas quòd mea fata pede.

Æquor calcare.Ouid.3.Trist.10.elegia,
-durum calcauimus æquor.

Amorem calcare pedibus.Ouid.3.Amor.10.elegia,
Vicimus,& domitum pedibus calcamus amorem.

Clientem calcare.Ouid.ad Pisonem,
Raráque non humilem calcat fastosa clientem.

Honores magnos calcare.Claudian.3.Paneg.

Ius calcatum, id est proculcatum & deletum propé.Claudian.2. in Eutrop.
Nulláque calcati starent vestigia iuris.

Onyx calcatus.Martial.lib.12.epigram.50.

Terra calcatur. Plin.in proœm.lib.33, Tanquam parum benigna, fertilique quaquà calcatur.

Via leti semel calcanda.Horat.1.Carm.ode 28.

Vuæ calcatæ.Ouid.4.Fastorum,
Venerat Autumnus calcatis sordidus vuis.

Calcare vuas.Cato de Re rustica.

¶Calcare,Per metaphoram pro Vestigio premere.Petronius,Cæteri, inquit, aut non viderunt viam, qua itur ad carmen, aut versum timuerunt calcare.Non enim dixit hic calcare,pro terere,vt à via trita translatio ducta sit,quæ eadem calcatur, sicut Aristoph. ἐκ ἀρχόνων πατεῖν, Æschylum non calcasti, quod est,eum non triuisti,nec diligenter frequentérque peruolutasti, sed quòd quæ senticosa sunt & spinosa,aculeisque horrētia,vestigio premere timemus. Ex Turneb.

¶Calcare ponitur etiam simpliciter pro Comprimere.Plin.lib.25. cap.11, Ossa fracta è capite extrahit, aut siquid in corpore suppurat, vel si calcata sunt ossa:Hoc est confracta. Sic Colum.lib.2.cap.2.

¶Calcare,Gallinam inire,seu inscēdere, quod galli faciunt. *Chaucher.* Columel.lib.8.cap.5.sub finem.Summouebimus autem veteres gallinas,id est quæ trimatum excesserunt. nec minus, quæ velut mares cantare,atque etiam calcare cœperunt.

Calcans,calcantis,participium.Martial.lib.12.epigr.61,
Excipere hos illos,& tota surgere cœna
Marmora calcantem frigidiora gelu,&c.

Calcatorium,Locus vbi vuæ calcantur. Pallad.lib.1.tit.18, Quòd si cupis locum suum deputabimus: is locus ad calcatorij similitudinem, podiis breuibus,& testaceo pauimēto solidetur. Ibidem paulo antè, Calcatorium habeat loco altiore constructum.

Calx,calcis,fœminini tantum generis {κονία,ἄσβεστος,τίτανος} Lapis coctus: dictus quòd in ædificiis calcetur. Plin.lib.36. cap.23, Calcem è vario lapide Cato Censorius improbat.Ex albo melior,quàm ex duro, & structura vtilior. Quæ ex fistuloso, tectoriis. Ad vtrunque damnatur ex silice. Cic.pro Milone,Repentè lintribus in eam insulam materiam,calcem,cæmenta atque arma conuexit.

Calcarius,adiectiuum.vt Calcaria fornax,in qua calx decoquitur.Plin. lib.17.cap.9, Nuper repertum,oleas gaudere maximè cinere è calcariis fornacibus.

Calcaria fornax,est vbi calx ex coctis lapidibus cōficitur.Imperator tamen in tit.de pœn.l. aut damnum. pro fodina posuit lapidum, ex quibus igni resolutis calx ipsa fit. Nam de damnatis ad metalla loquitur.Sunt autem lapides in genere metalli. Nebriss.

Calcarius,substantiuum,Qui calcem coquit.Cato cap.16,Calcem partiario coquendam qui dant,ita dant.Calcarius perficit & coquit.

Calcatus,pen.prod. Adiectiuum {κονιατός,τιτανωτός} Calcata ædificia dicuntur calce polita. Sipontinus.

CALYBA,Thraciæ vrbs,teste Strabone,lib.7,Supra Byzantium(inquit) gens Astorum,id est ciuium iacet,in qua Calyba ciuitas est,eam Philippus Amyntæ filius, collectis de exercitu ignauissimis habitandam constituit.

CALYCADNVS, Ciliciæ fluuius, ad quem Seleucia ciuitas sita est,iuxta Sarpedonem promontorium, Straboni lib.14.

CALYDIVM, Italiæ oppidum in Appia via, Brundusium ducens. Strabo libro 5.

CALYDNE,vel Calydna{Κάλυδνα} Cariæ oppidum,authore Plin. lib.5. cap.27. Ouid.8.Metamorphoseos,

Dextra Lebyntos erat, fœcundáque melle Calydne. ¶Est etiam Calydna,insula vna Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin.lib.4. cap.12. Homer.Iliad.2.duas fecit Calydnas insulas. Vide Strab.ad fin.lib.10.

CALYDON {Καλυδών} Ætoliæ oppidum est septem millium quingentorum passuum à mari iuxta Euenum amnem.Plinij verba cap.2.lib.4. Ipsa Calydon OEnei patris Meleagri regia fuit, quæ syluæ agróque & apro cognomen imposuit, de quibus multa mentio est apud Ouidium lib.Metam.8. Non tacendum & in Britānia Calydoniam syluam esse: verùm vocabula syllabis dignosci. Nam Calydon pro Ætoliæ oppido,penultimam corripit.Lucan.lib.6,

Euenus Calydona secat. Pro Britanniæ sylua producit, o litera correpta.Martial.lib.1,

Nuda Calydonio sic viscera præbuit vrso. Sunt qui scribunt Caledonia,per secundam vocalem.

Alta Calydon,Ouid.8.Metam.

Heros Calydonius. Ouid.8.Metam. Sic vocat Meleagrum filium OEnei,regis Calydoniæ.

Amnis Calydonius,Achelous.Ouid.9.Metam.

Calydonis, penult. prod. huius Calydonidis, penult.corr. fœmininum {Καλυδωνίς} Ouid. 8. Metamorph. Plangunt ora simul matres Calydonides.

Calymma {κάλυμμα} Inter ornamenta muliebria enumerata Polluci. Aliàs autem est genus retis: ex quo potes conijcere tegmen fuisse forma & specie retis.*Coiffe* vulgò dicitur.

CALYMNA {Κάλυμνα} Insularum duarum nomen est inter Sporadas, non procul à Calydna. Vide Plin.lib.4.cap.12.

CALYPSO, huius Calypsus{Καλυψώ} Est nympha Oceani & Tethyos filia: vel,vt aliquibus placet, Atlantis. Regnauit in Ogygia insula,& Vlyssem naufragum hospitaliter suscepit.Ouidius,

Ah quoties illum doluit properare Calypso. De ea Homerus in Odyssea. Hæc de suo nomine insulam in Ionico mari cognominatam tenuit, propinquam promontorio Lacinio, vt sentire videtur Plin.lib.3. Natur. historiæ,cap.10. vel vt aliis placet, in mari Africo. Cic.1.Offic.

Calypso Atlantis.Tibul.lib.4.eleg.1, -fœcunda Atlantidos arua Calypsus. Genitiui Græci sunt,Atlantidos & Calypsus, Id est,Atlantis filia. Quintilian.lib.1, Neque enim tam Calypsonem dixerim vt Iunonem.

¶Calypso, item mulier quædam fuit pingendi peritissima, cuius opus Plin. memorat senem & præstigiatorem Theodorum. Vide eum lib.35.cap.11.

Calyptra {καλύπτρα} Genus vestimenti, quo mulieres capita operiebant. Festus.*Vne cappe à femme.*Bud. Eius meminit Plato in Alcibiade posteriore, quum dicit,in Asia esse quasdam regiones, mūdo vxoris regiæ destinatas, & appellationem à mundo illo muliebri sortitas,& inter alias Calyptram.

Calyx,calycis,pen.corr.{κάλυξ,πομφόλυξ} Significat folliculum quo fructus arborum cooperitur,à καλύπτω,cooperio. Plin.lib.12.cap.6, Sed vnde vestes lineas faciunt,foliis moro similis,calyce pomi cynorhodo.De pala arbore loquitur.

Calyculus,pen.corr.Diminutiuum {καλύκιον}Plin.lib.16.cap.44,Quod verò in spina fullonia gignitur hypophæston vocat: calyculis inanibus,foliis paruis.

Calycas {κάλυκας} Homerus in hymno Veneris, eidem attribuit inter cætera eius ornamēta. Gualtherus apud Pollucem (qui lib.5.cap. 16, Calycas enumerat in mundo muliebri ex Anacreonte & Homero)Baccas vertit.

CAMACAE,Populi inter Scythicas gentes.Plin.lib.6.cap.17.

CAMAE,Populi inter Scythicas gentes.Plin.lib.3.cap.17.

CAMALODVNVM,penult.prod.Britanniæ oppidum,Plinio libro 2.cap.75.

CAMARA,penult.corr.{Καμάρα} Vrbs Cretæ insulæ Ptolemæo. vulgò *Camera.*

Camaræ, Genus nauis, quarum mentio est apud Arrianum & Strabonem.Hinc emendandus est locus quidam in Gellio, in quo mare placidæ scriptum est, vbi Camaræ reponendum monet Turnebus.

Camarina, pen.prod. {καμαρίνα} Quibusdam est frutex: cuius ramos siquis commoueat, quatiátque, tetrum quendam odorem edit. Vnde Camarinam mouere. Prouerbium, quod significat sibiipsi malum accersere. Seruius Grammaticus aliunde natum adagium dicit, enarrans locum illum in 3. Æneidos, -& fatis nunquã concessa moueri Apparet Camarina procul. Camarina, inquit, palus est iuxta oppidum eiusdem nominis: quæ quum olim siccata pestilentiam creasset, consuluerunt Apollinis oraculum, an penitus eam desiccare præstaret. Vetuit deus Camarinam moueri. Quo cõtempto, exiccauerunt paludem: & carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederũt. Vide Erasmi Chiliadas. Sil.lib.14, Maronẽ imitatus dixit, Et cui non licitum fatis Camarina moueri.

CAMARINAE, Siciliæ oppidum ponitur Plinio iuxta Hirminium flumen eiusdem regionis, lib.3.cap.8.

Camarosis {καμάρωσις} Est ossis perruptio, quum ex alterutra refractum parte similem cameræ figuram acceperit. Author Galen. libro finit. medic.

CAMBALA Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, vbi auri metalla effodiuntur. Author Strabo lib.11.

Cambio, cambis. Priscian. lib.10, Cambio, ἀμείβομαι ponit Charisius, & eius præteritum campsi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω κάμψαι Græco esse videtur. Vnde & campso, campsas solebant vetustissimi dicere. Ennius in decimo, Leucaten campsant.

CAMBISENA {καμβισηνή} Armeniæ regio est, de qua sic Strabo, Chorzæna & Cambisena septentrionales, & valde niuales sunt, Caucasiis montibus vicinæ, & Iberiæ, & Colchidi, vbi iter agẽtes in summis montium cacuminibus niue obrui dicunt. Nam ibi plurima cadit: vnde baculos habent ad eiusmodi pericula, quos in summam niuem respirandi gratia exerant, & vt eo signo auxilium ab aduenientibus consequantur. Quapropter sæpe effossi seruantur. Hæc ille libro 12.

CAMBLES, etis {κάμβλης} Lydorum rex fuit, edacitatis mirandæ, quémq; scribit Xanthus in id vorandi studio euectum, vt nocte quadam vxorẽ quoque absumpserit: quúmque summo mane illius manum in ore comperisset, semet iugulasse. Ex Cælio Rhodig. libro 7. capite 11.

CAMBODVNVM {καμβόδουνον} Vindeliciæ vrbs, Ptolemæo. hodie Monacum, vulgò *Munchen*.

CAMBOLECRI, Populi inter Galliç Narbonensis gentes Plinio cõmemorantur lib.3.cap.4. & lib.4.cap.19.

CAMBYSES, penul.prod. {καμβύσης} Persarum rex, Cyri filius patriis rebus Ægyptum adiecit, sed offensus illorum superstitionibus, Apis cæterorúmque deorum ædes dirui iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnãdum exercitum misit, qui tempestatibus & arenarum motibus oppressus interiit, vt scribit Trogus Pompeius. Huius meminit etiam Seneca lib.7, Cambyses (inquit) fertur in Æthiopas iugum detrectantes: quúmque inexploratò per arentia exercitum duceret, deficientibus cæteris alimentis, decimum quenque inter se in cibum sortiti sunt: durauítque adeò talis seueritas, donec & ipse, ne reuocaretur ad sortem, pertimuit, receptuíque signum dedit. ¶Est & Cambyses, fluuius in Caucasiis montibus ortus, cuius meminit Plin. lib.6.cap.13.

CAMBYSV, Oppidum fuit inter Nelos & Marchadas deductis eò ægris exercitus regis Persarum Cambysis. De hoc Plin.lib.6.cap.29.

CAMELANI, Italiæ populi in sexta regione, Narniensibus & Nucerinis vicini. Author Plin.lib.3.cap.14.

Camelaucium, vt inquit Suidas, Romana dictio est: dici tamẽ Grçcè potest περὶ τὸ καῦμα ἱκανὸν, quia calorem defendat. Est autem Camelaucium, vt Aristophanis interpretes tradunt, quod prius dicebatur pilidion, id est galericulus. Hæc ex Rhodig.lib.7.cap.18. quẽ vide.

CAMELIDAE, Insulæ duæ sunt in ora Ioniæ regionis apud Plinium lib.5.cap.31.

CAMELITAE {καμηλῖται} Populi sunt in Mesopotamiæ finibus, non procul ab Euphrate, Scenitis proximi, qui diuersoria habent partim cisternarum, partim aquæductuum aquis abundantia. Vide Strabo. lib. Geograph.16.

Camella, Genus poculi, quo in quibusdam sacris solebant vti, cuius meminit Ouid.4.Fast. his verbis,

Dum licet apposita veluti cratere camella

Lac niueum potes, purpureámque sapam. Sunt qui scribant per simplex l.

Camellæ virgines apud Festum sunt, mutatione g in c, γαμήλιοι θεαί.

Camelopardalis {καμηλοπάρδαλις} Animal est cameli proceritate, colore pantheræ, maculis veluti florentibus variegatum: postremæ infra aluum partes humi subsident, sicut in leonibus videmus: humeri, pedésque priores, atque item pectus, præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix: camelo capite simile, pedibus & cruribus boui. Plin.lib.8.cap.18.

Camelus, cameli, pen.prod. {κάμηλος} Notum est animal, de quo multa apud Plin.lib.8.cap.18. Liu.7.bel.Maced. Horat.2.epist.1,

Diuersum confusa genus panthera camelo. Cic.2. de Nat. deor. Cameli adiuuantur proceritate collorum.

Sitiens camelus Persio dicitur, quòd sitim quatriduo toleret, vt docet Plinius lib.8.cap.18. Impletúrque quum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum, obturbata conculcatione prius aqua. Persij versus sic habet sat.5,

Tolle recens primus piper è sitiente camelo. ¶Est & Camelus, funis nauticus, quo anchoræ religantur, de quo aliqui intelligunt illud in Euangelio, Facilius est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum. Vide Rhod.lib.7.cap.18.

¶Camelus Bactriana, & bicolor homo. Prouerbium est, aduersus eos quidem qui ea promunt, quæ admirationi putant futura, re autem ipsa vel meticulosa sunt, vel planè ridicula. Adagium rationem habet eiusmodi: Ptolemæus Lagi, duo quædã insitata in Ægyptum induxit, camelum Bactrianam insigniter nigram, bicolorem item hominem, ita vt medietas quidem ex æquilibrio summè foret nigra, reliqua portio albedinem præferret eximiam. Cæterùm conuenientibus in theatrum Ægyptiis, stuporem nouitate rei iniecturus camelum produxit, & semialbum hominem. Sed Ægyptij cameli aspectu territi mandarunt se fugæ: hominis verò, vt sic dixerim, variegati intuitum, partim fusius riserunt, partim vt mõstrificum quiddam auersati sunt. Ex Cæl.lib.7.cap.18.

Camelasia, æ {καμηλασία} Camelorum curatio & præfectura: nisi fortè Camelaria legendum sit, à Camelariis: vt Argentaria, Sagaria, ab Argentariis & Sagariis. Camelarij nanque qui camelorum curam habent, dicuntur. Arcad.l.vlt.§.1. D.de munerib. & honor. Camelasia quoque similiter personale munus est: nam ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, vt solo corporis ministerio obligentur. Budæus tamen Camelelasia, καμηλελασία legendum putat. sed Turnebus camelasiam probat, quem vide.

Camelinus, pen.prod. Adiectiuum {καμήλινος} vt Camelinum lac. Plin. lib.28. cap.9, Dulcissimum ab hominis camelinum, efficacissimum ex asinis. Camelinus color vulgò dicitur pullus. Sipont.

Camelarius, camelarij, substantiuum, Qui camelos agit, Camelorum agitator & ductor. Arcad. in l. Munerum ciuilium. D.de muner. & honor. Ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, vt solo, &c.

Camelasium, camelasij, neut.gen. Turnebus, Vt camelasia munus significat, ita camelasium indictum eo nomine tributum. Reperitur hæc vox apud Marcell.lib.17. Hæc ille.

Camera, cameræ, pen.corr. {καμάρα, κύρτωμα} Tectum in curuitatem formatum, authore Nonio. Dicitur aliàs testudo, aliàs fornix, aliàs arcus. Secundum Seruium Camera dicitur quasi camura, id est curua. Vide CAMVRVS. Cic. ad Q. frat. lib.3.17, Cameras quasdam non probaui, mutaríque iussi. Varro 3. de Re rustica, cap.7, Peristereon fit, vt testudo magna camera tectus, vno ostio angusto. Alij legunt camara.

Percutere cameram semine pomorum. Horat.2.Serm.sat.3, Solent amantes semina ex pomis orbiculatis duobus primis compressare digitis, eáque mittere in cameram amicæ, augurium captantes, vt si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci quod animo conceperunt. Hæc Porphyrio.

Camera, genus nauis. Tacit.lib.19.

Camerarius, Adiectiuum {καμαρικός} vt Cameraria cucurbita. Plin.lib. 19.cap.5, Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, leui vmbra cameras ac pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera, Camerarium, & Plebeium, quod humi repit. Camerariũ genus cucurbitæ vocat Plin. quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi serpit. Cameraria, quòd cameras & pergulas operit reptantibus flagellis & capreolis innitentibus.

Camero, cameras, pen.corr. {καμαρόω} camerare, Fornicem & testudinem facere. A quo compositum concamerare. Plin.lib.34. cap.14, ad finem, Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoauerat.

Camerata vehicula, Quæ Græci camarota vocant, qualia sunt pensilia, quibus matronæ gestantur: qualia etiam hodie fiunt corio contecta. Vlp. in l. Sed addes. D.locati. Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit, & ædium aditum dominus coangustauerit. Budæus. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent, arcam æratam.

Camerus, camera, camerum. Obtortum, inquit Nonius: vnde & cameræ tecta in curuitatem formata. Virg. Georg. lib.3,

-& cameris hirtæ sub cornibus aures.

CAMERACVM, Cameraci, pen.prod. Vrbs in Belgica Gallia.

CAMERINVM, pen.prod. {καμερῖνον} Piceni vrbs præclara, à curuitate situs ita appellata. Apud Ptol.lib.3. cap.1, legitur Camarinum. Vulgò *Camarino*.

CAMERINVS, pen.prod. Poeta, cuius meminit Ouidius lib.4. de Ponto, eleg.16,

Quíque canit domito Camerinus ab Hectore Troiam.

CAMERIVM, Italiæ oppidum iuxta Collatiam apud Plinium, libro 3. capite 5.

CAMERTES {κάμερτες} Populi sunt Vmbriæ in montibus, qui Vmbros à Picenis diuidunt. Sil.lib.8, -& armis

Vel castris laudande Camers. Singularis numerus pro plurali. Horum meminit Strabo lib.5. Et Plin.lib.3.cap.14. Cicero pro Cornelio Balbo, Neque Fulginatium, neque Camertium fœdere esse exceptum.

Camers {κάμερς} Adiectiuum. Cic. pro Sylla, In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

Camertinus, penul.prod. Aliud adiectiuum {καμερτινός} vt Camertinum fœdus. Cic. pro Corn. Balbo, Is igitur M. Annium Appium fortissimũ virum, virtute prçditum ciuitatç donauit, quum Camertinum fœdus sanctissimum atque æquissimum sciret esse.

CAMBSENA {καμισηνή} Regio est olim Medorum ditioni subiecta, nũc autem sub Parthis viuens, de qua vide Strabo.lib.11.

CAMESES, Consors Iani. De quo sic Perottus, de Iano loquens, Hunc regionem istam, quæ nunc vocatur Italia, regno obtinuisse, & cum Camese, qui simili modo indigena erat, ita participata potentia possedisse, vt regio Camesene: oppidum Ianiculum vocaretur.

CAMILLA {κάμιλλα} Volsca, venit auxilio Turno contra Latinos & Æneam, in quo bello etiam interfecta est. Eam Virg. describit lib.7,

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla, &c.

Pharetrata Camilla. Virg.11.Æneid.

Dia Camilla. Virg.11. Æneid.

Camillos {κάμιλλοι καὶ κάμιλλαι} & Camillas in sacris vocabant ministros & ministras impuberes, quibus lactucæ esus fortasse præscribebatur. Hinc & Camilla dicta. Hæc Seruius. Alij dicũt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura præciperet, hyberno puluere, verno luto grandia farra camille metes.

CAMILLVS {κάμιλλος} Romanus, Veios decennali obsidione domuit, déque his triumphauit. Postea crimini datum quòd albis equis triumphasset

phasset, & prædam iniquè diuisisset: die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis damnatus, Ardeam concessit. Mox quum Galli Senones vrbem diripuissent, absens Dictator factus, collectis reliquiis Gallos adortus incautos oppressit. Populum Romam migrare Veios volentem eleganti apud Liuium cócione retinuit, in qua omnes vrbis dotes, laudésque licet agnoscere. Adicit quoque Liuius, quòd tertiùm Dictator dictus, contra Latinos ad Satricum contendit, vt sociam vrbem Pop. Rom. à Latinis oppugnatam tueretur. Quartùm Dictator ad sedandam populi seditionem factus, valetudinem excusauit, ex quo alter ei subrogatus est. Quintùm Dictator, Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem castrametatos, superauit. Postremò Romæ octogenarius pestilentia interiit. Authores Liuius & Plutarchus.

Camillus, propriè appellatur puer ingenuus. Fest.

Caminus, camini, pen. prod. (κάμινος) Græcum vocabulum est. Latinè fornax dicitur, authore Seruio. Virg. 3. Æneidos,

-ruptis flammam expirare caminis.

Caminus, Structura quæ fumum excipit. Sueton. in Vitel. cap. 8, Nec antè in Prætorium rediit, quàm flagrante triclinio ex conceptu camini. Cicero ad Trebatium lib. 7, Luculento camino vtendum censeo.

Addere oleum camino. Horat. 2. Serm. sat. 3. Id est addere maioris insaniæ materiam. Prouerbialis loquutio, de qua abundè Erasmus in Chiliad.

Lentis caminis dare viscera. Seneca in Thyeste, 8.

Perpetuus caminus. Stat. 3. Thebaid.

Anhelans. Persius sat. 5.

Ardens. Iuuenal. sat. 14.

Vrens. Horat. 1. Serm. sat. 5. Pro igne vrente.

Camino, caminas, pen. prod. (καμινεύω) caminare, In modum fornacis facere. Plin. lib. 16. cap. 6, Aceruis confertis taleis recentibus luto caminantur.

Camirus, i producta, vna ex vrbib. Rhodi insulæ. Strabo, Quas vrbes Homerus commemorat, Lindon, Ialyson, Camiron.

Camisia, quam subuculam esse dicit Sex. Pompeius lib. 17. in verbo Supparus: & vix eam appellationem alibi reperias apud antiquos. Nos vocamus *Chemise*. Putatur autem à Macedonibus primùm introducta.

Camma, Nobilis quædam fœmina è Galatia oriunda, viri sui mortem à Sinorige illatam ægerrimè ferens, quũ apud Galatas in more esset, vt qui ineunt sponsalia, vir scilicet & vxor, de eodem poculo bibant, dissimulato dolore sponsalia cum eo inire finxit, venenatúmque poculum illi propinauit: quo hausto Sinorix, & ipsa, læta quòd virum vlta esset, mortem obiuere. Hæc Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5.

Cammaron (κάμμαρον) Herbarum venenosissima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum existimant, à radicis flexura, quam Dioscorides Scorpionis caudæ assimilat.

¶ Mandragoram item herbam nonnulli cammaron appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 4.

Cammarus, pen. corr. (κάμμαρος) Piscis marinus, ex specie malacostracorum, hoc est qui molliorem testam pro cute habent. Columel. lib. 8. cap. 15, Aquatilibus autem cibis, si sit facultas, datur cammarus, & riualis alecula. Frequens est piscis in mari Adriatico. Est autem velut quædam cancrorum species. Aliis Gammarus dicitur.

Camœnæ, camœnarum (μοῦσαι) Musæ: quibus à cantu inditum est nomen. Virgil. in Palæm.

Alternis dicetis, amant alterna camœnæ. Seruius.

Camœnæ, Musæ: à carminibus sunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd sint castæ mẽtis præsides. Hęc Festus. Plin. lib. 34. cap. 5, Actium poetam in Camœnarum æde maxima forma statuam sibi posuisse, quum breuis admodum fuisset.

Camœna, etiam numero singulari dicimus. Pers. sat. 5,

-tibi nunc hortante camœna

Excutienda damus præcordia.

Dulces camœnæ. Horat. 1. epist. 20,

Vina ferè dulces oluerunt mane camœnæ.

Gaudentes rure. Horat. 1. Serm. sat. 10,

-molle atque facetum

Virgilio annuerant gaudentes rure camœnæ.

Graia. Horat. 2. Carm. ode 16.

Spiritus camœnæ. Horat. 2. Carm. ode 16.

Inhumana. Horat. 1. epist. 19.

Insignis. Horat. 1. Carm. ode 12.

Tragica. Horat. de Arte poetica,

Ignotum Tragicæ genus inuenisse camœnæ.

Vocalis. Seneca in Med. 8. Id est Calliope dulciter canens.

Senium camœnæ deponere, id est seueritatem. Horat. 1. epist. 19.

Campagum, Iulio Capitolino barbarum est calciamenti nomen, sicut anaxyris item calcei fuit genus, vt notat Rhod. lib. 18. cap. 21.

Campania (καμπανία) Italiæ regio, de qua sic Plin. lib. 3. cap. 5, Qualiter Campaniæ ora per se, felixque illa ac beata amœnitas narrari debet? vt palàm sit, vno in loco gaudentis opus esse naturæ. Iam verò tota ea vitalis, ac perennis salubritatis cæli temperies est, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij saltus, tam opaca nemora, &c. Nomen retinet, & est initium regni Neapolitani.

Pinguis. Propert. lib. 3. eleg. 5.

Terra Campania. Tibul. lib. 1. eleg. 9.

Campanus, pen. prod. (καμπανικὸς) Adiectiuum. vt vrbs Campana. Virg. 10. Æneidos,

Affuit & Mnestheus, quem pulsi, &c.

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. Vbi Seruius, Iste quidem dicit à Capy dictam esse Campaniam. Sed Liuius vult à locis campestribus dictam, in quibus sita est. Sed constat eam à Tuscis conditam viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur: vnde est nominata Campania. Tuscos autem omnem penè Italiam subiugasse manifestum est.

Littus Campanum. Stat. 3. Sylu. 3.

Morbus Campanus. Horat. 1. Serm. sat. 5. Id est oris fœditas aut arrogantia. nam Campani qui Osci dicebantur, ore immundi & arrogantes habiti sunt: vnde Oscos dictos putant, quasi obscœnos. aut verò dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. Ex Acrone & Porphyrione.

Supellex Campana. Horat. 1. Serm. sat. 6. Id est (vt exponit Acron) fictilis, vel viminea, quia in Campania erant figlinæ.

¶ Campans, pro Campanum. Antiquum. Plaut. Trinummo,

Credo ego istuc Stasime ita esse, sed campás genus multo Syrorum

Iam ante it patientia. Nonius.

Camparius, Vide **Campus**.

Campaspe, Alexandri magni ex concubinis præcipuè dilecta, quam quũ nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle iussisset, cúmque eum pari captũ amore sensisset, illi eam dono dedit. Magnus animo, maior imperio sui, nec minor hoc facto, quàm victoria aliqua. Quippe se vicit, nec torum tantùm suum, sed etiam affectum donauit artifici. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

Campe, campes, vel campa, campæ (κάμπη) Eruca Latinè, Vermiculus hortenses maximè herbas, & arborum frondes rodens. Columel. lib. 10,

Nec solùm teneras audens erodere frondes,

Implicitus conchæ limax, hirsutáque campe.

Campe Græcis à flexu dicta est, quia in arcum arrependo curuatur. Budæus.

¶ Campas, marinos equos Græci à flexu posteriorum partium appellant. Festus.

Campester, Vide **Campus**.

Camphasus, penult. corr. Proprium nomen equi, de quo Silius Italicus libro 16,

Camphasus, ipse asper, nec qui ceruicis amaret

Applausæ blandos sonitus, clausúmque cruento

Spumeus admorsu gauderet mandere ferrum.

Campi Diomedis, dicti sunt qui in diuisione regni cum Dauno Italiæ rege, cesserunt ipsi Diomedi.

Campi (κάμποι) Italiæ oppidum est, propè Rauennam, vbi quotannis forum conficitur, vt author est Strabo lib. 5.

Camponi, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

Campsonysis, Flumen est in Themiscyræna regione, prope Herniochos populos, de quo Plin. lib. 6. cap. 4.

Campsiani, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni his verbis, Sunt alij Germanię populi indigentia magis laborãtes, Sugambri, Chaubi, Bructeri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani, cæterique complures. Hactenus ille lib. 7.

Campsor pecuniarum, à nostris Argentarius dicitur, à Græcis Trapezita. Sipontinus.

Camptaulæ, de quibus apud Vopiscum fit mentio, dicuntur, qui flexili tibiarum vtũtur cantu: sicuti pythaulæ, tibiis quodammodo persuadentes. Author Cæl. Rhod. lib. 12. cap. 5.

Campus Lapideus (λιθώδη πεδία) Galliæ Narbonensis campus est, centum ferè stadiorum diametrum habẽs, lapidibus, qui singuli manum impleant, plenissimus, sub quibus gramẽ exoritur, à quo pecoribus pabuli suppeditatur vbertas. In medio salsæ scatent aquæ, salísque vis magna. Vniuersa circum adiacens ora ventis exposita est: validissimè autem Melamborij venti procellis infestatur, quo saxa ipsa volui traduntur, hominésque ex curribus excuti, & vi ventorum armis vestibúsque nudari. Huius rei originem ad huiusmodi referunt fabulam, Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnãtem, quum deficientibus telis in vitæ discrimen venisset, Iouem patrem orasse vt sibi tela administraret, statímque imbrem lapideum ea in loca decidisse, quo gygantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strab. lib. 4.

Campus, campi (πεδίον, ἄρουρα) dictus postea quàm proxima superiora loca colere cœperunt, authore Varrone de Ling. Lat.

Campus, inquit Valla lib. 4, Est planities terræ ampla & grandis: ideóque spatiosæ plateæ, areæve, campi nomen acceperunt. Vnde Romæ campus Martius. Cæs. 3. bel. Ciuilis, Sed quum esset inter bina castra campus, circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit.

Vmbrarum campi. Lucan. lib. 7. Id est in quibus errant animæ insepultorum.

Accola campi. Ouid. ad Liuiam,

-& accola campi

Tot dixit siccis verba neque ipsa genis.

Æquor campi. Virg. 7. Æneidos,

Filius ardentes haud secius æquore campi

Exercebat equos.

Æquora camporum patentium. Cic. 1. de Diuinat. Vt enim Ægyptij & Babylonij, in camporum patentium æquoribus habitantes, quum, &c.

Ager campi. Virg. 2. Georgicorum,

-si pinguis agros metabere campi,

Densa sere.

Agger camporum. Stat. 2. Thebaidos,

Quercus erat teneræ iamdudum oblita iuuentæ

Aggere camporum medio.

Area campi. Ouid. 10. Metamorphoseos,

Collis erat, collémque super planissima campi Area.

Fundamina campi. Claudian. de Rapt. Proserp.

Immensitates camporum. Cic. 2. de Nat. deor. Adde huc fontium gelidas perennitates, immensitatésque camporum.

Limes camporum. Lucan. lib. 6,

-camporum limite paruo

Absumus à votis.

Campi medio. Tacit. lib. 1.

Media campi complere. Tacit. in vita Agricolæ.
In medium campi procedere. Liu. lib. 7. Decad. 4.
Pabula campi. Ouid. in Ibin.
Puluis camporum. Virg. 11. Æneid.
Spatia campi. Virg. 3. Georg.
Immensa camporum spatia. Cic. 2. de Nat. deor. Totam licet animis tàquam oculis lustrare terram, mariàque omnia: cernes iam spatia frugifera atque immensa camporum, &c.
Æquo campo se dare. Virg. 9. Æneidos,
-Teucrûm mirantur inertia corda
Non æquo dare se campo, non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere.
Æstiferi campi. Sil. Ital. lib. 17,
Qualis in æstiferis Garamantum fœta veneno
Attollit campis feruenti pastus arena
Colla Parethonius serpens.
Anhelans sulfure campus. Stat. 11. Thebaidos,
-& anhelantem cælesti sulfure campum.
Apertus campus. Virg. 2. Georgicorum,
-& campo stetit agmen aperto. Vide APERIO.
Apricus campus. Horat. 1. Carm. ode 8,
-cur apricum
Oderit campum patiens pulueris, atque solis? Vide APRICVS.
Armiger. Stat. lib. 9. Thebaidos,
-armigerum ni protinus improba campum Deseris.
Caligantes. Stat. lib. 1. Thebaid.
Elysius. Virg. 1. Georg.
Euersus, Id est aratus. Valer. 7. Argonaut.
Campus operi facilis. Liu. lib. 2. Decad. 4.
Fertilis vbere. Virg. 2. Georg.
Frequens herbis. Virg. 2. Georg.
Frondens. Lucan. lib. 6,
Vngula frondentem discussit cornea campum.
Gramineus. Virg. lib. 5. Æneid.
Herbosus. Horat. 3. Carm. ode 18.
Horrens. Virg. 3. Georgicorum,
Et campum horrentem fractis inuertere glebis.
In immenso campo vagari. Cic. 3. de Orat. In hoc igitur tanto, tàmque immenso campo quum liceat oratori vagari liberè, &c.
Iners, Putridus & infructifer. Silius libro 13. Sic vocat campum inferni.
Ingens & immensus. Cicero 3. de Orat. Ex ingenti quodam oratorem, immensóque campo in exiguum sanè gyrum compellitis. Vide IMMENSVS.
Irriguus. Lucanus lib. 4.
Læti. Virgil. 1. Georg.
Latus campus aeris. Virg. 6. Æneid.
Latus campus aquarum. Ouid. 1. Metam.
Latis currere in campis. Ouid. 2. Metam.
Liberiore campo natare. Ouid. 4. Fastor.
Liquentes campi, pro mari. Virg. 6. Æneid.
Martius. Horat. 4. Carm. ode 1.
Mersus campus cruore. Sil. Ital. lib. 1.
Natantes. Virg. 3. Georg.
Nigrantes puluere. Sil. Ital. lib. 3.
Nitentes. Virgil. 6. Æneidos,
-campósque nitentes
Desuper ostentat.
Nudi. Ouid. 3. Trist. eleg. 10.
Optimi & vberes. Cic. 2. Agraria, Agros verò, &c. cum suis optimis atque vberibus campis conferendos scilicet non putabunt.
Patentes. Virg. 4. Æneid.
Patuli. Claudian. 1. de Rapt. Proserp.
Pigri. Horat. 1. Carm. ode 22. Id est frigidi, & frigore pigritiem inducentes. Acron.
Pinguis. Virg. 2. Georg.
Planus. Lucret. lib. 3.
Pulsatus assiduis equis. Ouid. 6. Metam.
Putris. Virg. 11. Æneidos,
Quadrupedúmque putrem cursu quatit vngula campum.
Rudis. Virg. 2. Georg.
Sanguineus. Stat. 3. Thebaid.
Segnis. Virg. 1. Georg.
Silentes. Seneca in Herc. furente, 10.
Spectabilis vndique. Ouid. 3. Metam.
Spirans tabo. Stat. 12. Thebaid.
Squalentes. Sil. Ital. lib. 3.
Stagnantes. Silius Ital. lib. 3.
Tauriferi. Lucanus lib. 1.
Tenuis. Ouid. 2. Trist.
Torrentes sanguine. Stat. 1. Sylu.
Turpis sine gramine. Ouid. 3. de Arte amandi.
Vasti. Virg. 3. Æneid. Id est, vastati, aut magni, inquit Seruius.
Vberes. Vide paulo antè Optimi, &c.
Vdi. Silius Ital. lib. 8.
Venalis. Lucan. lib. 1. Venalem appellat, campum Martium, in quo suffragia vendebantur.
Virentes. Horat. 2. Carm. ode 5,
Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuencæ.
Viridis. Virgil. 3. Georg.
¶ Arare campum. Ouid. 2. Tristium,
-tenuis mihi campus aratur.
Aspirare in campum. In ASPIRO.
Attollere campum puluere. Stat. 4. Thebaid.
Circunferre campo lumina. Silius Ital. lib. 17.
Circunuolare campum iaculo. Sil. Ital. lib. 17,
-& iaculo circunuolat alite campum.
Campum colligere. Vegetius libro 3. de Re militari, Prior ergo de cæsis hostibus spolia capiat, & (quod ipsi dicunt) colligat campum. Budæus.
Loca camporum cursu complere. Lucret. lib. 2.
Conferre se in campum. In CONFERO.
Consternere campos milite. Sil. Ital. lib. 1.
Corripere. Virg. 3. Georgicorum,
Nónne vides quum præcipiti certamine campum
Corripuere?
Credere campo aciem. Virg. 9. Æneidos,
Neu struere auderent aciem, neu credere campo.
Currere in. Horat. 1. Serm. sat. 1.
Dare se. Silius lib. 13. Videtur posse non incommodè pro eo accipi quod dicere solemus, In arenam descendere.
Decedere campis. Virg. 4. Georg.
Diffugere. Virg. 10. Æneidos,
-omnis campis diffugit arator.
Durescit situ. Virg. 1. Georgicorum,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Errare. Virg. 3. Georg.
Explicat campos tellus effusa. Lucan. lib. 4.
Extendere. Ouid. 1. Metam.
Campis exutus Mithridates. Tacitus lib. 12.
Campis ferri. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Flauescit campus arista. Virg. 4. ecloga.
Fuscare corpora campo. Ouid. 1. de Arte amandi.
Campus habet insidias. Martial. lib. 12. epigr. 14. ad Priscum.
Hiscunt campi. Stat. 9. Thebaid.
Campus iacet in medio. In IACEO.
Iacère toto campo. Seneca in Troade. 6.
Iacet tantum campi. Virg. 3. Georgicorum,
-itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis: tantum campi iacet. Id est incultum remanet.
Incedere campis. Silius lib. 17.
Indulgere campo. Persius satyra 5,
Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In venerem putris.
Inferre se campo. Virg. 9. Æneid.
Inire campum. Stat. 11. Thebaidos,
Talis init campum.
Instruere per campos certamina belli. Lucret. lib. 2.
Insurgunt campis tenebræ. Virg. 9. Æneid.
Inundare campos dicitur exercitus. Silius Ital. 15.
Lacessere. Stat. 12. Thebaid.
Liquantur. Catullus epigramm. 43.
Lustrare oculis. Lucan. lib. 7,
Et lustrare oculis campos sub clade latentes.
Miscere campum puluere. Virg. 12. Æneid.
Obstruere. Lucanus lib. 2.
Parare ad certamen. Virg. 12. Æneid.
Partiri limite. Virg. 1. Georg.
Per campos pascuntur equi. Virg. 6. Æneid.
Peragrare. Cic. 1. de Diuinat. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quòd pastu pecudum maximè vtuntur, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, &c.
Perlabi campum. Sil. lib. 16.
Perlustrare oculis. Silius lib. 7.
Persultat campos exercitus. Tacit. lib. 11, Casus Mithridati datus est occupandi Armeniam vi militis Romani ad excidenda castellorum ardua, simul Hybero exercitu campos persultante.
Pinguescunt. Virg. 1. Georgicorum,
-& latos Æmi pinguescere campos.
Proscindere ferro. Ouid. 7. Metam.
Quatere. Virg. 11. Æneid.
Rapere. Stat. 5. Thebaid.
Recumbere. Virg. 1. Georg.
Redeunt campis gramina. Horat. 4. Carm. ode 7.
Redundare campis. Lucret. lib. 6.
Refluit campis Nilus. Virg. 9. Æneidos,
-aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis.
Relaxare. Silius Ital. lib. 7.
Renouare aratris. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3.
Serere hordea. Virg. 1. Georg.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Æneid.
Tenère latè campos. Virg. 2. Georg.
Tondère campum dicuntur equi. Virg. 3. Æneidos,
-equos in gramine vidi
Tondentes campum latè
Transmittere cursu. Virg. 4. Æneid.
Tremiscunt tonitru. Virg. 5. Æneid.
Vestire campos lumine dicitur æther. Virg. 6. Æneidos,
Largior hic campos æther, & lumine vestit Purpureo.
Vestiti gramine. Claudian. 3. de Rapt. Proserp.
¶ Campus, pro comitiis. Cic. 3. de Orat. Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumèdus, ex quo genere hæc sunt, Martem belli esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello.
¶ Campus, Res quælibet in qua quis studium habet. vt Campus rhetorum. Cic. 1. Offic. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Idem, latissimum dicendi campú alio loco dixit, pro vbertate materiæ quam vocant.
Expositionis campum nancisci. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Magnus

Magnus campus ad laudem. Cic. 14. Philipp. Magnus est in Rep. campus, vt sapienter dicere solebat Crassus, multis apertus cursus ad laudem.

Magnum campum habet cursus animi. Cic. Attico, lib. 5, Non habeat satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi & industriæ meæ.

Dare campum. Cic. pro Murena, Nullum enim vobis sors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoscíque posset.

Exultare in campo, & in angustias compelli dicitur oratio. Cic. 4. Academ.

Prosternitur campus & materies tuis laudibus. In PROSTERNO.

Campester, campestris, & hoc campestre: & hic & hæc campestris, & hoc campestre {πεδινός} Quod ad campos attinet, vel in mediis campis iacet: vt locus campestris. Cæsar 7. belli Gallici. Varro de Re rustica, lib. 1. cap. 5. ad finem, Campester locus is melior, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit, quàm is qui est ad libellam æquus.

Campestris ager. Liuius 4. ab Vrbe, Vulturnum Hetruscorum vrbem, quæ nunc Capua est, ab Samnitibus captam: Capuámque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero est) à campestri agro appellatam.

Arma campestria. Horat. de Arte poetica,
Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis.

Fraxinus, Quæ in campo crescit, non in montibus. Plin. lib. 16. cap. 13, Campestrem enim esse crispam: montanam, spissam.

Iter. Cæsar 1. bel. Ciuil. Vterque idem suis renuntiat, quinque millia passuum proxima intercedere itineris campestris.

Ludus, Qui in campo fit. Cic. pro Cælio, Vt exercitatione, ludóque campestri tunicati vteremur.

Prælia. Horat. 1. epist. 19.

Scythæ, Qui in campis sine tectis sub tentoriis viuunt. Horatius 3. Carm. ode 24,
Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra, &c.

Campestre, campestris, substantiuum {διάζωμα} Genitalium succinctorium, quo in gymnasiis & palęstris, hoc est in campis vtebantur. Horat. lib. 1. epist. 10,
Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula solstitio, campestre niualibus auris.

Camparius, Custos exercitúrve camporum. Valla lib. 1, Caprarius, inquit, Saltuarius, Camparius, Horrearius, Classiarius: custos exercitúrve caprarum, saltus, campi, &c.

Camum, cami, Potionis genus apud Vlpian. in l. 9. D. de tritic. vin. & oleo leg. quod cuiusmodi sit parum constat.

Camurus, adiectiuum {καμπύλος} Festus, Camura, & camuri boues, à curuatione, ex Græco καμπή dicuntur. Virg. 3. Georgicorum,
Et camuris hirtæ sub cornibus aures. Camuris (ait Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 4.) peregrinum verbum est, id est, in se redeuntibus. Et fortè nos quoque hac ratione cameram figuramus. Hactenus ille. Hinc vulgaris noster sermo fluxisse videtur, quum camurum pro simo appellamus, *Camuz*.

Camus, cami {κημός} Genus vinculi apud Græcos. Plaut. Casin. 8,
Deos quæso, vt quidem hodie camum & furcam feras.

C A N

CANA, Straboni lib. 13, Promontorium quod contra Lectum consurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Canæo.

Cana {κανᾶ} dicunt Græci, nos canistra, & per diminutionem canistella. Festus.

Canabel, Serapioni medico terra est tenuissimo sabulo persimilis, quæ, vt ipse ait, vnà cum pluuia è cælo decidit, cuius non modo apud Arabes ad interaneorum tineas necandas, verùm & ad fictilia fracta conglutinãda increbuit vsus. Proinde haud dubiè hallucinari deprehenduntur, qui Canabel Serapionis semen sanctum interpretantur, quum longè admodum hæc inter se differant. Vide Matthiol. in Dioscorid. lib. 3. cap. 24.

Canabia {κανάβια} Calceorum muliebrium species Polluci libro 7. cap. 22.

Canabus, exile lignum est, pileorum textrinę accommodum: vnde & qui sunt macie prætenues Canabi à Græcis vocantur, vt scribit Pollux: & poeta Sannyrion, quòd macie esset attenuatus, ita cognominatus est, teste Cæl. Rhod. lib. 8. cap. vlt.

CANACE, pen. cor. {Κανάκη} Macarei soror, Æoli filia: de qua Ouid. scribit 11. epist.

CANACHVS {Κάναχος} Insignis statuarius fuit, qui Apollinem nudum, Philesium cognominatum in Didymæo, Æginetica æris temperatura effinxit: ceruúmque vnà ita vestigiis suspendit, vt linum subter pedes trahatur, alterno morsu digitis calcéque retinentibus solum, ita vertebrato dente vtrisque in partibus, vt à repulsu per vices resiliat. Author Plin. lib. 34. cap. 8.

Canalis, huius canalis, pen. prod. m. & fœm. gen. {σωλήν} Festus, Canales per quos aqua confluit in viis lapide stratis.

Canales structiles, Structura & fabrica constantes, quales hodie Romæ semiruti visuntur. Vitruuius lib. 8. cap. 7, Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis seu tubulis fictilibus. Aquæductus vocabant Romani, hinc præfecti aquæductuum.

Canalis, à canna fit, vna detracta litera, Lignum ad cannæ similitudinem cauatum, per quod aqua deducitur. Colum. lib. 12. cap. 50, Oleo autem conficiendo molæ vtiliores sunt, quàm trapetum: trapetum, quàm canalis & solea.

Arundinei. Virg. 4. Georgicorum.
Melláque arundineis inferre canalibus vltrò Hortantem.

Demersus. Stat. 1. Sylu.

Iligni. Virgilius tertio Georgicorum. Id est facti ex ilice, inquit Seruius.

¶ Canalis, quo crura & femora continentur fracta. Quo pacto autem constituatur vide apud Cels. lib. 8. cap. 10, de crurum & femorum curatione.

Canaliculus, pen. corr. Diminutiuum {σωλήνιον} Columel. lib. 8. cap. 10, Nam largiore cibo celerius pinguescit, semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur, quæ est firmissima esca.

Canaliculus columnarum. Vitruu. lib. 7.

Canaliculus Celso lib. 8. cap. 24. quo digitus fractus continetur, vt canalis in maiore membro fracto.

Canalicula, canaliculæ, Idem {σωληνίδιον} Gellius lib. 17. cap. 11, Ipsum autem Erasistratum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, per earúmque alteram deduci delabíque in stomachum esculenta omnia & potulenta.

Canalicolæ, Forenses homines pauperes dicti, quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Canaliculatus, pen. prod. {σωληνοειδής} Adiectiuum, In modum canalis factus: vel qui canalis formam habet. vt Semina canaliculata, folium canaliculatum. Plinius lib. 27. cap. 9, Est autem singularis atque non fruticosa, breuior mollíorque, & densior, foliis ad radicem canaliculata.

Canalitius, Adiectiuum {σωληνιαῖος} vt, Canalitium aurum, quod puteis foditur, quòd venarum canales per saxa vagentur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. lib. 33. cap. 4, Quod puteis foditur, canalitium vocant: alij canaliense, marmoris glareæ inhærens.

CANAN, dicta est Arabia, à Cam, qui in ea consedit, à qua Cananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quia princeps eius & cõditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo. Itaque ignorantiam diuinitatis minoribus reliquit.

CANANÆA {Χαναναία} Syriæ regio, à Canaam filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à se Cananæam nuncupauit.

Cananitis, idis {Χαναανῖτις} pen. corr. Possessiuum est patronymici fœminini forma, deductum à nomine Canaan, vt Regio Cananitis.

CANARIA {Καναρία} Vna ex insulis fortunatis, ita vocitata à canum multitudine ingentis magnitudinis. Plin. lib. 6. cap. 32. Alij Cannariam vocant. Vide Fortunatæ insulæ.

Canaria, Herba est, quam vernacula lingua etiam Herbám canis vocamus, quòd canes ægroti ea præsentem vomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8, Inuenerunt & canes canariam, qua fastidium deducunt, eámque in nostro conspectu mandunt: sed ita, vt nunquam intelligatur quæ sit. etenim depasta cernitur. Ruellius humilem esse herbulam ostendit, foliis tritici multò minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærẽtibus articulato, internodiis tibiarum modo in se infercitis, quæ tracta suis ex vaginulis exeruntur, euanidam spicæ loco panniculam habens, denique folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

CANARII {Καναρίοι} Aphricæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus plenis elephantorum, ferarum, & serpentum: ita dicti, quòd canum victus ipsis promiscuus sit. Vide Plin. lib. 5. cap. 1.

Canarius, Vide CANIS.

CANAS, Oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27) LX oppida habuit, nunc XXXVI habet. Ex his celeberrima præter supradicta, Canas, &c.

CANASTRÆVM, Macedoniæ promontorium, in Thermaico sinu: dicente Plin. lib. 4. cap. 10, In Thermaico sinu oppida Dicæa, Pydna, Derra, Scione, promontorium Canastræum. Nunc vulgò dicitur *Canistro*, teste Oliuarius in Melam.

CANATHA, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

Canathra {κάναθρα} Grypum imagines ac tragelaphorum ligneæ, quibus insidentes puellæ circunferebantur in spectaculis, vt Xenophon indicat, & Plutarch. exponit.

Canata, Pulpa & caro canis marini, eiúsque salsamentum. Plautus apud Festum,
Muriaticam autem video in vasis stanneis,
Naricam bonam, & canatam, & comaquinas,
Fartas & conchas piscinarias. Ex Turnebo.

Cancanos {κάγκανος} Herba est Galeno, quæ Dioscoridi & Plinio Cacalia dicitur, & Leontice. Vide Ruell. lib. 3. cap. 128.

Cancamum {κάγκαμον} Arabici ligni lacryma est, myrrhæ quodammodo similis, virosi gustus, quam ad suffimenta vsurpant. Vestes eo, additis styrace & myrrha, suffiuntur. Officinæ *Lacca* appellant. Vires eius & naturam vide latius apud Dioscor. lib. 1. cap. 23.

Cancellarius {γραμματεύς} Idem, vt doctiores existimant, qui Actuarius: inde ducto nomine, quòd eius officium, id est cellula in qua scribere consueuit, cancellis munita sit. Nam quum eius officium libellis siue chartulis sit refertum, & frequentes habeat interuentores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo abest. Huius rei cõiecturam adiuuat inscriptio quædam marmorea peruetusta, quam Romæ repertam esse aiunt. Ex authoritate Turci Aproniani v. c. præfecti vrbis. Ratio docuit vtilitate suadente ratione dimicandi summota, sub exagio potius pecora vendere, quàm digitis conludentibus tradere. vt appenso pecore, capite, pedibus, & seuo lactante, & subgulari lanio cedentibus, reliqua caro cum pelle & interaneis proficiat venditori sub conspectu publico fide ponderis comprobata, vt quantum caro occisi pecoris appendat & emptor norit, & venditor: commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus, officium, cancellarius & scriba de pecuariis capere consueuerunt, quæ forma interdicti & dispositionis sub gladij periculo perpetuò custodienda mandatur. Extat & apud Flau. Vopiscũ in Carini vita, mentio de Cancellario: Amicos, inquit, optimos quosque relegauit: pessimum quéque elegit aut tenuit, Præfectum vrbi vnum ex cancellariis suis fecit, quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. Quanquã Hotomanus vir iudicij non mediocris, Ancillariis potius legendum putet, quo nomine Vopiscus

interdum vtitur, lenocinij ac libidinis ministros significãs. ¶ Turnebus Cancellarios dici putat, qui preces supplicésque libellos, omniáque scripta, quibus princeps subscribere nolebat, cancellabant, id est ductis cancellatim lineis vitiabant & inducebant, fortasse è notariorum numero. Cancellarij autem non erant eius ordinis & dignitatis, vt ad præfecturam vrbis vocari solerent: quam tamen vni mandauit Carinus imperator, frementibus omnibus ob indignitatem rei. Nam senatori alicui aut illustri suo comiti tantum mandare honorem debuerat. Hodie in maximum togatorum fastigium euecti sunt Cancellarij, & apud reges secundas ferè tenent.

Cancelli, vt Galen. lib. 3. de alim. facultat. scribit, animalcula sunt perexiguis cancris similia, colore flauo. Ælianus verò lib. 13. cap. 19. de Cãcellis ita inquit. A conchis quidem inopes, & nudi primùm Cancelli nascuntur, deinde eas tanquam domicilia ad habitandum deligunt. Quum enim vacuas & inanes offenderunt conchulas purpuræ aut turbinis, primò intra eas ingrediuntur: deinde quum in ampliorem magnitudinem excreuerunt, quàm vt iis capi queant, in testam laxiorem, tanquam domum alteram demigrant: neque modò in supradictorum conchas immigrant, sed & in permultas alias capaciores transeunt, & ampliorem nacti, ea tanquam maiore domicilio gaudent, ac sępe de spolijs multo certamine inter se contendunt, viribúsque inferiore repulso, victor exuuias assequitur. Hactenus Ælianus. cui in omnibus subscribit Plin. lib. 9. cap. 31. & 42. Quin & horum naturam & speciem latissimè describit Aristoteles, lib. 4. cap. 4. de histor. animal. Sunt tamen qui Cancellos à Squillis haud differre existiment, sed falluntur, vt videre poteris ex supra scriptorum authorum lectione.

Cancelli, cancellorum {κιγκλίδες, δρύφακτοι} per diminutionem vocantur, hoc est, opus subtili materia in transuersum compacta, ad similitudinem retis factum: quòd frequentia foramina habeat, qualia sunt quæ in corpore efficit cancer morbus. Hæc Sipontinus. Cic. pro Sestio, Tantus est ex omnibus spectaculis vsque à Capitolio, tantus ex fori cancellis plausus excitatus. &c.

Circundati cancelli homini improbo. Cic. 5. Verr. Satísne vobis Prætori improbo circundati cancelli videntur in sua prouincia, imò verò in sella ac tribunali: vt aut de suo capite iudicium fieri patiatur præsens, ac sedens: aut confiteatur se omnibus iudicijs conuinci necesse esse. Id est, Satísne teneri vobis videtur, neque elabi posse, quin alterutrum fateatur. Translatio sumpta est à bestijs, quæ septis & cancellis continentur, vt effugere non possint.

Cancellis circunscripta scientia. Cic. 1. de Orat. Nam siquis erit qui hoc dicat, esse quasdam oratorum proprias sententias, atque causas, & certarum rerum forensibus cancellis circunscriptam scientiam.

Cancellos sibi circundare. Cic. pro Quintio, Et me facilè vestra existimatione reuocabitis, si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi. Id est, extra id digrediar quod dicturum me proposui. Budæus.

Cancello, cancellas, cancellare. Columel. lib. 4. cap. 2. de vite loquens, Hæc autem quæ toto prostrata corpore quum inferius solum quasi cancellauit atque irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec aliter quàm si multis palmitibus grauata, deficit.

Cancellata cutis elephantorum. Plin. lib. 8. cap. 10.

Cancellatus brachiorum implexus. Plin. lib. 9. cap. 51, Polypus fœmina, modò in ouis sedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.

¶ Cancellare testamentum, pro delere. Vlpianus. D. de iis quæ in testamento delentur, l. 2. Cancellauerat quis testamentum, vel induxerat, etsi propter vnum hæredem facere dixerat, id postea testamentum signatum est. Quærebatur de viribus testamenti, déque portione eius, propter quem se cancellasse dixerat.

Tabulæ cancellatæ. Paul. in l. Fullo. D. de furt.

Cancellatim, pen. prod. Aduerbium, Ad speciem cancellorum. Plin. lib. 7. cap. 20, Filiúmque eius militem magni Pompeij, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuisse neruos, in brachiis etiam, manibúsque, author est Varro, &c.

Cancellatim reticulata. Plin. lib. 9. cap. 33.

Cãcellatim mordax asperitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Terrestrium aliis venter denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis. Dicitur ventriculus cancellatim mordax: quòd villos habet obliquos, rectos & transuersos, quibus ceu per cancellos quosdam cibum attrahit, retinet & conficit.

¶ Cancri dicebãtur ab antiquis, qui nunc per diminutionem cancelli. Festus.

¶ Cancros Orci, dixit Apuleius pro faucibus & tenacibus stationibus, quasi cancellos.

Canchrys, idis {κάγχρυος} Libanotidis fœcundæ semen est Dioscoridi lib. 3. cap. 70.

Cancer, cancri, m. g. {καρκῖνος} Genus piscis, quod à Græcis, & Galeno, inter ostracoderma numeratur, hoc est quæ leuiori testa includuntur. Cancrorum autem genera vide apud Plin. lib. 9. cap. 31.

Littoreus. Ouid. 15. Metam.

Rubentes. Virg. 4. Georg. -néve rubentes Vre foco cancros.

Rubẽtes autem quum vruntur: non quia per naturam sint huius coloris. Seruius.

¶ Cancer, Signum cæleste. Plin. lib. 18. cap. 25. Solstitium cancri.

Brachia Cancri. Ouid. 4. Metamorphoseos,

Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit.

Octipes. Ouid. 1. Fast.

Sydus Cancri. Virg. 10. ecloga,

Æthiopum versemus oues sub sydere Cancri.

Calens. Claud. 6. Epigram.

Collucens. Cic. in Arat. -& claro collucens lumine Cancer.

Curuans brachia. Ouid. 2. Metamorphoseos,

-atque aliter curuantem brachia Cancrum.

Rapidus. Stat. 4. Thebaid.

Sydus Libyæ Cancer. Senec. in Herc. Oeth.

Torrens. Lucan. lib. 8.

Rubescunt signa Cancri. Ouid. 6. Fast.

¶ Cancer, canceris, tertiæ declinationis, pro signo cælesti. Lucret. libro 5,

Canceris vt vertat metas ad solstitiales.

¶ Cancer. mascul. gen. {[illegible]} pro quodam morbi genere. Ouid. lib. 2. Metamorphoseos,

Vtque malum latè solet immedicabile cancer

Serpere, & illæsas vitiatis addere partes. Quo in loco MALVM IMMEDICABILE per appositiotionem intelligẽdum sit. Nascitur hic morbus ex humore melancholico inflammato ferè in omnibus corporis partibus: sed maximè in mamillis mulierum, quæ non purgantur menstruo naturali.

Obsistere cancro, & Occupari cancro. Cels. lib. 8. cap. 10.

CANCHLEI, Arabiæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 10.

CANDACE, pen. corr. Æthiopum regina, de qua sic Strabo, Candace per nostra tempora Æthiopibus imperauit, virilis sanè mulier, sed altero oculo capta. Hæc ille libro 17. & Plin. lib. 6. cap. 29. Dicitur & Candax.

CANDARA {Κάνδαρα} Paphlagoniæ oppidum, tribus schœnis à Gangris distans, & Thariba vico. Gentile est Candarenus.

CANDARIA, Promontorium est in Coo insula. Author Strab. lib. 14.

CANDAVIAE, Montes sunt in Macedonia, de quibus Plin. lib. 4. cap. 23. ¶ Straboni tamen lib. 7, Candauia mons est Illyrici, qui Macedoniam Illyricúmque disterminat.

CANDAVLES {Κανδαύλης} quem Græci Myrsilum nominant, Herodoto circa initium libri primi, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Is vxorem adeò amabat, vt eam præ amore arbitraretur omnium fœminarum esse pulcherrimã. Hoc ita esse sibi persuadens, apud Gygem Dascyli filiũ sibi acceptissimũ, speciem vxoris supra modum extollebat: tandémq; nudam eam Gygi conspiciendã proposuit. Quare ab vxore & Gyge interemptus. Vide Iustin. lib. 1.

Candaulus {κάνδαυλος} Obsonij genus fuit ex carne elixa, pane, & caseo Phrygio, cum anetho & pingui iure. Vide Rhodig. lib. 20. capite 14.

CANDAX, candacis, penult. corr. In CANDACE.

CANDEBOEA, Palus est in radicibus Carmeli mõtis: de qua sic Plin. scribit lib. 36. cap. 26, Pars est Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Candebœa. Ex ea creditur nasci Belus amnis, &c.

Candefacio. Vide CANDEO.

CANDEI, Arabici sinus populi, quos Ophiophagos ob id vocant, quòd serpentibus vesci sint soliti. Author Plin. lib. 6. cap. 29. & Pomponius Mela lib. 3. in descriptione sinus Arabici.

Candela, candelæ. penul. prod. {[illegible]} à candore luminis. Plin. lib. 13. cap. 13, Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè vinctum candelis quoquò versus. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Hermolaus, Candelæ, inquit, sunt quacunque constent materia, scirpis, tæda, seuo, cera: vt mirum ne sit, libros Numæ candelis inuolutos tradi. Iuuen. sat. 3,

-vel breue lumen

Candelæ cuius dispenso & tempero filum.

Candelam apponere valuis. Iuuen. sat. 9.

Candelas sebare. Colum. lib. 2. cap. 22, Feriis autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinsere, faces incidere, candelas sebare.

Candelabrum, penult. prod. {λυχνίον, λυχνοῦχον} dicitur quòd in eo candelæ figantur, authore Festo. Varro 4. de lingua Lat. Cãdelabrum à candela: in his enim funiculi ardentes figebantur. Martialis de candelabro Corinthio, lib. 14,

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:

Nõ norat parcos vncta lucerna patres. Cic. 4. Verr. Vnde quinquaginta tricliniorum lectos, vnde tot candelabra?

Dionysius tyrannus iunior, vt notam dierum totius anni traderet, in Prytaneo Tarentino fixit candelabrum, in quo tot succendebãtur lychni, quot anni dies erant. Notat id Alex. ab Alex. lib. 1. c. 14.

Ænea candelabra. Cic. 6. Verr. Iam verò lectos æratos & candelabra ænea, num cui præter istum Syracusis per triennium facta esse existimatis?

Humile. Quintil. lib. 6. cap. 3.

¶ Candelabrus, masculino genere, antiquis. Cæcil. Meretrice,

Memini ibi candelabrum ligneum ardentem. Ex Nonio.

Candeo, candes, candui {[illegible]} candere, Est propriè candidum esse. Virg. lib. 4. Æneidos,

Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Atrum & candens opponuntur. Ouid. 11. Metamorphoseos,

Candida de nigris, & de candentibus atra.

Candens color. Plin. lib. 2. cap. 18.

Corpus. Virg. 9. Æneidos,

-aut candenti corpore cygnum

Sustulit alta petens, pedibus Iouis armiger vncis.

Ebur candet. Catull.

Elephantus candens. Virg. 6. Æneidos,

Altera candenti perfecta nitens elephanto. Id est ebore.

Candentes equi. Claudian. 2. Paneg.

Lana. Catull.

Marmor. Lucret. lib. 2.

Taurus. Virg. 5. Æneid.

¶ Candere {[illegible]} Ignitum esse. Nam tunc verè ignita dicitur quæcunque materia, quum non rubet, sed iam candet. Cic. 2. Offic. de Dionysio tyranno, Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum?

Aer candet. Ouid. 1. Metam.

Æstas. Lucan. lib. 1.

Axis. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Vtsque suis humeris candentem sustinet axem.

Chalybs.

Chalybs.Sil.lib.1, Non ignes, candénsque chalybs.
Cinis.Ouid.2.de Arte amandi, -summo candet in igne cinis.
Fauilla.Virg.3.Æneid.
Ferrum.Lucret.lib.6.
Lamina.Ouid.9.Metam.
Lilia.Claud.epig.22.
Lumen Solis.Lucret.lib.6.
Candentior Phœbus, Sol ardentior.Valer.lib.3.
Pruinæ candentes.Claud.de Nupt.Honorij.
¶ Vestis tincta cocco candet.Horat.2.Serm.6.sat. Id est splendet.
Virgo candens.Cic.in Arat. De sydere.
Felle candent viscera.Claud.8.Paneg.
Candesco, candescis (πυρακτοῦμαι) candescere, Ignescere. Ouid.2.Metamorphoseos,
-currúsque suos candescere sentit.
¶ Candescere (λευκαίνομαι) Album fieri. Tibul.lib.1.eleg.10.
Aer candescit. Ouid.8.Metam.
Candor, candoris, pen.prod. (λευκότης, λαμπρότης) Splẽdor. Plaut.Menæch.
O, solem vides: statim vt occæcatus est præ huius corporis candoribus.
Notabilis candore.Ouid.1.Metamorphoseos,
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. De via Lactea loquitur.
Fucati medicamenta candoris & ruboris.Cic.in Orat.
Candor cæli.Cic.1.Tuscul.
Formæ.Ouid.1.Metamorph.
Solis candor illustrior, quàm vllius ignis.Cic.2.de Nat.deor. Non solis calor & candor illustrior est, quàm, &c.
Æstiuus candor, Candens æstas.Claud.5.Paneg.
Candor carnosus. In CARO.
Clarus.Lucret.lib.4.
Languidus.Seneca in Hippol.6.
Marmoreus.Lucret.lib.2.
Mistus candore. Cic.2.de Nat.deor. Nec ille fusus & candore mistus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo.
Nimius.Cic.in Arato,
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.
Niualis.Virg.3.Æneid.
Niueus.Ouid.3.Metam.
Puellaris.Ouid.10.Metam.
Recens.Lucret.lib.5.
Rubens.Ouid.4.Metam.
Simplex candor lanarum.Quintil.lib.1.cap.1.
Splendidissimus. Cic.de Somn.Scip. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, &c.
Suffusus sanguine.Stat.lib.2.Sylu.
Anteire niues candore.Virg.12.Æneid.
Candor huius te perpulit.Cic.pro Cælio.
¶ Dicitur & Candor animi à Cicerone multis in locis, pro syncæritate & puritate animi. Ouid.3.Trist.6.elegia,
Quique est in charis animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.
Titulus candoris.Ouid.in Ibin.
Iustus sine mendacio candor apud bonos crimini non est. Paterculus lib.2.
Merere candore fauorem.Ouid.5.Trist.4.eleg.
Candefacio, candefacis, pen.corr. (λευκαίνω) candefacere, Candidum facere. Plaut.Mostel.4,
Vna opera ebur atramento candefacere postules.
¶ Candefacere (πυρόω) Ignitum facere. Plin.lib.34.cap.8, Vbi lapides candefactos funditur.
Candico, candicas, pen.corr. (ὑπολευκαίνομαι) candicare, Candidum esse. Plin.lib.8.cap.46, Insigne ei, in dextro latere candicans macula. De Api boue loquitur.
Candicans vadum. Plin. in præfat. lib.3, Frequentes quippe teniæ candicantis vadi, carinas territant.
Candicantia, candicitiæ (λευκόχροια.) Plin.lib.37.cap.13, Factitiæ scatificationis candicantiam fugiunt. De gemmis.
Candido, candidas. In CANDIDVS.
Candidus, penult.corr. (λευκός, φαιδρός) Albus. Seruius in 3.Georg. Virg. Aliud est candidum esse: id est quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum.
Cycnis candidior. Virg.7.eclog.
Niue candidum. Horat.1.Carm.9.ode,
Vides vt alta stet niue candidum Soracte.
Niuibus candidior.Ouid.8.Metam.
Aries.Virg.3.Georg.
Auis.Virg.2.Georg. De Ciconia.
Barba.Ouid.3.Trist.10.elegia,
Et nitet inducto candida barba gelu.
Brachia candidiora niue.Ouid.3.Amor.6.eleg.
Caput.Plaut.Mostell.16.
Ceruix.Horat.3.Carm.9.ode,
-brachia candidæ
Ceruici iuuenis dabat.
Colla.Virg.4.Georg.
Color.Plin.lib.2.cap.18.
Crinis.Valer.6.Argonaut.
Cutis.Plin.lib.2.cap.78.
Dies.Ouid.2.Tristium,
Nube solet pulsa candidus ire dies.
Flamma candida, Lucida & clara, Valer.8.Argonaut.
Fontes.Seneca in OEdip.
Lilia.Virgil.6.Æneid.
Luna.Virgil.7.Æneidos,
-nec candida cursum Luna negat.

Ora.Ouid.de Medicamine faciei.
Panis candidus.In PANIS.
Pectora niuibus, lactéque candidiora.Ouid.15.epist.
Piper.Plin.lib.12.cap.7.
Populus.Virgil.9.ecloga,
-candida populus antro Imminet.
Populum arborem intelligit.
Puella.Ouid.2.Amor.4.eleg.
Sententia. Ouid.15.Metam. Propter calculum candidum, qui demissus in vrnam more antiquo absolutionem à culpa significabat, vt paulo antè descripserat Ouidius.
Sol.Ouid.15.Metam.
Somnia candidiora Ouid.21.epist. -te somnia nostra reducunt,
Somnia formoso candidiora die.
Stellæ.Horat.3.Carm.51.ode,
Et stellis nebulam spargere candidis.
Sydera.Lucret.lib.5.
Taurus.Virgil.1.Georg.
Turba candida, à vestimentis.Ouid.4.Fast.
Turris.Martial.lib.12.epigramm.31,
Quæque gerit similes candida turris aues.
Velamina.Ouid.10.epist.
Vmbo candidus.In VMBO.
Vox.Quintil.lib.11.cap.3.
¶ Facere candida de nigris.Ouid.11.Metam. Hoc de astutis & versutis dici solet.
¶ Lapide candidiore diem notare.Catullus, 63,
Quò lapide illa diem candidiore notet. Prouerbialis loquutio: ducta à veterum superstitione, qui vnumquéque diem anni, missis totidem in vrnam, aut vt apud Scythas, pharetram, calculis signabant: quem arbitrabantur prosperum abiisse, candido calculo aut lapillo: quem egregiè felicem, vnione: contrà, quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. De hoc & similibus, vide amplissimè Erasmum in Chiliadibus.
Lintea niue candidiora.Martial.lib.12.epig.83.
¶ Candidum oui.Plin.lib.19.cap.3, Candido ouorum facies illita, sole non aduritur.
Candidum ex ouo.Plin.lib.19.cap.3, Non opus est eas in hoc vsu radicula esse curatas: neque aliud quàm candidum ex ouo infundi, ac pollinem thuris.
¶ Candidus transsumitur ad animum, & significat purum, syncerum, nulláque inuidiæ aut maleuolentiæ macula labefactatum: vt Candidum amicũ dicimus, & candidum lectorem.Ouid.lib.4.Trist. ad finem, Iure tibi grates candide lector ago.
Pectore candidus.Ouid.4.de Ponto, eleg.14,
Tam felix vtinam, quàm pectore candidus essem.
Animæ candidiores.Horat.1.Serm.5.sat.
Annus candidus & felix.Ouid.4 de Ponto, 4.eleg.
Purum & candidum genus dicendi. Cic. in Orat. Elaborant alij leuitate & æquabilitate, & puro quasi quodam & candido genere dicendi.
Ingenium.Horat.Epod.11.
Iudex.Horat.1.epist.4.
Iudicio candidiore legere.Ouid.2.Trist.
Pectora.Virg.9.Æneid.
Scriptor candidus, In quo non est obscuritas vel macula.Bud.
Candida vita. Cic.Att.lib.9, Adde tali viro, talem causam agenti, & ego verò hæc efficiam: ei candida vita, puto. Hoc est, irreprehensibilis.
¶ Candidus, pro amico, beneuolo, benigno, integro. Horatius 1. epistol.6,
-si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his vtere mecum.
Fato candidiore frui.Ouid.3.Tristium,
Dignus es & fato candidiore frui.
Fauonij candidi. Horat.3.Carm.7.ode. Id est, benigni, fauorabiles, sereni, & prosperi. Iste enim ventus verno tempore frequentius flat. Acron.
Hora candida.Ouid.3.de Ponto, 5.elegia,
Candida iudicijs illa sit hora meis. Id est, felix & fausta.
Nota candidiore lux.Catullus.
Candidè, Aduerbium (ἀφελῶς) Hoc est benignè, sine inuidia. Cælius ad Cicer.8.6, Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter & candidè posuisse inimicitias videaris.
Candidè vestitus. Plautus Casina, 17. Hoc est decenter & ornatè amictus.
Candidulus, pen.corr.diminutiuum. vt Candiduli dentes. Cic.5. Tusc.
Canduli dentes, venusti oculi, color suauis.
Candido, candidas, pen.corr. (λευκαίνω) candidare, Dealbare. Pomponius, Vestem lixiuio candidans.
Candidatus, penultima producta (λευχειμονῶν) Alba veste indutus. Plautus Rudente, 7, Ergo vos æquius erat candidatas venire hostiatásque.
¶ Candidati (ἀρχαιρεσιάζοντες) Qui magistratum petebãt. Budæus, A toga candida, quod gestamen erat petitorum, candidatos vocabant: quum ad comitia se contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulósque prehẽsantes, id est δεξιούμενοι, gratiam & suffragia precibus, temporariáque obseruantia emererentur, vnoquoque popularium plebeiorúmque benignè appellato & nominatim. Quam ad rem facilius transigendam nomenclatores inuenti sunt, qui nomina singulorum tenebant, candidatísque suggerebant, vt quisque obuius erat. quanquam id postea lege vetitum esse, author est Plutarchus in Catone minore. Hactenus Budæus. Cic.in Paradoxis, Qui tuas mercedum pactiones in patrocinijs intercisas, pecuniarum in coitionibus candidatorum, dimissiones libertorum, &c. Sic Tribunitij candidati, Idem ad Q.frat.lib.2.6.

Candidati, seu magistratuum petitores, veste candida vtebantur duabus de causis. Altera, vt candido & è Republica se petere indicarent. Altera, vt non ex suis meritis, quæ in vestibus insignibus conspici poterant, sed ex mero populi dono sperare profiterentur. Plutarchus Problematum Romanorum, 48, Cur candidatos moris erat in veste hoc facere sine toga? sic enim scribit Cato. An fortè ne ciues largiendo corrumpant, argentum sinu ferentes? An illud magis, quòd imperio dignos, non genere, non diuitiis, non gloria, sed vulneribus ac cicatricibus indicabant? quæ vt ab iis quos ambiendo prehensabant, conspicerentur, sine toga ad petendum descendebant. An quemadmodum in accipiendo, rogando, se omnibus submittendo, sic corpus nudando, ac seipsos abiiciendo, populum captabant?

Deducere candidatum. Vide obducere aliquem, in OBDVCO.

Candidati omnibus iniquitatibus exerciti. Cic. Att. lib. 1. 7.

Candidatus firmior. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Nemo est enim ex iis qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur.

Candidati principis aut Cæsaris. Sueton. in Augusto. Candidatos Augusti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipse populo commendabat, & quibuscũ singulos ex more ambientium prehensabat, ciuilem se Romanis præbens, tanquam princeps non esset. Budæus. De candidatis principis, vide Vlpianum, D. de officio Quæstor. l. vnica.

Candidatus Prætorius, Qui Præturam petit. Cic. pro Murena.

Candidatus Consulatus, Qui consulatum petit. Plinius Iunior, in Panegyr.

¶Candidati, aliarum quoque rerum petitores dicuntur: sicut à Quintiliano, Candidatus eloquẽtiæ. Et apud Plin. Iun. in Panegyr. Candidatus gloriæ & immortalitatis, pro eo qui gloriam & immortalitatem appetit.

Candidati milites, inquit Vegetius lib. 2, Hi sunt principales, qui priuilegiis muniuntur. Reliqui, munifices appellantur, quia munera facere coguntur.

Candidatorius, adiectiuum (ὑποψηφικὸς) vt Candidatorium munus. Cic. ad Attic. lib. 1. 1, Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam.

Candificare, Candidum facere. Næuius, Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.

Candetum, Galli appellant in areis vrbanis, spatium centum pedum, quasi Centeatum: in agrestibus autem, pedum centum quinquaginta quadratorum, iustum candetum vocant. Ex libello varior. authorum de limitibus.

CANDIDVM, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur, promõtorium. Plin. lib. 5. cap. 4, Sunt enim Africæ minoris tria promontoria, Candidum, mox Apollinis aduersum Sardiniæ, Mercurij aduersum Siciliæ, quę procurrentia in altum duos grandes sinus efficiunt. De hoc & Pomponius Mela lib. 1, vbi licet animaduertere errorem Solini ex Vadiano.

CANDIOPE, es (Κανδιόπη) OEnopionis filia & Orionis soror (vt Theodotius afferit) quam quũ frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit. Quod quum OEnopion rescuisset, indignatus, filium exulatum abire iussit: qui oraculo edoctus, versus orientem in Thraciam cum Candiope & paruo filio delatus est, ibique ob insignes virtutes in magno pretio fuit.

Candor, Vide CANDEO.

Candosoccus. Colum. lib. 5. cap. 5. Nonnullos tamen in vineis characatis animaduerti, & maximè eluenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ mergos, Galli Candosoccos vocant.

CANDYBA, Lyciæ regionis ciuitas est, vbi laudatur OEnium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

CANDYS, Insigne regium erat Persarum Lydorumque, quod capiti pro diademate imponebatur, vt author est Alexander ab Alexandro, lib. 1 cap. 28.

CANE, Oppidum est Æolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30.

CANENS, entis, Nympha fuit, Pici Laurentum regis vxor, quæ quum virum à Circe in auem mutatum, supra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tiberis, vbi hæc contigerunt, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ouidium libro 14. Metamorphoseos.

Canentas, Capitis ornamenta veteres dixere. Festus. Alij Canautas legunt.

Caneo, In CANVS.

Canephora, pen. corr. (κανηφόρος) Mulier appellatur quæ fert canum, id est qualum, quod est cistæ genus. Hæc Festus. Cic. 6. Verr. Erant ænea præterea duo signa non maxima, verùm eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quæ manibus sublatis sacra quædã more Atheniensium virginum reposita in capitibus sustinebant. Canephoræ ipsæ vocabãtur. ¶Canephoræ, dicebãtur virgines, quæ sacra Cereris in canistro quodam aut cista ferebant capitibus imposita, manibus sublatis, à sacerdote accepta diebus festis Cereris, & Mineruæ, & quibusdam aliis. Eas virgines Erichthonio regnãte fuisse institutas refert Suidas à Philochoro traditum esse. De iis plura Pausanias in Attica.

Canesco, In CANVS.

Cangræna, In GANGRAENA.

Cani, canorum, In CANVS.

Cania. Vrticæ syluestris genus. Plinius libro 21. capite 15, Et in sylnestri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.

Canicæ (πίτυρα) Furfures de farre, à cibo canũ vocitatæ. Hæc Festus. Vnde canicaceum panem dixit Pacuuius pro furfureo. Qui, inquit, apud te quasi seruus est canicaceum panem.

Canicula. In CANIS.

CANIDIA (Κανιδία) Neapolitana vnguentaria, quam semper vt veneficam carpit Horat. vt 1. Serm. sat. 8. & alibi.

CANINIVS (Κανίνιος) horarum septem Consul, ex quo Cic. scomma ad Curium lib. 7. 31, Caninio Consule scito neminem prandisse. Nihil tamen eo Consule mali factum est. Fuit enim mirifica vigilantia, qui sub toto Consulatu somnum non viderit.

Caninus, In CANIS.

Canis, huius canis, comm. gen. (κύων) Latrabile animal. Dicitur à canendo, authore Varrone, quòd latratu signa dare soleat. Ter. Phorm. 4. 4, Introiit in ædes ater alienus canis. Plaut. Capt. 8,

Ne canem quidem irritatam voluit quisquam imitarier.

De genere canum & natura, vide Plin. lib. 10. cap. 63.

Canis fœmina paruulo vbera præbens. Iustin. lib. 1. vbi de Cyro infante exposito.

¶Canes ad venandum dixit Terentius, pro Canibus venaticis, eadem formã quã à Cicerone dicitur, Seruus ad manũ, pro Amanuensi: & à Virgilio, Leones ad frænа, pro Leonibus domitis & frænum patientibus, quibus Idæa mater vehitur. Elegans loquendi formula.

Corda canum leuisomna. Lucret. lib. 5.

Canum fida custodia. Cic. 2. de Nat. deor.

Excubiæ canum. Horat. 3. Carm. ode 16.

Genus acre luporum atque canum. Virg. 3. Georg.

Latratus canum. Virg. 5. Æneid.

Ora proterua canum. Ouid. 14. Metam.

Rabies fæua canum. Propert. lib. 3. eleg. 16.

Vis fida canum. Lucret. lib. 6.

Vis odora canum. Virg. 4. Æneid.

¶Acer canis. Horat. Epod. 12.

Arguti. Seneca in Hippol. 1. Id est sonantes.

Armillati. Propert. 4. eleg. 8.

Assiduus. Columella lib. 7. cap. 12. *Qui ne bouge de la maison pour la garder.*

Scindent auidi perfida corda canes. Ouid. in Ibin.

Blandi. Virg. 3. Georgicorum,

Hinc canibus blandis rabies venit.

Cærulei canes à Virgilio dicuntur canes Scyllæ, 3. Æneid.

Celeres. Ouid. epist. 4.

Citi canes, Celeres. Ouid. epist. 5.

Dulichius. Martial. lib. 11. epigr. 70.

Emeriti. Stat. 3. Sylu. 1.

Erroneus. Columel. libro 7. cap. 12, *Trottiers, Qui ne se tient point à la maison.*

Ieiuna. Horat. Epod. 5.

Melitæi. In MELITE.

Molossi. Horat. 2. Serm. 6. satyra,

 simul domus alta Molossis

Personuit canibus. Id est canibus Cretæis è Molossia ciuitate Cretæ. Acron.

¶Canes mõtiuagæ. Lucret. Nanque canes vt mõtiuagæ, &c. Græcorum exemplo dictum reor, qui hoc genere canes ad venandum efferunt, κύνας ὀρειβάτας appellantes. Turneb.

Obesus lacte. Claudian. 1. in Eutrop.

Obscœni. Virg. 1. Georg.

Odori. Claud. 2. de Rapt. Proserp.

Pastoralis. Colum. lib. 7. cap. 12.

Pernix canis pecuarius. In PERNIX.

Peruigil. Seneca in Herc. fur. 9.

Promptus ac strenuus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Quadratus probatur canis potius quàm longus aut breuis. Columel. lib. 7. cap. 12.

Rabidi. Seneca in OEdipo, 12.

Rabiosa. Horat. 1. epist. 2.

Rapidi. Lucret. lib. 5.

Robustus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Soliciti. Ouidius 11. Metamorph. quòd rem domini diligenter custodiant.

Tiruncula canis. Colum. lib. 7. cap. 12.

Venaticus. Colum. lib. 7. cap. 12.

Vigilax. Colum. lib. 7. cap. 12.

Vigiles. Horat. 3. Carm. ode 16.

Villaticus. Colum. lib. 7. cap. 12. *Qui garde la metairie.*

¶Addicere aliquem canibus. Horat. Epod. 17.

Agere canes. Ouid. epist. 5.

Sæpe citos egi per iuga summa canes.

Circundare canibus saltus. Virg. 10. ecloga.

Dissipare canes ictu dicitur aper. Ouid. 8. Metam.

Hortari. Ouid. ep. st. 4.

Immittere. Virg. 3. Georg.

Intonuit ingenti latratu canis. Vide INTONO.

Latrat. Horat. 1. Serm. 1. sat.

Maritantur canes. In MARITVS.

Pascere canem fero. In PASCO.

Spargere canes. Ouid. 8. Metam. de apro Calydonio.

Cursu superare canem. Horat. 1. epist. 19. Poterit vsurpari prouerbij vice de admodum celeri.

Venari canibus lẽporem. Virg. 3. Georg.

¶Vlulare dicuntur canes, quum lamentantibus similes lugubrem quandam & querulam edunt vocem. Hoc proprio magis vocabulo baubari vocauit Lucretius, sed nescio an æquè recepto. Ouidius 15. Metamorphoseos,

Inque foro, circũmque domos, & templa deorum

Nocturnos vlulasse canes.

¶Canis in balneo. Adagium est elegans, in Græcis literis frequens, à Luciano vsurpatur eo sermone, qui est Ad ineruditum multos emptitantem libros. Dicitur de his quæ dissociata natura sunt, nec similitudinem recipiunt aliquam vel vsum, veluti si nauigandi imperitus, aut equitationis omnino expers, caperet, is quidem affabrè

bre constructam nauem,& ad securitatē omnibus fultam instrumentis:hic verò equum compararet Medum, aut alium præstātissimum: ridiculum,opinor,vterque se præstaret,quòd per imperitiā haud commodè vteretur rebus. Vide Erasm.in Chiliad.

¶Canes,pro furiis. Virg.6.Æneidos,

-visæque canes vlulare per vmbram Aduentante dea. Vbi Seruius,Canes furias dicit.

Infernæ canes. Horat.1.Serm.8.sat.

¶Semidei. Lucan.lib.8,

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin

Semideósque canes. Videlicet Mercurium quem Anubim vocant. Nam colitur apud Ægyptios in forma canis:& lingua Ægyptia Anubis canis dicitur.

¶Tergeminus,de Cerbero dicitur. Ouid.3 de Arte.

Triformis. Seneca in Hercule OEth.9.

Tartareus. Seneca in Hercul.fur.9.

Vipereus. Ouid.3.Amor.11.eleg.

¶Canis,pro Asfecla. Cic.Attic.lib.6.epist.3, Multa & dixit & fecit cum quadam mea contumelia, P.Clodij canis, id est amicus & assecla Clodij dum viueret. Idem in Pisonem,Clodianum canem appellat Sextum Clodium. Huius, inquit, tu Clodiani canis insignibus Consulatum declarari putas?

¶Canis à corio. Horat.2.Serm.sat.4,

Vt canis à corio nunquam absterrebitur vncto. Prouerbium est, quod in eos conuenit, qui posteaquam rem aliquam iucundam & optabilem gustarunt, ab ea ægrè auelli aut deterreri possunt. Sic autem efferunt Græci,χαλεπὸν χορίου κύνα γεύσαι, Id est,periculosa res est canis,quæ corium rodere didicerit. Lambinus.

¶Canis, Piscis genus, duræ carnis: & propterea ægrè conficitur, succósque crassos & salsos in corpus distribuit, vt ex Philotimo refert Gal.lib.3.de alim.facult.

¶Canis, Signū cæleste. Plin.lib.18.cap.28, Dein postridie,ferè vbique confessum inter omnes sydus indicans,quod Canis ortum vocamus,sole primam partem leonis ingresso.

Acer Autumni canis. Valer.Flac.Argon.lib.6. Id est in Autumno feruentissimus.

Æstifer. Virgil.2.Georgicorum,

Hoc,vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.

Æstiuus. Tibul.lib.3.eleg.5.

Erigonius,Canicula sydus. Ouid.5 Fast.

Icarius,Canicula. Ouid de Nuce.

Canis sydus inuisum agricolis. Horat.1.Serm.7.sat.

Occidit canis. Virg.1.Georgicorum,

-& aduerso cedens Canis occidit Austro.

¶Canis,Verbū est,quo impudentibus inimicis conuitiū fieri solet. nam militare dictum est in hostem,canis:& apud Homerum pro graui contumelia in aduersarium dicitur. Terent.Eunuch.4.7,

Diminuam ego caput tuum hodie nisi abis. G. ain' verò canis? Donatus.

¶Canis, Cognomento quidam appellatus, propter sordidam immundámque vitam. Horatius,

Cui canis ex vero ductum cognomē adhæret. Quin & Cynici non tantùm quia obuios allatrabant,sed etiā ob vitam illiberalem ab humanitate remotam & munditia appellabantur in Græcia. Turneb.

¶Cane peius & angue. Dictum ab Horatio, prouerbiali figura, vt refert in Adagiis Erasmus. Horat.1.epist.18,

Alter Mileti textam cane peius & angue Vitabit chlamydem.

¶Marini canes. Virg.6.eclog. De Scylla.

¶Canis,Facies vna talorum,quæ vnum duntaxat punctum continebat,ideo damnosa. Dicitur & Canicula,& Chius Græcè. Erasmus in prouerbio, Chius ad Coum , tradit Chium eundem esse cum cane: Coi præterea iactum fuisse felicem , canis verò infelicem, teste Persio,sat.3,

-quid dexter senio ferret

Scire erat in votis,damnosa canicula quantum

Raderet. Itidem Propertius, Semper damnosi subsiluere canes. Addit ex Martiale,Senionem videri per se felicem : cæterùm infelicem fieri,si accedat canis. Sic enim loquitur lib.13,

Senio nec nostrum cū cane quassat ebur. Iam Veneris iactum esse vt rarum,ita selic issimum indicat idem Martialis in Apophoretis,14,

Quum steterit vultu nūllus tibi talus eodem,

Munera me dices magna dedisse tibi. Tot autē talis ludebatur, quot quisque habet latera. Nam tesseris non plus tribus ludi solet:sed propius ad ludēdi rationem facit quod scribit Suetonius in Octauio Augusto, cap.71, recitans ex illius quadā ad Tiberium epistola hæc, Cœnaui, ait, mi Tiberi cum iisdem. Accesserunt conuiuæ Vinitius & Syluius pater. Inter cœnam lusimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim iactatis, vt quisque canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium cōferebat:quos tollebat vniuersos,qui Venerem iecerat.

Caniculus, Catellus. Diminutiuum à Canis.gen.masc. Sipontinus.

Canicula, caniculæ, penultima corr. { κυνάριον } Diminutiuum. Cic. 3. de Nat.deor. At illud non modò non arrogantis,sed potius prudentis, intelligere se habere sensum & rationem : hæc eadem & caniculam non habere.

¶Canicula, Stella quæ & Sirius dicitur, in medio centro cæli: ad quam quū Sol peruenerit,duplicatur æstus,& nimio calore languent mortalium corpora. Vide Plin.lib.18 ca.28. Cic.1.de Diuin. Vt enim Ceos accepimus ortum Caniculę diligenter quotannis solere seruare,coniectur ámque capere,vt scribit Ponticus Heraclides,salubrisne an pestilens annus futurus sit. Vnde ab Astronomis nostris vocantur dies Caniculares ab ortu ad occasum Caniculæ , quos periculosos esse aiunt. Sunt autem maximè circa triginta dies post solstitium æstiuum.

Æstus Caniculæ. Horat.1.Carm.ode 17,

Hic in reducta valle,Caniculæ Vitabis æstus.

Flagrans. Horat.3.Carm.ode 13.

Insana. Pers.sat.3,

-siccas insana Canicula messes.

Rubra. Horat.2.Serm.5.sat.

Sitiens. Ouid 2.de Arte amandi.

¶Canicula,pro sideratione ipsa & carbūculatione. Plin.lib.18.cap. 28, Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus , aliis rubiginem, aliis vredinem , aliis Caniculam appellantibus, omnibus verò sterilitatem. Sic ex vetustis libris restituit Turnebus,quū antea pro Canicula carbunculus legeretur , quæ nominis idem valentis substitutio etsi non sit improbanda,suo tamen quidque loco reddi restituíque est æquissimum.

Canicula in talis. Vide CANIS.

Canicularis , penultima producta , vt Dies Caniculares. Pallad.in Iulio,capite 1, Hoc mense vtiliter, vel ante Caniculares dies,filices extirpabis,& caricem. Bassus,seu(vt aliis placet)Germanicus Cæsar in Aratum,Sirium Latini Caniculam vocant,vnde & dies Caniculares dicuntur.

Caninus,penult.prod. { κυνικός } Adiectiuum.

Dentes canini,Qui anteriores latos,& posteriores duplices discriminant. Plin.lib.11.cap.37. vulgò oculares vocant.

Canina eloquentia. Quintil.lib.12.cap.9.

Lac caninum. Ouid in Ibin Verba canina latrare. Idem ibid.

Caninum prādium,vocatur abstemium,in quo nihil vini potatur: quoniam canis vinum odio habet. Plaut.Casin.25.

Caninus appetitus { κυνώδης ὄρεξις } apud medicos,quum more canum,aut nihil omnino,aut malos affectant cibos mulieres.

Canina scæua. Plautus, -hac ibo,

Caninam scæuam spero meliorem fore. Quidam cœnam legunt, sed malè. Hoc autem significabit auspicium, quod canibus plerúque infelix & infaustum est,quū & cędantur & malè accipiantur,vel potius latratum canis dicit auspicium caninum, quū sæuius & asperius latratura sit vxor. Varro,quod puerulis turpicula res in collo quædā suspenditur,ne quid obsit,bonæ scæuæ causa. Et alio loco Plautus, Bene prædatus ibo , bona scæua est mihi. Ea dicta ab scæua, id est sinistra,quòd quæ sinistra sunt,bona auspicia existimantur. Turnebus.

Canarius, Adiectiuum:vt Canarium sacrificium,quod fiebat pro frugibus deprecandæ sæuitiæ causa syderis Caniculæ. Ex Festo.

Augurium canarium. Plin.lib.18.cap.3, Augurio canario agendo dies constituatur,priusquam frumenta vaginas exeant,& antequam in vaginas perueniant.

Canatim { κυνιδόν } Aduerbium obsoletum apud Nigidium grammaticum. Ex Nonio.

Caniceps { κυνοκέφαλος } Genus animalis faciem caninam habens. Plinius lib.7.cap.2,tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edētium,quos vocat κυνοκεφάλους,nos etiam Canicipites vocare possumus.

Canistrum, canistri,non autem canister { κανίσκιον } Fiscella, cista viminea. Virg.1.Æneidos,

-Cereremq; canistris Expediunt. Cic.ad Att.lib.6.Lancibus & splendidissimis canistris,non olusculis nos soles pascere. Hinc sunt diminutiua, Canistellum,& Canistellus. Sip.

¶Canistros dixit Palladius , quum inquit , Salignis canistros fieri debere virgultis,quia genus hoc oleum dicitur adiuuare.

Coronata canistra. Ouid.2.Metamorphoseos,

Pura coronatis portabant sacra canistris.

Cumulata flore canistra. Ouid.4.Fastorum,

At chorus æqualis,cumulatis flore canistris.

Lata. Ouid.2.Fastor.

Patula. Ouid.8.Metam.

Plenis canistris opponere pabula. Virg.4.Georg.

Canities, Canitudo, In CANVS.

CANIVS, Poeta fuit temporibus Martialis,eíque familiaris, qui natura erat ita hilaris vt semper rideret,de quo idem Martial. lib.1.epigram. ad Maximum.

Canna, cannæ { κάννα,δόναξ } Vide CALAMVS. Columel.lib.7.cap.9, Nanque & id fecisse maximè per ætatem profuit , & dulces eruisse radiculas aquatilis syluæ, tanquam scyrpi , iuncíque & degeneris arundinis,quam vulgus cannam vocant.

Arundo cannæ. Ouid.8.Metamorphoseos,

-& longæ parua sub arundine cannæ.

Crassa. Ouid.6.Fastorum,

Nil præter salices,crassáque canna fuit.

Longa. Ouid.8.Metam.

Palustris. Ouid.1.de Remed.amoris.

Tremulæ cannæ. Ouid.6.Metamorphoseos,

Ara vetus stabat tremulis circundata cannis.

¶Canna fiebat fistula.vnde Arguta canna. Sil.lib.7,

Arguta reuocans ad roscida pascua canna.

Septenæ cannæ. Ouid.2.Metamorphoseos,

-dispar septenis fistula cannis.

Præcoquere cannas Stat.lib.1.Syluarum,

Et quas præcoquit Ebosita cannas

Largis gratuitum cadit rapinis. Haud dubiè cannas intelligit ex quibus saccharum exprimitur vel coquitur. Et fortasse cannas pro ipso sacchara posuit. Sed qui sint Ebositæ illi, hactenus apud neminem inuenimus. Populi fortasse sunt Indiæ. In illa enim regione saccharum potissimū nascitur. Domitius Calderinus Ebosia scribit. Vide an legi posset Ebusita ab Ebuso insula,de qua apud Plinium.

Canneus { καλάμινος } Adiectiuum. Colum.lib.12.cap.50, Conchæ ferreæ,quibus depletur oleum:opercula,quibus vasa olearia conteguntur:spongiæ maiores & minores:vrcei quibus oleum progeritur:canneæ tegetes,quibus oliua excipitur.

Cannetum,penult.prod. { τὸ καλαμώδες } Vbi cannæ consitæ sunt. Palladius, Liberta,canneta ponenda sunt.

Cannitius, Adiectiuum. Titulus est apud Palladium lib.1. tit.13, de Cameris cannitiis: de quibus sic ait, Cameras in agrestibus ædificiis, ex ea materia vtilius erit formare, quæ facilè inuenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere.

CANNAE, Cannarum, tantùm pluraliter (κάνναι) Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus, de quo multa apud Liuium.

Succensæ Cannæ. Lucan.lib.7. Succensas vocat, quia omnia corpora Romanorum cæsa apud Cannas secúdum Liuium (quæ quinquaginta millia fuisse dicuntur) iussit comburi, & sepulturæ mandari Annibal.

Cannenses, Populi Cannas inhabitantes, Corinensibus & Collatinis vicini, Romana clade insignes. Plin.lib.3.cap.11.

Calamitas Cannensis. Cic.de Claris Orat.

Pugna Cannensis. Propert.lib.3.eleg.3.

Pugna Cannensis, Figuratè pro cæde illa & proscriptione Syllana, quæ vrbi Romanæ funestissima fuit & calamitosissima, propter tot ciuium necem. Cic.pro Rosc. Te pugna Cannésis accusatoré sat bonum facit. Nam & Arnobius ita scribit ad hunc locum respiciés: potest quidem proscriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici appellaríque Cannensis. Et ita prorsus locum hunc explicandum arbitror. Nam oratores quoque ex Cannensi caterua, ignobiles vocabant, qui eo tempore multis cæsis, & facundioribus interfectis aut mortuis, repente extiterunt, & ad causas & iudicia accesserunt. Sic Turnebus.

Cannabis, huius cannabis, penult.corr. (κάνναβις) Herba est ex cuius cortice funes intorquentur: & fœm.gen. est tam pro ipsa herba, quàm pro ipso semine. Plin.lib.19. cap.9. Deinde vtilissima funibus cannabis seritur à Fauonio. Quo densior est, eo tenerior. Semen eius quum est maturum, ab æquinoctio Autumni distringitur, & sole, aut vento, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur.

Torta cannabis. Pers.sat.5.

¶Cannabum neutro genere dixit Palladius, quum inquit, Hoc tempore cannabum seris.

Cannabaceus, & cannabinus, penul.prod. (κανναβινος) Quod est ex cannabe. vt Funis cannabinus. Colum.lib.6.cap.2, Cannabinísque funibus cornua iuuencorum ligato.

Cannache (Κανάχη) Ab Ouidio 3. Metam. numeratur inter Canes Actæonis, quod nomé ἀπὸ τῆς καναχῆς, hoc est à clamore & strepitu impositum videtur.

Cano, canis, cecini, penult. corr. cantum (ᾄδω, ψάλλω, μέλπω) canere, Est voce modulari. Plin. lib. 10. cap.29, Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cic.4. Academ. Quum cornix cecinerit.

Ranæ canere dicuntur. Virg.1.Georgicorum,

Et veterem in limo ranæ cecinère querelam.

Canunt tubæ. Cic.2.de Nat.deor. Si ex oliua modulante canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia? Idem 5. Verr. Quum in eis conuiuiis symphonia caneret, maximísque poculis ministraretur, &c.

Canere solent victores galli. Cic.2.de Diuinat.

Absurdè canere. Cic. 2. Tuscul. Aut si absurdè canat is qui se haberi musicum velit.

Bene. Plinius Iunior, epist.62.

Canere emerendi fauoris gratia. Quintil.lib.4.cap.1.

Ad auras canere. Virg.eclog.1.

Canere ad citharam laudes alicuius. Quintil.lib.1.cap.10.

Canere ad tibiam. Cic.4.Tuscul.

Ad certos modos canere. Ouid.3.Fastorum,

- & ad certos verba canenda modos.

Canere fidibus. Cic.1.Tusc. Igitur & Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur.

Lituo. Cic.1.de Diuinat. Quod ab eius litui quo canitur, similitudine nomen inuenit.

Canere numeros in cantu. Cic.1.de Legibus, Quemadmodú Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu cecinerat.

Sacra canere, Id est hymnos dicere. Virg.2.Æneidos,

- pueri circùm innuptæque puellæ Sacra canunt. Seruius.

Inclinata, vlulantique voce more Asiatico canere. Cic.in Orat.

Tibiis canere. Cic. 2. de Orat. Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit.

Voce magna. Tibul.lib.2.elegia 6.

Ars canendi. Ouid.14.Metamorphoseos,

Rara quidem facie, sed rarior arte canendi.

Foro medio scripta canenda. Ouid.1.de Ponto, 8.elegia,

Et dedimus medio scripta canenda foro.

Celebrare festum canendo. Ouid.5.Metamorphoseos,

Iussus eras celebrare dapes, festúmque canendo.

Imitari aliquem canendo. Virg.2.ecloga,

Mecum vnà in syluis imitabere Pana canendo.

Mouere aliquem canendo. Horat.3.Carm.ode 11,

Mouit Amphion lapides canendo.

¶Canere aliquem, aut laudes alicuius, pro celebrare, & laudare. Virgil.7.Æneid. Ibant æquati numero, regémque canebant.

Laude canendus. Stat.8.Thebaid.

Nomen meum canitur. Ouid. epist.21.

¶Canere dicuntur poetæ, quum quid versibus describunt. Virg. 1. Æneidos, Arma virúmque cano.

Canuntur hæc apud Homerum. Cic.2.de Orat. Nec dubitari debet quin fuerint ante Homerum poetæ: quod ex eis carminibus intelligi potest quæ apud illum & in Phæacum & in Procorum epulis canuntur.

Canere sibi & Musis, Scribere aut dicere quod docti soli intelligãt, aut ipse cantor, non autem vulgus. Cic.de Claris Orat. Quare tibicen Antigenidas dixerit discipulo sané frigéti ad populum, Mihi cane & Musis: ego huic Bruto dicenti, vt solet, apud multitudiné, Mihi cane & populo mi Brute dixerim: vt qui audient quid efficiatur, ego etiam cur ita efficiatur, intelligam.

Canere super aliquo, Id est de aliquo. Vig.4.Georg.

Canere bella. Ouid.2.Tristium,

Essent pugnaces qui fera bella canunt.

Carmen. Cic. 2. de Orat. Cecinissétque id carmen quod in illum scripserat.

Carmina. Virg.eclog.9.

Carmina canere per oppida. Virg.2.Georg.

Dies totum canenda per æuum. Ouid.ad Pisonem.

Dignum sermone canere Horat.2.Serm.3.satyra,

Nil dignum sermone canas.

Dira. Ouid.10.Metam.

Canere grandia elatè, iucúda dulciter, & moderata leniter. Quintilianus lib.1.cap.10.

Maiora. Virg.eclog 4.

Poemata. Horat.in Arte poetica.

Prælia. Virg.eclog 6.

Pugnas & viros. Stat.lib.8.Thebaid.

Reges. Virg.eclog.6.

Facta regum. Horat.1.Serm.sat.10.

Syluas. Virg.eclog.4.

Aspirare canenti dicuntur Musæ. Virg.9.Æneidos,

Vos ô Calliope precor aspirate canenti.

¶Cantilenam eandem canere. De eo dicitur qui molestus est, sæpius eadem inculcans. Nihil enim odiosius, quàm quod semper idem est. Terentius Phormione, 3.2, Cantilenam eandem canis. Vbi Donatus, Ita dicit, vt, Vetus & vulgata cantio. Familiare est poetis, nuntium, cantilenam appellare. Sumptum est autem à cantoribus, qui siquando diutius eandem occinant cantionem, tædium afferunt auribus. Proinde periti subinde variant carminis genus, quo satietatem deuitent. Ex Chiliad.Erasmi.

¶Canere, Dicere, prædiuinare. Virg.8.Æneidos,

- Gallos in limine adesse canebat. Seruius.

Canere dij dicuntur, pro vaticinari. Cic.3. in Catilin. Vt hæc quæ nunc fiunt, canere dij immortales viderentur.

Acerba. Valer.3.Argonaut.

Ambages. Virg.6.Æneidos,

Horrendas canit ambages. De Sibylla.

Fata. Virg.3.Æneid.

Obscura. Horat.2.Serm.5.sat. Id est diuinare.

Oracula. Lucan.lib.1.

Ex ore diuino canere. Virgil.3.Æneidos,

Atque hæc deinde canit diuino ex ore sacerdos.

Prodigium. Virg.3.Æneid.

¶Canit fama Martial.lib.1.

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

¶Intus canere. Qui priuati commodi impendiò studiosi essent, ac ferè quicquid rerum agerent, id omne ad domesticam referrent vtilitatem, ij prouerbio intus canere, idem apud Græcos ἔσωθεν αὐλεῖν, dicebantur. Cic.3.Ver. Atque etiã illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. Facetissimè taxauit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentem, in intimis ædibus collocarit, hoc est, plus quàm intus cecinerit. Idé in Rullum aduersus Legem Agrariam, Atque hoc carmé hic Tribunus plebis, non vobis, sed sibi intus canit. Nam ostédit Tullius in ea oratione, legem tametsi popularis videretur, haud tamen populi, sed decemuirûm vtilitati repertam. Porrò de Aspendio citharœdo Asconius Pædianus sic scribit, Quum canunt citharistæ, vtriusque manus funguntur officio. Dextra plectro vtitur: & hoc est foris canere. Sinistra digitis chordas carpit: & hoc est intus canere. Difficile autem, quod Aspendius citharista faciebat, vt non vteretur cãtu vtraque manu, sed omnia, id est vniuersam cantionem, intus & sinistra tantùm manu complecteretur. Vnde omnes quotquot fures erant, à Græcis Aspendij citharistæ in prouerbio dicebantur, quòd, vt ille carminis, ita isti furtorum occultatores erant. Valet hoc prouerbium & in eos qui multum intestinis suis commodis consulunt præter honestatem. Hæc Pædianus.

Intus canere propriè est manu sinistrâ canere. quæ enim sinistra sunt, sæpe interiora dicuntur. Vide Interior, in INTRA & SVBVRGEO. Porrò sinistra quæ chordas carpit, nullú quidem sonum edit: sed quòd in cantu non minus laboret quàm dextra, canere illa vtique dicebatur, non tamen foris, id est non audientibus, vt dextra: sed intus, id est ipsi artifici. Id docere possunt nostræ citharæ & lyræ, in quibus sinistra quę in iugo chordas tangit, intus canit, tacito quodam & interiori carmine: Dextra quæ ad testudinem psallit, foris canit sonúmq; citat. Atqui nouum erat planéque inauditum Aspendij citharistæ artificium, qui totam cantionem sinistra sola ad iugum modulatè peragebat.

¶Bellicum canere. Vide Bellicum, subst. in BELLVM.

Classicum canere. Cæsar 3 bel.Ciuil. Classicúmque apud eum cani, & alterum illi iubet Prætorium tendi. Deductum à classibus exercitus, quas quum euocabat princeps, & à pugna distrahebat, classicum canere dicebatur.

Receptui canere, dicitur dux exercitus, quum iubet suos milites cessare à persequendo hoste. Liu.3. ab Vrbe, Inde signum obseruare iussit, vt pariter & socij rem inciperent, referréntque pedem, si receptui cecinisset.

¶Receptui canere, per translationem, pro finire, vel reuocare animum alicuius à re aliqua gerenda. Cic.3. Tusc. Veræ igitur ratio intueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebeté aciē, &c. à quibus quú cecinit receptui, impellit, &c. Idé 12.Philipp. Quis enim reuocante & receptui canente Senatu, properet dimicare?

Canere recessus, dicitur buccina. Ouid.1.Metamorphoseos,

-& cecinit

-& cecinit iussos inflata receptus.

Signa canere dicuntur in bello quum congrediuntur milites, & collatis signis depugnant. Liu.1.ab Vrbe. Quum instructæ acies constitissent, prius quàm signa canerent, &c.

Cecinit quartæ vigiliæ signum. Liu.4.bel.Pun. Eósque vbi quartæ vigiliæ signum cecinisset, ad cum locum scalas iussit ferre.

¶Surdis auribus canere. Liu.10.bel.Maced.

Cantio, cantionis {ᾠδή} Verbale. Idem quod cantus. Plautus Stich.p,15,
 Lepidam & suauem cantionem aliquam occipio.

¶Cantio, pro incantatione. Cicero de Claris Oratoribus. Subitò totam causam oblitus est, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum esse dicebat.

Cantiuncula, penult.corr. {ᾠδάριον} Diminutiuum à cantio. Cic.5.de Finibus, Vidit Homerus probari fabulam non posse si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Canor, canoris, penult.prod.m.g. {μελῳδία, ἠχώ, φωνή} Propriè significat consonantiam. Ouid.5.Metamorphoseos,
 Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.
 Canor res est blanda. Ouid.de Arte,
 Res est blanda canor: discant cantare puellæ.
 Cycni canor. Lucret.lib.4,
 Paruus vt est cycni melior canor.
 Martius canor æris. Virg.4.Georg. Ideo Martius dicitur quòd acriores ad pugnam reddit. Id est bellicus.

Canorus, penult.prod. {λιγύφωνος, φιλῳδός, λιγυφθογγος} Adiectiuum, Quasi sonorus. Cic.de Senect. Omnino canorum illud in voce splendescit, etiam nescio quo pacto in senectute.
 Æs canorum. Virg.9.Æneidos,
 At tuba terribilem sonitum procul ære canoro   Increpuit.
 Ales canorus. Horat.2.Carm. Cycnum intelligit.
 Gallus animal canorum. Cic.2.de Diuinat. Quum igitur hoc animal tam sit canorum sua sponte, quid in mentem venit Callistheni dicere deos gallis signum dedisse cantandi, &c.
 Aues canoræ. Virg.2.Georgicorum,
 Auia tum resonant auibus virgulta canoris.
 Chelys canora. Senec.in Troade,4,
 Leui canoram verberans plectro chelym.
 Fides canora. Virgil.6.Æneidos,   -Orpheus
 Threicia fretus cithara, fidibúsque canoris. Id est bene sonantibus chordis. Seruius.
 Fila lyræ canora. Claud.in procem.de Rapt.Proserpinæ,
 Desuetæ repetit fila canora lyræ.
 Fluuius canorus. Plin.lib.4.ca.8, Allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu.
 Canori latratus canum. Columel.lib.8.de villatico cane, Vasti latratus, canorique.
 Lyra canora. Claud.3.de Rapt.Proserp.
 Modulatus canorus. Seneca in Hercul.fur.4,
 -canoro saxa modulatu trahens.
 Nugæ canoræ. Horat.in Arte poetica.
 Quàm versus inopes rerum, nugæque canoræ.
 Canorus orator & volubilis. Cic. de Claris Orat.
 Sonitus Curetum canori. Virg.4.Georg.
 Tuba. Ouid.3.Fast.
 Turba. Ouid.6.Fast.
 Versus. Horat.2.epist.2.
 Volucres. Ouid.3.Fast.
 Vox. Ouid.3 de Arte amandi.
 Vox suauis & canora. Cic. in Bruto, Sic interuallis, exclamationibus, voce suaui & canora, admirando irridebat.
 Canorum vocis genus. Cic.2.de Nat.deor.

Canorosus, a, um, Idem. Gellius, Collectam coactámque vocem, & magis claros canorosósque sonitus facit.

Canticum, penult.corr. {ᾆσμα} Propriè significat elegantem cantum, atque lasciuum. Plin.Iun.epist.14.lib.2. Plausus tantum ac potius sola cymbala & tympana illis canticis desunt.
 Cantica obscœna. Quintil.lib.1.cap.2, Omne conuiuium obscœnis canticis strepit.
 Cantica excipere modis musicis. Quintil.lib.1.cap.11.

Cantilena, cantilenæ, penultima prod. {μελῳδία} Cic.1.de Orat. Gerendus est tibi mos adolescentibus Crasse, qui non Græci alicuius quotidianá loquacitatem sine vsu, neque ex scholis cantilenam requirût.
 ¶Cantilenæ, sunt Musarum filiæ. Vide Musis etiam rem sacram facere, &c.in MVSA.
 Cantilenam illam suam crebrò mihi insusurrat Epicharmus. Cic. ad Attic.lib.1.14. Vide INSVSVRRO.
 Cantilenam eandem canere. In CANO.
 ¶Cantilena, pro iactatione verborum, denuntiatione & rumore. Brutus ad Ciceronem, lib.11, Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum & denuntiatione periculi, sperare eos te pertimefactō, adolescente impulso, posse magna côsequi præmia: & totá istam cantilenam ex hoc pendere, vt quamplurimum lucrifaciant.

Cantor, & Cantrix, verbalia {ᾠδός, μελῳδός, μελοποιός, ψάλτης} Qui vel quæ cantus exercet. Plaut.Trinum.5,
 Cantrices, cistellatrices, nuntij, raptores panis & peni.
 Cantrices aues, Lusciniolę & merulæ. Varr.de Re rust.lib.3.cap.5.
 ¶Cantor formularum, pro Iurisperito. Cic.1.de Orat. Ita & tibi Iurisconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Vide Cautor formularum, in CAVEO.
 ¶Cantor, pro histrione, vel actore fabulæ. Horat.
 -donec cantor vos plaudite dicat. In eandé sententiam & Prudentius antiquus poeta vsurpauit, quum scribit,
 Vt tragicus cantor ligno tegit ora cauato
 Grande aliquod cuius per hiatum crimen anhelet.

Cantus, huius cantus {ᾆσμα, ᾠδή, μελῳδία, μέλος} Est inflexio vocis, & pro cantione cuiuscunque rei dicitur. Martial.lib.14,
 Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.
 Cantus & numeri. Cic.5.Tuscul.
 Cantus & symphoniæ. Cic.pro Cælio.
 Modi & cantus. Cic.1 de Orat.
 Nerui atque cantus. Cic.de Somnio Scipionis.
 Auium cantus. Horat.3.Carm.1.
 Buccinarum cantus, & gallorum. Cic.pro Murena, Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat.
 Dulcior. Cic.2.de Orat. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri potest?
 Citharæ. Horat.3.Carm.ode 1.
 Galli cantus. Horat.1.Serm.sat.1.
 Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.
 Mutare musicorum cantus. Cic. 3. de Legibus. Idque haud paulo est verius quàm quod Platoni nostro placet, qui musicorum cantibus ait mutatis, mutari ciuitatum status.
 Neruorum. Cic.pro Sext.Rosc.
 Symphoniæ. Cic.7.Verr.
 Tibiæ cantus. Horat.3.Carm.7.
 Cantus vocis. Quintil.lib.5.cap.10.
 Vocum quotidianus cantus Cic.pro Rosc. Animi & aurium causa tot homines habet, vt quotidiano cantu vocum, & neruorum, & tibiarum, nocturnísque conuiuiis tota vicinitas personet.
 In cantu flexiones & voculæ. Cicero 3.de Oratore, Quanto molliores sunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falsæ voculæ, quàm certæ & seueræ?
 Insignis cantu. Valer.3.Argonaut.
 Æmonij cantus. Magici, ab Æmoniæ, id est Thraciæ mulieribus, quæ his olim artibus insignes erant. Valer.6.Argonaut.
 Apollinei. Ouid.11.Metam.
 Clarus. Valer.8.Argonaut.
 Feralis Sil.lib.5.
 Festiui. Claud.1.Panegyrico,
 Coniugij necdum festiuos regia cantus   Sopierat.
 Flebilis. Senec.in Hercul.OEth.2,
 Cantu nostra canet tempora flebili.
 Fluens, Metaphoricós dictum, pro suaui & dulci. Valerius 3. Argonautico.
 Felices cantus dare. Tibul.lib.3.eleg.4.
 Garrulus. Plin.lib.10.cap.29, Lusciniis diebus ac noctibus continuis XV garrulus sine intermissu cantus.
 Insoliti cantus. Claud.de Rapt.Proserp.
 Lugubres. Horat.1.Carm.ode 24.
 Lustrifici, Expiatorij. Valer.3. Argonautico,
 Atque ita lustrifico cantu vocat, Ite perempti.
 Obscurior. Cicero in Oratore, Est autem in dicendo etiá quidam cantus obscurior, &c.
 Pastoralis. Vide paulo pòst, Modulari aliquem, &c.
 Pius. Stat 5.Sylu.3.
 Raucus. Virg.8.Æneid.
 Cantus Siculi apud Iuuen.sat.9, dicuntur cantus Sirenum quæ iuxta Siciliam habitarunt, ab Vlysse & eius sociis euitati, idque auribus cera obturatis.
 Sirenum cantus. Claud.22.epigram.
 Supplex. Claud.3.epigrammate,
 -& supplice cantu   Præstatura nouas vires poscit.
 Tener. Claud.1.de Rap.Proserp.
 Tremulus. Horat.3.Carm.
 ¶Accendere Martem cantu. Virg.6.Æneid.
 Accersere cantus lacrymis. Propert.4.eleg.1.
 Circunsonare aliquem cantu. Claud.2.de Rap.Proserp.
 Commouere cantu. Virg.4.Georg.
 Concelebrare cantu carmina. Lucret.lib.5.
 Dare cantus. Virg.1.Æneidos,
 Et cœtu cinxere polum, cantúsque dedere.
 Cantu deliniri. Quintil.lib.5.cap.8.
 Euehere cantu ad sydera. Sil.lib.8,
 Mantua Musarum domus, atque ad sydera cantu
 Euecta Andino.   Id est Virgiliano.
 Exercere. Virg.1.Georgicorum,
 Nequicquam seros exercet noctua cantus.
 Flectere. Lucret.lib.5.
 Flectuntur cantu atque consistunt sæpe immanes bestiæ. Cicero pro Archia.
 Flere cantu incendia. Stat.5.Sylu.
 Fundere cantus gutture. Cic.1.de Diuinat. Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.
 Cantus hortatur remigem. Quintil.lib.1.cap.10.
 Imitari aliquid neruis atque cantibus. Cicero de Somnio Scipionis.
 Incitari sono quodam vocum, & Phrygiis cantibus. Cic.1.de Diuinatione.
 Leuare malum cantu. Horat.Epod.13.
 Raucisono minantur cornua cantu. Lucret.lib.2.
 Modulari aliquem cantu. Claud.1.Panegyrico,
 Te pastorali modulantur Mænala cantu.
 Mollire aliquem cantu, Id est placare. Ouidius ad inanimata transtulit, 11.Metamorphoseos,
 Cunctáque tela forent cantu mollita.
 Mouere cantus. Virg.10.Æneid.
 Mulcere domum cantu. Claud.1.de Rapt.Proserp.
 Mulcere cantu æthera. Virgil.7. Æneidos. Id est lenire. corporalia enim sunt elementa: non enim mulcetur, nisi quod corporale est. Seruius.

Pelluntur animi vocum grauitate & cantibus.Cic.1.de Diuin.
Percrepat lucus cantu symphoniæ.Cic.7.Verr.
Personabat vicinitas cantu vocum.Cic.pro Sex.Rosc.
Personat tibia cantu.Ouid.3.Amor.eleg.12.
Præbere aures cantibus.Ouid.5.Metam.
Resonare lucos assiduo cantu.Virg.7.Æneid.
Rumpere cantu arbusta.Virg.3.Georgicorum,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Id est nimio clamore. Seruius.
Rumpunt cantus silentia.Claud.2.de Rapt.Proserp.
Solari cantu laborem.Virg.1.Georgicorum,
Interea longum cantu solata laborem.
Solicitare cantu Cupidinem.Horat.4.Carm.ode 13.
Sopire cantus.Claud.1.Paneg.
Stimulare cantus alicuius, Est calcar alicui addere, & excitare ad canendum.Stat.5.Sylu.
Strepere cantu rauco.Virg.8.Æneidos,
-rauco strepuerunt cornua cantu.
Cantu vocat in certamina diuos.Virg.6.Æneid.
¶Cantus,pro carminibus magicis,siue incantatione. Ouidius 7. Metamorphoseos, -concussaque sisto,
Stantia concutio cantu freta.
Componere cantus.Tibul.1.eleg.2.
Soluere amores cantibus. Tibul.lib.1.eleg.2.
Taciti cantus,Secreta incantamenta. Valer.7.Argonaut.
Cantulus,cantuli,pen.cor.Diminutiuum. Firmic.lib.3.cap.12,In quarto loco Mercurius & Saturnus ab horoscopo pariliter constituti, ex inuento cantuli,& organi, facient magistros.
Canto,cantas { ᾄδω, μέλπω, ψάλλω, μελίζω, μελῳδῶ } cantare, Frequentatiuum. Terent.Eunuch.3.1, Cantatum prouocemus.
Pares cantare parati. Virg.7.eclog.
Et cantare pares,& respondere parati. Hoc est,qui possent continuum carmen dicere. Seruius.
Aues cantantes.Propert.4.eleg.10.
Cycni.Virg.9.ecloga,
-Vare tuum nomen,&c.
Cantantes sublime ferant ad sydera cycni.
Puellæ.Ouid.4.de Ponto, eleg.10.
Inuicem.Horat.3.Carm.ode 28.
Auena sterili.Ouid.ad Pisonem.
Auenis structis.Ouid.1.Metam.
Pede certo.Tibul.2.eleg.1.
Amicam.Horat.1.Serm.sat.5,
-absentem cantat amicam
Multa prouolutus vappa nauta.
Ad limen amicæ.Ouid.5.Fast.
¶Cantare alicui aliquid,pro Sæpius dicere, admonere, inculcare. Terentius, Qui harum mores cantabat mihi.
Obscœna.Ouid.3.Fastor. Subaudiendum,Verba,aut carmina.
Rustica verba.Tibul.2.eleg.1.
Cantare fidibus alicui.Plaut.Epid.10,
Conducta veni vt cantarem fidibus seni. De fidicina loquitur.
¶Cantare,cum datiuo rei inanimatæ.Ouid.6.Fastorum,
Cantabat fanis,cantabat tibia ludis,
Cantabat mœstis tibia funeribus. Videntur hi datiui per ablatiuos exponi posse addita præpositione IN.
Surdo cantare.Propert.4.eleg.9,
Cantabant surdo,nudabant pectora cæco.
Vinci cantando.Virg.3.eclog.
Signum cantandi dare.Cic.2.de Diuinat. Quid in mentem venit Callistheni dicere, deos gallis signum dedisse cantandi, quum id vel natura, vel casus efficere potuisset?
¶Cantare,pro celebrare,tollere laudibus.Cic.ad Quint.Fratrem, lib.2, Nam vt scis, iampridem istum canto Cæsarem. Id est,summis laudibus celebro.
Amores.Ouid.epist.15.
Carmina.Horat.3.Car.1.
Conuiuia.Horat.1.Carm.6,
Nos conuiuia,nos prælia virginum
Cantamus vacui.
Laudes alicuius.Ouid.2.Fast.
Dignus cantari.Virgilius 5 ecloga,
Et puer ipse fuit cantari dignus,&c.
Cantari versu.Ouid.ad Pisonem.
Tu mihi Mecœnas tereti cantabere versu.
Cantant literæ.Plaut.Bacchid.10,
Sed metuo ne idem cantent quod priores. Id est ne eadem verba contineant.
¶Cantare,pro incantare & fascinare.Virg.eclog.8,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Vbi Seruius,Cantando, dum ei incantatur. nam gerundiuus modus ab omni verbo similiter procreatur,vnde modò cantando à passiuo ait, quum idem alibi ab actiuo dixerit:vt eclog.3,
Cantando tu illum? Tale est illud in Sallustio,Quum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur.Id est vt ei imperaretur.
Cantatus, penultima producta { ᾀδόμενος } Participium. Statius 1.Syluarum,2,
Asteris & Vatis totam cantata per vrbem.
Aquæ cantatæ.Ouid.epist.24.
Carmine cantato cælum densatur.Ouid.14.Metam.
Herbæ.Ouid.1.Amorum,eleg.14.
Cantatæ leges imponere lunæ.Propert.lib.4.eleg.3.
Vua.Ouid.3.Amorum,6.eleg.
Cantamen, penultima producta, neutri generis { ἐπῳδή } pro incantatione dicitur.Propert.4.eleg.4,
O vtinam magicæ nossem cantamina Musæ.

Cantator,& cantatrix,penul.prod.alia verbalia { μουσουργός, αὐλητρίς }
Qui vel quæ consueuit canere,& crebrò cantus exercere. Varro 3.de Re rust.cap.5, Intra retem aues sunt omne genus, maximè cantatrices,vt lusciniolæ ac merulæ. Alia exemplaria habēt,cantrices.Martialis lib.13,
Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.
¶Cātatorem,sine adiecto, appellat Mauricius quidam historicus, vt Turnebus refert,qui exercitum hortatur, & animat oratione milites ad fortiter dimicandum ante pugnam,velut ad eorum aures canens. Hæc ille.
Choreæ cantatrices.Claud.de bel.Gildon.
Cantito,cantitas, penult.corr. { ᾀδίζω } cantitare, Frequentatiuum à Canto frequentatiuo. Terent.Andr.4.7, Facturum credo, vt habeas quicum cantites. Cic.de Claris Orator. Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorū laudibus in Originibus scriptum reliquit Cato.
CANOBITA, penult. prod. { κανωβίτης } Nomen gentile ductum à Canobo,quam Canopum alij, Stephanus de vrbibus Canobosam vocat,si non fallunt exemplaria.
Littora Canobita.Catullus epigr.61.
CANOBVS,Nauis Menelai gubernator,quo tempore Menelaus ipse in Ægyptum perrexit:de quo infrà in dictione CANOPVS.
Canon,canonis,penult.corr.Latinè regula dicitur, κανὼν, κανόνος. Cic. ad Tironem,16.17,Sed heus tu,qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον,valetudini fideliter inseruiēdo? Plin.lib.34. cap.8,de Polycleto.Fecit & quem canona artifices vocant,lineamenta artis ex eo petentes velut à lege quadam.Budæus interpretatur Parangon,vn chef d'œuure. ¶Canon etiā significat lorum scuti in quod brachium immittitur.
Canon,in re numaria quid sit,docet Asconius.Tria enim pensitationum genera fuisse dicit apud antiquos: canonem, oblationem, indictionem:vt sit hodie canō, quod domanium dicitur:vt portoria, vectigalia,& huiusmodi. Oblatio,quæ auxilia nūc dicimus:vt octaua vini heminatim diuenditi,& vicesima eius quod cuppatim culcitimque venit,reliquarúmque mercium quæ à solidarijs negotiatoribus venduntur, quos grossarios appellant:quæq; à minutarijs & venditatoribus, qui & propolæ dicuntur,hoc est nō sua vendentes,sed à negotiatoribus emptitata,pluris postea vēdentes. Indictio est quam taleam vocamus:antiqui collationem vocabant. Cicero etiam Collectam dicit.Græci λογεῖαν appellant,& συμβολήν. Hodie igitur coactores, id est receptores canonarios, oblationales, indictionales, fiscarios, & ærarios, aliusque nominibus appellare licet, Latinè loquentibus. Budæus.
Canonicus, penult.corr. { κανονικός } Adiectiuum,Regularis dicitur.
Canonici vocantur à Pythagoreis harmonici, qui primas in indicando partes,longéque raras maximè rationi ascribunt.
¶Canonica,à Græcis nūcupata est altera Geometriç pars,vt Varro prodidit, quæ vocum lōgitudines & altitudines mensu distinguit certo:Lōgior autem mensura rhythmus vocatur,id est modulus,vel numerus,& pedum ordo:Altior autem,μέλος,id est cātus modulatus nam μετρικὴ,id est mensuraria seu dimensiua,syllabarū excutit mensum,& canonicæ portio est.Hæc Cæl.antiq.lect.lib.15.cap.14.
¶Canonica illatio,cuius meminere Impp.Honorius & Theodos. in l. placet. C.de sacrosanct.eccles. est ordinarium munus, quod habet certam præstationem lege impositam,ad cuius solutionem etiam ecclesia tenetur.
Canonicatus,appellatur titulus regularis sacerdotij in ecclesia,vnde canonici dicuntur:& differt à præbenda, quæ reditus habet annuos ex tali titulo.Itaque qui vtrunque habet,is canonicus præbendarius dicitur,70.distin.cap.Sanctorum canonum.
Canoniū,Locus est,si Rhodigino credimus, sacris viris & canonicè viuentibus destinatus. In nauibus etiam,quæ cataphractæ vocātur,& catastromata habent, id est pauimenta superiora, vel tabulata,ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, vt idem Cælius author est lib.5.cap.11.
Canor,Canorus,Vide CANO.
CANOPICVM,penult.prod. Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa & minor Africa Plinio dicitur,oppidum est, eodē authore lib.5.cap. 4. ¶Est & Canopicum Nili fluminis ostium:quod cum cæteris commemoratur Straboni,lib.vltimo,Plin.lib.5.cap.10, Ammiano lib.22, & Pomponio lib.1.
CANOPITANVM,penult.corr.Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, siue Africæ minoris Plinio lib.5.cap 4.
CANOPVS,deus cultus ab Ægyptiis, cuius originē Suidas & Rufin.lib. 11.Ecclesiasticæ historię cōmemorant.Ferunt enim Chaldęos per varias orbis regiones ignem suum circunferre solitos,& cum omnium nationum deis contendere,vt qui deus vicisset,ab omnibus crederetur.Quare quum dei,qui ex ære,auro,argento,ligno,vel alia quauis materia constabant,igne omnino absumerentur,Chaldæorum locis omnibus præstabat. Hæc quum Canopi sacerdos audisset,quiddam cōtra ignem callidum excogitauit. Solebant in Ægypto fictilia vasa quædam fieri,quę hydriæ vulgò appellantur, minimis quibusdam foraminibus pertusæ,quibus turbida limpidissima & defæcatissima effluit.Harum ille vnam cæra foraminibus obturatis cepit, varijs coloribus vndique depictam,aqua repletam,ac vt deum statuit:& excidens veteris simulacri caput, quod Menelai gubernatoris ferebatur, imponens diligenter simulacro aptauit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum,circa hydriam ignis accenditur, cæra dissoluitur qua foramina erant obturata: diffluēte aqua ignis extinctus est.Arte igitur sacerdotis Canopus deus victor dei Chaldæorum euasit, & ex eo deus cultus est.Vide plura apud Rufinum.
CANOPVS, penult.prod. { κάνωβος } Parua insula est mediterranei maris, Nili ostio, quod Canopicum vocant, obuia. Menelai gubernator Canobus ibi fortè moriens nomen insulæ, illa ostio dedit. Hæc Pomponius

Pomponius Mela. Proinde quum à Canobo dicta sit, ideò b literà scriptum aliquādo vocabulum, teste Quintiliano lib.1.cap.9. Canopi porrò his verbis meminit Tacitus lib. 2. historiarum, Condidere (inquit) id Spartani ob sepultum illic rectorem nauis Canobum, qua tempestate Menelaus Græciam petēs, diuersum ad mare terrámque Libyam delatus. Noti sunt Menelai post Helenam raptam, ad Syrium litus errores, ex Homero.

Famosus Canopus. Iuuen. sat.15,
-sed luxuria quantum ipse notaui
Barbara famoso non cedit turba Canopo.
Pellæi Canopi gens fortunata. Virg.4.Georg.

¶Est item Canopus, syderis nomen, cuius meminit Pli.lib.6.cap.22, in descriptione Taprobanæ insulæ.

Canopitanus, pen.prod. adiectiuum. Solinus cap.44, Quod ab Atlante ad vsque Canopitanum ostium panditur.

Canta. pro Cantata veteres vsi sunt. Festus.

CANTABRA, Fluuius in Indum erumpens, cum tribus aliis quos secum trahit fluuiis. Plin.lib.6.cap.20.

CANTABRI, pen.corr. (Καντάβροι) Populi sunt in Hispania Tarraconēsi ad Oceanum, vt docet Ptolem. lib. 2.cap.6. Hodie *Biscaini*. Et Plinius libro 4.cap.20. finitimi his qui tractum trans Durium seruant. Hi ab Augusto fuerunt subacti, vt inquit Strabo lib.3. Et Suetonius in Vita Augusti, cap.20. & 21. ante Augustum nemo eos subegerat: quod videtur innuere Horat.2.Carm.ode 1,

Cantabrum indoctum iuga ferre nostra. Efferi sunt, & sine armis nullam esse vitam existimant. De quibus Silius libro 3. & 5.

Bellicosus cantaber. Horat.2.Carm.ode 11.
Cantaber Stoicus. Iuuenal. sat.15.

Cantabricus, pen.corr. (καντάβρικος) adiect. vt Bellum Cantabricum. Horat.1.epist.19, Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

Cantabrica (καντάβρικα) Herba est vbique nascens, caule iunceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, velut calathi: in his semen perquā minutum. Dicta autem est Cantabrica, quòd per Augusti tempora reperta sit à Cantabris in Hispania. Ex Plinio lib.25.cap.8.

Cantabrum, cantabri. Arnobius, Nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum quid aliud quàm inauratæ cruces sunt & ornatæ? Sed quæ cantabra sint non ita dictu promptum est: Videntur esse cantabra, quæ Tertullianus labara vocauit. Ego, si capitalis ista fortè audacia nemini esse videatur, vnius literulæ immutatione lubenter contabra legerim. Nam vt à candela candelabrum: sic à conto contabrum diceretur non ineptè: amplius tamen pronuntiabimus, & non liquere nobis dicemus: vocabula ita rara difficiles habent explicatus. Imò verò legendum affirmabimus, signa ipsa atque labara: cantabrum autem est Apicio & Cælio furfur. Verba sunt Turnebi.

CANTARVS (Κάνθαρος) Poeta comicus Atheniensis, cuius feruntur fabulæ nonnullæ positæ à Suida.

Cantator, Cantatrix, Cantatio, In CANO.

Canterius, In CANTHERIVS.

Cantharias, Gemmæ species, quæ scarabeorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους, vocant scarabeos. Plin.lib.37.cap.11.

Cantharis, pen.corr. cantharidis: vel Cantharida, cantharidæ, pen. corr. (κανθαρίς) Vermis viridis, in summitate ramorum fraxini & oliuæ nascens: cuius succus in venas ingressus, vt venenum interimit: & humano corpori applicitus, vesicas plenas humore facit. Ouid. in Ibin, Cantharidum succos dante parente bibas. Plin.lib.29. cap.4, In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ vesicæ cum cruciatu præcipuo.

Cantharis, pro venenata potione. Cic. ad Pætū, lib.9.21, Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Budæus.

Cantharites, æ, Vini transmarini genus Plinio lib.14.cap.7.

CANTHARIVM (Κανθάριον) Promontorium est in Samo insula, stadiis octoginta à Dracano eiusdem insulæ promontorio distans, qui traiectus minimus est intermediorum. Author Strab.lib.14.

CANTHAROLETHROS (Κανθαρόλεθρος) Locus Thraciæ exiguus, à canthari exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.

Cantharus, pen.corr. (κάνθαρος) Poculum, quo vsus est pater Liber. Plin.lib.33.cap.11, C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Macrob.lib.5. Saturn.cap.21, Scyphus Herculis poculum est, ita vt Liberi patris cantharus.

Paruulus cantharus. Iuuen. sat.3.

¶Cantharus, alio significatu. Paul. in l. Cætera. D. de legat.1, Sed & automataria, & canthari per quos aquæ saliunt, poterūt legari: maximè si impositītij sint. Alciatus Parerg.lib.1.cap.20, Dubium est, quid hoc loco sibi velint canthari: nisi accipias pro vasis aquarum, quibus epistomia, id est (vt vulgò vocamus) spinæ adduntur, vnde aqua exit, ideóque Salientes dicti Latinis authoribus. Hæc ille.

¶Cantharus, Genus piscis authore Plin.lib.32.cap.11. Colum. libro 8, Nam & alecula modo capta, & cantharus, exiguúsque gobio, &c.

¶Cantharus, Scarabeus paruus, frumenta erodens. Plinius, lib.18. cap.17.

¶Cantharus ex generationis ratione nomen inuenit. Canthona Græci asinum vocant, id est κάνθωνα: Oron autem semen, & quidem scarabei propriè. Sic verò progigni animal tradunt, quod nec tacuit Aristoteles, Vbi cantharus asini retrimenta seu stercora, quæ onidas nuncupant, & orbiculari ferè visuntur figura, offenderit, insistit: ac pedibus prouoluens, interim genitalem vrinam effundit. vnde enascitur vermiculus qui mox fit cantharus. Cæl.lib.8.cap.5.

¶Cantharus pilulam. Adagium est in eos qui castigati sæpius, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte viceris. Ductum adagium à pilularum, id est orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius lib. 8.cap.5.

CANTHARVS, cæleste signum in aquario, ex tribus constans stellis.

¶Cantharus, Nodus sub lingua Apis bouis, quem Ægyptij colebant numinis vice. Plin.lib.8.cap.46. De hoc cantharo vide Cæl. lib.8.cap.5.

¶Cantharus pro nauigio, vt ex Menādro probat Macrob.lib.5. Saturn.cap.21.

Cantherius (vel vt alij scribunt) Canterius (κανθήλιος) Genus iugi in vinea. Columel.lib.4.cap.12, Itaque aut veteres (ne nouæ radicem agant) arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transuersæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus iugi, cantherium vocāt rustici. Plin.lib.17.cap.21, Simplici iugo constat porrecto ordine, quem cantherium appellant. Pedamentum Cato vocat.

¶Cantherius, Equus castratus. Varro 2. de Re rust.cap.7, Propter quod discrimen maximè institutum vt castrentur equi. Demptis equi testiculis fiunt quietiores: & ideo quòd semine carent, ij cantherij appellati, vt in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi. Cic. ad Pætum, lib.9.18. Et apud Senec.lib.ep.13, Cantherio vehebatur, hipposperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret.

¶Cantherius in fossa. Adagium in eum qui lacessit ad pugnam, mox linquitur animo, vt cominus congredi non audeat. Ductum adagium à cantheriis equis, qui quum desecti testiculi & execta sint illis genitalia, languidiores & degeneres sunt, quòd semine careant. Vide Erasm. in Chiliad. & Alex. ab Alex.lib.5.cap.15.

Cantherius hoc distat ab equo, quod maialis à verre, capus à gallo, veruex ab ariete. Est enim cantherius, equus cui testiculi amputantur. Hæc ex Festo.

¶Cantherij, Tigna. Vitruuius lib.5, Et cantherij prominentes ad extremam suggrundationem, supra cantherios templa. ¶Cantherij itē dicuntur, qui subiici solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant. Vulgus *Caballos* vocat. ¶Item Cantherius, vt author est Varro, mons est in Sabinis.

Cantheriolus, pen.corr. Diminutiuum, pro paruo pedamento. Colum. lib.11.cap.3, Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis rigorem stylorum conseruato. nam nisi arundines transuersas in modum iugatæ vineæ crebras disposueris, thalli ceparum ventis prosternentur.

Cantherioli apud Columellam sunt in cepinis, id est ceparum locis munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherij, quum operiuntur rapæ, vt à pruinis semina defendantur. Cæl.lib.8.cap.4.

Cantherinus, pen.prod. adiect. vt. Cantherino ritu somniare. Plaut. Menæch.9, Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solēt enim equi stantes somniare, authore Plin.lib.10 cap.vlt.

Cantherinum hordeum. Colum.lib.2 cap.9. Vide HORDEVM.

Cantherinum lapathum, Latini rumicem apellant. Plin. libro 20. cap.21.

Cantheriatus, pen. prod. adiectiuum, Quod cantheriis subnixum est. Colum.lib.5.cap.4, Deinde quæ pedaminibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

CANTHVS, Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio ponitur, itémque ab Orpheo. Apollonius dicit eum in Libya periisse: Flaccus autem noster in Æa.

Canthus, canthi (κανθός) Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur: seu potius lignea illa rotæ extremitas, ex multis partibus curuis cōpacta. Sanè Picardi quamlibet illarum partium vocāt *vne gante*, Franci *vne iante*. Ad quod facere videtur illud Hieronymi lib.3. Reg.cap.7, Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri: & axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Quintil.lib.1.cap. De virtutib. & vitiis orationis, Barbarismum pluribus modis accipimus. Vnum gente: quale sit, si quis Afrum vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat: vt ferrum quo rotæ vinciuntur, dici solet Canthus: quanquam eo tanquam recepto vtitur Persius. Hæc ille. Badius interpretatur in commentariis Persij Canthum, Rotæ circunferentiam. Locus Persij est sat.5,

-quanuis temone sub vno
Vertentem sese frustra sectabere canthum.

Canthos oculi vocat Galenus lib. De vsu partium, quos angulos dicimus: facit autem maiorem & minorem canthum.

Canticum, Cantilena, Cantio, In CANO.

CANTIOBIS (Καντιόβις) vrbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Amberga. vulgò *Amberg*.

Cantito, Cantiuncula, Vide CANO.

CANTIVM (Κάντιον) Britanniæ promontorium, Ptolemæo Cantia, regio. vulgò *Kent*: vbi ciuitas Cantuaria, vulgò *Canterburi*.

Canto, Cantor, Cantus, Vide CANO.

CANVCHA, Fluuius est nauigabilis, in Gangem influens, vt scribit Plin. lib.6.cap.18.

C. CANVLEIVS Tribunus plebis rogationes duas tulit, Vt connubia plebis cum patribus essent communia, & vt alter Cōsul de plebe crearetur. Orationem eius aduersus Consules vide apud Liuium lib.4.

Canum, ni, inter simplicia medicamina refertur à Galeno, his verbis, Canum optimum habetur, quod validissimum est. Inuenitur enim in metallis, in quibus conflatur, & quibusdam litoribus maris. Vires habet, verùm acriter stringētes, & quodammodo causticas. Hæc ille lib. de simplic. medicamin.

Canus (πολιός, λευκόθριξ) adiectiuum, Cui candent siue albent capilli præ senectute. Plaut. Bacch.22,

Cano capite atque alba barba.
Absynthium canum. Ouid.5.Trist.14.elegia,
Cana prius gelido desint absynthia Ponto.
Amator. Tibul.lib.1.eleg.8.
Anilitas cana. Catul.epigr.56.
Barba. Martial.lib.1,
Cana est barba tibi, nigra est coma.
Capilli. Horat.2.Carm.ode 11.

Caput. Ouid. 5. Fast.
Coma. Seneca in Troade, 3.
Crines. Catul. Epigr. 59.
December. Martial. lib. 1,
At quum December canus, & bruma impotens.
Fauilla. Ouid. 8 Metam.
Fides. Virg. 1. Æneidos,
Cana fides, & Vesta. Vbi Seruius, Canam fidē dixit, vel quòd in canis hominibus inuenitur: vel quòd ei albo panno inuoluta manu sacrificatur: per quod ostenditur, fidem debere esse secretam. Nonius autem, Canam fidem, veterem & antiquam interpretatur.
Fila cana. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Quæque solent canis frondes intexere filis Agrestes tineæ.
Fluctus. Cic. in Arato,
Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.
Flumina. Virg. 4. Georg.
Gelu. Virg. 3. Georgicōn,
-& horrida cano Bruma gelu.
Laurea. Ouid. 3. Fast.
Lupi. Ouid. 7. Metam.
Mala. Virg. 2. ecloga,
Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.
Cana mater. Martial. lib. 12. epigr. 32,
Et cum sorore cana mater ingenti.
Montes, Albi ex niue. Virg. 1. Georg.
Nix. Horat. 2. Serm. sat. 5.
Plumæ. Ouid. 2. Metam. Sic vocat plumas cycni.
Pruina. Virg. 2. Georgicōn,
Frigora nec tantum cana concreta pruina.
Puella. Propert. 2. eleg. 17.
Puluis. Claud. 1. de Rapt. Proserp.
Salicta. Ouid. 5. Metam.
Segetes. Ouid. 10. Metam.
Senectus. Ouid. epist. 14.
Cano situ obductus color. Plin. lib. 12. cap. 25.
Veritas. Varro Eudæmonibus, Et ecce de improuiso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.
Vesta. Virg. 9. Æneidos,
-& canæ penetralia Vestæ Obtestor. Id est venerabilis, antiquissimæ. Seruius.
Cani villi arborum. Plin. lib. 12. cap. 23, Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maximè videmus, &c.
Cani, canorum, tantum pluraliter {πολιαί} Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. Non cani, non rugæ repētè authoritatem afferre possunt.
Honorati cani. Ouid. 8. Metam.
Miseri. Persius sat. 5,
-petite hinc iuuenésque senésque
Finem animo certum, miserísque viatica canis.
Rari. Ouid. 8. Metam.
Venerandi piis. Seneca in Hercule furente, 13.
Caneo, canes, canui {πολιόομαι} canēre, Canū fieri & albumi: vt canent herbæ, hoc est albescunt matutino rore aspersæ. Virg. 3. Georgicōn,
Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent.
Ætas canet. Claud. de bello Getico,
Totáque sub galeis Mauortia canuit ætas.
Barba canet gelu. Silius lib. 1.
Gramina. Virgil. 3. Georg.
Herbæ. Ouid. 3. Fastorum,
Canuerint herbæ rore recente quater.
Lana canent nemora. Virg. 2. Georgicōn,
Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Senectus. Virgil. 5. Æneidos,
-æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Canens {πολιός} Participium. Valer. lib. 6. Argonauticōn,
Neurus, & expertes canentis Iaziges æui.
Gelu canens. Ouid. 5. Trist. 3. elegia,
Glebáque canenti semper obusta gelu.
Oliua. Ouid. 6. Metamorphoseos,
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.
Lilia. Ouid. 12 Metam.
Pruina. Silius lib. 3
Salicta. Virg. 2. Georgicōn,
-& glauca canentia fronde salicta. Locum salicum pro ipsis arboribus posuit. bene autem ait glauca & canentia: nam salix ab vna parte alba est, ab altera viridis. Seruius.
Senecta. Virg. 10. Æneidos,
Canentem molli pluma duxisse senectam.
Canesco, canescis {πολιοῦμαι} canescere, Canum fieri, & senescere, ac deflorescere. Ouid. 9 Metamorphoseos,
-queritur canescere mitis Iasionia Ceres.
Canescit arbor. Cic. 1. de Legib. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eáque (vt ait Scæuola) de fratris mei Mario, canescet seclis innumerabilibus.
Flos. Plin. lib. 20. cap. 2.
Oratio. Cic. de Claris Orat. Quúmque ipsa oratio iam nostra canesceret, haberétque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.
Pabula canescunt. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Pabula canescunt quum frondibus vritur arbor.
Situ canescunt tecta. Ouid. 1. Amorum, 8. eleg.
Canities, canitiei {πολιότης, πολιά} Color ipse hominis cani, vel etiam ipsa senectus. Plinius libro 11. cap. 37, Canities homini tantùm & equis.
Canities inguinis ægri. Iuuenal. sat. 10,

An'ne aliquid sperare potest hæc inguinis ægri Canities?
Alba. Ouid. 10. Metam.
Arida. Horat. 2. Carm. ode 11. -arida
Pellente lasciuos amores
Canitie, facilémque somnum. Id est sicca: hoc est aut nihil in se impendente per nimiam parsimoniam, vt sunt senes. aut arida, minus iuuene calens. Acron. Aut quia ea ætate succus exhauritur, & pellis arescit, & contrahitur in rugas. Badius.
Festina. Claud. de Nupt. Honorij.
Hirta. Ouid. 10. Metam.
Impexa. Stat. lib. 3. Thebaidos,
Canitiem impexam dira tellure volutans.
Inculta. Virg. 6. Æneidos,
-cui plurima mento
Canities inculta iacet.
Morosa. Horat. 1. Carm. ode 9,
Donec virenti canities abest Morosa.
Propexa. Stat. lib. 2. Thebaid.
Reuerenda. Claud. 3. de Raptu Proserp.
Seuera. Claud. 1. de Raptu Proserp.
Deformare canitiem. Virg. 10. Æneidos,
Canitiem immundo deformat puluere.
Inficere. Ouid. 3. de Arte amandi,
Fœmina canitiē germanis inficit herbis. Id est capillos canos tingit.
Ponere. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Canitie posita nigrum rapuere colorem. Id est deposita.
Canitudo, pen. prod. {πολιότης} Idem. Plaut. Stultus est aduersus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neque vetulus cantherius, quàm nouellus melior, nec canitudini comes virtus. Ex Festo & Nonio.
CANVSIVM {Κανύσιον} Vrbs est Apuliæ maxima, quam præterfluit Aufidus amnis, teste Plinio lib. 3. cap. 11, quondam à Diomede condita, vt habet Strabo lib. 6. Cui conuenit Horatius 1. Serm. sat. 5, vbi de pane Canusino loquitur,
Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior vrna,
Qui locus à forti Diomede est conditus olim. Canusi, pro Canusij. In hoc oppido lana laudatissima fit, quæ Canusina dicitur, cuius color est rutilus.
Canusinarum fuscarum, & rufarum meminit Martial. lib. 14,
Hæc tibi turbato Canusina simillima musto
Munus erit: gaude, nam citò fiet anus.
Canusinus, pen. prod. {Κανυσῖνος, Κανυσίτης} adiectiuum. Incola Canusij.
Bilingues vocat Canusios Horatius, quod vtranque noscent linguam, & Latinam & Græcam. Fuit enim situm Canusium ea parte Italiæ quæ ab antiquis magna Græcia dicta fuit. Horatius 1. Serm. satyr. 10,
-patriis intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis. Videtur autem non tam significare voluisse duarum linguarum doctos fuisse illos, quàm vnius, sed mistæ ex duabus, Sic vt nec Latinam nec Græcam possis dicere, quod vitio magis, quàm laudi ducendum est.
Canusinatus, pen prod. {Κανυσινάτος} Canusina veste indutus. Martialis,
Vt Canusinatus nostro Syrus assere sudet.

C A P

Capane, nes {καπάνη} Currus est sic Thessalis dictus, & virga item in curru eodem nomine. Hinc Capania Minerua, cuius simulacrum visebatur in gymnasio Cylabare apud Argos, de Sthenelí filio sic nuncupato, vt author est Pausanias. Meminit Cælius antiq. lect. *lib. 9.* cap. 22.
CAPANEVS, trium syllabarum. pen. corr. {Καπανεύς} Maritus Euadnes, vnus è septem ducibus qui Thebas obsederunt, vt author est Statius lib. 3. Thebaidos. superbus atque deorum contemptor: qui non contentus vicisse homines, medijs Capaneus auditur in astris. Is à Ioue, fulmine percussus in bello Thebano fabulis dicitur, quoniam quum scalis admotis Thebanos muros vellet conscendere, iactu lapidum ab inimicis oppressus est. Vegetius lib. 4. de Re militari, Qui scalis (inquit) in obsidione vrbium vtuntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei, à quo primùm scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus.
Capaneus, quatuor syllabarum, pen. prod. adiect. {Καπανήϊος} vt Capanea pinus, apud Stat. 8. Thebaidos,
-Capaneáque pinus
Iam procul Aoniis volet agnoscenda cateruis.
Capaneius {Καπανήϊος} Aliud adiectiuum, quinque syllabarum, vt Capaneia coniux apud Statium 12. Thebaid.
-ausa ante alias Capaneia coniux, &c.
CAPARA {Κάπαρα Ptolemæo} alio nomine Capera, Hispaniæ Lusitaniæ vrbs. Vulgò *Caparea.*
CAPARANIA, Virgo fuit quædam Vestalis, quæ incesti damnata, móxque viua defodienda, suspendio supplicium præuenit. Author Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12.
CAPASTITE, inter Ægypti præfecturas, quas Nomos vocant, numeratur à Plin. lib. 5. cap. 9.
Capax. Vide CAPIO.
Capedo, pen. prod. capedinis, f. g. Vas erat sacrificiis aptum. Cicer. in Parad. Minúsne gratas dijs immortalibus capedines, ac fictiles vrnulas fuisse, quàm filicatas aliorum pateras arbitramur? Capedines Turnebus interpretatur poculū, Dionysium sequutus qui lib. 2, vrnulas πρόχους appellat, capedines σκύφους.
Capeduncula, penult. corr. diminutiuum. Cic. 3. de Nat. deor. Docebo meliora me didicisse de colendis dijs immortalibus iure Pontificio & more maiorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit.
Capella, Vide CAPER, pro mare caprarum.
CAPENA, pen. prod. {Καπήνα} Oppidum vicinum Romæ iuxta fontem Ægeriæ. Hinc Capenates, penult. prod. Italiæ populi, Clusinis vicini, authore

authore Plin.lib.3.cap.5. ¶Est & Capena,porta Romæ,à Capena rebe,quam Italus rex ædificauit. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur. Iuuenalis,

Substitit ad veteres arcus, madidámque Capenam.

Ad portam Capenam est aqua Mercurio sacra, qua variæ fiebant ablutiones ad expianda peccata,ea etiam lauro spargebantur omnia quæ dominos nouos essent habitura. Vide Ouid.lib.5.Fastor.

CAPENAS, pen.prod.Fluuius qui Feroniam præterlabitur.Silius lib.13.

CAPER, Straboni lib.12, fluuius est qui Laodiceam Cariæ vrbem cum Lyco & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

¶Caper, Piscis genus,in Acheloo amne nascens,& grunnités more porcorum. Author Plin.lib.11.cap.51.

Caper,capri {τράγος} Mas caprarum castratus.Martialis,

Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Caprum,pro hirco impropriè posuit Virgilius, quum ait,eclog.7,

Vir gregis ipse caper.

Albus caper.Horat.3.Carm.ode 8.

Bicornis.Ouid.15.Metam.

Libidinosus.Horat.Epod.10.

Setigeri.Silius lib.3.

Cæditur caper Baccho.Virg.2.Georgicõn,

Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris Cæditur.

Capra,capræ {αἴξ} A carpendis virgultis,authore Nonio.Plin.lib.8.cap.50, Capræ pariunt & quaternos. Varro de Lingua Latina, Capra, carpa:à quo scriptum, omnicarpæ capræ. Varro 2.de Re rust.cap.3, Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ.

Capræ dictæ,quòd omne virgultũ carpant,siue à crepitu crurum, vnde & Crepas eas prisci dixerunt. Author Festus.

Sufficere capris arbusta.Virg.3.Georg.

Feræ capræ,pro Capreis.Virg.4.Æneidos,

Ecce feræ saxi deiectæ vertice capræ.

Olida capra. Horat.1.epist.5,

Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ. Intelligitur hoc loco de fœtore qui sub alis excitatur arctè nimis discumbentium. Hunc & Caprum,& Hircum appellare consueuerunt poetæ.

¶Capra,si Suidæ credimus,facetè olim dicta est meretrix quædam Nannium nomine, quòd Thalli cuiusdam cauponam facientis bona deglutisset, tanquam germina hœdis obiici solita in pastum, quæ Thallos Græci vocant. Meminit Apollodorus in tractatu de scortis,vt refert Cæl.lib.8.cap.8.

¶Capra,Signum cæleste.Colum lib.11.cap.2. x. Calend. Ianuariis Capra occidit mane,tempestatem significat.

Capra sydus insanum.Horat.3.Carm.ode 7.

Hœdos videtur significare, quorum ortus & occasus concitat tempestates,de quibus Virg.1.Georgicõn,

Hœdorúmque dies seruandi. Vbi Seruius, Aurigæ signum est haud longè à Septentrione,cuius pedem cum cornu Tauri vna stella cóiungit.Hic in manu sinistra fert Hœdos,in humeris Capram, quæ aluisse dicitur Iouem. Oriuntur cum Scorpio mense Octobri. Ex Seruio in illud Virgilij 9.Æneidos,

Quantus ab occasu veniens pluuialibus Hœdis.

Capella {χιμαιρα} diminut. Colum.lib.7.cap.6, Anniculæ vel bimæ capellæ (nam vtraque ætas parum edit) submitti hœdum non oportet. Virg.3 ecloga,

Tityre pascentes à flumine reiice capellas.

Fœtus capellæ.Tibullus lib.1.eleg.1.

Capellæ felix pecus.Virgil.eclog.1.

Amantes saxa.Ouid.epist.15.

Distentæ lacte.Virg.7.eclog.

Graciles gramen carpsere.Ouid.1.Metam.

Hirsuta.Iuuen.sat.5.

Hirtæ. Virgil.3.Georg.

Lasciua.Virg.2.eclog. In LASCIVVS.

Olenia capella. In OLENIVS.

Simæ.Virg.10.ecloga,

Dum tenera attondent simæ virgulta capellæ.

Vrentes culta. Virg.2.Georgicorum,

-aut vrentes culta capellas. Omne enim quod momorderint, vrunt,vt ait Seruius.

¶Agere capellas.Virg.1.ecloga,

-en ipse capellas

Protenus æger ago.

Agitare capellas. Virg.3.Georgicorum,

Lanigeros agitare greges,hirtásque capellas.

Attondent virgulta tenera. Virg. 10.eclog.

Carpunt gramen capellæ. Ouid.1.Metam.

Pascere.Virg.9.Georg.

Domum referunt vbera distenta lacte capellæ.Virg.eclog.4.

Saturantur fronde.Virg.9.ecloga,

Nec cytiso saturantur apes,nec fronde capellæ.

Iniussæ veniunt ad mulctra. Horat.Epod.16.

¶Capella,Stella.Plin.lib.18.cap.31,Quinto Idus Septembris Cæsari Capella oritur vesperi.

Caprarius {αἰπόλος} Custos,exercitórque caprarum.Varro 2.de Re rust. cap.3, Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam qui adduxit capellas ad vrbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset,&c. Colum.lib.3.cap.10.

Caprea,capreæ {δορκὰς, ζόρξ} dicta quòd quandam capræ similitudinem habeat. sunt enim syluestres capræ, ramosis cornibus, paruis, non deciduis:vnde capreoli dicti. Martial. lib.13,

Pendentem summa capream de rupe videbis:

Casuram speres, decipit illa canes. Quo in loco suspicatur quidam Martialem impropriè capream vsurpasse pro Rupicapra. Vide Gesnerum pag.327. Caprearum genera vide apud Plinium.

Pascuis intenta caprea.Horat.4.Carm.ode 4.

Edules capreæ. Horat.2.Serm.sat.4. Sed hic potest pro vite accipi. Sic enim habet carmen,Vinea submittit capreas non semper edules. Vide Glareanum in Horat.

Fugaces. Ouid.1.Metam.

Imbelles.Ouid.5.Fast.

Lasciuæ similem ludere capreæ.Horat 3 Carm.ode 15.

Sequaces.Virg.2.Georg. Id est persecutrices. Seruius.

Capreæ prius iungentur lupis: De re dicitur incredibili. Horat.1. Carm.ode 33.

¶Caprea vitis. Vide CAPREOLVS.

Capreolus,pen.corr. {δορκάδιον} diminutiuum, Animal syluestre. *Cheureul sauuage*. Colum.lib.9.cap.1, Feræ pecudes,vt capreoli,damæq́; Virgil. 2.ecloga,

Præterea duo,nec tuta mihi valle reperti Capreoli.

¶Capreolus, Genus ferramenti. Colum.lib.11.cap.3, Vere deinde prius quàm cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti est,terra commoueatur.

¶Capreolus,dictio tectonica,*Cheuron*. Cæsar 2.bel.Ciuil. Duæ primùm trabes in solo æquè longæ, distantes inter se pedes IIII collocantur:inque eis columnellæ pedum in altitudinem v desiguntur. has inter se capreolis molli fastigio coniungunt.

¶Capreoli vitium, veluti cincinni. Varro 1.de Re rust.cap.31, Ex altera parte caprea dicta, quòd parit capreolũ. Is est coliculus viteus intortus,vt cincinnus. is enim vites vt teneat, serpit ad locũ capiundum.ex quo à capiendo capreolus dictus. Festus,Capreoli vitiũ, cincinni intorti,quia ad locum capiundum tendunt,appellati.

Capralia,appellatur ager qui vulgò Ad capræ paludes dici solet.Festus.

Caprigenus,pen.corr.{αἰγογενὴς} adiect. Quod ex caprarum genere est. Plaut.Epid.2,

Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinũ genus.

Caprile,caprilis,pen.prod.n.g. {αἰπόλιον} Locus vbi capræ seruantur. Plin. lib.28 cap.10, Atque in totum difficilius se recolligétes à serpentium ictu,in caprilibus optimè conualescunt. Colum.lib.7.cap.6.

Capripes,pen.corr. capripedis, penult.corr. Qui pedes caprinos habet. Propert.lib.3.eleg.17,

Capripedes calamo Panes hiante canent.

Satyri capripedes. Lucret.lib.4.

Caprinus,pen.prod.{αἴγειος}adiect.vt Caprinus grex.Liu.1 bel.Pun. Et Varro lib.2.de Re rust.cap.10.

Caprina pellis. Cic.1.de Nat.deor.

Lana caprina.Horat.1.epist.19,

Alter rixatur de lana sæpe caprina. Prouerbium, vide apud Eras.

Caperlata,Possessionis cuiusdam nomen,cuius meminit Modestinus in l.Aurelio.D.de liberat.legat.vbi tamen Alciatus cũ prolatis mendosè legit,teste A.August.lib.3.Emendat.cap.9.quem vide.

Capero,caperas,pen.corr. {ῥυτιδῶ} caperare:vt Caperare frontẽ, hoc est frontem rugis contrahere,& asperitatem vultus ostendere: quod à crispis caprorum frontibus,authore Varrone,lib.3.de Ling.Lat.vel à cornuum caprinorum similitudine,teste Festo,tractum est. Vnde & caperatum, rugosum dicitur. Vsus est in passiua significatione Plaut. Epid.13, Quid illuc est,quòd illi caperat frons seueritudine?

Capesso. Vide CAPIO.

CAPEVS, Sinus in Arabia, quem accolunt Gaulopes & Chateni, vt refert Plin.lib.6.cap.28.

CAPHAREVS,trisyllabum,pen.prod.{καφηρεὺς}Eubœæ mons altissimus versus Hellespontum: apud quem plurimum Græcorum classis afflicta est propter Palamedis necem. Vnde & Caphareũ mare dictum est. Nauplius enim Palamedis pater,dolẽs filiũ suum factione Vlyssis interemptum, quum videret Græcos tẽpestate laborare, montem Capharcum ascendit,& elata facula signum dedit vicini portus.Quare decepti Græci,inter asperrimos scopulos naufragium pertulerũt. Hæc Seruius in illud 11.Æneidos,

-scit triste Mineruæ

Sydus,& Euboicæ cautes,vltórque Caphareus. Vide Plinium lib. 4.cap.12.

Fallax Caphareus.Seneca in Agamem.6,

Vbi saxa rapidis clausa vorticibus tegit

Fallax Caphareus. De Caphareo promontorio Eubœæ vide Pomponium Melam lib.2.

Importunus Caphareus. Ouid.14.Metam. Importunum autem vocat appositè,quasi non bonum portũ, quòd ad illius radices Græcorum classis maximum fecerit naufragium.

Caphareus,pen.corr.{καφήρειος} adiect.quadrisyllabum. vt Saxa Capharea. Propert.lib.3.eleg.7,

Saxa triumphales fregere Capharea puppes,

Naufraga quum vasto Græcia tracta salo est.

CAPHARNAVM,siue potius Capernaũ {καπερναούμ} Totius Galileæ metropolis fuit,multis Christi seruatoris miraculis nobilitata.

CAPHERIS, Inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracem sunt,numeratur à Plin.lib.4.cap.12.

Caphisterium. Vide CAPISTERIVM.

Caphura {κάφουρα} Aetio & Actuario Indiæ arbor est tantæ magnitudinis,vt sub singulis hominum centuriæ possint quiescere.Nascitur in montibus mari vicinis, materie leui, & ferulacea: gummíque exudat eiusdem nominis, quod à recentioribus vnguentis admiscetur: cuius longè maximus est prouentus, quũ cælum fulgetris coruscat. Officinæ *Champhoram* appellant.

Capidulum,Genus vestimenti quo caput tegebatur. Festus lib.3.

CAPILLATI.pen.prod.Populi inter Alpinas gẽtes.Plin.lib.3.cap.20,Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capillus Veneris {ἀδίαντον}Herba sic dicta,quòd delapsos post alopeciam capillos recreat, siue quòd capillorum fluores coercet. Plin. Adiantum,Polytrichon & Callitrichon appellat.

Capillus, capilli { θρὶξ,τρίχες,κόμη } Quasi capitis pilus:quanuis & pro omni pilo ponatur. Plinius lib.7.cap.2, Ossibus humanorum capitum bibere,cutibúsq; cum capillo pro mantilibus ante pectora vti.

¶Capillũ, neutro posuit genere Plautus Mostellaria, teste Nonio. Vide capillum satin compositum sit commodè.
Capillus in hœdis. Gel. lib. 12. c. 1. In hœdis capillũ gigni teneriorē.
Capillorum defluuium vel profluuium, appellant medici Latini eum morbum qui à Græcis alopecia dicitur, quòd eo vulpes ferè quotannis laborare soleant.
Albescens capillus. Horat. 3. Carm. ode 14.
Lenit albescens animos capillus.
Asperi. Horat. 5. Epod.
Cani capilli. Ouid. 2. de Arte amandi. & 1. Metam.
Cæruleo capillo Agathyrsi. Plin. lib. 4. cap. 12.
Compti Cic. in Pisonem, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, &c.
Coronati, Corona vincti. Ouid. epist. 20.
Demissi. Ouid. epist. 10. Id est non in nodum collecti.
Erecti. Iuuenal. sat. 11.
Exigui. Martial. lib. 12. epigr. 83.
Flaui. Ouid. epist. 12.
Flexi capilli crimen punire. Iuuenal. sat. 6.
Hirsuti. Ouid. epist. 9 de Hercule.
Capillus horrens. Pli. Iunior. epist. lib. 7. ad Suram, Mox apparebat idolum, senex macie & squallore confectus, promissa barba, horrēti capillo. Quem incomptum, & asperum, ac impexum dicit Cicero.
Horridus. Cic. pro Sestio.
Humens, Madidus. Ouid. 11. Metam.
Immissi per humerum vtrunque. Ouid. 6. Metam.
Impulsos capillos aura dat retro. Ouid. 4. Metam.
Incompti. Ouid. 9. Metam.
Incincti Philyra. Ouid. 5. Fast.
Inculti. Ouid. epist. 9.
Non venit incultis captarum more capillis.
Inflati. Ouid. 3. de Arte,
Hanc decet inflatos laxè iecisse capillos. Subaudi à ventis.
Inornati collo pendent. Ouid. 1. Metam.
Intonsi. Horat. Epod. 15.
Intonsis capillis caput iuuenile. Ouid. 1. Metam.
Intorti. Vide INTORQVEO.
Laceratis capillis crimen componere. Iuuen. sat. 6.
Longi. Vide paulo pòst, Ponere capillos.
Madidi. Ouid. 5. Metam.
Molles. Horat. de Arte poetica,
-& molles imitabitur ære capillos.
Neglecti. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Vitta coercuerat neglectos alba capillos.
Nigri. Horat. 1. epist. 7.
Nitentes malobathro. Horat. 2. Carm. ode 7.
Nitidi capilli decent aliquem. Horat. 1. epist. 14.
Odorati. Horat. 3. Carm. 10. ode.
Capillus passus. Terent. Phorm. 1. 2.
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.
Pexi capilli propter conuiuia tantum. Iuuen. sat. 11.
Positi sine lege. Ouid. epist. 21.
Positos capillos sine lege vitta coercebat. Ouid. 1. Metam.
Præcincti flore. Ouid. epist. 4.
Promissus. Liuius lib. 4. Decad. 5.
Pulli. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Purpureus Virg. 1. Georgicorum,
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Capilli rari & cedentes. Plin. Iunior, epist. 50.
Rigidi Ouid. 10 Metam.
Rudibus dare legem capillis. Seneca in Hippolyt. 3. Id est incultos & sparsos capillos comere & concinnare.
Rutili. Ouid. 2. Metamorphoseos,
At Phaeton rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in præceps.
Scissi. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Deplanxere domum scissis cum veste capillis.
Secti. Ouid. 3. Metam.
Auro similes. Ouid. 15. Metam. Id est flaui.
Electro similes, Id est flaui. Ouid. 15. Metam.
Sparsi per colla. Ouid. 3. Metamorphoseos,
-sparsos per colla capillos
Colligit in nodum.
Sparsi rore, Conspersi. Ouid. 11. Metam.
Sufflauus, In SVFFLAVVS.
Vdi. Ouid. 5. Metamorphoseos,
-vdis veniens Aurora capillis.
Virides capillos siccant natæ Doridos. Ouid. 2. Metam.
Vittati. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. Id est vitta tecti.
¶Agitat aura capillos intonsos. Horat. Epod. 15.
Comere capillos. Ouid. lib. 2. Amor. eleg. 8, ad Cypassim ancillam Corinnæ loquens.
Comantur. Ouid. 1. Metam.
Capillo conscindere mulierem. Terent. Eunuch. 4. 3.
Coronare. Horat. 2. Carm. ode 7.
Disficere capillos. Id est turbare. Ouid 11. Metam.
Ducere capillis aliquem. Tibul. 1. eleg. 6.
Germinare capillum. Vide Germino, in GERMEN.
Gerere capillos vertice. Martial. lib. 12. epigr. 7.
In capillum inuolare. Terent. Eunuch. 5. 2.
Lacerare. Ouid. 14. Metam.
Laniare. Ouid. 9. Metam.
Medicare. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. Id est Inficere seu tingere.
Olet Arabo rore capillus. Ouid. epist. 21.
Ornandis operosa capillis. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. de ancilla Corinnæ.

Pectere capillos matutinos, Id est matutino tempore. poeticum est. Ouid. de Arte, 1.
Pendent capilli. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Petere vnguibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.
Ponere. Martial. lib. 12. epigr. 18,
-rogátque longos
Læuis ponere villicus capillos.
Resecare. Ouid. 11. Metam.
Resoluta capillos. Ouid. 2. Amor. eleg. 14.
Ipsa perit, fertúrque rogo resoluta capillos. Pro resolutis capillis.
Rigent metu. Ouid 1. Fast.
Rumpere. Ouid. 10. Metam.
Siccare. Ouid. 2. Metam.
Spargere humerum capillis. Horat. 3. Carm. ode 20,
-& leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis.
Turbare. Ouid. 3. Amorum, eleg. 2.
Vincire vitta. Seneca in Med. 10.
Vngere. Horat. 1 Carm. ode 29.
Capillorum animalia. Plin. lib. 35. cap. 15.
¶Capillus, pro cæsarie. Cic. pro Sext. Rosc. Composito ac delibuto capillo passim per forum volitet.
¶Capillus, pro barba. Cic. 2. Offic. Qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum.
Capillaceus, adiectiuum (τριχώδης.) Plin. lib. 12. cap. 25. Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston.
Capillo, capillas (τριχόω) capillare. Plin. lib. 37. cap. 11, de gemmis, quæ à membris hominum cognominantur: Polytrix, inquit, in viridi capillatur. Hoc est capillos habere videtur.
Capillatus, penultima producta. (τριχωτός) adiectiuum, Qui crines longiores habet. Cicero de Lege Agrar. Non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Capillata folia sunt pino & cedro. Plin. lib. 16. cap. 24.
Capillamentum (τρίχωμα) Ipsi capitis capilli. Plin. lib. 21. cap. 6. Herba croci est folio angusto, penè in capillamenti modum.
Capillamentum, quod vulgus *falsam perruquam* vocat. Sueton. in Calig. cap. 11. Naturam tamen sæuam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animaduersionibus, pœnísque ad supplicium datorum cupidissimè interesset, & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus ambularet. Galericulum aliàs Latini dicunt, Græcè πηνίκη, vel φενάκη appellatur. Ex Budæo.
¶Alij capillamentum vocāt non quancunque appositam comam, sed prolixiorem, longiorem, similémque propè fœmineæ. Nam capillus est coma paulò lōgior, vt quũ etiam virilis promittitur. Iuuenalis, Ille capillato diffusum consule potat. Vestem igitur longam gessisse Caligulam censent, vt stolam mulier solet ad pedes demissam, ne agnosceretur, & capillamentum sumpsisse virili coma longius, similéq; muliebri, aut Maurorum & Hispanorum promissis crinibus. Cæterùm Petronius ostendit capillamentum esse adsititiam comam in viris, vt corymbion in fœminis. Nam sic de raso scribit,
Euocatúmque me non minus,
Decoro exornauit capillamento. Turnebus.
Capillamenta radicum. Plin. lib. 16. cap. 2.
Seminum. Colum. lib. 4. cap. 11.
Setarum. Plin. lib. 11. cap. 37.
¶Capillamentum in crystallo, rimæ simile, pro eo quod gemmarij sellaturam vocant, accepit Plin. lib. 37. cap. 2, teste Budæo.
Capillitium, Idem quod capillamentum (κόμη.) Sic enim à Capillo capillitium dicitur, vt à famulo famulitium, à satellite satellitium.
Capillitium flauum. Apuleius.
¶Capillitium, tij, Affectio quædam est medicæ rei peritis, videlicet quum exiguæ carunculæ, ac veluti capillamenta, & præcipuè cād da, exeunt cum vrina crassa. Quidam verò, vt narrat Cælius, corpuscula eiusmodi per vrinā tantæ longitudinis reddidit, vt nonnulla ad cubiti dimidium extenderentur. Quod quam ob causam illi sic accideret, vide apud eundem lib. 18 cap. 14.
Capillare, capillaris, pen. prod. n. g. (τριχίον) Reticulum muliebre, quo capillos inuoluunt. Martial. lib. 3,
Non erubescit murice aureo nobis
Diuidere mœchæ pauperis capillare. Cælius Rhodig. lib. 18. cap. 10, accipi putat pro vnguento ad capillos excogitato.
Capillaris, Arbor appellatur, in qua tonsum capillum adolescentes suspendebant, quando deponebant comam, deo cá sacrātes. Eadem & capillata dicebatur. Erat & in vrbe Roma arbor antiquissima, quam supra trecentos & septuaginta annos durasse compertum est, quæ Capillata appellabatur: quòd virginum Vestaliũ capillos ad eam deferre mos erat. Ex Festo. Meminit & Plin. lib. 16. cap. 44.
Capio, capis, cepi, vel cum diphthongo cæpi, captum (λαμβάνω, αἱρέω, ἁλίσκω, δέχομαι, χειρόω) capere, Notæ significationis est. Terent. Eunuch. 3. 5,
-Cape hoc flabellum.
Ab hamis capiuntur pisces. Ouid. 1. de Arte,
Hic iaculo pisces, illic capiuntur ab hamis. Capiuntur hamis, hic esset instrumentum capiendi. sed hoc loco capientem significat. Sic rectè dixeris Capiuntur ab hominibus.
Capere è. Terent. Heaut. 3. 3.
Dicam hanc esse captam è Caria.
Capere ex, aliter acceptum. Terent. Phorm. 1. 3.
-tu coniicito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia.
Ex æstu, frigore, nouitate cibi, labe corporis capi. Lucretius libro 5.
Capere sacra manu. Virgil. 2. Æneid. Addidit manu, ad maiorem expressionem.
Capere in manum. Plaut. Aulul. 4.
¶Nihil interest inter has significationes, Capio hostē, capio generū, capio

capio fatum. Duæ autem proprietates in hoc verbo notandæ sunt, Vna quòd habet reciprocum quendam vsum, vt idem sit, Cepi voluptatem,& Cepit me voluptas. Cicero, Magnam cepi ex literis tuis voluptatem. Quintil. in Apibus pauperis, Nec me tanta capiebat voluptas, quòd liceatia ceris mella conderem. Plinius Iunior ad Caluisium,lib.8, Capio aliquam voluptatem, quòd vlla voluptate nō capiar. Cepi somnum,Captus sum somno,vix dicitur,sed dici posset,vt oppressus: qui enim opprimitur somno, capitur somno. Cepi delectationem : vix vnquam,Delectatio cepit me: sed in passiuo potius,Captus sum delectatione. Et item in cæteris quæ ad delectationem pertinent, Captus sum amœnitate loci, dulcedine vocis,specie mulieris,amore pecuniarum,spe bonorum,magnitudine sublimitatéque materiæ.Ista enim omnia delectant, ideóque subintelligi solet delectatio : quale ipsum illud M.Tullij 3.Offic. Quòd insit in his aliquid probi,quòd capiat ignaros,id est delectet. Ergo probitati inest delectatio:vt sit ita exponendum,Cuius probi delectatio capiat ignaros, siue ignari capiantur delectatione. Habet (inquit Terentius Andr.1.1) Captus est. subintellige amore, siue pulchritudine fœminæ,id est delectatione. Valla lib.6.

Capi ac deliniri re aliqua. Cic. pro Cluentio, Animum adolescentis nōdum consilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri potest.

Falli, capi. Cic.4.Acad.Sapientis autem hanc censet Arcesilas vim esse maximam, Zenoni assentiens, cauere ne capiatur, ne fallatur videre.

¶Capi dicuntur virgines Vestales,Flamines Diales,Pōtifices,Augures, quum Sacerdotes creantur. Capi autem virgo propterea dici videtur,quia Pontificis maximi manu prehensa,ab eo parente,in cuius potestate est,veluti bello capta,abducitur. Gell.lib.1.cap.12.

Inter Capere & Accipere.Capere enim,inquit Vlpianus l.71.D.de verb.signif.cum affectu accipitur: Accipere verò,& si quis non accepit vt habeat. Ideóque nō videtur quis capere quod erat restituturus, sicut peruenisse propriè illud dicitur quod est remansurum.

Capere possum eam rem.Id est eius rei capax sum.Paul.in l.si fidei meæ. D.de legat.3. Si fidei meæ committatur,vt quod mihi relictum fuerit suprà quàm capere possum, alij restituam : posse me id capere constat.

Capi aliquo,id est amore alicuius capi.Ouid.epist.4.

Capi assentatione. Cic. de Amic. Vt animaduertant ne callida assentatione capiantur.

Dolis capere aliquem.Virgil.1.Æneid. Id est decipere.

Capi dolis,Decipi.Virgil.2.Æneid. Captíque dolis.

Donis.Seneca in Medea,12.

Formidine.Virgil.2.Æneidos,

-formidine captos Sternimus.

Fraude.Seneca in Medea,12.

Insidiis noctis capiere serenæ.Virgil.1.Georg. Id est decipieris.

Capi munditiis.Ouid.3.de Arte amandi,

Munditiis capimur:nec sint sine lege capilli,

Admotæ formam dántque,negántque manus.

Muneribus.Tibul.lib.1.eleg.9.

Pretio capiuntur auari. Tibul.lib.3.eleg.1.

Spe inani.Virgil.11.Æneid.

Specie.Quintil lib.2 cap.5.

¶Capere,Delectare,vel allicere.Horat.de Arte poetica,

Vt pictura,poesis erit:quæ si propius stes,

Te capiet magis,& quædam si longius abstes.

Hunc capit argenti splendor.Horat.1.Serm.satyr.4.

Ocellis aliquem capere dicitur puella.Propert.lib.1.eleg.11,

Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis

Contactum nullis antè cupidinibus.

¶Capere,pro Continere. Terent.Heaut.2.3,

Dij boni, quid turbæ? ædes nostræ vix capient, scio. Cic. 6. Verr. Tot domus locupletissimas,domus istius vna capiet?

Cælo capi. Cic. 2. Philipp. Illi eam gloriam consequuti sunt, quæ vix cælo capi posse videatur.

Amentiam eius capere non poterant ciuitas, Italia, prouincia & regna.Cic.pro Milone.

Vna domo capi. Cic.1. Offic. Sequuntur fratrum coniunctiones post consobrinorum,sobrinorúmque:qui quum vna domo iam capi non possint,in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Iram capere.Ouid.6.Metamorphoseos,

-ardet,& iram Non capit ipsa suam Progne.

Cepit te vacuum villula.Horat.1.Serm.satyr.3.

¶Capere,Recipere.Terent.Phorm.5 3,

-nam ex his prædiis talenta argenti bina

Statim capiebat. Cic.in Parad.Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia.

Moram non capit ira. Ouid.de Nuce.

¶Capere bello. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10, Simul verò semissis homo contra me arma tulit,& eum bello cepi.

Inuitè capere. Cic.Attico,lib.8.147, Inuitè cepi Capuam,non quo munus illud defugerem,sed sine causa,&c.

Ab hoste capi.Ouid.2.Trist.

Capi nocte.Ouid.3.epist.4.

Arte.Ouid.2. Amor.eleg.12.

¶Cepit eum admiratio. Liu.8.bel Pun.

Capere acrimoniam alicuius ad resistendum.Cic.2.in Verr.Quare si Glabrionis patris vim & acrimoniam ceperis ad resistendum hominibus audacissimis,&c.

Aduersarium. Cic. de Claris Oratoribus, Nimis ille quidem lentus in dicendo, & penè frigidus, sed & callidus, & in capiendo aduersario versutus.

Æquitatem rei verbi laqueo capi non oportet.Cic.pro Cecinna.

Ætatem.Colum.lib.4.cap.41,Donec vineæ iusti sint roboris,quum aliquot deinde annis quasi iuuenilem ætatem ceperint, quot palmites relinqui debeant incertum est.

Capere alimentum humoris dicitur radix.Columel.lib.2.cap.2.

Cepit me amor. Cic. 2. de Finib. Qui autem esse poteris,nisi te amor ipse ceperit?

Angorem pro amico. Cic. de Amic. Angor iste qui pro amico sæpe capiendus est.

Animum patrium. Cic. 3. Philip. Aliquando per deos immortales p.c.patrium animum virtutémque capiamus.

Animos alicuius. In ANIMVS.

Animo aliquid. Lucan.lib.1.

Annus alter ab vndecimo ceperat me. Virgil.eclog.8.

Arbitrum. Terent.Heaut.3.1,

Vicini nostri hic ambigunt de finibus:

Me cepere arbitrum.

Arma. Cic. 7. Verr. Arma capiunt, totum forum atque insulam, quæ est vrbis maior pars,complent.

Capere arma,aliter.Cæsar, Hortatur vt communis libertatis causa arma capiant. Hoc est bellum suscipiant.

Arma contra patriam.Cic.ad Brutum,epist.3.

Augurium. In AVGVRIVM.

Aures. Cic. in Orat. Nimis enim insidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur.

Bellum. Sallust. Rursus tamen bellum cepi.

Capere bonum cibo, potione,aurium delectatione. Cic.2.de Fin.

Calamitatem. Cic. 1. de Diuinat. Ob eam causam Rom.pop.calamitatem maximam cepisse.

Causam. Terent.And.1.3,

Si senserit,perij.aut si libitum fuerit,causam ceperit:

Quo iure,quáque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.

Cibum. Terent.Eunuch.2.3,

Cibum nonnunquam capiet cum ea.

Capere cibum digitis alienis dicitur qui manibus est impotens. Iuuenal.satyr.10.

Commodum ex re aliqua. Terent.Eunuch.3.5,

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

Conditionem.Plaut.Stich.3.

In conditionem parem. Cæsar 1.bel. Gal. Eósque postea in parem iuris,libertatísque conditionem atque ipsi erant,ceperunt.

Coniecturam an. Cic.1. de Diuinat. Vt enim Ceos accepimus ortum caniculæ diligenter quotannis solere seruare, coniecturámque capere, vt scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit.

Coniectura capitur ex eo vt inueniatur.Plin.lib.33.cap.4.

Coniecturam capere, & signum sumere ex re aliqua. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habent,& quum illos germinauerint : ex apibus coniecturam capiunt,si intus faciant bombum.

Coniecturam de.Cic.pro Murena,Atque huiusce rei coniecturam de tuo ipsius studio Serui facillime ceperis.

Coniecturam ex.Cæsar 7.bel.Gal. Terentius,

Quantum ex ipsa re coniecturam capimus.

Consilium.Cæsar 4.bel.Gal.Infirmitatem Gallorum veritus,quòd sunt in consiliis capiundis mobiles.

Consilium de sententia alicuius.Cic.3.ad Attic.41.

Consilium pro tempore & pro re.Cæsar 5.bel.Gal.

Consilium sibi. Cæsar 1.bel.Ciuil. Si id non fecisset,sibi consilium capturos.

Consilium agendi,& non agendi.Cic.4.Acad. Huiusmodi igitur visis consilia capiet & agendi, & non agendi. Belli renouandi, Cæsar 3.bel.Gal.

Corde consilium.Plaut.Merc.7, -nec quid corde nunc

Consilij capere possim,scio.

Consuetudinem & exercitationem.Cic.1.Offic.Hæc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus.

Consulatum. Cic.in Pisonem, Magnificentius est dicere,quemadmodum gesserimus Consulatum, quàm quemadmodum acceperimus.

Coronam cum laude.Lucret.lib.6.

Cepit cura animum.Liu.7.bel.Pun.Is vt animum eius cura sacrorum & cæremoniarum cepit,ita repentè,&c.

Dementia animum.Virgil.lib.5.Æneid.

Dementia incautum.Virgil.lib.4.Georg.

Capere desiderium ex aliquo.Cic.de Senect. Terent.Hecyr.1.2,

Ædepol te desiderium Athenarum arbitror

Philotion cepisse sæpe.

Detrimentum vel damnum. Cic.in Catil.Nequid Resp.detrimēti caperet.

Detrimentum in re aliqua Colum.lib.1.cap.8.

Dicta capere alicuius,Audire verba.Virgil.6.Æneid.

Dilationem. Paul.in l.interdum.D. de verb.oblig. Interdum pura stipulatio ex re ipsa dilationem capit.

Disciplinam ex re aliqua.Plin.in Paneg.

Documentum.Cic.11.Philip.

Dolorem ex aliquo.Terent.And.4.3.

Dolorem corde.Plaut.Trucul.9. Animo. Cic. de Claris Orat. Opinione omnium maiorem animo cepi dolorem.

Dona.Virgil.3.Æneid.

Duces belli. Cic.3.Catil.Nunc quoniam,Quirites,sceleratissimi, periculosissimique belli nefarios duces captos iam, & comprehensos tenetis,&c.

Capere exemplum de aliquo.Terent.And.4.1,

Quid istuc tam mirum est,si de te exemplum capit? Vbi Donatus, De te exemplum capit. Vtrum,si te imitatur:an si de te exigit pœnas? vt ipse alibi, Vterque exempla in te edent. Sed melius,te imitatur, accipimus.

Exemplum ex re aliqua. Cic.de Amic.Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis.
Exemplum in re aliqua.Colum.lib.4.cap.1.
Exordium à re aliqua. Cic. 1. de Legib.A quibus temporibus scribendi capiatur exordium.
Experimentum.Plin.lib.13.cap.2.
Finem capit discordia. Virgil.10.Æneid.
Fluctus irarum non capere in pectore.Lucret.lib.3.
Formam alicuius.Plaut.Amph.4. Cic.eodem modo Capere personam dicit.
Fructum.Terent.Eunuch.3.1,
-metuet semper,quem ipsa nunc capit Fructum,&c.
Fructum alicuius rei. Cic.de Senect. Honestè acta superior ætas fructus capit authoritatis extremos.
Fructum amoris.Lucan.lib.7.
Fructum ex re aliqua.Cic.2.de Diuinat. Equidem ex his etiam fructũ capio laboris mei,qui iam prouecti,in nostris libris acquiescunt. Idem Attic. lib.1,Cui quum æqui fuissemus,tamen multo maiorem fructũ ex populi existimatione illo dãnato cepimus,quàm ex ipsius, si absolutus esset,gratia cepissemus.
Fugam. Cæsar 7.bel. Gall. Precibus petierunt ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent,quos ad capiendam fugam natura & virium infirmitas impediret.
Gaudium. Plin.Iunior,epist.97.lib.6,Quod gaudium,vt perpetuò capiam,deos oro.
Gaudium ex re aliqua. Liu. 7. bel. Pun. Aut ex ciuibus victis gaudium meritum certè,& si non honestum,capiam.
Gaudium animi. Liu.7.bel.Pun.
Generum. Id est eligere,authore Donato. Terent.Eunuch.4.1,
Quum illum generum cepimus.
Gestum,vultúmque nouum. Terent.Phorm.5.7,
Nunc gestus mihi vultúsque est capiendus nouus.
Gloriam ob amicitiam seruatam. Id est laudari. Cic. 1. de Amicit. Nónne facile ei erit, qui ob eam summa fide, constantia, iustitiáque seruatam,maximam ceperit gloriam?
Gratiam capere dicitur animus. Cic. Curioni,lib.2.5,Quum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando, cumulandóque illustrare posset.
Capere populi suffragio honorem.Plaut.Bacchid.8,
Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quàm magistri desinebat dicto esse obediens.
Honores primos capere.Ouid.4 Trist.eleg.9,
Cepimus & teneræ primos ætatis honores.
Incommodum. Cic. 5.Verr. Etenim non modò incommodi nihil ceperunt,sed etiam,&c.
Incrementum. Columel.lib.2.cap.10,Prius quàm luna incrementum capiat.
Inimicos omnes homines, Vulgus *Ponere se in mala gratia* dicit. Terent Andr.4.2,
Per omnes tibi adiuro deos,nunquam eam me deserturum:
Non,si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.
Inimicitias in se ob aliquem. Terent.Phorm 2 3,
Nam ni ita eum existimassem,nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.
Initium à re aliqua. Cæsar, Initium capit à flumine Rhodano. Item apud Quintil.lib.10.
Initium capere ex arte solent,qui priora omiserunt. Quintil.libro 2.capite 11.
Insulam.Cæsar bel.Gal.lib.4,Neque longius prosequi potuerunt, quòd equites cursum tenere atque insulam capere non potuerunt. De Britannorum fuga loquitur.
Intellectum rei. Caius in l.excipiuntur.D. ad Senatusc.Sylla. Qui verò ministri, vel participes cædis fuissent, & eius ætatis vt rei intellectum capere possent:his non magis in cæde domini,quàm in nulla alia causa parci oportere.
Inuidiam apud aliquos, aut iram militum. Liu. 5. ab Vrbe, Ne quam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ, aut inuidiam apud patres ex prodiga largitione caperet, literas ad Senatum misit.
Iudicem. Liu.3.ab Vrbe,Multis inuicè cladibus fessi,iudicem pop. Romanum cepere.
Iudicem de re aliqua.Plaut.Merc.15,
De istac sum iudex captus.
Capere laborem.Cic.pro Rosc.Comœdo,Non fuit causa cur tantum laborem caperes,& ad me venires.
Laborem ob. Plaut. Trinum.15,
Quanquam labores multos ob rem eum ego cepisse censeo. Terentius Andr.5.2,
Tantum laborem capere ob talem filium?
Laborem inanem. Terent.Hecyr.3.2.
Laborem animo.Plaut.Trinum.5.
Lætitiam ex re aliqua. Cicero ad Atticum, lib.4, Ad summam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius aduentu cumulus accedit.
Lætitiam oculis.Cic.ad Attic.lib.14,Præter lætitiam quam ex oculis cepi iusto interitu tyranni.
Laudem.Terent.Eunuch.5.4,
Quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno.
Laudem ex re aliqua. Cic. 1. Offic. Nostri autem magistratus imperatorésque ex hac vna re maximam laudem capere studebant.
Legatum capere.Iuuenal.satyr.9.
Oculis locum capere.Virgil.2.Georg. Id est eligere. Seruius.
Loca. Cæsar 3.bel.Gall. Ii consuetudine Pop. Rom. loca capere, castra munire, commeatibus nostros excludere instituunt. Cic.2.de Orat.Non fugiendi hostis,sed capiendi loci causa cessisse videar.

Cepit luctus ciuitatem. Liuius 5.bel.Pun. Ingens quidem & luctus & pauor ciuitatem cepit.
Cepit ea luxuria præfectos. Liu.6.bel.Maced. Eadem omnes præfectos regis cepit luxuria.
Tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum. Terentius Andr.1.2.
Magistratum, id est adipisci. Cic. pro lege Manil. Quid tam singulare, quàm vt ex senatusconsulto legibus solutus Consul antè fieret,quàm vllum alium magistratum per leges capere licuisset?
Magnitudinem mensarum,non capit bruscum.Plin.lib.16 cap.16, Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Id est,si tam magnum esset lignum vt ex eo fieri possent mẽsæ.
Maturitatem. Columel.lib.4.cap.13, Quum tamen æquinoctiales pluuiæ præcesserint, & sarmenta iustam maturitatem ceperint. Hoc est matura fuerint.
Mente. Liu. 7. bel. Pun.Et primò magis auribus,quàm animis id acceptum erat,vt maius,lętiúsque,quàm quod mẽte capere,aut satis credere possent.
Metum. Liu.3.bel.Maced. Id ægrè & in præsentia hi passi,& in futurum etiam metum ceperunt. Id est ceperunt timere in futurum.
Miseriam,cui Capere voluptates opponitur. Terent. Adelph.5.4,
-miseriam omnem ego capio,hic potitur gaudia.
Misericordiam.Cic.pro Quintio,Vt aliquando misericordiam caperet aliquam.
Moderamina.Ouid.3.Metam. Intelligit gubernaculi moderamen hoc loco.
Modum. Plaut. Aulul. 15, Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.
Mortem.Cic. Anteq.iret in exil.Neque enim mors miseranda est, quæ ob Remp.capitur.
Nomen ex re aliqua. Cæsar 1.bel.Gal.Ex calamitate pop. Rom.& internecione exercitus nomen caperet. Id est denominaretur.
Noxam.Colum.lib.11.cap.1.
Obliuionem. Plin.lib.7. cap.24, Ex præalto tecto lapsus, matris & affinium,propinquorúmque cepit obliuionem.
Obliuia nostri te ceperunt.Ouid.1.Trist.eleg.7.
Cepit animos eorum,vel pectora obliuio. Liu.7.bel.Pun.
Odium alicuius.Terent. Hecyr.2.1,
Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam.
Odorem. Plinius libro 13. capite 1, Rursus refrigeratum odorem suum capit.
Officium alicuius.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.
Omen.Cic.1.de Diuinat. Exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa.
Opinionem virtutis.Cæsar 8.bel.Gal. Collatione reliquarum nõdum eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem.
Oppida. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10, Sex oppida vi oppugnando cepi.
Pallorem.Colum.lib.12.cap.50.
Cepit ciuitatem pauor. Liu.5.bel.Pun. Ingens quidem & luctus & pauor ciuitatem cepit.
Pecuniam: vbi agitur de rapina. Cic.3.Verr. His ego iudiciis non probabo C.Verrem contra leges pecunias cepisse.
Pecuniam ob rem iudicandam.Cic.2.de Fin.Qui quũ Prætor,Ac. ita apertè cepit pecunias ob rem iudicandam,vt,&c.
Pignus.Plaut.Amph.3.
Pignora,vel auferre pignora,Est quod nunc dicimus *Capsionem bonorum*. Budæus.
Pignori rem aliquam. Vlpian.in l.A diuo Pio.D.de re iudic.
Pœnam de aliquo.Liu.2.ab Vrbe. Vide POENA.
Pœnas criminis.Lucan.lib.2.
Portum.Cæsar bel.Gal.lib.4.non ita procul à fine.
Prædam de prædonibus.Plaut.Trucul.4.
Præmia.Virgil.5.Æneidos,
Et fors æquatis cepissent præmia rostris.
Præmia ab aliquo.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Præsagia. Plinius libro 18. capite 35, Primúmque à sole capiemus præsagia.
Primordia à re aliqua. Cic. 3. de Legibus, Quia nunc itidem ab eodem, & à cæteris diis immortalibus sunt nobis agendi capienda primordia.
Prouinciam.Terent.Phorm.1.2, -ò Geta prouinciam
Cepisti duram.
Pugnas.Stat.1.Sylu. Significat pugnare.
Quietem. Cic.ad Attic. lib.9. 181, Et tamen omnis spes salutis in illis est,& ego excubo animo,nec partem vllam capio quietis.
Radicem. Plin. lib. 17. cap. 17, Quum pali defixi radices cepissent. Hoc est radicassent.
Rationem,Inuenire modum.Terent.Heaut.5.2.
Rationem,aliter. Terent.Heaut.5.2,
Nec rationem capio, nisi quòd tibi ex animo bene volo. Id est ignoro causam.
Rationem oculis.Plaut.Pseud.9.
Cepit quosdam religio. Liu. 8. bel. Pun. Quosdam etiam religio ceperat,vlterius quicquam eo die conandi.
Rimam fissurámque non capit cedrus.Plin.lib.19.cap.40.
Robur.Plin.lib.17.cap.17,Donec robur planta capiat.
Satietatem.Plaut.Amphit.5.5.
Cepit eum satietas huius rei. Terent.Eunuch.3.1,
-tum sicubi eum satietas
Hominum,aut negoti siquando odium ceperat.
Sedem.Liu.8.bel.Maced.
Socium consiliis.Virg.5.Æneid.
Somnum.Cic.4.Tuscul. Noctu ambulabat in publico Themistocles,quòd somnum capere non posset.
Sonitum non posse capere auribus. Cic.de Somnio Scip. Hic verò tantus

tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint.

Specimen. Cic.1.Tuscul. Num dubitas quin specimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?

Spem. Colum.lib.3.cap.9, Ita feracissimarum aminearum seminibus electis, largæ vindemiæ spem capiamus.

Spolia è laude alicuius. Cic.2. Tusculanarum,

Nec quisquam è nostris spolia cepit laudibus. Versus ex Sophocle.

Stipendium. Cæsar 1.bel.Gall. Sedes habere in Gallia ab ipsis concessas: obsides ipsorum voluntate datos: stipendium capere iure belli.

Cepit eum tædium belli. Liu.8.ab Vrbe.

Tædia laudis te capiunt. Virgil.4 Georg.

Tempus, pro obseruare. Cic.ad Brutum, lib.11, Et commodè tempus ad te cepi adeundi.

Terram, pro eligere terram. Virgil.1.Æneid.

Terror cepit eum. Liu.1.bel.Maced.

Timorem pro aliquo. Virgil.Æneid.6, -maria aspera iuro Non vllum pro me tantum cepisse timorem.

Vectigal ex agro aliquo. Liu.8.bel.Pun.

Verecundia eum cepit. Liu.4.bel.Pun. Quum iam res prosperæ in Hispania essent, verecundia Romanos tandem cepit.

Versoriam, Mutare consilium. Plaut. Trinum.14.

Vetustatem. Colum.lib.4.cap.1.

Viam animo. Liu.2.bel.Pun.

Vires. Plin.lib.17.c.21, Postea fistula fracta, radix liberè capit vires.

Virtutem animo, & corde expellere desidiam. Plaut. Trinum.10.

Vitium. Colum.lib.3.cap.18, Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & recuruata, quum deponeretur ceperat vitium.

Voluptatem. Cic. 7. Verr. Tametsi mihi iucundissimus est honos populi, tamen non tantum capio voluptatis, &c.

Voluptatem malis alienis. Cic.4.Tuscul.

Voluptatem animo. Cic.pro Plancio.

Voluptatem ex abitu alterius. Plaut. Amph.8.

Voluptatem cum aliquo. Plaut. Amph 3.

Voluptas mihi capitur. Voluptatē capio. Ouid.4.de Ponto, eleg.9.

¶Capere vsu, Vsu capere, Capere vtilitatis causa, Diutius possidendo capere, Diutina possessione capere, Longa possessione capere, Longo tempore capere, Per longum tempus capere. Vide Vsucapio, vsucapis, in VTOR.

Vsuram corporis alterius vxoris, pro adulterum esse. Plautus Amphit.3.

Vtilitates ex amicitia. Cic.de Amic.

Capere vultum & gestum. Terent. Phorm.5,

Nunc gestus mihi, vultusque est capiundus nouus.

¶Capsis, Præteritum antiquū pro Ceperis. Cic.lib.2.de Leg. Sacrū sacróve commendatum si quis clepsit capsitve, parricida esto. Pro rapuerit, & clepserit. Et Catullus, Nefaria scripta Sexti recepso, pro recepero dixit. Cicero tamen alio loco capsis, è tribus conflatum credidit. Sic enim scribit in orat. ad Brut. Iam in vno capsis tria verba sunt. Ea esse suspicor cape, si, vis. Verùm id parum fit verisimile tria verba in duas contisse syllabas, & potius est, vt præteritū sit quemadmodum superiora. Ex Turnebo.

Capiendus. Virgil.4 Georgicorum,

Hic tibi nate prius vinclis capiendus. De Proteo.

Captus {ληφθείς} Participium. vt, Interclusus & captus. Cicero Attico, libro 10.

Capti conatus frustra. Liu.3.ab Vrbe.

Vi & armis. Claudian.lib.4.Paneg.

Agri de hostibus. Cic.pro Domo sua.

Arx, Expugnata. Ouid.de Nuce.

Locus. Ouid.1.de Arte amandi,

Permanet, & capto stat grauis ille loco.

Mentes. Ouid.4.Metam.

Oppida. Propert.lib.3.eleg.4.

Pectus. Ouid.1.de Remed.amor.

Tempus ad aliquam rem. Liu.3.bel.Maced.

¶Captus est: Subaudi amore. Terent. And.1.1,

Egomet continuò mecum, certè captus est. Vbi Donatus, Captus est, Tenetur. Ex translatione ferarum atque venatus.

Amore. Cic.pro Cluentio. Virgil.6.ecloga,

-hæc quoque siquis Captus amore leget. Seruius interpretatur, Siquis legere ista fuerit dignatus: Aut, vt ego interpretor, Si quis amabit legere mea carmina. Sic vtitur 3.quoque Georg.

Auro. Horat.2.Carm.ode 18.

Carmine, Delectatus. Virgil.4.Georg.

Turpi cupidine. Virgil.4.Æneid.

Diuitiis, Diuitiarum amore victus. Tibul.lib.1.eleg.9.

Dulcedine pecuniæ. Matius ad Cic.lib.11.28.

Dulcedine vocis. Ouid.1.Metam.

Forma viri Ouid.10.Metam. Forma, ob formam.

Fulgore aulæ. Seneca in Octau. Id est regni.

Insidiis puella Ouid.epist.19.

Somnus. Horat.4.Carm 1.ode.

Splendore nominis. Cic.1.de Finib.

Quadam superstitione animi. Liu.6.bel.Pun.

Verbis capta puella. Ouid.1.de Arte.

Capti voluptate imperiti, facilè iis quibus delectantur, consentiunt. Quintil.lib.5.cap.11.

Captus & fraudatus. Cic.9.Offic.

¶Animo captus, Insanus. Seneca in Herc.furente, 1.

Auribus & oculis. Cic.5.Tuscul. Congerantur in vnum omnia, vt idem oculis & auribus captus sit. Hoc est visu & auditu priuatus.

Captus corde amans, Id est parum cordatus, vel insanus. Plautus Trinum. 10. Nisi potius exanguem & penè demortuum intelligamus, quòd qui amant, cibum & potum fastidiant, vitalem autem facultatem in corde residere certum est.

Errore. Cic.11. Philip. Quod subitò suscepit eodem captus errore quo nos. Id est deceptus.

Fraude. Seneca in Agamemn.7.

Furore, Est qui furit. Liu.4.bel.Pun.

Captus membris dicitur qui officio mēbrorum priuatus est. Cic. pro Rabirio, Confectus senectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis.

Mente, Qui non est sanæ mentis. Cic.1.Offic. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse.

Captus oculis à Cicerone dicitur 6.Verr. de eo qui visam rem cōcupiscit, Tametsi (inquit) ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam sceleratam ac tam nefariam decidisti. Nam id concupisti quod nunquam videras, &c. auribus tu tantam cupiditatem concepisti, vt eam non metus, &c.

Talpæ capti oculis. Virgil.1.Georg. Hoc est oculis debiles. Quom enim talpæ cæci nascantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Seruius.

Captus, huius captus, masc.gen. {κατάληψις} Terent. Adelph.3.4, Præterea vt captus est seruulorū, nō malus. Vbi Donatus, An quantum capit animus seruilis, tantum nō malus, neque iners Geta? An, vt captus est seruulorum, quemadmodum sæpe aucupium in seruis habendis bonum euenit? vt in captu auium, vel piscium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia seruum euenire bonum, non ratio est, aut natura, sed casus est: vtpote in re rarissima. Vt sit, vt captus est seruulorum, id est euentus est in seruis. VT CAPTVS, &c. Id est, Vt se habet cōditio seruorum. Afranius in Simulante, Is, vt seruorum captus est, facillimè domo atque no[illegible] nulla prouenditur. Ergo CAPTVS, sortem intelligo. Hactenus Donatus. Cic.2.Tuscul. Græci autem homines non satis animosi, sed prudentes, vt est captus hominum, satis hostem aspicere non possunt.

¶Captus, Aliter. Plin.lib.24.cap.10, Hos cuiuscūque generis trium digitorū captu, dysentericos & aluum citam emendat, in vino austero, bis die potus. Trium digitorum captum vocat, quātum tribus digitis capi potest.

¶Captus, pro captura, seu captione. Pompon.in l. Nec emptio D. de contrah.empt. Quum captus piscium vel auium emeretur.

Capturus, penult.prod. {ληψόμενος} Participium futurum. Cic. de Amic. Eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos.

Captura, capturæ. pen.prod. {ἄγρα} Idem quod captio. Plin. lib. 19.cap. 1, Ad piscium & alitum capturam. Sic, Capturæ interesse: vide INTERSVM.

¶Captura, pro re capta. Plin.lib.10.cap.40, Platea capita caprarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat.

¶Captura, pro quæstículo, inquit Budæus. Sueton. in Caligula, cap.40, Ex gerulorū diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostitutarum quantum quæque vno concubitu mereret.

¶Captura, pro præda. Plin.lib.11.cap.24, Quum verò captura incidit, quàm vigilans & paratus ad cursum! De araneo venante.

Capio, capionis. Vide Vsucapio, in VTOR.

¶Capio, pro Captio dicitur æquè in his duobus vocabulis, Vsucapio & Pignoriscapio. Gell.lib.7.cap.10.

Captio {ἡ λῆψις} aliud verbale, Ipse actus capiendi: vt, Honorum captio, quæ & captatio dicitur.

¶Captio {παραλογισμός, σόφισμα} Deceptio. Plaut. Epid.5. Verùm si plus dederis, referam. nulla in ea re captio est.

Captiones dialecticæ. Cic.2.de Finib.

Præstigiæ & captiones. Cic.4.Acad. Maiore quadam opus est vel arte vel diligentia, ne ab iis quæ clara sunt ipsa per se, quasi præstigiis quibusdam & captionibus depellamur.

Captio in verbis. Cic.de Claris Orat. Quāta esset in verbis captio, cùm in cæteris rebus, tum in testamentis, si negligerētur voluntates?

Explicare. Cic.2.de Diuinat.

Captiones habet hæc sententia. Cic.in Partit.

Inducere se in captiones. Cic.2.de Diuinat. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis?

Refellere captiones. Cic.de Fato, Omnes igitur huiusmodi captiones eodem modo refelluntur.

¶Captio, pro Incommodo siue damno. Caius in l. sed si quis. D. quemad. testam. aper. Sæpe cum magna captione à rebus nostris auocamur.

Captiuncula, pen.corr. {σόφισμα} diminutiuum. Cic.ad Atticum, lib.15. epist. 7, Seruius verò pacificator cum libeiolo suo vidētur obiisse legationem, & omnes captiunculas pertimescere.

Captiosus, pen.prod. {σοφιστικός, παραλογιστικός} Adiectiuum, Captionibus siue deceptionibus plenus. Cic. pro Q. Roscio, Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.

O societatem captiosam & indignam, vbi alter HS IↃↃↃ, alter CCIↃↃↃ quod sit in societatem afferat! Cic.pro Rosc.Comœdo.

Captiosa probabilitas te fallit. Cic.3.de Finib.

Captiosissimum genus interrogationis. Cic.4.Acad.

Fallax & captiosa interrogatio. Cic.4.Acad.

Captiosa soluere. Cic.1.de Finib.

¶Captiosum, pro damnoso. Cic. de Claris Orat. Captiosum esse populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quæri voluntates. Vlpian.in l.si cum. D. Quod metus causa. §.5, Ne metus quem passus sum, mihi captiosus sit.

Captiosè, aduerbium {σοφιστικῶς} Cic.4.Acad. Sic me, inquit, antè sustineo, nec diutius captiosè interroganti respondeo.

Captiuus, pen.prod. {αἰχμάλωτος, δοριάλωτος} Adiectiuum, dicitur vinctus: quòd non sui iuris sit, sed in potestatem alterius redactus. Cicero 3. Tuscul. Nec si aliquot annis post idem ille liber captiuis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus.

Captiuus, absolutè. Virgil 9.Æneidos,

-captiuósque dabit, suáque omnibus arma.

Captiui & deditit j Cic.ad Brutum,3.

Frugi & diligentes.Cic.8.Philip.Diutius seruitutem perpessi,quàm captiui frugi & diligentes solent.

Reddere captiuos. Cic.1.Offic.Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa præclara,&c.

Tristis.Iuuenal.satyr.10.

Armenta.Claudian.1.in Eutrop.

Dare captiua brachia vinculis.Seneca in Herc.OEtheo,2.

Ister captiuus.Martial.lib.7.epig.79.

Mens.Ouid.1.Amor.eleg.2,
Et noua captiua vincula mente feram.

Miles.Claudian.2.in Eutrop.

Pisces.Ouid.13 Metam.

Res,Ab hostibus captæ dicuntur.Plin.Natur.histor.lib.33 cap.1.

Captiuus sanguis,pro captiuorum.Virgil.10.Æneidos,
Captiuóque rogi perfundat sanguine flāmas. ¶ Et ciuitatem captiuam dicit Cicero,quæ nefariorum & sceleratorum coniurationibus subdita est.

Captiua sitis,pro captiuorum.Martial.lib.11.epig.97,
-non debet summoto ciue ministro
Captiuam victrix vnda leuare sitim.

Vestis captiua.Virgil.2.Æneid. Pro captiuorum,captiua ponitur: & est nota loquutio. Seruius.

¶ Captiuum,aut captiuam ducere alicui.Claud.2.de rapt.Proserp.
Infelix Stygio ducor captiua Tyranno.

Ducere aliquem in triumpho.Cic.Vatinio,lib.5.12.

Redimere ab hostibus.Author ad Herennium,lib.3.

Necare.Cic.3.de Nat.deor.

Captiuitas,pen.corr.captiuitatis {[illegible]} Ipsa vendicatio. Tacitus, Quocunque oculos Romanus intenderet,captiuitatem cladémque, & dira omnia obuersari.

Capto, captas {[illegible]} captare, Frequētatiuum. Ouid.8.Metamorphoseos, -modò quas vaga mouerat aura,
Captabat plumas,flauam modò pollice ceram Mollibat.

Colla captare lacertis.Ouid.Epist.8.

Fontem captare manu nuda,Haurire. Seneca in Hippol.4.

Aduentum alicuius. Plancus Ciceroni,lib.10.23,Lepidus desperato aduentu meo , quem non mediocriter captabat , se cum Antonio coniunxit ad IIII Cal.Iun.

Aera auribus.Virgil.3.Æneidos,
Explorat ventos,atque auribus aera captat. Naturale enim est , vt à qua parte flaturus est ventus , ad eam auris admota frigidior fiat. Seruius.

Assensionem. Cic.1.de Inuent. Inductio,oratio est quæ rebus non dubiis captat assensionem eius qui,&c.

Auram libertatis.Liu.3 ab Vrbe.

Auras naribus.Virgil.1.Georg.

Auras captare dicuntur venatici canes , quum odorando vestigia sequuntur ferarum.Seneca in Hippol.1,
Nunc dimissi nare sagaci Captent auras.

Basia.Martial.lib.1.

Beneuolentiam.Cic.1.de Inuent.

Cœnam.Martial.lib.7.

Commodum.Callistr.in l.item.D.ex quib.caus.maior.

Compendium. Tranquillus,Ex senio mortem,ex morte compendium captantes.

Consilium.Terent.And.2.4.

Dominationem.Tacit.lib.4,Quo facinore dominationem captauerit,expediam.

Fauorem ex præstantia animi.Quintil.lib.6.cap.1.

Feras laqueis.Virgil.1.Georg.

Frigus inter flumina & fontes.Virg.1.ecloga.

Captatur gloria.Ouid.5.Trist.eleg.1.

Gratiam.Plin.Iunior,in Paneg.

Hæreditatem.Vlp.in l.1.in princ.D.si quis aliq.testar.prohib.

Impunitatem sibi. Vlp.in l.1.§.cū quis latrones. D.de quæstionib.

Misericordiam.Cic.2.Philipp.

Mores nouos.Plaut.Trinum.4.

Muscas,pro venari,insidiari. Tranquill.in Domitiano, Quotidie secretum sibi horariū sumere solebat : nec quicquam amplius quàm muscas captare,ac stylo præacuto configere

Nomen. Cic.ad Brutum, libro 11, Progressus sum in Alpinos cum exercitu,non tam nomen imperatorium captans,quàm cupiens militibus satisfacere.

Nubes & inania captare.Horat.in Arte,
Aut dum vitat humum , nubes & inania captet. Id est ad cælum euolet. Hoc est,nimis ardua & sublimia moliatur.

Obsonia captare.Horat.2.Serm.satyr.7,
Quæ paruo sumi nequeunt,obsonia captas.

Occasionem. Cic.de Arusp.resp. Dissident principes, captatur occasio: qui non tantum opibus valent , nescio quam fortunam tamen ac tempus expectant.

Occasiones maiorum operum captare dicuntur phrenetici quidam,qui & si desipiunt , summam tamen speciem sanitatis præbent, dum ea moliuntur,quæ à sanæ mentis homine aliena non sint. Cels. lib. 3. cap. 18, De phreneticis. Atque ex his ipsis alij nihil nisi impetu peccant, alij etiam artes adhibent, summámque speciem sanitatis in captandis maiorum operum occasionibus præbent,sed exitu deprehenduntur.

Pisces arundine.Ouid.8.Metam.

Plausus. Cic.in Pisonem,Inania sunt ista,mihi crede,delectamēta penè puerorum:captare plausus,vehi per vrbem,conspici velle.

Puellas captare.Ouid.1.de Arte,
Nec teneras tutum est semper captare puellas.

Risus.Cic.2.Tusc.Epicurus verò ea dicit,vt mihi quidem risus captare videatur.

Sermonem alicuius.Terent.Phorm.5.6.
-aurem admoui:ita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans.

Solitudines.Cic.3. Tuscul.Ex hoc euenit,vt in animi doloribus alij solitudines captent,vt ait Homerus de Bellerophonte,&c.

Somnos,Dormire. Colum.lib.7.cap.10,Productúmque in pascua medio campo procumbat, & quodam viterno pressum,somnos æstiuo sole captet.

Sonitum aure admota. Liu.lib.8. bel. Maced Silentio facto pluribus locis aure admota sonitum fodientium captabant.

Suffragia captare populi.Horat.2.Epist.2.

Tēpestates. Liu.5.ab Vrbe, Adeóne effœminata corpora militum nostrorum esse putamus, &c. vt tanquam nauale bellum tempestatibus captandis,& obseruando tempore anni gerant?

Tempus. Liu.6.bel.Pun.Vt inde tempore captato abirent.

Temporum momenta captare. Tranquillus in Vespasiano, capite 21, Nec vllo tempore facilior , aut indulgentior traditur, eáque momenta domestici ad aliquid petendum magnopere captabant.

Trigonem captare dextra læuáque.Martial.lib.12.epig.83.

Vmbras arborum,fonticulorum amœnitatem,vel auræ refrigerationem.Colum.lib.1.cap.11.

Voces auribus.Curt.lib.10.

Voluntates hominum.Cic.2 de Orat. Legitur & Excipere.

Voluptatem. Cic.1.de Finib.Vt nō modò nullam captet,sed etiam prætereat omnes voluptates.

Captare voluptatem ex aliqua re.Plin.lib.8.epist.8.

¶ Captare aliquem , id est tentare & conari vt aliquem vel decipiamus,vel illectamentis pertrahamus ad nos:Insidiari. Terentius, Hecyr.1.1.
Iniurium est autem vlcisci aduersarios?
Aut qua via captent te illi,eâdem ipsos cap.? Martial.lib.9.epig.90,
Dum me captares,mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil.

Doctè atque astutè aliquem.Plaut.Mostel.15.

Captare aliquem emolumento aliquo. Cic. 2. de Inuent. Nam est quiddam quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo , sed trahens sua dignitate : quod genus , virtus , scientia, veritas est.

¶ Captare, absolutè, pro Diuitiis inhiare, sedulóque curare vt eas ad nos vndecunque pertrahamus.Martial.lib.12.epig.10,
Africanus habet millies,tamen captat.
Fortuna multis dat nimis,satis nulli.

¶ Captare, Iurisconsultis venari, & aucupari lucrum. Vlp. l.1.D.si quis aliq. testar. prohib. Iustinian. §. manet. Instit.de societat.Vide Ant.August lib.3.Emendat.cap.15.

Captans,captantis {[illegible]} Participium. vt, Collum captātia brachia. Ouid.3.Metam.

Tempus captatum.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.

Captatio,verbale {[illegible]} Est venatio,& veluti honorum captio,quam prehēsionem Cicero vocat.Plin.lib.20.cap.14.Vindicem adsertorem illum à Nerone libertatis,captatione testamenti sic lenocinatum.

Captatio verborum.Cic.in Partit.

Captatio geminata. Quintil.lib.5.cap.13.

Captator, penult.prod. {[illegible]} Qui venatur & ambit aliquid quoquo modo. vt,Captator auræ popularis. Liu.3.ab Vrbe,Adeoque nouum sibi ingenium induerat, vt plebicola repentè, omnísque auræ popularis captator,&c.

¶ Captator, pro hæredipeta & inescatore senum orborum,quibus blanditur vt sibi hæreditas aut quiduis aliud relinquatur. Iuuenal. satyra 10,
Vsque adeò grauis vxori,natísque,sibíque,
Vt captatori moueat fastidia Cosso.

Captatorius {[illegible]} adiectiuum. vt,Captatoriæ scripturæ,& captatoriæ institutiones , id est adulatoriæ , vt interpretantur Papinianus & Caius Iurisconsulti.

¶ Captatoria institutio dicitur,quæ mutuæ institutionis captandæ & quasi aucupandæ facta est , cuiusmodi est in l. 20. in fine. D. de condition.instit.Titius si me hæredem instituet,hæres esto. Aut hæc, Qua ex parte me Titius hæredem scriptum in tabulis suis recitauerit , ex ea parte hæres esto. l.1.D.de his quæ pro non script. Quare si de institutione iam facta testator loquatur, nō erit captatoria: veluti si dicat, Qua ex parte Titius me hæredem instituit , ex ea parte Mæuius hæres esto. Illa institutio captatoria non est:quia in præteritum, non in futurum institutio collata est, ait Paul.in l.71.& 19. D. de hæredibus instituendis.

Captito,captitas.aliud frequentatiuum à Capto. Sipontinus.

Capesso,capessis,capessi,capessum, secūdum Diomedem:vel capessiui, capessitum, pen.prod. secundum Priscianum {[illegible]} verbum est actiuum. nam dicimus capesso , capessor. Significat autem Capere. vt,Capessere fugam. Plaut.Aulul.17,
In herum matura,in se sera condocet capessere.

Capessere cibum hiatu oris & dentibus ipsis.Cic.2.de Nat.deor.

Capessere,de itinere dictum. Plaut.Rud.4,
Si ad saxum quod capessit,ea deorsum cadit,&c.

Quò nunc capessis tu te hinc aduorsa via?Plaut.Bacchid.2.

Capessere se domum.Plaut.Amphit.4. Id est recipere siue conferre se domum.

Montem capessere,Ascendere montem.Valer.lib.4.Argonaut.

Se in alta maris,pro Immittere.Plaut.Asin.

Se præcipitem ad malos mores.Plaut.Bacchid.21.

Arma vel bellum.Liu.4 ab Vrbe. Virgil.3.Æneidos,
-sociis,tunc arma capessant Edico.

Consilium.Plaut.Rud.5.

Curas imperij , & inuigilare publicis vtilitatibus.Plin.Iunior , in Panegyr.

Cursum ad aliquem.Plaut.Capt.13.

Fugam,Fugere.Liuius 1.ab Vrbe.

Honorem. Tacit.lib.13, Iulius quidem Montanus Senatorij ordinis,sed qui nondum honorem capessisset,congressus fortè,&c.

Imperia capessere.Plaut.Trinum.6, -si mea
Imperia capesses.

Iussa alicuius capessere,Id est perficere.Virg.1.Æneidos,
Mihi iussa capessere fas est.

Libertatem. Cic.10.Philipp. Omnis est miseria seruitus:sed fuerit quædam necessaria, ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ?

¶Capessere,pro immittere.Plaut.Asinaria,
Quo magis te in altum capessis,æstus te in portū refert. Ex Nonio.

Locum capessere,pro affectare,& vergere. Cic.2. de Nat.deor. de Sphæra,Omnes enim partes eius vndique medium locum capessentes nituntur æqualiter.Budæus.

Munia.Colum.lib.12.cap.1. Obsidia.Tacit.lib.12.

Aliquid oculis,Contemplari,intueri.Liu.7.bel.Maced.

Partem curarum.Tacit.lib.12.

Pastum. Cicero 2. de Natura deorum,Dedit eadem natura beluis sensum & appetitum, vt altero conatum haberēt ad naturales pastus capessendos.

Facinoris principium. Tacitus lib. 15.

Pugnam. Liuius 2. ab Vrbe,Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus.

Recta capessere,Rectam viam ingredi,Id est honestum sequi.Horatius 2.Serm.sat.7,
Pars hominum vitiis gaudet constanter,& vrget
Propositum:pars multa natat,modò recta capessens,
Interdum prauis obnoxia.

¶Capessere Rempublicam,Id est administrare, gubernare,defendere.Sallust.Expergiscimini aliquádo,& capessite Rempublicam,Id est defendite.

Solennia regni.Tacit.lib.5.

Superiora capessere.Cic.1. Tusc.Is autem animus,qui si est horum quatuor generum,&c.superiora capessat necesse est.

¶Capessere,Recipere.Plaut.Amphitrione,
Nunc tamē heri imperiū persequar,& me domū capessam? Nonius.

Capessere vrbem aliquā, pro conferre se ad eam.Cic.ad Att.lib.10.

Ad capessendas cæremonias promptior animus.Tacit.lib.4.

Capessendis inimicitiis facilis.Tacit.lib.5.

Capax, capacis, penult. prod. omnis gen. {δεκτικός, χωρητικός, εὐρύχωρος} Quod capit seu continet,aut continere potest.Plin.lib.10. cap.33. Hirundines vtero capaci. Plin.lib.11.cap.37, A quibus capaciora intestina ad aluum.

Capax calix ad sextarios tres.Plin.lib.37.cap.2.

Circus capax populi.Ouid.1.de Arte amandi,
Multa capax populi commoda circus habet.

Domus.Ouid.ad Liuiam.

Regnum.Seneca in Herc.furent.

Capacibus ripis effusus amnis.Ouid.3.Amorum,eleg.5.

Scyphi capaciores.Horat.Epod.9.

Vrna.Horat.3.Carm.1.ode,
Omne capax mouet vrna nomen.

¶Aures capaces.Cic.in Orat.Tamē nō semper implet aures meas: ita sunt auidæ & capaces,& semper aliquid immensum infinitúmq; desiderant.De Demosthene loquitur.

Ad præcepta capax animus.Ouid.8.Metam.

Animo capaci concipere.Ouid.15.Metam.

Ingenium.Ouid.8.Metam.

Amicitiæ.Plin.Iunior epist.37.

Animæ capax pulmo.Seneca in OEdip.4. Id est flatus.

Inuidiæ.Senec.in Troad.6. Id est quod inuidias sustinere potest.

Scelerum capax iuuenis.Seneca in Octau.4.

Naues capaces fluminum.Vide NAVIS.

Officij.Claud.1.in Eutropium.

Capacissima omnis secreti vxor.Plin.Iunior epist.12.lib.1.

Capacitas,penult.corr.capacitatis {χώρησις, εὐρυχωρία} Amplitudo loci, quæ capere & continere potest. Colum.lib.12. cap.43, Et quum paulum sub vmbra refrixerint, ternæ aut etiam quaternæ pro capacitate vasorum in ollas demittuntur.

CAPIONIS turris {καπίωνος πύργος} in Hispania est, ad Bætim fluuium, sita in petra quā circuncirca pelagus alluit. Ea sicut Pharus mirum in modum ad nauigātium salutem ædificata est. Nam quum eiectus ab amne limus vadosum reddat profundum, & latentibus sub aqua saxis,locus ipse promineat,cōspicuo aliquo opus habebat signo. Ex Strab.lib.Geogr 3.

Capis,capidis,penult.corr.fœm.gen. {κάπις} Genus populi à capiendo dictum.Festus. Liu.10.ab Vrbe,Cum capide ac lituo,capite velato victimam cædat.

CAPISSENAE, Asiæ populi, Capissam vrbem habent, quam diruit Cyrus.Hæc Plin.lib.6.cap.33.

Capisterium, capisterij {λικμητήριον} Genus instrumenti expurgandis seminibus apti. Colum.lib.2. cap.9, Quicquid exteretur,capisterio expurgandum erit: & semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum.Quidam hoc loco legunt caphisterium,alij scaphisterium.

Capistrum,Capistro,capistras,In CAPVT.

Capital,Capitalis,In CAPVT.

Capitarium æs,Quod capi potest. Festus.

Capitaneus, Capitatus,Capitellum,In CAPVT.

Capitha {καπίθη} Mensurę genus est,duas continens chœnicas,more Attico. Xenophon lib.1. ἀναβάσεως,Farinæ capitham,inquit, siglis comparabant quatuor.Cæl.lib.10.cap.2.

Capitium,Capito,In CAPVT.

CAPITO,pen.corr.Cognomen eius qui magno capite fuit:à quo postea tota familia eodem nomine vsa est. Sipontinus.

Capito Lycius composuit historiam Isauricam libris octo. Epitomas Liuij & Eutropij in Gręcum vertit sermonem.Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ.Author Volaterranus lib.14.

Fonteius Capito.Horat.1 Serm.sat.5,
-interea Mecœnas aduenit,atque
Cocceius,Capitóque simul Fonteius ad vnguem
Factus homo,Antoni,non vt magis alter,amicus.

CAPITOLIVM {καπιτώλιον} Prægrandis arx Romæ, in monte Saturnio, ex præda Apiolarum, Latinorum vrbis, à Tarquinio Superbo extructa.Author Plin.lib.3.cap.5. Varro de Ling.Lat. Capitolium dictum, quòd hic quum fundamenta foderentur ædis Iouis, caput hominis inuentum dicitur. Liu.1.Decad.lib.5.ad finem. Hic mons antè Tarpeius dictus à virgine Vestali Tarpeia, ibi à Sabinis necata armis,vel (vt alij)armillis,& sepulta.eius nominis monimentum relictum,quod etiam nunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Vide historiam apud Liuium 1.Decad.lib.1.

Alta Capitolia.Virg.6.Æneid. Celsa.Virg.8.Æneid.

Fulgens.Horat.3.Carm.ode 3.

Pompeianum.Vitruu.lib.3. Quid autē sit, Turnebus sic explicat, Opinor fuisse, inquit, illud quod erat Pompeiis in Campania. Non enim tantùm Romæ,sed etiam Capuæ, Narbone, Pompeiis capitolium erat,& in multis municipiis & coloniis, imitatione Romanorū. De Narbonēsi Sidonius,Delubris,Capitoliis,monetis:& in vita sancti Apollinaris,Statuit ante pontifices Capitolij Rauennatis. Fuit & Tolosæ,Sidonius de sancto Saturnino, Gradu summo Capitoliorum præcipitatum.vnde hodiéque quidam magistratus illic Capitolini vocantur.

¶In Capitolium perfugere. Tacit.lib.2.

Capitolinus,penult.prod.adiectiuum {καπιτωλῖνος} vt Capitolinus Iupiter.Cic.pro Domo sua.

Iouis Capitolini laudes vel perpetua sacri certaminis materia non dubiæ sunt,vel oratorio genere tractantur.Quintil.lib.3.cap.7.

Cliuus.Cic.pro Rabirio.

Collis.Martial.lib.12.epigr.21,
Nec Capitolini collis alumna tibi.

Dapes Capitolinæ. Martial.lib.12. Sedes.Stat.lib.5.Sylu.

Capitolini,num.plur.Hinc collegia Capitolinorū quædā Romæ, vt ex epistolis ad Q. frat.cognoscimus. Erāt autem Capitolini,collegium hominum Capitolium & arcem incolentium,ludósque capitolinos celebrantium. Liu.lib.8.ab Vrbe,Ludi Capitolini fierēt,quod Iupiter optimus maximus suam sedem atque arcem pop.Rom.in re trepida tutatus esset,collegiúmq; ad eam rem M.Furius dictator constitueret ex his qui in Capitolio atque arce habitarent. Ex Turneb.

Capitolinus fuit cognomē eius qui caput inuenit quum Capitolium extrueretur. Quo nomine dictus fuit author quidā qui de Cæsaribus scripsit.

Capitolinus,Marci Manlij fuit cognomē,qui vrbe à Gallis capta, assumptis mille iuuenibus arcem Capitolinā ab hostium iniuria defendit,vnde & nomen inuenit. Hic quum postea in suspicionē affectati regni venisset,ab ea ipsa rupe Capitolina,quam seruauerat,pręcipitatus est.Liuius lib.5.& 6.Decad.1.

Capitosus,In CAPVT.

Capitularia,Capitulatū,Capitulatim,Capitulū,In CAPVT.

Capnias {καπνίας} Gemma est ex Iaspidum generibus, quodā veluti fumo infecta,vnde & nomen accepit.Plin.lib.37.cap.9.

Capnites, Gemma est plurimis spiris fumida, in Cappadocia & in Phrygia nascens,ebori similis,cuius meminit Plin.lib.37.cap.10.

Capnitis {καπνῖτις}Herba est eadē cū fumo terræ. ¶Est item Capnitis,Cadmię species tenuissima quæ è fornacib' flāma atque flatu egesta,cameris lateribúsque fornacum adhæret. Vide Plin.lib.34.cap.10.

CAPNOBATAE,pen.cor.Populi,qui Mysi dicuntur.Strabo lib.7,Scribit autem Posidonius Mysos religioni indulgentes, ab animantibus abstinere, & eā ob causam pecus omne vitare, melle verò & lacte & caseo vesci.Quúmque tranquillam exagitent vitam,ob deorum culturam,deicolæ & Capnobatæ, id est fumi conscensores nominātur.

Capnomantia {καπνομαντεία} Diuinationis genus, quod fiebat ex fumi dissectione, qui è thure in ara accenso emanabat. Qui verò hoc augurij genere vtebantur, Capnomantes dicti sunt.Vide Alexan.ab Alex.lib.4.cap.17.

Capnos,capni,Herba,cuius meminit Plin.lib.23.cap.13. & lib.16.cap.7,Capnon herbam qui edēre,bilem per vrinā reddunt. Ruell.lib.3.cap.124,Capnos,Romanis fumaria,herba est Plinio fruticosa,coriādro similis,pręteneta,folio albiore,cineracei coloris,vndique fumoso,flore purpureo.Succus claritatē facit inūctis oculis,delacrymationémq; ceu fumus,inde nomen accepit. Gallis hæc *fumus terræ* vocatur. Est & alia capnos Plinio,quā pedes gallinaceos vocant,nascēs in parietinis & sepibus,ramis tenuissimis,sparsísque,flore purpureo, viridis,succo caliginem discutit:itaque in medicamenta oculorū additur.Similis & nomine & effectu alia,quam paulo antè diximus.

Capnumargos,Argilla est rufa,intermisto lapide terræ minutæ arenosæ,qua velut adipe terræ,arua pinguescunt in Gallia & Britannia. Inspergitur autem rara,saléque eam misceri putant.Semel verò iniecta in quinquaginta annos valet & frugum, & pabuli vbertate. Author Plin.lib.17.cap.7.

CAPOTE, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin.lib.5.cap.24.

Cappa {κάππα} Nomen literæ Græcæ:pro qua Latini vtuntur c.Quo nomine Græci (vt Suidas docet) quum hominē malum volunt prouerbio signare,vnum cappa : quum peiorem,duo cappa:quum pessimum,tria habere cappa dixerunt:volentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadoca:qui singularis fuisse improbitatis existimantur. Vide Erasmi Chiliadas.

CAPPADOCIA {καππαδοκία} Regio est in Asia, Euxinum versus,quam Macedones in duas Satrapias à Persis diuisam accipientes, ex Satrapiis in regna redegerunt,atque maiorem Cappadociā quæ Taurum versus est, propriè Cappadociam vocauere : alteram Pontum. Eius

autē latitudo est à Ponto Taurū versus,mille ferè & octingentorum stadiorū:lōgitudo verò à Lycaonia atque Phrygia vsque ad Euphratem , ad Auroram & Armeniā ad tria millia stadiorum. Ea frugibus abundat,præsertim frumento & pecore omnis generis , tota ferè lignis carens,quæ quum Ponto sit Australior,frigidior tamen est.Hæc Strab.lib suæ Geographiæ 12.in principio. Cappadociā Ptolemæus tabula Asiæ prima describit. & Plin.lib.6.cap.2.& 3.

Cappadocię regio.Cic.Catoni,lib.15.4 Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem putaui.

Cappadox.penult. corr. {καππάδοξ} Cappadocis,penult.corr.& Cappadocus.Qui est ex Cappadocia. Cic. post Reditum in Senatu,Cappadocem modò abreptum de grege venalium diceres.

Cappadocum montana cohors.Lucan.lib.7.

Cappadocum nobilitas Tacit.lib.14.

Mancipiis locuples,eget æris Cappadocum rex.Horat.1.epist.6.

Feroces.Lucan.lib.3.

Pingues Cappadocas pascere.Pers. sat.6. De seruis intelligit,qui ex Cappadocia multi aduehebantur.

Cappadocus,a,um,apud Apuleium.

Cappadocarchia {καππαδοκαρχία} Sacerdotiū Cappadociæ prouinciæ. Modestinus l. Diximus.D.De excusat.tutor.Prouinciæ sacerdotiū,vt Asiarchia. Bythyniarchia, Cappadocarchia, præbet à tutelis immunitatē,dum ei muneri quis pręest.Vide Ant.Aug.lib.sing.ad Modest.

CAPPAGVM {[illegible]} Hispaniæ oppidum est in Bætica prouincia, Gaditani conuentus.Plin.lib.3.cap.1.

Capparis, huius capparis, penult. corr. f.g. {κάππαρις} Fruticis genus.Plin.lib.13.cap.23,Ibi & capparis firmioris ligni frutex,seminisq; & cibi vulgati,caule quoque vna plerunque decerpto. Colum.lib.11. in fine,Capparis plurimis prouinciis sua sponte noualibus nascitur. sed quibus locis eius inopia est, si serēda fuerit,siccum locum desiderabit.Isque debebit antè circundari fossula, quæ repleatur lapidibus, & calce,vel punico luto,vt sit quasi quædā lorica,ne possint eam perrumpere prædicti seminis frutices: qui ferè per totum agrum vagantur.nisi munimento aliquo prohibiti sint. quod tamen non tantum incommodum est (subinde enim possunt extirpari) quantum quòd noxium virus habent,succóque suo sterile solum reddunt. Cultu aut nullo,aut leuissimo contenta est:quippe quæ res etiā in desertis agris citra rustici operam conualescit.

Cappar etiam dicitur. Palladius , Hoc mense menta & pastinaca, thymum & origanum & cappar.

Cappas , marinos equos Græci à flexione posteriorum partium appellant. Festus.

Capra,Vide CAPER.

CAPRARIA.Insula in mari Thusco,seu Ligustico,capris abūdās,quam Græci Ægilon dicunt.Plin.lib.3.cap.6.Vulgò *Isola de Capri*.

Caprarij cognomen C.Metellus ex contumelia traxit. Cicero lib.3. de Orat.Itaque Scipio de eo dixit, matrem eius,si quintum pareret,asinum fuisse parituram.

CAPRASIA,Vnum est ex ostiis Padi fluuij,apud Plin.lib.3.cap.18.

Caprea,In CAPER.

CAPREAE {καπρίαι} Insulæ proximę Neapoli, Tiberij principis arce nobiles.Plin.lib.3.cap.6,Huius arcis meminit in Tiberio Sueton.

Dites Capreæ.Stat.lib.3.Sylu.

Aquæ Capreæ Ouid.5.Fast. Id est mare quod Capreas alluit.

Capreæ palus.Ouid.2.Fast.

Capreolus,In CAPER.

CAPRETAE,Asiæ populi,inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam & Armeniam , vbi fuit postea condita Apamia à Seleuco rege, teste Plinio lib.5.cap.30.

CAPRIA.Lacus est apud Strabonem in descriptione Pamphyliæ lib. 14.

Capricornus {αἰγόκερως} Cæleste signum , quod Pana fuisse existimant , quòd posteriorem partem in effigiem piscis, priorem verò in formam hirci commutauit:cuius ingenium admiratum Iouem , ferunt hanc figuram in cælum transtulisse. Stellam habet in naso,in pectore duas,in pede duas,inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cic.2.de Nat.deorum,

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans

Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

Lotus Hesperia Capricornus aqua.Prop.lib.4.eleg.1.

Tyrannus Hesperiæ Capricornus vndæ.Horat.2.Carm.ode 17.

Caprificus,caprifici,penult.prod.f.g. {ἐρινεός} Ficus syluestris. Plin. lib.15.cap.19,Caprificus vocatur è syluestrium genere ficus nunquam maturescens:sed quod ipsa non habet, aliis tribuens:quoniam est naturalis causarum transitus , atque è putrescentibus identidem generatur aliquid. Terent.in Adelph.4.2,

Illic vbi etiam caprificus magna est.

Caprifici,plurali numero.Horat.Epod.5.4,

Iubet sepulcris caprificos erutas Flammis aduri Colchicis.

Caprificor,caprificaris,pen.prod. {ἐρινάζω} caprificari.Palladius,Mense Iunio circa solstitium caprificandæ sunt arbores fici,id est suspendēdi grossi ex caprifico, lino velut serto pertusi.si hoc desit, abrotani virga suspenditur, aut callum quod in vlmeis foliis inuenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget,scarificādus est,vt possit humor effluere. Plin.lib.16. cap.27,Sunt & biferæ in eisdem. In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens euocatur,sequenti tertius.hoc fici caprificantur. Vide plura lib.15 cap.19.

Caprificari (inquit Sipontinus) est adhibita caprifico, ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decidant,prouidere.

Caprificatio {ἐρινασμός} Verb. Vide Plin. lib.15.cap.19. & lib.16.cap.27.

Caprificialis,penult.prod.Adiectiuum.vt,Caprificiales dies,id est caniculares:quòd eo ferè tempore mulieres Romanę liberæ simul atque ancillæ sub arbore caprifico sacra faciebant. Erat autem initium caprificorum post exortum Canis , qui dies Vulcano sacer erat. Plin. lib.11. cap.15, Huic vindemiæ Attici signum dedere initium caprificialem diem Vulcano sacrum.

Caprigenus,Caprile,Caprillus, In CAPER.

Caprimulgus {αἰγοθήλας} dicitur qui capras emulget. Catullus epigramm.19,

Hæc quum legas,tum bellus ille,& vrbanus

Suffenus vnus caprimulgus,aut fossor Rursus videtur.

¶Est & Caprimulgus,genus auis:de qua sic ait Plin.lib.10.cap.40, Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aspectu fures nocturni: interdiu enim visu carent. Intrant pastorum stabula , caprarumque vberibus aduolant suctum propter lactis:qua iniuria vber emoritur, caprisque cæcitas,quas ita mulsere,oboritur.

Caprinus,In CAPER.

CAPRIVS. Viri nomen,de quo Horat.1. Serm.4.sat. Sulcius acer Ambulat,& Caprius raucus malè,cúmque libellis, Magnus vterque timor latronibus. Vbi Acron,Sulcius & Caprius nomina fuerunt delatorum.Alij actores volūt fuisse causarum:inde etiam rauci traduntur assiduitate agendi.

Capronæ, penul.prod.capronarum {[illegible]} Nonius,Comę quæ ante frontem sunt,quasi à capite pronæ. Festus,Capronæ,equorum iubæ in frōtem deuexæ:dictæ quasi à capite pronæ.Lucilius sat lib.7, Aptari caput atque comas fluitare capronas Altas frōtibus immissas,vt mos fuit illis.

CAPROS,Fluuius est latera vrbis Laodiceæ alluens,referente Plin.lib.5. cap.29.

CAPROTINA,penult.prod. {καπρωτίνη} dicta est Iuno, quòd liberæ pariter, ancillæque sacrificabant illi sub arbore caprifico,in memoriam virtutis quę in ancillarum animis prò conseruatione publicæ dignitatis olim apparuit.Macrobius lib.1.Satur.cap.11.vbi & de Nonis caprotinis.

Capruncūlum. Vas fictile,sic dictum quòd capax sit. Festus.

CAPSA {κάψα} Ciuitas est in Numidia , vbi Iugurthæ thesauri erant, bello ille vltimo quod Cęsar cū Scipione gessit,vt & plures aliæ,funditus deleta,teste Strab.lib.17.

Capsa,capsæ {[illegible]} dicta est quòd res in ea cōditas capiat.Plin.lib.8.cap.30,Capsarum modo includitur.

Capsa.Cic.1.Ver.Custodem inquit, Tullio me apponite. quid?mihi quàm multis custodibus opus erit , si te semel ad meas capsas admisero?

Angusta.Iuuen.sat.10.

Operta.Horat.2.epist.

Capsæ à Græco appellantur:has illi κάψας dicunt. Festus.

Capsula,penult.corr. {[illegible]} Diminut.Plin.lib.30.cap.11,Stellionem inclusum capsulis subiiciunt capiti.

Capsarius,Qui portat libros, inquit Vlp. l. 13. D. De manumissis vind.

¶Capsarij sunt qui nobiliorum ciuium filiis ad scholas euntibus, libros deferunt in capsula. Iuuen.sat.10,

Quem sequitur custos angustę vernula capsę.Id est seruus capsarius. Suet.in Nerone,cap.36, Constat quosdam cum pædagogis & capsariis vno prandio pariter necatos.

¶Capsarius {[illegible]} Artifex capsarum.Patern.l.vlt.D.de iur. immunit. Quibusdam vacationem munerum conditio tribuit, vt sunt mēsores, capsarij,& artifices. ¶Capsarius item dicitur,qui mercede,seruanda in balneis vestimēta suscipit,inquit Paul.in l.3.§.5.D. De offic.præfect.vigil.

Capsaces {[illegible]} Vas olearium. Cypria. lib.2.epist. Fidelia farris non deficiet,& capsaces olei non minuetur.

Capsis {λάμβανε εἰ βούλει} Cicero dicit compositum esse ex cape si vis, Quintil.lib.1.cap.5.

Capsit , Prehendit.Festus. Obsoletum verbum est à *capio , quod est prehendo*.

CAPSITANI {[illegible]} Populi sunt Zeugitanæ regionis quæ Africa minor dicitur.Plin.lib.5.cap.4.

Captatio,Captator. Captatorius,In CAPIO.

Captio,Captiuncula,Captiosus,In CAPIO.

Captiuus,Captiuitas, In CAPIO.

Capto.Captura,Captus,In CAPIO.

Captus, Locus dicitur ad sacrificandum legitimè constitutus. Fest.

CAPVA {[illegible] Stephano, [illegible] Ptolem.} Clarissima Campaniæ vrbs, quæ Annibalem victoriis fatigatum , luxu atque otio perdidit. Eam Seruius grammaticus à Tuscis,qui omnem penè Italiā subiugarant, conditam scribit , apud Virgilium lib. Æneid.8. quum hunc versum exponit,Et Capys:hinc nomen Campanę ducitur vrbi. Sueton. in Dictatore,cap.81,Capys conditoris sepulcrum Capuæ fuisse indicat, in quo à colonis deductis tabula reperta fuit , quæ Cæsari mortem denuntiarit. Ad id & Lucanus accedit lib.2, Mœnia Dardanij tenuit Campana coloni. Plin.lib.3.cap.5,Capua(inquit)ab vndecimo campo dicta Quod quomodo intelligendum sit, ibi Hermolaus adnotauit. De laudibus vrbis Capuæ multa apud Ciceronem in oratione contra Rullum.

Capua altera Roma. Cic.12. Philipp. Consilium hoc Capua probabit,quæ temporibus his Roma altera est.

Diues Capua. Virg.2.Georgicorum, Talem diues arat Capua.

Capuanus {[illegible]} Stephanus.

Capula,capulæ,penul.corr. {[illegible]} Vas vinarium,quo veteres vtebātur,quòd facilè capi posset. Varro de Ling.Lat.lib 4, Capis,& minores capulæ,à capiendo nominantur,quòd ansatæ sint,& prehendi possint,id est capi.

Capulator,penult.prod.Qui capulis oleum deplet.Colum.l.lib.12.cap. 50,Quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum (nam id melius est quàm plumbeum quadratum,vel structile gemellar) protinus capulator depleat,& in fictilia labra huic vsui pręparata defundat. Cato cap.66,capulatoris officia describit.

Capulo,capulas,penul.corr.capulare.Cato cap.67, Ligna in torculario ne cædat.Oleum frequenter capulet. Alij legunt , Ligna in torculario ne cædant.Oleum frequenter capiant.

Capulus, vel capulum, capuli, penult.corr. {[illegible]} A capiendo dictum,Est manubrium gladij. Virg.2.Æneid.Capulo tenus abdidit ensem.

ensem. Cic. de Fato, Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur, quasi verò capillo sit occisus.
Eburnus capulus gladij. Ouid. 7. Metam.
Capulum dicitur quicquid intra se aliquid capit. nam sarcophagum, id est sepulcrum, capulum veteres dici volunt, quòd corpora capiat. Plaut. Asin. 16,
Perij misera, vt osculatur carnufex, capuli decus. Nonius.

Capularis, penult. prod. { τυμβογέρων } Adiectiuum. Capularem dici voluerunt senem morti contiguum. Sed & reos dicebant capulares, qui capulo digni fuerant. Hæc Sipontinus. Plaut. Mil. 10,
Tam capulari stamine tibi diu videor viuere?

Capulica, Genus nauis apud Aulum Gellium lib. 10. cap. 25.

Capus, capi. Sipontinus, Galli quibus testes auelluntur, libidinis abolendæ causa, vt magis pinguescant, capi vocantur: quum meritò galli à similitudine sacerdotum Matris deûm dici posse viderentur: itáque à contrario sensu gallos appellatos quidam existimant. Varro 3. de Re rust. cap. 9, Gallinæ, mares galli, capi semimares, quòd sunt castrati. Gallos castrant, vt sint capi, cádenti ferro inurentes ad infima crura, vsque dũ rumpatur. at quod extat vlcus, oblinunt figlina creta.
Capo, caponis, penult. prod. Idem. Martial. lib. 5,
Alius coactos non amare capones. Subaudi, fert. Coguntur sanè capones non amare, salacésque non esse. Charisius libro primo, Capo nunc dicitur: sed Varro de sermone Latino, Iterum, ait, ex gallo gallinacco castrato fit capus.

Caput, capitis, penult. corr. { κεφαλὴ, κεφάλαιον, κάρα, κάρηνον } dicitur (vt Varro inquit) quòd inde initium capiant sensus & nerui. Terentius Adelph. 2. 2, Colaphis tuber est totum caput. Festus, Caput, ex Græco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt.
Cæsaries capitis. Ouid. 1. Metam.
Dolor. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Exactio capitum. Vide EPICEPHALIVM.
Exuuiæ capitis. Seneca in Hippol. 12.
Labore animi & capitis deuitare mala. Horat. 1. Epist. 1,
-vides quæ maxima credis.
Esse mala, exiguum censum, turpémque repulsam,
Quanto deuites animi, capitísque labore. Videtur caput pro corpore accipi.
Motu capitis furens. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Niues capitis, Capilli cani. Horat. 4. Carm. ode 13.
Obductio. In OBDVCO.
Tegmina. Ouid. 3. Metam.
Vertex. Ouid. 3 Fastorum.
Volubilitas. Id est rotunditas. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Fracta volubilitas capitis latissima.
Hærens capiti corona. Horat. 1. Serm. sat. 10.
¶ Altum. Virg. 5. Æneidos,
Talis prima Dares caput altum in prælio tollit.
Anile. Ouid. epist. 18.
Ardua capita. Virg. 5. Æneid. Id est alta & procera.
Argutum. Virg. 3. Georg. Id est breue. Seruius.
Breue. Horat. 1. Serm. sat. 2. de equis,
Quòd pulcræ clunes, breue quòd caput, ardua ceruix.
Caput calceatum. Martial. lib. 12. epigr. 45.
Candidum. In CANDIDVS.
Canum. Ouid. 6. Fastorum,
Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Celsum. Seneca in Hippol. 5.
Collo caput confine. Ouid. 1. Metam.
Cornigerum Fauni. Ouid. epist. 5.
Decorum. Horat. Epod. 2.
Densum cæsarie. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Dirum. Seneca in Octauia. 5,
Vtinam nefandi principis dirum caput
Obruere flammis cælitum rector paret.
Dulce. Virg. 4. Æneidos,
Testor clara deos, & te germana, tuúmque
Dulce caput.
Fessum. Lucan. lib. 6.
Flauum. Virg. 4. Georgicorum,
-summa flauum caput extulit vnda.
Fultum. Virg. 11. Æneidos,
Ipse caput niuei fultum Palantis, & ora Vt vidit.
Furiale. Horat. lib. 3. Carm. ode 11.
Grauatum. Ouid. 10. Metam.
Honestum. Virg. 2. Georgicorum,
Et quocunque deus circum caput egit honestum. Id est pulcrum. Seruius.
Humanum. Horat. in Arte.
Ignauum. Propert. lib. 3. eleg. 11,
Crimináque ignaui capitis mihi turpia fingis.
Illisum scopulis. Seneca in Hippol. 10.
Illustre. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Pœnituit iurasse patrem, qui térque, quatérque
Concutiens illustre caput, temeraria, dixit,
Vox mea facta tua est.
Incomptum. Horat. Epod. 5.
Indutum. Pers. sat. 3.
Infirmum, Horat. 1. epist. 17.
Insanabile. Horat. in Arte,
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Lycino commiserit.
Intactum. Iuuenal. sat. 14.
Intonsis capillis. Ouid. 1. Metam.
Lacerum. Senec. in OEdipo 11. De OEdipo cui effossi erant oculi.
Iuuenile. Ouid. 2. Metam.

Lanigerum. Silius lib. 3.
Lassum. Seneca in Herc. furent. 12.
Laxum. Pers. sat. 3.
-laxúmque caput compage soluta
Oscitat hesternum dissutis vndique malis?
Leue. Iuuenal. sat. 10.
Magnum. In MAGNVS.
Mite, Id est molle. Ouid. 1. Amorum, 4,
Mite nec in rigido pectore pone caput.
Obstipum. In OBSTIPVS.
Piniferum Atlantiis. Virg. 4. Æneid.
Pinigerum Fauni. Ouid. 3 Fast.
Purpureũ, Regiũ, & quod purpura tegi soleat. Senec. in Thyeste, 8,
Et mœsta vitta capita purpurea ligat.
Semiferum. Lucret. lib. 4, -quum Pan
Pinea semiferi capitis velamina quassans.
Sordidum. Seneca in Herc. fur. 9.
Sublime caput. Claud. 4. Paneg.
Suffixum. Lucan. lib. 8,
-dum lumina nuda rigescunt
Suffixum caput est.
Summissum. Seneca in Herc. furent. 11.
Summum. Lucret. lib. 2.
Timidum caput fuga abdere dicitur serpens. Virg. 3. Georg.
Turpe. Virg. 3. Georgicorum,
-optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Id est magnum. Vt idem 4. Georgicorum,
-turpes pascit sub gurgite phocas. Seruius.
Vacuum, Caluariam intelligit. Silius lib. 13,
At Celtæ vacui capitis circundare gaudent.
Velatum ex parte. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Venerandum. Seneca in Thyeste, 6.
Vile aselli coronati. Iuuenal. sat. 11.
Virgineum. Ouid. 4. Metam.
¶ Abdere caput casside, Induere cassidem seu galeam capiti. Ouidius 8. Metamorphoseos,
Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat.
Abducere ictu. In ABDVCO.
Abscindere ceruicibus. Cic. 11. Philipp. Pòst autem ceruicibus caput abscidit, ídque fixum gestari iussit in pilo.
Adaperire, Detegere. Valerius Maximus, lib. 5. cap. 2. de Lucio Sylla: Dictator enim priuato Pompeio & caput adaperuit, & sella assurrexit, & equo descendit.
Agitare. Ouid. 1. Metam.
Alligare. In ALLIGO.
Amputatum. Seneca in Agamem. 10.
Aperire. In APERIO.
Attollere. Ouid. 5. Metam.
Auertere. Seneca in OEdipo, 14.
Auferre alicui. Seneca in OEdipo, 14.
Auulsum humeris. Virg. 2. Æneid.
Cinctum centum luminibus. Ouid. 1. Metam. Argi centum oculos habentis caput intelligit.
Commitigare. In COMMITIGO.
Comptum. In COMO.
Concutere. Ouid. 1. Metam.
Concutere sono. Seneca in Herc. fur. 9.
Contegere amictu. Virg. 12. Æneidos,
-caput glauco contexit amictu.
Decutere alicui. Ouid. 5. Metam.
Deducere de capite. In DEDVCO.
Demetere ferro. Seneca in Agamem. 13.
Demittere. Virg. 9. Æneidos,
-lassóve papauera collo
Demisère caput, pluuia quum fortè grauantur.
Demulcere alicui. In DEMVLCEO.
Deponere strato. Ouid. 11. Metam.
Diminuere. In DIMINVO.
Discutere. Silius lib. 6.
Distinguere acu. Claudian. de Nup. Honor. & Mariæ. Id est cæsariem aut capillos.
Efferre inter. Virg. 1. ecloga,
Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes. De Roma.
Effundere. Celsus lib. 7. cap. 7. de pterygio.
Erigere. Stat. 6. Thebaid.
Euincire foliis. Virg. 5. Æneidos,
Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ.
Exornare. Ouid. 2. Amorum, eleg. 7.
Expedire laqueis. Horat. 3. Carm. ode 24,
Non mortis laqueis expedies caput.
Expergefactum erigere. Lucret. lib. 5.
Extollere. Cicero pro Planco, Vbi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa ciuibus, extollere iam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?
Iactare caput vtroque. Virgil. 5. Æneidos. Id est in vtranque partem. Seruius.
Ictum. Horat. 2. Serm. sat. 1. Ictum autem intelligitur à vino.
Imminuere alteri. Vide IMMINVO.
Impedire myrto, Cingere corona myrtea. Horat. 1. Carm. ode 4.
Impingere parieti. Vide IMPINGO.
Inuolutum. Vide INVOLVO.
Læditur in nobis. Lucret. lib. 3.
Ligare vitta. Seneca in Thyeste, 8.
Limare cum altero. In LIMA.

Mergere in folio.Martial.lib.11.epigr.96,
In folio puto te mergere, Hacce, caput.
Obiectare caput fretis dicuntur aues, quæ his gestibus pluuiam mox futuram præsagiunt. Virg.1.Georg.
Obnubere, Velare & tegere. Stat.11.Thebaid.
Obterere faxo. Lucan.lib.6.
Occulere. Ouid.2.Metam. De Nilo.
Offendit caput ad fornicem Fabij Memmius. Quintil.lib.6.cap.3.
Opertum. Horat.2.Serm.sat.3.
Operto esse. Cic.de Senect.
Ornare foliis oliuæ. Virg.3.Georg.
Fulmen percussit. Lucan.lib.1.
Permulcere alicui. Silius lib.1,
Olli permulcens genitor caput, oscula libat.
Præcinctus caput pinu Pan. Ouid.1.Metam.
Præfigere capita in hastis. Virg.9.Æneidos,
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita.
Protegere ramo. Seneca, in Agamem.12.
Pulsare dextera. Seneca, in Troad.2.
Quassare. Seneca, in OEdip.11.
Recidere. Lucan.lib.2.
Redimire coronis. Lucret.lib.5,
Tum caput, atque humeros plexis redimire coronis.
Reflectere. Catullus, epigr.42,
At Acme leuiter caput reflectens.
Retorquere. Ouid.3.Metam. De serpente Cadmeo.
Reuulsum à ceruice. Virg.4.Georg.
Rotare ense. Lucan.lib.8. Id est rotato ense amputare vno ictu.
Ruptum. Seneca in Troad.12.
Scabere caput in faciendo versu, & viuos vngues rodere. Horat.1. Serm.10.satyra, -in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues. Prouerbialis locutio ducta ab his gestibus: hominis enim sunt cogitabundi, & de mutando, cuius pœniteat, secum agitantis, morámque stylo, & iudicium adhibentis.
Superare aliquem. Virg.2.Æneidos,
-superant capite, & ceruicibus altis.
Supponere aliquid. Quintil.lib.1.cap.10.
Tegere. Ouid.9.Metam.
Testor vtrunque caput. Virg.4.Æneid.
Velare. Ouid.1.Metam.
Velare amictu Virg.3.Æneidos,
Et capita ante aras Phrygio velamus amictu.
Vnctum. Catullus epigr.10.
¶Capiti atque ætati illorum. Terent. Aliquid tulisse cóminiscetur mali capiti atque ætati illorú, morbus qui auctus fiet. Malè precantis est formula, & diras maláfque preces interponentis, vt fit, quod illorú capiti eueniat, vt apud Aristophan. εἰς κεφαλὴν σοι, & apud Virgilium, -Dij capiti illorum generique reseruent. Turnebus.
¶Caput, pro ipso homine. Plaut. Mostell.4,
Triginta mnas pro capite tuo dedi. Sic & lepidum caput dixit Terentius, pro homine bellulo, per ironiam.
Agreste. Virg.10.Ecloga,
Venit & agresti capitis Syluanus honore.
Audax, Homo audax. Seneca in Agamemn.13.
Charum, pro chara (vt ita dicã) persona. Virg.4. Æn.de Ascanio.
Dilectum. Valer.lib.4. Argonaut. De iis quos plurimum amamus.
Impium, Homo impius. Seneca in Agamemn.13.
Infestum. Seneca in OEdip.10.
Ingratum, Homo ingratus. Seneca in Medea, 7. Sic Medea Iasonem appellat.
Insuperabile bello. Ouid.12.Metam. De Achille.
Noxium. Seneca in Medea, 12.
Periurum. Iuuenal.sat.10.
Quot capitum viuunt, totidem studiorum Millia. Horat.2. Serm.satyra 1.
Exerere caput altius vitiis. Ouidius 1.Fast. Id est esse supra humanam naturam quæ vitiis & voluptatibus gaudet.
¶Caput liberum facere, Id est manumittere. Plaut. Mercatore,
Liberum caput tibi faciam paucos menses.
Insultare capiti. Virg.8.Æneid.
Obligare votis caput. Horat.2. Carm.ode 8. Significat diis semet voto obstringere, ita vt nisi quod pollicitus sis præstiteris, liceat illis quocunque velint modo in te sæuire.
Siquidem hoc viuet caput, pro Si vixero. Plaut. Pseud.11.
¶Caput fluminis, Quo flumen exoneratur in mare. Cæs. lib.4.bel. Gall. Multísque capitibus in Oceanum influit. De Rheno.
Caput fluminis, Aliter. Virgilius, -celsis caput vrbibus exit. De fonte enim fluuij intelligendum arbitror ex editiore Hetruriæ parte exeunte. Nam capita fontes amnium vocari non est infrequens, quæ & sacra sunt. Turnebus.
¶Capite censi, A censione capitum appellati sunt, quòd solis capitibus censerentur, non bonis siue pecunia quibus carebant. Sallust. in Iugurth.de Mario loquens, Ipse interea milites scribere, non more maiorum, neque ex classibus, sed vti cuiusque libido erat, capite censos plerosque. Gell.lib.15.cap.10.quem vide.
¶Capite diminutus appellatur, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestaté venit, & cui aqua ignísque interdictum est. Festus.
¶Capitis diminutio (inquit Caius Iurisc. D. De capit.min.) est status mutatio. Paulus Iurisc. ibidé, l.vlt. Capitis diminutionis tria sunt genera: maxima, media, minima. Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, hoc est libertatem, & ciuitatem, & familiam: maximam capitis diminutionem. Quum verò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem: Quum autem & libertas & ciuitas retinetur, familia tantùm mutatur: minimam esse capitis diminutionem constat.
Detrahere de capite ciuis. Cic. pro Domo sua, Vt nihil de capite ciuis, aut de bonis, sine iudicio Senatus, aut populi, aut eorú qui de quaque re constituti Iudices sint, detrahi possit.
¶Caput, Sors. Liuius 6.ab Vrbe, Creati Tribuni C. Licinius, & L. Sextius promulgauere leges omnes aduersus opes patritiorum & pro commodis plebis, vnam de ære alieno: vt deducto eo de capite, quod vsuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persolueretur. Liuius eodem libro paulò pòst, Sortem creditam soluere dicit.
¶Caput, pro vita. vt, Capitis res est: Id est, De vita periculum est. Plaut. Trinum.13.
Capitis accusationem Labeo existimat eam esse, cuius pœna mors aut exilium esset, ait Terent.in l.10.D. de iur.patron.
Causam capitis orare. Cic.in Bruto, Huic Antiphôtem Rhamnusium similia quædam habuisse conscripta, quo neminem vnquá melius vllam orauisse capitis causam, quú se ipse defenderet, se audiente locuples author scripsit Thucydides.
Capitis & famæ certamen habere cum altero. Cic.1.Offic.
Dimicatio capitis. Cic.de Prouinc. Cósularibus, Qui me amor, & subuenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, & rursum quum omnia &c. subire coegit.
Capitis iudicium. Cic.1.Tusc. His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæsiuit ad iudicium capitis, nec iudicibus supplex fuit.
Pericula capitis. Ouid.4.Trist.eleg.1,
Vtque nec insidias, capitísque pericula narrem, &c.
In ipsa capitis pericula aut fortunarum irrupit voluptas. Quintil. lib.4.cap.2.
Pœnas capitis péndere. Ouid.3.Fast.
Accusare. In ACCVSO.
Agitur de capite. In AGO.
Anquirere capite. In ANQVIRO.
Condemnare capitis. Cic.1.de Orat. Cuius responso sic Iudices exarserunt, vt capitis hominem innocentissimum condemnarent.
Dabitur caput vnum pro multis. Virg.5.Æneid.
Damnatus. Cic.1.Tuscul.
Damnatos capite morte multare. Cic. 1. Tuscul. Sed plurimi contrà nituntur, animósque quasi capite damnatos morte mulctant.
Caput & famam alterius defendere. Cic.pro Quintio.
Dependere. Lucan.lib.8,
-mallem felicibus armis
Dependisse caput. Id est morti dedisse. à dependo enim, non à pendeo infinitiuus est, quod soluere significat.
uouere alicuius. Ouid.13.Metam.
Capite pœnas expendere. Tacitus lib.12, Pro Mithridate quando grauius mereretur, non potentiam, neque regnum precari, sed ne triumpharetur, néve pœnas capite expenderet.
Caput insidiis lacessere. Catul.epig.15.
Capite luere. In LVO.
Obiectare periclis. Virg.2.Æneid.
Letho offerre. Lucret.lib.3.
Pacisci pro capite. Cicero 3. Officiorum, Vt si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id non feceris.
Persoluere pœnas. Seneca in Agamemn.13.
Petere caput alicuius. Quintil.lib.6.cap.3, Accusare enim palàm, & caput alicuius petere, concessum.
In caput noxiorum vertere. Tacit.lib.5.
Capita sua vouere pro patria. Cic.5.de Finib.
Capitis centuriata habere comitia, Animare populum in mortem alterius. Plaut. Pseud.20,
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia.
Caput suum offerre vilitati pro capite alterius. Plaut. Capt.5.
¶Caput, pro periculo. Liu. 2. ab Vrbe, Vt in singulas horas capite dimices tuo. Id est, periculo decertes.
Capite suo decernere aliquid. Cic.ad Att.lib.10.
¶Caput legis aut alicuius rei huiusmodi. Cicero de Lege Agraria, Atque ego à primo capite legis, vsque ad extremum reperio Quirites, &c.
Caput Epicuri hoc est. Cic.4.Acad. Ita nobis tacentibus, ex vno Epicuri capite, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. Quod est caput Epicuri? &c.
¶Caput, pro summa. Cic. 2. Philipp. Caput autem literarum, sibi cum illa mima posthac nihil futurum.
Rerum caput, pro summa rerum. Horat.1.epist.18,
-atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
¶Capita in libris dicuntur, quibus distinguuntur res variæ. Gellius, Quod in capite superiore à Critolao scriptum esse diximus. Dicitur & Capitulum à Cicerone.
Generale caput. Quintil.lib.3.cap.6.
Prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda sunt. Cic. Appio, lib.3.8.
Exposita & explicata capita. Cic.in Bruto.
Capita rerum, Quæ vulgò principalia puncta alicuius materiæ dicuntur. Cic. in Bruto, Ipsa illa cẽsoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius.
Contraria capita conferre. Cic.2.de Oratore Quum contraria inter sese de Republica capita contulisset, noster &c.
¶Caput, pro liberatione & redemptione à seruitute prædonum. Cicero libro 3. Officiorum, Vt, si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si iuratus quidem id feceris.
Caput

¶Caput, Summa principalis, cui respondet Lucrum & Accessio. Cic. Verr. 3, Erunt qui & in eo quoque eius audaciam reprehendant, quòd aliquot nominibus de capite quantum commodum fuerit, frumenti decumani, detraxerit.

¶Caput, pro Existimatione, fama, vel salute. Cic. 1. de Orat. Omitto iam plura exempla causarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia: capitis nostri sæpe potest accidere, vt causæ versentur in iure.

Caput & existimatio. Cic. 4. Verr. Qua in re ipsius Prætoris caput, existimatióque ageretur, &c.

¶A capite arcessere. In ARCESSO.

A capite ducere disputationem. Cic. 5. de Finib. Fons reperiendus est, in quo sint prima inuitamenta naturæ: quo inuento, omnis ab eo quasi capite de summo bono & malo disputatio ducitur. Id est, tanquam ab origine eruitur.

A capite ordiri. In ORDIOR.

In capita. Vide IN.

¶Caput, pro fonte & scaturigine. vt, Caput Rheni, apud Horat. 1. Serm. sat. 10.

Indomitum caput Rheni. Lucan. lib. 2. Quia bellicosissimi sunt populi qui ad Rhenum sunt.

Sacrum caput. Virg. 4. Georgicorum,

Tristis ad extremi sacrum caput astitit amnis

Multa quærens.

¶Caput cœnæ, Id est præcipuus missus, præcipuúmque ferculum cœnæ. Cic. 5. Tusc. Vbi quum Tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnę caput erat, delectatum. Quin & metaphoricè sermo bonus & lepidus, quo conuiuæ melius & iucundius quàm epulis pascúcur & fruuntur, caput cœnæ dicitur. Cic. in epist. ad Attic. Sed cedo caput cœnæ, &c.

¶Caput scelerum. Id est author. Plaut. Curcul. 5.

Summa & caput belli. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 1.

Caput proscriptionis. Cic. post Reditum in Senatu. Id est summa proscriptionis.

Fons & caput Socrates. Cic. 1. de Orat. Vrgerent præterea philosophorum greges, iam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis, nihil de malis, &c.

Expugnare ipsum caput. Horat. 2. Serm. sat. 5,

-sed vincit longè prius ipsum

Expugnare caput. Id est longè melius est ipsum dominum ædium beneuolum sibi reddere.

Caput esse alicui rei. Terent. Adelph. 4. 2,

Idem sensit quod ego, te esse huic rei caput.

¶Caput est. Cic. 2. de Orat. Ad consilium autem de Repub. dandum, caput est, nosse Rempub. ad dicendum verò probabiliter, nosse mores ciuitatis.

Quod caput est. Cic. ad Appium, lib. 3. 7, Deinde imperatori? deinde more maiorum? deinde, quod caput est, amico?

Caput illud est si, vel vt. Cic. 2. de Inuent. In hoc autem loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit, &c. Idem 1. de Orat. Caput enim esse arbitrabatur oratoris, vt & ipsis apud quos ageret, talis, qualem se ipse optaret, videretur.

Caput est ad bene viuendum securitas. Cic. de Amic.

Nec caput, nec pes sermonis apparet: Id est, nec principium, nec finis est verbis tuis. Plaut. Asin. 12.

Nec caput, nec pedes. Cic. Curio, lib. 7, Sulpitij tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter tuas res ita côtractas, vt, quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires.

Sine capite manare dicitur res, & sine authore Cic. pro Plăc. Siquid sine capite manabit, aut siquid huiusmodi vt non extet author, &c.

Sine capite aliquid audire, & sine authore. Cic. ad Cassium, lib. 12, Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine authore, rumore nuntio.

¶Caput Bithyniæ, &c. Plin. Iunior, epist. 198.

Caput regni. Plin. lib. 12. cap. 14.

¶Caput frumenti, vectigalium, &c. Cic. 3. in Verr. Vulgò dicimus *L'article*.

¶Caput facere dicitur apostema vel furunculus aut abscessus, dũ humor vel biliosus vel melancholicus totus in aliquam partem congressus est, & cutem distendit, atque extuberantiam facit. Plin. lib. 26. cap. 12. de Furunculis, Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint.

¶Capita gregis, pro ipsis animalibus. Vlp. in l. Vetus. & in l. quid ergo. D. de vsufruct.

¶Capita, pro summitatibus arborum. Seneca in Troade, 3,

Mouêre syluæ capita.

Inuiolata capita cupressi. Claud. 3. de Raptu Proserp. Id est florentia, & non antè cæsa.

Capita tignorum. Cæs. 2. bel. Ciuil. Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerũt ita, vt capita tignorum extrema parietũ structura tegerentur, nequid emineret, &c.

¶Caput iecinoris. Liu. lib. 8 ab Vrbe, Decio caput iecinoris à familiari parte cæsum aruspex dicitur ostendisse. Hic & caput, & pars familiaris verba sunt aruspicinæ, quæ ideò minus intelliguntur, quòd hæc ars omnis in desuetudinem abierit. Conijcere tamen licet caput, fibrarum in iecore initium fuisse: quúmque iecur in duas partes diuiderent, familiarem & hostilem, & è familiari sua euenta augurarentur, ex hostili hostium fata, duo capita erant, vnum hostile, alterum familiare: de familiari hic Liuius loquitur: de hostili Lucanus,

Cernit tabe iecur madidum, venásque minaces

Hostili de parte videt. Turneb.

Caput vitis. Colum. lib. 3. cap. 10.

Capita habenæ. Cels. lib. 8. cap. 7.

¶Capita deorum appellabãtur, fasciculi facti de verbenis. Festus.

Capital, pen. corr. capitalis, pen. prod. Quod sacerdotulæ etiam nunc in capite solẽt habere. Hæc Varro de Ling. Lat. Festus autem, Capital, inquit, linteum quoddam quo in sacrificiis vtebantur.

Capital, Adiectiuum (θανάσιμος) vt, Capital facinus, quod capitis pœna luitur. Festus.

Capitalis, & hoc capitale, penult. prod. (κεφαλικός, θανάσιμος) Quod capitis supplicium meretur, vel ciuitatis amissionem. Cic. 4. Verr. Hoc erat etiam capitalior, quòd idem pecuniam iis, qui ab isto aliquid mercabantur, fœnori dabat.

Capitale crimen, vel facinus dicitur, non quod petat alterius caput, sed propter quod committentis caput peti debeat ad pœnã. Cic. 2. de Nat. deor. Non leuissima de re, vt queritur ille, in ciuitate fieri facinora capitalia. Sic Capitalis res, Capitalis noxa. Cic. pro Cecinna. Liu. Néve ea cædes capitali noxæ haberetur.

¶Capital, Vetustè pro Capitale. Arrius l. 4. §. 6. D. de re milit. Siquis commilitonem vulnerauit, siquidem lapide, militia reiicitur: si gladio, capital admittit. Callistrat. l. vlt. D. de term. mot. Alia quoque lege Agraria, quam diuus Nerua tulit, cauetur, vt si seruus seruáve insciente domino dolo malo fecerit, ei capital esset.

Capitalis lucus, Vbi siquid violatum est, caput violatoris expiatur. Festus.

Capitalis ædis, In qua capitale crimen commissum est. Plautus Mostel. 7.

Capitalis aduersarius, Qui caput & mortem alterius petit. Cic. 4. de Finib.

Capitalem fraudẽ admittere, Est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit. Veteres enim fraudem pro pœna ponere solebant. Vlpianus de Ædilitio edicto. l. Cum autem.

Inimicitiæ capitales interuenerunt inter procuratorem & dominum. Vlp. in l. filiusfamilias. §. vlt. D. de procurat.

Inimicitiæ capitales intercesserunt. Paulus in l. si post datum. D. eod. titul.

Iniustitia capitalis. Cic. 1. Offic. Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm, &c.

Inscitia capitalis. Plin. lib. 29. cap. 1, Id est per quam periclitatur hominum caput, hoc est vita: loquitur enim de medicorum inscitia.

Ira capitalis. Horat. 1. Serm. sat. 7, -inter

Hectora Priamiden, animosúmque inter Achillem

Ira fuit capitalis. Id est vsque ad capitis & vitæ ablationem.

Iudicia capitalia. Paul. l. 2. D. de public. iudic. Publicorum iudiciorũ quædam capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus pœna mors, aut exilium est, hoc est aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. nam cætera non exilia, sed relegationes propriè dicuntur. tunc enim & ciuitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est.

Morbus capitalis, Id est grauissimus: in quo quis de capite, hoc est de vita, periclitatur. Gell. lib. 16. cap. 13.

Nefas capitale, Quod capite puniri meretur. Ouid. ad Pison.

Odium capitale. Cic. de Amic. Quum is Tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio, qui tum erat Consul, dissideret.

Oratio capitalis. Cic. 2. Offic. Capitalis oratio est, ad æquationem bonorum pertinens: qua peste quæ potest esse maior?

Periculum capitale. Plaut. Trinummo,

Periculis sum per maria maxima vectus capitali periculo.

Pestis capitalis voluptas corporis. Cic. de Senect.

¶Pœnæ capitales tres sunt. Prima est mors corporis. l. capitaliũ. D. de pœn. Secũda est damnatio in metallum. l. quidam. D. de pœn. Tertia est deportatio, & tali non perditur libertas, sed ciuitas.

Reditus capitalis & pestifer. Cic. 4. Philipp. Capitalem & pestiferum à Brundusio M. Antonij reditum timeremus.

Rei capitalis quæstiones, Cic. 4. Verr. Rei capitalis accusare, Cic. 4. Verr. Rei capitalis damnare, siue condemnare, Cic. pro Cluentio. & pro Domo sua.

Capitales Treuiri. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 13. Dictos putãt capitales, vel quòd sint manu prompti, & aliorum capita petant, sicut dicitur morbus capitalis: vel quòd sint digni quorum capita petantur, propter hostiles eorum animos, & facta.

Capitales Triumuiri, Ad quos capitalium causarum animaduersio spectabat. Liuius, Triumuiris capitalibus mandatum, vt vigilias disponerent per vrbem. Hæc Budæus.

Capitale ingenium, Ingenium solers exponit Ouid. lib. 3. Fastorũ, vbi de templo loquitur Captæ Mineruæ,

Nominis in dubio causa est, capitale vocamus

Ingenium solers, ingeniosa dea est. Causam inuestigat cur Capta vocata sit Minerua. videtúrque & Caput & Capta ab eodem fonte defluxisse, significare.

Scriptor capitalis, dicitur breuis, pressus, & qui summa rerum capita præstringit. Cic. 2. ad Q. frat.

Capitaliter, pen. cor. (θανασίμως) Aduerbium. Plin. Iun. epist. 5. ad Voconiũ, Præterea reminiscebatur, quàm capitaliter meipsum apud Centumuiros lacessisset. Id est, cum periculo vitæ meæ.

Capitanei, vox barbarorum Feudistarum (qua tamen & similibus vocibus in re præclara nobis vtendum est, si planè intelligi velimus) dicũtur, quòd ceu capita quædam & vertices inter alios emineant vasallos, feudum præcipuæ siue maioris nobilitatis consequuti, regni proinde, aut regis capitanei nominati. Vide Baronem à Tautembergo in §. 1. de feud. March.

Capistrum (φορβειά) Capitis vinculum, quod mulis, iumentis, bobus, & cuicunque animali adhibetur ne fugiant. Varro 2. de Re rust. cap. 6, Proximo anno noctibus patiũtur esse cum his, & leuiter capistris, aliáve qua re habent vinctos.

Ferratis capistris ora præfigere. Virg. 3. Georg. Id est duris. Seruius.

Maritale. Iuuen. sat. 6. Id est coniugale vinculum.

Mollia. Virg. 3. Georg.

¶Frænare ora. Ouid. 10. Metam.

¶Capistrum, vinculum quo ligantur vites & similia. Columel. lib.

4. cap. 10, Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur.

¶Capistra item retinacula sunt, quibus prælа tanquam frænis capiuntur, quum ducenda sunt & torquenda, aut potius subducenda. Hoc sensu vsurpauit Cato de Re rust. cap. 12.

Capistro, capistras {καπιστρόω} capistrare, Capistro ligare, siue vincire. Plin. lib. 18. cap. 19, Fiscellis capistrari boues oportet.

Capistratus {καπιστρωτός} Ouid. epist. 2,
Inque capistratis Tygribus alta sedet.

Capitatio, Tributum quod in capita ita constitutum erat, vt iugatio in iuga boum. in l. Immunitates. & in l. sequenti, De agricol. & cens. lib. 11. C. ¶Item Capitatio pro annona, in titul. de Annonis & capitatione, Cod. Budæus.

Capitatus, pen. prod. {κεφαλωτός} Adiectiuum, Dicitur quod caput habet: vt Capitatum porrum dicimus, quod in caput latius crescit. Martial. lib. 13. Item Plin. lib. 20. cap. 6, Capitato porro maior est ad eadem effectus.
Capitatus clauus. Varro 2. de Re rust. cap. 9.
Capitata vinea. Colum. lib. 5. cap. 5.

Capitellum, capitelli {κεφάλιον} Diminutiuum ab alio diminutiuo Capitulum, Paruum caput: hoc est crassiorem summitatem cuiuscunque rei significat. Plin. lib. 24. cap. 19, Inde alij ramuli assurgunt sua capitella gerentes.

¶Capitellum, significat etiam caput columnarum. Plin. lib. 36. cap. 19. Quinetiam recentiores medici capitellum sumunt pro illo vase duplici in quo reponuntur herbæ, aromata, vel quiddam simile, vt igni supposito ex eis aqua exprimatur.

Capitium, capitij. Capitis tegmen. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4, Tunicas, neque capitia, neque strophia, neque zonas. Nonius. Vlp. verò Capitia inter muliebres vestes recenset in l. 23. §. 1. D. de aur. & arg. leg. De capitio item fit mentio in lib. Iob, cap. 30, In multitudine eorum consumitur vestimentum meum, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me. Quo in loco interpres id videtur pro collario accipere.

Capito, pen. corr. capitonis, masc. gen. Qui magnum habet caput. Cic. 1. de Nat. deorum, Redeo ad deos, ecquos strabones, at petulos esse arbitramur, ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones.
Duri capitones dicuntur, qui nunquam de sua sententia immutantur. Plautus Persa, 3.
¶Capito, Piscis genus, apud Catonem, cap. 158.

Capitosus, a, um {κεφαλώδης} Qui magnum caput habet. Interdum dicitur, qui est duri capitis, qui & ceruicosus appellatur. Ex Sipont.

Capitularia, id est libri statutorum. Fridericus Sueuus Imperator secundus hac voce vsus est in constitut. cui initium, Cassa & irrita. C. de sacrosf. eccles.

Capitulatus, pen. prod. Adiectiuum {κεφαλωτός} vt, Capitulatæ costæ. Cels. lib. 8. cap. 1, Hæque primis partibus rotundæ, ac leuiter quasi capitulatæ, vertebrarum transuersis processibus ibi quoque paulum insinuatis inhærent.

Capitulatim, pen. prod. Aduerbium {κατὰ κεφάλαιον} Plin. Iun. epist. 22. lib. 6. Per capita. Plin. lib. 2. cap. 12, Nunc confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam.

Capitulum, penult. correp. {κεφαλίδιον} Diminutiuum, Paruum caput. Plaut. Curc. 7, Vbi quid surripuêre, operto capitulo caldum bibunt.

¶Capitulum etiam & Capitulariam appellant Imp. temonariam functionem, quam in sordidis muneribus ponunt, l. 14. l. 15. l. 18. de extraord. muner. in C. Theodos. Ex quibus emendanda est l. 12. de excusat. muner. lib. 10. C. vbi vulgò Capitalis atque temonis necessitas, pro, Capituli atque temonis necessitas, legitur. Hinc Capitularij apud Symmachum in epist. & vt probabile est Cephalæotæ in l. vlt. de patroc. vicor. in C. Theod.

¶Capitulum pro initiis rerum diuersarum, quibus libri solent distingui. Cic. 1. de Legib. Nisi capitulum accipiat pro particula, quam quidam propositionem & propositum in oratione appellant. In emendatioribus codicibus legitur, primum caput libri optimi prodidisse.

¶Capitulū, Vox blandientis. Terent. Eunuch. 3. 3, O capitulum lepidissimum.

¶Capitulum, in columnis & similibus etiam dicitur: nempe summitas & culmen. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Inter quas locus qui est ornithonis, patet in latitudinem pedum XLVIII. deformatus ad tabulæ literariæ speciem cum capitulo. Vitruu. lib. 3. cap. 3. Scapis columnarum statutis, capitulorum ratio, si puluinata erunt, his symmetriis confirmabuntur.

CAPYS, Capyos {Κάπυς} Filius Assaraci, & pater Anchisæ: à quo dicit Virg. conditam Capuam. Vide CAPVA. Virg. 10. Æneidos,
Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi. Seruius ait, Liuium malle à locis campestribus sic denominatam esse.

Cara, Radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admixta Hircius scribit Cæsaris exercitum diu cibi inopiam leuasse.

CARABI, Scythiæ flumen est apud Plin. lib. 6. cap. 17.

Carabus, pen. corr. {κάραβος} Genus cancri. Plin. lib. 9. cap. 31, Cancrorum genera Carabi, Astaci, Maiæ, Aguri, Heracleotici, Leones, & alia ignobiliora. Carabi, à cæteris cancris cauda distant: in Phœnice ἱππεῖς vocantur, tantæ velocitatis, vt consequi non sit.

Caracalla, æ, Indumenti genus fuit ad talos vsque demissum, ab Antonino imperatore populo datum: vnde & Caracallæ agnomen inuenit. Author Sext. Aurel. in Antonino.

CARACRA, Oppidum esse in Hispania creditur, quod hodie vulgò *Guadalaiara* dicitur.

CARALITANVM {καραλιτανὸν} Vnum ex Sardiniæ promontoriis. Author Plinius lib. 3. cap. 7, in descriptione insulæ Sardiniæ, à quo Caralitani.

Caramanges, Dicebãtur magistratus apud Persas, qui loco Prætoris erant, & pacis bellique temporibus ius dicebant. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. item 3.

CARAMBIS {Κάραμβις} Promontorium magnum ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam: quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninsulæ, Euxinum pontum bimare videtur efficere. Vide Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 2. Strabonem item lib. 7. Carambis alta. Valer. 5. Argon.
Nubifera. Valer. 8. Argonaut.

CARAMBVCIS, Scythiæ fluuius, ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

CARANITIS, Præfectura est Armeniæ maioris. Plin. lib. 5. cap. 24.

CARANVS, pen. corr. Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iustinus lib. 7. Eius etiam meminit Solinus cap. 12. ¶Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnicia prope Paltum vrbem. Vide Strabonem lib. 16.

CARAS, Proprium viri nomen, qui Caribus imperauit, illisque primus ex auibus auspicium dedit. Author Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13.

CARASENI, Populi Tauriæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12.

CARASTASCI, Plin. lib. 6. cap. 7, Populi sunt circa Mæotin.

CARBANIA, Pomponio Melæ lib. 2, commemoratur inter paruas insulas Italiæ adiacentes.

CARBAS {κάρβας} Ventus Africus dicitur à Vitruuio: nautæ Carbidum nominant, quem Libycum hodie vocant.

Carbasus, carbasi, pen. corr. fœm. g. {κάρπασος} secundum Priscianum: & gen. masc. secundum Phocam: Probus verò & Caper dicunt esse masculini & fœminini in singulari, in plurali verò neutri. Est autem genus lini miræ tenuitatis, in Hispania primùm repertum, teste Plin. lib. 19. cap. 1.
Carbasus, Velum ex carbaso factum. Virg. 3. Æneidos,
- & auræ Vela vocant, tumidóque inflatur carbasus Austro.
Vbi Seruius, Carbasus genus lini est, quod abusiuè pro velo ponitur. Sanè in numero singulari hæc carbasus dicimus: in plurali hæc carbasa. Lucret. lib. 6,
Carbasus vt quondam magnis intenta theatris, &c.
Deducere carbasa. Ouid. 11. Metam. -totáque malo
Carbasa deducit.
Mota secundo flatu sonant carbasa. Ouid. 13. Metam.
Perscissa carbasus petulantibus auris. Lucret. lib. 6. De velis loquitur quæ in theatro extendebantur.
Præbere ventis carbasa. Ouid. epist. 7.
Torto subducere carbasa lino. Ouid. 3. Fast.
Carbasa substringere. Martial. lib. 12. epigr. 29,
Festinant trepidi substringere carbasa nautæ.
Aura ventilantur carbasa. Stat. 4. Sylu.
Vocat iam carbasus auras. Virg. 4. Æneid. Loquutio poetica, tempus abeundi esse significans.
¶Carbasus, Pallium quo quis amicitur, opulentiæ causa, vt ex serico aut tenui lino. Virg. lib. 8. Æneidos,
-eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus. Curtius de Indis loquens, Corpora vsque pedes carbaso velãt. Ex quibus locis intelligi potest hoc virile esse vestimentũ. Sed & muliebre esse satis constat ex Valerio Maximo, loquẽte de Æmylia virgine Vestali lib. 1. cap. 1, Qua adorante, inquit, quũ carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.
¶Carbasa, pro ea tunicæ parte quæ sinus fluentes habet in modũ carbasi veli. Lucan. lib. 3, Fluxa coloratis astringunt carbasa gemmæ.

Carbaseus, Adiectiuum {καρπάσινος} Ex carbaso factus. Cic. 7. Verr. Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat.
Sinus carbasei crepantes. Virg. 11. Æneid.
Carbasei uenti. Tibull. lib. 3. eleg. 2.

Carbasinus, pen. corr. {καρπάσινος} Idem: vt, Carbasina vela. Plinius libro 19. cap. 1.

Carbasineus, Idem. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. Eadem postea carbasinea magis, vt pellibus tegerentur togæ. Ex Nonio.

Carbatina, pen. corr. {καρβατίνη} Calceamenti genus est rustici, vt habet Pollux lib. 7. Onomast. cap. 22, vocatum sic à Caris populis. Catul. in epigrammatis vocat crepidas carbatinas, epigr. 93. ad Vitium,
Culos & crepidas lingere carbatinas.

CARBILIVS, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammatici mercede docuit. Huius autem patronus Carbilius, cognomento Ruga, primus Romæ vxorẽ, quòd sterilis esset, repudiauit, præstito antè iuramento, se vxorem liberorum causa quærere. Author Gell. & Plutarch. in Problematis.

CARBO {Κάρβων} Orator Romæ, cuius meminit Cicero in Bruto, In eodem igitur numero eiusdem ætatis C. Carbo fuit, illius eloquentissimi viri filius, non satis acutus orator, sed tamen orator numeratus est. Valer. lib. 9. cap. 13. Cn. Carbo præterea, huius frater summa fuit authoritate in Rep. partes Marianas sequutus. In tertio Consulatu suo in Sicilia, iussu Pompeij dum ventrem apud latrinam exoneraret, trucidatus est.

Carbo, carbonis, m. g. {ἄνθραξ} Pruna extincta. Terent. Adelph. 5. 3,
Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo est.
Carbo etiam dicitur quum est ignitus. Plin. lib. 18, Et quum cinis in foco concrescit, & quum carbo vehementer perlucet.
Candens carbo. Cic. 2. Offic. Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum.
Lentis vrere carbonibus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Vis carbonum grauis. Lucret. lib. 6.
¶Carbone notare, Id est damnare: cui contrarium est, Creta notare. propterea quòd Pythagoras aiebat, id quod esset colore cãdido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Pers. in 5. satyra,
Quæque sequenda forent, & quæ vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notasti.
Picta carbone prælia. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Carbone rudi scribere carmina. Martial. lib. 12. epigr. 62.
¶Carbones elegiorum. Varro, Impleantur meæ fores elegiorum carbonibus, Id est laudibus formosarum. Solebant enim veteres si quis erat formosus, aut siqua formosa in foribus scribere, vt apud Aristophanem de Demo filio Pyrilampis speciosissimo, καὶ ἦν δῆ Δῆμος

[illegible Greek]. Nec verò tantùm nomen, verùm etiam aliquid laudis causa adscribebant carbonibus pingẽtes: eas laudes formosarum & scripturas, hic carbones elegiorum appellat. Elegij verò nomen tam laudi quàm vituperationi seruit. Turneb.

Carbunculus, pen. corr. {ἄνθραξ} Diminutiuum. Author ad Heren. lib. 4, Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret.

¶Carbunculus, Genus terræ, vt ait Varro de Agricultura lib. 1. cap. 9, quæ sole perferuet, ita vt radices satorum comburat. Plin. lib. 17. cap. 4. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur.

¶Carbunculus, in arboribus ea est corruptio quæ flores adurit. Vide CARBVNCVLATIO.

¶Carbunculus, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 7, Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam apyroti vocati.

¶Carbunculus, etiam furunculum ignitum & ex bile adusta inflammatũ significat apud medicos. Plin. lib. 23. cap. 4, Nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

Carbunculosus, pen. prod. {ἀνθρακώδης} Adiectiuum. vt, Carbunculosus ager. Colum. lib. 3. cap. 11. Nam carbunculosum agrum, nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt.

Carbunculosa arena, Hoc est rubra & lapillis quibusdam rubris ceu carbunculis plena. Plin. lib. 31. cap. 3.

Carbunculo, carbunculas, pen. cor. {ἀνθρακοῦμαι} carbunculare, verbum ex eorum numero quæ sub actiua voce passiuè significant: vel Carbunculor, carbuncularis, carbunculari, Deponẽs, Inflammatum esse velut carbo. Plin. lib. 23. cap. 3, Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, & pustulis, procidentiq́ue pupillæ efficax.

Carbunculantia aut exulcerata genitalia. Plin. lib. 24 cap. 13.

Carbunculantur semina. Plin. lib. 12. cap. 7. Id est contrahunt vitium illud quod dicitur carbunculus.

Carbunculare etiam dicuntur vites. Plin. lib. 14. cap. 2, Carbunculari negatur, magna dote, si verum est, aliqua in vite cælo non esse ius. Et iterum lib. 18. cap. 28, Vnde carbunculare dicuntur vites, vt quodam vredinis carbone exustæ.

Carbunculatio {[illegible]} & carbunculus, in arboribus est eiusmodi corruptio, quam vulgari sermone pruinam appellamus, quæ verno tempore adurit lactescentes germinum oculos: & quum flores adusserit, carbunculus tum vocatur. Plin. lib. 17. cap. 24, Syderatio tota cælo constat: quapropter & grando in his causis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum iniuria euenit. Budæus.

Carbunculatio in vitibus, quæ circa Idus Augusti in Italia accidit, vitium est quum vuæ non satis foliis tectæ, præferuidis solibus interdum retorridæ fiunt & exustæ, ex quo tandem acescunt, vt quodam vredinis carbone exustæ, aciniq́ue tunc præcoquuntur in callum, vt Plinius ait, lib. 18. cap. 29. quod fit ad Canis ortum interlunio accidente. Hæc Budæus. cui non conuenit cum Plinio in hac dictionis significatione. vide prolixam eius disputationem in Annotationibus in Pandectas. *Eschauder.*

Carbonarius {[illegible]} Qui carbones conficit. Plaut. Casin. 10,
Sine modò rus eueniat, remittam ad te virum
Cum furca in vrbem tanquam carbonarium.

Carbonarius {[illegible]} Adiectiuum. vt, Fornax carbonaria. Tertull. lib. de carne Christi: Igitur inquit, de calcaria (quod dici solet) in carbonariam. Locus est adagio quoties à re proposita ad aliud quippiã longè diuersum digredimur, *Du coq à l'asne*: siue quum ex vno malo in aliud diuersum incidimus.

Carbonarium negotium exercere. Plin. de Viris illustribus.

CARBONARIA, Vnum ex ostiis Padi fluuij commemoratur à Plin. lib. 3. cap. 16.

Carboniana bonorum possessio, quæ scilicet ex Carboniano edicto datur, ex quo infantibus aut impuberibus, quibus cõtrouersia fit, an inter liberos sint, causa cognita, perinde bonorũ possessio datur, ac si nulla de ea re controuersia esset, & iudiciũ in tempus pubertatis differtur. l. 1. D. de Carbon. edict. & in l. 2. D. de vent. in possess. mittend.

CARCASES, Populi sunt Galliæ Narbonẽsis, quorum oppida sunt Anatilia, Aeria, Bormãnico, Macina, & Cabellio. Author Plin. lib. 3. cap. 4.

CARCASVM {[illegible]} Narbon. Galliæ vrbs. Author Plin. lib. 3. cap. 4, in descriptione Narbonensis prouinciæ. Hodie vulgò *Carcasona.*

Carcer, carceris, pen. cor. m. g. {δεσμωτήριον, φυλακή, εἱρκτή} Locus, inquit Seruius, in quo seruãtur noxij: vel vnde quis exire prohibetur: à coercendo dictus, vt ait Varro de Ling. Lat. lib. 4. quòd exire prohibẽtur. Liu. 1. ab Vrbe, Carcer ad terrorem increscentis audaciæ media vrbe imminens foro ædificatur. Cic. 7. Verr. Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia sint in improbos more maiorum constituta?

Scelerum vindex. Cic. 2. in Catil.

Ianitor. Cic. 7. Verr.

Inferorum. Sen. in Herc. fur. 13, —dira furiarum loca
Et inferorum carcer.

Vincula carceris rumpere. Cic. 1. Tuscul.

Ædificatus ad illius pœnam. Cic. pro Sylla.

Æolius, Id est ventorum carcer, quibus Rex præest Æolus. Ouid. 2. Fast. Ater Seneca in Herc. OEth. 9.

Cæcus. Virg. 6. Æneidos, —neque auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco. Id est tenebroso.

Dirus. Seneca in Thyeste, 1,
Quod ipse custos carceris diri horreat.

Carcerem in aliquem effundere. Cic. in Pisonẽ, Quòd omnes vndique perditos collegistis: quòd in me carcerem effudistis: quòd coniuratos armastis, &c.

Mœstus carcer, ab effectu, quia mœstos facit. Ouid. ad Liuiam.

Niger. Iuuenal. sat. 13.

Reuulsus, Apertus. Claud. 1. de Raptu Proserp.

Rusticus, Id est carcer ruri seruos ad glebam astrictos continens. Iuuen. sat. 14, Quid suadet iuueni lætus stridore catenæ,
Quem mirè afficiunt inscripta ergastula, carcer Rusticus?

Sollicitus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 6. Sollicitum dicit, quòd sollicitos & anxios reddat inclusos.

Squallidus. Ouid. 2. Amorum, eleg. 2.

Tenebrosus. Lucan. lib. 2.

Vno carcere contenta Roma. Iuuen. sat. 3.

Asseruare in carcere. In ASSERVO.

Carcere attineri. Tacit. lib. 5.

Condi in. Cic. 7. Verr. Qui postulante me, produci atque in carcerem condi imperauit.

Coniici in. Cic. 1. Tusc. Cubare in. Vide CVBO.

Deducere aliquem in. Vide DEDVCO.

Duci in carcerem illos iubet. Cic. 7. Verr.

Emissus è carcere rogatu hominis optimi. Cic. pro Plancio.

Carcere frænare. Virg. 1. Æneid.

Includere in. Vide INCLVDO.

Laxari. Liberari. Claud. 2. de Raptu Proserp.

Mittere in. Cic. 4. in Catil.

¶Carcer, homo, per metaphoram. Terent. Phorm. 2. 3, Aín tãdem carcer? Vbi Donatus, Non carcerarium, sed carcerem asperius appellauit. Sic Lucilius, Carcer, vir carcere dignus.

¶Carceres, tãtùm pluraliter {[illegible]} Locus in circo, vnde emittuntur equi in spectaculis. Seru. in 1. Æn. Carcer est vndecũque prohibemur exire. Dictus quasi arcer, ab arcendo. Locum autem in quo seruantur noxij, carcerem dicimus numero tantùm singulari: vnde verò erumpunt quadrigæ, carceres dicimus numero tantùm plurali. licet plerunque vsurpet poeta, vt est 3. Æneid. Ruúntque effusi carcere currus. Cic. de Clar. Orat. Nec enim in quadrigis eũ secundũ numerauerim, aut tertiũ. qui vix è carceribus exierit, quum palmam iã primus acceperit: nec in Orationibus, qui tantũ absit à primo, vix vt in eodem curriculo esse videatur. In illa tamẽ significatione nónunquam etiã apud idoneos authores, frequenter apud poetas singulariter profertur. Author ad Heren. lib. 4. Impudentésque illos dicit esse qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet, &c. Ouid. 10. Met.
Signa tubæ dederant, quum carcere pronus vterque
Emicat, & summam celeri pede libat arenam.

Soluti carceres. Stat. 6. Thebaidos,
Ceu modò carceribus dimissus in arua solutis.

Dimitti carceribus. Stat. 6. Thebaid.

Effundere sese carceribus. Virg. 1. Georgicorum,
Vt quum carceribus sese effudere quadrigæ.

Exire è carceribus. Cic. de Clar. Orator.

¶A carceribus ad calcem, Id est à principio ad finẽ. Cic. de Amic. Maximè quidem optandum est vt cum æqualibus possis viuere: quibuscum tanquam è carceribus emissus sis, cum iisdem ad calcem, vt dicitur, peruenire possis.

A carceribus ad metas. Varro 1. de Re rust. cap. 3, Ars an sit agricultura, an quid aliud & à quibus carceribus decurrat ad metas.

Carcerarius {[illegible]} Adiect. vt, Carcerarius quæstus, Qui ad carcerẽ pertinet. Plaut. Capt. Ægrè est mihi hunc facere quæstum carcerariũ.

Carceraticum, in comment. ad tit. de verb. signif. Alciatus accipit pro illa mercede, quam militibus, qui custodiæ carcerum præsunt, humanitatis causa magistratus largiuntur. Verùm Haloander id verbum non agnoscit in §. panniculara. l. diuus. D. de bon. damnat. sed Charisticon legit, nempe quod ob gratiam alicui datur. Est enim ductum à charitibus, id est gratiis.

CARCHEDON, penult. prod. {Καρχηδών} Carchedonis, Carthago dicitur. Inde Carthaginenses Carchedonij dicti. Plaut. Carchedonius vocatur hæc comœdia, Latinè Pœnulus.

Carchedonius, Smaragdi genus, inter metalla æris repertum, vilissimum, minimúmque: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pauonum, columbarúmque collo plumis simile. Vide Plin. lib. 37. cap. 5.

¶Carchedonius, Carbũculi species. Plinius, Archelaus tradit Carchedonios nigrioris aspectus esse, sed igne, vel sole, & inclinatione acrius quàm cæteros excitari. Eosdem vmbrãte tecto purpureos videri, sub cælo flammeos, contra radios Solis & scintillare: ceras signantibus his liquescere, quanuis in opaco: etiamnum in Carchedoniis maribus stellas intus ardere, fœminas fulgorem vniuersum fundere extra se. Hæc ille lib. 37. cap. 7.

Carchesium {καρχήσιον} Poculi genus. Virg. 5. Æneidos,
Hic duo rite mero libans carchesia Baccho.

Libare carchesia. Stat. 2. Achill.

Inuergere, vel Superinuergere carchesia. Ouid. 7. Metam. Est autem Carchesium, ait Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21, poculum Græcis tantummodo notum. Meminit eius Pherecydes in libris historiarũ, aitque Iouem Alcumenæ pretium concubitus carchesium aureum dono dedisse. Sed Plautus insuetum nomen reliquit, aitque in fabula Amphitryone, pateram datam, quum lõgè vtriusque poculi figura diuersa sit. Patera enim, vt & ipsum nomen indicio est, planum ac patens est. Carchesium verò procerum, & circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingẽtibus. Asclepiades autem vir inter Græcos apprimè doctus, ac diligens, carchesia à nauali re existimat dicta. Ait enim naualis mali partem inferiorem, pternam vocari: at circa mediam ferè partem τράχηλον dici: summam verò partem carchesium nominari: & inde diffundi in vtrunque veli latus ea quæ Cornua vocantur.

¶Carchesia, Summa pars mali, id est foramina quæ à summo mali funes recipiunt. Lucilius, Tertius hic mali superat carchesia summa. Hæc Nonius.

CARCINA {Καρκίνη} Ciuitas est mediterranea, à qua sinus Carcinites, de quo vide suo loco.

Carcinetron, Herbæ genus, Græci Polygonon vocant: cuius succus naribus infusus, supprimit sanguinem: & cum vino potus, cuiuslibet partis profluuiũ, excreationésq; cruentas inhibet. Plin. lib. 27. cap. 12. Ruell. lib. 3. cap. 79, dicit à Latinis appellari sanguinariam: Officinis

autem nostri, & herbariis *corrigiolam* & *centinodiam* marem.

Carcinias, Gemma marini cancri colore. Plin. lib. 37. cap. 11.

CARCINITES, penul. prod. Sinus est Scythiæ Europeæ apud Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2. Vulgò dicitur *Le goulfe de Nigropila*. In eodem sinu vrbs est, nomine Carcine, eodem Pomponio authore. Est & Carcinitus fluuius oppidum præterfluens, Ptolemæo.

Carcinodes, In CARCINVS.

Carcinoma, pen. prod. Carcinomatis, pen. corr. n. g. {καρκίνωμα} Cancer morbus. Plin. lib 20. cap. 9, Aqua quoque eius decocta, neruos, articulósque mirè iuuari: si foueantur vulnera & recentia & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis sanari possint.

Carcinus, penul. corr. Id est cancer animal. καρκῖνος à Græcis dicitur. Lucan. lib. 9, Carcinus ardens. Hic pro Cancro sydere accipitur. ¶ Est item Carcinus duorum poetarum Tragicorum nomen, quorum alter Atheniensis fuit, alter Agrigentinus. Horum scripta enumerat Suidas.

Carcinodes, pen. prod. carcinodeos, neut. gen. {καρκινώδης} A carcino dicitur, hoc est cancro, quando vitium seu morbus cancri naturam imitatur, & serpit quasi cancer. Plin. lib. 20. cap. 17, Narium quoque carcinodes, consumit illitum ex aqua.

Cardaces. Apud Persas appellabantur qui ex rapto viuebant. Nam Carda apud eos bellicosum & violentũ significabat. Author Str. li. 15.

CARDAMYLA {καρδαμύλη} Vrbs fuit Peloponnesi, propinqua Pylo, sub dominio Agamemnonis, vna earum quæ reconciliationis ergò, Achilli ab Agamemnone offerebantur, apud Homerum lib. 9. Iliad.

Cardamine {καρδαμίνη} Sisyrabrii genus est, quod Officinæ Nasturtium aquaticum vocant. Vide Dioscorid. lib. 2. cap. 117. & Ruellium lib. 2. cap 60.

Cardamomum, penul. prod. {καρδάμωμον} Genus herbæ odoriferæ. Plin. lib. 12. cap. 13, de azaro, amomo, amomide: Simile his (inquit) & nomine & frutice cardamomum, semine oblongo. metitur eodem modo & in Arabia. Quatuor eius genera. Viridissimum ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti, quod maximè laudatur. Proximũ è rufo candicans. Tertium breuius atque nigrius. Peius tamen varium, & facile tritu, odorísque parui: qui verius, costo vicinus esse debet. Verum Cardamomum hodie non affertur ad nos.

Cardamon, pen. corr. n. g. {κάρδαμον} Herba quæ Syluestre nasturtiũ dicitur Dioscoridi & Galeno, vnde prouerbium Græcum, ἔσθιε κάρδαμον, Ede nasturtium. Vide Chiliadas Erasmi. Vulgò appellatur *Du cresson alenois*.

Cardax {κόρδαξ} Saltatio obscœna, & comica. Bud. in l. athletas. D. de his qui not. infam.

CARDIA {καρδία} Thraciæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 11. cuius sæpe Demosthenes meminit in oratione contra Aristocratem. ¶ Est & vrbs Chersonesi Thraciæ, quæ ab aliis Cardiopolis, deinde Lysimachia dicta est. Alexander Myndius hanc ciuitatem in Eumenis gratiam immunem à tributis Philippum fecisse scribit. ¶ Inde adiectiuum Cardianus. vnde apud Æmilium Probum in Eumenis vita, Eumenes Cardianus vocatur.

Cardia {καρδία} Latinè Cor: quanquam etiam à priscis medicis, teste Galeno, pro superiori ventriculi orificio ponebatur, quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc factum est, vt cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infestet ventriculum, de quo in dictione CARDIACVS.

Cardiacus morbus {καρδιακός} Oris ventriculi affectus. cor enim pro ventriculi ore sumebant veteres: de quo sic Celsus lib. 3. cap. 19, Huic morbo præcipuè contrarium est id genus, quod καρδιακοὶ à Græcis nominatur: quanuis sæpe ad eum phrenetici transeant. siquidem mẽs in illis labat, in hoc constat. Id autem nihil aliud est, quàm nimia imbecillitas corporis: quod stomacho languente, immodico sudore digeritur. Licétque protinus scire id esse, vbi venarum exigui, imbecillíque pulsus sunt. Sudor autem supra consuetudinem, & modo, & tempore, ex toto thorace & ceruicibus, atque etiam capite prorumpit: pedibus tantummodo & cruribus siccioribus atque frigentibus.

Cardiacus, penult. corrept. pro illo qui Cardiaco morbo tentatur. Horatius 2. Serm. satyra 3,
Non est cardiacus, Craterum dixisse putato,
Hic æger. Cic. 1. de Diuin. Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis.

Cardialgia {καρδιαλγία} Dolor cordis, & mentis tristitia: item ventriculi erosio, quæ & Cardiogmos dicitur. Vide infrà.

Cardinales in Põtificio iure dictos opinatur Alciatus exemplo ciuilium magistratuum. In lib. Officior. Theodos. Cardinales appellantur Præfecti prætorio Asianæ diœcesis, & Præfectus Aphricæ, quòd maiores cæteris essent. Nam teste Sipontino Cardinalis & Cardineus præcipuum significat. Minimè errare vidẽtur, qui nomen Cardinalis diui Hieronymi ætate fuisse ignotum tradũt. Certè hoc Cardinalium genus non erat, etiamsi demus nomen fuisse. Sed & adhuc sub iudice lis est, quo tempore, quo fonte sit ortus Cardinalium ordo. Pontificum libelli, teste Roterodamo, indicant tum institutos, quum orbis agnoscens Romanã ecclesiam totius Reipub. Christianæ principem, eò conflueret, siquid extitisset quod eruditorum consilium requireret. Ad id muneris electi sunt duodecim Cardinales, viri doctrina, moribus & linguarum peritia instructi, qui nunc vocantur Pœnitentiarij, penes quos hæret functio. Nomen & dignitas penes alios est, quæ nunc regum æquatur altitudini.

Cardinalis & Cardineus, In CARDO.

CARDINEA dea, quæ cardinibus præerat. Vide CARNA.

Cardiogmus, mi {καρδιωγμός} Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus, & mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiam καρδίαν appellarũt) intolerabili punctione erosionéque infestantibus, nonnunquam etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par neruorũ ad eã à cerebro trãsmissum. Quò fit vt dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis pares non sint, solet subsequi ea syncope, quã stomachicã vocant.

Cardisce, es {καρδίσκη} Gemma est quæ fit ex draconis cerebro, viuenti abscisso, alio nomine Draconitias dicta. Plin. lib. 37. cap. 10, Draconites siue draconitias è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus abscisso, nunquam gemmascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, vt morientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur & Cardisce.

Cardo, cardinis, penult. corr. m. gen. {στρόφιγξ, στροφεὺς, γίγγλυμος} Dicitur quasi cor ianuæ, quo scilicet illa mouetur, vt ait Seruius. Virgilius 1. Æneidos,
-foribus cardo stridebat ahenis.
¶ Cardo, fœminino genere, antiquis:
Grauius Peliadibus,
Sonat impulsa regia cardo. Nonius.
Celer cardo. Seneca in Hippol. 9.
Celerique polos cardine versas. Verba sunt ad Iouem.
Facilis cardo. Iuuenal. sat. 4.
Horrisonus cardo. Virg. 6. Æneidos,
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ.
Emouere à cardine. Virg. 2. Æneidos,
-& emoti procumbunt cardine postes.
Emotus cardo. Stat. 1. Thebaidos,
-venti transuersa frementes
Confligunt, axémque emoto à cardine vellunt.
Stridet cardo. Virg. 1. Æneidos,
-foribus cardo stridebat ahenis.
Vellere à cardine postes. Virg. 2. Æneid.
Versare. Ouid. 4. Metam.
Versus cardo. Virg. 3. Æneidos,
Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus
Impulit. Id est aperta ianua, per Periphrasin. Seruius.
¶ Cardines appellantur à Vitruuio, lib. 6. cap. 1. & lib. 9. cap. 4, duo cæli vertices, alter Septentrionalis, alter Meridionalis, Græcè πόλοι dicuntur. Lucan. lib. 4,
-& summus olympi Cardo tenet Tethyn.
Mundi cardo, qui semper liquidis altior extat aquis. Periphrasis est Septentrionalis plagæ apud Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 10.
Eous cardo, Vnus è quatuor mundi cardinibus, Orientalis. Stat. 1. Thebaidos.
¶ Cardo, pro opportunitate. Virg. 1. Æneid. Haud tãto cessabit cardine rerum. Vbi Seruius, Aut ἀρχαϊκῶς dixit, ne in tãtum quidem: hoc est breui occasione cessabit. Aut simpliciter intelligendum est, Non poterit in tanta rerum opportunitate cessare: vt sit de prouerbio tractum, de quo dicitur, Res in cardine est, hoc est in articulo.
In eo cardo rei vertitur, dixit Cicero, pro eo quod est, ex hoc tota res pendet. Egregia translatio.
¶ Cardinem causæ in aliquo ponere dicebant antiqui, quod nunc dicimus, Accipere ius per hoc vel illud. Quintil. lib. 5. cap. 12, Cædes à te facta est: cruentam enim vestem habuisti. Non est tam graue argumentum si fatetur, quàm si cõuincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: si negat, hic causæ cardinẽ ponit, in quo si victus fuerit, etiam in sequentibus ruit. Budæus.
Cardo litium, Idem quod cardo causæ, siue summa totius litis. Quintil. lib. 12. cap. 8. Budæus.
¶ Cardo, summa pars est iugamenti, quod in cauum inditur. Budæus de Assamentis loquens.
¶ Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Æstas, Autumnus, & Hyems, lib. 18. cap. 25.
Extremus æui cardo. Seneca in Troade, 1. Id est exitus.
¶ Cardo, est forma agri: quã exponit Plin. lib. 18. cap. 33. his verbis: Obseruato solis ortu quocunque libeat die, stãtibus hora diei sexta, sic vt ortum eum à sinistro humero habeant: contra mediam faciem meridies, à vertice septẽtrio erit. qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Et Liu. 7. bel. Maced. Taurum montem à mari Euxino ad Cyprium excurrentem, cardinem à forma vocauit, quasi limitem imperij Romani à Septentrione ad Meridiem. Budæus.
¶ Cardines mathematici qui sint, Vide in TETARTEMORION.

Cardinalis & Cardineus, Adiectiua sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli vsi sunt pro præcipuo seu principali. Sipont.

Cardinatus, pen. prod. Adiectiuum {ἀγκωνωτός} vt Tignum cardinatum, quod vulgus *enclauatum* vocat. Vitruuius lib. 10. cap. 21. Coniuncta capitibus transuersario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato.

Cardopos {κάρδοπος} Significat arcam panariam. Nonnullis tamen pro mactra accipitur, quam & magida dicunt. Author Cælius libro 9. cap. 17.

CARDVCHI {Καρδοῦχοι Stephano} Parthorum populi, ad Tigrim fluuium, quorum meminit Strabo lib. 16.

Carduelis, huius carduelis {ἀκανθίς} Auis dicta, quòd carduorum semine pascatur. Plin. lib. 10. cap. 42, Minimæ auium carduelis, imperata faciunt, nec voce tantùm, sed pedibus & ore pro manibus. Dicitur carduelus à Seruio.

Carduus, cardui, masc. gen. {σκόλυμος} Herba est vulgo nota. Virgil. 1. Georgicorum,
Mox & frumentis labor additus: vt mala culmos
Esset rubigo, segnísque horreret in aruis Carduus. Segnis, id est mutilus, infœcundus. Seruius.
¶ Carduus benedictus. Planta est nullis hoc tempore non cognita. Seritur passim in hortis, sapore admodum amaro, quòd terreis constet partibus, calore quodam attenuatis. Magni nominis, magnæque existimationis planta est non modò apud Italos, sed etiam apud exteras nationes, præsertim contra pestilentiam: item aduersus venena lethalia, tam interius sumpta, quàm venenosorum animalium ictibus aut morsibus imposita. Vide plura apud Mathiol. Senens. in lib. 3. Dioscor. cap. 91.

Care, In CARVS.

Carectum, In CAREX.

CARENSES, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

CARENTANI, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plinio lib. 3. cap. 12. locati, prope Frentanos.

Carenum, Genus vini dulcis: atque ita vocatur, quum musti vna parte decocta deperditáque relinquuntur duæ. Sed vocabuli origo ita obscura est, vt à grammaticis nullis sit perscripta, quũ tamen authores multi huius vocis meminerint, vt Palladius, & Græci rerum rusticarũ scriptores, etiam in medicina Nicolaus Myrepsus & Apitius coquus. Ego autem vinum velut caricum, inquit Turnebus, esse crediderim. Nam siue carœnum per œ scribatur, suspicioni nostræ suffragabitur etymologia, siue per e singulare carenum reperitur, quo recentiores scriptores, quorum proximis seculis nomen vini careni natum erat, vtuntur, & melius scribi quidam censent. Cassiodorus in Tripartita historia, Isauriæ quoque latrones maxima multitudine congregata vsque ad Carenos & Phœniciam venientes, vrbes & vicos in medio positos populati sunt. Græcè autem scribitur μίχει κασρῦ τοῦ οἰνίσκου, &c. Genus ergo tale vini, vt credibile est, primi Cares decoxere, & nomine de se affecere.

Carenariæ, videntur apud Palladium appellatæ cortinæ & vasa, in quibus coquitur carenum. Sic autem scribit, Et diligenter per carenarias diuisum, quinque horarum spatio continuo per inuestes pueros curabis agitare, vasa ipsa concutiens. Turnebus.

Carco, cares, carui, caritum, pen. corr. & contra regulam cassum {Στερίσκομαι, λείπομαι, ἐρημόω.} Priscianus censet dictionem cassus, nomen esse potius, quàm participium, vt vacuus. Virgil. 2. Æneidos,

-nunc cassum lumine lugent. Id est priuatum, vacuum. Seruius.

Carere quid significet declarat Cicero 1. Tuscul. his verbis, Triste enim est nomen ipsum carendi: quia subiicitur hæc vis, Habuit, non habet, desiderat, requirit, indiget. Et paulo pòst, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis. Plura ibidem.

Careo, cum genitiuo. Terent. Heaut. 2. 4,

Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere quos cepi, leues: Præterquàm tui carendum quòd erat.

Cum accusatiuo. Plaut. Curcul. 3,

Quia id quod amo careo.

Cum ablatiuo. Terent. Eunuch. 2. 1,

Ego non illa caream, si sit opus vel totum triduum?

Caruisne febris te heri vel nudiustertius? Plaut. Curc. 2.

Aditu carentia saxa. Ouid. 3 Metam.

Ambitione caret pectus. Horat. 2. Epist. 2.

Anima carere. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Bono. Cic. 1. Tuscul. Dicitur illud bono carere quod est malum.

Bonis morum. Id est carere bonis moribus. Stat. 5. Sylu.

Commodis carere. Cic. pro Roscio Amerino, An amandarat húc sic, vt esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, vt commodis omnibus careret?

Crimine carere. Cic. pro Ligario, Ergo hæc duo tempora carent crimine.

Culpa. Terent. Hecyr. 4. 4,

Censen te posse reperire vllam mulierem
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri? Hic videtur Terentius ponere Carere culpa, pro eo quod est, Non delinquere.

Cura carens opera. Horat. de Arte poetica.

Dolore carere. Cic. de Amic. Valetudo expetitur, vt dolore careas. Idem 1. de Finib. Quum omni dolore caret.

Sensu doloris carere. Cic. ad Brutum, Ne idipsum carere omni sensu doloris, sit miserius quàm dolere.

Dolis carere. Virgil. 2. Æneidos, -an vlla putatis
Dona carere dolis Danaûm.

Domo carere. Cic. 7. Verr. Annum tibi illum vnum domo carendum esse meretricis?

Exemplo carere nefas dicitur, quod ab alio nemine commissum est. Seneca in Hippolyto, 4. 4,

Tum scelera dempto fine per cunctas domos
Iere: nullum caruit exemplo nefas.

Febri carere. Cic. ad Tironem, lib. 16, Mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere.

Fide carere dicitur res. Plin. lib. 7. cap. 1, Naturæ verò rerum vis atque maiestas, in omnibus momentis fide caret.

Fide carent verba. Ouid. epist. 2.

Fine. Ouid. 14. Metam.

Foro. Cic. pro Milone, Caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu.

Fraude non caret. Celsus in l. quod Nerua. D. depositi.

Frigoribus. Horat. 3. Carm. ode 19.

Grauitate carens, Non ponderosus. Ouid. 1. Metam.

Honore. Ouid. 3. de Arte amandi.

Honore mortis. Virgil. 6. Æneidos,

Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes. Id est sepultura. Seruius.

Inuidia. Ouid. 13. Metam.

Labe vita carens. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.

Lacrymis caruere genæ. Virgil. 5. Æneidos,

Nec lacrymis caruere genæ.

Laude sua. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Libertate, Non liberum esse. Horat. 1. Epist. 10.

Carere hac luce. Cic. 1. Tuscul. Miserum Cn. Pompeium, qui tanta gloria, dignitate tanta sit orbatus: omnes denique miseros qui hac luce careant. Hoc est his honoribus priuentur.

Carere forensi luce. Cic. de Claris Orat. Id est causas non agere.

Luce carere. Id est mortuum esse. Ouid. 2. Metam.

Luxu carentes deliciæ. Stat. 1. Sylu.

Malis. Lucret. lib. 2.

Malo caret mors. Cic. 1. Tuscul.

Mente bona. Ouid. 2. Amor. eleg. 8.

Metu alicuius. Seneca in Hippol. 2.

Morte carentes diui. Horat. 2. Carm. ode 8.

Munere. Virgil. 5. Æneidos,

-indignantem tali quòd sola careret Munere.

Niuibus caritura Rhodope. Ouid. 2. Metam.

Caret Cressa nota dies. Horat. 1. Carm. ode 36. Album calculum Cressam notam dicit Porphyrius.

Oculis carere. Ouid. in Ibin.

Patria carere. Terent. Heaût. 1. 1,

Carens patria ob meas iniurias.

Perturbatione animi carere. Cic. 1. Offic. Sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant.

Peste carere. Virgil. 9. Æneidos, -retróque residunt
In partem quæ peste caret. Id est incendio. Seruius.

Iura carentia pompa. Lucan. lib. 2,

-vanáque carentia pompa Iura placent.

Prouincia carere. Cic. 6. Verr. Diodorus interea Prætore isto propè triennium prouincia domóque caruit.

Publico carere. Cic. pro Milone, Caruit foro postea Pompeius, caruit senatu, caruit publico. Id est in forum nõ venit, in senatu non fuit, in publico versatus non est.

Rebus vrbanis carere. Cic. 4. Acad. Quibus temporibus florere in foro maximè potuit, caruit omnino rebus vrbanis.

Roma carere. Cic. ad Atticum, lib. 9, Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi. Id est Roma absumus.

Reditu vela carent. Id est non redeunt. Ouid. epist. 2.

Rubigine dentes careant. Ouid. 1. de Arte amandi.

Senatu carere. Cic. pro Milone.

Sensu caret mors. Ouid. 12. Metam.

Sensu & vita carere. Cic. pro Caio Rabirio, Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu & vita caret?

Sensu carentia semina. Lucret. lib. 2.

Sepulcro patrio carere. Horat. 2. Serm. satyr. 3,

Per quem tot iuuenes patrio caruere sepulcro.

Sole carens domus. Ouid. 2. Metam.

Stultitia. Horat. 1. Epist. 1,

Virtus est vitium fugere: & sapientia prima,
Stultitia caruisse.

Successu carent doli. Ouid. epist. 1.

Suspicione. Cic. pro Roscio Amerino, Veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. Id est non purus est, ait Budæus.

Temeto. Cicero, Carent temeto omnes mulieres. Plautus, Siue sobbibit, siue caret temeto. Id est vinum non bibit.

Terrore mortis. Iuuenal. satyr. 10.

Venia. Horat. in Arte.

Vino, Non bibere vinum. Plaut. Asin. 13.

Hæc nocta ei esto, vino viginti dies vt careat.

Virginitate carens. Ouid. 9. Metam.

Virtute carentia verba. Horat. 2. Epist. 2.

Vitiis carens. Horat. 3. Carm. ode 27.

Voluptatibus. Cic. de Senect. Tum quòd voluptatibus carerent.

Non caret qui non desiderat. Cic. de Senectute, Cupidis enim tàlium rerum, odiosum fortasse, & molestum carere. Satiatis verò & expletis iucundius est carere, quanquam non caret is qui non desiderat.

Carendo, Gerundium. Cic. Post redit. in Senat. Amicitiæ, cõsuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique, & dies festi qui haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quàm fruendo.

Carendum tui est, pro te, à Næuio olim dictum refert Gell. noct. Attic. lib. 19. cap. 8.

CARES {Κᾶρες} populi Cariæ. Vide CARIA. Virgil. lib. 8. Æneidos,

Hic Lelegas, Carásque, sagittiferósque Gelonos.

CARESUS {Κάρησος} Fluuius est Troadis, Homero 12. Iliad. celebratus, cuius Plinius ait nulla sua ætate extitisse vestigia, lib. 5. cap. 30.

CARETHA, Insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Author Plin. lib. 5. cap. 30.

Careum, siue Carum Plinio, κάρον Dioscoridi, Herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens eiusdem nominis. Athenæus Pastinacam maiorẽ interpretatur, vulgata pastinaca multò præstantiorem. Officinæ Carui appellant. Vide Ruell. libro 3. capite 43.

Carex, caricis, penult. corr. fœm. gen. Herba acuta & durissima, similis spartho. Virg. 3. Georgicorum, Et carice pastus acuta. Hæc Seruius. Colum. lib. 11. cap. 2, Filix quoque aut carex vbicunque nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: melius tamen circa Idus Iulias ante Caniculæ exortum.

Carectum, carecti, Locus caricibus plenus. Virgil. 3. ecloga, Tu post carecta latebas. Columel. lib. 6. cap. 22, Melius nemoribus herbidis, & frutectis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur vnguiæ.

CARIA {Καρία} Eius Asiæ quæ minor dicitur, prima regio est. Minorem autem Asiam Plin. lib. 3. cap. 27, ab ortu Lycaonia, & Phrygia illa quæ Galatiam, & Pisidas attingit, ab occasu toto Ægæi maris excursu, à meridie Ægyptio pelago, à septentrione Paphlagonia terminat. Huius Cariæ meminit Cicero in oratione pro Flacco, Quid de tota Caria? nõnne hoc vestra voce vulgatum est, Siquid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum.

Caricus, pen. corr. {Καρικός} adiectiuum. vt, Charta Carica. Stat. 4. Sylu. Chartæ Thebaicæve, Caricæve.

Carinus, aliud adiectiuum. Hinc Carinæ mulieres quædam olim dicebantur, quæ cantu flebili mortuos in funeribus affectabantur, quoniam è Caria accerserentur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 4.

Carius {Κάριος} aliud adiectiuum. vt, Diana Caria. Stat. 4. Thebaidos,

Plaudentíque habiles Cariæ resonare Dianæ.

CARIATAS {Καριάτας} Vrbs fuit in Bactriana, quam Alexander sub-

uenit, vbi Callisthenes comprehensus est, & in vincula coniectus, vt author est Strab. lib. 11.

Carica, caricæ, pen. corr. {καρικὴ} Genus fici, à loco sic dictum. Plinius lib. 13. cap. 5, Syria præter hanc peculiares habet arbores. In ficorum genere caricas: & minores eius generis quæ coctana vocant. Cicero 2. de Diuinatione, Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

Carica propriè est ficus sicca. Ouid. 1. Fastorum,
Quid vult palma sibi, rugosáque carica? dixi.

Carico, caricas, pen. corr. {ἐπιβαρύνω} Idem est quod Onero. Hieronymus, Origenes maiora cogitans, propriúmque ingenium ferre non sufficiés, oneribus maioribus caricabat se, & quum sic incedere non posset, ruina magna deuolutus est.

CARICON {καρικόν} Locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. Author Steph.

CARIDEMVM, Promontorium in Hispania. nunc dicitur *Capo de Carbonero*. Oliuarius in Melam lib. 2. cap. 6. Idem tamen Oliuarius dicit ibidem, Caridemum promontorium vocari, caput de Gata.

Carides, Pisces sunt qui tenui testa concluduntur, duritiéque testaceis sunt similes: sed minus quàm illi salsi humoris continent, quanquam eum habent satis multum. Ex Galeno lib 3. de aliment. facult.

Caries, pen. cor. cariei, pen. prod. fœm. gen. {εὐρὼς} Est vetustas vel putrilago: authore Nonio. Lucilius satyr. lib. 7,
Ne auriculam obsidat caries, ne vermiculíque.

Tenera caries, Mollis. Ouid. 5. Tristium,
Vertitur in teneram cariem, rimísque dehiscit,
Siqua diu solitis cymba vacabit aquis.

Infestari carie. Columel. lib. 11. cap. 2, Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente ab vicesima vsque in tricesimum: quia sic cæsa iudicatur carie non infestari.

Sentire cariem. Plin. lib. 16. cap. 39, Cedri oleo peruncta materies, nec tineam nec cariem sentit.

Trahere cariem. Plin. lib. 23. cap. 1, Iam & patresfamiliâs ætatem ademere his quæ per se cariem traxere, quo certè vocabulo satis consilij dedere prisci, quoniam & in materiis cariem fumus erodit.

Cariem vetustatis recipere. Colum. lib. 3. cap. 2.
Carie pruna rugosa. Mart. lib. 13.
Ossium vitiatorum caries. Cels. lib. 8. cap. 2.
Caries vini. Plin. lib. 15. cap. 2, de vino, Quinimmo inuitat ad seruandum blanda inueterati caries.

Cariosus, pen. prod. {εὐρωτιῶν} adiectiuum, Quod carie infestatum est. Columel. lib. 4. cap. 26, Hæc, eorúmque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partésque eorum putres dedolandæ: atque alia conuertenda, quæ synceritatem habent: alia summouenda, quæ vel cariosa, vel iusto breuiora sunt.

Cariosa amphora. Martial. lib. 11. epig. 50,
Amphora nunc petitur nigri cariosa falerni, &c.
Cariosa ossa Celso dicuntur, lib. 8. cap. 2.
Senectus cariosa. Id est est cariem afferens rebus. Ouid. 1. Amor. elegia 12.
Cariosa terra. Columella libro 2. cap. 4, Obseruabimus ne lutosus ager tractetur: néve exiguis nimbis semimadidus, quam terram rustici variam cariosámque appellant. Vide Plinium libro 17. capite 5.

CARILLAE {καρίλλαι} Carillarum, Picentum oppidum, quod Annibal deleuit. Sil. lib. 8,
-& exhaustæ mox Pœno Marte Carillæ.

Carina, carinæ, pen. prod. {τρόπις, τρόπη} Infima pars nauis, authore Festo Pompeio: siue ea trabes qua nauis fundatur. Cæsar 1. belli Ciuilis, Carinę primùm, ac statumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Liuius 2. belli Punici, Insequuti trepidam hostium classem, naues omnes, quæ non aut perfregerant proras litore illisas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. Ouid. 14. Metamorph.
-mediísque carina Subdita nauigiis. Cic. 3. de Orat. Quid tam in nauigio necessariũ quàm latera, quàm carinæ, quàm prora, quàm puppis, &c.

Fida carinis statio. Virgil. 2. Æneidos,
Nunc tantum sinus & statio malè fida carinis.
Audaces carinæ. Iuuenal. satyr. 10.
Celeri carina metiri aquas. Ouid. 9. Metam.
Curuæ carinæ. Virgil. 1. Georg.
Facilis. Sil. lib. 17.
Fessa. Ouid. 2. de Remedio amoris,
Hoc opus exegi: fessæ date serta carinæ.
Firma. Ouid. epist. 2.
Impulsæ tonsis. Lucan. lib. 3.
Incurua. Ouid. 15. Metam.
Longæ. Virgil. 5. Æneid.
Mersa. Lucan. lib. 3.
Æquora discedunt mersa deducta carina.
Panda. Virgil. 2. Georg. Id est curua. Seruius.
Pictæ carinæ innant fluuio. Virgil. 8. Æneid.
Pressæ carinæ, pro onerariis vt ait Seruius. Virgil. 1. Georg.
Sicca. Horat. 1. Carm. ode 4. Id est in littus propter intermissam ob temporis iniuriam, nauigationem subducta.
Turrigera. Lucan. lib. 3.
Velifera. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Vncta natat. Virgil. Æneid. 4.
¶ Disiectare carinas. Lucret. lib. 2,
Disiectare solet magnum mare, transtra, carinas.
Carinæ sine funibus vix durare possunt æquor imperiosius. Hoc est ferre, sustinere. Horat. 1. Carm. ode 14.
Emittere. Lucan. lib. 3.
Ferre. Lucan. lib. 1.
Iactare carinas dicitur Neptunus. Ouid. 18. Epist.
Te decet aut magnas magnum iactare carinas.
Insultant carinæ fluctibus. Ouid. 1. Metam.
Rapiunt carinas venti. Lucan. lib. 3.
Rapi fugiente carina. Lucan. lib. 8.
Rumpere. Horat. Epod. 10.
Sulcant vada. Virgil. 5. Æneidos,
-& longæ sulcant vada salsa carinæ.
Tetigere portum. Virgil. 1. Georg.
Texitur carina suis costis. Ouid. epist. 15.

¶ Carinæ putaminum bifidæ. Plin. lib. 15. cap. 22, Solum hoc pomum natura compactili operimento clausit. nanque sunt bifidæ putaminum carinæ.

¶ Carinæ, Ædificia facta in carinarum modum, quæ erant intra templum Telluris. Virgil. 8. Æneidos,
Romanóque foro, & lautis mugire carinis. Seruius. Cic. de Arusp. resp. Quum in concionibus diceret velle se in carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet.

Carino, carinas, pen. prod. {τροπιζω} carinare. Plin. lib. 9. cap. 33, Saliunt pectines, & extra volitant seque & ipsi carinant. Id est, Sua sibi concha instrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex testa effingunt.

Carinantes, Probra obiectantes, à carina dicta, quæ est infima pars nauis: sic illi fortis infimæ. Hæc Festus.

Carinatus, pen. prod. participium {τροπιδωτὸς} Concauus, & in modum carinæ formatus. Plin. lib. 11. cap. 37, Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum.

Carinatim, aduerbium, quod significat ad similitudinem carinæ. Sipontinus.

Carinarij, apud Plautum in Aulularia, sunt qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera Doricè καρὶς dicitur, quæ aliis Græcorum linguis κηρὸς vocatur: libentius autem à Doribus & Æolibus Latini mutuum sumunt, quàm ab aliis Græcis. Sic in Asinaria ἐνηρὸς, ἐνηρὸς vocatur à Plauto. Huic nomen Græcè est onagos fabulæ. & in hac ζημία, ζημία: Ibi onerat aliquam zamiam. Plautus tamen in Epidico cerinum dicit, vt siue carinarios, siue cerinarios dicas, tantundem eloquaris, sine vllo vocabuli dispendio. Cerinus color significatur apud Ouidium hoc versu,
Et sua velleribus nomina cera dedit. Ex Turnebo.

CARINI, Germaniæ populi apud Plinium lib. 4. cap. 14.

CARIOSVELITES, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plinium lib 4. cap. 18.

Cariota, In CARIOTA.

Caritas, In CARVS.

CARISA, cognomine Aurelia, ciuitas Hispaniæ ad Bætim fluuium, in Gaditano conuentu. Plin. lib. 3. cap. 1.

Carissa, apud Lucilium vafram significat. Festus.

CARISSANVM, castellum quoddam in Italia. Plinius lib. 2. cap. 56, L. autem Paulo, C. Marcello coss. lana pluit circa castellum Carissanum, iuxta quod post annum T. Annius Milo occisus est.

CARIVS {κάριος} nomen filij Iouis & Torrhebiæ, qui circa Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuisse, ab eis musicam didicisse, eámque apud Lydos propagasse. Quapropter diuinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipse Carius à nomine eius appellatus est. Author Stephanus.

CARMADAS, Viri nomen, qui, vt à Plinio traditur, tam felici memoria fuit, vt libros bibliothecarum propè legentis modò, quos quis requireret, repræsentaret. Et hic fortasse fuerit, quem Cicero 1. Tusculana in commemorãda memoriæ præstantia, nominauit, quanquam in omnibus libris Carneades mendosè, vt suspicor, sit scriptum. Mæ etiam in Plinio Carmidas legitur. Vide Turnebum, aduersar. lib. 12.

CARMANIA {καρμανία} vt Stephanus & Strabo tradũt, regio Indiæ. Carmania autem duplex est, culta vna, deserta altera. Habitantes, vt docet Plin. lib. 7. cap. 34, ichthyophagi cognominati sunt, quòd solis piscibus vescantur. de quibus Pomponius libro 3. scribit, Carmani sine veste ac fruge, sine pecore, ac sedibus: piscium cute se velant, carne vescuntur, præter capita toto corpore hirsuti. Hæc Pomponius.
Carmani duces. Lucan. lib. 3.

CARMANIDES, Pictor fuit haud ignobilis, Euphranoris discipulus, cuius meminit Plin. lib. 35. cap. 11.

CARMELVM, vel Carmelus, penul. prod. {κάρμηλον} Duorum montium nomen, teste Hieronymo, quorum alter est in Galilæa ad Australem plagam, in quo habitauit Nabal Carmelus, maritus Abigail: alter Phœnices, iuxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Helias Propheta flexis genibus pluuiam impetrauit. Posterioris huius meminit & Plin. lib. 5. cap. 19. Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

CARMELVS, deus & mons, ita lib. 17. à Cornelio Tacito describitur: Est inter Iudæam Syriámque Carmelus, ita vocant montem deúmque: nec simulacrum deo aut templum, sic tradidere maiores: aram tantùm & reuerentiam, & reliqua de eius sacerdote Basilide, qui Flauij Vespasiani imperium prædixit.

Carmen, carminis, pen. cor. n. g. {ᾆσμα, ᾠδὴ} A cano appellatum, quasi canimen. Dicitur autem quicquid certa lege & mensuris, siue dimensionibus compositum est: cuiusmodi sunt opera Virgilij, quæ magis cantui accommoda sunt, quàm quæ prosa oratione scribuntur. Virg. 8. ecloga, Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Cic. 2. de Diuin. Non autem esse carmen illud furentis, ipsum poema declarat.

Arma carminis. Id est instrumenta & adminicula ad scribendum carmen. Ouid. 5. Trist. eleg. 13,
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Ars carminis. Horat. 1. Epist. 20,
Quod timui mutare modos, & carminis artem.
Scriptores carminum. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Carmen

Carmen & cantus. Cic.3.de Orat. Quorum illa summa vis carminibus est aptior & cantibus.
Carmen virtutis. Id est concentus. Cic.5.de Finib. Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis, virtutis quasi carmen efficitur.
Absurdum carmen. Cic. pro Murena.
Æolium. Horat.3.Carm.ode 30,
-Æolium carmen ad Italos Deduxisse modos. Æolide dialecto Alcæus lyricus poeta vsus est. Porrò Alcæum imitatus est Horatius. Testatur ergo se Græci carminis modulationem primum in Latinam linguam contulisse. Porphyrius.
Alterna carmina, duo sunt versuum genera quæ inuicem & alternis sibi succedunt. Sic vocantur elegi. Ouid.epist.21,
Forsitan & quare mea sint alterna requiris Carmina.
Amabile. Horat.1.Epist.3.
Aonium. Vide paulo pòst, Fluitantia carmina.
Aptum artificiosa verborum conclusione. Cic.2.de Orat.
Blandissima. Ouid.epist.21,
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.
Connubiale, Carmen nuptiale. Claud.7.Paneg.
Culta. Ouid.de Arte amandi, lib.3,
-nostri lege culta magistri Carmina.
Dulce. Martial.lib.13,
Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipse sui.
Carmina iam moriens canit exequialia cycnus. Ouid.14.Metam.
Exorabile, Quo aliquid exoramus. Valer.1.Argonaut.
Famosum. Horat.1.Epist.20.
Festum. Claudian.3.Panegyr.
Ficto carmine tenere aliquem. Virgil.2.Georgicorum,
-non hîc te carmine ficto
Atque per ambages & longa exorsa tenebo. Id est, simpliciter vniuersa describam: neque, vt in Æneide, aliquibus figmentis, aut vllis vtar ambagibus. Seruius.
Flebile. Ouid.Epist.21.
Fluitantia carmina. Ouid.ad Pisonem, -si carmina fortè
Nectere ludenti iuuit fluitantia versu,
Aonium facilis deducit pagina carmen.
Fœdum. Horat.2.Epist.1, -ferè scriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.
Felicia carmina, Felici profecta ingenio & vena. Ouid. 2. Amor. elegia 17, Sunt mihi pro magno felicia carmina censu.
Grata fœminis. Horat.1.Carm.ode 15.
Graue plenúmque. Cic.1.Tuscul.
Honorum carmen, quod honorem meretur & famam. Valer.4. Argonaut.
Ignobile. Virgil.9.ecloga,
-neque est ignobile carmen.
Illaudabile. Stat.5.Sylu.
Imbelle. Stat.10.Thebaidos,
-carménque imbelle sequuti.
Incomptum. Author carminis obscœni, in ipso statim initio,
Carminis incompti lusus lecture procaces
Conueniens Latio pone supercilium.
Incondita carmina. Vide INCONDITVS.
Inerme. Ouid.in Ibin,
Omne fuit Musæ carmen inerme meæ.
Lacrymosum. Ouid.5.Trist.eleg.1.
Læta. Virgil.2.Georgicorum,
Et te Bacche vocant per carmina læta.
Lamentabile. Stat.5.Sylu.
Laudabile. Horat.in Arte. Lucida. Lucret.lib.4.
Mala. Martial.lib.12.epig.40. in Pontilianum.
Malefida. Ouid.in Ibin,
Carmina dum capiti diro malefida canuntur.
Mansurum. Stat.4.Sylu.
Medicabile. Id est dolores & curas auferens. Valer.4.Argonaut.
Miserum. In MISER.
Mæonium. Id est Homeri. Martial.lib.11.epig.91,
Et tibi Mæonio quod carmine maius habetur, &c.
Molle. Seneca in Agamemnone,5.
Mordax. Ouid.2.Trist.
Mortale, Non perpetuò duraturum. Ouid.2.de Ponto, eleg.6.
Nobile. Virgil.in Ætna, -hanc auget nobile carmen.
Nuptiale. Catul.in epithalamio Iuliæ.
Obliquum. Id est obliquè detortum in aliquem. Stat.1.Sylu.
Operosa. Id est multa opera & labore composita, non poetica quadam & diuina ingenij facultate. Horat.4.Carm.ode 2,
-operosa paruus Carmina fingo.
Oppressa. Lucret.lib.2.
Paruum. Horat.2.Epist.1, -sed neque paruum
Carmen maiestas recipit tua.
Perpetuum carmen dicitur quod vbique cohæret, argumento non interrupto. Ouid.1.Metamorphoseos,
-primáque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Pierium. Lucret.lib.1.
Plenum. Cic.1.Tuscul.
Carmina probrosa factitare. Tacit.lib.16.
Puerilia. Stat.1.Achilleidos,
-quærunt puerilia carmina Fauni. Id est carmina quæ Achilles adhuc puer ludere solebat.
Resonantia chordis. Ouid.ad Pisonem.
Robustum. Persius satyra 5.
Socialia. Ouid.epist.12,
Tibiáque effudit socialia carmina vobis. Id est Hymenæum cecinit.
Solenne. Stat.4.Sylu.

Sublimia. Iuuenal.satyr.7.
Tragicum. Horat.in Arte poetica.
Triuiale carmen ferire moneta communi. Iuuenal.satyr.7.
Viuidum. Martial.lib.12.epigr.62.
Vocale, Sonorum. Ouid.11.Metam.
Carmina incertis authoribus vulgata. Tacit.lib.1.
¶ Assignare carmen allectationi. Quintil.lib.1.cap.16.
Canere. Cic.de Claris Orat. Virgil.1.ecloga.
Sibi intus canere. Cicero de Lege Agraria, Atque hoc carmen hic Trib.pleb. non vobis, sed sibi intus canit.
Cantare carmina virginibus & pueris. Horat.3.Carm.ode 11.
Cantitare. Cic.de Claris Oratoribus, Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato.
Capi carmine, pro delectari. Virgil.4.Georg.
Carpere carmina. Id est reprehendere. Martial.lib.11.epig.95.
Celebrare carminibus laudes alicuius. Cic.pro Rab.Posthum.
Certare. Ouid.ad Pisonem.
Componere carmen alicui. Horat.2.Epist.2.
Componere ad lyram. Quintil.lib.1.cap.10.
Concordant neruis. Ouid.lib.1.Metam.
Condere. Cic. 4.Tusc. Condi iam tum solitum esse carmen: quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt.
Contexere. Cic.pro Cælio, Ac longius quidem mihi cõtexere hoc carmen liceret.
Currere carmina molli limite. Martial.lib.11.epig.91.
Contingere Musæo lepôre. Lucret.lib.1.
Dare pleno ore. Ouid.1.Fast.
Deducere. Ouid.lib.1.Metam.
Deductum dicere carmen. Virg.6.eclog. Id est tenue. Translatio à lana, quæ deducitur in tenuitatem. Seruius.
Delenda. Horat.2.epist.1.
Delinire aliquem carmine. Ouid.11.Metam.
Describere in foliis. Virgil.3.Æneidos,
Quæcunque in foliis descripsit carmina virgo
Digerit in numerum.
Describere in cortice fagi. Virgil.5.eclog.
Dicere. Virgil.6.Æneidos,
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. Id est cãtiones.
Dicere aliquem. Virgil.2.Georg.
Dictare. Horat.2.Epist.1.
Disponere. Lucret.lib.2.
Distringere aliquem carmine. Ouid.2.Trist.
Eunt carmina ad aliquem locum. Martial.lib.3.epig.2,
Quæ modò littoreos ibatis carmina Pyrgos:
Ite sacra, iam non puluerulenta via est.
Exornare templorum aditus. Cic.pro Archia poeta.
Explicare. Catul.epig.50.
Facere. Cic.4.Tuscul.
Facere nóua carmina. Virgil.eclog.3.
Factitare carmina. Vide paulo antè, Probrosa carmina.
Fingere, Componere. Horat.4.Carm.ode 2,
-operosa paruus Carmina fingo.
Fingere linenda cedro, & seruanda cupresso. Horat.de Arte poet.
Flectere. Seneca in Agamemnone,5.
Fundere. Sil.lib.13.
Gaudere. Horat.4.Carm.ode 10.
Habent carmen versus Saliorum. Quintil.lib.1.cap.10.
Inserere. Quintil.lib.1.cap.7.
Intendere carmen alicui. Id est carmen in aliquem scribere. Claudianus 7.Panegyr.
Ludere. Virgil.4.Georgicorum, Carmina qui lusi pastorum.
Mandare foliis. Hoc est In foliis describere velut in charta. Virgil. 6.Æneid.
Mittere. Martial.lib.11.epig.58.ad Seuerum,
Miraris, docto quòd carmina mitto Seuero.
Modulari carmen. Virgil.1.Æneid.
Mulcere aliquem. Ouid.2.Fast.
Grato carmine mulcere aliquem. Horat.3.Carm.ode 11.
Nectere carmina. Stat.2.Sylu.
Pangere carmina. Lucret.lib.4.
Probare carmina. Martial.lib.11.epig 91.
Sancire alicui. Stat.3.Sylu.
Silent carmina. Vide paulo antè, Oppressa carmina.
Scribere in aliquem. Cic.2.de Orat.
Scribere mala. Horat.2.Serm.satyr.6.
Sonare carmina dicuntur ripæ. Virgil.5.ecloga,
-ipsæ iam carmina rupes
Ipsa sonant arbusta, deus deus ille Menalca.
Modum carminis statuere. Ouid.1.Trist.eleg.10.
Tradere res gestas. Lucret.lib.5.
Tradita carmine & fabulosa. Quintil.lib.2.cap.4.
Vaticinari carminibus. Cic. de Amicitia, Empedoclem quidem carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ, &c.
Vendere. Martial.lib.12.epig.46.
Vincere aliquem. Virgil.4.eclog.
Viuere carmina non possunt quæ scribuntur aquæ potoribus. Horat.lib.1.epist.20.
¶ Carmina, etiam dicebantur apud veteres formulæ quædam conceptis verbis ad solennitatem aliquam compositæ. Vnde Iurisconsulti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cic. pro Murena, Prætor interea ne pulchrum se, ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cùm cæteris rebus absurdum, tum verò nulli vsui. Istam viam dico, inite viam, &c.

Erant & Saliis sua carmina, quæ Saliaria vocabant, Marti peculiariter dedicata Habebant & Feciales suum quoddam carmen, ad res repetendas, & bellum indicendum destinatum. Habebant & Patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera vtebantur, quorum formulam depingit Liuius lib. 1. ab Vrbe Cond. Erat aliud carminis genus in vrbium obsidionibus solenne, quo dij tutelares, ne cum illis quoque bellum susceptum videretur, solent euocari. Hoc, teste Macrobio, ferè his verbis constabat, Si deus, si dea est, cui populus ciuitásque Carthaginiensis est in tutela, téque maximè, qui huius vrbis tutelam recepisti, precor, veneróque, veniámque à vobis peto, vt vos populum ciuitatémque Carthaginiensem deseratis, loca sacra, templa, vrbémque eorum relinquatis, absque his abeatis, eíque populo & ciuitati metum iniiciatis, proditique Romam ad me, meósque veniatis, nostráque vobis loca, templa, sacra, vrbs acceptior probatiórque sit, mihi populóque Romano, militibúsque meis præpositi sitis, & sciamus intelligamúsque. Si ita feceritis, voueo vobis templa, ludósque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus solent deuoueri, cuius formã Macrob. tradit Saturn. lib. 3 cap. 9.

¶Carmen, Oratio conceptis verbis facta: cuiusmodi ea quæ ad Deum fit. Plin. lib. 28. cap. 2, Duratque immenso exemplo, Deciorum, patris filiíque, quo se deuouêre, carmen. Extat Tucciæ Vestalis incestæ precatio, qua vsa, aquam in cribro tulit. Liu. 1. ab Vrbe. Deinde iurare cogebantur diro quodam carmine in execrationem capitis ac stirpis composito.

Carmine longo aliquid effari. Liu. 1. ab Vrbe.

Carmen meditatum. Plinius Iunior in Panegyr. Animaduerto enim etiam deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus, quàm innocentia & sanctitate lætari: gratioremque existimari, qui delubris eorú puram, castámq; mẽtem, quàm qui meditatú carmen intulerit.

Purgans nefas. Id est expiatorium. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Et purgante nefas nouies mihi carmine dicto.

Placantur carmine dei superi. Horat. 2. Epist. 1.

¶Carmen, pro cantu bubonis auis. Virgil. 4. Æneidos,
Soláque culminibus ferali carmine bubo Sæpe queri.

Lethale Ouid. 10. Metamorphoseos, -ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.

Miserabile. Virgil. 4. Georgicorum,
-ramóque sedens miserabile carmen Integrat.

Mœstum. Ouid. epist. 2.

¶Carmen, pro vaticinio. Virgil. eclog. 4,
Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Fatidicum. Claudian. de bello Getico.

Immota carmina Sibyllæ. Id est rata. Claudian. de bello Gildon.

Diuino carmine dicere. Virgil. 6. ecloga,
Vt Linus hæc illi diuino carmine pastor Dixerit. Diuino carmine, Vaticinans. Seruius.

Mouere carmen ore. Ouid. 14. Metamorphoseos,
At tu siue aliquod regnum est in carmine, carmen
Ore moue sacro.

¶Carmen, pro Incantatione {ἐπῳδή.} Virgil. eclog. 8,
Carmina vel cælo possunt deducere Lunam.

Incantamenta carminum. Plin. lib. 28. cap. 2, Ex homine remediorum primum maximæ quæstionis, & semper incertæ est, valeántne aliquid verba & incantamenta carminum.

Magorum carmina. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Auxiliare. Ouid. 7. Metam. Magicum. Ouid. 2. Fast.

Obscurum. Ouid. 14 Metam. Sic vocat carmen magicum.

Sacrum. Ouid. 1. de Remedio amoris.

Mouere fila. Seneca in Agamemnone, 5.

Mutare carminibus. Id est incantatione. Virgil. 8. eclog.

Soluere mentes carminibus. Virgil. 4. Æneidos,
Hæc se carminibus promittit soluere mentes Quas velit.

¶Carmen, Pœnorum lingua vermiculus dicitur, ex quo paratur purpura: vnde officinis frequens Carmesini nomenclatura. Habetur etiam certis locis Carmesis, vti proditum eruditis est, ex herbæ radice, quam saxifragam vocant, quæque pimpinella sit, vel ei proxima. Vide Cæl. lib. 8. cap. 11.

CARMENTA, & Carmentis {καρμέντα} Euandri mater. Dionysius Halicarnas. lib. 1, Græcorum classis in eam Italiæ partem vbi postea Roma condita est, appulit, sexaginta fermè annis ante bellũ Troianum, profecta à Palantio vrbe Arcadica. Eam coloniam deduxit Euander Mercurij filius & nymphæ cuiusdam Arcadicæ, quam Græci Themin dicũt, plenam numine. Romanarum antiquitatum scriptores Carmentam patria lingua nominant: quod nymphæ nomen fatidicam significat, deductum à carmine iuxta Romanam etymologiam. Hanc mulierem affirmant dæmonis spiritu correptam, futura populo præcinere solitam. Paulo pòst, Euandro & Carmentæ Romanos sacrificare quotannis comperi, quemadmodum reliquis heroibus ac dæmonibus: aras etiam eis dicatas cõtemplatus sum, Carmentæ apud Carmentalem portam sub Capitolio, Euandro apud Auentinum collem prope portam Trigeminam. Strabo lib. 5. Romanus populus Euandri matrem nympharum vnam existimantes, præcipuis venerantur honoribus, transmutato pro Nicostrata nomine, eam Carmentim appellantes. Plutarchus in Romulo: Carmentam quidam proprium hominum procreationis fatum opinantur esse, ob id sacra Carmẽtalia matronas agitare. Alij Euandri Arcadis matrem fatidicam, eámque Phœbo dicatam fuisse tradunt: & Carmentam, quòd carmine responsa daret, nũcupatam: Nicostratæ enim propriũ illi nomen fuerat. Hæc communior de Carmẽta opinio est, quæ plurimos authores habet. Nonnulli tamen nomen Carmẽtæ sanè haud ineptè interpretantur, vt sit Carmenta, amens & mente carens, quòd numine afflata furere atque insanire sit solita. Hæc Plutarch. Nympham fuisse tradunt Dionysius & Strabo, sed & Virg. Æneid. 8,
Carmentis nymphæ monita, & deus author Apollo.
Vix ea dicta, dehinc progressus, monstrat & aram
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ. Quare mirantur plerique Seruium, qui in hunc locum ita scripserit: Nymphæ, maritæ dixit. Nam Græcè spõsa νύμφη dicitur. hæc autem non verè nympha fuit, sed vaticinatrix. Plutarchus Problem. 56, Ferunt mulieres senatusconsulto vehiculis vti prohibitas, inter se conspirasse, nequa earum conciperet, néve pareret, atque ita viros vlciscerentur, donec coacti sententiam mutauerunt, atque vti permiserunt. Natis deinde pueris, quum & multitudine liberorum & bonitate felices fuisse viderentur, Carmentis ædem ædificauerunt: quam Euandri matrem fuisse dicunt, & in Italiam venisse, quum Themis vocaretur. Aut, quemadmodum aliqui, Nicostratam, quoniam versibus oracula ederet, Carmentam mutato nomine vocauerunt. Sunt qui μοῖραν, hoc est sortem & fatum Carmentam putent, & ob eam rem matres rem diuinam ei facere. Est autem nomini vera ratio ἐστερημένη διὰ τὰς θεοφορίας, id est, mente priuata propter afflationes. Non Carmenti nomen carmina indiderunt, sed ab ea potius acceperunt: diuino nanque spiritu afflata versu ac metro oracula edebat. Hæc ibi Plutarchus.

Carmentalia festa & sacra Carmentæ ab Romanis fieri solita. Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 16, Feriarũ publicarum genera sunt quatuor. Aut enim Statiuæ sunt, aut Cõceptiuæ, aut Imperatiuæ, aut Nundinæ. Et sunt Statiuæ vniuersi populi cõmunes, certis & constitutis diebus ac mẽsibus, & in fastis, statis obseruationibus annotatæ: in quibus præcipuè seruantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Tertio Idus Ianuarij celebrantur Carmentalia. Ouid. lib. 1. Fastorum,
Proxima prospiciet Tithono aurora relicto,
Arcadiæ sacrum pontificale deæ. Deinde quinto pòst versu,
Ipsa mone, quæ nomen habes à carmine ductum:
Propositoque faue, ne tuus erret honos. Decimooctauo Calendas Februarias, hoc est decimoquinto die Ianuarij Carmentalia repetebantur, iterúmque fiebant. Vide Ouid. lib. 1. Fast, & lib. 6.

¶Carmentes alias duas fuisse scribit Gellius, quibus aræ statutæ sunt Romæ, quarum altera Postuerta nominata est, Prosa altera: à recti peruersique partus & potestate & nomine. Vide Noct. Attic. lib. 16. cap. 16.

Carmino, carminas, pen. corr. {διαξαίνω, κτενίζω} carminare, Est quasi pectinare. Varro de Ling. Lat. Carminari lana tum dicitur, quum caret eo quod in ea hæret. Plin. lib. 9. cap. 38, Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.

Carminatio, Verbale {διάξανσις.} Plin. li. 11. c. 23, Hãc ab his cogi, subigíq; vnguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

Carminatores dicti sunt, qui lanas pectũt, eásque ab adhærentibus sordibus repurgant. Sipontinus.

CARMYLESSVS {καρμυλησσός} Locus est in Anticrago monte Lyciæ, in conualle iacens, de quo Strabo lib. 14.

CARNA {κάρνα} siue Cardinea, dea quæ vitalibus humanis præesse existimabatur: ab eadémque petebatur vt iecinora & corda & cætera quæ sunt intrinsecus viscera, salua conseruaret. Huic pulte fabacia & larido sacrificabatur, quòd vires maximè his rebus corporis roborentur. Ex Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12. Vide Ouid. lib. 6. Fastorum,
Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est:
Numine clausa aperit, claudit aperta suo. Hæc striges nocturnas puerorum, vt dicebant, cunas infestantes, à limine summouebat.

CARNABAS, Filius fuit Triopæ, Perrhœborũ regis, efferæ & immanis crudelitatis, qui quũ eam facilè nòn concoqueret, necato patre, accepitísque tyrannoctoniæ, id est tyrannicidij præmiis, in Troadem secessit, atque inibi à Troe expurgatus Zeliam condidit. Ex Cælio Rhodig. lib. 11. cap. 17.

CARNAPAE. Populi sunt circa Mæotin. Plin. lib. 6. cap. 7.

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carniuorus, Carnositas, Carnosus, Vide CARO.

CARNE {κάρνη} Phœnices oppidum est ad mõtem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 20. ¶Est item Carne Stephano, Æolidis ciuitas, à qua fit gentile Carnæus: à superiori verò Carnites.

CARNEADES, pen. cor. {καρνεάδης} Cyreneus, nouæ Academiæ princeps, Chrysippi maximè studiosus, de quo Gellius, itémque Plinius ait, quòd scripturus aduersus Zenonis Stoici libros, superiora capitis helleboro candido purgauit, nequid ex corruptis in stomacho humoribus, ad domicilium vsque animi redundaret, & constantiam vigorémque mentis labefactaret: tanta cura, tantóque apparatu, vir ingenio præstans ad confutanda ea quæ scripsisset Zeno, aggressus est. Hunc præterea memoriæ arte vsum fuisse Cic. de Orat. scribit. Gell. verò lib. 16. & Quintil. lib. 12. cap. 1. de eo referunt, quòd missus Romam legatus ab Atheniẽsibus, vnà cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico, suspectam fecit Romanis legationem, dicente M. Catone in Senatu, ab hoc viro cauendum esse, qui ob eloquentiam & disserendi facultatem facilè quæcunque velit impetrare posset. ¶Fuit & alter Carneades philosophus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cuius meminit Suidas.

CARNI {κάρνοι} Populi Plinio ponũtur in decima regione Italiæ, noti nomine adhuc durante. Hodie tractum à se cognominatum inhabitant, Carnithiam siue Carinthiam, & in Meridiem supra Tergestium regionem, quæ vulgò *Carniola* dicitur. Ptolemæus quoque supra Forum Iulij & Concordiam, Carnithiam locat. Hæc ditio hodie paret principibus Austriæ. Vadianus.

CARNODVNVM {καρνόδουνον} Oppidum est Vindeliciæ ad Danubium, teste Ptolem. lib. 2. cap. 13.

CARNVNTI, Populi Germaniæ, inter Danubium & syluam Hercyniam, in confinio Pannoniæ. Plin. lib. 4. cap. 12, Superiora inter Danubium, & Hercynium saltum, vsque ad Pannonica hyberna Carnunti tenent, Germanorúmque ibi confinium est. Hinc Carnuntum oppidum, de quo Plinius libro vltimo.

CARNVTES, pen. prod. {καρνοῦτες} Populi inter Celtas, Andegauensibus Turonibúsque finitimi, ac Oceano proximi: vulgò *Chartres*. Horum meminit Cæsar in suis Commentariis.

Caro,

Caro, carnis, fœm.gener. {...} Propriè mortuorum dicitur dicta quòd careat anima, authore Donato. Plinius lib.6.cap.30, Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maximè viuentes: Pamphagi, omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne vescentes.
Artus carne spoliati. Quintil lib.5.cap.12.
Emortua & nigra. Cels.lib.7.cap.16.
Formosa. Martial.lib.11.epigr.103.
Excedere carnem supercrescentem. Cels.lib.5.
Humana caro. Iuuen.sat.14.
Inanima. Vide INANIMUS.
Iners. Id est insipida Horat.2.Serm.sat.4.
Mutua carne inter se vescuntur. In MUTUUM.
Putida caro. Cic.in Pison. Ego istius pecudis ac putidæ carnis cōsilio scilicet, aut præsidio niti volebam?
Subrancida caro. Cic. in Pison. Extructa mensa nō conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.
Tosta. Ouid.12.Metam.
Viperex carnes. Ouid.12.Metam. Id est carnes viperarum.
Viua. Ouid.15.Metam.
¶Edere carnes. Ouid.2.Metam.
Perdere carnem. Martial.lib.11.epigr.103.
Sed quoties loqueris, carnem quoque, Lydia, perdis.
Replere corpora. Ouid.12.Metam.
Vesci. Iuuen.sat.15.
¶Caro piscium. Plinius lib.9.cap.17. de mullis piscibus, & aliorum piscium carne.
¶Caro arborum quæ sit, docet Plinius lib.16.cap.38. Atque in toto corpore arborum, vt reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nerui, venæ, ossa, medullæ. Et paulo pòst, Proximi plerisque adipes. Ii vocantur à colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facilè putrescens, teredini obnoxia, quare semper amputabitur. Subest huic caro: cui ossa: id est materiæ optimum.
Carnarius {...} Qui carnem vendit.
Carnarius, qui in edenda carne delectatur. Martial. libro 11. ad Flaccum,
Carnarius sum, pinguiarius non sum.
Carnarium, carnarij {...} Propriè dicitur locus, vbi salitæ carnes domi reponuntur. Colum.lib.12.cap.53, A duodecima die ad lacum salsuram deferri oportebit, & salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhæreat, & paululum afficcatam in carnario suspendi. Plaut.Capt.15.6, Adueniens modò deturbauit totum cum carne carnarium.
Carnarium {...} Locus vbi carnes tantummodo venduntur. Plautus,
Cœnam è carnario emit, iam factus satur. Varro tabernam carnariam vocat.
¶Carnarium accipitur etiam pro ipsa carne, sicut cibarium pro cibo Plautus,
Qui mihi carnarium parauit, ridiculus, ad ientandum.
Carneus {...} adiectiuum, Quod ex carne est.
Carnifex, pen.corr. huius carnificis, pen.corr.m.gen. {...} Qui iussu magistratus hominem occidit: ideo dictus, vt ait Donatus, quòd carnes ex hominibus faciat. Isidorus lib.10. Etymolog. in litera C, dictum putat, quòd carnem afficiat. Cic.7.Verr. Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrórque sociorum, & ciuium lictor.
Inter carnifices inuentus. Iuuen.sat.8.
Carnifex atrocior erat lictore. Cic.pro Rabirio, Portia lex libertatem ciuium lictori eripuit, Labienus homo popularis carnifici tradidit.
Carnificis loco habetur is qui se vulnerasset, vt moreretur. Fest.
Nefarius patriæ carnifex. Firm.lib.1.cap.3. De Sylla.
¶Carnifex, authore Donato, excarnificans dominum: aut ipse dignus carnifice, vt caro fiat, id est vt venietur. Terent.And.4.2,
Quantásque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines
Meus carnifex.
¶Carnifex, per metaphoram. Cic.3.Verr. Non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium.
Carnifex & tortor. Cic.11.Philipp.
Carnifex auis. Martial.lib.11.epigr.85,
Carnificem nudò pectore pascet auem.
Epulæ carnifices, aut quæ comestæ aliquem affligunt, vtpote veneno conditæ: aut à carnifice ministratæ & appositæ. Claudian.in bello Gild. Fixus quisque thoro tacita formidine libat Carnifices epulas.
Manus carnifices. Silius lib.1. Alij legunt Carnificæ, à Carnificus, carnifica, carnificum.
Pedes, apud Martialem, lib.12.
Carnifices ad reliquias vitæ lacerandas ac distrahendas. Cic. pro Quintio.
¶Carnificium cribrum legitur apud Plautum, Mostell.2.
Carnificina, pen.prod. {...} Locus publicus in quo iussu magistratus homines occiduntur. Liu. 2.ab Vrbe, Ductum se ab creditore, non in seruitium, sed in ergastulum & carnificinam esse.
Carnificinam facere. Pro carnificis officio fungi. Plaut.Capt.4.
Subire. Cic.5.Tuscul. Ægyptiorum imbutæ mentes prauitatis erroribus, quamuis carnificinam prius subierint, quàm ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent.
¶Carnificinas dixit Cato plurali numero pro tormentis & crudelitatibus. Vbi societas, inquit, vbi fides maiorum, insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque ignominiam te facere sumere esse? Plaut.in Cistellaria, singulari est vsus,
Credo ego amorem primū apud homines carnificinam cōmentum.
Carnificina & crudelitas. Cic. pro Sestio, Non ea est medicina quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina est ista, & crudelitas.
Carnificina ægritudo. Cic.3.Tuscul. Nam quum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatúmque conficit.
Carnificor, pen.corr. carnificaris {...} carnificari. Pati ea quæ carnifices facere solent. Liu.4.bel. Pun. Quod vbi Tribuni militum Graccho nuntiauerunt, neminem stantem iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita esse, signum dari properè iussit. Passiuè hic accipitur, teste Budæo.
Carniuorus, pen.corr. {...} adiectiuum, Quod carne vescitur: vt Animalia carniuora. Plin.lib.10.cap.73, Serratorum dentium carniuora sunt omnia.
Carnosus, pen prod. adiectiuum {...} Pinguis: vt Carnosus venter. Plin.lib 11.cap.37.
Candor carnosus. Plin.lib.11.cap.37.
Ceruix. Cels.lib.4.cap.1.
Folium. Plin.lib.16.cap.24.
Carnosissimis oliuis, exiguum olei. Plin.lib.15.cap.3.
Palatum. Plin.lib.11.cap.37.
Radix. Plin.lib.21.cap.6. De violis.
Vestigium. Plin.lib.11.cap.45.
Carnositas {...} Musculorū plenitudo, qualis in obesioribus esse consueuit. Sipontin.
Carnulentus, adiectiuum, Idem quod carnosus. Solinus cap.61, Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. De camelis.
Caruncula, pen.corr. {...} Diminut. Cic.2.de Diuinat. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauis quàm Imperatori veteri credere, &c.
CARODUNUM, pen.prod. {...} Ptolemæo Germaniæ vrbs, hodie Cracouia. Vulgò *Cracau*, Poloniæ regia.
Carœnum, carœni, n.g. Genus est vini factitij. Palladius in Octobri, cap.18, Nunc defrutum, carœnum, sapam conficies. Quum omnia vno genere conficiantur ex musto, modus his & virtutem mutabit, & nomina. Nam defrutum à deferuendo dictum, vbi ad spissitudinem fortiter despumauerit, effectum est. Carœnum, quum tertia perdita, duæ partes remanserint. Sapa, vbi ad tertias redacta descenderit. Vide Carenum, vbi de nominis notatione.
CARONIUM {...} Hispaniæ Tarraconensis vrbs Ptolemæo. Vulgò *Cheroga*.
Caros {...} Dioscoridi lib.3, semen est exiguum, aniso proportione respondens, cuius radix pastinacæ modo estur. Plinio Careum, siue Carium dicitur. Officinis *Carui*. vide CAREUM.
¶Caros {...} Crapularis redūdantia: à {...}, perturbo, vexo, agito. ¶Apud medicos Caros est somnus iusto profundior, proueniēs ex humore frigido & viscido, cerebrum & præcipuè anteriores eius ventriculos occupante, sensúmque pariter & motum ad tempus impediente, spiratione tamen integra relicta. Hæc Galen.lib 4. De locis affect. cap.2.
Carotica, vt author est Galen. lib de Iuuament. anhelitus, appellantur venæ quæ in collo sunt, quas si quis comprimat, corruat homo dormienti assimilis, sequatúrque corporis totius immobilitas, vnde & inditum nomen: nam {...} Græcè soporem signat, ac ebrietatem. Chalcidius quoque in Timæum Platonis, inde dici Caroticas opinatur, quòd vulnere impacto mortem afferunt soporiferam, pérque eas spiritum ad caput ferri, vnde sint sentiendi initia. Caroticarū meminit & Aristot.lib. de histor. animalium.
Carpæa {...} Armata fuit saltationis species, in qua positis armis bussequa iactabat femina, respectans subinde velut formidine: accedebat prædator: id animaduertens bussequa, correptis armis depugnabat. Hæc verò fiebant omnia rhythmicè prorsum, præcinente tibia: demúmque à prædatore colligatus sator cum bobus abducebatur: quandoque illum hic, vinctis à tergo manibus præ se agebat. Ex Cæl.Rhod.lib.25.cap.4.
CARPANETUM, Locus in Attica regione, vt exponunt interpretes in Senecam in Hipolyto,
Quæ saxa solo Carpaneto Subiecta iacent.
CARPASIUM {...} Cypri insulæ oppidū est, apud Plin.lib.5.cap.31. Stephanus Carpasiam vocat, & à Pygmalione conditam asserit.
¶Carbasiam etiam nonnulli appellarunt insulam inter Cretam & Rhodum sitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbasiam maluit appellare, quòd ad vētum {...}, hoc est Africum, sita videatur.
Carpasum, Planta est Dioscoridi, cuius succus soporem etiámque strangulationem adducit. Sed quænam sit, medici ad hoc vsque tempus ignorant. Vide Dioscor.lib.6.cap.13.
CARPATHOS, siue Carpathus, pen.cor. {...} Insula est inter Ægyptum & Rhodum sita, ducentorum stadiorum circuitum habens: quatuor olim insignis vrbibus: à qua mare ipsum Carpathium dictum. Colum.lib.8.cap.16, Sola ex pretiosis piscibus muræna, quanuis Tarsensis, Carpathique pelagi. Vide Plin.lib.4.cap.12.
Carpathium pelagus. Horat.1.Carm. ode 35.
CARPATUS {...} Mons Sarmatiæ in Europa Ptolemæo. Vulgò *Crapak*.
CARPENTORACTE, Galliæ Narbonensis ciuitas, apud Plin.lib.3.cap.4. Vulgò *Carpentras*.
Carpentum, carpenti {...} Genus vehiculi, dictum quasi carmentum, à Carmenta Euandri matre, permutatione literæ m in p. Ouid.1.Fastorum,
Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.
Carpentis vehi matronas Romæ solitas ostendit Liuius Dec.1.lib.5, his verbis: Quum mittenda esset decima ex præda Veientana Apollini Delphico, fuit pecunia ex ærario prompta: cuius quum copia

non esset, matronæ cœtibus ad eam rem consultandam habitis, communi decreto aurum & omnia ornamenta sua in ærarium detulerunt. Grata ea res, vt quæ maximè senatui vnquam fuit: honorémq; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, vt pilento ad sacra ludósque, carpentis festo profestóque vterentur. Pondere ab singulis auri accepto, æstimatóque, vt pecuniæ soluerentur, crateram auream fieri placuit, quæ donum Apollini Delphos portaretur.

Serica carpenta, Serico panno ornata. Propert.lib.4.eleg.8.

Agere carpentum. Liu.lib.1.ab Vrb.

Voluere carpentum. Iuuenal.sat 8.

Carpentarius {[illegible]} adiectiuum. vt Carpentarius equus, qui carpentum ducit. & Carpentarius faber, qui carpenta facit. Sipontinus. Carpentariorum meminit Aurelius Arcadius in l.vlt.D.de iur. immunit.

Fabrica carpentaria. Plin.lib.16.cap.8.in fine.

Carpentaria, carpentariæ, Ars ipsa. Firmicus lib.2.cap.10, Saturni significatio est, quicquid ad rem rusticam pertinet. Ibidem, Quæcunque ex artificiis manu perficiuntur, vt cæmentaria, fossoria, carpentaria. Nisi fortè malis hæc adiectiua esse generis neutri, subaudiásque artificia.

Carpesium, Herba est, de qua Galen.lib.1.de antidot. Est autem Carpesium, inquit, phu appellato genere similis, valentior tamen, atque odoratum quiddam spirans. Plurimum hoc in Sida Pamphyliæ nascitur. Tenuia autem sunt sarmenta, cinnamomi virgultis similia. Eius duo reperiuntur genera: vnum quod Laertium: alterum quod Ponticum cognominatur, à monte, in quo nascuntur, vtraque nomen adepta, sed Ponticum melius est. Quod quum eius non parum haberem, permultis medicamentis admiscui, in quibus phu vocata imponi debuerat. Est enim Carpesium phu simile, valentius tamen, & in quo, vt dixi, nonnihil odoratæ qualitatis gustu odoratúque sentitur. Hactenus Galen. Verùm quid hac tempestate sit Carpesium, haud satis explicari potest à medicis, vt sentit Mathiol.in Dioscorid.

CARPETANI, Populi, quos Plin.lib.3 cap.3, in Hispania collocat, ad Tagum fluuium, iuxta Vaccæos.

Carpheotum, Thuris genus purissimum & cádidum, quod autumno legitur ex partu æstiuo. Author Plin.lib.12.cap.14.

Carphos, Herbæ genus, quæ alio nomine buceras à similitudine cornuum bouis, nonnulli ægoceras, quòd semen eius caprarum cornibus simile sit, Græci [illegible] nominant. Plin.lib.24.cap.19, Nec fœno Græco minor authoritas. quod telin vocant, alij carphos. Galli (inquit Ruell) *fenegrenem* vocant.

CARPI, Populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa dicitur. Author Plin.lib.5.

Carpias, inquit Menander Rhetor, apud Cælium lib 4. ciuitates dicebant, in præcipitiis fluminum ab Romanis ad Barbarorum impetum reprimendum conditas.

CARPINEITES {[illegible]} Sinus est non procul à promontorio quod Tamyracem appellant, magnitudinis non modicæ, tendens in aquilonem stadia circiter mille. Efficit etiam peninsulam, siue Cherronesum, quam Tauricam siue Scythicam dicunt, cuius isthmus CCC. & LX. stad. dicitur. Hæc Strabo lib.7.

Carpinus, carpini, pen.prod. f.gen. Genus arboris notæ de acerum genere, ex quo fiunt faces. Columella lib.5.cap.7, Quinetiam cornus & carpinus & ornus, nonnunquam & salix, à plerísque in hoc ipsum disponitur. Plin.lib.16.cap.18, Descendunt etiam in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus.

Carpineus, Ex carpino factus. Pli.lib.16.cap.43, Hyginus manubria rusticis carpinea fieri iubet.

Carpio, carpionis, pen.prod.m.g. {[illegible]} Piscis notus, qui capitur in Benaco lacu. Sipontinus.

CARPIS, Fluuius est Scytharum, vt scribit Herodot.lib.4.

Carpo, carpis, carpsi, carptum {[illegible]} carpere, Propriè est molliter decerpere, & leniter auferre nulla violentia adhibita. Virg.9.ecloga, Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes. Colum.lib.5.cap.6, Vbi deinde prorepserint plantæ, stramenta colligemus, & manibus herbas carpemus.

Flosculos orationis carpere ac delibare. Cic. pro Sestio, Tam insolens in dicédo, vt omni ex genere orationé aucuper, & omnes vndique flosculos carpam ac delibem.

Flores ab arbore. Ouid.9.Metam.

Frumenta sata manu. Virg.3.Georg.

Poma autumno Virg.4.Georgicorum,

Primus vere rosam, atque autumno carpere poma.

Pomaria. Ouid.epist.4,

Est aliquid plenis pomaria carpere ramis.

Rosam vere. Virg.4.Georg.

Vindemiam de palmite. Virg.2.Georg.

¶Carpere, Accipere. Virgilius,

Et placidam carpebant membra quietem.

Carpere & Colligere. Cic. 1. de Orat. Vel passim licet carpentem & colligentem vndique, repleri iusta iuris ciuilis scientia.

Aera. Virgil.4.Georgicorum,

-tenuémque magis, magis aera carpunt.

Aera carpere alis. Ouid.4.Metam.de Mercurio.

Ætas carpitur. Catul.epigr.63. Id est, vita agitur.

Aquam de mari carpere. Ouid.in Ibin,

Et summam Libyco de mare carpat aquam. Prouerbij significationem habet, pro eo quod Horatius ait,

Ex magno tollere aceruo. Aut inde, vnde semper magna suffectura sit copia.

Carpere auras vitales, id est viuere. Poeticum. Virg.1.Æneidos,

Quisquis es, haud, credo, inuisus cælestibus auras

Vitales carpis.

Cibum. Varro 3.de Re rust.cap.16.

Cibos digitis. Ouid.3.de Arte.

Cœnam è rogo. Catull.epigr.55.

Dente viscera alicuius. Ouid.in Ibin.

Gaudia fugitiua. Mart.lib.7.epigr.46, ad Licinium,

Viue velut rapto, fugitiuáque gaudia carpe.

Gramina carpunt armenta. Virg.2.Georg.

Gramen carpsêre capellæ. Ouid.1.Metam.

Carpere herbam oues dicuntur, Id est pascere. Virg.3.Georg.

Ignauius carpere herbas. Virg.3.Georg. Id est negligentius, sine auiditate. Seruius.

Pabula carpsit ouis. Ouid.4.Fast.

Thyma carpens apis Horat.4. Carm.ode 2.

¶Carpere, Celeriter præterire. Virg.3 Georgicorum,

Carpere mox gyrum incipiat. Valla lib 6.

Æthera carpere equis, In æthere obequitare. Ouid.3.Fastor.De Phœbo.

Pede carpere campos. Ouid.1. Trist.eleg.9.

Fugam. Sil.lib.10.

Carpere prata fuga Virg.3.Georgicorum,

Non saltu superare viam sit passus, & acri

Carpere prata fuga. Hic celeritas intelligitur, inquit Valla lib.6, per hoc quod dixit Fuga, qui est celer cursus.

¶Iter, Ambulare. Martial.lib.2.epigram.

Siquis ibi serum carpat amicus iter.

Iter pede. Ouid.3.Fast.

Iter longum carpentes. Horat.1.Serm.sat.5.

Iter supremum. Horat.2.Carm.ode 17,

Vtcunque præcedes, supremum

Carpere iter comites parati. Id est seu ætate seu sorte præcedet, in supremo mortis die comitari se asserit Mecœnatem. Acron.

Viam, Ambulare. Virg.6.Æneid.

Volatum, Volare. Stat.1.Theb.

Noctes securas. Valer.5.Argonaut.

Oscula. Ouid.epist.11,

Non oscula frigida carpsi.

Pecus. Propert.lib.2.eleg.17.

Pensum. Horat.3. Carm.ode 27,

-nisi herile mauis

Carpere pensum.

Rura frigida. Virgil.3.Georgicorum,

Luciferi primo cum sydere frigida rura

Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent. Vbi Seruius, Rura carpamus, Id est carpere cogamus animalia. Donatus autem in Terétium, fruamur agris, interpretatur. Neuter verò satis propriè: hic enim Virgilius significat, Agamus oues in pascua: vt satis ostendit Columella hunc locum interpretatus lib.7.cap.3.

Carpere setas. Virgilius,

Et summas carpens media inter cornua setas. Id est quod Græci [illegible] dicunt, quod est post immolationem & mactationem, quæ [illegible] dicitur, sacrificium incipere. Turnebus.

Carpere soporem, Dormire. Virg.4.Æneid. Somnos, Virg.4.Æneid. Poetica sunt.

¶Carpere agmen, & similia. Hoc est aliquos ab agmine segregatos intercipere & occidere, & velut agminis particulas decerpere. Liu.7.bel.Punici, Qui quum fessum agmen carperent ab omni parte, incursaréntque: & iam omisso itinere, quod fugæ simile erat, castrametari Pœnus in tumulo super fluminis ripam vellet, aduenit Liuius, &c.

¶Carpere exercitum in multas partes, Id est separare. Liuius 6.bel. Pun. Multorum Annibal Italiæ populorum animos auerterat, quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas, paruásque partes carpere exercitum, quod minimè tum expediebat, poterat.

Carpere orationem membris minutioribus. Cic.3.de Orat. Neque semper vtendum est perpetuitate, & quasi conuersione verborum: sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est. Legitur & capienda.

¶Carpere, Eligere. Terent. Adelph.4.2,

Nam iam adibo: atque vnum quicquid, quod quidem erit bellissimi, Carpam: & cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem. Donatus.

¶Carpere, Lædere. Virg.3.Georgicorum,

Carpit enim vires paulatim, vritq; videndo Fœmina. Donatus in Terentium, Alij, attenuat, & diminuit interpretantur. Colum.lib.6. cap. 7, Aluus, corpus, ac vires carpit, operíque inutilem reddit.

Forma carpitur suo spatio, Id est quò longius durat, hoc magis corrumpitur. Ouid.2.de Arte.

¶Carpere faciem, Laniare, lacerare. Seruius in illud 12.Æneidos, Et roseas laniata genas, Moris (inquit) fuerat, vt ante rogos humanus sanguis effunderetur vel captiuorum vel gladiatorum. quorum si fortè copia non fuisset, laniátes genas suum effundebant cruorem, vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum Lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis, Mulier faciem ne carpito.

¶Carpere aliquem, pro Despoliare aliquem, & vt vocat Terétius, Emungere. Ouid.1.Amorum, eleg 8,

Et soror, & mater, nutrix quoque carpat amantem.

Opes alicuius carpere, Auferre. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.

Vitam. Seneca in Hercule furente.

¶Æstu mens carpitur. Valer.lib.3 Argonauticôn,

-fiducia mœstis

Nulla viris, ægro assiduè mens carpitur æstu. Æstu scilicet curarú.

Auro pectus carpitur, Id est auaritia vexatur. Propert.3.eleg.5.

Cura alicuius carpi, Affici, consumi. Ouid.3.de Arte.

Igni cæco carpi. Virg.4.Æneidos,

-& cæco carpitur igni. Alludit ad Cupidinis tela, nam sagittarum vulnus est facis incendium. Seruius.

¶Carpere atque Reprehendere, accusare, & quasi dentibus lacerare {[illegible]} Martialis,

Carpere

Carpere vel noli nostra, vel ede tua. Cic.ad Q. Fratrem, lib.2, Aut in Pompeio defendendo:nam is carpebatur à Bibulo, Curione,&c.

Sinistris sermonibus aliquem carpere apud quempiam. Plinius Iunior lib.1.epist.9.ad Fundanum.

Carpere maledico dēte. Cic.pro Corn Balbo, More hominum inuident, in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant, non illo inimico, sed hoc maledico dente carpunt.

Carpere carmina. Martial.lib.11.epigr.95, in Versum æmulum.

Facta alicuius. Ouid.3.de Ponto, eleg.1.

Libellos alicuius. Ouid.1.de Remed.amor.

Impune carpere. Horat.4.Carm.ode 9,

Tótve tuos patiar labores
Impunè Lolli carpere.

¶Carpere, Frui. Pers.sat.5,

Indulge genio, carpamus dulcia. Id est fruamur rebus dulcibus. Ita interpretatur Donatus in Terentium.

Gaudia. Ouid.3.de Arte.

Honores virtutis. Valer.lib.1.Argonaut.

Iuuenta perpetua carpi. Virg.4.Æneidos,

Soláne perpetua mœrens carpere iuuenta.

Carptim, aduerb. { σποραδήν } Hinc atque illinc sine aliquo ordine decerpendo. Sall.in Catil. Statui res gestas Pop. Romani carptim, vt quæque memoria digna videbantur, perscribere.

Carptim, breuitérque perstringere aliquid. Plinius Iunior in Paneg.40.

Carptim dicere. Plin.Iunior epist.167.

Carptim, & ἐξ ἐπιδρομῆς agere. Plin.Iunior lib.6.epist.26.

Carptim, & Vniuersi, opposita. Liu.8.bel.Pun. Edictū deinde propositum, vt ad stipendium petendum conuenirent Carthaginem, seu carptim partes, seu vniuersi mallent.

Carptim & singuli. Tac. Dimissi nonnulli ob culpam, seu carptim ac singuli, quo tutissimo remedio consensus multitudine extenuatur.

Carptura, pen.prod. { δρέψις } Varro 3.de Re rust.cap.16, Necnon etiam aliud discrimen sequantur in carptura, &c. De apibus flores carpentibus.

Carptus, participium { ἀποδρεπόμενος. } vt Carpta lana.

Flos carptus. Ouid.3.de Arte.

Carptus, huius carptus { δρέμμα } Idem quod carptura. Plin.lib.24.cap.10, Flos cuiusque generis trium digitorum carptu. Hoc est quantum tres digiti decerpere possunt.

Carptor, Verbale { διασύρτης } Qui reprehendit. Gellius lib. 19.cap.7, Quale illud est, quod vituperones suos subducti supercilij carptores appellauit.

Carpobalsamum { καρποβάλσαμον } Balsami fructus est. Nam καρπὸς Græcis fructum significat. Vide Plin.lib.12.cap.25.

CARPOCRATES { καρποκράτης } Nomen cuiusdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carpophorus { καρποφόρος } Latinè fructifer. Hieronym. ad Eustath. de morte Paulæ, Salue Euphratha regio vberrima, atque carpophora, cuius sterilitas Deus est. ¶Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cuiusdam ex familiaribus Domitiani Cæsaris, cuius in cōficiendis feris dexteritatem extollit Martial.in Amphiteatro.

Carpophyllon, li { καρπόφυλλον } Genus lauri. Plin.lib.15.cap.3, Est & Chamædaphne syluestris frutex, est & Alexādrina, quam aliqui Idæā, alij hippoglottion, alij daphniten, alij carpophyllon, alij hypelaten vocant. Ruellius lib.3.cap.136, Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti. Nec nisi in mōtosis vidimus hac effigie, folio paulo rusci maiore, molli, nec rigido, semine inter folia rubro, ramulis in terrā sparsis, dodrantalibus, radice myrto syluestri proxima, mollli.

CARRACA { κάῤῥακα } Italiæ vrbs sub Venetia Ptolemæo. Vulgò dicitur *Carauaggio.*

CARRAE, Plinio cap.7.lib.31, Arabiæ oppidum, vbi muros domósque massis salis faciunt, aqua ferruminantes.

CARRAE, Carrarum { Κάῤῥαι } Mesopotamiæ vrbs, Crassi clade nobilis. Author Plin.lib.5.cap.24, & Caracallæ Imperatoris etiam nece. Hic enim, vt Rufus Consularis scribit, intra Euphraten apud ciuitatem Edessam periit, quum leuandæ vesicæ gratia ex equo descendisset. Lucan.lib.1,

Arma ducum dirimens miserando funere Crassus,
Assyrias Latio maculauit sanguine Carras. Dicuntur autem Carræ, vt inquit Stephanus, à Carra fluuio Syriæ. Huius incolæ Carreni aut Carræi vocantur. ¶Est & vrbs eodem nomine ad mare Erythræum.

Carrago { [illegible] } apud Pollionem in Claudium, pro impedimento accipi videtur, vt vulgò nostri *Carragium* vocant. Budæus.

Carrago, carraginis. Vopiscus, Quærere præterea vbi carrago sit hostiū. Barbari sua in orbem castra solebant munimēto vallóque carrorum obducere: vnde & carrago vocata est, quo verbo censentur eorum castra carris circundata. Marcellinus, Vnde haud longo spatio separatum vulgus inæstimabile Barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digesta plaustrorum, tanquam intramuranis cohibita spatiis, otio fruebatur & vbertate prædarum. Iterum, Quæ optimè tum accepta statímque incensis malleolis, ad carraginem, quam ita ipsi appellant, alii velocitate regressa. Ex Turnebo.

Carrus, & Carrū, vtroque modo dicitur { ἅμαξα, ἁμάξιον } A cardine quatuor rotarum: vel quòd currendo sonet. Hirtius lib.6, Ea die per viarum angustias, carra complura, multósque lanistas retraxit. Cæsar bel. Gall.lib.1, Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt.

Carruca, penult.prod. { ἁμάξιον } videtur diminutiuum à carrus. Plin lib. 33.cap.11, At nos carrucas ex argento cælare inuenimus. Martial.lib. 5, Nec feriatus ibat ante carrucam.

Carruca dormitoria cum mulis, qua semper vxor vsa sit. Scæuola in l.vxori.ff.de aur.& arg.leg.

Commodare carrucam. Paulus in l.In commodato §. duabus. D. commod.

Carrucarius { ἁμαξηλάτης } Qui carrucam ducit. Vlpian. Iurisc.in l.Item

quæritur, in princ.D.Locati.Si cisiarius, id est carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit.

Carrucarius, Adiectiuum { ἁμαξικός. } vt, Mula carrucaria. Vlpianus in l. Ædiles aiunt.§.Iumentorum.D. de Ædilitio edicto, vbi de mulis loquitur, Plerasque denique carrucarias tales esse, vt non possint transiungi.

CARSEOLI, pen.corr. { καρσέολοι } Oppidum est in via Valeria non longè à Pelignis, cuius meminit Strabo lib.5. Vide Plin. lib.3.cap.12. Ouid.4.Fastorum,

Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager. Videtur hic Carseolos populos intelligere, non oppidum. Nisi quis putet ablatiuum esse loci, positum pro In Carseolis, vt Venetiis, Parisiis, & similia. Potest etiam datiuus casus esse.

Carseolanus, pen.prod.adiectiuum { καρσεολανός. } vt Carseolana lex apud Ouid.4.Fastorum,

Factum abiit, monimenta manent: nam dicere certam
Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.

CARTADVLORVM regio, in Subsolanis Indorum montibus, in qua Satyri reperiuntur, perniciissimum animal, tum quadrupedes, tum rectè currentes humana effigie, propter velocitatem, nisi senes, aut ægri non capiuntur. Author Plin.lib.7.cap.2.

CARTALO, pen.corr. Viri proprium, de quo Silius lib.15,

-cadit obuius acri
Cartalo Vasidio Libycæ regnator arenæ.

CARTEIA { καρτηία Stephan. } Ciuitas Hispaniæ ad Calpen. Author Plinius lib.3 cap.1. Carteia à Græcis Tartessos appellata, eodem authore. Nunc Cartaia dicitur vulgo, teste Oliuario in Melam. Oppius de bello Hispaniensi, Cn. Pompeius parte altera cōtendit Carteiam, quod oppidum abest à Corduba millia passuum CLXX. Vide TARTESSOS.

CARTENNA, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plin.lib.5.ca. 2. Mela eā adscribit Numidiæ. Oliuarius dicit eam nunc vulgò vocari *Silefe.*

CARTHAEA { καρθαία } Vrbs est in insula Ceo, vt vult Strabo lib.10.

Carthæus { καρθαῖος } adiectiuum. vt Arua Carthæa. Ouid. 10. Metamorphoseos,

Nanque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens ceruus erat.

Carthæius, aliud adiectiuum { καρθαΐος. } vt, Carthæia mœnia. Ouid.7. Metamorphoseos,

Transit & antiquæ Carthæia mœnia Cææ.

CARTHAGO, pen. prod. huius Carthāginis { καρχηδών } Vrbs Aphricæ celebris, quæ post Troianum bellum à Didone condita fuit. de qua rectè Sallustius ait, satius esse silere quàm pauca dicere. tanta enim eius potentia fuit, vt authore Polybio, & Strabone, tota Africa cultiore potiretur: in Hispania verò ab Herculis columnis adusque Pyrenæos montes maximis ciuitatibus imperauerit. Variante tandem fortuna, adeò defecit, vt ea diruta, circumiacens regio prouincia facta fuerit, & Masinissæ, qui ob virtutem & amicitiam plurimùm Romanis curæ fuit, commissa à Pop.Rom. Græci eam Carchedonem nominarunt: Adrianus autē imperator Adrianopolin, & ridiculè perditissimus imperator Commodus, quemadmodum scribit Lampridius, Alexandriam Commodianam Togatam. Meminit huius vrbis multis Iustin.lib.18.& in Floridis Apuleius. ¶Est & Carthago noua, quam dux Pœnorum Hasdrubal condidit in Hispania Bætica. Author Pomponius Mela lib.2. Hæc à Scipione expugnata est, Hannone, non sine suorum clade se dedente. Liu.lib.6.Decad.3, Ad Carthaginem, inquit, nouam expugnandam, totis viribus, & bono animo transeamus. Hæc ille. Nunc vulgò *Cartagena* dicitur. ¶Fuit & alia Carthago, vetus cognominata, eodem in littore. Cic.de Lege Agraria, Post autem agros, inquit, in Hispania apud Carthaginem nouam, duorum Scipionum eximia virtute possessos, tum ipsam veterem Carthaginem vendunt. Sita fuit haud procul Tarracone, & à Teucris condita. de qua Silius lib.3,

Dat Carthago viros, Teucro fundata vetusto.

Carthago Filia Herculis. Cic.3.de Nat.deor. Quartus Hercules Iouis est, Asteriæ Latonæ sororis, qui Tyri maximè colitur, cuius Carthaginem filiam ferunt.

Terror imperij Carthago. Cic. pro Murena, Bis consul fuerat P. Africanus: & duos terrores huius imperij, Carthaginem, Numantiámque deleuerat, &c.

Alma Carthago. Sil.lib.13,

-si nunc existeret alma
Carthago ante oculos turrita celsa figura.

Alta. Virgil.4.Æneidos,

Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.

Antiqua. Claud.de bell.Gildon.

Diues opum Carthago. Virg.1.Æneidos,

Vrbs antiqua fuit: Tyrij tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberináque longè
Ostia, diues opum, studiísque asperrima belli.

Impia. Horat.4.Carm.8.ode,

Non incendia Carthaginis impiæ.

Inuida. Horat.Epod.7,

Non vt superbas inuidæ Carthaginis
Romanus arces vreret.

Magna. Horat.3.Carm.5.ode,

O magna Carthago probrosis
Altior Italiæ ruinis.

Noua. Virgil.1.Æneidos,

-cernes
Mœnia, surgentémque nouæ Carthaginis arcem.

Perfida. Sil.lib.13,

-cur perfida & vrbi
Altera Carthago nostræ, post fœdera rupta.

Tyria. Virgil.4.Æneidos,
 Tyria Carthagine qui nunc Expectat.

Carthaginensis, & hoc Carthaginiense {Καρχηδόνιος} Dictio sex syllabarum, vt docet Priscianus lib.4. Dicitur qui est ex Carthagine. Sin verò, vt Priscianus, tertiæ sint declinationis, abiiciunt s genitiui, & assumunt ensis, vt Pistor pistoris Pistoriensis, Carthago Carthaginis Carthaginiensis. Est apud Ciceronem in oratione pro Cornel. Balbo summi (sic enim vocat) cuiusdam poetæ hoc carmen, Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Carthaginienses multi Romæ seruierunt. Cic.3. Tuscul.

Carthaginienses fraudulenti & mendaces. Cic. de Lege Agraria, Carthaginienses fraudulenti & mendaces, non genere, sed natura loci, quòd propter portus suos, multis & variis mercatorum sermonibus, ad studium fallendi, studio quæstus vocabantur.

Carthegon, Buxi granum est, Plin.lib.16 cap 30.

CARTHEIA, alio nomine Iulis, Parua circa Delon insula, clara ingeniis virísque. Siquidè ex ea Simonides poeta, qui scripsit multa præclarè, & Bacchylides, deinde Erasistratus, medendi arte clarus, atque Aristo Bionis æmulus ex Peripatetica disciplina, duxere originem. Author Alex. Genial. dier. lib.6. cap.5.

Cartibulum, Mensæ genus vnum quod in cœnaculis ponebatur. In tricliniis enim, stratis tribus lectis, in quibus prisci illi sedentes cœnitabant, tres fuisse mensas Varro significat: ex quibus vna vinaria orbiculata, cylibantum dicta à poculis, quæ κύλικας Græci vocant. altera lapidea, oblonga columella suffulta, cui cartibulum: tertia, quadrata, quæ vasa detinebat, cui vrnarium dixere nomen.

Cartilago, pen. prod. fœm. gen. {χόνδρος} Pars similaris corporis ex spermate genita, quæ tamen neque os est, neque caro, sed quoddam intermedium, qualis est tota auris, & extremæ partes ossium motoriorum. Plin.lib.11.cap.4, Insecta non videntur habere cartilaginem.

Cartilago mori. Plin.lib.15.cap.28, Callo placent pyra & mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano.

Cartilagineus {χονδρώδης} adiect. Pli.lib.11.cap.37, Sed auriculæ omnibus exceptis quæ cartilaginea appellauimus. Hoc est ex cartilagine composita: vt neque ossea, neque carnea dici possint.

Cartilaginosus, pen. prod. adiect. {χονδρώδης} hoc est, mediam consistentiam habens inter durum & molle. vt

Cartilaginosum galbanū. Pli.lib.12.cap.25, Dat & galbanum Syria in eodem Amano mōte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagonitim appellant. Quod maximè laudant, cartilaginosum, purum ad similitudinem ammoniaci, miniméque lignosum.

CARTRIS {Κάρτρις} Cymbrorum peninsula, dicente Plin.lib 4.cap.13, Promontorium Cymbrorum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

CARVILIVS Spur. victis Samnitibus sacrata lege pugnantibus, è pectoralibus eorum ocreísque & galeis, Iouem, qui est in Capitolio, fecit, amplitudine tanta, vt conspiciatur à Latiario Ioue. authore Plin.lib. 34.cap.7. ¶ Commemoratur à Plinio & alter Caruilius, cognomento Pollio, eques Romanus, qui tricliniis quibusdam argentum addidisse primus traditur, non vt operiret, aut vt Deliaca specie faceret, sed Punica. Vide eum lib.33.cap.11.

Caruncula. In CARO.

Carus {τίμιος, τιμήεις, πολύτιμος} adiect. Propriè dicitur quod vili contrarium est, vt Cara annona. Cic. 2. de Diuin. Putarem annonam in macello cariorem fore. Idem pro Domo sua, Subitò illo ipso die carissimam annonam, nec opinata vilitas consequuta est.

Carius facere aurum cælando. Plin. in proœm.33.lib. Accessit ars picturæ, & aurum argentúmque cælando carius fecimus.

Non est trecentis minis cara. Plaut. Persa,16,
Abi, argentum effer huc: non ædepol trecentis minis
Cara'st, fecisti lucri?

Carè, aduerbium {τιμίως.} vt, Carè æstimare, carè vænire. Cicero ad Brutum,16, Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit.

Caritas, penult. corr. {ἀτιμησία, σπάνις} caritatis, f.g. Penuria. Deriuatur autem à Careo, quod significat non habeo, deficio. Valla lib.4.cap. 62 Caritatem pro penuria accipimus. Sed frumenti quidem, & annonæ caritatem dicimus: Penuriam verò, vini, aquæ, pabuli, pecorum, pecuniæ, virorum, cæterarúmque huiusmodi rerum. Vel penuria est, vt sic dicam, carentia omnium rerum. Caritas verò, quæ contraria est vilitati. Ideóque Plin. Iunior ait accessisse agris suburbanis caritatem. Et Quintilianus quum ait, Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum: idem est, ac si dixisset, caritas annonæ, penuria frumenti. Hactenus Valla. Cic.5.Verr. Caritas enim annonæ faciebat, vt istud quod re parum videbatur, tempore magnum videretur.

Vilitas & Caritas, contraria. Cicero 5.Verr. Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in vilitate, alter in summa caritate fuerit.

In caritate, asse modium populo dedit M. Seius. Cic.2.Offic.

In Rhodiorum inopia & fame, summáque annonæ caritate, magnum frumenti numerum aduexit Alexandria Rhodum. Cicero 3. Officiorum.

Præsens caritas erat, & futura fames. Cic. pro Domo sua.

Diuturna caritas. Cic. pro Domo sua, Atque vtrunque fuisse perspicuum est, difficultatem annonæ, summámque inopiam rei frumentariæ: vt homines non iam diuturnam caritatem, sed vt famem planè timerent, nemo rogat.

Huberiora cibaria facta sunt caritate. Cic.5.Verr.

Inferre caritatem annonæ. Vide INFERO.

Caritas nummorum. Cic. ad Atticum lib.9, Nunc omnia ista iacere puto propter nummorum caritatem.

CARVSII {Καρούσιοι} Populi sunt Troglodytis finitimi, pariter & Æthiopibus, in finibus Aphricæ, ad latus meridiem spectās inhabitantes. Sipontin.

CARYA {Κάρυα} Ciuitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consensit: vnde postea à Græcis deleta fuit. Vitruu. lib.1.

Caryatis, Caryatidis {Καρυάτις} Quæ est ex Carya: vnde Caryatides, mulieres quæ antiquitus ab architectis columnis insculpebantur, de quibus multa Vitruuius lib.1.cap 1. quem vide.

CARYANDA {Καρύανδα} Lacus est & insula eodem nomine Caryæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strab. Geogr. lib 14.

Caryca, pen. corr. {καρύκη} Genus edulij, ex sanguine & variis condimentis constans, quod & καρυκεύματα à Græcis dicitur. Vide Cæl. Rhodig. lib.27.cap.23.

CARYNIA, Ciuitas in Achaia, circa quam abigi partum vino, atque etiam si vuam edant grauidæ, refert Plin.lib.14.cap.18.

Caryon, caryi, secut g. {κάρυον} Nucis iuglādis genus: de qua sic Plin. lib.15 cap.22, Caryon à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.

Carynus, pen. corr. {καρύϊνος} adiect. vt Carynum oleum. Plin.lib.23.cap. 4, E nuce iuglande quod carynum appellauimus, alopecus vtile est, & tarditati aurium infusum.

Caryophyllata, Planta est non vulgaris, neque viribus inefficax, argumento quòd eius radices manifestum caryophylli spirēt odorem. Ea recentiores medici vtuntur pota ad thoracis interna vulnera. Quin & eius succum, admista ærugine, cuniculosis, contumacibúsque vlceribus vtiliter iniiciunt. Eadem olfactu spiritus recreat, & frigidum roborat cerebrum. Ex Mathiolo apud Dioscoridem libro 4. cap.17.

Caryophyllum {καρυόφυλλον} Arbor est in Orientali plaga prouenicns, quibusdam Indici pelagi insulis, non longè à Badan. Huius caudex buxo simillimus est, eadémque materies. Folia verò cinnami vulgaris instar habet, sed rotundiora. Fructu est paruo, ex atro rufescente, in claui modum capitato, exertis in aduersum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alueoli sinu medio vmbilicatim prodeunte. Cultores arundinibus flagellant arborem, constrato prius circunquaque tegetibus palmeis solo. Caryophylli meminit Plin.lib.12.cap.7. his verbis, Est etiamnum in India piperis grani simile, quod vocant caryophyllon, grandius fragiliúsque. Tradunt in Indico luco id gigni. Aduehitur odoris gratia. ¶ Est & Caryophyllus floris species, Garofoli vulgò dicta, cuius duo genera facit Mathiol. in lib.2. Dioscor. cap.153.

Caryopon, caryopi, penult. corr. Genus cinnami quod in Syria gignitur. Plinius lib.12.cap.28, In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multùm à surculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia. Pretium in libras asses quadraginta.

Caryota, caryotæ, pen. prod. {καρυωτίς} Palmæ fructus. Pli.lib.13.cap. 4. de palmis, Ab his caryotæ maximè celebrantur, & cibo quidem: sed & succo vberrimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti. vnde pomo nomen. Varro 2. de Re rust. cap.1, Non scitis palmulas, caryotas in Syria parere in Iudæa, in Italia non posse?

Caryotæ optimæ quæ nunc cum ficis & boletis certamen habent. Plin. Iun. epist.8. lib.1.

Caryotis, pen. prod. huius caryotidis, pen. cor. f.g. Stat.1. Sylu.
 & latente palma
Prægnantes caryotides cadebant.

CARYSTE, Carystes, vel Carystos, Carysti {Κάρυστος} Insula vna ex Cycladibus, sita in Euboico mari: varij marmoris ferax. Strabo lib.10. Lucan. lib.5. de insula Eubœa loquens,
Qua maris angustat fauces saxosa Carystos. In hac teste Solino cap.17, Titanes regnauerunt. Briareo enim (inquit) Carystij rem diuinam faciūt, sicut Ægæoni Chalcidenses. Nam omnis ferè Eubœa Titanum fuit regnum.

Ferax lapidis varij Carystos. Seneca in Troade.9,
An ferax varij lapidis Carystos? Id est maculosi, & velut picturati marmoris.

Vndosa Carystos. Stat.1. Syluarum,
Non huc admissa Thasos, aut vndosa Carystos.

Carystæus, adiectiuum {Καρύστιος.} vt, Vada Carystæa. Ouid.4. Fastorum.
Quáque Carystæis frangitur vnda vadis.

Carystius {Καρύστιος} aliud adiectiuum. vt, Vinum Carystium apud Strabonem lib.10.

Columnellæ Carystiæ. Plin. Iunior lib.5. epist.101, Vitem qua nuo columnellæ Carystiæ subeunt.

Carytis, huius carytis, pen. prod. f.g. Plin.lib.26.cap.8, Alterum genus tithymalli, mysiniten vocant, alij caryten, foliis myrti acutis, & pungentibus, sed mollioribus, & ipsum etiam in asperis nascens. Vide Ruell. lib.2.cap.11.

C A S

Casa, casæ {καλύβη, σκηνή, οἴκημα} à cauatione dicta, authore Festo: quòd antiqui cauatas rupes inhabitarent. Alij à facilè cadendo dictam volunt: quòd à Cado fiat Caso casas frequentatiuum. Varro 2. de Re rust. cap.10, Qui autem sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & non villa, sed casis repentinis imbres vitant. Virgil. in Buc. humiles casas appellat tuguria. Cic.5. Tuscul. Nec esuriens Ptolemæus ederat: cui quum peragranti Ægyptum, comitibus non consecutis, cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius.

Tectum pastorale casæ. Stat.12. Thebaid.
Ambitiosa casa. Martial. lib.12. epigr.67.
Angusta. Claud.1. in Ruffin.
Candida. Iuuenal. sat.6.
Exigua. Ouid.4. Fastorum,
Surge, nec exiguæ despice tecta casæ.
Frondea. Ouid.3. Fast.
Primæ casæ, hoc est primatum. Martial. lib.9. epigr.60.
Sparsæ. Ouid.1. Fastorum,
Aspicit & sparsas per loca sola casas.
Stramineæ. Ouid.2. Amor.9. eleg.
¶ Ædificare. Horat.2. Serm.3. sat.
Contecta stramine. Ouid.5. Metam.

Delitêre in parua casa. Ouid.1.de Arte amandi.
Facere casas sine arte. Quintil.lib.1.cap.17.
Iacêre casa. Lucret. lib.6. Id est in casa.
Integere habitabiles casas. Vide INTEGO.
Parare. Lucret. lib.5.
Ita fugias, ne præter casam. Terent. Phorm.5.2.
Ita fugias, ne præter casam, quod aiunt. Vbi Donatus, Prouerbium, Ita fugito, ne præter casam: hoc est, ne prætereas casam tuam, quæ tibi sit tutissimum receptaculum. Aut ita fugias, ne præter casam: vbi custodiri magis, & prehendi fur, & mulctari verberibus potest.
Casaria, dicitur mulier quæ casam custodit. Festus.
Casula, pen.corr. {καλυβίδιον} dimin. Plin.lib.35.cap.10, Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.
Rusticus infans cum casulis. Iuuen.sat.9.
Contentus casulis. Iuuen.sat.14.
Desiderare casulam. Iuuen.sat.11.
Casellæ, sunt granaria in quibus fructus componûtur. L.1. D. de iudic. Dicitur quasi cellula granorum.
Casaluades, Meretriculæ sunt olim cognominatæ, hoc argumento, quòd absentes sibi aduocêt, reiiciant præsentes amatores: sedeant verò in domiciliis, & volentibus faciles se præbeant. Meminit huius vocabuli Aristophanes in Equitibus, & post eum Cælius Rhodig. lib.14.cap.8.
CASALVIVM, Locus erat Athenis intra vrbem, vbi prostabant meretriculæ, quæ etiam ab hoc loco Casaluades dicebantur. Vide Alex.ab Alex.lib.4.cap.18.
CASANDRA {Κασάνδρα} Insula in Oceano meridionali, cótra Persidem, Plin libro 6.cap.25, Contra Persidem (inquit) insulæ, Philos, Casandra, Aracia, &c.
CASCA, Viri proprium. is fuit Bruti armiger. de quo Silius lib.7,
Nec damnata manus, medio sed (flebile) mento
Armigeri Cascæ penetrabilis hæsit arundo. Quædam exemplaria legunt Cascæ.
CASCATENSES, Populi Hispaniæ citerioris, in conuentu Cæsaraugustano, quos Plinius Latinorum esse veterum ait lib.3.cap.3.
Cascum {ἀρχαῖον} Antiquitus dicebatur, quod nos vetus appellamus. idque, vt author est Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oscam vsque linguam radices egerit, qua Casnar senex dicitur: eoque Ennium, vt Oscæ linguæ peritum, scripsisse,
Quamprimum Casci populi genuere Latini. Cascos Latinos priscos appellat M.Tull. Tuscul.quæst libro 1. Citat autem Varro adagium, Cascus cascam ducit, tanquam à Manilio quodam profectum, qui dixerit non esse mirum, si cascum casca duxisset, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in anum vetulo nuptam, allusúmque ad vocem Casci, perinde quasi deducatur à canendo. Refertur ibidem epigramma Papinij cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Cascam, Ridiculum est quum te Cascam tua casca dicit. Opinor adolescentem duxisse vetulam, proinde absurdum videri quoties casca, id est vetula, maritum iuuenem veluti suo ipsius nomine cascam vocaret. Dicitur hoc prouerbium quoties similis similem delectat, vetulus vetulam, deformis deformem, barbarus barbarû, improbus improbum. Hæc Erasmus in Chiliad.
Cascale. In CASVS.
CASELLIVS Vindex {Κασέλλιος} optimus habitus consultus iuris. De cuius erroribus dicitur scripsisse Terentius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Ianus Parrhasius in illud Horatij de Arte poetica,
-nescit quantum Casellius Aulus,
Sed tamen in pretio est.
Caseus, casei {τυρός} à cocundo dictus est, vt ait Festus. Virgilius in Bucolicis,
Pinguis & ingratæ premeretur caseus vrbi. Cicero de Senect. Villa quæ tota locuples est: abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle.
Caseus Gallicus. Colum.lib.12.cap.57.
Caseus Lunensis. Martial.lib.30.31.32.
Caseum, neut.g. Næuius Macro, Pecunia quid bonum, quid bonum respondi Sardis: veniens caseum. Plautus Medico,
Parasito cum virgis casi um radi potest. Nonius.
Pomponius etiam neutraliter dixit in Lenone, caseum molle. Testis Charisius lib.1.
Caseus musteus. Plin.lib. 11 cap.42, Sed breuis ac musteo tantum commendatio.
Recens aut mollis. Plin. lib.28.cap.9, Caseus recens cum melle, sugillata emendat, mollis aluum sistit, &c.
Candidus. Ouid.4. Fastorum,
Candidus elixæ miscetur caseus herbæ.
Ingrati saporis. Vide INGRATVS.
Fistulosus. Columel. lib.7.cap.8. Vulgò *oculatum* vocamus.
Caseus ramulis fici glaciatus iucundissimè sapit. Glaciatus, id est coagulatus. Columel lib.7.cap.8.
Caseus Tolosas. Martial.lib.12.epigr.32,
Nec quadra deerat casei Tolosatis. Id est, minimi pretij.
Viridis. Columel.lib.7.cap.8, Si tenui liquore conficiatur caseus, quamcelerrimè vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet.
Figurare caseum. Plin.lib.16.cap.38, Ficis humor lacteus: huic ad caseos figurandos coaguli vis.
Cascale, cascalis, pen.prod. neut.gen. {τυροφυλάκιον} Locus in quo fiunt & reconduntur casei. Columel. lib. 1. cap.15, de generibus stercoris, Quædam quotidie, vt culina, & cascale: quædam pluuiis diebus, vt bubilia & ouilia debent emundari. Quidam cesale legunt, & latrinam interpretantur: sed id sine ratione. Turnebus.
Cascarius {τυροφυλακικός} Adiectiuum à caseus: vt Taberna casearia. Vlpianus in l. Sicuti. §. Aristo. D. Si seruitus vindicetur, Aristo Cerellio Vitali respondit, non putare se ex taberna casearia fumum in superiora ædificia iure immitti posse: nisi eius rei seruitutem talem admittat. Est autem taberna casearia, in qua fumigari solent casei. Moris enim fuit in plerisque Italiæ locis, colorandi siccandique casei gratia, fumum, aut ex culmis, aut ex malignis viridibúsque lignis facere. Columel. lib. 7.cap.8, de casei faciendi ratione loquens, Est etiam, inquit, nô ingrati saporis muria perduratus, atque ita maligni ligni, vel culmi fumo coloratus.
Casia, casiæ {κασία} Frutex est Theophrasto, salicis Amerinæ magnitudine, multis surculosísque bracchiatus ramis, crassiore, quàm cinnamomum, sarmento, solóque cortice commendatus. Plin. quoque lib.12.cap.19, Casia, frutex est, inquit, iuxtàque cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute verius quàm cortice. Virgil.2. Georgicorum,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui. Dioscorides libro 1, tria facit præcipua casiæ genera. Vnum ex nigro purpurascens, & rosæ odorem referens, Zyger appellatum. Alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum & vini mixtum odorem repræsentans, quod Arabum lingua Lada, ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. Tertium genus superioribus paulò vilius, quod Rubú mosylicum vocitarunt. ¶ Hyginus author est, à Latinis Caciã appellari cocci Cnidij fruticem, quem Græci Cneorum vocât, & Tymelæam: cuius folia & in coronamenta veniunt. ¶ Casia fistularis, à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli siliquam Ægyptiam malunt nominare. Est autem siliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non vna coalescens serie, sed ex interuallis lignosis, tenuibúsque membranis septum, ossáque quædam habens immersa, non dissimilia his, quæ nostra profert siliqua.
Humiles casias ministrare apibus. Virg.2. Georgicorum,
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.
Recentes. Virg.4. Georg. Id est statim carptæ.
Virides. Virg.4. Georg.
Intexere casia. Virg.2. ecloga,
Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis.
Pasci casiam. Virgil.4. Georgicorum,
-pascuntur & arbuta passim
Et glaucas salices, casiámque, crocúmque rubentem.
Casiaca {κασιακὴ} Genus vestis erat militibus propriæ, quam Athenienses reges sæpissime induebant. Author Alex. Genial. libro 5.c.18.
Casignete {κασιγνήτη} Herbæ genus est, apud Plin. lib.24.cap.17. ita dictum, quòd cum sui generis herbis tantùm nascatur. Eandem & Dionysionymphadem appellant, quòd vino mirè conueniat.
Casilam antiqui pro cassidè ponebant. Festus.
CASILINI, penult. product. Populi, qui inclusi à Pœnis, famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur. Festus.
CASILINVM, pen.prod. {Κασιλῖνον} Italiæ oppidum in Campania, authore Plin. lib.3.cap.5, In Campano agro, inquit, Stabiæ oppidum fuê re: intercidit ibi & Taurania: sunt & morientis Casilini reliquiæ. Hæc ille, de cuetlis & interc dentibus vrbibus intelligens. Cic.2. Philipp. Casilino salutatum veniebât, Aquino, Interamna, admissus est nemo.
CASINA, Casinæ, pen.corr. {Κασίνα} Fabula Plauti. Quidam Cassina legi volunt. Scribendum tamen est Casina, quia primá corripit. Plautus, in argumento eius comœdiæ,
Adolescens ducit ciuem Casinam cognitam. Versus est Iambicus trimeter.
CASINVM {Κασῖνον} Câpaniæ oppidum in Italia. Pli.lib.5.cap.5. ¶ Quod autem ait Varro, Etiam nunc Casinum forum vetus appellant: intelligo oppidum Casinum à Romanis appellatum fuisse forum vetus. Nam fori nomen multis indiderant oppidis, vt foro Cornelij, foro Sempronij, foro Liuij. Turnebus.
Casinum nebulosum. Silius lib 4.
CASIOTIS {Κασιῶτις Ptolemæo} Regiuncula est Arabiæ petreæ, Pelusio ostio ab Ægypto dimissa, in qua Casius mons est, Pompeij magni tumulo insignis, à quo & regio ipsa nomen accepit.
CASIRI, Populi. Plin.lib.6.cap.17, Ab Attacoris gentes Thyri & Thocari, & iam Indorum Casiri: introrsus ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur.
CASIVS {Κάσιον} Arabiæ môs est, iuxta quem delubrum est Casij Iouis, quod Romanorû ambitio illustre fecit, & Pompeij tumulus multis pòst annis ab Hadriano instauratus, vt Capitolinus tradit. Nostri Sinai montem esse asserunt, ob illic à Deo datas per Moysen populo Israelitico decalogi tabulas nobilem & clarum. Plin.lib.5.cap.11, Arabiam hanc sterilem, & præter Casium montê nihil insigne habentem indicat. At notandum obiter, alium supra Seleuciam Casiû esse Plinio lib.5.cap.22, cuius altitudo in directû quatuor milliû passuum est. Cuius (inquit) excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit: breui circumactu corporis, diem noctémque pariter ostendens. Hæc ille. Huius meminit Ammianus de Iulio Cæsare lib.22. ¶ Ptolemæus præterea lib.5.cap.18, Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra altero eiusdem regionis monte, cuius meminit & Suidas.
Casius, a, um. Lucan.lib.10,
Iupiter à Casia prospexit rupe, &c.
Casmœnas dixerunt veteres pro camœnis. Sipontinus.
CASMILLVS nominatur in Samothrace mysteriis, dius quidam administer diis magnis. Hæc Varro de Ling Lat.lib.6.
Casnar, senex Oscorum lingua. Fest. & Quintil.lib.1.
CASNINVM, Oppidi nomen vnum ex illis in quibus & ius dicebatur, & nundinæ agebantur, & erat quædam Resp. neque tamen magistratus suos habebant: in quæ legibus præfecti mittebâtur quotannis qui ius dicerent. Festus.
Caso, casas, casare, Frequentatiuum à Cado. Vide CADO.
CASOS, Insula iuxta mare Carpathium, ambitu 80. stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, colonis eò deductis. Huius nominis prima breuis est, ab hac & Casius mons in Syria. Sunt autem multæ Casorum insulæ per ambitum, à quibus vestimêti nomê Casiaca, quod & nûc quoque durat, vulgare

Græcis militibus. Eustathius Casianam appellat à monte Casio.
Casos, Insula vna ex Cycladibus, quæ & Astrabe dicitur, Plin. lib. 4. cap. 12.

CASPERIA, æ, Rhœti regis Marrubiorum vxor fuit, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiscuit. Vide ANCHEMOLVS.

CASPERIA {Κασπερία} Nomen vrbis in Italia. Virg. lib. 7.
Casperiámque colunt, Forulósque, & flumen Himellæ.

CASPERVLA, pen. corr. {Κασπέρουλα} Oppidum est Sabinorum, quod Silius Italicus à Caspiis portis quæ in Oriente sunt, vbi Bactriana est regio, accepisse nomen fingit, lib. 8.
Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens Casperula.

CASPIAE PORTAE {Κάσπιαι πύλαι} Angustiæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, vt vix plaustro sint peruiæ. Non satis tamen conuenit inter authores, ad quam maris partem coniungantur. Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidere: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas, vt inquit Plinius, ad eum transitum respiciebat. Verùm mós Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdam penetrantur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantum Caspię portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio, & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone & Perside ad mare Caspium: vnde etiam Caspiæ dictæ sunt. ¶ Iuga verò Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios vlterioresque populos pertinent.

CASPII {Κάσπιοι} Populi Scythiæ ad Caspium mare, vt author est Pomponius Mela, lib. 3. apud quos sæuissimi sunt canes, vt scribit Valer. Flaccus. lib. 6.

Caspius, adiectiuum {Κάσπιος}
Caspium mare dicitur, quod inter Caspios & Hyrcanos montes est: à quibus nomen accepit, & immensum occupat spatium. De hoc inter scriptores parum conuenit, vt diligentissimè adnotauit doctissimus Vadianus apud Pomponium Melam. Horat. 2. Carm. 9.
Regna Caspia. Virgil. 6. Æneidos,
Huius in aduentum iam nunc & Caspia regna
Responsis horrent diuûm. Id est fines Assyriorum, in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Seruius.
Rupes. Seneca in Herc. fur. 13.
Tigris. Stat. lib. 10. Thebaid.
Vada. Claud. 6. Paneg.

Caspiacus, pen. corr. {Κασπιακός} Aliud adiectiuum, vt Porta Caspiaca. Statius 4. Syluarum,
Aut Istrum seruare latus, metuendáque portæ
Limina Caspiacæ.

CASPIRVS {Κάσπειρος} Vrbs Parthorum, finitima Indiæ, cuius incolæ cursu velocissimi sunt, vt ex Dionysij Bassaricis annotauit Stephan.

CASSANDANE {Κασσανδάνη} Filia fuit Pharnaspi, vxor Cyri, & mater Cambysæ, teste Herodoto, historiarum lib. 2. quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse defleuit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

CASSANDRA {Κασσάνδρα} Filia fuit Priami regis, quam ab Agamemnone in Græciam abductam Clytemnestra interemit. Author Homerus in Odyssea. ¶ Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quã Bellerophonti nupsisse idem Homerus author est. ¶ Est & Cassandra oppidum, & Cassandria colonia, de quibus infrà in POTIDAEA.
Vates Cassandra. Virgil. 3. Æneidos,
-aut quem tunc vates
Cassandra moueret?
Virgo Priameia. Virg. 2. Æneidos,
Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus à templo Cassandra.
Aperit ora futuris Cassandra. Virg. 2. Æneidos,
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu, non vnquam credita Teucris. Hoc est præcepto Apollinis: qui spe promissi coitus, concessa diuinitate, frustratus, sustulit fidem vera dicenti. Seruius.

Cassiculus {ἄρκυς} Diminutiuum à cassi, pro reti. Hieronymus. Nequaquam aranearum mihi opponas cassiculos. Dicitur & cassiculum neutro genere. Fest. Cassiculum, reticulum, à cassibus per diminutionem dictum.

Cassida, cassidæ, pen. corr. {κόρυς} Galea. Propertius,
Aurea cui postquam nudauit cassida frontem.
Aurea cassida. Virg. 11. Æneidos,
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati Cassida. Cassida pro cassis. nam accusatiuum ponit pro nominatiuo. Seruius. Hoc est ex accusatiuo Græco facit nominatiuum Latinum.

Cassidile, nisi mendosum est, posuit Hieronym. pro perula vel burga. Tobiæ 8. Budæus.

CASSINVM. Vide Casinum.

CASSIODORVS, pen. prod. Rauennas, præceptor Theodorici Gotthorum regis, primùm Senator, deinde monachus factus, nonnullos scripsit psalmorum locos apertius. Extant & eius ad Theodoricum epistolæ. Volaterr. lib. 13.

CASSIOPE, pen. cor. siue Cassiopea, pen. prod. {Κασσιόπεια} Cephei regis Æthiopum vxor, & Andromedes mater, quæ cum Nereidibus de pulchritudine certauit. Vnde & inter sydera constituta fertur. Columel. lib. 11. cap. 2. Dicitur & Cassiepea. Cic. 2. de Nat. deor. Obscura specie stellarum Cassiepea. Est autem sydus ita figuratum, vt in sella sedeat. Constat stellis tredecim, occidens cum Scorpione, capite cum sedili resupina ferri prospicitur, exoriri autem cum Sagittario. Perottus.

CASSIOPE, Oppidum est Epiri mediterraneum, à quo Cassiopei populi dicti sunt, quorum meminit Plin. in Proœmio lib. 4. Stephanus Cassopam appellat. ¶ Item oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem lib. 4. cap. 12. quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

CASSIOS, Flumen Scythiæ, quod per Albaniam in mare decurrit, vt vult Plin. lib. 6. cap. 13.

Cassis, huius cassis, m. g. {Δίκτυον} Rete: quòd vacuas habeat maculas: vnde & à raritate, rete dictum est. Ouid. 2. de Arte,
Decidit in casses præda petita meos. Plinius lib. 19 cap. 1, Cumanæ plagæ concidunt apros, & hæ casséfve ferri aciem vincunt.
Laxi casses. Virg. l. 4. Georg. de aranea.
Cassibus impositis venari. Propert. eleg. 2. libro 4, de Vertumno loquens,
Cassibus impositis venor, sed arundine sumpta
Faunus plumoso sum deus aucupio.

Cassis, huius cassidis, pen. corr. fœm. gen. {κόρυς, κράνος, περικεφαλαία} Galea: dicta quòd vacua sit ad caput recipiendum. Cæsar 7. bel. Gal. Muliones'q; cum cassidibus, equitum specie ac simulatione collibus circumuehi iubet.
Casside liber. Id est non gerens galeam. Martial. libro 9. epigrammate 57,
Non iaculo, non ense fuit, læsúsve sagittis,
Casside dum liber Parthenopeus erat.
Apex toruæ cassidis. Stat. 8. Thebaid.
Ahena. Stat. 6. Thebaid.
Aurata. Stat. 7. Thebaidos,
-atque ambos aurata casside donat.
Cælata. Iuuen. sat. 11.
Cristata pennis. Ouid. 8. Metam.
De casside fracta buccula pendet. Iuuenal. sat. 10.
Fulminea. Claud. 6. Paneg.
Languida. In LANGVOR.
Laxata, Aperta. Claud. de bello Gildon.
Minax. Stat. 4. Thebaid.
Torua. Stat. 8. Thebaid.
Abdere caput casside. Ouid. 8. Metam.
Claudi casside. Stat. 4. Thebaid.

Cassita, cassitæ, pen. prod. {κορυδαλλός} Auis, quæ & galerita & alauda dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37, At quæ ab illo galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alaudæ. Docet Plinius, galeritam ab apice, quem velut galeam habet in capite, nomen sortitam. Quemadmodum igitur à galero galerita, sic à casside cassita nuncupatur. De cassita, vide apologum festiuissimum apud Gellium lib. 2. cap. 29.

CASSITERIDES, penult. corr. {Κασσιτερίδες} Insulæ maris Atlantici, de quibus Plin. lib. 4. cap. penult. sic scribit, Ex aduerso, inquit, Celtiberiæ cõplures sunt insulæ Cassiterides dictæ Græcis, à fertilitate plumbi. Vide CATTITERIDES.

Cassiteros, penultima correpta {κασσίτερος} Latinè plumbum album dicitur. Plinius libro 34. capite 16, Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum Cassiteron.

Cassitias, visci genus in Abiete & Larice nascens. Sipontinus.

CASSIVS, prænomine Sp. Viscellinus COS. cum Op. Virginio Ann. CCLI. Cassiodorus. Sabinos prælio vicit, déque iis triumphauit. Magister equitum primus T. Lartio dictatore Ann. CCLV. Dionysius libro 5. Liuius libro 2. Consul II. cum Postumo Cominio Ann. CCLX. Cassiodorus. Liuius. Dionysius libro 6. His COSS. fœdus cum Latinis ictum Cicero pro Balbo scribit. COS. III. cum Proculo Virginio Ann. CCLXVII. Volscos & Hernicos in amicitiam Populi Romani traduxit, triumphauit. Legem agrariam ad conciliandã plebẽ primus promulgauit. A quæstoribus Fabio & Valerio affectati imperij accusatus, damnatus, de saxo Tarpeio præcipitatus est. Alij patrẽ authorem eius supplicij fuisse existimant. Dionysius libro 8. Liuius libro 2. Cic. Philipp. 2. Valerius sibi ipsi non satis constare videtur. Nam lib. 6. cap. 3, à Senatu & populo: lib. 5. cap. 8, à patre damnatum tradit: quo in loco etiam in hoc errat, quòd Trib. pleb. agrariam legem tulisse scribit. Patricius enim fuit, & quidem COS. Dionysio, Liuio authoribus. L. Cassius L. F. Q. N. Longinus PR. An. DCXLII. COS. cum C. Mario An. DCXLVI. Cassiodorus. In magistratu à Tigurino interfectus, exercitus eius sub iugum missus. Epitoma LXV. Cæsar de bell. Gal. lib. 1.
Item Cassius Trib. pl. C. Mario, L. Flacco COSS. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, vt quem Pop. Romanus damnasset, cuive imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. Author Pædianus. Cicero pro Rosc. Amer. L. Cassius ille, quem Populus Romanus verissimum & sapientissimum iudicem putabat, &c. L. Cassius, dux Pompeianus, cum decem nauibus ardẽte bello ciuili, transiit ad Cæsarem. Cassius item Longinus Iurisconf. quòd C. Cassij percussoris Cæsaris nomen ac stemmata haberet, iussus est à Nerone mori; pronepos fuit Seruij Sulpitij, ac Eques Romanus, vt scribunt Tranquillus & Pomponius. Fuit & Cassius Seuerus, de quo Quintilianus sic scribit libro 10. cap. 1, Cassius Seuerus, si cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenij plurimum in eo, & acerbitas in ira, & vrbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quàm consilio dedit. Hæc ille. Huius Cassij scripta ex Senatusconsulto abolita sunt, vt author est Tranquil. M. Audius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum imperator ipse res in Germania gerit contra Marcomannos, defecit. Itaque relicto bello, imperator eum cum exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. Cassius præsul Narniensis tempore Totilæ regis Gotthorum, cui occurrens, animum placauit, ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregorius 3. Dialogorum. Cassius poeta Parmensis. Hic aliquot generibus stylum exercuit, inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic est qui in partibus Cassij & Bruti Tribunus militum militauit: quibus victis Athenas se contulit. Quintus Varrus ab Augusto

ab Augusto missus, vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit, vnde multi crediderunt Thyestem Cassij Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Horatij 1.epist.4,

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat. De Cassio Horat. 1.Serm. sat.10.

Cassianus, pen.prod. {κασσιανός} adiect. Cic. pro Mil. Itaque illud Cassianum, Cui bono fuerit in his personis valeat, & si boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi sæpe paruo.

Iudex Cassianus. Cic.2.in Verr. Nō quæro iudices Cassianos, veterem iudiciorum seueritatem non requiro.

¶ Cassiani iurisconsulti dicti sunt, qui Cassij sectam institutionémque sequuti sunt, de quibus vide quæ Pomponius scribit in l.2.D.de origin.iur.

Cassius {κάσσιος} adiectiuum, vt, Cassia via. Cic.12.Philippica, Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia.

Casso, as. Vide QVASSO.

CASSOPA, æ, pen.prod. {κασσώπη Stephano} Oppidum est Molossorum, quod à Plinio Cassiopem vocari suprà ostendimus.

CASSOPAEI {κασσωπαῖοι} Populi sunt ad intima sinus Ambracij habitantes, nec procul à Nicopoli, de quibus Strabo lib.7.

CASSOTIS, Fons fuit apud Delphos, à nympha sic dictus Parnasia, super quem ædificium constructum erat, quod à Delphis Lesche dicitur, à dissertationibus quæ ibi fierent. Cæl. Rhod. meminit libro 19. cap.10.

Cassus {κενός} Adiectiuum, dicitur inane, vacuum, quasi omni re carens. Nonius, Cassum veteres inane posuerunt. Virg.11.Æneidos, Nullum cum victis certamen & æthere cassis. Cassus pro vacuo, inquit Seruius. Arbitrandum est eius verbi proprietatem magis ab araneatum cassibus dictam, quòd sint leuis ac nullius ponderis: non, vt quibusdam videtur, quasi quassum.

Anima cassum corpus. Lucret.lib.3.

Augur cassa futuri. Id est mendax. Stat.9.Thebaid.

Cassa dote virgo, atque illocabilis. Plut. Aulul.7,

Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem.

Cassus lumine, Vacuus, priuatus. Virgil.2.Æneidos,

Nunc cassum lumine lugent. Seruius.

Lumine cassus aer. Lucret.lib.4.

Cassa sanguine cochlea. Cic.2.de Diuin. Sanguine cassam potius, quàm hominum more cochleam dicere.

Sensu cassa simulacra. Lucret.lib.4.

Consilia cassa, pro vanis. Seneca in Troade.

Verborum cassa copia. Lucret.lib.4.

Formido. Lucret.lib.3,

Sollicitámque geris cassa formidine mentem.

Fraus. Lucanus, Cassa fraude parat. Id est irrita. Budæus.

Glans. Plaut. Ruden.30.

Ira. Valer.6.Argon.

Labor, Frustra sumptus. Plin. Iunior epist.176.

Manus. Statius 9. Thebaidos,

Nunquam cassa manus, nullum sine vulnere fugit

Missile. Nunquam cassa, id est nunquam aberrans.

Nox. Valer.4.Argon.

Nux. Plaut. Pseud.5,

Te amatorem inuentum esse inanem quasi cassam nucem.

Nuce cassa pauperare. Horat.2. Serm.5.sat. Id est fracta. Acron.

Omen. Stat.5. Thebaid.

Præsidia. Seneca in Troad.8. Id est vana & inania.

Via cassa, Id est frustra ingressa. Stat.11. Thebaid.

Virtus. Stat.5. Thebaid.

Vota. Virgil.11.Æneidos,

Dixit, opémque dei non cassa in vota vocauit. Non ad inania vota poposcit auxilium. Seruius.

Cassum & inane. Cic.5.Tuscul. Omne quod honestum nos & laudabile esse dicimus, id illi cassum quiddam, & inani vocis sono decoratum esse dicant.

Cassum granum & inane. Plin.lib.18.cap.17, Retonsarum verò etiam semel, omnino certum est, granum longius fieri, sed inane cassúmque, ac satum non nasci.

In cassum it virtus. Lucan.lib.2.

¶ Cassum, cassi, n.g. Fragmentum. Solinus cap.65, Aut palearum cassa, aut chartarum fila ad se rapit. Delychnite gemma.

Cassutha, quam herbariorum vulgus *Cuscutham* nominat, eius generis est, vt in frutices & herbas epithymi modo prosiliat, & viuat earum adminiculo fulta, nulla radice nixa, sed velut ab alarum sinu prodeuntibus cirris, capillamentisve longissimis. Hæc statim ab exortu plantarum ramulis se implicat, & adeò crebris inuolutionibus his se circumuoluit, vt breui plantas ipsas strangulet atque enecet. Foliis nullis vnquam vestita visitur. Flores tamen edit albos, quàplurimos, à quibus semen tenue prodit. Cirri rufescunt, vitium capreolis crassitudine, & facie pares. Hæc ex Mathiol. Senensi.

Casta mola dicebatur sacrificij genus, quod Vestales virgines faciebant. ἁγνὴ θῦμα. Sipont.

CASTABALENSES, Populi Ciliciæ. Hi propter bella cohortes canū habuere, quæ primæ dimicabant in acie nunquam detrectantes. Hæc erant fidissima auxilia, nec stipendiorum indiga, inquit Plinius lib. 8.cap.40.

Castaldus, Alciatus enarrans l. lecta. D. de rebus credit. obiter monuit in Longobardica lege seruum significare: & inde Castaldum seruum, cui casæ seu domus cura est demandata, sicque generaliter omnes œconomos dici.l.pen. D.de testib.l. quum vnus.in prin.D. de alim.leg.

CASTALIVS {κασταλία} Fons Caballinus & Libethris dicitur. Est autem in radicibus Parnassi, Musis sacer, à virgine Castalia: quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem versa est: cuius aquam dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuisse in Lycia, vbi armenta Apollo fertur pauisse. Virgil. Castaliam vocat, libro 3. Georgicorum,

-iuuat ire iugis, qua nulla priorum

Castaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Aqua Castalia. Ouid.1.Amor.eleg.15.

Arbor Castalia, Quæ est ad Castalium fontem. Propertius libro 3.eleg.3.

Castalius fons. Mart.lib.12.epigr.3,

Fons ibi Castalius vitreo torrente superbit, &c.

Castalia gutta, apud Colum.lib.10.

Gurges. Claud.epig 31.

Vmbra. Tibull.lib.3.eleg.1.

Vndæ vocales Castaliæ. Stat.5. Sylu. Vocales vocat propter Musarum illic habitantium perpetuos cantus.

Castanea, castaneæ {διὸς βάλανος, κάστανα} è nucum genere, & tam fructum quàm ipsam arborem significat. Plin.lib.17.cap.20, Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia.

Nuces castaneæ. Virgil 2.ecloga,

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala,

Castaneásque nuces. Bene speciem addidit: dicens Castaneas. Nā nuces, generaliter dicuntur omnia tecta corio duriore: vt auellanæ, amygdalæ, iuglandes, castaneæ. sicut contrà dicuntur poma, omnia molliora. Seruius.

Hirsutæ. Virgilius 7. ecloga, Adhuc intra suos echinos locatæ. Seruius.

Molles. Virg.1.eclog. Id est maturæ. Seruius. Non ab re tamen fuerit earum certum genus intelligere, quū interpres Nicandri castanearum quoddam genus μαλακὰ, id est molle appellet. Sic enim scribit, τῶν δὲ καστάνων τὸ μὲν σαρδιανὸν, τὸ δὲ λόπιμον, τὸ δὲ μαλακὸν, τὸ δὲ γυμνόν. Ex Turnebo.

Gerunt castaneæ fagos. Virg.2.Georgicorum,

Et steriles platani malos gessere valentes,

Castaneæ fagos. Dicit quid in quam arborem debeamus inserere, in fago castaneam, non enim in castanea fertili infœcunda fagus inseritur. Vnde aut hypallage est, vt castaneæ fagos sit, pro fagi castaneas gessere, aut mutanda distinctio, vt sit,

Et steriles platani malos gessere valentes Castaneæ. Hoc est, Infœcundæ arbores platani fortes ramos castaneæ portauerunt. Seruius.

Legere castaneas. Virgil.2.ecloga.

Castanetum, penultima product. {καστανών} Locus castaneis consitus: Columella libro 4. cap. 33, Propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt.

Castaninum oleum, ex castaneis factum. Sipontinus.

CASTAON {καστάων} Locus est in Hispania, haud procul à noua Carthagine, in quo peculiare est plumbum effodi, cui etiam argenti pars parua immixta est, non adeò vt eius vtilis sit expurgatio. Author Strabo lib.3.

Caste, In CASTVS.

Castellum, Castellanus, Castellatim, In CASTRVM.

Casteria, casteriæ {καστηρία} Locus est, inquit Nonius, vbi quum nauigatio conquiescit, remi & gubernacula conquiescunt. Plautus Asin.10,

Quin pol si reposui remum, sola ego in casteria

Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

CASTIANIRA {καστιάνειρα} Vxor Priami pulcherrima, quam ex Æsymo Thraciæ vrbe duxit vxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homer.lib.Iliad.8.

Castigo, castigas, pen.prod. {σωφρονίζω, κολάζω, ἐπιτιμάω} castigare, Increpare, vel reprehendere, authoribus Nonio & Valla in Pogium. Terent. Heauton.3.3,

Nisi eum, quantum dij dant tibi opis, seruas, castigas, mones? Cæsar 1.bel. Ciuil. Laudat Pompeius, atque in posterum confirmat, segniores castigat, atque incitat.

Ad vnguem castigare carmen. Horat. in Arte. A marmorariis ductum esse censent interpretes, qui iuncturas marmorum vngue explorant: alij à fictoribus, qui primùm manu informant rude opus, deinde lineamenta & habitum, omnémque speciem vngue fingentes & perpolientes absoluunt. Lambin.

Castigare literis. Cæsar 3.bel.Ciuil.

Castigare dictis. Virg.5.Æneidos,

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes. Id est increpat, obiurgat, inquit Seruius.

Punire, aut verbis castigare aliquem. Cic.1.Offic.

Castigare segnitiem atque inertiam alicuius. Cicero primo de Oratore.

Dolorem immodicum. Lucan.lib.8.

Castigatus animi dolor. Cic.2.Tusc. Id est leuior factus.

Frons castigata, id est in qua nihil est quod castigari aut reprehendi possit. Stat.2.Sylu.

Libertas iubarum. Id est iubæ non luxuriantes. Stat. 9. Thebaid. De equo quodam.

Pectus. Ouid.1.Amor.eleg.5,

Quàm castigato planus sub pectore venter. Id est elegantissimè facto.

Metus castigare. Valer.6.Argon.

Moras. Martial.lib.10,

-iam tumidus vocat magister,

Castigátque moras. Id est obiurgat quòd nimis moretur. Nonius expedit interpretatur.

Castigare se in aliqua re. Cic.5. Tusculan. Sed in hoc me ipse castigo, quòd ex aliorum, & ex nostra fortasse mollitia, non ex ipsa virtute, de virtutis robore existimo.

Rarius castigare. Quintil.lib.2.cap.2.

Castigare turpia. Iuuen.sat.2.

Castigandi genus.Cic.1.Offic. Ad hoc genus castigandi rarò inuitique veniemus.

¶Castigare,Punire, vindicare, authore Nonio. Plaut. Mostel.1.1, Mane castigabit eos exuuiis bubulis.Virgil.6.Æneidos,

Castigátque au ditque dolos,subigítque fateri.

Vinculis & carcere castigare.Cic.3.Offic.

Verberibus castigare. Cic.3.Tusc.Pueros verò matres & magistri castigare etiam solent,nec verbis solùm,sed etiam verberibus.

Castigare dolos.Virgil.6.Æneid.

Castigare improbos.Cic.2.de Legib.

Castigator,pen.prod. {[illegible]} Verbale.Qui reprehendit & obiurgat.Plaut.Trinum.9,Ibo ad meum castigatorem.

Castigator lacrymarú,atque inertium querelarum.Liu.1.ab Vrb.

Minorum castigator.Horat.in Arte.de senibus.

Castigator serus. Colum. lib.8.cap.16,Nos quoque, ne videamur tot iam seculorum seri castigatores.

Castigatio {[illegible]} Verbale.Cic.4.Tuscul. Vt omnes castigationibus,reprehensionibus,ignominiis affici se in delicto dolerent.

Castigatio verborum,ob errorem præteritum. Liu.7.bel.Pun.

Animaduersio & castigatio omnis,contumelia vacare debet.Cicero 1.Offic.

Castigabilis,& hoc castigabile,penult.corr.{[illegible]} Quod castigari debet. Plaut.Trin.4.5,

-qui admisit

In se culpam castigabilem.

Castitas.Castimonia,Castitudo.In CASTVS.

CASTNIENSIS Venus cognominata est, sub quo nomine à Thessalis culta,apud eosdem phanum habuit, & aliud in Sida Pamphyliæ, & in Aspendo Argiuorum, & Argis,in festo quod Hysteria dicitur: in quibus præter instituta morésque aliorum,sues mactare licet, quú in cæteris nullo modo fas sit. Alex.Genial.lib.7.cap 12.

CASTOLVS,pen.prod.{[illegible]} Lydiæ vrbs: ita dicta à Doribus conditoribus,quos Lydi [illegible] appellant. Hinc Castoli campus, apud Xenophontem.Vide Stephanum.

Castor,castoris,pen corr. masc gen.{[illegible]} Animal ex eorum genere, quæ Græci amphibia vocant, quòd tam in terra, quàm in aquis viuant. Plin lib.32.cap.3,Spectabilis naturæ potentia in his quoque quibus & in terris & in aqua victus est, sicut & fibris, quos castores vocant,& castorea,testes eorum. Castor vocatur Latinis Fiber,Gallis *Bieure*. Seruius tradit etiam canem Ponticum vocari. Differt à Lutra. Vide FIBER.

Castoreus {[illegible]} adiect. vt, Castoreus odor.Plin.lib.12.cap.24, Aspalathi probatio est in colore rufo,vel igneo,tactúq; spisso,& odore castoreo. Hoc est fœtido,& putri,vel acuto.

Castoreum {[illegible]} substantiuum. Castorea, authore Plinio lib. 32.cap.3, vocantur testes castoris. Plin.lib.26.cap.11, Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, verbenaca ex vino. Pharmacopolæ illud quoque vocant castoreum: quod vnguentum compositum est ex castoris testibus auulsis.

Graue castoreum. Lucret.lib.6,

Castoreóque graui mulier sopitæ recumbit. Graui, id est odoris tetri, malè & grauiter olentis.

Virosa castorea. Virgil.1.Georgicorum,

India mittit ebur,molles sua thura Sabæi,

At Chalybes nudi ferrum,virosáque Pontus

Castorea. Seruius, Fibri,canes sunt Pontici:quorum testes apti sunt medicaminibus,propter quos vbi se requiri senserunt, eos secant:de his Cicero, Redimunt se ea parte corporis, propter quam maximè expetuntur. Castores autem à castrando dicti sunt. Virosa autem, venenata: nam licet sint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abiciunt & egerunt partum, & virosa dicta ab eo quod est virus.Alij fortia accipiunt,à viribus. Hactenus Seruius. Alij tamen virosa dici malunt ab odoris grau tate.

CASTOR {[illegible]} Frater Pollucis: qui ambo post mortem inter sydera relati sunt,quorum signum Gemini dicitur: & à gentibus pro diis habiti, atque in prouerbium semper adducti pro constantissima & inuiolabili amicitiæ nota.

Arbitri & testes legum & iudicioru Castor & Pollux. Cic.7.Verr. Vósque omnium rerum forensium,cósiliorum maximorum, legum, iudiciorúmque arbitri & testes, celeberrimo in loco Prætorij locati, Castor & Pollux, &c.

Gemellus Castor.Catull.epigr.4.

Magnus. Horat Epod.17.

Castor in temp a deorum receptus. Horat.2.epist.1,

-& cum Castore Pollux,

Post ingentia facta,deorum in templa recepti.

Currere ad Castoris. Cic. pro Milone, Nisi verò sustinuistis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto fo.o volitarunt. Id est ad ædem seu templum Castoris.

Castor gaudet equis,ouo prognatus eodem Pugnis. Horat.2. Serm.sat.1. Fabulantur Iouem in specie cycni cum Læda Tyndari vxore concubuisse. Vnde illa ouum concepit,sicut ex viro alterum ouum. Secundum tamen hunc Horatij locum ex ouo eodem geniti sunt & Castor & Pollux: secundum alios, ex ouo Iouis, Helena & Pollux immortales: & ex ouo Tyndari, Castor & Hermione mortales. Sed Pollux mortuo Castore impetrauit, vt diuinitatem suam illi communicaret,& vicissim morerentur. Vnde Virg.6. Æneid. Si fratrē Pollux alterna morte redemit, Itq; reditque viam toties. Quod ideo fingitur,ait in hunc locum Seruius, quia horum stellæ ita se habent, vt occidente vna oriatur altera. Fuit autem Castor egregius equorum domitor,Pollux verò pugil.

Castor & Pollux, Castores etiam vocati sunt ab antiquis. Trebellius Pollio,Quum ob imperatorias literas in æde Castorum,Senatus haberetur. Capitolinus in Maximinis, Quum ventum esset in ædem Castorum. Arnobius, Tindaridæ Castores vnus equos domitare consuetus, alter pugilator bonus. Ex Turnebo.

¶Castor, Medicus antiquissimus,docuit piperitim herbā, quam alio nomine siliquastrum nominant, bibi contra morbos comitiales. Author Plin.lib.20.cap.17.

Castoreus {[illegible]} adiectiuum,à nomine proprio Castor, vt Manus Castorea. Seneca in Hippol.6, Frænis Castorea mobilior manu. Id est ipsius Castoris, qui optimus domitor equorum erat.

CASTRA GEMINA, Oppidum Hispaniæ Bæticæ stipendiarium, apud Plin.lib.3.cap.1.

Castrata, Siliginis genus est,apud Plin.lib.18.cap.9, quod in Campania prouenirebat, Pisano magis rufum.

CASTRITIVS, quum tempore Syllanæ dissensionis Placentiæ gereret magistratum, & Cn. Carbo COS. Marianarum partium peteret obsides Placentinos,ne Placentia ad Syllam deficeret, neganti Castritio dixit multos se habere gladios. At ego annos,inquit Castritius. Author Valerius. ¶T.Castritius alter Rhetoricæ doctor Romæ,de quo Gell.lib.13.cap.20, sic scribit T.Castritius,inquit,Rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi & docendi, summa vir authoritate, grauitatéque, & à D. Hadriano ob mores,atque literas spectatus,&c. Hactenus ille.

Castro,castras,castrare {[illegible]} Propriè est virilia amputare. Plin.lib.18.cap.32, Verres iuuencos, arietes,hœdos,decrescente luna castrato.

Castrare aluearia, est alueos fauis spoliare, & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, docet Columel.lib 9.cap.15.

Castrare arbores,In imo perforare Plin.lib.24.cap.8,Humor quoque è medulla, vti diximus,castratæ arboris effluens, capillum reddit capitis illitus.

Castrare caudas catulorum.Columel.lib.7.cap.12. *Rongner.*

Castrare vites. Cato cap.33, Vites teneras quamprimum propagato,veteres quamminimum castrato:potius si opus erit deiicito,bimióque post præcidito.

Castrare vina saccis.Plin.lib.19.cap 4. Vide Cæl.lib.28 cap.16.& Saccus niuarius, In SACCVS.

Castrare in sterilitatem. Plin.lib.18.cap.14.

Auaritiam castrare, id est auferre vel coercere. Claudianus 1.in Eutrop.

-vis nulla cruentam

Castrat auaritiam.

Castratus pen.prod.{[illegible]}Participium, vt Castratus hæres.Claudianus 2. in Eutrop.

-castratus prosilit hæres.

Castrata Resp. Cic.3.de Orat. Nolo morte dici Aphricani castratam esse Rempubl.

Castratæ vires.Plin.lib.11.cap.18,de fucis,Id est ademptæ.

Castrandus {[illegible]} Aliud participium.Claud.1.in Eutrop.

-rapitur castrandus ab ipso Vbere.

Castratio {[illegible]} Verbale, Virilium amputatio.Colum.lib.6.cap.26,Id optimum genus castrationum,quod adhibetur teneræ ætati.

Castratio arborum. Plin.lib.16.cap.40, Ramis sæpè depotatis,castratio illa est. Colum.lib.4 cap.32,de Arundinetis,Sed illud integro refodi debet,hoc potest intercidi & disrarari: quod opus [illegible] castrationem vocant.

Castratura,castraturæ,pen.prod. {[illegible]} Idem quod castratio. Plin. lib.18.cap.9, de pistoriis & molitura, & farina loquens, Iustum esse è grano Campanæ,quam vocāt castratá,è modio redire sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque.

CASTRVM NOVVM,Italiæ oppidum est, non procul ab ostiis Tiberis, apud Pompon.lib.2, & Plin.lib 3 cap.5. Vulgò *Cornuto*, vt scribit Oliuarius in Melam.

Castrum, castri {[illegible]} Locus muris munitus, castello maius, & minus oppido. Cic. ad Catonem,lib.15.4. Vallo & fossa circundedi: sex castellis, castrísque maximis sepsi. Callistratus in l. Non tamen inquilini.D.de Excusat.tutorum, Inquilini castrorum à tutelis excusari solent, nisi eorum qui & ipsi inquilini sunt, & in eodem castro, eadémque conditione sunt.

Castra,castrorum, pluraliter tantùm {[illegible]} Locus est vbi milites tentoria figunt,à castri similitudine: quòd fossa valloque, quasi muro,circundari solent. Græcè [illegible], tam pro exercitu, quàm pro castris. Cic.7.Verr. Iste nouo quodam ex genere imperator,pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat.

¶Castra,fœm.gen.teste Nonio. Accius Æneadis,aut Decio, Castra hæc vestra est,optumè essis meritus à nobis.

Metator castrorum. Cic.11.Philipp. Accedit Saxa nescio quis,quē nobis Cæsar ex vltima Celtiberia Tribunum pleb. dedit castrorum antea metator,nunc vt sperat vrbis.

Castrorum obsidium. Tacit.lib.20, Flaccus interim cognito castrorum obsidio,& missis per Gallias qui auxilia concitent,&c.

Castris promptus. Tacitus lib.1.

Confusa fremunt castra. Lucan.lib.7.

Domestica. Iuuen.sat.10.

Fulgentia signis. Horat.1.Carm.ode 7.

Horrida.Virg.10.ecloga,

-tua cura Lycoris

Pérque niues alium,pérque horrida castra secuta est.

Iniqua.Horat.1.Carm.ode 10. Hoc est inimica.Porphyr.

Martia. Tibul.lib.1.eleg 2.

Mollia castra, castra Cupidinis vocat Ouid.lib.2.de Arte amandi.

Naualia. Cæsar 5.bel.Gal. Atque iis imperat, vt coactis omnibus copiis,castra naualia de improuiso adoriantur, atque expugnent.

Nautica. Æmilius Probus in Alcibiade.

Profuga.Claud.de bello Get.

Prospera.Iuuenal.sat.16.

Statiua.Cic.7.Verr. Iste nouo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracusarum loco statiua sibi castra faciebat.

Surda.Silius lib.8.

¶Trepidantia

Trepidantia castra inuadere. Virgil.9.Æneidos,
-& mecum inuadit trepidantia castra.
Turbata castra arripere. Virgil.9.Æneidos,
Rumpe moras omnes,& turbata arripe castra.
Victricia.Claudian.5. Panegyr.
Vigilata.Stat.10.Thebaid.
¶Castris adequitare. Tacit. lib. 5, Interim Orodem sociorum inopem auctus auxilio Pharasmenes vocare ad pugnã & detrectãtem incessere, adequitare castris, infensare pabula, ac sæpe modum obsidij stationibus cingebat. Obsidij,Id est obsidionis.
Adpugnare castra. Tacit.lib.4,Alij castra Romana adpugnarent, non spe capiẽdi, sed vt clamore,telis, suo quisque periculo intentus, honorem alterius prælij non acciperet.
Adsultare castris. Tacit.lib.2, Tertia fermè vigilia adsultatum est castris sine coniectu teli.
In castris stationem agere. Tacit.lib.17.
Capere castra. Liu.de bel.Pun.
Cingere vallo. In CINGO.
In morem castrorum cingere. Virgil.7.Æneidos,
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
Circunuenire.Sallust.in Iugurth.
Collocare inter castra. Cic.13.Philip.Cn.Põpeius Sexti filius Consul me præsente, quũ essem tyro in eius exercitu, cum P. Vectio Scatone duce Marsorum inter bina castra collocutus est.
Conferre castra castris. In CONFERO.
Conferre castra:collata castra, Sil.lib.4.
Conijcere in castra. Cic.Pæto,9.20,In Epicuri nos aduersarij nostri castra coniecimus.
Constituere castra.Cæs.de bel.Ciuil.
Contrahere castra. In CONTRAHO.
Castra castris conuertere. In CONVERTO.
Dedita castra.Sil.lib.10.
Differre castra. Tacit. lib. 21, Castráque in plano sita, vi fluminis differebantur. Hoc est iactabantur. Sic enim illic legendum pro deferebantur. Hæc beatus Rhenanus in Tacitum.
Disponere castra.Liu.de bel.Pun.
Extructa. Tacit.lib.4.
Euellere castra obsessa.Sil.lib.7.
Exutus castris dux dicitur,cuius castra direpta sunt.Sil.lib.16.
Facere castra.Cn.Magnus ad Domitium PROCOS. lib.Epist.ad Attic.8,Nam neque castra propter anni tempus & militum animos, facere possum.
Firmare robore castra. Sil.lib.8. Robore , id est milite forti & robusto. Sic enim hoc loco accipiendum est.
Habere castra. Cic. ad Catonem, 15, His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum.
In castris & procinctu habiti. Tacit.lib.19.
Imponere castra.Sil.lib.5.
Insistere castris,pro esse & versari in castris.Ouid.8.Metam.
Locare castra alicubi.Lucan.lib.4.
Metari. In METOR.
Mouere.Virgil.3.Æneid.
Mouere in hostem.Sil.lib.7.
Munire. In MVNIO.
Nudare. In NVDVS.
Obijcere.Liu.de bel.Pun.
Opponere.Liu.ibidem.
Pellere.Ouid.epist.6.
Perrumpere. In PERRVMPO.
Ponere. Cn. Magnus ad Domitium PROCOS. lib. 8. ad Attic. Literæ mihi à te redditæ sunt ad XIII. Cal. Mart. in quibus scribis Cæsarem apud Corfinium castra posuisse.
Potiri castris.Cæsar 3.de bel.Ciuil.
Campus castra præiacet. Tacit.lib.12.
Proferre.Cæsar 1.de bel.Ciuil.
Promouere.Cæsar 1.de bel.Gall.
Relinquere.Sil.lib.7.
Castris residere.Sil.lib.15.
Seducere.Ouid.13.Metam.
Subire.Stat.4.Thebaid.
In vsum castrorum tondere setas hirci.Virgil.3.Georgicorum,
Nec minus interea barbas,incanáque menta
Cinyphij tondent hirci,setásque comantes,
Vsum in castrorum,& miseris velamina nautis. In vsum castrorum dixit, & quia de cilicijs poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium,ne iactis facibus ignis possit adhærere. Seruius.
Vellere castris signa. Virgil.4.Georgicorum,
-aut castris audebit vellere signa.
Castellum , castelli {[Greek]} diminutiuum , Paruum castrum,vel paruum oppidum significat.Cic.pro Cæcinna,Ecce ipse Ebutius in castellum venit.
Castellorum ardua.Tacit.lib.11.
Castellum forensis latrocinij. Cic.in Pisonem,Cui templum illud fuit,te Consule,arx ciuium perditorum,receptaculum veterum Catilinæ militum,castellum forensis latrocinij.
Castella philosophiæ. Cic.2.de Diuinat. Vrbem philosophiæ,mihi crede,proditis,quum castella defenditis.
Immunita castella. Vide IMMVNITVS.
Montana castella. Virgil.5.Æneidos,
Aut montana sedet circum castella sub armis.
Munita. Cic.Cælio,2.9,Castella munita improuiso aduentu capta & incensa.
Turrita.Lucan.lib.6.
¶Castellum adsidere.Tacitus lib.5,Adsidendo castellum,in quod pecuniam & pellices Artabanus contulerat, dedit spatium exuendi pacta.

Capere & vastare. Brutus Ciceroni, 11, Multa castella cepi, multa vastaui.
Disponere iugis.Lucan.lib.6.
Euertere.Horat.2.Epist.2.
Expugnare omnia.Cic.Attico,lib.1.11.
¶Castella , etiam sunt deriuacula quædam laxiora certis spatijs emodulata , ex quibus aqua per fistulas in varia loca distribuitur, id est in villas & prætoria nobilium,indultu principali : vt docet Frontinus in lib.de Aquæductibus. Paul.in l.fistulam.D. de seruit. vrban. præd. Fistulam iniunctam parieti communi, quæ aut ex castello, aut ex cælo aquam capit,non iure haberi Proculus ait. Vitruuius libro 8. cap.7, Ductus aquæ fiunt generibus tribus , riuis per canales structiles, aut fistulis plumbeis , seu tubulis fictilibus, quorum hæ rationes sunt. Si canalibus vt structura fiat quamsolidissima , solúmque riui libramenta hãbeat fastigiata ne minus in centenos pedes semipede,eæque structuræ confornicentur,vt minimè sol aquam tangât. quúmque venerit ad mœnia,efficiatur castellum, & castello coniunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium , collocentúrque in castello tres fistulæ æqualiter diuisæ intra receptacula coniuncta: vti quum abundauerit,ab extremis in medium receptaculum redundet. Budæus.
Castellanus,pen.prod. {[Greek]} Qui castellum habitat. Liuius 4. belli Macedonici,Decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit.
¶Castellani milites, quibus adscripta erant castellorum quæ in limitibus essent territoria.Impp.in l.2.de fund.limit.lib.11.C.Quicunque castellorum loca quocunque titulo possident , cedant , ac deserant : quia his tantum fas est possidere castellorum territoria,quibus adscripta sunt,& de quibus iudicauit antiquitas.Quòd si vlterius vel priuatæ conditionis quispiam in his locis , vel non castellanus miles fuerit detentator inuentus , capitali sententia cum publicatione bonorum plectatur.
Castellanus triumphus, Id est de castello capto actus. Cic. de Claris Orat.Malim mihi L.Crassi vnam pro M.Curio dictionem,quàm castellanos triumphos duos. Paulò antè dixerat, Qui Ligurum castella expugnauerunt,ex quibus multi sunt,vt scitis,triumphi.
Castellatim, pen.prod. {[Greek]} aduerbium, Quasi turmatim per castella. Liu. 7. ab Vrbe , Perpulit Consulem , vt hostes & nocturno pauore attonitos,& circa collem castellatim dissipatos aggrederetur.
Castellatim ferere.Plin.lib.19.cap.6.
Castrametor,pen.prod.castrametaris {[Greek]} castrametari, Castra locare siue ponere. Liu. 4. bel. Maced. Vbi castrametantes Romanos,Quintiúmque ipsum cum equitibus atque expeditis,prægressum auxiliares tyranni adorti.
Castrametator {[Greek]} Vitruuius libro 8. capite 5. & libro 10. capite 7.
Castrensis, & hoc castrense {[Greek]} Quod ad castra pertinet. vt, Castrensis labor. Castrense latrocinium. Cic.3.in Catil.
Arma castrensia. Propert.lib.3.eleg.9.
Castrensis corona , qua donabatur is qui primus hostium castra pugnando introiisset;cui insigne erat ex auro vallum. Festus.
Castrense peculium , vt definit Macer in l. Castrense. D. de Castr. pecul. Est quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est:vel quod ipse filiusfamiliâs in militia acquisiuit : quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset.Nam quod erat & sine militia acquisiturus,id peculium eius castrense non est.
Pensa castrensia.Propert.lib.4.eleg.3,
Noctibus hybernis castrensia pensa laboro. Verba sunt Arethusæ, quæ vestes conficiebat & nebat marito suo vt illis vteretur in castris noctibus hybernis.
Castrensis ratio,& militaris. Cic.pro Cælio.
Stipendia. Plin.Iunior,epist.14.lib.8.
Castrensis triumphus.Liu.7.ab Vrbe.
Castrẽse verbum.Plin.in præfat.lib.1,Nanque tu solebas meas esse aliquid putare nugas , vt obiter emolliam Catullum conterraneum meum. agnoscis & hoc castrense verbum.
Castula,castulæ {[Greek]} Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro,Castulam mulier sumpserat pro succula. Ex Nonio. Hæc & perizonium & præcinctorium dicitur.
CASTVLONENSES {[Greek]} Populi,sunt Hispaniæ Bæticæ apud Plinium lib.3.cap.3, Ex colonia (inquit)Salariensi oppidani Latij veteris Castulonenses , qui Cæsari venales appellantur. Hæc ille in descriptione Hispaniæ. Castulon,vulgò *Caslona*.
Castus {[Greek]} Adiectiuum,dicitur sine libidinis & turpitudinis nota,vt ait Nonius. Virgil.2.Georgicorum,
Casta pudicitiam seruat domus. Cic. pro Roscio Comœdo,Considera Piso, quis , quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? quid est hoc? Probus improbum, pudens impudentem,periurum castus,callidum imperitus,liberalis auidum?
Castus à rebus venereis fit , néve temulentus. Columel. libro 9. capite 14.
Castus moribus,integer pudore.Martial.lib.10.
Castus à culpa.Plaut.Pœnulo,18,
-eo sumus gnatæ genere,vt deceat à culpa esse nos Castas.
Parum castus. Horat.1.Carm.ode 12.
Adolescens.Cic.3.Philipp.
Aduersarius castus & integer.Author ad Herennium,2.
Agmen.Claudian.2.de Raptu Proserp.
Amnis bibendus castior.Stat.4.Sylu.
Amor.Ouid.epist.1. Intelligit amorem coniugalem.
Animus castus & purus. Cic.1.de Diuin. Castus animus purúsque vigilantis,& ad astrorum,& ad auium,reliquorúmque signorum, & extorum veritatem est paratior.
Ardor castissimus. Stat.5.Syl.
-quòd diligis vmbram,
Et colis exequias,hic est castissimus ardor.

Aures. Claudian.2. Panegyr. Castas vocat quæ obscœnis sermonibus offenduntur.
Concio.Cic.pro C.Rabiro,Qui castam concionem,sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum, integrum ius libertatis defendo seruari oportere?
Coniux.Seneca in Octauia,4.
Corpus.Author ad Herennium.
Cruor.Ouid.12.Metam.
Cubile.Claudian.3.de Raptu Proserp.
Domus.Cic.pro Cælio,Nemo hunc M.Cælium in illo ætatis flore vidit, nisi aut cum patre, aut mecum,aut in M. Crassi castissima domo,quum artibus honestissimis erudiretur.
Domus casta seruat pudicitiam.Virgil.2.Georg.
Donum.Cic.2.de Legibus,Tum ebur ex inanimo corpore extractum,haud satis castum donum deo.
Ferrum.Claudian.1.in Eutrop.
Festa.Ouid.3.Amor.eleg.12,
Casta sacerdotes Iunoni festa parabant.
Fide casta thorum seruare.Seneca in Hercule furente,5.
Fidem castam seruare.Sil.lib.13.
Flumen.Claudian.3.Paneg. Castum vocat propter Nymphas quæ fluuium incolunt.
Fœmina castissima.Cic.de Arusp.resp.Fœmina autem quæ matronarum castissima putabatur.
Fræna casta iuuentuti dare, Id est ludos illos iuuenibus concedere,qui bonis moribus & pudicitiæ non obsint.Claudian.3.Paneg.
Homo castissimus. Cic.2.de Inuent. Castissimũ quoque hominem ad peccandum potuisse impellere. Hoc est innocentissimum.
Iura casta thori legitimi.Ouid.epist.15.
Iuuenis.Seneca in Hippolyto,12.
Laurus.Tibul.lib.3.eleg.4.
Lectulus.Catul.in Argonaut.
Luci.Horat.1.Carm.ode 12.
Ludus.Claudian.3.de Raptu Proserp. Cic.2.de Arusp.resp.Quominus castissimos ludos omni flagitio pollueres.
Manus.Ouid.epist.19.
Maritæ.Castæ coniuges.Ouid.2.Fast.
Matres.Virgil.8.Æneid.
Mens casta & integra. Cic. pro Fonteio, Hoc vestræ mentes tam castæ,tam integræ sibi suscipient?
Minerua.Horat.1.Carm.ode 13.
Mores.Claudian.in lib.Epigram.22.
Pectus.Seneca in Hippolyto,2.
Preces.Claud.de Nuptiis Honorij & Mariæ.
Præmia.Cic.2.de Inuent. Præmia virtutis & officij sancta & casta esse oportere.
Pudor.Ouid.1.de Arte amandi.
Puellæ.Ouid.2.Metam.
Sacris castis accedere.Stat.1.Achil.
Signa.Id est signa castitatis.Ouid.7.Metam.
Castis tædis adolere altaria.Virgil.7.Æneid.
Tempora sacerdotum.Ouid.2.Fast.
Thorus.Claudian.1.Panegyr.
Turtur.Author carminis de Philomela.
Venus non casta.Seneca in Hippolyto,2.
Verbenis castis vincta ara.Horat.4.Carm.ode 11.
Vestes.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.
Vir integer & castus & grauis. Cic. ad Atticum, lib. 11, Non possum eius causam non dolere: hominem enim integrum & castum & grauem cognoui.
Vita. Cicero pro Roscio Comœdo, Referuens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum statim concidit & extinguitur?
Vultus.Ouid.4.Metam.
¶Castum & integellum aliquid expetere.Catul.epig.15.
Seruare se & integrum & castum. Cic.1.Tuscul. Qui autem se integros castósque seruauissent, quibúsque,&c.
¶Castus,Religiosus,pius.Virgil.6.Æneidos,
Quique sacerdotes casti, dum vita maneret. Vbi Seruius, Casti dum vita maneret,id est qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus,nec vlla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emasculabantur:vnde iam coire non poterant. Hactenus Seruius. Idem Virgilius lib.3.Æneidos,
Hac casti maneant in relligione nepotes.
Sacer,religiosus,castus. Varro,Ergo tum sacræ,religiosæ,castæque fuerunt res omnes. Nonius.
¶Castus, Suauis, iucundus. Varro Parmenone, Demittis acreis pectore luctus,cantu,castáque poesi. Nonius.
Castus,huius castus {ἁγνεία} Idem quod castitas. Varro,Et religiones, & castus id possunt,vt ex periculo eripiant nostro.
Castitudo, pen. prod. {ἁγνεία} Idem similiter quod castitas. Accius, Ibi fas,ibi cunctam antiquam castitudinem. Nonius.
Castitas, pen.corr.castitatis {ἁγνεία, σωφροσύνη} Sipontinus, Castitas & pudicitia paria putantur: quum sit pudicitia ab iniuria turpium libidinum libera:Castitas & ab his continens & remota:præterea & religiosa munditia & puritas.Cic.2.de Leg.
Metuens alterius viri certo fœdere castitas.Horat.3.Carm.ode 24.
Castimonia {ἁγνεία} Idem quod castitas. Cic.6.Verr. Per summam castimoniam virorum atque mulierum.
Castimonia decem dierum.Liu.9.bel.Maced.
Superstitio castimoniarum. Plin.lib.31. cap.8, Aliud verò ad castimoniarum superstitionem, etiam sacris Iudæis dicatum; quod fit è piscibus squama carentibus.
Castificus, pen.corr.adiectiuum.vt,Mens castifica. Seneca in Hippol.2, Expelle facinus mente castifica horridum. Id est,quæ te castũ faciat.

Castè {ἁγνῶς} aduerbium, Pudicè,honestè. Cic.1.de Nat.deor. Hæc enim omnia purè atque castè tribuenda deorum numini ita sunt.
Castè & integrè viuere. Cic. 4. de Finibus, Nihilo miseriores esse, quàm eos qui quum castè & integrè viuerent,nondum perfectam illam sapientiam essent consequuti.
Castè integréque versatus est labor meus in priuatorum periculis. Cic.pro Lege Manilia.
Radix castè puréque collecta, discutit strumas. Plinius libro 22. capite 10.
Adire castè ad diuos.Cic.2.de Leg.
Castè perficere.Cic.pro Domo sua, Certè nihil ritè,nihil castè,nihil more institutóque perfecit.
Tueri castè. Cic. de Claris Oratoribus, Nos autem Brute, quoniam post Hortensij clarissimi oratoris mortem orbæ eloquentiæ, quasi tutores relicti sumus, domi teneamus, &c. tueamúrque et adultam virginem castè; & ab armatorum impetu quantum possumus prohibeamus.
¶Castè,castius,castissimè. Cic.de Arus. resp. Quod quum Deiotarus religione sua castissimè tueretur,&c.
CASVENTVM, Fluuius est in sinu Tarentino, apud Plinium libro 3. cap. 11.
CASVENTILLANI, Italiæ populi in sexta regione apud Plinium lib.3.cap.14.
CASVRGIS {Κασουργὶς} Ptolemæo dicitur Praga regio Boemiæ.
Casula, In CASA.
Casurus, Casus. In CADO.
CASYRVS, Mons Elymaidis, cui Seleucia & Sosirate vrbes appositæ sunt,teste Plin.lib.6.cap.27.

CAT

Catabasis {κατάβασις} Inferior Solis meatus, vel descensus. Sipontinus.
CATABATHMVS {καταβαθμὸς} Oppidum & vallis repentè conuexa ad finem Cyrenaicæ regionis,vt ait Plin.lib.5.cap.5. Sallust.in Iugurtha, In diuisione orbis terræ, plerique in parte tertia Africam posuere: pauci tantummodo Asiam, & Europam esse, sed Africam in Europa.Ea fines habet ab Occidente, fretum nostri maris,& Oceani: ab ortu Solis decliuem latitudinem,quem locum Catabathmon incolæ appellant. Et paulo pòst, Nam de Carthagine silere melius puto, quàm parum dicere, quoniam aliò properare tempus monet. Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est, Colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, intérque eas Leptis, deinde Aræ Philenon, quem locum Ægyptum versus, finem imperij habuere Carthaginienses. Hactenus Sallustius. Tortellius docet scribendum esse Catabathmon,sed falsò.
CATACECAVMENE {κατακεκαυμένη} Mæoniæ regio, non procul ab Epheso, arboribus carens, vite excepta,quæ generosissimum fert vinum,quod κατακεκαυμενίτην appellant. Vide Strab.lib.13.
CATACETI, Asiæ populi circa Mæotin, vt docet Plinius libro 6. capite 7.
Catachresis,pen.prod. {κατάχρησις} Est vsurpatio nominis alieni: vt quum parricidam dicimus, qui occidit fratrem:& piscinam, quæ pisces non habet. Hæc enim,nisi extrinsecus sumerent, suum vocabulum non haberent.Hæc Donatus. Virgi.l.7.Æneidos,Aut acres tendunt arcus. Vbi Seruius, Acres,fortes.& est Catachresis: nam acrimonia mentis est. Festus,Catachresis,tropus est,nos abusionem dicimus: quum alienis abutimur perinde ac proprijs, quum propria deficiunt. Cic. in Orat. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subiungit,& abusionem, quam catachresin vocant: vt quum minutum dicimus animum pro paruo.
Cataclista {κατάκλειστα} Vestis vndique clausa: dicta à verbo κατακλείω Id est vndique claudo.
Cataclitum, catacliti. neut.gen. {κατάκλιτον} Turnebus, Catacliti accubita sunt,quibus ad accumbendum veteres vtebantur: ea mollis pluma implebantur, vt ex Heliogabali vita notum est. Hac dictione vtitur & Septimius Florens in libro qui inscribitur De pallio.
Cataclysmata, Medicamenta sunt,quæ ventris & intestinorum pituitam abluunt. Hippocrat. siue, vt quidã volunt,Polybus,de salub. diæta, Cataclysmata, inquit, pinguia & crassa sunt, quæ lacte consciuntur,& ex ciceribus,aqua elixa,& id genus alijs. Vide plura apud Galen.in comment.lib.de salub.diæt.
Cataclysmos, siue cataclysmus, masc.gen {κατακλυσμὸς} dicitur diluuium, siue inundatio. Varro 3. de Re rust.cap.1, Thebæ quæ ante cataclysmon Ogygi conditæ dicuntur: eæ tamen circiter duo millia annorum & centum sunt.
Catadromus, pen.corr. masc.gen. {κατάδρομος} Latinè decursorium ad verbum transferri potest. dromos enim cursum significat. Tranquillus in Nerone, Nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens,per catadromum decurrit. Id est,per stadium in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, vt fit sæpe in Gallia, principe spectante:*Lices* vocant. Hæc Budæus.
¶Catadromus, Machinæ genus est, teste Vitruuio, qua architecti vtuntur ad subleuanda vel demittenda onera, quæ apud Iurisconsultos,Catadromus γερανὸς vocatur, quasi dicas decursorium gruis: à figura fortassis, quòd collum haberet extensum more gruis, quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporijs, ad exonerandа nauigia accommodatas, quas etiam hodie grues vocamus. Fuit & alius Catadromi vsus, cuius meminit Iulius Pollux, libro 4. capite 19,quum ex sublimi theatri parte, per machinam quã dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat, vt quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur esse intelligenda verba Pauli in l.pen.D.de action.empt.vbi habet, Puta enim eum fuisse funum, qui per καταδρόμου γερανοῦ descendere, aut in cloacam demitti solitus esset,&c.

CATADVPA

CATADVPA, Nomē loci ad nouissimam Nini cataractam, vbi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, vt nimia soni vehementia auditus instrumētum vitient. Cic. in Somnio Scipionis, Nec est vllus hebetior sensus in vobis, sicut, vbi Nilus ad illa quæ Catadupa nominantur præcipitat ex altissimis montibus.

CATADVPI, Plinio lib. 5. cap. 9, locus est Æthiopum, & gens Arabiæ eodem authore lib. 6. cap. 29.

Catagogis {καταγωγίς} Posita inter vestes muliebres Polluci libro 7. capite 13.

Catagrapha, pen. corr. catagraphorum {κατάγραφα} quid significent declarat Plinius lib. 35. cap. 8, his verbis, Hic Cimon Cleonæus catagrapha inuenit, hoc est obliquas imagines, & variè formare vultus, respicientes, suspicientésve, & despicientes. Catul. epig. 22,
Remitte pallium mihi meum quod inuolasti,
Sudariúmque setabum, catagraphósque thynos
Inepte, quæ palam soles habere tanquam auita.

Catagusa. Simulacrum quoddam ex ære à Praxitele effictum, de quo sic Plin. lib. 34. cap. 8, Praxiteles quoque marmore felicior: ideò & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proserpinæ raptum, item Catagusam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, &c. Sed quæ est obsecro ista Catagusa? vtrum quæ lunam veneficiis & cantionibus deducit? an potius quæ pensa deducit, vnde & κατάγουσα? hoc posterius equidem ad veritatem propensius crediderim. Turnebus.

Catalecticum {καταληκτικόν} Metrum dicitur cui vna tantùm deest syllaba, vt apud Horatium, 2. Carm. ode 18,
Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium iambicum perfectum vna syllaba minus.

Catalepsis, huius catalepsis {κατάληψις} Cognitio, perceptio, comprehensio. Cicero lib. 3. de Finibus, Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet.

Cataleptum, Idem. Cic. 1. Acad. Visis non omnibus adiungebat fidem, sed his solùm, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ viderentur. Id autem visum quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile. Feretis hæc? Nos verò, inquit. Quonam enim modo καταληπτὸν diceres? sed quum acceptum iam, & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.

Catalogus, catalogi, pen. corr. {κατάλογος} Oratio siue sermo alicuius rei ordinem ac dispositionem continens. Plaut. Milit. 10,
Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fiet.

Catalogi {κατάλογοι} Dicti sunt à Romanis milites, qui militari sacramento & muneri addicti, in iuniorum tabulis adscribebantur: quasi delectos dicas. Vetus enim constitutum erat illos ex corporis habitudine, si apti militiæ, si lato pectore, si ceruice erecta, si fortes & strenui, quæ species, qualísque vigor, & quod robur virium foret, internoscere, vt illorum forti fidelique opera Respubl. vti posset. Ex Alex. Genial. lib. 1. cap. 20.

Catalysis, Latinè dissolutio dicitur.

Catamidiare {καταμωκᾶσθαι} Græca dictio, quæ deridere significat. Spartianus de constitutionibus Hadriani loquens, Decoctores bonorum suorum, si suæ authoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit. Id est, deridendos omnibus per theatrum præberi. A verbo Græco καταμωκᾶσθαι, quod deridere, & ludibrio habere significat: vt id propemodum ludibrij genus esse suspicer, quo polygami afficiuntur, id est qui multis vxoribus abutuntur, quum mithellati in scalario suggestu lasciuientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas cogūtur *mithrare* id appellant. Cui non dissimile est illud quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Catamitus, penult. prod. {γανυμής} Puer meritorius, quo quis abutitur. Cic. 2. Philipp. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Ergo vt te catamitum neque opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco, &c. Ausonius in epigr. de Glaucia immatura morte præuento,
Aut Iouis Elysij tu catamitus eris.
¶ Catamitum dixerunt pro Ganymede qui fuit Iouis concubinus. Festus.

Catampo, Genus est lusus, authore Festo.

CATANA, pen. corr. {κατάνη} Siciliæ oppidum est apud Plinium lib. 3. cap. 5. Est & Catina in Sicilia, ab hac Catinenses: ab illa Catanæi & Catanenses dicti. Hermolaus apud Plinium vnam intelligit, quæ Græcis quidem frequētius Catana, Latinis ferè Catina dicitur. Catinæ, simulacrum fuit Cereris, vt Cicero in actione contra Verrem septima scribit, quod à viro non modo tangi, sed nec aspici quidem fas fuit. Vide infra in dictione CATINA. Vulgò *Catania* dicitur.

Catanance {καταναγκὴ Dioscoridi} Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres vtebantur: vnde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. Eius duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, iunceámque: capitula autem sex aut septem, in quibus eruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem vnguium exanimati milui contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, oliuæ magnitudine: folia autem figura coloréque oleagini similia. Posterius hoc genus Officinæ *Bistortam* appellarūt. Nam superius herbariis nostris est incognitum.

CATAONIA {καταονία} Cappadociæ pars Comagenæ prætēta, Haly amne irrigata. Author Plin. lib. 6. cap. 2. & 3.

Catapetasma {καταπέτασμα} Velum quod arcet aspectum, quo nunc mulieres nostrates sæpe vtuntur. Ponit & hoc inter ornamenta muliebria Pollux lib. 7. cap. 22.

Cataphractus {κατάφρακτος} Circunquaque munitus. φράττειν enim munire est. Vnde cataphracti equites (authore Seruio) dicuntur qui ferro circunquaque muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Liu. 5. bel. Macedon. Equitum innumerabilem vim traiici Hellesponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant: partim sagittis ex equo vtentes.

Cataphractus, huius cataphractus, Substantiuum legitur apud Propertium, lib. 3. eleg. 12, nisi locus mendosus sit: his verbis,
Neve tua Medæ linientur cæde sagittæ,
Ferreus aurato neu cataphractus equo. Nisi fortè adiectiuum esse malis, & subaudias miles.
Cataphracta, lorica, siue thorax militaris. Vnde Vegetius scribit Romanū exercitū pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum.

Cataphractarij {καταφρακτάριοι} Cataphracta muniti. Lampridius de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

CATAPHRYGAE {καταφρύγαι} Hæretici qui in Phrygia fuerunt, vt Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant. Cataphryges Cælius appellat, Antiq. lect. lib. 23. cap. 1.

Cataphysis {κατάφυσις} Herba est pulicaris, que Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex his nomenclaturis, quæ veluti nothæ à doctioribus ex Dioscoride abiectæ sunt.

Catapirates {καταπειράτης} Latinis dicitur, quæ à Græcis καταπειρατηρία vocatur, à pertentandis vadis, perpendiculum videlicet funiculo aptum ad explorandam altitudinem maris. Lucilius in bolidis descriptione,
Hunc catapiratem puer eodem deferet vnctum,
Plumbi pauxillum rodus, linique mataxam. Hæc Turnebus.

Cataplasma, cataplasmatis, pen. cor. n. g. {κατάπλασμα} Emplastrum, siue malagma dicitur variis rebus compositum in vsum medicinæ. Plin. lib. 20. cap. 17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

Cataplus {κατάπλους} Portus ad quem plurimū appelli solet. Vlpian. l. 4. § 4. D. de offic. proconsul. Ingressum etiam hoc eum obseruare oportet, vt per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est: & quas Græcia ἐπιδημίας appellat, siue κατάπλουν obseruare, in quam primùm ciuitatem veniat, vel applicet. Magni enim facient prouinciales seruari sibi consuetudinem istam, & huiusmodi prærogatiuas.

Catapodas {κατὰ πόδας} Iisdem vestigiis subsequendis: quasi dicas, ad pedes eorúmq; vestigia. Iustin. de composit. digest. §. 17, Nisi tantum si velit eas in Græcam vocem transformare sub eodem ordine, eâque cōsequentia, sub qua & voces Romanæ positæ sunt: hoc quod Græci κατὰ πόδας dicunt. Hæc ille. Cicero autem Ad verbum hoc appellat.

Catapotia, catapotiorum, n. g. plur. num. {καταπότια} Sunt quæ vulgò dicuntur pilulæ, quòd sint veluti exiguæ pilæ: ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare: quoniam neque estur, neque lingitur id genus, sed deuoratur. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 26. cap. 8, Est & semen in vsu cum melle decoctum ad catapotia, soluendæ alui gratia. Catapotia igitur Græcis à deglutiendo nomen habent, sicut Latinis ab orbiculari facie pilulæ diminutiua à pilæ forma dicuntur.

Catapsyxis {κατάψυξις} Græcis dicitur frigoris citra febrem nocumentum. Cæl. Rhod. lib. 25 cap. 8.

Catapulta {καταπέλτης, καταπάλτης} A depellendo, Genus bellicæ machinæ, qua iaculum aut saxum longius torquebatur. Hirtius libro 5, Scorpionum, catapultarum, cæterorúmque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Liuius 4. bel. Punici, Castris direptis, Apolloniatæ catapultas, balistas, tormentáque alia, quæ oppugnandæ vrbi comparata erant, ad tuenda mœnia, siquando similis fortuna venisset, Apolloniam deuexere.
¶ Catapulta, Non solùm tormentū significat, sed etiam pro sagitta & iaculo vsurpatur. Plaut. Curculione,
Nam illæ ad me catapultæ crebræ commeant. Id est tela. Monuit Turnebus.

Catapultarium pilum {καταπελτικὸν πίλον} hoc est, sagitta siue iaculum quod catapulta emittitur. Plaut. Curcul. 15,
Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

Cataputia Officinis, à doctioribus Lathyris, planta est vulgaris notitiæ. Hæc in Hetruria frequentissima nascitur. Apud Insubres, quod aluum vehementer euacuet, vomitionésque eliciat, *Catapuzza* vulgò nominatur. Huius plantæ meminit Actuarius. Vide in LATHYRIS.

Cataracta, cataractæ, fœm. gen. & hic Cataractes, masc. gen. {καταῤῥάκτης} Cataractæ autem dicuntur fores pendulæ ex ligno ferróve, quæ demitti ac tolli pro voluntate custodum possunt. Liu. 7 bel. Pun. Porta cataracta deiecta clausa erat. Eam partim vectibus leuant: partim funibus subducunt in tantum altitudinis, vt subire recti possint. Dictæ cataractæ, quòd ex alto defluere videantur. Græci enim καταῤῥάττειν defluere dicunt. Vnde cataractæ etiam appellantur è terra exeuntes aquæ, & ita ex alto defluentes, vt ruere potius, quàm defluere videantur, qualem Tyburi cernimus Anienem, & quales esse in Ægypto Nili cataractas legimus, apud Plinium lib. 5. cap. 9.
Cataractæ Nili. Strabo lib. vlt.
¶ Cataractæ etiam vocantur obices, quibus aquæ cursus temperatur, vt ait Budæus. Vnde illud in sanctis Biblijs, Et cataractæ cæli apertæ sunt: id est fenestræ aerei cæli, in quo generantur nubes & pluuiæ. sicut cataractis ex asseribus temperatur aquarum cursus, nunc aperiendo, nunc occludendo. Vulgò vocantur *Des bondes*.
Cataractæ aues quæ Diomedeæ vocantur. Plin. lib. 10. cap. 44, Nec Diomedeas prætereo aues: Iuba cataractas vocat, & eis esse dentes, oculósque igneo colore, cætero candidis tradens.

CATARACTES, Pāphyliæ fluuius, sic ab impetu dictus, quia se præcipitat. Author Pomponius Mela lib. 1. in descriptione Pamphyliæ.

CATARI, Pannoniæ populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 25.

CATARNIA, Lege CATAONIA.

Catarrhus {κατάῤῥους} Latinè fluxio, siue distillatio. Differt à Coryza & Brancho. Coryza enim dicitur, quum pituita nares tantùm obsidet, Grauedo Latinè dicta. Catarrhus verò, quū fauceis, palatúmque. At βράγχος, quū & guttur & arteria corripitur. ob id & Arteriacum quandoque id vitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Distillationes, quia Græcè καταῤῥοῦς nominantur in commune.

Catarrhytus, pen.corr. {καταῤῥυτος} Latinè irriguus, à verbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiam Plin. lib.5. cap.4. Hipponem Africæ oppidum, Catarrhytum fuisse vocatum tradit, propter aquarum irrigua.

Catascopium {κατασκόπιον} Nauiculæ genus exploratoriæ, quòd circunquaque speculetur: κατασκοπεῖν enim speculari est. Cicero Attico, lib.5. ἄφρακτα Rhodiorum, & dicrota, Mytilenæorum habebam, & aliud catascopium. Emendatiores codices habent, & aliquid ἐπισκόπιον. Et re vera ita legendum esse arbitror. Nauis tamen huius nominis meminit Gell.lib.10.cap.25.

Catascopus, penult.corr. Hirtius de bello Africo, Literisque celeriter in Siciliam ad Allienum, & Rabirium Posthumium conscriptis, & per Catascopum missis, vt sine mora, &c. Hoc est, per exploratorem.

Catasta, catastæ, Locus vbi serui venales custodiebantur, & venditioni exponebantur: sicut ergastulum, vbi serui operi faciendo includebantur. à καθίστημι, id est colloco, constituo, expono. illic enim constituti tenebantur. quare illam Tibullus barbaram, id est crudelem appellauit. Illic ex seruorum garritu ingens erat strepitus. vnde Martialis lib.6. in epitaphio Philœnis admodum garrulæ,

Heu, quæ lingua silet? non illam mille catastæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. Non desunt qui scribant Cathasta.

Arcanæ catastæ. Martial. lib.9. epig.60. in Mamurram,
Inspexit molles pueros, oculisque comedit.
Non hos, quos primæ prostituere casæ.
Sed quos arcanæ seruant tabulata catastæ.
Et quos non populus, nec mea turba videt.

Auara catasta. Martial. lib.6.29.
Non de plebe domus, nec auaræ verna catastæ.

Barbarica. Stat.2.Sylu.
Non te barbaricæ versabat verna catastæ.

Cappadocæ. quia è Cappadocia multi veniebant serui. Martialis libro 10.

Rigida. Pers. satyr.6. Id est fortis, dura, immitis.

Catastictos {κατάστικτος} Tunica figuris animalium, aut floribus intexta, cuiusmodi sunt tapetia, quæ hinc Belluata dicuntur apud Plautum in Pseudolo,

Neque Alexandrina belluata, consutáque tapetia. Hincque baliam ceruam κατάστικτον dicimus, id est maculosam, interstinctam, picturatam. Hanc vestem, vt propriam fœminarũ ponit Pollux lib.7. cap.13.

Catastroma, pen.prod. huius catastromatis, penul.corr. n.g. Locus in naui, è quo homines armati propugnare solent & certare. Sic enim interpretatur ex Polybio Bayfius: hoc amplius addens, in locum catastromatum successisse *les balestrières*. sic enim vocant Veneti: non quòd hæ sint ea quæ καταστρώματα dicũtur, sed eorum vsum præstant. Et fortasse, ait, non inepte dixerimus catastromata, quæ vulgò dicuntur *Gaides*. Cæl. lib.5. cap.11. In nauibus quæ cataphractæ vocantur, & catastromata habent, id est pauimenta superiora vel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, & stathmides.

Catastrophe catastrophes, pen corr. {καταστροφή} Latinè dicitur subuersio, deuastatio. Catastrophen autem cuiuslibet rei exitum, prouerbiali figura vocamus: quinetiam fabula omnis, vt ostendit Donatus, in tres partes distribuitur, in protasin, epitasin, & catastrophen. Protasis, est primus ille tumultus iam quasi glíscens. Epitasis, turba feruidissima. Catastrophe, subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter exitum euentúmq; negotij catastrophen appellat, cum aliàs, tum in commentario de mercede seruientibus. Ex Erasmo.

Catastus, catasti. Martial. lib.12. epig.75.
Quum tibi Niliacus portet crystalla catastus,
Accipe de circo pocula Flaminio.

Catatyposis {κατατύπωσις} Quum aliquid ad typum, hoc est formam alterius describitur, vt apud Virgil. lib.4. Æneidos,
Omnia Mercurio similis vocémque colorémque,
Et flauos crines, & membra decora iuuentæ.

Catax, à veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus. Nonius, Catax dicitur quem nunc caxonem vocant. Lucilius satyra 2,
-hostilibus contra
Pestem, perniciémque catax quam & Manlius nobis.

Cataxa. Vide MITAXA.

Catechesis, huius catechesis, pen. prod. {κατήχησις} Latinè instructio dicitur, à verbo κατηχέω, quod est audio, erudio, instruo, eáque doceo voce, quæ scriptis tradere nolim. Siquidem olim qui baptismatis essent candidati, iis tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed viua voce, citráque scripta. Quemadmodũ priscis theologis mos erat apud Ægyptios, vt mysteria voce duntaxat, ac veluti per manus posteris relinquerent, non etiam scriptis. Id erat initiari mysteriis: quod S. Paulus & S. Lucas vocãt κατηχεῖν, quasi dicas sono atque voce instruere. ἠχεῖν enim sonare est.

Catechizare {κατηχίζειν} Est docere quocunque modo, vt ait Erasmus.

Catechumenus, pen.corr. {κατηχούμενος} Hoc est nondum initiatus, sed qui adhuc imbuitur elementis religionis, nondum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei, viuæ vocis ministerio concreduntur. Budæus.

Categoria {κατηγορία} Attributio, accusatio. Hinc Aristotelis Categoriæ, liber doctrinam categorematum continens.

Categoremata, penul.corr. {κατηγορήματα} Attributa. Cic.4. Tuscul. Distinguitur illud etiam, vt libido sit earum rerum quæ dicũtur de quodam aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: vt habere diuitias, capere honores.

Cateia, cateiæ, Genus teli quo vtebantur Teutones & Galli. Virgil. Æneid.7,
Teutonico ritu soliti torquere cateias. Meminit Gell. lib.10. cap.25.

Catella, Diminutiuum à Catena. Vide CATENA.

Catellus, In CATVLVS.

Catena, catenæ, pen. prod. {ἅλυσις, ἅλυσιν} Vinculum ferreum, quo vel seruos vel captiuos vel animalia irretimus ne effugiant. Virgilius 6. Æneidos,
-tum stridor ferri, tractæque catenæ.

Catenarum feriæ. Patercul. lib.2. Quum in captiuos sæuiretur à Germanis, Caldus Cælius complexus catenarum quibus vinctus erat seriem, ita illas illisit capiti suo, vt protinus expiraret.

Arcta seruari catena. Sil. lib.7.
Aurata. Sil. lib.17.
Ferratæ. Claudian 2. Panegyr.
Graciles ex ære. Ouid.4. Metam.
Graues. Ouid.15. Metam.
Multisonæ catenæ. Stat.8. Thebaid.

¶Catenæ singulariæ, apud Plautum in Captiuis, nempe quæ sunt singularum librarum. Sic Turnebus.

Teretes. Lucan. lib.3.

Plena catenarum quæstio. Cic. pro Murena. Quid tua sors? tristis, atrox, quæstio peculatus, ex altera parte lacrymarum & squalloris, ex altera plena catenarum atque indicum.

¶Comprimere catena aliquem. Horat.1. Epist.2.

Constrictus catenis. Cic. pro Sextio, Hanc tetram immanémque belluam vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, soluit subito legum Consul, &c.

Domitus Cantaber. Horat.3. Carm. ode 8.
Excutiæ. Seneca in Thyeste, 8.
Inderecaptiuis. Vide INDO.
Inicere alicui. Liu.1. ab Vrbe. Cic.7. Verr. Iste hominibus miseris innocentibúsque inici catenas imperat.
Insertare colla vel manus catenis. Stat.12. Thebaid.
Inabrupta iungi catena. Stat 5. Sylu.
Laxare catenas, Dissoluere. Lucan. lib.10.
Nectere alicui. Horat.1. Carm. ode 29. Significat aliquem catenis annectere.
Nexæ per colla. Ouid.2. Amor. eleg.2.
Perferre. Sil. lib.17.
Vastas quassare. Seneca in Hercule furente, 9.
Religari. Ouid. epist.10.
Ruptæ. Horat.2. Serm. satyr.7.
Soluere ex catenis. Author ad Herennium, lib.4. Quòd si istum Iudices, vestris sententiis liberaueritis, statim, sicut è cauea leo missus, aut aliqua teterrima bellua soluta ex catenis, volitabit.
Valida teneri. Tibul. lib.4. eleg.5.
Vincire aliquem. Ouid.15. Metam.

¶Catena, pro chorea catenatim conserta. Lucret. lib.2,
-inter se forté catenas
Ludunt, in numerúmque exultant sanguine læti.
Hodie caterua, parum fideliter excudunt omnes. Sensus autem est, vt illos fanaticos se gladiis lacerantes & cruentátes in suo exultasse & lusisse sanguine, & pernices agitasse choreas accipiamus.

¶Catenæ, & Catenulæ, siue etiam Catellæ, & ipsæ præcipuæ inter ornamenta muliebria numerantur. Horat. lib.1. epist.18,
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis, &c. De Catenis autem est illud Plinij lib.33. cap.3, conquerentis de luxu mulierum in vsu auri: Discurrant catenæ circa latera, & inserta margaritarum pondera è collo dominarum auro pendeant, &c. Est autem velut torques aureus, vel argenteus, aut etiam è margaritis vel lapillis confectus. Vulgò *Chaine* vocamus, propriũ mulierum nostrarum ornamentum.

Cateno, catenas, pen prod. {ἁλυσιδόω} catenare, Catenis vincire. Cælius ad Ciceronem, lib.8.15. Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum Psecas catenatus in hoc habuit.

Catenatus ianitor, Portæ adiacens canis. Columel. in præfatione libri 1.
Catenata lagena. Martial. lib.7.

¶Catenati labores, per translationem. Martial. lib.1,
Expectant curæque, catenatique labores. Hoc est, sese mutuò & vicissim subsequentes, quasi verò concatenati essent.

Catenatus hamus, In modum catenæ factus. Plin. lib.9. cap.15.
Versus. Quintil. lib.1. cap.1.
Britannus. Horat. Epod.7.

Catenatio {ἁλυσίδωσις} Pro coniunctione & arctatione stricta trabium vel aliarum rerum inter se. Vitruuius lib.2. cap.9. Et in commissuris, & in coagmẽtationibus ab lentitudine firma recipiunt catenationes.

Catenula, catenulæ, pen. corr. {ἁλύσιον} Diminutiuum à Catena. Vide CATENA.

Catenarius, ad catiuum {ἁλύσεως} vt, Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur custodiæ causa. Seneca lib.3. de ira, Irasceris catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit.

Catella, vel catellum, aliud diminutiuũ {ἁλυσίδιον} Plaut. Curcul.15.13,
Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes
Ferreo. Horat.1. Epist.18,
Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis.

CATENATES, Vindelicorum populi, quorum meminit Plin. lib.3. cap.20. in descriptione Alpium, & Alpinorum populorum.

Caterua, cateruæ {στῖφος} Vegetius lib.2. cap.2, Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt, vt in vna phalange armatorum octo millia censerentur. Galli atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes cateruis vtebantur in prælio: in quibus erant sena millia armatorum.

Quid cateruæ à turmis differant, vno versiculo apertè docet Horatius 2. Epist.1,
Dum fugiunt equitum turmæ, peditúmque cateruæ.

Æquales. Virgil.10 Æneidos,
Filius æquales comitatus classe cateruas. Id est per naues habens distributas æqualiter cateruas, ait Seruius.

Armata. Cic. pro Domo sua.
Armiferæ. Stat. lib.5. Sylu.

Fulgentes ære.Virg.8.Æneidos, -ocülisque sequuntur
Pulueream nubem,& fulgentes ære cateruas.
Populatrices.Claudian.3.de Raptu Proser.
Victrices.Horat.lib.4.Car.ode 4.
¶Agere cateruas, Id est impellere, vrgere, & insectari. Seneca in Hippol.4. Infernas ciere.Tibul.lib.1.eleg.1.
Densare.Virg.11.Æneidos,
-vos vnanimi densate cateruas
Et regem vobis pugna defendite raptum.
Magnas implere.Horat.1.Serm.sat.10.
Infestare.Stat.9.Thebaid.
Per obstantes ire.Horat.3.Carm.ode 10.
Prorispere in.Horat.1.Carm.ode 8.
¶Caterua,pro multitudine,& maximo numero.vt,Cateruæ contradicentium.Cic.1.Tuscul.
Cateruæ testium.Cic.7.Verr.
Iuuenum caterua.Virg.1.Æneidos,
-magna iuuenum stipante caterua.
Fœmineæ cateruæ.Martial.lib.11.epigr.48,
Omnia fœmineis quare dilecta cateruis
Balnea deuitat Blatara?&c.
Cateruæ,atque conuentus.Cic.3.de Orat.Quid hoc,non idem fit in vocibus?vt à multitudine & populo,non modò cateruæ atque conuentus,sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes eiiciantur.
Anguinea caterua. Id est anguium siue serpentium multitudo. Tibull.lib.3.eleg.4,
Nec canis anguinea redimitus terga caterua.
Comitum caterua.Lucret.lib.2.
Magna. Cic. pro Murena, Posthumius obuiam cum bene magna caterua sua venit.

Cateruatim,pen.prod.{Ἰλαδὸν}Aduerbium,Per diuersas cateruas.Virg.3.Georgicorum,
Iámque cateruatim dat stragem.
Cateruatim volare dicuntur sturni.Plin.lib.10.cap.24.
Confusæ & mistæ cateruatim.Colum.lib 3.cap.19.

Cateruarius, Adiectiuum {ἰλαδικὸς} Tranquil. in Augusto, Spectauit studiosissimè pugiles, non ordinarios modò & legitimos, sed cateruarios oppidanos inter angustias vicorum temerè ac sine arte pugnantes.Cateruarios appellat vulgares,& non dispositos.

Catharmata,penul.corr.{καθάρματα} Erant homines,qui pro peste, aliáve morbo expiando immolabantur diis: qui ritus expiationis à Romanis vsurpabatur. Budæus.

Catharmon, Genus fuit expiationis apud Græcos in pestilentia,aut fame,aliáve calamitate, maioréve aliquo discrimine, qua hominem abiectum perquirebant, quem caricis,placentis,caseóque alliciebát: eum septies virgis quibusdam ad pudenda verberabant,tùm demum confossa fouea cremabant,cineres in mare proiiciebant,eo sacro arbitrati vrbem expurgari Meminit Isaacius apud Lycophronem:item Hipponax in Iambis.

Catharsia, Veteres porculos nuncupabant minutulos, quibus conciones & theatra lustrabantur. Qui mos ab Atheniensibus manasse fertur,apud quos qui id muneris obibát, ab re vocabantur Peristiarchi,tanquam circitores dicas,vt ex Harpocratione refert Cæl.Lantiq. lect.lib.6 cap.11.

Catharsium{καθάρσιον} In Græcorum doctrina videtur purificatio quædam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt, conciones expurgandi, atque theatra, & omnino quemlibet populi conuentum. Lucian. in Dialog. quos νεκρικοὺς dicit, ... Id est,sic vbi comperiat in triuiis Hecates cœnam iacentem,aut ex catharsio ouum. Oua autem expiationibus apta monstrat Iuuenalis illud,
-nisi se centum lustrauerit ouis. Sed & in arte Ouid.oua hæc lustralia indicat illis versibus,
Et veniat quæ lustret anus lectúmque locúmque,
Præferat,& tremula sulphur & oua manu. Verùm quæ sit ratio ouis expiandi,vide apud Cæl.Rhod.lib.27.cap.17.

Catharticus,pen.cor.{καθαρτικὸς} Adiectiuum.vt,Catharticum medicamentum,quod purgat. Cels.lib.10,Sed medicamenta stomachü ferè lædunt:ideóque omnibus catharticis aloe miscenda est.

CATHEA{Καθαία}Regio est in India,Sopithis,qui vnus fuit ex Nomarchis, dominationi subiecta, quam quidam inter Hydaspen & Acesinem fluuios locant: alij inter Acesinem & Hyarotidem finitimá terræ Pori,consobrini alterius Pori,qui ab Alexandro captus est.In hac autem regione mirum in modum pulchritudinem excoli dicunt, adeò vt Onesicritus author sit,apud eos regem pulcherrimum eligi. Puerum verò post duos menses quàm natus fuerit,publicè iudicari, vtrum legitimam formam habeat, & vita dignam, necne: eúmque quü ab eo iudicatus fuerit, qui rei præest,vel viuere,vel interimi.Homines cæteris in rebus frugales esse,circa ornatum autem curiosos. Catheorum etiam proprium esse dicit,vt sponsus & sponsa se mutuò eligant. Item vt vxores cum viris defunctis comburantur, ob hanc causam,quòd quum aliquando adolescëtulos adamarët, à viris secedebant,vel eos veneno interimebant.In eadem terra canes optimos narrant,atque Alexädrum C.& L.à Sopithe dono accepisse, de quibus quum periculü faceret,duos leoni immisisse:postea & alios duos soluisse,qui quü iam in certamine cösisterent,Sopithes iussit vt vnus abstraheretur à morsu,& nisi obtëperaret, crus illi incideretur,quod canis prius profundo vulnere passus est, quàm morsum dimitteret. Ex Strab.lib.15.

Cathedra,cathedræ,pen.cor.{καθέδρα} Id est sedes.Græca enim vox est.... autem sedes est. Horat.1.Serm.sat.10,
Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.
Fœmineæ cathedræ.Martial.lib.12.epigr.38.
Strata & longa.Iuuenal.sat.9.
Molles.Iuuenal.sat.6.
De cathedra surgere. Martial.lib.11.epigr.100,
De cathedra quoties surgis,iam sæpe notaui,&c. Sic etiam dicimus, E cathedra surgere. Idem lib.12.epigr.18, -è cathedra Surgentem,focus excipit,&c.

Cathedralitius, Adiectiuum {καθεδρικός} vt Cathedralitius seruus,Qui cathedra herum defert. Martial.lib.10,
Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros,
Et Libys in longo puluere sudet eques,&c. Hic pro mollibus & delicatibus accipitur,teste Budæo.

Cathedrarios Philosophos vocat Seneca vmbratiles illos quibus satis est de virtute in cathedris garrire, Fabianus,inquit,non ex his cathedrarius philosophis,sed ex veris & antiquis. De breuitate vitæ.

Cathedraria, Vide COACTILIA.

Cathema{κάθεμα} Ornamentum demissum ad pectus, quod & καθετὴρ dicitur Polluci lib.5.cap 16.ex Antiphane.Pro torque autem accipitur.vt D.Hieronymus vertit locum Ezechielis cap.16 iuxtà Aquila & Symmachi editionem. Septuaginta interpretes, & Theodotion κάθεμα trãstulerunt,nec solùm ibi,sed & Esaiæ 3.vt scribit ipse Hieronymus in commentariis eiusdem cap.16.qui subdit,se putare κάθεμα ab eis dictum, monile ex variis gemmis, in pectus mulierum descendens,qui & ipse ornatus pulcherrimus mulierum est.

Cathena, Vide CATINA.

CATHIARI{Καθιάροι} Populi sunt Galliæ, Straboni, in vlteriore ripa Rhodani,vt inquit,habitantes,Salyis finitimi.Sic ille lib.4.

Cathmæa,Terra quæ in æs conicitur vt fiat orichalcum. Festus.

Catholicus,pen.corr.{καθολικὸς} Vniuersalis,quasi circa omnia versetur.Inde etiam catholicum medicamëtum,quod omnibus humoribus simul vacuandis vtile est. Item Præcepta vniuersalia vel perpetualia,catholica vocant,ait Quintil.lib.2.cap.13.
Catholica ecclesia, id est vniuersalis: ideò dicitur, quia non duas aut tres inuenire liceat, sed quòd vniuersorum electorum Dei numerus in Christo vnitus, & coadunatus per fidei vinculum in vnam coeat societatem, atque in vnum Dei populum, cuius Christus dux sit & princeps. Extra huius ecclesiæ contubernium nullam esse salutem, Scriptura pronuntiat. In formula iuramenti magistratuum, Nouell.iusiurand.quod præst.solet. extat hæc clausula, Et quod cum sanctissima Dei catholica & Apostolica ecclesia communionem habeo,&c.

Catholicanus,pen.prod.Nomen deductum à Catholicus.
Catholicanos autem, docet Alciatus dictos apparitores Præfecti prætorio Orientis, quoniam is propter amplissimam iurisdictionem Catholicus,id est vniuersalis diceretur,quem titulum etiam Antiochenos Episcopos vsurpasse, authores aliqui prodiderunt. Hunc autem obtinuit pontifex Romanus Bonifacius à Phoca imperatore, magna contentione,si Platinæ credimus.

CATHON, Insula à Pomponio inter Cyclades numerata, à Plinio tamé prætetita: nisi quis Cathon, quam Plinius in Laconico sinu esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

Cathones appellantur portus in mari interiores, arte & manu facti. Festus.

CATI, Fons, ex quo aqua Petronia in Tyberim fluit, dictus quòd in agro cuiusdam fuerit Cati. Festus.

CATIENVS Philotimus,Viri proprium, qui patronum suum adeò dilexisse fertur, vt hæres omnibus bonis institutus in rogum eius se iaceret.Hæc scribit Plin.lib.7.cap.36.

CATILINA,pen.prod.{Κατιλίνας} Ciuis Romanus nobilis & seditiosus, ingenio malo prauóque, cui eloquentiæ satis sapientiæ parum fuit. Ex Sallustio notissimus est.Iuuen.sat.10,
-& iacuit Catilina cadauere toto.

Catilinianus,pen.prod. Adiectiuum. Plin.lib.2.cap.51, In Catilinianis prodigiis,&c.

Catillus, Vide CATINVS.

CATILLVS{Κάτιλλος} Filius fuit Amphiarai, frater Coracis & Tyburti. Hic Tybur condidit,& à fratris nomine sic appellauit.Sil.lib.8,
Et Tybur Catille tuum. Horat.lib.1. Carm. ode 18, ablata consonante Catilum media breui extulit,
Nullam Vare sacra vite prius seueris arborem
Circa mite solum Tyburis,& mœnia Catili.

CATINA,catinæ,vel Catine,catines,pen.corr.{Κατάνη} Vrbs Siciliæ.Sil. lib.14. Tum Catine nimium ardenti vicina Typhœo. Strabo tamé, Diodorus,& Ptolemæus,non Catinam,sed Catanam scribunt:vnde Catanæus Charundas. Nunc dicitur Catania, vt scribit in Melam Oliuarius.

CATINENSIS Ceres dicta,ab oppido Siciliæ Ætnæ propinquo,vt ostëdit Lactantius, ad cuius templum viris accedere non licebat. Sacra quoque illi per mulieres ministrabantur,& per virgines perfici solita erant,eiúsque deæ simulacrum nö modò tangere, sed ne videre quidem licebat,vt Alexander scribit.

Catinenses, Lentulus mimographus (cuius Septimius in Apologetico meminit) à Catina vrbe Siciliæ appellat homines molles, qui se pumice leues & glabros redderent. Iuuen.sat.8,
Cur Allobrogicis,& magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius lare?si cupidus,si
Vanus,& Euganea quantumuis mollior agna?,
Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum
Squallentes traducit auos?

Catinus,& catinum,n.gen.pen.prod.{τρυβλίον} Vas immensum escarium, vbi pultem,aut iurulenti quid ponebant: à capiendo nominauerunt antiqui,nisi quòd Siculi dicunt κάτινον,vbi assa ponebant.Hęc Varro de Ling. Lat. lib.4. Plin.lib 33.cap.4, Quæ è catino iactatur spurcitia,in omni metallo vocatur scoria.
Magnus catinus.Horat.2.Serm.sat.2.
Algens.Pers.sat.3, -positum est algente catino
Durum olus,&c.
Angusto pisces vrgere catino.Horat.2.Serm.sat.4.
Niger.Iuuenal.sat.6.
Ruber.Persius sat.5.

¶ Catinus porri & lagani. Horatius,
Ad porri & ciceris refero, laganíque catinum. De parabili cibo intelligendum frugíque mensa arbitror: nam porrum pro oleribus posuit, quæ vilissima sunt cibaria: & cicer legumen est, quo pauperiores vescebantur. Laganum etiam, quod fictum erat farinaceum, quod in sartagine ex oleo frigebatur, in parabilibus escis numeratum existimo. Turneb.

Catillus, siue Catillum {[illegible]} Diminutiuum, Paruum vas escarium. Colum. lib. 12 cap. 57, Hanc mixturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Plin. lib. 30. cap. 6, Vermem terrenum catillo ligneo antè fisso & ferro vincto impositum aqua excepta perfundere, & defodere vnde effoderis magi iubent: mox aquam bibere catillo, mirè id prodesse ischiadicis affirmantes. Vide Bayfium in libello de Vasculis. Charisius lib. 1, Catinus masculino genere dicitur, vt Mecœnas in decimo, Iugis, ait, fumans calido cum farre catinus. Et hinc diminutiuè Catillus fit, vt Asinius contra maledicta Antonij, Volitántque vrbe tota catilli. Sed Varro ad Cicer. 11. catinuli dixit, non catilli.

¶ Catillus, Est superior pars molæ molendinariæ, vt inquit Paulus in l. quum de lanionis. §. idem consultus. D. de fundo instructo & instrumento legato. Est autem meta, inferior pars molæ: catillus, superior.

Catillones, pen. prod. {λίχνοι} Gulosos dicebant antiqui, authore Festo. A catinus, diminutiua forma. Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 16, ad finem, Propriè Catillones dicebantur, qui ad polluctum Herculis vltimi quum venirent, catillos ligurибant.

Catillo, catillas {λιχνεύω} catillare, Catinos lingere. Plaut. Casin. 12,
-operam vxoris polliceor foras,
Quasi catillatum.

Catillatio {λιχνεία} Graue opprobrium obiiciebatur hominibus generosis, siqui prouincias amicas Pop. Romani expoliassent, quod corú bona ligurisse viderentur. Festus.

CATIVS, deus antiquorum, qui catos, id est acutos homines faceret. Meminit Augustinus in 4. Sunt qui libentius Cautium legant, quòd scilicet cautos homines faceret.

CATIZI, Pygmæorum gens à Barbaris dicuntur, quos credunt à gruibus fugatos. Plin. lib. 4. cap. 11.

Catlaster, quasi catulaster, vt Græci dicunt [illegible] pro Catulo, [illegible] pro Proculo. Catulaster autem explicatur grandior catulus, & grandior puer. Charisius, Puer, pueri, catlaster, catlastri. Ex quo Vitruuij locus emendatur, vbi sic legendum est, Ideóque semper transmarinos catlastros emere formosos, & puellas maturas, eósque coniungere, vt qui nascerentur ex iis, non solùm egregia voce, sed etiam forma essent non inuenusta. Catastos scriptum erat. Hermolaus verò Calastros legit, Iucundus Callastos: Gulielmus autem Pellisserius germanam lectionem restituit, teste Turnebo.

Catlitio, pro catulitione in antiquis Plinij exemplaribus reperitur, vt ipse vidi lib. 16. cap. 25, Catlitionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere, &c. Vide CATVLITIO. Monuit Turneb.

Catoblepas, catoblepæ, pen. corr. {κατωβλέπων} Genus feræ est modicæ: cuius qui oculos videre, statim expirant: vt scribit Plin. lib. 8. cap. 21. [illegible] sanè dicitur, qui capite est in terram demisso, [illegible]

Catochites {κατοχίτης} Gemma Corsicæ insulæ, impositam manum velut gummi retinés. Plinius lib. 37. cap. 30. κατοχὴ Græcis dicitur detentio. κάτοχος, detentiuus. Vide Solinum cap. 9.

Catochus {κάτοχος} Morbus est quum sensu priuatur anima corpúsq; omne velut gelu obrigescit. Huius morbi tria facit genera Galenus lib. finition. medic. vbi vide.

Catogeum {κατώγειον} Domicilium subterraneum.

Catomum, Vinculum & catenam significat, vt legitur in quodam in Iuuenalem scholio. Cic. ad Gall. lib. 7. epist. 26, Vereor ne in catomú Catonos. Vsurpatur & à Laberio apud Gellium in versu catalectico, Tollet bona fide vos orcus nudas in catomum. Alij Catonium legunt. Vide suo loco.

CATONES {Κάτωνες} ex oppido Tusculo originem habuere, vnde primùm profectus M. Porcius Cato senex, persuasione atque amicitia Valerij Flacci solicitatus. Hic Trib. mil. in Sicilia fuit. Prætor Sardiniá subegit, vbi ab Ennio fuit Græcis literis institutus ætate iá grandis. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hispaniá sortitus est, vbi rebus feliciter gestis, omnium vrbium muros quæ intra Bætim sunt, vno die solo æquari iussit. Author Polybius. Plin. lib. 7. cap. 27. tribus eum laudibus cumulat, perfectum & Imperatorem, & Senatorem, & Oratorem nomináo. Cuius ingenij etiam meminit Cic. de Clar. Orat. his verbis, Orationes eius vt illis temporibus, valde laudo. significant enim formam quandam ingenij, sed admodum impolitam & planè rudem, &c. Scripsit Origines, & paruú de Agricultura librum, de quo plura apud Ciceronem, Gellium, Pliniú, Plutarchum. Catones item duo fuerunt superioris filij, quorum alter in bello cótra Perseum sub Æmilio Paulo magna cum laude militauit. Alter Saloninus ex matre cognominatus, patre superstite ac Prætore designato extinctus est, & egregios in iuris disciplina libros composuit. Author Gell. lib. 2. cap. 14. Præterea, M. Cato Senioris nepos, cognomine Vticensis, seueritate ac doctrina Stoica auum referebat: nudis interdum pedibus breuíque toga in publicú prodibat, sese adsuefaciens nihilo, nisi obscœnis rebus ac detestabilibus erubescere. Cósulatum frustrà petiit. Martiam coniugem roganti Hortensio amico concessit, eandemque postea Hortensij hæredem recepit. Id quod ei Cæsar auaritiæ causa factum obiicit. Dimisit (inquit) vt locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonsus fuit. Post pugná Pharsalicam, Vticam cum Scipione se recepit: vbi quum mori statuisset, nocte de Stoica philosophia disseruit, ac Phædone Platonis de animi immortalitate perlecto libro, gladio incubuit. Ex Plutarcho. Fuit & Valerius Cato grammaticus Romæ, qui multos & nobiles docuit tempore Syllæ: cuius famam hi versus indicant,
Cato Grammaticus Latina Siren,
Qui solus legit, & facit poetas. Huius meminit Tranquillus.

In Catone perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderat Cicero de Clar. Orat.

Annos quinque & LXXX natus Cato excessit è vita. Cicero de Clar. Orat.

Marcus Cato nullam adulteram non eandem esse veneficam dixit. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Dat iura piis Cato apud inferos. Virg. 8. Æneidos,
Secretósque pios his dantem iura Catonem. Vbi Seruius, Censorium (inquit) significat, non Vticensem, qui contra Cæsarem bella suscepit. Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem: siquidē ille Minoem, Rhadamantum, Æacum de impiis iudicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare iura commemorat.

Grandia Catonis morituri verba. Pers. sat. 3.
Durus Cato. Iuuenal. sat. 11.
Hilaris. Martial lib. 12. epigr. 6.
Quos Numa, quos hilaris posset habere Cato.
Intonsus. Horat. 2. Carm. ode 15.
Prisci Catones. Horat. 2. epist. 2.
Rigidi. Claudian. 2. Paneg.
Tertius è cælo cecidit. Iuuen. sat. 2.
Catonis virtus narratur sæpe mero caluisse. Horat. 3. Carm. ode 21.
Virtutem morésque Catonis repræsentare. Horat. 1. epist. 20.

¶ Cato pro duro, rigido & seuero homine. Martial. lib. 11. epig. 40. in Charidemum,
Desine: non possum libertum ferre Catonem.

Catonianus, pen. prod. {Κατωνιανός} Adiectiuum. vt, Catoniana familia. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 10, Racilius qui vnus est hoc tempore Trib. pleb. rem patefecit, eósque homines sibi emptos esse dixit (sic enim placuerat) & tabulam proscripsit, se familiam Catonianam vendíturum.

¶ Catoniana regula in iure appellatur, quæ ita definit, vt legatum, quod inutile foret, si testamenti facti tépore testator decessisset, quandocunque postea decesserit non conualescat. L. 1. D. de reg. Caton. L. 13. D. de opt. legat.

Catonium, catonij, n. g. Cic. ad Gallum lib. 7. epist. 26, Vereor ne in Catonium Catonos, hoc est, vereor ne nimia libertas, & Catonis imitatio, cuius laudes & tu & ego scripsimus (erat autem hoc Cæsari molestissimum, vnde & Anticatones postea scripsit) subaudi præcipitet nos in Catonium, id est orcum, aut inferni barathrum: hoc est, sit nobis causa mortis. Cæl. lib. 12. cap. 17, Siquidem Catonium pro inferis rectè poni, ex Laberio cóprobauit Gellius, etiam si inter sordida obsoletáque ac maculantia, id esse vocabulum putat. Nec eo verbo esset vsus orator, nisi de industria ex obscuritate iocum captasset. Hæc Cælius. Laberij versus apud Gellium lib. 16. cap. 7,
Tollet bona fide vos orcus nudas in Catonium. Fieri potest vt ab aduerbio Græco κάτω ducat originem, quod & inferiora & subterranea loca significat. Amerpachius & Rutilius per Catonium, siue Catonianum, intelligunt fortuná quam passus est Cato, quum est à Cæsare missus in carcerem. Qua de re Suetonius in Iulio cap. 20. & Gel. lib. 4. cap. 10. Scio & apud Gelliú, & apud Ciceronem ab aliis aliter legi, sed longum foret omnia huc transcribere.

Catopterius {Κατοπτήριος} Locus quidam præceps est à Parnaso proueniens, qui ventosas in Anemoream (vnde & nomen habet) trudit procellas. Hic locus Delphorum & Phocensium terminus erat, qua tempestate Lacedæmonij Delphos à Phocensium societate disiunxerunt, & per se rem suá vrbanam agitare permiserút. Hæc Strab. lib. 9.

Catoptice, es {κατοπτική} Dicitur videndi illa ratio qua despectamus. Tribus enim modis visu vtimur. Nam aut in rectum dirigitur visus, & dicitur Optice: aut sursum spectamus, & est Anoptice: aut deorsum fertur oculorum acies, & hæc est quam Catopticem dicimus. Cæterùm hac in re illud cótingit mirabile, si attollatur visus, etiam stellas contingimus: si in rectum prospectus petatur, quadraginta milium passuum nó exceditur mensus. Infrà verò etiam minore multo mensura visum hebescere, obseruatum, quando est hic longè difficilior modus. Ex Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 4.

Catoptron {κάτοπτρον} Speculum inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. cap. 22. & lib. 10. cap. 28.

Catoptromantia {κατοπτρομαντεία} Diuinatio quæ fit per speculum, de qua vide infra in dictione Magia.

Catopyrites {κατοπυρίτης} Gemma quæ ex Cappadocia venit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Catorthoma, pen. prod. catorthomatis, pen. corr. {κατόρθωμα} Rectè factum interpretatur. Cic. 3. de Finib. Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis (habent enim suum modum quæque opportuna dicuntur) sic recta effectio: κατόρθωσιν enim ita appello: quoniam rectum factum κατόρθωμα: recta igitur effectio, item conuenientia, denique ipsum bonum quod in eo positum est vt naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Item lib. Offic 1, vbi de recto & æquo disputat, Perfectum officium, rectum opinor vocemus, quod Græci κατόρθωμα.

Catorthosis, pen. prod. Vide in CATORTHOMA.

Catoterica {κατωτερικά} Pharmaca vocantur quæ purgant per infernum ventrem, vt Galen. author est lib. 13. Therapeutices. Vide ANOTERICA.

Cattæ, Naues quædam sic dictæ, vt refert Gell. lib. 10 cap. 25.

CATTI {Κάττοι} Germaniæ populi. Vide CATTHI.

CATTITERIDES {Κασσιτερίδες} Ptolem. lib. 2. cap. 6, Decem sunt insulæ in occidentali Oceano. Cassiterides cæteri vocant à plumbi stanniq; copia, quod κασσίτερος dicitur. Herodot. lib. 3, Ne Cassiteridas quidē noui insulas, hoc est stannarias, vnde ad nos venit stannum.

Cattus, à nonnullis accipitur pro fele: cuius nullum exemplum apud idoneum authorem reperi. Vide Gesnerum, pagina 344. & 346. & 350.

CATVLARIA, Porta dicta Romæ est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus frugibus inimicum, rufæ canes immolabátur,

vt fruges maturescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

CATVLLVS {Κάτυλλος} Poeta Veronensis, natus anno ante Sallustium, Syllæ, Mariique tēporibus in poematis cum lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, teste Tranquillo.

Doctus Catullus. Ouid. 3. Amorum, eleg. 8.

Lasciuus. Ouid. 2. Trist.

Tener Catullus. Martial. lib. 12. epigr. 44.

Lesbia cum tenero te posset amare Catullo.

Vrbanus. Iuuenalis sat. 13.

Vesanus. Catull. epigr. 7.

Cantare Catullum. Id est opera Catulli. Horat. 1. Serm. sat. 10.

CATVLVS {Κάτυλος} Simplici L etiam scribitur, corripitque penultimā. Fuit autem hoc nomē multis. Q. Luctatius Catulus primo bello Punico, ccc nauibus aduersus Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus impeditas duce Amilcare apud Ægades insulas, inter Siciliam & Africam depressit, finémque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, cæterisque insulis inter Italiam, Africámque decederent, & Hispania citra Iberum abstinerent. Liuius.

Catulus item orator Consul cum C. Mario quarto eius consulatu Cimbros fudit: ab eodem postea vrbe occupata per dissensionem mori iussus est, frustrà precantibus pro eo ciuibus. Itaque in cubiculo inclusus, candentium carbonum vapore suffocatus est, teste Valerio lib. 9. Cuius manes vltus est postea Sylla interfecto Mario Iuniore. Lucanus lib. 2.

-quid sanguine manes

Placatos Catuli referam? De hoc Catulo Cic. de Clar. Orat. multa scribit. Catulus, alius sororius Catilinæ, vir eques Romanus, partiū nullarum, tantúmque quieti studens, à Catilina iussu Syllæ interfectus est. Author Pædianus.

Catulus, Festo, genus quoddam vinculi, qui interdū canis appellatur.

Catulus, penult. corr. {σκύλαξ} Propriè significat canis filiolum: dictus (vt ait Varro lib. 4. de Lingua Latina) à sagaci sensu & acuto. Virgil. 1. ecloga, Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos, &c. Cic. 2. de Nat. deor. Bene igitur idem Chrysippus qui similitudines adiūgens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo quàm in equulo, in cane quàm in catulo, in viro quàm in puero.

Fideles catuli. Horat. 1. Carm. ode 1,

Seu visa est catulis cerua fidelibus. Id est sagacibus, vel silentium inuestigando seruantibus, vt ait Acron.

Militat in syluis. Horat. 1. epist. 2.

Sagax. Ouid. 1. de Remedio amoris,

Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci.

Veloces. Virg. 3. Georg.

Catulorum caudas castrare. Colum. lib. 7. cap. 12.

Pascere catulos sero. Virg. 3. Georgicorum, -sed vnà

Veloces Spartæ catulos acrémque Molossum

Pasce sero pingui. Id est aqua lactis, quæ pingues efficit canes. Seruius.

¶ Catuli {σκύμνοι} non solùm canum fœtus diminutiuè, verùm omnium animalium appellantur. Nonius.

Catuli aspidis. Plin. lib. 11. cap. 74. ad finem capitis semel & iterum.

Canum. Plin. lib. 29. cap. 4. Catulos lactentes adeò puros existimāt ad cibum, &c.

Murium. Plin. Murium quoque catuli ostentum faciunt.

Serpentis. Virg. 3. Georgicorum,

-catulos tectis, aut oua relinquens.

Delphinorum. Plin. lib. 9. cap. 8. Delphini agunt ferè coniugia, pariunt catulos decimo mense æstiuo tempore.

Draconum. Plin. lib. 10. cap. 72.

Lacertarum. Plin. lib. 10. cap. 45. Quoniam huic animali nulla memoria: Itaque catuli per se erumpunt.

Leonis. Claudian. de bello Get.

Leæna catulorum oblita. Virg. 3. Georg.

Catuli simiæ. Plin. lib. 8. cap. 54. Simiæ gestant catulos: quos mansuefactæ intra domos pepererē.

Tigridis. Plin. lib. 18. cap. 18.

Viperarum. Plin. lib. 10. cap. 62. Tertia die intra vterum catulos excludit.

Vulpium. Plin. lib. 10. cap. 74.

Catellus {κυνάριον} Martial. lib. 1.

Os & labra tibi lingit Manuella catellus. Cic. 1. de Diuinat. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. erat autem mortuus catellus eo nomine.

Flagrare amore exiguæ catellæ. Martial. lib. 7. epigr. 86.

Rimari exta catelli. Iuuen. sat. 6.

Catulinus, penul. prod. Adiectiuum {κυνάριος} Quod est ex catulo, vt, Catulina caro. Plin. lib. 29. cap. 4. Genito mane catulo res diuina fit: & in cœnis deūm etiamnum ponitur catulina.

Catulinam carnem esitauisse, hoc est comedisse Romanos, Plautus in Satyrione refert, vt scribit Festus.

Catulio, catulis, pen. corr. {σκυζάω} catulire. Dicitur de canibus, quando venerem appetunt. Varro 2. de Re rust. cap. 9. de canibus loquens, De fœtura, principium admittendi faciunt veris principio: tūc enim dicuntur catulire, id est ostendere se velle maritari. Plautus, Quum meam vxorem vidi catulientem. Laberius scripsit catulientē lupam, id est coitus appetentem.

Catulitio {σκύζησις} Verbale. Plinius lib. 16. cap. 25. Catulitionem rustici vocant, gestiente natura femina accipere, eoque animam inferente omnibus satis. Vide CATLITIO.

CATVRACTONIVM {Κατουρακτόνιον} Britanniæ insulæ oppidum, Ptolemæo. Vulgò *Cardeil, ò Cardelia*.

CATVRIGES, Italiæ populi sunt, trans Padum à Plinio lib. 3. cap. 16. in vndecima Italiæ regione collocati.

Catus, pro homine cauto. Vide Cautus in CAVEO.

C A V

Cauædium, cauædij {αὐλίδιον} Erat intra parietes locus tectus ac patulus ad communem omnium vsum, maximè salutantium relictus. nam & non inuitati illuc commeare poterant. Hæc Sipontinus ex Varrone de Ling. Lat. Plin. Iun. lib. 2. epist. 17. ad Gallum, A tergo cauædium, porticum, aream, &c. Caua ædium, disiunctim protulere Vitruuius & Varro de Ling. Lat.

Cauamen, inis, n. gen. Solin. cap. 14. Nam in latebrosis rupium cauaminibus, &c.

CAVARES {Καουάροι} Narbonensis Galliæ populi, in quorum agro Auenio ciuitas sita est. Author Pomponius Mela lib. 2. Cauares autem Strabo Cataros nominat, Ptolemæus Cauaros, iuxta Druentium & Isaram amnes sitos.

Cauamen, Cauaticus, Cauator, Cauatus. In CAVVS.

CAVCA {Καῦκα Ptolemæo} Vrbs Hispaniæ, alio nomine Conca. Vulgò *Quenca*.

CAVCADII, Gentes sunt ad Lagoum amnem, quò in illum influit Opharus, circa Mæotim à Plinio lib. 6. cap. 7. collocati.

Caucalis, huius caucalis, pen. corr. vel caucalidis, f. g. {καυκαλίς} Genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore candido. Plin. lib. 22. cap. 22. Vulgò *Persinum asinum*.

CAVCASVS, penult. corr. {Καύκασος} Asiæ mons supra Iberiam ac Albaniam in Septentriones, Ptolemæo. Estque pars Tauri montis: & totus Taurus Caucasi nomine intelligi potest, vt persæpe partis vocabulum toti figuratè tribuimus. Philostratus lib. 2. Caucasus (inquit) Mediam atque Indiam terminans, in mare rubrum altero cubito descendit, &c. Vbi multa de Prometheo ad Caucasum ligato. Caucasij montes, etiam multitudinis numero dicuntur, authore Pomponio lib. 1. Iidem alibi (inquit) Taurici, Moschi, Amazonici, Caspij, Coraxinci, Caucasi, vt alijs aliisve appositus gentibus, ita aliis aliisque dicti nominibus.

Vegetus arboribus Caucasus. Propert. lib. 1. eleg. 13.

Horrens cautibus. Virg. 4. Æneidos,

-sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Ingens. Seneca in Hippol. 11.

Inhospitalis. Horat. 1. Carm. 22. ode.

Caucaseus, Adiectiuum {καυκάσιος} vt, Caucasea rupes, Propertius lib. 2. eleg. 1.

Antra. Ouid. 4. Metam.

Iuga. Claudian. de bello Get.

Pruinæ. Claudian. 1. in Eutrop.

Rupes. Ouid. lib. 3. de Arte.

Vertex. Virg. 2. Georg.

CAVCASIAE portæ, inquit Plinius, magno errore à multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus, montibus interruptis repentè, vbi fores obditæ ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente, citráque in rupe castello (quod vocant Cumania) communito ad arcendas transitu gentes innumeras. Hæc ille lib. 6. cap. 11.

CAVCENSES, Hispaniæ citerioris populi, in conuentu Cluniensi, de quibus Plin. lib. 3. cap. item 3.

CAVCHI, Populi quidam sunt in Septētrione, qui maiores minorésque appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierum noctiúmque singularū interuallis, effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ cōtrouersiam: dubiúmque terræ sit, an parte in maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis ita impositis: nauigantibus similes, quū integant aquæ circundata: naufragis verò, quum recesserunt, fugientésque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, vt finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Verba sunt Plin. lib. 2. cap. 1.

Cauchi, populi, qui sub secundo Germanorum genere, Ingæuones appellato, collocantur à Plin. lib. 4. cap. 14.

Caucon {καύκων} Herba est, quæ etiā Ephedra & Anabasis appellatur. Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem, & ex ramis propēdens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Hæc Plin. lib. 26. cap. 7. Vulgus *Prelam* appellat: qua mulierculæ vtuntur ad purganda vasa culinaria. ¶ Est etiā Caucon, Triphyliæ fluuius, à quo vicini populi Caucones appellati sunt. Author Strabo lib. 8.

Cauda, caudæ {οὐρά, κέρκος} Pendens posterior pars, quæ omnibus animalibus est præterquam hominibus & simiis. Plin. lib. 11. cap. 50. Caudæ præter hominem ac simias, omnibus ferè animalibus, & oua gignētibus, pro desiderio corporum: nudæ hirtis, vt apris: paruæ villosis, vt vrsis: prælongis setosæ, vt equis. Cic. 3. de Orat. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.

Acumen caudæ scorpij. Ouid. 4. Fast.

Acuta cauda. Plin. lib. 9. cap. 29.

Bisulca. Plin. lib. 9. cap. 29.

Pauonis. Lucret. lib. 2.

Serpentis. Ouid. 9. Metam.

Equina. Horat. 2. epist. 1.

Extrema. Virg. 3. Georgicorum,

-extremæque agmina caudæ

Soluuntur. De serpente.

Falcata. Ouid. 3. Metam.

Ima. Virg. 3. Georgic.

Intorta cauda suum. Vide INTORQVEO.

Lunata cauda delphini. Seneca in OEdip. 5. Id est, in cornua fissa.

Nouissima. Ouid. 3. Metamorphoseos,

Falcata nouissima cauda est. Id est extrema pars caudæ inflexa est.

Picta pauonis. Horat. 2. Serm. sat. 2.

Summa. Cic. in Arato,

Atque auis ad summam caudam.

Torta. Seneca in Herc. fur. 9.
Turgens. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Vnca scorpionis. Ouid. 15. Metam.
¶ Demetere caudam ferro. Horat. 1. Serm. sat. 2.
Iactare, pro Adulari, seu se ostentare blandiendo. quod à canibus tractum videtur. Pers. sat. 4.
Blandas mouere per aera caudas. Ouid. 14. Metam. De lupis, vrsis, & leænis, qui aduenientibus blandiebantur.
Retorquere. Claudian. 3. Paneg.
Verrunt æquora caudis Delphines. Virg. 8. Æneid.
Verrere vestigia cauda. Virg. 3. Georgicorum,
Et gradiens ima verrit vestigia cauda. De vacca.
¶ Cauda, pro membro virili. Horat. 1. Serm. sat. 3,
-quin etiam illud
Accidit, vt quidam testes caudámque salacem
Demeteret ferro. Hoc est Virgam virilis membri libidinosam abscinderet. Acron.
¶ Caudam trahere, prouerbium inquit esse Acron, de illis dici solitum qui pro derídiculo habentur. Solēt enim (vt addit Porphyrio) pueri deridentes nescientibus à tergo caudam suspendere, vt velut pecus caudam trahat. Horat. 2. Serm. sat. 3, -hoc te
Crede modo insanum, nihilo vt sapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat. ¶ Turnebus hic Caudā trahere, esse putat superbè magnificéque incedere, vt qui talari toga palláve ornati longo syrmate verrunt terram. Horat. Traxítque vagus per pulpita vestem, Id est magnificè incessit saltans. Nam ad syrma allusum esse existimat, quod à tractu nomen est adeptum. Aut, quod non æquè placet, tractū erit ab auibus, vt gallis gallinaceis, & pauonibus, qui sua insolescere videntur cauda: vnde scripsit alio loco Horat.
-& picta pandat spectacula cauda. Trahit igitur caudam, qui sibi placet, séque sapientem, & vt Varronis verbo vtar, saperdam putat. Sic & Persius dixit,
Ante diem blando caudam iactare popello.
Equinæ caudæ pilos vellere, prouerbium de illo dicitur, qui quod viribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque assiduitate conficit. Vsus est Horat. 2. epist. his verbis,
Vtor permisso, caudæque pilos vt equinæ
Paulatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum, &c.
¶ Caudam Verris dixit Cicero, per translationem ab animalibus, 4. Verr. Videtis extremam partem nominis caudam illam Verris, tanquam in luto demersam esse in litura.

Caudeċæ, Cistellæ appellatæ sunt ex iunco, ad similitudinem caudæ equæ factæ. Festus.

Caudex, caudicis, pen. corr. m. g. {κορμὸς, στέλεχος} Ex quo cortex extrahitur. Virg. 2. Georgicorum,
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno. Vbi Seruius, Caudicibus posuit pro codicibus: sicut caulem pro colem: sauricem pro soricem dicimus. Plin. lib. 12. cap. 14, Iuba tradit arborem thuris, contorti esse caudicis.
¶ Caudex, Stirps arboris. Plin. lib. 16. Quædam arbores simplices, quibus à radice caudex vnus, vt oliuæ, fico, viti. Quædam fruticosi generis: vt nux auellana, myrtus, &c. Budæus.
Intortus caudex. Vide INTORQVEO.
¶ Caudex, Plurium tabularum contextus. Vnde tabulæ caudices dicuntur: & naues quibus commeatus subuehuntur, caudicariæ siue codicariæ appellantur. Vnde Appius Claudius, Caudex cognominatus est, quoniam primus persuasit Romanis nauem conscendere. Seneca de Breuitate vitæ, cap. 13, Quis Romanis primus persuasit nauem cōscendere? Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur. Vnde tabulæ codices dicūtur: & naues nunc quoque quæ ex antiqua consuetudine commeatum subuehunt, caudicæ vocantur. Sic legit Baysius. Caudicarum nauium mentio est apud Gellium lib. 10. cap. 25. Loquitur autē Seneca de Q. Appio Claudio Caudex cognomento, qui quum Q. Fuluio Flacco COS. fuit. Hermolaus & Cælius non caudicæ legunt apud Senecam, sed caudicariæ. Alij caudicatæ legunt.
¶ Caudex, per metaphoram pro homine stulto. Terent. Heaut. 5. 1,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Caudeus, Adiectiuum {[Greek]} Quod est ex caudice. Plaut. Rud. 24,
Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caudica[lis], & caudicale, pen. prod. {[Greek]} Quod pertinet ad caudicem. Plautus Pseud. 4,
Te cum securi, caudicali præficio prouinciæ. Id est, tua erit prouincia, vt caudices securi findas.

Caudicarius, Adiectiuum {κορμικός} vt,
Caudicariæ naues, Ex tabulis crassioribus factæ. Festus. Vide Caudex, Plurium tabularum contextus.

Caudicatus, pen. prod. Aliud adiectiuum {κορμωτός} vt, Caudicatæ naues. Seneca de Breuitate vitæ, Nunc quoque naues, quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt, caudicatæ vocantur.

CAVDIS, siue Caudium {Καύδιον} Oppidum Samnij. Vnde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt.

Caudinus, pen. prod. Adiectiuum {Καυδῖνος} vt Caudinæ furcæ. Lucan. lib. 2, Vltra Caudinas sperauit vulnera furcas.
Fauces caudinæ. Sil. lib. 8,
-aut caudinis faucibus hærent.
¶ Caudinus dictus est L. Lentulus, quòd ad furcas Caudinas obsessus Com. COS. fœdus turpe suaserit, vt ex Liuio elici potest.

Cauea, Vide CAVVS.

Caueo, caues, caui, cautum {φυλάττομαι, ἐξφυλάττομαι} cauere, significat vitare & sibi prouidere ne aliquid præter spem accidat.
Inter Cauere & Vitare Lucilius esse distantiam voluit libro 26. & esse plus vitare: Quid tibi cauendum censes, quid vitandum maxumè. Ex Nonio.
Caue in modo imperandi posteriorem habet productam. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Nate cauendum résque sinit, tua corrige vota. Horatius verò præter naturam corripuit lib. 2 Serm. sat. 3,
-dexter stetit, & caue faxis
Te quicquam indignum.
Cauere cum datiuo. vt, Cauere malo. Plaut. Bacch. 2,
Omitte Lyde, ac caue malo. 2. quid caue malo?
Cauere alicui, Cauere sibi, Id est prouidere. Cic. ad Appium, lib. 3. 1,
Melius enim ei cauere volo, quàm ipse alius solet.
¶ Cauere aliquid. Terent. Eunuch. 4. 6,
Quod cauere possis, stultum est admittere.
Frigora. Ouid. 2. de Arte.
Iurgia. Ouid. 2. de Arte.
Malum cauere. Cic. 1. de Orat. Nam ipsum quidem illud etiam sine coniunctione iuris, quàm sit bellum cauere malū, scire possumus.
Morsus tristes animi, Id est vitare. Martial. lib. 12. epigr. 33,
Si vitare voles acerba quædam
Et tristes animi cauere morsus, &c.
Cauere omnia. Cicer. ad Brutum 11, Quamobrem nec metuam quicquam. & cauebo omnia.
Periculum. Suetonius in Galba cap. 19, Sacrificantem manè aruspex identidem monuit, caueret periculum, non longè percussores abesse.
Cauerē pietatem, pro fugere. Cic. 2. de Finib. Nemo pius est, qui pietatem cauet. Caue quicquam putes esse verius.
Tela. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.
Ventos. Ouid. 2. de Arte.
Acriter aliquid. Horat. 2. Serm.
Cura cauere aliquid dicitur. Ouid. 2. Fast.
¶ Cauere aliquem. Cic. ad Lentulum lib. 1. 7, Vt considerares in omni reliqua vita quibus crederes, quos caueres.
Cauere aliquem facere aliquid. Plaut. Epid. 8,
-is apud forum manet me, quasi qui Amare te caueat.
¶ Cauere aliquid alteri. Plaut. Bacchid. 1,
Id (amabo te) huic caueas. P. quid isti caueam? Cato cap. 5, Scabiē pecori & iumentis caueto: id ex fame, & si impluit, fieri solet. Id est, prouideto ne scabie corripiantur.
¶ Cauere sibi ab aliquo. Terent. Heaut. 5. 2,
Tum pol tibi ab isto hera cauendum intellego. Cic. 5. de Fin. Monuerunt, à veneno vt caueret.
¶ Caue canē. Prouerbij more vsurpabatur à veteribus, quū quempiam terrere vel arcere volebant: ac satyra quædam Varronis hac inscriptione erat. Crediderim natum esse hoc prouerbium ex metu canum rabiosorum, vel acrium & mordacium. Verba Varronis sunt apud Nonium, Quòd ea die mea erat præbitio, in ianuam, Caue canem inscribi iubeo. Hoc est, Quum eo die cōuiuium præbere deberem, vt ab aditu mearum ædium deterrerent qui ad condictum venturi erant, inscribi iussi ianuæ, Caue canem, ne quis ingrederetur. Sumptum est à Græcis. Turneb.
¶ Cauere in iure. Cic. 2. Offic. Nam in iure cauere, consilio iuuare, atque hoc scientię genere prodesse quamplurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, &c.
Cauere alicui, Iurisprudentis hominis est, qui consultori suo rationem præscribit, formulámque dictat paciscendi aut contrahendi: & monitis consilióque instruit, ne conditionem suam deteriorē faciat: vt apud Ciceronem in præfatione Topic. 3, qui ad Trebatium scribit Iurisconsultum, Etenim quum tu mihi meísque multa sæpe cauisses, veritus sum ne si ego grauarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. Budæus.
Cauere & sancire. Cic. 2. de Finibus, Quæro autem quid sit, quod quū, &c. tam accuratè, támq; diligēter caueat & sanciat vt Amynomachus & Timocrates hæredes sui de Hermachi sententia dēt, &c.
Cauere consultē. In CONSVLO.
Melius cauere alicui. Cic. Appio, lib. 3. 1.
Ædificiis & sepulcris. Cic. 2. de Legib. Altera lex, priuatorum ædificiis, altera ipsis sepulcris cauet.
Hæredi. Cic. 2. de Inuent. Amentiæ igitur fuisse, quum hæredi vellet cauere, id adscribere, quo non adscripto nihilominus hæredi caueretur.
Sibi. Cic. pro Roscio Com. Quid ita? Flauio sibi cauere non venit in mentem?
¶ Sibi ab aliquo, Est satis accipere. Cic. in Bruto, At verò inquam, tibi ego Brute non soluam, nisi prius à te cauero, amplius eo nomine neminem, cuius petitio sit, petiturum. Id est, nisi à te spōdente satis accepero. Idem 4. Verr. Rogant eum vt id quod ab ipsis abesset pecuniæ, curet: ab sese caueat quemadmodum velit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturum. Id est, arbitrio suo ab se cautionem exigat. Budæus.
Cauere aliquem se restituturum, Id est satisdare. Vlp. l. si procuratorem. §. vlt. D. mandat. Si dolus non interuenit, nec culpa, non teneberis, nisi ad hoc, vt caueas si in potestatem tuam peruenerit te restituturum.
Cauere obsidibus de pecunia. Cæs. 6. bel. Gall. Id est, dare obsides, quoad pecuniā dissoluant. Bud. Obsidibus, casus est ablatiuus.
Cauere sibi obsidibus ab aliquo, pro obsides exigere: & Cauere alicui obsidibus, pro obsides dare. Cæs. 7. bel. Gall. Et quoniam in præsentia obsidibus cauere inter se non possent, ne res efferretur, vt iureiurando ac fide sanciatur, petunt. Budæus.
Per aliquem sibi cauere. Cecinna ad Cic. lib. 6, Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.
Pecuniam alicui cauere. Scæuola in l. si ex pluribus. D. de solut. Si ex pluribus causis & chirographis creditor ita cauit, T. Mæuius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse C. Titio reliquum omne

omne ratione posita eius pecuniæ quam mihi Stichus C. Titij seruos caueat. Quæsitum,&c.

Summam cauere.Scæuola in l. Quæ neptis. D. de Acquir. hæred. Condemnatique pro portionibus hæred itariis singuli hæredes,inter quos & Seia, Sempronio cauerūt summam qua quisque condemnatus erat,vsuris,&c.

¶Cauere capite. Est capitis periculo se obstringere, & alium sibi eodem vinculo obligare. Plinius libro 34. cap.7. Ætas nostra vidit in Capitolio, prius quàm id nou issimè conflagrauit à Vitellianis incensum,in cella Iunonis,canem ex ære,vulnus suum lambentem,cuius eximium miraculum,& indiscreta veri similitudo, non eo solùm intelligitur, quòd ibi dicata fuerat:verùm ex noua satisdatione:nam summa nulla par videbatur, capite tutelarios cauere pro ea instituti publici fuit. Budæus.

Scriptis aut tacitis exceptionibus cauere.Cic.2.de Inuent.Non ergo omnia scriptis,sed quædam, quæ perspicua sunt,tacitis exceptionibus caueri.

¶Cauere testamento.Cic.2.de Finibus, Tantum dico magis fuisse verum agere Epicuri diem natalem, quàm illum testamento cauere vt ageretur.

De euictione cauere. Vlpianus in l. Si duo. §. Siquis iurauerit. D. de Iureiur. Si quis iurauerit vendidisse me ei rem centum:ex empto agere poterit,vt ei cætera præstētur,id est res tradatur, & de euictione caueatur.

Cauere de facto suo.Paulus in l.De tuo.D.Mandat vel contr.

Defensum iri aduersus alium cauere. Vlpianus in l. Siquis à multis. D. de Noxal. action. Si quidem vnus occupauerit, an melior sit eius conditio,vt ipsi soli dedatur. an verò vel omnibus dedi debeat, vel cauere debeat defensum iri aduersus cæteros?

Cauere sibi aliquid dari. Vlpian.l.Si remunerandi. §. Marius Paulus quidam. D. Mandat.Et sub nomine alterius ex euentu litis caueat sibi certam quantitatem,&c.Id est,pactus fuerat.

¶Cauere, pro cautionem exigere. Vlpianus in l. Quod ad hæredem. D. de Magistratibus conueniendis, Nam magistratus si tanta fuit negligentia vt omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris,vt & hæres eius teneatur. Si verò cauit:& tunc idonei fuerunt, & postea defierunt, sicut ipse magistratus probè recusaret hanc actionem,ita & hæres multò iustius.

¶Cauere & Satisdare Iurisconsulti sic distinguūt, vt qui datis fideiussoribus ac sponsoribus promittat, satisdare dicatur: qui verò sine fideiussoribus, cauere. Vlp l.1. §.6. D.de iudic. Sed vtrum nuda cautione, an satisdato, Marcellus dubitat. Mihi videtur sola promissione.

¶Caue facias,faxis, respónderis,& similia,pro Caue ne feceris,sive facias, aut respondeas. Horat.2.Serm.sat.3,

Caue faxis. Terent.Heaut 5.4.

Caue posthac,si me amas,vnquam istuc verbum ex te audiam.

Cauere ne. Terent.Heaut.2.2,

Etiam caues ne videat fortè. Cic. 4. Acad. Nónne caueam ne scelus faciam? Idem ad Attic. lib.3.12, Vt cauerem ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem.

Cauere vt.Plaut Bacch.1.10,

Quid isti caueam? B. vt teuchat domum.

Nunquam caui quid facerem:vix viuus sum miser. Plaut.Merc.1.3.

Quod barbari dicunt respicere. & Cic. præcauere & considerare dicit. Virgil.9.ecloga,

-& inter agendum

Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.

Commisisse cauet,quod mox mutare laboret.Horat.de Arte.

¶Caueri passiuè.Cic.ad Attic.lib.10, Cætera quæ quidem consilio prouideri poterunt,cauebuntur.

¶Cauetur Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis,ne, &c. Plinius libro 18.cap.2. Cic.de Lege Agraria, Cauetur ne Ianiculo coloniam constituat.s.

Caueri etiam vult iis qui secum sunt, quicquid contra legem commiserunt.Cic.8 Philipp.

¶Cautum est. Cicero 4. Academ. At vitiosi sunt Soritæ. Frangite igitur eos si potestis, ne molesti sint: erunt enim, nisi caueatis. Cautum est,inquit.

Vt cautum sit mihi.Cic.Sallustio 2,Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautum sit,sine vecturæ periculo.

Cautum est de.Cic.de Lege Agraria,Excipit in vectigali imponendo agrum Recentoricum Siciliensem:in vendendis agris eos agros, de quibus cautum sit fœdere.

Cautum est lege x11. tabularum.Plin.lib.16.cap.5.

Verbis satis hoc cautum erat?minimè.Cic.pro Cecinna.

Cautum est illi.Cic.Att. lib.5. Vlpianus de Verb.signif. Cautum intelligitur,siue personis,siue rebus cautum sit.

Cauto est opus, vt sobriè, sinéque arbitris accuratè hoc agatur. Id est,cau[illegible] & prouidendum.Plaut.Capt.5.

Cauendus (...) Participium.Cic.ad Sulpitium lib.4.3,Quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo & prædicendo sententia.

Pœna cauenda.Propert.lib.3.eleg.14,

Nec grauis austeri pœna cauenda viri.

Vitare malum cauendo.Ouid.3.Trist.eleg.6.

Cauendum & prouidendum. Cic.2.de Orat. Quod ego maximè oratori cauendum & prouidendum puto.

Cautio,cautionis (...) Verbale, Præcautio, siue prouidentia quædam,qua auertimus & vitamus aliquid ne nobis accidat.Cic 4.Tuscul.Quoniámq; vt bona natura appetimus,sic à malis natura declinamus:quæ declinatio, si cum ratione fiet, cautio appelletur,eáque intelligatur in solo esse sapiente.

¶Cautionem dicebant antiqui, pro eo quod nunc dicimus cautionem. Festus.

Cautio & prouisio.Cic.de Amic. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio est,atque vna prouisio, vt ne nimis citò diligere incipiamus,néve non dignos.

Cautionem & diligentiam adhibere. Cic.ad Attic. lib.1.14, Priuatis rebus meis propter infirmitatem bonorum,&c. adhibeam quandam cautionem & diligentiam.

Adiungere cautionem. Cic.2. de Diuinat. Omnis enim prædictio mali tum probatur,quum ad prædictionem cautio adiungitur.

Discedere à cautione.Cic pro Fonteio,Videte quò descendam Iudices, quàm longè videar à consuetudine mea & cautione ac diligentia discedere.

Habere cautionem. Cic. Bruto,lib.11.21,Quæ cautionem non habebunt,de his non ita valde laboro.

Defendendi cautio facilis.Cic.pro Flacco.

Cautio est, id est cautione est opus, authore Donato. Terentius Andr.2.3,

Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa,cautio est.

Mea cautio est,chartam tibi deesse.Cic.ad Att.lib.5 91.

Tua enim cautio,nostra cautio est.Cic.pro Marcello.

Cautio chirographi. Cic. ad Trebatium,7. 18, Itaque quando vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Id est,vt existimo, commendaui te Cæsari literis Græcè scriptis.

Pecuniarum cautiones.Cic.pro Domo sua,Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum,&c.

Infirmæ.Cic.ad Trebatium.lib.7.18.

¶Cautio,pro formula testamentorum,aut aliarum rerum,& conceptionibus verborum. Vlpianus in l. Ita autem. §. Iulianus. D. de Administrat.tutor.Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus.

Cautio est, tum ratio quædam, qua declinant damnum contrahentes inter se:cum formula,seu via talis,quę à iure ciuili stipulaturo aut promissuro aliquid monstratur.

¶Cautio Mutiana est,quum is, cui quid sub nō faciendi conditione debetur, se id non facturum cauet: itaque id quod sibi debebatur consequitur,nisi fortè per aliam cōditionem actio differri possit. Vlp. l.7.D. de condit. & demonstrat. Mutianæ cautionis vtilitas consistit in conditionibus, quæ in non faciendo sunt conceptæ, vt puta, Si in Capitolium non ascenderit, Si Stichum non manumiserit, & similibus.

¶Cautio iuratoria,est promissio sine fideiussoribus,solo interposito iureiurādo præstita, fore vt reus in iudicio adusque litis exitū permaneat,vti docet Imperat.§.1. instit.de satisdat. Et de cautione iuratoria mentio fit in l.17.C.de dignitat.

¶Cautio, pro instrumento obligationis. Seneca de Benefic. Video istic diplomata & syngraphas, & cautiones, vacua habendi simulacra.

Proferre cautiones.Seneca de Benef.lib.3.cap 7.

Cautionalis,& hoc cautionale,penult.prod. (...) vt,Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Vlpianum in l.prima. D. de Prætoriis stipulat. Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species,Iudiciales,Cautionales,Cōmunes. Et paulo pòst,Cautionales autem sunt quæ instar actionis habent,& vt sit noua actio intercedunt.

Cautus,Adiectiuum (...) Prudens,& qui sibi probè & negotiis suis scit cauere. Terent Phorm.4.5,

Vt cautus est,vbi nihil opus est.

Cautus & Tardus,contraria. Cic.4.Academ. Vide quàm sit cautus is,quem isti tardum putant.

Diligens & cautus.Cic.ad Q.Frat. lib.1, Iā qui in eiusmodi rebus, in quibus vereor etiámne durior sim, cautus esse velim ac diligens.

Cauti ac diligentes prohibent.Quintil.lib.4.cap.1.

Cautus & prouidus.Cicero pro Roscio Amerino,Itaque nunc illi homines honestissimi propter istius insidias parum putantur cauti, prouidique fuisse.

Verbis serendis cautus.Horat.de Arte poetica,

In verbis etiam tenuis,cautúsque serendis Dixeris egregiè.

Cautus in credendo.Cic.Attico,lib.10,Ero tamen in credendo,vt mones,cautus.

In scribendo. Cic. ad Q. frat. Quàm autem te velim cautum esse in scribendo,ex hoc conijcito.

In periculis.Cic.1.de Lege Agraria, Sequētur authoritatem Consulis soluti à cupiditatibus, liberi à delictis,cauti in periculis, non timidi in contentionibus.

Intra spem veniæ.Horat.in Arte poet.

Ars.Ouid.2.de Arte.

Bellum.Sil.lib.8,

-& cauti medicamina belli

Lentus ama.

Parum cauta dextra.Ouid.3.de Ponto,eleg.6.

Dolus.Seneca in Herc.OEtheo,

Intrant fraudes cautíque doli.

Formido.Sil.lib.16.

Manus cautas præferre. Ouid.2. Fastorum. de Fauno qui noctu ad Herculis cubiculum accedebat.

Nauita.Ouid.2.de Remed.amor.

Nummos cautos expendere, Id est nummos cautè exponere.Horatius 2.epist.1.

Pectus parum cautum.Propert.lib.3.eleg.5.

Timor.Ouid.3. Trist.4.eleg.

Viator.Ouid.2. Trist.

Vulpes.Horat.1.epist.1.

¶Cautior & moderatior liberalitas.Cic.ad Brutum,4, Vnum hoc grato animo, liberalíque profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat.

Nemo cautior. Cic.12.Philipp. Nemo minus timidus,nemo cautior:res declarat.

Consilius cautioribus vti. Cic.13. Philip. Quid sapiētia? cautioribus

vtitur consiliis,in posterum prouidet, est omni ratione protectior.
Iudices cautiores facere.Quintil.lib.6.cap.1.
Cautior labor.Claud.epigr.42,
Cautior in sexu debiliore labor.
Pars cautior.Cic.pro Sext.Rosc.Amer. Tamen in eam partem po tius peccant,quæ est cautior.
Res cautior. Cic. pro Cecinna, Quo mulieri esset res cautior, curauit vt in eo fundo dos collocaretur.
Ad laqueos cautior.Tibul.lib.1.eleg 9,
Non poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Cauté { εὐλαβῶς } Aduerbium, Prudenter, callidé. Plautus Curcul. 2, Cauté vt incedas via.
Cauté & cogitaté suam rem tractare.Plaut.Trinum.6.
Diligenter & cauté excogitare quid dicamus.Cic.6.Verr.
Cauté & diligenter facere iter.Cæsar 5.bel.Gal.
Occultius conari, & cautius efficere aliquid. Cic. pro Deiotaro, Quod igitur & occultius conari, & efficere cautius potuit, id tibi,&c.
Cautissimé aliquid tractare.Cic.2.de Orat.
Cauté & pedetentim dicere.Cic.pro Cluent. A me tamen vt æquû est,omnia cauté,pedetentimque dicentur.
Abducere cauté.Cic.2.de Diuin.Sed animaduerti Quinte,te cauté, & ab iis coniecturis quæ haberent artem atque prudentiam, &c. abducere diuinationem.
Amare.Ouid.2.de Arte.
Pugnare.Ouid.epist.13.
Transire limen cautius.Ouid.1.Amor.eleg.12.
Scriptum cauté,vt centum nummi deducerentur.Cicero 2.de Legibus.
Cautim { ἀσφαλῶς } Id est cauté. Terent.Heaut.4.8,
Sed hæc ita vt sunt,cautim & paulatim dabis,
Si sapies. Actius Alphesibœa,
Sed tibi cautim est adeundum ad virum. Idem Philoctetа,
Contrà est eundum cautim,& captandum mihi.
Catus { ἐμπειρος, πυκινός } Antiquum vocabulum,Idem quod cautus.Nonius sapientem interpretatur. Cic.2.Tuscul. Sed homo catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum.Legitur & cautus. Plaut.Di istam perdant,ita cata est & callida.
Catus Mercurius.Horat.1.Carm.ode 10.
Catum consilium.Plaut.Epid.5. Hoc est prouidum & sanum.
Prudens & catus. Cicero 1.de Legibus, Quis igitur prudentem, & (vt ita dicam) catum, non ex ipsius habitu,sed ex aliqua re externa iudicet?
Iaculari catus.Horat.3.Carm.ode 12.
Caté { πυκινῶς } Idem significat quod cauté Plaut.Menæh.4,
Sic decet dari facete verba,custodi caté. Catum enim veteres,acutum dicebant,teste Varrone de Lingua Latina.
Cautor { εὐλαβὴς, ἐγγυητὴς } Verbale, Qui cauet & prouidet. Plautus Capt.6,
Qui cauet ne decipiatur,vix cauet,quem etiam cauet:
Etiam quom cauisse ratus est,sæpe is cautor captus est.
Cautor alieni periculi, Qui solicitus est & prouidet ne quis incidat in periculum.Cic.pro Sextio.
Cautela,cautelæ,penult.prod. { ἀσφάλεια } pro cautione. Paulus in l.Si defunctus.§.Qui ad communi. D. de Procurator.Qui ad communi diuidundo iudicium datus est ad agendum,item & ad defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in l. Quamuis conuenerit. D.de Pignorat.actione,Prius idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.
Cauerna,In CAVVS.
Caudares hostiæ,quæ & Caudæ,erant partes hostiæ cauda tenus, quæ in sacrificio pro collegio pontificum quotânis ponebantur. Festus.
Cauilla,cauillæ,& cauillum,cauilli { σκῶμμα } Cauillatio est & irrisio, authore Festo,siue iocus Plaut.Aulul.2.10,
Pone hoc sis:aufer cauillam,non ego nunc nugas ago.
Cauillatio,cauillationis,Verbale { σκωμματολογία, χλευασμός } Iocosa ctiminatio, inquit Festus, siue vt Cicero ait,genus facetiæ, quod fit mentiendo. Cic. 2.de Orat. Etenim quum duo genera sunt facetiarum:alterum æqualiter in omni sermone fusum,alterum peracutum & breue: illa à veteribus superior, cauillatio : hæc altera, dicacitas nominata est.
Per cauillationem perduci.Liu.8.bel.Maced.
Cauillatio, est (inquit Valla lib. 6.) subdola ratio, quam conscij nobis mendacij, vincendi tamen causa proferimus. Vlpianus in l. Ea est natura.D.de Verbor.& rer.signific.Ea est natura cauillationis, quam Græci σωρίτην appellant, vt ab euidenter veris, per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt perducatur.
Iuris cauillationes.Quintil.lib.7.cap.5.
Verborum.Quintil.lib.2.cap.17.
Ineptæ.Quintil.lib.1.cap.7.
Effugere omnem cauillationem.Quintil.lib.1.cap.5.
Cauillor,cauillaris { σκώπτω, παίζειν, χλευάζω } cauillari, Iocari, inquit Nonius,siue etiam irridere.Cic.3 de Orat. Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Liuius 2. ab Vrbe, A Centurionibus corruptum exercitum dicere,Tribunos plebeios cauillans,interdum & Volerones vocare.
Cauillari cum aliquo & iocari.Cic.ad Attic.lib.2.16,Itaque iam familiariter cum ipso cauillor ac iocor.
Cauillari in aliquo aliquid. Cic.3. de Nat.deor. Atque in eo etiam cauillatus est, æstate grauem esse aureum amiculû,hyeme frigidum.
Artem cauillari. Quintil. lib. 1, Qui hanc artem vt ieiunam & tenuem cauillantur.
Cauillatio,onis { σκῶμμα } Quintil.lib.1,Atque vt omnem effugiam cauillationem,fit aliquando,&c.& alibi ter vel quater.
Cauillator,penultima producta,Verbale { σκώπτης } Cic.ad Atticum,lib. 1.8, Cos. autem ipse paruo animo,& prauo,tamen cauillator genere illo morosо,quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quàm facetiis ridiculus.
Cauillatus,huius cauillatus, Aliud verbale.Apuleius in Asino aureo,lib. 8,Sed ille cognito cauillatu,similis indignanti,At te inquit,&c.
Caula,caulæ { σηκὸς } à Cauum dicta, Stabulum in quo pecudes recondunturːquòd antiquitus ante vsum tectorum, oues antris tueri solebant. Virg 8 Æneidos,
Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Quum fremit ad caulas. Vbi Seruius,Caulas,Munimenta & septa ouium. est enim Græcum nomen, à detracto. nam Græci αὐλὰς vocant animalium receptacula.
Caulas constat pro quocunque receptaculo siue conceptaculo à veteribus dictas fuisse.vt apud Lucretium lib.3,
Vsque adeò vitæ desit locus atque animai
Diffugiunt partes per caulas corporis omnes. Idem libro 4, palati caulas dixit,Id est meatus & foramina.
Caulias,æ { καυλίας } Succus ex caule laserpitij, qui in vas coniectus, admisto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin.lib.19.cap.3.
Caulinum vinum, iuxta Capuam proueniens, ab agro ita nominatum. Plin. lib 14 cap.6. Campania excitauit nuper nouis nominibus authoritatem siue cura,siue casu. ad quartum à Neapoli lapidé Trebellicis,iuxta Capuam Caulinis,& in suo agro Trebulanis.
Caulis,huius caulis, masc. gen. { καυλὸς } In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes: id est ea herbæ pars, vnde se producunt folia aut ramusculi.Plin.lib.18 cap.7,Fabæ in folia exeunt,ac deinde caulē emittunt nullis distinctum internodiis.
Caules brassicæ. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò vites sic claniculis adminicula tanquam manibus apprehendunt,atque se ita erigunt vt animantes:quinetiam à caulibus brassicis, si propter sati sint,vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.Emendati codices habent,à caulibus brassicisque.
Teneri.Horat.1.Serm.sat.3.
Caulis palmeus.Colum.lib 16.cap.10.
Caulis vitis. Varro libro 1 de Re rustica, cap.31, Pampinare est ex sarmento caules qui nati sunt, de iis qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.
¶Caulis,pro brassica. Plin.lib.17. cap.24.circa finem, Odit & caulem vitis & omne olus.
Vngere caules oleo.Horat.2.Serm.sat.3.
Frangere caules.Horat.1.Serm.sat.3.
Caulis suburbanus.Horat.2 Serm.sat.4.
¶Caules pennarum auium. Plin.lib.11. cap. 39, Pennarum caules omnium auium præcisi non crescunt,vulsi autem renascuntur. Quidam hic legunt præcisæ & auulsæ, fœminino genere: &,vt opinor, corruptè:quum aliis locis legatur in masculino genere apud eundem.
Caulis caudæ.Plin.lib.11.cap.50, Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. Quádoque (sicut docet Seruius) sumitur pro virili membro: quandoque pro ferro,& pro quolibet hastili. A caulis fiunt composita Vnicaulis,& Multicaulis. Idem lib.12, Est & illa differentia,quòd quædam in his multicaulia,ramosáque sunt,vt carduus.
Cauliculus,penult.corr. { καυλίσκος } Diminutiuum. Plin.lib.24. cap.6, Paruulus cauliculus.
Caulesco,caulescis { καυλοῦμαι } caulescere, Folia producere. A quo Decaulesco,Vide suo loco.
Caulodes { καυλώδης } Brassicæ species est, lata habens folia è caule excuntia,vnde & nomen accepit. Author Plin. lib. 20.cap.9.
CAVLVM, siue Caulon { Καυλωνία }Oppidum quod à Plinio lib.3.cap.10, collocatur in prima regione Italiæ. Virgil.3.Æneid.Caulonisque arces & naufragum Scyllacæû. Hanc Strabo lib.6 vocat Cauloniam, dicens,Post Sagram Caulonia extat,prius Aulonia, quasi Valonia, à vicina conualle nominata, ab Achiuis ædificata, nunc autem vacua est. Horat.2.Carm.ode 6.
-& amicus Caulon fertilis Baccho.
CAVNIVS,Cupido vocatus,quòd in Cauno vrbe coleretur, vt ait Hesychius.Possumus & ab æstu deriuare,qui fit ex amore: vnde & illi ardentes faces attribuebant antiqui: vel quòd amor καυνοὺς homines reddat,id est difficiles & malos.
CAVNVS{ Καῦνος }Cariæ oppidum ad Calbin fluuium. Meminit Calbis Strabo lib.14,Et adiúcti oppidi Cauni æstate & autumno, vt ipse ait, ad inhabitandum grauis, ob calorem & pomorum copiam. Ob id Caunij pestilenti ca'o esse dicuntur. Hos quum intuitus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex 6. Iliados versiculum in eos protulit, Tale quidem genus est hominum,quale est foliorum. Liuorem videlicet, quo omnes pallebant, sugillans. Caunij verò quum hominem incessissent acrius, quòd vrbem vt morbidam carperet, Ego (inquit) eam morbidam dicere ausim, vbi mortui ambulant? Vrbanius multo acriúsque quam prius illudens. Hactenus Strabo.
Cauneæ ficus,à loco sic dictæ. Plinius libro 15.cap.19, Ex hoc genere sunt, vt diximus, coctana, & caricæ, quæque conscendenti nauim aduersus Parthos omen fecere M. Crasso, venales prædicantis voce Cauneæ.
Cauo, cauas, Cauatus,In CAVVS.
Caupo,cauponis, penult.prod. { κάπηλος, πανδοκεὺς } Dicitur ipse tabernarius.Vlpian.in l.1 §.Caupones autem. D.Nautæ,caupones,stabularij, vt recepta restituant. Caupones autem & stabularios æquè eos accipiemus,qui cauponam vel stabulum exercét,institoresve eorum. Cic.1. de Diuinat. Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter vnà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponem diuertisse,ad hospitem alterum,&c.
Perfidus caupo. Horat.1.Serm.sat.1. Quidam locum hunc Horatij, non de iis tantùm intelligunt,qui stataim habent in vrbibus cauponam,sed de copiariis etiam,qui peregrinantes principes & magistratus

stratus sectabantur,vinú cibariaq; vendētes:de quibus vide suo loco.

Maligni.Horat.1.Serm.sat.5.

¶Reperitur & Copo scriptum apud antiquos:vt apud Ciceronem pro Cluentio , ex antiquis codicibus. Atque etiam , vt nobis renuntiatur, hominem multorum hospitum, A.Binnium quendam coponem de via Latina,qui sibi à Cluentio , seruisque eius in taberna sua manus allatas esse dicat.

Caupona,penultima prod. { καπηλεῖον } Ipsa taberna vinaria. Cic.in Pisonem,Nonne tibi nox erat pro diurno solitudo pro frequentia?caupona pro oppido?

Viuere in caupona Horat.1.epist.11.

Cauponula,penult.corr. { καπηλείδιον } Diminutiuum.Cicero 2.Philipp. Delituit in quadam cauponula : atque ibi se occultans , perpotauit ad vesperum.

Cauponius { καπηλικός } Adiectiuum. Plautus Pœnulo.19, Quis hic homo est cum tunicis lōgis,quasi puer cauponius?Iustinus lib.1, Iussitq; cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere.De Lydis loquitur.

Instrumentum cauponium. Martian.in l.Pictoris.D.de fund.instr. & instr.legat.

Cauponor , penult. prod. cauponaris { καπηλεύω } cauponari. Est lucri causa,ceu caupones solent,aliquid venditare.

Cauponari bellum,per metaphoram, Lucri caussa bellum gerere. Ennius apud Cic.lib.1.Officiorum,

Nec cauponantes bellum,sed belligerantes.

Cauponaria, æ { καπηλική } Ars cauponandi. Sipont.

Caurio,cauris.Verbum pantheribus proprium, vt latrare canibus, vt vult is qui conscripsit librum Philomelæ,qui vulgò Ouid.tribuitur.

Panther caurit amans,pardus hiando felit.

CAVRIVM { καύρειον } Lusitaniæ oppidum Ptolemæo:alio nomine Caura.Vulgò *Corta*.

CAVROS { καῦρος } Insula erat,quæ postea dicta est Andros,deinde Antandros,Plin.lib.4.cap.12. Vulgò *Andro*.

Caurus { ἀργέστης } Ventus ab occasu flans,qui & Corus dicitur.Virgilius 3.Georgicorum,

Semper hyems,semper spirātes frigora Cauri. Flat aduersus Aquilonem,teste Gellio lib.2.cap.22.

Causa { αἰτία, αἴτιον, δικανικόν } siue caussa (vt scripserunt Virgil.& Cicero, teste Quintiliano) Dicitur id ex quo , vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Quidam causam à chaos detracta aspiratione dictam esse existimant : quòd confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit.Alij à Græco καίειν , quod ardorē siue incendium significat:quòd causa sit quæ nos accēdit atque inflammat ad aliquid agendum. Nonnulli à cauendo : quòd ea sit quæ cauet vt aliquid agatur,aut non agatur.Quidam à casu : quòd initia & origines rerum quæ causæ sunt,casu eueniant.

Causa ea est,quæ id efficit cuius est causa:vt vulnus, mortis:cruditas,morbi:ignis,ardoris.Cic.de Fato.

Nihil fieri sine causa potest.Cic.2.de Diuinat.

Causa & ratio.Cic.1.Offic.Causa autem,& ratio efficiens magnos viros,in priore est.

Semen & causa bellorum. Cic. 2. Offic. Nec verò vnquam bellorum ciuilium semen & causa deerit.

Principium & causa philosophiæ est scientia. Cic.1. de Nat.deor.

Ad eam causam scripta interpretari. Cic.1.de Inuēt. Quamobrem igitur leges seruari oportet, ad eam causam scripta interpretari conuenit,&c.Hoc est quoniam Reipub.seruimus:ex Reipub.commodo atque vtilitate leges interpretamur.

Causa est faciendi. Cic.1.de Arusp.respon. Nulla enim potest cuiquam malè de Repub.merendi iusta esse causa.

Causa est cur. Cic.4.de Finib. Qua exposita,scire cupio quæ causa sit cur Zeno ab antiqua institutione desciuerit.

Erit causa qua, pro cur,vel quamobrem. Cic. pro Domo sua,Erit causa,qua consilium maiorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis iure ac meritò laudare possimus.

Causa est quo. Plaut.Aulul.5,

Ne causæ quid sit,quo te quisquam quæritet.

Hæc causa est,quod sic statuo,&c.Cic.de Arusp.resp.

Id erit causæ quòd. Cic.ad Lentulum, lib. 1.7, Quòd si rarius fiet, quàm tu expectabis , id erit causæ,quòd non eius generis meæ literæ sunt,vt eas audeam temere committere.

Ea causa. Terent.Hecyra, 3.2,

Iam ea te causa maximè huc nunc introire nolo.

Ea causa est,vt. Cic.Att.lib.8,Huius autem epistolæ non solùm ea causa est,vt,&c.

His de causis credere.Cic.Att.lib.6.

In causa damnationis fuisti : multos offenderas,&c. Quintilianus lib.7.cap.2.

Non est causa cur.Cic.pro Roscio Amer.Quòd si tibi causa nulla est,cur hunc miserum tanta calamitate affici velis,&c.

Non sine causa exquirere.Cic Att.lib.13,De Varrone non sine causa quid tibi placeat,tam diligenter exquiro.

Nulla causa,vel Nunquid causæ quin,&c.Plaut.Milite,

Nunquid causæ est ilico quin te in pistrinum dedam? Id est,recusásne,aut renuísne? Cic.2. de Orat. De me autem causa nulla est cur apud homines prudentissimos atque amicissimos metuar.

Ob eam ipsam causam.Cic.de Claris Orat.Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues,& ob eam ipsam causam subobscuri.

Per causam, Id est prætextu. Suetonius in Othone,cap.3, Quare diducto matrimonio , sepositus est per causam legationis in Lusitaniam,&c.

Per causam inopū atque imperitorum.Cic.pro Domo sua,Quum tu in annonæ caritate,in Consules,in Senatum,in bona fortunasque locupletum,per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares.

Pro causa.Cæsar, At Cæsar biduum in iis locis commoratus , pro causa supplementi,ab exercitu discedit.

Pro magnis causis.Cicero pro Sylla, Sed tamē te à me pro magnis causis nostræ necessitudinis monendum esse etiam atque etiam puto.

Qua de causa quis quid sentiat.Cic.1.Offic.

Quidnam causæ cur. Cic. 3. Tuscul. Quidnam esse Brute , causæ putem,cur quum constemus,&c.

Quid causæ est,quin.Horat.1.Serm.sat.1,

Quid causæ est,meritò quin illis Iuppiter ambas

Iratus buccas inflet?

Satis causæ. Cicer.2.de Inuent.Iudicatio,Atrocitas iniuriarum satísne causæ sit,quare dum,&c.

Sine causa.Cic pro Sext.Rosc.Amer.Qui intelligunt neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere.

Sine multis causis.Cic.pro Sext. Roscio Amer. Verisimile non est odio fuisse parenti filium sine causis multis & magnis & necessariis.

¶Causa arborum est in seminibus. Cic. 2. Philipp. Vt igitur in seminibus causa est arborum & stirpium : sic huius luctuosissimi belli semen tu fuisti.

Libertatis causa fuit ciuitati. Cic.2.de finib.Hic dolor Pop. Rom. duce & authore Bruto,causa ciuitati libertatis fuit.

Malorum causa fuit adolescenti.Cic.pro Cælio.

Mortis causa fuit.Cic.9.Philipp.

Ruinæ causa nota.Ouid.4. Trist.eleg.9,de seipso loquens.

¶Adipiscendarum voluptatum causa.Cic.1.de Finibus , Voluptates omittantur maiorum voluptatum adipiscendarum causa.

Breuitatis causa. Cic. Attico lib. 8, Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus,& eadem causa breuitatis.

Contumeliæ causa. Cic. in Pisonem , Non me hercule contumeliæ causa describam quenquam,præsertim ingeniosum hominem atque eruditum,&c.

Decoris causa. Quintil.lib.3.cap.8.

Honoris causa facere.Cic.de Claris Orat. Se,quæ fecisset honoris eorum causa,studiosè accuratéque fecisse.

¶Causa mea, Quod ad me attinet.Plaut.Rud.4.5,

Mea quidem hercle causa saluos sis licet.

Causa mea, causa tua, causa vestra, quod vulgus dicit, *Amore mei, tui, vestri*. Terent.in prologo Hecyræ,

-mea causa æquo animo attendite. Cic. ad Atticum , Sin vellent nostra causa,nihil posse illis inuitis. Idem de Amicitia, Quàm multa enim quæ nostra causa nunquam faceremus , facimus causa amicorum.

Abesse te mea causa molestè fero, tua gaudeo. Cicero ad Cassium libro 15.18.

Mei causa dare. Vlpian.in l. Si gratuitam. §. Papinianus lib. 8. D. de Præscrip.verb.Si verò mei dūtaxat causa datum est,dolum solum: quia prope depositum hoc accedit.

Sui causa accipere. Vlpianus in l.Eum qui.§.Sed & si.D.Commodati,Si verò ipse cui voluit commisit, æquè mihi culpam præstabit,si sui causa accepit.

Alicuius causa cupere. Cic. Att. lib. 15, Modò redditæ literæ sunt, eius causa & cupio & debeo.

Tua causa velim.Cic.ad Appium Pulchrum,3.6, Si natura es [illegible], illud non perficies quo minus tua causa velim.

Sua aut Reipub.causa. Cic.Att.lib. 8, Si me vellet sua aut Reipub. causa Luceriam venire.

Causa nummorum,causa temporis.Plaut.Mostel.6,

-qui trium nummorum causa subeunt sub hasta. Cic. de Amicit. Nam vtilitates quidem etiam ab iis percipiuntur sæpe qui simulatione amicitiæ coluntur,& obseruantur causa temporis. Pro hoc alibi idem dicit, Vt vt tempus est.

Salutis omnium causa decedere.Cic. Antequam iret in exilium.

Inter causas timoris dicitur esse quippiam. Vide INTER.

Verbi causa.Cicero de Fato, Si quis,verbi causa , oriente Canicula natus est , is in mari non morietur. Id est exempli gratia.

Viæ causa.Ouid.lib.2.Metam.

Videndi causa. Virg.eclog.1,

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Vtendi causa.Lucret.lib.4,

Haud igitur potuēre vtendi crescere causa.

Vtilitatis causa. Lucret.lib.5,

Quæ damus vtilitatis eorum præmia causa.

¶Abdita.In ABDITVM.

Apparentes.Ouid.epist.20,

Languor enim causis non apparentibus hæret.

Certis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. Quod quidem certis de causis à plerisque aliter existimatur.

Consimili causa moueri.Lucret.lib.4.

Dubiæ.Ouid.6.Fastorum,

Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas.

Fallaces.Claud.1.in Ruffin.

Fortuita. Vlpianus in L.1. §. Meritò. D. Depositi , Meritò has causas deponendi separauit Prætor , quæ continent fortuitam causam depositionis ex necessitate descendentem , non ex voluntate proficiscentem.

Graui de causa.Cicero Attico,libro 7, Quod scribis in vrbem introisse,vereor quid sit.nam id nisi graui de causa non fecisset.

Honesta.Cic.2.Offic.Ergo in illo secuta est honestam causam non honesta victoria.

Inepta. Vide INEPTVS.

Inualida. Lucan.lib.7,

Abdidit inualidæ robur facundia causæ.

Iusta causa nulla cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi.Cic.2.Philipp.

Iustis de causis rationes deferre.Cic.ad Rufum,lib.5.

Latens causa,Ignota.Ouid.epist.20,

Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.

Leuis.In LEVIS.
Leuissimæ & infirmissimæ causæ.In INFIRMVS.
Causa leuis impulit me.Terent.Hecyra,3.4.
Intemelij in armis sunt, neque de magna causa.Cælius Ciceroni lib.8.15.
Melior causa mandantis fieri potest.Paulus in l.Diligenter.§.Melior autem.D. Mandat.vel contr.
Memorabili causa,sed euentu misero.In MEMOR.
Mutabilibus causis hostis non est,sed natura.In MVTO.
Nocens.Ouid.7.Metam.
Occultæ rerum.Stat.lib.6.Thebaid.
Optima.Ouid.epist.20.
Paruula.Lucret.lib.4.
Peracuta.In PERACVTVS.
Pia causa coegit.Ouid.6.Metam.
Plurimis iustissimisque de causis.Cic.4.Verr.
Pudenda.Non honesta.Ouid.epist.5.
Recens accedit causa.Ouid.3.Metamorphoseos,
Tum verò postquam solitas accessit ad iras
Causa recens,plenis tumuerunt guttura venis.
Repens,pro repentina. Tacit.lib.15,Accesserat repens causa,quod Vestinus,&c.
Speciosas causas habere. Cic. Attico,lib. 16, Reuersionis has speciosas causas habes,iustas illas quidem & magnas,&c.
Tenuis,inops,nec scriptione digna. Cicero ad Dolabellam,libro 9. 12, Quam velim sic legas, vt causam tenuem & inopem, nec scriptione magno opere dignam.
Teterrima belli.Horat.1.Serm.sat.3.
Valentes.Ouid.lib.1.Trist.eleg.7.
Victrix,& victa.Lucan.lib.1.
¶Accipere causam quæsiti.Ouid.4.Metam.
Accumulare.Ouid 21.epist.13.
Adijcere.Ouid.1.Fast.
Probabilem afferre.Cicero 1.Academ. quæst. Causam autem probabilem tu quidem affers. aut enim Græca legere mallent,qui erunt eruditi,aut,&c.
Afferre consilij. Cic. 2. Philipp. Quam causam dementissimi sui consilij & facti afferebat.
Afferre causam faciendi aliquid dicitur res aliqua.Cicero,2.de Diuinatione, Ac mihi quidem explicandæ philosophiæ causam attulit casus grauis ciuitatis.
Aperire causas.Propert.lib.4.eleg.11.
Attribuere causam calamitatis.In ATTRIBVO.
Valetudinis causas sæpe attulerunt cibi.Quintil.lib.2.cap.16.
Augere causas lachrymarum. Quintil.in proœm.lib.6.
Cognoscere causas.Pers.sat.3.
Cognoscere causas rerum.Virg.2.Georg.
Conferre.Cic.2.de Diuin. Quum autem proprium sit Academiæ, iudicium suum nullum interponere, ea probare quæ simillima veri videantur,conferre causas,& quid,&c.
Congerere in aliquem In CONGERO.
Conijcere in aliquem.In CONIICIO.
Constat causa belli huius in tua persona. Cicero 2.Philippica,Tibi certè confitendum est,causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse.
Contrahere sibi causam mortis.In CONTRAHO.
Dare causas ad culpam.Virg.lib.2.Georg.
Deesse causam.Cic.2.Offic.
Deficiunt causæ.Ouid.lib.1.Amor.eleg.8.
Dicere causas alicuius rei,id est rationes adferre, cur ita se res habeat.Lucret.lib.6.
Dicere cum causa aliquid.Cic.2.de Orat.
Luctus causam esse alicui.Ouid.3.Metam.
Exigere causam rei alicuius.Seneca in Thyeste,5.
Hortandi causas eximere.Tacit.lib.3.
Expedire causam morbi.Virgil.4.Georg.
Explicandæ causæ.Cicero ad Lucceium,lib.5.12, In quo & illa poteris vti ciuilium commutationum scientia, vel in explicandis causis rerum nouarum,&c.
Explorare causas,Inquirere.Stat.11.Thebaid.
Exponere causam.Horat.1.Serm.sat.7.
Cæcas causas exponere, Est causas occultas obscurásque explicare. Lucret.lib.3,
Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere causas.
Expromere veras causas.Lucan.lib.1.
Cum causa facere.Cicero ad Quintum fratrem,lib.1.2, Certè scio te enim fecisse cum causa. Hoc est,quemadmodum res ipsa expostulare videbatur.
Fieri causam dolendi alicui.Ouid.11.Metam.
Fluunt.Quint.lib.5.cap.10, Nam similes parentibus ac maioribus suis filij plerunque creduntur:& nonnunquam ad honestè turpitérque viuendum inde causæ fluunt.
Celebritatis,aut nominis causam habere. Cicer.2. Officior. Nam siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis aut nominis à patre acceptam,&c.
Iudicij corrumpendi causas habere. Cic. pro Cluentio, Age quoniam corrumpendi iudicij causas ille multas & graues habuit, hic nullam,&c.
Veram & bonam causam habere.Cic.9.ad Att.
Naturales causas habere.Cic.2.de Diuinat.
Habere causam à natura. Cic.2.de Diuin. Quicquid enim oritur, qualecunque est,causam habeat à natura necesse est.
Non habent causam.Lentulus Ciceroni,lib.12.14,Nam quod huc properent in magistratu venire, aut exercitum mittere, causam non habent.
Impellit causa aliquem,vt,&c. Cic.1.de Nat.deor. Sin autem quis requirit quæ causa nos impulerit, vt hæc tam serò literis mandaremus,&c.
Incidunt causæ.Vide INCIDO.
Inire causam alicuius rei.Vide INEO.
Intelligere.Lucret.lib.6.
Inuenire.Cic.2.de Oratore, Has causas inueniebam duas,Vnam quod,&c.
Quicquam aliud causę inuenire.Cicero pro Sexto Roscio Amerino,Postremò si præter eam prædam, quam dixi,quicquam aliud causæ inueneritis,&c.
Latet causa.Virgil.lib.5.Æneid.
Retrò causas legere. Hoc est ab initio repetere. Quintilianus lib.5.cap.10.
Manent causæ.In MANEO.
Memorare causas alicui.Virgil.lib.1.Æneid.
Nactus causam moriendi. Cic.1.Tuscul.Cato autem sic abijt è vita,vt causam moriendi nactum se esse gauderet.
Grauior causa obstat. Cic.2.de Diuin. Ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati, vt nisi quæ grauior causa obstitisset, nullum philosophiæ locum esse pateremur,qui non Latinis literis illustratus pateret.
Patent causæ.Ouid.4.Fast.
Percipere causam.Ouid.1.Fast. & lib.4.
Perstare in causam damni.Ouid.lib.2.de Arte.
Probare.Ouid.11.Metam.
Quærere.Cic.1.de Orat.
Reddere.Martial.lib.11.epigr.41,
Quum tristis quereretur,& roganti
Caussam reddere vellet Æliano,&c.
Reddere causas alicui.Horat.lib.1.Serm.sat.4.
Remota.Cic.de Vniuersitate, Nullius enim rei,causa remota,reperiri origo potest.
Requirere.Virgil.lib.6.Æneid.
Causæ ab vltimo repetendæ. Quintil.lib.5.cap.10. Id est ab initio.
Scio causam.Martial.lib.7.epigr.85.in Sextum.
Causas sequi.Lucanus lib.3.
Stetère causæ cur,&c.Horat.lib.1.Carm.16.ode.
Subijcere causam. Cic.7. Verr. At quæ causa tum subijciebatur ab ipso Iudices,huius tam nefariæ crudelitatis?
Subesse nullam grauem causam video Cic.Att.lib.1.6.
Hoc causæ sumpsi.Cic.1.ad Att.Hoc causæ sumpsi,quòd ex te ipso coràm antea nihil potuissem cognoscere.
Sustulit causas rerum efficientium. Cic.1.Acad. Quid est enim magnum,quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loqui?
Tegere causam alicuius rei.Ouid lib.13.Metam.
Tentare causas.Hoc est perquirere.Virg.lib.3.Æneid.
Ex qualitate cæli causas trahere.Quintil.lib.5.cap.10.
Videre causas,Id est cognoscere.Lucret.lib.1.
¶Causa,translatiuè dicitur omnis actio quam in Senatu,siue in foro,& apud Iudices,populúmve habemus. Vnde tria esse causarum genera dicimus,Demonstratiuum,Deliberatiuum,quod & Concionale à quibusdam vocitatur, & Iudiciale. Ex iis tamen propriè Causa dicitur,quæ iudicialis est.vnde causam pro lite & cótrouersia ponimus:quamuis nonnulli ita distinguant, vt Controuersiam seu litem dici velint postquam contestatum est:Causam autem, & ante,& post contestationé.Hæc Sipótinus. Cic.M.Catoni,lib.15.4, Cuius etiam interitum, vt facilè intelligerem mihi quantum tribueres, Milonis causa in Senatu defendenda, approbaris.
Causa & contentio.Cic.1.de Orat.Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionémque maiorem, quàm de ordine,&c.
Cócinnatores & redemptores causarum. Vlp. in l.nec quicquam. §.circa aduocatos.D.de offic.Procons.
Causæ & disceptationes.Cic.2.de Orat.Atque in ciuium causis disceptationibúsque versantur.
Defensio & causa.Cic.2.de Orat.Sic in illa omni defensione atque causa,quod esse,&c.
Actor causæ.Quintil.lib.4.cap.2.
Cardo.Quintil.lib.5.cap.12.
Confirmatio,& inclinatio totius.Quintil.lib.5.cap.13.
Prima conflictio.Quintil.lib.3.cap.6.
Congressus.Quintil.lib.3.cap.6.
Fides.Quintil.lib.1.cap.8.
Frons.Quintil.lib.4.cap.1,Insinuatio surrepat animis,maximè vbi frons causæ non satis honesta est.
Pars.Quintil.lib.3.cap.5.
Status.Quintil.lib.3.cap.6.
Varietas causarum,& multitudo litium.Cic.1.de Orat.
Varia ac noua causarum semper est facies.Quintil.lib.2.cap.4.
¶Absoluta & perfecta causa. Cic in Partit. Conficiés autem causa alia est absoluta, & perfecta per se:alia aliquid adiuuans,&c. Vlpianus absolutam causam vocat,nihil difficultatis habentem,in l.Carbonianú.§.3.D.de Carbon.edicto. Cui opponitur ambigua causa. Et si quidem,inquit,absolutam causam inuenerit, euidentérque probatur filium non esse,negare ei debet bonorú possessionem Carbonianam:si verò ambiguá,&c. Idem in l.1.§.2.D.Vti possidetis. Quoties inter litigatores est proprietatis controuersia, aut conuenit vter possessor sit,vter petitor:aut non conuenit. Si conuenit,autem,absolutum est,&c.
Anceps causa & grauis. Cic.2.de Orat.Sic equidem quum aggredior ancipitem causam & grauem ad animos iudicum pertractandos, omni mente,&c.
Assumptiua.Quintil.lib.7.cap.5.
Causa bona.In BONVS.
Coniecturales.Quintil.lib.3.cap 6.
Dubia. Cicero pro Ligario, Causa tum dubia, quòd erat aliquid

in vtraque parte, quod probari posset.
Faciles ad diluendum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Forenses. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Grauis. Idem lib. 1. cap. 2.
Interuenientes extrinsecus. Idem lib. 3. cap. 8.
Inuidiosa. Ouid. epist. 2.
Iudiciales. In IVDICO.
Lepida. In LEPIDVS.
Liberali causa manu asserere. In LIBER.
Lucratiua. Triphoninus in l. in bello. §. si natum ex Pamphila. D. de captiu. & postlim. reuers. Non videri te partum ex causa lucratiua habere.
Mala. Iuuenal. satyr. 13,
Nam quum magna malæ superest audacia causæ,
Creditur à multis fiducia.
Naturales. Quintil. in procem. 1. lib.
Obscuræ ac multiplices. Idem lib. 4. cap. 4.
Par. Cicero pro Sylla, Cur in pari causa non paria signa reperiuntur criminis?
Positas in affectibus causas propriis personis debet induere declamaturus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Publicæ, & priuatæ. Cicero in Bruto, In causis publicis nihil, priuatis satis veterator videbatur. Publicis, vt repetundarum, ambitus, maiestatis, & cęteris quæ reipublicæ causa constituebantur, vt ait Asconius. Priuatis, rerum priuatarum.
Simplices, perplexæ, suspectæ, & infames. Quintilianus libro 4. capite 1.
Parum verecunda. Idem lib. 4. cap. 5.
Prior causa, Qui inter duos meliorem causam obtinet. Horat. 2. Serm. satyr. 5.
¶ Accedere ad causam. In ACCEDO.
Causam accipere dicitur patronus. In ACCIPIO.
Causam aliquam accipere. Terent. in prologo Hecyr. metaphoricôs vsus est,
Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.
Actitare causam. Cic. in Bruto.
Acuere linguam causis, Id est agendis causis se exercere. Horat. 1. Epist. 3.
Ad causam adductus. Cicero in Pisonem, Non sum ego propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem adductus ad causam. Pro, in eandem sententiam, idémque studium rei defendendæ perlectus. Budæus.
Probationes causæ adhibere. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Adiudicare causam alicui. Cic. 2. de Orat.
Admissus reus ad causam dicendam. Vide ADMITTO.
Adesse causæ. Quintil. lib. 4. cap. 13.
Agere causam. Cic. 2. de Orat.
Veram causam agere. Cicero in Bruto, In Tribunatu primùm contra C. Iulij illam Consulatus petitionem extraordinariam, veram causam agens est probatus. Veram, id est iustam. Erat enim vera & iusta causa, negare dandum Consulatum ei, qui Prætor nondum fuisset.
Amittere. In AMITTO.
Cadere causa. In CADO.
Capere. In CAPIO.
Cognoscere causam alicuius ab altero. Cic. ad Brutum, 3, Quòd ita statueram, à te cognoscere causam eius Senatum oportere.
Communita causa. In COMMVNIO.
Complecti. Cicero 5. Philip. Cæsar autem annis multis minor veteranos cupientes iam requiescere armauit: eam complexus est causam quæ esset Senatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, quæ diis omnibus gratissima.
Componere causam cum causa. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Conferre. In CONFERO.
Causæ confidere. In CONFIDO.
Coniungere cum causa. Cicero pro Cluentio, Nullo modo illam multam quæ à Iunio petita sit, cum Cluentij causa posse coniungi.
Consistit. In CONSISTO.
Causa cum causa contendit. In CONTENDO.
Contendere causam contra aliquem. Lucret. lib. 4.
Causa pecuniæ publicæ contempta & abiecta. Cic. pro Cluent.
Contineri causis. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Ad causam animos iudicum conuertere. Cic. 2. de Orat. Iudicum animos totos, vel calamitate ciuitatis, vel luctu ac desiderio propinquorum, &c. ad causam nostram conuerteram.
Credere causam alicui. Lucan. lib. 7. Id est Committere.
Damnare. Lucan. lib. 5.
Declamare. Cic. Tuscul. 1.
In causam se deducere. In DEDVCO.
Defendere. Horat. 2. Serm. satyr. 5.
Defensitare. In DEFENSITO.
Deferre causam ad. Cic. de Claris Orat. Itaque authoritate C. Lælij publicanos causam detulisse ad Galbam.
Demittere se in causam. Cic. ad Atticum, lib. 7, Acquiesco enim, & tuas volo elicere literas, maximéque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram, demittámne me penitus in causam.
Descendere in causam. Cic. Attico, lib. 8, Si inuitus in eam causam descendo, in qua, &c.
Deserere causam amici. Ouid. lib. 1. Trist. eleg. 8.
Causam dicere, Est defendere vel per se vel per patronum. Curtius lib. 6, Amyntas vinculis exemptus vt defensionem ordiretur, ita inquit, Sine præiudicio causam dicimus. Id est, liberati tantisper vinculis, respondemus criminibus obiectis. Hæc Budæus.
Causam dixisse quis dicitur, qui inter reos receptus est. Cic. pro A. Cluentio, Quapropter hoc Bulbi iudicium non plus obesse huic causæ debet, quàm illa quæ commemorata sunt ab accusatore, duo iudicia, P. Popilij, & T. Guttæ, qui causam de ambitu dixerunt. Budæus.
Publicam causam dicere. Cic. pro Roscio Amerino, Quòd antea causam publicam nullam dixerim.
Veneficij causam dicere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Dicere causam accuratè & eleganter. Cic. de Clar. Orat. Causam pro publicanis accuratè, vt semper solitus esset, elegantérque dixisse.
Dicere causam apud aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
De capite suo causam dicere. Cic. pro Quintio, Sed (id quod nunc euenit) de capite suo priore loco causam esse dictutum.
De ambitu causam dicere. Cic. pro Sextio.
Dicere ex vinculis. Liu. Decad. 3. libro 9, Sententiam deinde trucem orationi adiecit, Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis causam dicere. Id est interim dum quæstio criminis peragitur, in carcere vinctum esse. Ex Budæo. Caius in lege Cornelia. §. 1. D. de senatusc. Syllaniano, Præterea cauetur, vt de iis qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inueniantur, lege de sicariis iudicium fiat, ita vt ex vinculis causam dicant.
Causas in foro dicere. Caius in l. 1. D. de orig. iuris.
¶ Causæ dictio, Apologia Græcè dicitur. Cæs. 1. bel. Gal. Die constituta causæ dictionis, Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam ad hominum millia decem vndique coegit: per eos ne causam diceret, se eripuit. Budæus.
¶ Causam nullam dicere, pro Renuere, recusare, repugnare. Cic. pro Quintio, Nonis Febr. si Romæ fuit, causæ nihil dicimus quin tibi vadimonium promiserit. Terent. Phorm. 2. 1,
Non causam dico quin quod meritus est, ferat. Vide suprà, Nulla causa, vel Nunquid causæ quin.
Diffidere cum causa. Cic. 11. Philipp. Ex quo iudicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa diffidere.
In meliore causa esse. Vide Melior, in BONVS.
Excutere causas. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Exordiri causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Expendere causam meritis. Ouid. 13. Metam. Hoc est secundum merita causam iudicare.
Explicare totam. Quintil. lib. 4.
Exponere. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Exudare causas, ridiculè dictum ab Horatio de causidicis, qui nimia verborum contentione, & inquieta gesticulatione sudorem sibi prouocant: ita vt causas suas non orare, sed sudare videantur. Horatij hæc sunt verba lib. 1. Serm. satyr. 10,
Quum Pedius causas exudet Publicola, atque Coruinus, &c.
Partium causam peiorem facere. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Peiorem causam meliorem facere. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Suspectam facere. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Fidere causæ. Cic. pro Ligario. Quod nos domi petimus, precibus & lacrymis prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quàm huius humanitati.
Fluctuare causa dubia. Valerius Maxim. libro 5. cap. 3, M. Cic. Cn. Popilium Lenatem rogatu Marci Cœlij, nô minore cura quàm eloquentia defendit, cúmque causa admodum dubia fluctuantem, saluum ad penates suos remisit.
Habere causam. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Causa impugnans meritum & fidem, Id est suscepta causa contra fidem & meritum. Ouid. 5. Metam.
Incumbere in causam. Cic. 3. ad Atticum, Atque vtinam ipse Varro incumbat in causam: quod profectò cum sua spôte, tum te instante faciet.
Indicta causa damnari. Vide INDICO & DAMNO.
Indicta causa profugere. Cic. pro Sylla.
In integro causa cuiuspiam esse dicitur, cui dubia opponitur. Vide INTEGER.
Indormire causæ. Vide INDORMIO.
Inedita causa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16,
Essent & iuuenes, quorum, quòd inedita causa est,
Appellandorum nil mihi iuris adest. Id est sunt & alij iuuenes qui præclara poemata conscripserunt: sed quoniam edita nondum sunt, nihil est cur vobis illa magnopere commendem.
Informare causam. Cic. pro Quintio.
Ingredi in causam, Idem quod in causam descendere, & ad partes transire. Cic. ad Torquatum, lib. 5. epist. 1, Si id euenit quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse, non debemus ita cadere animis, quasi aliquid euenerit, quod fieri posse nunquam putarimus.
Insinuari se in causam. Vide INSINVO.
Inuoluta obscuritate. Vide INVOLVO.
Iudicare. Cic. pro Rabir. Posth.
Iuuat facundia. Ouid. 7. Metam.
Causa laborare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Meditari suam. In MEDITOR.
Ex causa causa nascitur. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Obtinere causam, Vincere in causa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 4, Causam enim frequenti Senatu, non magna varietate, magnáque inuidia eorum, qui à te causam regiam transferebant, obtinebamus.
Orare. Terent. Phorm. 2. 1.
Seruum hominem causam orare leges non sinunt.
Adire ad orandas. In ADEO.
Ostendere lucidissimé. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Peragere rei. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Perdere. In PERDO.
Periclitari. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Perorare causam. In PERORO.
Pertinet ad causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Totam ponere ante oculos. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Officium causæ ponendæ. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Postulat causa. Cicero pro Quintio, Vereor me hercule ne aut grauioribus vtar verbis quàm natura fert, aut leuioribus quàm causa postulet.

Pugnare prò causa. Ouid. 5. Metam.

Recipere. Cic. pro Sylla, Nisi tu, inquit, causam recepisses, núquam mihi restituisset, sed indicta causa profugisset.

Remittere ad Senatum. Tacit. lib. 3.

Remouere à causa aliquem. Cic pro Murena, Etenim si me tua familiaritate ab hac causa remouisset.

Separare causas. Vlp. in l. 1. §. merito. D. depositi, Meritò has causas deponendi separauit Prætor.

Plurimas lites causæ subiacere. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Superior causa & inferior. Budæus, Superiorem causam dicebant pro eo quod nunc dicimus *causam iure communi fundatam*, vel *ius apparentius*: cuius contrarium inferiorem causam vocabant. Cicero pro Quintio, At si in causa pari Quintius discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum: nunc in causa superiore, ne vt par quidem sit, postulat: inferiorem esse patitur, duntaxat vsque eò, ne cum bonis, fama, fortunísque omnibus Neuij cupiditati crudelitatique dedatur. Idem in Bruto, de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, alijsque sophistis loquens, Hi (inquit) alijque multi temporibus eisdem docere se profitebantur arrogantibus sanè verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior posset.

Suscepta causa contra aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Suscipere causam. Cic. pro Domo sua, Certè Consules causam suscipere, certè Senatus aliquid consilij capere potuit.

Sustinere causam, Græcè αἰτίαν ὑπέχειν, ad verbum Cicero expressit à Græcis, Suspectum esse, crimine premi. Cic. ad Attic. lib. 13, Nunc verò quum de Magio cóstet, nónne furor eius omnem causam sustinet? Quum, inquit, constet P. Magium, qui Marcellum vulnerauerat, paulo pòst flagitium agnouisse, séque ipsum sibi è scelere iratum interfecisse: res indicat, eius facti causam non in Cæsarem, sed in Magij furorem esse conferendam.

Sustinere causam, alio sensu. Cic. Attico, lib. 1. epist. 1, In causa vniuersorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo (subaudi patrono) quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facilè causam communem sustinerent. Hoc est, causam ita agerent, vt aduersarium vincere posse viderentur.

Tenere causam, Vincere iudicio. Tranquillus in Domitiano, Eáque conditione permisit, vt accusatori qui causam non teneret, exilium pœna esset. Cic. pro Cecinna, Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse.

Tractata causa. Cic. 2. de Orat. Omnis est à me illa causa tractata.

Tradere causam aduersariis. Terent. Phorm. 2. 1.

Tutari causam. Cicero, Vt potui accuratissimè te tuámq; causam tutatus sum.

Valere causa dicitur, quæ est superior. Ouid. 8. Metam.

Versare causas in iudiciis. Cic. in Orat. Non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in histor is bella narraret.

Vincere causam. Ouid. 15. epist.

Viuit causa. Cic. pro Sextio, Res erat & causa nostra eo iam loci, vt erigere oculos & viuere videretur. Causam μεταφορικῶς viuere dixit: quia antea tanquam mortua erat ac iacebat, quum commodè defendi non posset.

Vocari causam in iudicium. Cic. 1. de Orat.

¶ Causa, Negotium, onus, prouincia. Plaut. Asin. 10,

-omnis familiæ causa consistit tibi.

Dare causam alicui, pro Negotiú dare. Cic. Verr. 5, Hoc mihi primùm Halesæ demonstrauit Halesinus Æneas, cui Senatus dederat publicè causam, vt mihi fratrique meo gratias ageret. *Luy auoit baillé charge & commission.*

Mandata alicui causa, Id est commissa. Ouid. 7. Metam.

Publica causa, Id est negotium publicum, vel potius publica vtilitas. Ouid. 12. Metam.

Curare suam causam, nó reipublicæ, Id est suum cómodum, suam priuatam vtilitatem, non publicam. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. epist. 5. in fine.

Ex causa exire. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6, Sed expectes quemadmodum exeat ex hac causa, Id est ex hoc negotio, ex accusatione Appij. de Dolabella loquitur, qui Appium accusarat.

Integra causa. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 5.

Deposita. Idem ibidem.

¶ Si tibi eadem causa est. Cic. Attico, lib. 8, Tu si tibi eadẽ causa est, me remunerere sanè velim.

Agere eandem causam. Id est rem eádem tráctare. Cicero 2. de Natura deorum, Tu autem Cotta, si me audias, eandem causam agas.

¶ Causa, pro causa coniunctionis, amicitiæ, beneuolentiæ. Cic. pro Quintio, Ad vadimonium non venerat, vt ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ & necessitudines veteres intercedebant.

¶ Causa, pro excusationibus. vt Accipere causam, quod vulgus dicit *Habere pro excusata.* Cic. ad Tironem, lib. 16, Si ob eam rem moraris, accipio causam.

Afferre. In AFFERO.

Colligere. In COLLIGO.

Fingere. Terent. Eunuch. 1. 2, -fingit causas ne det sedulo.

Inferre. In INFERO.

Nectere. Virg. lib. 9. Æneid.

Morandi causas innectere. Virgil. 4. Æneid.

Meditari. In MEDITOR.

Causa est tibi de hac re. Terent. Hecy. 4. 4. Id est, habes quo te excuses. In hunc locum Donatus dicit, Causam more suo pro defensione posuit.

Fugæ causas obtendere. Tacit. lib. 15.

¶ Causa, Occasio. vt Causa adempta. Terent. And. 5. 1, Vbi ea causa, quamobrem hæc faciunt erit adempta his, desinent.

Arripere. In ARRIPIO.

Arripere causam & tempus. Cic. ad Lucceium, lib. 5. 12, Sed ad properationem meam quiddam interest, nó te expectare dum ad locum venias, ac statim causam illam totam & tempus arripere.

Capere. Terent. And. 1. 3,

Si senserit, perij: aut si libitum fuerit, causam ceperit.

Dare. Cic. 2. de Orat. Vt si defugerim, tibi causam dem recusandi.

Auaritiæ causas dare. Tibul. lib. 2. eleg 4.

Causa fit. Plaut. Merc.

Inuenire. Terent. Heaut. 5. 2, Postquam est inuẽta vera, inuenta est causa qua te expellerent.

Quærere. Terent. Eunuch. 5. 6.

Nam iam diu aliquam causam quærebat senex.

Quærere causam incendiorum & cædis. Cic. 3. Philipp.

Quærere causas nouarum perturbationum. Cic. de Fato.

Struere causas, pro instruere. Tacit. lib. 2.

¶ Causa, Status & conditio. Cic. pro Marcel. Vehementer angebar quum viderem virum talem, qui in eadem causa in qua ego, fuisset, non in eadem esset fortuna. Vlpianus in l. Græcè. §. illud commune. D. de fideiuss. Illud commune est in vniuersis qui pro aliis obligantur, quòd si fuerint in duriorẽ causam adhibiti, placuit eos omnino non obligari, in leuiorem planè causam accipi possunt.

In causam suam recidere. Pomponius in l. mulier. D. de captiu. & postlim. reuers. Mulier in opus salinarũ ob maleficium data, & deinde à latrunculis exteræ gentis capta, & iure commercij vendita ac redempta, in causam suam recidit. Id est statum, & conditionem in qua prius erat.

Reuerti in pristinam causam. Martianus D. de rerum diuis. l. in tantum. In mari piscantibus liberum est, casam in litore ponere, in quam se recipiant. Intantum vt soli domini constituantur, qui ibi ædificát: sed quandiu ædificium manet. alioquin ædificio dilapso, quasi iure postliminij reuertitur locus in pristinam causam: & si alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet.

In eadem causa sistere. Vlpianus in l. 1. D. si ex noxali causa agatur, In eadem causa sistere quid sit videamus, & puto verius esse, in eadem causa eum videri sistere, qui ad experiendum non facit ius actoris deterius.

In ea causa res est, Id est talis & huiusmodi. Vlpianus in l. 2. D. de except. rei iudicat. At si nó in ea causa sint tabulæ testaméti, vt contra eas bonorum possessio dari possit, &c.

In eam causam venire. Triphoninus in l. in bello. §. si deportatum. D. de captiu. & postlim. reuers. Si deportatum ab insula hostes ceperunt, redemptus quibus casibus redit, in eam causam veniet, in qua futurus esset si captus non fuisset. deportabitur igitur.

¶ Causa, pro partibus. Cic. pro Ligario, Vnà est profectus cum iis, quorum erat vna causa. Id est vnum studium, vel eiusdem partis studium, & eadem conditio. Budæus.

Inimicus huic causæ, pro huic parti. Cic. pro Ligario, Veniebas igitur in Africam, &c. in qua erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, &c.

¶ Causa, pro accessione. Vlpianus in l. 1. §. hanc actionem. D. depositi, Hanc actionem bonæ fidei esse dubitari non oportet: & ideo & fructus in hanc actionem venire, & omnem causam & partum dicendum est, ne nuda res veniat.

¶ Causa, pro eo quod casum Iurisconsulti vocant. Cic. 3. Verr. Tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam perscribit. Ibidem, Nusquam enim scribis, neque tu aliud quicque edicto complecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperis.

Causarius {νοσώδης} Adiectiuum. vt, Causarij milites, morbo aut debilitate affecti, ob idque cessare coacti. Liu. 6. ab Vrbe, Tertius exercitus ex causariis senioribúsque à L. Quintio scribatur, qui vrbi mœnibúsque præsidio sit. Ex Budæo.

Causaria missio. Vlpianus in l. 2. §. ignominiæ causa. D. de iis qui infamia notantur, Est honesta missio, quæ emeritis stipendiis, vel antè ab imperatore indulgetur. Est causaria, quæ propter valetudinem laboribus militiæ soluit.

¶ Causarij, metaphoricẽs, pro valetudinariis. Plin. lib. 25. cap. 5, Datur sanguinem excreantibus, causariis vel latere, vel faucibus. Id est, laborantibus morbo lateris, vel faucium. Seneca epist. 69, Causariæ sunt in animo nostro partes, quibus adhibenda curatio est.

Causariè, Aduerbium {νοσωδῶς.} Macer in l. milites agrum. §. illud constat. D. de re militari, Ideo & ad eum qui causariè missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque præmium præstatur.

Causatius, Aduerbium comparatiuum. Plin. in præfat. operis, Quanto nos causatius ab aliquo iudice diffidimus? Id est, maiore cum causa. Sunt qui legant excusatius.

Causula, pen. corr. Diminutiuum {αἰτίδιον} pro parua causa. Cicero de optim. gen. Orator. Sed quia & priuatas ille plerasque, & eas ipsas aliis, & paruarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior.

Causula paruula. Cæsar 5. bell. Ciuil. Paruulam modò causulam nactus Cæsar.

Causor, causaris {αἰτιάζομαι, προφασίζομαι} causari, Deponens, Causam dicere vel defendere, authore Nonio. Valla lib. 5. cap. 67, Causari, est causam rei gestæ afferre. Suetonius in Caligula, cap. 23, Causatus in vtroque, quòd hic se ingressum turbatius mare non esse sequutus. Papinianus in l. seruus si hæredi. D. de statuliber. Si hæres causabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. Id est, si impedimenta prætendet. Virgil. eclog 9.

Causando nostros in longum ducis amores. Id est impedimenti causas afferendo. Vlpianus in l. sed & si pupillus. §. proscribere palàm. D. de institor. actione. Ne quis causari possit ignorantiam literarum. Et in l. 2. §. quod diximus. D. si quis cautionibus, Causari tẽpestatem & vim fluminum. Vbi liceat dicere, excusare ignorantiam literarum, & excusare tempestatem ac vim fluminum. Hæc Valla libro 5. Martial. lib. 4, Sed iam causaris barbámque, annósque, pilósq;.

¶ Causari,

¶Causari, Accusationem intendere. Quintilian.lib.11.cap.1, Nec causanti pupillo sic tutor irascatur vnquam, vt non remaneant amoris vestigia.

¶Causari, Renuere, detrectare. Cic.pro Roscio Amerino, Nunquid causare, quin ab iudicio abeas turpissimè victus? Id est nunquid causam dicis.

Causatio {αἰτίασις} Prætextus, excusatio, vel color. Quandoque ponitur pro vitio interiore, & ægritudine. Pallad.lib.1, Si saluo capite in pulmonibus ac thorace, aut illa est, aut rara causatio.

Causificor, penult.corr. causificaris {αἰτιολογίζω} causificari, Idem quod causari. Plaut.Aulul.26,
Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam
Ego habeam potissimùm. Hoc est non obsto.

Causidicus, pen.corr. {ῥήτωρ, συνήγορος} Substantiuum, Qui causas agit, vel patronus: quòd in causis iudiciisque versetur. Cic.1.de Orat. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, &c.
Amplus, grandis, subtilis, elegans causidicus. Cic.in Orat.
Pauper. Martial.lib.14.
Pusillus causidicus Iuuenal.satyr.10.
Raucus. Martial.lib.4.epig.8.

Causia {καυσία} causiæ, Est pileus expassos margines habens, ad arcendum æstum, quo messores vtuntur. Plaut. Milit.16,
Facito vt venias ornatu huc naucleriaco, causiam
Habeas ferrugineam. ¶Fuit etiam regũ Macedonum insigne. Valerius Maximus, lib.5, Quemadmodũ Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat.

Causon {καῦσος} Æstus seu ardor. Vnde ab Hippocrate causon febris appellatur: quam ardentem & tertianam exquisitam vocamus.
Causodes, pen.prod. Febris ardens. Cels.lib.2.cap.8, Febrem autem ardentem, quam Græci καυσώδη vocant, subitus horror exoluit.

Caustum, causti {καυστόν} Latinè dicitur vstile, quod exuri potest. Plin. Quartum caustum ad ellychnia.

Causticus, pen corr. Adiectiuum {καυστικός} vt, Caustica medicamenta, quæ causticam vim habent, id est vstiuam seu vstoriam. Plin.lib.25. cap.11, Perungunt & radice eius sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est. Martial.lib.14.26,
Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.
Curari causticis. Plin. lib. 26. cap. 1, Causticis nanque curabatur: nisi, &c.

Causus {καῦσος} Latinè ardor. Febris est, vt lib.finit.medicar.habetur, quæ cum inflammatione multa fit, nullámque requiem corpori præbet, linguam afficcat, denigrat, frigidæ desiderium affert.

Cautela, In c a v e o.

Cauteres {καυτῆρες} Iidem cum cauteriis, quos Palladius habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Cauterium, cauterij {καυτήριον} Instrumẽtum quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles inuri solent. Plinius lib.22.cap.23,
Tempestiuè enim datum, cauterij vim obtinet.
Ignita cauteria. Firmicus lib.4.cap.1.
Cauterium in pictorum instrumentis continetur: vt colligere est ex Martiano in l. item pictoris. D. de instr. vel instr.leg. Item pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiáque horum legato cedunt. item peniculi, & cauteria, & conchæ. Cauteria autem sunt instrumenta, quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurebant. Ex Turnebo.

Cauteriatus, cauteriata, cauteriatum {κεκαυτηριασμένος} Quod est cauterio notatum. Vnde ab Apostolo, Cauteriata conscientia dicta est.

Cautes, cautis, fœm. gen. siue cotes, aut cos {σπιλάς, πέτρα} Propriè saxum dicitur asperum atque abruptum. Plin.lib.2.cap.96, Iuxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, vno digito mobilis. Virgilius 6. Æneidos,
Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Qui versus in prouerbium assumitur de homine pertinacis sententiæ. Vide Chiliadas Erasmi.
Abrupta cautes. Seneca in Hercule OEtheo,7.
Altæ. Virgil.3. Æneid.
Ardua. Valer.lib.4. Argonaut.
Dura. Virgil.4. Æneid.
Intractabilis. Seneca in Hippolyto,4,
Vt dura cautes vndique intractabilis   Resistit vndis.
Niuosæ. Sil.lib.4.
Obiectæ. Sil.lib.7.
Sæua. Seneca in Troade, 12.
Strictæ. Valer.lib.2. Argonaut.
Terribiles. Lucan.lib.6.
Concurrere cautes dicuntur, quum inter duos eminentes scopulos angusta relinquitur via, quæ nauigantes transmittit. Ouid. 2. Amorum, elegia 11.
¶Cautes, Vide c o s, cotis.

Cautio, Cautim, Cautor, Cautus. In c a v e o.

Cauus {κοῖλος} Adiectiuum, Propriè concauum & vacuum significat, à chao, & eius inanitate dictum, authore Festo: quòd quasi vorago quædam erat inanis & vacua.
Ædes cauæ. Virgil.2. Æneid. Seruius exponit tecta camerata.
Æs cauum, pro tuba. Virgil.3. Æneidos,
-dat signum specula Misenus ab alta   Ære cauo.
Æs cauum, pro æreo lebete. Ouid.4. Metamorphoseos,
-quæ sanguine mista recenti
Coxerat ære cauo.
Ahena. Ouid.6. Metam.
Alucus. Ouid.2. Fast.
Antrum. Virgil.3. Æneid.   Aures. Ouid.12. Metam.
Buccina. Ouid. 1. Metam.
Busta. Ouid.3. Amor. eleg.8.
Cauernæ. Virgil.2. Æneid. Cauas per pleonasmum addidit. Inde enim cauernæ dictæ sunt, quòd cauæ essent. Seruius ait Græcam esse figuram, vt Vitam viuere, mortem mori.
Cistæ. Catullus in Argonaut.
Colles. Virgil.8. Æneidos,
-vndique colles   Inclusere caui.
Concha. Virgil.6. Æneid.
Conuallis. Virgil.2. Georg.
Cortices. Virgil.2. Georg.
Dolia. Tibull.lib.1.eleg.3.
Fenestræ, id est patulæ. Virgil.9. Æneidos,
Pérque cauas densi tela intorquere fenestras. Seruius.
Flumina. Virgilius 1. Georgic. Seruius interpretatur Profunda & alta.
Fornaces. Lucret.lib.6.
Ilex. Horat. Epodum,16,
Mella caua manant ex ilice. Virgil.eclog.9.
Imago. Virgil. 6. Æneidos,
Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat, volitare caua sub imagine formæ:
Irruat, & frustra ferro diuerberet vmbras. Caua dixit, quasi inani & corpore vacua.
Lacunæ. Virgil.1. Georg.
Lacus. Ouid.3. Fast.   Latebræ. Virgil.2. Æneid.
Latus. Virgil.5. Æneidos,
Multa viri nequicquam inter se vulnera iactant,
Multa cauo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus.
Lintea caua. Valer.4. Argonaut. Lintea, id est vela. Caua autem propter ventum, qui quum velis incumbit, sinum quendam efficit concauum.
Lumina caua, id est oculi propter maciem cõcaui. Ouid.8. Metam. in descriptione Famis.
Luna. Plin.lib.8.cap.54. Hoc est, decrescens.
Machina. Ouid.6. Fastorum,
Quodcunque est solidæ Cereris caua machina frangat.
Manibus cauis plaudere. Virgil.12. Æneid.
Mare. Ouid.3 de Arte.
Mons. Ouid.11. Metam.
Naris. Ouid.1. de Arte,
Inque caua nullus stet tibi nare pilus.
Nubes. Virgil.5. Æneid.
Nubila. Ouid.5. Metam.
Orbes. Seneca in OEdipo, 12. Orbes vocat sinum illum in quo oculi latent: cauos verò inquit, quoniam euulsi erant oculi.
Palmæ. Virgil.8. Æneid. Id est manus.
Palus. Ouid.6. Metam.
Parma. Ouid.12. Metam.
Pinus. Virgil.5. Æneidos,
-vt quondam caua concidit, aut Erimantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
Pinus caua, pro naui. Valer.1. Argonaut.
Pumices. Virgil. 4. Georg.
Rates. Ouid.epist.17. Per rates autem naues intelligit, alioqui epitheton non quadrabit.
Recessus luminum caui. Seneca in OEdipo,12. Id est concauitates oculorum.
Rupes. Virgil.3. Georg.
Saxum. Virgil.3. Æneid.
Caua specus. Plinius libro 12. cap.1, Caua l x x x atque vnius pedum specu.
Tempora caua equi bellatoris. Virgil.11. Æneid.
Terra caua aliquem condere. Virgil.12. Æneid. Id est sepulcro.
Testudo. Virgil. 4. Georgic. Periphrasis est citharæ, secundum Seruium.
Tibia. Lucret.lib.2.
Trabs. Virgil.3. Æneidos,
Vela damus, vastúmque caua trabe currimus æquor. Periphrasis optima nauium. Seruius.
Trunci. Horat.2. Carm. ode 19.
Turres. Virgil.9. Æneidos,
Armatíque cauis expectant turribus hostem.
Valles. Virgil.2. Georg.
Vena. Cic.2. de Nat.deor. In quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit. A practicis concaua & chilis appellatur.
Vndæ. Catul.epigram.90.
¶Cauum item dicitur, quod solidum non est, sed inane. Virgilius,
-nox atra caua circunuolat vmbra. Et alio loco, nimirum lib.6,
Ni doceat volitare caua sub imagine formæ.

Cauus, Substantiuum, siue Cauum: {κοίλωμα, ὀπή, τρώγλη} pro loco cauato. Horat.1. Epist.7,
Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti. Plinius lib. 20. cap.6, Addatúrque ipsum in caua dentium.
Inuentus cauis bufo. Virgil.1. Georg.
Abscondere cauis aliquid, id est locis concauis. Horat. 2. Serm. satyra 3.

Cauaticus, pen.corr. {τρωγλίτης} Adiectiuum. vt, Cauaticæ cochleæ. Plin. lib.30.cap.6, Sunt balearicæ, quas cauaticas vocant: quoniam in speluncis nascuntur.

Cauo, cauas {κοιλαίνω, κοιλόω} cauare, Fodere, euacuare. Plinius libro 36. cap.22, In Siphno lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasa coquendis cibis vtilia. Liu. 1. belli Punici, Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriũmque temerè ad vicinalem vsum paratarum. nouásque alias primùm Galli inchoantes cauabant ex singulis arboribus.
Ferro acuto cauare. Virgil.2. Georg.
Alni cauatæ. Virgil.1 Georgicorum,
Tunc alnos primum fluuij sensere cauatas.
Cortices cauati. Virgil.2. Georg.

Lapidem gutta cauat. Ouid.4 de Ponto, eleg.10.
Oculi cauati. Lucret. lib.6.
Parmam gladio cauare, Id est transfodere. Ouid.12. Metam.
Rupes cauata. Virgil.1. Æneid.
Saxa cauantur aqua. Ouid.1. de Arte.
Tellurem cauare. Virgil.3. Georgicorum, -caua que
Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu. De equis.
¶Cauare Luna dicitur cornua, quando decrescit. Plin. lib.8. cap.17.
Cauator, pen. prod. cauatoris {κοιλωτής} Verbale. vt, Cauator arborum picus Martius. Plin. lib.10. cap.18.
Cauamen, cauaminis, n.g. aliud Verbale. Vide CONFLIGIVM.
Cauea, caueæ {σπήλαιον} propriè significat locum sub terra vacuum atque obscurum.
¶Caueam, pro ferarum receptaculo frequenter vsurpamus, quòd in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia. Apuleius. Bestiam factũ immittimus caueæ. Sueton. in Caligula, cap.27, Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnauit, aut bestiarum more quadrupedes cauea coercuit, aut medios serra dissecuit.
¶Cauea {οἰκίσκος} Septum ex ligno, siue ex ebore, aut aliquo metallo factum, in quo auiculas tenemus. Martialis de cauea eburnea, lib.14. Cic.2. de Nat. deor. Qui etiam per iocum irridens, quum cauea liberati pulli non pascerent.
Inclusus cauea. Ouid. in Ibin.
Emittere caueis. Virgil.4. Georgicorum,
Hinc vbi iam emissum caueis ad sidera cæli. Id est aluearibus. de apibus enim loquitur.
Clatri caueæ. Horat. de Arte poet.
¶Cauea {θέατρον} Area in medio theatri, è qua populus ludos spectare solebat. Plaut. Amphit.3,
Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caueam, &c. Cic. de Amic. Qui clamores tota cauea nuper in hospitis & amici mei Pacuuij fuerunt noua fabula, quũ ignorante rege vter eorum, &c.
Consessum caueæ implere clamoribus. Virgil.4. Æneid. Per caueam, plebem significat. nam cauea, consessus est populi, vt ait Seruius.
Subire per caueas. Stat. lib.1. Sylu.
Prima & vltima cauea. Cic. de Senectute, Vt Turpione Ambiuio magis delectatur qui in prima cauea spectat: delectatur tamen etiam qui in vltima.
¶Cauea, pro quocunque loco interdum accipitur ab accessu vndique munito. Statius circum sic appellauit, & campum in quo equorum cursu certabatur. Carmina eius sunt lib.1. Thebaidos,
-at hinc teneros caueæ dissensus ephebos
Concitat, exclusæque expectant præmia matres.
¶Cauea, pro septo illo spineo quo circum muniuntur arbores nouellæ, ne à pecore lædantur. Columella libro 5. capite 6, Vites in vlmo scrobe deponi oportet, materiásque earum per scrobem porrigi, deinde ad arborem erigi, atque ab iniuria pecoris caueis emuniri.
¶Caueai legitur, pro caueæ apud Lucretium, lib.4,
Nanque ibi consessum caueai subter.
Cauerna, cauernæ {σπήλαιον, ὀπή} Cõcauitas quædam terræ, vacua atque obscura. Cic.2. de Natura deorum, Quòd magna vis terræ cauernis continetur caloris, eáque hyeme fit densior.
¶Cauernæ, pro auribus. Plin. lib.11. cap.37, de vitulo marino & delphino, Hæ cauernas tantum habent aurium loco.
Ætheriæ. Lucret. lib.4.
Cæcæ. Lucan. lib.5. Id est obscuræ.
Cæli cauernæ. Lucret. lib.4,
-& magnas cæli complesse cauernas.
Curuæ. Virgil.3. Æneid.
Ingentes. Virgil.2. Æneid.
Elicere ex cauernis terræ ferrum. Cic.2. de Nat. deor.
Cauernosus, pen. prod. {σηραγγώδης} Adiectiuum, Locus multis caueis plenus, aut vacuus.
Cauernosa radix. Plin. lib.26 cap.8, Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa ceu polyporum cirri, subdulcis, & in petris nascens.
Cauernula, penult. corr. Diminutiuum {σηράγγιον} Plinius libro 17. capite 11, Ipsi quà pediculis adhæreant, cauernulas habent & intus semen.

C A X

Caxo, Id est catax, quod significat claudum. Ex Nonio.

C A Y

CAYCVS, fluuius Phrygiæ. Vide CAICVS. per i enim scribi debet.
CAYSTER, siue Caystrus {Κάϋστρος} Asiæ fluuius. Ouid.2. Metam.
Flumineæ volucres medio caluere Caystro.
CAYSTRI CAMPI {Καΰστρου πεδία Stephano} Campi sunt fœcundissimi sub Sardibus, Lydorum vrbe, Cori & Hermi campis cõtigui: ita dicti à Caystro vicino fluuio. Virgilius Caystri prata vocat, lib.1. Georg. Vide plura apud Strabonem lib.13.
Caystrius {Καΰστριος} Adiectiuum. vt, Ales Caystrius, id est cycnus. Ouid.5. Trist. eleg.1.
CAYSTROS, Ioniæ amnis celebratissimus iuxta vrbem Ephesum. Author Pomponius Mela, lib.1.

C E

Ce, Syllabica adiectio est, sed cum iis ferè iungitur, quæ in c, vel s, desinunt: vt, Hicce siue hiccine, siccesiue siccine: Hisce, hosce, hæccine, & similia.
CEN. AR. vel CEN. A. Censoris arbitratu. CENT. Centenarium, vel Centurio. CENTN. Centuriones. CENS. vel CENSP. Censor perpetuus, vel peregrinus.
CEA, Insula in mari Ægeo, de qua Plinius libro 4. cap.12, Ceos, inquit, quam nostri quidam dixere Ceam, Græci & Hydrussam. Auulsa Eubœæ, quingentis longa stadiis fuit quondam: mox quatuor ferè partibus, quæ ab Bœotiam vergebãt, eodem mari deuoratis, oppida habet reliqua, Iulida, Carthæam: intercidêre Coressus, Pœessa. Ex hac profectam delicatiorem fœminis vestem, author est Varro.
Ceas, siue Ceades, Spelunca apud Lacedæmonios erat, terræ caliginis & diri aspectus, quã sic quasi pallorem & lacrymas appellabãt, in qua damnatos mortem oppetere cogebant. Alex. ab Alex. lib.3. cap.5.

C E B

CEBES, huius Cebetis, pen. prod. {Κέβης} Thebanus fuit philosophus. scripsit dialogos tres, qui inscribuntur Pinax (id est tabula) Septima, Phrynichus. Author est Diogenes Laert. lib 2.
CEBRENIA, Locus est Troadis regionis, cuius meminit Plin. lib.5. cap.30. Strabo lib.13, Cebriniam scribit pro regione & vrbe. Et Cebrinij populi, regionis & vrbis incolæ. ¶Sunt Cebrenij & in Thracia, dicente eodem Strabone, Est fluuius quidam Arisbus in Thracia, prope quẽ Cebrenij Thraces habitant. Cebrenia vel à Cebreno amne, vel à Cebrenio Priami filio nuncupata est. Hermolaus in Plinium, Herodianum citans & Didymum.
Cebrenis, pen. prod. huius Cebrenidis, pen. corr. {Κεβρηνίς} fœmininum patronymicum. Ouid. lib.11. Metamorphoseos,
Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa. Statius in Syluis,
-viduæ Cebrenidos arida luctu Flumina.
Cebrenus, penul. prod. {Κεβρῆνος} Ausonius 3. Sectione, Ad amicum vt quamprimùm ad se veniat,
Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, sit ubi pro pretio. ¶Est & nomen fluuij. Vide CEBRENIA.
CEBRIONES, pen. corr. Troianus Priami regis filius nothus, apud Homerum Iliad. π, Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος Πριάμοιο. Id est, Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

C E C

CECINA, Fluuius est ad Volaterras, authore Pomponio lib.2. & Plinio lib.3. cap.5. Cecina hodie vulgò dicitur. Oliuarius in Melam.
A. CECINA {Α. Καικίνας} Volaterranus equestris ordinis, Quadrigariorum magister, Pompeianarum partium tempore belli ciuilis, hirundines paruas è nidis Romæ comprehensas nutriebat, quas postea nuntias belli mittebat amicis, vti Plinius refert libro 10. cap.24. Scripsit librum contra Cæsarem. Fuit Ciceroni familiaris, & cliens defensus ab eo in quadam hæreditatis causa. Extant & inter eostepistolæ conscriptæ. Scripsit & librum de Procurandis fulguribus, quem Seneca se fatetur imitari, dicitque eum virum facundum, nisi à Ciceronis rebus primò recessisset. ¶Cecina alius, Octauiani Cæsaris scriba, legitur in epistolis ad Atticum. ¶Cecina alius vir Consularis, ob coniurationis suspicionem à Tito ad cœnam vocatus, & per proditionem interfectus. Apud Tranquillum in Tito, capite 6. Cecina, dux Vitellianus cum exercitu è Gallia profectus, ad Bebriacum cum Othonianis congressus feliciter dimicauit. Tacit. lib.2.
CECROPIA, Oppidum à Cecrope conditore: nunc est arx Athenis. Plin. lib.7. cap.56, Oppidum Cecrops à se appellauit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.
CECROPS, huius Cecropis, penult. corr. {Κέκροψ} Conditor Athenarum: qui omnem eius regionis multitudinem in duodecim vrbes digessit. A quo Cecropidæ, Athenienses: & Cecropium mel. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Infice tabe tua natarum Cecropis vnam.
Cecrops Atheniensis. Tacit. lib.11, Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant, sexdecim literarum formas, mox alios ac præcipuum Simonidem cæteras repperisse.
Cecrops geminus. Ouid.2. Metamorphoseos,
Virginibúsque tribus gemino de Cecrope natis
Seruandum dederat. Subaudi Erichthonium. Dictus est autem Cecrops geminus, id est duplicis naturæ, quia connubium instituit apud Athenienses. Quippe ante Cecropem more brutorum in Græcia mulieres promiscuo vtebantur concubitu: vnde fiebat vt pueri μονομήτορες dicerentur, id est naturæ vnius: quia matrem tantum agnoscerent, patre prorsus incerto. Vbi verò ferinos id genus mores sustulit Cecrops, effecit quodammodo διφυής, authori id ipsum adaptarunt cognomen. Ex Cælio lib.18 cap.25.
Cecropidæ, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Phocus in interius spatium, pulchrósque recessus
Cecropidas duxit.
Cecropius, Adiectiuum {Κεκρόπιος} vt, Thymus Cecropius. Virgil.4. Georg.
Apis Cecropia. Martial. lib.11. epig.43,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?
Arx. Ouid.6. Metam.
Minerua. Lucan. lib.3.
Cecropis, Cecropidis, pen. corr. {Κεκροπίς} fœmininum patronymicũ.
Cecryphalus {κεκρύφαλος} Genus ornamenti muliebris, reticulum aliàs, vitta, flammeum discriminale dictum, περὶ τὸ κρύφιον. Homer. 2. Iliados. Xenophon autem in lib. De venatione κεκρύφαλον vocat, sinuosum illum macularum contextum, in quem se insinuant animalia vrgentibus canibus.
CECRYPHALEA {Κεκρυφάλεια} Promontorium seu insula Peloponnesi, iuxta quam Athenienses ab Æginetis prælio superati fuerunt. Stephanus.
Cecubum, Vide CAECVBVM.
Cecurri, Veteres dixerunt pro Cucurri. Sipontinus.

C E D

CEDAR {Κηδάρ} Regio Arabiæ: vt apud Isaiam, Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (vt inquit Hieronymus) ex Ismaele Cedar & Agareni, qui peruerso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

CEDITIVS

CEDITIVS Q. Tribunus militum fortissimus fuit, cuius audax, fidum, atque prouidens consilium, egregiúmque factum, vide apud Gelliũ lib. Noct. Attic. 3. cap. 7.

Cedo, cedis, cessi, cessum { εἴκω, ὑπείκω, ὑποχωρέω, ἀναχάζω } cedere, Propriè significat abire, & locum dare. Cæsar 2. bel. Ciuil. Sabura copias equitum peditúmque instruit, atque iis imperat vt simulatione timoris paulatim cedant, ac pedem referant. Horat. 1. Sermon. satyr. 1,
Inde fit, vt raro, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat vti conuiua satur, reperire queamus.
Introrsum cedere. Lucret. lib. 4.
Cedere locum. Cic. de Claris Orator. Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco.
Locum dare & cedere. Cic. 2. de Nat. deor. Quacúque enim imus, quacunque mouemur, videtur quasi locum dare & cedere.
Cedam, atque abibo. Cic. pro Milone.
Cedere loco, patria, vrbe, domo. Cæsar 3. bel. Ciuil. Italia, Cicero ad Atticum libro 7. Iuuenalis satyra 3, Cedamus patria. Id est migremus Roma. Vrbe, Cic. ad Octauium. Domo, Idem ad Atticum, lib. 13.
Campis. Horat. 3. Carm. ode 8.
Tellure. Horat. 2. Carm. ode 1.
A gladiatore cedere. Cic. pro Sext. Roscio Amer. Codices emẽdati habent, à gladiis recessisse.
Ab oppido. Cic. Attico, lib. 5, Itaque eos cedentes ab oppido Cassius insecutus est.
Ab ordine. Virgil. 3. Æneidos,
Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt.
Cedendum de oppidis iis. Cic. ad Attic. lib. 7.
De Republica. Cic. Ante quàm iret in exilium, Cedo inuitus de Republ. cedo oppressus de fortuna, de dignitate, discedo à Repub. victus audacia malorum.
De sede. Horat. in Arte poet.
E corpore cessit anima. Lucret. lib. 3.
Ex ciuitate. Cic. pro Milone.
Cedere retró. Liuius 5. bel. Punici, Retrò, quantum posset, cedere statuit. Quod aliàs vno verbo retrocedere dicitur. Sil. lib. 4,
Vt iussæ cessere retrò, spatiúmque dederunt, &c.
¶Cedere, pro Accedere. Plaut. Capt. Act. 2. scen. 2,
Quàm citissimè potest, tam hoc cedere ad factum volo. Id est, Volo istum accedere ad hoc factum, siue ad hanc rem peragendã, quàm citissimè potest. Idem in Aulular. Act. 3. scen. 5, Cedit miles, æs petit. Ennius apud Ciceronem lib. 1. de Diuinatione,
Cedunt de cælo ter quatuor corpora sancta.
Ad locum aliquem cedere, Id est accedere, venire. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.
Quoquam cedere, Id est ire in aliquam partem. Lucret. lib. 5.
Cæsar ab humana cessit in astra via. Propert. lib. 3. eleg. 18.
In auras cedere, Hoc est recedere, abire. Ouid. 14. Metam.
In nubila cessit simulacrum. Silius lib. 17. Id est euanuit. De phantasmate & Scipionis imagine loquitur.
¶Cedere vita. Cic. ad Octauium, Cedã vita, &c. Honestè dictum, pro eo quod est, vltrò ad mortem accedam, mortem mihi consciscam. Budæus.
Cedere è vita. Cic. de Claris Orator. Perpetua quadam felicitate vsus ille cessit è vita. Id est mortuus est.
Cedere fato, Idem significat quod mori. Liu. 6. bel. Pun. Itaque quibus vestrûm antè fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba videant, in animo est, &c. Quod & fato concedere dicitur.
¶Cedere alicui, Non repugnare, & ei obedire. Virgil. 5. Æneid. Cede deo. Idem 3. Æneid. Cedamus Phœbo, & monitis meliora sequamur.
Tibi ætas nostra iam cederet, fascésque summitteret, &c. Cicero de Claris Orator.
Minori. Cic. de Clar. Orat. Interiectum inter duas ætates, Hortensij & Sulpitij, nec maiorem consequi poterat, & minori necesse erat cedere.
Cedere alicui, Inferiorem eo, neque tanti esse. Virgil. 4. ecloga,
Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Iudicio nostro tantum tibi cedit Amyntas.
Cedere alicui in aliqua re, vel in agendo aliquid. Cic. pro Cecinna, Non minus in causa cederet A. Cecinna Sexti Ebutij impudẽtiæ, quàm tum in vi facienda cessit audaciæ.
Vltrò alicui. Statius 3. Sylu.
Cedo tibi in laude. Gell. lib. 10. cap. vlt. Tantum cæteris omnibus in ipsius quoque scriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura & elegantia scriptionis.
¶Cedere alicui, Est victum abire. Cic. 2. Offic. Cui quidem etiam exercitus nostri, imperatorésque cesserunt.
Nihil cedere alicui. Cic. 1. de Legib. Sic enim putant, te illam tractante effici posse, vt in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.
Actionibus cedere alicui. Paulus in l. Si à bonæ fidei. D. de Rei vindicat. Vt tamen si interim eum vsuceperat, actionibus suis cedat petitori.
Actionibus cedere alicui aduersus debitorem. Papinianus in l. Stichum. §. Si mandato meo. D. de Solution. & liberat. Quinetiam dici solet, tutelæ contraria actione agendum, vt ei pupillus aduersus debitores actionibus cedat.
Actiones cedere. Vlpian. in l. Quòd si seruus. §. Idem Labeo ait. D. de In rem verso, Si non putat sibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actiones, procuratorémque eum faciat.
Hæreditas alicui cedit. Virgil. 3. Æneid.
Ius nominis cedere. Scæuola in l. Mulier. D. Qui potiores in pigno re habeantur, Quæro an si ei iustus possessor offerat, compellendus sit ius nominis cedere.
Ius suum cedere alteri. Id est dare. Virgil. 11. Æneid.
De iure cedere. Cicero 2. Offic. Conuenit autem cum in dando munificum esse, & c. multa multis de iure suo cedentem.
Litem cedere aduersario. Marcianus in l. Si de communi. D. Si seruitus vindic. Sed si per collusionẽ cessit litem aduersario, cæteris dandam esse actionem de dolo Celsus scribit.
Marito vxorem cedere. Virg. 3. Æneid. Secundum ius locutus est, ait Seruius, quia vxor viri domicilium sequitur. Nam & cessisse de iure est. Cedi enim hæreditas dicitur.
Aquæductum alicui cedere. Pomponius in l. Per quem locum. D. de Seruitut. rustic. præd. Per quem locum viam alij cessero, per eundem alij aquæductum cedere non potero.
Cedi potest vt aquam quæreres, & inuentam ducere liceret. Labeo l. vlt. D. Si seruit. vindic.
Labeo putat, si quis vicino cesserit, ius ei esse aquam immittere: aquæ pluuiæ arcendæ eum agere non posse. Paulus in l. 2. §. vlt. D. de aqu. & aqua pluu. arc.
¶Amori turpi cedere, Fœdæ libidini inseruire. Valer lib. 7.
Authoritati. Plin. lib. 15. cap. 22, de sorbis loquens & nuce iuglande, Ab his locum amplitudine vindicauerunt, quæ cessere authoritati, nuces iuglandes: quanquam & ipsæ nuptialium Fescenniorum comites, multum pineis minores. Id est quum amplitudine præstant, gratia tamen inferiores sunt. Budæus.
Cælestibus, nisi immortalitate, non cedens. Cicero 2. de Natur. deor. Reliquæ virtutes è quibus beata vita existit, par & similis deorum, nulla alia re, nisi immortalitate, quæ nihil ad bene viuendum pertinet, cedens cælestibus.
Consiliis. Ouid. 13. Metam.
Famæ. Cic. ad Marium lib. 7. 3, Pudori tamen malui, famæq; cedere, quàm salutis meæ rationem ducere, Id est obsistere nolui, passus sum me vinci. Veritus enim sum, si ad Pompeium non transissem, ne existimationem mei læderem & minuerem. Budæus.
Fortunæ. Cic. 3. Tusculan. Quid iaces, aut quid mœres, aut cur succumbis, cedísque fortunæ?
Non cedere gratiæ alicuius rei. Plin. Iun. Non cedit gratiæ marmoris ramos, insidentésque ramis aues imitata pictura. Id est non minor est gratia picturæ. Budæus.
Non cedere honori. Virgil. 3. Æneidos,
Fert picturatas auri subtegmine vestes
Et Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori. Vbi Seruius, Tanta dat munera, quanta merebatur Ascanius: hoc est enim honori non cedere, parem esse meritis accipientis.
Cedere honore & nomine suo alteri. Plin. Iunior in Paneg.
Hosti. Sil. lib. 15,
-cohibete fugam, cui cedimus hosti?
Insolentiæ alicuius. Horat. Epod. 17.
¶Intercessioni cedere, Id est non vltra procedere: & quod vulgari lingua dicitur, *Desistere ab oppositione*. Sicut Cedere prouocationi, Id est relinquere appellationem. Item Sublata intercessione, quod nunc dicimus, *Non obstante oppositione*. Ex Budæo.
Cedere legibus. Cicero pro Milone, Cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. Cederet legibus, Id est quamuis commendabili facinore edito, exilium tamen sibi consisceret, ne leges violare velle videretur si in vrbe maneret. Budæus.
Malis cedere, Vinci malis, frangi rebus aduersis. Virgilius 6. Æneidos,
Tu ne cede malis: sed contra audentior ito.
Malis alterius cedere. Alcmena miseriarum suarum comparatione beatas esse alias miseras matres ostendit apud Senecam in Hercule OEtheo, 14, his verbis,
-Cedite his cunctæ malis. His malis, Id est meis.
Oneri, vel ponderi cedere, Id est succumbere, non perferre. Plin. lib. 16. cap. 42, Robur, olea incuruantur cedúntque ponderi. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Operæ. Quintil. lib. 2. cap. 1, Quæ dum operæ cedit, iam penè possessione depulsa est: Id est dum munus suum & officium detrectat. Budæus.
Periculo. Plinius Iunior, epistol. 136, Postremò nullam vocem cedentem periculo emisit. Id est qua videretur velle periculum vitare.
Precibus alicuius. Cic. ad Brutum, 12, Quum multa propter eam curam, quam pro Republ. suscepi, grauiter ferrem: tum nihil tuli grauius, quàm me nõ posse matris tuæ precibus cedere. Hoc est obtemperare.
Religioni. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1.
Remediis cedere morbus dicitur à Celso, quando vincitur & percuratur. Budæus.
Repugnanti. Ouid. 2. de Arte.
Spatiis cedere, significat locum alicui dare iuxta te volenti vel accumbenti, quod honoris gratia fieri solet. Claud. 1. Paneg.
Tempori. Cic. 3. de Legib. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo Reip. tempore: cui si non cessissem, nõ diuturnum beneficij mei patria fructum tulisset. Quod barbari dicunt, *Facere secundum tempus*.
Timori, Timidum esse, affici metu. Valer. Flac. lib. 8.
¶Cedo tibi conductione, significat, per me licet, vt quod faciendum suscepi, tu faciendum suscipias: quia iam conductionem locatori operis renuntiaui. Ex Budæo.
Bonis cedere, Discedere à bonis, & quicquid nostrũ erat, tradere creditori. Sipontinus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Cedere villa creditoribus. Sueton. de Claris grammat. cap. de Valerio Catone.
Cedere alicui foro & curia. Cic. ad Octauiũ, 2, Cedam tibi in præsentia foro, curia, &c.
Cedere foro, Non aliud esse videtur, quàm æris alieni causa in fo-

rum non venditare, & creditoribus nō soluere, quod genus cessionis erat. Itaque inter creditores bona diuidebantur. Senec. Et appellare debitorem ad diem possum, &, si foro cesserit, portionem feram. Id tamen de argentariis præcipuè dici solebat, qui mensam in foro habebant. Vlpianus in l. Si hominem. §. Quoties. D. Depositi, Quoties foro cedunt nūmularij, solet primo loco ratio haberi depositariorū.

Possessione cedere. Liu. 4. bel. Pun. Facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ.

Nescit amor priscis cedere imaginibus. Proper. lib. 1. eleg. 5. Id est amor omnes superat, sine vlla exceptione nobilitatis.

Consilium cessit malis. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. Id est maiora erāt mala, quàm vt consilio euitari potuissent.

Cedere dicitur dies, quando incipit deberi pecunia, authore Vlpiano: Cedere diem, inquit, significat incipere deberi pecuniam: Venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Vbi purè quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies. Vbi in diem, cessit dies, sed nondum venit. Vbi sub conditione, neque venit, neque cessit dies, pendente adhuc conditione. L. 213. D. De verb. signif.

Cedunt dies. Cic. de Senect. Horæ quidem cedunt & dies, menses, & anni: nec præteritum tempus vnquam reuertitur: nec quid sequatur sciri potest. Id est licet mors non venerit, tamen dies mortis cedit, etiam quacūque hora & mense homo mori potest, & tempus fati semper procedit & instat. Ex Budæo.

Curæ cedunt. Stat. lib. 1. Syluarum,

-cedant curæque metúsque.

Non cessit illi fiducia. Virg. 9. Æneid. Hoc est non recessit.

Animo fiducia cessit. Stat. lib. 8. Thebaid.

Cedit fortuna sapienti. Cic. in Parad. Cui quidem etiam (quæ vim habere maximam dicitur) fortuna ipsa cedit. De sapiente loquitur.

Furor cessit & quieuit. Virgil. 6. Æneidos,

Vt primum cessit furor, & rabida ora quierunt.

Furor non cedat ex animo. Seneca Hercule furente, 6.

Imperfectus deorum honos cessit. Silius lib. 15.

Lumina cedunt somno, Id est à somno oculi vincuntur. Claudian. epigram. 22.

Lux candida cessit nubibus. Stat. lib. 3. Sylu.

Mens duro nunquam cessura labori. Claud. 1. in Ruff.

Mores rebus cessere secundis. Id est cum fortuna boni mores immutati sunt. Lucan. lib. 1.

Natura cessit, Mutata est. Seneca Hercule OEtheo, 1,

Intráque nostras substitit metas dies:

Natura cessit, terra defecit gradum.

Potestas alicui cedere dicitur, quum est forte aut hæreditate data. Ouid. 4. Metamorphoseos,

ô numen aquarum

Proxima cui cælo cessit Neptune potestas.

Potestas cedebat victa, Id est superabatur vires & conatus illorum magnitudine operis. Lucret. lib. 5.

Præda alicui cedit. Horat. 3. Carm. ode 20.

Pudor ab ore cessit, Id est impudens factus est, caret verecundia. Valer. Flac. lib 7.

Quæstus alicui cedit. Cic. 4. Verr. Ea autem fœneratio erat huiusmodi iudices, vt etiam hic quæstus huic cederet.

Res alicui cedere dicitur, Id est feliciter procedere. Virgilius 12. Æneidos,

-Parcæque sinebant

Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi. Seruius.

Syluæ cedunt alicui. Ouid. 5. Fast.

Tempus cedit. Vlpianus in l. Si maritus. D. Ad leg. Iuliam de adult. Si maritus præuenerit, accusaréque instituerit: tempora non cedunt patri.

Vsumfructum cedere alicui. Vlpianus in l. Si mulier. §. Sed si habenti. D. de Legat. 3, Sed si habenti tibi proprietatem, vsumfructum mortis causa cessero, potest dici fideicommittere me posse.

Cesserunt nitidis habitandæ piscibus vndæ. Ouid. 1. Metam.

Feliciter tibi cedat. Ouid. in Ibin.

Malè cedere res dicitur, quæ infelicem exitum sortitur, & voto nostro non respondentem. Horat. 2. Serm. sat. 1. de Lucilio.

Malè cesserat illi. Ouid. 10. Metam.

Voto res cedere dicitur, quæ voto respondet. Ouidius 2. de Remedio amoris,

Durus cui pater est (vt voto cætera cedant)

Huic pater ante oculos, &c.

Bono alterius cedere, Id est ad eius vtilitatem. Vlpianus in l. 3. §. Necnon. D. de in rem vers. Neque enim spectamus, an bono domini cesserit, quod consumptum est: sed an in negotium domini. Sic enim habent Pandectæ Florent. non, vt Holoander, accesserit.

Lucro ei cedit ea res. Pompon. in l. Vel inutilium. D. de Vsufructu, & quemad. quis vtatur, Vt post substituta fiant propria vsufructuarij, ne lucro ea res cedat domino.

E pectore cedere dicitur res aliqua, quando illius obliuiscimur. Valerius Flaccus lib. 4,

Et labor & dulces cedunt è pectore nati.

Sensus cesserunt pectore. Lucan. lib. 5.

Cedere loco dicitur mutata sententia. Virgil. 9. Æneidos,

Nec mea iam mutata loco sententia cedit.

Cessit illi victoria. Virg. 12. Æneidos,

Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.

Annis cedere dicuntur vina, quæ ætatem ferre non possunt, Id est fugientia. Budæus.

Vultus cessere, Id est perierunt, perdita forma est. Seneca Hercul. OEtheo, 4,

Cessere vultus penitus, & pedor sedet.

¶Cessit in prouerbium. Plinius libro 23. capite 1, Sic quoque in prouerbium cessit, sapientiam vino obumbrari. Id est, In prouerbium abiit.

In locum exemplorum cedere. Quint. lib. 5. cap. 11.

In partem cedere. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Pœna cedit in vicem fidei. Liu. 6. ab Vrbe, Itaque quum ex re iam nihil dari posset, fame & corpore iudicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, pœnáque in vicem fidei cesserat, Id est pro fide habebatur.

In vsum alicui cedere res dicitur, quæ conceditur nobis non tanquam propria, sed vtenda solummodo. Horat. 2. Serm. sat. 2.

In vulgus spolia cedere. Tacit. lib. 19.

Cedere pro. Colum. lib. 12, Nam pro pulmentario cedit, Id est vice pulmentarij habetur.

¶Cesserit parum gratus. Plin. Iunior in Paneg. Donauit pater tuus multa: & ipse donasti. cesserit parum gratus: manent tamen ij qui bonis eius fruantur. Id est fac parum fuisse gratum quod dederit.

¶Cedere, pro incedere. Plaut. Pseud. 14, Non prorsus verò ex transuerso cedit, quasi cancer solet.

¶Cedere, pro censeri. Paulus in l. penult. D. de Flumi. Secūdum ripas fluminum loca nō omnia publica sunt, quum ripæ cedant ex quo primùm à plano vergere incipiunt vsque ad aquam.

Legato cedere, pro comprehendi. Paulus in l. Nam quod. §. Item si quis. D. de Penu legata, Quòd si promiscuè vti solebat, tunc quantū ad annuum vsum ei sufficeret, familiæque eius, cæterorúmque qui circa eum sunt, legato cedet.

¶Ceditur, Impersonale. Cic. 1. Tuscul. Post verò Lepidum, Carbonem, Gracchos: deinde ita magnos nostram ad ætatem, vt non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.

Cedētur tibi ab omnibus, Id est omnes tibi locum dabunt. Lucan. libro 1,

-tibi numine ab omni

Cedetur: iurísque tuo natura relinquet.

Cedendum est bellis. Lucan. lib. 5.

Cedendum est malis. Seneca in Troade, 6.

Cedendo victor abibis. Ouid. 2. de Arte.

Cedens (ὑπείκων) Particip. vt, Causa non cedens priori, Id est similis, æquè efficax, æquè bona ac probanda. Ouid. 4. de Ponto, eleg 9,

Altera lætitia est, nec cedens causa priori, &c.

Arua cedentia retro, Id est quæ videntur recedere nobis abeuntibus. Virg. 3. Æneid.

Cedentes capilli. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 6. Hoc est cadentes & abeuntes ac defluentes. Cataneus intelligit demissos, planos.

Rami cedentes oneri. Martial. lib. 11. epigr. 42,

Cedentes oneri ramos, syluámque fluentem,

Vicit, &c. De Amynta.

Cedentes in arcem Romani, pro eo quod est se recipientes. Liu. 5. bell. Pun.

Vela cedentia, Discedentia. Lucan. lib. 3.

Cessurus, pen. prod. (ὑπείξων) Participium. Ouid. ad Pisonem,

Pomifer autumnus, nimbis cessurus & vndis.

Rosaria non cessura bifero Pæsto. Martial. lib. 12. epigr. 31. De hortis Marcellæ vxoris.

Cessus, Participium temporis præteriti. Vlpian. Instit. tit. 20, Si antequā adeatur hereditas, in iure cessa sit, perinde heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quòd si postea quàm adita fuerit, in iure cessa sit, is cui cessa est, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti manet obligatus: Debita verò pereunt, id est, debitores defuncti liberantur. Res autem corporales, quoties singulæ in iure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa est hereditas.

Cessicus, pen. corr. adiectiuum. & Cessitius, aliud adiectiuum. Vlpian. Instit. tit. 12, Is cui tutela in iure concessa est, Cessicus tutor appellatur: qui siue mortuus fuerit, siue capite minutus, siue alij tutela cesserit, redit ad legitimū tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque tutela extinguitur.

Cessio, cessionis (ὑποχώρησις) verbale. Cic. in Topicis, Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt. Vide Boethium in Topica lib. 4.

Cessio in iure, communis alienatio est & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres personas in iure cedentes, vindicantes, addicentes. Vlpian. tit. 20. Instit.

Cessim, aduerbium, significat regrediendo, & retrocedēdo. Iustinus lib. 2, Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & à bello discedite. Paulus in l. Bouem. D. De ædilitio edicto, Bouem qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt. Item mulas quæ cessim eunt, *Qui sunt restiues.*

Redire cessim. Alphenus in l. Si ex plagis. §. Quod si neque mulæ. D. Ad leg. Aquiliam, Quod si neque mulæ, neque homines in causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent: aut quum conniterentur, lapsæ concidissent, & ideò plaustrū cessim redisset, atque hi quò conuersum fuisset onus, &c.

Cesso, cessas (παύομαι, ἀναπαύομαι, διαλείπω, ἀργέω, σχολάζω) cessare, Ab opere vacare. Virgil. 7. ecloga,

Et si quid cessare potes, requiesce sub vmbra. Id est (inquit Seruius) si potes breue otium tibi persuadere. Cic. 1 de Nat. deor. At ipsi tamen pueri, etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.

Cessat actio. Vlpian. l. Si procuratorem. §. Mandati actio D. Mandat. vel contr.

Dies cessauit Marte. Lucan. lib. 4.

Officium cessat. Ouid. epist 6.

Opus cessat, Id est labores intermittuntur. Ouid. 6. Fast.

Pietas. Ouid. 4. Trist. eleg. 6. Pietas, officium pietatis.

Retia cessant, Id est non itur ad venationem. Martial. libro 12. epigram. 1.

Voluntas. Horat. 1. Carm. ode 27.

Nunquam cessauit hodie dicere. Terent. Phorm. 2. 3. Hoc est toto die nihil aliud quàm locutus est.

Non cessare apud aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17, Cicero noster dum ego

dum ego adsum, non cessauit apud rhetorem.

In pœnas furor cessat, Id est desinit pœnas amplius inferre. Seneca Medea, 6.

Cessare in. Cic. de Senect. Nunquã in suo studio atque opere cessauit. Hoc est nunquam studium intermisit.

Cessare in solutione. Marcellus in l. Lucius. D. mand.

Cessare à prælijs. Liu. 4. ab Vrbe.

Cessare cum alterius verbi infinitiuo. vt Cessare certare. Horat. 1. epistol. 17.

-non cessauere poetæ,
Nocturno certare mero, putere diurno.

Non cessat de nobis detrahere. Cic. Att. lib. 11.

Non cessas tussire. Martial. lib. 11. epigr. 87,
At tu non cessas totis tussire diebus.

Cessare & nihil agere. Cic. 3. de Nat. deor. Cur tam multos deos nihil agere & cessare patitur?

¶ Cessare, impropriè, pro nunquam fuisse. Papin. l. 97. D. de solut. Quum ex pluribus causis debitor pecuniam soluit, vtriusque demonstratione cessante, &c. Id est sine vlla demonstratione.

Cessando. Lucretius lib. 2,
Si cessare putas rerum primordia posse,
Cessandóque nouos rerum progignere motus.

¶ Cessare, Consistere in loco. Plaut. Merc. 19, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessauit turgida.

¶ Cessare {βραδύνειν} Tardare. Terent. And. 2. 2. & Eunuch. 4. 4,
-paululum si cessassem Pythia,
Domi non offendissem.

Cessare in vota. Virgil. 6. Æneidos,
-cessas in vota precésque
Tros, ait, Ænea? Hoc est, tardus es in vota facienda? Seruius.

Nunquid in principio cessauit verbum doctè dicere? Plautus, Persa 16.

¶ Cessare, Diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Terent. Adelph. 4. 2.
Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur.

Multum cessare. Horat. in Arte.

¶ Cessare {σχολάζειν} Otiosum esse. Cic. de Senect. Nisi fortè ego vobis qui, &c. cessare nunc videor, quum bella non gero. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Illam non vdis veniens Aurora capillis,
Cessantem vidit, non Hesperus. Id est nunquam quieuit. De Cerere loquitur filiam amissam quærente.

Cessare, & Strenuum esse, contraria sunt. Horat. 1. epist. 2,
-quod si cessas, aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Cessare & laborem fugere. Cic. 1. de Nat. deor. Isto igitur tam immenso spatio quæro Balbe, cur Pronœa vestra cessauerit: laborémne fugiebat?

Planè cessare. Cic. Attico, libro 2, Denique aliquid extabit, ne tibi planè cessasse videamur.

¶ Hoc cessat ex reditu. Plin. Iunior, epist. 4. lib. 2. ad Caluinam, Sed quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. Id est quod minus est, quod deest mihi ex annuis reditibus.

¶ Cessatum est, Impersonaliter. Terent. Adel. 4. 4,
Cessatum vsque adhuc est, nunc iam Æschine expergiscere. Id est negligens & otiosus fuisti. Virgil. 11. Æneidos,
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ. Id est tardatum est, inquit Seruius.

Cessans, Participium {παυόμενος} pro eo quod est immorans. Virgil. 3. Æneidos,
Præstat Trinacrij metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circunflectere cursus.

Amphora cessans, Qua nemo vtitur. Horat. 3. Carm. ode 28.

Austri cessantes, Id est non spirantes. Lucan. lib. 3.

Cessantia fata. Ouid. 3. Trist. eleg. 2. Id est cessans mors.

Morbus cessans is dicitur, qui medicis communi vocabulo chronicus vocatur. Horat. 1. epist. 15. Porphyrio podagram intelligit. Ea quippe cessare & tardius ire facit.

Solum cessans {ἀργὴ γῆ} dicitur aruum aut ager qui non exercetur aut colitur. Lucan. lib. 3,
-curuóque soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum fleuere iuuencis.

Vento cessante, Id est non flante. Senec. Herc. OEth. 4.

Concitare cessantes. Horat. 1. Carm. ode 35.

Cessaturus, pen. prod. Particip. vt, Cessatura casa, apud Ouid. 4. Fastorũ,
Mutantésque domum, tectis agrestibus ignem,
Et cessaturæ supposuisse casæ.

Cessator, pen. prod. {σχολαστής, ἀεργός} Verbale, Otiosus, qui cessat, & nihil agit. Columella lib. 11. cap. 1, In agresti negotio vix dici potest quid gnauus operarius ignauo & cessatore præstet. Horat. 2. Serm. sat. 7,
Nequam, & cessator Dauus.

Cessator in literis. Cic. Pæto, lib. 9. 17, Hæc tibi antea non rescripsi, non quo cessator esse solerem, præsertim in literis, sed quum, &c.

Cessatio {σχολὴ, παῦσις, ἀνάπαυσις} Aliud verbale. Plaut. Pœn. 14,
Id negotium institutum: non datur cessatio.

Fœnus cessationis. Colum. lib. 2. cap. 1, At è contrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Furtum cessationis. Cic. Tironi, lib. 16. 26, Scribito tamẽ, ne furtum cessationis quæsiuisse videaris.

Cessatio, Otium. Cic. 1. de Nat. deor. Profectò Epicurus quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.

Cessatio pugnæ pactitia. In PACISCOR.

Cessatio aut legatio. Cic. 1. de Legib.

Libera & otiosa. Cic. 1. de Legib. Legationem aliquam nimirum historia postulat, aut eiusmodi cessationem liberam atque otiosam.

Cessatus, pen. prod. Adiectiuum {διαλελειμμένος} vt, Cessata arua, Id est neglecta & non culta. Ouid. 4. Fastorum,
Largáque prouenit cessatis messis in aruis.

Cedo {εἰπέ} Verbum defectiuum, prima breui, accentum in vltimã habens: in imperatiuo tantùm legitur, Cedo, Id est dic vel da. Terẽt. Eunuch. 5. 5,
Aut quid factum est? cedó. Cic. 2. de Diuinat. Cedo tandem qui sit ordo, aut quæ concursatio somniorum.

Cedo plurali etiam numero iunctum. Cic. de Senect. Cedo qui vestram Rempub. tantam amisistis tam citò?

Cedo aquam manibus. Plaut. Most. 4.

Cedo orationes. Cic. de clar. Orat.

Cedo mihi pateram. Plaut. Amphit. 8.

Cedo tabulas. Cic. 6. Verr.

Cedo manum, vel dexteram. Plaut. Capt. 13.

Cedo, dic mihi. Terent. And. 4. 4,
Cedo cuium puerum hic apposuisti, dic mihi. Cic. ad Att. lib. 9, Ingemuisti? certè, cedo reliqua. Id est ascribe.

¶ Cedo alios, vbi centurio est Sanga, & manipulus furum? Terent. Eunuch. 4. 7.

¶ Cedo quemuis arbitrum. Terent. Adelph. 1. 2,
Postremò, aut desine, aut cedo quemuis arbitrũ. Id est dic. Ac si diceret, Vincam quocunque iudice eorum qui harum rerum consultissimi fuerunt. Budæus.

Cedo iudicem, ni dolo malo instipulatus sis. Plautus Rud. Act. 5. scen. vlt.

Cedo coram ipso. Terent. Adelph. 3. 4,
Postremò non negabit, coram ipso cedo.

¶ Cedo, pro date in plurali, vel quæro & expostulo à vobis. Cic. pro Sextio, Cedo nunc eiusdem illius inimici mei de me eodem, &c.

CEDREI {κεδρεῖς} Arabiæ populi sunt, Canchleis & Nabathæis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 11.

Cedratus. In CEDRVS.

CEDREATIS Diana ab Orchomeniis ideò sic vocata fuit, quòd eius simulacrum in ingenti esset cedro erectum. Author Pausan.

Cedrelæon, Olej factitij species, ex malis cedri confecta, de qua Plin. lib. 15. cap 7. Hac autem peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit, vt idem ait lib. 16. cap. 39.

Cedrelate, cedrelates, f. g. {κεδρελάτη} Genus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5, Cedrus magna, quam cedrelaten vocãt, dat picem, quæ cedria vocatur, dentium doloribus vtilissimam.

Cedria {κεδρία} Pix est quæ ex cedrelate defluit, vt vides in CEDRELATE. Plin. lib. 29. cap. 3. Scabiem corporũ ac pruritũ oleo & cedria mistis tollunt. Ruellius lib. 1. cap. 62. Cedria modò cedri pix, modò cedri resina nominatur, è cedro magna quæ cedrelate dicitur emanans, ita vt si propriè sit loquendum, nihil aliud sit quàm cruda cedri lacryma.

Cedrium, Pix liquida, & primaria, quæ ex tæda excoquitur. Plin. lib. 16. capite 11, Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis, multósque ad alios vsus. Lignum eius concisum, furnis vndique igni extrà circundato, feruet: primus sudor aquæ modo fluat in canali: hoc in Syria Cedrium vocatur: cui tanta vis est, vt in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa seruentur.

Cedris. In CEDRVS.

CEDROS, Insula in Germaniæ littoribus, cedri genere syluosa. Inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrostis, huius cedrostis, fœm. gener. Vitis alba dicitur. Plinius libro 23. cap. 1, Vitis alba est quam Græci ampeloleucen, alij ophiostaphylon, alij melothron, alij psilothron, alij archezostin, alij cedrostin, alij madon appellant. Hæc & bryonia à Dioscoride appellatur.

Cedrus, cedri, f. g. {κέδρος} Arbor notissima. Vide Plin. copiosè de ea tractantem lib. 13 cap. 5, & alijs locis.

Ardua cedrus. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.

Enodes. Claud. de Raptu Proserp. 3.

Odorata. Virgil. 3. Georgicorum,
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.

Cedrum incendere. Cicero 3. Tusculan. Collocemus in culcitrà plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus. &c. In emendatioribus codicibus legitur Hedychrum incendamus. Vide HEDYCHRVM.

Cedro digna dicuntur, quæ promerentur immortalitem, & eiusmodi iudicantur, vt posteritati consecrari debeant. Persius sat. 1.
Et cedro digna locutus. Sumptum à cedri natura, cuius succo illita, non sentiunt cariem.

Carmina cedro linenda. Horat. in Arte.

Liber flauus cedro. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.

Ex antiqua cedro effigies: Quæ cariem non sentiunt. Virgilius 7. Æneidos,
Quin etiam veterum effigies ex ordine auorum
Antiqua ex cedro.

Cedratus, pen. prod. Adiect. Plin. lib. 13. cap. 13, Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrarier tineas non tetigisse. Id est cedri succo, vel cedrino vnguento illitos.

Cedrinus, penult. corr. {κέδρινος} Aliud adiectiuum, Quod est ex cedro. Plin. lib. 13. cap. 5, Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aduectus.

Cedris, cedridis, penultima correpta {κεδρίς} Fructus cedri. Plinius libro 24. cap. 5, Cedrides, hoc est fructus cedri tussim sanant, vrinam ciunt, &c.

C E L

CELADON, pen. corr. Proprium viri ex illis qui in Persei & Andromedes nuptus perempti fuerunt. Dictus Celadon quasi multũ clamãs, à verbo κελαδεῖν, quod resono interpretatur. Ouid. 5. Metamorphoseos,
Occidit & Celadon Mendesius.

Celadon, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens: apud Strabonem lib.8.

CELADVSA {Κελάδουσα} Exigua est insula maris Ægæi, Delo proxima, tam angusto freto ab ea diuisa, vt catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhenæa & Artemite dicitur. In hac Delij mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem belli Peloponn.lib.4, & Plin.lib.4.cap.12. ¶Sunt itē Celadusæ, paruæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adiacentes: quarum Pompon. Mela libro 2, & Plin.lib.4.cap.20. meminere.

CELAENA. In CELENA.

CELAENO, cum diphthongo in secunda {Κελαινώ} Vna ex Harpyis. Sipontinus, Celæno vna fuit è septem filiabus Lycurgi ex Naxo insula: quæ quoniam Liberum educauerunt, à Ioue inter sydera fuerunt relatæ.

Dira. Virgil.3.Æneid.

Celæno infelix vates, Id est nuntia infelicitatis. Virg.3.Æneid.

Celastrus, Theophrasto arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissimè fructus suos perficiens. Vsus eius ad baculos & scipiones accõmodatus. Vide Ruell.lib.1.cap.63.& 138.

Celatim, Celatus. In CELO.

CELEBOTHRAS, Rex Musiris, quod primum est Indiæ emporium, teste Plinio lib.6.cap.23.

Celebris, & hoc celebre, vel celeber, celebris, celebre, penul.corrept. {δημοτικός, δήμοσιος, ἔνδημος, κλυτός, περιβόητος, πολύφημος} semper passiuè positum, tam ad rem, quàm ad personam relatum. Locus celebris, quòd celebratur. Homo celebris, quòd cum honore celebratur & colitur. Hæc Valla lib.4. Plin.Iunior epist.159, Delectus est celeberrimus locus, in quo legenda præsentibus, legenda futuris proderentur.

Certamen celebre. Ouid.1.Metam.

Circus pompa celebris. Ouid 4.Fast.

Conciones celeberrimæ & gratissimæ. Cic.in Pisonem, Cæterorum principum celeberrimæ atque gratissimæ conciones fuerunt.

Conuentus celeberrimus. Cic.6.Verr. Vbi vsque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniuersarios agunt, celeberrimo virorũ mulierúmque conuentu. Hoc est maxima frequentia populi.

Forum. Cic.5.Verr.

Fori celeberrimum. Tacit.lib.4.

Ludi celebres. Ouid.1.de Arte.

Partes vrbis celeberrimæ. Cic.pro Domo sua.

Portus celeberrimus. Cic.pro leg. Manil. An verò ignoratis portum Caietæ celeberrimum atque plenissimum nauium, &c.

Via celebris. Cato cap.1, Si poteris sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, bonúmque aquarium, oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naues ambulant, aut via bona, celebrisque, Quam *frequentatam* barbari dicunt.

Vrbs celebris & copiosa. Cic.pro Arch.poeta.

Oraculum celebre & clarum. Cic.1.de Diuinat.

¶Celeberrimus arte grammatica, & in arte grammatica {πολυφημότατος} quod à barbaris diceretur, *bene renominatus*. Plinius libro 24. cap.17.

Deus celebris, Id est quem omnes colunt. Tibul.lib.2.eleg.1.

Dies celeberrimus. Id est honoratissimus. Cic. de Amic. Hoc tamen verè licet dicere, P.Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimósque viderit, &c.

Fide celeberrimus, Cuius fides & integritas omnibus in ore est. Statius 2.Achil.

Frons tumuli celebris dicitur, quæ viam spectat. Tibul. libro 3. eleg.2,

Sed tristem mortis demonstret littera causam,
Atque hæc in celebri carmina fronte notet.

Gratulatio populi celeberrima. Cic.14.Philip.

Lux alicui celeberrima. Ouid.3.Fast.

Monimentum illius celeberrimum in foro. Cic.pro Sestio.

Nomina celeberrima bello, Id est quorum ingens est fama ob res in bello præclarè gestas Sil.lib.4.

Celebre nomen laudibus. Liu.4.ab Vrbe De Menenio.

Rumor celebris. Liuius 7.bel.Maced. Valerius Antias author est, Romæ fuisse celebrem rumorem. Hoc est constantem famã, & multorum sermone comprobatam.

Vox celeberrima. Ouid.1.de Ponto, eleg.10.

Celeberrimus vir, pro multorum sermone comprobato. Hermogenianus in l. Si res pupillaris. D.de Administrat.tutor. Si res pupillaris incursu latronum pereat: vel argentarius cui tutor pecuniam dedit, quum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit: nihil eo nomine tutor præstare cogitur.

Ciuitas celebris est, quæ à multis frequentatur. Vlp.in l. Si in aliquam. D.de Officio Proconf. & leg. Si in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput aduenerit, pati debet commendari sibi ciuitatem, laudésque suas non grauatè audire, quum honori suo prouinciales id vindicent.

Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Plin.

¶Celebre, non solùm frequẽs, inquit Nonius, sed etiam velox. Accius Ægistho,

Celebri gradu gressum accelebrasse decet.

Celebritas, penultima correpta, celebritatis {ἑορτή, πανήγυρις} tum hominum cœtum honoratiorum declarat, tum dignationem ipsam atque honorem. Cicero 3.Offic. Ita qui in maxima celebritate, in oculis ciuium quondam viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, & sæpe soli sumus.

Solitudo, & Celebritas, contraria. Cic. ad Att.lib.12, Me hæc solitudo minus stimulat, quàm ista celebritas.

Audientium celebritate instinctus. Quintil.lib.1.cap.2.

Loci celebritas. Cicero ad Terentiam, lib.14 1, Sed si offendet me loci celebritas, aliò me conferam.

Ludorum. Cic.3.de Orat.

Viæ. Cic. Att.lib.3, Ego propter viæ celebritatem, & quotidianam expectationem rerum nouarum, non commoui me adhuc Thessalonica.

Refertissimum celebritate theatrum. Cic.ad Q.frat.lib.1.1.

Habere maximam celebritatem dicitur locus aliquis. Cic. Attico, libro 13.

Odi celebritatem, Fugio homines. Cic.ad Att.lib.3.

Celebritas & nomen. Cicero 2. Officiorum, Nam siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis aut à patre acceptam, &c.

Diei supremi celebritas. Cic. pro Milone, Spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburetur abiectus. Id est exequiis.

Iudiciorum multitudo & celebritas. Cic.ad Marium, lib.7.1, Nos hic in multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita distinemur, &c.

Sermonis hominum celebritatem consequi. Cic.in Somn.Scipion. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes?

Celebritas virorum ac mulierum. Cicero 2.de Leg. Sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur.

Domestica celebritas. Cic.in L.Pison. Nunc etiam in hac quotidiana, assidua, vrbanáque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, &c.

Floret hominum celebritate locus ille. Cic. pro Domo sua, Constat enim nullis vnquam comitiis cãpum Martium tanta celebritate, tanto splẽdore omnis generis hominum, ætatum, ordinum, floruisse.

Honestare sua celebritate aliquem dicitur populus. Cic. pro Domo sua, Itaque ille vnus dies, quo die me Populus Romanus à porta in Capitolium, atque inde domum sua celebritate lætitiáque comitatum honestauit, tantæ mihi, &c.

In maxima celebritate viuere. Cic.3 Offic. Ita qui in maxima celebritate, in oculis ciuium quondam viximus, &c.

Famæ celebritas. Cic.1. Tuscul. Eadémque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui, &c.

Celebritas sententiarum pristina manebat. Cic.de Clar.Orat.

Celebritatem addere ludis. Liu.10.bel.Pun. Ludis celebritatem addidit sedes sua solẽni spectaculo reddita. Hoc est, Celebriores & honoratiores ludi visi sunt, propter propriam sedem ludis Apollinaribus redditam.

Celebro, celebras, pen.corr. {[illegible], πανηγυρίζω, [illegible]} celebrare, Est frequentare. Varro, Cui non tam cura erat vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret.

Cœtus celebrare hominum. Cic.1.Offic. Impellítque vt hominum cœtus, & celebrari inter se, & sibi obedire velit.

Conuentus celebrantur. Cic. Attic.lib.1.14, Itaque conuentus, qui initio celebrantur, iandiu fieri desierunt.

Celebrare locum cõuentu. Cic.pro Flacco, Cuius damnatione sepulchrum L.Catilinæ floribus ornatum, hominũ audacissimorum, ac domesticorum hostium conuentu, epulísque celebratum est.

Domum alicuius. Cic.pro Murena,

Fretum celebrant Naiades æquoreæ, Id est in æquore viuunt Ouid. 14 Metamorph.

Frequentia maxima ciuium, & splendore hominum summorum celebratur locus aliquis. Cic.1.de Orat. Testis est huiusce Q.Mutij ianua & vestibulum, quod in eius infirmissima valetudine, affectáque iam ætate, maxima quotidie frequentia ciuiũ, ac summorum hominum splendore celebratur.

Locum aliquem ludis celebrare. Virgil.3. Æneidos,

Actiáque Iliacis celebramus littora ludis.

Missile celebratum, Id est frequenter coniectum in hostes. Silius libro 3.

Syluas celebrare, In syluis versari. Ouid.10.Metam.

Templa. Plin.Iunior ad Traianum lib.10. epist.100.

Celebrantur viæ multitudine legatorum. Cic.pro Sextio.

¶Celebrare conuiuium sermone & lætitia omnium. Cic.3.Verr.

Certamina celebrare, Ludos & ficta prælia solenniter obseruare. Virgil.5.Æneidos,

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.

Connubium. Claud.epigram.4.

Dapes canendo. Ouid.5.Metam.

Celebrare dies, ferias, ludos, &c. quod vulgus dicit, *Facere festum, ferias & ludos.* Cic. in Catil. Liu.1.ab Vrbe. Plin.lib.18.cap.3.

Diem mero celebrare. Ouid.3.Fast.

Religione debita diem celebrare. Plin. Iunior ad Traianum lib. 10.epist.223.

Epulas vino. Liu.5.bel.Pun. Nuntiãs diem festum Dianæ per triduũ agi: & quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari.

Exequias. Liu.5.bell.Pun.

Funera. Ennius apud Cic.lib.1. Tusculanarum,

Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis
Mœrorem: vt celebrent funera cum gemitu.

Honorem lætum. Virgil.5.Æneidos,

Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.

Limina. Propert.lib.1.eleg.15,

Cuius inaurati celebrarunt limina currus.

Ludos. Ouid.5.Fastor.

Memoriam nominis alicuius celebrare epulis. Cic.2.de Fin. Velle post mortem epulis celebrari memoriam sui nominis.

Mortem alicuius. Cic.pro Murena.

Natalem alicuius. Horat.2.Serm.sat.2,

Ille repotia, natales, aliósque dierum
Festos albatus celebret.

Ludis natalem celebrare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9.
Natalis per multos annos celebrandus. Tibul. lib. 1. eleg. 7.
Nuptias celebrare, pro facere. Liu. 6. bel. Maced.
Solennia nuptiarum. Tacit. lib. 12.
Sacra. Ouid. 6. Metam.
¶ Maledictis & vocibus. Cic. pro Cælio.

¶ Celebrare {[illegible]} Summo honore prosequi, laudare, habere in pretio. Plin. lib. 12. cap. 4, Vnam è peculiaribus Indiæ Virgilius celebrauit ebenum.

Iudicium eius innocentis celebratur & ornatur studio & dignitate summorum virorum, & clarissimorum ciuium. Cic. pro Sylla.
Publicè priuatímque celebrare aliquid. Cic. 1. de Diuinat.
Celebrari & ornari. Cic. pro Sylla.
Egressum alicuius frequentia ornare & celebrare. Cic in Pisonem.
Senectutem celebrare & ornare. Cic. 1. de Orat.
Carminibus aliquem. Ouid. 1. Amor. eleg. 11.
Fama per orbem celebratus. Ouid. 2. de Arte.
Frequentia & plausus me vsque ad Capitolium celebrauit. Cic. Attico, lib. 4.
Honoribus. Ouid. 1. Fast.
Honore aliquem celebrare. & donis. Virg. 8. Æneid.
Lyra vel tibia celebrare virum, aut heroem aliquem. Horatius 1. Carm. ode 12.
Seipsum mero. Ouid. 3. Fast.
Carminibus & annalium monimẽtis celebratur laus alicuius. Cicero pro C. Rab. Posth. Hæc mira laus est, quæ non poetarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur.
Celebrare carmine ripas. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Et quæ Mæonias celebrabant carmine ripas.
Ingenio alicuius poetæ celebrari. Cic. pro Arch. poeta.
Laudibus. Plin. lib. 14. cap. 6.
Vir celebratus laude illustri {[illegible]} Cic. pro Murena, Pater enim fuit equestri loco, auus nulla illustri laude celebratus.
Vox celebrata reis. Martial. lib. 12. epigram. 52.
Laudes alicuius celebrare. Cic. pro M. Marcello, Itaque C. Cæsar bellicæ tuæ laudes celebrantur illæ quidem.
Iudiciis amplissimis laudes celebratæ. Cic. pro Plãcio, Ego C. Cæsaris laudibus desim, quas primùm populi Romani, nunc etiam Senatus, cui me semper addixi, plurimis atque amplissimis iudiciis videam esse celebratas?
Celebrata Latinis literis. Hoc est commemorata, & honorificè descripta Cic. 4. Acad.
Literis & memoria aliquem. Cic. pro Sextio, Nos etiam hostem literis nostris & memoria videmus esse celebratum.
Nomine alterius celebrari. Quintil. lib. 5. cap. 11.
In prouerbium vsque celebrari. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Scriptis. Cic ad Luceium, lib. 5. 12.
Sermone. Cic. pro Milone, Et omni sermone celebramur.
¶ Celebrata res omnium sermone. Cic. pro Cluentio. Hoc est, ita omnibus cognita, vt omnes de ea colloquerentur.
Vt primùm Asiam attigisti, constante fama, atque omniũ sermone celebratum est. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1.
Nuntij, literæque celebrant eum factum Consulem. Cic. pro Murena, Quibus in locis paucis antè diebus factum esse Consulem Murenam nuntij literæque celebrassent.
Tritum atque celebratum sermone. Cic. pro Flacc. Quid porrò in Græco sermone tum tritum atque celebratum est?
Titulis celebrari. Silius lib. 3.
Artes celebrare & inter se recolere. Cic. 1. de Oratore, Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otij datus est ad eas artes, quibus à pueris dediti fuimus, celebrandas, intérque nos recolendas.
Famam celebrare. Cic. pro Archia poeta, Quare quorum ingeniis hæc feruntur, ab his populi Rom. fama celebratur.
Famam alicuius celebrare omnibus in locis. Catul. epigr. 63.
Constantiam, fidem, grauitatem, præstantiam, curam alicuius omnium fama celebrare. Cic. 9. Philipp.
Gloriam laudémque alicuius. Cic. pro Archia poeta.
Gloriam celebrari in longo æuo. Sil. lib. 3.
Monumenta celebrare alicuius. Martial. lib. 11. epigr. 49.
Silius hic magni celebrat monumenta Maronis, &c.
Nomen alicuius celebrari scriptis. Cic. ad Luceium, lib. 5. 12.
Nomen celebratum in foro. Cic. de Claris Orat.
Celebrare se & Rempub. Sallust. in Iugurtha. Id est laudem sibi & Reipub. comparare.
Studium agriculturæ. Columel. lib. 8. cap. 16. Hoc est probare, laudare, exercere.
Vatem. Ouid. lib. 2. de Arte.

Celebratio, verbale {[illegible]} vt, Celebratio ludorum. Cicero ad Atticum, lib. 15.
Celebrationem habere. Plin. lib. 34. cap. 5. Hoc est in honore & pretio esse.
¶ Celebratio, pro frequentia hominum, vt ait Budæus. Cicero pro Sylla, Quæ domus, quæ celebratio quotidiana, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo?

Celebratus, penult. prod. Nomen ex participio. vnde comparatiuus Celebratior, superlatiuus Celebratissimus {[illegible]} Cic. 2. Philipp. Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari. Ouidius 6. Fastorum,
Nomine quàm pretio celebratior arce tonantis,
Discant pastoris quid velit ara Iouis.
¶ Celebrata, celebratorum, neut. gen. pro exequiis. Martialis libro 6. epigram. 16,
Inscripsit tumulo, septem celebrata virorum
Se fecisse, Chloe. quid pote simplicius? Celebrata, id est solennia & busta. Volens suam pietatem ostendere, inscripsit tumulo se exequias septem virorum celebrasse. quo testimonio nõ potuit apertius fateri septem viros à se necatos. Domitius.

Celebrandus {[illegible]} Participium. Claud. de bel. Get.
O celebranda mihi cunctis Pollentia seclis.
Celebranda virtus. Cic. 2. de Inuent.

Celebrator, penultima producta, celebratoris. Martialis lib. 8. epigram. 78. de ludis Stellæ,
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi.

Celebresco {[illegible]} Celebris fio. Accius, Et qualiscunque fama celebrescat tua. Ex Nonio.

Celebriter {[illegible]} Aduerbium, Cum celebritate, cultu & honore, à quo Celebrius, & Celebertimé. Sipontinus.

CELEIA {[illegible]} Noricorum oppidum: author Plin. lib. 4. cap. 24, in Noricorum descriptione. Vulgò *Cilia*.

CELENA, Celenæ, penult. prod. {[illegible] Strabo.} Locus Campaniæ Iunoni sacer. Virgil. lib. 7,
-atque arua Celenæ. Celenæ Celenarum (inquit Liuius lib. 8. bel. Maced.) vrbs caput quondam Phrygiæ fuit. Lucan. lib. 3, Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ,
Celenæ altæ. Ouid. 4. Fast.
¶ Celenas item alias collocat Plin. lib. 5. c. 32, in ea parte Asiæ quæ Phrygiæ superiecta est, iuxta Andriam, Ancyram, & Colossas.

Celenæus, a, um, Adiectiuum. vt Celenæum buxum. Stat. 2. Thebaidos,
Fœda Celenæo committere prælia buxo.

CELENDRIS, Samiorum colonia, in Cilicia, authore Pomponio Mela lib. 1. in descriptione Ciliciæ. Celendræ etiam multitudinis numero dicimus, vt est apud Lucanum, lib. 8,
Ad profugum collecta ducem, paruísque Celendris.

Celer, hic & hæc celeris, & hoc celere, penultima corr. {[illegible]} Ab aliis quidam dictum existimant, & significat velocem. vt, Celeri gradu ire. Plautus Trinum 9.
Celerem sedato opponit Horat. lib. 1. Epist. 19,
Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauúmque remissi.
Celer Hebrus, Hoc est magno impetu fluens & rapidus. Virgilius 1. Æneidos,
-celerémque fuga præuertitur Hebrum.
Multum celer. Horat. 2. Serm. sat. 3,
-hunc medicus multum celer, atque fidelis
Excitat hoc pacto.
Appulsu celerrimum. Tacit. lib. 3.
Iaculo celer, Id est optimus iaculator. Virg. 9. Æneid. de Niso,
Nisus erat portæ custos, acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Æneæ quem miserat Ida
Venatrix, iaculo celerem, leuibúsque sagittis.
Metu celer. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Insequitur, celerémque metu, celer vrget amore.
Pedibus celeres. Claud. 3. Paneg. de canibus,
Agmen remorum celere. Virg. 5. Æneid.
Alas celeres commouere. Virg. 5. Æneid.
Animus celer. Virg. 4. Æneidos,
Atque animum nunc huc celerem, nunc diuidit illuc.
Auræ celeres. Virgil. 4. Æneidos,
Alloquere. & celeres defer mea dicta per auras.
Brachio celeri vti. Author ad Herenn. lib. 3, Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aspectu vtemur.
Canes celeres. Ouid. epist. 4. 8.
Cardo cæli celer. Seneca Hippol. 9. 1,
Celeri polos cardine versas.
Carina celeris. Ouid. 12. Metam.
Commutatio Reipublicæ celeris & varia. Cic. ad Octauium, O miseram, & in breui tam celerem & tam variam Reipublicæ commutationem!
Consilium celere. Terent. Phorm. 1. 4. Donatus, Hoc celere neutraliter dicitur. Est tamen qui celere putet aduerbium esse pro Celeriter.
Copia celeris. Plaut. Merc. 22,
Date di quæso conueniendi mihi eius celerem copiam. Id est, vt citò eum conueniam.
Currus celeres, dicti quòd celeriter mouentur. Seneca Agamemnone, 11. 1, Quid iste celeres concitus currus agit?
Cursus celer. Seneca Hippol. 10.
Deæ celeres vocantur Horæ ab Ouid. 2. Metamorphoseos,
Iungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Iussa Deæ celeres peragunt.
Fata celerrima, Mors quæ celerius obitur. Virg. 12. Æneid.
Fide celeri probare aliquid. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4.
Flamma celeris. Lucret. lib. 2,
Et celeri flamma degustant tigna: &c.
Flammæ celeres. Tibul. lib. 4. eleg. 6.
Fuga celeris. Virgil. 3. Æneid.
Gressus celeres. Seneca, Medea 10,
-vadite, & celeres domum Referte gressus.
Ictu celeri præcidere aliquid. Lucret. lib. 3.
Ignis celer. Horat. 3. Carm. ode 4.
Lapsus. Valer. lib. 1. Argonaut.
Letho celeri aliquem mittere. Claud. 1. in Ruff.
Lingua celeri vti ad negandum. Plaut. Trucul. 2.
Lunæ celeres. Horat. 4. Carm. ode 7.
Manu celeri aliquid agere. Ouid. 3. de Arte.
Mente celeri circunspicere. Ouid. 1. de Remed.
Mergi. Virg. 1. Georgicorum,
Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi.
Ministri. Claud. 1. in Ruff.
Mors, Præmatura. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.

Operæ nimium celeris.& curę carentis versus. Id est carmẽ nulla cura & opera compositum.Horat.in Arte.
Oratio celeris & concitata.Cic.2.de Orat.
Penna celer.Ouid.8.Metam.
Pennæ celeres.Horat.3.Carm.ode 29.
Pes celer.Seneca in Medea.6.1.
Pede celeri.Seneca Hippol.8.
Vt celeri velox pede laberis. Id est, breui momento.
Plantæ celeres.Virgil.7.Æneidos,
Vel mare per medium,fluctu suspensa tumenti
Ferret iter,celeres nec tingeret æquore plantas.
Puppe celeri auferre aliquem.Ouid.epist.18.
Facilis & celeris ratio.Id est prompta.Lucret.lib.4.
Ratione celeri res geritur.Lucret.lib.4. Id est repentè,sine difficultate aut magno negotio.
Recursus celer.Ouid.6.Metam.
Reditus.Cic.pro Domo sua.
Riui.Horat.3.Carm.ode 11.
Rotæ.Seneca Hippol.10.
Sagittæ.Virgil.1.Æneidos,
Constitit hic,arcúmque manu celerésque sagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Sagitta celeri certare.Virg.5.Æneidos,
Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat,qui fortè velint:& præmia ponit.
Sensu celeri dolis occurrere.Claud.4.Paneg.
Somnus celer,Leuis,breuis.Senec.Hippol.4.
Telum celere.Valer.lib.3.Argonaut.
Turbo celer.Virgil.lib.3.Æneidos,
Illa volat,celeríque ad terram turbine fertur.
Venti.Horat.1.Carm.ode 12.
Viæ.Id est cursus veloces.Senec.Hippol.6.
Virtus.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.
Hic raptam Trœzen celeri virtute recepit.
Volumine celeri sydera torquentur. Ouid.2.Metam. Id est præcipiti motu circumaguntur.
Nihil celerius mente. Cicero in Orat. Ante enim circumscribitur mente sententia,confestímque verba concurrunt,quæ mens eadem, qua nihil est celerius,&c.
Facere celer , Id est celer ad faciendum. Et Celer excipere aprum apud Horat.3.Carm.ode 12. Forma loquendi hæc Græcorum est.
Irasci celer.Horat.1.Epist.
Celer voluere menses.Horat.4.Carm.ode 6.
Tollunt se celeres Virgil.6.Æneid. De auibus.
Venire celer dicitur aliquis,pro venire celeriter.Ouid.9.Metam.
¶Celeres antiqui dixerunt , quos nunc equites dicimus , à Celere interfectore Remi,qui initio à Romulo iis præpositus fuit,qui primitus electi fuerunt ex singulis curiis deni. idcóque omnino trecenti fuere.Hęc Festus. Plutarch.in Romulo,de Celere Remi interfectore sic meminit : Celer autem in Hetruriã secessit, & ab eo veloces apud Romanos traxerunt,vt Celeres dicerentur.Quinctiã Metellum tradunt , quòd mortuo patre, singulari certamine pugnantium ludum ad paucos dies instituisset , Romanos admiratos apparatus celeritatem,Celerem appellasse. Hæc Plutarch. Plinius libro 33. cap.2,Quin etiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est , in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo , regibúsque appellati sunt,deinde flexumines,postea trossuli.
Latini celeres. Virgil.11.Æneidos,
Necnon Messapus contrà celerésque Latini. Vbi Seruius . Alludit ad militiam Romanam : nanque & equites habuit Romulus , vt illo diximus loco, Tercentum scutati omnes Volscente magistro : quos celeres appellauit vel à celeritate , vel à duce Celere , qui dicitur Remum occidisse , in cuius gratiæ vicem à Romulo fieri Tribunus equitum meruit.

Celero,celeras, penult.corr. { ταχύνω } celerare, Celeriter aliquid facere. Cicero de Vniuersitate , Dedit autem diuinis duo genera motus: vnum genus motus , quod semper esset in eodem æquè , & idem in omnibus,atque vno modo celeraret. De natura loquitur.
Aliquid celerare,Id est vt celeriter fiat meditari. Virg.1.Æneidos,
Hæc celerans,iter ad naues tendebat Achates. Id est celeriter facere cupiens. Seruius.
Casum celerare,Id est celeriter cadere.Lucret.lib.2.
Fugam.Virgil.9 Æneidos,
Tum celerare fugam,patriáque excedere suadet.
Gradum.Virg.4.Æneid.
Iter inceptum.Virg.8 Æneid.
Ergo iter inceptum celerant rumore secundo,
Quàm maximis itineribus.Tacit.lib.20.
Opem celerare,pro celeriter auxilium ferre.Valer.lib.3.

Celerans,Participium,vt Celerantes auræ.Lucret.lib.1,
Is porrò,quanuis circum celerantibus auris
Confluat.&c. Id est,accelerantibus,vrgentibus,& celeriter pellentibus aerem.
Viam celerans.Virgil.5.Æneidos,
Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa citò decurrit tramite virgo.

Celeritas,penult.corr. { ταχύτης, ὠκύτης } Velocitas.Cic.7.Verr.Hæc Centuripina nauis erat incredibili celeritate velis. Idem 1.Acad.In pedibus celeritatem,vim in manibus. Subaudi ponebant.
Celeritas ad discendum. Cic.1.Acad. Naturæ celeritatem ad discendum & memoriam dabant:quorum vtrunque mentis esset proprium & ingenij.
Celeritas in capiendis castris.Cæsar 7.bel.Gal.
Velocitas corporis celeritas appellatur.Cic.4.Tusc.
Celeritas & breuitas respondendi & lacessendi. Cic.lib.1.de Orat.
Breuitas & celeritas syllabarum.Cic.in Orat.
Celeritas & festinatio.Cic.pro Rosc.Amer. Quid hæc tanta celeritas,festinatióque significat?
Actionum coniungendarum celeritas. Vlpian.in l.Hæc ratio. §. Sed si debitorem. D.de Donat. inter virũ & vxorem, Celeritate coniungendarum inter se actionum vnam actionem occultari.
Ingenij celeritas.Cic.in Bruto. Quis enim putet celeritatem ingenij L.Bruto illi nobilitatis vestræ principi defuisse.
Percipiendi celeritas.Quintil.lib.1 cap.10.
Belli celeritatem morari.Cic.5.Phil pp. Legatorum nomen ipsum & animos mollit,& belli celeritatem morabitur.
Verborum celeritas.Cic.1.de Orat.
Admirabilis.Cic.1.de Nat.deor.
Celeritas Cæsariana , in prouerbium abiit , quòd quum semel de expeditione quadam triumpharet, pro insignibus haberet dictum illud,Veni, vidi, vici. Cic.16. ad Atticum, Aiunt enim eum Cæsariana vti celeritate. De Antonio.
Expedita & profluens celeritas verborum.Cic.de Claris Orat.
Incredibilis.Vide INCREDIBILIS.
Maxima.Cic.2.de Nat.deor.
Præceps dicendi.Cic.pro Flacco.
Prompta & parata in agendo & in respondendo.Cic.in Bruto.
¶Adhibere celeritatem.Plancus ad Cic.lib.10.21.
Desiderat celeritatem res.Vlpian. in l.1 D.de Damn.infect.Quum res damni infecti celeritatem desideꝗrat, & periculosa dilatio Prætori videtur,si ex hac causa sibi iurisdictionem reseruaret,&c.
Incitare militum celeritatem diariis.Vide DIARIVM.
Incitare celeritatem eloquendi dicitur consuetudo, exercitatióque. Cic.1.de Orat.
Incitatus celeritate & studio.Vide INCITO.
Indigere celeritatis.Vide INDIGEO.
Opus est celeritate:qua si essemus vsi, bellum,vt sæpe dixi, nullum haberemus.Cic.5.Philipp.
Suscipere nimias celeritates.Cic.1.Offic. Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus,vt pomparum ferculis similes esse videamur : aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates.

Celeritudo, penult. prod. { ταχύτης } Idem quod celeritas. Varro 3.de Re rust.cap.12. Lucius Ælius putabat ab eo dictum leporem , à celeritudine,quòd leuipes esset.

Celeripes, penult.corr. huius celeripedis, penult. corr. { ποδώκης } Qui leuis est pedibus. Cic.ad Att.lib.9, Venit autem eo ipso die ille celeripes , quem Saluius dixerat. Hoc loco proprium nomen est.

Celeriter,celerius, celerrime, penult. corr. { ταχέως, ὠκέως } Aduerbium, Velociter. Cæsar 5.bel.Gal.Illi imperata celeriter fecerunt. Cic.2.de Finibus,Celerrimeque multa simul agitantem.
Facere aliquid celeriter. Cic. ad Appium,3.1, Phaniam valde sum desideraturus : quem quum Romam remittes (quod vt putabamus, celeriter eras facturus) omnibus ei de rebus quas agi, quas curari me voles,mandata des velim.
Celeriter & sine causa agere aliquid.Paulus in l.Nequis.D.de Custodia & exhibit. reor. Si quos ex iis qui in ciuitatibus sunt, celeriter & sine causa solutos à magistratibus cognoueris, vinciri iubebis : & iis qui soluerint,multam dices.
Futuri sumus celeriter vnà.Cicero Dolabellæ,lib 9.11, Ignosces breuitati literarum mearum. nam & celeriter vnà futuros nos arbitror.
Mittam celeriter tibi librum.Cic.Att.lib.15.
Nuntiare celeriter.Cic.1.de Diuinat.
Proficisci.Cic.Att.lib.15.
Succurrere. Plancus ad Cic. lib.10. 21, Si durius aliquid esset,succurrere celeriter possem.
Celerius transigere. Cicero 5. Verr. An id agendum,vt eo celerius de isto transigamus,quo maturius ad Apronium possumus venire?
¶Celeriter , pro breui , siue intra breue tempus. Cic. ad Appium Puchrum,lib. 3. 11, Lætor virtute & officio cum tuorum necessariorum , meorum amicissimorum : tum alterius omnium sæculorum, & gentium principis:alterius,iampridem iuuentutis,celeriter,vt spero, ciuitatis. De Pompeio & Bruto loquitur.
Celerius intelligere.Plin.Iunior epist.lib.6.

Celeranter { σὺν τάχει } Aduerbiũ,pro celeriter.Accius,Sed quis hic est qui matutinum cursum huc celeranter rapit? Nonius.Antiquum est.

Celeratim,penultima producta, pro celeriter:Aduerbium similiter antiquum. Sisenna hist.lib.5, Quo magis celeratim poterant,in insidiis suos disponit.

Celerè,Antiquum , pro celeriter. Pacuuius Paul. Nunc te obtestor, celerè facto subueni censori. Eun.Sat.lib.1, Dum quicquid des celerè.

CELER { κέλης } Romuli præfectus.Ouid.4 Fastorum,
Hoc Celer vrget opus,quem Romulus ipse vocarat,
Sintque Celer curæ dixerat ista tuæ. Budæus.

CELERINI , Citerioris Hispaniæ populi sunt supra Braccaras & Gronios, quorum ager Auo fluuio irrigatur , vt indicat Ptolemæus lib. 2.cap.6. & Pompon.lib.3.

Celes, celetis, penult.prod. { κέλης } Genus nauigij actuarij , quod & Celox dicitur.Gell.lib.10.cap.25,Celoces,vel vt Græci dicunt,κέλητες. Dictum celetem putant per metaphoram equi celetis , quòd vnico tantùm per trãstra remo agatur.κέλης enim equus dicitur,qui ab vno sessore agitatur & regitur. Palæphatus de Centauris,Iuuenes quidam è radice montis profecti à vico quodam vocato Nebula, excogitant equos celetas condocefacere , in ijsque sedere. Nam aute id tempus nesciebant in equis sedere : sed solum curribus vtebantur. Quibus verbis fit planum quid sit κέλης equus, ex quo κέλης dictus, quòd vno remo,& non binis aut ternis per sedilia ageretur , quum tamen plures remiges haberet. Ex Baysio.

Celes , Equus celes , qui ab vno sessore agitatur & regitur. Vide paulo antè CELES, genus nauigij,&c.

CELETAE, Populi Thraciæ , maiores Hæmo , minores Rhodopæ subditi.

subditi. Author Plin. lib. 4. cap. 11.

Celeres, penult. prod. Dicti sunt à Græcis equites non bigis aut quadrigis in certamine vtentes, sed equo vno insidentes: cuiusmodi certamen hodie quoque nonnullis in locis celebratur. Hæc Budæus. Plin. lib. 34. cap. 5, Græci celetas tantum dicabant in sacris victores. Apud Homerū verò celes equus dicitur, qui solus agitatur, quasi monampix: quod tam de agitatore, quàm de equo ipso fortasse non ineptè dici posset.

Celetizontes { κελητίζοντες } Participium Græcum, iuuenes dicebantur qui frequenti equorum singularium certamine delectarentur. Plin. lib. 34. cap. 8, Hegiæ Mineruа, Pyrrhúsque rex laudatur, & celetizontes pueri.

CELEVS, duarum syllabarum { κελεὸς } Viri proprium. Virg. 1. Georg. 33, Virgea præterea Celei, vilisque supellex. Vbi Seruius, Virgea Celei supellex, Id est vasa de vimine facta, qualia Ceres Celeo aliquando monstrauit, vt qualos, corbes, &c.

Celeusma, celeusmatis, penultima producta { κέλευσμα } vel celeuma, celeumatis, neutri generis, Clamor est nautarum, quum vno aliquid iubente, omnes vniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes. ἀπὸ τοῦ κελεύειν, quod est iubere. Hæc Sipontinus. Hoc verò celeusma, in nauibus classiariis assa voce interdum, interdum tibia canebatur, ita vt remiges pro modulorum atque harmoniæ ratione vel concitarent vel inhiberent remos. Pædianus author est, cani remigibus celeusma per symphoniacos seruos solitum olim esse, & per assam vocem, id est ore prolatā, & (vt in Argo naui) interdum per citharam. Ex Budæo. Martial. lib. 3,

Quorum per vada tarda nauigantes
Lentos tingitis ad celeuma remos.

Celeustes, celeustæ, masculini gen. { κελευστής } Qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui à Plauto Latinè hortator appellatur, quòd ea hortamentā faciat, quę verbo Græco celeusma dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Celia, Potus ex frugibus confectus, qui Hispanis præcipuè in vsu erat, sicut ceruisia Gallis. Plinius libro 22. capite vlt. ¶ Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cuius meminit Strabo lib. 6. & Ptolem. lib. 3. cap. 1. Vulgò *Celia in terra de Barri.*

Cella, cellæ { ταμιεῖον, ἀποθήκη } dicta à celando, authore Seruio: quòd in ea celentur quæ esse volumus occulta. Græci apothecam dicunt, in qua res esculentę & poculentæ reponuntur, quamuis propriè apotheca, cella vinaria sit. Capit autem cella significationē vt illi adiectiua iungūtur: vt Cella vinaria, penaria, &c. Cic. de Senect. Semper enim boni assiduíque domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria. Terent. Adelph. 4. 2,

Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Vbi Donatus, Et cella & cellarium, à reponendis, celandísque rebus esculentis & poculentis dicitur.

Cellam atque horreum Campani agri, Cicero Capuam appellauit in orat. de Lege Agraria.

Cella vini & olei. Paulus in l. Nam quod. §. Si cui quæ. D. de Penu legata, Quod ferè (inquit Sabinus) euenit in personis mercatorum, aut quoties cella est olei & vini, quæ venire solebant in hæreditate relicta.

Cella olearia. In OLEARIVS.

Cella vinaria. Cicero in Topicis, Cellis vinariis, & oleariis plenis relictis.

Cella penaria, In quā penus reponitur. Cicero 4. Verr. Itaque ille M. Cato sapiens cellam penariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Nos verò experti sumus Italico maximo difficillimóque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, sed pro ærario illo maiorum vetere ac referto fuisse.

Cellam promptuariam vocauit Plautus Carcerem, ex qua promerentur vincti. In Amph. 4,

Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum?

Cellæ angustæ. Horat. 1. Serm. sat. 8.

In cellam dare. Cic. 5. Verr. Magistratibus tantum detur in cellam, quantum semper datum est.

In cellam emere frumentum. Cicero 5. Verrina, Data tibi pecunia est Verres: vna, qua frumētum tibi emeres in cellam: altera, qua frumentum emeres à ciuitatibus quod Romam mitteres.

In cellam imperare frumentum. Cicero 1. Verrina, Queritur Sicilia tota C. Verrem ab aratoribus quum frumentum sibi in cellam imperauisset, &c.

In cellam sumere frumentum. Cicero 5. Verrina, Non est in hoc crimen Hortensi, ne fortè ad hoc meditere, multos sępe viros bonos, & fortes, & innocentes cum aratoribus, & cum ciuitatibus frumentum quod in cellam sumi oporteret, æstimasse, & pecuniam pro frumento abstulisse.

¶ Cella, pro cubiculo aliquo secreto. Cic. ad Atticum, lib. 14, Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellámque tradidi.

Cella inscripta. Martial. lib. 11. epigr. 46,

Intrasti quoties inscriptæ limina cellæ, &c.

Strati in cellis lecti. Cic. 2. Philipp.

Cella frigidaria, & cella cella caldaria. Plinius Iunior, libro 2. epistola 17. ad Gallum, Inde balinei cella frigidaria spatiosa & effusa. Est autem cella frigidaria, vbi aqua frigida, si pœnituisset teporis, lauabantur. nam balinei cellæ tres erant: caldaria, vbi calida: tepidaria, vbi tepida: frigidaria, vbi frigida seruabatur. Hac de re multa Vitruuius lib. 5. cap. 10.

Cella suppositoria. Vopiscus in Carino, Balneis, inquit, ita frigidis vsus est, vt solent esse cellæ suppositoriæ, frigidarius semper niualibus. Cellæ autem suppositoriæ vocatæ sunt, quæ suppositæ sunt, id est subiectæ: sunt enim frigidissimæ quæ subiectæ sunt niuali frigidario. Turnebus.

¶ Cella { ἄδυτον } Pars templi erat sacratior, in quam ingredi fas non erat. Vnde apud Gellium libro 7. cap. 1, legitur Scipionem in Capitolium venisse: iussisséque cellam Iouis aperiri, ibique solum demoratum fuisse. Liuius 5. belli Macedonici, De multa damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio positæ in cella Iouis supra fastigium ædiculæ.

¶ Cellas, Abusiuè fauorum cauernas vocauit Virg. lib. 1. Æneidos, Distendunt nectare cellas. Seruius.

Cellula, cellulæ, penult. corr. Diminutiuum. Terent. Eunuch. 2. 3,

Quum in cellulā ad te patris penum omne congerebam clanculum.

Cellulæ columbarum cauatæ. Columel. lib. 8. cap. 9, Receptacula non tanquam columbis loculamenta, vel cellulæ cauatæ efficiuntur, sed, &c.

Cellaria { ταμία } Quæ præest cellæ. Plaut. Mil. 10,

Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset cellaria.

Cellarius, cellarij { ταμίας } Qui præest cellæ. Plaut. Capt. 13,

Sume, posce, prome quid vis, te facio cellarium. Colum. lib. 11. cap. 1, Non minor habenda erit ratio, vt cibus & potio sine fraude à cellariis præbeatur. ¶ Vlpianus in l. Quæsitum. §. Cellarium. D. De instructo & instrument. legat. Cellarium quoque, id est qui ideo præpositus est, vt rationes saluæ sint: item ostiarium, mulionémque, instrumenti esse constat.

Cellarium, cellarij { ταμιεῖον } Idem quod cella. Seruius, Inter penum & cellarium hoc interest: quòd cellarium est paucorum dierum: vnde & in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus verò est temporis longi. Plin. lib. 36. cap. 15, Quorū agri quoque minorem modum obtinuere, quàm cellaria istorum.

Cellaris, & hoc cellare, penult. prod. { ταμιευτικός } Adiectiuum: vt, Columbi cellares. Colum. lib. 8. cap. 8, Hac eadem ratione palumbos, columbósque cellares pinguissimos facere contingit.

Cello, cellis, quo veteres vtebantur pro cedo: nunc compositis tantum vtimur, Excello, Præcello.

CELMVS { κέλμις } Nutritius fuit Iouis, quem & paruulus adhuc Iupiter plurimum amauit. Cæterùm quum aliquando mortalem esse Iouem dixisset, Iupiter iniuriæ memor, quum expulso Saturno rerum iam potiretur, in adamantem lapidem commutauit illum. Fabulam breuiter innuit Ouid. 4. Metamorphoseos,

Te quoque nunc adamas, quondam fidissime paruo Celme Ioui.

Celo, celas { κρύπτω } celare, Abscondere, tegere. Ouid. 2. de Arte,

Quæ bene celaris, siqua tamen acta patebunt,
Illa licet pateant, tu tamen vsque nega.

Secreti calles celant. Virgil. 6. Æneidos,

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, & myrtea circùm Sylua tegit.

Celare & occultare. Cic. 3. Offic. Atque etiam ex omni deliberatione celandi & occultandi spes opiniόque remouenda est.

Celare, cum accusatiuo personæ, vel rei. Cic. 1. de Nat. deor. Neque tu me celas, vt Pythagoras solebat alienos. Terent. Heaut. 4. 13,

-vt celet Senem. Cic. 1. Academ. Nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat existimo.

Celare, cum duobus accusatiuis, personę & rei. Terent. Adelph. 1. 1,

Ea ne me celet, consuefeci filium. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15, Nō enim te celaui sermonem.

Celare aliquem de re aliqua. Cic. pro Deiotaro, De armis, de ferro, de insidiis celare te voluit.

Celare aliquid alicui. Terent. Phormione,

Si hoc celetur patri, in metu sum.

Celare se à domino. Vlp. in l. Quis sit fugitiuus. D. de Ædil. edict. Fugitiuus est, qui extra domini domum fugæ causa quò se à domino celaret, mansit.

Celare ne. Plautus Aulul. 5,

Nam nunc, quum celo sedulò, omnes ne sciant, &c.

Celare se tenebris, Id est omnino se occultare, nec in mediū proferre sese. Virg. 9. Æneidos,

-tunc verò exterritus amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

Amorem. Ouid. 12. epist. vbi Medea Iasonem sic alloquitur,

Perfide sensisti: quis enim bene celat amorem?

Authorem, Tacere nomen authoris. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Culpam celare sub imagine falsa. Ouid. 2. Metam.

Damnum. Ouid. 9. Metam.

Crimina sua. Ouid. 2. de Arte.

Diem celare Sol dicitur, quum occidit: cui Promere diem, opponitur. Horat. in Carm. seculari.

Fugitiuum. Vlpianus in l. 1. D. de Seruis fugit. Is qui fugitiuum celauerit, fur est.

Furorem. Ouid. 15. epist.

Granum sub cortice celant mala punica. Ouid. 10. Metam.

Hamos celare cibis, Id est hamum in esca abscondere. Ouid. 15. Metamorph.

Ignem. Ouid. 6. Fast.

Inane. Lucret. lib. 1.

Ingenium celare, & Nudare, contraria. Horat. 2. Serm. sat. 8,

-ingenium res
Aduersæ nudare solent, celare secundæ.

Numen Iouis celare non potest. Cic. pro Deiotaro, Si veneno, Iouis illius quidem hospitalis numen nunquam celare potuisset, homines fortasse celasset.

Celare orata alicuius. Terent. Hecyr. 4. 1.

Pudorem. Ouid. 2. Metam.

Sententiam. Cic. 4. Academ. Aut cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram?

Vlcera incurata. Horat. 1. epist.

Turpia. Horat. 1. Serm. sat. 2.

Vultus timorem celans. Lucan. lib. 10.

Vluam. Ouid. 5. Fast.

Vultum celare manibus.Ouid.4.Metam.

Vultum prodentem gaudia celare.Horat.2.Serm.sat.5.

¶ Venditorem celare.Vlpian.in l.1.§.venditor. D.de act.empt. Sed scire venditorem & celare sic accipimus,non solùm si nô admonuit, sed etiã si negauit seruitutẽ istam deberi,quum esset ab eo quæsitum.

¶ Celor,Passiuum. Terent.Eunuch.2.3,

Vbi vbi est,diu celari non potest. Cæsar 7.bel.Gal.Neque rectè aut turpiter factum celari poterat. Cic. ad Qu.frat. lib.2. 16, Sed heus tu celari videor à te.

Celari & excludi. Cic. de lege Agraria, Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem,celabar,excludebar.

Foribus opertis celari.Ouid.2.Fastorum,

Di quoque templorum foribus celentur opertis. Id est abscondantur clausis foribus.

Fossæ celantur arundine,Id est operiuntur.Ouid.5.Trist.eleg.7.

Celatus,penult.prod. { ἀποκεκρυμμένος } Participium. Cic. pro Cluentio, Non est profectò de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum.

De aliquo celatus.Cic.pro Sylla, Credo Iudices,celatum Cassium de Sylla vno:nam de cæteris certè sciebat.

Non gratam inuito seruat celata salutem. Silius lib.17, vbi loquitur de Iunone,quę in pastoris formã conuersa,Hannibalem ab exercitu abduxerat,ne hostes illum interficerent.

Anni celati.Propert.lib.3.eleg.24,

At te celatis ætas grauis vrgeat annis.

Fores.Ouid.2.Metam.

Ignes,Ignoti amores.Ouid.9.Metamorphoseos,

Litera celatos arcana fatebitur ignes.

Peccata.Lucret.lib.5.

Virtus.Horat.4.Carm.9.ode.

Celatim { ἀποκεκρυμμένως } Aduerbium,pro occultè. Sisenna lib.6.Historiarum,Quammaximè celatim poterat,in insidiis suos disponit. Ex Gellio,lib.12.cap.15.

Celox,celocis, penult. prod.fœm.gen. { κέλης } Nauigium breue : dictum à celeritate,authore Nonio. Plaut. Capt.13, Vidi in publica celoce. Liuius 1.bel.Pun.Naues ducentæ viginti,quinqueremes,celoces viginti deductæ. Vide CELES.

CELSVS. Plagiarius carmine Horatij notissimus,1.epist.3,

Quid mihi Celsus agit monitus, multúmque monendus,&c. ¶ Alter fuit Cornelius Celsus,cuius medicinam habemus. Huius meminit Quintilianus.

Celsus { ὑψηλός } Adiectiuum,Altus, sublimis, excellens : à Cello antiquo verbo : vnde compositum Excello. Plinius libro 13.capite 24, Firmiores, celsiorésque infantes fore. Cic. 2. de Nat.deor.Quæ primùm eos humo excitatos,celsos & rectos constituit.

Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes. Horatius de Arte poet. Accommodata equiti attributione vocabuli dictum est. Celsus enim, vt ait Festus,à Græco κέλης deducitur, quo vocabulo significatur qui singulari equo vehitur. ¶ Celsos etiã iudices Marcellinus dixit libro 28,Et iudicibus,inquit, Celsis, itidémque minoribus. Sic fortasse Celsi Rhamnes magni sunt equites, aliísque ditiores & potentiores. Turnebus.

Celsus & erectus. Cicero 5. Tusculan. Qui autem poterit esse celsus & erectus,& ea quæ homini accidere possunt, omnia parua ducens,&c.

Status celsus & erectus.Cic.in Orat. De gestibus oratoris.

Celsior armis,Superior & potentior.Valer.lib.2.

Cunctis celsior.Claud.de bel.Get.

Celsus corpore.Liu.10.bel.Pun.

Celsa cristis auis.Plin.lib.10.cap.21.

Honore celsus.Ouid.epist.10.

Vertice celsior.Claud.de bello Get.

Arx celsa.Virg.1.Æneid.

Caput,Altissima pars corporis.Seneca Hippol.5.

Colles.Seneca Agamemn.

Collum.Ouid.11.Metam.

Corpus,Id est magnum.Silius lib.3.

Eques.Statius lib.1.Sylu.

Os celsum dicitur respectu totius corporis, quasi in alto positum. Claud.de Raptu Proserpinæ,

-tum talia celso Ore tonat. Id est clara voce:quod irato maximè conuenit.vel ex alto loco.Parrhasius.

Puppis.Virgil.3.Æneidos, -stans celsa in puppi.

Regia.Ouid.epist.1.

Celsissima sedes honoris & dignitatis.Cic.pro Sylla.

Sonipes.Seneca Hippol.10.

Sylua.Valer.lib.6.

Turres.Horat.2.Carm.ode.10.

Vertex montis.Cic.1.de Diuinat.

Vrbs.Virgil.3.Æneid.

Graditur celsa.Seneca Agamemn.

Nunc leuat in auras altior solito caput,

Graditúrque celsa. Hoc est,incedit erecta.

Celsitas,penultima corr. celsitatis, f.g. Magnitudo, altitudo. Cic.lib.3. Offic.Celsitas animi & magnitudo.Alij legunt, excelsitas.

Celsitudo,penultima producta,celsitudinis,fœm.gen. Vell.Paterc.lib.2, Tiber. Claudius Nero,iuuenis genere, forma, celsitudine corporis, optimis studiis,maximóque ingenio instructissimus.

Celsitudo,inis { ὑπεροχή } Pro excellentia. Sipontinus.

CELTAE { Κελτοί } Populi sunt Galliæ inter Sequanam & Garumnam amnes, sic à Celto Polyphemi filio dicti, vt scribit Appianus. Celtarum autem clarissimi sunt Hedui, vt Aquitanorum Ausci, & Belgarum Treueri.Pomp.lib.2.Vide Commentaria Cæsaris.

CELTIACA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ in conuentu Hispalensi, vt scribit Plin.lib.3.cap.1.

CELTIBERI { Κελτίβηρες } Populi Hispaniæ,qui à Celtis originẽ ducunt. Nam Celtæ Gallorum populi, relicta quondam prouincia, Iberiam Hispaniæ regionem habitauere. Vnde composito ex vtraque gente nomine,Celtiberi appellati sunt. Horũ meminit Strabo lib.3.& Plin. lib.3.cap.3. Lucan.lib.4,

-profugíque à gente vetusta

Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. Silius lib.3,

Venêre & Celtæ sociati nomen Iberis.

Celtiberia { Κελτιβηρία } Regio Celtiberorum:& est propriè ea pars quæ intra Iberum continetur.Plin.lib.4.cap.22.

Celtiberia cuniculosa.Catul.epigr.37. Quod ad cuniculos metallorum inscitè à nonnullis referri intelligo. abundat enim cuniculis tota Hispania,qui suffodiũt terram, messes populantur, radices exedunt stirpium,teste Strabone,quem vide.

Celtibericus,penult.corr. { Κελτιβηρικός } Adiectiuum à Celtiberia deductum.vnde Celtibericum bellum, & Celtibericam cladem dicimus. Vide Plin.lib.33.cap.3.

Celtiberius,Aliud adiectiuum.vt Celtiberia terra.Catul.epigr.37.

Celtiberus,Aliud item adiectiuum.vt Celtibera terra.Martialis libro 12. epigram.18, -Celtiberis

Hæc sunt nomina crassiora terris.

CELTICA, penultima correpta { Κελτική } Tertia Galliæ pars. Plin. lib. 4.cap.17, Gallia (inquit) Comata vno nomine appellata,in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A Scalde,ad Sequanam, Belgica : ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis : Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica antè dicta.

Celticus { Κελτικός } Adiectiuum.vt Celticus cruor.Silius lib.5.

Furor Celticus.Silius libro 4.

Rura Celtica.Silius lib.1.

CELTICVM { Κελτικόν } Promontorium est Hispaniæ citerioris, in Gallicorum tractu in Oceanum, Occidentem versus, quàm longissimè excurrens. Idem cum eo quod Ptolemæus Nerium, & vulgus nautarum hodie *Finem terræ* appellat. Vide Pompon.Melam lib.3.

Celtis,Genus est eximiæ testudinis, sed raræ,quam Troglodytæ, ad quos adnatat,vt sacram adorant. Cornigera est, vt in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuat. Ex Plin.lib.9.cap.10.

Celtis { λωτός } Est arbor insignis,magnitudine pyri, in Aphrica & potissimùm circa Syrtes nascens,quæ alio nomine Lotos appellatur. Incisuræ in foliis crebriores faciunt ne ilices videantur : fructui magnitudo fabæ, color croci : tam dulcis ibi cibus est, vt nomen genti dederit.Siquidem Lotophagi nominantur.Plin.lib.13.cap.17.

Celydrus,Lege CHELYDRVS.

C E M

CEMA, Narbonensis prouinciæ fluuius, ex Alpium monte Cemeno profusus.Plin.lib.3.cap.4.

CEMELION,Oppidũ Ligurię,nõ procul à portu Herculis Monœci:cuius meminit Plin.lib.3.c.5. Quidã Cemelleo scribunt,alij Cemello.

CEMENELEVM { Κεμενέλιον } Vrbs in Alpibus littoreis, authore Ptolemæo.Vulgò *Cemellio.*

Cementum,In CAEMENTVM.

CEMENVS, Mons Narbonensis Galliæ, non procul à Varo fluuio, ex quo Cema amnis profluit,vnde & monti nomen factum videtur. Vide Plin.lib.3.cap.4.

Cemus { κεμός } Herba est apud Plin.lib.27.cap.8,cuius descriptionem se idcirco prætermittere ait, quòd solis in amatoriis vsum habeat. Dioscorides lib.4,eandem esse ostendit cum Leõtopodio. ¶ *Cemus* autem videtur appellata,ex floris siue calycis figura:quoniã *pyxidicu*la Athenis ita nominabatur,per quã suffragia in subiectũ vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueuerant. Vide Ruellium lib.3.cap.130.

C E N

Cenchramides { κεγχραμίδες } Ficorũ grana,ita dicta à milij similitudine,quod Græci κέγχρον vocant.Plin.lib.15.cap.19,frumẽta appellat, Ficis mollis omnibus tactus:maturis frumenta intus.

CENCHREAE { Κεγχρεαί } Pelopõnesi oppidum est prope Corinthum in Isthmo ipso,iuxta fanum Neptuni. quem Strabo ob id Isthmium appellat.Author Pomponius lib.2.& Plin.lib.4.cap.4.& 5.

Cenchreus,penult.prod. { κεγχρεύς } Adiectiuum.vt,Cenchreæ manus apud Statium 4.Thebaid.

Cenchrias { κεγχρίας } Herpetis genus est, qui morbus à medicis finiri solet,Membri mortificatio,ac cum putredine & mollificatione dissipatio.Dicitur autem cenchrias,quoniam pustulæ succrescunt milij similitudine,quod cenchrum vocant.Vide Cæl.lib.30.cap.15.

Cenchris, huius cenchris, Genus serpentis venenosi.Plin.lib.20.cap. 22,Aduersus serpentes efficax,maximè cenchrin & scolopendras terrestres ac marinas.

Cenchris,huius cenchridis, fœm.g.Genus accipitris.Plin.lib.29.cap.6, Turturis fimum albugines extenuat:item cochlearum cinis, fimum cenchridis:accipitrum generis hanc Græci faciunt.

Cenchrites,penult.prod.cenchritæ,m.g.Gemmæ species,quæ veluti sparsa milij grana habere videtur.Vide Plin.lib.37.cap.11.

CENCHRIVS { Κέγχριος } Ioniæ amnis est ad Ephesum,Caystro proximus,per lucum Ortygiam fluens. in quo Latonam fabulãtur ab Ortygia nutrice lotam ex partu:accolæ aditũ olim quo peperit, ipsámq; oliuã,sub qua partu liberata quieuit,mõstrare soliti fuerunt. Tacitus lib.3,vbi de horum legationibus ad Senatũ missis,Primum,inquit,omnium Ephesij adiere memorantes, nõ vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cẽchrium amnẽ,lucum Ortygiam,vbi Latonam partu grauidam,& oleæ,quæ tum etiam maneat,adnisam,edidisse numina, deorúmq; monitu sacratum nemus.

Cenchron,Adamantis genus est,quòd sit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur.Plin.lib.37.cap.4.

CENDEVIA, Palus in Phœnice, intra montis Carmeli radices, ex qua creditur nasci Belus amnis, quinque M.pass.spatio in mare perfluens iuxta Ptolemaidem coloniam.Ex Plin.lib.36.cap.26.

CENAEVM {Κήναιον} Euboeæ promontorium, authore Strabone lib.10. Vbi Hercules à deuicta OEchalia reuersus, Ioui aram extruxit. Hinc Cenæus Iuppiter. Ouid.9 Metam.de Hercule.

CENEIA {Καινηΐς} Filia Cenei, quæ & Atalanta dicitur. Ouidius, Talia dicentem molli Ceneia vultu Aspicit.

CENEVS, In CAENEVS.

CENINA, Vrbs quæ fuit vicina Romæ, à Cenite conditore. Festus.

CENIS, In CAENIS.

CENITES, Viri proprium, qui Ceninam vrbem condidit. Festus.

CENOMANNI {Κενομανοί} Galliæ Celticæ siue Lugdunensis populi vulgò notissimi. Horum meminit Plin.lib.4. cap.18. ¶ Fuerunt & Cenomanni Italiæ populi, in quorum agro Cremona fuit & Brixia, eodem Plinio authore libro 3. capite 19. Cenomanni Galliæ, vulgò *Le Mans*.

Cenotaphium, cenotaphij {κενοτάφιον} Imaginarium sepulcrum: quale Virgilius describit lib. 3. Æneid. Solennes tum fortè dapes & tristia dona, &c. Quo loco Seruius tumulum inanem, cenotaphium esse dicit. Græcè κενὸς inanis dicitur: & τάφος sepulcrum: vnde nomen compositum. Suetonius honorarium tumulum appellat in Claudio, cap.1, Cæterùm (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas repræsentationes in anniuersariis exequiis vocamus. Hæc ex Budæo. Florentinus in l.monumentum.D.de relig.& sumpt.fun. Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulcrum. si verò nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum: quod Græci cenotaphium appellant.

Censeo, censes, censui, censum {οἴομαι, νομίζω, ἡγέομαι} censere, Putare significat, authore Festo: siue arbitrari, vt vult Donatus. Terentius Adelph.4.2, Censen' hominem me esse?

¶ Censere & Arbitrari veteres cognatione quadam, socia ac similia esse verba voluerunt. Varro de repub.lib.10, Quod verbum censeo & arbitror idem valebat. Ex Nonio.

¶ Censere {ἀποφαίνεσθαι} Est quod vulgò opinari vocant. Id est, sententiam suam explicata ratione approbare audientibus. Plinius Iunior in epistolis, Iam censendi tempus dixit Domitius Consul designatus. Hæc Budæus. Iabolenus, Cēsere, est constituere & præcipere. Vnde etiam dicere solemus, Cēseo vt hoc facias. Et Senatum aliquid censuisse. vnde Censoris nomen videtur esse tractum. Hactenus Iabolenus in l.censere. D.de verb. & rerum signif. Cic.7.Verr. Magnopere censeo desistas.

Magnopere censeo. In MAGNVS.

Sentire & cēsere. Cic.ad Brutum, De cæteris rebus quid senserim, quidve censuerim, audisse te arbitror.

Censeo vt. Cæs.1. bel. Ciuil. M.Calidius censebat vt Pompeius in suas prouincias proficisceretur.

¶ Censere dicitur Senatus, & populus iubere. Liuius 7.bel.Maced. Senatus eam pacem seruandam censuit: & paucos post dies populus iussit.

¶ Censere, Decernere, inquit Festus: & est iudicum in consessu sententiam dicentium.

Pellendum censuerunt armis à suis mœnibus. Cic.pro Flac.

¶ Territorium censere, pro, Imperare territorio censum. l.1.C.In quib.cauf.pignus vel hypoth.tacit.contrahit.

¶ Censere, Dicere. Plaut.Stich.8, Non ædepol possum. G.quid graûare? censeas.

¶ Censeri {τιμᾶσθαι} In censum ascribi à Censoribus. Cic.4.Verr. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. erat censa Prætore Peduceo: quintus annus quum te Prætore incidisset, censa denuo est.

Ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Cic.ad Atticum, lib.1.13.

Sub lustrum censeri. Cic.1.ad Attic.13, Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est.

Prædia censere. Cic. pro Flacco, In qua tribu denique ista prædia censuisti?

Modum agri censeri. Cic.pro Flacco.

¶ Censeor, censeris, census sum, censeri, Verbum deponens, Idem quod Censere, profiteri, siue deferre in censum apud Censores. Cic. pro Flacco, Verùm esto, gloriosus fuisti, voluisti magnum agri modum censeri, & illius agri qui diuidi plebi Romanæ non potest. Census es præterea numeratæ pecuniæ CXXX. eam opinor tibi numeratam non esse abs te. Sed hæc omitto. Census es mancipia Amyntæ: neque huic vllam in eo fecisti iniuriam: possidet enim ea mancipia Amyntas. ac primò quidem pertimuit, quum te audisset seruos suos esse censum.

Censendi causa. Cic.2. Verr. Quæ cōuenit vno tempore vndique, comitiorum, iudiciorum censendique causa.

¶ Censere, magísque assentiri. Suetonius in Augusto, cap. 35, Vt perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quàm assentiendum esset. Budæus.

¶ Censeri {εὐδοκιμεῖσθαι} Æstimationem, authoritatémque assequi, in pretio haberi. Cic.pro Archia, Atque hoc ideo mihi concedendū est magis, quòd ex his studiis hæc quoque censetur oratio & facultas, &c. Id est pretium & æstimationem meretur, & in primis laudatur. A Græcis ἀξιοῦσθαι dicitur. Hæc Budæus. Legitur in emendatioribus codicibus, crescit oratio. Plin.lib.8, Animalia igitur quædam bruta naturali quadam intelligentia prædita propter ea censentur.

Censere atque æstimare. Cic.in Paradoxo vltimo, Si censenda nobis atque æstimanda res, vtrum pluris æstimabimus, pecuniam Pyrrhi, &c.

Laude alicuius censeri, Id est probari. Claudian. epigr. 22. De Serena regina.

¶ Ætatem in censendo significare necesse est. Vlpian. in l.Ætatem. D.de Censib.

¶ Censere, Irasci. Varro, Ne vobis censeam, si ad me referetis.

Censio, Verbale {τίμησις} Æstimatio: vnde Censores. Festus, Censionem facere dicebatur censor, quum multam equiti irrogabat. Plaut. Rud.28, Assume quidem, ne censionem semper facias.

¶ Censionem bubulam Plautus festiuè vocauit verbera lori bubuli, cuius censura in seruos animaduertitur. Annotauit Turnebus.

Censio hastaria dicebatur, dum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quòd hastas daret. Festus.

Censitio, censitionis, Idem quod census, quo verbo vsus est Spartian. in Pescen. Nig.

Censitor, pen.prod. censitoris {τιμητής} Verbale ab antiquo verbo Censio quarti ordinis, Idem quod censor. Vlp. in l.forma. §. illam æquitatem. D.de censib. Illam æquitatem debet admittere Censitor, vt officio eius congruat, &c.

Censitorum vice fungi. Pomponius l. ergo. §. alluuio. D. de acq. rer.dom.

Censor, censoris {τιμητής} à censendo dictus est. Festus, Censores dicti, quòd rem suam quisque tanti æstimare solitus sit, quantum illi censuerint. Varro de Lingua Latina, Censor, ad cuius censionem, id est arbitrium censeretur populus. Asconius in Diuinationem Ciceronis de notis censoriis loquens, ita inquit, Regendis moribus ciuitatis Censores quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus ciues sic notabant, vt qui Senator esset, eiiceretur Senatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret. Hactenus Asconius. Cic.3.de Legib. Cēsores, populi æuitates, soboles, familias, pecuniásque censento, &c. Idem eodem lib. Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur. nec ij solùm literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legésque reuocabāt. Hæc detur cura Censoribus: quādoquidem eos in Repub. semper volumus esse. Apud eosdem, qui magistratu abierint, edant & exponāt quid in magistratu gesserint: déque iis Censores præiudicent.

Censor. quinquenne primum fuit censorum imperium, ea lege, quæ Gegano Macrino II, Quinctio Capitolino V. cos. lata est: Qua simul illud sancitum, vt è gente patricia crearentur. sed eam legem sexennio post Mam. Æmilius dictator correxit, lege lata, ne plus quàm annua ac semestris censura esset. grauis enim omnis diuturna potestas in libera ciuitate. Censorum erat munus, ciuitatem censere, vectigalia locare, vitia notare. notatio autem, & animaduersio in improbos ciues non eiusdem erat generis. senator senatu mouebatur: eques equum publicum perdebat: plebeius in Cæritum tabulas referebatur, & ærarius fiebat, hoc est, ferēdi suffragij & capiendi muneris publici potestate omni priuabatur, vt tantū ad æra pro suo capite, tributi nomine, pendēda ciuis esset. Cærites enim, inquit Gellius, pro sacris bello Gallico receptis, custoditísque, municipes sine suffragij iure facti: concessúmque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperēt, negotiis tamen atque oneribus vacarent. hinc tabulæ Cærites appellatæ, in quas censores referri iubebant, quos notæ caussa suffragiis priuabant. adimebant igitur censores quod cuique ordini summum erat: senatori ne in senatu esset: equiti, ne equitis insigne, publicum equū, & anulum aureū haberet: plebeio, ne suffragium ferret. quod enim præterea posset adimi, nihil erat. suffragij porrò amissionē sequebatur amissio simul omniū munerum publicorū, sicuti, suffragij iure concesso, scimus honorum simul ac munerum omnium partem esse datā. Erátne ciui Romano senatori, dicet aliquis, præter ordinis amissionem, alia pœna? erat. nam interdum non modò aditu curiæ prohibebatur, verùm etiam tribu mouebatur, in ærariósq; referebatur. moueri autem tribu, est, in tribum ignobiliorem transferri, vt ex rustica in vrbanam, vel in aliam rusticam minus honoratam. Æmilium quidem Mamercum, quòd censuræ tempus minuisset, à censoribus & senatu eiectum, & tribu motum, ærariúmque etiam, censu octuplicato, esse factum, Liu.lib.4.Decad.1, scriptū reliquit. eodémq; modo ciues Romanos ordinis equestris nō modò equo publico priuatos, verùm etiā in ærarios relatos esse, ex Valerio Maximo, aliísq; didicimus. Censoriam autem notam, atque ignominiam ij, qui succedebāt, censores plerúque soluebant, atque etiā, quod censor vnus statuerat, id alter sæpe mutabat: præterea notatos à censoribus pristinū in locum restituere vel iudices, re cognita, & iudicata, suis sententiis, vel populus ipse suffragiis & poterat, & solebat. quòd siquis è senatu eiectus, neque à censoribus sequentibus, neque à iudicibus, neque à populo in integrum restitutus esset: vnā habebat in senatum redeundi viam, si honores illos denuo populi suffragiis cōsequeretur, quos qui gesserant, iis, etiam si lecti in senatum à censoribus non essent, patere tamen curiam leges iubebant. Caussæ, quibus ciues Romani à censoribus notarentur, multæ traduntur. vt, si quis conceptis verbis peierasset: si, quum esset in prouincia, socios diripuisset, si pecuniā accepisse ob rem iudicandam putaretur, si propter æris magnitudinem prædia mancipasset: si paulo esset insolentior in sumptu: qua de re verba sunt hæc apud Gellium lib.4, Cornelium Rufinum, bis consulatu & dictatura functum, censor Fabricius senatu mouit ob luxuriæ notam, quòd decem pondo argenti facti haberet. notabantur etiam qui strigosiores equos haberēt. quibus equus publicus adimebatur. omnium denique rerum nomine malè audientes, vt furti, peculatus, captarum pecuniarum, pro socio, quorum criminum turpia iudicia vocabantur, à censoribus notabantur: vt tamen iidem illarū ipsarum rerum postea iudiciis absoluti, ius suum, censorum animaduersione ademptum, sæpe recuperauerint. neque vnquam iis, in quos animaduertissent censores, propterea vel magistratum capere, vel iudicem legi, vel alterum accusare non licuit. In censis pœna fuit grauissima, bonorum & libertatis amissio: eámque significat quidem Liuius, quum ait lib. 1, Seruius censum maturauit metu legis de incensis latæ: narrat autem apertè Dionysius. τὸν δὲ, inquit, μὴ τιμησάμενον τιμωρίαν ὥρισε, τὴν τε οὐσίαν στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι. Ex P. Manutij libro de legibus, & ex libro de ciuitate Romana.

Censor & castigator. Horat. in Arte.
Minorum censor. Horat. in Arte.
Magister disciplinæ, & seueritatis Censor. Cic. pro Cluent.
Magister morum. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3.1.
Præfectus moribus. Cic. pro Cluentio.
Rigidus. Iuuenal. sat. 11.
Sanctissimus. Quintil. lib. 4. in procemio.
Tetricus. Martial. lib. 12. epigr. 71.
Censoribus vectigalia locare nisi in conspectu Populi Romani nõ licet. Cic. 1. Verr.
Animum censoris sumere. Horat. 2. epist. 2,
Cum tabulis animum censoris sumet honesti.

Censorius {τιμητικός} Adiectiuum, Quod ad Censorem pertinet.
Censoria animaduersio & authoritas. Cic. pro Cluentio, Maiores autem nostri nunquam neque iudicium nominauerunt, neque perinde vt rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem atque authoritatem censoriam.
Censoria castigatio. Plin. lib. 18. cap. 6. Et paulo pòst.
Grauitas censoria. Cic. pro Cælio, Sed quid ego Iudices, ita grauem personam induxi, vt & verear ne se idem Appius repente conuertat, & Cælium incipiat accusare illa sua grauitate Censoria?
Homo censorius, Qui censuram gessit. Valla lib. 4 cap. 84. Cic. 2. de Orat. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium?
Iudicium rationémque censoriam tenere. Cic. in Piso.
Nota censoria. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Lex. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1.
Ratio. Cic. in Piso.
Seueritas. Cic. in Piso.
Subscriptio. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Censoriæ tabulæ. Cic. pro Cluent.
Virgula. Quintil. lib. 1. cap. 2, Veteres grammatici non versus modò censoria quadam virgula notare, &c.
Censorium non est. Cic. pro Cluent. Hominum delictum, fortunę iudicio committere, minimè censorium est.

Censura, ræ, pen. prod. {τιμητεία} Censoris officium. Plin. lib. 14. cap. 4, Catonum ille primus, triumpho & censura super cætera insignis.
Annua & semestris. Liu. lib. 4 ab Vrbe, Se legem laturum, ne plus quàm annua ac semestris censura esset.
Quinquennalis. Liu. lib. 4. ab Vrbe, Alios magistratus annuos esse: quinquennalem censuram grauem esse.
Aspera censura Fuluij Flacci & Posthumij Albini fuit. Paterculus libro 1.
Agere censuram. Ouid. 6. Fastorum,
Sic agitur censura, & sic exempla parantur.
Peragere. In PERAGO.
Censuræ lex. Propert. lib. 4. eleg. 12.
Censuram vini facere. Plin. lib. 14. cap. 6.
¶ Censura, Reprehensio, correctio. Plin. Iunior, Panegyr. Nam vita principis, censura est, eáque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur. Hoc est, Bona principis vita est subditis regimen morum.
Cachinni censura. Iuuenal. sat. 10.
Vexat censura columbas. Iuuen. sat. 2.

Census {τιμώμενος} Participium, siue Nomen ex participio, pro diuite, vt ait Asconius. Cic. 3. Verr. Is quum haberet vnicam filiam, neque census esset, quod eum natura hortabatur, lex vna prohibebat, fecit vt filiam bonis suis hæredem institueret. Ibidem, In his nuper Annia ea de multorum propinquorũ sententia, pecuniosa mulier, quòd censa non erat, testaméto fecit hæredem filiam. Id est neque centum millia sestertiûm possideret. nam more veterum Censi dicebantur, qui centum millia in professione detulissent. huiusmodi adeò facultates Census vocabantur. Asconius.

Census, huius census {τίμημα, οὐσία, ἀπογραφή} dicebatur æstimatio rerum ac bonorum facta: secundum quam tributa pendebantur. vnde Censum agere est recésere hominum facultates. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Censum instituit, rem saluberrimam táto futuro imperio. Valla in Raudensem, Census, est id quod principi per capita soluitur, siue per focos. vnde quis dicitur soluisse, aut non soluisse censum.
¶ Censum, censi, neut. g. teste Nonio. Cic. de Consulatu suo, Quorum luxuries fortunata censa peperit.
Censui censendo agri propriè appellantur, qui & emi & vænire iure ciuili possent. Festus. Cic. in orat. pro Flacco, Illud quæro sint ne ista prædia censui censendo, habeant ius simile, sint necne sint mancipi, subsignari apud ærarium, apud Censorem possint?
¶ Census, inquit Theoph. significat tabulam, aut chartam, in qua Romani facultates suas conscribebant, vt belli tempore pro modo patrimonij sui vnusquisque conferret. §. 6. de his qui sunt sui vel alien. iur.
Censu manumittebantur serui olim, qui lustrali censu, Romæ, iussu dominorum, inter ciues Romanos censum profitebantur. Vlp. tit. 1. de Libertis, in Inst.
Census lustralis. Vide Lustrum condere, in LVSTRVM.
Vitia censuum. Vlp. in l. vitia. D. de censib. Vitia priorum censuum editis nouis professionibus euanescunt.
Impudens locupletum census. Cic. ad Brutum, Obdurescút enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, quod ex centesima collatum, impudenti censu locupletum in duarum legionum præmiis omne consumitur.
Habere censum. Cic. 4. Verr. In censu habendo potestas omnis æstimationis habendæ, summæque faciundæ Censori permittitur.
Impendere. Cic. ad Attic. lib. 4, Sanè velim scire num censum impendant Tribuni diebus vitiandis.
Liberari. Cicero pro Cecinna, Quum autem in censum vendidit, hoc iudicat, quum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur.

Seruare census. Cic. Verr. Census, qui isto Prætore sunt habiti, non seruaturum se Metellus ostenderat.
¶ Census, Quicquid fortunarum quis habet. Iuuenalis, Protinus ad césum, de moribus vltima fiet Quæstio. Cic. 2. de Leg. A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, &c.
Census & fortunæ. Vlp. in l. cogi. D. ad Trebell. Si patrimonium fuerit rogatus, & si facultates, & si quicquid habeo, & si censum meum, & si fortunas meas, & si substantiam meam, & si peculium meum testator dixerit, &c.
Æstimatio census. Cic. in Parad. Non æstimatione census, verùm victu atque cultu terminatur pecuniæ modus.
Breuis, Id est tenuis. Horat. 2. Carm. ode 15.
Exiguus. Horat. 1. epist. 2.
Exuperans cuncta patrimonia. Iuuenal. sat. 10.
Indomitus. Iuuenal. sat. 14.
Intactus. Lucan. lib. 3.
Magnus. Iuuenal. sat. 14.
Priuatus. Horat. 2. Carm. ode 15.
Tenuis, & Homo tenui censu. Horat. 1. epist. 7.
¶ Diues antiquo censu Horat. 2. Serm. sat. 3.
Sine censu homo. Cic. pro Flacco, Nunc verò quid putem, Trallianos Meandrio causam commisisse, homini egéti, sordido, sine honore, sine existimatione, sine censu?
Germanicus agendo Galliarum censu intentus. Tacit. lib. 1.
Nobilitate census non maior. Ouid. 9. Metamorphoseos,
-nec census in illo
Nobilitate sua maior. Id est tam nobilis quàm diues.
Cultus maior censu. Horat. 2. Serm. sat. 3.
¶ Augere census reditu quodam. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10,
Turpe thori reditu census augere paternos.
Omni censu maiorum carere. Iuuen. sat. 1.
Ex censu tributa conferre. Cic. 4. Verr. Siculi ex censu quotannis tributa conferunt.
Honores dat census. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7,
Ianua pauperibus clausa est, dat census honores.
In censu dedicauit prædia. Cic. pro Flacco.
In censum deferre. Vlpianus in l. forma. §. lacus. D. de censibus, Lacus quoque piscatorios, & portus in censum dominus debet deferre.
Demittere censum in viscera, Est abligurire bona. Ouidius 8. Metamorphoseos.
Eruitur census. Lucan. lib. 3.
Extendere breues census. Martial. lib. 12. epigr. 6,
Largiri, præstare, breues extendere census, &c.
In censum irrepsisse. Cic. pro Corn. Balbo. Non enim furatus esse ciuitatem, non genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mẽdacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur.
Partus per vulnera. Ouid. 3. Amorum, eleg. 7. Id est diuitiæ bello partæ.
Requirere census. Cic. pro Archia.

Census. egregia multa sunt, nec à multis animaduersa, quæ de censu ciuium Romanorum à veteribus tradita licet colligere. Censebantur ciues Romani, non vbi ad ætatem ferendis armis idoneam, hoc est ad annos XVII, peruenerant: quod video quosdam existimasse: sed à quo primùm die nati erant. nam si robustiores tantùm censi essent, Ser. Tullio regnante, qui censum instituit, Romæ fuissent hominum ducenta millia. siquidem Liuius octoginta millia, Dionysius etiam plures in primo censu commemorat: vt necesse sit, eos, qui nondum per ætatem gestare arma possent (omitto senes affectæ iam ætatis ob infirmitatem virium domi sedentes, aut in lectulis cubantes) haud ferè pauciores ducentis millibus fuisse. tátǒque marium numero parem fuisse numerum fœminarum, æquè necessarium videtur. quod certè, ad æstimationem quidem iudicij mei, vix est vt credi possit domus, id quod verum est, vrbem Romam quinque regum virtute ac sapientia rebus omnibus vehementer esse auctam. annorum verò CLXXIII spatio (in illo enim regni principio Seruius, sextus rex, césum instituit) incrementa fuisse tanta, vt capitum ducenta millia, quá hodie multitudinem in vna aut altera Europæ vrbe vix, aut fortasse ne vix quidem inuenias, numerata sint, ita simile veri non est, vt mõstri simile videatur. ipse etiam Liuius lib. IIII, quum ait, Q. Fabio, T. Quinctio coss. censa ciuium capita CXXIIII millia, CCXIIII, præter orbos orbásque, nullam ætaté, orbis exceptis, nullúmque sexum censu exclusum, satis indicat, idémque lib. LIX significat, quũ inquit: Censa sunt CCCLXVIII millia, DXIII, præter orbos & viduas. Quæ si cui dubia videntur argumenta, Dionysij Halicarnassei legat historiam. nam ex eius verbis, quæ sunt lib. 1, non modò cuiusque rem esse æstimatam, quod vnum Liuius, scriptor quandoque parum diligens, tradidit, verùm etiam ætates omnium, vxores, liberos, locũ vbi habitarẽt, vel in vrbe vel in agro, publicis in tabulis notatum, planissimè ostẽditur. Quod autem ad libertinos attinet, eos item vnà cum ingenuis esse césos idem Dionysius eodem in loco significat. Verum verò, qui extra pomœrium, an soli qui intra pomœrium habitabant, censerentur, dubitare non licet: quum ab eodem & de agro Romano fieri mẽtionem videamus. Et vt de rusticis Romanis censis ex Dionysio, sic de municipibus, postea quam communicari cœpta ciuitas est, planè constat ex eo Pediani loco: Conuenerat ex municipiis cuiuscúque modi multitudo, aut, propter comitia, suffragiorum causa, aut ludorum, aut vt censeretur. nec tamen obscurè idem significant illa verba pro Cluentio: Illum tabulas publicas Larini censorias corrupisse, decuriones vniuersi iudicauerũt. certè enim de tabulis iis intelligit, in quas césores, quum ciuium Romanorum censum agerẽt, municipum nomina retulerant. Coloni ante bellum Punicum secundum non césebantur. ait enim Liuius sic lib. XXIX: Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus censoribus censum acceperunt: vt quãtum numero militum, quantum pecuniæ valerẽt, in publicis tabulis monumenta extarẽt. Censebantur quinto

quoque

quoque anno, lustro scilicet cõfecto. quod integrum quatuor annorum spatium fuit. tametsi, vltra quadriẽnij interuallum, vel bello, vel domesticis discordiis, vel alio casu, sæpe productum esse censum, obseruauimus. Magistratus huic muneri præfuit, primùm, qui summus in vrbe fuit, reges duo postremi, Seruius & Superbus: eiectisq; regibus, consules: deinde, quum consules bellis impedirentur, censores, qui ab re nomen acceperunt. Cẽsus in foro fiebat: lustrum in campo Martio condebatur, cæsis sue, oue, tauro: quod sacrificium & solitaurilia, & suouetaurilia vocabant. de lustro Liuius, Dionysius, omnes historiæ narrant. de censu inde coniicio, quòd equites trabeatos per medium forũ Idibus Quinctilibus ante censores sua manu equum traduxisse, Liuius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmant. qua in re significanda, verbum, transuehere, veteres historici libenter vsurparunt: Cicero, traducere dixit. quòd si equites in foro censebantur: de cæteris, nihil obstat, quin idem putemus. A principio, è Seruij regis instituto, in sua quisque classe, quæ in centurias dispertitæ erant, hoc est, ex suo quisque censu, quæ rei familiaris erat æstimatio, cẽsebatur: qui centum millia, cóve amplius possideret, in prima classe: qui infra cẽtum vsque ad septuaginta quinque, in secunda: inde ad quinquaginta millia, in tertia: inde ad viginti millia, in quarta: ab eo ad vndecim millia, in quinta: infra verò, in sexta. ex quo sequitur, vt decuriones, equites, senatores omnes in prima classe censerẽtur: quandoquidem neque decurio poterat esse, qui centum millia non haberet: neque eques, qui quadringenta millia: neque senator, qui octingenta millia. Post expletas verò x x x v tribus, non in cẽturiis, sed in sua quenque tribu cẽsum esse crediderim. senatores enim, clarissimos viros, summis honoribus functos, ipsos, inquam, cẽsores, M. Liuium Salinatorem, C. Claudium Nerone, in suis vtrunque tribubus, nulla facta classiũ mentione, censum esse. Liuius libro x x i x perspicuè demonstrat his verbis: Equitum deinde census agi cœptus est. & ambo fortè censores equum publicum habebãt. quum ad tribum Polliam ventum est, in qua M. Liuij nomen erat, & præco cunctaretur citare ipsum censorem: Cita, inquit Nero, M. Liuium: & siue ex residua & vetere simultate, siue intempestiua iactatione seueritatis inflatus, M. Liuium, quia populi iudicio esset condemnatus, equũ vendere iussit. Item M. Liuius, quũ ad tribum Narniensem, & nomen collegæ ventum est, vendere equum C. Claudium iussit. Festus tamen videtur significare, post expletas etiam x x x v tribus censos esse ciues Romanos in centuriis: ait enim sic, Niquisciuit centuria est, quæ dicitur à Ser. Tullio rege constituta, in qua liceret ei suffragium ferre, qui non tulisset in sua: ne quis ciuis suffragij iure priuaretur. nã, scisceto, significat, sententiam dicito, ac suffragium ferto: vnde scita plebis. sed in ea centuria neque censetur quisquam, neque centuriæ præficitur, neque centurialis potest esse: quia nemo certus est eius centuriæ. est autem, Niquisciuit, nisi quis sciuit. Pedianus etiam, cuiusque ciuis nomen in albo suæ cẽturiæ scriptum fuisse, tradidit: indéque exemptos qui à censore ærarij fierent. itaque hanc veterum quasi cõtrouersiam ita dirimemus, vt nominatas quidem & recognitas in censu singulas tribus, nomina tamen ciuium in sua cuiusque centuria scripta esse dicamus. Et quoniam tria genera ciuium fuisse constat, senatores, equites, plebem, &, plebi equites, equitibus senatores dignitate præstitisse constat: ratio postulat, id quod etiam veterum exempla testantur, vt in censu primus ordinis senatorij locus, equitũ secundus, plebis verò fuerit postremus. primùm igitur recitabãtur omnium senatorum nomina. erat autem, inter ipsos senatores primùm recitari, perhonorificum: isque princeps senatus vocabatur. id in arbitrio cẽsorum positum erat: à quibus tamen neminem, nisi de consularibus, principem senatus esse lectum, animaduertimus. eodem modo princeps equestris ordinis dicebatur is, quem censores primo loco scripsissent in iis tabulis, quæ equitum nomina continebant. Ex P. Manut. obseruationibus.

Censualis, & cẽsuale, pen. prod. {τιμητικός} Vlp. in l. forma. D. de censib. Forma censuali cauetur, vt agri sic in censum referantur.

Censualis cõtractus est, quum quis ius quod in re habet, siue directum, siue vtile dominium alienat prorsus in aliũ pro certa pecunia, puta pro centum, & præterea constituto annuo censu. Sed per emphyteuticarium contractum non trãsfertur omne ius in emphyteutam. l. 1. C. de iur. emphyteut.

Lex censualis. Alciat. in lib. 1. Taciti, Quæ regiones ius ciuitatis Romanæ non habebant, grauioribus tributis vexabantur. censuali enim lege profiteri cogebantur quot capita essent in qualibet familia, quot iugera terræ, quot seruos quis haberet. sed & de lacubus piscatoriis cẽsus soluendus erat Vlpiano Paulóq; Iurecõsulto testibus.

Vincula censualia. Vlpianus in l. forma. §. siquis inquilinum. D. de censibus, Siquis inquilinum vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur.

CENTAVRETVS, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiso, equo eius potitus, eum ouás conscendit. Quod ille indignè ferẽs, præceps in abrupta desiliit, vnáque cum sessore est exanimatus, vt ex Philarchi sententia refert Plin. lib. 8. cap. 42.

Centauria, siue Centaurion {κενταύρειον τὸ μέγα, κενταύρειον τὸ μικρόν} Genus herbæ. Est autem centaurion minus & maius. Plin. lib. 25. cap. 6, Centauria dicitur curatus Chiron, quum Herculis excepti hospitio pertractãti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Centauria maior est illa radix quæ à Pharmacopolis appellatur *Reuponticum*. Centauria autem minor à Senensibus vocatur *Biondella*, Matthiolus Senensis. Ruell. lib. 3. cap. 6. & 7, dicit Centaurium maius, esse eam herbam, quæ ab officinis (quãquam falsò) *Reuponticum* nominatur. Centaurium autem minus (inquit) cognomine, quod aliqui Libadion vocant, quoniam secundum fontes nascitur: alij Limnesion, quòd propter lacus in riguis vbertim prosiliat: officinis hodie *Centauria minor*, Latinis fel terræ propter amaritudinem summam, nonnullis febrifragia vocitatur, &c. Vide illis locis plura.

Centaurea, per secundam vocalem e, in penultima, gen. neut. plur. n. legitur apud Virgil. lib. 4. Georgicorum,

Cecropiúmque thymum, & graueolentia centaurea. Lucret. lib. 4,
Abrotaníque graues, & tristia centaurea.

Centaurum etiam n. g. legitur apud Lucret. lib. 2. vbi inquit,
At contra tetra absinthi natura, ferique
Centauri. Quo loco non dubium est quin intellexerit Centaureũ, quod Latini vocant Fel terræ, & feritatis cuiusdam nomen ei tribuunt, non solùm ob feritatem Centaurorum, à quibus nomen habebat, sed etiam ob amaritudinem saporis. Turneb.

Centauris, Plinio tertia est Centaurij species, cognomento Triorches, eò quòd qui eam secat, à Triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 7.

CENTAVRI, qui & Hippocentauri {κένταυροι} Thessaliæ populi, habitantes secundum Pelium mõtem. Author Plin. lib. 7. cap. 56. Fabulæ aiunt Centauros esse semiferos, hoc est superiore parte homines, inferiore autem equos, ita vt Centaurus nihil aliud sit quàm homo sine pedibus, & equus sine capite. Quidam ioco dixit in natura Centauri equum eructare hominem, & hominem cacare equum. Veritas historiæ hoc habet, Centauri, populi sunt Thessaliæ, secundum Pelium montem habitantes, dura sane & agrestis natio. Hi primi ex equis pugnare inuenerunt: quũ antè equis vehi Bellerophon, frænis & ephippiis vti Peletronius inuenissent. Hinc igitur datus fabulæ locus, & à stimulando calcaribus equo, Centaurus appellatus est: propter quod & Hippocentaurus, hoc est equi stimulator est dictus. Cẽtaurorum nomina qui magis insignes fuerunt, hæc sunt, Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus, qui suscepisse Herculem hospitio dicitur. Lucan. lib. 6, Hospes & Alcidæ magni Phole.

Feri. Lucret. lib. 2.
Furentes. Virg. 2. Georg.
Nubigenæ, & Bimembres. Virg. 8. Æneid.
Ixionidæ. Hoc est, Ixionis filij. Ixion enim amatam Iunonem de stupro interpellauit. Illa confessa Ioui est: & ex eius volũtate nubem in suam formam conuersam Ixioni obtulit. vnde feruntur nati esse Centauri. Seruius in illud 6. Æneid. Centauri in foribus stabulant.
Sæuus. Ouid. 12. Metam.
Semiferi, id est semiequi. Lucan. lib. 6.
Semihomines. Ouid. 12. Metam.
Truces. Seneca Herc. fur. 9.

Centaurides {κενταυρίδες} Genus ornamenti muliebris, apud Pollucem lib. 5. cap. 16.

CENTAVRVS {Κένταυρος} Fluuius Ætoliæ est, qui prius Euenus dicebatur, post Nessi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus vocitatus.

¶Centaurus, Nomen nauis, apud Virg. lib. 5. Æneid.

Centaureus {κενταύρειος} Adiectiuum. vt, Centaurea rixa. Horatius 1. Carm. ode 18.

Centauricus {κενταυρικός} Aliud adiectiuum. vt, Lustra Centaurica apud Stat. 1. Achil.

Centaurium, Medicamentum à Chirone Centauro inuentum, vt ait Festus. Vide CENTAVRIA.

Centenarius, Centenus, Centesimus, Centies, In CENTVM.

Centiceps, In CENTVM.

Centifolia {ἑκατόμφυλλον} Rosa, de qua vide Plin. lib. 21. cap. 4.

Centigranum, pen. prod. Genus tritici. Plin. lib. 18. cap. 10.

Centimanus {ἑκατόγχειρ} penult. corr. Qui centum manus habet: cuiusmodi fuisse Briareum gigantem refert Virgil. 6. Æneid. Ouid. 3. Metamorphoseos,
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa.
Centimanus Gyges. Horat. 3. Carm. ode 4,
Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum.

Centinodia, Herba quæ & genicularis à Latinis, à multis nodis & geniculis dicta, & eadẽ ratione à Græcis polygonon appellata est, & polygonaton. sunt & qui sanguinariam appellent. Plin. lib. 27. cap. 12.

CENTINVM {Κέντινον} Vmbriæ oppidum, apud Ptolem. lib. 3. cap. 1. Alij Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plin. suffragatur, qui in Vmbriæ descriptione Sentinatium meminit.

Centipeda, pen. corr. Vermis: de quo sic Plin. lib. 29. cap. 6, Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, Animal est è vermiculis terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahẽs se. Vermem esse autumant, quem nos vulgò *Clausportam* appellamus. Vide Diosc. lib. 2. & Galen. lib. 2. cap. 2. de cõpos. pharmac. sec. locos.

Centipellio, centipellionis. Plin. lib. 28. cap. 9, de hircis, Testes quoque eius inueterati, vel genitale maris salutariter dantur in vino: Item ventres qui centipelliones vocantur.

Centipes {ἑκατόμπους} Piscis est alio nomine Scolopendra dictus. Dicitur à terrestris Scolopendræ similitudine. Hic hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum egerat, deinde resorbet. Author Plin. lib. 9. cap. 43.

Cento, centonis, pen. prod. m. g. {κέντρων} Sipontinus, Centones à villorum multitudine: quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. Sunt enim stragula crassiora villis passim pendentibus, quibus & lecti vilissimarum personarum sternuntur, & tabernacula, omnísque castrensis supellex pluuioso tempore velatur. Sisenna lib. 3. hist. Aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obteguntur. Cæs. 2. bel. Ciuil. Centonésque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa cõtabulationem perfringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent.

¶Cento, Genus vestimenti rustici. Colum. lib. 1. cap. 8, Cultam, vestitámque familiã magis vtiliter, quàm delicatè habeat, munitámque diligenter à vento, frigore, pluuiáque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis. Cato cap. 2.

¶Centones. Fasciculi ex pannis aut linteis sordidis compacti, quibus ædium instrumenta deterguntur. Apud Vlp. l. 12. §. 12. D. de instr. vel instr. positum videtur pro his, qui perticis impositi aceto immerguntur ad incendium extinguendum. Hotomanus.

¶Centones, Vestes è variis panniculis, ac diuersis etiam interdum coloribus consarcinatæ. Iuuen. sat 6,
Intrauit calidum veteri centone lupanar. Ad harum similitudinem centonem vocant carminis genus, ex diuersis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, contextum, quasique consutum: Græci κέντρωνας, appellāt addita litera, quam abiiciunt Latini. Extant adhuc Homerocentones & Virgiliocentones Probæ mulieris. Ex Erasmi Chiliadibus.

Centones farcire alicui, Prouerbium. Plaut. in Epid. 10,
Quin tu, alium quæras, cui centones farcias. Id est, quē tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines gloriosi mendacium aliud ex alio connectere: nullum facientes neque finem neque modum. Erasmus in Chiliadibus.

Centunculus, pen. corr. Diminutiuum {κεντρώνιον.} Liu. 7. ab Vrbe, Mulis strata detrahi iubet: binisque tantum centunculis relictis, &c.

¶Centunculus, Herba, de qua Plin. lib. 24. cap. 15, Itali centunculum vocant rostratis foliis ad similitudinem capitis penularum iacentem in aruis. Græci autem clematidem. Dioscorides autem lib. 3. cap. 112, Centunculum à Romanis herbam vocari ait, quam Græci Gnaphalion & Chamezelam vocant. Ratio nominis tracta videtur à molli foliorum lanugine, qua ad inferciendos centones tomenti inopia suppleri posset.

Centrines, genus culicum. Plin. lib. 17. cap. 27, Est & aliud genus culicum quos vocant centrinas, fucis apum similes ignauia malitiáque cum pernicie verorum & vtilium. Interimunt enim illos, atque ipsi moriuntur.

Centrones, Fures dicebātur manifestarij, quoniam dum in quæstione haberentur, stimulos, quæ vocant centra, illis admouere mos fuit: vnde Centrotypi vocantur, aurigæ, qui stimulis equos exagitant. Hæc Cæl. lib. 10. cap. 5.

CENTRONES, Alpini populi, Octodurensibus finitimi, in quorum tractu Salustianum æs repertum est, quod aliquandiu maximo fuit in pretio. Vide Plin. lib. 3. cap. 20. & lib. 34. cap. 2.

Centrum, centri {κέντρον} Punctus in medio circuli, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt inter se æquales. ἀπὸ τοῦ κεντεῖν. Cic. 1. Tuscul. Persuadent enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad vniuersi cæli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant.

Centrum solis. Plin. lib. 18. cap. 29, Solis centro bis æquinoctialem circulum secans.

Centra, in arboribus & in marmore quæ dicantur, declarat Plin. lib. 16. cap. 39, Inueniuntur (inquit) in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra, id est duritia clauo similis, inimica serris.

Centrum in crystallo. Plin. lib. 37. cap. 2, de crystallo verba faciens. Infestantur plurimis vitiis scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliqua vomica, præduro fragilíque centro.

Centralis, & hoc centrale, pen. prod. {κεντρικός.} vt, Terra centralis, quæ est in medio mundi. Plin. lib. 2. cap. 23, Quoniam terra centralis interueniat.

Centrosus, pen. prod. Adiectiuum {κεντρώδης.} vt, Centrosa scobs, id est limatura admodum dura, veluti centrum, quod in marmore vel iunipero inuenitur. Plin. lib. 37. cap. 7, Adulterantur vitro simillimæ, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ. mollior enim materia & fragilis, & centrosa scobe deprehenduntur: & pondere, quod minus est vitreis, & aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Centum {ἑκατόν} Nomen numerale indeclinabile.

Centum dies. Cic. pro Milone, Hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt.

Centum emere, pro centum nummis emere. Paulus l. diligenter. D. mandat. Itaque si mandauero tibi, vt domum Seianam centum emeres, &c. Sic etiam Centum vendere, eadem loquutione.

Centum, indefinitè pro pluribus nonnunquam à poetis accipitur. Sic centum greges apud Horatium, 2. Carm. ode 16. & centum iuuenci apud eundem lib. Epod. 17. & Centum puer artium, 4. Carm. ode 1.

Centum missus circēses. Sueton. in Domitian. Circensium die, quò facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Centū missus circenses sunt, inquit Seruius, vnius diei: centum enim currus mittebantur, quare scribit Virgilius,
Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus. Vltimus autem missus ærarius vocabatur: quanquam & cētum pro multis poetarum consuetudine accipi possent. Turnebus.

Centies {ἑκατοντάκις} Aduerbium, vt, Cēties circunspicere prius, quàm, &c. Plaut. Rud. 24.

Centies dicere. Plaut. Pseud. 20.

Centies facta syngrapha. Cic. 2. Philipp.

Centies H S. reliquit. Cic. ad Attic. lib. 2.

Centies vicies prælatus. Plin. lib. 7. cap. 28.

Centies & octogies, vel Centies & tricies. Cic. in Pison.

¶Centies aureorum, præcisa loquutione, pro centies centena millia aureorum. Cels. l. 88. D. de verb. signif. Tantū quisque pecuniæ reliquit, quantum ex bonis eius refici potest. Sic dicimus cēties aureorum habere, qui tantum in prædiis cæterisque similibus rebus habet. Hotom.

Centenarius {ἑκατοντάριος} & similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum quæ non nominantur. vt, Lapis centenarius, non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo cētenarius, non quòd sit centumgeminus, sed quòd habeat centum annos. Sipontinus.

Centenarius numerus gregum. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 5.

Centenaria pondera. Plin. lib. 7. cap. 20.

Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus præter terræ nata impendebantur, id est centum assibus: qui erant breues nummi ex ære. Festus.

¶Centenarij, à Iurisconsultis dicuntur, qui centum millia H-S. in bonis habent, vt scribit Imperator. §. 4. de success. liber. qui, vt ait Asconius, more veterum censi dicebantur. De centenariis Vlpianus frequenter in l. 16. D. de iur. patron. Quod autem apud Imperatorem legitur centum millia H-S. centenis aureis comprehendi, falsum est. Non enim centeni, sed milleni aurei siue solidi, centum sestertium millia conficiunt. Hotomanus.

Centenus, pen. prod. Adiectiuum {ἑκατόν.} Plin. lib. 11. cap. 37, Iecur maximè vetustatis patiens centenis durare annis, obsidionum exempla prodidere. Id est, centum. Centena sestertia pēndere, vel capere ex prædiis. Cic. ad Attic. lib. 6. 112. & in Parad.

Centena pondo dicebant antiqui referentes ad libram. Festus.

Centeni viceni quini homines. Plin. lib. 7. cap. 49.

Centena vicies LXXXIII. M. hominum. Plin. lib. 7. cap. 26.

Decies centena. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Decies centena milia. Plin. lib. 33. cap. 10, Non erat apud antiquos numerus vltra centum milia, itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena milia, aut sæpius dicantur.

Centenos annos excedere. Plin. lib. 7. cap. 2.

Centena sestertia pendere, vel capere ex prædiis. Cic. ad Attic. lib. 6. & in Paradox.

Arbore centena fluctus verberare. Virg. 10. Æneid. Id est centum ingentibus remis. Est autem auxesis ad amplificandam exprimendámque nauis magnitudinem quę plures habuit remorum ordines, vt ait Seruius.

Asses centenos vicenos quinos diuidere. Liu. 6. bel. Maced. Militibus, qui currum sequuti sunt, centenos vicenos quinos asses diuisit.

Centenæ columnæ. Martial. 12. epigramm. 50, In habentem amœnas ædes.

Eques centenus. Stat. 6. Thebaid.

Iudex. Ouid. ad Pisonem, Id est iudicium centum virorum.

Centenæ manus, pro centum manus apud Stat. lib. 10. Theb.

Centesimus, pen. corr. {ἑκατοστός} Adiectiuum. vt, Centesimum fructum ager attulit: hoc est centies tantum, quantum sementis acceperat. Centesima fruges, idem. Plin. lib. 5. cap. 4, Ita appellatur regio CCL. M. passuum fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra.

Centesima pars. Plaut. Capt. 7.

Centesimus dies. Plin. lib. 5. cap. 9.

Centesima {ἑκατοστή, ἑκατοστιαῖος τόκος} Genus vsuræ, de qua sic Budæus, Atqui quum hæc ratio centesimę duodenos nummos annuos, in singulos centenarios pariat, & mēstruos singulos: facilè patet ideo centesimam dictam, quòd centesimo mense sortem æquet. Vsurarum enim dies olim in singulos menses cedere existimabantur, vt hodie moribus huius vrbis tertio quoque mense cedunt earum pensitationum dies quæ pretio legitimo accepto prædiis imponuntur, & mancipio dantur, & citra vitium, fœnoris instar habent. Dicitur enim centesima vsura, ideo (ni fallor) quia centesimus nummus pro fœnore statuitur. Centum enim nummi sortis, pariunt singulos nummos menstruos. Plin. Iun. lib. 10, ad Traianum, epist. 58. Pecuniæ publicæ domine prouidentia tua, & ministerio nostro & iam exactæ sunt, & exiguntur: quæ vereor ne otiosæ iaceant: nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est: nec inueniuntur qui velint debere Reip. præsertim duodenis assibus, quanti à priuatis inueniantur, vel (vt alij legunt) mutuantur. Dispice ergo domine numquid minuendam vsuram, ac per hoc idoneos debitores inuitandos putes. Duodenos asses appellat plenam centesimam, eo modo loquendi, quo nunc in ea re vtimur, duodenum denarium vel decimumquintum dicentes. Cicero in Frumentaria, 5. Verr. obiicit Verri quòd pecuniam sibi attributam ad coemptionem frumenti publici, apud publicanos relictam, vnde erat attributa, duabus centesimis fœneratus sit: duas centesimas Cicero quatuor & viginti asses in centenarios singulos dixit. Hactenus Budæus. Cicero ad Atticum lib. 1. 5, Nam à Cæcilio, propinqui minore centesimis nummum mouere non possunt.

Centesimæ vsuræ. Plin. epist. 205.

Obseruare centesimas. Cic. Att. lib. 5. epist. vltim. Interim quum in edicto translatitio centesimas me obseruaturum haberem cum anatocismi anniuersario.

Ducere centesimas perpetuo fœnore. Cic. Att. lib. 5. Perpetuo fœnore. Id est sine renouatione singulorum annorum: sine anatocismo, ne vsuræ vsurarum soluerentur, sed centesimarū perpetuum esset fœnus, non interruptum, non renouatū alio præterea fœnore adiecto.

Centesimis calendis dare spondes? Notus loquendi Iurisconsul modus, ex fœneratorum consuetudine ortus, vt Alciato videtur. Significat autem intra octo annos & menses quatuor, licet aliqui centum annos intelligant, sed non rectè, eodem tradente cap. 23. lib. Parerg. Obseruandum verò est, ea ratione stipulationes cōcipi solitas, quod calendis fœnora exigebantur: & ex hac consuetudine Calendaria libros rationum dicimus, vt idem Alciat. rectè monuit.

Centesimare, & decimare exercitum, Castrensia verba sunt, pro eo quod est centesimum vel decimum militem supplicio afficere. Solebant enim Imperatores, quum grauius quidpiam milites deliquissent, eam moderationem adhibere, vt neque vniuersum exercitum delerent, neque facilitate veniæ alios ad similia inuitarent. Conuocatis itaque vniuersis, centesimum, aut, si videretur, decimum quemque sorte proditum securi percutiebant, cæterósque metu liberabant. Sic Egnatius in Macrino apud Capitolinum.

Centiceps, pen. corr. huius centicipitis, pen. corr. {ἑκατοντακέφαλος} dicitur qui centum habet capita. Horat. 2. Carm. ode 13,
-illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps Aures. Cerberum intelligit, à multitudine anguium qui in capite eius eminent.

Centumgeminus {ἑκατονταπλάσιος} Briareus, Id est centies duplex: secundum fabulas ipse est Ægæon. Seruius. Virgil. 6. Æneid.

Centumuiri, pluraliter. Quum essent Romæ XXXV tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, qui Centumuiri appellati sunt. & licet quinque amplius quàm centum

tum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumuiri sunt dicti. Festus. Cic. pro Cecinna, Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centumuiros nō tenuisse: quem ego antea non commemoraui.
Ad Centumuiros delata res. Cic. 1. de Orat.
Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuiri iudicarunt? Cic. 1. de Orat.
Centumuiralis, & hoc cētumuirale, pen. prod. {[Greek]} Quod pertinet ad Centumuiros. vt, Centumuirale iudiciū. Cic. 1. de Orat. Quid quod item in Centumuirali iudicio certatum accepimus?
Cētumuirales causæ, vel iudicia. Cic. lib. 1. de Orat. Nam volitare in foro, hærere in iure, ac Prætorū tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate ac iure certetur: iactare se in causis Centumuiralibus, in quibus vsucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorū, testamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarúmque rerum innumerabilium iura versentur: quum omnino quid suum, quid alienum, quare denique ciuis an peregrinus, seruus an liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Sueton. in Vespasiano cap. 10, Litium series vbique maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis intercapedine iurisdictionis, accedentibus nouis ex consuetudine tumultúque temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quique iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent: redigerentque ad breuissimum numerum. Budæus.
Centumuiralis hasta, dicta quòd Centumuiri, hasta in foro posita iudicarent. Vnde Tranquillus in Augusto, cap. 36, Author & aliarum rerum fuit, in queis ne acta Senatus publicarentur, &c. vt à cura ærarij à Quæstoribus vrbanis ad Prætorios Prætorésve transiret, vt Centumuiralem hastam quam Quæstura functi consueuerant cogere, Decemuiri cogerent. Valer. lib. 7, Notæ insaniæ Tuditanus testamēto filium instituit hæredem. Quod T. Longus sanguine ei proximus, hastæ iudicio subuertere frustra conatus est. magis enim Centumuiri quid scriptum esset in tabulis, quàm quis eas scripsisset, considerandum existimauerunt. Budæus.
Centumuiralium partes. Quintil. lib. 5. cap. 2.
Centuplex, pen. corr. centuplicis, pen. corr. Adiectiuum {[Greek]} vt, Murus centuplex. Plaut. Persa. 16.
Hæc nisi vnde aberunt, centuplex murus rebus seruandis paru' st.
Centuplus, a, um, Adiectiuum, Idem quod centuplex. Sipontinus.
Centuplicato, pen. prod. Aduerbium {[Greek]} vt, Centuplicatò væneunt. Plin. lib. 6. cap. 23, Digna res, nullo anno imperij nostri minus H-S. quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicatò væneant.
Centussis, huius centussis. m. g. Nummi species ad centum assium valorem, qui erant nummi breues ex ære. vt, Centusse licetur, Id est centum assibus venditur. Persius sat. 5,
Et centum Græcos curto centusse licetur.
Centussis, inquit Budæus, apud Lucilium, quadraginta sestertij erant, qui legem sumptuariam centussem vocitauit, ob centum assiū taxationem, vt author est Macrob. in 3. Saturn. cap. 17. Idem Budæus alio loco, Cētussem dicere possumus pro ea summa quā alternis propè verbis negotiatores centū solidos appellāt, vt decussēm pro decē.
Centumcapita, pen. corr. Herba quam Græci hecatoncephalon nominant, ex aculeatarum genere, & alio nomine eryngen alba, siue eryngium dicitur, caule & radice in cibos à Græcis recepta, siue coquere libeat, siue crudam sumere. Vide Plinium abundè de ea tractantem lib. 22. cap. 8.
Centumgeminus. In CENTVM.
CENTVMPERANEA Insula, Paruum Italiæ oppidum, ab aquis vndique circunfluentibus sic nominatum. A quo & familia Perottorum traxit cognomen. Sipontinus.
Centumpondium {[Greek]} pro immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. Asin. 7, Ad pedes quādo alligatus es, æquom centumpondium. Cato cap. 13, Cellas duas, trutinam vnā, centumpondium incertum. Significare videtur prægrande pondus incerti modi à centenario denominatum. Budæus. Alij aliter: Sic enim Turneb. Centumpondium incertum, pondus suspicor vna mole centum libras pendens: certis ponderibus opponitur, quæ distincta partitáque sunt, non in vnum pondus confusa. Æquum centumpondium apud Plaut. in Asinaria, æquum est & iustum centum librarum pondus. Hæc ille.
Centumuiri, Vide CENTVM.
Centunculus. In CENTO.
Centuplex. In CENTVM.
Centuria, centuriæ {[Greek]} in agris significat ducenta iugera: in re militari centum homines. Hæc Festus. Varro de Ling. Lat. lib. 4, Centuria prima à centum iugeribus dicta, pòst duplicata retinuit nomē. Idem tradit Colum. lib. 5. cap. 1. Cic. 2. de Diuin. Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset.
Centuria. vocabulū cēturiis, vt ait Siculus Flaccus, ex eo datū est, quū antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt: & ex hoc facto centuria iustè appellata est.
Modica centuria. In MODVS.
Auspicia centuriarum augusta. Cic. pro Milone, Hunc igitur diem campi speratum atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus & facinus præ se ferens & confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat?
Vox vna centuriarum. Cic. pro Domo sua, Vobis campus, centuriarúmque vna vox omnium, &c.
Equitum centuriæ. Cic. 7. Philip. Patronus centuriarum equitum, quas idem sine suffragio esse voluit.
Seniorum & iuniorum centuriis honore affici. Cic. 7. Ver. Sed quū esses renuntiatus, vt dixi, non ipsa præconis voce excitatus es, qui te totiens seniorū, iuniorúmq; cēturiis illo honore affici pronuntiauit.

Ei paucæ centuriæ ad Consulatum defuerunt. Cic. de Clar. Orat.
Ornare centuriis. Cic. de Leg. Agrar. Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili.
Renuntiatus Prætor centuriis cunctis. Cic. pro Lege Manilia.
Cēturias alicui conficere. Cic. lib. 11. epist. 16, ab Decio Bruto imperatore petens pro L. Lamia Præturam: L. Lamia Præturam petit. Paulo pòst, Ego suscepi totum negotium. Núc, si me tanti facis, quāti certè facis, quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, vt is nobis eas centurias conficiat. videlicet ad suffragia.
Ferre centuriam, Est habere centuriam aliquam sibi suffragantem in alicuius magistratus petitione. Cic. pro Plancio.
Centurio, centurionis {[Greek]} A numero peditū cui in militia præerat. Ab antiquis dicebatur centurionus, teste Festo, qui centuriæ præerat: quasi ductor & primipilus. Cæs. 1. bel. Gall. Horum vocibus ac timore, paulatim etiam hi qui magnum in castris vsum habebant, milites, centurionésque, quique equitatui præerant, perturbabantur.
Hircosa gens Centurionum. Persius sat. 3.
Magni Centuriones. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Cēturiones primorū ordinum. Suet. lib. 1. Ac primorum ordinum centuriones. Idem, Iustúsque Catonius primi ordinis centurio. Hi autem sunt, vt disertè Turnebus, cēturio primipili, primus princeps, primus hastatus, quorum maior erat dignitas in legione.
Centuriones varicosi. Pers. sat. 5, ad finem. Quo in loco varicosos ponit pro duris & laboriosis.
In Centuriones inuadere. Tacit. lib. 1.
Centuriones, vite milites delinquentes cædebant. Iuuenal. de Mario. Plin. lib. 14. cap. 1, Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.
Centurio, centurias {[Greek]} centuriare. In centurias distribuere. Cic. ad Quirites post reditum, Ego quum homines in tribunali Aurelio palàm conscribi, centuriarique vidissem. Liu. 5. bel. Pun. Eam iuuentutem ex industria centuriauerat, armaueràtque ad tales casus. Hoc est, ex iuuenibus centurias confecerat.
Centuriatus, penul. prod. {[Greek]} Participium, In centuriam distributus. Cic. in Pisonem, Quid cēturiatos palàm venditos? Liu. 2. bel. Pun. Sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites coniurabant.
¶Centuriata comitia dicebantur, quum populus per centurias ex censu & ætate diuisus, suffragia ferebat. per centenos enim ordines diuisus erat Populus Romanus in comitiis. Cic. Post reditum, Quo die nos comitiis centuriatis, quæ maximè iusta dici, haberíque voluerunt maiores, accersiuit in patriam, vt eædem centuriæ, quæ me Consulem fecerant, Consulatum meum comprobarēt. Festus, Centuriata comitia dicebantur, quia Populus Romanus per centenas turmas diuisus erat.
Centuriata capitis comitia. In CAPVT.
Centuriatæ Leges, à centuriatis comitiis, id est centuriatim ex censu & ætate distributis dicebantur. Erant autem centuriatæ Leges maioris authoritatis, quasi plenis, iustísque comitiis perlatæ. Ideóque gloriatur Cicero centuriata se lege ab exilio reuocatum esse. Ex Budæo.
Lex centuriata, & curiata. Cicero de Lege Agraria, Nam centuriata lex Censoribus ferebatur, quum curiata cæteris patriciis magistratibus.
Centuriatus ager in ducenta iugera definitus: quia Romulus centenis ciuibus, ducenta iugera tribuit. Festus.
Centuriati manipulares. Plaut. Milite 11,
Si centuriati bene sunt manipulares mei.
Centuriatus, huius centuriatus, pen. prod. m. g. {[Greek]} Dignitas & officium centurionis. Cic. pro Lege Manilia, Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu væneant centuriatus atque vænierint?
Venditi centuriatus. Cic. in Pisonem, Quid Centuriatus palàm venditos?
Centuriatim, pen. prod. {[Greek]} Aduerbium, Per centurias. Cic. pro Flacco, Distributis partibus tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c.
Centuriatim dictum est abundanter & copiose, à centuriis quæ suffragium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo, Continuò ad te centuriatim current, qui panem petent. Nonius.
Centurionatus, huius centurionatus, pen. prod. {[Greek]} Idē quod Centuriatus. vt, Agere centurionatum. Tacit. lib. 1.
CENTVRIPE, pen. corr. {[Greek]} Dicitur Sicilia. Sil. lib. 13,
-necnon è vertice largo Centuripe. Nonnulli scribunt Cēturupe.
CENTVRIPÆ, es, siue Centuripæ, arum {[Greek]} Ptolemæo} Oppidū est Siciliæ, sub Ætna monte, Symæthο fluuio, & Catanæ vrbi proximum, vt tradit Strabo lib. 6.
CENTVRIPINI, penult. prod. Siciliæ populi, Latinæ conditionis apud Plinium lib. 3. cap. 8. Et Centuripinum, eorum oppidum apud Pomponium lib. 2.
Centussis, In CENTVM.

C E O

CEOS {[Greek]} Vna ex Cycladibus insulis, Helenæ propinquissima, vt Strabo author est lib. 10.
CEOS, insula. Vide CEA.

C E P

Cepe, n. g. {[Greek]} Indeclinabile: quòd capitis similitudinē habeat, vel quòd in caput crescat. Plin. lib. 19. cap. 6, Ergo omnibus annis separatim cepe semen causa seritur, separatum cepe seminis.
Tunicatum cepe. Pers. sat. 4.
Cepa, cepæ, f. g. {[Greek]} Idem Plin. lib. 19. cap. 6, Cætero cepas ter fosso solo seri iubent. Ouid. Cædenda est hortis eruta cepa meis.

Cepas edere dicebantur ioco prouerbiali, qui lacrymari viderentur. natum à Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ sibi per nuntium missum denuntianti, vt quamprimum ad se veniret, respondit ad hunc modum, ἐγὼ κελεύω Ἀλυάττην κρόμμυα ἐσθίειν, Ego iubeo Alyattæ cepas edere, hoc est flere & eiulare. quibus verbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum est hinc prouerbium, quòd ceparũ odor, vt est acris, consueuerit lacrymas oculis excutere. Simili figura neque diuersa sententia dicti sunt cepas odorari vel olfacere qui flerent. Erasmus in Chiliadibus.

Cepina, cepinæ. Vide paulo pòst. Sic autem à cepis dicitur cepina, vt à rapis rapina, à napis napina.

Cepetum, pen. prod. {κρομμυών.} Gell. lib. 20. cap. 7, Cepetum reuirescit & congerminat decedente Luna. Quo loco legitur & cepitium, id est, teste Prisciano, cepe.

Cepitius, a, um, & Cepitium substantiuum, secundum Priscianum, pro eo quod est ex genere ceparum.

Cepula, diminutiuum à cepa. Pallad. Hoc mense cepulas seris.

Cepæa, Plin. Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutilis, nascens in littoribus arenosis, gustu amara. Vide Ruellium libro 3. cap. 73.

Cephalalgia {κεφαλαλγία} Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continétque sub se Hemicraniam, Cephaleam, & similes.

CEPHALAS {κεφαλάς} Promontorium altum & syluosum, maioris Syrtis initium. Strabo lib. vlt.

CEPHALATOMI, pen. corr. Colchicæ regionis populi. Author Plin. lib. 6. cap. 5, in descriptione regionis Colchicæ.

Cephalea, pen. prod {κεφαλαία} Morbi quibus totum caput infestatur. Plin. lib 20. cap. 13, Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalea, cum farina hordeacea vel aceto.

Cephalæus, cephalæa, cephalæum. vt, Caro cephalæa. Versus Lucilij sunt apud Gellium,

-abdomina thynni
Aduenientibus priua dabo, carnem & cephalæam.

Vt autem cephalæam dixit Lucilius, ita & Plautus ophthalmiam: Ille carnem capitis intelligit, hic oculis vicinam, oculósque. Turnebus.

CEPHALENIA {Κεφαλληνία} Insula est Ionij maris apud Pomponium lib. 2. Plinius tradit eam quondam dictam fuisse Melænam, lib. 4. cap. 12, Dicta Cephalenia, à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deionei filio. De hac sic Strabo lib. 10, Nō dubitauere plerique Cephaleniam eandem & Dulychium appellare & Taphium. Alij Taphios & Cephalenios eosdem dixere Teleboas, & aduersus illos Amphitryonem exercitum duxisse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eóque nomē habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, pen. prod. vt apud Homerum in Catalogo. Sil. lib. 15. Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton aruis. Vulgus adhuc hodie vocat. *La Cephalonie*, vel *Chifalonie*.

Cephalodesmus {κεφαλόδεσμος} siue Cephalodesmium, Idem quod frontale, de quo postea suo loco.

CEPHALOEDIS {Κεφαλοιδίς} Siciliæ oppidum, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 8, in descriptione Siciliæ. Hodie Cephalodum.

CEPHALVS, penult. corr. {Κέφαλος} Æoli filius, Auroræ dilectus. Ouidius de Arte,

Latmius Endymion non est tibi Luna pudori,
Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ.

¶ Alter fuit Cephalus Atheniēsis orator, qui primus prooemia & epilogos induxit. Author Suidas. Huius Cephali Æschines & Demosthenes in orationibus aduersariis meminerunt.

Cephalus {κέφαλος} Piscis à Græcis dicitur, quem Latini mugilem vocant: eo quòd caput in metu occultet, existimans totum se absconditum.

Cephenes, pen. prod. masc. gen. {κηφῆνες} Imperfectæ apes sunt, & inutiles operi: nisi quòd multitudine, quæ ad calorem multum confert, foetus adiuuāt. Hæc Sipontinus. Harum meminit Plin. lib. 11. cap. 16. & cap. 11. Sunt enim qui & Fuci dicūtur. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perseo Iouis & Andromedes filio, Persæ appellati sunt. Author Herodot. lib. 7.

CEPHEVS {Κηφεύς} duarum syllabarum, teste Euripide, rex Æthiopum Phoenicis filius, & Andromedæ pater, socérque Persei. Vide Ouid. lib. 4 Metamorphoseos,

-conantu mittere Cepheus
Quid facis, exclamat.

Ab eo autem Cepheni Æthiopes populi dicti sunt, vt idem testatur lib. 4. Metam.

Cepheius {Κηφήϊος} Adiectiuum. vt, Arua Cepheia, apud eundem 4. Metamorphoseos.

CEPHIS, Statuarius nobilis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

CEPHISIA, Atticæ regionis fons, dicente Plin. lib. 6. cap. 7, In Attica fontes, Cephisia, Larine, Callirhoe enneacrunos.

CEPHISIA {Κηφισία} Attica regio. Nam Cecrops Athenarum conditor, omnem eius regionis multitudinem in duodecim vrbes digessit. Sed Theseus postea has omnes in vnam Atheniensium ciuitatem congregauit. Dicta Cephisia à Cephiso amne.

CEPHISIS, penult. prod. Lacus est iuxta Atlanticum mare, quem Mauri electrum vocant, quòd sole calefactum, electrum è limo dare videatur. Plin. lib. 37. cap. 2.

CEPHISODORVS, penult. prod. Atheniensis tragicus antiquæ tragoediæ scriptor, cuius fabulas enumerat Suidas. ¶ Cephisodōrus itē statuarius, Praxitelis filius. Alius præterea inter præcipuos pictores Plinio numeratur lib. 35. cap. 9.

CEPHISODOTVS, pen. cor. Statuarius apud Plinium lib. 34. ¶ Fuit item Cephisodotus Atheniensium dux, qui rei malè gestæ damnatus, in obsidione Alopecōnesi quinque talentis multatus est. Author Suidas.

CEPHISVS, pen. prod. {Κηφισσός} Huuius Boeotiæ. ortum habet in radicibus Parnassi montis. In eius ripa fuit olim templum Themidis, ad quod accesserūt Deucalion & Pyrrha deam consulturi super humani generis reparatione: vnde ab oraculo vocatur fluuius ille Fatidicus. Lucan. lib. 3,

Boeoti coiere duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephisus aqua.

Huius etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 7. Ouid. 3. Metamorphoseos,

Iam vada Cephisi, Panopésq; euaserat arua.

Hinc patronymicum foemininum finxit idem poeta 1. Metamorphoseos,

Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas vndas.

Singulare est Cephisis.

Cephisias, Cephisiadis, pen. corr. Patronymicum fœm. Ouid. 7. Metam.

Vidit & immitem Cephisias ora Procusten.

Cephus {κῆπος} Animal est apud Æthiopes, pedes posteriores humanis pedibus, & priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum. Author Plin. lib. 8. cap 19.

Cepidines, saxa prominentia. Festus.

Cepina, pen. prod. Colum. lib. 11, Cepina magis frequenter subactam postulat terram, quàm altius conuersam, &c. A cepis nomen habet, vt apertè colligitur ex Columella, si locū perlegeris. Est autem Cepina, locus cepis consitus, vel ipsarum ceparum vno in loco consitarum multitudo. Colum. ibidem, Sed cepina vel sæpius, certè non minus debet quàm quater sarriri. Paulo pòst, Thalli ceparum veniùs prosternentur.

CEPIO, Cognomen fuit Seruiliorum, quo Seruilij Cepiones à suis gentilibus Seruilijs Priscis, Vatiis, Geminis distinguebāntur. Hoc cognomen gessit Cn. Seruilius. qui cos. fuit cum Q. Pompeio, authore Cassiodoro, Appiano, Velleio lib. 2. & successit Q. Fabio in Hispania, qui duce Viriato rebellantem, eo per fraudem & insidias sublato, pacauit: authores sunt Flor. lib. 2. cap. 17. Epitome Liuij libro 54. Eutropius lib. 4. ¶ Fuit item hoc cognomine Q. Seruilius, is qui consul fuit cum C. Attilio, authore Cassiodoro. Hic, vt opinor, est ille quem Gellius scribit oppidum Tholosanum diripuisse, & quicquid in templis auri fuit sustulisse: Quum, vt idem scribit, omnes qui direptioni illi interfuerant, miserè perierint, & hic tristissimum & miserrimum exitum habuerit. Nam contra Cimbros missus, vnà cum M. Manlio victus, & binis castris, centum viginti millibus hominum amissis, exutus est. Deinde, quoniam eius temeritate clades tanta accepta erat, secundum Populi Romani iussionem eius bona publicata sunt primo post regem Tarquinium, imperiúmque ei abrogatum, ipsóque in publicis vinculis extincto, corpus eius funesti carnificis manibus laceratum, & in scalis Gemoniis iacens magno cum horrore totius fori Romani conspectum est. Hæc summatim ex Epitome Liuij lib. 67. Gellij lib. 3. cap. 9. & Valerij Maximi lib. 6. cap. 11.

Cepionides, cepionidæ, Gemma crystallini nitoris, quæ imagines reddit vt speculum. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cepites, siue cepocapites, Gemma candida, venarum nodis coeuntibus candore imaginem regerens. Plin. lib. 37. cap. 10.

CEPOE, Oppidum est Bosphori Cimmerici, dicente Plinio lib. 6. cap. 6, Oppida in aditu Bosphori primò Hermonassa, dein Cepœ Milesiorum. Mox Stratoclia & Phanagoria. Meminit & iisdem penè verbis Pompon. lib. 1.

Cepos, Latinè hortus dicitur. Est & vrbs iuxta Bosphorum, audiore Suida.

Cepurica {κηπουρικά} Græci appellant olera, quæ in hortis seruntur. Vnde Sabinus Tyro, librum Cepuricōn inscripsit, hoc est hortensium. Firmicus lib. 2. cap. 12, Scorpius significat loca quandoque cepurica, & hortensia.

Cepphos, Auis est ita leuis, vt quancunque in partem ventus flauerit, in eā auferatur. {*Vne Mouette.*} Vnde Cepphicus adiectiuū, pro Leui. Cic. Att. lib. 13, de epistola ad Cæsarem, Non rectè, inquit, illi meam ad Cæsarem epistolam reprehendunt: & ea quæ dicunt, minimi sunt ponderis, planè cepphica. Vide etiam Cælium lib. 10. cap. 6. Lexicon Græcū dicit Cepphon metaphoricè pro stulto accipi. Erasmus putat & Larum vocari. Vide LARVS, & Chiliades.

Cepus {κῆπος} Animal est in extrema Æthiopia nascens, facie leonis, corpore reliquo pantheræ, magnitudine damam repræsentans. Huius meminit Strab. lib. 16.

Cepurica, Vide CEPOS.

C E R

Cera, ceræ {κηρός, κήρωμα} Est quæ fit expressis fauis. Plin. lib. 11. cap. 14, Cera fit expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili.

Cera nomen à Græco habet. κηρὸν enim Græci fauum vocant, κήρινον cereum. Tamen Apuleio teste consuetudo conuertit η in æ diphthongum.

¶ Ceræ etiam vocantur tabellæ pictæ. Ouid. Perlege dispositas generosa per atria ceras. Sipontinus. Sed nimis ieiunè. Intelligit enim poeta cereas imagines in atriis nobilissimi cuiusque per armaria dispositas: quales ferè sunt picturæ illæ, in quibus per varios veluti ramorum ductus & orbiculos multiplices, vtcunque nobis exprimitur regum nostrorum & eorum qui ab ipsis prognati sunt series & genealogia, si pro orbiculis illis tibi fingas armaria in atrij parietibus excauata. Vnde est illud Iuuen. sat. 8,

Tota licet veteres exornent vndique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque vnica virtus.

Vide Sueton. in Galba cap. 2. Vide & STEMMA.

¶ E cera etiam illinebantur & obducebantur pugillares in quibus scribere mos erat. Vnde ceras aliquando pro libellis siue epistolis vel tabellis ceratis capimus. Iuuen. sat. 1,

Nónne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio?

Plin. Iun. lib. 1. epist. 6. ad Corn. Tacitum, Erat in proximo, nō venabulū aut lancea, sed stylus & pugillares. meditabar aliqua, enotabámq;: vt, si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.

Primæ & secundæ ceræ testamenti, pro primis & secundis tabellis siue foliis testamenti. Suet. in Nerone, cap. 17, Cautū vt in testamētis primæ duæ ceræ testatorū modò nomine inscripto vacuæ signaturis ostenderentur.

ostenderentur. Hæc Budæus. Sueton. in Cæs. cap. 83, Pedum ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera. Id est, in vltima parte tabulæ testamentariæ.

Ceræ vltimæ, pro vltimo testamento. Martial. lib. 4. epigramm. 26. de Amiano,

Nihil Amiano præter aridam vestem,
Moriens reliquit vltimis pater ceris.

Parieti quoque depicto, & armis, cera Punica cum oleo liquefacta, candens setis inducebatur, iterúmque admotis gallæ carbonibus adurebatur ad sudorem vsque: postea candelis subigebatur, deinde linteis puris, vt sicut marmora nitescerent. Hæc Sipontinus ex Vitruuio lib. 7. cap. 9, De minij temperatura. Plin. lib. 21. cap. 14, Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet. Variósque in colores pigmentis trahitur, ad reddendas similitudines, & innumeros mortalium vsus, parietúmque etiam, & marmorum tutelam.

Codicis cera extrema. Cic. 3. Verr. Deinde codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit.

Cera, Fucus & pictura, propterea quòd ceris pingere antiqui solebant. Seneca, Pictor colores, quos ad reddẽdam similitudinem multos variósque ante se posuit, celerrimè denotat, & inter ceram opúsque facili vultu ac manu commeat. Varro, Nam vt Pausias, & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi discolores sunt ceræ. Ex Turnebo.

Cera & creta. Cic. pro Flacco, Nostra igitur laudatio, &c. datam quidem confitetur, consignata creta est: in illo autẽ testimonio, quod accusatori dicitur datum, ceram esse videmus.

¶ Cærite cera dignus, Homo nullius pretij. Horat. 1. epist. 6,
-Cærite cera
Digni, remigium vitiosum Ithacensis Vlyssei. Vnde natum sit prouerbium docebunt te interpretes poetæ, & in Chiliadibus suis Erasmus.

Alba cera. Plin. lib. 21. cap. 14.
Commutabilis. Cic. 3. de Nat. deor.
Flaua. Ouid. 8. Metam.
Flauens. Ouid. 8. Metam.
Fragilis. Iuuen. sat. 12.
Impatiens caloris. Ouid. 2. de Arte.
Infamis ac nefaria. Vide INFAMIS.
Laboratæ. Stat. 10. Theb. de apibus,
-laboratásque premunt ad pectora ceras.
Legitima. Cic. 1. Verr.
Miniatula In MINIVM.
Odoratæ. Ouid 8. Metamorphoseos,
Soluit odoratas pennarum vincula ceras.
Pusilla. Iuuen. sat. 14.
Sacra. Vide PROPOLIS.
Ceræ sexangulæ dicuntur alueoli apium ab Ouid. 15. Metam.
Solutæ igne. Ouid. 2. de Arte.
Tenax cera, quæ mel retinet. Virg. 4. Georgicorum,
-deinde tenaces
Suspendunt ceras. Seruius.
Tenues. Valer. lib. 1. Argonaut.

¶ Circunlinire cera. Cic. 1. Tuscul. Condiunt Ægyptij mortuos, & eos domi seruant. Persæ etiam cera circunlitos condiunt, vt quàmaximè permaneant diuturna corpora.

Ceræ credere. In CREDO.
Calamos cera coniungere plures. Virg. eclog. 2.
Nomen alicuius cera desigere, Id est in cera scribere. Ouidius 3. Amor. eleg. 6,
Sagáve Phœnicia defixit nomina cera.

Fingere in ceris aut fictilibus figuris. Cic. 1. de Nat. deor. Hoc intelligerem quale esset, si in ceris fingerentur, aut fictilibus figuris. Quædam exempla legunt sceris.

Mollissimam ceram ad arbitrium formare & fingere. Cic. 3. de Orat. Non enim sunt alia sermonis, &c. sed ea nos quum iacẽtia sustulimus è medio, sicut mollissimam ceram ad nostrum arbitrium formamus & fingimus.

Illita ceris pocula. Ouid. 8. Metam.
Liquescit cera. Virg. 8. eclog.
Mollire ceram digitis. Ouid. 8 Metam.
Silet in cera vultus. Martial. lib. 11. epigr. 103. Id est, mutus est.
Tabescere ceræ dicuntur, quum liquefiunt. Ouid. 8. Metam.

Cerula, cerulæ, pen. corr. (κηρίδιον) Diminutiuum. Cic. ad Att. lib. 16, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam. Atticus in Ciceronis libris ea quæ non probaret, notare miniata cera solitus erat.

Miniata cerula notare. Cic. lib. 15. ad Attic. His literis scriptis me ad συνταξιν dedi: quæ quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ sint.

Cero, ceras (κηρόω) cerare, Cera tegere. Columel. lib. 12. cap. 50, Nam ferè sexta quaque oliuitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt, &c.

Ceratus, penult. prod. Participium (κηρωτός) vt, Tabella cerata. Cic. 1. Verr. Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria.

Codicilli cerati. Vlp. in l. librorum. §. 1. D. de leg. 3.
Puppes ceratæ, Cera illitæ. Ouid. 2. de Remed.
Rates. Idem epist. 5.
Tedæ. Ouid. epist. 7,
Vror, vt inducto ceratæ sulfure tedæ.

Cerifico, cerificas (κηροποιέω) cerificare, Ceram facere: & de apibus dicitur. Plinius lib. 9. cap. 38, Quum cerificauere, fluxos habent succos. Quædam exemplaria hoc loco legunt fœtificauere.

Ceratura, ceraturæ, penult. prod. (κήρωσις) Ipsa ceratio. Columel. lib. 12. cap 50, Nam quemadmodum noua vasa si calefiant, liquidam ceram facilè recipiunt: sic vetera non crediderim propter olei succum, ceraturam pati.

Ceratũ, siue cerotũ, pen. pro. (κηρωτή) nec emplastrũ est propriè, nec pastillus, sed plerũque ex pastillis fit. cõstat ex rebus siccioribus: & igni appositum mollescit: postea applicatum corpori durescit, ac pertinacius hæret. dictum à cera, qua ferè ceratis omnibus adhiberi solet. Quidam hoc non ceratum, sed cerotum appellant à Græco quod est κηρωτή. Plin. lib. 13. cap. 22, Faciémque inuadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt. Cels. lib. 4 cap. 4. de difficultate spirandi.

Factum ex rosa ceratum. Cels. lib 4. cap. 24.
Pingue ceratum. Martial. lib. 11. epigr. 99.
Nec labra pingui delibuta cerato. Alij ceroto scribunt.

Cerata, malagmata, emplastra, collyria, antidota, non fecit parens diuina illa ac artifex rerum. Plin. lib. 22. cap. 24.

Cerarius (κηρουργός) Qui ceras tractat, & ex cera aliquid conficit. Cic. 5. Verr. Ex omni pecunia, quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primùm pro spectatione & collybo, deindè pro nescio quo cerario.

Cereus (κήρινος) Adiectiuum, Quod ex cera factum est. vt, Candela cerea, ad differentiam eius quæ ex sebo fit. Cic. 3. de Nat. deor. Vt enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum quod commutari non posset, &c.

Castra. Claud. 2. de Raptu Proserp. Alucaria intelligit.
Color. Plin. lib. 37. cap. 2, Candidum atque cerei coloris, quod vocaretur electrũ: in alio loco, fuluum, quod appellaretur sualternicũ.
Effigies. Horat. 1. Serm. sat. 8.
Imago. Horat. 1. Serm. sat. 8.
Persona. Lucan. lib. 4, Intelligit imagunculam hominis ceream.
Cerea pruna. Virg. eclog. 2,
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo. Vbi Seruius, aut cerei coloris, aut mollia.
Regna cerea, Alueolos & cellulas apum vocat Virg. 4. Georg.

¶ Cereus, Mollem aliquando significat, ac facilem & tanquam ceram tractabilem. Horat. 1. Carm. ode 13,
Cerea Telephi laudat brachia.

¶ Cereus ille dicitur, qui parum animo constat, & cui nunc hæc, nunc illa sententia potior videtur. item ille qui aliorum consiliis instigatus, quos antè laudabat, nunc vituperat, quos amore summo prosequebatur, nunc pessimè odit. Horat. in Arte, Cereus in vitium flecti. Idem Cereum vocat illum de quo varius est rumor, & quem nunc bonum, nunc malum fama fingit, libro 2. epistol. 1. sumpta metaphora à cera quæ manibus tractata, quancunque formam facillimè recipit.

¶ Cereus, Pinguis. Accius,
Pinguem turturem, cereámque ficedulam. Nonius.

¶ Cereus, Vnctus. Martial. lib. 1.
Cerea si pendet lumbis, & trita lacerna.

Cereus, substantiuum (κηρίον) Festus, Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis vtebantur. Martial. lib. 14,
Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes. Cicero 3. Offic. Et ea res (si quæris) ei magno honori fuit: omnibus vicis statuæ ad eas thus & cerei. Vlpian. in l. 3. §. ligna. D. de penu leg. Etiam thus, & cereos in domesticum vsum paratos.

Cerinus, pen. corr. Adiectiuum (κήρινος) Quod ceræ simile est. vt, Cerinus color. Plinius libro 15. capite 13, de prunorum generibus loquens. Sunt & nigra ac laudatiora, cerina atque purpurea. Plautus Epidico, 5,
Cumatile, aut plumatile, aut cerinum? Sub. vestimentum: quod & melinum ab eodem dicitur, à mellis colore.

Cerosus, pen. corr. Adiectiuum (κηρώδης) Ceram habens admistam. vnde Mel cerosum, nondum despumatum, & adhuc cera commistum. Sipontinus.

Cerachates (κηραχάτης) Gemma est ex Achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceraitis, idis (κεραῖτις) A quibusdam appellatur herba, quæ Græcis [illegible], Latinis fœnogræcum dicitur: Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.

CERAMICVS, pen. corr. (κεραμικός) Cariæ sinus est non longè ab Halicarnasso nobilissima vrbe. Authores Pomponius lib. 1. in Cariæ descriptione, & Plin. lib 5. cap. 29. ¶ Ceramici itẽ duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his verbis, Athenis Ceramici, loci duo erãt: vnus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebríque oratione ornabantur. Superior fuit locus & certa constitutáque sedes meretricibus. Cic. 1. de Finib. At etiam Athenis, vt è patre audiebam, facetè & vrbanè Stoicos irridente, statua est in Ceramico Chrysippi sedẽtis, porrecta manu, &c. ¶ Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida authore, in quo lampadum certamina peragebantur. de quibus vide Erasmum in Prouerbio, Lampadem tibi cursũ trado. ¶ Ceramici etiã meminit Plin. cuius ex lib. 36. cap. 5, verba hæc sunt, Opera Praxitelis sunt Athenis in Ceramico.

CERAMIENSES (κεραμιῆται) Populi sunt, qui de conuentu Carum, quẽ Chrysaoreum vocant, participant, licet Carici generis non sint, vt author est Strabo lib. 14.

Ceramites (κεραμίτης) Gemma est testæ colorem habens. vnde & nomen accepit. nam κέραμος testam, vel tegulam sonat. Meminit huius gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

Ceramium (κεράμιον) Mensuræ genus idem prorsus cum amphora, quo verbo vsus est Demosthenes in orat. quæ πρὸς τὴν λακρίτου παραγραφὴν inscribitur, & Athenæus in quinto. Ex Budæo.

CERAMIVM (κεράμιον) Locus Romæ, in quo Cicero & Milo domum habebant. Cicero ad Atticum, libro 4, Nam Milonis domum meámque Ceramio prid. Idib. Nouemb. expugnare & incendere ita conatus est, &c.

Ceramus (κέραμος) Cypriis carcerem significat. Id & Homerus testari videtur Iliados quinto, vbi Martem scribit ab Oto & Ephialte in vincula coniectum,

Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας. Id est, Decem ac tribus mensibus æneo in ceramo vinctus iacuit. Eruditiores tamen eo verbo ollam accipere malunt. Ex Cæl.lib.17.cap.9.

CERAMYNTES {κεραμύντης} A Græcis Hercules cognominatus, quasi fata reiiciens, vt idem sit fermè cum Alexicaco. Author Cæl.libro 6.cap.7.

Cerarius. In CERA.

Ceras amaltheas {κέρας ἀμαλθείας} Id est copiæ cornu. Festus.

Cerasbola {κερασβόλα} Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres crediderunt neque igni consumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀτέραμνα nominat Plutarch. in Symposiacis, quasi incoctilia. Hinc homines duri & contumaces, non inuenusta metaphora κερασβόλοι appellantur.

CERASTAE {Κεράσται} Insulæ sunt in latere Arabiæ, prope Syenen, quæ in fine est Æthiopiæ. Vide Plin.lib.5.cap.9.

Cerastes, cerastæ, vel Cerastis, huius cerastis, m.g. {κεράστης} Genus serpentis. Plin.lib.8.cap.23. Stat.1. Thebaidos,

Centum illi astantes vmbrabant ora cerastæ. De Tisiphone loquitur, cuius capillos serpentes esse poetæ fingunt. Vnde lib.11, crinalem vocat cerasten, vbi de Megæra loquitur, Crinalem attollit magno stridore cerasten.

CERASTIS, Dicta est Cyprus insula in Carpathio mari, ab ortu, occasúque Ciliciæ ac Syriæ obiecta, quondam nouem regnorum sedes. Sipontinus. Plin.lib.5.cap.31.

CERASVS, pen.corr. huius Cerasuntis {Κερασοῦς} Oppidum est Themiscyræ regionis in Cappadocia. Plin.lib.16. Cerasus vulgò *Zefano*. Oliuarius in Melam lib.1.cap.vlt. dicit vocari *Ceraso*.

Cerasus, f.g. penul.cor. {κέρασος} Arbor satis nota, à Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta: quam quum Lucullus deleuisset, vnde illam transtulit, & à ciuitate cerasum appellauit. Plinius libro 15.cap.25, Cerasi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia. Ouidius de Nuce,

Audiat hæc cerasus, stipes inanis eram.

Dulces cerasi Propert.lib.4 eleg.2,

Hic dulces cerasos, hic Autumnalis pruna Cernis, &c.

Cerasum, neut gen. {κεράσιον} Fructus cerasi. Plin.lib.15.cap.25, Cerasorum Aproniana maximè rubent, nigerrima sunt vt Actia, Ceciliana verò & rotunda. Cerasium à Seruio dicitur, & Galeno libro 2. de Alimentis.

Ceraso peccant casiæ. Persius sat.6.

CERATHVS {Κέραθος} Fluuius Cretæ, Gnossum vrbem præterlabens, à quo & Gnossus ipsa aliquando Cerathus vocata fuit, teste Strabone lib.10. Quidam scribunt Ceratus.

Cerathéus, cerathea, cerathéum, Adiectiuum. Virg. in Cyri, Carpathium fugiens, & flumina Cerathea.

Ceratia stella dicitur, ἀπὸ τοῦ κέρατος, hoc est à cornu, quæ speciē cornus habet. Sipontinus. Apud Plin.lib.2.cap.25, sic legitur, Ceratias cornus speciem habet, qualis fuit quum Græcia apud Salamina depugnauit. De Cometis loquitur.

Ceratia, æ, Genus herbæ: de qua Plin lib.26.cap.8, Ceratia vno folio, radice nodosa & magna, in cibo cæliacis & dysentericis medetur.

Ceratinæ, penul.prod. {κερατίναι} Ceratinarum, Species est ratiocinationis implicitæ: dicta à cornibus, id est à materia ipsa qua vtuntur qui hoc genere argumenti delectantur. Nihil enim quàm cornua aut crocodilos loquuntur, vnde ceratinæ & crocodilinæ dictæ eorum argumentationes. Quintilian.lib.1.cap.10, Sed per quædam parua sanè si ipsa demum existimes, ducunt, sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientem: sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Vbi Raphael eiusdem interpres, Ambiguitates, inquit, quædam ideo Ceratinæ vocantur, quia in illis multa de cornibus mentio habetur, κέρατα nanque cornua dicuntur. Seneca lib.5. epist. Sederem otiosus, & eiusmodi quæstiunculas ponerem, Quod non perdidisti habes: cornua non perdidisti: cornua ergo habes. Vide Politianum lib. Miscellaneorum, cap.54.

Ceratitis, pen.prod. Herba syluestris. Plin.lib.20.cap.19, Syluestrium vnum genus, ceratitin vocant, nigrū, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo vt cornicula. Folia minora & tenuiora quàm cæteris syluestribus, &c.

Ceratium, Græcè κεράτιον, Siliqua est Græca. Colum. in lib. de Arboribus, cap.25, Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant, deinde persicum ante brumam per Autumnum serito. Est etiam pondus minimum, vt ait Politianus ad Franciotum Vrsinum lib.10.epist.13, Minimum pondus est, qui Latinè Scripulus, & idem Græcè dictus Obolus: pendere is putatur Siliquas omnino sex, quæ Ceratia Græcè nominantur, hoc est quantum lentis octo semina.

Ceratoides, æ {κερατοειδής} Tunica secunda oculi est, quam corneam vulgò appellant, quia pelluceat, vt cornu attenuatum, quò fit speciebus peruia. Sunt & aliæ duæ tunicæ, quibus vniuersa oculi cōstitutio confouetur, & à læsione defenditur, de quibus per Cæl. Rhodig.lib. 16.cap.1.

Ceratonia {κερατωνία} Galeno arbor est, quæ Latinis siliqua dicitur, cuius fructus etiá Græco nomine κεράτιον appellatur, propterea quòd corniculorum similitudinem referat.

Ceratum, In CERA.

CERATVS {Κέρατος} Vrbis nomen in insula Creta, sic dicta à prælabentis fluminis nomine, quæ alio nomine dicitur Gnossus, à Minoe cōdita, è regione Peloponnesi. Author Strabo lib.10.

Ceraunia. Gemma est candida. Plin.lib.37. cap.9, Est inter candidas & quæ ceraunia vocatur, fulgorē syderum rapiens. Ibidem cap.10, Ombria, quam aliqui notiam vocant, sicut ceraunia & brontia, cadere cum imbribus & fulminibus dicitur.

¶Ceraunia, etiam siliqua est. Plin.lib.13.cap.8, Similis his siliqua, quam Iones Ceraunian vocant: trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquæ. Turnebus Ceroniam legit.

CERAVNII, qui & Ceraunia {Κεραύνια} Epiri montes ad Ambraciam clarissimam vrbem: ideo sic dicti, quòd fulminibus infestentur. Virgilius, Prouehimur pelago, vicina Ceraunia iuxta. Horum rursus meminit Plin. lib.6. cap.9. & 10. Alio nomine dicuntur Acroceraunia Horatio. ¶Sunt & Ceraunij mōtes in Asia, in Caspium pelagus obuersi, vt est author Pompon.lib 1. Quin & Taurus mons in vniuersum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin.lib.5.cap.27.

Alta Ceraunia. Virg.1.Georg.

Scopulosa. Lucan.lib.5.

Summa. Valer.lib.3.

Violenta. Ouid.2. Amor.eleg.11.

Ceraunium, Genus est tuberis. Plin.lib.19.cap.3, Simile est quod in Cyrenaica prouincia vocant misy, præcipuum suauitate, odore ac sapore, sed carnosius: & quod in Thracia ceraunium.

Ceraunobolos, penult.corr. Tabula Apellis, in qua tonitrua pinxerat. Plinius lib. 35. cap 10. Pinxit & quæ pingi non possunt tonitrua, fulgetra, fulguráque: Brontēn, Astrapen, Ceraunobolon appellant. De Apelle.

CERAVNVS, Cognomen cuiusdam Ptolemæi. Quo nomine significatur etiam fulmen, Græcis dictum κεραυνός. ¶Est & Ceraunus amnis clarus Cappadociæ. Plin.lib.6. in descriptione Cappadociæ.

CERBALVS, Apuliæ amnis. Plin.lib.3 cap.11.

Cerberastri, Vide SERPERASTRI.

CERBERION, Oppidum in vltimo ostio Bosphori, quod postea Cimmerium est appellatum, teste Plin.lib.6.cap.item 6.

CERBERVS, pen.corr. {Κέρβερος} Canis triceps apud inferos fingitur, stupendæ immanitatis. Dictus Cerberus, quasi κρεοβόρος, hoc est carnem vorans. Vide eius descriptionem lib.6. Æneid.

Ater Cerberus. Seneca Herc. OEtheo, 1.

Custos, & limen obsidens. Seneca Troade, 5.

Ianitor Orci. Virg.8. Æneid.

Immanis ianitor aulæ. Horat.3. Carm. ode 11.

Ingens. Virg.6. Æneid.

Inhians. Virg.4. Georgicorum,

-tenuitque inhians tria Cerberus ora.

Latitans antro. Seneca Herc. fur. 12.

Triceps Cerberus. Cic.1. Tusculan. Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, &c.

Cerbereus, adiectiuum {κερβέρειος} vt, Cerbereus latratus apud Statium 5 Sylu.1,

Nempe times ne Cerbereos Priscilla tremiscat Latratus?

Cerbereæ canum facies. Lucret.lib.4.

Os Cerbereum. Ouid.4. Metam.

Portæ. Stat.8. Thebaid.

Rictus. Ouid.14. Metam.

Cerbesia {κερβήσια} Fossa quædam dicitur in Phrygia, quæ perniciosas exhalationes habet, hodiéque ostenditur: homines verò non amplius Cerbesij dicuntur, inquit Strabo lib.13.

CERCAPHVS, Viri proprium, de quo Strabo lib.14, Post Telchinas, inquit, dicunt Heliadas insulam hanc habitasse, ex quorum vno Cercapho scilicet ac Cydippe filij procreati sunt, qui vrbes de suis nominibus condidêre. De Rhodo insula loquitur.

CERCASORVM, Oppidum in Ægypto, iuxta quod scinditur Nilus in Pelusium fluens & Canobum. Author Herodot.lib.2.

CERCESVRA {Κερκέσουρα} Ciuitas est in Libya, ad Eudoxi speculas sita. Nam ante Heliopolim specula quædam ostenditur, quemadmodum & ante Gnidum, ad quam ille cælestiū motus adnotabat, atque præfectura hæc Litopolitana nominatur. Ex Strab.lib.17.

CERCETAE, Populi sunt minoris Armeniæ Plinio. Pomponio vocitantur Cercetici lib.1.

CERCETI, Montes Thessaliæ, dicēte Plin.lib.4.cap.8, In Thessalia sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cerceti, Olympus, Pierus, Ossa: cuius ex aduerso Pindus & Othrys, Lapitharum sedes, ad occasum vergentes, &c.

CERCINA, Insula est maris Mediterranei, cum vrbe eiusdem nominis ex aduerso Africæ ad promontorium minoris Syrtis sita. Author Pomponius. & Plin.lib.5.cap.7.

CERCINITIS, Perparua insula, Cercinæ superiori Carthaginem versus ponte iungitur. Hæc Plin.lib.5, in descriptione insularum quæ sunt ex aduerso Africæ.

CERCION, Rex fuit Thessaliæ, qui filiam habuit Alopen, à qua ciuitatem cognominauit.

Cercitam {κερκίτην} Pausanias grammaticus ait vocari temonis genus, à populis inuentoribus qui Cercitæ appellabantur in terra India.

Cercius {ἰάπυξ} Ventus. Gell.lib.2.cap.22. Sed quod Phauorinus ait vērum qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari, M.Cato in libro Originum eum ventum Cercium dicit, non Circium. nam quum de Hispanis Alpinis scriberet, qui citra Hiberum colunt, verba hæc posuit, Ventus Cercius, quum loquare, buccam implet. Hactenus Gellius. Ventus est autem in Narbonensi prouincia frequenter sæuiens, nulli violentia inferior: & ob id à turbine ac vertigine ita appellatus. Plin. hunc ventum appellat Circium lib.17.cap.2.

Cercolopis, Genus simiæ, quæ vltimam partem caudæ villosam habet. Festus. Alij Cercalopex legunt.

Cercopa, Græci appellant lucri vndique cupientem, quasi κερδώ, quem nos quoque lucrionem vocamus. Festus.

CERCOPES {Κέρκωπες} Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitij genere abstinerent, à Ioue in Simias mutati sunt, vt fabulatur Ouid.14. Metam. ¶Cercopes item fratres duo fuerunt, Passalus & Achemon, siue vt apud Suidam legitur, Acmon, de quibus vide suprà in dictione Achemon.

Cercopithecus, penult.prod. {κερκοπίθηκος} Compositum nomen ex κέρκος, quæ dicitur cauda: & πίθηκος, simia: quasi simia caudata, quam *Cattum Marmonem* vulgò dicimus. Plinius lib. 8. cap.21, Cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce. Martialis libro 14,

Callidus

Callidus emissas eludere simius hastas:
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.
Cercopitheci sacri effigies. Iuuen. sat. 15. 1.
Cercopithecon amare. Martial. lib. 7. epigr. 86,
Si Cronius similem cercopithecon amat.

Cercos, auis, Lege CIRCOS, & vide suo loco.

Cercurus, siue cercuron, penult. prod. { κέρκουρος } Nauis Asiana prægrandis, authore Nonio. Plautus, & Plin. huius meminerũt. Nomen autem habuerunt huiusmodi naues à Corcyrensibus, vt Grammatici Græci suspicantur. Turnebus.

CERCYON { Κερκυὼν } Arcas fuit quidam, latro insignis, qui omnem Atticam regionem latrociniis infestabat immani ferocia, & membrorum robore curuans trabes, & altissimas pinus ad terram trahens. Is à Theseo iuxta Eleusinem Cererem interemptus est. Ouid. 7. Metamorphoseos, Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis. Hinc

Cercyoneus, penultima producta { κερκυόνειος } Adiectiuum. vt Corpora Cercyonea. Ouid. in Ibin. ¶ Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Aloxen vrbem ab Alopes filiæ suæ nomine appellauit.

CERCYRA { Κέρκυρα } Insula est maris Ionij, quæ à Latinis litera vna immutata Corcyra dicitur. Vulgò *Corphu*.

Cerdo, cerdonis, m. g. penul. prod. { βάναυσος } Quicunque lucrũ quærit ex re aliqua, & artes illiberales exercet, quæstus gratia, quĩ Græcè κέρδων dicitur. Nonnulli cerdonem vocãt sutorem veterũ calceorum, qui à Suetonio veteramentarius appellatur. Martial. lib. 3. 16,
Ebrius es: nec enim faceres id sobrius vnquam,
Vt velles corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Nat. deor. Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse cerdonis.
Cerdoni turpia, Brutos decent. Iuuen. sat. 8.
Cerdonibus timendus. Iuuen. sat. 4,
Sed periit postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat. De Domitiano.
¶ Cerdo etiam fuit nomen hæretici, à quo Cerdoniani, qui Christum nec natum à fœmina, neque carnem habuisse, nec verè mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebat.

CERDOVS { κερδῷος } Id est Lucrio, Apollo dictus est, quòd oracula ad lucrum daret. Certè legimus etiam Pythiam pecunia corruptam, oracula reddidisse & Philippo, & aliis. Cælius Cerdoum cognominatum tradit, quia oraculis æditis ad lucrum conferre insigniter crederetur. Cęterum cognomen id Mercurio adaptant alij, vt qui negotiis præsit ac lucro: qua ratione marsupium illi contribuunt, ac angelum vocant. Ex Cæl. lib. 16. cap. 19.

Cere, In CAERE.

Cerealis, In CERES.

CEREALIS, Oppidum in Hispania non longè ab Oceani ora in Mediterraneo. Plin. lib. 3. cap. 1, Celeberrima inter hunc & Oceani oram in Mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Iulia quę Fidentia, Virgao quæ Alba. Ebura quæ Cerealis, &c.

Cerebrum, cerebri, penultima correpta { ἐγκέφαλος. } Plin. lib. 11. cap. 37, Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem: etiam in mari quæ mollia appellauimus, quamnis careant sanguine, vt polypi. Sed homo portione maximum & humidissimum, omniúmque viscerum frigidissimum, duabus supra subtérque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum est. Cætero viri quàm fœminæ maius. Hominibus hoc sine sanguine, sine venis, & reliquis sine pingui. Aliud esse quàm medullam, eruditi docent, quoniam coquendo durescat. Plura ibidem. Quod autẽ dicit Plinius cerebrum sine venis & sanguine esse, id manifestè falsum est ex anatome, nequis putet: nam & venas & arterias numerosissimas habet in plexu quem retiformem practici vocant. Cic. 1. Tusc. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum, sed alij in corde, alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.
Felix cerebri. Horat. 1. Serm. sat. 9,
-ô te Balane cerebri
Felicem, aiebam tacitus. Interpretes hoc loco Felicẽ cerebri illum intelligi volunt, quem cerebrosum alibi appellat. Id est iracũdum aliquantulum, & qui quod de vnoquoque sentiat liberè pronuntiet.
Sanies nigri cerebri. Stat. 5. Thebaid.
Cerebrum arboris. Plin. lib. 13. cap. 4. A cerebro ipso arboris viridi fissuris diuiso atque defosso.
Effractum cerebrum. Stat. 6. Thebaid.
Putidum cerebrum, pro insano dictum est ab Horat. 2. Serm. sat. 3.
Cerebrum palpitat. In PALPITO.
Cerebro laborare. In LABOR.

Cerebellum { ἐγκεφάλιον } Diminutiuum. Plin. lib. 29. cap. 5, Cerebello gallinaceo occurritur.

Cerebrosus, penult. prod. { αὐθάδης } Adiectiuum, Capitosus, & qui habet durum & pertinax cerebrum. Plaut. Mostel. 13,
Senex hic cerebrosus est certẽ. Horat. 1. Serm. sat. 5,
-donec cerebrosus prosilit vnus.
Cerebrosi, inquit Nonius, dicuntur ad insaniã faciles, quibus frequenter cerebrum moueatur. Lucil. lib. sat. 15,
Te primum cum istis insanum hominem, & cerebrosum.
Cerebrosus bos. Colum. lib. 2. cap. 11, Eruum pecori noxiũ, & præcipuè bubus, quòd pabulo suo cerebrosos reddit. Id est ad insaniam faciles, & vnde ipsis crebrò cerebrum moueatur.

Ceremonia. In CAEREMONIA.

CERES, Cereris, penultima correpta { Δημήτηρ, δημητριακὸς, κουρίζω } Saturni atque Opis filia, quæ genuit ex Ioue Proserpinam. Hæc, dea frugum putabatur. Cic. 2. de Nat. deor. Mater autẽ est à gerendis frugibus, Ceres tanquam geres, casuque prima litera itidem immutata, vt à Græcis. nam ab illis quoque Δημήτηρ quasi γημήτηρ nominata est. Cererem Virgilius pro Luna posuit, sicut Liberum pro Sole in primo Georgicorum, -vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,

Liber & alma Ceres. De Cereris templo in Sicilia, infrà in dictione ENNA.
Terra Ceres. Cic. 1. de Nat. deor. Idémq; disputat æthera esse eum, quem homines Iouem appellarent: quíq; aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terrámque eam esse quæ Ceres diceretur.
Accola Cereris. In ACCOLA.
Ceres Amæa. Vide AMAEA Azesiam reperit, In Chiliad. Erasmi.
Antiqua. Virgil. 2. Æneid.
Ennæa, quæ colebatur in Enna vrbe Atticæ. Sil. lib. 1.
Frugifera. Seneca 1. Thebaid.
Legifera. Leges enim ipsa dicitur inuenisse. Nam & sacra ipsius Thesmophoria vocantur. Sed ideo hoc fingitur, quia ante inuentum frumentum à Cerere, passim homines sine lege vagabantur: quæ feritas interrupta est, inuento vsu frumẽtorum, postquam ex agrorum diuisione nata sunt iura. Hæc Seruius. Virg. 4. Æneidos,
Legiferæ Cereri, Phœbóque, patríque Lyæo.
Magna. Virgil. 1. Georg.
Secreta Ceres, dicebatur Eleusina, cuius sacra nemini fas erat publicare, nec iis interesse, qui non essent initiati. Sen. Hercul. furent. 10.
Annua sacra referre Cereri, Ambaruali sacrificia facere. Virgil. 1. Georgicorum,
In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
¶ Ceres, pro ipso pane aliquando ponitur. Terent. Eun. 4. 5,
Sine Cerere & Libero friget Venus.
Cereri nuptias facere, vel sacrificare. Plaut. Aulul. 11,
Cererin' Strobile has facturi nuptias?
STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo Quemadmodum Græci dicunt ἱερὰ θύειν, Id est lari sacrificant: ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant, siquando in conuiuio vinum deesset: propterea quòd in huius sacris nefas esset inferre vinum, sicut apud Græcos in quarundam dearum sacrificiis.
¶ Ceres, pro frumento. Virg. 1. Æneidos,
Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiáque arma
Expediunt, &c.
Larga Ceres, Magna frumenti copia. Lucan. lib. 3.
Vocare clamore Cererem in tecta, est inuocare dari copiam frumentorum, vt inquit Seruius. Virgilius 1. Georgicorum,
Et Cererem clamore vocent in tecta.
¶ Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum. Cic. 2. de Natura deorum.
Rubicunda. Virgil. 1. Georgicorum,
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.
Flaua. Virgil. 1. Georg.
Læsa Ceres sterilem vanescit in herbam. Ouid. 3. Amor. eleg. 6.
¶ Cererem celebrare. Iuuen. sat. 9.
Nutrit rura Ceres. Horat. 4. Carm. ode 5.
Facere vota Cereri. Virg. eclog. 5.
Cererem coquere dicitur æstiuus Leo. Senec. Hippol. 9.
Terram densam magis Cereri fauere dicit Virgil. 2. Georg. in qua frumentum felicius & melius nascitur. Sic enim inquit.
Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo.
Iugera Cererem ferunt. Horat. 3. Carm. ode 24.
Intercipere Cererẽ in spicis, Id est iam maturam. Ouid. 8. Metam.
Tellus Cererem reddit. Horat. Epod. 16.

Cerealis, & Cereale, penult. prod. { δημητριακὸς } Quod ad Cererem pertinet. Cereales autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, quorum creandorum author fuit C. Iulius Cæsar. Vide Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 4.
Arma Cerealia, Instrumenta ad molendum frumentum conficiendósque panes. Virg. 1. Æneid.
Auræ. Plin. lib. 15. cap. 19.
Cœna. Plaut. Menæh. 3. Prouerbialis loquutio, de qua Erasmus in Chiliadibus.
Culmi Cerealis mergites, manipulos spicarum vocamus. Virgil. 2. Georgicorum.
Dona Cerealia, Panes dicuntur. Sil. lib. 7.
Herbæ. Ouid. 4. Fast.
Cereales ludi, In honorem Cereris facti. Liu. 10. bel. Pun.
Munera Cerealia. Ouid. 11. Metam.
Cereale papauer. Virg. 1. Georgicorum,
-& Cereale papauer Tempus humo tegere. Vbi Seruius, Cereale papauer, vel quod est esui, sicut frumentũ: vel quia eo Ceres vsa est ad obliuionẽ doloris. Alij: Papauer ea attributione exornatur, quòd simulacra Cereris manu papauer gestare solebãt: sed & eius antistitæ, quum Cereri sacrũ esset. Callimach. χειρὶ δὲ δράγματα καὶ μάκωνα. Ex Turnebo. Columel. lib. 10, Allia cum cepis, Cereale papauer anetho Iungite.
Sacrum Cereale. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.
Cerealis sapor. Plin. lib. 19. c. 8, Papaueris satiui tria genera: candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cũ melle apud antiquos dabatur. hoc & panis rustici crustæ inspergitur effuso ouo inhærens, vbi inferiorem crustam apium, gíthque Cereali sapore condiunt.
Semina Cerealia. Ouid. 1. Metam.
Solum Cereale vocat Virg. 7. Æneidos,
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Sulci Cereales. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
¶ Cereales, etiam dici inuenio eos qui emittãtur rumores aliquos disseminaturi, velut semina sparsurum emisit Triptolemum Ceres, ait Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 8.

Cerealia, cerealiorum, plur. num. n. g. { δημήτρια } Dicuntur sacra Cereris à Triptolemo instituta, quæ Plinius etiam lib. 24, Thesmophoria vocat à Cerere Thesmophora, hoc est legũ latrice. Plutarch. quoque adonia vocat. Cic. ad Att. lib. 2. 27, Emersam commodè ex Anthio in Appiam ad Tres tabernas, ipsis Cerealibus, quũ in me incurrit Ro-

ma veniens Curio meus, ibidem ilico puer abs te cum epistolis.

CERETANI, penul. prod. { κερρητανοί, Ptol. } Populi Hispaniæ, apud quos generosa vina nascebantur, quæ Ceretana dicebantur. Martialis, Ceretana Nepos ponat, Setina putabis.

CERETE, Oppidum in Italia, quo ab Romanis solo æquato, inopes inde Ceretani per Italiam disiecti, vt sibi vitæ necessaria corraderent, multarum scientiá rerum cómenti, ac pleraque consarcinantes, quibus apud inscitam plebem, & pullatum circulú facilè sibi fidê doctrinæ multifariæ facerent, omnibus qui eadem grassarentur via, celebre ad posteros dedere nomen, usq; sunt quos passim modò Ceretanos nuncupamus. Vulgò *Charletans*. Ex Cæl. lib. 11. cap. 8.

Ceria, huius ceriæ { κηρία } Genus potionis, quo vtútur Hispani. Plin. lib. 22. cap. 25, Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, celia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera cum melle.

Cerinthe, cerinthes, f. g. { κηρίνθη } Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 12, Est autem cerinthe folio candido, incuruo, cubitali, capite concauo, mellis succum habente. Ea autem apes maximè delectantur, vt idem author docet eodem loco. Virg. lib. 4. Georgicorum,

-& cerinthæ ignobile gramen.

Cerinthus, quem alij Sandaracham, alij Erithacen vocát, cibus apum est, dum operantur, qui sæpe inuenitur in fauorum inanitatibus sepositus, & amari saporis. Gignitur autem rore verno, & arborum succo, gummi modo, plurimus in Græcis nucibus. Vide Plinium libro 11. cap. 8.

CERINTHUS { κήρινθος } Oppidum in Eubœa insula. Plin. lib. 4. cap. 13. ¶ Fuit & hoc nomine Cerinthus quidam hæreticus, cuius meminit Dionysius, quum de Ioannis reuelatione differit. Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnum Christi voluptarium, mores suos fassus, quòd gulæ luxuriæque deditus esset. Irenæus etiam secretiora ipsius in primo sui operis manifestat. Ex Eusebij lib. 3.

Cerinus, In CERA.

Cerion, quasi suaue & iucundum. Græci enim κηρίον vocant fauum. Plin. lib. 20. cap. 2.

CERITES, penul. corr. Populi sunt quos quum vicissent Romani, statuerunt vt nunquam leges ederent, nec leges haberent, quod multum ignominiosum fuit. Hæc Acron in illud Horatij, 1. epist. 6,

-Cerite cera Digni. Prouerbialis sententia. Id est sine lege, & suffragio nullo, inquit Budæus. De iis sic scribit Aulus Gellius lib. 16. cap. 13, Primos autem municipes sine suffragij iure, Cerites esse factos accepimus, concessumque illis, vt ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro sacris bello Gallico receptis custoditisque. Hinc tabulæ Cerites appellatę versa vice, in quas Censores referri iubebant, quos notę causa suffragiis priuabant.

Ceritus, huius ceriti, penult. prod. masc. g. { νυμφόληπτος } Cereris ira & indignatione vexatus. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur. Plaut. Rud. 23,

Elleborosus sum. G. at ego ceritus. Horat. 2. Serm sat. 3,

Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis, &c. Alij scribunt Cerritus, nimirum productionis causa. Sic & apud Sammonicum pro Ceritum sæpe horrendi medicantur odores, Turnebus postulante versu Cerritum legit.

Cerium, huius cerij { κηρίον } Genus vlceris. Plin. lib. 20. cap. 2.

CERMALUS, Locus in vrbe sic nominatus. Festus.

CERMORUM, Oppidum Macedoniæ apud Plin. lib. 4. cap. 10, in descriptione Macedoniæ.

CERNA, vel Cerne, Insula est Æthiopici maris, de qua sic Plinius scribit cap. 31. lib 6, Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Æthiopiæ, cuius neque magnitudo, neque interuallum à continente constat. Æthiopas tantùm populos habere traditur. Hæc Plinius.

CERNETANI, qui & Mariani dicti sunt, Italiæ populi sunt, iuxta Casinum & Bouillas: ita dicti à Cerneto oppido, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cerno, cernis, creui, cretum { κρίνω, διακρίνω } cernere, Videre. Virgilius 4. Æneidos,

Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus?

Cernere ad Capitolia. Ouid. 1. Trist. eleg. 30,

Hanc ego suspiciens, & ad hæc Capitolia cernens. &c.

E loco aliquo procul cernere. Virgil. 3. Æneidos,

Tum procul è fluctu Trinacria cernitur Ætna.

Cerno, cum infinitiuo. Virg 5. Æneidos,

-frustrà cerno te tendere contra.

Cernere & videre. Cicero 3. de Orat. Illa verò oculorum multo acriora, quæ ponunt penè in conspectu animi, quæ cernere & videre non possimus.

Ante oculos cernere. Lucret. lib. 2.

Acutè. Lucret. lib. 4.

Acutùm, Idem quod acutè. Horat. 1. Serm. sat. 3,

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutúm?

Clarissimè. Plin. lib. 11. cap. 37.

Singillatim cernere aliquid. Lucret. lib. 4.

Oculis. Cic. pro Cluentio, Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini.

Oculis cernere ea quæ videmus. Cic. 1. Tuscul. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ videmus.

Cernere obliquis oculis. Plin. lib. 11. cap. 37, Non conniuere diximus, quæ non obliquis oculis, sed circumacto capite cernerent.

Nati coram me cernere lethum Fecisti. Virg. 2. Æneid.

Causa cernendi in imaginibus est. Lucret. lib. 4.

¶ Cerno dictú à creo, id est à creando, ab eo quòd, quú quid creatum est, tunc denique videtur. Hinc illud in testamento, Facito videant te esse hæredem. Itaque in cretione adhibere iubét testes. Varr. lib. 5. de Ling. Lat. itémque 6. Apud Plautum, Quum ego antea te amaui, & mihi amicum esse creui: valet cóstitui. Itaque hæres quum constituit se hæredem esse, dicitur cernere, & quú id fecerit, creuisse.

¶ Cernere, Animaduertere, intelligere. Cic. 4. Academ. Nihil eos sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit, posse reperire. Idem de Oratore, Neque tanta tamen in rebus obscuritas, vt eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modò aspexerit.

Cernitur magnus animus duabus rebus. Cic. 1. Offic. Et apud eundem 3. de Finibus, Cernitur honestate beata vita.

Cernere verum. Cic. 4. Academ. Quorum omne bonum in mente positum, & mentis acie, qua verum cerneretur.

Vltima cernere, Intelligere se versari in extremo periculo. Virgil. 2. Æneidos, -his se, quando vltima cernunt,

Extrema iam in morte parant defendere telis.

¶ Cerneres, pro quiuis posset cernere. Terent. And. 1. 1,

Tum illa, vt consuetum facilè amorem cerneres. Virg. 4. Æneidos,

Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes. Id est quiuis cernere potuisset.

¶ Cernere est, Licet videre. Virgil. 6. Æneid.

Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum Cernere erat.

¶ Iam cernam, méne, an illum potiorem putes. Cicero 2. Tuscul. Hoc est, nunc experiar & videbo. Vulgus barbarorum dicit, *Ego bene videbo nunc.*

Quis est quin cernat quanta vis est in sensibus? Cic. 4. Academ.

¶ Cernit animus, Id est præuidet. Cic. de Senect. Animus verò non me deserens, sed respectás, in ea profectò loca discessit, quò mihi ipse cernebat esse veniendum.

Cernere animo. Cic. 1. de Finib. Quicquid porrò animo cernimus, id omne oritur à sensibus.

Cernere animo atque intelligere. Cic. in Topic. Non esse rursus ea dico, quæ tangi demonstrariue non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt.

Animo videre, Cernere mente. Cic. 1. de Natura deorum, Epicurus autem qui res occultas non modò viderit animo, sed etiam sic tractet vt manu doceat, eam esse vim & naturam deorum, vt primum non sensu, sed mente cernatur.

¶ Cernere de variis rebus, pro colloqui. Plaut. Trinum. 8,

-verecundari neminem

Apud mensam decet: nam ibi de diuinis atque humanis cernitur.

¶ Cernere, Audire. Actius Chrysip. Quid agam? vox illius est certè, idem omnes cernimus. Nonius.

¶ Cernere, Iudicare, apud veteres, teste Nonio. Pacuuius Armorum iudico, Et æquum & rectum est, quod postulas, iurati cernant.

¶ Cernere, Decernere, constituere, deliberare. Cic. 3. de Legibus, Quotcunque Senatus creuerit, populúsve iusserit, tot sunto. Regio imperio duo sunto. Lucilius,

Postquam præsidium castris educere creuit.

¶ Cernere, Cedere, antiquis, authore Nonio. vnde & cernere hæreditatem filij patribus (id est cedere) dicti sunt. Accius Myrmidon. Regnum tibi permitti malunt: cernam, tradam exercitum.

¶ Cernere, pro dirimere, separare, & secernere, vt ait Budæus. Cic. Topic. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. Et 5. Tusc. Deinde ex maiore parte plerasque res nominari etiam, siqua pars abesset, vt vires, vt valetudinem, vt diuitias, vt honorem, vt gloriam, quæ genere, non numero cernerentur.

¶ Cernere, Pugnare. Plaut. Amphit. 2. 3, Pro patria Amphitruo dicernit cum hostibus.

Cernere armis cum altero. Accius Epinausimache, Primores procerum reuocarint nomina, nisi esset quis, qui armis secum vellet cernere. Ex Nonio.

Cernere ferro, Idem. Virgil. 12. Æneidos,

Inter se coiisse viros, & cernere ferro.

Cernere vitam, De vita certare. Ennius apud Cic. 1. Officiorum,

Ferro, non auro, vitam cernamus vtrique.

¶ Cernere falsam hæreditatem alienæ gloriæ. Id est vsurpare sibi gloriam alterius. Cic. ad Dolabellam lib 9. 14, A te autem peto vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Budæus.

¶ Cernere hæreditatem, pro adire, authore Festo. Cic ad Atticum, lib. 11. epist. 2, Literas tuas accepi pridie Nonas Februarias, eoque ipso die ex testamento creui hæreditatem. Id est adiui. Eidem libro 6. epist. 1, eleganti metaphora est vsus, Quare adiunges Aufium nostrum, hominem semper amantem mei, nunc credo eo magis quod debet etiam fratris Appij amorem erga me cum reliqua hæreditate creuisse. Budæus. Sensus est: vt non solùm rei quam Appius habuit, sed amoris etiam quo me viuens prosecutus est, hæres Aufius sit.

¶ Creui, modò significat hæreditatem adij: modò maior ætate vel censu sum, modò iudicaui, modò diuisi: quæ omnia à duobus verbis cresco & cerno veniunt: cuius vnius origo ex Græco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere. Hæc Festus.

¶ Cernere, Secernere, cribrare, quod & Incernere dicitur. Plin. lib. 18. cap. 11, Posteáque gypsi pars inspargitur, atque vt cohæsit, farinario cribro subcernunt: quæ in eo remansit, excepticia appellatur, & grandissima est. Rursus quę tráiit, arctiore cernitur, & secúdaria vocatur.

Cerni, Passiuum. Cicero in Topic. Ea esse dico, quæ cerni tangíve possunt, vt fundum, ædes, parietem, &c.

In turba cerni. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4,

Me miserum, turba quòd non cernor in illa.

Nulli cernendus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5.

Cretio, Verbale, Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus: vel ipsa hæreditatis aditio. Cicero ad Atticum, lib. 11. epist. 12, in fine, Galeonis hæreditatem creui. Puto enim cretionem fuisse simplicem, quoniam ad me nulla missa est. Simplicem, Id est cum nullo coniunctá, & sine cohæredibus: vt ego vnus creuerim. missa est ab iis qui meo nomine creuerunt. Eidem lib. 13, Ex eo cognoui cretionem Cluuij (ô Vestorium negligentem) liberá, testibus præsentibus sexaginta duobus. Metuebam ne ille arcessendus esset. nunc mittendum est, vt meo iussu cernat. subaudi, hæreditatem. Id est vt adeat hæreditatem

ditatem mihi à Cluuio relictam. Hoc est, vt auctionem curet faciendam eorum bonorum, quæ mihi & Hordeonio Cluuius legauit. Itáque cernat, hoc est meam partem capiat meo nomine. Ex eo cognoui cretioné Cluuij: id est, quid in testamento Cluuij scriptum sit.

Cretio est, certorum dierum spatium, quod datur instituto heredi ad deliberandum, vtrum expediat ei adire hæreditatem necne: velut Titius hæres esto, cernitóque in diebus centum proximis, quibus scieris, poterísque: nisi ita creueris, exhæres esto. Cernere, est verba cretionis dicere, ad hunc modum, Quum me Mæuius hæredem instituerit, eam hæreditatem adeo cernoq;. Sine cretione hæres institutus, si constituerit nolle se hæredem esse, statim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire nó potest. Cum cretione verò hæres institutus, sicut cernédo fit hæres, ita non aliter excluditur, quàm si intra diem cretionis non creuerit. Ideóque etiam si constituerit nolle se hæredem esse, tamen si supersint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo hæres fieri potest. ¶Cretio aut vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adiiciuntur hæc verba, Quibus scieris, poterísque. Continua, in qua non adiiciuntur. Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur quibus scit se hæredem institutum esse, & potuit cernere. Ei qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignorauit se hæredem institutum: aut sciuit quidem, sed non potuit cernere. Hæc Vlpian. Instit. tit. 23. ex quibus verbis apparet castigandum Ciceronis locum lib. 1. de Oratore, vbi sic vulgò legitur, Vt in conditionibus scribi solet, de quibus sciam, poteróque: Pro conditionibus enim, legendum est cretionibus.

Cernuæ. Pisces Philotimo, 2. de alimentis, duræ carnis, & qui ægrè conficiantur, succósque crassos & salsos in corpus distribuant. Ex Galen. lib. 3. de alim. facult.

Cernuo, cernuas, cernuare, Erat labente vestigio in pronum ire, & sæpe etiam labi: quo genere lusus consualibus vti solebant per pelles vnctas currentes. Varro, Etiam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibíque cernuabant: à quo vetus est ille versus in carminibus, Ibi pastores ludos faciunt coriis consualia. Seneca lib. 1. epist. 8. Qui hoc faciunt, non euertit fortuna, sed cernuat & allidit.

Cernuus {κυβιστής} Adiectiuum, dicitur proprie inclinatus, quasi quod terram cernat, authore Nonio. Lucilius sat. lib. 3, Cernuus extemplo plantas conuestit honestas. Virgil. 10. Æneidos,

-eiectóq; incumbit cernuus armo. Vbi Seruius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem: quasi in eam partem quam cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt stantes, cernui vocantur: vt etiam Varro in ludis theatralibus docet.

¶Cernuus, Calceamenti genus. Festus. De eo fortasse contra grammaticorum sententiá versum illum Lucilij, quem suprà citauimus, accipere licet. Nonnulli cernuum soccum interpretantur sine solo ligulatum. Turnebus.

Cernuatus, pen. prod. Adiectiuum, Inclinatus. Solinus cap. 57. Aliqui tamen legunt Curuatus.

Ceroma, penultima producta, ceromatis, penultima correpta, neutri generis {κήρωμα} Dicebatur quo athletæ vngebantur dum certaturi erant. Hoc verò ex oleo terráque constabat: nec ex omni quidem terra, sed ex quibusdam eius generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus atque algores firmiora arbitrabantur: vt erat albida quædam terra pertenuis ex Albano agro, & rubrica, vt Baianus puluis, & qui iuxta montem Vesuuium colligebatur, aliæq; huiusmodi terræ complures. Martialis lib. 14. Seu lentum ceroma teris, tepidúmve trigona. Plin. lib. 28. cap. 4. Nam illa quæ sunt è ceromate permisto cœno, articulos tantùm molliunt, calefaciunt, &c. Vide HAPHE.

Ceroma, Locus vbi palæstritæ vngebantur. Plinius libro 35. capite secundo, Iidem palæstras athletarum imaginibus, & ceromata sua exornant.

Fœmineum ceroma. Iuuen. sat. 6. Dicitur auté fœmineum, quòd & mulieres eo, sicut viri, vngerentur palæstram inituræ.

Lacedæmonium ceroma. Martial. lib. 11. epigr. 48,

Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit, &c.

Ceromaticus, penult. corr. Adiectiuum: vt Collum ceromaticum. Iuuen. sat. 3. Id est ceromate perunctum.

CERON, Fontis nomen, de quo sic Plinius libro 31. cap. 2, Eudicus, inquit, in Hestiæotide fontes duos tradit esse, Ceronem, ex quo bibentes oues nigras fieri: Melan, ex quo albas: ex vtroque autem varias.

Ceroplastæ {κηροπλάσται} Comæ ornatores vocantur, quoniam κέρας, etiam sit coma, quod ante Plutarchum indicat Homerus dum Parim κέρᾳ ἀγλαὲ dicit: sed & apud Sophoclem ὀρθόκρανος φρίκη nuncupatur, Id est horror pilos surrigens. ¶Sunt & Ceroplastæ, qui ceram exercent: sed tunc Græcè κηροπλάσται scribuntur. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 23.

Cerostrotum, penultima producta {κερόστρωτον} Compositum ex duobus Græcis nominibus κέρας: id est cornu: & στρωτὸς stratus. & est picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inseruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum: sed nó satis hoc fuit, cœpêre pingi animalium cornua, dentes elephantorum secari, lignúmq; ebore distingui, mox totum operiri. Vide infrà CEROSTRVM.

Cerotes {κηρωτὴς} Inter ornamenta muliebria numeratur Polluci libro 7. cap. 22.

Cerotum, Vide CERATVM.

Cerreta, quam rusticis Corneolam vocari Ruellius ait, caules profert, & folia lino maiora, non autem salicis: florem luteum, semen folliculis genistæ effigie inclusum. Nascitur in pratis, nulláque est, quod gustu percipi possit, adstrictione prædita. Ex Mathiol. Senens. apud Dioscorid.

Cerritus. In CERITVS.

Cerrones, Leues & inepti à cratibus dicti, quòd Siculi aduersus Athe-

nienses cratibus pro scutis sunt vsi, quas Græci γέῤῥα appellant. Author Festus.

Cerrus, cerri, fœmin. generis {ἄσπρις} Arboris species ex glandium genere. Plin. lib. 24 cap. 4. Theophrast. lib. 3. de hist. plantarum, Genera hæc roboris habentur: placida, cerrus, latifolia, fagus, salsicortex: omnia fructifera: sed dulcissima glans fago, secunda placidæ, tertia latifoliæ, quarta salsicortici, vltima & amarissima cerro. Porrò Cerrus dicitur Græcis αἰγίλωψ. Cerri meminit Vitruuius lib. 2. cap. 9. & lib. 7. cap. 1.

Cerrinus, penult. corr. Adiect. {ἀσπρινός} vt, Cerrinus calix. Plin. lib. 30. cap. 10, Quidam pectus eius bibendum censent, & in cerrino calice.

Cerreus, aliud Adiect. {ἀσπρικὸς} vt, Cerrea glans. Plin. lib. 16. cap. 6, Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem, &c. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem carnem, sed duram.

Certe, In CERTVS.

Certo, certas {ἀγωνίζομαι, ἁμιλλάομαι, ἀθλέω} certare, Altercari, contendere. Variis nominibus iungitur, cóstruitúrque vt plurimum cú præpositionibus Inter & Cum.

Acies certant. In ACIES.

Ambiguè certare. Tacit. lib. 21.

¶ Certare, cum datiuo. Antiquum. Sisenn. histor. lib. 4, Alij saltui, ac velocitati certare. Nonius.

Æquore certare, Id est in cursu & spatio currentium. Sil. lib. 16, Téne Astur certante feret quisquá æquore palmam Erepto? Verba sunt Iberi ad Panchatem equum, qui venerat ex Asturia.

Certare bello de re aliqua. Liu. 3. ab Vrbe, Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum sæpe bello certassent, multis inuicem cladibus fessi. Sic certare pugnis, calcibus, vnguibus, &c. Cic. 5. Tuscul.

Plus vno Marte certare. Diuersis præliis hostem aggredi. Sil. lib. 8.

Animis iniquis, pro malignè diffidere & aduersari, apud Virgil. 10. Æneidos,

-tantúmq; animis certatis iniquis? vbi Iupiter deos alloquitur.

Augendæ dominationi certare, Ad augendá dominationem. Tacitus libro 2.

Benedictis vel maledictis. Terent. in prol. Phorm.

Carmine. Horat. in Arte.

Damnis. Plaut. Trucul. 19.

Dicacitate. Cic. de Claris Orat. Ego memini T. Tincam Placentinum facetissimum cum familiari nostro Q. Granio præcone dicacitate certare.

Dolis. Sil. lib. 5.

Iocis. Horat. 2. Carm. ode 12.

Legibus suis certare domi. Cic. 4. Ver. Siculi hoc iure sunt, vt quod ciuis cum ciue agat, domi certet suis legibus.

Maledictis. Liuius 5. ab Vrbe, Acta deinde in Senatu res est, certatúmque inter collegas maledictis.

Malitia certare tecum, miseria est. Plaut. in Pers. 6.

Manu. Valer. lib. 6.

Mero. Horat. 4. Carm. ode 1.

Minaciis cum aliquo. Plaut. Trucul. 19.

Multam. Vide Multam dicere, in DICO, dicis.

Muneribus. Contendere de munerum præstantia. Virg. 2. ecloga,
Nec si muneribus certes, concedat Iolas.

Obsequiis. Claud. epigr. 20.

Officiis inter se. Cic. Curio, lib. 7, Reliquú est vt officiis certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincam te, vel vincar abs te. Id est, nitamur alter alterum officiis vincere.

Priorem officio certare. Virg. 1. Æneidos,

-officio nec te certasse priorem Pœniteat. Vbi Seruius, Ne tibi parú videatur prima beneficia præstitisse, quú possis maiora recipere.

Pietate. Claud. 4. Paneg.

Pignore. Virg. 3. ecloga,
Tu dic mecum quo pignore certes.

Sagitta celeri. Virg. 5. Æneidos,
Protinus Æneas celeri certare sagitta
Inuitat qui fortè velint: & præmia ponit.

Omni scelere. Seneca Thyeste, 1.

Titulis alicuius. Claud. epigr. 22. Id est cum titulis.

Vigiliis ac labore cum altero. Liu. 4. bel. Maced. Parsimonia & vigiliis & labore cum vltimis militum certaret.

Virgiliana virtute. Plin. in præfatione lib. 9.

Vitiis cum aliquo. Cic. 10. Philipp. Erat enim ei spes vna in C. Antonio, qui duorum fratrum ætatibus medius interiectus, vitiis cum vtroque certabat.

Secum. Plin. Iunior, epist. 119.

Certare cum alterius improbitate. Cic. 7. Verr. Si cum aliorum improbitate certet, longè omnes, multúmque superabit.

Certat Ægyptus cú feracissimis terris. Plin. Iunior, in Paneg. Tantis segetibus induebatur, vt cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret.

Certare cú vsuris, fructibus prędiorú dicuntur, quorum vectigalia vix, aut ne vix quidé vsuris persoluendis paria esse possunt. Cic. 2. in Catil. Meo beneficio tabulæ nouæ proferentur, verùm auctionariæ. Neque enim isti qui possessiones habent, alia ratione vlla salui esse possunt. quòd si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum vsuris, fructibus prædiorum: & locupletioribus his, & melioribus ciuibus vteremur.

Imparibus certare, Id est cótra vel maiores se vel minores. Horat. Epod. 11.

Forma certare deis, pro Cum deis, Id est non minus quàm deos formosum esse. Sil. lib. 5.

Melioribus, Id est cum nobilioribus & potentioribus. Horatius 2. Serm. sat. 5.

Certare cú. Liu. 4. ab Vrbe, Aut iis cú quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientia, nec disciplina rei militaris cedendum esse.

De imperio.Cic.2.de Orat.

Pugnaciter de re aliqua.Cic.4.Academ. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur: ergo de omni statu consilióque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum alios, tum meipsum velim?

In decus & famam lethi cum aliquo.Silius lib.11. Id est, quò mors gloriosior sit.

In omne facinus certare, Id est ruere in omnem turpitudiné, projectum esse ad omne scelus.Seneca Thebaid.1.

Foro, Id est in foro.Horat.2.Serm.sat.5,

Magna minórve foro si res certabitur olim,&c.

¶Certare, Inter se summa cura deliberare. Virg.6.Æneidos,

Haud mora, festinant flentes, arámque sepulcri

Congerere arboribus, cælóque educere certant. Id est (ait Seruius) vt hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc ituri sunt ad syluas.

Iure certare inter se. Cic.4.Verr. Quum id quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, ius esse certum Siculis, inter se quo iure certarent: legem esse,&c.

Certare ob.Horat.in Arte,

Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum.

Sub lege aliqua certare, Id est proposita conditione. Claudianus epigram.22.

Certare agere quidpiam, Est certatim aliquid conari. Virgilius 2. Æneidos,

Circunfusa ruit, certántque illudere capto.

Non certare cum aliquo quidpiam facere. Virg.2.Georg.

Certo superare, Id est studeo & conor. Virg.5.ecloga,

Quid si idem certet Phœbum superare canendo?

Certo vincere. Virg.5.Æneid.

Honorem certare. Stat.lib.6.Thebaid.

Certare aliquid. Id est certando conari. Horat.2.Serm.sat.3.

¶Certare, cum datiuo vsurpatiué. Virg.5.ecloga,

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas. Vbi Seruius, Vsurpatum est: nam hodie Certo tecum dicimus.

Laudibus alicuius certare. Virg.2.Georg.

Donaria alicui certant, Id est alicui dona certatim offeruntur. Valerius lib.5.

¶Certatur, pro certat, apud veteres. Pacuuius Armorum iudicio,

An quis est qui te esse dignum quicum certetur putet? Nonius.

¶Certatur, Impersonale. Liu.1.ab Vrbe, Inter ordines certabatur.

Certatum est. Lucan.lib.2.

Certatum est in iudicio. Cic.1. de Orat. Quid quod ité in Centumuiriali iudicio certatum esse accepimus?

Certans {ἀγωνιζόμενος} Participium, vt, Crines auro certantes. Id est auro intorti ac inter se ferientes, vel potius flauo colore & pulchritudine contendentes cum auro. Silius lib.4,

Occumbit Sarmens, flauam qui ponere victor

Cæsariem, crinémque tibi Gradiue vouebat

Auro certantem, & rutilum sub vertice nodum.

Animam suam certanté in hostis dextra ponere, Est ab hostis forti dextra interfici. Sil.lib.10, de Paulo loquens.

Animis certantibus, Id est summa animorum contentione. Virgil. 12.Æneid.

Remis certantibus æquora verrere, Vehementer agitatis remis nauem impellere. Virg.3.Æneidos,

Verrimus & proni certantibus æquora remis.

Certatus, pen.prod. Participium passiuum. Sil.lib.17,

Certatus nobis hodie dominum ac [illegible] orbis. Verba sunt Annibalis ad Scipionem. hoc est, pro quo certauimus.

Certamen, penult.prod. huius certaminis, pen.corr. {ἀγών, ἆθλος, ἅμιλλα, ἀγώνισμα} Est res ipsa de qua certatur, vter columbam sagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. Vnde Virg.2.Georgicorum,

Velocis iaculi certamina ponit in vlmo. Donatus in Adelphos Terentij.

¶Certamen etiam ipsa est certatio.

Lex certaminis. Ouid.10.Metam. de Atalanta,

Præmia veloci coniux, thalamíque dabuntur.

Mors pretium tardis, ea lex certaminis esto.

Pretium certaminis ferre. Ouid.13.Metam.

Ludorum certamina. Ouid.1.Metamorphoseos,

Instituit sacros celebri certamine ludos.

Certamen disci. Ouid.10.Metam.

Veneris certamina mutua. Ouid.2.Amorum, eleg.10.

Vini certamen, Compotatio. Tibul.lib.3.eleg.6,

Aut siquis vini certamen mite recuset,

Fallat eum tecto cara puella dolo.

Biiugum certamen, Concursum celerem curruum significat. Virg. 5.Æneidos,

Non tam præcipites, biiugo certamine campum

Corripuere, ruúntque effusi carcere currus.

Celebre certamen. Ouid.1.Metam.

Classicum. Id est naualе prælium. Paterculus lib.2, Agrippæ omne classici certaminis arbitrium commissum.

Festa certamina. Stat.lib.6.Thebaid.

Impar. Ouid.11.Metamorphoseos,

Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,

Iudice sub Tmolo certamen venit ad impar. De Mida.

Ludicrum, Ioculare & puerile. Seneca Agamem.

Perpetua sacri certaminis materia. Quintil.lib.3.cap.7.

Quadriiugum. Stat.lib.6.Thebaid.

Valida. Stat.lib.6.Thebaid.

¶Celebrare certamina, Id est ludos certaminú. Virg.5.Æneidos,

Hac celebrata tenus sancto certamina patri.

In certamen descendere. Cic.2.Tuscul. Videmúsne apud quos eorum ludorum, &c. nullum ab his qui in id certamen descendant, deuitari dolorem?

Inire certamina prima. Virg.5.Æneid.

Missum certamen, Id est peractum & finitum. Virg.5.Æneidos,

At pius Æneas, nondum certamine misso

Epitiden vocat.

Præmia certamen mouent. Ouid.epist.15.

Certamina referre, Id est innouare. Virgil.5.Æneid. de Ascanio,

Tollere dona certamine. Virg.5.Æneid.

¶Certamen, pro tumultu siue strepitu. Virg.5.Æneidos,

Nauticus exoritur vario certamine clamor.

¶Certamen, Contétionem etiam significat. Sallust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Cic.pro Rosc.Amerino, Quo in certamine perditi ciuis erat, non se ad eos iungere,&c.

Summum certamen, Summus conatus. Virg.5.Æneid.

Contentio & certamen. Cæsar 5.bel.Gal.

Honestum certamen, & disputatio splendida. Cic.2.de Finib. Pugnant Stoici cum Peripateticis,&c. & certamen honestum & disputatio splendida. omnis est enim de virtutis dignitate contentio.

Diuitiarum certamina, Id est labores in cumulandis opibus. Horat.1.epist.5.

Æquo certamine bellum geritur. Lucret.lib.2.

Alacre. Silius lib.1.

Anhelum. Silius lib.2.

Asperum. Ouid.lib.4.Trist.eleg.1.

Auidum. Silius lib.12.

¶Certamen Chrysantianum, ab aureo flore pręmio victoris nuncupatum, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, id est ab auro, & ἄνθος, flore. Huius ludi meminit Iurisconf.in l.pen. D.de ann.leg. Cæterùm de hoc ludi genere, & aliis multis, vide Budæum, Alex.ab Alex.lib.5.cap.8. Valturium de re milit.lib.& cap.12.& Rhodig.lib.13.cap.30.

Funestum. Virg.in Culice,

Nec funesta tenet validæ certamina classis.

Grande. Horat.3 Carm.ode 20.

Magnum. Virg.7.ecloga,

Et certamen erat, Corydon cum Thyrside, magnum.

Verum fictúmque. Quintil.lib.2.cap.4.

Certamen cum. Cic.3 de Legib. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum grauissimo Reip.tempore: cui si cessissem,&c.

In certamen venire cum aliquo. Cic.de Claris Orat. Quum igitur essem in plurimis causis, & in principibus patronis quinquennium ferè versatus, tum in patrocinio Siciliensi in certamen veni designatus Ædilis cum designato COS. Hortensio.

Adducere in certamen rem aliquam. In ADDVCO.

Instituere sibi certamen cum aliquo. Cic.1.Acad. Tum ego, Cum Zenone, inquam, vt accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instituit, non pertinacia,&c.

Certamen inter. Sallustius, Sed gloriæ maximum certamen inter ipsos erat.

Inter quosdam certamen de. Cic.pro Flac. Adsunt Athenienses, vnde humanitas,&c. De quorum vrbis positione, propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est.

Pro re aliqua certamen esse. Cic.3.de Nat.deor. Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, próque vrbis muris,&c.

Honoris & dignitatis certamen esse cú aliquo. Cic.1.Offic. Quum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cú altero capitis & famæ.

¶Certamen & discrimen salutis. Cicero 1. de Diuinatione. Neque solùm in pace, sed in bello multo etiam magis, quo maius erat certamen & discrimen salutis.

In certamen & discrimen rerum omnium deuenire. Cicero 1. de Orat. Consulatu deuenimus in medium rerum omnium certamen atque discrimen.

¶Certamen, Prælium. Virg.11.Æneidos,

Quòd si me solum Teucri in certamina poscunt.

Belli certamen. Planc.Cic.lib.10. Lucret.lib.1,

Clara accendisset sæui certamina belli.

Conferre belli certamina inter se. In CONFERO.

Pugnæ certamen. Sil.lib.17.

Gladiatorium vitæ certamen. Cicero 2.de Orat. Sed si in ipso illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur,&c.

Æterno certamine prælia edere. Lucret.lib.2.

Certamen atrocissimum. In ATROX.

Clara certamina, Id est celeberrima. Vide paulo antè Belli certamen.

Contentiosa certamina. Firmicus lib.5.cap.1.

Dispar certamen inire, Est cum maiore contendere. Ouidius 2.Amorum, eleg.2.

Exacto lætus certamine victor. Claud.5.Paneg.

Graue. Silius lib.16.

Lethiferum. Catul.epigram.59.

Longum. Horat.1.epist.10.

Martium. Horatius 4 Carm.ode 14.

Miserandum. Silius lib.5.

Nauale, Quod è nauibus in mari committitur. Virgilius libro 5. Æneidos.

Rabidum. Silius lib.16.

Sacra certamina fuerút quatuor apud Græcos: Nemea dicata Archemoro, Pythia Apollini, Isthmia Palæmoni seu Melicertæ, Olympia Ioui. Lactantius tamen in principio sexti libri Thebaidos tradit Olympia in honorem Pelopis fuisse instituta. cui subscribit Solinus cap.2, his verbis, Certamé Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermissum Iphiclus filius eius instaurauit post excidium Troiæ anno quadringentesimooctauo. Stat. quoque in principio lib.6.Thebaidos,

Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem,

Pulue

Puluereúmque fera crinem detorsit oliua. In Nemeis victores apio coronabantur. Plin.lib.19.cap.8, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. De apio loquitur. In Pythiis lauro vtpote quæ dicata est Apollini. Testis Plin.lib.2.cap.1. Testis & Lactantius loco suprà citato. In Olympiis oleastro. Plin.lib.13.cap.4, ad finem, Athenæ quoque victores olea coronant, Græci verò oleastro Olympiæ. In Isthmiis pinu. Plin.libro 15.cap.10.ad finem, Pinea corona victores apud Isthmum coronantur. Extat super hac re Græcum epigramma Archiæ poetæ, quod sic Latinitate donauit Volaterranus:

Græcia concelebrat duo bis certamina sacra:
Quorum, hominum duo sunt, & duo cælicolum:
Sacra Iouis, Phœbique, Palæmonis, Archemorique.
Dona oleaster erunt, mala, selina, pitys.

Hoc est, oleaster, poma, apium, pinus. Primum (ait Volaterranus) Hercules in Iouis honorem constituit in Olympia: vbi stadium fecit tanto cæteris maius, quanto eius mensura pedis præpolleret: vbi primus Olympionica fuit Corœbus Atheniensis, vt author Eusebius. Vide Plinium lib.7. cap.56. & Diodorum Siculum lib.5.cap.2. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob pythonem serpentem ab eo interfectum, vbi certamen erat musicæ, in quo Chrysothemis primus vicit hymnorum cantu, deinde Thamyras, vt author Pausanias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeo magnas fert baccas, vt mala videri possint. Tertium Palæmonis Athemãtis filij, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuno apud Isthmum. Quarta Nemea sacra, ob Archemorum puerum Lycurgi filium, ab Hypsipyle nutrice educatum, & in sylua Nemea defunctum. Erat autem consuetudo hieronicarum (sic enim vocabãtur qui in sacris certaminibus vicissent) vt domum redeuntes, diruptis de indústria mœnibus à patria exciperentur, tanquam viri fortissimi & vi superantes. Coronas præterea donabant patriæ. Hæc & multo plura apud Volaterranum in Philologia, lib.29. Vide Cælium lib.13.cap.17. Cic.2.Tusculanar. & pro Flacco. Plin. lib.34.cap.4.

Sæuum.Sil.lib.1,
Occumbit sæuo Tyrius certamine victor.
Sublime.Claudian.in Ruff.
Trepidum.Horat.1.epist.20.
Vastum.Virg.12.Æneidos,
Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt.
¶Minor in certamine, Id est viribus inferior. Horat.1.epist.10,
-minor in certamine longo
Implorauit opes hominis.
Studio certaminis in litem ire. Ouid.6.Fast.
Abnuere certamen. Liu.lib.1.
¶Accendere certamina. Lucret. lib.1. Significat causam præbere litium.
Certamina impensius accendi. Vide ACCENDO.
Accendi ad certamen. Liu.de bell.Punic.
Multam certare. Vide Multam dicere, In DICO dicis.
Celebrare certamina sub nomine alicuius, Scæuola in l.Liberto, §.l.Titius.D.de annuis legatis.
Conferre manu certamina. Lucret.lib.4.
Conserere. In CONSERO.
Contrahere. In CONTRAHO.
Cooriri certamen. Liu.lib.1.
Duro certamine cadere. Claud.4.Paneg.
Differre. Ouid.6.Metam.
Dirimere. Ouid.5.Metam.
Excludere, Remittere prælium, atque interponere quietem bello. Sil.lib.15,
Tum castris procul amotis, aduersa quiete
Dissimulans dubia exclusit certamina Martis.
Extrahere. Liu.lib.4.
Experiri. Liu.de bell.Punic.
Facere. Liu.de bell.Punic.
Certamen animis imbibere. Vide IMBIBO.
Incessit certamen, pro subiit. Tacit.lib.2.
Increscere dicitur certamen. Vide INCRESCO.
Inferre alicui. Vide INFERO.
Iniicere aliquibus. Vide INIICIO.
Inire. Ouid.10.Metam.
Inire cum aliquo. Sil.lib.13.
Instare certamen. Liu.de bell.Punic.
Instituere sibi cum aliquo. Vide INSTITVO.
Inuadere. Sil.lib.17. Id est in certamina vadere.
Miscere. In MISCEO.
Moliri. Sil.lib.16.
Mouere. Lucan.lib.3.
Occumbere certamine. Sil.lib.1.
Certamini auidè se offerre. In AVIDVS.
Ponere, Id est finire. Virg.8.Æneidos,
Pòst iidem inter se posito certamine reges
Armati Iouis ante aram, &c.
Ponere militibus certamina, Collocare aciem, instruere ordines militum. Virg.5.Æneidos,
Prima citæ Teucris ponam certamina classis.
Præbere. Liu.de bell.Punic.
Præparandus certamini. Quintil.lib.2.cap.8.
Renouare. Liu. Consul metuens ne minus instando renouaret certamen, &c.
Sedare. Liu.de bell.Punic.
Serere. Liu.lib.2.
Tentare. Liu.lib.5.
Victus certamine. Ouid.6.Metam.
¶Equus primus certamine, Id est victor in certamine curuli. Horat. de Arte poetica.

¶Certamen, non semper pugnam & dimicationem significat, sed interdum specimen. Plautus,
Nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur. Turnebus.

Certatio {ἀγώνισις} Verbale, Ipse actus, contentióque certantium. Cic. 3.de Nat.deor. Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio.
Corporum certatio. Cic.2.de Legib. Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus & tibiis moderanto.
Multæ. Liu.5 bell. Pun. Confestim Caruilij Tribuniplebis omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt. Vide Multam dicere, in DICO.
Pœnæ. Cic.3.de Legib. Quum magistratus iudicasset, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.
Certatio iniquè comparata. Vide INIQVVS.
Iniqua. Cic.pro Quintio, Hæc est iniqua certatio: non illa qua tu contra Alphenum velitabaris.
Certatio cum. Cic.2.de Finib. Non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio.
Parem certationem cum aliquo esse. Cic.pro Quintio. An verò id quod Hortensium, &c. non fuisse Neuio parem certationem cum Alpheno, illo tempore illis dominantibus?
Certatio inter. Cicero de Amicit. Atque hæc inter eos sit honesta certatio.

Certatim, pen.prod. {ἀγωνιστικῶς} Aduerbium, Cum contentione: quando alius alium præire conatur in re aliqua. Plin.Iun.epist.33, Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant. Liuius 6.bel.Pun. Itaque in vulnera ac tela ruunt neque illos muri, neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendant.
Cantare certatim. Horat.1.Serm.sat.5.
Circunstare certatim. Virg.lib.7.Æneidos,
Certatim regis circunstant tecta Latini.
Constant inter nos certatim summa studia. Lepidus ad Ciceronem, lib.10, Etsi omni tẽpore summa studia officij mutuò inter nos certatim constiterunt pro nostra, &c.
Certatim credere. Liuius 1.ab Vrbe, Certatim summi, infimíque Gabinorum Sextum Tarquinium dono deûm sibi missum ducem credere.
Certatim ad opus currere. Cic.2.Philipp. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur. Hoc est summa cum diligentia.
Certatim de salute alicuius dicere. Cic.pro Sextio, Quum omnes certatim, aliúsque alio grauius atque ornatius de mea salute dixisset, &c.
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt. Virg.3.Æneid.
Certatim instaurant epulas, &c. Virg.7.Æneid.
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt. Virg.4.Georg.
Loqui certatim. Ouid.12.Metam.
Certatim alter alteri obstrepere. Liu.1.ab Vrbe.
Certatim de his tradunt authores. Plin.lib.32.cap.5.
Hoc Cicero atque Asinius certatim vsi sunt. Quint.lib.6.cap.1.

Certatus, penult.prod. {ἀγωνισθεὶς} adiectiuum. Tacitus lib.11, Et huic contra itum ad amnem Erindem, in cuius transgressu multum certato, peruicit Bardanes. Certato, Id est quum certasset. Passiuum pro actiuo.

Certatus, huius certatus, pen.prod. {ἀγώνισμα} Idem quod certamen. Stat.lib.13.Syluarum,
-ridétque benigna
Parthenope Gentile sacrum, nudósque virorum
Certatus, & parua suæ simulacra coronæ.

Certus {ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος, ἀνεξέλεγκτος} Adiectiuum à Cerno, vt ait Sipontinus, quando significat video: & est Clarus, indubitatus: quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt.
Certus sum ex hoc metu. Plaut.Merc.4,
-ex hoc vt sim certus metu. Id est ne quid vltra timeam de hac re.
Incertus & Certus, contraria. Terent.Eunuch.1.1,
-incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas, &c.
Amor certus, Id est non simulatus. Ouid.2.de Arte,
Læta erit, vt causam tibi se sciet esse pericli,
Hoc dominæ certi pignus amoris erit.
Amor certior. Ouid.3.de Arte.
Animo certo & confirmato posse consistere in causa. Cicero pro Quintio, Diffidebam me hercule C. Aquili, satis animo certo & cõfirmato me posse in hac causa consistere.
Arboribus certis grauis vmbra tributa est, Id est peculiariter priuatæ cuidam arborum speciei. Lucret.lib.6.
Author certus. In AVTHOR.
Author certissimus, Id est probatissimus & verissimus. Virgil.1. Georgic.
Auxilium. Cic. pro Quintio, Appellantur Tribuni: à quibus quum esset certum auxilium petitum, ita tamen disceditur, &c.
Candidatus certus. Cælius ad Cic. lib. 8.Fam. epist.3, Quomodo illum putas Auguratus tuum competitorem dolere? & dissimulare me certiorem, quàm se, candidatũ? Certiorem, Id est in petenda Ædilitate gratia superiorem. omnium opinione me futurum Ædilem potius, quàm Hirrum.
Certis de causis aliter existimare. Cic.1.de Orat. Quod quidẽ certis de causis à plerisque aliter existimatur.
Competitores certi. Cic. Attic.lib.1.epist.1, In campo comitiis Tribunitiis ad XVI. Cal. Sextil. competitores qui certi esse videbantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. Certi, hoc est certò petituri. ne fortè exponas, gratiosi ad populum. mox enim infert, Sunt qui etiam Cæsonium putant subaudi, petiturum.
Conditio certa. Vide paulò post, Fines certi.
Consul certissimus, pro Non dubiè futuro. Cic. pro Milone, Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus, fortissimum virum, ini-

micissimum suum, certissimum Consulem, ídque intellexit non solùm sermonibus, &c.

Crimen. Cic. pro Sext. Rosc. Amer.

Crux. Cic pro Milone, Clodius insidias fecit Miloni? fecit: certa crux. nullas fecit: sperata libertas.

Certos & constantes cursus habere. Cic. 3. de Nat. deor. Sed non omnia Balbe, quæ cursus certos & constantes habent, ea deo potius tribuenda sunt, quàm naturæ.

Accipere damnum certum. Horat. 1. epist. 10.

Deus certissimus. Cic. 1. de Nat. deor. Cleanthes autem qui, &c. tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturæ menti atque animo tribuit hoc nomen, tum vltimum & altissimũ atque vndique circunfusum & extremum, omnia cingentem, atque complexum ardorem, qui æther nominetur, certissimum deum iudicat.

Dextera certa, Certa manus, nõ aberrans, vt ait Budæus. Martial. lib. 1. de sue quæ ex vulnere peperit,
O quàm certa fuit librato dextera telo.

Dies. Cic. Attic. lib. 6. Statim dedi literas, vt ex Cypro equites ante certam diem decederent. Id est ad tempus constitutum.

Die certa promittere. Vlpianus in l. Stipulatio ista. §. Inter certam. D. de Verborum obligationibus, Inter certam incertámq; diem discrimen esse ex eo quoque apparet, quòd certa die promissum vel statim dari potest: totum enim medium tempus ad soluendum, liberum promissori relinquitur.

Diebus certis aliquid facere, Id est statutis. Virg. 2. Georgicorum,
Et venerem certis repetunt armenta diebus. Seruius Certis exponit statutis, legitimis, à natura arcana quadam ratione dispositis.

Diebus ac sacrificiis certis libare. Cic. 2. de Legib. Certásque fruges, certásque baccas sacerdotes publicè libanto, certis sacrificiis ac diebus.

Dolor certus, Constans & obdurans. Horat. Epod. 15,
Nec semel offensæ cedet constantia formæ,
Si certus intrarit dolor.

Domus, Propria habitatio. Virg. 6. Æneidos,
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

Exercitus. Vide paulo pòst, Fines certi.

Familias certas duas habere. Cic. 1. de Diuin. Itémque Elis in Peloponneso familias duas certas habet, &c.

Fides animis certa, Id est fiducia constans miniméque anceps. Valer. lib. 4. Argonaut.

Facti certa fides est, Id est certum est hoc sic contigisse. Ouid. 6. Fastor.

Fides certa segetis. Horat. 3. Carm. ode 16. Significat certum agri prouentum.

Fidei certæ res. Plin. Iunior epist. 286, Quæ ideo tibi non misi, quia & parum emendata, & quædam nón certæ fidei videbantur. Id est nõ admodum vera.

Finis. Lucret. lib. 2.

Fines certi, conditio certa, exercitus certus. Cic. 10. Philipp. Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certus erat illius exercitus.

Finem voto petere certum. subaudi Habendi. Horat. 1. epist. 2.

Fines certi in rebus. Horat. 1. Serm. satyr. 1,
Est modus in rebus: sunt certi denique fines:
Quos vltra citráque nequit consistere rectum.

Fines certos, terminósque sibi constituere. Cic. pro Quint. Certos mihi fines, terminósque constituam, extra quos egredi non possim, si maximè velim.

Illustrātia reddere certa, Id est incerta certa reddere. Horat. 2. Serm. satyr. 3.

Fœdere certo, Certa lege, certo pacto. Virg. 1. Æneidos,
-regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare iussus habenas.

Fructus certos ac deformatos ostendere. Quint. lib. 6. in procem.

Genus quæstionem certum. Cic. 2. de Orat.

Genere aliquo certo, cursúque viuendi implicari. Cic. 1. Offic. Itaque ante implicatur aliquo certo genere, cursúque viuendi, quàm potuit, quid optimum esset iudicare.

Hæres certus, Legitimus. Senec. Hippol. 10.

Hastam certam quatere, Id est ineuitabilem. Virg. 11. Æneid.

Certi homines, Notissimi, quasi qui possint nominatim referri. Cic. ad Pontifices pro domo sua, Hanc iucundissimã vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.

Certus homo, Id est grauis. sic enim exponit Paul. Manutius apud Cic. ad Attic. lib. 5. epist. 21, Q. Volusium tui Tiberij generum, certum hominem, sed mirificè abstinentem, misi in Cyprum, vt ibi paucolos dies esset: ne ciues Romani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent. Quo in loco, Sed, accipe dictum ad augendam laudem: vt si dicas, homo eruditus, sed eloquens in primis. Domitius in illud Martial. lib. 5. epigr. 61,
-sanè certus & asper homo est. Certi, inquit, dicuntur fideles. ¶ Certi item, qui supercilio grauitatẽ tuentur. ¶ Certi præterea, quos nulla ratio rei gerendæ fallit: vt certum sagittatorem dicimus, dirigentem sagittam in signum. & ita accepit Martialis hoc loco. Hæc Domitius.

Ictus certus, Rectus, non fallax. Virg. 12. Æneidos,
Horum vnum certo contorquens dirigit ictu.

Inimicus certus, Quasi ex professo inimicus. Plaut. Pers. 16.

Certa & definita lex in carminibus. Cic. in Orat.

Lege certa aliquid facere. Ouid. 5. Metamorph. Id est certa conditione.

Legem certam dicere testamento. Paulus in l. Qui in testamento domini. D. de Testam. Nam qui incertus est de statu suo, certam legem testamento dicere non potest.

Liberi. Cicero 1. de Inuent. Nondum diuinæ religionis, non humani officij ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias: non certos quisquam inspexerat liberos: non ius æquabile quid vtilitatis haberet, acceperat.

Loca certa, Distincta & determinata. Virgil. 1. Georgicorum,
Continuò has leges, æternáque fœdera certis
Imposuit natura locis.

Certus & definitus locus. Cic. de Somnio Scip. Omnibus qui patriam cõseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruentur.

Loco certo cædere silicem. Cic. 2. de Diuinat.

Loco certo dicere. Cic. 4. Verr. Atque ea ipsa ciuitas qua ratione illi amica sit, dicetur certo loco. Hoc est suo loco apto & commodo.

Luminibus dicendi certis ornare. Cic. 2. de Orat. Hæc sunt omnia ingenij vel mediocris, exercitationis autẽ vel maximæ: artẽ quidem duntaxat hactenus requirunt, vt certis dicendi luminibus ornentur.

Magistratum certũ præficere procurationi alicui. Cic. 3. de Legib.

Manus certa, Id est non aberrans. Quintil. lib 4. cap. 5. Vt certa manus vno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, vt sit & fortunæ locus.

Manu certa telum missum librare, Manu rectè percutiente mittere. Seneca Hercule furente, 12.

Matricida certissimus. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 2, Nunc respondebo ad eas epistolas, &c. quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum matricidam tibi à me intimè commendari.

Mente certa aliquid agere, Id est obstinaté. Ouid. epist. 17,
Quid mecum certa prælia mentis geris?

Mensis certus. Cic. 4. Verrin. Cephaledi mensis est certus, quo mense sacerdotem maximum creari oporteat.

Certa quadam moderatione. Cic. 1. de Orat. Quòd si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum: tamen aliquid ad requiem senectutis excogitat, &c. de Roscio loquitur.

Motus cæli certi. Cic. 2. de Nat. deor.

Nebulo certior nullus illo. Cic. Attico, lib. 15, Scribit autem Statius illum cum patre habitare velle: hoc verò mirum, & id gaudet: quem tu illo certiorem nebulonem? Id est magis cognitum & spectatum atque probatum.

Certo nomine maleficij vocabitur in iudicium. Cic. 2. de Inuent.

Nominibus certis cautos expendere nummos, Id est certa de caussa. Horat. 2. epist. 1.

Habere nomen certius. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.

Opes certæ. Plaut. Pœnulo, 17.

Oratio certa. Plaut. Pœnulo, 16,
Horum profectò certa est hominum oratio. Id est verax.

Ordo certus. Lucret. lib. 2.

Certas in partes diuidere. Cic. pro Quintio.

Passibus non certis errare. Ouid. 3. Metam.

Patrisfamiliâs certi officia nosse. Cic. pro Quintio, Vna in re paulo minus consideratus, qui societatem cum Sexto Neuio fecerit, viro bono, veruntamen non ita instituto, vt iura societatis, & officia certi patrisfamiliâs nosse posset, Id est probati & cogniti.

Patre certo nasci. Cic. pro Sexto Roscio Amer. Si tibi fortuna non dedit vt nascerere certo patre. Vnde certi liberi. Idem 1. de Inuent.

Pectora certa, Fortia & firma. Virg. 9. Æneid.

Pede certo signare humum. Horat. in Arte.

Penates certi, Propria alicui destinata domus aut habitatio. Virg. 8. Æneidos,
Hic tibi certa domus, certi (ne absiste) penates.

Certæ destinatæque personæ. Quint. lib. 3. Certas personas interpretatur Asconius, eos qui iudices fieri poterant.

Pœnæ certissimæ in impios constitutæ. Cic. in Pisonem, Mi tamen fugerat deorum immortalium has esse in impios & consceleratos pœnas certissimas constitutas.

Progenies certa, Id est legitima. Seneca Troad. 6.

Proles certissima. Virg. 6. Æneidos,
Anchisa generate, deûm certissima proles.

Regio loci. Lucret. lib. 2.

Requies laborum. Virg. 3. Æneid.

Res nuntiare. Cic. Cassio, lib. 12. 4.

Rebus certis signa certa præcurrere. Cic. 1. de Diuinat. Nam non placet Stoicis, &c. sed ita à principio inchoatum esse mundum, vt certis rebus certa signa præcurrerent. &c.

Sagitta, Quæ non aberrat à scopo. Horat. 1. Carm. ode 12.

Signum amoris. Cic. pro Sextio.

Signis aliquid cognoscere. Virg. 1. Georg.

Signis discere. Virg. 1. Georg.

Spes magis. Ouid. 3. de Arte.

Spes certissima. Cic. ad Brutum, epist. 10.

Stipulatio certa quando dicatur, constat ex Gaio in l. Stipulationum quædam certæ sunt. D. de Verbor. obligat. Stipulationum, inquit, quædam certæ sunt, quædam incertæ. Certum est quod ex ipsa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantúmque sit.

Studiosi certi alicuius. Cic. de Claris Orat. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. habet enim certos sui studiosos, &c.

Certa summa rem vendere. Paulus in l. Diligenter. §. Seruo quoque. D. Mandat. vel contr.

Bona & certa tempestas. Cic. Q. frat. lib. 2. 6, Tu si ita expedit, velim quàmprimum bona & certa tempestate conscendas, ad méque venias.

Certum anni tempus. Plin. lib. 7. cap. 15.

Certum, dimensúmque tempus. Plin. epist. 213.

Tempore cæli certo. Virg. 4. Georg.

Tempore certo accidere. Cic. de Somnio Scip. Propter eluuiones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est, nó modò æternam, &c.

Tempore certo conuenire. Cic. 2. de Inuent.

Testis certissimus. Sil. lib. 7,
-testis certissima vestræ

Ecce dies pietatis adest.
De tramite certo pelli.Horat.2 Serm.sat.3.
Certior transitus.Plin.lib.3.cap.11.
Tribu certa, numero certo. Cic. pro Cornel. Balb. Vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum,certa tribu,certo numero,quum ignorarent,&c.
Vectigalia certissima. Cic.pro leg. Manil. Aguntur certissima Populi Romani vectigalia & maxima,quibus amissis,&c.
Certis verbis. Cic.2.de Nat.deor. At verò apud maiores tanta religionis vis fuit,vt quidam imperatores etiam seipsos diis immortalibus capite velato certis verbis pro Repub.deuouerent.
Verbis quibusdam certis fieri diuortium. Cic.1.de Orator. Certis quibusdā verbis,non nouis nuptiis, fieri cum superiore diuortiū,&c. De viro loquitur, qui relicta prima vxore, non dato libello repudij, secundam duxit.
Vitia certa vocis.Cic.3.de Orat. Sunt enim certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat,mollis vox,vt muliebris,aut quasi extra modum absona atque absurda.
Certa vox.Martial.lib.11.epigr.61. De Mancio,
Et voce certa,consciáque dicebat,
Puer,an puella matris esset in ventre.
Voluntatem alicuius alteri certam esse, Alteri consentire. Virgil. 4.Æneid. vbi Iuno Venerem alloquitur,
-adero:& tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili. Id est si tuum etiam officiū subsequatur.
Voluptas certa & pura magis.Lucret.lib.4.
Certas vsuras pendere.Vlpian.l. Si remunerandi.§. Apud Iulianū. D.Mandat.vel contr.
¶Certa res est,cui opponitur Opinor.Terent.And.2.2,
Non opinor Daue.D.opinor narras? non rectè accipis:
Certa res est.
Certa res est,pro deliberatum & constitutum est. Plaut.Capt.13.11,
Nunc certa res est,eodem pacto,&c.
Itaque eum placaui:& quidem CCCC. certa,reliqua in spe.Cicero Attico,lib.15.
¶Certus,pro veloci aut fideli.Virg.6.Æneidos,
-equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ lustrare extrema iubebo. Vbi Seruius certos interpretatur,aut veloces,aut fideles Vtrúque enim,inquit,hoc loco significat. Aliquando & firmos:vt Sallust.Apud latera certos locauerat. Aliquando & deliberati iudicij.
¶Amici certi.Ennius apud Cic.in Lælio,
Amicus certus in re incerta cernitur.
Amores certi, Id est fideles.Propert.lib.1.eleg.8,
Nec mihi riuales certos subducet amores.
Homines certi, Id est fidissimi nuntij. Cic. ad Lentulum, lib.1.7, Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam.
Homines certos habere. Cic.Attico,lib 5.
¶Certus,cum præpositione In, vel Erga, interdum idem est quod prosper,& de quo melius confidas. Valer.lib.1.Argonauticōn,
-neque enim in Tyrias Cynosura carinas
Certior,aut Graiis Helice seruanda magistris.
Dubium & Certum,contraria. Lucret.lib.4,
Notitiam veri quæ res falsíque crearit:
Et dubium certo quæ res differre probarit.
¶Maris certa. Tacit.lib.20, Statos æstiuis flatibus dies & certa maris opperiebatur.
Certum quiddam & breue exempli causa ponamus.Cic.1.de Inuen.
Certiora sunt quam quæ apud Sagram.Prouerbialis locutio,cuius meminit Cic. 3. de Nat. deor. Nam de Sagra, Græcorum etiam est vulgare prouerbium: qui quæ affirmant, certiora esse dicunt, quàm illa quæ apud Sagram. Vide Erasm.in Chiliad.
¶Certum est,Id est manifestum. Terent.Eunuch.4.4,
Iam satis certum est virginem vitiatam esse?
Certum est deliberatumque.Cic pro Sext.Rosc.Amer.
Parum certum est mihi de hoc.Plane.Cic.lib.10.23.
Certum est de iure.Cic.ad Lentulum,lib.1 9. Mihi non tam de iure certum est, (quanquam ne id quidē valdè dubium est)quàm illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem,libertatem pertinere.
Certum est de aliquo. Brutus & Cassius Antonio, lib.11.2, Quem enim impedimento futurum putas, quum de nobis certum sit nos quieturos?
¶Certum est,apud Iurisconsultos,cuius species,vel quantitas,quæ in obligatione versatur, aut nomine suo,aut ea demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantáque sit ostenditur l.6.D.de reb. creditor.
¶Certum est (δῆλόν ἐστι) non modò accipitur pro manifestum est,vt apud Quintilianum. Nempe legem esse certum est: sed etiam pro deliberatum & constitutum est. In quo secundo plerunque adiungitur datiuus cum infinitiuo: vt Certum est mihi ire in Hispaniā, (δέδοκταί μοι.) Nonnunquam datiuus subintelligitur,vt apud Virgil. 10.Æneidos.
Certū est in syluis inter spelæa ferarū Malle pati. Hæc Valla lib.5.
Certum est facere.Plaut.Amph.4,
Certum est hominem eludere. Terent.Eunuch.2.3,
Si certum est facere,facias.
Non certum est mihi quid agam.Terent.And.1.3.
Mihi certum est. Cic.ad Attic.lib.7, Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam.
Certum est tibi.Terent.Eunuch.3.3,
-si istuc ita certum est tibi,
Amabo,vt illuc transeas,vbi illa est,&c.
¶Certum est,pro Tutum est. Cic. Att.lib.13, Venisse à Cæsare narrabat literas. hoc scribere,sibi certum esse Romæ manere,&c.

Certum atque obstinatum. Liu.2.ab Vrbe.
Certum est istuc? Terentius Hecyra.
Definitum aut certum esse.Cic.Pulchro,lib.3.8, Nihil enim habet quod definitum sit,aut certum.
¶Audire certum,pro certò audire. Horat.2.Serm.sat.5,
Et certum vigilans,quartæ sit partis Vlysses
Audieris hæres. Potest etiam exponi Certum vigilans eadem ratione,pro Certò vigilans.
Clarè & certum loqui,Id est apertè & distinctè, vt ab omnibus intelligatur.Horat.2.Serm.sat.6.
Certum alicui facere.Plaut.Pseud.9,
-nimis velim qui certum mihi
Faciat,Ballion hic leno vbi habitet.
Certius alicui facere.Plaut. Menæch.17, -nec quid Id sit,mihi certius facit,quid velit,quid me accersit.
Certum facere aliquem.Plaut.Pseud.3, Fac me certum quid tibi sit. Virg.3.Æneidos,
Anchisen facio certum,rémque ordine promo.
Certum habere aliquid. Cic.ad Atticum, lib.1.4, Neque tamen id ipsum certum habeo.
Habere certum de aliquo quid agat.Cic.ad Cassium, lib.12.5.
Quid certi de quaque re habere. Cic.1.de Nat.deor. Multū autem Bursisse video de libris nostris,quos plures breui tempore edidimus, variúmque sermonem partim admirantium,vnde hoc philosophandi nobis subitò studium extitisset,partim,quid quaque de re certi haberemus,scire cupientium.
Nihil certi de aliquo habere.Cic. Att.lib.6.
Mittere certa ad aliquem. Cic. Att.lib.16, Omnia igitur velim explices,& ad me certa mittas.
Inuenire certum. Vide INVENIO.
Ponere certum in aliquo.Cic.de Fato. Quoniam certum in Fabio ponitur,natum esse eum in Canicula oriente,&c.
Certa, clara scribere. Cic.Attico, lib.16. In præsentia mihi velim scribas quibus, &c. tu mihi de his rebus quæ nouantur, omnia certa,clara.
Nescire certum. Cic.pro Sylla, Sed tamen quid respondit de Sylla Cassius? se nescire certum.
Certum scire.Terent.Phorm.1.2,Non certum scio.
Certo certius,pro Verissimo.Iurisconsulti vtuntur. Vlpian.in l.Ait Prætor.§. Si quum mulier.D. Quæ in fraud.credit. Neque enim dos in fraudem creditorum constituenda est: & hoc certo certius est, & sæpissimè constitutum.
¶Pro certo creditur. Sallust. Pro certo creditur necato filio domū scelestis nuptiis vacuefecisse.
Pro certo dicere.Cic.2.de Nat.deor. Nec enim hunc ipsum mundum pro certo rotundum esse dicitis.
Pro certo habere. Cic.Bruto 5, Neque nūtiabatur quicquam quod pro certo haberemus.
Pro certo habere de re aliqua. Cic.Attico,lib.9, Quoniam de aduentu Cæsaris pro certo habebamus.
Pro certo negare. Cic.Att.lib.5, Sed posthac omnia quæ certa non erunt,pro certo negato.
Pro certo polliceri atque confirmare aliquid.Cic.2.de Lege Agr.
Pro certo putare aliquid.Cic.Att.lib.9.
Pro certóne. Terent.Adelph.3.4,
Pro certóne tu istæc dicis?
Certior,Comparatiuum (ἀσφαλέστερος) Peritior.Senec.Hippol.2.22,
Ipsúmque Phœbum tela qui neruo regi
Figit sagitta certior missa puer.
Certiorem facere aliquē (πληροφορεῖν,δηλοῦν,ἀπαγγέλλειν.)Cic.6.Verr.
Adsunt Segestani clientes tui,socij Populi Romani,atque amici,certiorem te faciūt,P.Africanum Carthagine deleta, &c. Africanus in l.Eum qui.§.1.D.de Acquir.hæred. Filiusfamilias hæres scriptus patrem suum certiorem fecerat,videri sibi soluendo esse hæreditatem.
Quamdiligentissimè facere aliquem certiorem Cic.Att.lib.1.9.
Per literas certiorem facere. Cic. Lentulo,lib.1.9, Tu me de tuis rebus omnibus,& Lentuli tui, nostrísque studiis & exercitationibus velim quamfamiliarissimè certiorem,& quamsæpissimè facias.
Per notas certiorem facere.Cic.2.de Diuinat.
Fieri certiorem aduentu alicuius. Cic.5.Verr.
Certiorem fieri scripto alicuius.Ouid.epist.6.
Certioro,certioras,pen.prod.certioraui,certioratum, pen.prod.certiorare,pro Præmonere. Vlpian.in l.1.§. sed verum. D. de eo qui pro tutor. &c. Sed si cognito quòd tutor non fuit, abstinuit se ab administratione,videamus an teneatur,si necessarios pupilli non certiorauit vt ei tutorem peterent.quod verius est.
Certioror,certioraris,certiorari (πληροφορεῖσθαι) Certiorē fieri.Vlpian.in l.1.§.venditor.D.de act.empt.& vend. Hæc ita vera sunt, si emptor ignorauit seruitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit qui non ignorauit.
Certioratus,pen.prod Particip. Vlpian.in l. Quod & lex. D. De libero homin.exhib. Is qui nescit apud se esse hominem liberum, dolo malo caret.sed vbi certioratus retinet,dolo malo non caret.
Certisso,as, Certus fio. Pacuuius apud Nonium, Vocant coquos,vnde certissent.
¶Certus cum genitiuo.vt Certus eundi, Indubitabiliter profecturus. Sic exponit Seruius in illud Virg.4.Æneidos,
Æneas celsa in puppi,iam certus eundi.
Descíscendi certus. Tacit.lib.20.
Destinationis certus. Tacit.lib.12, Iam ventum haud procul mari, quod Hyberniam insulam aspectat, quum ortæ apud Brigantes discordiæ retraxere ducem destinationis certū, ne noua moliretur, nisi prioribus firmatis.
Diffidij.Tacit.lib 20.
Exitij.Tacitus libro 1.de Cn.Lentulo, Iámque lapidis ictu cruentus & exitij certus, ad cursu multitudinis quæ cum Druso aduene-

rat, protectus est.

Futuri. Senec. in Hercule fur. 12.

Matrimonij certa. Tacit. lib. 12. Nam vbi sui matrimonij certa fuit, struere maiora, nuptiásq; Domitij quem ex Cn. Ænobarbo genuerat, & Octauiæ Cæsaris filiæ moliri. De Agrippina loquitur.

Relinquendæ vitæ. Tacit. lib. 4.

Spei. Tacit. lib. 20.

Laudis certus, Laudem sperans. Sil. lib. 16.

Necis certus, Certus mori. Sil. lib. 4.

Sceleris certa mulier. Tacit. lib. 12, ad finē. Id est quæ omnino decreuit patrare scelus. Budæus.

¶ Certus, cum ablatiuo. vt, Iaculis certus, Optimus iaculator. Val. Max. lib. 1.

¶ Certus, cum infinitiuo. vt, Certus succurrere, Id est paratus. Valer. Flac. lib. 2,

Acrius hoc instare viri, succurrere certi.

Certus mori. Virg. 4. Æneid.

At Romana ratis stabilem præbere carinam Certior. Lucan. lib. 3. Hoc est firmior & aptior.

Certitudo, à Certus, vnde Incertitudo, notæ significationis. Vide suo loco.

Certè {ἀμέλει, δή, δῆτα} Aduerbium confirmantis. Terent. Adelph. 3. 4,

Numnam illa quæso parturit? G. certè Hegio.

¶ Certè, Ironicè dictum. Terent. And. 5. 6,

Nescis quid mihi obtigerit. D. certè: sed quid mihi obtigerit scio.

¶ Certè captus est, Id est sine dubio, vt ait Donatus. Terentius Andr. 1. 1.

¶ Certè is est. Plautus Trinum. 14.

-éstne ipsus, an non est? is est,

Certè is est, is profectò.

Eueniet certè. Cic. 2. de Diuinat. Vt mihi ne in deum quidem cadere videatur, vt sciat quid casu aut fortuitò futurum sit: si enim scit, certè illud eueniet, nulla fortuna est.

Nescio certè. Horat. 1. Serm. 9.

Nam certè neque tum peccaui, quum, &c. Cic. Att. lib. 8.

Res fortasse veræ, certè graues. Cic. 4. de Finib.

Regium certè genus. Horat. 2. Carm. ode 4.

Quanti certè facis. Cic. Attico, lib. 12, Qui quidem tibi inueniendi sunt, si me tanti facis, quanti certè facis.

Profectò certè. Cic. 1. de Nat. deor. Quorum opiniones quum tam variæ sint, támque inter se dissidentes: alterum profectò fieri potest, vt earum nulla: alterum certè non potest, vt plus vna vera sit.

¶ Certè, Concedentis. Græce γοῦν, vt vult Budæus. Cic. in Oratore, At dignitatem docere nō habet. Certè, si quasi in ludo. Idē 2. de Fin. Naturales diuitias dixit parabiles esse, quòd paruo esset natura contenta. certè, nisi voluptatem tanti æstimaretis.

Et certè. Cicero pro M. Marcello, Et certè in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus, multum iuuant.

¶ Certè, pro etiam, vel simili quadam particula, teste Budæo. Cic. 3. de Finib. Erat enim, si cuiusquam, certè tuum, nihil præter virtutem in bonis ducere.

¶ Certè, pro saltem, vel vtcunque. Cic. 4. de Finib. Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui sunt, aut non potuerūt, aut noluerunt, certè reliquerunt. Idē Marcello, lib. 4. 7, Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas non potest, certè fracti atque abiecti.

Vel certè. Cic. 1. Tuscul. Homines mortem optare incipiant, vel certè timere desistant.

At certè. Balbus & Oppius Ciceroni in epistolis ad Atticum, lib. 9, De eo quod ad nos scripsisti, tibi cōsilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certè ab optima fide & optimo animo proficiscetur.

¶ Certè, pro tamen. Cic. Att. lib. 16, Et si quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

¶ Certè enim. Cicer. 1. Acad. Certè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maximé. In hoc genere loquendi abundat Enim. Idem de Claris Orator. Certè enim & boni aliquid attulimus iuuentuti.

Certè si. Terentius Andr. 3. 2,

Saltem accuratè, vt metui videar. certè si resciuerim.

Certè hercle. Terent. And. 3. 2,

Certè hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego.

Tam hercle certè. Plautus Merc. 4,

Certén' vidit? A. tam hercle certè, quàm ego nunc te, ac tu me vides.

Certè quidem pol. Terent. Eunuch. 4. 5,

Certè tu quidem pol multo hilarior. Enim, ædepol, hercle, quidem, & pol, quum post CERTE ponūtur, sunt ornatiuæ tantùm particulæ.

Certè equidem. Virg. eclog. 9.

Quidem certé. Cic. Attic. lib. 16, sed ita, si ante Kal. Ianuar. redeam. quod quidem certè enitar.

Certè igitur. Cic. 2. de Diuinat. Certè igitur ignoratio futurorum malorum vtilior est, quàm scientia.

Certè scio. Terent. Adelph. 2. 3,

Satis certè scio. Cic. 12. Philipp. Nam Martiam & Quartam nihil præter dignitatem & decus comprobaturas esse certè scio.

Certè ædepol scio. Plaut. Amphit. 4.

Atqui certé. Cic. Att. lib. 7, Atqui certè ille agere debuit: &c.

Et certé. Terent. Eun. 5. 6,

Sed éstne ille noster Parmeno? & certè ipsus est. Valla lib. 2, Certè coniuncta cum coniunctione &, semper affirmat.

Certò, Aduerbium confirmantis. Plaut. Menæhmis, 23,

Liberum ego te iussi abire? ME. certò.

Certò {ἀναμφιλέκτως} Aduerbium similiter affirmandi, quod etiam pro Certo dicimus. Plaut. Amph. 4,

At mentiris etiam, certò pedibus non tunicis venis.

Certò hæc mea est. Plaut. Pœnul. 18, Vt modestè orationem præbuit? certò hæc mea est.

¶ Certò enim ego vocē hic loquentis modò me audire visus sum. Plaut. Aul. 27.

Quidem certó. Plaut. Epid. 8,

Me quidem certò seruauit consiliis suis.

Quidem hercle certó. Terent. Phorm. 1. 3,

Nam tua quidem hercle certò vita hæc expetenda, optandáque est.

Certò scire. Cic pro Cecinna, Veniunt in mētem mihi permulta, vobis plura certò scio.

Et ea est certó. Plaut. Pœnu. 19,

Satin' ego oculis cerno? éstne illæc mea amica Antherastilis?

Et ea certó.

Certò perij. Plaut. Pœn. 11,

Nunc pol ego perij certò, haud arbitrario.

Certò comperi. Terent. Eunuch. 5. 1,

Qu id ais venefica? P. atqui certò comperi.

Satin' hoc certó? G. certè hisce oculis egomet vidi. Terentius Adelph. 3. 2.

Futurum certó. Cicer. 5. Tusculan. Nihil ita expectare, quasi certò futurum.

Scire certó. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4, Equidem quum hæc scribebam, aliquid iam actum putabam, non quòd ego certò sciam, sed quòd haud difficilis erat coniectura.

Videntur certò hæc erumpere aliquó. Cic. Att. lib. 2.

Cerua, Ceruarium, In CERVVS.

CERVARIA, Locus ad portū Veneris, Galliæ Aquitanicæ finis. Author Pomp. lib. 2. Nunc vulgò dicitur *Cobliure*, vt ait Oliuarius in Melam.

Ceruchus, pen. prod. {κεραῦχος} Latinè dicitur cornutus: ponitúrque pro cornibus naualibus, Id est extremis antennis, quæ in vtrunque velū latus diffunduntur: de quibus Virgilius, Cornua velatarum obuertimus antennarum. Quidam ceruchos accipiunt pro caucalia quæ in fastigio nauigij sustollitur, effigie corniculata. Valer. Flac. lib. 1. Argonaut. Temperet vt tremulos Zetes, fratérque ceruchos. Lucan. lib. 8,

Surget, & instabit summis minor Vrsa ceruchis. De Polo Arctico loquitur, quo reguntur naues.

Ceruical, In CERVIX.

Ceruinus, In CERVVS.

Ceruisia, Genus potus. Plin. lib. 22. cap. 25, Ex iisdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hispania, ceruisia & plura genera in Gallia. Quo loco quidam cereuisiam legunt. Vlpian. 1. Si. quis. §. 1. D. De tritico, vino, &c. Certè zythum, quod in quibusdam prouinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec curmi, nec ceruisia continebitur.

Ceruix, huius ceruicis, penult. product. fœmin. gener. {αὐχήν} Est posterior colli pars, vnde origo est omnibus neruis. Iugulus anterior, vnde vox halitúsque procedit. Collum omnes partes in se complectitur. Hæc Valla libro 4. Plinius libro 11. cap. 37, Ceruix nulli, nisi quibus vtraque hæc: cæteris collum quibus tantum gula. Sed quibus ceruix, è multis vertebratisque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.

Et quoniam nerui qui corpus erectum rigidúmque faciunt, a ceruice sunt collocati: idcirco dicimus hominem duræ ceruicis, quasi indomabilem more ferociū boum: vel qui ceruice erecta & rigida, contumaciam quandam & rigorem mentis præ se fert, tanquam nemini caput inclinare volens. Hæc Valla lib. 4.

Ceruices etiam dicimus pro ceruice: imò singulari numero neminem ante Hortensium dixisse Quintilianus est author. Hæc Valla præscripto loco. Cic. 2. Phil. Ceruicésq; suas ei obiecit secum, quæ mul ti in minoribus peccatis occiderunt.

Ceruicum mollitia. Cic. in Orator. Nulla mollitia ceruicum, nullæ argutiæ digitorum.

Redundare ceruicibus. Cic. 1. de Natura deor. Tuus autem deus non digito vno redundat, sed capite, collo, ceruicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus.

Tantis ceruicibus homo, qui. Cicero 5. Verrin. Recuperatores dicis te daturum. bene agis. tamen siqui erunt tantis ceruicibus Recuperatores, qui audeant in prouincia, quum Prætor adsit, non solùm contra voluntatem eius, sed etiam contra fortunas iudicare.

Altæ ceruices. Virg. 2. Æneid.

Anguina. Pacuuius apud Cic. 2. de Diuin. Capite breui, ceruice anguina, aspectu truci. De testudine loquitur.

Candida. Horat. 2. Carm. ode 9.

Captiua, Quæ vinculis coercetur. Ouid. 4. Trist. eleg. 2,

Vincláque captiua reges ceruice ferentes.

Dubia ceruice labare, Vacillanti neque erecta ceruice esse. Seneca Agamemn. 8,

Cur ista vates corpus effusa ac tremens

Dubia labat ceruice?

Eburnea. Ouid. epist. 19.

Fortissima, Id est ceruix viri fortissimi. Sil. lib. 13.

Riget horrida ceruix. Ouid. 8. Metam.

Intacta, Quæ nondum iugum passa est. Virgil. 4. Georgicorum,

Quattuor eximios præstanti corpore tauros

Ducit, & intacta totidem ceruice iuuencas.

Lactea, Alba. Virg. 10. Æneid.

Læuis, Propert. lib. 3. eleg. 17.

Languida. Stat. 10. Thebaid.

Mollis, pro Defessa & lassa. Lucret. lib. 6.

Marmorea, Id est pulchra. Virg. 4. Georg.

Niueæ. Claud. epigr. 22.

Opima ceruix, Id est pinguis. Senec. Hippol. 10.

Plurima. Virg. 3. Georgicorum,

-optima toruæ

Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix.

Prona. Seneca Herc. fur. 11.

Rebellis

Rebellis. Claudian. de Raptu Proserp. lib. 1.
Rosea ceruix. Horat. 1. Carm. ode 13. Hoc est pulchra. Acron. Virgilius 1. Æneid.
Teres. Lucret. lib. 1.
Torosa. Catul. de Berecynthia & Aty.
¶ Abrupta cruor è ceruice profunditur. Ouid. 8. Metam.
Abscindere ceruicibus caput. Cic. 11. Philipp. Pòst autem ceruicibus caput abscidit, idque fixum gestari iussit in pilo, &c. De Trebonio.
Sub iuga ceruices adigere. Claudian. epig. 22.
Applausæ ceruicis sonitum amare. De equis propriè dicitur. Sil. libro 16,
Camphasus ipse asper, nec qui ceruicis amaret
Applausæ blandos sonitus.
Astricta. Subaudi ad catenam aut funem. Iuuenal. satyr. 10.
Auulsa. Lucan. lib. 8.
A ceruicibus auertere aliquem. Cic. Bruto, 15, Præsidium omne effet in puero, qui à ceruicibus nostris auertisset Antonium. De Octauio Cæsare loquitur.
Ingenio manus est, & ceruix cæsa. Iuuenal. satyr. 10. De Cicerone loquitur, cui ob ingenium ac summam eloquentiam Popilius Lenas manum & collum amputauit iussu M. Antonij.
In ceruicibus populi legiones collocare. Cicero Cornificio, lib. 12, Brundusium erat profectus, &c. eásque ad vrbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare. De Antonio loquitur.
Contenta ceruice boues plaustra trahere dicuntur, Id est constanti & firma ceruice. Virgil. 3. Georgicorum,
-montésque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.
Coronant ceruicem plumæ. Lucret. lib. 2.
Curuata. Claudian. de Nuptiis Honorij & Mariæ.
Brachia ceruici dare. Horat. 3. Carm. ode 9.
Dare ceruices alicui. Cic. 5. Philipp. Nullum erat consilium publicum, nulla libertas: dandæ ceruices erant crudelitati nefariæ.
Demittere à ceruicibus corpus. Author ad Herennium, lib. 3.
A ceruicibus depellere aliquem. Cic. 3. Verr. Virtute enim admirabili Cæsaris, &c. à ceruicibus nostris depulsus Antonius.
Detorquere ceruicem ad aliquid. Horat. 2. Carm. ode 12.
Rebelli ceruice onus detrectare. Claudianus de Raptu Proserp. libro 1.
Fluit ceruix, quæ fessa vacillat & inclinatur deorsum. Virgilius 3. Georgicorum,
Ad terrámque fluit deuexo pondere ceruix.
Frangere ceruicem. Cicero 7. Verr. Prætorem tu accusas? frange ceruicem.
Impendet ceruici gladius. Cic. 5. Tuscul. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari seta equina aptum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. De Dionysio tyranno & Damocle loquitur.
Ceruici imponere, Id est quasi iugum seruitutis iniungere. Curtius lib. 6. Ratus eam vrbem quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse ceruicibus. Budæus.
In ceruicibus imponere dominum. Cic. 1. de Natura deorum, Itaque imposuistis in ceruicibus nostris sempiternum dominum, quem dies & noctes timeremus.
Inclinare ceruicem ad aliquem. Stat. 6. Thebaid.
Inclinata ceruix. Quintilian. lib. 1. cap. 11.
Inflexam ceruicem imponere. Virgil. 3. Æneidos,
Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus
Ceruicem inflexam posuit, iacuítque per antrum.
Intenta. Seneca in Agamemn. 13. Sub. ad ictum.
Iuncta est humero. Ouid. 12. Metam.
Locata. Iuuenal. satyr. 9. De seruis Mœsiæ regionis, quæ est Pannoniæ finitima, loquitur, qui vt fortissimi ad lecticam ferendam Romæ locabantur.
Natæ ad iugum, boum ceruices. Cic. 2. de Nat. deor. Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, ceruicis autem natæ ad iugum, &c.
Terram ceruice petere, In terram ceruicem inclinare. Seneca Hercule furente, 9.
Portant funus ceruices. Iuuenal. satyr. 10.
Præbere ceruices. Cic. Antequam iret in exilium, Sed illud queror, quòd nō iam ad vnius perniciem, &c. ore oppresso ceruices esse præbendas.
Recessit caput ceruice, Id est auulsum aut abscissum est. Ouidius epistol. 15.
Reflectere ceruicem. Stat. lib. 1. Achil.
Reflexa ceruix. Virgil. 10. Æneid.
A ceruicibus repellere. Cic. pro Milone, P. Clodium interfeci, eius furores, &c. hoc ferro, & hac dextera à ceruicibus vestris repuli.
Reponere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
In capite & ceruicibus alicuius restare. Cic. pro Murena, Nō enim deseruerūt, sed ab illo in speculis atque insidiis relicti, in capite atque in ceruicibus nostris restiterunt.
Rotare ceruicem, rotata ceruix. Ouid. ad Pisonem.
Soluta ceruix, Rupta. Seneca Hercule furente, 12.
Subacta ceruice iugum ferre. Horat. 2. Carm. ode 5.
Suberat amphoræ ceruix. Martial. lib. 12. epig. 32,
Focum ferentis suberat amphoræ ceruix.
Sustinere collo & ceruicibus pœnam auaritiæ alicuius. Cicero 7. Verrina.
Sustinere ceruicibus Rempub. Cic. pro Domo sua, Quæ quum ita sint Pontifices, reuocate in animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad vniuersam Rempubl. quam antea cum viris fortibus multis, in hac verò causa solis vestris ceruicibus sustinetis.
Securim ceruice tingere dicitur, cui ceruix securi amputatur. Horatius 3. Carm. ode 23,
Victima pontificum secures Ceruice tinget.
Tollere ceruicibus. Quintil. lib. 4. cap. 2, Quæ tamen exanimatæ terrore, hostium aduentu percepto excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat.
Tutari ceruices. Cic. pro Sextio, An qui sua tecta defendit, &c. monetur vt aliquo præsidio caput, & ceruices, & iugulum, ac latera tutetur: hunc de vi accusandum putas?
In ceruicibus bellum esse, pro Vicinum esse. Liuius. Adeò etsi bellum esset ingens in ceruicibus, nullius vsquam terrarum rei iura Romanos ne longinqua quidem effugiebat.
In ceruicibus aliquos esse, pro In vicino. Iustinus lib. 29, Sed nec Romani, quibus Pœni & Annibal in ceruicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur.
Plumæ sitæ circum ceruicem. Lucret. lib. 2.
¶ Ceruix vitis. Colum. lib. 4. cap. 7, Quum ad vnum pampinū iam redegeris, & ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conueniet, vt in ceruicem potius confirmetur, & fit robustior.
Ceruicem de arbore dixit Statius lib. 6. Thebaidos,
Ille autem Alpini veluti regina cupressus
Verticis, vrgentes ceruicem inclinat in Austros.
Ceruices ligneæ, per metaphoram. Vitruuius lib. 10. cap. 13, E modiolis autem fistulæ sunt continenter coniunctæ ligneis ceruicibus, pertingentésque ad nares quæ sunt in arcula, in quibus axes sunt ex torno subacti, & ibi collocati.
Ceruical, pen. prod. vel ceruicale, ceruicalis, pen. prod. neut. gen. {προσκεφάλαιον} Denominatiuum à ceruicibus: significat ceruicis sustentamentum. Iuuenal. satyr. 6,
Conducit comites, sellam, ceruical, amicas. Martial. lib. 14,
Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.
Ceruicula, pen. corr. {αὐχένιον} Diminutiuum à ceruix. Cicero 5. Verr. Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum?
Cerula, In CERA.
Ceruleus, In CAERVLEVS.
CERVLEANVS lacus {Μαντιανὴ λίμνη} Mantianus aliter dictus: in Armenia est. Is post Mæotim maximus, vt ferunt aquæ salsæ, progreditur vsque in Atropatiam, & salis fontes habet. Author Strabo libro 11.
Cerusmanus, Creator bonus intelligitur. Festus.
Cerussa, cerussæ {ψιμύθιον} Genus vnguenti ex ramentis plumbi compositi: quod alio nomine psimmythium vocatur. Plin. lib. 34. cap. 18, Psimmythium, hoc est cerussam plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur & cribratur, iterúmque aceto misto in pastillos diuiditur, & in sole siccatur æstate. Et paulo pòst, Vis eius eadem quæ supradictis, leuissima tantum ex omnibus: præterque ad candorem fœminarum. Est autem lethalis potus, sicut spuma argēti: postea cerussa ipsa si coquatur, rufescit. Plautus Mostel. 4,
Cedo cerussam. s. quid cerussa opus est? PHIL. n. quî malas oblinā?
s. Vna opera ebur atramento candefacere postules. Ea enim vtuntur mulieres ad faciem dealbandam & illiniendam.
Cerussatus, pen. prod. Adiectiuum {ψιμυθιωμένος} vt, Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa vtuntur. Martial. lib. 2,
Cerussata timet Sabella solem.
Cerussata cutis, cerussatæ buccæ. Martial. lib. 7. Cic. in Pisonem.
Ceruus, cerui {ἔλαφος} Animal notum: dictum quòd τὰ κέρατα, id est cornua gerat, authore Festo. Varro de Lingua Latina, Ceruus quòd magna cornua gerunt, Cerui, mutata g in c, vt in multis, quasi geruli. Plin. lib. 8 cap. 32, Ceruis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium.
Cerua, fœmininum. Plin. lib. 25. cap. 8, Simplicius ceruæ monstrauere elaphoboscon de qua diximus. Item feseli enixæ à partu.
Ventosa ceruorum mens, Id est instabilis, trepida, & timida. Lucretius lib. 5.
Æripes cerua. Virgil. 6. Æneidos,
Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,
Fixerit æripedem ceruam licet.
Alatus ceruus. Ouid. 1. Metam. Id est velociter currens.
Alba cerua Sertorius quidam vir acer, & egregius dux ad barbarorum militum suorum animos continendos conciliandósque vtebatur. Siquidem hanc quæ à Lusitano quodam sibi dono data esset, oblatam diuinitus, & instinctam Dianæ numine, colloqui secum moneréque & docere quæ vtilia factu essent, mentiebatur. Ac siquid durius videbatur, quod imperādum militibus foret, à cerua sese monitum prædicabat. Vide Gellium lib. 15. cap. 22.
Alipedes cerui. Lucret. lib. 6. Significat celeres, quasi alatos pedes habentes.
Celeres. Stat. lib. 6. Thebaid.
Cornigeri. Lucret. lib. 3.
Cretæa cerua, Cretensis. nam Creta abundat ceruis. Senec. Hipp. 1,
-tua Getulos Dextra leones: tua Cretæas sequitur ceruas.
Errantes. Virgil. 5. Æneid.
Formidantes. Ouid. 15. Metam.
Fugax. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.
Imbelles Virgil. 3 Georg.
Inermes. Stat. 6. Thebaid.
Ingentem ceruum ad retia premere clamore. Virgil. 3. Georg.
Iugales. Claudian. 3. Panegyr. Sic illos vocat qui Dianæ currum trahunt.
Leues. Virgil. eclog. 1,
Antè leues ergo pascentur in æthere cerui. Id est auium more antè cerui volabunt. Seruius.

Ocyor ceruis. Horat. 2. Carm. ode 16.
Pauidi formidine. Ouid. 5. Fast.
Syluicultrix cerua. Catul. epig. 58,
Vbi cerua syluicultrix, vbi aper nemoriuagus?
Timidi. Seneca Hippol. 3.
Tragica cerua, quæ in tragœdia Sophoclis dicitur pro Iphigenia supposita & mactata. Iuuenal. satyr. 12,
-& siqua est nubilis illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
Non sperat Tragicæ furtiua piacula ceruæ.
Veloces. Virgil. 5. Æneid.
Viuax. Virgil. 7. eclog.
Glocitare ceruorum esse vocem ait ille qui Philomelæ carmen cōposuit, inter Ouidij opera repositum, Et barrus barrit, cerui glocitant, & onagri. Tu vide an fides adhibenda sit authori.

¶ Cerui etiam in ædibus rusticis dicūtur, vbi singula extrema bacilla forcillata, habent figuram literæ v, à similitudine cornuum cerui. Hæc Varro de Lingua Latina. Virgil. 2. ecloga,
Atque humiles habitare casas & figere ceruos. Vbi Seruius, Aut furcas quæ figuntur ad casæ sustentationem: quæ dictæ sunt cerui, ad similitudinem cornuum ceruinorum. Aut (quod melius est) figere ceruos, id est venari & iaculari, intelligamus: vt magis ad voluptatem eum, quàm ad laborem inuitare videatur.

¶ Ceruus, pro fugitiuo. Sext. Pompeius lib. 17, Seruorum dies festus existimatur Idibus Augusti, quòd eo Seruius Tullius natus serua, ædem Dianæ dicauerit in Auentino, cuius tutelæ sunt cerui, à quorum celeritate fugitiuos vocant ceruos. Martial. lib. 3. epigram. 49, de Misitio & Achilla fugitiuo,
Suppositam fama est, quondam pro virgine ceruam:
At nunc pro ceruo mētula supposita est. Vulgò legitur, pro puero. Sed si totum legeris epigramma, & præterea Crinitum lib. 19. cap. 8, leges, pro ceruo, id est, pro Achilla fugitiuo.

Ceruarius {ἐλάφειος} Adiectiuum, vt, Ceruarium venenum. Plin. lib. 27. cap. 11. Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant.

Ceruarius lupus, Animal ex cerua & lupo, aut lupa & ceruo genitum ac mistum: de quo sic Plinius lib. 8. cap. 22. de lupis, Sunt in eo genere qui ceruarij vocantur, qualem in Gallia è Pompeij Magni arena spectatum diximus. Huic quanuis in fame mandēti, si respexit, obliuionem cibi surrepere aiunt, digressúmque quærere aliud.

Ceruinus, pen. prod. {ἐλάφειος} Adiectiuum aliud. vt, Ceruinum cornu, Quod pertinet ad ceruum. Varro 3. de Re rust. cap. 9. Plin. lib. 28. cap. 9, Sanguine quoque ceruino, si vnà vtantur, &c.

Ceruinus color, qualis est pellis cerui, vel castaneæ. Palladius lib. 4. cap. 13, Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus.
Ceruinus halitus. Martial. lib. 12. epig. 29,
Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem.
Pellis. Horat. 1. Epist. 2.
Sanguis. Plin. lib. 28. cap. 9.
Vellera ceruina. Ouid. 6. Metam.

Cerycium, cerycij {κηρύκειον} Lignum erat rectum, vtrinque duos continens serpentes implexos, ita vt se mutuò & ex aduerso intuerentur, quales Græci vocant ἀντιπροσώπους. Ferunt id caduceatores, & inde illis iniuriam intulisse, maximum habebatur nefas. Et rectum quidem lignum συμβολικῶς orationis rectitudinem significat: serpentes verò impliciti, castra castris iuncta nobis innuunt occultius, quibus se, dissidentes conciliatura voluntates, orationis inserit virtus. Ex Cælio, lib. 21. cap. 16.

Ceryx {κῆρυξ} Latinè præco & caduceator. Vnde Eusebius scribit à Nerone cerycas fuisse certamine superatos. Seneca apud Serenum, Non vis nisi Consul, aut prytanis, aut ceryx, aut suffes administrare Rempublicam.

C E S

Cesale, cesalis, neut. gen. Dicitur locus in quo ventrem perpurgamus, reliquiis ciborum deiectis. Sellam familiarem vocauit M. Varro. Ex Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. vlt.

CESENA {καίσηνα} Oppidum in Italia Plinio libro 3. capite 15. Huius etiam & Cicero meminit ad Tironem, libro 16. 27, Nam isti vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. quo loco Manutius in Scholiis putat legendum Cesennia. Turnebus verò nihil mutandum autumat: quin vt humile & ignobile oppidum, Cesenam hic per ludibrium positam esse credit, adductus authoritate Sidonij Apollinaris, sic libro 1. scribentis, Et tu isthæc nobis Cesenatis furni potius, quàm oppidi verna deblateras? Quædam oppida olim minima & frigidissima, hodie florent, nec ex eorum huiusce temporis magnitudine qualia olim fuerint æstimandum est, quum vt in hominibus, sic & in illis magna vis fortunæ sit in vtranque partem.

CESSERO {κεσσερὼ} Narbonensis Galliæ oppidum ad Carpentoractēn Plinio lib. 3. cap. 4, in descriptione Narbonensis prouinciæ. Vulgò *Castres*.

Cespes, Vide CAESPES.

CESPIVS, Vnus ex septem collibus vrbis Romæ, sic dictus quod sexticeps esset, quem postea Seruius Tullius Exquilias cognominauit, ex eo quòd ab eo excultæ fuissent, quū, vt loco dignitas foret, regiam ibi sumpsisset: tametsi ab excubiis regiis dictas nōnulli credant. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 11.

CESSA {κέσσα} Oppidum in Iberia. Vnde fit

Cessæus {κεσσαῖος} Adiectiuum. Valer. lib. 6. Argonaut.

Cessicus, a, um, Adiectiuum. Vide in CEDO.

Cessim, Cesso, In CEDO.

Cesticillus, appellatur circulus quem superponit capiti, qui aliquid est laturus. Festus.

Cestreus, duabus tantùm syllabis {κεστρεὺς} Piscis genus, qui & Cephalus & Mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud Athenienses. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 4.

Cestron {κέστρον} Herba est caulem ferens tenuem cubiti altitudine, aut maiorem, quadratum: folia quercus, mollia, longa, in ambitu diuisa, odorata, prope radicē maiora: in summis caulibus semen, veluti satureiæ, spicatum est. Decerpta huius folia siccantur plurimos ad vsus. Latini Betonicam nominant. Dioscor. lib. 4. c. 1. apud quē plura.

Cestrosphendona {κεστροσφενδόνη} Telū erat semicubitale, bipalme, spiculum infixum habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis solent, circundabantur. Nomen inuenit à figura & vsu, quorum vtrunque mediū habet inter telum & fundam. κέστρα enim Græcis teli genus est, Persico bello inuentum. σφενδόνη autem id est quod Latini fundā vocant. Nam fundæ modo librabatur. Inuentum autem fuit hoc teli genus, authore Liuio, in bello Macedonico. Vide Liuium 5. Decad. lib. 2.

Cestrotum {κεστρωτόν} Picturæ genus. De cornibus Plinius scribit lib. 11. cap. 37, Nunc tincta, nunc sublita, nūc quæ cestrota picturæ genere dicuntur. Cerostrota vbique legitur: sed Turnebus non magis existimat à picturæ genere dici posse cerostrota, quàm lithostrota. Quare cestrota ex manuscriptis restituit. Sunt autem cestrota, quæ cestro, id est vericulo per inustionem picta sunt. Plinius, Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera cōstat, cera, & in ebore cestro, id est vericulo.

Cestrum {κέστρον} Instrumentum quo cauatur ebur. Plinius. Suidas putat esse genus teli Persico bello inuenti. Latini Vericulum appellant. Iulius Pollux pro stimulo siue stylo accipit.

Cestrus {κέστρος} Græcis verutum significat, cuius teli etiam apud Liuium mentio est. Hinc quod in Gellio legitur huminestor, Turnebus emendandum censet, rumæ cestri.

Cestus, huius cesti, masc. gen. sine diphthongo {κεστὸς} Cingulum quo vxor à marito cingebatur in fide maritali: à variis punctis sic dictum. κεντεῖν enim pungere est, & picturare. Vnde cingulum illud Veneris quo ipsa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à poetis cestus dicitur. Martialis,
Vt Martis reuocetur amor, summíque tonantis,
A te Iuno petat ceston, & ipsa Venus.

¶ Lorum item, aut opus interpūctum, acúve pictū, & Veneris item ornamentum, & in commune fœminarum, ceston Græci vocant. Martial. lib. 14,
Collo necte puer meros amores,
Ceston de Veneris sinu calentem.
Spirans blando numine cestus. Claudian. de Nuptiis Honorij & Mariæ.
Soluere ceston. Stat. 5. Thebaid.

¶ Cestus, pro alio quouis cingulo, & ligamēto, vt vinearum. Varro 1. de Re rust. cap. 8, Sub eam, vbi nascitur vua, subiiciuntur circiter bipedales è surculis furcillæ, ne vindemia pereat, & vindemia facta denique discat pendēre in palmam, aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum.

¶ Cestus, item lora erant, quibus pugilum brachia & manus innectebantur, vt siqui hoc tempore pugillatu decertare vellent, chirothecis manus munirent, quo & firmiorem ictum inferrent, neque manum læderent, & sine noxa sustinerent aduersarij petitionem. Cestus ex eo vocatus, quòd, vt opinor, lora illa suta essent, quasi κεστὸς ἱμὰς, id est sutile lorum, vt Græci loquuntur, vnde & nomen etiam cingulo Veneris, quòd sutile sit. Cestus significat Virgilius quum dicit,
Et paribus palmas amborum innexuit armis. Iterum,
-duróque intendere brachia tergo. Ex Turnebo.

C E T

Cetarii, Cete, Vide CETVS.

CETHEGVS, pen. prod. {κέθηγος} Consul fuit, Cicerone teste, cum P. Tuditano bello Punico secundo, de quo sic scribit ipse in Bruto, M. Cornelius Cethegus (inquit) cuius eloquentiæ est author, & idoneus quidem, mea sententia Q. Ennius, præsertim quum & ipse eum audierit, & scribat de mortuo: ex quo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono (vt opinor) annali,
Additur Orator Cornelius suauiloquenti
Ore Cethegus. Paulo pòst, πειθὼ quam vocant Græci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellauit Ennius. Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, vt quam deam in Periclis labris Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. ¶ Fuit & Cethegus, qui in Catilinæ coniuratione Sallustio commemoratur. Cuius etiam Cicero sæpe meminit in 3. Catil. Atque interea (inquit) statim admonitu Allobrogum C. Sulpitium fortem virum misi, qui ex ædibus Cethegi, siquid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiorum extulit. Hæc ille.

Ennius M. Cethegum Suadai medullam vocat. Quintilianus lib. 2. cap. 15.
Cethegus audax. Sil. lib. 8.
Cinctuti Cethegi. Horat. in Arte.
Exertus Cethegus. Lucan. lib. 2,
-exertíque manus vesana Cethegi. Hoc est, habentis humerum & brachium dextrum nudatum & inerme. sic enim solebat hæc familia in aciem ire. Silius de alio Cethego lib. 8, non ita procul à fine,
Ipse humero exertus gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo.

Integer Cethegus cecidit. Iuuenal. satyr. 10. De Caio Cethego Romano ciue intelligit, qui cum Lentulo Prætore & Catilina coniurauerat. dictus integer, quòd corpore integro & non mutilato in bello mortuus est. Aut quòd sine vlla membrorum diminutione, vitam laqueo finierit. Sallustius in Catil. Lentulo iudices rerum capitalium, laqueo gulam fregere. De Cethego, eodem modo supplicium sumptum est.

Nudi Cethegi.Lucan.lib.6,
-Marísque truces,nudíque Cethegi.
Prisci.Horat.2.Epist.2.

CETII, Populi sunt inter Cilices & Pelasgos, authore Strab. lib. 13. Horum meminit Homerus in Odyssea. Sic dictos putat Strabo à Cetio fluuiolo quodam in eorum agro. Cuius etiam meminit Plin. lib.5.cap.30.

CETIRIZIS {κητιρίζις} Promontorium in litore Apolloniæ regionis,locus munimine validus,quo aliquando Lysimachus opum suarum thesauro & ærario vsus est. Author Strab.lib.7.

CETIVS {κήτιον} Norici mons Ptolemæo. Hodie *Calemberg* vulgò dicitur.

Cetra,huius cetræ {πέλτη} Scutum breue loreum,quo,authore Seruio, vtuntur Afri & Hispani. Virg.lib.7,Læuas cetra tegit. Liu.bel.Pun. lib.1,Hispani sine vlla mole in vtres vestimentis coniectis, ipsis cetris superpositis incubantes,flumen transnatauere.
Cetræ crepitantes.Sil.lib.16.
Pugnax cetra. Lucan.lib.7,
Illic pugnaces commouit Iberia cetras.
Resona.Sil.lib.3,
Nunc pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.
Versicolor.Sil.lib.3.
Cetræ reddere speciem.Curtius non procul ab initio lib.3,Barcanorum equitũ duo millia fuere, armati bipennibus, leuibúsque scutis cetræ maximè speciem reddentibus.

Cetratus, pen.prod. Adiectiuum {πελταστής} Qui cetra vtitur. Liu.1.bel. Maced.Nocte cetratos(quos peltastas vocant)loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat. Cæsar 1. bel. Ciuil. Erant, vt suprà demonstratum est, legiones Afranij tres, Petreij dux,præterea scutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta.

Cetus,ceti,masc.gen. {κῆτος} Belua marina. Festus, Balænam beluam marinam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse & cetum. Plin.lib. 32. cap. 1, Cetos sexcentorum pedum longitudinis & trecentorum sexaginta latitudinis,in flumen Arabiæ intrasse tradit Iuba:pinguíq; eius negotiatores, & omnium piscium adipe camelos perungi,in eo situ vt asylos ab his fugent odore.
Celsus cetos in recto dixit. Budæus.
Cete immania apud Virgilium 5.Æneidos,
Tum variæ comitum facies,immania cete. Vbi Seruius,Græca declinatio τὰ κήτεα,κήτη,vt βέλεα,βέλη,nam Latinè sic declinari non potest.
Scopulosa cete.Stat.1.Achil.
Coeunt cete.Plin.lib.9.cap.50,Pisces attritu ventrium coeunt,&c. Delphini & reliqua cete simili modo,& paulo diutius.

Cetariæ,cetariarum {ταριχεῖαι} Loca iuxta mare, stagnante lacu, in quibus thynni, & alij huiusmodi pisces capiuntur & iuxta saliuntur. Plin.lib.37. cap.5, Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis.
Cetaria in neutro.Horat.2.Serm.satyr.5,
Plures annabunt thunni & cetaria crescent.

Cetarius,cetarij {ταριχοπώλης} Qui cete,id est magnos pisces venditat, & bolonas exercet,authore Donato. Terent.Eunuch.2.2,
Cetarij,lanij,coqui,fartores. Cic. 1. Offic. Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina, minimèque artes eæ probandæ,quæ ministræ sunt voluptatum,cetarij,lanij,coqui,&c.
Cetarij, Nonio, genus est piscatorum, quod maiores pisces capit, dictum ab eo quòd cete in mari maiora sunt piscium genera. Varro, γνῶθι σεαυτόν, Non animaduertis cetarios,quum videre volũt in mari thunnos,ascẽdere in malum altè, vt penitus per aquam perspiciant pisces?

Cette {δότε ἢ εἴπατε} significat dicite vel date:ab eo quod est cedo. Næuius Lycurgo,Pro industria ne te regem prognatũ patre Lycurgum cette. Ennius Medea, Saluete optima corpora,cette manus vestras, meásque accipite. Nonius. Antiquum est.

C E V

Ceu {ὡς,ὡσπερ,ὡσεί} Aduerbium similitudinis, magis est poetarum, quàm oratorum:sed quo multi, & præsertim Plinius, vtuntur. Virgilius 2.Æneidos,
Aduersi rupto ceu quondam turbine venti Confligunt.
¶Ceu,pro velut.Plin.lib.9.cap.7, Argumento animaliũ quæ semper defossa viuunt,ceu talpæ.
¶Ceu,pro quasi.Plin.lib.8.cap.16, Incremento terga,ceu quodam incitamento,flagellantur.
¶Ceu verò, pro Quasi verò, frequentissimè vsus est Plinius.vt in Præfatione sui operis, Ceu verò nesciam aduersus Theophrastum scripsisse etiam fœminam. Idem lib. 7. cap.55, Ceu verò vllo modo spirandi ratio homini à cæteris animalibus distet.

Ceua,ceuæ {αἴξ} Genus vaccæ humilioris. Columel.lib.6,cap.24.

Ceueo, ceues {σαλαγίζω} ceuere, Clunes mouere: quod propriè est marium obscœnè se motantium.
¶Ceuere {σαλαγίζειν} per translationem pro adulari accipitur: quòd quum adulantur canes,clunes mouent & caudam.Pers.satyr.1, An Romule ceues?

Ceuens,Participium {σαλαγίζων.} Iuuenal.satyr.2,
-echo te ceuentem Sexte verebor.

Ceus,Vide COHVS.

C E Y

CEYX,Ceycis,pen.genit.prod. {κῆϋξ} Suidæ rex fuit Thraciniæ, Luciferi filius, & maritus Alcyones filiæ Æoli, qui quũ ob causam fratris in accipitrem mutati,ad Clarium oraculum cõsulendum nauigaret, tempestate deprehensus est & submersus. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcyone multa quotidie vota pro viri salute suscipiebat. Tandem in somnis monita,naufragio eum periisse,quum ad deflendum miserabilem viri casum manè ad litus venisset, vnde ille soluerat,cadauer quoddam fluctibus ad litus vidit expelli: quod quũ viri sui esse cognouisset, ac per vndas ad illud exilire vellet, deorum miseratione in Alcyonem conuersa, ad os mariti aduolauit: qui & ipse oscula vxoris sentiens,in Alcyonem mutatus est. Fabulam hanc refert Ouid.11.Metam.

C H A

CHA,inquit Strabo lib.8,Peloponnesi vrbs Lepræo vicina,vbi Ephasius campus iacet.Huius Chaæ causa, bellum inter Arcades & Pilios conflatum plerique aiunt.

CHAALA,Vicus est Ægypti apud Strabo.lib.16.

CHABARENI {χαβαρηνοί} Populi Scythici, ad Chalybem fluuiũ habitantes,qui peregrinarum mulierum,quas nancisci poterant,mammas crudas edebant, & pueros deuorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

CHABRIA,Vicus est Ægypti prope Arabiam.Strabo lib.17.

CHABRIAS, Atheniensium philosophus, dux clarissimus. Author Suidas. Huius Demosthenes cũ sæpe in orationibus meminit, tum in oratione ad Leptinem, pluribus res gestas persequitur, & in eius laudes digreditur. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone,quàm leonum duce ceruo.

CHADISIA {χαδισία} Fluuius est & oppidum eiusdem nominis in Cappadocia, siue Leucosyria, in finibus Themiscyriæ,non procul à Lycaosto. Author Plin.lib.6.cap.3.

CHAEANITAE {χαιανῖται} Populi sunt ad Caucasi montis radices, Septentrionem versus,post Troglodytas,de quibus Strabo Lib.11.

Chære {χαῖρε} id est salue. Martial.lib.5,
Exprimere Ruffe,fidiculæ licet cogant,
Aue Latinum,χαῖρε non potest Græcum. Persius in Prooemio,
Quis expediuit psittaco suum χαῖρε?

CHAEREAS,Statuarius nobilis, Alexãdrum magnum,& Philippum patrem eius fecit, teste Plin.lib.34.cap.8. ¶Fuit & alter Chæreas,Atheniensis medicus,de quo idem Plin.meminit lib.20.cap.pen.

CHAEREMON,Comicus poeta Græcus. ¶Fuit item alter, qui scripsit ἱερογλυφικά. Author vtriusque Suidas.

CHAEREPHON, Atheniensis philosophus, Socratis auditor. Huius nihil traditur scriptum. Ab hoc natum prouerbium, οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος. Id est,nihil à Chærephonte differes. In macilentos pallentes, apud Aristophanem in Nubibus. Erat enim Chærephon pallidus,vt qui magno studio philosophiæ operam daret,& in literas incumberet. Suidas.

Chærephyllon {χαιρέφυλλον} Herba est pastinacæ erraticæ, siue dauci folio aliquantò tenuiore, radicula candicante, subamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam Chærephylli nomen recentius est, à comæ luxuria,& aspectus iucũditate(vt videtur)impositum. Hodie à vulgo herbariorũ Chærefolium,Græca & Latina voce in vnam coalescentibus,vocatur. Colum.lib.11.cap.3.

CHAERIS, Citharœdus ineptus fuit, cuius meminit Aristophanes in Comœdia quæ inscribitur ἀχαρνεῖς. Author Suidas.

CHAERONEA {χαιρώνεια} Bœotiæ vicus, Plutarchi Chæronei patria,clade Atheniensium memorabilis. Chæroneæ meminit Plinius lib.4.cap.7.

Chalacantha, apud Nicolaum Myrepsum, quandoquidem ambigi video quid eo nomine intelligendum sit, non aliud quicquam est quàm atramentum sutorium, quod chalcanthum alij vocant: etiam chalacanthen interpres Nicandri appellat. Turnebus.

CHALAEON,Locrorum portus,à quo VII. M. passuum introrsus liberum oppidum Delphi,sub monte Parnasso clarissimi in terris oraculi Apollinis. Plin.lib.4.cap.3.

Chalasis {χάλασις} A medicis appellatur laxatio articulorum, quum scilicet ex lassitudine,nimióve labore, aliáve ex causa euenit vt laxatis vinculis membrum excidat: vt si radius in brachio à cubito subnioueatur,ita vt locus quidam in medio vacuus relinquatur.

Chalassis,Vide CALASIS.

Chalastica {χαλαστικά} Medicis dicuntur medicamenta relaxantia: inde nimirum, sicut & nomen ipsum indicat, quòd tensas laxent particulas. Author Galenus libro 7.de compositione medicament. secund.gener.

CHALASTRA,Vrbs ad Termeum sinum,vt ait Strabo: à Chalastra proximo portu dicta. Hinc

Chalastricus,Adiectiuum.

Chalastricum nitrum.Plin.lib.31.cap.10,Optimum copiosũmque in Letis Macedoniæ,quod vocant chalastricum,candidum,purúmque, proximum sali.

Chalazias, chalaziæ, Gemma quæ grandinum colorem habet & figuram adamantinæ duritiæ.Plin.lib.37.cap.11.

Chalazion {χαλάζιον} Tuberculum est in oculorum palpebris, non dissimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur,diuersæ tamen figuræ,& mobile, si huc atque illuc pellatur. De hoc meminit Galen.libro 14. Method.& lib.4.De compositione pharmac.secund.locos.& in finit. medicar.

Chalbane,In GALBANVM.

CHALCAEA {χαλκεῖα} Festa quædam erant, quæ nonnulli vocant Athenæa. Alij etiam Pandemum, quoniam ab omnibus celebrarentur: quanquam mox à cerdonibus tantùm, aut operariis, & fabris præsertim,vt refert Harpocratio,& Apollonius Acharneus.Quo argumento prodidere quidam,Athenienses primùm ærariam fabricam excogitasse,quod scribit Eustathius. ¶Fuit & Menandri fabula, titulo Chalcea,vt annotauit Cæl.Rhodig.lib.19.cap.9.

Chalcanthos {χάλκανθος} Medicamentum quoddam est constringens,desiccans, atque contrahens in sese totius substantiam carnis, quod in Cypro defodi tradit Galen.lib.9. de Simpl.medic.facult. vbi de hoc vide plura.

Chalcanthum {χάλκανθον} Atramenti genus à similitudine æris sic dictum: quippe Græci æs χαλκόν. Vulgò hoc à vitri similitudine vitriolum nominãt. Fit multis in locis,præcipuéque in Hispania è puteis stagnísve habẽtibus id genus aquæ. Decoquitur ea admista pari mensura dulcis aquæ, & in piscinas ligneas funditur. Immobilibus

super has transtris dependent testes, lapillis extentæ, quibus adhærescens limus vitreis acinis, imaginem quandam vuæ reddit, exemptum ita triginta diebus siccatur. Color est cæruleus, spectabili nitore, vitiúmque esse creditur. Diluendo fit atramentum tingendis aptum coriis, & hoc factitium vocant. Hæc Sipontinus ex Plin. lib. 34. cap. 12. Celsus lib. 5. cap. 1, Sanguinem supprimunt, inquit, atramentum sutorium, quod Græci χάλκανθον appellant. Vide Atramentum sutorium, in ATER.

CHALCE, Insula est cum oppido, circa Rhodum. Author Plinius libro 5. cap. 31.

CHALCEDON, pen. prod. {Χαλκηδών} Oppidum est Thraciæ ad Bosphorum Thraciū, non procul à Byzantio. Plin. lib. 5. capt. vlt. Chalcedonis meminit Pomponius lib. 1.

Chalceos, Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 16, Carduus & folio & caule spinosas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnidos, &c.

CHALCERITIS, pen. prod. Insula est in Ponto, alio nomine Aria appellata, Marti sacra. Ex Plinio lib. 6. cap. 12.

Chalcetum, Herbæ genus. Plin. lib. 26. cap. 7, Item herba chalcetum è vineis contrita imponitur.

Chalceutice. pen. corr. {χαλκευτική} Æraria fabrica dicitur.

Chalceus {χάλκεος} Adiectiuum, Id est æreus. Martial. lib. 9,

Tam stupidus nunquam nec tu puto Glauce fuisti,
Chalcea donanti chrysea qui dederas. Id est, quum dares aurea ei, qui tibi ærea dedisset.

CHALCIA, Insula quam inter Cycladas Plinius enumerat libro 4. capite 12.

CHALCIDENE, Fertilissima regio, vt scribit Plinius in descriptione Cœles Syriæ, lib. 5.

Chalcidica, huius chalcidicæ, pen. cor. Genus terræ esse videtur, quæ affriata triticum conseruat. Varro 1. de Re rust. cap. 57, de tritico condendo, Quidam ipsum triticum conspergunt, quum addant in circiter mille modiûm quadrantal amurcæ. item alius aliud affriat, aut aspergit, vt chalcidicam, aut caricam cretam, aut absynthium.

Chalcidicum, Genus ædificij, teste Festo, ab vrbe Chalcidica dictū. Huius meminit Vitruuius lib. 5. his verbis, Sin autem locus amplior in longitudine, chalcidica in extremis constituantur. Meminit & Dion. nec prætermisit Cassiodorus in Cōsulum fastis. Videor etiam obseruasse Chalcidicum pro cœnaculo poni. Quod enim Homerus scribit, χοὺς δ' ἐς ὑπερῷ' ἀνιοῦσα ἐσχάτιον: cōuertit Ausonius, Chalcidicum gressu nutrix superabat anili. Turnebus.

Chalcidium {χαλκίδιον} Medicamentum, de quo sic Galen. lib. 2. de Dinamidijs, Chalcidium sic fac, Æris florem in aceto vehementissimè subigito, sicca ad solem, fac puluerem, & vtere.

Chalcidice, huius chalcidices, Genus lacertæ. Plinius libro 29. cap. 5, Lacerta quam hi sepa, alij chalcidicen vocant, in vino pota, morsus suos sanat.

CHALCIOECVS {Χαλκίοικος} Minerua à Lacedæmoniis cognominata, cuius, vt Pausan. in Lacon. ait, simulacrū Gitiadas vir indigena confecit, simúlque in eandem versus edidit. Suidas, Chalciœcum Mineruam à Spartanis appellatam ait, quòd οἶκον χάλκεον, hoc est, quòd ædem æream haberet: vel quòd Chalcidenses ex Eubœa exules eam construxerant. Templi eo nomine post Thucydidem lib. 1. meminit Æmilius Probus. In id Pausaniam confugisse memorant, atque inibi interfisse, matre etiamnum principe, audito filij scelere, ad occludendum illi egressum lapides ingerente. Meminit & in Parallelis Plutarchus in historiæ eiusdem explicatione. Proinde mirum est adhuc esse aliquos, qui apud Liuium Chalcionem legendum putent, & Chalcioniam apud Thucydidem Latinum. ¶ Fuit & Minerua Chalcidica in vrbe Roma, in noua regione, si vera P. Victor tradit. Meminit, ni fallor, & Dion in histor. lib. 51.

CHALCIOPE, pen. corr. {Χαλκιόπη} Phryxi vxor, soror Medeæ. Valerius lib. 6. Argonaut.

Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,
Atque hinc virgineæ venit ad penetralia sedis,
Chalciopen imitata sono formâque sororem.

Chalcis, chalcidis {χαλκίς} Serpentis venenosi genus est è genere lacertarum, quasdam ærei coloris lineas in tergo habens: vnde & nomen habet. Plinius libro 32. cap. 3, Quippe aduersus scorpiones ex vino bibuntur, aduersus phalangia, & araneos ex mulso, aduersus chalcidas cum myrtite. ¶ Est & Chalcis Homero auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. Plin. libro 10. cap. 8, cymindim vocat.

CHALCIS, pen. genit. corr. Vulgò *Negroponte*, Eubœæ vrbs præcipua, ab Aulide Bœotiæ portu, exiguo Euripo diuisa, vetus Atheniensium colonia: ita dicta, si Stephano credimus, à Chalcide filia Asopi: aut certè, quòd ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthij oppidum. ¶ Tertia Ætoliæ, Acheloo fluuio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monicho Arabe cōdita. Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quæ enumerantur à Stephano.

Chalcidicus, penul. corr. {Χαλκιδικός} Adiectiuum, Qui est ex Chalcide vrbe, vel Chalcidia regione. vt, Arx Chalcidica. Virgil. 6 Æneidos,

Chalcidicáque leuis tandem superastitit arce. Idem in Bucolicis,
Ibo, & Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina, &c. Hoc est, vt interpretatur Seruius, Theocritio stylo. Varro 3. de Re rust. cap. 9, de gallinis, Nec tamen sequendum in feminio legendo Tanagricos, ac medicos & Chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri, & ad præliandum inter se maximè idonei, sed ad partus sunt steriliores.

Littora Chalcidica. Stat. 4. Sylu.
Turres Chalcidicæ. Stat. 2. Sylu.

Chalcis, Piscis genus. Plin. lib. 32. cap. 11, Chromborum genera, cyprinus, chalcis, cobio. ¶ Est item Chalcis fluuij & pagi nomen, apud Strabonem lib. 8.

Chalcites, pen. prod. Gemma ærei coloris. Plinius lib. 37. cap. 11.

Chalcitis, huius chalcitis, pen. prod. fœm. gen. {χαλκῖτις} Lapis ex quo ipsum æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12.

CHALCITIS, Insula est contra fauces Rhindaci fluuij in Asia. Plin. lib. 5. cap. vlt.

Chalcophonos, pen. prod. Gemma nigra, quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chalcosmaragdos, Gemma è Cypro, turbida æneis venis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chalcus {χαλκοῦς} Genus numismatis, quod denariolum valebat. Plin. lib. 21. cap. 34, Eadem sex obolos pōdere efficit: obolus decē chalcos.

CHALDAEA, Regio ad Orientem Iudææ, Arabiæ cōtermina, plana, fontium indiga, in qua est Babylon ciuitas magna. Vide Interpretationes nominum Hebraicorum.

CHALDAEI {Χαλδαῖοι} (inquit Plinius lib. 6. cap. 28) intra confluentem Euphratis & Tigris habitant. de quibus Strabo lib. 17, sic scribit, Constituta est habitatio quædam in Babylonia philosophis indigenis plurimum circa philosophiam versantibus, qui Chaldæi appellantur. Horum magna in sacris literis memoria est. Constat autem nusquam diligentius seueriúsque Mathematica studia exculta fuisse quàm apud Chaldæos.

Vnde dicti sint Chaldæi, & quam scientiam profiteatur scribit Cicero 1. de Diuinat. quum de Assyriis loquitur, Qua in natione, inquit, Chaldæi non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obseruatione siderum, scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset.

Chaldæum, pro astronomo vel hariolo accepit Cato, quum inquit capite 5, Augurem, haruspicem, hariolum, Chaldæum nequem consuluisse velit.

Carmina Chaldæa. Claudian. 4. Panegyr.
Gens Chaldæa. Claudian. 1. in Ruff.
Monstra Chaldæorum. Cic. 2. de Diuinat.
Promissa Chaldæorum. Cic. 1. Tuscul. Nam nunc quidem cogitationibus molestissimis effœminamur: vt si antè mors aduenerit, quàm Chaldæorum promissa cōsequuti sumus, spoliati magnis quibusdam bonis, illusi destitutique videamur.
Ritus Chaldæus. Claudian. 1. Panegyr.
Multos promissis suis vt fefellerunt Chaldæi, Cicero ostendit 2. de Diuinatione.
Quid polliceantur Chaldæi, Columella lib. 11. cap. 1. aperit.

Chaldaicus, pen. corr. {Χαλδαϊκός} Adiectiuum. vt, Genus Chaldaicum. Cic. 2. de Diuin. Scylax Halycarnasseus familiaris Panætij, excellens in astrologia, idémque in regenda sua ciuitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiauit.

Ratio Chaldaica. Cic. 2. de Diuinat.

Chalepi versus {χαλεποὶ στίχοι} dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficiles, qualis est versus Virgilianus,

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

CHALESTRA, in CALESTRA.

Chalo, chalas, chalare, Laxare & demittere. Vegetius, Aliquanti centones & culcitas funibus chalant. A Græco χαλᾶν deducitur. Atque hoc etiam verbum hodie nautis familiare est, qui chalare velum dicunt. Turnebus.

Chalatorius, Adiectiuum. Hinc Chalatorij funes apud Vegetium libro vltimo rei militaris, quibus antenna & attollitur & demittitur. In editis, colatorij legitur, quam scripturam Turnebus non prorsus improbat, etsi priorem magis amplectatur.

CHALYBES, penult. corr. {Χάλυβες} Populi in Ponto iuxta *Thermodoontem* fluuium Straboni & Plinio: qui ferro cæteris *præstare dicuntur*. Virgil. 1. Georgicorum,

India mittit ebur: molles sua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum.

Chalybs, chalybis, pen. corr. masc. gen. {χάλυψ} Genus ferri dutissimi, a Chalybibus populis, vt antè dictum est. ¶ Est & Chalybs, fluuius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur, iuxta quem & Chalybas populos collocat Iustinus libro vltimo.

Candens chalybs. Syl. lib. 1.
Durus chalybs. Sil. lib. 2.
¶ Chalybs, aliquando accipitur pro ipso opere ex huiusmodi ferro facto. Lucanus, Chalybem, frænósque momordit. Virgilius libro 8, Vulnificúsque chalybs. Vbi chalybem, pro chalybeo ense posuit.
Leth fer chalybs, Ensis. Valer. lib. 6. Argonaut.
Strictus chalybs, Id est ensis. Seneca Thyeste. 4.

Chamæ {χῆμαι} inter cætera conchyliorum genera longa descriptione ab Athenæo referuntur. Cæterùm id sibi peculiare asciuere, quòd plerunque in litore hiantes inueniūtur: idcircóque eas rectè chamas dici posse putauerim, quæ in marinis oris, pandentes sese læui testa contectæ reperiuntur. Ex Matthiolo Senens. Vide & Galen. lib. de cib. bon. & mal. succ.

Chamæacte, chamæactes {χαμαιάκτη} Genus sambuci. Plin. libro 24. cap. 8, Sambucus habet alterum genus magis syluestre, quod Græci chamæacten, alij helion vocant multo breuius. Ruell. lib. 1. cap. 139, Chamæacte sambucus pumila est, Latinis ebulum dicitur. læto gaudet solo, vt testatur suo carmine Columella,

Atque habilis natura soli, quæ gramine læto
Parturit, & rutilas ebuli creat vuida baccas. Gallis hodie dicitur *hieblum*, longè similius sambuco, magísque herbaceo generi assignandum.

Chamæcerasus, pen. cor. Frutex est Plinio lib. 15. cap. 25, Sunt & Macedonica, paruæ arboris, raróque tria cubita excedentis, & minore etiamnum frutice chamæcerasi. Ruell. lib. 1. cap. 64, Chamæcerasus, vt apud Athenæum Asclepiades Myrleanus depinxit, pumila est, Bitynorum agro frequēs, radice parua: neque arbos est, nec arbusculis cerasorum impar, baccis cætera omnia cōsimilibus. Copiosè vescentibus caput vini modo grauant: & dolores cient. Hactenus Ruelhus.

Chamæcissos, Genus hederæ, non attollentis se à terra, teste Plinio libro 24. cap. 10. Vnde vulgò *hedera terrestris* dicitur. Matthiolus Senensis ait hoc hederæ genus hodie in Italia non cognosci.

Chamæcyp

Chamæcyparissos, Herba, quę ex vino pota, contra venena serpentium omnium, scorpionúmque pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. Nonnulli eum esse putant qui vulgò dicitur, *cypres de iardins*: quod quidam abrotonum mas esse credunt. Ruellius lib. 3. cap. 23. Qui chamæcyparissum existimant esse, quem vulgus ab odore formáque foliorum eiusdem nomenclaturæ arboris *cypressum* appellat, falluntur: nam etsi coactæ sit breuitatis, & velut arboris cuiusdam abortus, non tamen in genere pumilionum sedem inuenit, nec in arborum, sed fruticum censu constat haberi. Huc facit quod nihil apud classicum authorem de chamæcypresso leges.

Chamædaphne, es { χαμαιδάφνη } Plinio herba est in hortis seri solita, in funiculi modum sese porrigēs, & vicina quæque vinciens, vnde & Vinca peruinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro similia: ideo Chamædaphne, id est parua laurus appellatur: florem autem violæ similē. De hac Plin. lib. 21. c. 11. Dioscoridi κλήματις δαφνοειδὴς dicitur. ¶ Est & altera Chamædaphnes species, cuius idē Plin. meminit lib. 24. cap. 15. Chamædaphne, inquit, vnico ramulo est, cubitali ferè, folio tenui, lauri similitudine: cuius semen rubens admixtum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani *Laureolam* aut *Lauraginem* appellant. Dioscorides autem, & Galen. hanc solam Chamædaphnes nomine nouerunt.

Chamædrys { χαμαίδρυς } Herba quæ Latinè Trissago dicitur. Plin. libro 24. cap. 15. Dicitur autem chamædrys quasi humilis & terrestris quercus. Vulgò appellatur *Querciola* aut *Calamandrina*.

Chamælæa, penult. prod. { χαμαιλαία } Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat *peuer montano*. Matthiolus.

Chamæleos, inter cancrorum genera numeratur à Plinio, vt videre est ex eius lib. 33. cap. vlt.

Chamæleon, penult. corr. { χαμαιλέων } Chamæleonis, m. g. Cardui species. Plin. lib. 22. cap. 18. Chamæleonem aliqui Ixiam vocant. duo eius genera, &c. *Carlinam* vulgus vocat.

Chamæleon, penult. corr. { χαμαιλέων } Chamæleontis, m. gen. quasi paruus leo. Animal est in India nascens, figura & magnitudine lacertæ: coloris natura mirabilis: mutat nàque cum subinde & oculis, & cauda, & toto corpore: reddítque semper quem proximè attingit præter rubrum candidúmque. Vide Plin. lib. 8 cap. 33.

Chamæleuce, chamæleuces { χαμαιλεύκη } Herba quæ tussilago dicitur. nascitur secus fluuios, folio populi, sed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. Matth. Senens. ait hanc herbam hodie esse ignotam.

Chamæmelon, penult. prod. { χαμαίμηλον } Herba vulgò nota, ab odore mali sic dicta. Leucanthemum alij vocant. Vide Plin. lib. 22. cap. 21. *Camomilla* barbarè vocatur.

Chamæmyrsine, penult. prod. { χαμαιμυρσίνη } siue Oximyrsine, Frutex ex quo scopæ fiunt apud Italos: aliàs ruscus: nonnulli syluestrem myrtum vocant. Vide Plin. lib. 23. cap. 9.

Chamæpeuce, es { χαμαιπεύκη } Herba est, folia habens laricis foliis similia, lumborum & spinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæpitys, penult. corr. huius chamæpityos { χαμαίπιτυς } Herba quæ Latinè aiuga dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 6. Iuam pharmacopolæ vocant.

Chamæpus { χαμαίπους } Apud Græcos dicebatur sponsa quæ curru non subuehebatur, sed pedibus mariti domum petebat. Moris enim erat apud eos, vt Pausanias ait, vt sponsa locaretur in nuptiali curru, sponso & necessario affini iuxtà comitante, quem parochum vocant: cuius axem pro foribus incendebant, vt significarent illam ibi perpetuò mansuram, neque vlla tēpestate inde recessuram. Author Alex. ab Alex lib. 2. cap. 5.

Chamæripes { χαμαιρῶπες } Arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta, & in Sicilia nascūtur, folio latiore ac molli, ad vitilia vtilissimæ. Vide Plin. lib. 13. cap. 4.

Chamærops, Herba est de qua Plin. lib. 26. cap. 7. Eosdem effectus lateris doloribus habet chamærops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Græculæ rosæ, ex vino pota.

Chamæsice { χαμαισύκη } Herba est lentis folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Chamæzelon, penult. prod. { χαμαίζηλον } Herba est, teste Plin. lib. 27. cap. 10, quam quidam eandem esse credunt cum gnaphalio, cuius folia ita alba & mollia sunt, vt planè videantur tomentū, & pro tomento vsurpetur. ¶ Est & aliud Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefoliū appellatur: cuius meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9.

Chametæra, chametæræ { χαμαιτύπη } Parua socia. Plinius lib. 36. capite 5. Is fecit Venerem & Pothon & Phaethontem, qui Samothraciæ sanctissimis cæremoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duásque chametæras circa eam, quarum pares in Asinij monumentis sunt, vbi & Canephorus eiusdem. de Cephisodoro Praxitelis filio loquitur. Budæus.

Chamulcus, à Marcellino dicitur humile plostellum quod trahitur, sclodia, vt reperio in antiquo lexico Latino Græco, χαμουλκός: haud scio an nostrum chamium inde nomen inuenerit, & certè inuenisse probabile est. Hæc Turnebus.

Chamus, chami { χαμός } Genus fræni, 4. Reg. 19. ¶ Est etiam Chamos, idolum quod alio nomine Beelphegor dicitur, vt inquit Hieronymus.

CHANES { χάνης } Fluuius est inter Albaniam & Armeniam à Cyro flumine exceptus, mox quum est factus nauigabilis, in mare Caspium erumpens. Author Strabo lib. 11.

Chane, es, Piscis genus, quem ex seipso concipere ex Ouidio tradit Plin. lib. 32. cap. vlt.

CHAONES, penult. corr. { χάονες } Populi Epiri, à quibus Chaonia regio dicta Plin. lib. 4. Virg. lib. 3 Æneidos,

Littoráque Epiri legimus, portúque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus vrbem.

CHAONIA { χαονία } Pars alpestris Epiri, licet quandoque sumatur pro tota Epiro. Plinius in Prooemio libri 4. Epiros in vniuersum appellata, Acroceraunijs incipit montibus. In ea primi Chaones, à quibus Chaonia.

Chaonius { χάονιος } Adiectiuum.

Campi Chaonij. Virg. 3. Æneid.

Columbæ Chaoniæ dictæ ab Epiri parte, in qua (vt poetæ fabulantur) columbæ olim reddebant oracula, in Dodona sylua. Virgil. ecloga 9. -carmina tantùm
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas. Quod autem in Epiri illo nemore columbæ dare responsa dicuntur, Seruius ideo fingi putat, quia lingua Thessala Peliades & Columbæ vaticinatrices vocantur.

Frondes Chaoniæ. Stat. 3. Thebaid.
Glans. Virg. 1. Georg.
Iuppiter. Valer. lib. 1. Argonaut.
Nemus. Stat. 6. Thebaid.
Patris Chaonij glandes, Id est Iouis Epirotici, vt ait Seruius. Virgilius 2. Georgic.
Sinus Chaonij. Ouid. 13. Metam.
Victus Chaonius, Id est glandium cibus. Claudianus de Raptu Proserp. lib. 3,
Chaonio statui gentes auertere victu.

Chaonides { χαονίδες } Canum genus ex chais, hoc est lupis ceruariis conceptum, vt videtur sentire Hermolaus in Plin. Verisimilius tamen est à Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canū originē refert Iulius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chaos, n. g. Indeclinabile { χάος } Festus, Chaos appellat Hesiodus con fusam quandam ab initio vnitatem, hiantē, patentémque in profundum. Ex eo & χαίνω Græci, id nos hiare dicimus. Ouid. 1. Metamorphoseos,

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestáque moles. Virg. 4. Æneidos,
Tercentum tonat ore deos, Herebúmque, chaósque.

Æternæ noctis chaos. Seneca Medea, 1.
Altum chaos. Rufus Festus Auienus non procul ab initio.
Atrum chaos rebus induci, significat summam cōfusionem & perturbationem rerum. Seneca Agamem. 6.
Auidum. Seneca Herc. fur. 9.
Cæcum. Seneca Octauia, 7.
Cimmerium. Stat. 3. Sylu. 2.
Deforme. Seneca Thyest. 9.
Densum. Id est profundum. Seneca Herc. fur. 10.
Horrendum. Valer. lib. 2. Argonaut.
Imum. Sil. lib. 13.
Extimuit natura chaos. Lucan. lib. 5.
¶ Chaos, pro inferno. Virg. 6. Æneidos,
Dij quibus imperium est animarum, vmbræque silentes,
Et chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè.
Durum. Claudian. 2. de Raptu Proserp.
Inane chaos. Id est vacua Erebi regna. Ouid. lib. 4. Fast.
Profundum. Valer. Flacc. lib. 7,
-qualesve profundum
Per chaos occurrunt cæcæ sine vocibus vmbræ.
Tartareum. Stat. 12. Thebaid.
Vmbriferum chaos, pro nocte. Rufus Auienus in Sole,
-quum per chaos vmbrifera vis
Flammea peruasit. Id est per tenebras nocturnas.

Chara { χάρα } Genus radicis. Cæs. 3. bel. ciuil. Est etiam genus radicis inuentum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur chara, quod admistum lacte multum inopiam leuat: id similitudinem panis efficiebat: eius erat magna copia. Quæ sit hæc herba quæsitum est, Plinius lapsanam interpretari videtur quum scribit, Necnon olus quoque syluestre, & triumphorū diui Iulij carminibus præcipuè iocísque militaribus celebratū: alternis quippe versibus exprobrauere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorū parsimoniam cauillantes. Est autem id cyma syluestris. Alio loco Plinius lapsanā inter brassicas syluestres numerat, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Sed & de generibus brassicæ differens ita tradit, Etiamnum vnum syluestre Græci cheram vocant, Pontici armon, alij leucen, nostri armoraciam, fronde copiosius quàm corpore. Hanc testantur scripturam veteres omnes libri, sed cheræ nomine offensi correctorésne dicā an deprauatores, agriū supposuere. Isidorus, Armoracea, inquit, hæc est lapsana: vetus lexicon armoraceam ῥαφανίδα interpretatur. Sed Plinius duas herbas in vnam confudit lapsanam & armoraciam, quæ caulibus & foliis tam indiscretis sunt, vt ne à peritis quidem vix distingui possint nisi flore: quo factum esse reor, vt quod de chara dixit Cæsar, de lapsana Plinius retulerit, quum armoracea, vt dixi, indistinctæ & geminæ cuiusdam sit cum lapsana similitudinis, & vtraque species sit brassicæ syluestris. Dicit autem Cæsar radicem illam inuentam fuisse ab iis qui cum Valerio fuerant, milites eos intelligens, qui duce Valerio in Asia fuerant Mithridatico bello: Valerium autem eorum ducem interficiendum curarat Fimbria. Hæc ad verbum ex Turnebo.

CHARACEN, Tauricæ regionis populi. ab oppido Charace sic dicti, quod inter huius regionis vrbes commemorat Ptolemæus. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Characias, huius characiæ, Genus tithymali. Plinius libro 20. capite 8, enarrans tithymali genera, Primus cognominatur caracias, qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis. Ruellius libro 3, Characias Gallis nunc magna ex parte *expurgia* nominatur, Rusticis *euigilium matutinum*, aut quia repurget, aut antelucano moliens deiectionem, expergiscere sumentem cogat.

Character, huius characteris, penultima producta, masculini gene-

ris { χαρακτήρ } Latinè dicitur signum, insigne, siue figura & forma. Columel. lib. 11. cap. 2, Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent.

¶ Character, Genus & figura dicendi. Gellius lib. 7. cap. 14, Et in carmine & in soluta oratione, genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. in Orat. Sed iam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur: quæ, qualis esse debeat, ex ipsis quæ supradicta sunt, intelligi potest.

Character alicuius. Varro. 3. de Re rustica, cap. 2, Nónne item L. Albutius, homo, vt scitis, apprimè doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci à villa?

Characterismos { χαρακτηρισμός } Latinè designatio: vt est apud Iuuenalem, Et caluo seruiret Roma Neroni, Id est Domitiano. Figura qua orator vitas eorum de quibus loquitur, deformat.

Charadrius { χαραδριός } Auis maritima, magna, & ingluuiosa, quam aspicientes icterici morbo liberantur, teste Æliano libro 15. cap. 26, Alio nomine Icterus appellatur, & à Latinis Galgulus, vt existimat Plin. lib. 30. cap. 11.

CHARADRVS { χάραδρος } Lacus est, & nauium statio prope Ciliciam, contermina Asiæ, iuxta quam Charadrus est fluuius. Hęc Stephan. de Vrbibus. Charadrij fluuij meminit Stat. lib. 4,

Quæque pauet longa spumantem valle Charadron Neris.

¶ Est item Charadrus oppidi nomen in ea Syriæ parte, quæ Phœniciæ proxima est. Plin. lib. 5. cap. 20.

CHARANDRO, Troglodicæ sinus, in quo Ptolemæus Philadelphus de nomine sororis Arsinoem vrbem condidit, vt refert Plin. lib. 6. cap. 29.

CHARAX { χάραξ } Strabo inter castella Corsicæ insulæ habitabilia numerat, quæ sunt quatuor, Blesini, Charax, Eniconiæ, Vapanes. Reliquum verò eius insulæ ferè incultum est, asperum, & plurimis in partibus prorsus inaccessibile, adeò vt qui eius montes habitant, ex latrociniis vitam degentes, superent ipsas immanitate belluas. Hæc ille libro 5.

CHARAX { χάραξ } Straboni libro 17, Locus est quo Charthaginenses emporio vtebantur, aduehentes vinum, & inde succum & silphium reportantes ab iis qui id ex Cyrene clam exportabant. Plin. lib. 6. cap. 27, Charax oppidum Persici sinus intimum, à quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes: dextra Tigrin, læua Eulæum trium millium passuum laxitate. Conditum est primùm ab Alexandro Magno: qui colonis ex vrbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari iusserat: pagúmque Pellæum, à patria sua, quem propriè Macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnauere. Postea Antiochus restituit, quintus regum, & suo nomine appellauit. Iterúmque infestatum Pasines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Iuba satrapem Antiochi fuisse falsò tradit, oppositis molibus restituit, nomenque suum dedit, emunito situ iuxta in longitudinem trium millium passuum, in latitudinem paulo minus.

Charax, huius characis, penult. prod. n. g. Latinè dicitur vallum. Significat & pedamentum vitis, siue ridicam. vnde apud Columel. lib. 5. cap. 4, vites characatæ. Meminit Cælius. Vulgus Gallicum dicit *Eschalas*, voce illinc deflexa. Pro firmiore palo, cui vitis alligatur, siue pedamento, est generis fœminini.

CHARAXES { χαράξης } Fuit teste Herodoto lib. 2, Mitylenæus patria, & frater Sapphus. De quo sic ipsa in epistola ad Phaonē apud Ouidium, Gaudet, & è nostro surgit mœrore Charaxes

Frater, & ante oculos itque reditque meos.

CHARES, Charetis, penult. prod. { χάρης } Atheniensium dux, ad promittendum facilis & promptus. Vnde prouerbium natum, χάρητος ὑποσχέσεις. Id est, Charetis pollicitationes. Suidas. ¶ Fuit & Chares Lyndius statuarius, Lysippi discipulus, qui Rhodi Solis colossum fecit. Author Plin. lib. 34. cap. 7.

Chariboea & Porcis, Dracones duo erant, qui olim equo ligneo à Troianis in vrbem admisso, ab Calydnis insulis, in quas se conieceerant Græci, enatantes, Laocoontis filios peremere, ab coniectum in equum lignum hastile. De his vide Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 13.

CHARIDEMVS, penultima producta, Dux Cersobleptæ Thraciæ regis militum, cuius multam mentionem facit Demosthenes in oratione contra Timocratem.

CHARIEN, Fluuius est Themiscyrenæ, in Surium vrbi cuidam cognominem fluuium influens, de quo Plin. lib. 6. cap. 4, in descriptione Themiscyrenæ regionis.

Charientismos { χαριεντισμός } Vrbanitas, lepos & venustas sermonis. Figura est, qua dura dictu, gratius proferuntur: vt si interrogantibus nobis nunquis nos quæsierit, responsum detur, bona fortuna. exinde intelligitur, neminem nos quæsisse. Hæc Donatus in libello de Barbarismo.

CHARILLVS, Dux Lacedæmoniorum, Tegeatas superauit. Author Pausanias apud Lacedæmonum. Arbitror scribendum Charilaus, cuius meminit Strabo lib. 12. & Plutarchus in vita Lycurgi.

Charini, Olim dicti sunt nummi, vel staterеs aurei, a Charino imperatore signati. Nam vt Philippi nomen habebant solidi aurei à Philippo percussi, sic consentaneum est qui forma Charini signati sunt, vt Charini nomen habeant. Ausonius,

Ergo aut prædictos iam nunc rescribe Charinos. Quóquam Turnebus aliter hunc locum legit.

Charis, huius charitos, penul. corr. f. g. Latinè dicitur festiuitas, beneficium, munus, gratia, remuneratio, voluptas.

Charisma, huius charismatis, penult. corr. n. g. Gratia, munus.

CHARISIVS, Atticus orator, cuius meminit Cic. in Bruto, Et quidem, inquit, duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se, sed Attici tamē: quorum Charisius multarum orationum, quas scribebat aliis, quum cupere videretur imitari Lysiam: Demochares autē, qui fuit Demosthenis sororis filius, & orationes scripsit aliquot: & earum rerum historiam, quæ erant Athenis ipsius ætate gestę, non tā historico, quàm oratorio genere perscripsit. At Charisij vult Hegesias esse similis, &c.

¶ Fuit & grammaticus quidā eo nomine, vt vult Priscianus. ¶ Est & panis, seu, vt Suidas ait, placentæ species.

Charistia, n. g. plur. num. { χαρίστια } apud veteres festa erant, ad quæ simul conueniebant omnes qui vel sanguine, vel cognationis quocunque gradu, inuicem iunctiores erant, & defunctis iam amicis, vt auis, atauis, abauis, sacra faciebant, eósq. thure & honoribus diuinis venerabantur. qui & ipsi quoque egressi sepulchris, sacris interesse credebantur. Meminit horum Ouid. 2. Fastorum,

Proxima cognati dixere Charistia chari,

Et venit ad socios turba propinqua deos.

Charistia, huius charistiæ, Idem. Valerius libro 2. capite 1, Conuiuium etiam solenne maiores instituerunt: idq; charistiam appellauerūt: cui præter cognatos & affines nemo interponebatur. Alia exēplaria habent Charistia, & nō Charistiā. Et ita legendum omnino putauerim.

Charisticum { χαριστικόν } Pro remuneratione apud Callistrat. in l. diuus Adrianus. D. de bon. damnat. Sed debent ad ea seruari, quæ iure præsidium solent erogari, vt puta charisticum quibusdā officialibus, &c. Vide CARCERATICVM.

Charitas, In CHARVS.

CHARITES { χάριτες } seu Gratias, quidam ex Venere & Ioue genitas scripserunt, alij ex Venere & Libero. Cicero ex Erebo & Nocte ortas existimat. Lactantius in primum Thebaid. Iouis & Autonoes filias putat. Hesiodus Iouis & Eurymones Oceani filiæ, filias scribit. Tres sunt, Aglaia, quæ alio nomine Pasithea dicitur: Thalia, Euphrosyne. Tot autem ideo esse prodiderunt, quia & benefici esse in alios debemus, & aliorum beneficia suscipere: & iis qui in nos fuerunt liberales, retribuere. Dare autem, & accipere, & referre, tres actus sunt inter se distincti. Alij ideo dicunt tres Gratias esse, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debet. Quapropter solebant veteres ita Gratias pingere, vt vna earum auersam faciem teneret, quasi à nobis profecta: duæ verò nos aspicerent, vt duplex nobis beneficium rependi debere ostenderent. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia insolubiles esse Gratias decet: & beneficiū, aliud semper beneficium parere, perpetuúmque esse amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberis filias esse arbitrantur (è quibus est Seruius) hac mouentur ratione: quòd horum præcipuè deorum muneribus, gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ vrbe, lauari, quoniam pura esse beneficia oportet: & nihil sordidum, nullam spem retributionis habere.

Charitoblepharon { χαριτοβλέφαρον } Frutex est circa Troglodytarū insulas nascens, efficax in amatoriis, de quo Plinius ex Iuba scribit, spathalia eo facere & monilia fœminas. Sentire eum se capi, durariq; cornus modo, & hebetare aciem ferri. Quod si fefellerint insidiæ, in lapidem transfigurari. Vide Plin. lib. 13. cap. vlt.

Charitonius { χαριτώνιος } Adiectiuum. Lucret. lib. 4, Paruula, pumilio: charitonia tota, merum sal. Epitheton est mulieris. Qua voce significatur gratia venalis: quòd hæc puella se vendat gratia verborum, quibus velut pedicis animos amatorum illigat. χάρις gratia dicitur, ὠνία venalis. Charitonia tota, quæ nihil festiuitatis, aut gratiæ non habet venale. Sic interpretatur Pius. Turnebus verò locum putat mendosum, sicque reponendum: Paruula, pumilio, χαρίτων μία, tota merum sal.

CHARMANDI { χαρμάνδη } Vrbs est trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. Gētilia sunt Charmandæus & Charmādites. *Stephanus.*

CHARMEI, Oppidum Minœorum in Arabia, qui à rege Cretæ Minoe originem trahere existimantur, vt inquit Plin. lib. 6. cap. 28.

CHARMIS, idis { χάρμις } Medicus, qui ex Massilia Romam profectus, damnatis non solùm prioribus medicis, verùm & balneis, frigida etiam hybernis algoribus lauari persuasit. Qua de re etiā extat Annæi Senecæ astipulatio, vt videre est apud Plin. lib. 29. cap. 1.

CHARMOTHAS { χαρμόθας } Portus est in Arabia, centū ferè stadiorum ambitu, ingressu angusto, & omni scaphæ periculoso, emittit in eum flumen. Sic Strabo lib. 16.

CHARON, tis { χάρων } Lampsacenus historicus, qui tēpore primi Darij floruit. Scripsit Æthiopica libris duobus: item Cretensia, Græcanica, & alia. ¶ Charon item Carthaginensis historicus, qui tyrannorum quotquot in Asia Europáque fuerunt, item illustrium virorum & mulierum vitas conscripsit. ¶ Tertius eiusdē nominis, Naucratita fuit, historicus, qui de sacerdotibus, regibus, & gestis Ægyptiorum historiam scripsit. ¶ Charontem quoque porthmea fingūt poetæ trientes animas defunctorum per Stygem & Acherontem transuehentem ad inferos. Author Suidas. Vide apud Virgil. 6. Æneid.

Dicitur per antiphrasim Acheron. Plerique Charontem, aiunt significare aerem infernum, quòd (vt volunt) animæ sunt aeriæ, ideo confictum ipsum à poetis portitorem animarum.

Dirus Charon. Seneca Hercule fur. 9.

Portitor Charon. Virg. 6. Æneid.

CHARONDAS { χαρώνδας } Thurius legem tulit ne quis cū ferro in concionem veniret, alioqui cōtinuò interficeretur. Quúmq; postea ipse è rure veniens, ex improuiso, vt erat gladio accinctus, in concionē venisset, admonitus legis ab eo qui proximè sedebat, eidē gladio incubuit, quū liceret culpam dissimulare, vel defendere. Ex lib. 6. c. 5. Valerij. Aristoteles autē lib. 2. Politicōn, huc Charondā dicit patria Catinensem, qui ciuibus suis leges conscripsit. Cic. 3. de Legib. Nec verò solùm vt obtemperent obediantq; magistratibus, sed etiam vt eos colant diligántque, præscribimus: vt Charondas in suis facit legibus.

CHARONEVM, siue Charonia, Porta erat Athenis in nomophylacio, per quam damnati ad vltimum ducebantur supplicium. Fuerunt & Charoniæ scalæ, ex quibus idola seu simulacra destinabant in theatris. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 8.

CHARONIA, Regio est, vt scribit Strabo lib. 12. ad finem, Eiusmodi, inquit, habitus regionis à campis incipiens vsque in Charonia pertendit. Ea est regio circa Hierapolim & Characa Nesaidis & Magnesiam & Myuntem.

CHARONIVM antrum { χαρώνιον ἄντρον.} Strabo lib.14, In via inter Tralles atque Nyssam vicus est Nyssaensium non procul ab vrbe nomine Acharaca, vbi Plutonium est, loco sumptuoso circundatum. Item Plutonis ac Iunonis delubrum, & antrum Charonium natura admirabile, quod luco imminet.

CHAROPES, Homero lib. Iliad. 11, Vir Troianus, Hippasi filius, & Soci frater, quos ambos vno die Vlysses interemit. ¶ Est & nomen cuiusdam inter Epirotas primarij, qui Tito Quintio Flaminio Consuli Romano contra Philippum bellum gerenti fauit. Plutarchus in vita eiusdem Flaminij.

CHARTA, Vrbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine à sese conditam vrbem, Chartaginem appellasse.

Charta, huius chartæ { χάρτης } Papyrus est appellata, quòd scilicet ex papyro fieret. Postea verò id genus chartæ inuentum est, quo nunc passim vtimur, fitque ex linteolis contritis. Martial. lib. 6,
Miseras & perdere chartas. Plin. lib. 13. cap. 11, Chartæ vsu maximè humanitas vitæ cõstat & memoria. Et hanc Alexãdri Magni victoria repertã, author est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria: antè non fuisse chartarum vsum. in palmarum folijs primò scriptitatum: deinde quarundam arborũ libris. Postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. Vide Plinium libro 13. cap. 12.

¶ Chartus, masculinè dixerunt veteres. Lucil. apud Nonium, Nec sic, vbi Græci, vbi nunc Socratici charti, quicquid quæritis perimus.

Chartas codicis explicare. Quintil. Quum aperto codice chartas explicaret.

Inopia chartæ minus scribitur. Cic. Att. lib. 5.

Fragilis sonitus chartarum. Lucret. lib. 6.

Anus charta, Victura diu, non breui peritura. Catul. epig. 63.

Augustea charta, è qua religiosi tantùm sacríque libri scriberẽtur, quæ olim hieratica nuncupabatur. Vide Plin. vbi de chartis differit.

Charta bibula. In bibo.

Charta deletitia. Vlpian. in l. 4. D. de bon. possess. secund. tab. Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam.

Dentata charta rem agere. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16, Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Dentata dicuntur mordacia, vt ait Erasmus in Chiliadibus. Seneca etiam dentatos sales esse non vult.

Doctæ & laboriosæ chartæ. Catul. epigr. 1.

Chartæ epistolares. Martial. lib. 14.

Chartis ineptis amicire aliquid. Horat. 2. epist.

Charta Liuiana. Plin.

Charta plumbea. Sueton. in Nerone, cap. 20, Plumbeam chartam supinus pectore sustinuit. Id est laminam plumbeam. sic enim interpretatur Plin. lib. 34. cap. 18.

Puræ chartæ. Vlpianus in l. Librorum appellatione. §. Quod tamen. D. De leg. 3, Nam nec chartæ puræ debentur libris legatis, nec chartis legatis libri debebuntur.

Ad chartas parare papyrum. Vlpianus in l. Librorum appellatione. §. Chartis legatis. D. de Leg. 3, Chartis legatis, neque papyrũ ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur.

Chartæ quoque quę illam pristinam seueritatem continebant, obsoleuerunt. Cic. pro Cælio.

Delatæ chartis merces. Cic. pro C. Rab. Posth. Auditæ visæq; merces fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis, & vitro delatæ.

Explicare chartis. Catul. epigr. 1. 2.

Illinere chartis aliquid. Horat. 1. Serm. sat. 4,
Et quodcunque semel chartis illeuerit, omnes
Gestiet à furno redeuntes scire. Est autem per cõtemptum dictum Illinere, quasi dicat nõ scribere, sed chartas cõmaculare tantũmodo.

Impallescere nocturnis chartis. Persius sat. 5.

Notata charta digitis, Id est scripta. Ouid. epist. 1.

Ne nos prodat charta. Cicero Att. lib. 2, De Repub. breuiter ad te scribam. iam enim charta ipsa ne nos prodat pertimesco.

Promere chartis Hetruscis. Cic. 1. de Diuinat. Voces tristificas chartis promebat Hetruscis.

Silere chartæ dicuntur, quum nemo scribit. Horatius 4. Carmin. ode 8, -neque
Si chartæ sileant quod benefeceris.

Sileri chartis, Id est nullius scriptis celebrari. Horatius 4. Carmin. ode 9, -non ego te meis
Chartis inornatum sileri,
Tótve tuos patiar labores.

In charta auersa scribere. Martial. lib. 8.

Ponere thura charta soluta. Iuuen. sat. 13.

¶ Charta, pro libro. Ouid. 3. de Tristibus,
Nullus in hac charta versus amare docet.

Vacare chartis. Martial. lib. 7. epigr. 79.

Chartula, chartulæ, penult. corr. { χαρτίον } Diminutiuum. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 18, Miror quid in illa chartula fuerit quod delere malueris, quàm hæc scribere. Alibi chartula, pro scheda vel cõmentariolo ponitur, Inter chartulas confiscati inuentus est breuis debitorum nomina continens. Budæus.

Chartularius, Officij nomen erat, cuius fit mentio in l. 3. de Cano. Largit. lib. 10. Cod. Budæus.

Chartaceus, Adiect. { χάρτινος.} vt, Codices chartacei. Vlpian. in l. librorum appellatione. D. de leg. 3, Quòd si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, &c.

Chartarius, similiter adiectiuum. vt, Chartariæ officinæ. Plin. lib. 18. cap. 10, Hoc ærariæ officinæ, chartariæque vtuntur.

Chartiaticum { χαρτιατικόν } in l. penult. D. de bon. damn. & apud Zonaram, tomo 3, puto esse quod pro charta officialibus prębebatur. Nam ministris magistratuum chartas præstitas ex Frõtino lib. 2. de Aquæductib. intelligere licet. Vide Cuiacium, lib. 4. obseruat. cap. 18. Nonnulli legunt Charisticum. Vide suprà.

Chartophylacium { χαρτοφυλάκιον } Græci vocant scrinium in quo libri & scripturæ reponuntur.

Charus { ἀγαπητός, σπουδαῖος, χαρίεις, θυμήρης } Adiect. Gratus & amore deuinctus. Cic. Cælio, lib. 2. 15, Quem tibi charum esse gaudeo.

Amicis charus. Horat. 1. Serm. sat. 6.

Charior { σπουδαιότερος } Comparatiuum. Valer. lib. 8. Argonauticõn,
-ne crede pater: non charior ille est Quem sequimur.

Charus animo meo. Terent. Andr. 1. 5,
Quam ego animo egregiè charam pro vxore habuerim.

Charissimus { σπουδαιότατος } Superlatiuum. vt, Pignorum suorum charissima. Tacit. lib. 13.

Dis charus ipsis. Horat. 1. Carm. ode 31. Sic vocamus illum quem maximè felicem intelligi volumus.

Mihi me charior. Ouid. 5. Trist. eleg. 15.

Nec te mihi charior alter. Ouid. 3. Trist. eleg. 6.

Vita charior. Cic. ad Quirites, Post reditum, Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellẽs eorum ingenium vita sunt mea chariores.

Æquè charus. Horat. 2. Carm. ode 17.

Auro charior iuuenis. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Luce charior. Claudian. de bello Get.

Oculis charius. Catul. epig. 77.

Charissimus & amantissimus. Cic. 4. in Catil. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi præsentis mœrore non mouear.

Charissimus & amicissimus. Cic. 2. de Orat. Quum apud me viderem homines mihi charissimos & amicissimos, &c.

Charus comes atque iucundus. Cic. 4. in Catil.

Charus & iucundus vir. Cicero pro Cluentio, Rectè hoc repetitur à vobis, vt virum optimum atque innocentissimum, plurimísque mortalibus charum atque iucundissimum, his aliquando calamitatibus liberetis.

Amici chari. Horat. 4. Carm. ode 9.

Amplexus. Ouid. 9. Metam.

Caput. Virg. 4. Æneid.

Coniunx. Ouid. 3. Trist. eleg. 4.

Corpus. Senec. Hippol. 12.

Corpora. Ouid. in Ibin,
Inque pyram tecum charissima corpora mittas.

Dignitas & gloria liberorum nobis chara. Cicero 1. de Oratore, Hortemúrque potius liberos nostros, cæterósque, quorum gloria nobis & dignitas chara est, &c.

Fratres. Senec. Hippol. 5.

Genitor. Virgil. 10. Æneid.

Genitrix. Virgil. 10. Æneid.

Iuuenis. Tibul. lib. 2. eleg. 2.

Labores vteri. Claud. 1. de Rapt. Proserp. Ceres de sua filia.

Lux hæc charissima venit. Ouid. ad Liuiam.

Mater. Ouid. 4. Fast.

Natus charus magis vita. Virg. 5. Æneidos,
Nate, mihi vita, quondam dum vita manebat,
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis.

Nepotes. Virgil. 6. Æneid. Parens. Sil. lib. 13.

Nutrix. Virgil. 4. Æneid. Parentes. Lucret. lib. 3.

Parentes charissimos habere. Cic. Post reditum in Senatu.

Pater. Virgil. 1 Æneid.

Pignora. Ouid. 3 Fastorum,
Quum raptæ veniunt inter patrésque virósque,
Inque sinu natos pignora chara tenent.

Propinqui. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Res. Ouid. 2. Trist.

Societatum charior nulla, quàm. Cic. 1. Offic. Omniũ societatum nulla est gratior, nulla charior, quàm ea quæ cum Repub. est vnicuique nostrũm.

Sodales. Horat. 1. Carm. ode 36.

Patrij lares chara terra. Seneca Agamem.

Thorus. Ouid. epist. 8.

Vbera. Seneca Hippol. 2.

Vita. Ouid. 10. Metam.

Charum ipsum verbum est amoris, ex quo amicitiæ nomen est ductum. Cic. 1. de Nat. deor.

¶ Charum habere. Balbus Cic. in epist. ad Attic. lib. 9, Te tanti facio, vt paucos æquè ac te charos habeam.

Habere charior ẽ aliquem seipso. Cic. Att. lib. 10, Omnes suos etiã quibus irascitur crebrius, tamen charos habet, me quidem seipso chariorem.

Amare, & charum habere. Cic. ad Lent. lib. 1. 7, Quem nos, & c. in primis amamus, charúmque habemus.

Diligere & charum habere. Cic. pro Corn. Balb. Speróq; Iudices, vt eos, qui principes fuerunt conseruandę salutis aut dignitatis meæ, diligitis & charos habetis: sic, &c.

Charum esse & diligi. Cic. 3. de Finibus, Postulare à diis immortalibus vt chari simus. & ab illis diligamur.

Sibi charum esse, seséque diligere. Cic. 5. de Finibus, Eorum enim est hæc querela, qui sibi chari sunt, seséque diligunt.

Solum, Id est charum mihi. Terent. Adelph. 1. 1.

Nobis viuere chari volumus. Horat. 1. epist.

Charitas, penult. corr. huius charitatis { ἀγάπη } Dicitur amor, sed tantùm hominum in homines, & quidem secundum personarum dignitatem. Cic. de Amicitia, Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes: quæ dirimi, nisi detestabili scelere non potest.

In charitate esse, Charum esse. Liuius Decad. 1. lib. 1, Et puerum in domo à paruo eductum, in charitate atque honore fuisse.

Charitas beneuolentiæ. Cic. de Amicit. Ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi, & beneuolentiæ charitatem, facta significatione probitatis.

Parcẽdum charitati hominum. Cic. 1. de Orat. Parcẽdum est autem

maximè charitati hominum,ne temerè in eos dicas qui diliguntur.

Liberorum charitas.Cicero Bruto,Sed hoc prçclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amicitiores parentes Reipublicæ redderet.

Patriæ charitas.Cic.pro Sextio,Patriámque,quæ mihi erat charissima,propter ipsius patriæ charitatem,reliquissem,&c.

Reipublicæ charitate facere. Cic.11. Philipp. Non possum animo æquo videre tot,tam importunos,tam sceleratos hostes, nec id fastidio meo,sed charitate Reipublicæ.

Aptissima ad quietè viuendum charitas. Cic. 1. de Finibus, Opes, vel fortunæ, vel ingenij liberalitati magis conueniunt:qua qui vtantur,beneuolentiam sibi conciliant,& (quod aptissimum est ad quietè viuendum) charitatem.

Mercedem charitatis exigere. Cic.de Amicit.Ipse enim se quisque diligit, non vt aliquam à seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quòd per se sibi quisque charus est.

Mutuæ charitatis pignus.Quintil.lib.1.in procem.

Charitas & amicitia. Cic.1. de Nat. deorum, hominum charitas & amicitia gratuita est.

Charitas & amor. Cic.in Partit. Nam aut charitate mouentur homines, vt deorum, vt patriæ, vt parentum : aut amore, vt fratrum,vt coniugum,vt liberorum,vt familiarium.

Charitatem & beneuolentiam adimere. Cic. pro Sextio, Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & beneuolentiam non ademit.

Promptior filiæ,charitate. Tacit.lib.12.

Charitate complecti.In COMPLECTOR.

Complectitur charitates omnes omnium patria.Cicero 1.Officiorum, Omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, quàm ea quæ cum Repub.est vnicuique nostrum. chari parentes, chari liberi, propinqui familiares: sed omnes omnium charitates patria vna complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?

Conciliare.Cic.2.de Orat.

Ciuium cócupere. Cic.1.Philipp.Credo enim vos omnes nobiles, magna quidem spectantes, non pecuniam, vt quidam nimis creduli suspicantur,quę semper ab amplissimo quoque clarissimóq; contempta est,non opes violentas, & populo Romano minimè ferendã potentiam:sed charitatem ciuium & gloriam concupisse.

Exuere. Tacit.lib.16.

Charitas iuncta inter paucos.In IVNGO.

Præstare charitate officiú alicui. Trebonius Cic.lib.12.16, Cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos nó debes dubitare.

Retinere in aliquos.Cic.de Amicit.

CHARYBDIS {χάρυβδις} Locus maris periculosus nautis inter Calabriã & Siciliam, quòd contrarios fluctuum cursus facit, & rapta quæque absorbet, & reiicit. aqua enim nunc absorbetur & tendit in profundum,nunc eleuatur in altum.Ouidius,

Et vomit epotas sæua Charybdis aquas. Fuit autem Charybdis,fœmina voracissima, quæ quia boues Herculis rapuit, à Ioue fulminata est,& in mare præcipitata. Vnde naturam pristinam seruat:nam sorbet vniuersa. Author Seruius. Plin.lib.3.& 8,In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis, mare vorticosum, ambo clara sæuitia. Inde inter Scyllam & Charybdin nauigare dictum est, pro In periculo esse.Virgil.3.Æneidos,

Et pater Anchises,nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos,hæc saxa horrenda canebat. Vide SCYLLA.

Auida Charybdis.Id est rapax.Ouid.14.Metam.

Bonorum Charybdis.Cic.3.de Orat. Deinde videndum est,ne longè simile sit ductum,Syrtim patrimonij,scopulum libentius dixerim: Charybdin bonorum,voraginem potius:facilius enim ad ea quæ visa,quàm ad illa quæ audita sunt,mentis oculi feruntur.

Immanis.Cic.de Arusp.resp.Quem denique tam immanem Charybdin poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset,&c.

Infesta nautis Charybdis.Cic.7.Verr. Non enim Charybdin tam infestam,neque Scyllam nautis,quàm istum in eodem freto fuisse arbitror.hoc etiam iste infestior, quòd multo se pluribus & maioribus canibus succinxerat.

Irrequieta.Ouid.13.Metam.

Panchæa.Ouid.5. Trist.eleg.3.

Rapax.Senec. Thyest.7.

Sæua.Iuuen.sat.15.

Vasta.Catul.Argonaut.

Vorax.Cic.2.Philipp.Quæ Charybdis tam vorax?

Zanclæa.Ouid.4.Fast.

Deuoret me Charybdis.Ouid.5. Trist.eleg.3.

Euitata Charybdi, in Scyllam incidi. Id est dum vito grauius malum,in aliud rursus incidi. Vide Erasmi Chiliadas.

¶Charybdis,Pro malorum & curarum congerie, apud Horatium 1.Carm.ode 27, -ah miser
Quanta laboras in Charybdi.

Chasma,chasmatis,penult.corr.neut.gen. {χάσμα} Latinè hiatus dicitur,fissura, rictus,vasta vorago. Vlpianus D. De censibus. l.Forma. §. Quare etsi, Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem releuari.

¶Chasma. Est etiam subita aeris diruptio, & quidam recessus cæli ipsius.Plin.lib.2.cap.26, Fit & cæli ipsius hiatus,quod vocãt Chasma: Seneca, Sunt & Chasmata, quum aliquod cæli spatium descendit, & flammam velut dehiscens in abdito ostentat.

Chasmata & vasti hiatus. Senec.lib. 6.Nat.quæst. cap.9,Si quando exesa ceciderint,&c.tunc chasmata,túc vasti hiatus aperiuntur. De terræ motibus loquitur.

Perire chasmate. Vlpianus in l.Quum res.§.Item si fundus. D. De legat.1,Item si fundus chasmate perierit, Labeo ait vtique æstimationem non deberi.

Chasmaticus {χασματίας} terræmotus dictus, quum mouente se terra huiusmodi hiatus existunt.Apud Ammianum.

CHATTI {χάττοι} Germaniæ populi, ait Strabo lib. 7. ferè à principio. Hos iuxta Rhenum collocat Plin.lib. 4. cap.14. Catti alijs dicútur. Hos amplissimè describit Tacitus in lib.de moribus Germanorum.

CHAVBI {χαῦβοι} Germaniæ populi sunt,ad Oceanum pertinentes, de quibus Strabo lib.7.

Chaus,chai {χάος} Ceruarius lupus. Plin.lib. 8. cap.19, Pompeij Magni primum ludi ostenderunt chaum, quem Galli raphium vocant, effigie lupi,pardorum maculis.

Chedropa,vt Galenus de attenuante victus rat.scribit, vocantur speciatim omnia ea legumina,quę manu carpuntur:alia cuncta quæ falce putantur,frumenta.Hæc ille,quem vide.

Chelæ,chelarũ {χηλαί} Scorpij brachia sunt:id est,anterior pars Scorpij signi cælestis. Virg.1.Georg.Quà locus Erigonem inter, Chelásq; sequentes Panditur. Cic.in Arato,

Et paucæ Chelis stellæ simul anguitenentis Sunt genua.

Scorpij Chelæ. Lucan.lib.1,
Scorpion incendis cauda,Chelásq; peruris. Intelligit sydus Scorpij.

Præcedere Chelas. Lucan.lib.2,
-iam cœperat vltima Virgo
Phœbum laturas ortu præcedere Chelas. Quibus verbis dicit Autumnale fuisse æquinoctium:quod fit octauo calendas Octobris, Sole in Libra posito. Et ideo per Chelas Libram intelligit, quia occidente Virgine,oritur Libra.

Cheles,Lapides nuncupantur,marinis obiecti fluctibus,ne vndarum impetu violentiore perpetim assultante, conuellantur aggerum munimenta,vel id genus cæterorum. Dicuntur autẽ sic,quòd boum vngulis ferè sint assimiles. Author Cæl.Rhod.lib.5.cap.2.

Chelidon,penult.prod.huius chelidonis,penult.corr. {χελιδών} Latinè dicitur hirundo.

Chelidonia {χελιδονία} Inter ficorum genera recensetur. Plin.lib.15. cap.18.à Chelidoniis populis in Britannia. Meminit & Columel.lib. 10.versu 22.à fine,

-Purpureæque chelidoniæ,pinguésque mariscæ.

¶Chelidonia {χελιδόνιον} Herbæ genus. Plin.lib.8. cap.27,Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstrauere, vexatis pullorum oculis illa medentes. Vide item lib.25.cap.8.

Chelidoniæ duæ sunt species,quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet:minorẽ autem,quòd strumis medeatur,quas scrophulas nonnulli vocant, siue quòd strumosam habeat radicem, Scrophulariam appellant. ¶Chelidonia item vocatur Fauonius ventus,à die sexto ante Februarias Idus, vsque ad septimum Calend. Martias. eò quòd his diebus hirundines primùm conspici incipiant. Author Plin.lib.2.cap.47. ¶Est etiam Chelidonia gẽmæ nomen,altera parte purpureæ,nigris interpellantibus maculis, altera hirũdinis colorem referentis,vnde & nomen accepit.De hac Plin.lib.37.cap.10. ¶Item genus aspidis,vt Galenus author est.

CHELIDONIAE,Insulæ contra Tauri promontorium pestiferæ nauigãtibus,duæ sunt:quarum vna Corydela, altera Menalipea dicitur Stephano.Dionysius trium meminit,& item Strabo lib.14.

Chelidonij,Lapilli qui in ventre pullorum hirundinis reperiuntur.Plin. lib.11.cap.37.

CHELIDONIVM,Est Tauri monti promontorium. Plin. lib.5. cap.27, Taurus mons ab Eois veniens littoribus, Chelidonio promontorio disterminatur. Priscianus in Perihegesi,

Partibus extremis Pamphilia clauditur Istro,
Atque Chelidoniæ rupes clauduntur eodem.

CHELONATES,Promontorium est Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonita dicitur.Plin.lib.4 cap.5.

Chelonium,Tegumentum est testudinis animalis, quam *tortuam* vulgò vocant.Eius autem integumenti similitudinem habent chelonia, Id est retinacula quibus intra tigna sucula retinetur. Budæus.

¶Chelonia,Sunt velut vmbilici aut ansæ quæ affigũtur arrectariis, in quas ceu in armillas cóiecti sucularum cardines versantur. Dicta sunt chelonia à similitudine tegumẽti testudinis animalis,quæ χελώνη dicitur,& ipsa testa χελώνιον. Horum cheloniorum frequens est mentio apud Vitruuium,lib.10.

¶Chelonia apud Aristotelem Mechanicorum quæst. 28, sunt machinæ iuxta puteos ad hauriendam facilius aquam, alteram partem prægrauante pondere. Tollenones vocat Plin.lib.18.cap.2.

¶Chelonia, Gẽma.Plin.lib.37.cap.10,Chelonia,inquit,oculus est Indicæ testudinis, vel portentosissima magorum mendaciis. Melle enim colluto ore impositam linguæ, futurorum diuinationem præstare promittunt:quintadecima Luna & silente,tota die : decrescente verò ante Solis ortum,cæteris diebus à prima in sextam horam.

Chelonitides,Gemmę testudinũ similes:ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinãtur.Plin.lib.37.c.10. Galli vocãt *Crapaudines*. Ex eo nomen inuenerunt Græcum,quòd intus cauę,testudinum sint similes:Gallicum,quòd vulgo persuasum sit eas in capite ranę rubetæ seu bufonis nasci.

CHELONOPHAGI, penult.corr. (inquit Plin.lib.6. cap.25) in Carmaniæ angulo sunt,testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes. Nam χελώνη Græcè testudinem significat.Hæ (vt inquit idem lib. 9) adeò in Indico mari magnæ sunt, vt singularum superficies habitabiles casas integãt. Strabo lib.16,adeò magnas alio in loco reperiri scribit,vt Chelonophagi in eis nauigent.

Chelydrus,pen.prod. {χέλυδρος} Serpens non multũ aspectu distans à chersydro serpente,fumum quà serpit emittens. Lucan.lib.9,

Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arua
Chersydros, tractíque via fumante chelydri. Chelydri dicti sunt Seruio,quasi chersydri,quia in aquis & in terris morantur. Nam χέρσον, dicimus terram,ὕδωρ autem aquam.sunt autem de genere serpentum. Virgil.3.Georgicorum,

Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneóque agitare graues nidore Chelydros.

Medusci

Medusei chelydri, Dicti à Medusa, cuius crines serpentes erant. Sil.lib. 7. Nigri chelydri. Virg.2.Georgicorum,
Et tophus scaber,& nigris exesa chelydris Creta.
Nigri(ait Seruius) id est nocentibus.

Chelyne, Labrum superius dicitur, vt nónulli existimant: quanquam alij in ambitu positam partem, eo vocabulo intelligere malunt. Vnde Chelynidæ nuncupantur, quibus ea grandior portio est. Vide Cæl. Rhod.lib.3.cap.31.

Chelys, f.g. {χέλυς} Testudo: capitur & pro Lyra, quòd Mercurius Lyram primus ex testudine fecerit: quam Nilo decrescente in littore repererat. Canora chelys. Seneca Troade,4.
Exuere chelyn, Id est deponere. Stat.4.Sylu.6.
Fatiscit chelys. Stat.4.Sylu.4.
Intendere. Stat.1. Sylu.5.
Laxare. Stat.4. Sylu. 4. Contrarium est illius quod alibi dicit, Intendere chelyn.
Pulsatur manibus Phœbea. Ouid. ad Pisonem.
Verberare plectro. Seneca Troade,4.

CHEMNYS, Insula in quodam lacu Ægypti, quæ lucos syluásque,& Apollinis grande sustinens templum natat, & quocunque venti agunt, pellitur. Verba Pomponij Melæ ex lib.2. De hac Herodot.lib.2.scribit, quam Echemmin nominat.

Chemosis {χήμωσις} Elatio est ambientis oculum membranæ, quæ album quoque appellatur: affectus albæ carnis persimilis. Ex lib. finit. medic. apud Galen.

Chenalopeces {χηναλώπεκες} Ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautioribus vtuntur Britanni. Vide Plin.lib.10.cap.22. Est autem nomen ἀπὸ τοῦ χηνὸς καὶ ἀλώπεκος compositum, hoc est ex vulpe & ansere. Vnde & Vulpanserem Æliani interpres transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis iniuriam facilè propulsat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, vt interim pullis elabendi spatium præbeat. Vide Ælianum lib.15.cap.51.

Cheniscus {χηνίσκος} Latinis anserculus est, vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia, ad anseris similitudinem effictum erat, cheniscum appellarunt. Apuleius, Puppis intorta chenisco. De forma chenisci, vide apud Baysium de re naual.

CHENOBOSCIA {χηνοβοσκία} Vrbs Ægypti, è regione Diospolis, ab anserum, vt videtur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. Huius incolæ dicuntur Chenobosciatæ, qui circa Crocodilos occupantur.

Chenoboscium, pen.prod. {χηνοβοσκεῖον} Locus vbi anseres aluntur. Columell.lib.8. cap.14, Qui verò greges nantium possidere student, chenoboscia constituant.

Chenomychon, Herba ad cuius aspectum expauescunt anseres. Plinius lib.21.cap.11.

Chenopus {χηνόπους} Latinè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigiem anserini pedis. Plin.lib.11. cap.8, Ceras ex omnium arborum satorúmque floribus confingunt, excepta rumice,& chenopode.

CHEOPES, siue Cheops, Ægypti rex fuit, Mycerini pater, cuius opus est maxima totius Ægypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cæpa,& allio, mille sexcenta talenta expendisse. Author Herodot.lib.2.

Cheopina, æ, pen.prod. Mensura est liquidorum, dimidiæ pintæ capax. Tantum enim capit, quantum haustu vno sitibundus homo absumere posset. Ex Bud. de asse.lib.5. χέω, fundo: πίνω, bibo.

CHEPHREN, Cheopis frater, Ægypti & ipse rex post fratrem, authore Herodoto lib.2.

Cheramydes, Lapidis genus pretiosi. Plin.lib.37.cap.10, Cheramydes eadem esset quam ostracitem vocant, nisi quòd hanc ceruleæ interdum bullæ cingunt.

CHEREMOCRATES {χειρημοκράτης} Insignis quidam artifex fuit, cuius opus Ephesiæ Dianæ templum Strabo fuisse ait, pollicitúmque Alexandro sese montem Atho in eius formam fabricaturum, vt tanquam ex gutto quodam aqua in phialam effunderetur. Hæc ille libro Geogr.14.

Cheria, A quibusdam appellatur raphanus syluestris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell.lib.2.cap.123.

CHERILVS, pen.cor. {χοίριλος} Malus poeta temporibus Alexandri Magni. Horat.2.epist.1,
Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Cherilus, incultis qui versibus,& malè natis,
Rettulit acceptos regale numisma, Philippos. Dicitur enim hic omnem Alexandri historiam conscripsisse: sed septem, nec plures versus in toto poemate qui probari possent, inuentos fuisse. Habuit pro bono versu numisma aureum, colaphum pro malo. Vnde sunt qui eum colaphis enectum tradant.

CHERINTVS {χήρινθος} Puer admodum insignis facie & candore, qui seipsum prostituit. Horat.1.Serm.sat.2,
(Sit licet hoc Cherinte tuum) tenerum est femur, aut crus Rectius.

Chernips, Aqua apud veteres dicebatur, qua expurgari adeuntes ad sacra soliti erant, in qua nimirum torrem ex altari, vbi rem diuinam fecissent, prius extinxissent. Scribit autem Seruius in 4.Æneid. quòd qui superis sacrificabant, abluebantur: qui verò deis inferis, aspergebantur: vnde illud, Spargens rore leui,&c.

Chernites, Genus lapidis ebori simillimi, in quo condebantur corpora. Plin.lib.36.cap.17, Mitior est autē seruandis corporibus nec absumendis chernites, ebori simillimus, in quo Darium conditum ferūt.

CHERRONESVS, siue Chersonesus, penult.prod {χερρόνησος} (nihil enim differunt) peninsula est. Græcis enim χέρσος, terra: νῆσος autem insula dicitur. Quatuor insignes passim Chersonesi memorantur: Taurica in Euxino & Mæotide, quæ hodie *Precopia* nominatur: Thracia: Aurea tertia, supra Gangem in ortum, iuxta sinum qui Magnus Ptolemæo dicitur: Et Cimbrica Septentrionalis, quæ Daciam habet, quam Daniam Saxo grammaticus vocat. Peloponesus verò maior celebriórque est, quam vt Chersonesi nomen admittat, quanquam & ipsam nominis etymo fretus, Chersonesum Strabo nominat: & minoris Asiæ in nostrum mare procursus Cherronesus dictus, bonis authoribus, vt scribit Vadianus.

Chersina, æ, Genus est testudinis terrestris, in aridissimis Africæ desertis, roscido humore viuens. Author Plin.lib.9.cap.10.

CHERSIPHRON {χερσίφρων} Architecton quidam fuit eximius, qui Dianæ Ephesiæ templum prius mire fabricatus est, postea aliud fecit maius illo. Author Strabo lib.14.

Chersos, siue cherson {χέρσος} Propriè terra inculta dicitur. Martialis lib.14.

Chersydros, pen.prod. {χέρσυδρος} Serpens qui tam in aquis, quàm in terris moratur, de quo vide in CHELYDRVS.

CHERVSCI {χερουσκοί} Populi Germaniæ circa fluuium Albim. Claud. 7.Panegyr. & ingentes Albim liquere Cherusci.

C H I

Chia ficus, siue Chia, absolutè, Fici species est, grato quodā sapore palatum pungens, viníq; veteris, salísque saporem referens. Mart.lib.7,
Infanti melimela dato, fatuásque mariscas,
Nam mihi, quæ nouit pungere, chia, placet. Idem lib.13,
Chia seni similis Baccho, quem Setia misit,
Ipsa merum secum portat,& ipsa salem.

Chia terra {χία γῆ} Terra est albida, siue cineritia, Samiæ similis, quæ cutem erugat, totúmque corpus amabili coloris bonitate commendat. Author Dioscor.lib.5.cap.101.

CHIDORVS, Fluuius est Macedoniæ, qui per Mygdoniam fluens, in Axium Mygdoniæ fluuium intrat. Herodot.lib.7.

Chilias, chiliadis, pen corr. {χιλιάς} Numerus qui mille cōtinet. Gell. lib.1.cap.16, Mille enim non pro eo ponitur quod Græcè χίλια dicitur, sed quod chilias: & sicuti vna chilias, & duæ chiliades, ita vnum mille,& duo millia, certa atque directa ratione dicitur.

Chiliarchus, Qui præest mille militibus, hoc est decem centurionibus. Bud. in annot. in Pandect.

CHILIASTAE {χιλιασταί} Hæretici quidam fuerunt, sic dicti propter illud ex sacra pagina, Vna dies apud dominum vt mille anni, & mille anni vt vna dies. Hosce milliarios interpretatur Augustinus, vt refert Cæl. Rhod.lib.1.cap.14. Vide August.lib.20.cap.7.

Chiliodynamis {χιλιοδύναμις Dioscoridi, Chiliodyname Plinio} herba est, quæ alio nomine Polemonia dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem sibi certatim vendicauerunt. Chiliodynamis autē à Cappadocibus nominata est, propter varios in medicina vsus. Vide Plin.lib.25.cap.6.

Chiliophyllon {χιλιόφυλλον} Herba est, quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba dicitur. Chiliophylli nomen accepit, à multitudine foliorum.

CHILO {χίλων} Philosophus Lacedæmonius, vnus ex septem sapiētibus Græciæ. Eius, Plinio teste lib.7.cap.32, tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis consecrata: Nosce teipsum. Nihil nimium cupias. Comes æris alieni atque litis, est miseria. Quin & funus eius, quum, victore Olympiæ filio, gaudio expirasset, tota Græcia prosecuta est.

Chilo, chilonis, pen.prod. Dicitur cognomento à magnitudine labrorum. Festus. χεῖλος enim labrum significat. Charisius lib.1, Cilones dicuntur, quorum capita oblonga & compressa sunt. Chilones autem cum aspiratione ex Græco à labris improbioribus, quæ illi χείλη. vnde Chilones, improbius labrati.

CHIMAERA {χίμαιρα} Homero animal est indomabile, inexpugnabile, neque humano, sed diuino genere ortum. Chimæram monstrum triforme describit Hesiodus in Theogonia, his versibus,
Huic tria sunt capita,& fertur primum esse leonis,
Pulchri oculi, capræque simul, fortísque draconis:
Antè leo, retróque draco, mediúmque capella est:
Pegasus hanc vicit, & magnus Bellerophontes. Inde elegans illa Horatij metaphora ad puerum obsoleti scorti amore captum, lib.1. Carminum, Vix illigatum te triformi
Pegasus expediet Chimæra. Seruius explicans illum Virgilij locum 6.Æneidos,
Flammisque armata Chimæra: Reuera (inquit) mons est Lyciæ, cuius hodie ardet cacumen, iuxta quod sunt leones: media autem pascua sunt: ima verò montis, serpentibus plena. Húc Bellerophon habitabilem fecit, vnde Chimærā dicitur occidisse. Plin.lib.2.cap.106, Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra, aut fœno Gnidius Ctesias tradit. Cic.lib.1.de Nat.deor. Quid quòd earum rerum quæ nunquam omnino fuerant, neque esse poterant, vt Scyllæ, vt Chimæræ?
Ingens Chimæra. Virg.5.Æneid.
Ingenti mole. Virg.5.Æneid.
Flammam spirantes ore. Lucret.lib.2.
Tremendæ flamma. Horat.4.Carm.ode 2.
Ætnæos efflans faucibus ignes. Virg.7.Æneid.
Igneæ spiritus. Horat.2.Carm.ode 17.
Chimærifera Lycia. Ouid.6.Metam.

CHIMAERII, Populi Asiæ Amazonibus proximi. Dicuntur etiam Chimærij, quicunque occupatas frigoribus incolunt terras.

Chimastrum {χείμαστρον} Vestis est rusticorum, qua hyeme vtuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis sonat hyemare. Pollux lib.7.cap.13, ex Homeri & Æschyli authoritate.

Chimerinus, pen.cor. {χειμερινός} non à Chimæra deducitur, sed Græca vox est. χειμερινός enim hybernus dicitur. Est autē hyemalis circulus cæli qui Capricornum contingit, in quo quum Sol est, breuissimi sunt dies. Martial.lib.9.de Earino,
Si daret Autumnus mihi nomen, Oporinos essem:
Horrida si Brumæ sydera, Chimerinos.

Chimetla {χίμετλα} Vlcerosæ affectiones sunt in manuum digitis ac pedum, hyemali tempore prouenientes, de quibus Paulus lib. Medicinæ tertio. Meminit & Cæl.lib.4 cap.11.

China, quam quidā Cinam vocant, Radix est fungosa, perinde ac arūdinacea, leuis, colore rufescente, Rhodiæ radicis admodum æmula.

Præfertur recens, firma, & quæ neque teredinem, neque cariem senserit, & quę magis rubescat. Huius radicis iandudum apud Hispanos inualuit vsus contra podagras, maximéque apud Imperatorem Carolum V. cui meritò præclaram laudem acceptam referre debet. Aduehitur hæc tam à Lusitanis, quàm ab Hispanis ex regionibus æquinoctiali proximis, legitúrque in littoribus maris è terra euulsa. nam in paludibus exorta, ac inde maris fluctibus rapta, in littus reiicitur. Author Matthiol. Senens. in Dioscor.

CHINEA specula. Catullus,

Brixia Chineæ supposita speculæ. Turnebus Echineæ scribendum esse credit, ab Echino, vt hoc monti nomen ab asperitate inditum esse existimemus: sic Echinades, vel ab Echinorum copia, vel ab asperitate nomen sortitæ dicuntur, authore Stephano: & Echinus nomẽ erat vrbis Acarnaniæ. Cæterùm si Chineæ probetur, tamẽ pro Echineæ dictum erit, vt ructo pro ἐρεύγω, suppresso ε, & ἴσπνεγκε pro ἐνίσπνεγκε.

CHIONE, Chiones, penul. corr. {χιόνη} Nobile scortum fuit, nomen habens à candore niuis, quæ Græcè χιὼν dicitur: quum tamen fusca esset. Martial. lib. 5,

Digna tuo cur sis, indignáque nomine, dicam:
Frigida es, & nigra es. non es, & es Chione. ¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cuius nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidauriensi nupsit.

CHIOS {Χίος} Insula est maris Mediterranei, ad oram Ioniæ cum oppido, posita inter Samum & Lesbum, ex aduerso maximè Erythrarũ, quam Æthaliam Ephorus prisco nomine appellat. Metrodórus & Cleobúlus Chiam, à Chione nympha: aliqui à niue: & Macrin, & Pityusam. Verba sunt Plin. lib. 5. cap. 31. In hac templum Apollinis, vnde Chius Apollo, & Chij, in ea habitantes. Et promontorium Aruisium, à quo Aruisia vina. & penultimam correptam habet. Lucanus libro 8,

Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat vndas. Sunt qui quadrigeminam Chium esse putãt: vt prima sit Chios insula: secunda Cariæ vrbs sub mõte Pelleno: tertia in Eubœa: quarta in Cherroneso Rhodiorum iuxta Triopiam. Horat. 1. epist. 11,

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens. Nunc vulgò dicitur Scio: alij pronuntiant Scio.

Chius {χῖος, χεῖος} Adiectiuum, priorem producit. Horat. 2. Serm. sat. 3,
Si positis intus Chij, veterísque Falerni
Mille cadis, &c. Chius, nunc vulgò Chiotin.
Aristo Chius. Cic. de Senect. Omnem autem sermonem tribuimus non Tithono, vt Aristo Chius, ne parum esset authoritatis in fabula.
Cadus Chius. Horat. 3. Carm. ode 19.

Chiræ {χεῖραι} Vocantur rupturæ illæ quæ fiunt in pedibus, vnde ita affecti chiropodes appellati, velut rhagopodes. Author Cælius libro 4. cap. 12.

Chiragra, huius chiragræ, pen. corr. {χειράγρα} Dolor manuum ipsos articulos frigido & lento quodam humore afficiens. Plin. lib. 24. cap. 19. Item parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, &c.
Lapidosa chiragra. Pers. sat. 5,
-sed quum lapidosa chiragra,
Fregerit articulos veteris ramalia fagi.
Nodosa. Horat. 1. epist. 7.
Contundit articulos. Horat. 2. Serm. sat. 7.

Chirembolon {χειρέμβολον} Vox Græca, qua vtitur Vlpianus in l. 1. §. qui sunt igitur. D. nautæ, caupones, stabularij. & sunt quidam in nauibus qui custodiæ gratia nauibus præponuntur, vt ναυφύλακες & diætarij. Siquis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dãdam actionem: quia is, qui eos huiusmodi officio præponit, committi eis permittit. quanquam ipse vel nauicularius, vel magister id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat autem, vt Alciato placet in Parergis, hæc vox manus immissionem. Hic verò dici signum quod magister in prora sedens dat, quum nautis imperat vt aliquid faciant, seu aliquem recipiant, vel non.

Chiridota, penult. prod. {χειριδωτὸς} Vestis dicitur quæ manicas habet longiores, & propè vsque ad digitos. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiectat, quòd cum chiridota tunica accubuerit. Has vestes Plautus vocat manuleatas. Vide Gell. lib. 7. cap. 12.

CHIROCRATES, pen. cor. Nomen architecti celebris, qui à quibusdam Dinocrates dici solet. Plin. lib. 34.

Chirographus, & chirographum, pen. corr. {χειρόγραφον} Est cautio manu alicuius subscripta, annulóve obsignata, quam ipse inficiari nequit. Iuuen. sat. 13,
Vana superuacui dicunt chirographa ligni.
Officina chirographorum. In OFFICINA.
¶ Chirographi appellatione vti nos pro ipsis actionibus palàm est, quum venditis chirographis intelligimus nomen vænisse. Hæc Iulianus in l. qui chirographum. D. de legat. 3.
Commentarioli, chirographi, & libelli. Cic. 1. Philipp. An cõmentariolis & chirographis & libellis se vno authore prolatis, ac ne prolatus quidem, &c.
Cautio chirographi. Cicero Trebatio, lib. 7. 18, Itaque quum vestræ cautiones infirmæ sunt, Græculam tibi misi cautionem chirographi mei.
Exemplar chirographi. Plancus Cic. lib. 10. 21.
Tributorum solutorum chirographa. Scæuola in l. creditor. D. de action. empti, Cuius chirographa tributorum à debitore retro solutorum apud se deposita habebat.
Inane chirographum factum solutione. Vlp. in l. solutione. D. ad exhibend. Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis, nihilominus creditor vt instrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio quàm debitore exhibeantur, agere potest.
Ligni superuacui vana chirographa, Tabellæ ligneæ manu propria scriptæ nihil vtilitatis afferentes. Iuuen. sat. 13.
Conuincere chirographo. Cic. 2. Philipp.
Credere, & fidem habere chirographis. Planc. Cic. lib. 10.
Defendere chirographa. Cic. Cassio, libro 12. 1, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus.
Deferre chirographa. Cic. de Clar. Orat. Seséque chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestã rem deferre diceret, &c.
In tabulis est chirographus. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Chirographum imitari. Cic. 3. de Nat. deor. Id quoque L. Labienus fecit, quum chirographum sex primorum imitatus est.
Legare chirographum. Vlp. in l. seruum. §. eum qui. D. de legat. 1, Eum qui chirographum legat, debitum legare, non solum tabulas, argumento est venditio.
Mittere chirographo suo literas. Plancus Cic. lib. 10. 21, At Lateranensis vir sanctissimus suo chirographo mittit mihi literas.
Pungere chirographo aliquem. Cic. Cælio, lib. 2. 12, Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.
Vænire chirographa. Vlpian. in l. seruum. §. eum qui. D. de leg. 1, Nam quum chirographa væneunt, nomen vænisse videtur.
Vti chirographo & signo. Cic. Attico, lib. 2. 35.
¶ Inter chirographum & syngraphas. Asconius, Inter syngraphas & cætera chirographa hoc interest, quòd in cæteris tantùm quæ gesta sunt scribi solent: in syngraphis etiam contra fidẽ veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solent, more institutóque Græcorum: & cęteræ tabulæ ab vna parte seruari solent: syngraphæ signatæ vtriusque manu, vtrique parti seruandæ traduntur. Hæc ille.

Chirographarius, adiectiuum: vt Debitor chirographarius. Vlpian. in l. si vt certo. §. denique. D. commod. Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, &c.
Creditor chirographarius. Paulus in l. bonis venditis. D. de priuilegiis credit. Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Dicitur autem chirographarius creditor, ad differentiam hypothecarij creditoris. Vlpianus in l. 1. §. sciendum est autem. D. de separationibus, Attamen, inquit, si hæreditaria fuit, iure separationis hypothecario creditore potiorem esse eum qui separationem impetrauit. etiã si chirographarius est, inquit Accursius. ¶ Est & chirographaria pecunia: & chirographarium debitum. l. vnica C. etiam ob chirographariam pecuniam pignori teneri. Bud.

CHIROGYLIVM, Insula Plinio libro 5. cap. 31, Sed contra Chimæram Dolichiste, Chirogylium, Crambussa, Rhoge, Enagora. De insulis ante Asiam.

Chiromactron {χειρόμακτρον} Capitis ornamentum, aut (vt alij dicũt) mantile. Vide Bayfium de re vestiaria.

Chiromantia, penult. prod. {χειρομαντεία} Dicitur diuinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet.

Chiromantis {χειρόμαντις} qui lineis manuum inspectis futura noscere se profitetur.

CHIRON, huius Chironis, pen. prod. {Χείρων} Saturni & Phillyræ filius. Lactantius tamen dicit eum ex Pelopea conceptum. Dum enim, vt author est Seruius in 3. Georg. cum amica Phillyra Saturnus coiret, Ops vxor eius aduenit, cuius præsentiam veritus, se in equum conuertit. exinde natus est Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. Qui quum excreuisset, in syluas abiit, eásque coluit. Huic autẽ à Thetide Achilles puer commendatus, quem ipse, simul & Æsculapium nutriuit & docuit. Hic enim, vt author est Plin. lib. 7. cap. 56, herbarũ vires atque medicamenta reperit. Postremò quum eum visitasset Hercules, casu factum est, vt vna sagittarum eius Lernæo veneno perlita, super pedem eius caderet. Attamen quum à parentibus fuisset genitus immortalis, vt Ocyroes vaticinium impleretur, quo prædixerat eum opraturum esse mortalem, graui vexatus morbo mori cupiens, orauit superos vt illi mori concederent. Quo concesso, ab eisdem in cælum translatus est, & in Zodiaco locatus, & Sagittarius appellatus. Ex Bocatio.
Geminus Chiron. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-sed natum flammis vtroque parentis
Eripuit, geminíque tulit Chironis in antrum.
Phillyrides Chiron, Phillyræ ex Saturno filius, medicinæ inuentor. Virg. 3. Georg.
Semifer. Stat. 2. Sylu. 1.

Chironeon, vel chironion, herba est, tertium genus panaces. Plin. lib. 25. cap. 4, Tertium panaces, chironeon cognominatur ab inuentore. folium eius lapatho simile, maius tamen & hirsutius. flos aureus, radix parua. nascitur in pinguibus locis. Ibidem, cap. 6. Centaurea curatus dicitur Chiron quum Herculis excepti hospitio pertractanti arma, sagitta excidisset in pedem: quare aliqui chironion vocant. Vide Ruell. lib. 3. cap. 6.

Chironia, Genus vitis, quæ ampelos dicitur: à Chirone inuenta. Plin. lib. 25. cap. 4.

Chironomus, penult. corr. {χειρονόμος} Qui manibus gesticulatur & ludit. Budæus, Chironomi sunt gesticulatores: & Chironomia, saltatio gesticulatrix: qualis est quam moresćam vocamus. Iuuenalis satyra 6,
Chironomon Ledam molli saltante Batyllo,
Tuscia vesicæ non imperat. Leda autem chironomica erat saltatio. Alioqui Chironomia, lex gestus à Quintiliano dicitur in primo. Ab heroicis ipsa temporibus orta, & à summis Græciæ viris atque ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoque in numero ciuilium posita virtutum, à Chrysippo in præceptis de Liberorum educatione compositis non omissa. Quam artem oratori necessariam esse idem latè in vndecimo docet. Hæc etiam palæstra vocatur: & qui eam docent, palæstrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus gestúsque formantur, vt recta sint brachia, ne indoctæ rusticæve manus, ne status indecorus, nequa in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculíque ab alia corporis parte dissideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimauerunt. Nostras vulgus vno verbo continentiæ hæc omnia significat. Hæc Budæus prope ad verbum ex Quintiliani lib. 1. cap. 11. Iuuenalis sat. 5,
Saltantem spectas, & chironomonta volanti Cultello.

Chirotheca,

Chirotheca,chirothecæ,pen.prod. {χειρῖδες} Manuum tegmē,quod & dactylothecam Græci vocant.

Chirurgus {χειρουργός} Medicus vulnerarius, à manuum operatione ita vocatur. Martial.lib.1,

Chirurgus fuerat,nunc est vespillo Diaulus.

Chirurgia {χειρουργία} Ipsa ars, quæ à Græcis chirurgice dicitur. Cicero ad Atticum, libro 4, Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet.

Chirydra{χειρύδρα} Propriè terræ ruina,siue fissura,quam aqua pluuia, torrens,aut terræ motus efficit. Spieg.

CHISIOTOSAGI, Populi Scythiæ, in montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur,degentes,vt scribit Plin.lib.6.cap.17.

CHITIS {χῖτις} Arabiæ insula,in qua Troglodytæ prædones, quū diutius fame & tempestate pressi, herbas radicésque effoderent,eruerūt topazion gemmam, vt ex Archelai sententia refert Plin.lib.37.cap.8.

Chiton,huius chitônis,pen.prod.m.g. dicitur Latinè tunica, sagulū: & Chitonium,chitonij, n.g. tunicula. Hinc Galli præposito articulo Græco ὁ χιτὼν finxerunt suum *Hoqueton*.

Chitoniscus {χιτωνίσκος} Diminutiuè,Camisia,indusium.Hoc autem genus vestimenti Pollux lib. 7. cap. 13, dicit commune esse virorum & mulierum.

Chitram, Medicamentum. Gal.lib.de simpl.medicam. Chitram, lacticinium est quamplurimarum arborum. omnibus notum est. Cuius quasi optimum eliquimus quod est candidum, & mundum, & glutinosum.Plura ibidem.

C H L

Chlæna{χλαῖνα} Vestimenti genus, quod palliis hyberno præsertim tempore superinducebatur,Latinis Læna appellatum.Vnde natum est apud Græcos prouerbium,ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις,hoc est,Æstate lænam deteris. In eos dici solitum, qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. Dicta est autem χλαῖνα, vt putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc est à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

CHLAMYDIA,æ {χλαμυδία} Vulgò *Sdiles*, Insula est maris Ægæi, vna Cycladum,quæ notiore nomine Delos appellatur. Author Plin.lib. 4.cap.12.

Chlamys,chlamydis,pen.corr.f.g. {χλαμύς} Propriè vestis militaris, quæ & paludamentum dicitur,authore Nonio.Virg.8.Æneidos,

-ipse agmine Pallas

In medio chlamyde & pictis conspectus in armis.

Similis chlamydi terra habitabilis. Macrobius, Veteres,inquit,omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem eius arctam esse. Budæus.

Chlamys veri luminis, quū à Trebellio dicitur,luminosi coloris, & flagrantis ardētísque intellig,t, qualis est puniceus color & coccinus, nisi quis pro vero colore & claro limpidóque ac puro intelligat. Turnebus.

Statua Scipionis cum chlamyde.Cic.pro C.Rab.Posth. L.verò Scipionis, qui bellum in Asia gessit, Antiochúmque deuicit, non solùm cum chlamyde,sed etiam cum crepidis in Capitolio statuā videtis.

Aurata chlamys. Virg.5.Æneid.

Crocea.Virg.11.Æneidos,

-tum croceam chlamydémque,sinúsque crepantes

Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro.

Purpurea & variis coloribus intexta. Author ad Heren.lib.4.

Color purpureus chlamydis.Ouid.14.Metam.

Phrygia chlamys dicta quòd Phrygiones acu pingēdi periti sunt.

In Phrygia enim(ait Seruius)ipsa inuenta est ars.Virg.3.Æneidos,

Fert picturatas sub tegmine vestes

Et Phrygiam Ascanio chlamydem.

Sidonia,Purpurea.Virg.4.Æneid.

Spartana. Vestis militaris ex purpura Laconica tincta. Iuuenalis satyra 8.

¶Chlamys circundata limbo.Virg.4.Æneid.

Collocare chlamydem vt aptè pendeat.Ouid.2.Metam.

Diffibulare.Id est, fibulis suis soluere.Stat.6.Thebaid.

Indutus chlamydem Tyriam.Ouid.5.Metam.

It tergo demissa.Stat.1.Sylu.1,It,id est recedit ab humeris.

Sinuatam implere re aliqua.Stat.10.Thebaid.

Texere chlamydes.Claud.epigram.20.

¶Chlamys,inter puerilia vestimēta numeratur ab Vlpiano in l.vestis. D.de auro & arg.leg. Puerilia sunt, quæ ad nullum alium vsum pertinent,nisi ad puerilem:veluti togæ prætextæ,aliculæ,chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus.

Chlamydatus,pen.prod. {χλαμυδωτός} Adiectiuum, Chlamydem indutus.Cic.pro Rab.Posth.Sed Neapoli in celeberrimo oppido cum mitrella sæpe videmus chlamydatum L.Syllam imperatorem.

Chlamydula,pen.corr.{χλαμύδιον}Diminutiuum.Plaut. Tu sume chlamydulam.

Chlidones {χλιδῶνες} Bracchialia, vt exponit Suidas,quibus maximè vtuntur Samij, authore Athenæo: & à Polluce ponuntur inter ornamenta manuum & pedum libro 5.cap. 16: & simpliciter inter ornamenta muliebria lib.7.cap.22.

Chlorion, Genus auis. Plin.lib.10. cap.29, Chlorion quoque qui totus est luteus, hyeme non visus, circa solstitia procedit.Gaza Vireonem vertit.Vide suo loco.

CHLORIS{χλωρίς} Filia Amphionis, Nelei vxor,cui peperit Nestorem & alios filios, vt in Odyssea testatur Homerus. Altera ab Ouid. dea florum ponitur:quæ quum nympha esset non ignobilis,& Zephyro nuberet, quasi dotis loco id muneris à marito accepit, vt florum omnium potestatem haberet.vnde inquit ipsa apud Ouidium libro 5. Fastorum,

Chloris eram,quæ Flora vocor, corrupta Latino

Nominis est nostri littera Græca sono.

Chlorites,pen.prod.Gemma herbacei coloris,quam dicunt magi inueniri in scyllæ auis ventre.Plin.lib.37.cap.10.

Choa {χοᾶ} Nomen mensuræ est: eadem dicitur & Chus. Vide suo loco.

Choa in triclinio. Quintil.lib.8. cap.6, Ænigma meo quidem iudicio,est vitium: quo tamen oratores nonnunquam vtuntur: vt Cælius, Quadratariam Clytemnestram: & in triclinio Choam: & in cubiculo Nolam. Quas quidem allegorias intellectu sanè quàm difficiles tribus diuersis locis pro viribus explicans Ludouicus Cæl.lib. 29.cap.1, de Choa sic dicit, Ænigma in bibacem concinnatum arbitramur:cuius in hauriendo auiditas vel spiritu vno choam perficeraret. De hac re fusius Quintiliani interpres ibidem.

CHOARINA {χοαρίνη} Regio est ex omnibus quæ sub Parthis sunt, Indiæ proxima, quam Craterus omnem permeauit, subigens eos qui parere recusabant, vt cum Alexandro iungerentur. Author Strabo libro 15.

CHOASPIS {χοάσπης} Medorum fluuius,ad fines Persidis in Tigrim defluens, cuius aquæ tam sunt suaues, vt finitimi reges non alia aqua ad pocula vtantur. Tibull.lib.4,

Nec qua vel Nilus,vel regia lympha Choaspis Profluit.

Choaspites,pen.prod. Gemma. Plin.lib.37.cap.10, Choaspites à flumine dicta est viridis,fulgoris aurei.

CHOATRAE {χοάτραι} Inter gentes quæ circa Mæotim habitant, Plinio numerantur,lib.6.cap.7.

Diri magico terrore Choatræ.Valer.lib.6.Argonaut.

Chœnicion Græcè, Modiolus est Latinè, & ferramentū medicinale est.Cels.lib.8.cap.3,Exciditur verò os duobus modis. Si paruulum est,modiolo,quem χοινίκιον Græci vocant:si spatiosum,terebris.

Chœnix,chœnicis, penul.corr.f.g.{χοῖνιξ} Demensum & cibus diurnus. eo pacto Laertius & Suidas interpretantur. Porrò seruis olim cibus diurnus chœnice distribuebatur,vt illi vicissim operis pensum persoluerent. Hinc Telemachus lib.19.Odyss. οὐ γὰρ ἄνευθ᾽,&c quod sic vertit Erasmus, Nanque operæ immunem haud patiar,quicūque meam vnquam Chœnica contigerit.

¶Chœnix, vt videri potest apud Budæum de Asse, Semodius erat. modius autem Romanus non dispar erat ei mensuræ quam *Bacotium* nostrates vocant.Id est, *Boisseau*.

Chœnici ne insideas, Pythagoricum est symbolum, quo significatur non oportere per inertiam, otium & cibum alienum sectari, sed sua quenque industria sibi parare facultates, quibus munditiem vitæ sustineat. Parasiticum enim ac fœdum aliena viuere quadra. nec vllā artem callere qua possis εἰκότως viuere. Ex Chiliadibus Erasmi.

Choes,festum Athenis celebrabatur, Anthesterionis duodecima,quē interpretantur Nouembrem:quo tempore à præceptoribus familiares hospitaliter accipiebantur,vt apud Athenæum scribit Eubulides.

Chœrades {χοιράδες} Nihil aliud sunt, quàm indurati adenes,in collo præcipuè, in alis & inguinibus nascentes, Latino vocabulo Strumæ appellatæ.Chœrades autem dictæ videntur ἀπὸ τῶν χοίρων,hoc est à suibus,qui hoc malo peculiariter infestantur.

CHOERILVS{χοιρίλος}Poeta fuit Samius,seruili cōditione natus,qui quū ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto historico exceptus est & institutus. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem:cuius carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis, cuius in expeditione comes erat, vt in vita illius tradit Plutarchus. ¶Fuit & alter Chœrilus poeta tragicus.Vtriusque meminit Suidas.

Cholades {χολάδες} Medicis dicuntur intestina,quoniam in ea corriuctur χολή, id est bilis, quam vocant xantham, id est flauam, quæ excalfaciens,acrimoniáque irritās, velut pruritu ad superfluitatum excitet egestionem,vt ipsi interpretantur. Hæc Cæl.lib.4.cap.14.

Cholera,choleræ, penult. corr. {χολέρα} Commune stomachi atque intestinorū vitium & morbus videri potest.nā simul & deiectio & vomitus est,prætérque hæc inflatio est: intestina torquentur:bilis suprà infráque erumpit:primùm aquæ similis, deinde vt in ea recens caro lota esse videatur,interdum alba,nonnunquam nigra & varia. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarunt. Præter ea verò quæ suprà comprehensa sunt, sæpe etiam crura, manúsque cōtrahuntur,vrget sitis,anima deficit:quibus concurrētibus, non mirum est si subitò quis moritur. Hæc Cels.lib.4.cap.11.

Morbus acutus cholera. Celsus lib.2.cap.13,Sed si acutus morbus est,sicut in cholera,si febris est,vt inter horrores, asperioribus medicamentis opus non est.

Laborare cholera.Cels.lib.2.cap.13,At vomitus,vt in secunda quoque valetudine,&c. omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate insanientibus, & comitiali quoque morbo oppressis,necessarius est.

Sedare choleram clysteribus. Plin.lib.31. cap.6, Tormina quoque & choleram calida infusa clysteribus sedat.

Cholericus,pen.corr. {χολερικός} Adiectiuum,Qui cholera affectus est. Plin.lib.20.cap.14. Mentastrum torminibus cholericis efficacissimū.

Choledochus {χολεδόχος} A Græcis dicitur folliculus fellis,quòd flauum contineat humorē,pallescentem quandoque ab Galeno visum, vel coloris cyanei,vel isatis herbæ.Est verò aliud nihil,quàm purgamentum pessimi sanguinis,vt tradit Cæl.antiq.lect.lib.4.cap.17.

Chollambus {χωλίαμβος} Versus claudicans,aliàs Scazon.

CHOLOBETENE{χολοβητηνή} Armeniæ pars,quæ Tigrani paruit.¶Cholobetenus gentile est. Stephanus.

Cholos, Lapis est ex genere smaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi,referente Plin.lib.37.cap.5.

Choma,chomatis,pen.cor.n.g.{χῶμα}Budęus,Chomata,sunt aggeres,qui terra aggesta facti sunt: quibúsque Nili aqua coercetur. Vlp. D.de extraord.crimin.l.in Ægypto qui chomata rumpit vel dissoluit (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) æquè plectitur extra ordinem.

CHON, Hercules Ægyptiorum lingua nuncupatus, qui cum Osiride Italiam liberauit à tyrannide, & ab hoc Chone Hercule Ægyptio Italiam antiquitus vocatam prodidit Antiochus,& Chones Italiæ populos,& Chonem vrbem,cuius & Strabo meminit & Stephanus.

Chondrilla, Chondrillæ, siue Chondrillon {χονδρίλλη} quam aliqui cichorion, alij serin appellãt, flores & folia habet cichorio similia: qua ex causa nonnulli syluestris intybi speciem esse pronunciarunt, verũ tenuior tota est. In cuius ramulis, gummi mastiches simillimum, magnitudine fabæ inueniri solet, quod cum myrrha tritum, & linteo appositum, instar oliuæ, fœminarum menses trahit. Verba sunt Dioscorid. lib. 2. cap. 126. Vide & Plin. lib. 22. cap. etiam 22.

Chondris {χονδρὶς} Quam pseudodictamnum nonnulli vocant, herba est foliis dictamno similibus, ramulis minoribus, sed & minoris effectus, vt tradit Plin. lib. 25. cap. 8.

Chondros xiphoides {χόνδρος ξιφοειδὴς} A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens. Ita dictum quod acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Chondros {χόνδρος} Græcis pars est similaris in corpore animali, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinẽs, quam Latini Cartilaginem vocant. Vide Cæl. lib. 3. cap. 18.

Chondrus {χόνδρος} Seminis quoddam genus est, nutrimenti optimi, sicut & triticum, de quo latissimè Galen. lib. 5. de simpl. medic. facult.

CHOPHE, Fluuij nomen & oppidi in Arachosia regione, quod Semiramis condidisse fertur, authore Plin. lib. 6. cap. 23.

Choragium, Choragus, Choraula, In CHORVS.

Choraulitria, Choraules, In CHORVS.

CHORAMNEI {χοραμναῖοι} Genus quoddam hominũ syluestre in Perside, tantæ velocitatis, vt ceruos comprehendant cursu. Stephan.

CHORASMII, es {χοράσμιοι} Vrbs Parthorum, Orientem versus, cuius incolæ Chorasmij nominantur ab Herodoto lib. 3. in catalogo Xerxani exercitus.

CHORASMVSINI {χορασμούσινοι} Populi sunt ex Massagetarum & Sacarum gente, ad quos Spitamenes, vnus ex Persis, qui ab Alexãdro aufugerunt, ex Bactrianis ac Sogdianis secessit, vt ait Strabo lib. 11.

Chorda, Membrum est ab extremitatibus musculi ortum habens, ad similitudinem chordæ arcus effecta. Quemadmodum enim chorda arcus incuruata incuruatur arcus, & relaxata relaxatur: sic musculo relaxato chorda impellitur à musculo, & relaxatur, quare membrũ extenditur: musculo verò contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incuruatur. Ex Galen. lib. de anatom. viuor.

Chorda, huius chordæ {χορδὴ} alio vocabulo dicitur fides fidis. Cic. 3. de Orat. Nam voces vt chordæ sunt intẽtæ, quæ ad quenque tactum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua.

Querelæ dulces chordarum. Lucret. lib. 4.

Soni chordarum. Lucret. lib. 4.

Magicæ chordæ. Iuuen. sat. 15.

Querulæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 4,

Hæc querulas habili prætentat pollice chordas.

Tenuis. Virg. in Cyri,

Non arguta sonant tenui psalteria chorda.

Tinnulæ. Seneca Troade, 9.

Vocales. Tibull. lib. 2. eleg. 5,

Nunc te vocales impellere pollice chordas.

Experiri chordas, Id est tentare sonum chordarum. Stat. 1. Achil. de Chirone,

Elicit extremo chelyn, & solantia curas

Fila mouet: leuiterque expertas pollice chordas Dat puero.

Impulsæ. Ouid. 10. Metam.

Prætentare chordas, Est chordarum consonantiam explorare leui quodam procemio, priusquam carmen subiicias. Ouid. 5. Metamorphoseos,

Surgit, & immensos edera collecta capillos,

Calliope querulas prætentat pollice chordas.

Alio loco tentare vocat eadem ratione, lib. 10. Metamorphoseos,

Vt satis impulsas tentauit pollice chordas.

Oberrare eadem chorda. Horat. in Arte, -& citharœdus

Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem. Accipitur loco prouerbij, pro rem eandem identidem repetere. cui conuenit Terentianum illud, Cantilenam eandem canere. Vel potius pro In eadem re peccare sæpius. In eos igitur concinnè dicetur, qui vel in simili re crebrius peccãt, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus enim lapsus vel casui datur, vel imprudentiæ: iteratus stultitiæ tribuitur, aut inscitiæ.

Sonum chorda reddit. Horat. in Arte,

Nam neque chorda sonum reddit, quem vult manus & mens,

Poscentique grauem persæpe remittit acutum.

Verba socianda chordis, Id est cantanda ad sonum citharæ. Horat. 4. Carm. 9,

Verba loquor socianda chordis.

Tangere chordas, pro Pulsare chordas. Ouid. 1. de Remedio,

Non didicit chordas tangere? posce lyram.

Chordapson {χορδαψὸς} Morbus tenuioris intestini, quem iuniores Iliacum nominant. Cels. lib. 4. cap. 13, Diocles Carystius tenuioris intestini morbum χορδαψὸν, plenioris εἰλεὸν nominauit.

Chordi {χόρδοι} agni qui dicantur, declarat Varro lib. 2. de Re rust. cap. 1. his verbis, Dicuntur agni chordi qui post tempus nascũtur, & remanserunt in voluis intimis: vocant χόριον: à quo chordi appellati.

Chordus, a, um {ὄψιγονος} Quod serotina fœtura natum est: vt Agni chordi, Vide Chordi. ¶ Dicitur & de hominibus: vnde plerique serius nati Chordorum cognomen traxerunt, & Chordi cuiusdã Cremetij meminit Suetonius: item alterius, Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quintil. quoque lib. 1. à diligenti præceptore exigit, vt nominum origines curiosè scrutetur: cuiusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus, & Posthumus. ¶ Trãsfertur & ad inanimata: vnde Chordum fœnum dicitur, quod Autumno secatur. Colum. lib. 7. cap. 3, Aluntur Autumnali fœno, quod Chordũ vocatur. Sic & Chorda frumenta dicũtur, quæ serò maturescunt. Apud plerosque animaduertimus Cordum scribi sine aspiratione, quæ tamen scriptura repugnat etymo quod paulo antè è Varrone adduximus.

Choreæ, Chorearum, In CHORVS.

Choreuma, In CHORVS.

Choreus {χορεῖος} Pes est duabus syllabis constans, prima longa, breui altera: qui & trochæus, & chorius dicitur. Cic in Orat. Dichoreus est, quum duo extremi chorei sunt, id est è singulis longis & breuibus. Ibidem, Trochæum autem qui est eodem spatio quo choreus, cordacem appellat: quia contractio & breuitas dignitatem non habeat.

Choriambus {χορίαμβος} Pes ex prima & vltima productis, duabus mediis breuibus: vt, filiolis. Dictus choriambus, quòd iambicam desinentiam habeat, & in choris apud veteres celebratissimus fuerit.

CHORINEVS, pen. prod. Peritus iaculator apud Virgil. lib. 9,

Æmathiona Liger, Chorineum sternit Asylas:

Hic iaculo bonus, hic longè fallente sagitta.

Chorion {χορίον} Medicis multarum venarum & arteriarum contextus quidam est, interualla membranis obducta habens. Cæterùm vuluæ adhærescit, membranis duabus fœtum inuoluentibus proximus. Vide Galen. lib. de dissect. vuluæ.

Chorobates, chorobatæ, penul. corr. {χοροβάτης} Organum librandis aquis accommodatum. Vitruu. lib. 8. cap. 6, Libratur autem dioptris aut libris aquariis, aut chorobate, sed diligentius efficitur per chorobatem, quòd dioptræ libræque fallunt. Chorobates autem est regula longa circiter pedum viginti. ea habet ancones in capitibus extremis æquali modo perfectos, inque regulæ capitibus ad normam coagmentatos: & inter regulam & ancones, à cardinibus compacta transuersaria, quæ habent lineas ad perpendiculum rectè descriptas, pendentiáque ex regula perpendicula in singulis partibus singula. Hactenus Vitruuius.

Chorocitharistæ, In CHORVS.

Chorodidascalus, In CHORVS.

CHOROEBVS, In COROEBVS.

Chorographus, pen. prod. {χωρογράφος} Locorum descriptor. Vitruu. lib. 8. cap. 2, Hæc autem possunt esse capita fluminum: quæ orbe terrarum chorographis picta, itémque scripta plurima, maximáque inueniuntur egressa ab Septentrione.

CHOROMANDI, Gens syluestris, dicente Plinio lib. 7. cap. 2, Choromandarum gentem vocat Tauron syluestrẽ sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Hæc ille, quo loco de Scythis agit.

Chorostates, In CHORVS.

Chors, chortis, f. g. {ἐπαυλις} Villarum intra maceriam spatium, authore Nonio. Varro 1. de Re rust. cap. 13, Chortes in fundo magno duæ aptiores: vna vt interius compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat. Et paulo pòst, Chors exterior crebrò operta stramentis ac palea, occulcata pedibus pecudum, fit ministra fundo, ex ea quod euehatur. In emendatis ex vetusto exemplari codicibus legitur vbique cohors.

Chortis aues. Martial. lib. epigr. 53,

Et chortis saturas atque paludis aues.

Dicitur & cohors. Ouid. 4. Fastorum,

Abstulerat multas illa cohortis aues. De vulpe.

Chortalis, & hoc chortale, pen. prod. {ἐπαυλικὸς} vt, Gallina chortalis, in chorte nutrita. Colum. in præfatione, Et vt à pecoribus recedã, quorum in parte auium chortalium & apium cura posita est.

Chortinon oleum dicitur, quod fit in Ægypto è raphani semine, aut gramine herba. Author Plin. lib. 15. cap. 7.

Chorus {χορὸς} Propriè conuentus & veluti corona eorum qui ad ludos conueniunt, siue saltantium, siue canentium. nam multorum vocibus & concentu constat, vt Seneca & Macrobius tradunt. Virgilius 6. Æneidos,

Illa chorum simulans, Euantes orgia circum

Ducebat Phrygias. Vbi Seruius, Chorum ait multitudinem in sacra collectam. Idem 1. Georgicorum,

Omnis quam chorus, & socij comitantur ouantes. Vbi Seruius, Chorus, propriè est coæuorum cantus atque saltatio. Suetonius in Caligula, cap. 37, Fabricauit & de cedris liburnicas, &c. quibus discũbens de die inter choros ac symphonias littora Campaniæ peragraret. Vulgò *Capellam* vel *copulam* vocant. Budæus.

Senior Glauci chorus, Id est dij marini. Glaucus piscator fuit: qui quum captos pisces supra herbam abiecisset, & eos recepisse vidisset quam amiserant vitam: intellecta herbarum potentia decerptam herbam gustauit, & se præcipitauit in maria, & in deum marinum commutatus est. Cuius chorum, senẽ Virg. 5. Æneid. ideo dixit, aut quòd ipse etiam senex fuerat, aut quòd senes penè omnes dij fingũtur marini, fortassis propter spumarum colorem. Hæc Seruius.

Iuuentutis choro stipari. Cic. pro Murena, Catilinam interea alacrem atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatum iudicibus atque sicariis, &c.

Philosophorum è choro aliquem tollere. Cic. 1. de Finib. Tu quidem, inquit, totum Epicurum penè è philosophorum choro sustulisti.

Phœbi chorus, per antonomasiam, Musæ dicuntur. Virgilius 6. ecloga.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit vrbes. Horatius 2. Epist. 2.

Virtutum chorus. Cic. 3. Offic.

Amicus choris. Horat. 3. Carm. ode 4. ad Musas loquens,

Vestris amicum fontibus & choris

Non me Philippis versa acies retrò, &c.

Æqualis chorus, Æqualium chorus. Virg. 4. Georg.

Canorus. Iuuenal. sat. 11.

Chori circulares dicuntur, qui in orbem saltantes canunt, qui restim ducere dicuntur. huiusmodi choros scenicos fuisse apparet ex Luciano. Budæus.

Chori Cyclici, dicebantur chori Dithyrambicorum, ad discrimen Tragicorum & Comicorum chororũ, qui erant quadrati. Turneb.

Fœminei.

Fœminei.Ouid.3.Faſtorum,
Fœmineos thyrſo concitat ille choros.
Idæi chori, per antonomaſiam vocantur Galli Cybeles ſacerdotes. Virgil.9.Æneid.
Leues Nympharum cum Satyris chori.Horat.1.Carm.ode 1.
Plaudens.Stat.1.Sylu.
Plebeius.Ouid.5.Faſt.
Pierius.Martial.lib.12.epig.3.
Quadrati.Vide Chori Cyclici.
Sacer.Ouid.2.Faſt.
Semiuiri,Dicuntur Galli ſacrifici Cybeles,qui omnes ſunt caſtrati. Sil.lib.17.
Virgineus.Ouid.2.de Arte.
Votiui, Chorus ſeu numerus illorum qui vota faciunt. Statius 4. Thebaidos, -templa Votiuis implenda choris.
¶Agitare choros.Virgil.4.Georg.
Celebrare.Seneca Hercule OEtheo,5.
Ducere.Horat.4.Carm.ode 7,
Gratia cum Nymphis,geminíſque ſororibus audet
Ducere nuda choros.
Exercere.Virgil.1.Æneidos,
Qualis in Eurotæ ripis,aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros.
Pedem ferre choris, pro Saltare vel accedere ad choros. Horat. 2.Carm. ode 12,
Quam nec ferre pedem dedecuit choris.
Indicere choros Bacchi.Virgil.11.Æneidos,
Aut vbi curua choros indixit tibia Bacchi.
Inſerere aliquem choro alicui Horat.2.Carm.ode 5,
Quem ſi puellarum inſereres choro,
Mirè ſagaces falleret hoſpites.
Inſtaurare.Virgil.4.Æneid.
Laſciuit chorus,Petulanter ſalit.Seneca Agamem.6.
Ludere in ſpeciem chori.Ouid.3.Metamorphoſeos,
Vndique dant ſaltus,multáque aſpergine rorant,
Emergúntque iterum,redeúntque ſub æquora rurſus,
Inque chori ludunt ſpeciem. Id eſt choreas natando imitantur. De Delphinis loquitur.
Oſtentare.Stat.2.Achill.
Ponere aliquem inter choros quorundam.Horat.4.Carm.ode 3,
-Romæ principis vrbium
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.
¶Chorus,aliter. Cic.Attico,lib.14, Ego,vt poſtulas,Baiana negotia, chorúmque illum, de quo ſcire vis, quum perſpexero, tum ſcribam,nequid ignores.
¶Venit chorus. Africanus in l.quū eiuſdem.D.de ædil.edict. Quū eiuſdem generis plures res ſimul veneant:veluti comœdi,vel chorus: referre ait,in vniuerſos,an in ſingulos pretiū conſtituatur: vt ſcilicet interdum vna, interdum plures venditiones contractæ intelligātur.
¶Chori,pro Aciebus.Virgil.5.Æneidos,
Olli diſcurrère pares:atque agmina terni
Diductis ſoluère choris. Seruius.
Choricus,pen.corr.Firmic.lib.3.cap.14,Faciet etiam muſicos,choricos, & qui muſicos modos faciant.
Choragium {χορήγιον} Scenicum inſtrumentum,quo ſcena inſtruitur & apparatur:cuius præfectus dicitur Choragus.Hæc Feſtus. Vitruuius lib.5.cap.9,Poſt ſcenam porticus ſunt conſtituendæ, vt quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò ſe recipiat ex theatro. Choragiáque laxamentum habeant ad chorum parandum. Choragia,pro inſtrumento ludorum poſuit,ſimul & pro ipſis choragiis: vt ſit Choragium locus vnde omnia promútur ad ludos neceſſaria. Ex Budæo.- Plin. lib.36. cap.15, Sed & reliquus apparatus tantùm Attalica veſte,tabulis pictis,cæteróque choragio fuit. Valerius Max.lib.2.cap.1,de Claudio Pulchro,Argētatis choragiis adornauit.
Choragiū funeris. Apuleius in Aſin.aur.lib.2, Et cantatrices anus in ipſo momento choragii funeris, perpeti celeritate alienam ſepulturam anteuortunt. Choragium funeris vocat apparatū funebrem. Senſus eſt: Aniculæ magia pollentes, celeritate continua,dum apparatus funebris inſtruitur, dum neceſſaria ad funerandum præparantur, præripiunt anticipántque alienam ſepulturam.
Choragiū Thymelicum. Apul.Apol.1,vbi de ſpeculo,Quid enim ſi choragium Thymelicum poſſiderem, num ex eo argumentarere etiam, vti me conſueſſe tragœdi ſyrmate hiſtrionis, &c? hoc eſt, inſtrumentum ſcenicum,& hiſtrionicum apparatum.
Choragium, generali vocabulo, dicitur cuiuſlibet rei inſtrumentum & apparatus, ſed id per metaphoram. Author ad Herennium, lib.4. Facile falſæ choragium gloriæ comparetur. Sic & cœnæ choragium rectè dixeris. Sic & Choragus pro quocunque ſuppeditatore & ſubminiſtrante ſumitur. A choro enim agendo ſeu ducendo nomen habet.
Choragus,pen.prod. {χορηγός} Ad verbum eſt dux chori,& ſuppeditator inſtrumenti ludicri,& expenſarum,inquit Budæus. Plaut.Perſa,4, Sed τίνα ornamenta? T. abs chorago ſumito. Suetonius in Auguſto, cap. 70, de cœna Auguſti,
Quum primum iſtorum conduxit menſa choragum,
Séxque deos vidit Mallia,ſéxque deas,&c. Choragum vocat Octauium,quaſi principem chori,ducem choreæ,præfectumque ſcenæ apparandæ,& ſuppeditatorem expenſæ,ac magiſtrum conuiuii.
Choraula, vel choraules, huius choraulæ, vel choraulis {χοραύλης} Qui in choro tibia canit. Plin.lib.37. cap.1, Præterquam Iſmeniam choraulem,multis fulgentibúſque vti ſolitum. Martial.lib.5,
Fac diſcat citharœdos aut choraulas.
Choraules monumētarii {μνημεῖοι αὐλήται} Sūt tibicines qui ad ſepulcra defunctorū canebant,quales priſci Siticinas vocant, qui apud Sitos,id eſt defunctos canunt.

Choraliſtria {χοράλιστρια} Phyllis, Amica Propertii, ab eo ſic dicta, ob ſaltandi in choris,ſiue canendi peritiam. Propert.lib.4.eleg.9,
Nile tuus tibicen erat choraliſtria Phyllis.
Chorea, huius choreæ, penult. indifferente {χορεία} Vſurpatur pro ipſa ſaltatione. Virgil.5.Æneidos,
Pars pedibus plaudunt choreas,& carmina dicunt.
Aptus choreis & iocis.Horat.2.Carm.ode 19.
Cantatrices choreæ.Claudian.de bello Gildonico.
Duras choreas ruſticorum & plebis,vocat Ouid.3.Faſt. vt opinor, quòd à ciuilitate morum alieni, motus quoſdam & ſaltus impotētes exercent, magnóque impetu terram feriunt, illum nimirum viciſſe exiſtimantes qui quammaximum puluerem excitarit.
Feſtæ choreæ.Ouid 8. Metam.
Lepidæ.Martian.Capel.lib.9.
Ludens chorea.Virgil.in Culice.
Ludicræ.Apuleius lib.10.
Molles.Martial.lib.1. De ſpectaculo.
Nocturnæ.Propert.lib.3.eleg.10.
Pernix.Lucret.lib.2.
¶Ducere choreas.Ouid.8.Metam.
Choreis indulgere.Vide INDVLGEO.
Plaudere pedibus choreas.Virgil.6.Æneid.
Choreutes {χορευτής} Quilibet ex choro vocatur. Budæus.
Choreuma, huius choreumatis, pen.corr.neut.gen. Canticum quod à choro canitur & ſaltatur,Plato vocat. Budæus.
Chorocithariſtæ {χοροκιθαρισταί} Qui in choro citharizant: ſicut pſallocithariſtæ,qui pſallunt:id eſt canunt ad citharam. Suetonius in Domitiano, capite 4, Certabatur etiam & proſa oratione, Græcè Latinéque: ac præter citharœdos chorocithariſtæ quoque & pſallocithariſtæ.
Chorodidaſcalus, pen. corr. Magiſter eſt chori, Platoni & Ariſtoteli. Budæus.
Choroſtates, pen.corr. Præceptor eſt chori, &,vt Columella ait lib.12. cap.2,præiens magiſter. Budæus.
CHOSROES, Perſarum rex, maximo in honore habitus, non apud Perſas modò, ſed etiam Romanis ipſis: vt qui literarum ſtudioſiſſimus fuerit, & ad ſummum Græcæ philoſophiæ peruenerit, Græcorum libris vſus à quodam in linguam Perſicam conuerſis. Atque adeò dicitur Ariſtotelem ipſum magis imbibiſſe, exactiúſque tenuiſſe, quàm Demoſthenes Thucydidem. Platonis etiam ſcriptis animum expleuit atque excoluit. Huius vitam & ſtudia pluribus perſequitur Suidas.

C H R

CHREMES {χρέμης} nomen ſenis apud Terentium.
Auarus.Horat.Epod.1.
Iratus.Horat.in Arte,
Iratúſque Chremes tumido delitigat ore.
Chremeta,Accuſatiuus. Horat.1.Serm.ſatyr.10,
Arguta meretrice potes,Dauóque Chremeta
Eludente ſenem,&c.
Chreocopia {χρεωκοπία} Latinè debitorum abſciſſio, videlicet quum debitores onere ſoluendi leuantur,vt per Siſachtheiam,quam Solon olim tuliſſe fertur, Athenis aliquando contigit. Hinc Chreocopidæ Solonis amici quidam ex debiti retentione ſunt appellati.Quū enim ii Solonis mentem percepiſſent,præoccupantes multas pecunias fœnori acceperunt, agrúmque ex iis maximum aſtutè compararunt. Ex quo & Solon non minima eſt aſperſus infamia,velut iniuriæ particeps. Hodie *Banqueroutiers* dici poſſent. Ex Cælio Rhodig. libro 12. capite 20.
Chreſis {χρῆσις} Latinè,vſus.Iuriſconſ.in l.ſi habitatio.§.1.D.de vſu & habit. In legato eius dubitat vſúmne, an fructum ſignificet. Et ex vi dictionis magis credit vſum eſſe: quoniam, vt Suidas inquit,nihil ſit χρῆσις,quàm vtilis ſibi rei χρεία,id eſt pro neceſſitate indigentiáve perceptio: fructum verò potius videntur Græci dixiſſe ἀπόλαυσιν. Ex Alciato lib.2.Parerg.cap.14.
Chreſton, cichorium herba ab aliquibus vocatur. Plin.lib.20. cap.8, Quod quidem propter ſingularem ſalubritatem aliqui chreſton appellant,alii pancratium. De cichorio.
CHRESTVS Byzantius inter ſophiſtas extitit, auditor Herodis Attici,Hadriani tempore,qui vino quanquam deditus,cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad Galli cantum ſæpe bibere ſolitus eſſet, non prius tamen ſomno ſe, quàm ſtudio dabat. Author Philoſtratus. Meminit & Columella.
Chria {χρεία} Eſt dictum breue, concinnum, & opportunum, cum authoris allegatione. Iſocrates ex diſcipulis ingenio præſtātes,deorum filios eſſe prædicabat. Diogenes diuitem conſpicatus imperitum, Hic eſt,inquit,equus vndique argento litus. Chriæ ſunt. De Chria Quintilianus lib.1.cap.9.& lib.2.cap.4.
Chriſis,Latinè vnctio dicitur. vnde CHRISTVS,vnctus.
CHRISTODORVS,pen.prod. è Copto Ægypti vrbe poeta Anaſtaſii Cæſaris tempore,ſcripſit Iſaurica,vbi deſcribit Iſauricam ab Anaſtaſio captam. ¶Fuit alter Thebanus ſcriptor haud ignobilis,qui de Coſmo & Damiano ſcripſit. Author vtriuſque Suidas.
Chromata {χρώματα} Præter vulgatam ſignificationem, qua colores denotant, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & Colores à Latinis appellantur.Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur, vna ex tribus Muſicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuiſſe traditur. Budæus.
Chromaticus, pen.corr. Qui nulla verecundia colorem mutat. ad verbum,coloratus dici poteſt.
Chrombus,Genus piſcis.Plin.lib.32.cap.11.
CHROMIOS {χρόμιος} Filius Nelei, & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylii & Meſſenii aduerſus Herculem geſſerūt,cum decem fratribus occiſus eſt. ¶Alius fuit Priami filius,in bellō Troiano à Diomede interfectus. ¶Fuit & Chromius quidam Argiuus, qui ea in

pugna, quæ ob Thyreorũ agrum inter trecẽtos Lacedæmonios, totidémque Argiuos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis euasit. Author Herodot. lib. 1.

Chromis, Piscis nidificans in aquis. Plin. lib. 32. cap. 11. ex Ouidio.

CHROMIS {χρόμις} Herculis filius, vt Lactantius testatur, dicens, Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat humanis carnibus vesci consuetos. Huius meminit & Statius dum ait,
It Chromis Hippodamúsque alter satus Hercule magno.

Chronisso, chronissas {χρονίζω} Græcum verbum est, idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo vsus est Lucretius lib. 2,
Et satiati agni ludunt, blandéque chronissant. Sunt qui legant chronissant: alij conissant. Vide suo loco.

Chronos {χρόνος} Latinè tempus dicitur. Cic. 2. de Nat. deor. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret: qui deus Græcè idipsum nomen habet. κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis.

Chronica, chronicorum {χρονικά} Dicuntur ea quæ de temporibus scribuntur. Plin. lib. 35. cap. 9, Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, chronicorum errore non dubio.

Chronicus, pen. corr. {χρονικός} Adiectiuum. Gell. lib. 17. cap. 21, Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci simul atque Romani viri.

Chrysalis, chrysalidis {χρυσαλίς} Erucæ genus est ex rore nascẽs, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio, qui ab Aristotele xylotrophos vocatur. Vide Plin. lib. 11. cap. 23.

Chrysammos {χρυσάμμος} Latinè arena aurea dicitur, cuius verbi fit mentio lib. 11. Cod. Iustin. Ex Budæo.

CHRYSANTAS, Viri propriũ, quem inter milites Cyrus valde collaudauit, quòd hostem interfecturus iam elatum in cædem gladium reuocasset, quia ἀνακλητικὸν, id est receptui cani interim inaudisset. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 18.

Chrysanthemon {χρυσάνθεμον} Genus est anthemidis siue camæmeli, luteis per ambitũ foliis à leucanthemo distinctum, de quo separatim agit Dioscor. lib. 4. Meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

CHRYSANTVS Alexandrinus, Romæ, quò iuuenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra saxísque obrutus fuit. Volaterr.

CHRYSAOR, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, vt & Pegasum, natum scribit Hesiodus in Theogonia.

CHRYSAOREVS Iuppiter {χρυσαορεὺς ζεὺς} cognominatus, vt Strab. in XIIII. notat, in Caria. In agro Stratonicensiũ duo fuerunt templa, alterum Hecatæ apud Laginos: alterũ prope vrbem Iouis Chrysaorei, Caribus omnibus commune, quò illi sacrificaturi, & de communibus rebus deliberaturi conueniebant, qui conuentus Chrysaoreus vocabatur, ex vicis constans. Porrò, vt rem planius teneas, Stephanus Chrysaorida vrbem ait fuisse Cariæ, quæ mox Adria nuncupata sit. Apollonius vrbem hanc primùm à Lyciis conditam scribit, vnde fiat gentile nomen Chrysaoreus. Epaphroditus verò totam Cariam Chrysaorida vocitatam prodidit.

CHRYSAORIS {χρυσαορίς} Cariæ ciuitas à Lyciis cõdita, quæ postea Adrias nominata est: vt ex Apollonij sententia refert Stephanus. Vide paulo antè CHRYSAOREVS Iuppiter.

CHRYSAS, Fluuius est Cic. 6. Verr. Chrysas, est amnis, qui per Assorinorum agros fluit: is apud illos habetur deus, & religione maxima colitur. Fanum eius est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. in eo Chrysæ est simulacrum præclarè factum è marmore.

CHRYSE {χρύση} Insula est extra ostia Indi. Plin. lib. 6. cap. 21, Extra ostium Indi Chryse, & Argyræ, fertiles metallis, vt credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum, argenteúmque iis solum esse, haud facilè crediderim.
Chryse, vrbs est Apollinis prope Lemnum. Ouid. 13. Metamorph.
-me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chrysénque, & Cillan Apollinis vrbes,
Et Syron cepisse. Verba sunt Vlyssis.

CHRYSEIS, pen. prod. Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit, Chryseis à nomine patris cognominata. Vide in dictione CHRYSES.

Chryselectrum, Vide CHRYSOLECTRVM.

Chrysendeta {χρυσένδετα} pen. corr. Vasa doctissimi viri explicãt crustis aureis illigata & exornata, vt in Martiale,
Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta mulli. Ego verò, inquit Turnebus, vasa gemmata esse puto, quorum gemmæ auro consertæ & contextæ tenerentur. Plutarchus in Lucullo id satis indicat, ἐκπώματα χρυσένδετα διάλιθα τῇ πολυτελείᾳ. Plinius hoc genus vasorũ mihi innuere videtur quũ initio libri 33. sic scribit, Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam iuuat, & aurum iam accessio est. Sed & illud Maronis,
Vt gemma bibat, & sarrano dormiat ostro: ad chrysendeta referri possit, nisi veteres vasa potoria è gẽmis absque auro etiã habuissent. Hæc ille.

CHRYSES {χρύσης} Sacerdos Apollinis apud Homerum lib. 1. Iliad. Pater fuit Antinomes, siue Astynomes, à quo etiam Chryseis dicta est. De hac & Briseide apud Homer. lib. 1. Iliad. Vide ASTYNOME.

CHRYSIPPVS {χρύσιππος} Philosophus Asianus, Stoicorũ cum Zenone princeps. Hic Zenonis discipulus fuit, acutus sanè, vt qui multis præceptoribus repugnauerit: statuam habuit Athenis in Ceramico positam. In dialectica clarissimus fuit: ita, vt non illepidè dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, nõ temerè alia esset, quàm quæ à Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorũ volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem philosophũ Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse, Nisi Chrysippus esset, ego nõ essem. Apollonidæ filium fuisse, Solensem vel Tharsensem philosophum, discipulum Cleanthis, Stoicæ scholæ principem post Cleanthem. Horat. 2. Serm. satyr. 3,
Quem mala stultitia, & quæcunque inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.
Chrysippus fulcire putatur porticum Stoicorum. Cic. 4. Acad. Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?
Cædi discipulos non improbat Chrysippus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Sapientes nutrices optabat Chrysippus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Nullum tempus vacare cura voluit Chrysippus. Quint. lib. 1. cap. 1.

CHRYSIPPVS, Pelopis fuit filius, quem quum pater valde amaret, nouerca eius Hippodamia id indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt: ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater è viuis excederet.

Chrysippea, chrysippeæ, Herba à Chrysippo inuentore dicta, cuius meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

Chrysites, pen. prod. Gemma ostreæ Atticæ assimulata. Plin. libro 37. capite 10.

Chrysitis, huius chrysitis, penult. prod. Auri spuma. Plin. lib. 33. cap. 6. Vide PSEGMA. ¶ Est & herba. Vide CHRYSOCOME.

Chrysoaspides {χρυσάσπιδες} Milites dicebãtur aureis clypeis vtentes, quo nomine Alexander Seuerus imperator illos nuncupasse fertur, sicut Alexander Macedo Argyroaspidas, ab argenteis clypeis. Author Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22.

Chrysobalanus {χρυσοβάλανος} A Galeno Asclepiadis authoritate commendata est lib. 8. & 9. de compositione medic. secund. loc. digerens, & roborans Indicæ nardi modo, ad colicos affectus, ventriculi ardores, & singultus. Veruntamen quænam ea sit, nõdum satis compertum est. Quanquam non desunt qui sibi persuadeant Chrysobalanum esse nucem myristicam, quum tamen plura sint, quæ eorum destruant sententiam, nempe cinereus color, acutus ori sapor, & quòd myristicæ nucis nusquam meminerint veteres Græci. Ex Matthiolo Senensi in Dioscor. lib. 4.

Chrysoberyllus, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 5, Probatissimi sunt ex iis qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore.

Chrysocalis {χρυσοκαλίς} A quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex his nomẽclaturis, quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus reiiciuntur.

Chrysocarpum {χρυσόκαρπον} Hederæ species est, ab aureo acinorum colore ita appellata. Author Plin. lib. 16. cap. 34.

CHRYSOCERAS, pen. corr. Thraciæ promontorium est ad Byzantium liberæ conditionis oppidum. Ex cap. 11 lib. 4. Plinij.

Chrysocolla {χρυσόκολλα} Quasi auri glutinum. Humor est (vt ait Plinius lib. 33. cap. 5) in aurariis puteis per venam auri defluens, crassescente limo rigoribus hybernis vsque in duritiam pumicis. Laudatiorem eandem in æraris metallis, & proximam in argentariis fieri compertum est. Inuenitur & in plumbariis, vilior etiam auraria. Suetonius in Caligula, cap. 18, Edidit & Circenses plurimos à mane vsque ad vesperam, interiecta modò Africanarum venatione, modò Troiæ decursione: quosdam autem præcipuos, minio & chrysocolla constrato circo. Chrysocolla vtuntur aurifices adglutinando ferruminandóque auro, *Boracem* vocantes. Eam Venetiis videre est quadruplici coloris differentia, albam, luteam, viridem, & nigricantem.

Chrysocome, chrysocomes, pen. cor. Herba. Plin. lib. 21. cap. 8, Chrysocome, siue chrysitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine est, comantibus fulgore auricorymbis, radice nigra, ex austero dulci in petrosis opacisque nascens. Ruell. lib. 3. cap. 101, Proximè ad eam accedit quam herbarij nostri Pulegium montanum vocitant.

Chrysogonum {χρυσόγονον} Herba est folio querno, flore coronarij verbasci, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto, muris aranei morsibus auxiliatur. Author Dioscor. lib. 4. cap. 46. Nomen autẽ accepit ab aurei seminis colore.

CHRYSOGONVS, vt refert Duris Samius apud Cælium, modulator quidam fuit in Alcibiadis naui ab exilio redeuntis, qui tanta arte remigum manus dirigebat, vt quũ illi remorum pulsum cum Chrysogoni cantu coniungerent, iucundam audientibus redderent harmoniam. Vide Rhodig. lib. 9. cap. 10.

CHRYSOGONVS, pen. corr. Syllæ libertus, sector Roscij Amerini, vt est apud Ciceronem in oratione pro Roscio Amerino. ¶ Fuit & Chrysogonus martyr, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec Cõsulatus, nec vllius honoris pollicitatione per Diocletianum à fide auerti potuit, iugulatus est ad scalas Gemonias. Volaterr.

Chrysolachanon {χρυσολάχανον Dioscoridi} Herba est eadem cum atriplice. Plinius verò lib. 27. cap. 8, duo facit chrysolachani genera: vnum in pinetis nascens, lactucæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, Gemma in Æthiopia nascẽs, quæ pallidi est coloris die, noctu ignei. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chrysolectrum, Gemma in colorem electri declinans, cui matutinus aspectus iucundior. Plin. lib. 37. cap. 9.

Chrysolithus, pen. corr. {χρυσόλιθος} Iaspidis genus, de quo Plin. lib. 37. cap. 9, Hyacinthos Æthiopia mittit & chrysolithos aureo colore translucentes. Ouid. 2. Metam. de curru Solis,
Per iuga chrysolithi, positæque ex ordine gemmæ.

Chrysomallon {χρυσόμαλλον} Græci appellant arietem illum, qui, vt est in fabulis, lanam auream habuit.

Chrysomela, pen. prod. {χρυσόμηλα} Poma aurea, quæ Armeniaca alio nomine dicuntur. Colum. lib. 5. cap. 10.

Chrysomelolonthion, Paruulum est animal, flaui coloris, canthari præferens similitudinem quandam. Id pueri innexo pede mittunt in sublime. Ex Aristophan. interpretibus in comœdia, cui titulus σφῆκες.

Chryson, Piscis genus, apud solum Ouidium lectum, teste Plin. lib. 32. cap. 11. Fortassis is est, quem auratam Romani nunc appellant.

Chrysophis, Gemma est Plinio, quæ aurum videtur esse, vt ipse indicat lib. 37. cap. 10.

Chrysoplysium, Est auri lauandi officina. Huius est id artificium, vt vi aquæ

vi aquæ medicatæ quam chrysulcam appellant, quantulancunque auri partem argento, aut cuiuis metallo illitam aut confusam, nullo dispendio abstrahat, ita vt inauraturis nihil iam depereat, nisi quod vsu interteritur. ¶Chrysoplytes autem est, qui huiusmodi artificium exercet. Budæus in libro de Asse.

CHRYSOPOLIS, pen.corr. teste Plin.lib.5. cap.vlt. oppidum est Bithyniæ prope Chalcedonem: ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ ciuitatibus. ¶Est & altera Chrysopolis in Cilicia, teste Stephano.

Chrysoprasus, pen.corr. Gemma est ex auro & porraceo colore lumen mistum trahens: nam πράσον porrum significat. Fortassis is est, qui vulgò chrysolithos dicitur. Budæus.

Chrysopteros {χρυσόπτερος} Gemma est chrysoprasо haud valde dissimilis, e genere topazii, amplissima gēmarum, inquit Plinius. eadem solam nobilium limam sentit: cæteræ Naxiis cotibus poliuntur. Hæc & vsu atteritur. Vide eum lib.37.cap.8.

CHRYSORRHOAE {χρυσοῤῥόαι} Populi dicti ad Phasim fluuiū, quòd in his locis, vt inquit Strabo, auriferi torrentes sint: vnde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

CHRYSORRHOAS, Syriæ fluuius est in Decapolitana regione Damascū vrbem præterfluens. Author Plin.lib.5.cap.18. ¶Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter aureas arenas. Plin.lib.5.cap.29.

Chrysospermon {χρυσόσπερμον} A quibusdam appellatur herba, quæ notiore nomine Semperuiuum maius appellatur.

CHRYSOSTOMVS, penult.corr. {χρυσόστομος} Vir sanctus, ita dictus propter eximiam doctrinam: quasi os aureum haberet.

Chrysothales {χρυσοθαλές} Herba est, quam Aeizoum minus medici vocāt, diuersis insignis nominibus, vt videre est apud Plinium lib. 25. capite 13.

CHRYSOTHEMIS, Filia Agamemnonis, vt scribit Homerus libro 9. Iliados.

Chrysulca, Aqua est medicata, cuius vi quantulacunque auri pars argento aut cuiuis metallo illita aut cōfusa, nullo propemodū dispendio adimitur, ita vt inauraturis nihil iam fermè depereat, nisi quod vsu interteritur. Ex Budæo de Asse. Vulgò *Eauforti.* Eius vim ignorasse veteres colligit Alciatus ex Vlpiani verbis in l. idem Pomponius scribit. versic. sed si diduci. D. de rei vindicat.

CHRYXVS, Dux Boiorum fuit, nepos Brenni, quo duce olim Galli Romam ceperant. Silius lib.4,

Ipse tumens, ataui Brenni se stirpe ferebat
Chryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat.

C H V

Chus, siue choa {χοῦς} Genus mensuræ humidorum apud Atticos Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim. Budæus.

Chus, siue choa, ἀπὸ τοῦ χέειν, quod est fundere: Vasis genus quo aqua hausta fundebatur.

Chutra {χύτρα} Idem significat quod chytra, y in u conuerso. Cato cap. 157. Vbi in chutra feruefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

C H Y

Chydeæ, Palmæ maturæ, quarum modio in aquæ congiis tribus macerato, exprimitur vinum, quo Parthi & Indi vtuntur, & Oriens ferè totus. De hoc Plin.lib.14.cap.16.

CHYDORVS, Fluuius est in Bœotia, qui à tot millibus Persarū, quot Xerxes Græciam inuasit, epotus, non suffecit, vt tradit Alex.Genial. lib.6.cap.25.

Chymus {χυμός} Quanuis apud Græcos quemuis succum significet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate, ex chylo, è vētriculo per mesenteriū attracto: quæ deinde exactius in venis excocta, & per earum orificia ad vniuersas corporis partes delapsa, vertitur in illarum alimentum, instauratque quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chytra, & chytron {χύτρα} Latinè olla dicitur. Inde chytrapus, pen. corr. chytrapodis, pen.corr. Instrumentum ferreum supra quod chytra apud ignem collocatur, vt in ea cibi coquātur. vel olla ipsa pedes habens: quales sunt quas *marmitas* vocant.

Chytrinda {χυτρίνδα} Conuiualis ludus fuit, vt tradit Hesychius, qui puerorum lusum esse ait. Ex his quispiam sedet in medio, quem circuncirca pueri concursantes, illum eò vsque versant, donec ille aliquem apprehenderit ex eis, qui deinde sedere cogatur. Meminit Pollux & Suidas.

C I A

CIA {κία Ptolemæo} Vulgò *Zea.* Insula est sub Eubœa, non procul ab Attica, quæ à Plinio & Strabone Ceos & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates, Iulidem, Carthæam, & Caressum. Hinc deducitur adiectiuum Cius, Cia, Cium.

CIAXARES, Vide CYARAXES.

C I B

Cibale, Cibarium, Cibo, In CIBVS.

Cibdela {κίβδηλα} Græcis dicuntur numismata oblæsa & adulterata, quasi ὑπὸ τῶν χίων δηλούμενα, id est, à Chiis corrupta, vitiatáque, per literæ sonis pinguioris demutationem in exilem. ¶Cibdeliam etiā argenti sordes nuncupant: figuratè verò etiam imposturam, sicut κιβδηλεύειν, imposturam facere. Ex Cæl. lib.10.cap.2.

CIBILITANI, inter stipendiarios Bæticæ populos commemorantur à Plin.lib.4.cap.penult.

Cibilla, cibillæ, teste Varrone lib.4.de Ling.Lat. Mensa erat escaria, à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. ¶Festus item Cibillam interpretatur mensæ rotundæ genus, apud quem tamen Cillibam corruptè legi puto pro Cibillam.

Ciboria {κιβώρια} Folia dicuntur colocasiæ. Horat.2.Carm.7, pocula quædam ciboria vocat, Obliuioso læuia Massico Ciboria exple. Quo loco Porphyrio pocula fuisse dicit in foliorum illorum similitudinem facta. Sed satius erit Plinij nos opinionē sequi, apud quem lib.21.cap.15, hæc verba leguntur, In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc è Nilo metunt, caule quum coctus est araneoso in mandendo, thyrso autem qui inter folia emicat spectabili, foliis latissimis, etiam si arboreis comparetur, ad similitudinem eorum, quæ personata in nostris amnibus vocamus. Adeóque Nili suis dotibus gaudent, vt implexis colocasiæ foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant. Secundum igitur hanc opinionem Ciboria nō sunt pocula ad foliorum colocasiæ similitudinem facta: sed folia ad poculorum speciem complicata. Legimus tamen apud Athenæum à principio libri 3, Ciborium poculorum genus esse. Dioscorides verò lib.2. cap. 97, Ciborium longè aliter interpretatur: sic enim inquit, quo loco de faba Ægyptia agit, Caulem cubitalem, crassitudine digitali, florem roseo colore dupla ad papaueris florem magnitudine: qui quum defloruit, vesparum fauis similes vrticulos profert, in quibus fabæ sunt paululum bullarum modo supra operculum emergentes. Vocatur id ciborium, ab aliquibus autem cibotium, quasi scriniolum: propterea quòd seritur faba hæc indito in madente gleba semine eius, sicque in aquam proiecto. Meminit & Cælius lib.9.cap.12.

CIBOTON, Vrbs quæ postea Celænas, nunc Apamia vocatur, tertius eorum qui circa Indum fluuium accolunt, conuentus, teste Plinio lib.5.cap.29.

Cibus, cibi {σιτίον, τροφή, ἐδωδή, βρῶμα, σῖτος} quid significet notum est. Cibum à victu sic separat Donatus, vt Cibus sit qui etiam delicatis præbetur: Victus verò in paruis, aridísque alimoniis sit constitutus. Festus, Cibus appellatur ex Græco, quòd illi peram, in qua cibum recondunt, κίβισιν appellant.

Fames vetitorum ciborum. Ouid.15.Metamorphoseos,
Vnde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
Non eadem vini atque cibi torpente palato Gaudia. Iuuenalis satyra 10.
Hora cibi, Id est edendi tempus. Ouid.1.de Ponto, eleg.11.
Maturus cibo. Plin.lib.12.cap.17.
Nouitate cibi capi, Id est delectari nouo aliquo ciborum genere. Lucret.lib.5, -nec frigore quod caperetur,
Nec nouitate cibi, nec labi corporis vlla.
Penuria cibi. Lucret.lib.5.
Satias. Lucret.lib.5.
Varietas & copia. Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas inuenitur & copia.
Disciplinæ cibo satiari. Quintil. lib.2.cap.4.
Mali cibus, Id est nutrimenta & fomenta malorum. Ouid. 1. de Remedio, Hæc sunt iucundi causa, cibúsque mali.
Cibi auidus. Terent. Eunuch.5.4.
Contenti cibis nullo cogente creatis. Ouid.1.Metam.
Expers, Qui non comedit. Ouid.4.Metamorphoseos,
Pérque nouem luces expers vndæque cibíque,
Rore mero, lacrymísque suis ieiunia pauit.
Acres. In ACER.
Acuti. In ACVO.
Alienus. Terent.Eunuch.2.2. Vidén' otium, & cibus quid faciat alienus? Hoc est, ab alio datus, siue mensa aliena.
Anceps. In ANCEPS.
Aridus cibus, & tener humor. Lucret.lib.1,
Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor Adiuuet, &c. Per cibum aridum panem intelligi potissimum crediderim. Ponitur autem & panis non rarò pro cibo indifferenter. Cibus aridus, & tener humor, Hoc est cibus & potus.
Cibus conditiuus. In CONDO.
Crudus. In CRVDVS.
Diurnos cibos apud Claudianum de bello Gildon. illos intelligimus, qui in dies singulos apponuntur, & ex quibus in sequentem nihil reseruare liceat.
Dulcis. Virgil.2.Georg.
Exiguus cibus sufficit rate mersa. Iuuenalis ostendit dementiam auarorum, qui præuisa pericula non euitarent, Satyr.14,
Frigida sufficient velantes inguina panni,
Exiguúsque cibus mersa rate, naufragus assem Dum rogat, &c.
Faciles. Seneca Hippolyto, 4.
Fallaces. Ouid.15.Metam. esca qua pisces capiuntur,
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
Frigidi & repositi fastidium mouent. Quintil.lib.2.cap.4.
Grauis. Cic.2.de Nat.deor.
Idonei conseruandis viribus. Quintil.lib.2.cap.10.
Illiberalis. Vide ILLIBERALIS.
Inanes cibos vocat Claudianus, qui magis oculos quàm ventrem pascunt, luxus tantùm & nimiæ voluptatis causa comparati, libro 1. in Ruff.
Indiscretus. Vide INDISCRETVS.
Inuisus. Ouid.1.de Ponto, eleg.11,
Et queror, inuisi quum venit hora cibi.
Lautus. In LAVTVS.
Lenes. In LENIS.
Lentus. Ouid.epist.15, Crescit & inuito lentus in ore cibus.
Leues cibi, Id est pauci nutrimenti. Cels.lib.3.cap.7.
Operosus. Plin.lib.15.cap.23. De castaneis.
Opimus cibus. Plin.lib.22.cap.22.
Perpetuus. In PERPETVVS.
Robustus. Cels.lib.2.cap.18.
Simplex. Plin.lib.11. cap.53, Homini cibus vtilissimus simplex. Aceruatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora.
Solitus, Quo quis vti consueuit. Ouid.1.de Arte,
Granifero solitum dum vehit ore cibum.
Summus, Extremus. Plin.lib.10.cap.4.
Suauissimus & facillimus ad concoquendum. Cic.2.de Finib. Vtebatur his exercitationibus, vt ad cœnam & esuriens & sitiēs veniret: eo cibo qui & suauissimus esset, & idem facillimus ad cōcoquendum.

Terri.Claudian.4.Panegyr.
Vilis,Qui non magno conftat.Horat.2.Serm.fatyr.2.
Vtilis ægro.Ouid.3.Trift.eleg.3.
¶Ad cibos. In A D.
¶Abdicare cibum aliquem. In A B D I C O.
Abigere à cibo. In A B I G O.
Cibo abftinere.& Cibo abftinere ægrum. In A B S T I N E O.
Accedit ftomacho cibus.Horat.2.Serm.fatyr.3,
Deficient inopem venæ te,ni cibus,atque
Ingens accedat ftomacho fultura ruenti.
Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur.Cic.de Senect.
Adiicere cibo. In A D I I C I O.
In cibos admitti. In A D M I T T O.
Admouere cibum. In A D M O V E O.
Cibus aduftus. In A D V R O.
Afferre ad os cibum. In A F F E R O.
Allicere beneuolentiam cibo.Cic.pro Murena.
Cibis aliquid apponere. In A P P O N O.
Afpernari cibos. Quintil.lib.2.cap.16,Cibos afpernemur: attulerunt fæpe valetudinis caufas.
Capere.Cic.Tironi,2,Sin autem poftea quàm cibum cepifti,videris tibi,poffe me confequi,tuum confilium eft.
Cibum capere cum aliquo.Terent.Eunuch.2.3,
Cibum nonnunquam capiet cum ea.
Digitis alienis capere.Iuuenal.fatyr.10.
Capeffere. In C A P E S S O.
Capeffere,arripere,fugere, carpere,vorare,& mãdere cibum. Cic. 2.de Nat.deor.
Carpere digitis.Ouid.3.de Arte.
Cõcoquere.Cic.2.de Nat.deor.Cleanthes negat vllum effe cibum tam grauem,quin is nocte,& die concoquatur.
Conficere.In C O N F I C I O.
Coquere.Lucret.lib.5.
Inter molares difficilis crefcit cibus.Iuuenal.fatyr.13,
Tecta cibúmque dare.Ouid.2.de Arte,
-fed quercus tecta cibúmque dabat.
Deducere. In D E D V C O.
Deficiente cibo perire,Id eft fame & inedia.Ouid.in Ibin,
Inuifus pereas deficiente cibo.
Defectus cibo.Quint.lib.3.cap.8,Vt enim fi obfeffi atque impares, & aqua cibóque defecti de facienda ad hoftem deditione deliberent, & dicatur,&c.
Depulfus cibus de pectore.Cic.2.de Diuinat.
Depulfa fames cibo.Cic.1.de Finib.Vt enim quũ cibo,potionéque fames fitifque depulfa eft, ipfa detractio moleftiæ confequutionem affert voluptatis:fic in omni re,&c.
Diditur cibus in venas. Lucr.lib.2. pro Diuiditur,id eft digeritur.
Diuifus cibus in omne corpus.Cic.2.de Diuinat.Democritus quidem optimis verbis caufam explicat, cur ante lucem galli canant: depulfo enim de pectore, & in omne corpus diuifo & mitificato cibo,cantus edere,quiete fatiatos.
Exercere guttur cibo.Ouid.8.Metam. de dormiente,
-petit ille dapes fub imagine fomni:
Oráque vana mouet, dentémque in dente fatigat:
Exercétque cibo delufum guttur inani.
Exprimere cibum mandendo.Lucret.lib.4.
Cibum facere,pro Cibos parare.Plaut.Trucul.10.
Ferre cibum liberis fuis parentes prohibentur.Cic.7.Verr.
Fulcire cibis corpora,Id eft corroborare.Lucret.lib.2.
Habet magnam inflationem cibus. De faba loquitur. Cic. 1. de Diuin. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vefcerentur, quòd habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.
Imperfectus,Id eft indigeftus.Iuuenal.fatyr.3.
Ingerere cibum ægroto.Vide I N G E R O.
Ingurgitare fe cibis. Vide I N G V R G I T O.
Interminatus.Horat.Epod.5,
Interminato quum femel fixæ cibo Intabuiffent pupulæ.
Introferre alicui.Cic.7.Verr.
Iuuare cibo.Iuuenal.fatyr.2.
Cibos lambere. In L A M B O.
Latrare cibos. Vide Latratus,Participium,in L A T R O,latras.
Libare cibum digitis.Ouid.1.de Arte,
Et quencunque cibum digitis libauerit illa, Tu pete.
Libare cibos ore.Ouid.1.Amor.eleg.4.
Mandere.Celf.lib.4.cap.3.
Minuere.Celf.lib.5.cap.29.
Mendicato cibo pafci.Ouid.5.Trift.eleg.9.
Miniftrare.Seneca Hippolyto,4.
Mitificare. In M I T I S.
Mitigare. In M I T I G O.
Odorari. Horat.Epod.6.
Onuftus. Cic.1.de Diuinat. Nunc onufti cibo,& vino,perturbata & confufa cernimus.
Languorem parit cibus imperfectus.Iuuen.fat.3. Id eft indigeftus.
Aues teneris infirmífque fœtibus cibos ore fuo collatos partiuntur.Quintil.lib.2.cap.6.
Peragere cibo. In P E R A G O.
Perficere. In P E R F I C I O.
Cibum petere è flamma. Terent.Eunuch.3.2. Quod è flamma cibum petere Terentius dixit, id equidem ad dapes referendum fufpicor,quæ pro inferiis in rogum mittebantur:vnde Catullus fcripfit, Vidiftis ipfo carpere è rogo cœna. Quod quidem in illum poetam Muretus animaduertit,Donato non fatis perfpectum.
Præbere cibum de proprio corpore.Lucret.lib.3.
Prægustare.Ouid.1.Amor.eleg.4.
Proiicere.Horat.Epod.6.
Quærere.Lucret.lib. 4.
Natura corporis cibum quærit.Lucret.lib.4.
Ad quærendum cibũ fames ducit canes. Varro 2.de Re ruft.cap.9.
Redire ad fimilem cibum.Celf.lib.3.cap.7.
Recuperatæ cibo fomnóque vires. Tacit.libro 19, At Vitellianus exercitus, cui acquiefcere Cremonæ, & recuperatis cibo fomnóque viribus, confectum algore,&c.
Cibi repofiti. Quintil. lib.2, Neceffe eft iis quum eadem pluribus iudiciis dicunt,faftidium vt moueant,vt repofiti & frigidi cibi.
Secretus cibo, Id eft à cibo fecretus,quod eft feiunctus & femotus à cibo, & qui non edit.Lucret.lib.1.
Cibo fuo feruire,Id eft quod vulgò dicitur pro *Impenfis fuis.* Plaut. Rudente,7.
Suffulcit cibus artus.Lucret.lib.4,
Propterea capitur cibus,vt fuffulciat artus.
Suggerere cibos alicui.Stat.9.Thebaid.
Sumere.Plin.epift.5.lib.3.
Suppeditat cibos terra.Cic.2.de Legib.
Cibus cibis fuftentat,aut fulcit corpus.Lucret.lib.2.
Præclufæ cibum fauces tenere dicuntur,quę non demittunt in aluum. Seneca Thyefte,8.
Vacare cibo. Celfus lib.3.cap.15,Poftero die,quo cibo vacat, & ab exercitatione,vnctionéque,aqua tantùm contentus conquiefcat.
Vincuntur cibi præcipuè peruigilio.Plin.lib.11.cap.53.ad finem.
Vti cibis.Claudian.7.Panegyr.
In cibo eft homini.Plin.lib.18.cap.14,Maceratum calida aqua,homini in cibo eft. Id eft,homo vtitur eo pro cibo.
¶Cibus humanitatis. Cic. 5. de Finib. Sed animi cultus ille erat ei quafi quidam humanitatis cibus. Per metaphoram.
Cibalis,& hoc cibale {σιτώδης} Quod ad cibum pertinet. Varro, Eft enim lac omnium rerum,quas cibali caufa cupimus, liquentium maximè alibile,& id ouillum,inde caprinum.Sic enim hactenus lectum eft in omnibus,quotquot videre contigit exemplaribus. Locus Varronis eft de Re ruftica, lib.2. cap 11. Lactant. de opific.Dei, cap.11, Duas effe per collum fiftulas neceffe eft,cibalem ac fpiritalem.
Cibicida,æ,Qui cibum cædit & abfumit,hoc eft vorax.Lucil.lib.17, Viginti domi,an triginta,vel centum cibicidas alas. Nonius.
Cibo,cibas {σιτίζω} cibare, Alere,fiue nutrire. Columel.lib.9, Atque ea genera quæ intra fepta villæ cibantur,ferè perfequuti fumus.
Cibaria,cibariorum,plur.num.n.g. Subftantiuum, pro alimentis. Cic. ad Attic.lib.6,Vnde,inquit,me iubes petere cibaria.
Cibaria menftrua.Cic.5.Verr.
Inopia cibariorum.Cæfar 6.bel.Gal.
Boum cibaria.Cato 6. de Re ruft.cap.60, Bubus cibaria,annua in iuga fingula lupini modios,&c.
Congefta.Horat.1.Serm.fat.1.
¶Dare cibaria alicui.Cic.ad Attic.lib.6,Profectò refpondi,&c.me non inftituiffe iis dare cibaria,quorum opera non effem vfus.
Facta funt vberiora cibaria caritate.Cic.5.Verr.
Militum cibaria detrahere.Quintil.lib.5.cap.13.
Publicè locare. Cic.pro Rofc.Amer. Anferibus cibaria publicè locantur,& canes aluntur in Capitolio,&c.
Præbere alicui.Cic.pro Rofc.Amer.
Quærere ex agris.Varro de Re ruft.lib.2.cap.9.
Reportare ex cibariis permagnam pecuniam.Cic 5.Verr.
Tractatus liberaliter ex cibariis alicuius. Cic.4. Ver.Quæftores liberaliter ex iftius cibariis tractati nõ minus acres cõtra me fuerunt.
Cibarium,cibarij.Seneca lib.3.de Benef.cap.21,Eft aliquid quod dominus præftare feruo debet,vt cibarium,veftiarium.
Cibarius {σιτώδης,σιτηρός,...} Adiectiuum, Quod pertinet ad cibum. Plaut.Capt.14,Mihi rem fummam credidit cibariam.
Cibarius homo. Varro ... ,Tuus autem ipfe frater cibarius fuit Ariftoxenus. Ex Nonio, in litera C. tanquam omne quod fordidum atque abiectum effet,rectè cibarium vocari poffit.
Lex cibaria.Macrob.3.Saturn.cap.17,Sylla mortuo Lepidus Conful legem tulit & ipfe cibariam. Cato enim fumptuarias leges, cibarias appellat.
Cibarium oleum,Id eft vile paruíque pretij. Colum.lib.12.cap.50.
Cibarius panis.Cic.5.Tufcul.
Cibarium faporem habere.Colum.lib.12.cap.11.
Cibariũ vinum. Varro Modio, In cubiculo dormire mallem, fcilicet potius vinum meum cibarium, quàm ego dominus cubarem. Ex Nonio,in litera C.
Vtilitas cibaria.Plin.lib.14.cap.2,Horconia in Cãpania,tãtum vtilitatis cibariæ,fed vbertate præcipua. Vetus exẽplar habet vilitatis.
Vua cibaria.Plin.lib.14.cap.3,Confemina nigra,vino minimè durante, vua maximè:poft x v dies, quàm vlla alia metitur, fertilis, fed cibaria.
¶Cibariũ,fiue fecundarium. Plin.lib.18.cap.9,vocat farinam poft pollinem vel florem excuffam,quam furfures fequuntur. Iuftum eft, inquit,è grano Campanæ quam vocãt caftratam,è modio redire fextarios quatuor filiginis, vel è gregali fiue caftratura fextarios quinque,præterea floris femodium,& cibarij,quod fecundarium vocant, fextarios quatuor,furfuris fextarios totidem. Et paulo pòft,Si verò pollinem facere libeat,x v i pondo panis redeunt,& cibarij tria, furfurum femodium. Budæus.
Cibatus,huius cibatus,pen.prod. {τροφή} Idem ferè quod cibus. Varro 2. de Re ruftica, cap. 9, Cibatus canis propior hominis quàm ouis. pafcitur enim è culina & offibus,non herbis,aut frondibus. Lucretius lib.1, -nifi à terris paulatim cuique cibatum Terra det.
Cibatus & commeatus.Plaut.Milit.5, -tibi muniri viam Qua cibatus,commeatúfque ad te,&c.
Cibatus gratiffimus.Plin.lib.8.cap.10.
Cibatu longiore fuftentare fues.Varr.2.de Re ruft.cap.4.

Ad vsus cibatus expedire & promere far. Varro de Re rust.lib.1. cap.63, Far quod in spicis condideris per messem, & ad vsus cibatus expedire velis, promendum hyeme, &c.

Obiicere cibatui triticum. Varr.3 de Re rust.cap 8, de turturibus.

CIBYRA, æ {Κίβυρα Ptolemæo} Oppidum Asiæ propriè dictæ, non procul à Mæandro fluuio. Cic.6. Verr. Hosce, opinor, Cibyræ, quum in suspicionem venissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulo pòst, Cibyram cum inanibus syngraphis venerat.

Cibyrates, vel Cibyrata, nomē gentile. Cic. ibidem, Eò quū venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibyratæ inambulabant.

Cibyraticus, a, um, Possessiuum. Cic. 6. Verr. Immittebantur ilico Cibyratici illi canes, qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia. De his populis vide Strab.lib.13.

Cicada, cicadæ, pen prod. {τέττιξ} Plin.lib.11.cap.26, Cicadarum duo genera: minores quæ primæ proueniunt, & nouissimæ pereunt. Sunt autem multæ. Sequens est volatu rara. Quæ canūt vocantur achetæ: & quæ minores ex eis sunt, tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in vtroque genere: fœminæ silent. Gentes vescuntur iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. Vide plura ibidem: & capite sequenti.

Arguta cicada. Virg. in Culice,
Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.
Cicada auenaria. In AVENA.
Querulæ. Virg.3. Georgicorum,
Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.
Raucæ. Virgil.2.eclog.
Fritinire dicuntur cicadæ cantantes, authore illo cuius de Philomela carmen extat,
Et cuculi cuculant, frinit rauca cicada.
Rore pascuntur. Virg.eclog.5.
Tunicas ponunt. Lucret.lib.4.
Cicadæ prius æstate taceant. De re quæ fieri non solet. Ouid.1. de Arte,
Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ.

Cicadas Philostratus in Apollonij Tyanei vita, & Plato in Phædro, à Musis cantum habuisse scribunt, dicente sic Socrate, Fertur autem olim cicadas homines fuisse ante Musas: natis deinde Musis, cantúque monstrato, illorum nonnullos voluptate cātus vsque adeò delinitos fuisse, vt canentes cibum potúmque negligerent, imprudentérque perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus sit natum, cui Musæ hoc munus dederunt, vt alimonia nō indigeat, sed absque cibo potúque quandiu vixerit cātet: postea verò ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hic colat renuntiaturum. Ergo Terpsichore renuntiantes, qui præcipuè illam in choreis cœtibusque celebrarint, eam ipsis propitiam reddunt, atque itidem aliis pro sua cuique venerationis specie. Meminit Cælius lib.17.cap.6.

Cicatrix, pen.prod. cicatricis, pen. etiam prod. fœm gener. {οὐλή, ὠτειλή, μώλωψ} dicta quasi circa cutem fit: Estque signum quod ex vulnere siue vlcere remanet. Terent. Eun.3.2,

Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas Ostentat. Cic.7. Philip. Luculentam ipse plagam accepit vt docet cicatrix.

Vestigia pugnæ cicatrices. Ouid.3. Amorum, eleg.7,
Crene cicatrices, veteris vestigia pugnæ.
Aduersas cicatrices ostendere. Cic.2.de Orat.
Cicatrix corporea. In CORPVS.
Fœda. Horat.1.Serm sat.5,
-at illi fœda cicatrix
Setosam læui frontem turpauerat oris.
Non vna cicatrix, Id est multiplex. Iuuenal.sat.3,
Atque recens linum ostendit non vna cicatrix.
Malè sana, Id est nondum curata probè. Ouid.2.de Remed.
Marcidæ. Plin.lib.23.in Proœmio.
Numerosa. Claud.de bell.Get.
Rufula & subluridа. Plaut.in Amphit.Act.4.scen.vlt.
¶ Coit cicatrix. In COEO.
Cicatrices contrahere. In CONTRAHO.
Ducitur cicatrix. Ouid.1.de Ponto, eleg.43.
Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.

Exceptæ aduerso corpore. Cic.7.Verr. Ipse arripuit M. Aquilium, constituitque in conspectu omnium, tunicámque eius à pectore abscidit: vt cicatrices Populus Rom. iudicésque aspicerent aduerso corpore exceptas.

Fallit cicatrix, Non apparet. Plin.lib.26.cap.11.
Indere cicatrices in scapulas alicuius. Vide INDO.
Mederi cicatricibus. Cic.3. Tuscul. Nec si aliquot annis pòst, idem ille liber captiuus missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus.
Obducta. Cic.3.de leg. Agrar.
In vulnus redit. Ouid.2.de Remed.
Recipere. Celsus lib.4.cap.9.
Refricare. Cic.3.de leg. Agrar. Ne refricare obductā iam Reipub. cicatricem viderer.
Suscipere. Quintil.lib.2.cap.15.
Susceptæ bello. Quintil.lib.6.cap.1, Periclitantem verò commendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita maiorum.
Tendere ad. Cels.lib.7.cap.27, Ergo quum iam ad cicatricem vulnus tendit, extentis iacere feminibus & cruribus oportet.
¶ Cicatrix in arbores quoque cadit. Virg.2. Georgicorum,
-admorso signata in stirpe cicatrix.
Pati. Quintil.lib.2.cap.4.

Cicatricula { οὐλίδιον } Diminut. vt, Valens cicatricula. Cels.lib.2.cap.10, Ideóque protinus brachium deligandum, habendúmque ita est, donec valens cicatricula fit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cicatrico, cicatricas, pen.prod. { οὐλόω } cicatricare, Cicatricem inducere. Festus.

Cicatricosus, pen.prod. {οὐλώδης} adiectiuum, Plenus cicatricibus. Plaut. Amphit.4.

Facies cicatricosa. Quintil.lib.4.cap.1, Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius: quum vitiosum proœmium possit videri, vt cicatricosa facies.

Cicatricosa vitis. Colum. de Arboribus, cap.11. lib.4.cap.27.

Ciccum {κίκκον} Dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est vt in malo punico discrimen. Festus.

Cicer, ciceris, pen.corr. neut.g. {ἐρέβινθος} Leguminis genus. Plin.lib. 18.cap.12, de leguminibus, Ciceris natura est gigni cū salsilagine, ideo solum vrit. Nec nisi madefactum pridie, seri debet. Vide ibidem ciceris plura genera.

Cicer madidum. Martial.lib.1.
Tepidum. Martial.lib.1.
Arietinum. Vide ARIES.
Sepositum. Horat.2.Serm.sat.6, -neque ille
Sepositi ciceris, nec longæ inuidit auenæ.
Catinus ciceris. Horat.1.Serm.sat.6, -inde domum me
Ad porri, & ciceris refero, laganíque catinum.
Grana. Quintil.lib.2.cap.20.

Cicera, pen.corr. {λάθυρος} Genus pabuli apud Colum.lib.2.cap.7, quam & cicerculam appellat ibidem, cap.13.

Cicercula, pen.corr. Diminutiuum {λαθυρίς} quasi minutum cicer. Plin. lib.18.cap.12, Est & cicercula minuti ciceris, inæqualis angulosi, veluti pisum. Columella lib.2.cap.10, Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario aut Februario seri debet, læto loco, cælo humido.

Cicerculum, neutro genere, Genus sinopidis. Plin.lib.35.cap 6, Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras 13. denarij. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius quæ ex Africa venit, octoni asses, cicerculum appellant.

CICERO, penult.corr. { Κικέρων } Cuius vitam Tiro Tullius eius libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano: præceptores se habuisse fatetur, in philosophia quidem Philonem Academicum tunc Romæ commorantē, in iure ciuili Scæuolam, in dialectica Diodorum Stoicum, in dicēdo Apollonium Molonem. S. Roscium Amerinum parricidij reum, natus annos 23, vt tradit Nepos, vt alij 27, defendit. Metuens deinde Syllam quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiámque simulata valetudinis causa adiit, vbi se, vt ipse ait, recoquēdum præceptoribus dicendi dedit, Xenocleémque Adramytinum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem, Rhodium Apollonium Molonem magistrum dicendi habuit: feruntque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuisse, ac protinus exclamasse, quòd solam Græcis dicendi relictam gloriam, videret ad Latinos per eum transferri. Postea quam multis muneribus in Repub. functus esset, Consul coniurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam dissuasit, Murenam defendit. Cuius vitam omnem, & vitæ studia vide apud Plutarchum. Eius laudes vide apud Plinium lib.7.cap. 30. Cicero eius filius in eos qui à parentibus degenerauerunt ponitur Valerio. Binos eum congios haurire solitum scribit lib.14.cap. 22, Plin. per temulentiámq; M. Agrippæ scyphum impegisse. Quintus Cicero, frater Ciceronis, legatus Cæsaris in Gallia primùm, deinde ad regendam Asiam Proconsul missus, admonetur à fratre per epistolam totius officij. Duxit vxorem Pomponij Attici sororem. Miserandus demum eius exitus: proscriptus enim vnà cū filio, quando & Cicero frater rogauit percussorem, se ante filium interfici: filius contrà, se ante patrem. Vterque igitur simul interfectus. Author Appianus.

Cicero primo tempore ætatis studuit iuri ciuili, vt recēset Atticus, quem ipse introduxit in Dialogo lib.1.de Legib.
Primus homo suorum & nouus Consul Cicero 2.de lege Agrar.
Cicero equestri loco natum se dicit, 1.de lege Agrar.
Cicerones à ciceribus optimè serendis nuncupatos putat Plinius lib.18.cap.3.
A Demosthene desciuit Cicero. Quint.lib.9.cap.vlt.in fine.
Cicero facundus. Mart lib.11.epigr.49,
Iugera facundi qui Ciceronis habet.

Ciceronianus, penult. prod. {Κικερώνειος} Quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: vt Ciceroniana simplicitas. Plin. in præfat. totius operis.

Ciceromastix, Largij Licinij cuiusdam liber infando titulo, vt inquit Gellius, inscriptus est, in quo contendit Ciceronē parum integrè atque impropriè, & inconsideratè loquutum. Vide Noct. Attic. libro 17. cap.1.

Cichelas Syracusani vocant turdos, quos Græcorum alij cichlas, vnde epicichlides carmen dictum, quod in Homerum refertur authorem à quibusdam, quoniam dum id pueris præcineret, turdis donabatur. Ex Cæl. Antiq.lect.lib.10.cap.2.

Cichorea, & Cichoreum, neut.gen. { κιχώριον } Herba satis nota. Horat.1.Carm.ode 31,
-me pascunt oliuæ
Me cichorea, leuésque maluæ. Quidam scribunt cicoria.

Cichoreum, alio nomine etiam intubus siue intybus dicitur. Plinius lib.20.cap.8, Intubi quoque non extra remedia sunt. Et paulo pòst, Erraticum apud nos quidam ambugiā appellauere. In Ægypto cichorium vocant, quòd syluestre sit. Virg.1. Georgicorum,
-& amaris intyba fibris. Id est cichorea, vt Seruius interpretatur.

Cici {κίκι, ἢ κρότων} Frutex est paruæ fici magnitudine, folia habens platano similia, maiora tamen nigrioráq;, & maiore læuore mollia, semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum ricino vermi simile est: ex quo colligitur id, quod Ricininum oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris vtile. Ab huius seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Ricinum appellāt, quemadmodum & Græci κρότωνα. Vide Dioscorid. lib. 4.cap.145. & Plin.lib.15. cap.7. Vulgus herbariorum hodie *Catapuciam maiorem* vocat.

Cicilendrum. Plaut. in Pseudolo, 13.

CICIMENI {[illegible]} Populi ex Iaxamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluuium accolentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Cicindela, pen. prod. {[illegible]} Genus muscarum, quod noctu lucet, videlicet à candela. Hæc Festus. Plin. lib. 18. cap. 26, de milij satione, Estque signum illius maturitatis, & horum sationis commune, lucentes vespere per arua cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus: Græci verò lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Cicinum oleum. Plinius libro 23. cap. 4. ex ricini herbæ baccis factum.

CICONES, pen. corr. {[illegible]} Populi Thraciæ ad Hebrum fluuium habitantes, de quibus Ouid. 15. Metamorphoseos,
Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus. Illius populi mulieres ab Orpheo spretas eum discerpsisse per Liberi sacra simulata Virgil. ostendit 4. Georgicorum,
-spretæ Ciconum quo munere matres
Inter sacra deûm nocturnáque orgia Bacchi
Discerptum latos iuuenem sparsere per agros.

Ciconia {[illegible]} Auis quæ serpentibus pullos nutrit. Vide Plin. lib. 10. cap. 23. Iuuenalis sat. 14,
-serpente ciconia pullos
Nutrit. & inuenta per deuia rura lacerta. Vbi Iuuenalis Romanos arguens, quorum liberi talés euadebant quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ eiúsque pullorum: Hi enim à teneris assuefacti colubris vescuntur.
Candida pennis ciconia. Ouid. 6. Metamorphoseos,
-sumptis quin candida pennis
Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
Ianum nulla ciconia pinsit à tergo. Id est nemo digitis dextræ manus in vnum collectis ad instar rostri ciconiarum, ridet. Persius satyra 1,
O Iane à tergo quem nulla ciconia pinsit.
¶ Ciconia, Genus mensuræ apud Colum. lib. 3. cap. 13, Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri regulam fabricauerunt: in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, cóntingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ ciconiam vocant rustici.

Cicorium, Herba. Vide CICHOREA.

Cicuma, æ, Auis est nocturna, teste Festo. Cęl. lib. 17. cap. 11. nycticoracem interpretatur.

Cicur, cicuris, pen. prod. om. gen. {[illegible]} Quod à fero discretum est, vt ait Varro de Lingua Latina, Propriè dicitur animal ferum, sed mansuefactum. Cicero 5. Tusculan. Earum ipsarum partim solíuagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terráque tectas. Idem 2. de Nat. deor. Quæ verò & quàm varia genera bestiarum, vel cicurum vel ferarum?
Cicur ingenium, Mansuetum. Varro de Ling. Lat. lib. 6.
Cicur sus, ex apro & scropha domestica. Festus.

Cicuro, cicuras, pen. prod. {[illegible]} cicurare, Mansuefacere, vt ait Varro de Ling. Lat.

Cicurinus, Cognomen Veturiæ gentis, à morum simplicitate dictus. Varro de Ling. Lat.

Cicuta, huius cicutæ, pen. prod. {[illegible]} Herba venenosa, caule viridi & geniculato. Plin. lib. 25. cap. 13. Cicuta quoque venenum est, publica Atheniensium pœna inuisa, ad multa tamen vsus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem & viridis estur à plerisque & in patinis. Leuis hic & geniculatus, vt calami nigricans, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibus ramosus: folia coriandri tenuiora, graui odoratu: semen aniso crassius: radix concaua, nullius vsus.
Gelida cicuta, Venenum ex cicuta factum. Iuuen. sat. 7,
-hunc inopem vidistis Athenæ,
Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas. Huiusmodi autem venenum gelidum appellatur, quòd qui eo necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis.
Mala Id est noxia. Horat. 2. Sermon. sat. 1.
Tritis cicutis mista aconita. Ouid. 3. de Arte,
Et dare mista viro tritis aconita cicutis.
Viridis. Ouid. 4. Metamorph.
Accepta inter vincla. Iuuen. sat. 13. De Socrate qui hausto cicutæ poculo interiit.
Cicutam Horatius pro helleboro posuit, vt interpretes exponunt, lib. 2. epist. 2.
¶ Cicuta, etiam dicitur illud spatium quod inter cannarum nodos est. Virgil. 2. ecloga, Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula. Seruius.
¶ Cicuta, pro Fistula. vt Arguta cicuta. Calphurnius, eclog. 7,
Iussit & arguta iuuenes certare cicuta, Id est fistula.
Caua. Lucret. lib. 5,
Agrestes docuere cauas inflare cicutas. Id est tibias quæ sunt ex canna cicutæ.
Fragilis. Virg. eclog. 5.
Leues. Calphurnius, ecloga 4,
-leuibus quem sæpe cicutis
Ludere conantem vetuisti fronte paterna.
Pastorales. Martian. Capell.
Pastoralibus ardens
Palmam dedit cicutis.

CICVTA {[illegible]} Nomen proprium fœneratoris cuiusdam maximè auari. Horat. 2. Serm. satyr. 3,
-adde Cicutæ
Nodosi tabulas centum, mille adde catenas, &c.

C I D

Cidaris, huius cidaris, vel etiam citaris ex Polluce, fœm. ge. pen. corr. Tegumétum capitis regum insigne, quod quidam regum Persarum,

alij regum Armeniæ esse dicunt. Hæc Bayfius. Budæus, Cidaris non multum differt à Tiara. Curtius lib. 3, Cidarim, inquit, regium capitis vocant insigne. Plutarchus in Antonio. quidam scribunt cum y.

Cidarum, Genus quoddam nauis, antiquis, teste Gellio libro 10. capite 25.

C I E

Cieo, cies, ciui, citum {[illegible]} ciere, pen. prod. testibus Diomede & Phoca: item cio, cis, ciui, citum, cire, idem sunt. Sed in hoc differũt tantùm, quòd Citum à Cieo priorem corripit. hinc frequentatiua excito, concito, recito. Citum à cio, producit. vnde accitus, & excitus, penult. prod. Composita vtriusque semper sunt quartæ, vt accio, concio, excio. Diomedes per secundam accieo etiam dicendum credit. Est autem prouocare, & quasi cis, hoc est citrà mouere. Seru. Ciere propriè est alteri aut dolorem aut lacrymas commouere: interdũ tamen significat dare.
Æquora ciet Nereus imo fundo. Virgil. 2. Æneid.
Aura ciet horrorem membris. Lucret. lib. 3.
Fontes & stagna ciere dicuntur ranæ. Cic. 1. de Diuin. de ranis sic ait, Absurdóque sono fontes & stagna cietis.
Ciere ad coitum fœminas. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ad arma. Silius lib. 7.
Acies. Virgil. 6. Æneid.
Bellum. Virgil. 1. Æneidos,
Bella cient, primáque vetant consistere terra.
Belli simulacra ciere, Bellum fingere, speciem belli præbere. Virg. 5. Æneid.
Cruciatus. Cic. 2. de Finibus,
Cui viperino morsu venæ viscerum
Veneno imbutæ tetros cruciatus cient.
Fletus. Virg. 3. Æneid.
Gemitus. Virgil. 3. Georgicorum,
Extremósque ciet gemitus. Id est vltimum gemuit, inquit Seruius. De tauro moribundo loquitur.
Lacrymas ciere. Virg. 3. Æneidos,
-lacrymásque ciebant.
Motus ciere. Cic. 1. Tuscul. Sic ex corporis totius natura, & figura varios motus cieri tanquam in cantu sonos.
Ciere aliquid motibus & mutationibus. Cic. 3. de Nat. deor. Naturæ ista sunt omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus suis.
Mugitus ciere. Virgil. 12. Æneidos,
Mugitus veluti quum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat.
Vnda murmur ciet. Virgil. 1. Georgicorum,
-illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet.
Prælium ciere. Liuius 2. ab Vrbe, Latinus dux nihil deterritus vulnere, prælium ciet.
Pugnam ciere. Liu. 1. ab Vrbe, Principes vtrinque pugnam ciebãt.
Stragem ciere. Virg. 6. Æneid.
Terrores ciere. Senec. OEdip. 4.
Tonitru cælum ciere dicitur Iuno. Nam est aeris Dea, quæ ad Venerem sic loquitur apud Virg. 4. Æneidos,
Desuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.
Turbas ciere. Plaut. in Amphitruone,
Turbas vxori ciet Amphitruo.
Viros ciere. Virgil. 6. Æneidos,
Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.
Vulgus æquoreum ciere. Senec. Hippol. 8.
¶ Ciere aliquem, pro commouere, & irritare. Plaut. Bacch. 8,
Quid negotij hoc est, Pistoclerum Lydus quòd herum tam ciet?
Ciere aluum, Commouere & prouocare. Columel. lib. 6. cap. 5, Nullo autem tempore, & minimè æstate vtile est boues in cursum concitari. nam ea res aut cit aluum, aut mouet febrem.
Vrinam ciere. Plin. lib. 20. cap. 5, Ex aceto lacerpitiato sumptũ, aut ex pipere & mulso, vel ex garo vrinam ciet.
Menses ciere, hoc est menstrua mouere, ac excitare. Plin. lib. 21. cap. 20, Menses quoque ciet. bibitur cum vino. De nardo loquitur.
Frigus ciere. Lucret. lib. 5,
At nouitas mundi nec frigora dura ciebat,
Nec nimios æstus, nec magnis viribus auras.
Singultus ore ciere. Catul. epigram. 59.
¶ Cietur, pen. prod. Cic. 1. Tuscul. Quod autem est animantium, id motu cietur interiore & suo.
Cietur & agitur. Cic. 2. de Nat. deor. Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo.
Modo eodem cieri. Cic. de Vniuersit. Eóque motu, cuius orbis semper in eodem erat, eodémque modo ciebatur, vndique est eos complexus.
¶ Ciere, pro remouere & repellere. Valer. Flacc. lib. 7,
Quassat, & errantem dextra ciet obuius ignem.
¶ Ciere, Nominare. Festus.
Numina ciere, Inuocare. Valer. Flacc. lib. 4,
-hic demum vittas, laurúmque capessit,
Numina nota ciens.
Verba ciere, Proferre. Valer. Flacc. lib. 3. Argonauticõn,
Ille manu contrà telum tenet, vltima frustra
Verba ciens.
¶ Ciere, Vocare. Valer. lib. 1. Argonauticõn,
-iam te in lucos pia turba silentum,
Secretísque ciet volitans pater Æolus aruis.
Nomen alicuius ciere, Id est vocare aliquem. Ouid. 4. Fastorum,
Clamat, & alternis nomen vtrunque ciet.
Ciere nomina singulorum. Tacit. lib. 1, Illi obnixi trahentibus, prensare circunstantium genua, ciere modo nomina singulorum. Hoc est singulos nomine proprio vocare.

Nocturnos manes carminibus ciere. Virg.4.Æneid.
Vox remos ciet.Stat.lib.6.Thebaidos,
-iam vox ciet altera remos.
Magna supremum voce ciere, Solenni more extremum vale dicere,vt Seruius exponit in illud Virgil.3.Æneidos,
-animámque sepulcro
Condimus,& magna supremum voce ciemus.
¶Agmen ciere ab aliqua natione.Virgil.10.Æneid.
Auxilia.Valer.Flacc.lib.3,
-heu fera cientem Auxilia.
Ciens {κινῶν} Participium. Liu.5.ab Vrbe, Terrarúmque vltimis oris bellum ciente.
Citus,Particip. {κινουμένος} Prouocatus,incitatus,commotu
Citus {ταχύς, ὠκύς} Adiectiuum, Celer.Cic.1.de Diuinat. Iam mari magno classis cita texitur. Virgil.4.Æneidos,
Soluite vela citi.
Cita aluus Cornelio Celso lib.2.cap.3, Est liquida aluus: cui contraria est Coacta aluus apud eundem eodem loco.
Axis citus.Ouid.2.Metam.
Bigæ citæ,Celeriter motæ.Catul.epigr.51.
Canes.Ouid.epist.5.
Classis.Horat.1.Carm.ode 37.
Currus.Seneca Hippol.10.
Cursibus.Seneca Hippol.4.
Incessus citus & tardus,contraria.Sallust.in Catilina.
Mercurius citus dicitur,quòd quum alia signa tardè ad ortus suos recurrant,Mercurius decimo octauo die in ortu suo inuenitur. Seruius in illud Virgil.1.Æneidos,
-volat ille per aera magnum
Remigio alarum,ac Libyæ citus astitit oris.
Mors.Horat.1.Serm.sat.1.
Mundus citus,Citò motus,volutus,acceleratus.Senec.Hippol.9.
Nauis.Ouid.15.Metam.
Passu cito aliquem petere.Ouid.2.Fastorum,
Inde cito passu petitur Lucretia.
Pede cito labitur ætas.Ouid.3.de Arte.
Quadrigæ. Plautus,
Citis quadrigis citius properet persequi. Citas hic quadrigas appellat,vt quæ cursitabant in spatio circi maxima concitatione curriculi, quò & Virgilius respiciens dixit,8.Æneidos,
At procul inde citæ Metiũ in diuersa quadrigæ, Distulerãt. Grammatici tamen tritas significationes plerunque prætereũtes, & remotas quærentes,citas,separatas,& diuisas interpretantur. Turnebus.
Ratis.Ouid.epist.5.
Tramite cito decurrere.Virgil.5.Æneidos,
Nulli visa cito decurrit tramite virgo.
Venator.Horat.1.Carm.ode 37.
Vox acuta,grauis,cita,tarda,magna,parua.Cic.1.de Orat.
Citus ad scribendum.Plaut.Bacchid.15.
¶Citior,citissimus. Plautus,
Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor.
Afranius,Citior abiit ancilla,citissima omnium rediit.
Citior aqua,pro rapidiore apud Iurisconsultos, in l.1.§.1. D.de aqua pluu.arc.
Dies citior brumali tempore.Ouid.2.de Ponto.
Citissimum factum.Quintil.lib.6.cap.4.
Citò {ταχέως} aduerbium. Terent.And.1.5,
Abi citò. Idem Eunuch.3.3,
Citò hunc deduce ad militem.
Citò & cursim aliquid agere.Plaut.Pœnul.7.
Tam citò? Terentius And.5.4,
-CH.eius nomen? CR.nomen tam citò tibi?
Nimis citò. Vide NIMIS.
Citò, vt τάχα, quod citò est Græcis, plerunque fortasse valet. Ita Ciceronem citò vsurpasse video in Bruto, vbi ait, Sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim. Iterum,Quem tu non tam citò Rhetorem dixisses, quàm vt Græci dicunt πολιτικόν. Hæc Turnebus. Budæus,Citò, facilè exponit.
¶Citius.Terent.Hecyr.3.3.
Noto volucrique sagitta citius.Virgil.5.Æneid.
Citius suprema die,Id est ante diẽ supremã. Horat.1. Carm.ode 13.
Citius dicto. Virgilius,
-& dicto citius tumida æquora placat.
Citissimè ascias retundit.Plin.lib.16.cap.40.
Cito,citas {καλέω} citare, Propriè est vocare. Plin.Iun. epist.190, Hæc illi quo quisque ordine citabantur.
Citare per præconem in curiam ad regem.Liu.1.ab Vrbe.
Citare Senatum in forum.Liu.7.bel.Pun.
Citare aliquos per nomina.Columel.lib.11.cap.1,Itaque mancipia vincta, quæ sunt ergastuli,per nomina quotidie citare debebit: atque explorare vt sint compedibus diligenter innexa.
Citare iudices. Cicero 3.Verr. Quo quidem die primùm Iudices, citati in hunc reum consedistis. Nam vt testis est Asconius, & iudices,& reus,& testes per præconem Prætorium citari solebant, Id est ad Prætoris tribunal,siue ad iudicium vocari. Budæus.
Citare re aliqua.Plaut.Curcul.4.
Vbi tu es qui me libello Venerio citasti? ecce me sisto,ades contrà.
Citare aliquem testem in aliquam rem, Id est in testimonium adducere & aduocare {ἐπικαλεῖν,μαρτύρεσθαι} Vide Testem citare.
Citare testem in aliqua re.Cic.pro Quintio,In hac re te, te inquã testem Neui citabo.
Citare reum.Cic.4.Verr.Cita reum, non respondet: citat accusatorem,&c.citatus accusator M. Passilius,nescio quo casu non respondit,non affuit.
Ad suum munus citarier.Catul.epigr.56.
Citare de tribunali.Cic.7.Verr.Quem is,vti Panormum venit, ad se vocari, & de tribunali citari iussit, concursu magno, frequentiáque conuentus.
Citare authores.Liu.4.ab Vrbe.
Citare minuritionem, Id est tenui & deducta voce canere. Cic.de Oratore,Qui & annos complures sedentes declamitant,& quotidie antequam pronuntient, vocem sensim cubantes excitant, eandémque quũ egerunt, sedentes ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipiunt, & quasi quodammodo colligunt. Hoc nos si facere velimus,antè cõdemnentur ij,quorum causas receperimus, quàm toties, quoties præscribitur, pæanem aut minuritionem citarimus. Vide MINVRITIO.
Citare pæanem, Id est vehementiori voce canere. videtur enim pæan contentionis vocis esse,minuritio remissionis. Vide Citare minuritionem.
¶Citare,pro Recitare,aut nominare. Cic.2.de Finibus,
Omnes Danai aut Mycenenses,Attica pubes,
reliquíque Græci qui hoc anapæsto citantur,&c.
Ore alicuius citari,Id est nominari.Ouid.epist.7.
¶Citare,Incitare,prouocare {παρορμᾶν} vt,Citare equum. Cæsar 3.bel.Ciuil.Protinúsque equo citato, Larissam contendit.Liu.1.ab Vrbe, Age sanè omnes citatis equis aduolant Romam.
Citare humorem illuc. Celsus lib.4.cap.6. Id est efficere vt illuc humor confluat.
Citare pus.Celsus lib.5.cap.27.
Citare vrinam, cui Tardare opponitur. Cels.lib.2.cap.19.
Citare aliquem ad aliquid faciendum.Plin.lib.11.cap.37.
Gradum citare,Id est velocius ingredi.Claud.4.Paneg.
Ad fræna citauit olores.Stat.1.Sylu.2.de Venere,Id est properè illis fræna induit.
Citare palmitem aut radiculas dicuntur arbores. Columel.lib.4. cap.24, Propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillis ac minus fructuosus erit.
¶Citare,pro enarrare aliquid.Horat.1.Serm.sat.3,
-si collibuisset, ab ouo
Vsque ad mala citaret.
¶Citare,pro laudare,teste Nonio.Cic.1.Offic. Citetúrque Salamis clarissimæ testis victoriæ, quæ anteponatur consilio Solonis.
Citatus,penult.product. {ἐγκληθείς} Participium.vt,Citato vadere equo. Liuius 10.bel.Punic. Et lib.8,Citato gradu in hostem ducebant.
Citatus {ὁρμώμενος} Nomen ex participio, pro Celeri. Liu.7.bel.Punic. Nero ea nocte quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine,die sexto ad statiua sua atque ad hostem peruenit.
Citatus arteriarum pulsus,aut tardus. Plinius libro 11.cap.37. Vide PVLSVS.
Rhenus citatus fertur.Cæsar 4.bel.Gal.
Currus citatus,Celeriter tractus.Silius lib.8.
Cursus.Senec.Herc.fur.3.
Flumen.Senec.Hercul.fur.4.
Gradu citato.Seneca Hippol.9.
Turba mundi citati,Qui incolunt cælum mobile.Seneca Hercul. OEtheo,15.
Nautæ citati.Propert.lib.1.eleg.8,
Nec me deficiet nautas rogitare citatos.
Passibus citatis.Seneca Hippol.10.
Pede citato tangere aliquam regionem, Id est cursu assequi.Catul. epigram.58.
Rates citatæ,Naues citæ & agitatæ. Seneca Hippol.10.
Tripudiis citatis celerare vbi tibicen canit.Catul.epigr.58.
Turmas citatas agere.Seneca Troad.8,
Puer citatas nobilis turmas ages. Id est ad cursum equorum incitatas.
Vultus citatus ira,Commotus ira.Seneca Medea,11.
Lapsis citatior astris.Stat.1.Thebaid.
Euro citatior.Silius lib.4.
Penna citatior.Silius lib.10.
Agmen citatissimum.Liu.lib.7.bell.Punic.
Citatim,pen.prod.{ὁρμητικῶς} Aduerb. Id est celeriter. Hirtius de bello Africano,Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

C I L

CILBIANVS cãpus {κιλβιανὸν πεδίον} continuus Caystriano campo, qui inter mediterraneam cadit, & Tmolum, multus est & bene habitatus,regionem optimam habet,vt tradit Strabo lib.13.
Cilega,Passerculus pullatus vulgò dicitur, quasi spicilega, siue frugilega: quod genus spermologon nuncupant Græci. Author Cæl.lect. Antiq.lib.14.cap.6.
CILICES,piratæ fuerunt,quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit,& eorum postea fideli opera vsus est in bellis suis naualibus aduersus Cæsarem.Lucan.lib.3,
Idque Cilix iuxta iam non pirata carina.
CILICIA {κιλικία} Regio est,vt Plin.lib.5.testatur, in minori Asia, Syriæ proxima, plurima iacens campo, Tauro monti subiecta, quæ à Cilice nomen sortita est, quem pristina ætas penè vltra æuum memoriæ abscondit Phœnice ortum, qui apud Gentiles antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. Hæc regio ab Oriente Amano clauditur,à Septẽtrione Tauri iugis,ab Occidẽte Pamphilia. Huius metropolis est Tarsos, quam interfecat Cydnus amnis. A Cilicia, Ciliciæ portæ. Pomponius lib. 1. scribit Ciliciam, locum esse magni aliquando discriminis fusorum ab Alexandro Persarum, fugientísque Darij spectatorem ac testem. Strabo lib. 14,Ciliciam diuidit in Campestrem & Tracheam, Id est asperam. Vnde quod apud Suetonium in Vespasiano scribitur, Item Thraciam, Ciliciam & Commagenam ditionis regiæ vsque ad id tempus in prouinciarum formam redegit: quum tanto antè in populi Romani ditionem redacta fuisset Thracia, existimat legendum Turnebus Tracheã Ciliciam: quæ sententia vera est. Fuit olim opulentissima Pop. Rom. prouin-

cia,& Cicerone Proconsule memorabilis.

Cilicia,hodie vocatur *Caramania*, à Caramano Turcarum duce bellicoso,qui eam sibi subegit.

Cilix,huius Cilicis, pen. corr. {κίλιξ} Adiectiuum, dicitur homo qui è Cilicia est ortus.

Crocus Cilix.Lucret.lib.2,
Et quum scena croco Cilici perfusa recens est.
Flores Cilicum.Stat.2.Sylu.1.
Messes Cilicum. Stat.3.Sylu.3. Intelligit Spicas nardi, amomum, thus & hoc genus alia.
Vagi Cilices.Lucanus lib 1.
Cilicas,Accusatiuus pluralis. Lucret.lib.1,
Post Cilicasne vagos,&c.

Ciliciensis {κιλικιανός} Cic.ad Quintum fratrem,lib.1.2, Nam si te interioribus vicinis tuis Ciliciensi, & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

Cilissa {κίλισσα} Adiect.vt,Terra Cilissa,Cilicia. Ouid.in Ibin
Quótve ferat dicam terra Cilissa crocos.
Spica Cilissa.In SPICA.

Cilicium,cilicij {κιλίκιον} Vestis, quæ ex hircorum, seu capellarum pilis fit,vel etiam pro textura ipsa accipitur:sic dicta, quòd vsus eius in Cilicia ortus sit. Varro 2.de Re rustica, cap.11, Tondentur, quòd magnis villis sunt in magna parte Phrygiæ, vnde cilicia, & cætera eius generis ferri solent. Sed quòd primùm ea tonsura in Cilicia sit instituta,nomen id Cilicas adiecisse dicunt.Cic.3.Verr. Quum iste ciuitatibus frumentum,coria, cilicia,saccos imperaret.

Cilicia, inquit Asconius, texta de pilis, in castrorum vsum atque nautarum. Hinc vela cilicia dicuntur Vlpiano,quæ ideo parantur,ne ædificia vento vel pluuia laborent.l.12 §.12.D.de instr vel instrum. & l.17.§.2.D.de action.empt. Seruius in illud.Georg.3,
Nec minus interea barbas,incanáque menta
Cinyphij tondent hirci,setásque comanteis
Vsum in castrorum, & miseris velamina nautis. In vsum,inquit, castrorum ideò dixit,& quia de ciliciis poliuntur loricæ, & teguntur tabulata turrium,ne iactis fascibus ignis possit adhærere.

Cilicinus, a, um {κιλίκινος} Adiect. vt,Vestis Cilicina,quæ ex cilicio est, vel illi similis. Sipont.

Cilicius,a,um,vt Cilicij termini,sic dicti à Cilicio Saturnino,centurione cohortis septimæ & vicesimæ, qui terminationem fecit. Manutius.

Cilindrum.Plaut.Pseud.13. Genus herbæ,vel leguminis. sunt qui legant cicilindrum.

Cilium {βλέφαρον} Est folliculus quo oculus tegitur: vnde supercilium, authore Festo. Plinius lib.11.cap.37, Extremum ambitum genæ superioris antiqui cilium vocauere: vnde & supercilia. Genam superiorem vocat Plinius, folliculum superiorem quo tegitur oculus.

CILIX,icis {κίλιξ} Nomen proprium Phœnicis filij, à quo dicta est Cilicia. Solin.cap.51. ¶Fuit alter Cilix, Agenoris filius.Herod.lib.7.

CILLA {κίλλα} Vrbs prope Thebas, vbi Cillei Apollinis templum est, vt habet Strabo lib.13. Ouid.13.Metamorphoseos,
-Crysenque & Cillan Apollinis vrbes.

Cillere {κινεῖν} Mouere: vnde Furcillæ dictæ, quibus frumenta cillentur. Seruius in secundum Georgicorum.

Cillibæ, mensæ rotundæ.Festus.

Cillibantes {κιλλίβαντες} Instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati,vt ex Aristophane annotauit Cæl.lib.8.cap.16.

Cillium, coloris erat species,quem postea onagrium vocarunt: nam cillon Dores asinum vocant,& asinarium cillantera. Author Cælius antiq.lect.lib 16.cap.10.

CILLVS, Pelopis fuit auriga,qui in itinere, antequam Pelops ad œnomaum venisset, obiit, cuius nomine Cilla oppidum, templúmque Cillei Apollinis à Pelope conditum est. Strabo lib.13.

Cilo,sine aspiratione {μέτωπίας} Cui frons est eminentior,ac dextra,sinistráque velut recisa videtur. Festus. Charisius lib.1, Cilones dicuntur,quorum capita oblonga & compressa sunt.

Cilones,impudici,parricidæ,sacrilegi.Cic.in Sallust. Cælius libro 21.cap.22,Cilones, inquit,apud Ciceronē in Sallustium, cinædi sunt, ac turpiter ceuentes: quia cillere motitare est. Quidam apud Cicer. scribunt Cyllonum. Vide suo loco.

C I M

Cima,Vide CYMA.

Cimacia,In CYMATIA.

Cimbaricon {κιμβαρικόν} Tunica perspicua,siue (vt Pollucis verbo vtar) διαφανής.Locus Pollucis est lib.7.cap.13, vbi eam dicit esse communem viris & fœminis.

CIMBRI {κίμβροι} Populi Germaniæ, de quibus videto Plin.lib.4.cap. 13.& 14. & Lucanum in primo.Quidam eos hodie Zelandos appellari putant. Festus asserit eos Lingua Gallica Latrones vocari.

Cimbricus {κιμβρικός} Adiectiuum.Claud.de bell.Getico,
Illic Oceani stagnis excita supremis Cimbrica tempestas.

Cimeliarcha {κειμηλιάρχης} Id est custos vasorum, & aliarum rerum ecclesiæ.l.Iubemus. C. de sacrosan. eccles. & c.ea quæ.extr. de offic. Archid.

Cimex,cimicis,pen.corr.masc.gen. {κόρις} Vulgò dictus vermiculus odore fœdus, è ligno nascens, chartísque & paleis.Martial.libro 11. epist.33,
Nec toga,nec focus est,nec tritus cimice lectus.

Cimex animal fœdissimum. Plin.lib.29 cap.4, Veluti cimicum animalis fœdissimi,& dictu quoque fastidiendi natura,contra serpentium morsus,& præcipuè aspidum valere dicitur.

CIMIATA {κιμίατα} Castellum est munitissimum in Cinistena regione, Olgasy monti subiectum, quo Mithridates, qui eius conditor dicitur,receptaculo vsus,Ponti imperium adeptus est:& qui ab eo profecti sunt vsque ad Eupatorem successionē seruauere.Ex Strabo.lib.12.

Cimiliarchium aurum Romæ dictum est, quod in sanctiori ærario ædis Saturni,& intentioris curæ ad vltimos casus, & in extrema fortuna Populi Romani seruabatur, quod à nonnullis vicesimarium,ab aliis incensimarium est appellatum, & ex quo Cæsar primo ingressu belli ciuilis tot millia pondo protulit, vt scribit Alex. Genial.libro 2. capite 2.

CIMINIA, sylua Plinio, in qua loca sunt,in quibus in terram depacta non extrahuntur.Vide ipsum lib.2.cap.96.

CIMMERII {κιμμέριοι} (inquit Festus Pompeius) dicuntur populi, qui occupatas frigoribus terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione in qua conuallis iugo satis eminenti circundata est, quæ neque matutino, neque vespertino sole contingitur. Constat igitur Cimmerios in Italia fuisse ad Baianum & Auernum sinum, qui in subterraneis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare soliti, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egressi, quum victum ex metallorum aliòqui effossione, diuinationum mercede, & prouentibus ab rege designatis quærerent, vt ex Ephoro scribit Strabo. Penes hos ingens quondam superstitio increbruit, loci natura erroribus suffragante. Ibi sacra nemora venerata, fluminibus etiam & fontibus suus honor fuit. Specus prætereà famosi, & ad inferos crediti aditus, quos intrare fas non erat, nisi diis Manibus prius, quò auspicatior descensus foret, sacrificio placatis. Vnde Homero suæ fabulæ œconomia, quam in Odysseæ lib.2.comminiscitur,desumpta est,& Virgilij lib.6 ¶Sunt & Cimmerij Bosphorani, quos Herodotus lib.4, interiora Asiæ aliquando tenuisse scribit. Verùm à Scythis pulsos magis occidua tandem petisse. Ab his Bosphorus Cimmerius dictus: & Cimmerij montes supra Albaniam, apud Ptolemæum tabula Asiæ secunda. Vide Plin.lib.6. cap.6. Cic.4.Acad. Et Cimmeriis quidem, quibus aspectum solis, siue deus aliquis, siue natura ademerat, siue eius loci, quem incolebant situs: ignes tamen aderant,quorum illis vti lumine licebat

Cimmeriæ tenebræ,prouerbium,pro multa obscuritate, & animi caligine. Festus.

Cimmerius {κιμμέριος} Adiectiuum.
Cimmerios Lacus, infernos & caliginosos vocat Tibullus libro 3 eleg.5,
Elysios olim liceat cognoscere campos,
Lethéamque ratem,Cimmeriósque lacus.
Paludes Cimmeriæ.Claud.1.in Eutrop.
Pontus Cimmerius.Claud.1.Paneg.

CIMMERIS,Troadis vrbs,Edonis prius vocata, vt tradit Pli.lib.5.cap. 30,Rursus in littore, inquit,Antandros, Edonis prius vocata,deinde Cimmeris & Assos,eadem Apollonia.

CIMOLIS, vrbs Paphlagoniæ, authoribus Pomponio libro 1. & Plinio libro 6.cap.2. Nunc Cinopolis vocatur, teste Oliuario in Melam. ¶Cimolis item vrbs Galatiæ,Ptolemæo. Vulgò *Quinolis*.

Cimolius {κιμώλιος} Adiectiuum,Quod ex Cimolo insula est,Vnde terra Cimolia,& creta Cimolia apud Medicos.

CIMOLVS,li {κίμωλος} Insula in mari Ægæo. Plin.lib.4.cap.12. Ouid. Metamorph.lib.7,
Hinc humilem Myconem cretosáque rura Cimoli.

CIMON {κίμων} Atheniensis, patre Miltiade, matre Egesiphile, liberalitate munificentiáque domi magis, quàm militiæ clarus, quapropter Lucullo ex nostris comparatur.Nam quum hostium spoliis militia partis locuples esset, ea ciuibus suis distribuit. Primùm amotis vndique agrorum suorum septis, egenis peregrinísque poma, frugésque sumendas impune dabat. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium, quo vndique confluentes pauperes reficiebantur. Ex Plutarcho.

¶Cimon Cleonæus,Pictor insignis fuit,qui catagrapha inuenit,vt suprà diximus: articulis etiam membra primus distinxit, venas protulit, primúsque in veste & rugas & sinus inuenit. Author Plin.lib. 35 cap.8.

C I N

Cinadios,vt ex Harpocratione refert Cælius, Siculis vulpes dicitur: quo etiam nomine nauis Menelai gubernatorem nuncupatum Pausanias scribit, cuius fuerit monumentum in promontorio, quod in Laconia vocant ὄνου γνάθον, Id est asini maxillam. Ex Cælio libro 19. capite 1.

Cinædi {κίναιδοι, ὀρχησταί} Dicti sunt apud veteres, saltatores, vel pantomimi: ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα, Id est, à mouendo & agitando corpore. κινέω,moueo,agito. Plaut. Aulul.Act.3 scen.2,
Ita fustibus sum mollior magis quàm vllus cinædus. Idem in Mil. Act.3.scen.1,
Tum ad saltádum,non cinædus magis vsquā saltat quàm ego. Hæc Nonius. Capitur etiam in malam partem pro puero meritorio.
Improbi cinædi.Catul.epigr.52.
Socratici.Iuuenal.satyr.2.
Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anseris medulla, vel imula mollicella.Catull.epigr.22.

Cinædior, Comparatiuum. Id est mollior & fœda libidine insignior. Catul.epigr.10.

Cinædicus, cinædica, cinædicum {κιναιδικός} Adiectiuum. Plautus in Sticho,
Lepidam & suauem cantationem aliquam occipito
Cinædicam,&c. Id est proteruiorem,libidinosiorémq;,pruritúmque excitantem.

CINAEDOPOLIS {κιναιδόπολις} Insula est in Ceramico sinu, paulum à continente distans: sic dicta, quòd probrosos ibi reliquerit Alexander Magnus. Ex Plin.lib.5.cap.31.

Cinædia, Lapillus qui inuenitur in cerebro piscis eiusdem nominis, candidus,& oblongus: qui præsagire dicitur habitum maris nubilo colore aut tranquillitate.Plin.lib.37.cap.10.

Cinædus, Auiculæ nomen. Galen.lib.4. de composit. pharmac. secūd.loc.cap.7,Fel auiculæ,quæ cinædus appellatur. ¶Cornarius existimat eam esse, quam nos Motacillam ab assidua caudæ agitatione Latinè

Latinè appellamus, quæ aliàs ἴυγξ Græcis est, & apud Aristotelem à Theodoro Gaza Turbo ac Torquilla vocatur. Nec aliam ab ea arbitratur Cinclum κίγκλον iisdem appellatam, à qua cinclismon vocem formauit Hippocrates in libro περὶ ἄρθρων, quam Galenus breuem & assiduum motum exponit, propterea quod Cinclus auicula assiduè moueat natium pennas. ¶Cinædus præterea genus est piscis, in cuius cerebro inuenitur lapillus, de quo paulo antè. Vide Plin. lib.37.cap.10.

Cinamomum. Vide CINNAMOMVM.

Cinara, cinaræ, pen.corr.fœm.gen. (κινάρα) Carduus est altilis nunc vulgò notus, inter mensarum delicias plurimū expetitus. *Articocium* vocant. Colum.lib.10,
Hispida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, &c.
Cinaræ radix ex aqua decocta, sitim potatoribus facere narratur. Proinde grata Baccho potanti, ingrata Phœbo canenti. Colum.lib.11.cap.3, Cinaræ sobolem melius per Autumni æquinoctium disponemus: semen commodius circa calend. Martij seremus, eiúsque plantam circa calendas Nouembris deprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enim genus stercoris huic oleri videtur aptissimum. Propter hæc Columellæ verba putauit Pomponius Fortunatus Cinaram à cinere nomen sortitam, quòd eo maximè gaudeat. Ruellius tamen lib.1.cap.20, huic sententiæ non accedit, hinc dictam tradens, quòd eius nominis puellam in hanc herbam fingant conuersam. Vide SCOLYMOS.

CINARAS, Vide CINYRAS.

Cinasonas, Acus, quibus mulieres caput exornant. Festus.

CINÆTHVS, Illustris fuit rhapsodus, Chius patria, qui & Siracusis omnium primus Homeri carmen cecinuit, illi quoque de suo insertis plerisque. Ex Cæl.lib.7.cap.19.

CINCIA (γαμήλιος) Iuno dicebatur, quòd nuptiis præesset. Inito enim coniugio soluebatur cingulum, quo noua nupta erat cincta. Festus. Alij Cinxia scribunt.

CINCIVS, prænomine Lucius, Prætor Siciliam per secundum bellum Punicū administrauit, vt scribit Liuius. ¶Cincius alter Senator Romanus scripsit de re militari. Idem in suasione Legis Fanniæ, obiecit seculo suo, quòd porcum Troianum mensis inferrent: quem illi sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus grauidum, vt ille Troianus equus grauidus armatis fuit. Author Macrob.

CINCIA lex, de donis & muneribus à M. Cincio lata, vt Cic.2.de Orat. scribit, suadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato testatur apud eundem Ciceronem in lib. sui nominis. Ea cauebatur, ne quis ob causam orandam donum munúsve acciperet. Vnde & Muneralis lex appellata est, authore Festo. Meminit eius Tacitus lib.14.& 15. & Arnob.lib.2.aduers.gent.

CINCIA, Locus Romæ vbi Cinciorum monumentum fuit. Festus.

Cincinnus, cincinni (κίκιννος) Cincinni, authore Festo, sunt crines intorti. Cicero in Pisonem, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Qui etiam calamistrati dicuntur. Varro lib.1. de Re rustica cap.31, Is est coliculus viteus intortus vt cincinnus.
Cincinni oratoris. Cic.3.de Orat. Atque eo citius in oratoris, aut in poetæ cincinnis à fuco offenditur.

Cincinnatus, pen.prod. Adiectiuum (κικιννωτός) Cui intorti sunt capilli. Cic. post Reditum in Senatu, Quo vultu cincinnatus ganeo non solùm ciuium lacrymas, verumetiam patriæ preces repudiauit? Quint. lib.1.cap.9, Pelia cincinnatus, hoc est cirratus, cincinnis & contortis capillis ornatus.

CINCINNATVS, pen.prod. (κικιννάτος) Viri propriū. Cic.li.2.de Fin. Itaque vt maiores nostri ab aratro abduxerūt Cincinnatum illū, vt Dictator esset, &c. Pli.lib.18.cap.3, Aranti quatuor sua iugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem (vt traditur) nudo, plenóque pulueris etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, vt proferam Senatus populique Romani mandata. Valerius Maximus lib.4.cap.4, Septem iugera agri possedit L.Quintius Cincinnatus. Ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obsignauerat, multæ nomine amisit. Pœnam quoque pro filio Cæsone, quòd ad causam dicendam non occurrisset, huius agelli reditus soluit. & tamen ei quatuor iugera aranti non solùm dignitas patrisfamiliæ cōstitit, sed etiam Dictatura delata est. Hanc historiam pulchrè narrat Liuius 1. Decad.lib.3.

Cinclus (κίγκλος Suidæ) Auis est exigua, perpetuò caudam mouens, vnde & Motallica à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse aiunt, vt nidum struere non possit, sed in alienis nidis oua pariat. Quæ res locum fecit prouerbio, vt omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Authores Suidas & Ælianus lib.15.cap.28.

Cincta dicebatur, vt Festus author est, Flaminica veste velata.

Cinctus, Cinctutus. In CINGO.

CINEAS. In CYNEAS.

Ciner, Cineraceus, Cinereus, Ciniflones. In CINIS.

CINESIAS, Thebanus Dithyramborum scriptor composuit Pyrrhichiam, vt est in prouerbio, πυῤῥίχην ἐμαθε Κινησίου, Id est Pyrrhichiā didicit Cinesiæ. vel quòd in choris multo motu vteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cinesias corpore pigro & fractiq crure, vulgóque malè audiebat impietatis, & improbitatis nomine, vt scribit Suidas.

CINGA (κίγγα) Fluuius in confinio Hispaniarum, ex Pyrenæis montibus in Iberum influens, vbi & nomen amittit. Lucan.lib.4,
-campósque coercet
Cinga rapax, vetitus fluctus & littora cursu, &c.

Cingo, cingis, cinxi, cinctum (ζωννύω, κυκλόω) cingere, Propriè circuire: dictum quasi circum agere. Sipontinus.
Cingere, Circundare: vt, Amne cingi. Virg.9.Æneid. Ouid.5.Fast. de Capella Olenia,
Sustulit hoc Nymphe, cinxítque decentibus herbis.
Ab armis cingi. Ouid.2.de Ponto, eleg.8,
Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis.
Auxilio. Claud. in Gigantomach.
Excubiis cingi. Claud.4.Paneg.
Milite. Claud.2.in Ruffinum,
Premor hinc odiis, hinc milite cingor.
Odiis. Claud. in præfat.2.lib.in Eutrop.
Cingeris hinc odiis, inde recessit amor.
Periculis. Cic. pro Lege Manilia, Testis est Sicilia, quam multis cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate cōsilij explicauit.
Telis. Virg.2.Æneid.
¶Acies cingere discordibus armis. Tibul.lib.2.eleg.3,
Præda feras acies cinxit discordibus armis.
Nymbi æthera. Virg.5.Æneid.
Ara coronis cingitur. Ouid.3.Trist.eleg.13.
Caput de flore cingere. Ouid.3.Fastorum,
-de tenero cingite flore caput.
Cingere castra vallo. Liu.7.ab Vrbe.
Comas diademate. Claud.4.Paneg.
Comam lauro. Horat.3.Carm.ode 30.
Vitta comas cingit. Ouid.4.Trist.eleg.4.
Corpore externo cingi. Cic.1.de Nat.deorum, Quid autem interius mente? cingatur igitur corpore externo. De mundo loquens. Budæus.
Tenebræ cingunt diem, quum dies est caliginosus. Seneca Hercule furente, 11,
-medium diem Cinxere tenebræ.
Annuli cingant lacertos. Martial.lib.11.epigr.101.ad Flaccum,
Cuius lacertos annuli mei cingant.
Muris cingere domos, Vrbem condere. Valer.lib.4.Argonaut.
Flumina ripis. Ouid.1.Metam.
Forum iure. Claud.3.Panegyrico,
Seu celebres ludos: solio seu fultus eburno
Cingas iure forum, &c.
Fossas munimine. Ouid.13.Metam.
Iudicium corona. Lucan.lib.1,
Iudicium insolita trepidū cinxere corona. Id est gladiis armati circumsteterunt iudicium.
Mare latus terræ cingit. Ouid.epist.10,
Omne latus terræ cinxit mare.
Turba latus tibi cingit. Ouid.4.de Ponto, eleg.9,
Dúmque latus sancti cinget tibi turba Senatus.
Pennæ cingunt vtrunque latus. Ouid.6.Metamorphoseos,
Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum
Cingere vtrunque latus, &c.
Cingere modum obsidij stationibus. Tacit.lib.13. Id est modo, seu per modum, vel in modum obsidij.
Flammis mœnia. Virg.10.Æneid.
Milites rara muros cinxere corona. Id est pauci erant ad mœnia. Virg.10.Æneid.
Aggere arenæ cingere nauē. Id est in vado impingere. Virg.1.Æn.
Illidítque vadis, atque aggere cingit arēnæ.
Fossæ cingebant oppida. Ouid.1.Metam.
Oppida muris cinguntur. Ouid.3.de Ponto, eleg.4.
Aues cœtu cingere polum dicuntur, quæ recto ordine & longo ambitu volant. Virg.1.Æneidos,
Vt reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum.
Stellæ cingunt polos. Ouid.6.Fastor.
Portas aggere. Stat.2.Thebaid.
Cingitur & concluditur vrbe portus. Cic.7.Verr.
Rura fluuio cinguntur. Senec.Hercul.OEth.
Saltus indagine. Virg.4.Æneid.
Saltus venatu. Claud.de bello Gildon.
Seges altis sepibus cingenda. Ouid.3.de Arte.
Sinus mucrone. Claud.2.in Eutrop.
Turpe gemit quoties aliquis mucrone corusco
Armatur, cingítque sinus.
Syluam cingere. Alphenus in l. In lege locationis, D. Locati, In lege locationis scriptum erat, Redemptor syluam ne cædito, néve cingito, néve deurito, néve quem cædere, Cingere, vrere finito. Quærebatur, &c. Quo in loco Cingere accipitur pro Deglabrare, seu corticem detrahere. In eadem significatione vsus est Paulus in l. Cædere. D. Arbor. furtim cæs. Cingere, inquit, est deglabrare. Ruell. de Natur. stirp.lib.1.cap.7, Omnibus arboribus mors est, cortex in orbem detractus: quanuis à subere & adrachne impunè possit eximi. Cæl. lib.21 cap.1, Cingi arborem intelligi voluere antiquiores, vbi quis nocumenti proposito per ambitum delibrasset corticem, quò intermoreretur planta.
Cingere syluas. Senec.Hippol.1,
Ite, vmbrosas cingite syluas.
Tempora floribus cingere. Catul.epigr.56.
Lauro cinguntur tempora. Ouid.4.Trist.eleg.2.
Cingere tempora viridanti lauro. Virg.lib.5.Æneid.
Tempora myrto. Ouid.1.Amor.eleg.1.
Ramis tempora cingere, Componere se ad spectandos ludos ex more Romano, ait Seruius. Nam festis ludis omnis ætas coronata spectabat. Virgil.5.Æneidos,
Ore fauete omnes, & cingite tempora ramis.
Spicis tempora cingere dicitur Ceres. Tibul.lib.2.eleg.1,
Bacche veni, dulcísque tuis è cornibus vua
Pendeat: & spicis tempora cinge Ceres.
Cingit vrbem Alduabis fluuius. Cæsar 1.bel.Gal.
Cingere vrbem copiis & militibus. Liu.4.bel.Maced.
Vrbem mœnibus. Cic.3.de Nat.deor. Diligentiúsque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis.

Vrbem muris. Ouid.4.Metam. Virgil.5.Æneidos,
-longam muris quum cingeret Albam.
Vrbem obsidione. Virg.3.Æneid.
Pinnis atque aggere vrbẽ cingere, Id est muro, in quo pinnæ sunt, & fossa vrbem circundare. Virg.7.Æneid.
Vrbem religione. Cic.3.de Nat.deor.
¶ Cingere insignibus fortunæ principalis aliquem. Tacit.
¶ Aonium nemus Marte cingere, Literis & militiæ simul operam dare. Tibull.lib.3.eleg.3.
¶ Cingitur, certè expedit se. Plaut.Amphit.4.
¶ Armis cingi. Virg.2.Æneidos,
-& cingor fulgentibus armis.
Ense latus cinxit. Ouid.2.Fast.
Ense cingi. Ouid.2.Fastorum,
Nec galea tegimur, nec acuto cingimur ense.
Ferrum cingere, Accingere se ense. Virg.2.Æneid.
Latus ferro. Stat.4.Thebaid.
Cingere se gladio. Liu.7.ab Vrbe, Armant iuuenem æquales, pedestre scutum capit, Hispano cingitur gladio.
Cingi venenis, Instrui, muniri. Valer.Flac.lib.6.Argonauticõn,
Cingitur arcanis Saturnia læta venenis.
¶ Flamma cingere, Accendere, incendere. Virg.2.Æneid.
¶ Cingere, pro Veste tegere. Silius lib.3,
-vestigia nuda, sinúsque
Cingere inassuetum, & rubræ velamine vestis.
¶ Cingere, Circum habitare. Valer.lib.6.Argonauticõn,
Quíque lacum cinxere Bycen.
¶ Cingi cum aliquo, Id est coniungi. Claud.2.Panegyr.
-vnóque receptæ
Pectore diuersos tecum cinguntur in vsus.

Cingens {ζωννύων} Participium. Catul.epigr.59,
Nec patet egressus pelagi cingentibus vndis.

Cinctus {ζωσθείς} Participium. Cic.pro Flacco, Equidẽ existimo in eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, portibus distincta, insulis circundata esset.
Altè cinctus puer. Horat.2.Serm.sat.8.
Humus æquore cincta est. Ouid.2.de Arte.
Agminibus comitum cinctus. Ouid.1.Trist.eleg.4.
Caterua matrum cincta virgo. Ouid.12.Metam.
Comis ora cincta. Ouid.4.Trist.eleg.6,
-credam prius ora Medusæ
Gorgonis anguineis cincta fuisse comis.
Corona cinctus. Cic.pro Milone, Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat.
Cinctus corona hostium. Liu.3.bel.Pun.
Latus ense cinctum. Ouid.3.Amorum, eleg.7.
Bella cincta ferro. Senec.Hercul.fur.9,
Et cincta ferro bella in extremo abdita.
Cinctus freto. Seneca in Thyeste,1.
Cinctus gladio Hispaniensi. Liu.8.bel.Maced.
Hedera cincta anus. Ouid.3.Fast.
Caput honore nauali cinctus, Id est nauali corona. Ouidius 3.de Arte.
Caput luminibus cinctum, Id est oculis. de Argo. Ouidius 1.Metamorph.
Cincta mari prouincia. Cic.pro Flacco.
Montis caput cinctum nubibus. Virg.4.Æneid.
Vitiis cinctus. Claud.de bello Gildon.
Locus ab hoste cinctus. Ouid.5.Trist.eleg.13.
Vestes ad pectora cinctæ. Ouid.6.Metamorphoseos,
Vtraque festinat, cinctǽque ad pectora vestes,
Brachia docta mouent, studio fallente laborem. Id est succinctæ, suffarcinatæ.
¶ Cinctus. Marcellus in l.Titius. D.de Testam. milit. Titius prius quàm Tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus, manente eodem defunctus est. Quæro, &c.
In alia militia cinctus. Paulus in l.Quod dicitur. D.de Testam.milit. Miles testamentum fecerat. deinde non ignominiæ causa missus, rursus cinctus est in alia militia. Quærebatur, &c.

Cinctus {διάζωμα} Substantiuum, Idem quod cingulum. Plin.libro 24.cap.9, Virgam qui in manu habeant, aut cinctu, negantur intertriginem sentire. Varro de Lingua Latina, Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum.
Cinctu cingere, & Cinctum soluere. Plin.lib.28.cap.4, Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit, si cinctu suo soluto fœminam cinxerit, dein soluerit, adiecta precatione, se vinxisse eandem & soluturum, atque abierit.
Cinctus Gabinus. Virgil.7.Æneid. Vbi Seruius, Gabinus cinctus, Est toga sic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia à tergo reuocata hominem cingat. Hoc autem vestimenti genere vtebatur Consul bella indicturus: ideo quia quum Gabij Campaniæ ciuitas sacris operaretur, bellum subitò euenit: tunc ciues cincti togis suis, ab aris ad bella profecti sunt, & adepti victoriam. Vnde hic ortus est mos.
Gemmatus cinctus. Claud.4.Paneg.
Sonantes cinctus. Stat.6.Thebaid.

Cinctus, Aliud substant. Vestis erat infrà pectus comprehendens similis subligaculo, qua veteres vti loco tunicæ solebant. Græcè ζῶμα & ζῶσμα dicitur, quo nomine Græcè etiam tunica intelligitur. Turnebus.

Cincticulus, pen.corr. {ζώνιον, διαζωμάτιον} Diminutiuum, Vestis erat puerorum, vt cinctus, virorum. Plaut.Bacchid.8, Cincticulo præcinctus in sella apud magistrũm assideres.

Cinctura, cincturæ, penultima producta. Sueton.in Iulio, cap.45, Etiam cultu notabilem ferunt: vsum enim lato clauo ad manum fimbriato, nec vt vnquam aliter quàm super eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Id est laxiore, & minimè adstricta.

C I N

Cinctutus, penult.product. Adiectiuum {διεζωσμένος} vt, Cinctutis non exaudita Cethegis. Horat.in Arte, antiquè dixit: Id est militaribus viris, & quasi ad militiam accinctis. Contrà, Discinctos Mulciber Afros, dixit Virgilius: Id est ad pugnam imbecilles atque imparatos. Acron. Alij per cinctutos intelligunt veteres, quòd cinctu vterentur loco tunicæ, qui ætate Horatij exoleuerat. Vnde Cinctus, Aliud, &c.

Cingulus, & cingulum, cinguli, penultima correpta {ζώνη} Quo quis cingitur. Cicero in Somnio Scipionis, Cernis autem terram eandem, quasi quibusdam redimitam & circundatam cingulis, è quibus duos maximè inter se diuersos vides, &c. De quinque zonis terræ loquitur.
¶ Cingulos, veteres appellabant homines, qui in his locis, vbi cingi solet, satis sunt tenues. Fest.
Cingulo noua nupta præcingebatur: quod vir in lecto soluebat, factum ex lana ouis: quòd sicut illa in glomos sublata, coniuncta inter se sit: sic vir suus secum cinctus, vinctúsque esset. Fest.
Dignitatis cingulum. in l. Omnes. Vt dignitatum ordo seruetur. lib.12.C. Tertium verò, inquit, ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis. Quartum honoratiorum, qui præsentes à nostro numine sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti sunt. Quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sine cingulo, sine administratione dixit, authore Accursio. Budæus.
Sub cingulo delata illustris dignitas dicitur, quando iusta & plena est, & reuera delata: Citra cingulum verò, quando honoris tantum gratia, hoc est honoraria. l. Omnes. de Metatis & epidem.lib.12.C, Cæteris verò, inquit, quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum pro solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Budæus.
Spoliare cingulo. l.3.de Domest. & protectoribus, lib.12.C, Quinquennium autem si fuerit diuagatus, ipso iam cingulo spoliandus est. Id est dignitate & magistratu priuandus & deiiciendus, hoc est quod alibi legitur, discingere. Budæus.
Cingula, Plurale. Stat.lib.6.Thebaidos,
-seu fræna libet seu cingula flammis Mergere.
Aurea bullis cingula. Virg.9.Æneid.
Fulgent bullis cingula. Virg.12.Æneidos,
-& notis fulserunt cingula bullis.
Subnectere cingula. Virg.1.Æneid.
Cingula, pro Veneris cæsto ponit Valer.lib.6.Argonaut.

Cingula, cingulæ, pen.corr. {ζώνη} Qua cinguntur equi. Ouid.1.de Remed. Et noua velocem cingula lædat equum.

Cingriæ, Tibiæ dicebantur, quæ licet breuiores essent, subtilioribus tamen modis insonabant. Sipontinus.

Cingulum, & Cingulus, In CINGO.

CINGVLVM {κίγγουλον} Ciuitas Piceni notissima: vnde hodie muli Cingulani optimi veniunt. De Cingulanis meminit Plin.lib.3.cap.5. Cic.Att.lib.7.

Ciniphes, m.g. plur.numer. Vermiculi sunt permolesti, culicibus similes. Apud Septuaginta σκνῖπες scribitur.

Cinis, huius cineris, penultima correpta, mascul.gener. {τέφρα, σποδός, σποδιά} Puluis est in quem materia vsta redigitur. Fœminino genere videtur protulisse Catullus, epigrammate 63. ad Mallium, quum inquit,
Troia, virûm & virtutum omnium acerba cinis: Certè Priscianus lib.5.cap.1.non ita procul à fine, tradit masculinum & fœmininum fuisse apud veteres.
Cineres & flamma extrema. Virgil.2.Æneidos,
Iliaci cineres & flamma extrema meorum
Testor in occasu vestro, &c.
Cinis ater. Virg.lib.4.Æneidos,
Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat.
Aridus cinis. Horat.Epod.17,
-donec cinis
Iniuriosis aridus ventis ferar.
Ausonius cinis. Silius lib.17,
Videre Eoi monstrum admirabile Seres,
Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.
Compositus. Ouid.3.Fast.
Dolosum cinerem vocat Horat. qui prunas cõtegit: quem qui tangunt, cinerem merum & frigidum iam esse rati, manus comburere solent. Sic enim ille inquit 2.Carm.ode 1,
Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso. Deterret hac oda Asinium Pollionem à scribenda historia belli ciuilis.
Feruidus. Senec.Troad.2.
Frigidus. Ouid.epist.18,
Flammáque non fiat frigidus illa cinis.
Fulmineus. Stat.lib.3.Thebaid.
Immundus. Virg.1.Georg.
Lixiuus cinis. Vide l i x.
Cinis lixiuus interdum est ipsum lixiuium liquidum. Scribonius, Hoc teritur ex cinere lixiua donec leue factum habeat mellis spissitudinem. Iterum, Hoc terere oportet ex cinere lixiua & caprifico, vel sarmentis, donec leuia passi habeant temperamentum. Annotauit Turnebus.
Miserandus patriæ cinis. Author ad Heren.lib.4.
Supremi. Virg.10.Æneidos,
Non satius cineres patriæ insedisse supremos?
Tepentes. Stat.lib.3.Sylu.3.
Tepidus. Ouid.8.Metam.
¶ Aura aufert cineres. Lucan.lib.8.
Candet in igne cinis. Ouid.2.de Arte.

Collapsi

Collapsi, Quum subsidunt, & ignis est extinctus. Virgilius 6. Æneidos,
Postquam collapsi cineres,& flamma quieuit.
Dimouere cinerem foco.Ouid.8.Metam.
Diripitur ventis.Tibul.lib.1.eleg.7.
Euerberare.Ouid.14.Metam. de ardea aue,
Congerie è media tum primùm cognita præpes
Subuolat,& cineres plausis euerberat alis.
Excitare ruinas vrbis in cinerem datas. Seneca Troad.8,
An has ruinas vrbis in cinerem datas
Hic excitabit?
Miscere cineri vrbem aliquam.Stat.lib.12.Thebaidos,
-& impulsas cineri miscere Mycenas.
Obrutus cinere latet ignis. Lucret.lib.4.
Spargere.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.
Vertere omnia in fumum & cinerem. Horat.1.epist.16.
Ars in cineres versa.Ouid.5.Trist.eleg.13,
Sic vtinam,quæ nil metuentem tale magistrum
Perdidit,in cineres ars mea versa foret.

¶Cinis,pro manibus,& reliquiis funerū,vel memoria.Cic.3.Verr. Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius, atque ossibus inussisti, vt liberis eius bona patria,volūtate patris,iure,legibus tradita eriperes, & cui tibi esset commodum,condonares? Pers.sat.1,
-nunc non cinis ille poetæ Felix? Budæus.
Manes & cinis.Virg.10.Æneidos,
-téque parentum
Manibus & cineri (si qua est ea cura) remitto.
Cineres & ossa.Virg.5.Æneidos,
Nunc vltrò ad cineres ipsius & ossa parentis Adsumus.
Dare pœnas cineri, atque ossibus alicuius. Cic.13.Philipp. Videte quid Antonius se gauisum dicat: Dedisse pœnas sceleratum Trebonium cineri,atque ossibus clarissimi viri.
Reportare solatium cineri atque ossibus alicuius.Cic.7.Verr. Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam,domum, sed ex tua calamitate cineri,atque ossibus filij sui solatium vult reportare.
Deserti cineres.Mart.lib.11.epigr.51,
Iam propè desertos cineres,& sancta Maronis Nomina,&c.
Cinis extinctus.Ouid.lib.5.Fastorum,
Iam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositíque nepos busta piabat aui.
Ingratus, Id est tristis.Seruius. Virg.6.Æneid.
Maternus.Ouid.13.Metam.
Operti.Horat.2. Carm.ode 8.
Patrij cineres.Horat.in Arte,
Nec satis apparet cur versus factitet,vtrum
Minxerit in patrios cineres,an triste bidental
Mouerit incestus. Patrios cineres vocat sepulcrum patris.Acron.
Sepultus.Ouid.13.Metam.
Tristes.Seneca Troad.5.
Suprema ferre cineri, Exequias & funus celebrare. Virgilius 6. Æneidos,
-cineri ingrato suprema ferebant.
Haurire cinerem,pro accipere:& Haustus cinis,pro accepto cinere legitur apud Ouid.lib.13.Metam.
Insidère cineres patriæ, Id est habitare & manere in patria exusta. Virgil.10. Æneid.
Inurere dolorem cineri, atque ossibus alicuius. Cic.3.Verr. Cur hunc dolorem cineri eius,atque ossibus inussisti?
Libare cineri. Virg.3.Æneidos,
Libabat cineri Andromache,manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum.
Munera cineri alicuius mittere, Honore prosequi funus illius, In honorem mortui aliquid facere.Virg.4.Æneid.
Obsecrare per cinerem. Cic.pro Quint. Obsecrauit per fratris sui mortui cinerem.
Rigare cineres.Senec.Troad.4,
Tumulóque domum detur,& cineres riget.
Suscitare cinerem & sopitos ignes.Virg.5.Æneid.
¶Cineres ideo pro morte ponimus, quia veteribus mortuorum corpora cremare, & in cinerem redigere mos fuit. Martial.libro 1. epigram.2,
Rari post cineres habent poetæ.
¶Cinis metonymicωs,pro homine mortuo. Virg.5.Æneidos,
-saluete recepti
Nequicquam cineres,animæque, vmbræque paternæ. Id est salue pater de Troia frustra liberate.vt Seruius exponit.
Cinis flagrat amore.Martial.lib.12.epigr.52.
Fidem seruare cineri, Mortuo vota persoluere quæ viuo exhibita fuerunt.Virg.4.Æneidos,
Non seruata fides cineri promissa Sichæo.
¶Cinis, pro Cremato corpore defunctorum. Senec. Herc. OEth. Haud cinerem quæritant isti sermones, Id est debet eorum esse perpetua memoria. Plaut.Milit.14.

Ciner aceus,Adiectiuum, Cineris colorem referens. Plin.lib.33, Terra est alia rufa,alia cineracea.
Cineraceus color.Plin.lib.25.cap.13,Foliis coriandri cineracei coloris,flore purpureo.
Cinereus, aliud Adiectiuum {τεφρώδης} Quod cineris est, vt Cinereus color. Plin. de vite,lib.14 cap.3, Contrà damnantur etiam visu cinerea & rabuscula,& asinusca, minus tamen caudam vulpium imitata alopecis.
Cinerarius,pro ciniflone.Catul.in Epithalamio,
Nunc tuum cinerarius
Tondet os.
Cinefacio{τεφρόω} veteres vsurparunt pro eo quod est in cinerem redigo.Lucret.lib.3, At nos horrifico cinefactum te propè busto Insatiabiliter defleuimus.

Cinisiones,pen.product.à cinere dicti. Ciniflones & Cinerarij (ait Acron) eadem significatione apud veteres habebantur, ab officio calamistrorum, id est veruum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Cuius rei & Virg.meminit dicens,
Vibratos calido ferro,myrrháque madentes. Dicti autem Ciniflones ab eo,quòd in cinerem flant ad ferrum calefaciendum. Hactenus Acron. Plaut. Aulul.15, Ciniflones, patagiarij. Horat.1.Serm. satyr.2,
Custodes,lectica,ciniflones,parasitæ.

CINNA {Κίννας} Trib.pleb. quum perniciosas leges de reuocandis exulibus ferret,pulsus à Cn.Octauio collega, magistratúque exutus,ex Vrbe profugit,& bellum vbi intulit accersito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa:in quo bello duo fratres, alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum spoliaret,cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo,se insuper cremauit. Tandem Cinna, & Marius in vrbem recepti cædibus omnia cōplexere: inter quos Cn.Octauium Consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem iugularunt, eorúmque capita pro Rostris posuerunt. Ex Flori argumentis in Liuij Decad.posteriores. ¶Cinna item alius,qui per errorē necatus à Populo Rom. fuit, foro medio in funere C. Cæsaris, quum vnus ex interfectoribus fuisse crederetur. ¶Præterea L. Cinna, res nouas affectans,quē ex hoste Octauius amicum fecerat, & vsque ad iudicum dignitatem euexerat,aduersus se insidias moliri cognouit,& iratus noua in eum exempla meditabatur. Liuiæ tandem consilio vsus,mitior est factus, cúmque separatim in cubiculum vocauit: vbi eius ingratitudinem exprobrando, Vitam (inquit) Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, vtrum ego melius iterum tibi vitā dederim,an tu debeas. Seneca de Clementia. ¶Fuit & Cinna poeta optimus, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimauit. Author Seruius. Huius meminit & Virgilius in Bucol.
Nam neque adhuc Varo videor,nec dicere Cinna
Digna,sed argutos inter strepere anser olores.
Smyrna Cinnæ.Catul.epigr.90,
Smyrna mei Cinnæ nonam post denique messem
Quàm cœpta est,nonámque ædita post hyemem.

CINNA, Ciuitas Thessaliæ,à Cinno Gygāte,& Cœi fratre dicta. ¶Est etiam Cinna ciuitas Hispaniæ, in regno Castellæ: à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plin. in conuentu Tarraconensi, libro 3. cap.3.

Cinnabaris, huius cinnabaris,fœ.gen.pen.corr. {κιννάβαρι} Color quidam minio accedens.Plin.lib.33.cap 7, Milton vocant Græci minium:quidam cinnabarim. Vnde natus error Indico cinnabaris nomine.sic enim appellant illi saniem draconis elisi elephantorum morientium pondere,permisto vtriusque animalis sanguine,vt diximus. Neque alius est color, qui in picturis propriè sanguinem reddat. Dioscorides lib.5.cap.63, Falsò existimant quidam minio eandem cinnabarim esse:Minium enim in Hispania ex lapide quodam argentariæ arenæ misto conficitur. In fornace siquidem excoctū minium, floridum & fulgentissimum colorem contrahit. Et paulo pòst, Cinnabaris contrà ex Libya affertur: pretium illi ingens est:támque exiguum affertur, vt vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficiat. Profundi coloris est: támque ob causam crediderunt multi draconis sanguinē cinnabarim esse. ¶Matthiolus Senensis ait veram cinnabarim Dioscoridis esse gummi arboris in Africa nascentis, & nostram hanc cinnabarim nihil aliud esse,quàm minium verum.

Cinnamomum, pen.prod. {κιννάμωμον} Fruticum est in Æthiopia, quod situ breui nascitur,fistulę duplo duorum cubitorum altitudine. Vide Plin.lib.12.cap.19. Huius autem lignum inter aromata delicatissima annumeratur, vulgus *Canellam* vocat. Nestor contendit Cinamomum prima vtique syllaba correpta scribendum,affertq; Græcum versum ex Dionysio in Perihegesi,vbi producitur tertia,cæteris correptis. Poetæ verò vbi cinamomum dicere non potuerunt, Cinnamomum gemino n dixere.

Cinnamum, penult.corr. {κίνναμον} Similis est arbuscula, vel eadem. Martial.lib.4.
Tam bene rara suo miscentur cinnama nardo. Pli.lib.10.cap.22,
Adipem eorum in vase æreo cum cinnamo niue multa obrutum.
Panchæa cinnama.Claud.de Nupt.Hon.& Mariæ,
Hic casiæ matura seges,Panchæáque surgunt Cinnama.
Quassa cinnama. Ouid.15 Metamorphoseos,
Quassáque cum fulua substrauit cinnama myrrha.
Rapere cinnama.Martial.lib.11.epigr.55,in Zoilum,
Et quæ de Stigio rapuisti cinnama lecto,&c.

Cinnara, cinnaræ, f.g.Nomen herbæ, qua resistit venenatis pabulis ceruus.Plin.lib.8.cap.27.Emendati codices sic habent,Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit. Cinare ablatiuus est, scribitúrque vnico n. Quidam dicūnt eam esse maioris cardui speciem, quā Dioscorides chamelæona appellat,vulgus *Articocalon*. Sed qui hoc dicūt toto errant cælo.Vide CINARA.

Cinnus,cinni,m.g.Plurium commistio, authore Nonio. Cic.in Orat. Est autem quidam interiectus inter hos medius & quasi temperatus, nec acumine posteriorum,nec fulmine vtens superiorum, vt cinnus amborum neutro excellens,vtriusque particeps, vel vtriusque (si verum quærimus) expers.Emendatiora exēplaria habent, vicinus amborum,neutro excellens. & re vera syncerior videtur lectio.
¶Cinnus,pro capillo. Plaut.Trucul.6,
Compositos,crispos, cinnos tuos vnguentatos.

CINNYPHVS,cinnyphi,pen.corr.& aspiratione assumpta {Κίνυψ} Libyes fluuius inter duas Syrtes in mare per Macas populos fluit, ait Herodotus. Silius lib.3,
Tum primùm castris Phœnicum tendere ritu
Cinyphij didicere Macæ,squalentia barba
Ora viris,humerósque tegunt velamina capri. Vide CYNIPHIS.

Cinyphius, Adiectiuum {κινύφιος.}
Hirci Cinyphij. Virgil.3. Georgicorum,
Nec minus interea barbas, incanáque menta
Cinyphij tondent hirci.
Seges Cinyphia. Ouid.2. de Ponto, eleg.7.

CINXIA, Iuno, Vide CINCTA.

CINYPS, Vide CYNIPS.

CINYRAS, Phœniciæ rex, cuius regia fuit Byblos ciuitas, vt scribit Strabo lib.16.
Cinyras, pen. corr. {κινύρας} Alius rex Cypri, Cilicis filius Beti filij, qui cum Myrrha filia sua nutricis astutia ignarus concubuit, à quo & Cinyreia dicitur ipsa. Ouid.10. Metamorphoseos,
-at virgo Cinyreia peruigil igne Carpitur indomito. Fabulam horum omnem fusissimè tractat idem poeta, hoc quem iam indicauimus libro.

C I O

Cio, cis, ciui, citum. In CIEO.

CIOS, Emporium Phrygiæ, à Cio Herculis comite, & iuxtà fluuius eiusdem nominis. Palæmon ex Dionysio, Qua Cius egregius decurrens murmurat vnda. Plinius lib.5. cap.32, Cios cum oppido eiusdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, à Milesiis quidem conditum, in loco tamen qui Ascania Phrygiæ vocabatur.

C I P

Ciperum. Vide CYPERUM.

Cippus {στήλη} quid sit, satis apertè declarat Cæsar 7. bel. Gal. Quini erant ordines coniuncti inter se atque implicati, quo qui intrauerãt, se ipsi acutissimis vallis induebant. hos Cippos appellant.
¶Cippus, Terra in tumulum congregata. Horat.1. Serm. sat.8,
Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum Hic dabat.
Leuior cippus. Persius sat.1,
-nunc non cinis ille poetæ
Felix? nunc leuior cippus non imprimit ossa?
¶Cippi, Lapideæ cruces vel huiusmodi monumenta, quæ in militaribus viis extructa videmus, literis interdum insculptis ad memoriam alicuius rei prodendam. Budæus.

C I R

Circa {ἀμφὶ, περὶ} Præpositio, quæ accusatiuo casui iũgitur: Id est iuxta & propè. Locum & tempus significat. vt, Circa forum. Quintil. lib.6. cap.14, Tabernæ autem erant circa forum. Apuleius de Asino, Aliquantisper vigilo, dein circa tertiam vigiliam conniueo.
Effugere circa balnea. Martial. lib.12. epigram.83.
Sæuit amor circa iecur. Horat.1. Carm. ode 25,
Quum tibi flagrans amor, & libido
Sæuiet circa iecur vlcerosum.
Circa latus salire. Horat.2. Serm. sat.6,
-aliena negotia centum
Per caput, & circa saliunt latus.
Lucos circa, ὑπὲρ ἀλσέων. Virgil.3. Georgicorum,
Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans.
Vir circa decem lustra, Id est annorum quinquaginta. Horat.4. Carm. ode 1,
-desine dulcium
Mater sæua Cupidinum
Circa lustra decem flectere mollibus
Iam durum imperiis. Subauditur Vir, aut homo, aut senex. Nisi sic exponas, Circa ætatem annorum quinquaginta.
Cica patrem. Quintil. lib.7. cap.2.
Circa regem. Virgil.4. Georgicorum,
Et circa regem, atque ipsa ad prætoria densæ Miscentur. De apibus. Circa occultandam eloquentiam. Quintil. lib.4. & lib.6.
¶Circa, Circiter. Sueton. in Claudio Cęsare, cap.6, Qui tamen moriens, & in tertiis hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertiũm vicies prosequutus.
Circa singulas heminas. Cels. lib.7. cap.15.
¶Circa, Aduersus. Plin. Iunior epist.9. lib.3, Circa Hispanũ & Probum multum sudoris.
¶Circa, pro Apud. Curtius lib.3,
Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum.
¶Circa pro De. Plin. lib.8. cap.16, Varia circa hæc opinio.
Circa res aliquas sperare gratiam ingenij. Quint. in Procem. lib.1.
¶Circa, Iuxta. Plin. lib.8. cap.33, Circa caprificos ferus, innoxius alioqui.
¶Circa præfectos literas dimittere, Id est quaquauersum literas mittere ad præfectos. Liu.5. Decad. lib.2, Literísque circa præfectos dimissis, &c.
¶Circa, pro In. Quint. in Procemio lib.8, Præcipuè circa partis huius præcepta elaborauit.
Animus est circa campos. Horat.2. Carm. ode 5,
Circa virentes est animus tuæ
Campos iuuencæ.
Circa ima subsistere. Quint. in Procem. lib.1.
¶Circa Demetrium, pro circa Demetrij tẽpora. Quint. lib.1. cap.4.
¶Circa, pro Circum. Cic. Att. lib.4, Nostram ambulationem, & Laconicum, eáque quæ circa sint velim, quum poteris, inuisas. Et 1. de Lege Agraria, Quum Rullus Capuã, & vrbes circa Capuã occuparit?
¶Circà, Aduerbium. Liu.1. Decad. lib.9, Nam & circà omnia defecerunt, vnde subuehi commeatus poterat.

Circæa {κιρκαία} Herba est strichno satiuo similis, flore nigro & pusillo, semine milij magnitudine, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. Author est Plin. lib.25. cap.13. ¶Fuerunt qui eandem crederẽt cum Circæio: quod tamen falsum esse ex vtriusque descriptione facilè deprehenditur.

Circanea, Auis dicitur quæ volando circuitum facit. Festus.

CIRCE {κίρκη} (inquit Cic.3. de Nat. deorum,) Solis filia, è Perside Oceani filia. Hæc veneficiis dedita, multarum herbarum ac radicum varias vires, mirabiléſque inuenit: quanuis à matre prius in iis effet instructa. Itaque Sarmatarum regi connubio iuncta, virum mox veneficio peremit, & ipsa regno potita, sæuè nimium ac crudeliter administrabat imperium: quamobrẽ regno ab incolis pulsa, in Italiam venit, & in promontorio Latij consedit, quod ex eius nomine Circeium vocatur: vbi homines ad se venientes carminibus & veneficiis mutabat in varias bestias, vt testatur Virg.7. Æneidos,
Quos hominum ex facie Dea sæua potentibus herbis
Induerat Circe, in vultus ac terga ferarum. Abundat hoc multis ac variis herbis, quibus ad veneficia abutebatur. Fingitur à poetis socios Vlyssis, quem hospitio exceperat, mutasse in porcos. Virgil.8. ecloga,
Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis. Cic. lib.1. Offic. Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno, quũ & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inseruiret.
Medicamina Circes. Carmen de Pulice inter Ouidij opera repositum.
Pocula Circes. Horat.1. epist.2,
Sirenum voces, & Circes pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus, &c. De Vlysse.
Ææa Circe. Ouid.4. Metamorphoseos.
Nec tenet Ææa genitrix pulcherrima Circes. Ææam vocat ab Æa Colchorũ vrbe, non vt Seruius scribit, à vocibus eorum, quos in bruta animalia conuertebat. Hæc Raphael Regius.
Callida. Claud.1. in Ruff.
Titania, Titanis aut Solis filia. Valer. lib.7. Argon.
Vitrea. Horat.1. Carm. ode 17.
Circe Picum quem equorum domitorem Maro vocat, mutauit in auem. Virg.7. Æneidos,
Picus equũm domitor: quem capta cupidine coniux
Aurea percussum virga, versúmque venenis
Fecit auem Circe, sparsítque coloribus alas.
Circes, genitiuus. Ouid.4. Metamorphoseos,
-moneo fuge littora Circes.

Circæus {κιρκαῖος} Adiectiuum. Virg.7. Æneidos,
Proxima Circææ raduntur littora terræ.
Agri Circæi Valer. lib.16. Argonaut.
Campi. Valer. lib.6. Argonaut.
Fraudes Circæ, Id est Circææ. Propert. lib.3. eleg.12.
Gramen Circæum, Herba venenata. Propert. lib.2. eleg.1.
Littus Circæum. Ouid.14. Metam.
Mœnia. Horat. Epod.1.
Tellus. Ouid.15. Metam.

CIRCEIUM {κιρκαῖον, vel κίρκαιον} Mõs est Cãpaniæ nomine Circes percelebris, qui (Seruio teste) dicebatur Ææus ab horrore transeuntium, quo homines mutabantur in feras. In hoc summo oppidum fuit, quod & Circæum dictum & Circæi. Nam vtrunque Liuius dicit. Circa hunc tractum Campaniæ colebatur Iupiter, qui Anxurus dicebatur, & Iuno virgo, quæ Feronia vocabatur. Virgil.7. Æneid. Circæi verò, vt Plin. author est lib.3, quondam insula immenso quidem mari circundata, si Homero creditur, vbi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib.5, Post Antium Circeium est stadiorum ducentorum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ. Habet etiam castellum, & Circes sacellum, & Mineruæ aram.
Circeij (vt alij scribunt) nunc vocantur *Cercelli*, teste Oliuario in Melam, fortè quasi Circes sacellum.

Circeienses {κιρκαιεῖς} Qui Circeium inhabitant. Cic.3. de Nat. deor. Circen quoque coloni nostri Circeienses religione colunt.

Circenses {ἱπποδρόμια} Ludi dicti sunt, quòd in circo fieret, siue quasi circum enses, propterea quòd rudis vetustas quum nondum loca huiusmodi ludis apta ædificasset, inter enses & flumina eos celebrabant, vt ab vtraque parte esset ignauiæ præsens periculum. Disponebatur autem circus in forma spatij oblõgi: & in summitate circi carceres erant, vnde equi curribus iuncti ad cursum mouebantur: & quum ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent. In circuitu verò spectacula ædificabantur, è quibus prospectare patres atque equites possent. spectacula ipsa, fori appellabantur. Liuius 1. Decad. lib.1, Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus. diuisa loca Patribus Equitibúsq́; vbi spectacula sibi quisque faceret: fori appellati. Seruius in illud Virgil.8. Æneidos,
Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis
Addiderat. Circenses, inquit, sine ludorum adiectione, dicti vel à circuitu: vel quòd vbi nunc metæ sunt, olim gladij ponebantur quos circumibant. Hiis honorem Consi dei consiliorum celebrantur. Vide CIRCUS, & CONSUS.
Circensium ludorum septem erant curricula solennia. Gell. lib.3. cap.10. Ex Varrone.
Circense tomentum dicitur, quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus lanæ simillibus. Mart. lib.14,
Tomentum concisa palus Circense vocatur. Vide TOMENTUM.
Incurrere Circensibus. Vide INCURRO.

Circerus, penultima product. Nauis Asiana prægrandis, vt inquit Nonius. Plaut. in Stich. Quũ percunctor portitores, ecquæ nauis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim Circerum, quo ego meliorem non vidisse censeo.

Circi, medicis dicuntur, quũ toto corpore amplius venæ dilatantur. Quũ verò in cruribus, ἰξίας vocant: varices dicunt Latini. Hæc Cæl. antiq. lect. lib.3. cap.14.

Circinus, circini, pen. corr. {διαβήτης} Instrumentum cuius altero pede fixo, altero conuerso circuli designãtur. Plin. lib.2. cap.25, Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circino, circinas, pen. corr. {γυρόω} circinare, Circino circulum facere, vel rotundum

vel rotundum facere. vt, Circinata rotunditas, pro absoluta & plena. Budæus. Plin. lib. 16. cap. 38, Cætera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam.

Circinare in orbem ramos. Plin. lib. 17. cap. 12.

¶Circinare, Circumire etiam significat. vt, Circinare auras apud Ouidium 2. Metamorphoseos,
Inclinat cursus, & easdem circinat auras. De Cyllenio.

Circiter, pen. corr. {κύκλῳ} Præpositio quæ accusatiuo casui iungitur. Et ad tempus numerúmque refertur: interdum ad locum. Significat autem idem quod ad, non multò secus, prope, ferè.

Ad tempus. Cic. ad Attic. lib. 2, Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Cæsar 1. bel. Gallici, Circiter meridiem.

Octauam circiter horam. Horat. 1. Epist. 7.

Ad numerum. Cæsar 1. bel. Gal. Ita dies circiter xv. iter fecerunt. Plaut. Milit. 6, Nam illic noster est fortasse circiter triennium.

Ad locum. Plaut. Cistel. 10, Loca hæc circiter excidit mihi.

¶Circiter, Aduerbium. Cic. ad Attic. lib. 2, Verum hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non defleamus.

Circites {κρίκοι} Circuli ex ære facti. Festus.

Circites, Genus oleæ. Colum. lib. 5. cap. 8.

Circitor, Vide Circuitor, in CIRCVMEO.

Circium {κίρσιον} (vt inquit Dioscorides) caulis est tener, duorum cubitorum, triágulo similis: ab imo foliola rosæ speciem referentia: anguli spinosi: per interualla molles: folia buglosso similia, lógiora, subcandida, modicè hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbiculatum, hispidum: in quo capitula in summo purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Hæc ille lib. 4. cap. 114.

Circius {λαίψ} Ventus à turbine ac vertigine dictus. Vide CIRCIVS.

CIRCIVS, Insula fuit in Mysia, quingẽtorum ferè stadiorum ambitu, admodum ferax, & duobus pontibus iuncta continenti. Quæ iuxta pontem eiusdem nominis vrbem habuit, & portus duos clausos, & naualia.

Circos, Accipitris quoddam genus, claudum altero pede. Plin. lib. 10. capite 8.

Circos, Gemma pyritis similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Circuitor, Circuitio, Circuitus, In CIRCVMEO.

Circulator, Circulo, Circulus, In CIRCVS.

Circum, Præpositio, accusatiuo casui seruiens, tam in appositione, quàm in compositione, ἀπὸ Græcam præpositionem significat: vt Circunfero, περιφέρω. Terent. Heaut. 2. 3,
Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus. Cic. pro Quintio, Tum Næuius ipse pueros circum amicos dimittit.

Pugnare circum aliquem. Virgil. 6. Æneid. Id est alicui pugnæ socium esse.

Purpura circũ chlamydem, Id est in parte extrema, vt inquit Seruius. Virg. l. 5. Æneid.

Circum claustra. Virgil. 1. Æneidos,
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt.

Errare circum littora. Virgil. 3. Æneid.

Errare maria omnia circum. Virgil. 1. Æneid.

Circum oras & limina. Virgil. 4. Georgicorum,
Fit sonitus: mussántque oras & limina circum.

Turba stans circum te, Id est circunstans te. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Hedera circum tempora serpit. Virgil. 8. ecloga,
-atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros. Allegoricῶs dicit, Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Hæc Seruius.

Cursare circum tribus. Cic. 2. Verr. Cursare iste homo potẽs, cum filio blando & gratioso circum tribus.

¶Circùm, Aduerbium. Virgil. 4. Æneidos,
Anna vides toto properari littore circùm.

Collo dare brachia circùm. Virgil. 3. Æneid.

Nubes circùm caligat & hebetat visus tuenti. Virgil. 2. Æneid.

Circùm latè Virgil. 7. Æneidos,
Sed circùm latè volitans iam fama per vrbes
Ausonias tulerat.

Circúmque, infráque. Stat. lib. 1. Achilleidos,
Tyrrheníque greges circúmque infráque rotantur.

Circùm sub. Virgil. 4. Georgicorum,
Sed circùm tutæ sub mœnibus vrbis aquantur.

Circùm supráque. Stat. lib. 9. Thebaid.

Agere circùm, Circumagere, iactare, voluere. Virgil. 1. Æneidos,
-ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circùm, & rapidus vorat æquore vortex.

Amplecti circùm, Circundare. Virgil. 3. ecloga,
Et molli circùm est ansas amplexus acantho.

Claudi circùm, Circundari. Virgil. 3. Æneid.

¶Circùm, pro Circa, aduerbialiter. Tacit. lib. 4, Itaque quanquam diuersis super rebus consulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiésque circùm Cæsaris, ac Seiani censuere. Apud Liuium tamen motum significat lib. 2. Decad. 5, Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. Idem tamen CIRCA frequentius in hunc modum vsurpat. Virgil. 9. ecloga,
-varios hîc flumina circùm Fundit humus flores.

Circumcirca, cópositum ex duabus præpositionibus, quod significat πέριξ, ἀπό. Sulp. ad Ciceronem, lib. 4. epist. 5, Ex Asia rediẽs, quum ab Ægina Megaram versus nauigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere. Id est ab omni parte.

Circumaggero, circumaggeras, pen. corr. circumaggerare {περιχωννύω} Plin. lib. 19. cap. 5, Terra minuta, fimóque circumaggeratas resistere frigori radices.

Circumago, circumagis, penult. corr. circumegi, pen. prod. circumactum {περιάγω, περιάγομαι} circumagere, Circunducere. Liu. 1. ab Vrbe, Prius penè quàm Romulus, quíque cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga vertunt.

Circumagere se. Liu. 4. ab Vrbe, Dictator autem parte alia subsidia, & secundam aciem adortus, circumagenti se ad dissonos tumultus, ac subitos clamores hosti, &c.

Circumagit se annus. Liu. 9. ab Vrbe, Ante tempus, comitiorum causa reuocati sunt: in ipso conatu rerum circumegit se annus.

Circũmagere, Insequi. Curtius, Nec vulneratum & ferè semineccem circumagere destiterunt.

¶Circumagere, aliquãdo est Liberare, manumittere. Seneca, Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Nam qui se illi subiecit, statim circũagitur: nam philosophiæ seruire libertas est. Circumagebantur autem olim serui, id est vertebãtur à lictore, quum vindicta apud prætorem manumitterentur. Persius satyr. 5.

Circumactus in vulnus. Plin. lib. 28. cap. 4.

Circumactus, huius circumactus. vt, Circumactus rotarum. Plin. lib. 28. cap. 9. Ad faciliorem circumactum rotarum.

Circumambulo, circumambulas, pen. cor. {περιπατῶ} In circuitu ambulare. Paulus in l. possideri, in princip. D. de acquir. poss. Vt qui fundum possideri velit, omnes glebas circumambulet.

Circumaro, circumaras, pen. corr. circumarare {περιαρόω} Plin. lib. 18. cap. 3, Quantum quis vno die plurimum circumarauisset.

Circumaspicio, circumaspicis, pen. corr. circumaspexi, circumaspectum {περιβλέπω} circumaspicere. Plin. lib. 8. cap. 33, Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.

Circuncæsura, circuncæsuræ {περικοπή} Summus cortex, &, vt Turnebus explicat, forma, figura, circunscriptio, quæ Græcis σχῆμα vocatur. Lucret. lib. 3,
Extima membrorum circuncæsura tamen se
Incolumem præstat. Arnob. lib. 3, Et quod indignius multo est, terrenorum corporum circuncæsura finitis.

Circuncelliones, dicti sunt qui circum cellas vagantur {ἀλῆται} Solent enim ire hac atque illac, nusquam habentes sedes. Festus.

Circuncido, penul. prod. circuncidi, circuncisum {περιτέμνω, περικόπτω} circuncidere. Hoc est, Circum vel per circuitum incidere & amputare. Colum. lib. 3, Eiusdem spatij corticem circuncidito. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 54, Quum desiit vinum fluere, quidam circuncidunt extrema.

Circuncidere aciem oculi. Lucret. lib. 3,
Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem,
Et circuncidas aciem, solámque relinquas. Aciem vocat pupulam oculi.

Arbores. Plin. lib. 16. cap. 40, Circuncisas quoque ad medullam alij non inutiliter relinquunt, vt omnis humor stantibus defluat. Loquitur de arboribus cædendis.

Cogitationem. Celsus libro 4. cap. vlt. Deinde delectationis causa quantum iuuat ambulare circũcisa omni negotiosa cogitatione vel actione. Id est auocato animo à cogitatione negotij.

Stipendia circuncidere. Liuius.

Circuncidere vinum, pro Abstinere à vino. Cels. lib. 4. cap. 20, Circuncidendum vinum est in totum annum. Budæus.

Circuncidere vinum ex toto. Celsus lib. 6. cap. 9, In dentium autem dolore, qui ipse quoque magnis tormentis annumerari potest, vinum ex toto circuncidendum est. Id est vinum non est omnino bibendum.

¶Circuncidere, absolutum. Cic. 5. de Finib. Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat.

Circũcidere atque amputare aliquid. Cic. 1. de Orat. Sin cuipiam nimis infinitum videtur quòd ita proposui quacũque de re, licet hinc quantum cuique videbitur, circuncidat atque amputet: tamen illud tenebo, &c.

Circuncidere & amputare multitudinem sententiarum. Cicero 4. Acad. Testatur sæpe Chrysippus tres solas esse sentẽtias quæ defendi possint de finibus bonorum: circuncidit & amputat multitudinem.

Circuncisus, penult. prod. {περιτμηθείς} Participium. Plin. libro 14. cap. 19, Quod circuncisis vinaceis profluxerit.

Circuncisa inanitate & errore. Cic. 1. de Finib. Vt sapiens solùm amputata, circuncisáq; inanitate, & errore, naturæ finibus cõtentus.

Circuncisæ & breues orationes. Plin. Iunior, lib. 1. epist. 20.

Circuncisi sumptus. Liu. Decad. 4. lib. 2, Sumptus quos in cultum Prætorum socij facere soliti erant, circuncisi, aut sublati.

Circuncisum & breue. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 7.

Circuncisa atque dirempta aditu planities. Cic. 6. Verr.

Circuncidaneus, Adiectiuum {περιτμητικός} vt, Circuncidaneum mustum. Cato cap. 23, Tortiuum mustum circuncidaneum suo cuique dolio diuidito, additóque pariter.

Circuncisitius, Adiectiuum {περιτμητικός} vt, Circũcisitium vinũ, Idem. Varro de Re rust. cap. 54, Quum desiit sub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premunt: & rursus, quum expressum, circuncisitium appellant: ac seorsum quod expressum est seruant, quod resipit ferrum. Legitur & circuncisitum.

Circuncise, penult. prod. {συντόμως} Aduerbium. vt, Circuncisè agere. Sueton. de Claris Rhet. Tũ ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circuncisè ac sordidè, & tantummodo triuialibus verbis egit, verum rarius. Id est abiectis verborum ornamentis, & quasi amputatis de sermone.

Breuiter & circuncisè dicere. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 1.

Circuncisio {περιτομή, περικοπή} Verbale. Lactant. lib. 4. cap. 17, Sed iræ, atque inuidiæ suæ alias causas præferebant, quòd circuncisionem vacuefaceret. Frequentissima dictio est in diuinis literis, sacrísque authoribus. Significátque præputij amputationem.

Circuncisura, pen. prod. {περικοπή} aliud verbale, Incisio circum facta. Plin. lib. 16. cap. 40, Stantésque à circuncisura siccatæ fideliores, Id est postquam circuncisæ fuerint.

Circuncingo, circuncingis, circuncinxi, circuncinctum {περιζωννύω} circuncingere, Circundare. Sil. lib. 10.
Ceu fera quæ telis circuncingentibus vltrò
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Circuncirca {πέριξ} Vide in CIRCVM.

Circunclaudo, circunclaudis, circunclausi, circunclausum, circunclaudere. Cæsar 3. bel. Ciuil. Cuius aduentu cognito Pópeius, ne duobus circuncluderetur exercitibus, ex eo loco discessit.

Circuncludo, circuncludis, pen. prod. circúclusi, circunclusum, pen. prod. {συγκλείω} circuncludere, Vndique claudere. Plin. lib. 18. cap. 35, Si nubes Solem circuncludent.
Circuncludere vas argento ab labris. Cæs. 6. bel. Gal. Hæc studiosè acquisita ab labris argento circuncludunt, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur.
Circuncludere aliquem. Cic. in Catil. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Rempub. non potuisse?

Circunclusus, pen. prod. {συγκεκλεισμένος, περικεκλεισμένος} Cic. 1. in Catil. Nunc si L. Catilina consiliis, laboribus, periculis meis circunclusus.

Circuncolo, circuncolis, pen. corr. circuncolui, circuncultum {περιοικέω} circuncolere. Liu. lib. 1. bel. Maced. Is timor omnes qui circuncolunt Bœben paludem, relictis vrbibus montes coegit petere.

Circuncolens {περιοικῶν} Participium. Vlpianus in l. 1. D. de fluminib. Flumen à riuo magnitudine discernēdum est, aut existimatione circuncolentium.

Circuncolumnium {περιστύλιον} dici potest Latinè quod Græci vocant peristylium. Est autem locus circunquaque porticum habens, vel saltem à tribus lateribus, qualia fieri in rusticanis domibus solent. Sipontinus.

Circunculco, circunculcas, circunculcare {περιπατέω} Columel. libro 5. cap. 6. Si minus terra subacta operiamus, & circunculcemus ipsum feminis codicem. Alia exemplaria habent circuncalcemus. Ibidem, 7. Ac diligenter circunculcari.

Circuncurro, circuncurris {περιτρέχω} Vnde Circuncurrens, Participium.
Circuncurrens ars. Quintil. lib. 2. cap. 22. Hanc autem quam nos materiam vocamus, id est res subiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetorices esse dixerunt, eámque artem circuncurrentem vocauerunt, quòd in omni materia diceret.

Circuncurso, circuncursas, circuncursare {περιτροχάζω} Plautus Rudent. 6.
Omnia iam circuncursaui, atque in latebris omnibus
Perreptaui quærere conseruam.
Hac illac circuncursa, inueniendum est tamen Argentum. Terentius Heaut. 3. 2.

Circundo, circundas, circundedi, circundatum {περιβάλλω, περιτίθημι, κυκλόω} circundare, pen. corr. Notæ significationis, ablatiuo post accusatiuum iungitur. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. Vallo & fossa circundedi. Cæsar 3. bel. Ciuil. Octauius quinis castris oppidum circundedit.
Hic ablatiuus sæpe in accusatiuum conuertitur, & accusatiuus in datiuum. vt, Circundedit noua mœnia oppido. Colum. lib. 5. cap. 6. Ipsósque coles in modum coronæ contortos arbori circundari. Cic. pro Quintio, Si extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipse circundedi.
Finibus aliquid circundare. Cic. lib. 1. de Orat. Tu autem exiguis quibusdam finibus totum oratoris munus circundedisti.
Fraude insidiarum circundare. Iustinus, Insidiarum fraude circundedit. Id est obsedit, ambiuit. Budæus.
Insulis circundatus. Cic. pro L. Flacco, Equidem existimo in eiusmodi regione, atque prouincia, quæ mari cincta, portubus distincta, insulis circundata esset, &c.
Nube circundari. Virgil. 4. Georgicorum,
Iámque vale, feror ingenti circúndata nube.
Obsidione arcta circundatus. Lucan. lib. 6.
Ingenti turba circundatum esse. Propert. lib. 3. eleg. 14.
At nostra ingenti vadit circundata turba.
Vlnis circundare aliquem, Amplexari. Stat. 5. Sylu.
Agmen fossa. Lucan. lib. 4.
Animum circundedit corpore Deus. Cic. de Vniuersit. Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetēdit: deinde eum circundedit corpore.
Roma arces septem muro circūdat, Id est septem arces intra mœnia continet. Virgil. 6. Æneidos.
Septémque vna sibi muro circundabit arces.
Argentum auro. Cælare. Virgil. 1. Æneid.
Argento circundatum aurum. Cic. lib. 2. de Diuinat. Fodit: inuenit auri aliquantum, idque circundatum argento.
Arma circundare nequicquam humeris, dicitur qui non aptè sibi cohærere facit, sed potius oneri sumit, vt inquit Seruius in illud Virgilij 2. Æneidos,
Circundat nequicquam humeris, & inutile ferrum Cingitur.
Comitem lateri. Ouid. ad Pison.
Custodias. Cic. 4. in Catil. Adiungit grauem pœnam, si quis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circundat.
Exercitum circundare castris. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Tum quo fuerūt ordine in via, exercitum omnem longo agmine circundat hostium castris. Budæus.
Figuram leuitate circundare. Cic. de Vniuers. Omni autem totam figuram mundi leuitate circundedit.
Fossam circundare alicui rei. Cic. 5. Tuscul.
Ignes. Cic. in Pison. Milites, quum latêre hominem putarēt, ignes circundederunt.
Ignes circundati. Cic. 3. in Catil.
Igni muros circundare. Virgil. 9. Æneidos,
Luce palàm certum est igni circundare muros,
Ignibus circundare. Ouid. in Ibin.
Saltus canibus. Virgil. 1. Georg.
Circundare vallum. Curtius lib. 1, Circundato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, &c.
Vincula collo. Ouid. 1. Metam.
Vincula & necessitates circundare aliquibus. Liuius, Ac nescio an maiora vincula maioréſque necessitates nobis fortuna, quàm captiuis vestris circundederit.
Infula vitta circundatur. Virgil. 3. Georg.
Flammis vrbem circundare. Virgil. 10. Æneid.
¶ Circundare, pro Ambire. Curtius, Lecto circundederat aulæa purpura auróque fulgentia. Budæus.
Lana sulfurata latus circundare. Celsus libro 4. cap. 6. Præter hæc circundare primùm oportet latus ipsum lana sulfurata.
Racemiferis frontem circundatus vuis. Ouidius 3. Metamorph. de Baccho.
¶ Circundare, Implicare. Virgil. 8. ecloga,
Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circundo.

Circundatus, pen. corr. {περιβληθείς} Participium. vt,
Circundata palla. Horat. 1. Serm. satyr. 2.
Ad talos stola demissa, & circundata palla: Plurima, &c.
Virtus circundata. Sil. lib. 15. Metonymia, pro hominibus virtute præditis.
Armis circundatus, Armatus. Virgil. 9. Æneid.

Circundandus {περιθετέος} aliud Participium. vt, Ferulæ circundandæ. Celsus libro 8. capite 10. Quinto die idem faciendum: ferulæque circundandæ. De ferulis autem chirurgorum vide in dictione ACCOMMODO.

Circundolo, circundolas, pen. corr. {περιξέω} circundolare. Plin. lib. 16. cap. 32. Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus restibilis sponte facta.

Circunduco, circunducis, pen. prod. circunduxi, circunductum, {περιάγω} circunducere, Notæ significationis. Plaut. Milit. 5.
Aliquos mitte, circunduce exercitum. Plin. lib. 22. cap. 25. Si furunculum quis circunducat.
Telis circunducere aliquem. Curtius lib. 4.
Aratrum circunducere. Cic. 2. Philip. Casilinum Coloniam deduxisti quo erat paucis annis antè deducta: vt vexillum videres, & aratrum circunduceres.
Circunducere, cum duobus accusatiuis. Plaut. Mostel. 10.
Eho istum puer circunduce hasce ædes.
¶ Circunducere, per translationem, pro Abolere, delere, & abrogare. Paulus D. de re iudic. in l. acta, Acta apud se habita si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere ea die circunduci, nisi vel negotium, vel lis terminata est. Vlpianus de iudiciis in l. & post edictum. Quòd si is qui edictum peremptorium impetrauit, abfit die cognitionis, is verò aduersus quem impetratum est adsit, tunc circunducendum erit edictum peremptorium. Budæus.
Cognitionem circunducere. Vlpianus in l. diui fratres. D. de liberali causa, Rectè atque ordine iudices puto facturos, si hanc formam fuerint consequuti, vt vbi deest is qui in seruitutem petit, electionem aduersario deferant, vtrum malit cognitionem circunduci: an audita causa sententiam proferri.
¶ Circunducere aliquem per dolos, Fallere. Plaut. Pseud. 7.
Circunducere aliquem argento. Plaut. Pseud. 7.
Te velle amantem argento circunducere.

Circunductus, Participium {περιαχθείς} Plaut. Pœnul. 16.
Numnam it à balineis, circunductus pallio?

Circunductio {περιαγωγή} Verbale, Actus ipse circunducendi.
Circunductio {ἀπάτη} Deceptio. Plaut. Capt. 20.
Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.

Circumeo {περιέρχομαι, κυκλόω} circumis, vel ablato m, circueo, vel circuo, circuis, circumiui, circumitum, pen. corr. circumire, vel circuire. Cæsar 7. bel. Gal. Equitum se partem sequi, partem circuire. Vbi nunc legitur, partem circumire exteriores munitiones. Liu. 1. ab Vrbe, Sed ipse Romulus circumibat, &c.
Aliquem circumire. Cic. Attico, lib. 14.
Orbe spatioso circumire aliquid. Ouid. 3. Amor. eleg. 2.
Me miserum, metam spatioso circuit orbe.
Rota circumire aliquid. Ouid. 2. de Arte.
Cornu circuire. Galba Ciceroni, lib. 10. epist. 30. Itaque quum equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi.
Hederæ circumiere caput. De eo dici solet, qui est poeta doctus. Propert. lib. 2. eleg. 5.
Cuius non hederæ circumiere caput.
Prædia circumire. Cic. pro Cecinna.
Sonus circuit aures. Stat. lib. 4. Sylu. 4.
Inde sonus geminas mihi circuit aures.
Belli fluctibus circumiri. Cic. 13. Philipp. Qui se totius belli fluctibus circumiri quàm illum aut egredi, aut progredi maluit.
Circumeunda meta. Ouid. 3. de Arte.
Spectentur tepido maculatæ sanguine arenæ,
Metáque feruenti circumeunda rota.
Circumire per. Plaut. Asin. 12.
Illac per hortum circumit clàm.

Circumiens, huius circumeuntis, Participium. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.
His eques instructus perterrita mœnia lustrat
More lupi clausas circumeuntis oues.

Circuitus, penult. corr. {κυκλωθείς} Adiectiuum, Circunductus. Seneca Med. 2. 9.
Orbem circuitis cornibus alligat.

Circuitus, huius circuitus, pen. corr. {περίοδος, περιφορά, κύκλος} Verbale. Cic. 2. de Nat. deor. Circuitus enim Solis orbium quinque dierbus LX, & CCC, quarta ferè diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam.

Febrium

Febrium circuitus. Celsus libro 3.cap.5, Sed tertianarum quartanarúmque, quarum & certus circuitus est, & finis integer est, & quia liberaliter quieta tempora sunt, expeditior ratio est.

Longiore circuitu redeũt febres. Cels. lib. 3. cap. 2, Interdum etiam longiore circuitu quædam redeunt: sed id raró euenit. De febribus.

Orationis circuitus. Cic. in Orat. In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, quem Græci [illegible], nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circunscriptionem dicimus: an in principiis solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit.

Orbis circuitus sapientissimus & optimus. Cic. de Vniuersit. Nox igitur & dies ad hunc modum, & ob has generata causas, vnum circuitum orbis efficit sapientissimum atque optimum.

Circuitus, conglutinatióque verborum. Cic. in Orat.

Verborum circuitus breuior aut longior. Cic. 3. de Orat.

Naturalis. Cic. de Somnio Scipionis.

¶Circuitu claudi. Quintil. lib. 1. cap. 10, Ergo etiam id fieri potest, vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur.

Conficere circuitum verborum. Cic. lib. 3. de Orat. Itaque illi veteres sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c.

Pererrare omnem circuitum. Virgil. 11. Æneid.

Circuitu ad aliquid peruenire. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Circumitio, vel circuitio {[illegible]} Verbale. Liu. 3. ab Vrbe, Circuitio ac cura Ædilium plebis erat, ad eos summa rerum ac maiestas consularis imperij venerat.

Circuitio verborum. Terent. And. 1. 2,

Ita apertè ipsam rem modò loquutus, nihil circuitione vsus es.

Circuitio in oratione. Author ad Herennium, lib. 4, Circuitio est oratio rem simplicem assumpta circunscribens eloquutione.

Circuitor, pen. corr. {[illegible]} aliud Verbale. Circuitores (vt ait Vlp. de Instit. act. l. quicunque. §. sed etiam eos.) vulgò appellari, quibus vestiarij, vel lintearij vestem dant circunferendam, & distrahendam. ¶In Pand. Flor. legitur Circitores. Circitores etiã erãt, qui à Triumuiris, aut à Præfecto vigilum constituti vrbem noctu circumibant, ad extinguẽda incendia, & arcendos fures. ¶Sunt & Circitores, de quibus lib. 3. Vegetius, Idoneos, inquit, & probatissimos Tribuni eligunt, qui vigilias circumeant, vt renuntient si emerserit culpa, quos circuitores appellant: nunc militiæ factus est gradus, & circitores vocantur. Alciatus.

Circumequito, circumequitas, pen. corr. {[illegible]} circumequitare. Liu. 10. ab Vrbe, Nequam occultam in fraudem incautus rueret, duas turmas sociorũ Latini nominis circumequitare mœnia, atque explorare omnia iubet.

Circunfero, pen. corr. circunfers, circuntuli, pen. corr. circunlatum, pen. prod. {[illegible]} circunferre, Circum portare. Cic. 4. Verr. Quæso codicem circunfer, ostende.

Inspiciendi causa circunferre aliquid. Cic. pro Corn. Balbo.

Acies oculorum huc atque huc circunferre. Virgil. 12. Æneidos,

Huc atque illuc acies circuntulit, aspicit vrbem.

Ars circunfertur. Quintil. lib. 2. cap. 15, Hæc opinio originem ab Isocrate (si tamen re vera ars quæ circunfertur eius est) duxit.

Lumina alicubi circunferre. Sil. lib. 17.

Circunferre oculos. Liu. 1. bel. Pun. Quocunque circuntuli oculos, plena omnia video animorum & roboris.

Oculos circunferre rebus aliquibus spectandis. Sil. lib. 11.

Oscula circunferre alicui. Valer. lib. 7. Argonaut.

Pauimenta. Sueton. in Cæsare. cap. 46, In expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circuntulisse.

Querelas. Liuius, Hæ querelæ domos primùm nobilium circunlatæ, celebratæque sermonibus.

Circunferre se. Plaut. Merc. 17,

Gradus grandit, emittit oculos, circunfert se, obstipat verticem.

Circunferre vultus. Ouid. 3. Metam.

¶Circunferre, pro Purgare, lustrare, propterea quòd qui lustrant, eum, quem lustrant, sæpe aliquid circunferentes, circumeunt: vnde & lustrare, circuire est. Inde & [illegible] apud Græcos, & [illegible], & [illegible] dicuntur. Plautus,

Quin tu istanc iubes proceritam circunferri. Virgil. 6. Æneidos,

Idem ter socios pura circuntulit vnda. Vbi Seruius, Circuntulit, purgauit. Antiquum verbum est. Plautus, Pro laruato te circunferam. Id est purgabo. Nam lustratio à circunlatione dicta est, vel tædæ vel sulfuris. Iuuenal. satyr. 2, -si qua darentur

Sulfura cum tædis.

¶Circunferre prædicatione. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 11, Inde etiam meum meritum, vt vera, ita supra meritum prædicatione circunfert.

Circunferre fama. Plin. Iunior, lib. 3. epist. 16, Quum interim illud quidem ingens fama, hæc nulla circunfert.

Sol circunfertur. Cic. 3. de Orat. Incolumitatis ac salutis omnium causa videmus hunc statum esse huius totius mundi atque naturæ, rotundum vt cælum, terráque vt media sit, eáque sua vi nutúque teneatur: Sol vt circunferatur, vt accedat ad brumale signum, & inde sensim ascendat in diuersam partem, &c.

Ad nutum aliquorum circunferri, pro Nunc huc, nunc illuc inclinare. Curtius lib. 5, Nec mirari hominem mercede conductũ omnia habere venalia, sine pignore, sine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hostem, ad nutum licentium circunferri.

Circunferri cum auorum memoria. Columel. lib. 8. cap. 16, Et iam cum auorum memoria circunfertur Philippi factum atque dictum.

Circunlatus, pen. prod. {[illegible]} Participium. Plin. lib. 29. cap. 4, Quòd si ter sit circunlatus domui viuus, &c.

Circunlata & deducta oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Circunferentia, circunferentiæ, fœm. gen. Euclid. 1. Element. Circunferentia est linea circuli, comprehendens circulum.

Circunfirmio, circunfirmas, circunfirmare {[illegible]} Colum. lib. 4. cap. 17, Nam vbi magna vis & incursus est pluuiarũ, procellarúmque, vbi frequẽtibus aquis vitis labefactatur, vbi præcipitibus cliuis velut pendẽs plurima præsidia desiderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine.

Circunflecto {[illegible]} circunflectis, circunflexi, circunflexum, circunflectere. Virgil. lib. 5. Æneidos,

Constituit signum nautis pater, vnde reuerti

Scirent, & longos vbi circunflectere cursus. Vbi Seruius, Bene vno sermone, & profectionem complexus est & reuersionem.

Circunflexus {[illegible]} Adiectiuum. vt, Secula circunflexa. Claud. 4. Panegyr.

Circunflexus, huius circunflexus {[illegible]} Plin. lib. 8. cap. 11, Vt & ipsos circunflexu facili ambiant.

Circunflo, circunflas {[illegible]} circũflare, Vndique flare, & ab omni parte.

Circunflari à ventis inuidiæ. Cic. 5. Verr. Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circunflari posse videatur.

Circunflantibus Austris. Stat. lib. 11. Thebaid.

Circunfluo, circunfluis, circunfluxi, circunfluxum {[illegible]} circunfluere, Circum aliquid decurrere. Plinius, Id oppidum circunfluit amnis.

Agrum circunfluit amnis. Pomponius in l. ergo. D. de acquir. rer. domin. Tribus modis insula in flumine fit. Vno modo, quum agrum qui alueí non fuit, amnis circunfluit. Altero modo, quum locum qui aluei esset, siccum relinquit, & circunfluere cœpit, &c.

Ignis frontem circunfluit, Id est rubor, qui pudoris signum est, frontem occupat. Claudian. 2. Panegyr.

-insolitus frontem circunfluit ignis.

Robora circunfluunt dracones. Lucan. lib. 3. Id est circunreptant.

¶Circunfluere, per translationem, pro Accurrere vndique. Plinius, Postquam variæ vndique gentes circunfluxere.

¶Circunfluere, Circundare. Varro 2. de Re rust. cap. 9. Idem lib. 3. cap. 13, Vbi tanta circunfluxit nos ceruorum, aprorum, & cæterarum quadrupedum multitudo.

Mare circunfluere aliquid aut aliquem dicitur. Valer. lib. 2. Argon.

Méque fremens tumido circunfluat ore Propontis.

¶Circunfluere {[illegible]} Abundare. Cic. in Parad. Quippe quum viderem homines his rebus circunfluentes, ea tamen desiderare maximè quibus abundarent. Curtius lib. 10, Secundis rebus quæ circunfluunt, vos insanire cœpistis, obliti status eius, quem beneficio exuistis meo.

Circunfluere omnifariam. Vide OMNIFARIAM.

Copiis omnibus circunfluere. Cic. de Amicit. Quis est, prò deûm fidem atque hominum, qui velit vt neque diligat quenquam, nec ipse ab vllo diligatur, circũfluere omnibus copiis, atque in omnium abundantia viuere?

Circunfluere atque abundare. Cicero 5. Verrina. Istum rebus omnibus vndique ereptis impunè eludentem circunfluere atque abundare?

¶Circunfluere, per metaphoram, transfertur ad animum. Curtius libro 8, Insatiabilis autem auaritiæ est, adhuc implere velle quod iam circunfluit.

Circunfluens {[illegible]} Participium. vt, Circunfluens amnis oppidum.

Circunfluens exercitus. Cic. pro Murena, de Catilina, Circunfluente colonorum Aretinorum & Fesulanorum exercitu.

Circunfluens gloria. Cic. ad Atticum, lib. 2, Itaque ille amicus noster insolens infamiæ, semper in laude versatus, circunfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quò se conferat nescit.

Circunfluens & redundans oratio. Cic. de Claris Orat. Incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circunfluens oratio.

Circunfluus {[illegible]} Adiectiuum. Plin. libro 2. cap. 65, Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari.

Amnis circunfluus. Ouid. 15. Metamorphoseos,

Scinditur in geminas partes circunfluus amnis.

Humor. Ouid. 1. Metam. De Oceano, qui terram ambit.

Circunflua insula, significatione passiua, id est quam aqua circunfluit. Ouid. 15. Metam.

Mens circunflua luxu. Claud. 5. Paneg. -virtutibus ille

Fortunam domuit, nunquámque leuantibus altè

Intumuit rebus: sed mens circunflua luxu

Nouerat intactum vitio seruare vigorem. Circunflua, id est vndique circundata.

Vrbs circunflua ponto. Valer. lib. 5.

Circunfodio, circunfodis, pen. corr. circunfodi, pen. prod. circunfossum {[illegible]} circunfodere. Notum est verbum. Plinius lib. 17. cap. 18, Circunfodi autem omnibus annis à solstitio duûm cubitorum, scrobe bipedali altitudine.

Circunfossor {[illegible]} Verbale. Plin. lib. 17. cap. 24, Aut circunfossor iniurioso ictu verberauit.

Circunfossura, pen. prod. {[illegible]} Verbale. Plinius lib. 17. cap. 26, Cupressus aspernatur circunfossuram.

Circunforaneus {[illegible]} Qui circum forum spatiatur vẽditans aliquid, aut emens, aut sciscitans, aut tempus inaniter terens. Ita Sipontinus. Cic. pro Cluentio. Tum repentè Anconitanum quẽdam L. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casu tum Larium venisset, aggreditur. Pharmacopola circunforaneus, qui fora multa multorum oppidorũ circuit, & pharmaca venditat. Et apud Tranquillum in Vitellio, capite 10, Circunforaneus lanista, Id est qui in foris versatur & discurrit, vt gladiatores vel emat, vel muneratius vendat.

Circunforanea domus apud Apuleium, pro ea quæ mobilis & ambulatoria est, facilis ad circunferendum.

Circunforaneæ hostiæ dicuntur, non tam quæ circum fora, quàm quæ circum agros & vrbeis in ambaruali sacrificio circunferuntur, à circunferendo dictæ.

Circunforaneum æs, pro Fœneratitio. Vide AES, æris.

Homines circunforaneos Græci ἀγύρτας appellant, à Græca dictione ἀγορᾶς, quod forum significat: vnde Latini huiusmodi leues homines, scurriles, circulatores, & ridiculos, circunforaneos vocant. Mosellanus in Annotationibus quas in cap. 3. lib. 17, Noctium Atticarum Gellij scripsit.

Medici circunforanei. l. tria onera. D. de excus. tut. Grammatici, sophistæ, rhetores, medici, qui περιοδευταὶ, hoc est circunforanei, vocantur, vt à reliquis muneribus, sic à tutela & cura vacationem habent. Vide A. August. lib. singul. ad Modest. in hunc locum.

Circunforo, circunforas, pen. corr. {[illegible]} circunforare: Inde Circunforatus, pen. prod. Plin. lib. 17. cap. 27, Stipite ab ima parte circunforato.

Circunfossor, **Circunfossura**, In CIRCVNFODIO.

Circunfrico, circunfricas, pen. corr. {περιτρίβω} circunfricare. Cato cap. 26, Priuas scopulas in dolia facito habeas illi rei, quæis labia doliorum circunfrices.

Circunfulgeo, circunfulges, circunfulsi, sine supino {περιλάμπω} circúfulgere. Plin. lib. 2. cap. 37, Hominum quoque capita, vespertinis horis magno præsagio circunfulgent.

Circunfundo, circunfundis, circunfudi, circunfusum, penult. prod. {περιχέω} circunfundere, Circuncirca aspergere. Ouid. 5. Fastorum,
Gens fuit & campis, & equis, & tuta sagittis,
Et circunfusis inuia fluminibus.

Febris circunfusa rosis. Martial. lib. 12. epig. 17.

Imber circunfusus. Claudian. de Nilo.

Nubes. Virg. 1. Æneid.

Pruinis, aut niuibus circunfusa corpora. Virgil. 3. Georg.

Tempestas circunfundit terram. Sil. lib. 7.

Terra circunfusa mari Atlantico: hoc est, quam circunfluit mare. Cic. in Somnio Scipionis.

Super circunfusa. Lucret. lib. 1,
Hunc tu diua tuo recubantem corpore sancto
Circunfusa super, &c.

¶ Circunfundi dicitur lac. Plin. lib. 28. cap. 9, Quum feruet, ne circunfundatur, præstat cyathus argenteus cum frigida aqua demissus.

Circunfundere ad aliquid. Cato cap. 93, Olea si fructum non fert, ablaqueato: postea stramenta circumponito: postea amurcam cum aqua commisceto æquas partes: deinde ad oleam circunfundito.

¶ Circunfundit aer terram. Cic. 2. de Nat. deor. Id est ambit & circundat. Ouid. 1. Metamorphoseos,
Nec circunfuso pendebat in aere tellus.

Anima circunfusum aliquid. Cic. de Vniuersit. Neque erant anima circunfusa extrema mundi, vt respirationem requirerent. Aliàs, aere.

Luce circunfusus. Cic. lib. 4. Academic. Aduersantur enim primùm quòd parũ defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, vt quanta ea luce circunfusa sunt, possint agnoscere.

Amictu nebulæ circunfundere. Virgil. 1. Æneidos,
At Venus obscuro gradientes aere sepsit,
Et multo nebulæ circum dea fudit amictu.

Corona circunfundi, Circundari hominum multitudine. Sil. lib. 7.

Libris circunfusus. Cic. 3. de Finib. Vide in bibliotheca sedentem multis circunfusum Stoicorum libris.

Circúfunditur exercitus. Cæsar 1. bel. Ciuil. Alij quòd pridie noctu conclamatum esset in castris Cæsaris, argumenti sumebant loco non posse clàm exiri, circúfundi noctu equitatum Cæsaris, atque omnia loca atque itinera obsideri, nocturnáque prælia esse vitanda.

Circunfusi hostes. Liu. 4. ab Vrbe Cond. Castráque eo die ægrè retenta, postero die circunfusis iam magna ex parte hostibus, per auersam portam fuga turpi deseruntur. Hoc est, circum castra effusis, & castra iam magna ex parte ambientibus.

Armis densis circunfundi. Virgil. 2. Æneid.

Circunfusus caligine. Cic. 1. Tuscul. Præcipuè verò fruentur ea, qui tum etiam quum has terras incolentes circunfusi erant caligine, tamen acie mentis dispicere cupiebant.

Circunfusi corona chori. Claud. in procem. lib. 3. de Raptu Proserp.

Flore alicuius ordinis vndique circunfusus. Plin. in Paneg. Neque enim stipatus satellitum manu, sed circunfusus vndique nunc Senatus, equestris ordinis flore, &c.

Circunfusi omnis generis hominum frequentia. Liu. 7. bel. Punici. Et Cic. 3. Tusc. Quòd se classe hostium circunfusos viderent.

Copiis præsidiorum circunfusus. Cic. pro Milone, Quòd verò in illo loco, atque in illis publicorum præsidiorum copiis circunfusus sedet.

Tenebris circunfusus. Stat. lib. 10. Thebaid.

Circunfusa arma. Quintil. lib. 2. cap. 20, Nónunquam vt in iudicio Miloniano, inter circunfusa militum arma dicendum est.

Circunfusæ vndique molestiæ, circunfusi pauores. Cic. 5. Tuscul. Nostris quidem acerbissimis doloribus, variisque, & vndique circunfusis molestiis, alia nulla potuit inueniri leuatio.

Multitudo circunfusa. Virgil. 2. Æneid.

Multitudo alicui circúfunditur. Liu. 2. bel. Pun. Hæc velut concionanti Minutio circunfundebatur Tribunorum, equitúmque Romanorum multitudo, &c. Sic idem, Et circunfusa Consuli multitudo, & Consul multitudine circunfusus.

Satelles circunfusus. Ouid. 14. Metam. Id est circunfusi satellites.

Turba circunfusa Duci. Lucan. lib. 5.

Inclusus & Circunfusus videtur tanquam contraria posuisse Liu. 3. bel. Pun. Non tantùm eo iniquam, quòd inclusi aduersus circunfusos, sed etiam quòd fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

Circunfundere aliquem. Ouid. 3. Metamorphoseos,
-circunfusæque Dianam
Corporibus texère suis. De Nymphis, quæ viso Actæone, circunfuderunt Dianam. Nisi accusatiuum referas ad verbum, texère.

Circunfundi alicui. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Et nunc hac iuueni, nunc circunfunditur illac.

Circungelatus, pen. prod. {περιπηχθείς} Participium. Plin. lib. 13. cap. 22, Sed qui circungelatus videri possit.

Circungemo, circungemis, penul. corr. {περιστενάζω} circungemui, circungemitum, pen. corr. circungemere. Horat. Epod. 16,
Nec vespertinus circungemit vrsus ouile.

Circungesto, circungestas, circungestare {περιφορέω} Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2, Nam eam quoque epistolam T. Catienus circungestabat.

Circunglobo, circunglobas, pen. corr. {περισφαιρόω} circunglobare. Plin. lib. 9. cap. 47, Adeóque nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam æstiua animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maxime celat, existant: & circunglobata escæ sæpe extrahuntur. Id est, collecta circum escam. Pulices & pediculos intelligit.

Circungredior {περιοδεύω} circungrederis vel circungredere, penul. corr. circungressus sum, circungredi, pen. corr. Tacit. lib. 12, Illi min. tune hinc Romanus, inde Cherusci, cum queis æternùm discordant, circungrederentur, legatos in vrbem & obsides misere.

Circuniaceo, circuniaces, pen. corr. {περίκειμαι} circuniacui, circuniacere. Liu. 7. bel. Maced. Nã & Lycaonia, & Phrygia vtraque, & Pisidia omnis, & Chersonesus, quæque circuniacent Europæ, in vestra sunt potestate.

Circuniicio, circuniicis, pen. corr. {περιβάλλω} circunieci, pen. prod. circuniectum, circuniicere. A Iacio compositum. Quod & Circuniacio dicitur. Liu. 3. bel. Maced. Postquam læuo latere nudato circuniacere hastas in venientem ex transuerso hostem conati sunt.

¶ Circuniicere, pro Circum ædificare. vt, Circuniicere vallum. Liu. 5. bel. Maced. Totius agminis sarcinas in medium coniici iussit, & triarios vallum circuniicere.

Circuniicere, Circundare & amplecti, authore Budæo.

Extremitatem cæli circuniicere. Cic. de Vniuers. Sic animus à medio profectus extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circuniecit, seséque versans, diuinitus sempiternæ, sapientísque vitæ induxit exordium.

Circuniectus, Participium {περικείμενος} Circum positus. Plin. lib. 23. cap. 1, Hoc quoque dilatat orbis medius, & minor plaga à circuniectis.

Circuniecta muris ædificia. Liu. 9. ab Vrbe.

Campi circuniecti, pro Circuniacentes. Liu. Decad. 4. lib. 1, Templum Herculis, gymnasiúmque, & lucus erat circuniectus.

Circuniectus, huius circuniectus, masc. gen. {περιοχή} Cic. 2. de Nat. deor. Qui terram tenero circúiectu amplectitur. Aliàs, circuniectu. Plinius libro 11. cap. 51, In theatrorum orchestris scobe aut arena superiecta deuoratur, & in rudi parietum circuniectu, doliis etiam indicibus.

Circunlambo, circunlambis {περιλείχω} circunlambere. Plin. lib. 11. cap. 37, Sed supradictis capillamenti tenuitate. Cæteris ad circunlambenda ora.

Circunlatus, Vide CIRCVNFERO.

Circunligo, circunligas, pen. corr. {περιδέω} circunligâre. Plin. lib. 17. cap. 11. Proderit totas cæspite circunligari. Liu. 1. bel. Pun. Id sicut in pilo quadratum stupa circunligabant, linebántque pice.

Circunligare aliquem. Stat. 8. Thebaidos,
Imminet, & magna trepidum circunligat vmbra.

Vlnis circunligare aliquam. Stat. 1. Achilleidos,
-exceptamque auidis circunligat vlnis.

Angui circunligatus. Cic. 2. de Diuin. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circunligatus fuerit angui.

Circunlinio, circunlinis, pen. corr. circunlinini, circunlinitum, pen. prod. {περιχρίω} circunlinire, Circum vngere, vel fricare, aut aliquid leuiter digito aut aliquo instrumento alicui rei circum inducere, & molliter ac tenuiter circum imprimere, non autem crassé. Per translationem vtitur Quint. lib. 12. Institutionum, cap. 9, At quidam etiam si fortè susceperint negotia paululum ad dicendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circunlinuntur: ac si defecerint alia, &c. Vnde ducta sit hæc translatio, intelligi potest ex eodem lib. 8. Nec pictura in qua nihil circunlinitum est, eminet. Budæus.

Circunlino, circunlinis, pen. corr. circunliui, circunleui, circunlini, pen. prod. circunlitum, pen. corr. {περιχρίω} circunlinere, Circuncirca leuiter inducere. Columella libro 12. cap. 43, Et circunlinito luto paleato. Plinius libro 21. capite 14, Circunlini alueos fimo bibulo, vtilissimum.

Circunlinire oculum. Plin. Iunior, lib. 6. epist. 88.

Circunlitus, pen. corr. Participium à supino circunlitum {περικεχρισμένος} Plin. lib. 19. cap. 4, Sed & alios ad hunc seruant vsum in oleo aut luto circunlitos.

Auro circunlitus. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Néve malè optato maneat circunlitus auro, &c. De Mida.

Cera circunlitus. Cic. 1. Tuscul.

Corpora nullo circunlita fuco. Lucret. lib. 2.

Saxa musco circunlita. Horat. 1. Epist. 10.

Circunlitio, Verbale {περίχρισις} Plin. lib. 35. cap. 11, Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus quæ maximè opera sua probarit in marmoribus, quibus Nicias manum admouisset: tantum circunlitioni eius tribuebat. Vtitur & Seneca epist. 87.

Circunloquutio, circunloquutionis, Vide PERIPHRASIS.

Circunluo, circunluis, circunlui {περικλύζω} circunluere. Liu. 5. bel. Pun. Quo in peninsulæ modum pars maior circunluitur.

Circunluuio, Verbale {[illegible]} Cic. 1. de Orat. Gentilitatum, agnationum, alluuionum, circunluuionum, &c.

Circunluuium, Ius prædiorum. Festus.

Circummitto, circummittis, circummisi, pen. prod. circummissum, circummittere {περιπέμπω} Liu. 4 ab Vrbe, Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit.

Circummissus, Participium. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectúmque toto Piceno circummissis Senatoribus habebat.

Circummulceo, circummulces, circummulcere {περιλείχω} Plin. lib.28.cap.3. Ex qua familia legatus Hexagon nomine, à Consulibus Romæ in dolium serpentum coniectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circummunio, circummunis, pen. prod. {περιτειχίζω} circummunire. Colum. de Arboribus, cap.18, Prius quam pomarium constituas, quàm magnum habere voles, circummunito maceria aut fossa.

Circummunitus, pen. prod. {περιτετειχισμένος} Participium. Cæs. lib.1. bel. Ciuilis, Nunc verò pene vt fœminas circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu.

Circummunitio {περιτειχισμός} Verbale. Cæsar, Id ne fieri posset, obsidione, oppidíque circummunitione fiebat.

Circumnascor, circumnasceris vel circumnascere, penult. corr. circumnatus sum {περιφύομαι} circumnasci. Plin. lib.2. cap.103, Lacus Sinnaus in Asia, circumnascente absynthio inficitur.

Circumnauigo {περιπλέω} circumnauigas, pen. corr. circumnauigare. Paterc. lib.2, Classis quæ Oceani circumnauigauerat sinus.

Circumnecto {περιπλέκω} circumnectis, circumnexui, circumnectere. Lact. De opif. Dei cap.14, An aliquis enarrare se putat posse, quid vtilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua circumnectitur aluus ac tegitur?

Circumobruo, circumobruis, circumobrui, circumobrutum, pen. corr. circumobruere {περιχώννυμι} Plin. lib.19. cap.5, Cófert alterna folia circumobruere.

Circumpadanus, penult. prod. Adiectiuum à Padus, Qui habitat in circuitu Padi. Liuius 1. bel. Pun. Consistere iussis militibus Italiam ostentat, subiectósque Alpinis montibus circumpadanos campos. Plinius libro 14. cap.20, Liguriæ maximè, circumpadanísque mustis vtilitas.

Circumpango, circumpangis, circumpegi, pen. prod. circumpactū {περιπήγνυμι} circumpangere. Plinius libro 17. cap.13, Ramis terra circumpactis.

Circumpauio, circumpauis, pen. corr. {περιπατέω, περιδαφίζω} circumpauire. Plin. lib.12. cap.14, Alibi area circumpauita.

Circumpedes, penult. corr. {οἱ περὶ πόδας} Iidem qui & à pedibus dicuntur. Cicero 3. Verrina, Seruos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat.

Circumplector, circumplecteris, pen. corr. circumplexus sum {περιπλέκομαι} circumplecti. Cic. de Vniuersit. Vndique est eos circumplexus. Plinius lib. 13. cap.10, Tam vastis arboribus, vt terni nequirent circumplecti.

Opes circumplexus. Stat. 1. Sylu. 5.

Circumplecti patrimonium alterius. Cic. 13. Philipp. An is non redderet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, Pompeij seruus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupauit?

Circumplexus {περιπλακείς} Participium passiuè acceptum. Gellius libro 15, Noct. Attic. cap.1, In eo igitur libro scriptum inueni, &c. turrim ligneam defendendi gratia structam, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere non quisse, quod ab Archelao alumine oblita fuisset.

Circumplexus, huius circumplexus {περιπλοκή} Plinius libro 10. capite 63, Lacertæ, vt ea quæ sine pedibus sunt, circumplexu Venerem nouere.

Circumplico, circumplicas, penult. corr. {περιπλέκω} circumplicare, Circumnectere. Cicero 1. de Diuinat. Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Ibidem, Tum visam belluam vastam & immanem circumplicatam serpentibus.

Anguem circumplicare. Cic. 2. de Diuinat. Tum esset, inquit, ostentum, si anguem vectis circumplicauisset.

Circumpono, circumponis, pen. prod. circumposui, circumpositum, pen. corr. {περιτίθημι} circumponere, notæ significationis. Plin. lib.17. cap.28, Stramentis antea circumpositis.

Piper circumponere catillis. Horat. 2. Serm. sat.4,
Primus & inueni piper album cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.

Circumpotatio {περιποσία} Verbale à Circumpôto, pen. prod. Cic. 2. de Legib. Hæc præterea sunt in legibus de vnctura, quæ seruilis vnctura tollitur, omnísque circumpotatio.

Circunrado, circunradis, pen. prod. circunrasi, circunrasum, penult. prod. {περιξύω} circunradere. Plin. lib.17. cap.26, Veluti detractio sanguinis circunrasi corticis. Colum. lib.4. cap.29, Huius traducis si nó est facultas, tum detractum viti quàm recentissimum eligitur sarmentum, & leuiter circunrasum.

Circunretio, circunretis, pen. prod. {περιδικτυόω} circunretire, Impedire & implicare. Lucret. lib.5,
Circunretit enim vis, atque iniuria quenque.

Circunretitus, penult. prod. {περιδικτυωθείς} Participium. Cic. 7. Verr. Num ego tibi vllam salutem, vllum perfugium putem, quum te implicatum seueritate iudicum, circunretitum frequentia populi Romani esse videam?

Circunrodo, circunrodis, pen. prod. {περιτρώγω} circunrosi, circunrosum, penul. prod. circunrodere. Plin. lib.32. cap.2, Polypum hamos appetere, brachiisque complecti, non morsu, nec prius dimittere, quàm escam circunroserit.

¶Circunrodere, per translationem. Cic. ad Atticum, lib.4, Quid? etiam (dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. Hoc est, inuitus dico, quod dicendum tamen est. Vereor enim ne me reprehendas, qui hoc in libro gratiæ causa ea laudarim, quæ antea vituperabam. Metaphora ab iis qui circunrodunt quod non libenter comedunt.

Dente circunrodi. Horat. 1. epist. 19, Dente Theonino quum circunroditur. Vide THEON.

Circunscalpo, circunscalpis, circunscalptum {περιξύω} circunscalpere. Plin. lib.20. cap.5, Radice eius circunscalpti dentes dolore liberantur.

Circunscarifico, circunscarificas, penult. corr. {περισχάζω} circunscarificare. Plinius lib.22. cap.23, Pedum clauos circunscarificatos ferro, mistum ceræ extrahit. Idem lib.30. cap.3, Caninus dens sinister maximus, circunscarificato eo qui doleat, aut draconis os è spina: item enhydridis. Est autem serpens masculus & albus. Huius maximo den te circunscarificant.

Circunscindo, circunscindis, circunscidi, pen. corr. {περισχίζω} circunscissum, circunscindere. Liu. 2. ab Vrbe, Quò ferocius clamitabat, eò infestius circunscindere, & spoliare lictor.

Circunscribo, circunscribis, penultima producta, circunscripsi, circunscriptum {περιγράφω} circunscribere. Verbum notæ significationis.

Orbem circunscribere. Cic. 5. de Finib.

Circunscribere terram surculo, gladio, &c. Plin. lib. 22. cap.21, Et si terram surculo heliotropij circunscribat aliquis, negant scorpionem egredi.

¶Circunscribere, Constituere, vt, Circunscribere locum habitandi alicui. Cic. in Parad. Exilium autem illis quibus quasi circunscriptus est habitandi locus.

Curriculum vitæ circunscripsit nobis natura. Cicero pro C. Rab. Perduel.

Circunscribere terminis & definire. Cicero 1. de Orat. In hoc quidem certe prope idem, nullis vt terminis circunscribat aut definiat ius suum.

Spatium vitæ circunscriptum. Cic. pro Archia poeta.

Circunscribens circuitio. Author ad Heren. 4, Circuitio, est oratio rem simplicem assumpta circunscribens eloquutione.

Sententiam mente circunscribi. Cic. in Orat. Antè enim circunscribitur mente sententia, confestímque verba cócurrunt, quæ mens eadem, qua nihil est celerius, statim demittit.

Regionibus modicis circunscripta pars. Cic. 2. de Orat. Assumamus eam quoque partem, sed ita vt sit circunscripta modicis regionibus.

Scientia circunscripta cancellis rerum certarum. Cic. 1. de Orat. Nam siquis erit qui hoc dicat esse quasdam oratorum proprias sententias atque causas, & quasi certarum rerum forensibus cancellis circunscriptam scientiam, fatebor equidem, &c.

Definiri & circunscribi genus potest. Cic. pro Sextio.

Circunscribere luxuriam vtilitate. Plin. lib.22. cap.1, Nunc propositum ista consectari non est: nec committemus, vt subuciendo vtiliora, luxuriam vtilitate circunscribamus.

¶Circunscribere, Decipere, circunuenire. Plin. lib.7. cap. 40, Vana mortalitas, & ad circunscribendum seipsam ingeniosa, &c. Cicero 14. Philippica, Aut eiciunt vicinos, aut adolescentulos circunscribunt.

Circunscribere atque decipere. Cicero 4. Academica, Fallacibus & captiosis interrogationibus circunscripti atque decepti quidam, &c.

Ab aliquo circunscribi. Cic. pro Q. Rosc. Comœd. Dic nunc te ab Roscio HS ɪↄↄↄ circunscriptum esse, qui tantas, & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.

¶Circunscribere, Tollere, & expungere. Cic. 4. Verr. Itaque vno genere opinor circunscribere habetis in animo genus hoc aratorum. Idem 3. Verr. Quamobrem omni tempore Syllano ex accusatione circunscripto, legationem eius præclaram cognoscite. Id est, ablato, exempto. Asconius interpretatur, sublato, circunducto, ac prætermisso.

Aliquem circunscribit Senatus, facto aduersus eum senatuscósulto. Cic. pro Mil. Senatus, credo, Prætorem eum circunscripsisset. In huiusmodi circunscriptione ignominia est, & priuatio iuris. Cic. Att. lib.7. epist.8, Si fortè Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut senatusconsulto circunscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit.

Circunscribere Senatum, aut aliquem priuatum. Cic. ad Octauiū, Cur aut vt ingratum, ingratus, crudeliter, aut immemorem beneficij sui scelerate circunscribis Senatum? Id est, aufers ei authoritatem sta tuendi de summa Reipub. & quasi Senatum è medio Reipub. tollis. Translatio est à fabris aut chirurgis, qui ea quę ferra amputaturi sunt, circunscribunt & præcidunt. Dicitur & Circúducere. Idem 13. Philipp. Senatus in Capitolium, parata de circunscribendo adolescente sententia Consularis. Hoc est, de eiciédo magistratu Octauio, & imperio ei abrogando. Budæus.

Virgula circunscribere aliquem. Cic. 8. Philipp. C. Pompilius apud maiores nostros, quum ad Antiochum regem legatus missus esset, & verbis Senatus nuntiasset vt ab Alexandria discederet, quam obsidebat: quum tempus ille differret, virgula stantem circunscripsit, &c.

Fluuio circunscriptus. Cic. 6. Philipp. Ille se fluuio Rubicone CC mil. circunscriptum esse patiatur.

Circunscriptus {περιγραφείς} Adiectiuum, Breuis. Plin. Iunior, lib.2. epist. 3, Arguti, certique & circunscripti verborum ambitus. Bud.

Circunscriptus dolo dicitur, sui facilitate lapsus. l.1. D. de minor.

Circunscripti item dicuntur, velut in ordinem redacti, quorúmque potestas deminuta est. Cornificius, Ne, inquit, omnino patres conscripti, circunscripti putentur. Ex Turnebo.

Circunscriptior, Comparatiuum, Id est breuior & compendiosior. Plinius Iunior, lib.1. epist.16. ad Septitium. In concionibus idem qui in orationibus est, pressior tantùm, & circunscriptior, & adductior. De Pompeio Saturnino loquitur, qui in scribendo studebat breuitati.

Circunscriptè {περιγεγραμμένως} Aduerbium. Cicero in Orat. Sed quoniam non modo non frequenter, verumetiam rarò in veris causis aut forensibus circunscriptè numeroséque dicendum est, sequi videtur, &c.

Circunscriptor, Verbale {περιγραφεύς} Deceptor. Cicero in Catil. Quis

tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector, quis circunscriptor, quis ganeo?

¶Circunscriptor, Qui fraude priuat aliquem bonis. Iuuenalis satyra 15,

pupillum ad iura vocantem

Circunscriptorem.

Circunscriptio {περιγραφή} Aliud verbale. vt, Circunscriptio terræ. Cic. 1. Tuscul. Quum totam terram contueri licebit, eiúsque cum situm, formam, circunscriptionem, tum & habitabiles regiones.

Circunscriptio orationis, pro Periodo. Cic. in Orat.

• Temporis circunscriptio. Cic. lib. 1. de Nat. deor. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circunscriptio temporum metiebatur.

Verborum circunscriptione quadam comprehendere concluderéque sententiam. Cic. de Clar. Orat.

¶Circunscriptio, pro deceptione & fraude. Paulus in l. hæc actio. D. si mensor falsum modum dixer. Hæc actio perpetua est: quia initium rei, non à circunscriptione, sed à suscepto negotio originem accipit.

Aperta circunscriptione aliquid facere. Cic. pro Flacc. Emptiones falsas, prædiorum proscriptiones cum mulierculis aperta circunscriptione fecisti.

Circunscriptio adolescentium. Cic. 3. Offic. Atque iste dolus malus etiam legibus erat vindicatus, vt tutela XII. Tab. & circúscriptio adolescentium lege latoria.

Excedere ex circunscriptione. Cic. 8. Philipp. Dixítque se non antea renuntiaturum Senatui, nisi prius sibi respondisset quid acturus esset, quàm ex illa circunscriptione excederet.

Circunseco, circunsecas, pen. corr. {περιτέμνω} circunsecui, circunsectum, circunsecare, Est circuncidere. Columella libro 7. cap. 5, Tuberculum cui subest vermiculus, ferro quàm cautissimè circunsecari oportet.

Circunsecus, pen. corr. Aduerbium. Apul. lib. 5, Quíque circunsecus venantur.

Circunsedeo, circunsedes, pen. corr. {περικάθημαι} circunsedi, pen. prod. circunsessum, circunsedêre. Dicimus etiam Circunsideo, circúnsides, pen. corr. significatque Cótra sedere, circundare, obsidere. Cic. Att. lib. 9, Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet. Liu 9. ab Vrbe, Vt idé omnibus fermo constet legiones Samnitium in Apulia esse, Luceriam omnibus copiis circunsidere, nec procul abesse quin vi capiant.

Circunsedere & obsidere. Cic. 10. Philipp. Vt intelligat non D. Brutum, quem vallo circunsedet, sed seipsum obsideri.

• Aliquem circunsidere. Cic. 3. Verr. Qui te circunsedit.

Curiam militibus circunsedisti. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 8. vbi de Q. Scæuola.

Oppidum circunsedere. Liu. 1. bel. Pun. Cic. 6. Philipp. Brutum oppugnet, Mutinam circunsedeat.

Dies paucos circunsessum oppidum. Liu. 1. ab Vrbe.

¶Circunsedent, qui assident vtrinque alicui. Cic. 4. in Catil. Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi præsentis mœrore non mouear, horúmque omnium lacrymis à quibus me circunsessum videtis. Budæus.

Circunsederi, Passiuum. Cic. Att. lib. 9, Quòd in his castris fuerunt quibus Pompeius circunsederetur?

Ab quibusdam circunsederi. Cic. 3. Verr.

Propter scelus atque flagitium circunsederi ab aliquo. Cic. 3. Ver. In castello circunsederi. Cic. pro Deiot. Itaque quum esset ei nuntiatum, Domitium naufragio perisse, te in castello circunsederi, de Domitio dixit versum Græcum, &c.

Circunsessus {περικαθήμενος} Participium. Cic. 3. Verr. Intelligo, in qua ciuitate, non modò legatus Populi Romani circunsessus, non modò igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, sed aliqua ex parte violatus sit.

Iniuria circunsessus. Cic. 3. Verr.

Viribus hominum circunsessus. Cic. 12. Philip. Veruntamen semel circunsessus lectis valentissimorum hominum viribus cecidi sciens, vt honestissimè surgere possem. valentissimi, &c. Cæs. 1. bel. Ciuil. Itaque vno omnes consilio Domitium productum in publicum circunsistunt & custodiunt.

Circunsessio {περικάθισις} Verbale. Cic. 3. Verr. Te huius circunsessionis tuæ causam, & culpam in alios transtulisse?

Circunsepio, circunsepis, pen. prod. circunsepsi, circunseptum {περιφράττω} circunsepire. Liu. 1. ab Vrbe, Conscius deinde malè quærendi regni ab se ipso aduersus se exemplum capi posse, armatis corpus circunsepsit. Cic. ad Augustum, Sed quoniam cohortibus armatis circunseptus Senatus.

Syluæ circunseptæ. Paulus in l. possideri. §. item feras bestias. D. de acquir. poss. f. Sed eos pisces qui in stagno sint, aut feras quæ in syluis circunseptis euagantur, à nobis non possideri.

Circunsero, circunseris, pen. corr. circunseui, pen. prod. circunsatum, pen. cor. {περισπείρω} circunserere. Plin. lib. 21. cap. 12, At genistas circunseri aluearijs gratissimum.

Circunsido, circunsidis, pen. prod. {περικαθίζω} Idem quod circunsedeo. Liu. 9. ab Vrbe, Fusi in castra Samnites extinctis nocte ignibus tacito agmine abeunt: & spe abiecta Saticulæ tuendæ, Plistiam ipsi socios Romanorum, vt parem dolorem hosti redderent, circunsidunt. Budæus.

Circunsignare {περισημαίνω} Colum. lib. de Arboribus, cap. 26, Ex qua arbore inserere voles, in ea quærito nouellos & nitidos ramos, in his deinde obseruato gemmam, quæ bene apparebit, certámque spem germinis habebit, eam duobus digitis quadratis circunsignato, vt medio gemma sit.

Circunsisto, circunsistis, circunstitum, pen. corr. {ἀμφίσταμαι, περιΐσταμαι} circunsistere, Inuadere, irruere, & quasi terrificatione aggredi, authore Valla lib. 5. Cæsar 5. bel. Gall. Impeditúmque hostes circunsistunt. Cic. 7. Verr. Hæc quum maximè loqueretur, sex lictores circunsistunt

Circunsono, circunsonas, penult. corr. {περιηχέω} circunsonare, Vndique sonare.

Circunsonare vndique. Liu. 7. bel. Pun. Inde primo turbata est acies, dum ad circunsonantem vndique clamorem flectere cornua, & obuertere ordines volunt.

Circunsonant aures meæ his vocibus. Cic. 3. Offic. Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus vndique circunsonare. Id est, frequentissimè tibi hæc inculcare, & te hæc à præceptoribus aliis audire. Budæus.

Vlulatibus cantúque symphoniæ circunsonat locus. Liuius 9. belli Maced. Eos deducere in locum qui circunsonet vlulatibus cantúque symphoniæ, &c.

Circunsonat hostes clamor. Liu. 3. ab Vrbe, Edito imperio signum sequutum est: iussa miles exequitur clamor hostes circunsonat.

Orbem circunsonat Nereus, id est æquor. Ouidius 1. Metamorphoseos.

Armis circunsonari. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Ore circunsonari. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.

Circunspecto, In CIRCVNSPICIO.

Circunspergo, circunspergis, circunspersum {περιῤῥαίνω} circunspergere. Colum. lib. 11. cap. 2, Et si sunt parum fructuosæ, vel cacuminibus retorridæ frondis, magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circunspergere, &c.

Circunspicio, circunspicis, penult. corr. circunspexi, circunspectum {περισκοπέω, περιβλέπω} circunspicere, ex circum & specio antiquo verbo composítum, quod aspicere significat. Est autem Circunspicere, huc atque illuc oculos vertere, & circunferre. Cicero pro Rosc. Comœd. Circunspicit, æstuat. Terent. And. 2. 2. Circunspicio, nusquam.

Nec suspicit, nec circunspicit. Cic. 2. de Diuin. Illi autem qui in auspicium adhibetur, &c. nec suspicit, nec circunspicit: statim respondet silentium esse videri.

Se circunspicere, prudentis est aliquando. Cic. in Parad. Nunquámne homo amentissime, te circunspicies?

Fragorem circunspicere. Stat. 8. Thebaid.

Omnes. Ouid. 5. Trist.

¶Circunspicere, pro Animaduertere, & diligéter videre, siue considerare. Cic. 4 Acad. Deinde quum dicant posse accidere sapienti, vt quum omnia fecerit, diligétissiméque circunspexerit, existat aliquid quod & verisimile videatur.

Omnia circunspicere. Cic. pro Quintio, Omnia circúspexit Quintius, omnia periclitatus est. Hoc est, in omnes partes se versauit, & omnem (quod aiunt) lapidem mouit.

Auxilia externa circunspicere. Liu. 1. ab Vrbe, Sabini haud parum memores, & suarum virium partem Romæ à Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adiectione populi Albani auctam, circunspicere & ipsi externa auxilia.

Casus alicuius. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.

Membra Reip. Cic. Luccio, lib. 5. 13.

Procellas. Cic. 4. in Catil. Quare P. C. incumbite ad salutem Reip. circunspicite omnes procellas quæ impendent.

Circunspicere animo. Cæs. 6. bel. Gall.

Mentibus circunspicere. Cic. pro Sylla, Circunspicite paulisper mentibus vestris, vt alia omittamus, hosce ipsos homines, qui huic affines sceleri fuerunt.

Circunspicitur. Cic. in Orat. Quid deceat circunspicitur.

Diligenter circunspiciendum. Cic. Q. frat. lib. 1.

Circunspiciéda hæc in omni officio. Cic. 1. Offic. Hæc igitur & talia circunspicienda sunt in omni officio, &c.

Circunspicere & prospicere. Terent. Adelph. 4. 5.

Permulta sunt in omni oratione circunspicienda. Cicero libro 2. de Orat.

¶Circunspicere se, pro Gloriari. Cicero, Vsque cóne te diligis, & magnificè circunspicis, vt, &c.

Circunspectus {περίσκεπτος} Participium, seu potius Nomen ex participio, Est non qui circunspicitur, quem solemus appellare cóspicuum: sed qui circunspicit, & in omnem partem, more Iani spectat, hoc est prudens & sagax. Hæc Valla lib. 1. Colum. lib. 1. cap. 8, Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, &c.

Circunspecti canes. Columel. lib. 7. cap. 12, Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis quàm temerarij. Hoc est prudentes.

Homo circunspectus. Celsus lib. 3. cap. 10. ad finem, de curatione lentarum febrium, Sed est circunspecti quoque hominis, & nouare interdum, & augere morbum.

Circunspectum iudicium. Quintil. lib. 10 cap. 1.

Circunspectissimus & prudentissimus princeps. Suetonius in Tiberio, cap. 21.

Circunspectare {περισκοπέω} Liuius 4. belli Maced. Quanam ipse euaderet, circunspectabat. Terentius Eunucho, 3, Et simul alia circunspecto.

In pastu circunspectant bestiæ. Cic. de Nat. deor. Iam verò illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, vt in pastu circunspectent, vt in cubilibus delitescant.

Alius alium circunspectat. Liuius 2. ab Vrbe, Cunctati aliquandiu sunt, dum alius aliam, vt prælium incipiant, circunspectant.

Vultus circunspectare aliquorum. Liuius 3. ab Vrbe, Circunspectare tum Patritiorum vultus plebeij: & inde libertatis captare auram, &c.

Circunspectare rem aliquam, pro Diligenter considerare, & magna animi intentione. Cic. 1. Tuscul. Itaque dubitans, circunspectás, hæsitans, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

Circunspectans {περισκοπῶν} Participium. vt, Huc & illuc circunspectans.

Author

Author ad Heren.lib.4, Iste quotidie per forum medium tanquam iubatus draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circunspectans huc & illuc, siquem rapiat.

Circunspectus {περισκεμμένος} Qui circunspicitur, vtique in passiua significatione. vt Verba non circunspecta, id est non considerata & perpensa. Ouid.5.Fastorum,

Verba mouent iras non circunspecta deorum.

Vires non circunspectæ. Ouid.5.Metam.

Circunspectus, huius circunspectus {περίσκεψις} Cic.12.Philipp. Facilis est circunspectus, vnde exeam, quò progrediar: quid ad dexteram, quid ad sinistram sit.

Mali circunspectus, Consideratio malorum & intuitus. Ouid.4. Trist.eleg.5.

Ad circunspectum. Plin.lib.11.cap.37, Ceruix flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur.

Circunspicientia {περίσκεψις} Idem. Gell.lib.14.cap.2, Multa & anxia cura, & circunspicientia indigens.

Circunspectio {περίσκεψις} Verbale, Idem.

Circunspectio & accurata consideratio. Cicero 4. Academicar. Sin ex circunspectione aliqua & accurata consideratione, quod visum sit, &c.

Circunspectè {περισκεμμένως} Aduerbium. Quintilianus libro 9.cap.2, Hoc parcius & circunspectius faciendum. Id est, consideratius & diligentius.

Circunspectator, pen.prod. {περισκοπός} Cuius fœmininum circunspectatrix, penult.prod. Quæ huc & illuc aspicit, & singula considerat. Plaut.Aulul.4,

Exi inquam, age exi, execundum hercle tibi hinc est foras
Circunspectatrix cum oculis emissitiis.

Circunspicuus, à Circunspicior {περίβλεπτος} Qui circunquaque aspici potest. Sipontinus.

Circunstipor, pen.prod. {περιστοιχίζομαι} circunstipari. vt, Amores nurum circunstipantur. Claud.2.Paneg.

Circunsto, circunstas, circunstiti, circunstitum, pen.corr. {ἀμφίσταμαι, περίσταμαι} circunstare, Circundare. Cicero ad Atticum, libro 1. 11, Vt me circunsteterint, vt apertè iugula pro meo capite P. Clodio ostentarint.

Tribunal Prætoris circunstare. Cic.1.in Catil. Desinant insidiari domui suæ Consuli: circunstare tribunal Prætoris vrbani: obsidere cum gladiis curiam.

Omnia nos circunstant. Cic. 10. Philipp. Quum verò dies & noctes omnia nos circunstent, non est nostrum, nominísque Romani dubitare, eum spiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.

Authoritates aliquem circunstant. Cicero 2. Verrina, Circunstant te summæ authoritates: quæ te obliuisci laudis domesticæ non sinant.

Circunstans {περιεστώς} Participium. Liu. Tamen in tot circunstantibus malis mansit aliquandiu immota acies.

Homines circunstantes. Quintil.lib.4.

Res circunstantes. Author ad Heren.lib.4.

Syluæ circunstantes. Ouid.3.Metamorphoseos,

Ad circunstantes vertit sua brachia syluas.

Circunstantia, circunstantiæ {περίστασις} Gell.lib.3.cap.7, De loci importunitate, & hostium circunstantia.

Circunstantiæ dictæ quæ in vnaquaque controuersia quæri solent, & quasi quæstionem circunstant. Sipontinus.

Ex circunstantia dicere argumentum. Quintilianus libro 5. capite 10.

Circunstatio, Verbale {ἀμφίστασις} Gell.lib.7.cap.4, Ea circunstatio militum, corona appellata sit.

Circunstrepo, circunstrepis, pen.corr. {περικτυπέω} circunstrepui, circunstrepitum, pen.corr. circunstrepere, In circuitu strepitum facere. Seneca lib. de Vita beata ad Gallionem, cap.11, Non voco autem sapientem, supra quem quicquam est, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus, quomodo resistet labori ac periculo, egestati, & tot humanam vitam circunstrepentibus minis? Budæus.

Circunstruo, circunstruxi, circunstructum {περιοικοδομέω} circunstruere, Plinius libro 11.cap.6, His deinde fores quoque latiores circunstruunt.

Circunstruere vndique lapidibus. Plin.lib.19.cap.8.

Circunsudo, circunsudas, penultima producta {περιιδρόω} circunsudare. Plinius libro 14. capite primo, Stipatæ vinaceis circunsudantibus.

Circunsuo, circunsuis, circunsui, circunsutum, pen.prod. {περιρράπτω} circunsuere. Plin.lib.34.cap.16, Vitilibúsque nauigiis circunsutis corio aduehi.

Circuntego, circuntegis, penultima correpta, circuntexi, circuntectum {περικαλύπτω} circuntegere, Circum circa operire. Plautus Milite, 5,

Meus herus elephanti corio circuntectus, non suo est.

Cœlum circuntegit omnia. Lucret.lib.1.

Circuntexo, circuntexui, circuntextum {περιυφαίνω} circuntexere. Virgil.1.Æneidos,

Et circuntextum croceo velamen acantho.

Circuntextum, Amictus genus, quòd purpuram circum habeat. Festus.

Circuntondeo, circuntondes, circuntondi, circuntonsum {περικείρω} circuntondere, à circum & tondeo. Sueton. in Augusto cap.45, Nam histrionum licentiam adeò compescuit, vt Stephanionem togatarium cui in puerilem habitum circuntonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis cæsum relegauerit.

Circuntono, circuntonas, penultima correpta {περιβροντάω} circuntonui, circuntonitum, penultima correpta, circuntonare. Horatius 2. Sermon.sat.3,

-quem cepit vitrea fama,

Hunc circuntonuit gaudens Bellona cruentis. Hoc est, insanus & furiosus est, &, vt Græci dicunt, ἐμβρόντητός ἐστι, id est attonitus est. Nam tonitru homines de statu mentis & prudentia deiiciuntur.

Strepitu circuntonare aliquem locum. Sil.lib.6.

Circuntremo, penult.corr. circuntremui {περιτρέμω} circuntremere. Lucret.lib.1,

Atque ideo totum circuntremere æthera signis.

Circunuado, circunuadis, penul.prod. circunuasi, circunuasum, pen. prod. {περιεισβάλλω} circunuadere, Inuadendo circundare. Liuius 9. ab Vrbe, Is nouus additus terror quum ex vtraque parte circunuasisset aciem, &c.

Circunuasit vrbem terror. Liu.4 bel. Maced. Repentè anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circunuasit.

Circunuagus, penultima corr. {περιπλανής} vt, Oceanus circunuagus. Horatius Epod. 16, Id est vagans, & vagè fluctuans circum omnem terram.

Æthereæ moles circunuaga flammæ. Ouid.ad Pisonem. Periphrasis est Solis.

Circunuallare {περιβάλλεσθαι} compositum ex Vallo vallas, quod firmare significat: hoc est quasi vallo munire. Cæsar 7.bel.Gall. Oppidum oppugnare instituit, idque biduo circunuallauit. Cic.ad Attic. lib.9, Legebam tuas literas XIII. Cal. quum mihi epistola affertur à Lepta, circunuallatum esse Pompeium.

Aciem denso orbe circunuallare. Sil.lib.7.

Circunuallant me res. Terent.Adelph.3.2,

Tot res repentè circunuallant, vnde emergi non potest. Vbi Donatus, Circunuallant se circa nos, & stipant se inuicem. nam circunuallamus nos & alios. tamen rara loquutio est. Et circunuallant dixit, velut inimica acies contra nos. & ideo addidit, Vnde emergi non potest. Quum impressio est hostium, sic dicitur.

Circunuallatus, penultima producta {περιβεβλημένος} Participium. Liuius tertio ab Vrbe, Luce prima iam circunuallati ab Dictatore erant, &c.

Bellona circunuallata Senatu. Claud.7.Paneg.

Circunueho, circunuehis, circunuexi, circunuectum {περιάγω} circunuehere, Circumportare. Liu.3.ab Vrbe, Ibi Dictator quãtum nocte prospici poterat, equo circunuectus, cõtemplatúsque qui tractus castrorum, quæque forma esset.

Circunuehi classe. Liu.8.ab Vrbe.

Circunuectio, Verbale {περιαγωγή} Cic.ad Att.lib.2, Illud tamen quod scribit, animaduertas velim, de portorio circunuectionis.

Solis circunuectio. Cic.de Vniuers. Vt terram Lunæ cursus proximè ambiret: eíque supra terram proxima Solis circunuectio esset.

Circunuectare, Frequentatiuum {περιάγεσθαι} Plaut.Rud.22,

Oppida circunuectabor. Subaudi, Per. Sic apud Virgilium 3.Georgicorum,

Singula dum capti circunuectamur amore. Vbi Seruius, Dum speciatim singula describimus.

Circunuenio, circunuenis, pen.corr. circunueni, pen.prod. circunuentum {κυκλόω} circunuenire, Circundare, sepire. Sallust. Vallo, fossáque mœnia circunuenit.

¶Circunuenire hostem. Sallust. Pro loco & tempore paratis rebus cuncta mœnia exercitu circunuenit.

Incommoda multa circunueniunt senem. Horat.in Arte.

¶Circunuenire, Opprimere, decipere, Inuidia conflata & factione opprimere. Cic.2.Offic. Eóque maior siquando accidit, vt ei subueniatur, qui potentis alicuius opibus circunueniri vrgeríque videtur. Terent.Phorm.4.3,

-túue dixeras huic? facinus indignum Chreme
Sic circunueniri.

Aliquem circunuenire. Cic.3.Verr. Iam te non Siculi, non oratores (vt dictitas) circunueniunt.

Ignorantiam circunuenire. Vlp.in l. si fideiussor. §. si quum debitor. D. mandati, Debuit enim debitor notum facere fideiussori, iam se soluisse: ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circunueniat, & excutiat ei summam in quam fideiussit.

Per arbitrium aliquem circunuenire. Cic.pro Q.Roscio Comœd. Itáne verò, quem per arbitrium circunuenire non posses, cuius de ea re proprium non erat iudicium, nunc per iudicem condemnabis?

Circunuenire & opprimere. Cicero 6. Verrina, Quid te à Centuripina ciuitate, à Catinensi, ab Halesina, Tyndaritana, Æthnensi, Agyrinensi, cæterísque Italiæ ciuitatibus circunueniri atque opprimi dicis?

Acerbum est ab aliquo circunueniri: acerbius à propinquo. Cicero pro Quintio.

Circunueniri, nisi subueniatur. Cic.de Clar.Orat. Tum C.Ruscius, Circunuenior, inquit, Iudices, nisi subuenitis.

Circunuentus & spoliatus à latronibus. Sallust.in Iugurtha.

Iudicio circunueniri. Cic.1.Tusc. Quanta delectatione autem afficerer, quum Palamedem, quum Aiacem, quum alios iudicio iniquorum circunuentos conuenirem. Hoc est (inquit Budæus) inuidia conflata & factione oppressos.

Iudicio capitis aliquem circunuenire atque opprimere, Hoc est iudicibus corruptis, vel conductis testibus, facere vt innocens condemnetur. Cic.pro Cluent. Mulierem quãdam Larino Romam proficisci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circunuenire iudicio capitis atque opprimere filium posset.

Periculo circunuenti. Cic. Anteq.iret in exil. Subitò ipsi simili periculo circunuenti, in nostro euentu aliorum reminiscentes casus, iure id nobis accidere nequicquam quereremur.

Circunueniri in colloquio. Cæs.1.bel. Gall. Tamen committendum non putabat, vt pulsis hostibus dici posset eos, à se per fidem in colloquio circunuentos.

Circunueniri per insidias. Cæs.1.bel.Gall. Vereri se, ne per insidias ab eo circunueniretur.

His difficultatibus circunuentus.Sallust.

¶Circunuenire,pro Circunfluere.Virg.6.Æneidos,

Cocytúsque sinu labens circunuenit atro.

¶Circunuenio.Circunuoluo.Valer.lib.1.

-vacua nam lapsus ab arbore paruum

Ter quater ardenti tergo circunuenit anguis.

Circunuentus, Participium. vt, Cerua lupis circunuenta. Stat.6.Thebaidos.

Circunuentus pecunia innocens. Cic.pro Cluent.Id est,oppressus & damnatus.

Criminibus falsis circunuentus.Sallust.in Catil.At Catilina ex itinere plerisque consularibus, præterea optimo cuique literas mittit, se falsis criminibus circunuẽtum,quoniam factioni inimicorum resistere nequiuerit,fortunæ cedere.

¶Circunuentus necessitudinibus.Sallust.in Catil.Petere Consulatum C.Antonium, quem sibi collegam fore sperabat, hominem familiarem, & omnibus necessitudinibus circunuentum, cum eo se Consule initium agendi belli facturum.

Circunuentus morbo,exilio,atque inopia.Cic.4.de Finib.

Circunuerto,circunuertis, circunuertere { [illegible] } Notæ significationis.Plaut.Persa 12,

Iam à foro argentarij abeunt,quàm in cursu rotula circunuertitur.

Circunuertere aliquem argento.Plaut.Pseud.7. Id est,dolis auferre argentum.

Rota circunuertitur axem.Ouid.15.Metamorphoseos,

Nec vires tamen has rabies superasset equorum,

Ni rota perpetuum quæ circunuertitur axem,

Stipitis occursu fracta & disiecta fuisset.

Circunuersor,circunuersaris, circunuersari { [illegible] } Lucretius libro 6,

Nunc hinc,nunc illinc fremitus per nubila mittunt

Quærentésque viam,circunuersantur.&c. De ventis.

Circunuestio, circunuestis,circunuestire { [illegible] } Plin.libro 17.cap.23, Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circunuestit arborem.

Circunuestire dictis. Cic. 3. de Oratore, Vt ille qui occultantem consultò,ne id quod ageretur, intelligi posset,duobus translatis verbis similitudine ipsa indicat,Quandoquidem iste circunuestit dictis, sepit sedulò.

Circunuincio,circunuincis,circunuinxi,circũuinctum { [illegible] } circunuincire.Plaut.Rud.18,Quasi murteta iuncis,item ego vos virgis circunuinciam.

Circunuiso,circunuisis, penultima prod. { [illegible] } Frequentatiuum à Circunuideo.Plaut. Sed angues oculis omnibus circunuisere. Budæus.

Circunuolo,pen.corr. { [illegible] } circunuolare,Ex Volo,volas compositum,notæ significationis.

Iaculo circunuolat alite campum.Sil.lib.17.

Iocus circunuolat Venerem Horat.1.Carm ode 2.

Mors atris circunuolat alis.Horat.2.Serm.sat.1.

Nox atra caua circunuolat vmbra.Virg.2. Æneid.

Circunuolatus,pen.prod. { [illegible] } Participium à passiuo circunuolor.Plin.lib.10.cap.32, Halcyonem videre rarissimũ est, nec nisi Vergiliarum occasu,& circa solstitia brumámve,naue aliquando circunuolata,statim in latebras abeuntem.

Circunuolito, pen.corr. { [illegible] } circunuolitare,Frequentatiuum. Virgilius 1.Georgicorum,

Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.

Circunuolitare limina potentiorum. Columella in præfat. totius operis.

Circunuoluere { [illegible] } Plinius libro 10. capite 62, Serpentes coeunt complexu, adeò circunuolutæ sibi, vt vna existimari biceps possit.

Circunuoluere sese spinis, arboribus & herba. Plinius libro 16. cap.44.

Magnum sol circunuoluitur annum, Annus labitur, incidit in hyemem. Virg.3.Æneidos,

Interea magnum sol circunuoluitur annum,

Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

Circunuolutor,penult.prod.circunuolutaris { [illegible] } Plinius libro 8. cap. 17, Feram verò circunuolutari non dubiè blandientem, sese conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset. De panthera.

Circuo,circuis,circuire.In CIRCVMEO.

Circus,circi,m.gen. { [illegible] } Dicitur(inquit Nonius)omnis ambitus vel gyrus.

Circus Soli principaliter cõsecratus est à paganis,cui ædes medio spatio,& effigies de fastigio ædis emicat,quod nonnulli putauerunt, sub tecto consecrandum: quem in aperto habẽt. Est autem circus omne illud spatium quod circuire equi solent. hunc Romani dictum putant à circuitu equorum, eo quòd ibi circum metas equi currant: Græci verò à Circe filia Solis, quæ patri suo genus hoc certaminis instituit.Ornamenta Circi,oua,meta,obeliscus,carcer. Oua honori Castoris & Pollucis scribunt, qui,illos ouo editos credendo, de cygno & Ioue non erubescunt. Metarum appellatione propriè terminum ac finem mundi designare volunt, ab eo quòd aliquis emensus finis est,siue ad testimonium orientis occidentísque solis.Obeliscum Messeres rex Ægypti primus fecisse fertur tali ex causa: Quum quodam tempore Nilus violenta inundatione Ægyptum vastasset, indignatus rex, tanquam pœnas à flumine exigeret, sagittam in vndas misit.non multo pòst graui valetudine correptus, lumen amisit: qui post cæcitatem visu recepto duos obeliscos Soli cõsecrauit.obeliscus enim sagitta dicitur. qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum sol currit. medio autem spatio ab vtraque meta constitutus obeliscus,fastigium summitatémq; cæli significat, quum Sol ab vtroque spatio medio horarum discrimine transcendit. summo obelisco superpositum est quiddam auratum, in modum flammæ formatum:quoniam Sol plurimum caloris atque ignis habet.In circo, vnde emittuntur equi, carceres dixerunt, à carcere qui est in ciuitate:quòd,vt ibi homines damnati,atque inclusi,ita hic equi coercentur, ne exeant antè quàm signum emittant. Ars Circi, auriga, & currus, equites vel pedites. aurigæ autem duobus coloribus sunt, prasinus & venetus. prasinus terræ, venetus cælo & mari dedicatus est à paganis. Erichthonius autẽ, qui regnauit Athenis primus,quatuor equos iunxisse fertur,sicut Virgilius author est,dicens:

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus

Iungere equos, rapidísque rotis insistere victor. Currus autem à cursu dictus,vel quia rotas habere videtur:vnde & carrum,quasi currum:quadrigarum vero currus duplici temone olim erant,perpetuóque,& qui omnibus equis iniiceretur.iugo primus Ciristenes Sicyonius tantum medios iugauit, eósque singulos ex vtraque parte simplici vinculo applicauit. Quadrigæ, bigæ, trigæ, seiugæ, a numero equorum & iugo dictæ. ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis,seiugas Ioui,desultores Lucifero & Hespero sacrauerũt. Quadrigas ideo Soli iungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur,ver,æstatem,autumnum,& hyemem:bigas Lunæ,quoniam gemino cursu cum Sole cõtendit,siue quia & nocte videtur, & die.iungunt enim vnum equum nigrum,alterum candidum.Trigas diis inferis: quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est per infantiam,iuuentutem,senectutem : Seiugæ,maximus currus, Ioui: propterea quòd maximum deorum suorum eum esse credunt. Septem spatia quadrigæ currunt, referẽtes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt,siue ad cursum septem dierum præsentium,quibus peractis vitæ terminus consummatur.Porro equites singulares ideo currere dicũt, quia singulariter vnusquisque cursum vitæ huius peragit,atque transit, alius alio tempore sequens alium,per vnam tamen viam mortalitatis vsque ad propriam metam mortis. Desultores nominat, quòd olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat, & currebat, siue de equo in equum iterum transiliebat. Pedites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati.ob hoc à superiore parte currunt ad inferiora, id est ab Oriente ad Occidentem, quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currũt,quia & homini in seculo nullæ reliquiæ sunt.recto spatio currunt,quia inter vitam & mortem nihil distat.

Circa caussas quoque elementorum iidem Gentiles etiam colores equorum iunxerunt roseos Soli,id est igni,albos aeri,prasinos terræ, venetos mari assimilantes.item roseos æstati currere voluerũt,quòd ignei coloris sint,& cuncta tunc flauescãt:albos hyemi,quòd sit glacialis, & frigoribus vniuersa canescant: veri prasinos viridi colore, quia tum pampinus densatur.Item roseos currere Marti sacrauerũt, à quo Romani exoriuntur, & quia vexilla Romanorum cocco decorantur, siue quòd Mars gaudeat sanguine. abs zephiris, & serenis tempestatibus,prasinos flori & terræ, venetos aquis vel aeri, qui ceruleo sunt colore: luteos,id est croceos,igni & soli: purpureos iri sacrificauerunt,quẽ arcum dicimus, quòd is plurimos colores habeat. Isidorus de etymologiis.

Circus & cauea,ludorum publicorum partes.Cic.lib.2.de Legib. Iam ludi publici,quoniam sunt cauea,circóque diuisi,sint corporum certationes cursu,& pugilatione,luctatione,curriculísque equorum vsque ad certam victoriam circo constitutis.

Campus circi patens.Virg.5.Æneidos,

-ipse omnem longo decedere circo

Infusum populum,& campos iubet esse patentes. Id est(vt ait Seruius)discessu populi iubet fieri circi campos patentes.

Ludi solennes circi.Ouid.5.Fast.

Ludi in circo.Cic.3.Philip. Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse.

Apertus circus,id est spatiosus.Ouid.12.Metam.

Circus Apollinaris.Liu.3.Decad.lib.3.

Capax populi.Ouid.1.de Arte.

Clamosus.Martial.lib.10.epigr.53,

Ille ego sum Scorpus clamosi gloria circi. ¶Fuit enim Scorpus auriga celeberrimus. Certabant autem aurigæ in circo. Clamosi, propter clamorem & plausum populi aurigis fauentis.

Fallax.Horat.1.Serm.sat.6,

Fallacem circum,vespertinúmque pererro

Sæpe forum. Videtur Suburram dicere, quòd ferè hora sera furtiuas res solent venum deferre. Porphyr.

Circus Flaminius.Cic.Att.lib.1.9.

Circus maritimus.Liu.1.Decad.lib.1.

Maximus.Liu.1.Decad.lib.1.

Rapidus. Statius 3. Syluar. 5. Rapidum vocat propter equorum cursus.

Raucus.Iuuenal.sat.8,

Sic laudamus equum,facili cui plurima palma

Feruet & exultat rauco victoria circo. Rauco, id est sonoro propter clamorem fauentium & incitantium currentes illic aurigas.

Locum dare alicui in circo & in foro. Cic. pro Murena, Vt locus & in circo, & in foro daretur amicis & tribulibus?

Comparare tabernas in circo.Cicero pro Murena,Quid statuent in viros primarios qui in circo totas tabernas tribulium causa compararunt?

Duci per circum.Cic.lib.1.de Diuinat.

¶Candens circus,id est orbis lacteus.Cic. in Arat.

Elucens candore. Cicero de Somnio Scipionis. Quo loco Macrobius libro 1.cap.15, Orbis hic, inquit,idem quod circus in Lactei appellatione significat. Est autem Lacteus vnus è circulis qui ambiunt cælum.

Circensis,& hoc circense, Ad circum pertinens:vel Quod in circo fiebat:vt,Ludi circenses. Vide CIRCENSES.

Ludicrum circense.Liu.Decad.5.lib.4.

Circulus,

Circulus,penult.corr. {κύκλος} planum peripheria comprehensum.Cic. 2.de Nat.deorum , Quúmque duæ formæ præstantes sint , ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet)ex planis autem circulus aut orbis, κύκλος Græcè dicitur.

Circulus. quinque circulis hæc nomina assignant.summú frigidissimæ partis finem , septentrionalem appellant : secundum ab eo, solstitialem : ab hoc deinde , qui medium polum diuidit , æquinoctialem : quòd in eo Sol diei & noctis horas æquet. ab hoc deinde , qui est æquinoctiali proximus, brumalem : nam & solstitialis est ordinatus. septentrionali deinde sescontrarium australem appellant. circulus autem zodiacus, cuius fines Sol negatur excedere, ex circulo solstitiali ad brumalem per diagonum ostenditur,ita vt ex vtraque parte meridianum circulum medium secet,per hunc Sol ire fertur,& orbem terrarum viginti & quatuor horis circum ire. Ex Hygeno de limitibus constituendis.

Circulis vasa cingere.Plin.lib.14.cap.21.

Lacteus circulus.Vide LAC.

Circulos suos orbésque conficiunt celeritate mirabili stellæ. Cic. de Somn.Scipion.

Subnectere circulum alicui rei.Virg.3.Georg.

¶Circulus,per translationem. Cic.5.de Finibus, Quinetiam inertissimos hómines videmus , quum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut semicirculos consectari. Circulos appellat cœtus hominú in orbem collectorum,& inter se fabulantium. Semicirculos,sessiones colloquentiú,capitáq; conferentiú. Hæc Budæus. Liu.lib.4.Decad.5,In omnibus circulis,atque etiam(si diis placet) in conuiuiis sunt,qui exercitus in Macedoniam ducant.

In circulis & in conuiuiis sermo liberior.Cicero Attico,lib.2,Attamen in oppressione , sermo in circulis duntaxat , & in conuiuiis est liberior quàm fuit : vincere incipit sermonem dolor,sed ita vt omnia sint plenissima desperationis.

Arripere aliquem ex circulo.Cic.lib.1.de Orat. Si quencunque patremfamiliâs arripuissetis,ex aliquo circulo,eadem vobis percontantibus respondisset.

Decipi in circulo. Cic.lib.1.de Orat. Tu mihi quum in circulo decipiare aduersarij stipulatiuncula,&c.

De circulo se subducere. Cic. ad Q.fratr.lib.3.20,Cato is diruptis tabellis de circulo se subduxit.

¶Circulus , etiam dicitur quem vulgò vocamus *Collier* , hoc est Collarium:à similitudine de quo Virg.lib.5.Æneidos,

Flexilis obtorti per collum it circulus auri. Sed & circulos appendi auribus,cóstat ex Ezechiele cap.16, Dedi circulos auribus tuis. Item naribus , vt constat ex loco Iob , cap. 40, Nunquid pones circulum in naribus eius? vbi D.Hieron.ait,inter cætera ornamenta mulierum solere aureos annulos in os ex fronte pendere,& imminere naribus.

¶Circlus per syncopen,pro circulo. Virg.3.Georgicorum,

Ac primùm laxos tenui de vimine circlos Ceruici subnecte.

Circulo,circulas,penult.corr. { κυκλόω } circulare,Circundare. Colum. lib.11, vbi de Cappare loquitur, Isque debebit antè circulari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce. Alij codices habent circundari.

¶Circulare,per translationem.Cic.de Claris Orat. Videt oscitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem,mittentem ad horas,quæsitorem vt dimittat rogantem:intelligit oratorem in ea causa non adesse. Circulantem dixit,pro in circulo caput conferentem , quod indicium est auditoris oratori non auscultantis,nec animum orationi aduertétis. Budæus. Alij sic:Circulantem,se vertentem,& sic quasi circulum faciétem: vel alios propè sedentes sic alloquentem,vt circulum facere videatur.

Circulante,pro circulatore vtitur Seneca. Budæus.

Circulares { κυκλωτῆρες } magistratus Demosthenes vocat,qui in orbem deferuntur. Budæus.

Circulator,penult.prod. { ἀγύρτης } Verbale, (inquit Paulus Iurisc.) qui serpentes circunfert ac proponit. Cels. lib.5.cap.27, Ideóque colubra ipsa tutò estur,ictus eius occidit:& si stupente ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percussus est,nulla in ea saliua noxa est.

Actionum circulator.Asinius Pollio Cic. lib.10.32, Bestiis verò ciues Romanos,in his circulatorem quendam actionum notissimum hominem Hispali,quia deformis erat,obiecit.

Equestris circulator. Apuleius de Asino aureo, lib. 1. in principio, Circulatorem aspexi equestrem spatam præacutam mucrone infesto deuorasse.

¶Circulator, Circunforaneus, qui sua carmina coronæ recitat. Is ab Horatio Cyclicus dicitur.

Circulatrix , penultima producta { ἀγυρτίς } Fœmininum. Martialis libro 10.epigr.3,

Et fœda linguæ probra circulatricis.

Circulatorius { ἀγυρτικός } Adiectiuum, Quod ad circulatorem spectat. vt Sermo circulatorius. Vnde Quintilianus præcipit nobis parãdam vim orandi,non circulatoriam voluptatem spectantibus. Hoc est iis qui garrula quadam circulatorum festiuitate gaudent.

Circulatoria iactatio. Quintil.lib.2. cap.4, Extemporalis garrulitas , nec expectata cogitatio , & vix surgendi mora, circulatoriæ verè iactationis est.

Circulatim,penult.prod. { κύκλῳ. } Sueton.in Iul.Cæsar.cap.84,In summo publico luctu externarum gentiú multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.

CIRIS { κεῖρις } Dicitur Scylla, Nisi regis filia, mutata in auem cirim, id est alaudam. Vide SCYLLA.

Cirnea, cirneæ, Vas vinarium,patens ac rotundum, quo vinum è cado hauritur,vt feratur ad mensam.Plaut.Amphit.4,

Cadus erat vini.inde impleui cirneam.

Cirphis { κίρφις } Rupes est prærupta, ante vrbem vbi Delphi inhabitant sita,fundosam relinquens vallem , per quam plurimus amnis dispergitur, & sub qua vrbs vetusta iacet Cyrrha ad mare locata,vt author est Strabo lib.9.

CIRRHA,Vide CYRRHA.

Cirrhota {κιῤῥωτά} vel Cirrha medicamenta,iis adnumerata sunt quæ vocantur κελαινά, veluti quæ ex bitumine concinnantur. Comparantur verò cirrha ex lithargyro καὶ τῷ ἰῷ , amplius si percoquantur. Sed sepositis obducitur phæi coloris ἰώδης , ex quo pharmaci intima visuntur cirrha magis, quàm ab initio : quo nomine nuncupant nónulli emplastros id genus ὠχρώματα:quidam verò etiam ἀρσενοῦντα. Quòd si excoquantur leuius,fiunt emplastri,quas melinas dicunt,id est μηλινάς. Vide Cæl.Rhod.lib.13.cap.11.

Cirrhum,sunt qui colorem giluum interpretentur apud Gellium, vbi Mnesithei affertur sentétia,esse tria vini genera, nigrum, album,medium , quod vocant κιῤῥόν. Giluum putat Seruius colorem melinum: sunt qui cinericium. At Galenus , Cirrhum inquit , si aliter cupias enuntiare,rectè prorsus dixeris πυῤῥὸν ὠχρόν,Id est fuluum pallescens.

Cirrus,cirri { βόστρυχοι } Capitis crinis. Varro Cato,vel de Liberis educandis, Itaque Ambraciæ primum capillum puerilẽ demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent. Nonius.

Cirri {πλοκαμῖδες} Ostreorú,siue polyporú capillamenta. Plin.Græci plantagini similem esse dixerunt,caule quadrato,folliculis cum semine inter se implexis, veluti in polyporum cirris. Martial. lib. 7, Et ostreorum rapere liuidos cirros.

¶Cirri in capite quorundam animalium à quibusdam appellantur capilli contorti ac perinde crispati , quales picus Martius & alauda & galeritæ in capitibus gerunt.Plin.lib.11.cap.37,Et fulicarum generi dedit cirros:pico quoque Martio,& grui Balearicæ.

Cirratus, Adiect. { βοστρυχωτός } Capillatus. Martial.lib.9.epigr.30,

Nec matutini cirrata caterua magistri. Persius Sat.1.

Cirsi { κιρσοί } Ab Hippocrate vocantur varices , hoc est tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem ventris, atque adeò circa ipsos testes. Aristotel.Ixias vocat.

Cirsion,Cauliculus est tener duûm cubitorum,triangulo similis , foliis spinosis circundatus.Spinæ molles sunt. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitula purpurea, quæ soluuntur in lanugines. Hanc herbam , radicémque eius adalligatam, dolores varicum sanare tradunt. Hæc ex Plin.lib.27.cap.8.

Cirsocele { κιρσοκήλη } Morbus est in scroto , quo dilatantur amplificantúrque quædam aut omnia vasa,quæ testem alunt. Omnis autem in scroto tumor,Cele Græcis,Latinis Rumex nuncupatur. Hæc author finit.medicat apud Galen.

CIRTA,Numidiæ vrbs,ex Sallustio nota. Strabo lib.vlt. munitissimam fuisse ait,& optimè structam,Micipsæ potissimum opera,qui Græcos in eam habitatum deduxit,& tantum effecit, vt decem equitum millia,& peditum viginti emitteret.Nunc vulgò dicitur *Constana*.Oliuarius in Melam.

CIRTISCVS,Fluuius est memorandus in Scythia,teste Herodoto.

C I S

Cis {ἐπὶ τάδε,ἐντός} Præpositio,quæ idem quod Citra significat : sed ferè móntium & fluminum nominibus iungitur.Liu.4.ab Vrbe, Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo prælio conflixit. Cic.ad Att.lib.7,Quoad hostis cis Euphraten fuit.

Cis paucos dies.Plaut. Trucul.7. Id est intra paucos dies.

Cis hercle paucas tempestates Tranio

Augebis ruri numerum. Id est propediem.Plaut.Mostel.2.

¶Cis , pro Vltra. Sallust. Cis Rhenum atque intra mare nostrum & Oceanum,nisi qua in paludibus via fuit perdomita. Varro lib.20. Rhetor.Eo die cis Tyberim redeundum est.Nonius.

Cis Taurum. Cic.Appio, lib.3. cap.8. Paulo antè, trans Taurum dixerat.

¶Cis vndique. Plautus Mercatore 3, Atque ea sese cis vectatum vndique.

¶Cis, citra, citimus facit, inquit Festus. De quibus vide infrà suo ordine.

¶Cis { κίς } Vermiculus in tritico præcipuè & hordeo nascens,semináque illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans, à cuius similitudine etiam pumex lapis κισσηρίς Græcis appellatur , quòd fistulosus sit,& multis foraminibus pertusus.

CISALPINA Gallia { γαλλία ἡ τογάτα } quæ ab vsu togæ, Togata Gallia dicitur. Cicero pro lege Manilia , Inde quum se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina præsidiis ac nauibus confirmata,&c.

Cisalpini Galli.Liuius libro 7.belli Punici, Gallos Cisalpinos, Liguresque.

CISAMVS { κίσαμος } Vrbs Cretæ apud Ptolemæum,hodie *Ephitissa*.

CISAPENNINA,Italia & Transapennina dicitur in Antiquitatibus Catonis & Sempronij.Ex Budæo.

CISERVSSA,Insula non longè à Gnido distans,cuius meminit Plin.lib. 5.cap.31,in descriptione insularum ante Asiam.

Cisibilites,Musti genus, in Galatia nascens,vt refert Plinius libro 9. capite 14.

Cisium, cisij { δίφρος } Genus vehiculi biroti , inquit Nonius. Cic.2. Philipp. Inde cisio celeriter ad vrbem aduectus domum venit capite inuoluto. Cisiorum meminit & Vitruuius lib.10.cap.1.ad finem.

Cisiarius, Qui cisium agit. Vlpianus l. Item quæritur, in principio. D. Locat.Si cisiarius,id est carrucarius,dum cæteros transire contendit, cisium euertit,& seruum quassauit,vel occidit,puto ex locato in eum esse actionem.

CISORI, Populi.Plin.lib.6.cap.30,Ab ea verò cæli parte,quæ supra Syrtes maiores,Oceano meridiano prætenditur,Dalion vocatos esse dicit,pluuia tantùm aqua vtentes,Cisoros,Longoporos,&c.

Cispello, cispellis,cispuli,penult.corr. cispulsum,cispellere,Citra pellere.Plaut.Amphit.12,

Inde optimè cispellam virum. Cispellam,id est aspellam,repellam, non sinam vltrà progredi,reiiciam.

CISPIVS { κίσπιος } Mons est in Vrbe,Exquiliæ regionis,de nomine cuiusdam hominis dictus.Hæc Festus. Gel.lib.15.cap.1.

Cisrhenanus, penult. prod. Adiectiuum, Qui citra Rhenum habitat. Caesar belli Gall. lib. 6, Neruios, Aduaticos, ac Menapios, adiunctis cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis.

CISSA {κίσσα} Fluuius ponti Cappadocij, Ptolemaeo, vulgò *Quisa*.

CISSA, Insula in regione Moesia, de qua sic Plin. lib. 3. cap. vlt. Clarae ante ostia Timaui calidorum fontium cum aestu maris crescentium, iuxtà Istrorum agrum, Cissa, Pullariae, &c.

Cisseris {κισσηρίς} Ponitur à Polluce libro 7. cap. 22. inter ornamenta muliebria: vbi Gualtherus vertit Pumicem.

Cissus {κισσὸς} Hederae genus est, quae sola sine adminiculo subsistit, neque arboris aut muri, alteriúsve pedamenti eget sustentaculo: vnde etiam Orthocissus à Graecis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Graeci Cissum Liberi patris pusionem in hanc herbam conuersum, ei nomen fecisse. Huius meminit Plin. lib. 16. cap. 34.

Cissanthemos, penult. corr. Herba quae & cyclaminos dicitur. Vide Plin. lib. 25. cap. 9. Ruellius libro 2. cap. 95, hanc herbam medicis incognitam esse ait, eámque esse quam nunc herbarij *Sigillum Mariae* vocant.

CISSEVS {κισσεὺς} Rex Thraciae, pater Hecubae vxoris Priami: à quo Cisseis Patronymicum foemininum.

Cissites, cissitae, penul. prod. Gemma candore insignis. Plin. lib. 37. cap. 10. & 11.

Cissymbium, Ligneum poculum ex hedera, quam Graeci κισσὸν appellant, inquit Sipontinus. Pollux autem dictum ait, quòd id poculum pastorale hedera circundatum sit. Meminerunt Theocritus & Homerus. Macrob lib. 5. Saturn. cap 21, multa tradit de Cissymbio. Vide locum.

Cista, cistae {κίστη, κιστὶς} Genus vasis viminei. Columel. lib. 12. cap. 54. Si multum liquoris fuerit, muriam duram adiicito, & ita eluito, & postea in quadratam cistam vimineam, quae neque spissè, solidè tamē & crassis viminibus contexta sit, rapa componito.

Cista texta de vimine. Ouid. lib. 2. Metamorphoseos,

Clauserat Actaeo texta de vimine cista.

Effracta cista. Horat. 1. epist. 18.

Caua cista. Catul. epigram. 59.

¶Cista etiam ex asseribus construitur, in qua pecuniae, libri & alia reponuntur: éstque ceu capsa quaedam. Cicer. 5. Verr. Quaternos HS. quos mihi Senatus decreuit, & ex aerario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuuen. sat. 3,

Nanque vetus Graecos seruabat cista libellos.

¶Cista in iudicijs erat, intra quam tabulae ceratae ponebātur in ferendis suffragijs, vt inquit Asconius in Diuinationem Ciceronis, his verbis, In Diuinatione, & in alijs causis maioribus vniuersi iudices in cistam tabulas simul conijciebant suas, easque insculptas literas habentes absolutionis, siue condemnationis. Vide, Suffragia quomodo ferri solerent, in SVFFRAGOR.

Cistae suffragiorum in comitijs erant. Plin. lib. 33. cap. 2.

Cistas deijcere. Author ad Herenn. lib. 1.

Cistula, pen. corr. {κιστίον} Diminutiuum. Martial. lib. 1,

Parcae cistula non capax oliuae. Vulgò *bulgeta* dicitur. Bulga viatoria. Budaeus.

Cistella {κιστίδιον} Diminutiuum à Cistula diminutiuo. Terentius Eunucho 4. 6,

Cistellam Pythia domo effer cum monumentis.

Cistellam suffragiorum, Author ad Herennium libro 1, posuit pro vase, quo suffragia populi in creādis magistratibus legibúsque ferendis colligebantur.

Cistellatrix, cistellatricis, penultima producta {κιστοφόρος} Plautus Trinummo, 5,

-nox datur, ducitur familia tota,

Cantrices, cistellatrices, nuntij, renūtij, raptores panis & peni. Significare videtur ancillam cistophoron, quae canistrum fert herae. Budaeus.

Cistellula, penultima correp. {κιστίδιον} Diminutiuum ex cistella. Plautus Rud. 10, Vbinam ea fuit cistellula?

Cistifer, penul. corr. cistifera, cistiferum, penultima correpta {κιστοφόρος} Qui sacrorum mysticorum cistis inclusorum arcana fert, vt in Cybelae mysterijs, Bacchi orgijs, & caetera id genus. Martial. lib. 5. 17,

-Nupsisti Gellia cistifero. Alij cistigero. Appellat autem cistigeros Martialis eos homines, qui pro contemptissimis & despicatissimis habebantur. Turnebus.

CISTENA, Vrbs est Aeolidis, de qua Pomponius lib. 1. sic scribit, Isthmus ille qui inter Elaiticum & Idaeum sinum prominet, paruis vrbibus aspersus est: quarum clarissima est Cistena. Apud Plin. lib. 5. cap. 30, Cisthene scribitur.

Cisterna, cisternae {λάκκος, ὑδροχεῖον} Locus in quo colligitur aqua pluuia. Festus, Cisterna dicta est quòd est cis, id est infra terram. Vlpianus in l. 1. D. de fonte, Cisternae autem imbribus concipiuntur.

Vini cisterna. Vlp. in l. Vulgaris. §. Sed & si de naui. D. de Furtis, Et quid si cisterna vini sit, quid dices? aut aquae cisterna?

Cisterninus, penul. prod. Adiectiuum {λακκαῖος} vt, Cisternina aqua. Colum. lib. 12. cap. 43. Tota deinde vasa in aqua fontana vel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cisthus, Arbuscula in Cypro insula. Plin. lib. 24. cap. 10, Graeci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem maiorem thymo, folijs ocimi. Duo genera, Flos masculo rosaceus, foeminae albet. Vide Ruellium lib 1. cap. 66.

Cistophorus, penult. correp. {κιστοφόρος} Nummi Asiatici species, sic appellati quòd in eo cistiferi essent sculpti, qui sacrorū mysticorum cistis inclusorum arcana ferebant, vt in Cybelae mysterijs, Bacchi orgijs, Cereris initijs. Aestimatione verò parum aberat quin duplo superior illi esset denarius Romanus. Quatuor enim denarij septem cistophoros cum semisse valebāt. Festus, Euboicum talentum nummo Graeco septem millium & quingentorum cistophorūm est, nostro quatuor millium denariūm. Cicero Attico, lib. 11. epist. 1, Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Huius pecuniae permutatione fidem nostram facilè tuebere. Hanc pecuniam Cicero ex administratione Ciliciae collectā, apud publicanos reliquit. deide, quòd ibi minus tutò fore videbatur, dimidiam ferē partem exegit, & ad Egnatium argentarium transtulit. Eidem lib. 1. epist. 6, Scripsi ad Quaestores vrbanos de Qu. fratris negotio. vide quid narrent, ecquae spes sit denarij, an cistophoro Pompeiano iaceamus. Quod Q. Ciceroni Asiam regenti à populo Romano in sumptum debebatur, id sibi ille denario, id est Romana pecunia, non cistophoro, qui nummus erat Asiaticus, curari volebat. Vide igitur, inquit Cicero, ecquae spes sit denarij, an cistophoro contenti esse debeamus. Pompeianum appellat, quòd in Asia magnam pecuniam Pompeius in cistophoro habebat, quaesitam quo tempore in iis regionibus contra Mythridatem bellum gessit. è qua pecunia Quaestores numerari Quinto volebant, tantundem ipsi postea Pompeio Romae denario numeraturi. Turnebus.

Cistula, In CISTA.

C I T

CITARISTA, vel Citaristes, Promontorium est Narbonēsis prouinciae, non procul à Massilia. Plin. cap. 4. lib. 3. & Pomponius lib. 2.

Citatus, In CITO, citas.

Citeria {κιτερία} appellatur effigies quaedam arguta & loquax ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit. Cato in M. Caelium, Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum? Festus.

Citerior, Citerius, In CITRA.

CITHAERON {Κιθαιρών} Mons Libero sacer. De quo Seruius Aeneidos 10, Parnassus, mons est Thessaliae iuxta Boeotiam, qui in duo finditur iuga, Cithaeronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Musarum. Hunc Lactantius libro 1. cap. 22, Diuinarum institutionum, quia super ipso frequenter Orpheus citharae cātu personaret, Cithaeronem appellatum scribit. Ouid. lib. 2. Metam. Dindymáque, & Mycala, natúsq; ad sacra Cithaeron. Ibi enim sanctè colebatur Bacchus. Seruius alibi censet esse partem montis Parnassi refertam animalibus, ex illo Virgilij 3 Georgicorum,

-vocat ingenti clamore Cithaeron, &c.

Scelerum capax Cithaeron. Seneca OEdip. 12.

Festus Cithaeron. Ouid. 3 Metam.

Nocturnus, Nocte celebratus. Virg. 4. Aeneid.

Noxius Cithaeron dictus à Seneca in Thebaid. 1. Aut propter turpitudinem celebrantium illic orgia Baccharum, aut propter Penthea & Orpheum ibidem dilaniatos.

Cithara, ae, pen. cor. {κιθάρα} Instrumentū musicum, quod *Harpa* vulgò dicitur. Plin. lib. 7. c. 56, Citharā Amphion, vt alij Orpheus, vt alij Linus inuenit. Citharae & Lyrae discrimē vide apud Glarean. Dodecachor. pag. 84. Sidonius in praefatione Panegyrici Antemij Cōsulis,

Arcas & Aracinthus fidibus strepuere sonoris,

Doctior hic citharae pulsibus, ille lyrae.

¶Cithara, pro Ipsa musica & harmonia. Virg. 12. Aeneidos,

Augurium, citharámque dabat, celerésque sagittas.

Citharae sonus. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Strepitus citharae. Horat. 1. epist. 2.

Imbellis cithara. Horat. 1. Carm. ode 15.

Cithara perfecta. Quintil. lib. 2. cap. 8.

¶Pectere citharam. Vide PECTO.

Laqueata citharis reboant. Lucret. lib. 2.

Tacentem cithara suscitare Musam. Horat. 2. Carm. ode 10.

¶Cithara & Lyra nonnunquam eodē vsurpantur significatu. Ouidius libro 2. Fast. sydetis lyrae describens occasum, simul & Arionis fabulam,

Ille metu pauidus, Mortem non deprecor, inquit:

Sed liceat sumpta pauca referre lyra. Paulo pòst,

Ille sedet, citharamque tenet, pretiúmque vehendi

Cantat, & aequoreas carmine mulcet aquas.

Citharoedus {κιθαρῳδὸς} Qui cithara ludit, & peritus est eius generis instrumenti. Cic. 5. Tuscul. At vocem citharoedi non audiunt. Horat. in Arte,

-& citharoedus

Ridetur chorda qui semper oberrat eadem.

Citharoedicus, penultima correpta {κιθαρῳδικὸς} Adiectiuum. vt, Citharoedicus habitus. Sueton. in Nero. cap. 25, Item statuas suas citharoedico habitu.

Citharoedica ars. Plin. lib. 9. cap. 8.

Citharista {κιθαριστὴς} citharistae, m. g. Qui citharam tantùm pulsat, non etiam accinit, inquit Budaeus. Cic. 3. Verr. At etiam illum Aspendium citharistam, de quo saepe audistis id quod est Graecis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit.

Citharistria {κιθαρίστρια} Quae cithara canit. Terent. Phorm. 1. 2,

Continuò quandam nactus est puellulam

Citharistriam. Ibidem, eandem Terent. vocat fidicinam,

Ille qui illam amabat fidicinam. Ergo indifferenter, inquit Donatus.

Citharizo, citharizas, citharizare {κιθαρίζειν} Cithara canere. Aemyl. Probus in Epaminunda, Nam & citharizare & cantare ad chordarum sonum doctus est à Dionysio.

Citharus, Piscis genus est mollem carnem habens, quódque ob id facilius quàm alij pisces conficitur. Galen. ex Philotimo lib. 3. de alim. facult. cap. 30. Meminit Strabo lib. 17.

Citimus, In CITRA.

Cito, citas, Citatim, Citatus, Cito, Aduerbium. In CIEO.

CITORVS, In CYTORVS.

Citra {ἐπὶ τάδε} Praepositio, accusatiuo casui seruiens: cui opponitur Vltra, à cis deriuatur. Caesar 6. belli Gall. Qui sunt citra Rhenum.

Citra flumen educere exercitum. Cic. 6. Philipp.

Citra Leucadem. Cic. Tironi, lib. 16. 4, Qmum venissem Veliam, Brutus

Brutus audiuit. erat enim cum suis nauibus apud Haletem fluuium citra Veliam millia passuum III. pedibus ad me statim.

Natus citra mare. Horat.1.Serm.sat.10.

Vltra citráque. Horat.1.Serm.sat.1,

Quos vltra citráque nequit consistere rectum.

¶Citra, pro Sine. Colum.lib.2.cap.2, Sed citra hoc experimentum multa sunt quæ & dulcem terram, & frumentis habilem significent, vt iuncus & calamus.

Citra pulueris iactum. Plin.lib.35.cap.11.

Citra accusationem crimen in aduersarium vertere. Quintil.lib.7. cap.3.

Citra Senatus populíque authoritatem. Sueton.in Cæsare.

Citra codicillos, pro Sine codicillis. Hermogenianus in l. Administrantes. D. de Excusat.tutor. Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela itémque à cura tempore administrationis delata excusantur. Budæus.

Citra cómoda emeritorum præmiorũ exauthorare legiones. Suetonius in Augusto, cap.24.

Citra complexum causæ laudabilis. Quintilian.lib.8.cap.5, Est autem hæc vox vniuersalis, quę etiam citra complexum causæ possit esse laudabilis.

Citra denunciationẽ. Quint.lib.3.cap.8, Nam & illic causa deliberandi est, quòd bellum Galli minitentur: esse tamen quæstio potest, dedendíne fuerint citra hanc denũtiationem, quia contra fas, quum Legati missi essent, prælium inierint: Regémq;, ad quem mandata acceperant, trucidauerint.

Citra æmulum aliquid facere. Quintil.lib.12.cap.10.

Citra fastidium nominentur. Plin.lib.3.

Citra honorem verborum prosequi aliquem. Sueton. in Aug. cap. 66, Nam quamuis minimè appeteret hæreditates, &c. neque dolore dissimulato, si parcius aut citra honorem verborum: neque gaudio, si gratè piéque quis prosecutus fuisset.

Citra inuidiam. Plin.lib.7.cap.29.

Citra mandatum aliquid facere. Vlpian.l. Idémque &.§. Idem Labeo ait. D. Mandat. vel contr.

Citra musicen. Quintilianus lib. 1. cap.4, Tum nec citra musicen Grammatice potest esse perfecta, quum ei de metris rhythmísque dicendum sit.

Citra morsum exanimat. Plin.lib.8.cap.38.

Citra perniciem. Plin. lib.11.cap.49.

Citra personam argumenta ducere. Quintil.lib.7. cap.3, Interim autem ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas: quum ex ipsa aliqua citra personam quoque argumenta ducuntur.

Citra satietatem data glans. Colum.lib.7.cap.6.

Peccare citra scelus. Ouid.5.Trist.eleg.9.

Citra scientiam. Colum.lib.1.cap.1.

A postrema syllaba citra tertiam non posuit natura vocem acutam. Cic.in Orat. Ipsa enim natura quasi modularetur hominum orationem, in omni verbo posuit acutam vocem, nec vna plus, nec à postrema syllaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem sequatur industria.

¶Citrà, pro Extra. Sueton.in August.cap.43, Solebat etiam citra spectaculorum dies, siquando quid inusitatum dignúmque cognitu aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare.

Citrà, Aduerbium, in eadem significatione, sed sine casu. Liu.10. ab Vrbe, Paucis citra millibus lignatores ei cum præsidio occurrunt.

¶Citrà, aliter. Plin.lib.17. cap.22, Quoniam & sic coercetur impetus materiæ, densioréſque citrà pampini exultant.

Citerior, Comparatiuus: quod à Citer vocabulo obsoleto quidam deducunt. Cic. Att.lib.12, Hirtius ad me scripsit Sex. Pompeium Cordubæ exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem.

Ætas citerior. Valer.lib.8.titul.de Studio & industria.

Dies citerior. Caius in l. Si seruus. §. Quum mihi aut Titio. D. De verb.obligat. Tempora verò diuersa designari posse, veluti, Mihi Calendis Ianuariis, aut Titio Calend.Febr. imò etiam citeriorem diem in Titij personam conferri posse. Citeriorem dixit, pro Breuiore & proximiore. Budæus.

Citeriora nondum audiebamus. Cic.ad Cælium, lib.2.11.

Considerare humana ac citeriora. Hoc est terrena ac terrenis proxima. Cic.5. Tuscul. Quanta rursus animi tranquillitate humana & citeriora considerat?

Citimus, penult.corr. Superlatiuum. Citima nobis secula sunt recentissima. quæ enim nobis proxima sunt, citima appellantur. Cic.de Vniuersit. Eámq; quæ erat eiusdem, detorsit à latere in dextram partem: hanc autem citimam, à mediana linea direxit ad læuam, sed principatum dedit superiori.

Citima terris Luna. Cic.in Somn. Scip. Ex quibus erat ea minima quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

Citrago, eadem cum Melissophyllo. Vide MELISSOPHYLLVM.

Citro, Non simplex reperitur. Vide VLTRO.

Citreus In Citrus.

Citrium, citrij, Pomum citri arboris, Diosc.in capite Mali Medici.

Citrus, citri {κίτρος} Arbor quæ medica fert mala. Dioscorides libro 1. cap.136, Postremò quæ medica, Persicáve, aut citromela, à Romanis verò citria vocantur, omnibus nota, arborem habent toto anno fœcundam & superfœtantem. Pomum oblongum est, rugosum, colore ad aurum inclinato, cum grauitate, odoratum. Semé habet pyrorum feminibus simile. Plin.lib.13.cap.1, Cedri tantum & citri suorum fruticum in sacris fumo conuolutum nidorem verius quàm odorem nouerant.

De citro sic scribit Calepinus ex variis authoribus, Citrus arbor nobilissima, quæ sola apud Atlantem montem in Mauritania nascitur, Romanis quondam gratissima. nam afferebatur ad ornamenta mensarum & lectulorum. Non multum crescit, & folia maiora habet quàm laurus. Hinc Citreus, adiectiuum. vt, Citreæ mensæ. Apud Dionem, cedron, & poma cedria, pro citro & citriis appellata inueniuntur. Alterius tamen generis sunt citri Atlanticæ, ex quibus mensæ fierent, quàm nostrates citri, vnde mala medica nascuntur. Hæ solo spectantur arbuti ferè aut lauri: Atlanticæ, cupresso fœmineę syluestri, folio, odore, caudice.

Citrum, n.g. pro Ligno. Varro 3. de Re rust.cap.2, Nuncubi hîc vides citrum aut aurum? Martial.lib.10.epigr.80,

Inspicit, aut pueros, nobilésve citrum.

Maurusiacum citrum. Martial.lib.12.epig.67.

Citreus, Adiectiuum {κίτρεος, κίτρινος.} vt, Citrea mala. Plin.lib.25.cap.28, Citreis odor acerrimus, sapor asperrimus. Idem lib.23.cap.6, Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipsa vel semen. faciũt oris suauitatem, decocto eorum colluto, aut succo expresso.

Mensa citrea. Cic. 6. Verr. Tu maximam & pulcherrimam mensam citream à Q. Lutatio, Diodoro, &c. abstulisti.

Citreum oleum. Plin.lib.23 cap.4.

Citrinus, penult.corr. {κιτρινός} aliud Adiectiuum. vt, Color citrinus. Plin.lib.19.cap.5, de cucumere, In Italia virides, & quamminimi, in prouinciis quammaximi & citrini aut nigri. Id est citri siue auri colorem habentes.

Citrosa vestis {κιτρώδης} à similitudine citri appellata est. Hæc Festus. Meminit & Macrobius lib.3. Saturn.cap.19.

Citta {κίττα} Auis quasi pica: quoniam vt Galenus ait, terram mandit, aut quia colores habet, vt pica, dispares.

¶Citta {κίττα} Deprauatus mulierũ prægnantiũ appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè contingere solet secundo aut tertio à conceptu mense, ex alimento in ventriculo corrupto, fœtu existente tam imbecilli, vt nutrimentum consumere non possit. Hinc fit vt copiosæ in ventriculo redundantiæ cumulentur, quæ varium absurdúmque gignunt appetitum, vt carbonum, cretæ & similium. Eam ob causam Græci malum hoc κίττα, hoc est picam appellauere, ab auis eius varietate sumpta similitudine.

Cittampelos {κιττάμπελος} Herba est, quæ Dioscoridi Helxine, & officinis *parietaria* dicitur. Vtitur hac appellatione Paulus Ægineta libro 6.

CITTIVM {Κίττιον} Oppidum Cypri: vnde Citticus Zeno, apud Laertium lib.7.

Cittosis {κίττωσις} Vuarum vitium est, quum acini à racemis dilapsi pereunt. Vide Cæl. Rhodig.antiq.lect.lib.6.cap.1.

Citus, In CIEO.

C I V

Ciuis, huius ciuis, com.gen. {πολίτης, ἀστός} Ciues dicti (inquit Cicero) à coeundo: quòd vinculo quodam societatis in vnum coeant cœtum, & sub legibus viuant. Plaut. Rud.18, Obsecro defende ciues tuas senex. Cic.lib.3. Offic. Nam esse pro ciue, qui ciuis non sit, rectum est non licere.

Ciuis meus, ciuis tuus dicitur, pro eo quem barbari vocant *conciuem & compatriotam.* Cic.1.de Finib. Debeo profectò, quantuncunque possum, in eo quoque elaborare, vt sint opera, studio, labore meo, doctiores ciues mei. Idem 1.Catilin. Serui me hercle mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, &c.

Nostri ciues. Cic.2.de Diuinat.

¶Ciuis est, qui eiusdem est patrię. Curtius lib.9. in fine, Simplicius tamen famam æstimabat in hoste, quàm in ciue.

Ciuis & Peregrinus opponuntur. Cic.6. Verr. Apud Segestanos repertum esse Iudices, scitote neminem, neque liberum, neque seruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere.

Ciuis & aduena. Cic.6. Verr. Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis visebatur.

Mundi ciuis. Cic.lib. 1. de Legibus, Quid diuinum, æternúmque sit, viderit: ipsúmque ea moderantem, & regentem penè prehenderit, seséque non vnis circundatum mœnibus popularem alicuius definiti loci, sed ciuem totius mundi quasi vnius vrbis agnouerit. De animo huius corporis vinculis iam absoluto.

Solus liber, solus ciuis. Cicero 4. Academic. Postremò solum ciuem, solum liberum: insipientes omnes peregrinos, exules, seruos, furiosos.

Libertas ciuium. Cic. pro Rabir. Posth. Neque ego, cui omnium ciuium libertas clarissima fuisset, meam proiecissem.

Parricida ciuium. Cic.1. in Catil. Certè verendum mihi non erat, nequid hoc parricida ciuium interfecto, inuidię mihi in posteritatem redundaret.

Ciues clari. Quintil.lib.5.cap.11.

Summi viri & clarissimi ciues. Cic.1. in Catil. Etenim si summi viri & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorũ, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modò se contaminarunt, &c.

Serui & egentes ciues Cic.pro Milone, Seruorum & egentium ciuium, & facinorosorum armis meos ciues meis consiliis, periculisq; seruatos, pro me obiici nolui.

Infimus ciuis. Vide INFERVS.

Insitus vrbi. Vide INSERO.

Perditus. Cic.2. in Catil.

Potentiorum ciuium superba limina. Horat. Epod.2.

Rarus. Martial.lib.12.epigr.53,

Nummi quum tibi sint, opésque tantæ,

Quantas ciuis habet Paternæ rarus, &c.

Romanus. Cic.7. Verr. Vt etiam illa vox & illa imploratio, Ciuis Romanus sum, quæ sæpe multis in vltimis terris opem inter barbaros & salutem tulit.

Romana. Cic.pro Corn. Balbo. Sic apud Terẽtium, Andr.1.3, Ciuis Attica.

Seditiosi ciues. Cic. Acad. Quæst.lib.4.

Trepidi ciues. Virg.12. Æneid.

¶Asciscere ciuem. Cic.pro Corn Balbo.

Romana suos egit discordia ciues, Bellum Romæ intestinum fuit. Propert.lib.1.eleg.21.

A vita, fortunísque ciuium arcere aliquem. Cic.1.in Catil. Tum tu

Iuppiter, &c. hunc & huius socios à tuis aris, cæterisque templis, à tectis vrbis ac mœnibus, à vita, fortunisq; ciuium omnium arcebis.
Clamare se ciuem Romanum. Cic.7. Verr. Quum is qui se ciuem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur.
Ciues eadem æquitate continere. In CONTINEO.
Dare ciuem populis. Silius lib.8.
Dare ciuibus vrbem, Ciuitatem condere. Virg.5. Æneidos,
Quis prohibet muros iacere, & dare ciuibus vrbem?
Ciuem à periculo defendere. In DEFENDO.
Inferre famem ciuibus. Cic. Att. lib.9.
Salutem ciuium negligere. Cic.1. in Catil.
Relinquere incolumes ciues. Cicero 2. in Catil. Quòd verò non cruentum mucronem, vt voluit, extulit: quòd viuis nobis egressus est: quòd ei ferrum de manibus extorsimus: quòd incolumes ciues, quòd stantem vrbem reliquit, &c.
Tenere iura ciuium. Cic.1. in Catil.
Tradere vias optimarum artium ciuibus. Cic. lib.2. de Diuinat.
Ciuis hinc est. Terent. And.5.1,
Illam hinc ciuem esse aiunt.

Ciuitas, penultima correpta { πόλις } A ciuibus appellata est, quasi ciuium multitudo. Cicero 5. Verrina, Huic homini Iudices, honestissimæ ciuitatis honestissimo, &c. Inter Ciuitatem & Vrbem hoc interest. Ciuitas, dicuntur incolæ: Vrbs autem complectitur ipsa ædificia. Nonius.
¶ Quid sit ciuitas, succinctè & eleganter describit Cicero de Somnio Scipionis, Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm consilia, cœtúsque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem pro Sextio, Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt.
Ciuitas, pro Vrbe, aut oppido. Liu.9. bel. Pun. Eadē æstate in Brutiis iam Petitia à Consule deuicta. Consentia, & Pandosia, & ignobiles aliæ ciuitates voluntate in deditionem venerunt.
Vrbs & ciuitas. Cic.4. Acad. Denique scripta Lycurgi, Solonis, XII. tabulas nostras nō esse leges, ne vrbes denique aut ciuitates, nisi quæ essent sapientium.
Ciuitates & municipia. Cic. pro Murena, Grauiter homines honesti, atque in suis ciuitatibus & municipiis gratiosi tulerunt.
Patria ciuitatis. Cic.2. de Legibus, Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: vnam naturæ, alteram ciuitatis.
Clades ciuitatis importuna. Cic. de Claris Orat. Etsi cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.
Commemoratione ciuitatis omnia verbera depulsurum, cruciatúmque à corpore deiecturum arbitrabatur. Cic.7. Verr.
Desiderium ciuitatis. Cic. pro Domo sua, Non decretis Italiæ, non desiderio ciuitatis, inimicorum iniuria probro non fuit.
Dissimilitudo enim ciuitatum varietatem iuris habeat necesse est. Cic. pro Corn. Balbo.
Homo multarum ciuitatum. Cic. pro Corn. Balbo, Itaque in Græcis ciuitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, cæteros vndique ascribi, multarúmque esse eosdem homines ciuitatum.
Ius ciuitatis honore dignissimum. Cic. pro Corn. Balbo.
Largitio & communicatio ciuitatis. Cic. pro Corn. Balbo, Nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.
Nomen ciuitatis nobile & illustre apud omnes. Cic.7. Verr. Si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque vltimis gentibus positos, nobile & illustre apud omnes nomen tuæ ciuitatis profuisset: &c.
Nomen ciuitatis apud aliquem valere. Cic.7. Ver. Apud te nomen ciuitatis ne tantum quidem valuisse, vt dilationem aliquā crucis, &c.
Nomen ciuitatis implorare & vsurpare. Cic.7. Verr.
Salus ciuitatis nititur in aliquo. Cic. de Somn. Scip.
Ciuitatum status. Quintil. lib.2. cap.16.
Ciuitatis vires, & mores. Quintil. lib.3. cap.8.
Vsurpatione & mētione ciuitatis assequi aliquid. Cic.7. Verr. Apud te Prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque vsurpatione ciuitatis assequi potuit?
Ex ciuitate aliqua amplissimus aliquis. Cic. pro Corn. Balbo.
Honestissimus ciuitatis honestę. Cic.5. Verr. Huic homini Iudices, honestæ ciuitatis honestissimo, non modò frumenti scitore, &c.
Beata ciuitas. Cic. lib.1. de Finibus, Neque enim ciuitas in seditione potest esse beata.
Ciuitas bellicosa. Vide BELLVM.
Ciuitates clarissimæ. Quintil. lib.1. cap.2.
Commendatior ciuitas studio, cura & diligentia alicuius. Cic. pro Corn. Balbo.
Fœderata. Cic.7. Verr. Hoc Netinorum fœderata ciuitas publicè dicit.
Graues. Cic.7. Verr.
Honestior ciuitas, quàm &c. Cic. pro Flacco, Num honestior est ciuitas Pergamena, quàm Smyrnæ?
Humilis, Vrbs in imo sita. Seneca Thyest.5.
Ciuitates immunes & liberæ. Vide IMMVNIS.
Lauta. Vide LAVTVS.
Libera. Cic.1. Philipp.
Locuples copiis. In LOCVPLES.
Maledica. In MALVS.
Optimè merita. Cic. pro Corn. Balbo, Neque enim est meum, contra ius optimè meritæ ciuitatis, contra opinionem vetustatis, contra authoritatem Senatus dicere.
Bene morata & bene constituta. In MOS.
Bene moratæ ciuitates. Cic.1. de Orat.
Princeps. Cic.1. Philipp.
Ciuitas prudentissima. Quintil. lib.5. cap.11.
Sine lege. Quintil. lib.5. cap.11, Vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus, vt neruis ac sanguine, & membris vti non potest.
¶ Abstrahere ciuitatem à seruitio. In ABSTRAHO.
Administrare. In ADMINISTRO.
Administrari ciuitas sine seueritate non potest. Cic.1. Offic. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, vt adhibeatur Reipub. causa seueritas, sine qua administrari ciuitas non potest.
Adoriri. In ADORIOR.
Augere ciuitatem hostibus recipiendis. Cic. pro Corn. Balbo, Romulus fœdere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hāc ciuitatem oportere.
Conciliare ciuitatem. In CONCILIO.
In ciuitatem studia & beneficia conferre. Cic. pro Corn. Balbo.
Ciuitas officiis coniuncta. In CONIVNGO.
In ciuitate cōstituere legibus aliquem. Cic. pro Archia, Hunc Heracliensem multis ciuitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra ciuitate eiiciemus?
Ciuitatem in officio continere. In CONTINEO.
Ciuitas rabie contacta. In CONTINGO.
Conuertet se ciuitas in aliquem. Cicero in Somnio Scipionis, In te vnum atque in tuum nomen se tota conuertet ciuitas. pro Homines ciuitatis.
De ciuitate eiicere. Cic. pro Archia.
Eiicere aliquem è ciuitate. Cic. pro Domo.
Euertere funditus ciuitatem. Cic. 6. Verr. Vniuersam se funditus illam euersurum esse ciuitatem minabatur.
Execrata Phocæorum ciuitas. Horat. Epod.16.
Expetitus multis ciuitatibus homo. Cic. pro Archia.
In oculis ciuitatis aliquid esse extructum, ac positum. Cicero pro Domo, In ea possim intueri domum meam euersam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, & ab eodem extructam, & positam in oculis ciuitatis.
Suffragium ferre non de ciuis, sed ciuitatis salute. Cic. pro Domo.
In ciuitatem rem perniciosissimam inducere. Cic.1. Offic.
Instituere ciuitates. Cic.1. de Orat.
Ciuitatem inuadere. Quintil. lib.1. cap.6.
In largienda ciuitate parcus. Cic. pro Corn. Balbo.
Munita iure ciuitas, & libertas. Cic. pro Domo.
Persequi ciuitatem bello. Cæsar 5. bel. Gal. Nisi id fecerint, sese bello ciuitatem persecuturum demonstrat.
Sancire iura de ciuitate, & libertate. Cic. pro Domo, Tum igitur maiores nostri populares non fuerunt: qui de ciuitate & libertate ea iura sanxerunt.
Suspensa ac solicita. Cic. pro Domo.
¶ Ciuitas dicitur etiam ius ciuium. vnde
Ciuitatem adimere alicui. Vide ADIMO.
Ademptio ciuitatis. Cic. pro Domo, Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.
Adipisci & perdere ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo, Vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros ciues Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero, quum ignorarent si illam ciuitatem essent adepti, hāc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent.
Ciuitatem amittere. Cic. pro Cecinna.
Asciscere in ciuitatem. In ASCISCO.
Ascribere ciuitati & in ciuitatem. In ASCRIBO.
Ascribi ciuitatibus. Cic. pro Archia, Quid est quòd de eius ciuitate dubitetis, præsertim quū aliis quoque ciuitatibus fuerit ascriptus?
Consequi ciuitatem beneficio aliquorum. Cic. pro Corn. Balbo.
Dare ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo. Ante ciuitatem Veliensibus datam, de senatus sententia, &c.
Dicare se in ciuitatem. Cicero pro Corn. Balbo, Peritus verò nostri moris ac iuris nemo vnquam qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam se ciuitatem dicauit.
Donare ciuitate aliquē. Cic. pro Corn. Balbo, Ex qua nobis interdictum sit, vt neque asciscere ciuem, aut ciuitate donare possimus.
Eripere alicui ciuitatem. Cic. pro Domo sua, L. Sylla victor Repub. recuperata comitiis centuriatis ciuitatem eripere non potuit.
Ereptor ciuitatis. Cic. pro Domo sua, At tu etiam ereptor ciuitatis, legem de iniuriis publicis tulisti.
Habere ciuitatem. Cic.2. de Legibus, Ita quum ortu Tusculanus esset, ciuitatem Romam habuit. De Catone.
Impertiri ciuitatem gratuito alicui. Cic. pro Archia.
Largiri ciuitatem. In LARGIOR.
Mutari ciuitate. In MVTO.
Recipere ciuitate. Cic. pro Corn. Balbo.
In ciuitatem recipere. Cic. pro Archia.
Retinere ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo.
Retinere in ciuitate, & Exterminare ex ciuitate aliquem: contraria. Cic. pro Ligario, Aut tres Ligarij in ciuitate retinendi sunt, aut tres ex ciuitate exterminandi.
In ciuitatem suscipere. Cic.2. de Legibus.
Tribuere ciuitatem. Cic. pro Corn. Balbo.

Ciuilis, & hoc ciuile, penult prod. { [illegible] } Quod ad ciues pertinet. vt, Ciuile odium: ciuile bellum, Cic.1. Tusculan.
Actio ciuilis. Cic.1. Verr. Nam ciuibus quum sunt ereptę pecuniæ, ciuili ferè actione & priuato iure repetuntur.
Amor ciuilis. Gell. lib.12. cap.1. ad finem, Magnam ferè partem nō naturalis ille amor est, sed ciuilis & opinabilis.
Arma ciuilia. Claudian.2. Paneg.
Bellum. Cic. Attic. lib.7, Genus belli quod sit vides. ita ciuile est, vt non ex ciuium dissensione, sed ex vnius perditi ciuis audacia natū sit.
Bella plusquam ciuilia. Lucan. lib.1,
Bella per Æmathios plusquam ciuilia campos,

Iúsque

Iúsque datum sceleri canimus.
Belli ciuilis æstus. Horat. 2. epist. 2.
Busta ciuilia. Propert. lib. 2. eleg. 1. Id est campos Philippicos, in quibus & occisi sunt, & sepulta Romanorum multa millia bello Ciuili inter Cæsarem & Pompeium.
Curæ ciuiles, Id est cura de ciuibus, aut quæ ciuem decent. Horat. 3. Carm. ode 8.
Dies. Plin. lib. 2. cap. 77.
Dissidium. Claudian. de bel. Gildonico.
Furor. Horat. 4. Carm. 15,
Custode rerum Cæsare, non furor
Ciuilis, aut vis eximet otium. Ciuilem furorem vocat seditiones ciuium.
Ciuilis, & humanus ingressus orationis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Iura ciuilia. Horat. 1. Serm. satyr. 9.
Lex ciuilis ac publica. Cic. pro Cecinna.
Mars ciuilis, Bellum inter ciues. Ouid. epist. 6. Ciuilem Martem vocat illorum qui ex eadem terra geniti erant.
Mos consuetudóque ciuilis. Cic. 1. Offic. Nec quenquam hoc errore duci oportet, vt siquid Socrates aut Aristippus cõtra morem consuetudinémque ciuilem fecerint, &c.
Nefas ciuile, Nefas ciuium. Stat. 1. Sylu. 1. Intelligit bellum ciuile.
Odia. Claudian. de bel. Getico.
Officia. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Pax. Cic. 7. Philipp. Itaque ille ego qui semper author pacis fui: cuíque, pax præsertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis.
Quercus, Quercea corona ciuica, quam (vt refert Seruius) qui in bello ciuem liberassent, accipiebant, ideò quia antè caussa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Virgil. 6. Æneidos, Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.
Sanguis. Lucr. lib. 3. Id est bella ciuilia, siue ciuium interfectiones.
Scientia. Quintil. lib. 2. cap 15, Rhetoricen autem quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt. Cicero scientiæ ciuilis partem vocat: ciuilis autem scientia idem quod sapientia est.
Strages. Claudian. 4. Panegyr.
Studia. Cic. pro Fonteio, Si inimico testi credi non oportuit, inimicitior Marcello Crassus, & Fimbriæ Scaurus ex ciuilibus studiis, atque obtrectatione domestica, quàm huic Galli?
Ciuilia verba, quæ etiam directa in iure appellantur, verba sunt formularum ciuilium, hoc est quæ ad ius ciuile accommodata olim à Iurisconsultis fuerunt, ex eo nimirum quòd hæc pars iuris propriè nonnunquam ius ciuile appellatur, vti Pompon. docet l. 2. D. de orig. iur. siue quod vernaculum esset, neque ab exterarum gentium institutis sumptum: siue quòd soli ciues his legis actionibus ac formulis vti possent. Papin. l. 7. D. de vulg. & pup. Verbis ciuilibus substitutionem post quartumdecimum annum ætatis frustra fieri conuenit. Vlpian. cap. instit. 25, Fideicommissum est, quod non ciuilibus verbis, sed precatiuè relinquitur, hoc est, non his formulis quæ ad hæredum institutionem accommodatæ sunt, sed precationis.
Ciuilis vir. Quintil. in Proœm. lib. 1.
Vndæ ciuiles, Id est curæ & solicitudines omnium quæ ad Remp. pertinent. Horat. 1. Epist. 1,
Nunc agilis fio, & mersor ciuilibus vndis.
¶ Agere se ciuilem. Suet. in Tiberio, cap. 26, Verùm liberatus metu, ciuilem se admodum inter initia, ac paulominus quàm priuatũ egit.
Ciuilitas, pen. corr. ciuilitatis {πολιτικὴ} Quasi ciuilis mos: qui & vrbanitas dicitur. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Clementia & ciuilitas. Sueton. in August. cap. 51. Clementiæ & ciuilitatis eius multa & magna documenta fuerunt.
Iactator ciuilitatis. Sueton. in Claudio, cap. 35, Primis imperij diebus, q uanquam (vt diximus) iactator ciuilitatis, neque cõuiuia inire ausus est, nisi, &c.
Ciuilitatis partes. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Ciuilitatis particulæ. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Ciuiliter, pen. corr. {πολιτικῶς} Aduerbium.
Ciuiliter, Id est ex instituto iuris ciuilis. Iabolenus in l. quum hæredes. §. item quæro. D. de acquir. possess. Si vinxeris liberum hominem, eum te possidere non puto. quod quum ita se habeat, multominus à te per illum res eius possidebuntur. neque enim rerum natura recipit, vt per eum aliquid possidere possimus, quem ciuiliter in mea potestate non habeo. Alioquin Ciuiliter, ex ciuilitatis præscripto, Id est non tyrannicè significat, vel monarchicè. Iuuenal. sat. 5,
-solùm Poscimus, vt cœnes ciuiliter. Id est, non tibi sit panis lautus, & cæteris conuiuis vulgaris, vt non sit inter nos delectus ferculorum. Budæus.
Contendere ciuiliter. Cic. 1. Offic. Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris ac dignitatis est: cum altero capitis & famæ.
Plus quàm ciuiliter. Ouid. 12. Metam. Id est, non ciuiliter, non vt ciuem decuit. De Neptuno.
Ciuilior, & Ciuilius {πολιτικώτερος} Comparatiua. Ouid. 4. Trist. eleg. 4, Ipse pater patriæ, quid enim ciuilius illo? &c.
Ciuicus, penul. corr. Adiectiuum {ἀστικός} Cic. pro Plancio, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateantur.
De ciuica corona, Plin. lib. 16. cap. 4, Hinc ciuicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum. Iampridem verò & clementiæ imperatorum, postquam ciuilium bellorum profano meritum cœpit videri ciuem non occidere. Cedunt iis murales vallarésque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Cedunt & rostratæ, quanuis in duobus maximè ad hoc æui celebres: M. Varrone è piraticis bellis, dante Magno Pompeio: item M. Agrippa, tribuente Cæsare è Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Ibidem, 5, Ciuica ilignea primò fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. Variatúmque & cum quercu est, ac data vbique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis.
Ciuica donare aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Ciuicam coronam ciuis, salutis suæ causa, seruatus in prælio dabat, quæ erat iligna, frondem habens perennem. Hæc Festus. Gell. lib. 5. cap. 6, Ciuica corona appellatur, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ salutísque perceptæ dat. Ea fit è fronde quernа: quoniam cibus victúsq; antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est.
Arma ciuica apud Ouidium lib. 1. Fast. intelliguntur Peritia dicẽdi in iudicio, qua vel accusamus, vel defendimus reos,
Ciuica pro trepidis quum tulit arma reis.
Bella ciuica. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3,
Clausit & æterna ciuica bella sera. Hoc est ciuilia, siue intestina.
Ciuica iura Horat. lib. 1. epist. 3,
-seu ciuica iura Respondere paras.
Motus. Horat. 2. Carm. ode 1.
Rabies. Horat. 3. Carm. ode 24.
CIVS, Fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens. ¶ Est & vrbis nomen, quam, vt testatur Strabo lib. 12, Demetrius euertit, dedítque Prusiæ Zelæ, qui hanc euertit, & Myrleam Prusiæ vicinam. Is à ruinis eas excitans, Cium, à se Prusidam: Myrleam verò, ab vxore Apamiam nominauit.

C I Z

CIZARA {κίζαρα} Castellum erat munitissimum, lacui nomine Stiphana, in Phazemonetica regione, adiacens, quod nunc desertum est, vt Strabo docet lib. 12.
CIZICVS, Vide CYZICVS.

C L A

Clabula, vel vt quædam habẽt exemplaria, Clauola, scissio lignorum vel præsegmina, authore Nonio. Varro 1. de Re rust. cap. 40, Demũ in oleagineis seminibus arbores videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.
Clades, cladis, fœm. gen. {ἧττα, κόμμα, πληγὴ} Conflictus & mutua profligatio: à κλαδεύω, quod est Amputo, frango. Plin. lib. 16. cap. 32, A quo deinde tempore maiestas Populi Rom. resurrexit, quæ antè vastata cladibus fuerat.
Contagia cladis subitæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 5,
Quúmque alij fugerent subitæ contagia cladis, &c.
Cladis origo. Ouid. lib. 2. de Ponto, eleg. 3.
Turbo sæuus venientum cladum. Sil. lib. 1,
-in regna Latini
Turbine mox sæuo venientum haud inscia cladum.
Clades dexteræ manus. Liu. 2. ab Vrbe, Mutium dimissum, cui postea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomentum inditum, &c.
Libyæ clades, Scipiones vocantur Virgilio 6. Æneidos,
-duo fulmina belli Scipiadas cladem Libyæ.
Asper cladibus. Ouid. 14. Metam. De Agmone, -at Agmon
Feruidus ingenio, tum verò & cladibus asper.
Clades aspera Seneca in Hippol. 10.
Exitiabilis. Patercul. lib. 2. Penè exitiabilẽ omnibus cladem intulit.
Funesta. Seneca Thyeste, 3.
Importuna ciuitatis. Cic. de Claris Orat. Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis.
Miseranda. Seneca Med. 4.
Recens clades exit à partibus iisdem. Claudian. 1. in Eutrop.
Sæua. Seneca Hercule furente, 13.
Subita. Ouid. 5. Trist. eleg. 5.
Tristis. Horat. 3 Carm. ode 3.
¶ Cladem accipere. Liu. 3. ab Vrbe, Nam quum haud procul ab hoste castra posuisset, nulla magna clade accepta castris se pauidus tenebat.
Afferre magnam cladem populo. Cic. de Nat. deor. lib. 2.
Contrahere cladem. In CONTRAHO.
Dare. Claudian. 3. de raptu Proserpinæ,
-acies vtinam vesana gigantum
Hanc dedérit cladem.
Opprobria veterum cladum delere, Gloriam cladibus superioribus amissam recuperare. Sil. lib. 16,
Ne verò fabricatæ moras, sed currere fortem
Hanc finite, ad veterum delenda opprobria cladum
Quam mihi seruauere dei.
Deriuata clades fonte aliquo. Horat. 3. Carm. ode 6.
Diuidere cladem in orbem, Id est spargere in totũ orbem. Claud. 1. in Ruffin.
Laxauítque viam bellis, & nequa maneret
Immunis regio, cladem diuisit in orbem.
Efficere cladem aliquam. Lucret. lib. 5,
Quídve superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades?
Erumpit clades in aliquem. Ouid. 7. Metamorphoseos,
-inque ipsos sæua medentes
Erumpit clades, obsuntque authoribus artes. Cladem, pestem & contagia vocat.
Clades exigere. Lucan. lib. 8.
Facere cladem. Sallust. in Iugurtha.
Importat clades discordia ciuilis. Vide IMPORTO.
Importare cladem periculi. Lucret. lib. 3.
Inferre cladem. Vide INFERO.
Leuare. Ouid. 2. Metam.
Metuere. Ouid. 5. Metam.
Metuenda clades. Claudian. 2. in Eutrop.
Minari. Lucan. lib. 3.
Obrui clade. Seneca Med. 4,
Quanuis enim sint clade miseranda obruta.
Obsessus cladibus. Seneca Troad. 10,
Nunc victa, nunc captiua, nunc cunctis mihi

Obfeſſa videor cladibus.
Paſci cladibus alicuius. Ouid.9. Metamorphoſeos,
Cladibus, exclamat, Saturnia paſcere noſtris,
Paſcere, & hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto. Clades vocat ingentem dolorem & tormentum ex peſte.
Piare clades, De cladibus ſeſe purgare, & placare deos. Propert. lib.3.eleg.4.
Reddere cladem. Liu. de bel. Pun.
Repetita clades. Claud. de bel. Getico.
Turbare hoſtes ſubita clade. Virgil.11. Æneidos,
Iret vt ad muros, vrbíque aduerteret agmen
Ocyus, & ſubita turbaret clade Latinos.
CLAEON, Fons in Phrygia, dicente Plinio lib.31.cap.2, Theophraſtus ait: Marſiæ fontem in Phrygia ad Celenarum oppidum ſaxa egerere. Non procul ab eo duo ſunt fontes, Claeon, & Gelon ab effectu Græcorum nominum dicti παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν, quæ verba lugere & ridere ſignificant.
Clam {κρύφα, λάθρα} Præpoſitio ablatiuo caſui ſeruiens, & nonnunquam accuſatiuo, ſignificat occulté.
Clam, A clauibus dictum, quòd his quæ celare volumus, claudimus. Feſtus. Plaut. Amphit.3,
Is amare occœpit Alcumenam clam viro.
Clam me, clam te eſt. Plaut. Rud.4. Terent. Heaut.1.1,
Hæc clam me omnia. Id eſt, nihil ſciebam de his omnibus.
Paulo clam iis eam vidi. Cic. Attico, lib.15.
¶Clam, accuſatiuo iunctum. Plaut. Caſin.10,
Bona multa faciam clam meam hanc vxorem.
Clam alter alterum. Plaut. Caſin.2,
Nunc ſibi vterque contra legiones parat,
Pater, filiúſque clam alter alterum.
Clam aliquem aliquid habere. Terent. Hecyra,4.4,
Non me clam haberet quæ celaſſe intelligo. Vbi Donatus, Id eſt non tacuiſſet, partúmque celaſſet.
Clam vos ſunt facinora eius. Cic. in Salluſtium, Timens ne facinora eius clam vos eſſent.
¶De clam ſic docet Priſcianus lib.14, Clam, magis aduerbium eſt, quum nec localem habeat ſignificationem, quam plerunque præpoſitiones poſſident: & qualitatem demonſtret, quæ in aduerbiis inueniri ſolet: & diminuatur, quod nulla præpoſitio habet, vt Clanculum: & poſſit etiam abſque caſu proferri, vt Bona apertè facit, mala autem clam: & quod apud Græcos abſque vlla dubitatione aduerbium eſt. nihil mirum tamen quòd præponatur caſui, quum multa aduerbia, & maximè localia, & apud Græcos, & apud nos ſoleant caſibus præponi.
Clam {λάθρα} Aduerbium. Terent. Eunucho,
Et cum eo clàm ſubduxti te mihi? Cæſ. 4.bel. Gal. Ac ſuos clàm ex agris deducere cœperunt.
Clàm furtim alicubi eſſe. Plaut. Pœnul.9,
At enim clàm furtim hic eſſe vult, nequi ſciant.
Clàm & occulté. Cic.6. Verr. Per iſtos quæ volebat, in nauem clàm imponenda, occulté exportanda curabat.
Clàm facere id dicimur, quod eo inſciente facimus, quem id prohibiturũ eſſe ſuſpicabamur, vt patet ex l.3.§.vlt.D.quod vi, aut clàm.
Clàm, Ex inſidiis. Virgil.1. Æneidos, Clàm ferro incautos ſuperat.
Clàm & Palàm, contraria. Cic. pro Sex. Roſcio, Multa palàm domum ſuam auferebat: plura clàm de medio remouebat.
Clàm erit. Terent. Adelph.1.1,
Si ſperat fore clàm, rurſum ad ingenium redit. Id eſt, ſi ſperat non reſcitum iri.
Non clàm. Vide NON.
Clanculum, pen. corr. {κρυφῇ} Diminutiuum. Terent. Eunuch.3.5,
Veniſſe clanculum per impluuium.
Clanculum dicta. Plaut. Pœn.14,
Vale, & hæc cura, clanculum vt ſint dicta. Id eſt ne quis reſciſcat.
Clanculum, accuſatiuo iunxit Terentius Adelph.1.1,
-poſtremò alij clanculum
Patres quæ faciunt, &c.
Clanculò, Aduerbium, Idem. Macrob. lib.5. Saturn. cap.18. de Virgilio loquens, Fuit hic poeta vt ſcrupuloſè & anxiè, ita diſſimulanter & clanculò doctus.
Clancularius {κρύφιος} Adiectiuum. vt, Poeta clancularius: qui ſuppreſſo nomine ſuo, dicta quædam & fœda probra ſcribit: quæ mauult alterius videri. Martial. lib.10. epig.3,
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poeta quidam clancularius ſpargit.
Clandeſtinus, pen. corr. {κρυφαῖος} Occultus. Plaut. Amphit.5,
Et clandeſtina vt celetur ſuſpicio.
Colloquia clandeſtina cum hoſtibus. Cic. de Senect.
Clandeſtina conſilia. Cæſar 7. bel. Gal.
Denunciatio. Liu.4. ab Vrbe, Quum patres clandeſtina denunciatione reuocati ad diem certam eſſent.
Fœdus. Liu.3. ab Vrbe. Sil. lib.7.
Introitus. Cic.2. Offic.
Motus. Lucret. lib.2.
Scelus. Cic. pro Sylla.
Clandeſtinò {κρυφίως} Aduerb. Id eſt Abſconditè, vt ait Nonius. Plaut. Milit.13, Nam hoc negotij clandeſtinò vt agerem, mandatur mihi. Lucil. lib.26, At enim dicis clàdeſtinò tibi quod cõmiſſum foret, &c.
Clamor, clamoris {κραυγὴ, βοὴ} Propriè eſt calamorum ſonus, quaſi calamor. etenim vento agitatæ arundines, non paruam vocem emittunt. Plin. epiſt.190. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis pro ſe quiſque inimicos ſuos duntaxat minores incondito, turbidóque clamore poſtulauerat ſimul & oppreſſerat.
¶Clamos veteres dicebant pro Clamor.
Gruum clamor. Lucret. lib.4.
Montium. Horat.3. Carm.29. Montes illos intelligit, per quos torrens aliquis decurrit, aut impotentior fluuius aliquis præterlabitur.
Clamores & admirationes. Cic.1. de Orat. Hæc ſunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt, &c.
Clamor abſonus. In ABSONVS.
Acutiſſimus. Cic.3. de Orat. Deinde eſt quiddam contentionis extremũ, quod tamen inferius eſt quàm acutiſſimus clamor, quò te fiſtula progredi non ſinet, & tamen ab ipſa contentione reuocabit.
Blandus. Ouid.3. Faſt. Sic vocat vagitum puerorum.
Cæcus, Confuſus: qualis eſt multorum ſimul clamantium in tumultu. Valer.2. Argonaut.
Clarus. Vide CLARVS.
Concionalis. In CONCIONOR.
Dirus. Sil. lib.7.
Diſſonus. Stat.6. Thebaid.
Ferox. Vide Paulo pòſt, Prouocare clamore.
Ferus. Stat.6. Thebaid.
Feſti clamores. Vide paulo pòſt, Perſonare feſtis clamoribus.
Flebilis clamor, Eiulatus. Seneca Troad.6,
Ceſſatis? & vos flebilis clamor mouet,
Furórque caſſus fœminæ?
Fœmineus. Sil. lib.15.
Horrendus. Virgil.2. Æneid.
Horrido clamore complere cælum. Seneca Hercule OEtheo,7.
Immenſum clamorem tollere. Virgil.3. Æneidos,
Clamorem immenſum tollit, quo pontus & omnes
Intremuere vndæ.
Immodicus, inſolitúſque. Plinius Maximo, lib.2. epiſt.38, Audiit ex proximo immodicum, inſolitúmque clamorem.
Impius. Horat.1. Carm. ode 27. Impium vocat clamorem eorum qui inter pocula litigant & tumultuantur.
Infeſtus, Minitans cædem & exitium. Valer. lib.8. Argonaut.
-ſuque imum pariter mare protinus omnes
Infeſto clamore ruant.
Ingens. Virgil.9. Æneid.
Inſolitus. Stat.1. Thebaid.
Iuuenilis. Ouid.4. Metamorphoſeos,
Quacunque ingrederis, clamor iuuenilis, & vnà
Fœmineæ voces, &c.
Lætus. Virgil.3. Æneidos,
-magno læti clamore reportant.
Longus. Stat.5. Thebaid.
Vndæ malis clamoribus plenæ. Valer. lib.1. Argonaut.
-quoties mox rapta videbo
Vela Notis, plenáſque malis clamoribus vndas.
Merus. Vide MERVS.
Clamores mœſti. Ouid. lib.8. Metam.
Nauticus. Virgil.3. Æneid.
Nefandus. Valer. lib.4.
Nouus clamor accidit. Liu.4. ab Vrbe.
Propinquus. Sil. lib.13,
Imperitans violenter equo, poſtquam auribus hoſtis
Vicinum ſeſe videt ac clamore propinquo.
Rapidis clamoribus vrbem exagitat. Stat.5. Thebaid.
Repens clamor quatit caſtra. Sil. lib.3.
Secundo clamore exit, Id eſt excitatur vocibus multorum, ſublatis in ſpem felicis ſucceſſus. Virgil.5. Æneid.
Supremus. Ouid 3. Triſt. eleg.3,
Nec mandata dabo? nec cum clamore ſupremo
Labentes oculos condet amica manus?
Teneri. Plin. Iunior Maximo, lib.2. epiſt.14.
Varius, Id eſt confuſus. Claudianus in Epithalamio Palladij & Serenæ.
Magnis clamoribus actus aliquis. Virgil.2. Æneid.
Adiicere clamorem. In ADIICIO.
Affligi clamore. In AFFLIGO.
Circunſonat hoſtes clamor. Liu.3. ab Vrbe.
Conſonat clamor. In CONSONO.
Dare clamorem. Virgil.3. Æneidos,
Ter ſcopuli clamorem inter caua ſaxa dedere.
Datus ad aſtra clamor. Sil. lib.6.
Edere clamorem maiorem cum admiratione. Cic.2. de Diuinat.
Clamorem efficere. Cic. ad Q. frat. lib.3.17, Clamores efficiam, ſi cum mecum habuero otioſum.
It clamor cælo, Ad cælum. Virgil.5. Æneid.
Erumpere ſubito clamore. Virgil.11. Æneid.
Sublatus ad æthera clamor, Ingens clamor. Virgil.2. Æneid.
Excipere clamore aliquem. Cic. 7. Verr. Excipitur ab omnibus eiuſmodi clamor, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſaretur ante oculos.
Excipere teneris clamoribus aliquid. Plin. Iunior Maximo, lib.2. Epiſt.38.
Excipere clamorem alicuius. Virgil.9. Æneidos,
Clamorem excipiunt ſocij, fremitúque ſequuntur.
Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum. Virgil.1. Æneid.
Fatiſcere clamore. Stat.5. Sylu.
Ferit aurea ſidera clamor. Virgil.2. Æneid.
Ferre clamorem ad littora. Virgil.1. Georg.
Fieri concurſum ad clamorem alicuius. Liu. lib.3. ab Vrbe, Pauidæ puella ſtupente, ad clamorem nutricis fidem Quiritium implorantis fit concurſus.
Cum clamore fit ad aliquem locum concurſus atque impetus. Cic.7. Verr. Quum Prætor quæreretur, & cõſtaret ei neminem nunciaſſe, fit ad domum eius cum clamore concurſus atque impetus.
Magno clamore fremere. Virgil.6. Æneidos,
Ergo omnes magno circùm clamore fremebant.
Fremendus. Stat.11. Thebaid.

Furit vndique. Stat.6. Thebaid.
Clamore, conuitióque iactari. In IACIO.
Cum clamore inuolare. Vide CVM præpositionem.
Implere clamore locum aliquem. Virgil.4. Georgicorum,
At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
Implerunt montes.
Magnis clamoribus implere aliquem hominum consessum. Virg. 5. Æneid.
Inceptus clamor frustratur hiantes, Decipit clamore cupientes. Virgil.6. Æneid. Seruius.
Incendere cælum clamore, Id est implere, quanquam abusiuè. Virgil.10. Æneidos,
Clamore incendunt cælum, Troësque Latinísque.
Incendit clamore nemus. Stat.5. Thebaid.
Ingeminat clamor. Virgil.5. Æneid.
Insequi clamore ac minis. Vide INSEQVOR.
Insequitur clamor. Virgil.1. Æneidos,
Insequitur clamórque virûm, stridórque rudentum.
Integratus. Stat.6. Thebaid.
It ad alta atria. Virgil.4. Æneid.
Lacessere sidera. Sil. lib.17.
Lenire. Horat.1. Carm.27.
Miscetur æquor. Virgil.4. Æneidos,
Prospiceres arce ex summa, totúmque videres
Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor.
Missus ad sidera volgi. Stat.12. Thebaid.
Clamore obstrepi. In OBSTREPO.
Clamor oritur. In ORIOR.
Percrebruit fama ex clamore. Cic.6. Ver. Interea ex clamore fama tota vrbe percrebruit, expugnari deos patrios.
Perfertur. In PERFERO.
Peruenit ad aures. Virgil.9. Æneid.
Personare festis clamoribus. Plin. Iunior, lib.2. epist.17, ad Gallum, Quum reliqua pars tecti licentia d erum, festísque clamoribus personat. De Saturnalibus loquitur.
Petere locum aliquem clamore, Cum clamore. Virgil.1. Æneidos,
-cunctis nam lecti nauibus ibant
Orantem veniam, & templum ore petebant.
Premere clamorem. Ouid.1. Metamorph. hostes,
Substitit, ac pressus clamor grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum sermone silentia rupit.
Premere clamore ad retia ceruum. Virgil.3. Georg.
Premere cursum animalis clamore. Virgil.1 Æneidos,
Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Profari magno clamore. Sil. lib.11.
Profundere clamorem multitudinis concitatæ. Cic. pro Flacco.
Sermo profusus cum clamore. Lucret. lib.4.
Feroci clamore prouocare hostem, & noua prælia poscere. Silius libro 17.
Redintegratus. Liu. lib.4. ab Vrbe.
Resonare clamore. Seneca Hercule furente, 12.
Resonat clamoribus æther. Virgil.5. Æneid.
Accensæ resultant clamore fores. Stat.6. Thebaid.
Resultant clamore pulsati colles. Virgil 5. Æneidos,
-pulsati colles clamore resultant.
Cum clamore reuocare aliquem. Virgil.5. Æneid.
Ruit ad aliquem, Quum est turbulentus & præfestinus. Valer. lib. 3. Argonauticôn,
Illicet ad regem clamor ruit.
Læto clamore salutare aliquam regionē, Gratulari alicui regioni, & gaudere nouo ad illam aduentu. Virgil.3. Æneidos,
Italiam læto socij clamore salutant.
Significari aliquid clamore. Liu. lib.3. ab Vrbe.
Sonant clamore viri. Ouid.11. Metam.
Sopor clamore solutus. Ouid.3. Metam.
Sublatus. Liu. lib.3. ab Vrbe, Clamore sublato, ante se quenque ducere fossam, & iacere vallum iubet.
Subsistit clamor. Ouid.1. Metam.
Tollere clamorem. Liu. lib.3. ab Vrbe.
Tollitur clamor. Cic.6. Verr. Clamor à vigilibus, fanísque custodibus tollitur.
Tollitur in cælum. Virgil.11. Æneid.
Tonuere feris clamoribus astra. Sil. lib.16.
Magno clamore trahere aliquem. Virgil.2. Æneidos,
Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant.
Vocare clamore. Virgil.4. Æneidos,
Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron.
Vocare clamoribus hostem, Prouocare. Virgil.4. Georg.
Vocari clamore ad locum aliquem. Virg.2. Æneid. Clamore, bellico scilicet. Seruius.
Clamo, clamas {κράζω, βοάω, βοηθέω} clamare, A nomine clamor deductum: & est vociferari. Terent. Adelph.1.2,
-clamant omnes indignissimè Factum esse. Cic. ad Attic. lib.5, Id clamare omnes qui aderant nihil impudentius, &c.
¶ Clamare, ferè pro dicere accipitur. Cic.3. Verr. Quum tutores HS LXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent.
Aliquid clamare, Alta voce proferre. Sil. li b..
Multum clamare. Ouid. epist.23
Clamare, Contentè dicere. Cic. de Finib. lib.1, Clamat Epicurus, is quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, &c.
Clamabat porrò ipse Quintius, sese idcirco nolle satisdare. Cic. pro Quintio.
Clamare aquas, Clamore poscere. Propert. lib.4. eleg.9.
Clamo atque obtestor. Cicero pro Murena, Tum meæ pacis, otij, cócordiæ, libertatis, salutis, vitæ denique omnium vestrum causa facere clamo atque obtestor.
Clamare alicui de via. Terent. And.3.2,
Sed postquam egressa est, illis quæ sunt intus, clamat de via.
Lingua clamat. Ouid.2. Amor. eleg.6,
Clamauit moriens lingua, Corinna vale.
Veritas. Cic.4. de Finib. Sensus enim cuiusque & natura rerum atque ipsa veritas clamabat quodammodo non posse adduci, vt, &c.
Virtus. Cic. de Finib. lib.2. de M. Regulo, Clamat virtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium.
¶ Clamare, translatum ad inanimata. Catul. Epigram.6,
Nam te non viduas iacere noctes
Nequicquam tacitum cubile clamat.
¶ Clamare, pro Conqueri. Terent. Adelph.3 3,
-mihi quidem non placent: Et clamo sæpe.
Contestans deos homínésque, clamare cœpit. Cic.6. Verr.
De re aliqua clamare. Cic.7. Verr. Quum maximè, vt dico, de pecunia clamaret, in vincula coniectus est.
Ciuem se clamare Romanum. Cic.7. Verr. Quum is qui se ciuem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur.
Clamare ad. Catul. Epigram.62,
Ad me omnes clamant, ianua culpa tua est.
Ad vndas clamare. Ouid.2. de Remed.
¶ Clamare aliquem, pro Vocare. Vnde Clamatus conuiua apud Martialem, lib.1.
Clamare aliquem. Virgil.6. eclog.
Per vices clamare modo hoc, modò illud nomen. Ouid.4 Fast.
Clamare nomine aliquem. Virgil.4. Æneidos,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
Nomen alicuius extremo puluere clamare, Est conclamare, & mortuo extremum vale dicere. Propert. lib.1. eleg.16.
¶ Clamare, sine verbo, historicorum more apud Ciceronem ad Atticum, lib.5, Refero ad Scaptium: homo clamare.
Clamans {κράζων} Participium. vt, Os clamans. Ouid.8 Metam.
Clamatus, pen. prod. aliud Participium {καλούμενος} Ouid.2. Metam.
Aspicit hanc, visámque vocat, clamata refugit.
Vlulatibus clamatus. Stat.9. Thebaidos,
Ille ego clamatus sacris vlulatibus amnis.
Clamito, pen. corr. {κεκράζομαι} Terent. And.4.6, -clamitent
Me sycophantam hæreditatem persequi. Cic.2. Tuscul. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse quæ antea de dolore sensisset ipse.
Clamitare, Conqueri. Terent. And.1.1,
Venit Chremes postridie ad me clamitans,
Indignum facinus comperisse se.
Caricas Cauneas clamitare. Cic.2. de Diuinat. Quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.
Sæpe clamitare. Terent. Adelph.1.1.
¶ Clamitare, pro Præ se ferre. Cic. pro Rosc. Com. Nónne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? Budæus.
Clamitans, Participium {κεκραγώς} Liu. libro 3. ab Vrbe, Hæc Volscio clamitante, adeò concitati homines sunt, vt, &c.
Clamator, pen. prod. Verbale {κράκτης} Qui clamat. Cic.3. de Orat. Quare coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti.
Clamator, Qui vocat. Martial. lib 12. epig.26,
Nec venit ablatis clamator verna lacernis, &c.
Clamatorius. Adiectiuum {κραγαστικός} vt, Clamatoria auis, quæ à Labeone prohibitoria dicitur. Plin. lib.10. cap.14.
Clamatorium genus. Cic. ad Q. frat. lib.3.19.
Clamosus. penul. prod. {κραυγώδης} Adiectiuum, à nominatiuo clamos.
Clamore obstrepens, vociferator. Martial. Lib.5,
Clamoso reuocatur à magistro.
Clamosi ferè sunt qui literas nesciunt. Quintil. lib.4. cap.5.
Acceleratio clamosa. Author ad Heren. lib.3, Continuatio, est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.
Clamosa actio. Quintil. lib.5. cap.13, Indirecta ferè, atque vt sic dixerim, clamosa actio.
Altercator clamosus & turbidus. Quintil. lib.5. cap.5.
Clamosus circus. Iuuenal. satyr.9. sub finem,
Securum iubeant clamoso insistere circo.
Forum clamosum. Seneca Hercule furente, 3.
Clamosus lictor. Martial. lib.11. epig.99, -nec superba clamosi
Lictoris abiget virga, &c.
Clamosa Suburra. Martial. lib.12. epig.18.
Theatrum clamosum. Stat.3. Sylu.
Clamosè, Aduerbium. Quintil. lib.11. cap. De pronuntiat. Vitemus igitur illam quæ Græcè μονοτονία vocatur, vna quidem spiritus ac soni intentio, non solùm ne dicamus omnia clamosè, quod insanum est: aut intra loquendi modum, quod motu caret: aut, &c.

Clanculò, Clanculum, Clandestinus, In CLAM.
CLANES {Κλάνις} Fluuius est à Vindelicis ortum habēs, à quibus per valles excurrit, & in Istri aluеum intrat. Huius meminit Strab. lib.4.

Clango, clangis, clanxi {κλάζω} clangere. Tuba sonare vel canere.
Clangere dicuntur aquilæ, vt inquit author Philomelæ apud Ouidium, Dum clangunt aquilæ.
Tuba clangens. Valer. lib.3, -ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba.
Clangor, clangoris, m.g. {κλαγγή} Sonus tubæ. Virgil.2. Æneidos,
Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum.
Clangor aquilæ. Liu.1. ab Vrbe, Aquila magno clangore volitans.
Clangor anserum. Columel. lib 8. cap.13, Nam clangore prodit insidiantem. De ansere.
Clangor fulicæ. Plin. lib.18. cap.35, Et fulicæ matutino clangore.
Blandus clangor. Claudian. de Phœnice,
Hic sedet, & solem blando clangore salutat.

Fugax clangor gruum. Stat.5.Thebaid. Fugacem vocat, quia volando clangunt.

Hilari clangore sonant grues.Stat.12.Thebaid.

Luctifici clangores tubæ.Stat.10.Thebaid.

Raucus.Sil.lib.16.

Sæuus.Valer.lib.4.Argonaut.

Tremulus. Cic.2. de Diuinat. Noua super tremulo genitrix clangore vocabat.

Clangor vincibilis. Ex poeta veteri,
Vincibilémque petit clangorem quippe per æthram
Qua citimus limes dispescit turbida puris
Inuiolata meat. Vincibilis clangor vlulatus est & strepitus tumultúsque hominum laboranti lunæ aduersus veneficia opitulantium, susurrósque magicos superantium. Ex Turnebo.

¶Dare clangorem.Sil.lib.4, de Aquila,
Increpuit clangor murmure.Sil.lib.16.

Mugire per æthera tubæ clangor dicitur, qui est vehemens & altè sonans.Virgil.8.Æneid.

Quatere magnis clangoribus alas:de auibus dictum. Virgil.3.Æneidos, -& magnis quatiunt clangoribus alas.

CLANIVS {κλάνιος} Fluuius Campaniæ iuxta Acerras vrbem. Virgil. 2.Georg. -& vacuis Clanius non æquus Acerris. Seruius, Acerræ ciuitas est Campaniæ, haud longè à Neapoli: quam Clanius præterfluit fluuius, cuius frequens inundatio eam exhaurit. Vnde ait vacuis, id est infrequentibus.

Clareo, Clarifico, Clarigo, Claritas, In CLARVS.

CLARIAE {κλαρίαι} Thraciæ populi, qui Hæmi montis auersa, & in Istrum fluuium deuexa incolunt, authore Plin.lib.4.cap.11.

CLARIVM {κλάριον} Colophoniorum oppidũ, à quo Clarius Apollo dictus est, vt inquit Seruius in illud Virgilij lib.1.Æneidos,
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sidera sentis. Ibi enim specus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita sunt, breuiore tamen vita bibentium. Huius Plin.lib.2, & Macrobius lib.1. Saturn.cap.18. meminerunt.

Clarius deus, Apollo.Valer.lib.3.Argon.

CLAROS {κλάρος} Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem, eam Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patriæ cladem lugeret & suam, manantibus vbertim lacrymis fontem fecit: vnde Claros ἀπὸ τοῦ κλαίειν locus appellatus. Alij nomen putant factum per mutationem λ in ρ. κλαίειν enim lacrymam significat. Nearchus dicit id nomen datum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit, quam κλῆρον Græci nominant. Hinc κλάριος dictus est, & illic fanũ habuit, quo responsa, epota aqua, edebantur. ¶Est & Claros insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ouid.1.Metam.
-mihi Delphica tellus
Et Claros & Tenedos, Pataræáque regia seruit.

Clarus {λαμπρὸς, ἐπιφανὴς, φαιδρὸς, ὀνομαστὸς, διάσημος} Adiectiuum, propriè dicitur lucidus. vt, Clara dies.

Aquilo clarus. Virgil.1.Georg. Id est serenificus. nam est & nubilus, sicut ferè omnes venti. Seruius.

Colore claro splendere. Lucret.lib.5.

Dea clara mundi obscuri, Luna præfecta nocti. Seneca Hipp.3.

Clarus dies. Horat.in Carm.secul.

Dies clara. Virgil.5.Æneid.

Incendia clara dant lucem. Virgil.2.Æneid.

Lapides clari. Horat.4.Carm.13. Intelligit gemmas.

Illustris, & clarus locus. Cic. in Somnio Scip. Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quondam loco.

Lucerna clara. Horat.2.Serm.satyr.7.

Lumina oculorum clara. Lucret.lib.4.

Lumen clarissimum præferre menti. Cic.pro Sylla, Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ.

Lumina mundi clarissima. Virgil.1.Georgicorum,
-vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.

Refulgere in luce clara homo dicitur, qui est nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogat, qualem dicit Æneam Virgil. 1. Æneidos, Restitit Æneas, claráque in luce refulsit. Hæc ferè Seruius.

Olympus. Virgil.4.Æneid.

Pater omnipotens clarus intonuit ab alto cælo. Id est in serenitate. Virgil.7.Æneid. Seruius.

Pectus clarum. Cic.in Arato,
Et propè conspicies paruum sub pectore claro
Andromedæ signum. Clarum pectus, quòd in eo stellæ sitæ sint.

Piscis rutilis clarus squamis. Virgil.4.Georg.

Sol clarissimus. Quintil.lib.5. cap.12, In rebus verò apertis argumentari tam sit stultum, quàm in clarissimum Solem mortale lumen inferre.

Stellæ lumine claræ. Cic.in Arato,
Et tenues stellæ perhibentur nomine Aquari.
Hîc aliæ volitant paruo cum lumine claræ.

Sidus clarum, Lucidum. Seneca Hippol.4.

Tedæ claræ coruscis fulgoribus. Lucret.lib.5.

Vitrum clarum, Id est pellucidum. Ouid.3.Metam.

¶Clariora luce consilia. Cic.in Catil.

Clariora sole. Cic.1.de Finib. Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt.

Quod est luce clarius. Cic.1.Tuscul.

Sidere clarior. Horat.3.Carm.ode 1.

¶Clarus, Clarè sonans. vt, Clara lamenta. Seneca Hipp.12.

Clarus clamor. Plaut.Pœnul.17. Id est qui facilè exauditur.

Latratus clari. Ouid.13 Metam.

Compositissimæ, & clarissimæ literulæ. Cic.Attico, lib.7.epist. 20.

Plangor clarus. Ouid.4.Metam.
Percutit indignos claro plangore lacertos.

Clarus plausus. Plaut.Asin.17,
Remur impetrari posse, si plausum sic clarum datis.

Clarum signum dare. Plaut.Casin.2. Id est plaudere: vt in comœdiis solitum est fieri. Virgil.3.Æneidos,
Dat clarum è puppi signum: nos castra mouemus. Vbi Seruius, Dat clarum signum, Faculam eleuauit. vt,
-flammas quum regia puppis Extulerat.

Claræ syllabæ. Quintil.lib.8. cap.3, Vt syllabæ è literis melius sonantibus clariores sunt: ita verba è syllabis magis vocalia.

Sonus, vel antiquè Sonor clarus. Lucret.lib.4,
Obsignans formam verbis, clarúmque sonorem.

Tuba clara, Altè sonans. Virgil.5.Æneidos.

Clara voce. Cic. pro Cecinna, Seruúmque suum nomine Antiochum ad se vocauit, & clara voce imperauit, vt eum, &c.

Voce clarissima dicere. Cic.pro Sylla.

Voce clarissima profiteri. Cic.5.Tuscul.

¶Res clara {σαφής.} Cic.7.Verr. Res erat clara, neque solùm argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. Idem 4. Verr. Vt in re tam clara, tam testata.

Res clara, celeberrima & notissima. Cic.5.Verr. Clara res est, quam dicturus sum: tota Sicilia celeberrima, atque notissima.

Consuetudine clarum aliquid. Cic. pro Q.Roscio Com. Ego quæ clara consuetudine, diutius dicere non debeo.

¶Clarus {ἐπίσημος, γνώριμος.} pro Insigni atque excellentia accipitur, & eo qui veluti fulgore quodam famæ resplendet. Cic.1. de Fin. Claris & fortibus viris commemorandis.

Amplissimus & clarissimus vir. Cic.1.de Orat.

Clarissimorum & fortissimorũ virorum authoritates. Cic.pro Leg. Manil. Sed in hac causa, tametsi cognoscitis authoritates contrarias fortissimorũ virorũ & clarissimorũ: tamẽ omissis authoritatibus, &c.

Viri clari & honorati. Cic.de Senectute, Manent ingenia senibus, modò permaneat studium & industria: nec ea solùm in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.

Clara & illustria. Cic.7.Verr.

Exempla clara & illustria. Cic. lib. 2. de Diuinat. Plurimis nostris exemplis vsus es, & iis quidem claris & illustribus.

Parentes ingenui clarique. Horat.1.Serm.satyr.6.

Virtus clara & insignis. Cic.de Senect. Virtutem enim amaui illius viri, quæ extincta nõ est, nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui: sed etiam posteris erit clara & insignis.

Clarus & nobilis vir. Cic.pro Rabirio Posth.

Clari & præpotentes viri. Cic.pro Rab.Posth.

Causis agendis clarus. Horat.1.Epist.7,
Strenuus & fortis, causisque Philippus agendis Clarus.

Decore clarus. Ouid.12.Metam.

Ex doctrina clarus & nobilis vir. Cic.pro C.Rab.Posth.

Forma clarissimus, Id est clarissimus ob formam. Ouid.4.Metam.

Clarus genere & factis. Liu.9.ab Vrbe.

Gloria clarus, authoritate grauis, humanitate politus. Cic. 2. de Orat. Certè nõ tulit vllos hæc ciuitas aut gloria clariores, aut authoritate grauiores, aut humanitate politiores P. Aphricano, C.Lælio, L. Furio.

In gradu equestri clarus. Plin.Iunior Prisco, Epist.lib.2, Is erit Voconius Rom. pater Plinij in equestri gradu clarus, clarior vitricus, imò pater alius.

Hoc vno magnus & clarus. Plin.Iunior Attio Clementi, lib.1.10, Socer Põpeius Iulianus, cum cætera vita, tum vel hoc magnus, quòd ipse prouinciæ princeps.

Nobilitate sua clara domus. Ouid.epist.16.

Origine. Ouid.epist.18.

Ab aliquo sanguine clarus, Genere non obscuro natus. Virg.1.Æneidos, -Troianóque à sanguine clarus Acestes.

Clarus Socrates sapientia. Plin.lib.7.cap.19.

Clarissimi in ea scientia. Plin.lib.36.cap.5.

Clarissimus medicinæ scientia Hippocrates. Plin.lib.18.cap.7.

¶Achilles clarus. Vide ACHILLES.

Adolescens clarissimus. Cic.4.Verr.

Author generis clarissimus. Ouid.2.de Ponto, eleg.9.

Multæ, & claræ lugubres domus. Liu.lib.3.ab Vrbe.

Dux clarus. Horat.3.Carm.ode 14.

Facta. Claudian.4.Panegyr.

Genere claro tumens. Seneca Octauia.8.

Gloria. Ouid.3.de Ponto, eleg.2.

Honor. Lucret.lib.3.

Lucifer albo clarus equo. Ouid.15.Metam.

Lumen clarum extollere è tenebris. Lucret.lib.3.

Claræ mortes pro patria oppetitæ. Cic.1.Tuscul.

Nobilitas. Plaut.Rudent.22,
Vbi nobilitas mea erit clara.

Nomen. Ouid.11.Metam.

Opus clarius nullum extat. Ouid.3.de Arte. De Æneide Virgilij.

Patre claro natus. Horat.1.Serm.satyr.6.

Clarissimo patre natus, auis, maioribus. Cic.in Catil.

Pietas in hoc clara, & omnibus grata. Cic.pro Sextio, Duxit vxorem patre viuo optimi & calamitosissimi viri filiam, L.Scipionis. clara in hoc P.Sextij pietas extitit, & omnibus grata, quòd, &c.

Progenies. Virgil.5.Æneid.

Proles. Lucan.lib.10.

Propago. Lucret.lib.1.

Clara & commemorabilis pugna. Plaut.Pseud.7.

Rumore claro apud vulgum esse. Tacitus libro 15, Is Calphurnio genere ortus, ac multas insignésque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem aut species virtutibus similes.

Sanguine claro genitus. Sen.Octau.3.
Senatus.Claud.5.Paneg.
Splendor clarus vestis purpureæ.Lucret.lib.2.
Viri clari.Horat.2.epist.1.
Vir clarissimus.Cic.pro Leg.Manil.
Vrbs clari cognominis.Virg.8.Æneidos,
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Clarior,Comparatiuum {λαμπρότερος} Senec.Hippol.6,
Pulchrior tanto tua forma lucet
Clarior,quanto micat orbe plena.
Lyra clarior. Martial.lib.12.epigr.11,
Cuius Pimpleo lyra clarior exit ab antro?
Clarissimus,pen.corr.Superlatiuum. {λαμπρότατος.} Cicero pro Sextio, Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Halas, Decios, Curios, Fabricios , Maximos, Scipiones , &c. Et paulo pòst. Sed me repentè Iudices , de fortissimorum & clarissimorum ciuium dignitate, & gloria dicentem & plura dicere parantem , horum aspectus in ipso cursu orationis repressit.Budæus.
Clarissimatus , Dignitatis vocabulum, de quo Alciat. capite 4. libro 3. Dispunct.
Clarisonus,pen.corr. Adiectiuum {λαμπρόφωνος.} Catul.epig.59, Clarisonas imo fudisse è pectore voces.
Auræ clarisonæ.Cic.in Arato,
Hunc à clarisonis auris Aquilonis ad Austrum, Condens.
Claritas,pen.corr. {λαμπρότης,σαφήνεια} claritatis, Luciditas. vt, Claritas solis.Plin.lib.2.cap.8,Claritatis tantæ est Vesper.
Claritas oculorum.Plin.lib.18 cap.11,Emicántque fontes Oraxi oculorum claritati Et apud eundem,lib.5.cap.1,Claritas visus.
Claritas vocis.Cic.1.Acad.
¶Claritas {εὔκλεια} Excellentia & splendor. Cic. ad Seruilium,lib. 13,Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam , &c. Quint. lib.3.cap.9, Quæ responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt.
Claritas & amplitudo.Cic.1.Offic.Facilior & tutior & minus aliis grauis aut molesta vita est otiosorum : fructuosior autem hominum generi , & ad claritatem amplitudinémque aptior , eorum qui se ad Rempub. & ad res magnas gerendas accommodauerunt.
Esse in claritate. Plin.lib.14.cap.14, Nondum tamen ista genera in claritate erant. De vinis.
Excellere claritate nascendi. Quint.lib.5.cap.11,Ita hominum, nō qui claritate nascendi,sed qui virtute maximè excellet.
Personarum claritate insignis.Plin.Iunior,Maximo , lib.2.epist.38, Rarò incidit , vel personarum claritate , vel negotij magnitudine insignis.
Ostendunt claritatem hominibus dij. Cic.2. de Diuin. Miror deos immortales histrioni futuro claritatem ostendisse , nullam ostendisse Aphricano.
Claritudo, pen.prod. claritudinis {λαμπρότης} Idem , testibus Festus & Nonius.
Claritudo, Nobilitas, fama.Sallust.in Iugurth. non procul ab initio, Quum præsertim tam multæ , variæque sint artes animi , quibus summa claritudo paratur.
Adiumentum claritudinis grande.Tacit.lib.16 , Idem Anneū Lucanum genuerat,grande adiumentum claritudinis.
Familiæ claritudo.Tacit.lib.15,Iisdem quippe illis diebus Torquatus Syllanus mori adigitur , quia super Iuniæ familiæ claritudinem diuum Augustum atauum ferebat.
Virtutum claritudine ad summum fastigiū deligere aliquem. Tacit.lib.15, Traderetúrque imperium Senecæ, quasi insonti,claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.
Vocis claritudine cæteris antestare.Gell.lib.7.cap.5,Histrio in terra Græcia fuit fama celebri , qui gestu & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat.
Ad omnem claritudinem sublatus aliquis. Tacit.lib.15 , Cæterum timore occulto ne L. Syllanus eximia nobilitate disciplináque C.Cassij apud quem educatus erat , ad omnem claritudinem sublatus, imperium inuaderet.
Plus claritudinis in fine fit.Tacit.lib.15, Sit huius tam fortis exitus constantia penes vtrosque par,claritudinis plus in tuo fine.
Claro,claras { σαφηνίζω } clarare , Clarum ostendere. Cic.1. de Diuinat. ex antiquo poeta,
Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. Hoc est clara & conspicua faciebat,sed antiquum est.
Iter longæ clarauit limite flammæ,Id est fulsit. Stat.5. Theb.
Labor clarat pugilem. Horat.4. Carm.ode 3. Id est notum omnibus facit.Acron.
Multa nobis clarandum est. Lucret.lib.4. Id est aperienda & declaranda.
Clareo,clares,clarui {ἐκλάμπω, φαίνομαι} clarere , Nobilem & insignem atque illustrem esse. Ennius apud Cic.lib.1.Officiorum,
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.
Familiæ clarent.Sueton.in Nerone,cap.1.
Claret lumen. Ennius Telamone , Nam ita mihi Telamonis patris Atque faciès proaui Iouis gratia ea est , Atque hoc lumen candidum claret mihi.Nonius.
Ad primordia æstatis clarere.Cic.in Arato,
Propterea quòd ad æstatis primordia clarent. Id est initio æstatis apparent.
Figura nota clarere.Cic.in Arato,
Non potuit nobis nota clarere figura.
Forma simili clarere.Cic.in Arato,
Andromedæ signum,Deltoton dicere Graij
Quod soliti,simili quia forma littera claret.
¶Claret,pro Clarum est. Lucret.lib.6,
- quod in primo quoque carmine claret.
Claret,cum datiuo.vt Claret mihi,Id est intelligo. Claud.7. Paneg.
- ventura potestas Claruit Ascanio,&c.
Claresco,clarescis {ἐπιφαίνομαι.} Quint.lib.6.cap.4 , Neque tantū hoc ipsis monitoribus clarescit,quidam faciunt apertè quòd rixemur.
Aliud ex alio clarescit.Lucret.lib.1.
Dies.Sen.Herc.fur.1.
Obscurum. Stat.3 Sylu.3,
Obscurúmque latus clarescere vidit.
Sonitus clarescunt. Virg.2.Æneidos,
Clarescunt sonitus,armorúmque ingruit horror.
Luminibus clarescere.Tacit.lib.15. Postquam tenebræ incedebāt, quantum iuxta nemoris,& circuniecta tecta consonare cantu , & luminibus clarescere.
Plausu clarescere vulgi. Claud.8.Paneg. Id est vulgi laudibus celebrari.
Clarifico,pen.corr.{λαμπρύνω} clarificare, Clarum reddere. Plin.lib.20. cap.13,Alterum est nigrius , quod capitis vitia purgat , visum clarificat. De nasturtio.
Clarè {λαμπρῶς} Aduerbium.vt, Clarè lucere.
Clarè crepitare dentibus. Plaut.Rud.13,
Quia pol clarè crepito dentibus.
Gemere claré.Cic. Att.lib.2.epist.35, Varietas in re nulla fit : apertéque loquantur,& iam clarè gemant.
Clarè & certum loqui.Horat 2.Serm.sat.6. Id est manifestè.
Clarè oculis videre.Plaut.Milit.10.
Clarè dicere. Terent. And. 4.5,
Vnde est? dic claré. Sic Clarè recitare,apud Plaut,in Persa,15.
Nihil clarius,nihil nobilius illo.Cic.2.de Diuinat.
Nil indole clarius illa.Stat.2.Thebaid.
Apparere clarius.Cæl.Ciceroni,lib.8.14,Et quo propius ea contentio quàm fieri necesse est,accedit,eo clarius id periculum apparet.
Audire clarius.Lucret.lib.1,
Nunc age quod superest,cognosce,& clarius audi.
Indicare clarius aliquid.Horat.4. Carm.ode 8.
Nitere clarius astris.Stat.4 Sylu.1.
Clarissimè audire.Plin.lib.10.cap.70.
Clarigo,clarigas, pen.corr. { ἐπαγγέλλομαι } clarigare , Bellum indicere. Verbum est ad Romanum morem pertinens. Seruius in illud Virgilij ex 9.Æneidos,
- & iaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ. Hoc de Romana solennitate tractum est. Quū enim volebāt bellum indicere, Paterpatratus, hoc est princeps fecialium proficiscebatur ad hostium fines:& præfatus quædam solennia, clara voce dicebat se bellum indicere propter certas causas,Aut quia socios læserāt,aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc Clarigatio dicebatur à claritate vocis. Post quam clarigationem hasta in eorū fines immissa,indicabatur iam pugnæ principiū. Idem in principiū 10. Æneid.Clarigatio,inquit, dicta est à clara voce qua vtebatur Paterpatratus. Plin.lib.22.cap.2,Ac semper & legati,quum ad hostes,clarigatúmque mitterentur, id est res raptas clarè repetitū,vnus vtique Verbenarius vocabatur. De verbena loquitur.
Clarigatio {ἐπαγγελία} Verbale,Ipsa belli denuntiatio. Quintil.libro 7. capite 4.
¶Clarigatio {ἀνδροληψία} Præter dictā significationē accipitur pro exactione nummaria,maximè quæ principis aut Reip. edicto conceditur.Liu.8.ab Vrbe,In Veliternos veteres ciues Romanos,quòd toties rebellassent, grauiter sæuitū,& muri deiecti, & Senatus inde abductus,iussíque trans Tyberim habitare: vt eius qui cis Tyberim deprehensus esset,vsque ad mille pondo clarigatio esset:nec prius quàm ære persoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet.
Classis,huius classis,f.g {στόλος,ναυτικὸν,ἐπίπλοον } Nauiū multitudo.Cic. 2.de Fin. Cum tantis classibus,tantísque equestribus & pedestribus copiis,Hellesponto iuncto,Athone perfosso,maria ambulauisset.
¶Classis, pro Naui , aut nauali exercitu. Cicero pro Lege Manil. Qui posteaquam maximas ædificasset , ornassétque classes. Virgil.6. Æneidos,
-Lyciæ ductorem classis Orontem. Vbi Seruius , Apertum est exemplum,classem dici etiam vnam nauem. Legimus enim , Vnam quæ Lycios fidúmque vehebat Orontem. Cæsar 3. bel.Gal.Neque satis Bruto , qui classi præerat,&c. Virg.6.Æneidos,
Sic fatur lacrymans , classíq; immittit habenas. Classi.vt inquit Seruius,Nauibus suis,siue naui quæ classis dicitur:vel quòd fiat de fustibus. Calas enim dicebant maiores nostri,fustes quos portabant serui sequentes dominos ad prælium : vnde etiam calones dicebantur. Vide CALA. Inde ergo classem dictam dicunt. Alij hinc classem dictam volunt:apud maiores nostros stipendium terrestri prælio miles pedester dabat:equites verò dabant in nauali certamine. nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde iam quod ab equitibus dabatur stipendium , tractum est vt diceretur classis. Propriè enim classes equitum dicimus.
Etymon classis ponitur à Quintil.lib.1.cap.6, Iam sit & classis à calando: & lepus,leuipes,&c.
Imperator classis.Lucret.lib.5,Sed ob legem carminis , Induperatorem ponit.
Mora classis,Pro eo qui facit moram classis.Sen. Troade,8,
Arripite properè classis Argolicæ moram.
Retinacula classis soluere.Ouid.8.Metam.
Potens classe virísque.Ouid.epist.13.
Cætera classis. Liu.lib.4.bel. Pun. Is expositis in terram militibus, nauibúsque Oricum retrò, vnde venerat ad cæteram classem remissis, &c.
Funesta. Stat.1.Achil. Sic classem Græcorum vocat contra Troiā euntium.
Gloriosissimæ Carthaginiensium classes.Cic.7.Verr.
Inops & infirma.Vide INFIRMVS.
Lunata,Id est inflexa in modum lunæ.Lucan.lib.3.
Modica.Vide MODVS.

Profuga. Ouid.13. Metam. de Ænea,
-profugáque per æthera classe fertur.
Romana. Liu.lib.4.bel.Pun.
Socia. Id est sociorum classis. Ouid.13. Metamorphoseos,
Nec tu, quum socia clypeum pro classe tenebas,
Solus eras.
Volucri freta classe pererrat. Ouid.7. Metam.
¶ Aduectus classe. Virg.8. Æneid.
Ædificare & ornare classes. Vide ORNO.
Agere classes. Sen. Herc. fur.1.
Agere classem Euris rapidis. Silius lib.8.
Huc illuc agitata classis. Sen. Troad.11,
-lacrymásque nostras
Sparget huc illuc agitata classis.
Amittere classem. Virg.5. Æneid.
Appellere classem. Cic.7. Verr.
Aptare. Virg.4. Æneid.
Velis aptare. Virg.3. Æneid.
Neptunus classes Aquilonibus arcet. Horat. in Arte.
Armare classem, Instruere. Virg.4. Æneid.
In classem cadit omne nemus, Id est ad parandã classem omnes cęduntur arbores. Lucan. lib.1.
Capta nauis ex classe. Cic.7. Verr. Hæc vna nauis ex classe nostra non capta est.
Capta & incensa classis. Cic.7. Verr.
Nomine classis pecunias cogere. Cic.7. Verr. Tu à ciuitatibus pecunias classis nomine coegisti.
Comparare classem. Cic. pro Flac.
Conscendere. Virg.10. Æneid.
Currit iter tutum æquore classis. Virg.5. Æneid. Id est tutò & sine periculo nauigatur.
Dare classibus Austros. Hypallage est, pro Dare classes Austris. Virg.3. Æneid.
Deducere. Horat.2. Serm. sat.3.
Di tibi dent apta classem deducere Troia.
Armatas classes deducere. Virg.1. Georg.
Deuincere classe aliquos. Cic. in Orat. Duellium eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt.
Disiecta toto æquore classis. Virg.1. Æneid.
Disponere classem in ora maritima. Cæsar 3. bel. Ciuil. Eiúsque rei causa omni in ora maritima classem disposuerat.
Distribuere. Cic. pro L. Flacco.
Ducere classem multo pulcherrimum. Quint. lib.1. cap.2, de declamationibus. Id est principem esse classis. Budæus.
Ducere in saxa. Seneca Agamem.6.
Expellere & eiicere in littus. Cic.7. Verr. Classem pulcherrimã Populi Romani in littus expulsam & eiectam, quum primùm aduesperasceret, &c.
Explere quinquaginta nauium. Liu. lib.1. bel. Pun.
Ferunt ipsa æquora. Virg.5. Æneid.
Ferunt sua flamina classem. Prospera scilicet, & à puppi venientia, vt inquit Seruius. Virg.5. Æneid.
Fertur cita gurgite. Virg.5. Æneid.
Formidatus classe. Horat.3. Carm. ode 6.
Habere. Cic. pro Flac. Eo ipso tempore, quo tu ipse negas classem habendam fuisse, complures à prædonibus esse captos.
Impellere remige. Ouid. epist.3.
Infestare funere. Virg.6. Æneid.
Inferre classes Oceano. Lucan. lib.10.
Classis innat mare. Sen. Thyeste,3,
-Argos fremere iam totum tuis
Debebat armis: omnis & geminum mare
Innatare classis.
Instruere atque ornare. Cic.7. Verr. Quapropter si mihi respondere voles, hæc dicito, classem instructam atque ornatam fuisse.
Instruere & parare. Liu. lib.3. de bel. Pun. Classémq; & ipse instrui, parariqué iubet.
Classis laniata, Id est dissoluta. Ouid. epist.7,
-laniatáque classis
Postulat exiguas semirefacta moras.
Latet sub classibus æquor. Virg.4. Æneidos,
Littora deseruere latet, sub classibus æquor. Latet, inquit, ob ingentem nauium numerum, qui æquor totum contegit.
Anchoras classis legere, Soluere è portu. Sen. Troad.8.
Linquere classem in aliquo littore. Virg.1. Æneidos,
Quæ fortuna viris, classem quo littore linquunt.
Mergere. Stat.1. Achil.
Moliri classem, Apparare naues. Virgil.4. Æneidos,
Quinetiam hyberno moliris sydere classem.
Nauigat classis. Cic. pro L. Flacco, Reliquum est, vt quæratur vtrum nostra ista classis cursu & remis, an sumptu tantum & literis nauigarit.
Nauigare classe & nauibus. Cic. pro Flacco, Hac classe M. Crassus vir amplissimus, ab Hemo in Asiam, his nauibus Flaccus ex Asia in Macedoniam nauigauit.
Ornare classem. Cic.7. Verr.
Permetiri classibus æquor. Virg.3. Æneidos,
Nos tumidum sub te permensi classibus æquor.
Petere classibus vrbem vel regionem aliquam. Virg.4. Æneidos,
Troia per vndosum peteretur classibus æquor.
Piscari classibus, dicuntur præpotentes & maximè diuites. Senec. Thyest.5,
Non classibus piscamur, & retrò mare
Iacta fugamus mole.
Præesse classi. Cic.7. Verr.
Procedit classis æquatis velis. Virg.4. Æneid.

Procincta classis, Exercitus instructus. Festus, Vt quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu (id indumenti genus est) confestim pugnaturus: Nam vetustius fuit, multitudinem hominum, quàm nauim, classem appellari.
Prodere classem prædonibus. Cic.7. Verr.
Aufert classem propellit cedentibus velis. Lucan. lib.3.
Prouehi dicitur & appelli classis. Cicero 7. Verr. Postea quàm paulùm prouecta classis est, & Pachynum quinto die denique appulsa est, &c.
Quassatam ventis classem subducere. Virg.1. Æneid.
Recepta. Virg.1. Æneidos,
Omnia tuta vides, classem, sociósque receptos.
Amissam classem reducere, Renouare. Virg.4. Æneidos,
Amissam classem, sociósque à morte reduci. Seruius.
Relata classis, Reducta. Virg.1. Æneidos,
Nanque tibi reduces socios, classémque relatam
Nuncio, & in tutum versis Aquilonibus actam.
Religare classem ab aggere ripæ. Virg.7. Æneid.
Sequi aliquem ferro & classe. Stat. lib.1. Achil.
Sistere. Virg.3. Æneidos,
Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Soluere de littore. Stat. lib.1. Achil.
Stare classes in mari dicuntur, quæ cessant in portu. Virgil.6. Æn.
Stant sale Tyrrheno classes.
Subducere, In terram trahere: Deducere autem, In mare mittere. Virgil.1. Æneid. Seruius.
Tegere classibus freta. Sen. Octau.2.
Tenere iam medium iter classe. Virg.5. Æneidos,
Interea medium Æneas iam classe tenebat Certus iter. Vbi Seruius, Aut medium est quicquid à principio recedit, & necdum finem sortitur: aut medium, sic altum vt medium putares: vt,
Graditúrque per æquor Iam medium. Nam verè medium sequenti indicat loco: vt,
Pelagus tenuêre rates, nec iam amplius vlla Occurrit tellus.
Transmissæ trans æquora classes. Virg.3. Æneid.
Vehere classe aliquos. Virg.1. Æneid.
Veniens ad littora. Virg.3. Æneid.
¶ In quinque classes (εἰς πέντε τιμήματα) distribuit Pop. Romanum Seruius Tullus, vt docet Liuius lib.1. ab Vrbe, pro modo census: ita vt prima classis primùm octoginta centuriarum fuerit: ex iis constãs qui in censu centum M. æris aut eo amplius habebant, permixtim ex senioribus & iunioribus: reliquæ ex minoribus deinceps censibus vsque ad quintam classem. Quemadmodum Solon Athenienses in quatuor τιμήματα distribuisse dicitur, vt author est Aristoteles. Vide Budæum in Pand.
Prima classis, secunda classis, &c. Cic.1. Philipp. Ecce Dolabellæ comitiorum dies, sortitio prærogatiuæ: quiescit, renũtiatur: tacet. prima classis vocatur, renunciatur. deinde vt assolet, suffragia. tum secunda classis vocatur, &c.
Primæ classis homines. Gellius libro 7. cap.13, Classici dicebantur non omnes qui in classibus erant, sed primæ tantùm classis homines qui c & x x v. millibus æris, ampliúsve censi erant.
Infra classem autem appellatos inquit Gellius, lib.7. cap.13, qui in secunda & sequentibus classibus erãt: id est qui minore summa censi erant.
Quintæ classis homines dicebantur infimi & pauperiores homines, nullius authoritatis. Cic.4. Acad. de Democrito, Qui mihi cum illo collati, quintæ classis videntur.
Denûm hominum classes, Decurias appellauerunt antiqui. Colum. lib.1. cap.9.
Deducere classes in regiones. Colum. lib.1. cap.2, Itaque si latior est ager, in regiones deducendæ sunt classes, &c. De vinitorum & agricolarum classibus loquitur.
Tributim, & centuriatim, descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c. Cic. pro Flacco.
¶ In classes distribuere pueros. Quint. lib.1. cap.2.
¶ Classis dicitur etiam multitudo equitum. Virg.3. Æneidos,
Scio me Danais è classibus vnum. Seruius.
Classes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc exercitus vocamus. Festus.
Classicula, penult. corr. diminutiuum (στόλιον.) Cic. ad Attic. lib.16, Cassius cum classicula sua venerat.
Classicum, classici, pen. corr. (σάλπιγξ) Substantiuum, Sonus tubarum, & ipsa tuba. Virg.7. Æneidos,
Classica nanque sonant. Vbi Seruius, Classicum dicimus & ipsam tubam, & sonum. Classicum autem est flexibilis tuba. Liuius 5. ab Vrbe, Vocatis classico ad consilium militibus.
Classicum (inquit Valla in Raudensem) propriè est sonus tubæ: quod Priscianus etiam ait, & Vegetius, aliíque testantur. Quintilianus, in Milite Mariano, Ad primum statim obscœnæ libidinis sermonem, non aliter quàm si in hostem classicum cecinisset, gladium illum, quem à te pro pudicitia nostrarum coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit. Vegetij verba hæc sunt, lib.2. cap. 22, Classicum item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc insigne videtur imperij: quia quum classicum canit, imperator est præsens: vel quum in militem capitaliter animaduertitur: quia hoc ex imperatoris legibus fieri necesse est.
Ciuilia classica. Claudian.2. in Ruffin.
Martia classica pulsare. Tibul. lib.1. eleg.1,
Martia cui somnos classica pulsa fugent.
Matura classica dicuntur, quum in tempore & omnibus quibus opus est apparatis ad conflictum conuocantur milites. Vel Matura, id est festinata, properata. Lucan. lib.2,
Verba ducis nullo partes clamore sequuntur,
Nec matura petunt promissæ classica pugnæ.
Aduocare classico ad concionem. Liu. Haud multo pòst dictator aduerut

aduenit: classicóque exemplo ad concionem aduocauit.

Canere classicum. Cæsar 3.bel.Ciuil. Pompeius paucis post diebus in Thessaliam peruenit, &c. suum cum Scipione honorem partitur, classicúmque apud eum cani, & alterum illi iubet pretorium tendi.

Concinere. Lucan.lib.1.

Exordiri. Sueton. in Cæsare, cap.32, Et ingẽti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam.

Classico facere silentium. Liu.2.ab vrbe.

Flere classica Prætoria. Hoc est flebili carmine seu stilo describere bella, quæ ad classicum Prætorium siue Imperatorium ineũtur. Propert.lib.3.eleg.3, Nil tibi sit rauco Prætoria classica cornu.

Inflare classica. Virg.2.Georgicorum,
Necdum etiam audierant inflari classica: necdum
Impositos duris crepitare incudibus enses.

Murmur graue classicorum silet. Senec. Thyest.7.

Classicus, pen.corr. {ναυτικός} Adiectiuum, Quod est classis, vel quod ad classem pertinet. vt, Classica bella. Propert.lib.2.eleg.1,
Et canerem Siculæ classica bella fugæ. Id est bella naualia.

Certamen. Vide Certamen, in CERTO.

Corona. Patercul. lib.2, Insigne coronæ classicæ, quo nemo vnquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit.

Horror classicus nocte diéque gemit. Ouid. ad Pisonem.

¶Classici, qui in nauibus remis incumbebãt apud Curtium lib.4, Tandem remis pertinacius euerberatum mare, veluti eripientibus nauigia classicis, cessit, appulsáque sunt littori lacerata pleraque.

¶Classici dicebantur non omnes qui in classibus erant, sed primæ tantum classis homines, qui cẽtum & vigintiquinque millibus æris, ampliúsve censi erant. Græci πρῶτοι τιμήματι vocant. Vide Gellium lib.7.cap.13. Liu.6.bel. Pun. Socius C.Lælius classicis, Legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat. Ex Budæo.

Classici authores. In AVTHOR.

Classicus scriptor. Gell.lib.19.cap.8, Classicus assiduúsque aliquis scriptor, non proletarius. De cohorte illa antiquorum loquitur. Budæus.

Classici testes dicebantur, qui signandis testamentis adhibebãtur: hoc est primæ classis homines, quasi primæ authoritatis & idonei veritatis sponsores. Ex Festo.

Classiarius, Qui in classe pugnat. Cæsar 3.bel. Ciuil. Itémque per equites dispositus aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. in Galba, cap.12, Nam quum classiarios quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret, &c.

Primores classiariorum. Tacit.lib.15.

¶Classiarius, pro Diligenti. Apuleius, Et laudum eius classiarius atque assiduus præco. Ita dicti sunt autem, quòd omnium classium ciues semper parati erant ad omnem Reipublicæ necessitatem.

Classicines, Varro, Et classicines à classe, qui tum cornu vtuntur, quum classes comitiis ad comitatum vocant. Quidam legunt classicos, sed fallũtur. Classicines etiam classicarij vocantur, & à vetere grammatico σαλπιγκταί explicantur. Vide Turnebum.

CLASTIDIVM {Κλαστίδιον} Oppidum est Italiæ, supra Placentiam ad Cottutæ confinia, cuius meminit Strabo lib.5.

CLATERNA, à Pomponio Mela lib.2, numeratur inter oppida Piceni. Nunc vulgò dicitur *Fiamaneo*, vt scribit Oliuarius in Melam.

Clathrum, clathri {κλεῖθρον} In plurali, hi clathri & hæc clathra, clathrorum: vel hic clathrus, hi clathri: & hoc clathrum, hæc clathra, cuius tamen nullum extat exemplum. Dicuntur autem ligna quibus transuersis aliquid munimus, sæpimúsve, vt fenestras: quæ ob id clathratæ, nunc vulgò *ferratæ* dicuntur. A Græcis dicitur κλεῖθρον, quod dictum est quasi clausura, ab eo quod est κλείω, quod significat Claudo, per syllabæ mutationem ει in diphthongum abusiuam. Horatius in Arte,
Obiectos caueæ valuit si frangere clathros. Colum.lib.8.cap.17, Spissi deinde clathri marginibus infiguntur, qui super aquã semper emineant, etiam quum maris æstus intumuerit.

Clathrare {κλειθροῦν} Clathris claudere. Colum.lib.9.cap.1, Satis est autem vacerras inter pedes octonos defigere, serísque transuersis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. Plaut. Milit.7,
Nam certo neque solarium apud nos est, neque ortus vllus, neque
Fenestra nisi clathrata. Budæus sine aspiratione scribit.

Claua {κορύνη, ῥόπαλον} Propriè est fustis teres ex vna parte capitatus ad claui similitudinem. Festus, Claua, teli genus qua Hercules vtebatur. Cic.6.Verr. Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè multati clauis ac fustibus repelluntur.

Pondus clauæ, pro Claua ponderosa. Sen. in Herc. OEth.7,
Domitrix ferarum claua Herculis. Ouid. epist.9.
Grauis. Sen. Herc.fur.12.
Irrasa, Rudis, impolita. Sil.lib.8.
Trinodis. Ouid.1.Fast.
¶Consectari aliquem magno pondere clauæ. Lucret.lib.5.
Domare hostem claua Ouid.4.de Ponto, eleg.10.
Instruere manum claua. Ouid. epist.9.

¶Claua. Militaris etiam exercitationis genus erat, quo se ad palum graui claua numeros omnes armaturæ implentes exercebant. Huius ita meminit Vegetius, Itémque clauas ligneas duplicis æquè ponderis pro gladiis tironibus dabant: eóque modo non tantũ mane, sed etiam post meridiem exercebantur ad palos. Iterum, Contra illum palum tanquam contra aduersarium tiro cum crate illa aut claua, velut cum gladio se exercebat & scuto. Meminit & Cicero in Senect. Turneb.

Clauator, pen.prod. {κορυνήτης} Qui claua vtitur, inquit Festus. Plaut. Merc.22,
Egomet mihi comes, clauator, eques, agaso, armiger.

Clauiger, pen.corr. clauigera, clauigerum, pen.corr. {κορυνηφόρος} Qui clauam fert. Hinc Clauiger Hercules. Ouid.15. Metamorphoseos,

-illic lauêre Bimembres
Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Proles clauigera Vulcani. Ouidius 7. Metamorph. Geryonem intelligit.

Clauarius, In CLAVVS.

Clauatus. In CLAVVS.

CLAVDIA gens, Romæ patritia ex Regillo Sabinorum oppido oriunda. Originem genti Actius Clausus dedit, homo domi suæ nobilis & clarus, qui Regillo à seditiosis hominibus pulsus, Romam magna clientum manu profectus est: reliquis ciuitas data, ipse Actius Clausus, qui postea Appius Claudius est dictus, in Senatum ac patritiorum ordinem cooptatus, ac mox Consul creatus, faciiè principem in Republ. locum tenuit, clarissimúmque nomen posteris tradidit. Nam & amplissimos honores, complures magistratus, triumphos nobilissimos assequuti, ac optimatium & patritiorum dignitatis contra vim & potentiam imperitæ multitudinis assertores vnici semper fuerunt: excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellendum vrbe Ciceronem, homini plebeio in adoptionem se dedit. Amplissimam verò hanc fuisse gentem vel hinc intelligere licet, quòd ab Appio vsque Clauso nullus in hanc familiam transierit. Scribit enim Tacitus libro 12, Annotabant periti nullam adoptionem inter patritios Claudios reperiri, eousque ab Appio Clauso continuos durauisse. Et Suetonius in Claudio, Adsciturus in familiæ nomen Neronem, quasi reprehenderetur quòd adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit, neminem vnquam per adoptionem familiæ Claudiæ insertum. Familiæ autem Claudiæ gentis tres fuere. Prima eorum est qui Regillenses dicti sunt, à Regillo Sabinorum oppido. Secunda, eorũ qui Pulchri à P. Claudio Cæci filio cognominantur. Tertia Neronum est: Neronem autem Sabini fortem & strenuum appellasse testis est in Tiberio Suetonius: primúsque hoc cognomen vsurpauit T.Claudius, quartus Ap. Cæci filius. Satis verò constat Claudios minorum gẽtium esse patritios, vt qui post exactos demum reges, Valerio quartum, Lucretio iterum COSS. inter patritios s.c. cooptati sint, aut Soribus Liuio lib.2. Dionysio lib.5. Altera est Claudia Marcellorum gens, & quidem plebeia. Regillenses enim Claudij, itẽ Pulchri & Nerones patritij sunt, Plebei Marcelli, de qua vide plura apud Richardum Streinnium.

AP. CLAVDIVS Cæcus {ἄππιος κλαύδιος} Orator Romæ, cuius oratio volubilis, sed paulo feruidior erat. Is Senatum iamiam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauit, nec dubitauit illa dicere quæ versibus persecutus est Ennius, Quò vobis mentes, rectæ quæ stare solebant Antehac, dementi sese flexêre ruina? Ab hoc Appia via dicta est, quam Brundusiũ vsque lapidibus strauit, vt est apud Liuium lib.9. Claud. Nero, & Claudius Pulcher fratres Cæci filij, quorum meminit Tranquillus, & Liu.lib.19. Præter hos Claudius cognomento Caudex, à nauium caudicibus sic dictus. Is Carthaginienses Messana expulit, Hieronem prælio ad Syracusas in deditionem accepit. Author Cæcilius.

Ap.Claudius Regillianus Decemuir legibus scribendis summa inter collegas authoritate, postremò ob Virginij iudicium in carcerem coniectus, sibi manus attulit. Ex Liuio.

Claudius Centianus, quem nonnulli Centimalum, alij Centimanum minus rectè scribunt. Is librum in iure ciuili tertium à P.Papyrio scripsit, & R literam introduxit, quum prius Fusij, deinde Furij dicerentur. Valerius.

Claudius Nero Consul Liuij Salinatoris collega, quia aduenientem ex Hispania cum auxilio Asdrubalẽ interfecit. Claudius Nero præterea, Tyberij principis pater, Quæstor C. Cæsaris in bello Alexandrino, & deinde Pontifex Maximus in P. Scipionis locum suffectus.

Claudius Nero, Latiæ telluris imago & Clausorum decus à Silio vocatur lib.15. quòd originem à Clauso Sabino duxit, vnde Clausij prius, Claudij postea dicti sunt.

Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. Horat.1.Epist.12.

Claudius Augusti priuignus. Horat.1.epist.3.

CLAVDIVS {Κλαύδιος} Nomen Romani Imperatoris & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio. Postremò ab Agrippina vxore, venenato boleto sublatus est, vt Nero filius imperio potiri posset. Fuit & alius Claudius, Romanorum item Imperator, qui Gotthos Illyricum vastantes, bello adortus, incredibili clade superauit. Vnde in curia clipeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset, apud Smyrnam morbo interiit.

Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, vt ludis post scenam factis lapidum coniectus ita fieret, vt veri tonitrui similitudinem imitaretur. Festus.

Claudianum Senatusconsultum, vnum memoratur de mulieribus, quæ se seruis iunxerunt, de quo Vlpianus in institut.titul.11. & Paulus lib.4.Senten.tit.10. Alterum de quæstione familiæ, in rubr. de Senatusc.Silan.& Claud. Aliud item de nuptiis quinquagenariorum, de quo Vlp. in instit.tit.16.

CLAVDIANVS, Poeta insignis Arcadij & Theodosij temporibus floruit: patria fuit Alexandrinus nobilissima vrbe Ægypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsó. Authores Græci qui de poeta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant: & author ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximéque apto ad carmen componendum. Nam & assurgit feliciter, variisque figuris, ac sententiis mirificè delectat. Hi eius versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosij contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Claudiani poetæ Alexandrini meminit Suidas.

Claudo, claudis, clausi, clausum {κλείω, κατακλείω} claudere, significat includere, inquit Nonius. Virg.3.Georgicorum,
Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.

Claudere & Reserare, contraria. Plinius libro 10. capite 22, Do-

mósque ipsi suas claudunt aut reserant.

¶ Claudere & Clauis ex Græco descendunt, cuius rei tutelā penes Portumnum esse putabant, qui clauim manu tenere fingebatur, & deus putabatur esse portarum. Ex Festo.

Externis in oris claudi. Lucan. lib. 1,
-quum pressus ab hoste
Clauditur externis miles Romanus ab oris.

Ad exitus aliquid clausum esse. Cic. 7. Verr. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum vndique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest, &c.

Clausus ex omni aditu. Cic. pro Lege Manil. Patefactúmque nostris legionibus esse Pontum, qui ante Pop. Romano ex omni aditu clausus esset.

In angustum claudi. Ouid. 13. Metamorphoseos,
Longus in angustum quà clauditur Hellespontus.

In antra. Ouid. 14. Metam.

In arca clausus. Horat. 2. Serm. sat. 7.

In tectis. Ouid. 3. Metam.

Carcere. Ouid. 4. Metam.

Vinculis & carcere. Valer. lib. 1. Argon.

Carcere ventorum. Virg. 1. Æneid.

Muris clausa iuuentus. Lucan. lib. 3.

Pelago clausus, Id est mari impeditus, ne possit vlterius progredi. Ouid. 8. Metam.

Clausus terra maríque. Hirtius lib. 5.

¶ Aditus claudere. Cic. 1. Philipp. Forum sepietur: omnes claudentur aditus.

Aditus ad vulnera claudere. Stat. 6. Thebaid.

Dolor animam clausit. Lucan. libro 8. Id est præ dolore exanimis cecidit.

Animæ clausæ tenebris, & carcere cæco. Id est inclusæ corporibus. Virg. 6. Æneid.

Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur de oppresso Dolabella. Cic. Cassio, lib. 12. 9.

Campus clausus. Catullus epigr. 63,
Is clausum lato patefecit limite campum.

Ceræ clausere domum. Ouid. 8. Metam.

Cursus. Martial. lib. 12. epigr. 57.

Domus. Virg. 3. Æneidos,
Phineia postquam Clausa domus.

Clausa domus pudori & sanctimoniæ. Cic. pro Quintio, Non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atque adeo expositam cupiditati & voluptatibus.

Domus clausa contra cupiditatem & audaciam alicuius. Cicero 7. Verr.

Ensis clausus, Reconditus. Lucan. lib. 5.

¶ Claudere exitum. Cicero Attic. lib. 9, Claudere mihi videtur maritimos exitus.

Transitum claudere. Liuius 7. bell. Punici, Quum modò insideret angustos saltus, vt transitum clauderet.

Viam. Liu. lib. 9. bell. Pun. Simul equitibus Hispanorum viam immittendi equos clauserunt.

Fenestræ pars adaperta, pars clausa. Ouid. 1. Amor. eleg. 5.

Flamma clausa, Quæ est in clibano. Valer. lib. 2. Argonauticōn,
Nox dabit ipsa fidem clausæ quum murmura flammæ
Hospes, & incussæ sonitum mirabere massæ.

Fores cubiculi claudere. Cic. 5. Tuscul.

Claudere fugam alicui. Liu. lib. 7. bell. Pun. Ad id fore altitudines, quas cepissent hostibus, vt per præcipitia & prærupta salientes fugerent: eam quoque se illis fugam clausurum.

Custodia fugam claudit. Ouid. 6. Metam.

Hœdos claudere. Ouid. 4. Fastor.

Ianua sera clauditur. Tibul. lib. 1. eleg. 2,
Clauditur & dura ianua firma sera.

Ianua belli claudenda. Silius lib. 17,
-tempus componere gentem,
Ad finem ventum, & claudenda est ianua belli.

Iter alicui claudere. Ouid. 8. Metam.

Iter vocis. Martial. lib. 11. epigr. 92.
Sed mors vocis iter properauit claudere blandæ, &c.

Claudere lumina alicui, Superuiuere. Martial. lib. 10,
Clauserunt omnes lumina nostra manus. Nisi fortè legendum manu. Hoc est Mortui dum essemus, nobis clauserunt oculos, & superuixerunt.

In æternam clauduntur lumina noctem, Dictum vbi quis moritur. Virg. 10. Æneid.

Dextra clausura oculos morti. Lucan. lib. 5,
Atque oculos morti clausuram quærere dextram. Morti, Id est iam iam morituro, vel morienti.

Mare clausum. Cic. Qu. fratri, lib. 2. 10, Tuas mirificè literas expecto, atque adhuc clausum mare fuisse scio: sed quosdam venisse tamē dicebant, &c.

Non iam tegere aliquos mœnia clausa dicuntur, quum adempta est ara misericordiæ, nec est vllum perfugium in castris, siquidem intra muros hostis insultat. Ex Seruio. Virgil. 10. Æneidos,
-non clausa tegunt iam mœnia Teucros.

Olympus clausus dicitur quum est nox. Nam dicunt poetæ cælū per noctem claudi, & aperiri per diem. Virg. 1. Æneidos,
Ante diem clauso componet Vesper Olympo. Seruius.

Aquæ clauserunt ora loquentis. Ouid. 2. de Arte,

Orbis terrarum claudi iis dicitur, qui toto pelluntur orbe, hospitiísque omnibus prohibentur. Virg. 1. Æneidos,
Quid Troes potuere, quibus tot funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?

In clauso ore tenere linguam, Silere. Catull. epigr. 51.

Ostia claudere. Catul. epigr. 56,
Claudite ostia virgines, Lusimus satis.

Patria clausa est misero. Ouid 4. de Ponto, eleg. 8.

Pecus claudere textis cratibus. Horat. Epod. 2.

Claudere in aliquo loco pecudes. Virg. 3. Æneidos,
Nam qualis quantúsque cauo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes.

¶ Innumeras claudere pecudes, apes, greges dicitur, qui harum rerum multitudine est adprimè diues. Valer. lib. 1. Argon.

Penates clausi, Id est ædes clausæ. Sil. lib. 11,
Non illum fuga, non clausi occuluere penates.

Portæ clausæ. Ouid. 3. Metam.

Diræ ferro & compagibus arctis Claudentur belli portæ. Virg. 1. Æneid. Id est quod idem paulo antè dixit, Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.

Ad claudēdas pupulas aptissimè factæ palpebræ. Cicero 2. de Nat. deorum. Palpebræque, quæ sunt tegmenta oculorum, mollissimæ tactu ne læderent aciem, aptissimè factæ & ad claudendas pupulas ne quid incideret, & ad aperiendas.

Ramum aut arborem vmbræ cōuallibus obscuris claudunt. Virg. 6. Æneidos, -hunc tegit omnis
Lucus: & obscuris claudunt conuallibus vmbræ.

Riuos claudere. Virg. 3. ecloga,
Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

Rura gelu claudit hyems. Virg. 2. Georg.

Sella clausa sæpius. Martial. lib. 11. epigr. 99,
Nec vendicabit sella sæpius clausa.

Sepulcrum. Ouid. 15. Metam.

Taberna. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Tecta claudere. Ouid. 5. Metam.

Thalamos clausit nox atra. Silius lib. 15.

Transitum claudere. Liu. 7. bell. Pun.

Viam. Liu. lib. 9. ab vrbe.

Incendia vias claudunt. Stat. 2. Thebaid.

Veteri clausi soluere moras, Edere partum. Seneca Thebaid. 1.

¶ Tenere se clausum loco aliquo. Silius lib. 5,
An Coruine sedet, clausum se Consul inerti
Vt teneat vallo?

Clausa tenere armenta. Virg. 3. Georgicorum,
Illic clausa tenent stabulis armenta.

Clausus aduersum. Tacitus lib. 15, Allatúmque hausit frustra, frigidis iam artubus & clauso corpore aduersum vim veneni. De morte Senecæ.

¶ Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ. Martial. lib. 13. epigr. 14,
Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

¶ Opus aliquod claudere. Id est finire. Ouid. 3. Fast.

Bella claudere, Id est perficere. Stat. 11. Thebaid.

Ætas claudit octauum lustrum, Id est iam annum quadragesimū ferè egit. Horat. 2. Carm. ode 4.

Animam laqueo claudere. Ouid. 7. Metam.

Via animæ laqueo clausa. Ouid. in Ibin.

Epistolam paruo mandato, Id est exiguum aliquid mandare in fine literarum. Ouid. epist. 13.

Ius nostrum exhausto clauditur anno. Lucan. lib. 5. Id est potestas nostra & magistratus anno absoluto iam finitur.

Labores claudere, Quiescere, vt Labores claudere ingentis belli, pro Finem belli facere. Silius lib. 15.

Numeris sententias claudere. Cic. in Orat.

Pedibus senis claudere aliquid. Id est hexametris aliquid describere. Horat. 1. Serm. sat. 10.

Species orationis clausa & terminata. Cic. in Orat.

Verba claudere pedibus, significat versus facere. Horatius 2. Serm. satyr. 1.

¶ Claudere sanguinem, Comprimere & cohibere, ne effluat. Plin. lib. 26. cap. 13, Sideritis tantam vim habet, vt quanuis recentis gladiatoris vulneri illigata, sanguinem claudat.

Aquas claudere. Propert. lib. 4. eleg. 10,
Quòd si Iunoni sacrum faceretis amaræ,
Non clausisset aquas ipsa nouerca suas.

Flatus claudere alicui, significat Iactantiam alicuius coercere. Sil. libro 17,
Sed iam claudebat flatus, nec plura sinebat Atropos, &c.

Hiatus. Propert. lib. 3. eleg. 11,
Custodísque feros clausit serpentis hiatus.

Lethalis hyems clausit illi respiramina. Ouid. 2. Metam. Hyemem vocat ingentem horrorem quo corpora omni subducto colore in saxa mutabantur.

¶ Claudit aqua locum illum. Id est cingit. Varr. 3. de Re rust. cap. 14, Nam & sub dio idoneus est sumēndus locus coclearíis, quem totum circùm aqua claudas.

Aquæ clausæ riparum margine. Ouid. 2. Fast.

Speluncis lacus clausi. Virg. 4. Georg.

Orbis fluctibus clausus. Seneca OEdipo, 5,
Oceanus clausum dum fluctibus ambiet orbem.

Claudere rem familiarem. Cic. 2. Offic.

Benignitatem. Terent. Eunuch. 1. 2.

Claudere oppidum portu, vel mari. Cic. 7. Verr. Non enim portu illud oppidum clauditur, sed vrbe portus ipse cingitur & concluditur.

Valles insidiis claudere, In vallibus retia circum ponere. Tibul. lib. 1. eleg. 4,
Nec velit insidiis altas si claudere valles,
Dum placeas, &c.

Muros obsidione. Lucan. lib. 3.

Arboribus atque vmbris clausi circum. Virgil. 3. Æneidos,

Arboribus

Arboribus clausi circum atque horrentibus umbris
Instruimus mensas.
¶Aciem.Silius lib.7.
¶Clausa habere sua consilia.Cic.5.Verr. Re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo sit occisus, quòd habere clausa non potuerit consilia.
Pauor clausus,Dissimulatus.Silius lib.10.
¶Clausit pudor meus mihi consuetudinem illius.Cic.ad Figulum, lib.4, Nam & amplector eius familiarissimos qui me admodum diligunt,multúmque mecum sunt: & in ipsius consuetudinem quam adhuc meus pudor mihi clausit,insinuabo.
Claudere aures ad voces doctissimas.Cic.4.Tuscul.Quis est enim qui putet, &c. nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse?
¶Claudere,Circumuenire.Virg.6.ecloga,
–claudite nymphæ
Dictææ,Nymphæ nemorum iam claudite saltus. Nonius.
¶Claudere,Obsistere.Virg.in 10,
Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Nonius.
¶Clauditur tibi in me commodum. Terent.Andr.3.3,
Nolo tibi vllum commodum in me claudier. Id est,nolo obsistere, aut obesse,quominus tuum commodum fiat.
Claudere & reserare,contraria.Cic.2. Offic.Nec ita claudenda est res familiaris,vt eam benignitas aperire nó possit:nec ita reseranda, vt pateat omnibus.
Clausus { κλεισθεὶς } Participium.vt,Clausum ostium.
Clausus à Pœnis in angustiis.Plin.Iunior de Viris illust.
Clausum & reconditum,cui opponitur Apertissimum promptissimúmque.Cic.7.Verr. Statuerunt se nihil tam clausum,neque tam reconditum posse habere,quod non istius cupiditati apertissimũ,promptissimúmque esset.
¶Clausus, Vinctus. Vlpianus Clausos pro vinctis accipit,si modò ita vincti sint, vt omni modo erumpere non possint.l. Si quis in grau.§.Subuenitur autem.D.de Senatusc.Syllaniano.
Clausurus, penultima producta { κλείσων } Aliud participium. Ouidius 14.Metamorphoseos,
Sola Venus portæ cecidisse repagula sensit,
Et clausura fuit,nisi quod,&c.
Clausum{κλεῖθρον}Substantiuum,pro Tecto.Colum.lib.7.cap.6,Sed numerum generis huius maiorem, quàm cẽtum capitum sub vno clauso non expedit habere. Virg.4.Georgicorum,
Sic positum in clauso linquunt,&c.
Domorum clausa.Lucret.lib.1,
Inter septa meant voces,& clausa domorum
Transuolitant.
Claustrum, claustri { κλεῖθρον } Id est Clausura,siue quo aliquid clauditur.Martial.lib.10,
Ferrea perpetua claustra tuere sera.
Ianuæ claustra pandere.Catul.epigr.56.
Claustrum loci.Cicero 7. Verr.Iis claustra loci committenda non existimauit.
Claustra locorum. Cic.de Lege Agrar. Corinthi vestigium vix relictum est.erat enim posita in angustiis atque in faucibus Græciæ,sic vt terra claustra locorum teneret.
Montium claustra, Curuaturæ montium quæ clausæ videntur angustiæ,vt ait Seruius. Virg.3.Æneid.
Portarum ingentia claustra. Virg.7.Æneid.
Pudoris & reuerentiæ.Plin.Iunior,Maximo,lib.2.epist.38.
Regni alicuius. Liu.9.ab Vrbe, Iam omnes Hetruriæ populi,præter Aretinos, ad arma ierant,ab oppugnando Sutrio,quæ vrbs socia Romanis velut claustra Hetruriæ erat,ingens orsi bellum. Vulgò *clauem regni* dicimus.
Viarum.Lucret.lib.4.
¶Arcta claustra.Lucret.lib.1.
Cohibentia.Horat.2.epist.1,
Claustráque custodem pacis cohibentia Ianum.
Dædalea,Labyrinthus à Dædalo extructus.Seneca Hippol.12.
Durissima claustra congestis scopulis.Claud.5.Paneg.
Ferrea,Vectes & repagula ferrea.Seneca Thyest.7.
Nocturna claustra.Valer.lib.3.Argonaut.
Pinea,Ostia quæ sunt facta ex pino.Virg.2.Æneidos,
Inclusos vtero Danaos & pinea furtim
Laxat claustra Sinon:illos patefactus ad auras
Reddit equus.
¶Naturæ claustra confringere apud Lucretium,lib.1.14,significat naturæ secreta reuelare.
Claustris imperij contineri. Cic.pro L.Flacco, Omnes sinus,promontoria, littora, insulas, vrbes maritimas claustris imperij nostri contineri.
Sub signo claustrísque Reip. positum vectigal. Cic. de Lege Agraria contra Rullum, Nos caput matrimonij publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, &c. sub signo claustrísque Reipublicæ positum vectigal, seruare non potuisse.
Refringere claustra nobilitatis. Cicero pro Murena, Quum verò ego tanto interuallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad Consulatum posthac,&c.
Relaxare.Ouid.1.Amorum,eleg.6.
Reserare.Silius lib.7.
Æra claustris restantia,Id est obices & pessuli.Lucret.lib.2,
- & duri robora ferri,
Æráque quæ claustris restantia vociferantur.
Reuellere.Cic.6.Verr.Effringi multorum fores,reuelli castra.
Obstantia rumpere.Horat.1.epist.14.
Intra claustra tenere aliquem.Horat.3.Carm.ode 11.
Claustrarius { κλειδοποιός } dicitur is qui claues & cætera quæ ad claudenda ostia pertinent,facit. Sipontinus.

Claustritimus,Qui claustris ianuæ præest: eadẽ scilicet figura, qua æditimus dicitur,Qui ædibus præest. Hoc Gellius ex Liuio Andronico probat lib.noct.Attic.lib.12.cap.10.
Clausula.penult.corr.dicitur id quod claudit { πέρας,ἀπόπαυσις.} Plinius lib.11.cap.45, Vngues clausulæ neruorum summæ existimãtur omnibus his quibus & digiti.
Imponere clausulam vitæ.Seneca epist.lib.9. ad finem. Clausulam vitæ,mortem vocat. Budæus.
¶Clausula, quæ Græcè ἀπόπαυσις dicitur, propriè est vltima pars membri in oratione, sed pro extrema cuiusque rei parte metaphoricῶs accipitur.
Claudæ atque pendentes clausulæ.Quintil.lib.9.cap.4.
Firmissima.Quintil.lib.9.cap.4.
Addere clausulam.Cic.2.de Orat.Quum esset cũ eo Tarracinæ de amicula rixatus: falsa, attamen à teipso ficta tota narratio: addidisti clausulam,tota Tarracina,&c. Hic clausula est pars orationis extrema,à claudendo,id est terminando vocata.
Clausula numerosè & iucundè cadens.Cic.in Orat.
Interpunctæ clausulæ in orationibus.Cic.3 de Orat.
Clausulas atque interpuncta verborum, animæ interclusio atque angustiæ spiritus attulerunt.Cic.3.de Orat.
¶Clausula,quã Græci ἐπιφώνημα vocant,à breui conclusione est appellata. Festus. Vnde satis intelligitur non tantùm pro membro,sed etiam pro toto verborum ambitu, qui vna claudatur sententia,clausulam poni. Quintil. lib.8. cap.5, Vocatur aliquid & clausula,quæ si est quod conclusionem dicimus, & rectè,& quibusdam in partibus necessaria est.
Clausula epistolæ,Ciceroni est conclusio epistolę,hoc est Extrema verba,quibus epistolam claudimus. Nam 13 Philipp. postquam singula epistolæ, quam Antonius ad Hircium & Cæsarem miserat, coram Patribus Conscriptis explicasset,& sola cõclusio superesset, subdidit,Veniamus aliquando ad clausulam,&c.
Loci clausula,pro Conclusione sermonis. Quintil.in Peroratione libri 11. Budæus.
Operis peracti clausula. Columel. in Peroratione librorum de Re rustica.
Imponere clausulam disputationi.Vide IMPONO.
¶Clausula edicti, pro parte edicti. Cic.5. Verr. Illa verò præclara est clausula edicti, quòd omniũ controuersiarum,&c. Vlp.in l.Sed & si.§. Hæc clausula.D.Ex quibus causis maiores, Hæc clausula ad eos pertinet,quos more maiorum sine fraude in ius vocare non licet,&c.
Generalis clausula.Vlpian.in l.Sed & si.D.Ex quibus causis maiores, Aduersus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula Pomponius ait.
Clausula fabulæ,pro Exitu.Cic.pro Cælio,Mimi ergo est iam exitus non fabulæ:in quo quum clausula non inuenitur,&c.
Difficilis. Cic.Att.lib.6,Clausula est difficilis in tradenda prouincia:sed hæc deus aliquis gubernabit. Sensus est: Hoc extremum non facilè possum explicare,quis me decedente prouinciæ præficiatur.
Claudus { χωλός,κυλλός } Qui altero pede infirmus ac debilis est.Plautus Aulularia 4,
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Cic.in Pisonem, Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.
Carmina clauda elegias suas vocat Ouid.lib 3.Trist.eleg.1,
Clauda quòd alterno subsidant carmina versu,
Vel pedis hoc ratio,vel via longa facit.
Deus claudus Vulcanus. Cic. 1. de Nat.deor. Claudum igitur habemus deum,quoniam de Vulcano sic accepimus.
Fides clauda.Id est non recta,non firma,sed veluti qui claudi sunt, modò in has,modò in illas inclinans partes.Sil.lib.13.
Pars corporis vulnere clauda, Membrum manchum ac debile. Virg.5.Æneid.
Pes claudus.Horat.3.Carm.ode 2.
Claudico,claudicas,penult.corr. { χωλεύω,χωλαίνω,κυλλαίνω } claudicare, Altero tantum pede incedere, vel alterum pedem infirmum & instabilem aut curtum habere ac vacillare.Cic.lib.2.de Orat. Num claudicat?at hic clodicat.
Genu percusso claudicat.Ouid.3.Fast.
Ex vulnere accepto claudicare. Cic.lib.2.de Orat. Nam quod Sp. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Rempub.accepto, & ob eam causam,&c.
Nisus pennarum inanis claudicat.Lucret.lib.6. de Auerno.
¶Claudicare,per metaphoram.Liuius 2.belli Punici,Si altera parte claudicet Respublica, malis consiliis idem ac bonis iuris & potestatis erit.
Ex aliqua parte. Cic.5. Tuscul. Item beatam vitam etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo maiore parte obtinere nomen suum.
In re aliqua. Cicero de Claris Orat.In quacunque enim vna planè claudicaret,orator esse non posset.
Actio claudicat. Cic.de Claris Orat. Id est tenorem non seruat æquabilem. Budæus. Sanè claudicare vsurpabant, pro vitiosum esse,& non rectum.
Claudicat amicitia.Cic.1.de Finibus, Qui verẽtur ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur.
Fructus. Columel.lib.4.cap.2, Sed in pluribus pedamentis fructus claudicat.
Ingenium.Lucret.lib.3. de ætate confectis,
Claudicat ingenium,delirat linguáque,ménsque.
Oratio. Cic.3.de Orat. Verum vt in versu vulgus, si est peccatum, videt:sic siquid in nostra oratione claudicat,sentit. Hoc est,si numerus non incedit rectè & decoré.
Oratio claudicat & insistit. Cic. in Orat. Sin probæ res,lecta verba, quid est cur claudicare aut insistere oratione malint, quàm cum sententia pariter excurrere? In hoc claudicationis vitio frequentissi-

mus est Seneca, cuius omnis ferè oratio claudicat & insistit.

Vacillat & claudicat res. Cic. 1. de Nat. deor. Sed & ille reprehēsus à multis est, nec vos exitum reperitis: totáq; res vacillat & claudicat.

Claudicare in aliquo officio. Cic. 1. Offic. Tum in tota vita constituenda multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare.

Claudicans {σκάζων} Participium. Oratio claudicans, & fluctuans, cui opponitur Oratio æqualiter constantérque ingrediens. Cic. in Orat.

Claudicatio {χώλωσις} Verbale. Colum. lib. 6. cap. 12, Sanguis demissus in pedes, claudicationem affert. Cic. 1. de Nat. deor. In quo státe atque vestito, leuiter apparet claudicatio non deformis.

Clauditas, penultima correpta {χωλότης} Idem. Plinius libro 28. capite 4, Claudítates, oculorúmve o. bitatem, ac similes casus dextris assignare partibus.

Claudítatem affert hæc res. Plin. lib. 8. cap. 43.

Clauicula, Clauiculatim, & Clauiculus. In CLAVVS.

Clauiger. Vide CLAVA, & CLAVIS.

Clauis, huius clauis, fœm. gen. {κλεὶς} Qua ostia, arculæ, & id genus multa clauduntur & aperiuntur. Festus, Clauis ex Græco κλεὶς descendit. Accusatiuum facit clauem & clauim. Plaut. Mostel. 6,

Clauim mihi harunce ædium nunc iam
Iube efferri intus. Cato de Re rust. cap. 16, Seriam vinariam vnam, clauem torcularij vnam.

Trochi clauis adunca. Propert. lib. 3. eleg. 14,
Increpat & versi clauis adunca trochi.

Adultera. Ouid. 3. de Arte.

Aptare fores clauibus. In APTO.

Imponere claues portis. In IMPONO.

Magistratus poscit claues portarum. Liu. 7. bel. Pun. C. Terentius, vt Aretium cum legione venit, claues portarum quum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere, &c.

Sensit clauem ianua. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Seruari centum clauibus. Horat. 2. Carm. ode 14,
Absumet hæres Cæcuba dignior
Seruata centum clauibus.

Sub claui esse, pro Occludi. Varro 1. de Re rustica, capite 22, Quæ non possunt esse sub claui, quammaximè facere vt sint in conspectu oportet.

Horreorum claues tradere. Cic. pro Domo sua, Scilicet tu helluoni spurcissimo, &c. Sex. Clodio, &c. omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues lege tua tradidisti.

Clauem vxori dare, & adimere. Erat mos institutúmq; Romanorum, vt vxoribus primùm domum ingredientibus claues darēt: quo significabant ipsas matres familiâs esse, atque omnem rei quæsitæ à viro potestatem habere. Sex. Pompeius aliā tradit causam: Clauim, inquit, consuetudo erat mulieribus donare, ob significādam partus facilitatem. Quas autē initio matrimonij dabant claues, eas diuortio facto adimere solebant. quod significauit Cicero Philipp. 2, Mimam illam suā suas res sibi habere iussit ex duodecim tabulis: claues ademit: exegit. Quàm porrò spectatus ciuis, quàm probatus, cuius ex omni vita nihil est honestius, quàm quòd cum mima fecit diuortium! Nonius verbum exigo exponens, Exigere, inquit, est excludere. Mar. Tull. Philipp. libro 2, Claueis ademit, foras exegit. Scio equidem locum illum Ciceronis à nonnullis aliter legi: sed puto standum à Nonio Marcello.

Clauicularius. Firmicus lib. 3. cap. 6, Erūt aut cornicularij, aut commentarienses, quibus damnatorum cura committatur, seu clauicularij, vel carcerū custodes, & quibus publicarū catenarum cura credatur.

Clauiger, penultima correpta {κλειδοῦχος} Qui clauem fert. Sic vocatur Ianus ab Ouidio, lib. 1. Fastorum, quia clauem gerebat, vt paulo antè dixerat.

Clauola, clauolæ, pen. corr. quid significet, declarat Varro lib. 1. de Re rust. cap. 40. Vide CLABVLA.

Claustrarius, Claustritimus, Claustrum, Clausula. Vide CLAVDO.

CLAVSVS, postea Claudius dictus, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam vrbis partem suscepit, quæ ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, vt habetur apud Maronem lib. 7,
Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen agens Clausus, magníque ipse agminis instar,
Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens. Si plura desideras, vide paulo antè CLAVDIA gens.

Clauus, claui {ἧλος, γόμφος} A claudendo dicitur. od id enim figitur vt claudat, siue contineat aliquid. Plin. lib. 16. cap. 10, Si in ipsam arborem clauus æreus adigatur. Cæsar lib. 3. bel. Gal. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine.

Claui adamantini. In ADAMAS.

Clauus capitatus. In CAPITATVS.

Clauus corneus, Cauilla ex Corno arbore facta. Cato de Re rust. cap. 21, Eas vbi confixeris, clauis corneis occludito.

Cupidinis clauus. Plaut. Asin. 5. 4,
Fixus hic apud nos est animus tuus clauo cupidinis.

Figere clauum. Horat. 3. Carm. ode 24.

¶ Claui, Annales appellabantur, qui figebantur in pariete templi per annos singulos, vt per eos numerus annorum colligeretur. Erat enim lex priscis literis ac verbis scripta, vt qui Prætor maximus esset, Idibus Septembris clauum pangeret. Nam quia raræ per ea tempora literæ erant notæ, numeri annorum, claui fuere. Festus.

Pangere clauum. In PANGO.

¶ Claui caligares, A caligis militaribus quibus suffigebantur. Plin. lib. 9. cap. 18. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie: nec amplius quàm circa eum mensem visuntur.

Clauus trabalis. Cic. 7. Verr. Vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret. Id est vt perpetua & indelebilis beneficij memoria esset. Sunt autem claui trabales, grandes claui, quibus trabes cōfiguntur. Sic clauos trabales Horatius perleganti fictione tribuit necessitati, quibus omnia figat firmétque, & retineat. At trabale telum in Marone, instar trabis magnum est. Turnebus.

¶ Clauus {πηδάλιον} Gubernaculum nauis. Plaut. Amphit. 16, Parata naui, clauo hæreres sedulo. Cic. de Senect. Ille autem clauum tenens, quietus sedeat in puppi. Hic per metaphoram.

Moderamen claui. Stat. 10. Thebaid.

Viduus clauus, Id est relictus à gubernatore. Stat. 10. Thebaidos,
Non secus amisso medium quum præside puppis
Fregit iter, subit ad vidui moderamina claui.

Puppis clauo paret. Claud. 1. in Eutrop.

Regere clauum & ministrare velis. Virg. 10. Æneid.

Vendicare sibi regendum clauum. Claudian. in Laude Serenæ,
-ceu flumine molli,
Tranquillísque fretis clauum sibi quisque regendum Vendicat.

¶ Clauus, Fustis gubernaculi. Virg. 5. Æneidos,
-clauúmque ad littora torquet. Seruius.

¶ Clauum pro ratione viuendi posuit Horat. 2. Serm. sat. 7,
Vixit inæqualis, clauum vt mutaret in horas. De Prisco quodam.

¶ Clauum imperij tenere, pro Gubernare. Cicero pro Sextio, Quis enim clauum tanti imperij tenere, & gubernacula Reip. tractare in maximo cursu, &c.

¶ Dum clauum rectum teneam. Id est dum meo fungar officio. Significat non imputandum euentum parum prosperum artifici, modò is præstiterit quod artis est. Quintil. lib. 2. prouerbiale fuisse demonstrat. Nam & gubernator, inquiens, vult salua naue in portum peruenire: etsi tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicétque notum illud, Dum clauum rectum teneam. Vide Erasmum in Chiliadibus.

¶ Clauus. Genus tuberculi, quod furúculum quidam vocant. Græci phygethla, phymata, & bubones vocant. Plin. Iun. lib. 7. epist. 3. ad Caninium, Erat illi natus insanabilis clauus. Cels. lib. 5. c. 28. tit. De Acrochordone, &c. Clauum autem ideo dictum putant, quia in superficie dilatatur, in carne verò restringitur. Vlp. l. Qui clauum. D. de Ædil. edict. Qui clauum habet, morbosus est.

¶ Clauum etiam patiuntur arbores. Plin. lib. 17. cap. 24, Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio.

Claui aurei, vel argentei, quos fœminæ nostræ solent vestibus suis assuere: de quibus in l. Vestis. in princ. D. De aur. & arg. leg. & ib. de l. Etsi non sint, etiam in princip. Hinc mantilia cocco clauata, apud Ælium Lampridium in Alexandro Seuero.

¶ Claui, dicebantur in tunicis Senatorum purpurei quidam nodi, capitis clauorum instar, quibus tunica vniuersa distinguebatur. Varro de Analogia, lib. 2, Siquis tunicam in vsu ita consuit, vt altera plagula sit angustis clauis, altera latis: vtraque pars in suo genere caret analogia. Sueton. in Augusto, cap. 73, Veste nō temerè alia quàm domestica vsus est, ab vxore & sorore & filia neptibúsque confecta: togis neque restrictis neque fusis: clauo nec lato, nec angusto. Ex quo factum est vt tunica Senatoria vno verbo Latusclauus diceretur à clauis illis purpureis latè, non angustè intertextis. Cœpítq; postremo & pro dignitate Senatoria accipi. Ouid. 4. Trist. eclog. 9,
Curia restabat, claui mensura coacta est:
Maius erat nostris viribus illud onus. Quibus verbis ostendit se Latumclauum, hoc est Senatoriam dignitatem non assecutum esse.

Latusclauus, penult. prod. quod & Laticlauium dicitur {πλατύσημον} Tunica purpura prætexta, latior tunica vulgari, longiórque ac discincta, cui toga superinducebatur vt tunicæ. Herodianus de Plautiano, lib. 3, Siquidem Latumclauum perpetuò habebat, atque in secundis Cōsularibus numerabatur: ensem præterea gestabat, cæteráq; omnia supremæ dignitatis insignia. Budæus.

Hæc autem insignia in luctu publico deponebantur. Liuius libro 9. de Caudina pace loquens, Extemplò sine vlla publica authoritate concessum in omnem formam luctus est: tabernæ circa forum clausæ: iustitiúmque in foro sua sponte cœptum prius quàm indictum. Laticlaui, annuli aurei positi, penè mœstior exercitu ipso ciuitas esse. Budæus.

Tunica laticlaui in modum gausape texi nunc primum incœpit. Plin. lib. 8. cap. 48.

Purpura cum latoclauo. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Prætexta & latusclauus. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Demittere pectore latumclauum. Horat. 1. Serm. sat. 6,
-nigris medium impedijt crus
Pellibus, & latum demisit pectore clauum.

Latior clauus. Plin. lib. 9. cap. 39, Toga prætexta & latiore clauo Tullum Hostilium è regibus primum vsum Hetruscis deuictis satis constat. Id est latoclauo.

¶ Latusclauus, Senatoria dignitas. Plin. Iunior lib. 2. epist. 9. ad Apollinarem, Ego Sexto Latumclauum à Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui.

¶ Laticlauius, pro Senatore ipso. Sueton. in Nerone, cap. 26. A laticlauio, cuius vxorem attrectauerat, penè ad necem cæsus.

Laticlauij, pro latoclauo insignibus. Sueton. in Augusto, cap. 38, Binos plerunque laticlauos præposuit singulis alis.

Claui maioris munere. Stat. lib. 3. Sylu. 2.

Clauicula, clauiculæ, penul. corr. dicitur capreolus in vite. Cicero de Senect. Vitis quidem quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram: eadem vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur. Plinius lib. 23, in proœmio, Clauiculæ ipsæ quibus repunt vites, tritæ & ex aqua potæ sistunt vomitionum consuetudinem.

Clauicularius, ria, rium, Adiectiuum, Qui clauiculam, id est virgam gerit. Sipontinus.

Clauiculatim

Clauiculatim, penult. prod. Aduerbium. vt, Conchæ clauiculatim vndatæ. Hoc est, intortæ & crispatæ ad similitudinē clauicularum vitis. Plin. lib. 9. c. 33, Firmioris iam testæ murices, & concharum genera: in quibus ludentis naturę varietas. Paulo pòst, Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, pectinatim, clauiculatim, imbricatim vndata. Alij codices legunt cuniculatim.

Clauulus, penultima correpta, Diminutiuum. Varro 2. de Re rustica, cap. 9, Ne vulnerentur à bestiis imponuntur iis collaria quæ vocantur mellum, id est cingulum circum collū ex corio firmo, cum clauulis capitatis, &c.

Clauarius, Nomen est officij, quo appellatus est Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites dispertiendo. Corn. Tacit. Seditiosæ militum voces terrebant clauarium, donatiui nomen est. Quale autem sit quæstionis est. Ego potem donatiuum esse velut in clauos caligarum militariū, præsertim quum scribat Satyricus poeta, -offendere tot caligatos Millia clauorum. Nam militum caligæ clauis suffixæ erant. Ex Turnebo.

Clauatus, penultima producta, Adiectiuum. Clauata dicuntur vel vestimenta clauis intexta, vel calceamenta clauis confixa. Hæc Festus. Idem sentit Nonius.

Clauata sunt vestimenta etiam si non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lampridius in Alexandro, Conuiuium neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen vt pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata verò nunquam.

Claxendix, significat concham, qua signum tegitur. Veteres enim signis interdū solebant imponere concham, eáq; contegere. Plaut. in Vidularia, Apposita est claxendix, at ego signi dicam quid sit. Priscianus.

CLAZOMENAE, pen. corr. { Κλαζομεναί } Vrbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc prius Grynia nominabatur, vicina Colophoni: vnde & Apollo Grynæus dictus est. Pomponius in Ioniæ descriptione lib. 1. & Plin. lib. 5. cap. 29. Horat. 1. Serm. sat. 7.
Persius hic permagna negotia diues habebat
Clazomenis. Hoc loco ablatiuus est aduerbialiter positus, vt Athenis.
Clazomenæ, nom. plur. Aliter. Ausonius,
Et teris inclusas pumice Clazomenas. Versus est obscœnus ille quidem, sed perdifficilis, in quo lepos inest, quòd & Clazomenæ vrbem significat, & nates patici sic appellat, quòd frangantur incesta & nefanda venere. Nam κλᾶσθαι est frangi & diuidi. Turnebus.

CLAZOMENIA, Insula ante Ioniam, quæ & Marathusa dicitur, à qua Clazomenij Ioniæ populi originem traxerunt, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

C L E

CLANIS { Κλάνις } Fluuius est, quem postea Erim vocauere, labitúrque supernè de Apenninis collibus, & agro Vestino, præter vicum Fregellas, clarissimam olim vrbem. Excurrit autem in Lucum sacrum, quem magnis honoribus Minturnenses celebrāt, oppido incumbentem. Verba sunt Strabo. lib. 5.

CLEANTHES { Κλεάνθης } Philosophus Stoicus, Cratetis primùm discipulus, deinde Zenonis, cuius etiam successor fuit, præceptor Chrysippi philosophi Solensis, & Antigoni regis. Suidas. ¶ Fuit & Cleanthes alter Corinthius, qui primus linearem picturam inuenisse fertur, vt Plin. scribit lib. 35. cap. 3.
Cleanthes archetypus. Iuuenal. sat. 2,
Et iubet archetypos pluteum seruare Cleanthas, &c. Quo in versu qua ratione sit ille accusatiuus Cleanthas formatus ambigi potest: neque enim accusatiuus esse potest quintæ declinationis Græcorum propter rationem contractionum. Est igitur primæ Attico more. Dicunt enim Attici Socratas in plurali, & Diogenas eodem dictum modo accipio Cleanthas. Ex Turnebo.

CLEARCHUS, Solensis senior, scripsit de varia historia. Clearchus item iunior, Ponticus, Athenas profectus vt operam daret Platoni, in somnis admonitus, à studiis literarum recessit. Author vtriusque Suidas. ¶ Clearchus dux Lacedæmoniorū, qui dictitabat imperatorem plus quàm hostem metui oportere: significans eos qui in prælio mortem expauescerent, certum sibi, si deseruissent, manere supplicium. Author Frontinus lib. 4. Tradunt illum quæ à Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum: quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas.

Clema { κλῆμα } Herba est tithymali generibus assignata, cyparissiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, Officinis Esula dicitur. Vide Dioscoridē lib. 4. cap. 148, & Ruell. lib. 3. cap. 146. ¶ Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.
Clematides Ægyptiæ, Prouerbium in eos iactari solitum, qui procero sunt ac nigro corpore, vti est apud Demetriū Phalereum, quoniam eiusmodi ferè sit ea herba, in Ægypto prouenicns vbertim. Ex Cæl. antiq. lect. lib. 8. cap. vlt.

Clematis daphnoides { κληματὶς δαφνοειδὴς } Herba est sarmenta habens prælōga, iunceæ crassitudinis, folia autē lauri, vnde & daphnoides cognominata est: notiore nomine Vincaperuinca dicitur. ¶ Est & altera Clematis ramis rubentibus, quibus se arboribus circunuoluit, vt smilax: Vnde & ab officinis *Volubilis maior* appellatur. ¶ Commemoratur & tertia Clematis à Plin. lib. 24. cap. 15. Eadem fortasse cum ea quam Dioscorides Gnaphalium appellat.

CLEMENS, Historicus, scripsit de regibus & Imperatoribus Romanis: item ad Hieronym. de figuris Isocratis. Author Suidas. ¶ Clemens item Alexandrinus Præsul, Pantherij discipulus, Origenis præceptor. Floruit sub Seuero & Antonino principibus. Hieronymus & Euseb. lib. 6.

Clemens, huius clementis, om. gen. { ἐπιεικής, συγγνωμονικός, ἤπιος } Dicitur authore Donato, qui non irascitur, qui colit mentem suam, nec eam vexat irascendo. Terent. Adelph. 5. 4,
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.

Aditu clemens dicitur quem omnibus familiariter conuenire licet. Claudian. 4. Paneg.
Clemens in disputando. Cic. 2. de Finibus, Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci.
In cæde clementior. Cic. Attico, lib. 7. Nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quàm Cinna fuerit.
Clementissimus ab innocentia. Id est erga innocentes. Cicero pro Roscio Amerino, Ego, quanquam præest huic quæstioni vir & contra audaciam fortissimus, & ab innocentia clementissimus: tamen facilè me paterer, &c.
Alueus fluminis clemētior. Curtius lib. 5. de Phasi, Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alueo præterit.
Amnis clementissimus ea parte dicitur, vbi minimùm impetuosus est. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Nec dubitat, nec qua sit clementissimus amnis, Quærit.
Clementi animo ignoscere. Plaut. Milit. 18.
Aures clementes. Claudian. 6. Paneg.
Auster clementior vela vocat. Stat. 5. Thebaid.
Castigatio clemens. Cic. 1. Offic.
Vndæ pulsæ flamine clementi, Miti aura. Catul. epigr. 59.
Ratibus clemēs insula. Id est quæ portum habet applicandis nauibus commodum. Claudian. de bello Gildon.
Clementes iudices & misericordes. Cic. pro Plancio.
Clemens rumor. Sallust. in Iugurtha, Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quòd Romæ dum proficisci parant, de prælio facto & oppugnatione Cirthę audiebatur: sed is rumor clemens erat.
Seruitus. Terent. Andr. 1. 1,
-vt semper tibi
Apud me iusta & clemens fuerit seruitus Scis.
Sydus. Claud. in epithal. Palladij.
Vita vrbana. Terent. Adelph. 1. 1,
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque otium
Secutus sum.
Primo clementior æuo. Claudian. 2. de Raptu Proserp.

Clementia { ἐπιείκεια, ἠπιότης } est illius qui nunquam irascitur. Cicero 2. de Inuentione, Clementia, est per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. Terentius Adelph. 5. 4,
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia.
Lenitas & clementia. Cic. Att. lib. 14, M. Antonius ad me tantum de Clodio rescripsit, meam lenitatem & clementiam, &c.
Clementia & mansuetudo. Cic. 7. Verr. Illam clementiam, mansuetudinémque nostri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatémque esse conuersam?
Crudelitas & clementia, cōtraria. Cicero pro Deiotaro, Quorum alterum optare, illorum crudelitatis est: alterum conseruare, clementiæ tuæ.
Clementia in crudelitatem conuersa, Vide CONVERTO.
Monimentum clementiæ. Cic. pro Deiotaro.
Magnum timoris remedium clementia est. Seneca Octauia, 8.
Ducis clementia. Ouid. 3. Trist. eleg. 5.
Clementia æstatis. Plin. Iunior epist. 101. lib. 5.
Hyemis. Colum. lib. 2. cap. 9.
In supplices. Plin. lib. 8 cap. 16.
Plena omnia clementiæ, mansuetudinis, humanitatis. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.
Admirabilis clementia. Cic. pro Ligar.
Fœcunda placidi clementia Nili. Stat. 3. Thebaid.
Hilaris clementia. Martial. lib. 12. epigr. 6.
Mitis. Stat. 12. Thebaid.
Popularis. Cic. Attico, lib. 10, Ipsum autem non voluntate, aut natura non esse crudelem, sed quòd popularem esse clementiam; quod si populi studium amisisset, crudelem fore.
Confugere ad clementiam alicuius. Cic. pro Ligar.
Iudicis clementiam expectare. Tacitus lib. 15, Quum damnatio instaret, brachiorum venas Torquatus intercidit, secutáque Neronis oratio ex more quanuis sontem & defensioni merito diffisum, victurum tamen si clementiam iudicis expectasset.
Impedire clementiam alicuius. Cic. pro Ligar.
Acceptum referre aliquid clementiæ alicuius. Cic. pro Deiotaro.
Magna est in illo clementia. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.
Vti clementia. Cic. Att. lib. 14.

Clementer { ἠπίως } Aduerbium, Sine ira. Hoc est modestè vel moderatè. Cic. 6. Verr. Leuiter hominem, clementérque accepit.
Clementer admouere consolationes. Plin. Iunior epist. 111. lib. 5.
Clementer agere cum aliquo. Vlpianus in l. Item si cum exceptione. §. 1. D. quod met. causs.
Clementer ambulare. Plaut. Merc. 22,
Sequere sis. c. sequor. b. clementer quæso, calces deteris.
Audire. Cic. Antequam iret in exilium, Sed quoniam neque mihi liberè loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omnino iudicandi, paucorum furore & audacia facta est potestas.
Clementer & moderatè ius dicere. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Clementer tractare liberos. Plin. Iunior epist. 177.
Clementer volo. Plaut. Sticho 9. Quod vulgus barbarorum dicit, *Ego sum bene contentus.*

CLEOBIS, Argiæ sacerdotis filius. Cic. 1. Tusc. Primùm Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. Nota fabula est. Quum enim illam ad solēne & statutum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta: tūc iuuenes ij quos modò nominaui, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aducta in fanum, quum currus esset ductus à filiis, precata à dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset à Deo. Pòst epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inuentos esse mortuos.

CLEOBULUS { Κλεόβουλος } Euagoræ filius Lyndius, vnus è septē Græciæ

sapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius, è Lyndo Ægyptum philosophandi gratia, petisse fertur. extat eius breuis ad Solonem epistola. Filiam habuit Cleobulinam, virginem doctam: quæ hexametris ænigmata quædam perscripsit. Decessit Cleobolus annos natus LXX. Hic dixit amicos atque inimicos beneficiis prosequi oportere: hos vt amicos, illos vt amiciores reddamus. Authores, Diogenes Laertius, & Suidas. Dicitur & Cleobolus.

CLEOCRITVS. apud Comicos taxatur vt mulierosus, & cinedus, & obscurus, & vt Cybeles filius. Nam in mysteriis Rheæ molles tantum intersunt. Hæc Suidas.

CLEODAMAS, Achnæus (Achne autem ciuitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorũ. Author Stephanus. ¶ Alius Cleodamas Thasius philosophus, qui Platonis tempore in Geometria floruit.

CLEODORA, penultima producta {κλεοδώρα} Nymphæ nomen, matris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cæl. lib. 16. cap. 19.

CLEOMACHVS, Magnesius pugil, qui in cinædi cuiusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, postea Alexander Ætolus, sed in puta oratione Lysis etiam adhibito cantu. Author Strabo.

CLEOMBROTVS {κλεόμβροτος} Fuit adolescens Ambraciota, cui quum nihil accidisset aduersi, è muro se in mare abiecit, lecto Platonis libro de Animorum immortalitate Hæc Cic. 1. Tuscul.

CLEOMEDES Astypalæensis, cuius portenta quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximia, quum Ciccum Epidaurium pugil interfecisset, victoriæ præmiis fraudatus, præ dolore insanus effectus, ex Olympia Astypalæam reuersus, quúmq; ibi multa temerè ac violenter fecisset, postremò ludum puerorum ingressus, apprehensam manu columnam, quæ tectum sustentabat, concutiens, mediam fregisse, ac tectum deiecisse dicitur. Interfectis autem pueris, quum quæreretur ad supplicium, in sepulcrum magnum se coniecisse, & clausum intus, adiectum desuper operculum adeo tenuisse, vt ne à multis quidem simul adnitentibus, vi illa euelli posset. Conciso igitur circà loco, neque viuum hominẽ, neque mortuum esse compertum. Quare missis Delphos legatis respondisse Pythiam, Vltimus heroũ Cleomedes Astypalæus. Hæc partim è Suida, partim è Plutarcho. ¶ Fuit & Cleomedes, Græcus author, qui scripsit de Circulis cælestibus, quód opus elegans admodum adhuc extat. Suidas.

CLEOMENES, Lacedæmoniorum dux, qui ab Antigone rege in prælio victus, ad Ptolemæum se recepit, benignéque primùm exceptus, mox Nicagoræ cuiusdam calumnia apud regem suspectus, custodiæ cum aliis quibusdam traditus, qui omnes se mutuis vulneribus necauere. Rex Ptolemæus Cleomenem mortuũ pelle nudauit, crucíque adfixit. Ex Plutarcho. ¶ Fuit & Cleomenes Siculus, qui luxuria, nequitiaq; Verrem referebat. Cic. actione decima in Verrem, Cleomenes autem qui alterum se Verrẽ luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret, similiter totos dies in littore tabernaculo posito perpotabat.

CLEON, Dux Atheniensium in Reipublicæ administratione aduersari solitus Niciæ Nicerati filio, missus denique in Thraciam cum exercitu, multas vrbes cepit. Eũ insectatur Aristophanes in Comœdia quæ inscribitur ἱππεῖς, id est equites. ¶ Fuit & Cleon poeta, qui Argonautica scripsit, à quo argumentũ Apollonius Rhodius mutuatus est, vt eius enarrator scribit. ¶ Fuit itẽ Cleon Halicarnassensis orator, qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit. Author Suidas.

Cleon, Fons in Phrygia Plin. lib. 31. cap. 2, Theophrastus ait: Marsiç fontem in Phrygia ad Celenarũ oppidũ saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Clęon, & Gelõ, ab effectu Græcorum nominum dictí παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾶν, quæ verba lugere & ridere significant.

Cleon {κλέων} Latro quidam insignis fuit, è vico Gordo oriundus, quem postea augens vrbem fecit, & Iuliopolim appellauit. Is primò quidem Antonio valde vtilis fuit, sed quũ in bello Actiaco ab eo defeciisset, Cæsaris ducibus adhæsit, ac suprà quam eius meritum pateretur, in honore habitus est. Mortuus autem est in Ponto, postquam Comanorum sacerdotium accepisset, vt videre est apud Strab. lib. 12. qui huius vitam aliquantò latius exequitur.

CLEONAE, penult. prod. {κλεωναί} Cleonarum, & Cleone singulari numero, Mediocre oppidum in via situm, quæ ex Argo Corinthum ducit: distátque ab Argo stadiis CXX: à Corintho verò LXXX. Ibi Hercules leonem occidit prope Nemæam syluam, vt ait Suidas. Seneca in Herc. OEth. 15,

Flete Argolicæ, flete Cleonæ, &c.

Humiles Cleonæ. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Orchomenósque ferax, & nobilis ære Corinthus,

Messenéque ferox, Patræque, humilésque Cleonæ.

Cleonæus {κλεωναῖος} Adiect. vt, Leo Cleonæus. Silius lib. 3,

In foribus labor Alcidæ Lernæa recisis

Angu bus hydra iacet, nexúque elisa leonis

Ora Cleonæi patulo celantur hiatu.

Hiatu Cleonæo tempora clusus Alcides. Valer. lib. 1. Argonaut. Leonis autem caput aut pellem synecdochicè designat, quam pellem corpori tegmentum ad futura pericula Hercules circundedit, vt ait Diodorus lib. 5.

Sydus Cleonæum, Id est sydus Leonis. Stat. lib. 4. Sylu. 4.

Cleonicion {κλεωνίκιον} Herba eadem cum Clinopodio, teste Plin. lib. 24. cap. 15.

CLEONYMVS ῥίψασπις, Id est desertor ordinis, & qui abiecto clypeo fugit, dictus est. Vnde prouerbium Cleonymo timidior. Hunc insectatur vt timidũ & fugacẽ Aristophanes in Nubibus. ¶ Fuit & Cleonymus vnus ex imperatoribus externis quos sibi accersierunt Tarentini. De quibus Strabo lib. 6, Inde posterioribus annis, inquit, illecebrosæ inualuere deliciæ propter fortunas nimium secundas, adeo vt plures totius populi ludos, festásque celebritates quotannis agerent, quàm reliquos anni dies. Eam ob rem in deterius vrbanum regimen ferebatur, cuius flagitiorum vnum illud documẽtum est, quód externis vti imperatoribus coacti sunt. cõtra Messapios enim & Lucanos, Alexandrum Molossorum regem accersierunt, antea quoque Archidamum Agesilai filium, & postea Cleonymum & Agatoclem, dein Pyrrhum, quo tempore aduersus Romanos bellum conflauere.

CLEOPATRA, penult. corr. {κλεοπάτρα} Ægypti regina, quæ Antonio persuasit, vt se vxorem sortiretur, derelicta sorore Augusti. quo facto Augustus vehementer accensus, contra eum cœpit bella moliri. Antonius re comperta collectis Orientis viribus prior cum vxore Cleopatra venit ad bellum. Cõflictum est nauali certamine circa Actium Epiri promontoriũ, vbi victi sunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti. Postea occiso Antonio, illa sibi serpẽtes adhibuit. Hæc Seruius. Hanc pugnam Actiacam pulchrè depinxit Virg. lib. 8. Æneid.

Cleopatra, casu vocandi. Lucan. lib. 9.

CLEOPATRIS {κλεοπατρίς} Oppidum est in Ægypto, antiquæ Nili fossæ proximum, iuxta quod Gallus Cæsaris legatus pergẽs in Arabiam ad octoginta biremes ædificauit, & triremes, & phaselos. Author Strabo lib. 16.

CLEOPATRVS, Præfecti nomen apud Corinthios, cuius Plutarchus in Arato mentionem facit.

CLEOPHANES, Orator ex Myrlea. Straboni lib. 12.

CLEOPHANTVS, Medicus, cuius meminit Plinius libro 24. capite 16. ¶ Fuit & Cleophantus pictor Corinthius, vt scribit idem Plin. lib. 35. cap. 3.

CLEOPHON, Poeta Tragicus Atheniensis, cuius nonnullæ fabulæ à Suida commemorantur.

CLEOSTRATVS, Antiquissimus philosophus. Primus scripsit de signis cælestibus, atque in primis de signis Arietis & Sagittarij. Author Plinius libro 2. capite 8. de natura syderum errantium, & eorum ambitu.

CLEOXENVS & Democlitus historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam inchoatam se in historiis fatetur absoluisse Polybius Megalopolitanus. Ex Suida.

Clepo, clepis, clepsi, cleptum, clepere, Est furari, à κλέπτω verbo Græco. Plaut. Pseud. 4. 6,

-vbi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga. Liuius Siquis clepsit, ne populo scelus esto, néve cui cleptũ erit. Ex Nonio. Varro de Ling. Lat. Clepere, id est corripere: cuius origo à clam. potest & à Græco dictum videri κλέπτειν. Cic. 2. Tusc. Enim Prometheus doctus clepsisse dolo, pœnásque Ioui fato expendisse supremo. Turnebus sic legit, Eum dictus Prometheus clepse dolo penásque Ioui expendisse supremo. Doctus enim cum expẽdisse non bene cohæret. Fato verò, addititium est.

Aliquid ab aliquo clepere. Cic. 3. de Nat. deorum,

Agnum inter pecudes aurea clarum coma

Quendam Thyestam clepere ausum esse è regia. Ex poeta.

Rapere & clepere sacrum. Cic. 2. de Leg. Sacrum, Sacróque commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto.

Rapere, & clepere. Cic. 4. de Rep.

Clepsydra, clepsydræ, penul. prod. {κλεψύδρα} fontem significat, & horologium aquariũ, horas aqua dimetiens. ¶ Erat præterea vas quoddam vitreum graciliter fistulatum, quod æqualibus dimensionibus signatas horas ostẽderet. ad cuius etiam fundum erat foramen quod aquam guttatim emitteret. & ita horæ per aquæ diminutionem, quot essent, videri poterant. Consimilia sunt hoc tempore clepsydris vasa illa vsitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum, coarctantur: ex quibus puluisculum per foramen minutũ sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem, atque ita legitimum horæ tẽpus metitur. Apud veteres oratoribus actutis causas forenses præscribebatur tempus dicendi, datis clepsydris: quibus exhaustis amplius dicere vetabantur. Cic. 3. de Orat. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat: sed &c. Martial. lib. 6. epigr. 35,

Septem clepsydras magna tibi voce petenti

Arbiter inuitus Cæciliane dedit. Clepsydra autẽ dicta est à κλέπτω, Furor, & ὕδωρ, Aqua: quòd aquam celet, aut furetur.

CLEPSYDRA, Nomen fontis in arce Messeniorum, in Arsinoem alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce eiusdẽ nominis fons, ita dictus, quòd flare incipientibus Etesiis, abundet, iisdémque desinentibus, exarescat. Vide Cæl. Rodig. lib. 18. cap. 39.

Clepsydra, Astronomicum est organum sydera dimetiens. Martianus, Clepsydris Lunæ magnitudo cognoscitur.

Clerus, cleri, cum circunflexo in prima κλῆρος, sortem significat. Hinc Cleromantia, æ {κληρομαντεία} Diuinationis genus, quod fit per sortes.

¶ Clerus, est vermiculus aluearibus noxius. Aristoteles de Animalib. libro 9. cap. 40, Morbo examina valentiora potissimùm infestantur clero (sic enim vocant vermiculos qui in pauimento nascuntur) è quibus crescentibus velut aranea alueo toti obducitur, & fauicariæ pereunt. Plin. lib. 11. cap. 19, Sunt & operis morbi, quum fauos nõ implent: cleron vocant.

¶ Clerus, acuto accentu in fine κληρός, Sorte datus, electio, cõstitutio, diaconus. Interdum accipitur pro mensura terræ, puta iugero: aut certè pro horto: sicut Latini Hæredium pro prædio, & hærediolum simile quiddam intelligũt: propterea quòd huiusce modi res hæredem sequantur. Budæus.

¶ Clerus, Sodalitas & collegium clerorum apud Imperat. l. Generali. C. De sacrosanct. eccles.

CLESIDES, Pictor nobilis, qui reginę Stratonices iniuria innotuit. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutatẽm cũ piscatore, quem reginam amare sermo erat: eámque tabulam in portu Ephesi proposuit, ipse velis raptus est. Regina tolli vetuit, vtriusque similitudine mirè expressa. Author Plin. lib. 35. cap. 11.

Clibanarij, A Persis dicebantur equites, qui ferreis laminis, aut prædura corio conserto muniebantur, qui cum turmis instructi vadunt mirum dictu quanti roboris, quantaq; formidinis sint. Hi Gallis cruspellarij olim vocabantur. Vide Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22.

CLIBANVS {κλίβανος} Mons est in extremis Italiæ finibus, non procul à Lacinio promontorio, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 10. ¶ Est item Clibanus, oppidum Isauricæ, quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphiliam

Pamphiliam sita,de quo idem Plin.lib.5.cap.27.

Clibanus,clibani,m.g. {κλίβανος} Plin.lib.19.cap.1, Cortices quoque decussi clibanis & furnis præbent vsum. Columel.lib.5. cap.10, Sed scrobis clibano similis fiat,cuius imum summo patentius est,vt laxius radices vagentur. Clibanus(inquit Sipontinus)mobilis est,& quasi paruus furnus: textúque aliquando tegitur, & ferè è metallo fit: interdum tamen & lapide constat, non tam pani, quàm aliis dapibus coquendis seruiens.Huius opinioni facilè assenserim.nam & κλίβανος Græcis furnus est: atque hinc Clibanitæ panes,in mobili quodá furno cocti dicuntur,Galeno in libris de Alimentis.

CLIDEMVS,penult.prod. {Κλείδημος} Scriptor antiquissimus fuit,cuius opus de plãtis sæpe citatur à Theophrasto.Scripsit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

CLIDES,Insulæ sunt ante Asiam ex aduerso Syriæ,non procul ab Eleusa insula sitæ,quarum meminit Plin.lib.5.cap.31.

Clidium {κλείδιον} Thynni iugulus est, qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur.Plin.lib.9.cap.15,Thynni membratim cæsi,ceruice & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat, & tùm quoque graui ructu: cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur. Vide MASSARIVM.

Cliduchus {κλειδοῦχος} Græcis clauigerum significat, ἀπὸ τῆς κλειδὸς, hoc est à claue. Plin.lib.34.cap.8, Fecit & quadrigas,bigásque,& cliduchon eximia forma.

Cliens,clientis, com.gen. {πελάτης, ὑπήκοος.} Moris fuit apud antiquos, vt prouinciales & socij Populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis,quos patroni sibi adoptabant, non modò publicè, sed etiam priuatim, iísque vt clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites.Ferebat autem id huiusmodi necessitudo,vt clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur, vicissímque ipsi patronos suos omni obseruantia atque obsequio colerent & venerarentur. Cic. in Diuinat. Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant,ab hospitibus clientibúsque suis,ab exteris nationibus quæ in amicitiam Pop. Romani ditionémque essent, iniurias propulsare, eorúmque fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum & prudentissimum, cum multis graues inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum apud quos Consul fuerat, iniurias. Ex Budæo. Quos itaque *vassalos* (inquit Budæus)vocant,Clientes Latinè appellare soleo: & Clientelam,obseruantiam ipsam,& obsequium,quod *homagium* dicunt,clientelaris officij sponsionem,agnitionémque.

Honestæ clientes. Horat. 2. Carm. ode 18. Charisius tamen lib.1. Cliens,inquit,communis generis est. Inuenimus,tamē & Clientam apud Afranium in Pompa, Interim tua clienta. & apud Horatium, -nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras clientæ.

Iuuenum nobilium cliens.Horat.4.Carm.ode 12.

Negotia longa clientum.Horat.3.Carm.ode 5.

¶Cliens, ponitur etiam pro sectatore, & qui sub tutela alterius & quasi famulus est.Plaut.Menæh.14, Clientes sibi omnes volunt esse multos. Cæs.1.bel.Gall. Et omnes clientes, obæratósque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit.

Cliens & familiaris.Cic.pro Sext.Roscio, Mallius Glaucia,quem iam antea nominaui tuus cliens & familiaris.

¶Cliens,per translationem pro Litigatore ponitur, cuius causam defendit patronus.

Cliens & Patronus,contraria.Ouid.1.de Arte,

Qui modò patronus,iam cupit esse cliens.

Innexa fraus clienti.Virg.6.Æneid. Id Seruius exponens,Ex lege (inquit)duodecim Tabularum venit,in quibus scriptum est. Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si enim Clientes, quasi colentes sunt, Patroni, quasi patres,tantundem est clientem, quantum filium fallere.

Deiectus cliens,id est contemptus.Claud.6.Paneg.

Queruli.Stat.lib.4.Sylu.4.

Deuotus alicui.Iuuen.sat.9.

Clienta,huius clientæ{ὑπήκοος} Fœmininum.Plaut.Mil.10, Habeo eccillam clientam meã meretricem adolescentulam. Idem Rud.1,Iam clientas reperi.

Clientela,huius clientelæ,penul.prod.{πελατεία} Clientum multitudo. Cic.ad Attic.lib.14, Scis quàm diligam Siculos,& quàm illam clientelam honestam iudicem.

¶Clientela,est etiam quam *Saluagardiam* dicimus.vnde Commendare,vel conferre se in clientelam alterius à quibusdam dicitur. Terent.Eunuch.5.9,

Thais patri se commendauit in cliẽtelam & fidem. Cic.pro Rosc. Amer.Nam quum multos veteres à maioribus Roscij patronos hospitésque haberent,omnes eos colere atque obseruare destiterunt,ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt.

Esse in fide & clientela alicuius.Cic.pro Sext.Roscio.

Confirmare amplissimas clientelas acceptas à maioribus. Cic.Silio,lib.13,Quare si te fautore vsus erit, sicuti profectò & vtetur, & vsus est, amplissimas clientelas acceptas à maioribus confirmare poterit,& beneficiis suis obligare.

Clima,huius climatis,penul.corr.n.g. {κλίμα} Græca dictio,quæ spatium amplum vel cæli vel terræ significat: quod etiam tractus dicitur.Vitruuius lib.1.cap.1, Disciplinam verò medicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt. Columel. libro 5.cap.1, Clima quoquouersus pedum LX. est. Vide Declinatio mundi,in DECLINO.

¶Clima,Spatium apud astronomos inter duos parallelos,à cuius principio vsque ad finem dimidiatæ horæ variatio est. Budæus.

Climacis, climacidis {κλιμακίς.} Vitruuius in descriptione ballistæ, Climacidos scapi longitudo foraminum tredecim. Climacis ea est, quæ in catapulta vocatur σύριγξ, id est canalis. nam in ballistis nomen mutat,propter amplitudinem & latitudinem, & κλιμακὶς, id est scalula vocatur.Ctesibius author Græcus, [Greek illegible] Turnebus.

Climaculæ, Telorum quoddam genus sunt antiquis vsitatum & frequens,teste Gell.lib.10.cap.25.

CLIMAX,Mons est Strab.lib.14,Est etiã,inquit,mons nomine Climax, Pamphilio pelago adiacens: is transitum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò,vt iter facientibus peruius sit, pelago autem affluente vndis contegitur. Transitus per montem tum arduus est,tum etiam prolixus,quapropter in tranquillitatibus littore vtuntur.

Climax,huius climacis,f.g.{κλίμαξ} Latinè dicitur Scala. ¶Est & figura rhetorica quæ dicitur gradatio,vt apud Ouidium,

Viderat hanc,visámque cupit,potitúrque cupita.

Climacteras, Chaldæi vocant pericula vitæ, fortunarúmque hominum: quæ Marcus Varro grauissima fieri affirmat septenariis, teste Gellio,lib.3.cap.10. Alij autem LXIII.anno. D.Augustus in epistola ad C.nepotem suum,Aue mi Cai meus ocellus iucundissimus,quem semper mediusfidius desidero,quum à me abes.Sed præcipuè diebus talibus qualis est hodiernus,oculi mei requirunt meum Caium:quē, vbicunque & hoc die fuisti,spero lætum, & bene valentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum:nam vt vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum euasimus. Ex Gell.lib.15.cap.7.

Climacteras appellat Plinius Legem scansilem,lib.7.cap.49, Rara autem esse dicunt longiora tempora,quandoquidem momentis horarum insignibus lunæ dierúmve septem atque IX.(quæ nocte ac die obseruantur)ingens turba nascatur, scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis LXIIII.annum excedentibus.

Climactericus,penult.corr.{κλιμακτηρικός} Adiectiuum.vt,Climactericus annus. Gell.lib 15. cap.7, Obseruatum in multa hominum memoria, expertúmque est, in senioribus plærisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis, morbíque grauioris, aut vitæ interitus,aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum verborúmque istiusmodi studio tenetur, eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν.

¶Climactericum tempus, pro arduo, difficili, contrario, authore Suida Plin. Iunior, epistol.44, Habes climactericum tempus, sed euades.

Clinamen,Vide CLINO.

Cline{κλίνη}Latinè lectus,lectica vel mensa dicitur.vnde Hexaclinos, thorus discubitorius, qui sex capiebat. apud Martialem. Vide loco suo. Hinc etiam triclinium dicitur.

Clingo,pro Cingo veteres vsurparunt,à Græco κλείω. Festus.

CLINIAS,Musicus & philosophus sectæ Pythagoreæ,siquando ad iram prouocaretur,sumpta statim cithara, motus animi lenibat haud aliter quàm Achilles,qui iratus flare ad littus solebat,eodem fermè modo dolorem leniens.Author Ælianus de Varia historia.

Clinice,clinices,fœ.gen. {κλινική} Medicina quæ victu & pharmacis corporibus medetur. Plin.lib.29.cap.1, Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius dei quid auxiliatum esset, vt postea similitudo proficeret,exscripsisse ea traditur,atque(vt Varro apud nos credit) iam templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clinicus {κλινικός} Medicus, ab inuisendis ægrotorum lectis,quasi lecticularius.Martial.lib.1.epigr. 87,

Chirurgus fuerat,nunc est vespillo Diaulus.

Cœpit quo poterat, clinicus esse modo. Vespillo est,qui corpora effert ad sepulcrum.Quoniam autem lectus tam cadauerum est,quã ægrotantium,non ineptè dicitur clinicus,qui effert cadauera.Clinici medici erant in maiore pretio quàm chirurgi.Iocatur itaque Martialis in Diaulum,qui nõ aliter clinicus esse potuit è chirurgo, quàm si vespillo fieret.carebat enim doctrina clinici medici. Quòd autem lectus sit etiam cadauerum, funeráque in lectis efferrentur, constat ex illo Persij saty.3,

Hinc tuba,candelæ,tandémque beatulus alto

Compositus lecto,crassísque lutatus amomis,

In portam rigidos calces extendit. Suetonius in Cæsare, cap.84, Lectum pro Rostris in forum magistratus & honoribus functi detulerunt.

¶Clinicus,etiam dicitur,qui ita affectus est,vt surgere è lecto non possit,& de cuius salute nulla amplius spes est.Plin.lib.25.cap.5,Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini,melancholicis. Et paulo pòst, Stomachicis, spasticis,clinicis,&c.

Clinopodion {κλινοπόδιον} Herba quæ speciem lecti pedum habet, serpillo similis,surculosa,palmi altitudine, de qua Plin.lib.24.cap.15. Ruellius lib.3.cap.56, Potius ad eam clinopodium accedere videtur, quam officinæ vocant *Montanum pulegium*.

Clino, clinas {κλίνω} Verbum Græcum quod inclino significat: non est in vsu,sed tantùm eius composita, Acclino,declino,inclino, reclino.

Clinamen,penul.prod.clinaminis,neut.gen. {κλίσις.}Lucret.lib.2,De inclinatione elementorum & primorum corporum,

Id facit exiguum clinamen principiorum.

CLIO {Κλειώ} Vna ex musis, à gloria & celebritate rerum gestarum quas canit: nomen habet à verbo Græco κλείω, quod est laudo. Vel à nomine Græco κλέος, quod est gloria, fama: propter gloriam quam habent poetæ erga doctos, vt ait Cornutus. Vel propter gloriam, quæ ex poetarum laudibus oritur,vt ait Diodorus libro 5.cap.1. Fulgentius tamen, Clio,inquit,prima Musarum appellata est. id est cogitatio quærendæ scientiæ. Quidam hanc historiis præesse existimant, quod Apollonij expositores in tertio Argonauticõn affirmant. Ialemi quoque mater Clio fuisse perhibetur, & Hymenæi. In Adonidis historia legitur,& ex Magnete Clio genuisse Linum,quem

alij Vraniæ filium prodiderunt.

Cliûs, Genitiuus. Ouid. 1. de Arte,

Non mihi sunt visæ Clio, Cliúsque sorores.

CLISTHENES {[illegible]} Primus ostracismi author apud Athenienses, primúsque eo genere exilij mulctatus. Vide Rhodig. lib. 21. cap. 44.

CLITARCHVS, historicus, qui & Alexandri comes fuit in expeditionibus, & eius res gestas scripsit: cuius in historia ingenium probatur, fides infamatur, vt scribit Quintil. Huius meminit & Plin. lib. 3. cap. 5 & lib. 6. cap. 31.

Clitellæ, clitellarum {[illegible]} Dicuntur Festo, quibus sarcinæ colligatæ mulis portantur. Plaut. Mostel. 9, Vehit citellas. Horatius 1. Serm. sat. 5,

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Perferre clitellas aliquo. Horat. 1. epist. 13.

Impingere clitellas, pro Impingendo illudere, apud Horatium lib. 1. epist. 13,

Abiicito potius, quàm quò perferre iuberis

Clitellas ferus impingas.

Clitellæ boui sunt impositæ. Cicero Attico, lib. 5, Id est prouincia hæc mihi non conuenit, non magis quàm boui clitellæ. Vide Erasmi Chiliadas.

¶ Clitellæ, Locus Romæ, propter similitudinem clitellarum. & in via Flaminia loca quædam deuexa subinde & accliuia. ¶ Est etiã tormenti genus eodem nomine appellatum. Festus.

Clitellarius {[illegible]} Qui clitellatus fert onera. vt, Mulus clitellarius. Cato cap. 10, Asinos instratos, clitellarios, qui stercus vectent, tres. Plaut. Mostel. 9,

-ego homines habeo clitellarios:

Magni sunt oneris, quicquid imponas vehunt. Hinc asinum clitellatum dicere possumus, clitellis oneratum.

CLITERNIA {[illegible]} Italiæ oppidum est ad montem Garganum Pomponio Melæ lib. 2, in descriptione Italiæ. Ptolemæo dicitur Cliternum. Vulgò *Celano*.

CLITERNINI, Italiæ populi, in ora Æquiculanorum, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12, in descriptione quartæ regionis Italiæ.

CLITOMACHVS, pen. corr. {[illegible]} Philosophus Carthaginiensis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audiuítque Carneadem, cuius & successor fuit: tres sectas sectatus, Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cicero lib. 3. Tusc. mentionem facit. ¶ Clitomachus alter athleta & Pancratiastes nobilis fuit, qui pudicitia tanta fuisse dicitur, vt canes si fortè coeuntes vidisset, statim vultum auerteret: in conuiuio, siquis sermo lasciuus incideret, statim surgens abiret. Author Ælian. de Varia historia.

CLITORIS {[illegible] Ptolemæo} siue Clitorium, Ciuitas est Arcadiæ apud quam spelunca est, ex qua profluit aqua, quam siquis biberit, protinus fit abstemius, teste Ouidio libro 15. Metamorphoseos,

Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit, &c. Vide Plin. lib. 32. cap. 2. de lacu Clitorio tractantem.

Clitorium {[illegible]} Muliebre pudendum est. quod & sacandrus dicitur: vnde & [illegible], turpiter membrum id attrectare significat. Pollux per h scribere mauult, vbi ait in secũdo Onomastici, Totum in virginali, siue interfæminco vocatur [illegible], id est pecten, aut episió. Rima verò dicitur schisma, quod arctum illatenus quandoque est, vt mulier fieri nequeat, sicuti commeminit Vlpianus. Quæ interiacet subsultans caruncula, nympha nuncupatur, aut myrton, siue epidermis, aut [illegible], id est cleioris. ¶ Est & [illegible], hoc est cleiorũ apud illos, sed id verbum quandoque mensam indicat regiam, quandoque etiam gloriam. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 7.

CLITORIVS {[illegible]} Statuarius, Polycleti discipulus, authore Plin. lib. 34. cap. 8.

CLITVMNVS {[illegible]} Fluuius est in Meuania, quæ pars est Vmbriæ partis Tusciæ: de quo fluuio, animalia quæ potauerint, albos fœtus creant. Hæc ex Plinio. Seruius ait in illud Virgilij 2. Georgicorum,

Hinc albi Clitumne greges, & maxima Taurus

Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro

Romanos ad templa deûm duxere triumphos.

Noualia Clitumna, quæ sunt iuxta amnem Clitumnum. Statius 1 Sylu. 5,

Aut præstent niueos Clitumna noualia tauros. Clitumnum verò amnem potatum cãdidos boues facere (vt dictum est) apud Plinium legitur libro 2. cap. 103. quæ tamen verba quasi ab imperito quodam deprauata correxit alius quidam, & pro illo quod legebatur, In Phalisco Clitumni amnis aqua potata candidos boues facit: reposuit, In Falisco omnis aqua potata candidos boues facit. Clitumnum videlicet in Vmbria, Faliscum verò in Hetruria esse dicens. Hæc tamen siquis diligentius considerabit, nihil opinor absurdum deprehendet: præsertim quum tota Vmbria Hetruriæ finibus circunscribatur.

CLITVS {[illegible]} Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam postea apparuit. ¶ Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexãdri Macedonis familiares, eidémque charissimus, tum quòd filius esset nutricis ipsius, tum quòd ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset seruatus. Hunc tamen in conuiuio quodam liberius in Persicos mores inuectum, rex iam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eum postridie tanta cœpit pœnitentia, discussa iam ebrietate, vt totum triduum cibo abstinuerit, decreueritque omnino media sibi necem consciscere, amicúmque optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo eum funere sepeliuit. Historiam hanc vide latius apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Cliuina, Auis in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria, & Clamatoria, à cliuij auspicijs dicta, quæ, teste Festo, dicebantur aduersa, quibúsque aliquid fieri prohibebatur. Hanc autem suo seculo fuisse incognitam, author est Plin. lib. 10. cap. 14.

Cliuus, & cliuum {[illegible]} Est procliuitas illa & pronitas à vertice collis. Cic. ad Att. lib. 2. 16, Quem ego in cliuo Capitolino te signifero ac principe collocaram. Nonius, Cliuum neutro genere. Cato in Tribunis militum, Loca ardua & cliua depressa.

Aquæ cliuus. Ouid. epist. 17,

Hoc quoque si credis, ad te via prona videtur:

A te quum redeo, cliuus inertis aquæ.

Mensæ cliuum tollere. Ouid. 8 Metam.

Tabulæ cliuus. Ouid. de Nuce.

Æquatus. Ouid. 8. Metam.

Arduus in valles. Ouid. 1. Fast.

Aricinus. Martial. lib. 12. epigr. 32,

Migrare cliuum crederes Aricinum.

Mollis. Virg. 9. ecloga,

-qua se subducere colles

Incipiunt, mollique iugum subducere cliuo. Id est, facili itinere & descensione.

Descendere per cliuum. Ouid. 1. Fast.

Facere cliuos. Paulus in l. seruitutes. § si domo mea. D. de seruit. vrban. prædior. Vel gradus, vel cliuos propius ianuam meam iure facere possum.

Sudamus in vno cliuo, pro In vno negotio laboramus, prouerbij speciem habet apud Ouidium epist. 19, Mille modi restant, cliuo sudamus in vno.

Cliuius, cliuia, cliuium, Adiectiuum, Difficilis, arduus, vt Cliuia auspicia, quæ aliquid, inquit Festus, fieri prohibebant. nam & omnia difficilia & ardua, nominabantur cliuia. vnde & cliui.

Cliuulus, penult. corr. {[illegible]} Diminutiuum. Columel. lib. 6. cap. 37, Duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet.

Cliuosus, penultima prod. Adiectiuum {[illegible]} vt, Cliuosus locus. Colum. de Arboribus, cap. 4, Curandum autem est, vt locis aridis & cliuosis altius vites deponantur, quàm si humidis & planis. Virgil. 2. Georgicorum,

Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris, &c.

Trames cliuosus. Virg. 1. Georgicorum,

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam Elicit.

Cliuosa Ida. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.

Olympum cliuosum scandit Phœbus. Ouid. 3. Fast.

¶ Cliuosior. Lucret. lib. 4,

Et cliuosior inter se, ac distractior intus.

C L O

Cloaca, cloacæ, pen. prod. {[illegible]} Locus cauus per quem colluuies quædam fluit. Cic. pro Cecinna, Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controuersiis interdicit. Idem pro Plancio, Me arcem facere ex cloaca, lapidémque è sepulcro venerari pro deo.

Cloacæ, à cluendo, id est purgando dictæ, inquit Festus.

¶ Cloacam translatiuè, pro ventre auus edacis & bibacis dixit Plaut. in Curcul. 3,

Propere prolue cloacam.

Resercire cloacas corporibus ciuium. Cic. pro Sextio.

Cloacale flumen, dixit Cato, pro cloacarum omnium colluuie. Festus.

Cloacare, Inquinare. Vnde cloacæ. Festus.

Cloacarium, Pecunia purgandis cloacis attributa. Vlpian. l. 27. §. 3. D. de vsufr. Siquid cloacarij nomine debeatur, vel si quid ob formã aquæductus, &c. ¶ Est item cloacarium, vectigal pro cloaca. Vlpianus l. 39. §. 4. de leg. & fideicom. lib. 30, Hæres cogitur legati prædij soluere vectigal præteritum, vel tributum, vel salarium, vel cloacarium, vel pro aquæ forma.

CLOACINA, Dea quæ cloacis præerat: eam in cloaca repertam consecrarat Tatius. Ex Turnebo.

CLODIA Romana (à qua Cicero prædium emere volebat) copiosa & locuples fœmina fuit. Cic. ad Attic. lib. 12, Sed quando Clodia Romæ futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clodia, Mulier Romana, quæ c x v. annos excessit, enixa etiam quindecies. Val. Max. lib. 8. cap. 14. Plin. lib. 7. cap. 48.

Clodicare {[illegible]} Veteres dixerunt pro Claudicare. Cic. 2. de Oratore, Præclarum & graue est quod Caluino Glauciа claudicanti, Vbi est vetus illud? Num claudicat? at hic clodicat. Hoc ridiculum est: & vtrunque ex eo quod in claudicatione animaduerti potuit, est ductum.

CLODIVS {[illegible]} Inimicus Ciceronis, quem vt expellere ab vrbe posset, plebeio se homini adoptandum dedit. mœchus fuit notissimus, deprehensus in sacris Bonæ deæ muliebri vestitu indutus, vnde Iuuenalis,

Clodius accusat Mœchos, Catilina Cethegum.

Clodius, cognomento Pulcher, orator fuit Romæ, inter patronos simul cum Cicerone in caussa Scauri. Pæd. an. ¶ Clodij etiam cuiusdã meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum scripsit. ¶ Fuit item Sex. Clodius, rhetor Siculus, Latinæ Græcæque eloquentiæ professor, malè oculatus, familiaris ac præceptor M. Antonij Triumuiri, cuius meminit Cic. in Philipp. & Tranquillus. ¶ Clodius præterea Quirinalis Arelatensis, rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teste Eusebio. ¶ Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & à Seuero iuxta Lugdunum acie superatus. Author Herodianus.

Clodiorum familiam, à Clodio Æneæ socio dictam putauit Festus. Verius tamen est, Clodios, qui & Claudij dicuntur, à Sabinis ortum traxisse, nominísque originem cœpisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia, cum quinque clientum millibus, se Romam contulit. Vide supra in CLAVDIA gens.

Clodo {κλώω} pro Claudo. Plin. lib. 18. cap. 33, Clodunt ita, lippiúntq;. Inde fortassis Clodij dicti.

CLOELIA gens, Patricia à Cloelia Æneæ comite sic dicta. Author Festus & Dionysius libro 2. Fuit cum magistratibus annis plus minus LXIII.

CLOELIA {Κλοιλία} Virgo, obses Romanis Porsenæ Hetruscorum regi data. Hæc, quum castra Hetruscorum fortè haud procul ripa Tyberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Tyberim tranauit, sospitésque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod vbi regi nuntiatum est, primò incensus ira, oratores Romam misit ad Cloeliam obsidem deposcendam, alias haud magni facere. Si non dedatur obses, pro rupto se foedus habiturum. Si verò dedatur, intactam inuiolatámque ad suos remissurum. Itaque reddita, apud Hetruscorum regem, non tuta solùm, sed honorata etiam virtus fuit, eámque partem obsidum quos vellet donare se dixit. Pace sic redintegrata, Romani nouam in foemina virtutem nouo genere honoris, statua equestri donauere: in summa sacra via fuit posita virgo insidens equo. Author Liu. lib. 2. Decad. 1. Huius & meminit Valer. Maxim. lib. 3. cap. 2. de Fortitudine. Virgil. quoque circa finem libri 8.

Cloeliæ fossæ, à Cloelio duce Albanorum dictæ. Festus.

CLONAS, Elegus poeta fuit, & epicus, qui tibicinas & concentus constituisse memoratur primus, sicuti Terpander citharoedicas leges princeps omnium peruestigasse narratur. Author Cæl. antiq. lectio. lib. 9. cap. 3.

CLONIVS, Vnus è quinque ducibus Boeotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigauerunt, vt scribit Homerus libro Iliados 2.

CLORIS, Vide CHLORIS.

CLOSTER {Κλωστήρ} Filius Arachnes, qui fusos inuenit in lanificio, vt refert Plin. lib. 7. cap. 56.

Clostrum {κλεῖθρον} Idem quod claustrum. Cato cap. 13, Trullas ligneas duas, claues cum clostris.

Clostrum est contignatio trabium in ligneis ædificiis, qua nonnunquam in parietibus domorum vtimur, nonnunquam aliàs dum locum aliquem sepimus. Seneca de sutoria taberna loquens libro de Beneficiis 7. cap. 21, Deinde per clostrum, inquit, quà se commissura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inseruit. Et ludi Romani primùm clostris circundabantur ad tempus prætentis, quæ amoueri possent: quorum loco fossæ postea factæ sunt, quas euripos vocant. Plin. lib. 10. cap. 33. de hirundinibus verba faciens, In Ægypti Heracleotico ostio molem continuatione nidorũ euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt stadij ferè vnius spatio, quod humano opere perfici non posset. In eadem Ægypto iuxta oppidum Copton insula est sacra Isidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus diebus, palea & stramento (clostrum est) firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori cõstet. Sic enim reposuit Beatus Rhenanus ad exemplaris Murbacensis recognitionem. Quo in loco per clostrum significatur septum transuersum ex compactilibus postibus constans, extructum ad arcẽdum frangendúmque fluuij impetum. Id hirundines palea stramentóque firmant, alioquin opera earum vana & inutilia, si non adesset materia solidior, quæ lutum ab eis confectum contineret. Alij tamen rostrum legunt apud Plinium.

CLOTA, Ptolemæo æstuarium maris in Britannia insula, exiguo terræ spatio à Bodotria altero æstuario diremptum. Corn. Tacit. in Vita Agricolæ Glotam vocat.

CLOTHO {Κλωθώ} Vna est trium Parcarum. Vide PARCAE.

Ferrea Clotho. Stat. lib. 3. Thebaid. ¶ Altera est Clotho Nerei filia, dea maris, & à Virgilio Nereia Clotho dicitur 9. Æneidos,

Mortalem eripiam formam, magnásque iubebo
Æquoris esse deas: qualis Nereia Clotho
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.

C L V

CLVACINA Venus, à Romanis culta, cuius templum non procul à foro situm erat, quòd inibi Sabinæ mulieres infestas acies, & vsque accensum prælium inter Romanos Sabinósque diremissent. Cluere enim antiqui, purgare dixerunt, teste Plin. lib. 15. Liu. lib. 3, Ac nutricẽ propè Cluacinæ ad tabernas, &c. Plin. lib. 15. cap. 29, Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinósq;, quum propter raptas virgines dimicare voluissent, depositis armis purgatos in eo loco qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet.

Cludidatum, Antiquis dulce & suaue dicebatur. Festus.

Cludo, cludis, clusi, clusum {κλείω} cludere, indifferenter sumptũ pro Claudere. Cic. 2. de Nat. deor. Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus cludit. Martial. lib. 11, Sed mors vocis iter properauit cludere blandè.

Vias alicui cludere. Seneca 1. Thebaidos,
-noxias lapso vias
Cludes?

Cludere arborem restibus. Colum. lib. 12. cap. 44, Deinde sparteis restibus arborem cludunt, ne aut coruis aut cornicibus aliísve auibus pomum laceretur.

Axem cludere nox dicitur, quemadmodum eundem aperire dies. Seneca Herc. OEth. 11.

Cludere auro. Plin. lib. 33. cap. 1. Idem eodem loco cludere venena in annulis, sub gemmis ab antiquis solere dixit.

Cludi minaci casside. Stat. lib. 4. Thebaid.

Libellos cludere. Iuuen. sat. 7.

Clusus {κλειόμενος} Participium, Circundatus. Valerius Flaccus, libro 1. Argonauticõn,

Cleonæo iam tẽpora clusus hiatu Alcides. Id est, habens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonæi.

Clusus, clusa, clusum, Adiectiuum, vt Clusæ lymphæ. Martialis libro 12. epigramm. 31,

Quæque natat clusis anguilla domestica lymphis.

Horrei clusi. Vlp. l. 1. §. 15. D. depositi.

Labella clusa. Martial. lib. 12. epigr. 55.

Clusilis, & hoc clusile, penult. corr. {κλειστικός} Quod facilè clauditur. Plin. lib. 9. cap. 37, Inest iis esca, clusiles mordacésque conchæ, ceu miculos videmus.

CLVENTIVS {Κλουέντιος} Ex municipio Latino accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum vitricum interfecisset: defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima oratio pro Cluentio.

Cluentiorum familiam à Cloantho Troiano Æneæ comite & nauta dictam affirmat Virg. 5. Æneidos,

Sergestúsque (domus tenet à quo Sergia nomen)
Centauro inuehitur magna, Scylláque Cloanthus
Cærulea, genus vnde tibi Romane Cluenti.

Clueo, clues {κλύω} cluere, Nominari, perhiberi, putari. Plautus Trinum. 8,

Ita sis vt nomen cluet. Idem Epid. 5,
Senati qui columen cluent. Idem Poenulo, 18,
Vt volupe est homini mea soror, si quod agit cluet victoria. Id est victoriæ tribuatur.

¶ Cluere, Purgare. Plin. lib. 15. cap. 29, Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant.

¶ Cluere, Apparere etiam significat, videri, insignem esse, haberi, excellere, quorum omnium exempla reperies apud Lucretium, vt libro 1,

Nam quæcunque cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies: aut horum euenta videbis.

Clunaculum, Culter sanguinarius, quòd ad clunes depẽdeat, vel quia clunes hostiarũ diuidat. Author Festus. Turnebus legit Clunaclum.

Clunas, à clunibus tritis simias dictas existimant. Festus.

CLVNIA, Oppidum est Hispaniæ, in extremis Celtiberorum finibus: vnde vnus ex Hispaniæ citerioris conuentibus, Cluniensis dictus est. Vulgò *Ciudad Real*. Sunt enim septem, inquit Plin. lib. 3. cap. 3, Carthaginiensis, Tarraconensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Braccarum.

Clunis, huius clunis {πυγή} Sæpius in plurali clunes, clunium, masc. & foe. g. Nates, siue natium tumor. Iuuen. sat. 11,

Ad terram tremulo descendunt clune puellæ. Plautus,
Quasi lupus ab armis valeo: clunes infractos fero.

Clunem agitare. Iuuen. sat. 2.
In clunes extremas desiliunt. Plin. lib. 8. cap. 8.
Clune nudo radere. Martial. lib. 11. epigr. 101,
Quæ clune nudo radat, &c. De amica loquitur nimium exili, subtilisque, vt ipse loquitur.

Cluniculus, penult. corr. Diminutiuum {πυγίδιον} Gell. lib. 15. cap. 8, Cæterarum auium atque altilium, nisi tãtum apponatur, vt à cluniculis inferiore parte saturi fiant, conuiuium putant inopia sordere.

CLVPEA, quæ & Clypea dicitur, oppidum Africæ minoris, quę alio nomine Zeugitana prouincia dicitur. Hermolaus Clypeam & Aspidem idem oppidum esse annotauit: cui & Solinus accedit, & Silij versus suffragatur lib. 3, In clypei speciem curuatis turribus Aspis. Nunc vulgò vocatur *Quipia*. Oliuarius in Melam.

Clupea, Pisciculus qui venam quandam thynni in faucibus mira cupidine appetens, ipsum thynnum exanimat. Plin. lib. 9. cap. 15.

Clusinum far, Adorei, siue farris genus est candidius, ita dictũ à Clusio Hetruriæ vrbe. Colum. lib. 2. cap. 6, Adorei autem vidimus in vsu plerunque genera quatuor: far quod appellatur Clusinum, candoris nitidi: far quod vocatur vermiculum, rutilum: atque alterum candidum: sed vtrunque maioris ponderis quam Clusinum. Semen semestre, quod dicitur Alicastrum.

CLVSINVS dictus est Ianus, quòd pace, templi eius portæ clauderentur. Virg. 1. Æneidos,

Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam: quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aerio compositos. Sipontinus.

CLVSIVM {Κλούσιον} Oppidum est mediterraneum in Tuscia, sub quo sepultus est Porsena. Plin. lib. 36. cap. 13.

Clusinus, penult. prod. Adiectiuum {κλουσῖνος} vt, Clusinum vulgus. Silius lib. 8.

Fontes Clusini. Horat. 1. epist. 15,
Qui caput, & stomachum supponere fontibus audent
Clusinis, Gabiósque petunt, & frigida rura.

Clusinum pecus, apud Plaut. in Truculẽto, in quo iocus est ab vrbe Clusio, vbi non admodum egregia erant fortasse pecora, & ex ambiguitate à cludendo: clauduntur enim meretriculæ quæ clàm habẽtur, & pecora morbida. Non desunt qui Clurinum legant, alij larinum, alij ælurinum, id est felinum pecus, à felium turpitudine: etiam quidam lurinum, id est coriaceum. Ex Turnebo.

Clustumina tribus, Vide TRIBVS.

Clusuriæ, arum, vel Clusuræ, appellantur ab Impp. custodiæ limitum, & vt Suidas interpretatur, [Greek] l. 2. §. in Sardiniæ. C. de off. præf. præt. Afr. l. 4. C. de offic. mag. off. & l. vlt. C. de off. mag. milit. In quibusdam legitur Clausurarum.

C L Y

CLYMENE {Κλυμένη} Oceani & Thetyos filia, teste Hesiodo in Theogonia, de qua Virgil. lib. Georg. 4, Inter quas Clymene curam narrabat inanem. Fuítque mater Phaethontis, vt scribit Ouid. lib. 2. Metamorphos. Altera fuit ministra Helenæ, decoris oculis prædita, vt est apud Homerum, lib. Iliad. 3.

Clymeneis, Clymeneidis {Κλυμενηΐς} Patronymicum.

Clymeneides, vocantur sorores Phaethontis, à matre Clymene sic dictæ. Ouid. ad Liuiam,

Sic fleuit Clymene, sic & Clymeneides altæ, &c. Altas vocat, quia in populos arbores mutatæ fuerunt.

Clymeneus, penult. prod. Adiectiuum {κλυμένειος} vt, Germina Clyme-

nea,id est populorum germina.Stat.lib.1.Sylu.2,
-queritur iam Seras auaros
Augustum spoliare nemus.Clymeneáque deesse
Germina,nec virides satis illacrymare sorores.

Clymeneius {κλυμένειος} quinque syllabarum, adiectiuum aliud. vt, Proles Clymeneia,id est Phaethon.Ouid.2.Metam.

Clymenos,siue Clymenum {κλύμενον} Herba est fabæ caulem ferens, quadratum,folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis,vt in polyporum cirrhis:ita dicta à Clymeno rege,teste Plin.lib.25.cap. 7,Vulgus hodie partim *Cypriam*,partim *Saponalem* appellat.

CLYMENOS {κλύμενος} Plutonis cognomentum est, quia fit causa τῶ κλύειν. ictus enim aer vox est. Aer autem qui animas excipit, ἀΐδης, διὰ τὸ ἀειδὴς,ex obscuritatis ratione ab aliquibus dictus est.Author Phurnutus. Lasus Hermionensis poeta in principio hymni quem in Cererem composuit,

Δάματρα μέλπω,κόραν τε κλυμένοιο ἄλοχον. Hoc est,Cererem cano,Proserpinámque Plutonis coniugem.

CLYPEA {κλυπέα} Vide CLUPEA.

Clypeus, vel clypeum {ἀσπὶς} Dicitur id quo milites tegunt corpus aduersus ictus.Virg.7.Æneidos,
Nec clypei, currúsve sonant. Vbi Seruius, Clypei, scuta maiora: dicti ab eo quòd celet corpus, id est ἀπὸ τῶ κλέπτειν. Idem Seruius alio loco,Clypei,peditum sunt:Scuta,equitum. Virg.2.Æneidos,
Ardentes clypeos atque ora micantia cerno.
Clypeum, ἀπὸ τῶ γλύφειν, hoc est sculpendo, cælandóque deducit Plinius libro 35. cap. 3, Scutis enim (inquit) qualibus apud Troiam pugnatum est, continebantur imagines, vnde & nomen habuere clypeorum: non(vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit) à cluendo.
Inter clypeum & scutum. Clypeus rotundus erat, vt Virgilio authore intelligi potest, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico:oculi autem figura rotunda est,
Argolici clypei,aut Phœbææ lampadis instar. Scutū,formæ oblongæ,maiúsque clypeo. Itaque vt Liu lib.1.inquit, pro clypeo secundæ classi datum est, quòd sine lorica essent,vt scutum & clypei & loricæ loco esset,& totum corpus protegeret.Virgilius,
-scutis protecti corpora longis. Hinc & θυρεὸν Græci vocant,quòd referat similitudinem forium, quæ longiores quàm latiores solent esse. Liu.lib.8,Clypeis antea Romani vsi sunt,deinde postquam facti sunt stipendiarij,scuta pro clypeis fecere. Turnebus.
Æratus clypeus.Sil.lib.15.
Æreus.Virg.12.Æneid.
Ære cauo,Id est æris caui.Virg.3.Æneid. Seruius.
Ardentes clypei,Micantes,fulgentes.Virg.2.Æneid.
Detritus.Silius lib.10.
Fulgens ære.Ouid.8.Metam.
Nubigerus.Papinius,
Quis tibi tum tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos,intactáque cædibus arma? Hoc ex ritu veteri. qui enim prætextam posuerant,ætatis militaris censebantur: primis autem stipendiis clypeum gerebant sine omni argumento & insigni candidum,velut è Virgiliano versu notum est,
Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba. Eos clypeos appellat nubigeros Papinius. Turnebus.
Passus prælia.Ouid.13.Metam.
Saluus. Cic.2. de Finib. Simul atque ipse graui vulnere examinari videret se,vt primum dispexit,quæsiuit saluúsne esset clypeus. De Epaminonda.
Septemplex, Aiacis Telamonij clypeus erat septem coriis boum tectus. Virgil.similem Turno tribuit 12.Æneid.
¶Curuamen clypei.Ouid.12.Metam.
Insigne clypei decorum.Virg.2.Æneid.
Vmbo clypei summus, Media clypei pars extans. Virgilius 2.Æneidos.
¶Auro clypeum accendere, Id est tegere auro splendidissimo instar ignis ardentis.Sil.lib.15.
Cauare clypeum alicuius,id est perforare.Stat.9.Thebaid.
Efferre clypeum sinistra.Virg.10.Æneid.
Excipere ictus clypeo.Ouid.12.Metam.
Ferendo clypeo manus apta.Ouid.1.de Arte.
Flagrare sydereo clypeo,Fulgentem clypeum gestare. Virgilius 12. Æneidos.
Fixos submittere clypeos. Silius lib.5,Id est humeros & caput clypeis tegere.
Insertare sinistram clypeo.Virg.2.Æneid.
Obiicere clypeos ad tela.Virg.2.Æneid.
Opponere clypeum.Ouid.13.Metam.
Remittere.Martial.lib.9.epigr.57,
Loricam,clypeúmque tibi,galeámque remitto.
Resoluere.Ouid.epist.13.
Subligare sinistræ.Virg.11.Æneid.
Sumere.Ouid.8.Metam.
Vestire clypeos cæsis iuuencis, Id est coriis iuuencorum contegere.Stat.lib.1.Achil.
¶Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. Festus.

Clypeo,clypeas,clypeare, Verbum antiquum.Pacuu.Hermiona,
Currum liquit,chlamyde contorta astu clypeat brachium. Author Nonius.

Clypeatus,pen.prod.{ἀσπιδωτὸς} Clypeo munitus.Plautus Curcul.8,Clypeatus elephantum vbi machæra diligit.Sic Agmina clypeata. Silius lib.8. Et Virg.7.Æneid.
Clypeatum incedere.Claud.7.Paneg.

Clysmus, clysmi,Purgatio,lotio,lauamen,clyster. Scribon. Largus, His aluus acri clysmo mane trahenda est.& alibi sæpe apud eundem.

Clyster,huius clysteris, pen.prod.masc.gen. {κλυστὴρ} Medicamentum quod per inferiorem partem, purgandi gratia, in ventrem immittitur. ἀπὸ τῶ κλύζειν,quod est abluere. Plinius lib.20.cap.2,Vrinam mouet in vino dulci, & in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur. Idem, Cucurbita infusa clysteribus intestinorum omnium vitiis medetur. ¶Accipitur itē Clyster pro ipso instrumento quod ad proluenda ventris recrementa sedi inseritur, quóque intestinorum, vt ita dicam, lauamentum aluo inmittitur. Vlpianus l. itē si obstetrix. D.ad leg Aquil.Siquis per vim,vel per suasum alicubi medicamentum infudit,vel ore,vel clystere,&c.
Purgare clystere & vomitu.Sueton.in Nerone,cap.20.
Oricularius clyster.Cels.lib.7.cap.27, Idem humor rosa mistus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est. Oricularius clyster,est infundibulum, per quod medicamenta in aures infunduntur, Græcè ὠτεγχύτης, vt μητρεγχύτης: infundibulum per quod medicamenta in nares infunduntur, & μητρεγχύτης, per quod in vterum. Vide ORICULARIUS.

CLYTEMNESTRA {κλυταιμνήστρα} Tyndari filia ex Leda, vxórque Agamemnonis, & mater Orestis: quæ quum Agamemnonem ab Ægistho adultero interfici curasset,interfecta est & ipsa ab Oreste filio. Ouid.in Elegiis,
Et vindex in matre, patris malus vltor Orestes. Vide AGAMEMNON.

CLYTIA, vel Clytie {κλυτία} Puella fuit ab Apolline adamata quondam: sed quia concubitum Apollinis cum Leucothoe,Orchamo patri Leucothoes prodidisset, patérque iratus viuam defodi natam iussisset: iratus Apollo à conuersatione Clyties in posterum se cōtinuit. Illa verò dolore ob id nimio consumpta,dum cibo potúque sibi temperat, & perpetuo respicit ad Orientem & Occidentem Apollinem, in heliotropium herbam mutata fuit. Fabula est apud Ouidium lib. 4.Metamorph.

CLYTIUS, Iuuenis quidam à Cydone adamatus. Virgilius Æneidos 10,
Dum sequeris Clytiū infelix noua gaudia Cydon. Est & Homero lib.Iliad.20,filius Laomedontis,& frater Priami.

C N E

CNEMIDES(inquit Strabo lib.9) in Thracia sunt secūdum Daphnuntem,locus munitissimus, in quem ex Eubœa Cæneum è regione cōsistit promontorium,in Occidentem spectans,sinúmque Maliacum, &c. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.

Cneoron {κνέωρον} Frutex est coronarius, cuius duo sunt genera,nigrum & candidum. Vtrunque germinat post æquinoctium Autumnale, diúque floret. Hyginus Casiam interpretatur. Vide Plin.lib. 21. cap. 9. Dioscorides item Thymelæam herbam Cneoron & Cneostrum appellat.

Cnephosum,antiqui dicebant tenebricosum. Græci enim κνέφας appellant obscurum. Festus.

Cnestis,idis,penul.corr. {κνῆστις} Laminulam concauam significat,in qua crinibus implexa occultatáque Cleopatram venenum habuisse nonnulli produnt. Vide Cæl.Rhodig.lib.8.cap.12.

Cnecion {κνήκιον} Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus sampsuchum & amaracum vocamus. Quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam quas inter Dioscoridis notha reiiciunt doctiores.

CNEVS {γναῖος} Cognomen apud Romanos: quod quidam à næuo deducunt, præposita c litera. Quum autem id proferebant antiqui,inquit Priscianus,G pro C efferebant.

C N I

Cnicos,vel Cnicus {κνῖκος} herba quam nonnulli cartamum vocant. Dioscor.lib.4. cap.182, Folia habet cnicos oblonga,incisuris diuisa, aspera,aculeatáque,&c.Ruell.lib.3.cap.55, Syluestrem cnecon,cuius caule pro colu priscæ mulieres vtebantur,cartamum syluestrē ostendimus appellari, qui hirsutior, torosiore caule serpit humi, *Carduus benedictus* nunc nominatur. Satiuus, de quo nunc agitur, Cartamus vocatur. Omnes diuulsis ramulis cruentum fundunt liquorem,præsertim messibus. Semine cneci fatiui psittaci nunc aluntur. Cnecon melius quàm cnicon dicitur.nam cnacon, à seminis colore, Theocritus pro candido,vel flauo vsurpat: Democritus & omnino clymici,florem cneci echumenion appellant. Cnecū officinæ norunt cartami,aut croci hortensis nomine.

Cnidos,Herba est Plin.lib.21. cap.16. Vnde Cnidium oleum,quod fit è grano cnidi.

CNIDOS,vel Gnidos, Vrbs Cariæ, vbi Venus colebatur,& promontorium ibidem.

C N O

CNOSSUS {κνωσσὸς} Oppidum est Cretæ insulæ, situm in plano, ambitum XXX.stad.habens, à Lyctia & Gortynia cc.stad.discreta. Hanc valde extollit Homerus, quam ingentem, & Minois regiam vocat. Priscis autem temporibus Ceratus appellabatur,à præla bentis fluuij nomine. Ex Strabo.lib.10.apud quem plura.

C O

COER. Cœrauit. COH. Cohors. ɔ O. vel ɔ. Controuersia. COIUX. vel CO. Coniux. COL. vel CL. Colonia, vel Coloniæ. COL. Coloni, vel Collega. COLL. Collegæ. vel Collegia, Collegium, Coloniæ, Coloni. COLLE. FABR. M. R. Collegio fabrorum militiæ Rauennatis. COM.OB.Comitia Obdriaca, vel Obchiaca. CON.Consularis. CONLIB.Conlibertus.CONIV.Coniunx,vel Coniunxit. CONTVB.Contubernalis. CON. SEN. & EQ. OR. P. Q. R. Consensu senatus, & equestris ordinis,populíque Romani. CONS.Consiliarius: COR.Cornelius. COS.Consul. COSS.Consules. COS.DES. Consul designatus. COSS.DESIG. Consules designati. COS.II. Consul iterum. COS.III. Consul tertium.

CO, Vide COOS.

Coa vestis, siue substantiuè Coa in plurali numero,subtilissimum erat vestis genus ex bombyce,adeò tenue,vt corpus pelluceret.Dictum à Co insula,

Co insula, vulgò *Lango*, in qua & bombycē nasci solere, sicut in Cea insula, author est Plin. lib. 11. cap. 23. Ouid. de Arte amandi,
Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus,
Siue erit in Cois, Coa decere puta. Fuerunt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarent pro hac veste, decepti authoritate Horatij in Satyra,
Altera nil obstat Cois tibi, penè videre est
Vt nudam, Qui profectò error nimium est puerilis, quū Cois ibi non nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eædem & Ceæ vestes dicūtur, à Cea insula, in qua Pamphila Latoi filia, prima rationē inuenit bombycum telas retorquendi, easque rursum texendi, vt testatur Plin. lib. 11. cap. 22. Vide CEA.

Coaccedo, coaccedis, pen. prod. coaccessi, coaccessum {συμπροσέρχομαι} coaccedere, Simul accedere, addi. Plaut. Curcul. 7,
-quia de illo emi virginem
Triginta minis, vestem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ. Id est, simul dedi.

Coaceruo, coaceruas {σωρεύω, συσσωρεύω} coaceruare, Cumulare, congerere, addere. Cic. de Lege Agraria, Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, & cæteros horum similes non modò emere, verumetiam coaceruare possis. Cæs. 2. bel. Gall. His deiectis & coaceruatis cadaueribus.
Coguntur & coaceruantur pecuniæ. Cic. 2. de Lege Agrar. Antè pecuniæ coguntur & coaceruantur, quàm gleba vna ematur.
Construere & coaceruare omnibus modis pecuniam. Cic. de Lege Agraria.
Summas maiores & minores coaceruare. Iabolenus in l. Ita vt. D. mandati, Ita vt omnes summas, maiores & minores coaceruet, &c.

Coaceruatus, pen. prod. {σωρευθείς} Participium. Cic. in Partition. Verisimilia autem partim singula mouent suo pondere, partim etiam si videntur esse exigua per se multum, tamen quum sunt coaceruata, proficiunt.
Multitudo ciuium indignissimo loco coaceruata. Cic. 7. Verr.

Coaceruatio {σώρευσις} Verbale. Cic. in Partition. Atque hæc quidē vtrique maximè in peroratione faciēda: alteri frequentatione argumentorum, & coaceruatione vniuersa.
Actionum omnium coaceruatio. Caius in l. si idem cum eodem. D. de iurisdict. omnium iudic. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum singularum quantitas intra iurisdictionem iudicantis sit, coaceruatio verò omnium excedat modum iurisdictionis eius: apud eum agi posse Sabino, & Cassio, & Proculo placuit.

Coacesco, coacescis, coacui {ἐξοξίζομαι} coacescere, Acidum fieri. Cic. de Senectute, Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit. Cels. lib. 4. cap. 5, Sed si coacuit intus cibus, aut computruit, &c.

Coactilia, numero multitudinis, inquit Egnatius in Iulium Capitolinum, dici videtur pelles, seu lora, quibus inuoluuntur alligantúrve vestimenta, quæ omnia instrumenti viatorij sint. Horum autem Vlpian. D. de auro & argento legato. Largumento in hæc verba meminit. Argumento sunt etiam nationes quædam (veluti Sarmatarum) quæ pellibus tegūtur. Aristo etiam coactilia vesti cedere ait: & tegimenta subselliorum huic legato cedere. Quæ tegimenta Paulus, D. de supellectile legata. l. de tapetis. cathedraria videtur appellasse. Sed dicendum est, potius instrumenti viatorij ea esse, sicut pelles quibus inuoluuntur vestimenta: lora quoque, quibus hæ pelles constringi solent. Quibus verbis extremis Egnatius putat coactilia significari: dicique à cogendo, id est astringendo coarctandóque, coactilia. Inde taberna coactilicia, Iulio Capitolino in Pertinace. Nam, inquit, pater eius tabernam coactiliciam in Liguria exercuerat. Egnatius coactiliariam legit. Bayfius de Re vestiaria, cap. 21, putat ab Egnatio id significari, quod Græci πῖλον dicunt, Itali *valtra*, nos verò *malle*. Fuitque, quum existimaret ea dici coactilia, quæ vulgò *feltra* nuncupamus. Plinius enim lib. 8. cap. 48, Lanæ, ait, & per se coactæ vestem faciunt: & si addatur acetum, etiam ferro resistunt. Cæsar quoque lib. 3. bel. Ciuil. Multi ex nostris vulnerabantur: magnúsque incesserat timor sagittarum: atque omnes ferè milites aut ex subcoactis (alij legunt, ex coactis) aut ex centonibus, aut ex corijs tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent. Legit idem Bayfius apud Capitolinum, tabernam coctiliciam: id est, in qua coquebantur ligna, ne fumum facerent, quorum meminit Vlpianus in l. ligni appellatio. D. de leg. tertio. & de verb. sig. his verbis, Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant. Quæ etiam à Martiale ligna acapna dicuntur. quæ & forsitan coctilia dicuntur à Trebellio Pollione in D. Claudio, in hæc verba, Ligni quotidiani pondo mille, si est copia: sin minus, quantum fuerit: & coctilium quotidiana batilla quatuor. Quæ Iulius Pollux in decimo ξύλα ἄκαπνα appellat.

Coacto, Coactura, Coactor, Coactus, Vide COGO.

Coaddere {συμπροστιθέναι} Simul addere. Cato cap. 47, Sumito tibi surculum durum, eum peracuito, falicem Græcam discindito, argillam vel cretam coaddito, &c.

Coadiicio, coadiicis, pen. corr. coadieci, pen. prod. coadiicere, Simul adiicere seu addere. Colum. lib. 12. cap. 21, Quum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, & ita coadiicitur in binas vrnas ligula cumulata, vel mensura semunciæ bene plenæ salis cocti & triti.

Coadunare {συνενοῦν} In vnum cogere. Plin. Iunior. de Viris illustribus, Ipsi coadunatis pastoribus, ciuitatem condiderunt.
Brachium statuæ coadunare. Vlpianus in l. tigni appellatione. §. idem &. D. ad exhibendum.

Coædificare {συνοικοδομεῖν} Arctè ædificare. vt, Coædificatus locus, cui opponitur Vastus. Cic. in Partitionibus, Culti an inculti: celebres an deserti: coædificati an vasti. Idem Attico, lib. 13, Sermo à Capitone de Vrbe augenda, à ponte Muluio Tyberim duci secundum montes Vaticanos, campum Martium coædificari, illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum. Id est, cum campo Vaticano ædificari: vt ex duobus campis, Martio & Vaticano, qui Tyberi interfluente discludebantur, vnus fieret Martius campus, fossa Tyberis obturata. Et agrum qui est intra montes Vaticanos & Tyberim, quem agrum horti omnem tenebant, appellat Cicero campum Vaticanum.

Coæquus {συμπαρισος} Adiectiuum, pro Æquus. vt, Coæqua pars. Plin. lib. 6. cap. 28, Alias & hæc intonsa: mirumque dictu, ex innumeris populis pars coæqua in commercijs aut latrocinijs degit. Legitur in emendatioribus codicibus æqua.

Coæquare {συνεξισοῦν} Idem quod æquare. Colum. lib. 3. cap. 13, Duabusque gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.
Coæquare gratiam omnium difficile est. Sallust.
Coæquare omnia ad suas iniurias & libidines. Cic. 5. Verr.
Coæquare leges, Id est ius æquabile omnibus statuere. Liuius 3. ab Vrbe, Maiorum merita in Rempub. domi militiæque commemorabat: suum ingenium infelix erga plebem Romanam studium coæquandarum legum causa cum maxima offensione, &c.

Coæqualis, pen. prod. {συνῆλιξ} Idem quod æqualis. Columel. lib. 8. cap. 14, Atque vbi se paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur, & hordeo alitur. De anseribus.

Coæstimo, coæstimas, coæstimare, Simul æstimare. Celsus l. 67. § 1. D. de furt.

Coætaneus {ὁμῆλιξ, ἡλικιώτης} Eiusdem ætatis. Portius Latro in declamatione in Catilinam, Marco siquidem Catoni, aut Scipioni coætaneo suo.

Coæuus {ὁμήλιξ} Eiusdem æui. Cic. in Vatinium, Hunc tu morē ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adolescens inter coæuos fueras? Docti quidam legunt, inter coquos.

Coaggero, coaggeras, penultima correpta, coaggerare. Columella libro 8. cap. 6, de ouis diu seruandis, Deinde eluunt, atque ita paleis aut furfuribus obruunt. Nonnulli solida, multi etiam fresa faba coaggerant: alij salibus integris adoperiunt. Eodem sensu dixit obruunt, coaggerant, adoperiunt.

Coagito, coagitas, penult. corr. {συνδονέω} coagitare. Simul agitare. A quo verbale

Coagitatio {συνκίνησις} Cic. 2. de Natura deorum, Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primum ab ipso spiritu, deinde coagitatione pulmonum. Ita legit Budæus. Quædam exemplaria legunt contagione.

Coagmento, coagmentas {συναρμόζω, συμπήγνυμι} coagmentare, Coniungere. Cic. de Senect. Sed viuendi est finis optimus, cum integra mente, cæterisque sensibus, opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit.
Compositum, compactum & coagmentatum. Cic. 3. de Fin. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manufactis tam compositum tamque compactum & coagmētatum inueniri potest?
Coagmentare pacem. Cic. 7. Philipp. Docebo ne coagmētari quidem posse pacem.
Componere & coagmentare verba. Cic. de Claris Orat. Ipsa verba compone & quasi coagmenta.
Verba verbis quasi coagmentare. Cic. in Orat.

Coagmentatus, pen. prod. {συναρμοσθείς} Participium. Quintil. lib. 8. cap. 6, Non enim recidere, ea nec polire possumus, quę coagmentata se magis iungant.
Concretum, coagmentatum, copulatum, admistum, duplex. Cic. lib. 1. Tuscul. In animi autem cognitione dubitare (nisi planè in physicis plumbei sumus) quin nihil sit admistum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.

Coagmentum {ἁρμός} Coniunctio. Plaut. Mostel. 10,
Viden' coagmenta in foribus?
Coagmentum syllabarum. Gell. lib. 17. cap. 9, Literæ singulariæ, sine coagmentis syllabarum.

Coagmentatio {σύμπηξις} Verbale, Idem. Cic. de Vniuers. Omnis enim coagmentatio corporis vel caloris, vel frigoris, vel aliqua impulsione vehementi labefactatur & frangitur.
Copulatio rerum, & quasi coagmentatio naturæ. Cicero lib. 2. de Nat. deor. Quæ copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.

Coagulum, coaguli, penult. correpta {πυτία} Ea pars viscerum qua ad densandum lac vtimur. Plinius libro 8. cap. 32, de hinnulo, Contra morsus verò præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in vtero occisi.
Coagulum, à coagendo, quod est colligendo. Nonius.
Miscere coagula nouo lacte. Tibull. lib. 2. eleg. 3,
Et miscere nouo docuisse coagula lacte.
Liquefacta coagula. Ouid. 13. Metamorphoseos,
Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.
¶Coagulum, etiam metaphoricè vocatur quicquid coniungit. Gellius libro 12. cap. 1, Vinculum illud, coagulúmque animi atque amoris.

Coagulo, coagulas, pen. corr. {πήγνυμι, τυρόω} coagulare, Constringere, densare: cuius passiuum est Coagulor. Plin. lib. 11. cap. 25, Summa probatio est, vt lac coagulet.
Coagulare aquam. Plin. lib. 20. cap. 23, Tantáque vis ei est, vt aquæ infusa, coagulare eam dicatur. De cannabe.

Coagulatio {πῆξις} Verbale. Plin. lib. 28. cap. 10, Nam id quoque venenū est in prima lactis coagulatione. Idem lib. 23. cap. 118, Contra meconium, lactis coagulationem, &c.

Coaleo, coales, penul. corr. coalui {συμφύομαι} coalēre, Cohærere, concrescere. Plinius libro 14. cap. 2, Vt nisi pinguissimo solo coalere non possit. Liu. 3. bel. Pun. Concordia coaluerant omnium animi. Id est aucti erant.

Coalitus, pen. corr. {συμφυείς} Participium. Gell. lib. 12. cap. 1, Cuius in corpore, cuiusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit.

Audacia coalita. Tacit. Vetustate imperij coalita audacia.
Irreuerentia coalita. Tacit. lib. 15, Coalitam libertate irreuerētiam eo prorupisse frementibus. Ex Budæo.
Libertas coalita. Tacit. lib. 20.

Coalesco, coalescis, coalui, coalitum, pen. corr. {συμφύομαι} coalescere, Idem. Colum. de Arboribus, cap. 27, de surculo oliuæ fissuræ fici aptato, Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ.
Arbor translata in agrum meum si cum terra mea coaluerit. Vlp. in l. hoc amplius. D. de damn. infect.
Plantæ quæ terra coalescunt, solo cedunt. Caius in l. qua ratione. §. 1. D. de acquir. rer. domin.
Coalescere diuersi populi in vnum corpus dicuntur. Liu. lib. 4. Si coalescere, si iūgi, miscerîq; vobis priuatis necessitudinibus possunt.
In vnum sonum coalescere & confundi dicuntur vocales. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Coalescit vulnus. Plin. lib. 9. cap. 51. ad finem.

Coalluo, uis, coalluere, Est per alluuionem aliquid augere. Pompon. de acquir. rer. domin. l. ergo. paulatim coalluendo, locum eminentem supra alueum fecit, & eum alluendo auxit. Alij colluendo legūt.

Coamicus {ὁμόφιλος} coamici, pen. prod. Cic. de Amicitia,
Hodie me ante omnes coamicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissimé. Ex quadam comœdia. Emendati codices habent comicos.

Coangusto, coangustas {στενόω} coangustare. Varro 3. de Re rust. cap. 16, de alueis apum. Sed ita vti quum parum sit qua compleant, eas coangustent: ne in vasto loco & inani despondeant animum. Vide Exiguior, in EXIGVVS.
Coangustare legem. Cic. 3. de Leg. Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum coangustari etiam potest.
Aditum ædium. Vlp. in l. sed addes. §. si inquilinus. D. locat. Si inquilinus arcam æratam in ædes intulerit, & ædium aditum coangustauerit dominus: verius est ex conducto eum teneri, & ad exhibendum actione, siue scit, siue ignorauerit.

Coangustor, coangustaris {στενοῦμαι} Passiuum. Cels. lib. 7. cap. 27, ad finem, Quòd si fistulæ metus ex his causis quas proposui, subesse videbitur, quo facilius claudatur ea, vel certè coangustetur, in anū quoque danda plumbea fistula est.

Coarcto, coarctas {συγκλείω, συστενοχωρέω} coarctare, Astringere, coniungere. Scribitur & Coartare sine c.
Coarctare iter. Liu. 8. bel. Pun. Angustæ fauces coarctant iter.
Coarctare & Dilatare, contraria. Cic. 1. de Orat. Sed tu hoc nobis da Scæuola & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit, & perangustè refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet. Id est quod paucis verbis perstrinxit.
Nox coarctat iter. Ouid. 5. Fastorum,
Cedere festinant, nóxque coarctat iter.
Coarctatus in oppido. Cic. ad Attic. lib. 7, Cn. noster quid consilij ceperit, capiátve nescio: adhuc in oppidis coarctatus.

Coarctatio {συγχώρησις} Verbale. Liu. 7. bel. Pun. Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

Coarguo, coarguis, coargui, coargutum, pen. prod. {κατηλέγχω} coarguere, Redarguere, reprehendere, peccatum alicuius ostendere & prodere. Cic. 2. de Inuent. Aut aliis quoque constitutionibus factum coarguetur.
Desidiam, superbiam, improbitatem alicuius coarguere. Cic. pro Murena, Fuga laboris, desidiam: repudiatio supplicum, superbiam: amicorum neglectio, improbitatem coarguit.
Coarguere, & conuincere. Cic. 6. Verr. Omnibus in rebus coarguitur a me, conuincitur à testibus.
Refellere & coarguere mendacium. Cic. pro Ligario, Hominis nō esset, in tanto discrimine & periculo ciuis, refellere & coarguere nostrum mendacium, &c.
Coarguere reum testibus. Cic. 7. Verr. Reus quū tot testibus coarguare, potes de damnatione dubitare?
Coarguere suam culpam. Cic. ad Attic. lib. 9, Quiescamus ne nostram culpam coarguamus.
Errorem alterius coarguere. Cic. 1. Acad. Errorem eorum qui ita putarunt coarguit.
Coargui criminibus. Cic. 6. Verr.
Auaritiæ coarguere. Cic. 7. Verr. Meum crimen auaritiæ nimiæ te coarguit.
Sceleris coarguere. Plin. lib. 11. cap. 37, Certè extat oratio Vitellij, qua reum Pisonem eius sceleris coarguit.
Coarguere aliquid suspicionibus & coniectura. Cic. de Leg. Agrar. Atque hæc à me suspicionibus & coniectura coarguuntur.
Lituris coargui. Cic. pro Cluent. Digito legata deleuit: & quum id multis locis fecisset, post mortem eius, ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit.
Turpitudine vitæ coarguitur improbitas. Cic. Antequam iret in exilium, Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos sceleratè loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente coarguitur turpitudine vitæ, &c.
Vinci, refelli, coargui putant esse turpissimum. Cic. pro Flacco.
Coarguit eum ea res. Cicero pro Milone, Reliquum est vt iam illum natura ipsius, consuetudóque defendat, hunc autem hæc eadem coarguant.

Coarticulo, coarticulas, pen. corr. Arnob. lib. 1. aduers. gent. Permittant vni ex populo, in officium sermonis dandi, ora coarticulare mutorum, Id est, facere vt muti loquantur articulatè.

Coaspernor, coaspernaris, coaspernatus sum, coaspernari, deponens. Tacit. lib. 17, Laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius, angebat coaspernantes veterem disciplinam.

COASPIS, Vide CHOASPIS.

Coasso, coassas {σανιδόω, σανιδώνω} coassare, Contabulare significat.

Coassatio {σανίδωσις} Verbale, Contabulatio. Plin. lib. 36. cap. 25, Necessarium binas per diuersum coassationes substerni.

COASTRAE {κόαστραι} Populi sunt Indiæ, apud quos arbores vsque ad eó proceræ nascuntur, vt ne sagittæ quidem iactu superari possint. Lucanus lib. 3,
Æthera tangentes syluas liquêre Coastræ.

Coaugmentare. Inde Coaugmentatio verbale. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem, coaugmentatio naturæ, quem non commouet, hunc horum nihil vnquam reputauisse certò scio. In emendationibus codicibus legitur coagmentatio. Vide COAGMENTO.

Coaxo, coaxas, coaxare, Idem quod Coassare.
Coaxare {κοάζειν} etiā dicuntur ranæ quum vocē emittunt, quam probè effingit Aristophanes in ea comœdia quæ inscribitur Ranæ.

Coaxatio, verbale. Est opus axibus constans. Axes enim transuersis tignis impositi contignationum sola fulciunt: ex eo autem opere intertignia constant, quod genus apud nos non est vsitatum. Budæus.

Cobio, Piscis quidam ex genere chombrorum. Plinius lib. 32. cap. 8, Chombrorum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, Septima tithymali species est apud Plin. lib. 26. cap. 8, quæ δενδροειδὴς, hoc est arborescens Dioscoridi cognominatur.

COCALVS {κώκαλος} Siciliæ rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit: insequente Minoe Cretensium rege, quem tandem à Cocali filiabus interfectum esse refert Aristoteles. Ouid. 8. Metamorphoseos,
Iamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat
Dædalon, & sumptis pro supplice Cocalus armis
Mitis habebatur.

COCANICVS, Siciliæ lacus: ex quo salē Cocanicum nominamus. Plin. lib. 31. cap. 7, Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellauimus, necnon & Cyprio maximè simili.

Coccetum, Genus edulij ex melle & papauere factum: quòd ad ignē coquatur. Festus. Beatus Rhenanus in annotat. in Tertull. Coccentum legit.

Coccinatus, Coccinus, Vide COCCVM.

Coccum, cocci {κόκκος βαφική} Est veluti granum quod ex frutice, qui coccus dicitur, ilici simili, vel ex rubenti gramine nascitur: vulgò *granum* dicitur. Plin. lib. 21. cap. 8. Et lib. 9. cap. 41, Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude est. Coccum autem à Dioscoride κόκκος βαφική dicitur. Hoc est granum tinctorium. Frutex est fullonius cui adhærent grana, quibus is color ille lanarū præcipuus, cuius copia summa in ea parte Hispaniæ quæ Tudertania appellatur, vt est author Strabo in decimo. Quidam id esse putant quod nos *cramesinum* dicimus. Baysius.
¶ Coccus, pro Panno coccineo. Plin. lib. 9. cap. 38, de purpuris, Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur, nimiæque eius nigritiæ dat austeritatem illam nitorémque qui quæritur cocci.
Ardenti cocco radiare, Splendida veste indutum esse. Sil. lib. 17.
¶ Coccum diuersum à purpura, clarè intelligitur ex l. si cui lana. §. versicoloribus. D. de legat. 3.

Coccineus, pen. corr. {κόκκινος} Adiectiuum. vt, Coccinei acini. Plin. lib. 21. cap. 31.

Coccinus, penul. corr. {κόκκινος} Aliud adiectiuum. vt, Coccinus color, qui exuberantiam quandam ac splendorem ruboris ostendit. vnde Coccina vestis, cocco infecta.

Coccinum, pen. cor. {κοκκινοῦν} Substantiuum, pro Coccina veste. Martialis lib. 2. epigr. 16,
Si fuerit sanus, coccina quid facient? Idem,
Coccina famosæ donas, & ianthina mœchæ.

Coccinatus, pen. prod. {κοκκινοφόρος} Coccina veste indutus. Martial. lib. 5,
Clamat coccinatus Euclides.

Coccyx, coccycis vel coccygis, pen. corr. {κόκκυξ} Auis est ex genere accipitrum, quanuis aduncis vnguibus careat, verno tempore procedens, & sub Caniculæ exortum sese occultās. Latini Cuculum appellant. Oua parit singula in alienis nidis, & maximè palumbium: cuius rei causa putatur, quòd sciat se reliquis auibus esse inuisam. Vide Plinium lib. 10. cap. 9. Hinc κοκκύζειν Græci dicunt, pro eo quod coccygis more eandem semper ingerere cantilenam, quam & κοκκυσμὸν appellant. ¶ Est & Coccyx piscis cuiusdam nomen apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum vertunt.
¶ Coccyx {κόκκυξ} A medicis os sacro ossi suppositum appellatur, ex cuius lateribus Ilium aliud os dictum enascitur, vt videre est apud Galen. lib. 2. de anatom. administr.

Cochlacæ, Dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem. Festus.

Cochlea {κοχλίας, κόχλος, σεσίλωψ} Propriè testa limacis: licet quādoque pro ipso limace, qui testam habet, accipiatur. Est autē propriè limax, qui sine testa est: Cochlea verò quæ testam habet. Plaut. Pœn. 7,
Vicistis cochleam tarditudine. Cic. 2. de Diuinat.
De cochleis quomodo ali debeant in villa, vide Varr. lib. 3. de Re rust. cap. 14.
Serpere in cochlea. Cels. lib. 8. cap. 10.
Cassa sanguine. In CASSVS.
Altiles cochleæ. Vide Altilis in ALO.
Cauaticæ cochleæ. In CAVVS.
Curuarum domus cochlearum. Stat. 4. Sylu. 9.
¶ Cochlea, in torculari lignum est erectum clauiculatim, id est spirulatim & capreolatim striatum, quod per medium prælum striatū & ipsum, transactum, vertigine sua tollendo, demittendóque prælo inuentum est. Vulgò *vis a torculari* dicitur. Vnde & cochlea in ædificiis dicta, quæ scalæ cochlides etiam dicuntur. ob id sic dictæ, quòd anfractuosæ sint in modum cochlearis testæ, & quòd clauiculata & tornili structura à tricliniis in cœnacula euadant. cuiusmodi ferè sunt in ædificiis Gallicis scalæ. Budæus.
¶ Cochlea. Haustorium organum quod vulgus *pompam* appellat. In medio rota est: quæ dum à calcantibus versatur machina introrsus clauiculatim detorta, inter strias & striges aquas exorbet ex

aquario septo,& retrorsus emittit. Huius autẽ machinæ conficiendæ ratio, à Vitruuio, decimo lib.cap.11. describitur, Est autem, inquit, etiam cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, sed tam altè tollit quàm rota. Ibidem, paulò à fine cap. Et ita cochlea hominibus cal cantibus facit versiones. Vide & lib. 5.cap.vlt.

¶Cochlea, etiam est genus ostij. Varro 2. de Re rust.cap.5, Ostium habere humile, & angustum, & potissimum eius generis quod cochleam appellant, vt solet esse in cauea in qua tauri pugnare solent.

Cochlearium, cochlearij {κοχλιοτροφεῖον} Locus quo reponũtur cochleæ. Varro 3 de Re rust.cap.14, Nam & idoneus sub dio sumendus locus cochlearijs, quem circùm totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras.

Cochleare, penult.prod. vel cochlear, penult.corr.neut.gen. {κοχλιάριον, λίστρον} Instrumentum notum. Martialis lib.14.epigramm.121, de cochleari,

Sum cochleis habilis, sed nec minus vtilis ouis,

Nunquid scis potius cur cochleare vocer? Colum.lib.12.cap.21, Idque quum est aridum factum, molitur, & ex eo molito post salituram musti cochlear cumulatum, vel simile genus poculi eius qui est quarta pars cyathi, adijcitur in binas vrnas.

Cochlearis, & hoc cochleare, pen.prod. Plin.lib.21.cap.27, Tusa hydropicis datur in aqua, cochleari mensura. Nisi fortè scriptũ sit cochleari, pro cochlearij.

Cochlearium, huius cochlearij, Mensura quædam qua medici in potionibus ægrorum vtuntur. erat autem cochlearium maius, & cochlearium minus. Plin. lib. 20. cap. 22, Cum addito mellis sextario rursus decocto ad sextarios duos, si cochlearij mẽsura in die sorbeatur in aquæ cyatho.

Cochlidium {κοχλίδιον} Scala rotunda. Strabo lib.vltimo, Altitudo quædam manu facta, turbinea, petrosæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

Cochone, Dicitur pars infra pudenda, quæ coxis interiacet. Græcorum communi lingua vocatur μεσοχίλιος, quia sit inter crura medius locus, quæ vocant σκέλη. Cæl.Rhodig.lib.4.cap.7.

COCINTHVM, Vide COCYNTHVM.

Cocles, huius coclitis, pen.corr. {μονόφθαλμος} Luscus ab antiquis dicebatur, hoc est qui vnum tantum oculum habebat. Plaut. Curcul.8, Vne ocule salue. c. quæso, derideſne me?

LY. De coclitum prosapia te esse arbitror.

Nam hi sunt vnoculi. Varro de Ling.Lat.lib.6, Ab oculo cocles, vt ocles dictus, qui vnum haberet oculum.

COCLES {κόκλης} Vir Romanus, qui Porsenæ regi, vt docet Liu.lib.2. Decad.1, per sublicium pontem transire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à socijs frangeretur: quo fracto, se cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licet læsus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad suos peruenit. Vnde est illud ab eo dictum, quum ei in comitiis coxæ vitium obijceretur, Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Huius meminit Valer.Max.lib.3.cap.2. Virgil.quoque Æneid.8,

Illum indignanti similem, similémque minanti

Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles. Cic.2.de Legib. Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergóque pontem interscindi iuberet, idcirco minus Coclitem illam rem gessisse tãtam, fortitudinis lege atque imperio putabimus.

Coclis, Capitis est ornamentum, ab similitudine scalarum, vel animalis verbo deriuato. Pollio Trebellius in Zenobia, Ad conciones galeata processit cum Limbo purpureo, gemmis dependentibus per vltimam fimbriam, media etiam coclide, velut fibula muliebri astricta, brachio sæpe nudo. Ex Cæl.Rhodig.lib.6.cap.13.

Cochlites, Gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascũtur, & septem diebus cum melle coquuntur, donec terrenum vitiosúmq; puluerem amittant. Vide Plin.lib.37.cap.12.

Cocolobis, Hispanis vuæ genus est, quam Dyrrhachini basilicam vocant. Eius duo sunt genera, quæ vide apud Plin.lib.14.cap.2.

Coctibilis, Coctilis, Coctiuus, Coquus, Vide COQVO.

COCTIAE, Dictæ sunt Alpes à Coctio rege, Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus est: de quibus meminit Alciatus in libro 15. Corn. Taciti, vbi varia genera Alpium attingit, in hunc modum, Coctias autem existimauerim: quà à Segusio oppido per Centronas itur: tametsi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias esse existimẽt in quibus Bobium vrbs est: quod antiquis authoribus non est probabile. Sed & Coctias appellatas quandoque etiam Iulias non falsò fortasse aliqui tradunt, quòd in eas per Tricaspinos eatur.

Coctilia, Vide COACTILIA.

Coctiones, dicti videntur à cunctatione, quòd in emendis vendendísque mercibus tardè perueniant ad iusti pretij finem. Itaque apud antiquos prima syllaba per V literam scribebatur. Festus.

Coctona, aut Coctana, Vide COTONA. Martial.lib.13,

Si maiora forent coctona, ficus erat.

Coctura, Coctus, & Cocus, Vide COQVO.

COCYNTHVM {κόκυνθον} Italiæ promontorium, quod meridianam plagam spectans, Ionium & Siculum mare discriminat. Polyb.lib.2. & Plin.lib.3.cap.10.

COCYTVS (inquit Seruius) Fluuius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id est lugere. Nam Homerus sic posuit. Est autem locus vicinus Acheronti. Virg.lib.6.Æneidos,

-tenent media omnia syluæ,

Cocytúsque sinu labens circumuenit atro.

Fremitus Cocyti. Cic.1. Tusc. Dic quæso, num te illa terret, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, transuectio Acherontis, &c.

Ater Cocytus errans languido flumine. Horat.2.Carm.ode 14.

Inamœnus. Stat.lib.1.Thebaid.

Iners. Seneca Herc.fur.9,

Palus inertis fœda Cocyti iacet.

Rigens. Seneca Herc.OEth.16,

Non me rigentis stagna Cocyti tenent.

Cocyti amnis seuerus. Virg.3.Georg.

Acheron omnem Cocyto eructat arenam. Virg.6.Æneid. Ad physiologiam hoc figmentum pertinere Seruius ait, quòd qui caret gaudio, sine dubio tristis est. tristitia autem vicina luctui est, qui ex morte procreatur. rectè ergo in Cocytum per stygẽ arenas eructare suas Acherontem fingit Maro.

Cocyti stagna alta. Virg.6.Æneid.

Cocyti limus niger & deformis arundo. Virg.4.Georg.

Fluere dicitur apud inferos Cocytus. Cic.3.de Nat.deor. Ergo etiã Orcus frater eorum deus, & illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegeton, tũ Charon, tũ Cerberus dij putãdi.

COCYTIA {κωκύτια} Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ, quam Pluto rapuit. Author Porphyrio in illud Horat.in Epod. Inultus vt tu riseris cocytia.

C O D

Codam {οὐρά} Veteres dicebant pro Cauda. Varro, Sed vt canis sine coda. Nonius.

CODANONIA, Insula vna est ex Hemodibus in Germania. de qua sic Pomponius Mela lib.3. scribit, Septem Hemodes contra Germaniã proiectæ in illo sinu, quem Codanum diximus. Ex iis Codanonia, quam adhuc Theutoni tenent, vt magnitudine alias, ita fœcunditate antestat. Vide SCANDIA.

CODANVS {κόδανος} Super Albim fluuium ingens sinus, magnis, paruísque insulis refertus in Germania: de quo Plin.lib.4.cap.13.

Codatremula, Vulgò dicitur auis quæ alio nomine Motacilla appellatur. Sipontinus.

CODETA, authore Festo, ager trãs Tyberim, quòd in hoc virgulta nascerentur equinis caudis similia. Sueton. In minore Codeta defosso lacu. Ex hoc autem loco coniicimus & maiorem & minorem Codetam fuisse. Turneb.

Codex, huius codicis, penul.corr. {κόρμος} Id est caudex ex quo cortex extrahitur. Vide CAVDEX. Colum.lib.4.cap.8, Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enascuntur. Ouid.12. Metamorphoseos, Codice qui misso, quem vix iuga bina mouerent

Iuncta, Phonolenidem à summo vertice fregit.

¶Codex robustus, pro Supplicij genere apud Plaut. in Pœn.17.

¶Codicem à Robore diuersum esse censeo, quũ sit ligneus stipes, quem alligati serui qui deliquerant trahebant, cuique insidebãt vincti, qui hodie apud nos appendi solet simiis. Propert.

Codicis immundi vincula sentit anus. Iuuenalis,

Horrida quale facit residens in codice pellex. Significat à matrefamiliàs seruam pellicem malè tractari, & in vinculis habitã lanificio perpetuo fatigari. Quanquam non deest qui, in codice residens, interpretetur vt Cicero dicit Lacedæmonios in Robore accũbere, pro in robusta quernáve sede. Vidi qui codicem in priuatis ædibus aduersus improbos & nequam seruos id esse diceret, quod in carcere publico Robur: quas omnes sententias etiam volui referre, vt inter eas lectores iudicent. Ex Turnebo.

¶Codex {βίβλος} etiã dicitur liber. Cic.3. Verr. Itaque L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit, quòd iste aliter atque vt edixerat, decreuisset.

Extrema cera codicis. Cic.3. Verr. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. in extrema cera est. Perinde ac in vltima tabula, vltima parte tabulæ. Asconius.

Litura codicis. Cic.5. Verr.

Chartaceus. In CHARTA.

Falsus. Cic.3. Verr.

Interlitus. Cic. pro Cluent.

Habere nomina digesta in codicem accepti & expensi. Cic. pro Rosc.Com.

Habere nomen relatum in codicem accepti & expensi. Cicero pro Rosc.Com.

Habere subsortitionem in codice. Cic. pro Cluent. Quòd C. Verres Prætor Vrbanus, homo sanctus & diligens subsortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Instituere codicem. Cic. pro Rosc.Com.

Legere. Cic. in Vatin.

Obsignare. Cic.3. Verr.

Proferre. Cic. pro Rosc.Com.

Recitare. Cic. in Vatin.

Recitare suũ codicẽ testis loco arrogãtiæ est. Cic. pro Rosc.Com.

Recognoscere. Cic. in Vatin.

Referre in codicem. Cic. pro Sylla.

Referre falsum in codicem. Cic. pro Rosc.Com.

Referre nomina in codices. Cic. pro Rosc.Com.

Scribere. Cic. pro Rosc.Com.

Codiculus {βιβλίδιον} Diminutiuum à Codex, dum pro libro ponitur, Paruus codex. Calep.

Codicillus {βιβλίδιον} Diminutiuum, Paruum codicem significat: Codicilli verò numero plurali propriè epistolas significant. Cic. ad Q. frat.lib.2, Epistolam hanc conuitio efflagitarunt codicilli tui. Idem Lepeæ, lib.6. epist.18.

¶Codicillos & Literas multi indifferenter accipiunt. Ego (ait P. Manutius) aliter sentio. Nam codicilli tabellæ ceratę erant, in quibus aliquid stylo aut breuiter aut festinanter scriptũ fuerat. Itaque cõmodissimè iis veteres vtebantur, quũ scribere in codicillis possent vel in cœna, vel in curia, vel in via, vel vbicunque libuisset: charta autem nõ item, in qua scribere sine atramento & calamo non poterant. Neque vnquam in codicillis quicquam esse scriptum reperietur, nisi quũ aut breuiter aut raptim scribendũ esset. Quare literæ erant, quæ in charta scriptæ fuerant: codicilli, tabulæ ceratæ, in quibus aliquid breuitatis vel festinationis causa exarabatur.

In codicillis exarare exemplum. Cic. Pæto, lib.9.26.

Cum codicillis obuiam venire alicui. Seruius Cic.lib.4.12.

Perferre codicillos ad aliquem. Sueton. in Caligula, cap. 55.

¶ Codicilli, sunt etiam diplomata, id est chartulæ complicatæ, & lino traiectæ, obsignatæque. Sueton in Claud. cap. 19, Suppositos, aut etiam palàm immutatos datorum officiorum codicillos. Hermogenianus in l. administrantes. D. de excusationib. tutor. Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, à tutela itémque à cura tempore administrationis delata excusantur.

Fasti codicillorum. Cic. Attico, lib. 4, Vt non minus longas iam in codicillorum fastis futurorum Consulum paginulas habeat, quàm factorum.

Insignia codicillorum auferre. pro Munere publico, honore, & dignitate priuare. Constantinus & Iulianus imperator in l. iudices, de dignitatibus, lib. 12. C.

¶ Codicilli, sunt libelli, in quibus quum quis impeditur necessitate aliqua, ne faciat testamentum, de rebus suis disponit in vltima voluntate. quo autem tempore, & qua ratione ius eorum introductum sit, declaratur titulo de Codicillis, in Institutionibus ciuilibus, Ante Augusti tempora, inquit, constat codicillorum ius in vsu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cuius persona etiam fideicommissa esse cœperunt, codicillos introduxit, &c.

Legare codicillis. Marcellus in l. diui. §. si post testamentum. D. de iure codicillorum.

Codicillaris, & hoc codicillare, pen. prod. Adiectiuum {βιβλιδιακός} vt, Potestas codicillaris Lampridio, Id est quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur. vel quo mandatur munus publicum. in l. iudices, de dignitatibus, lib. 12. C. Budæus.

Codiaminon, Plinio lib. 21. cap. 11, Herba est bis quotannis florens, vere & autumno, æstates atque hyemes fugiens. Ruell. bulbi genus esse existimat, cuius flos Codion appellatur. Vide ipsum libro 2. capite 100.

Codicariæ {κέρκουροι} Naues dictæ sunt, quæ & caudicariæ, quòd è caudicibus, id est lignis crassioribus factæ sint. Varro de Vita Populi Romani, Quòd antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebãt, à quo in Tyberi naues codicarias appellamus. Sallust. Histor. lib. 4, Et quanquam ad id naues codicariæ occultò per hyemem fabricatæ aderant. Sipontinus ex Nonio. Vide Caudex, plurium tabularum, &c.

Codion, Genus lactucæ, à corij similitudine, in petris nascens: comosissimum inter omnes. Sipont. Est & Ruellio Codion bulbi, syluestrium bulborum flos. Scit enim lib. 2. cap. 100, Syluestrium bulborum florem coronis inserucre veteres, anemonem vocantes, post narcissum, vt Theophrastus inquit, exeuntem vere, sed aliam quàm quæ dicitur in phœnij mentione. Græci florem hunc codion bulbi vocant.

Codones, pen. prod. {κώδωνες} Sunt tintinnabula, & quos vulgò *Sonalios* vocamus, ex equorum phaleris propendentes plerunque. Fiebant autem vt plurimùm ex orichalco: vnde in epigrammate legitur, ὀρειχάλκου λάλα κύμβαλα, hoc est ex orichalco garrula cymbala. Codonas ex Græcis nonnulli tubæ partem interpretantur latiorem, quæ fit generis non vnius, quando sunt Libysticæ tubæ, necnon Ægyptiæ, atque item Tyrrhenicæ: quas omnium primus Arichondas opem Heraclidis ferens intulit Græciæ. Ex Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 9.

Codonophori, penult. correpta {κωδωνοφόροι} interpretantur tintinnabula gestantes: quos Anteambulones atratos, & Ferales præcones Latinè appellare possumus. Sunt autem funerum indictores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

CODRVS {Κόδρος} dux Atheniensium fuit, qui orto bello inter Laconas & Athenienses, quum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux periisset: habitu humili profectus est ad hostium vicina tentoria, & illic iurgio eos in suam cædem instigauit, & à nullo cognitus fecit locum oraculo. Hæc Seruius explicãs illud Virgilij, eclog. 5, Incipe Mopse prior, siquos aut Phyllidis ignes, Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri. Idem testatur Cicero lib. 1. Tuscul.

Conseruator ciuitatis Codrus. Cic. 5. de Finib.

Codrus, fuit etiam vir quidam pauperrimus: cuius paupertas prouerbio locum fecit, vt dicamus, Codro pauperior. Iuuen. sat. 3, Tota domus Codri rheda componitur vna. Vide Erasm.

C O E

COECINVM, Oppidum in sinu Scyllaceo Pomponio Melæ libro 2, in descriptione Italiæ, Secundus, inquit, Scyllaceus inter promontoria Lacinium & Zephyrum, in quo est Petilia, Cœcinum, Scyllaceum, Mistræ.

COELA, æ {Κοῖλα} Atticæ regiuncula est, Miltiadis & Thucydidis sepulcris nobilitata, cuius meminit Marcellin. in vita Thucyd.

COELE Syria {Κοίλη συρία} Strabo lib. 16, Tota regio vltra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Cœle Syria appellatur, sed propriè quæ Libano terminatur, & Antilibano. Hactenus Strabo. Nomen sortita est à concauitate, quam Græci κοιλότητα nominant. Nam & κοῖλος, omnis locus cauus dicitur. Populi autem appellantur Græcè κοιλοσυροι. Strab.

Cœlebs, Cœlibatus, Vide CAELEBS suprà.

Cœlestus, Vide CAELESTVS.

Cœliacus {κοιλιακός} Morbus intestinorum, vel portæ inferioris, & extremi ventriculi stomachi qui pylorus Græcis dicitur. Cels. lib. 4. cap. 12, In ipsius verò ventriculi porta consistit is, qui & longus esse consueuit: κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolórque eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritum quidem trãsmittit. Extremæ partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur.

Cœliacus, etiam dicitur is qui cœliaco morbo laborat, cuius exempla creberrima sunt apud Plin. vt lib. 23. cap. 1, Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos iuuat. De nucleis acinorum.

COELIVS mons dictus est, authore Festo, à Cœle quodam ex Hetruria, eo quòd in eo domicilium habuit. Alij aliter. Vide CAELIVS, per æ.

Cœllo, is, diphthongo & gemino ll scriptum, Verbum antiquum, & quo solùm in compositis vtimur, significat percutio aut frango. Præteritum facit ceculi, vel culli, & supinum cultum. Hinc fiunt composita Percœllo, Procœllo, & Recœllo. Percœllo idem est quod percutio, pulso, & frequenter ad animum transfertur. Terent. in Ãnd. Perculsit illicò animum. Procœllo idem est quod propello, vel euerto. Inde Procœlla, de quo suo loco dicemus. Item Recœllo idem quod reclino. Est & Cello sine diphthongo scriptum, de quo vide suo loco.

Cœlomata {κοιλώματα} Medicis rotunda sunt & caua vlcera, bothriis latiora, quæ in oculis circa irim nascuntur. Ex lib. quem vocant Introductionis Galeno adscriptæ.

COELOS, Thraciæ portus est, Atheniensibus & Lacedæmoniis (inquit Mela lib. 2.) nauali acie decernentibus Laconicæ classis signatus excidio. Thucydides lib. 8, pugnam naualem iuxta Abydum Atheniẽsibus cum Syracusanis, & Lacedæmoniis fuisse scribit, Thrasyllo videlicet & Thrasibulo ducibus, insigni parta victoria. Sunt qui ad Alcibiadem referre malint, quem Lacedęmonios vicisse, octoginta nauibus amissis, & propè omnibus eorum ducibus cæsis, Plutarchus, & Iustinus scribunt.

COELOSSA {Κοιλόσσα} Montis nomen est, non procul à Phliunte oppido Phliasiorum, ex cuius parte quadam, quam Carneatem vocari Strabo scribit, Asopus fluuius oritur. Vide eundem lib. Geograph. 8.

Cœlum, li, Vide CAELVM.

Cœmentum, Vide CAEMENTVM.

Cœmeterium {κοιμητήριον} Latinè dicitur Dormitorium: Locus vbi mortuorum corpora conduntur. Sic dictum quòd hæc mors corporis temporaria sit, simúsque omnes resurrecturi. Non inscitè à quibusdam recentioribus dictum est sepulchretum: quo & Catullus vtitur. Dosiades apud Athenæum lib. 4. tradit, quum in omnibus oppidis Cretæ ædes duæ publicæ sint, in quibus communes cœnæ darentur, alterum eorum ædificiorum ἀνδρεῖον vocatum: alterum, quod peregrinis, vt quietem ibi caperent dormiréntque, assignabant, κοιμητήριον appellatum. Loquutus autem est ille de vero somno: quum Christiani homines pro loco in quo μεταφορικῶς somnus capitur, acceperint. Perpetuum enim soporem ob similitudinem, mortémque, conterendæ rei causa, somnum vocabant: cósque qui sepulti forent, dormire dicebant. Vnde postea loca mortuis dicata, & vbi humi corpora sepeliuntur, κοιμητήρια vocarunt.

Cœmo, coemis, pen. corr. coemi, pen. prod. coemptum {συνωνέομαι} coemere, Idem quod emere significat, vel simul emere. Terentius Adelph. 2. 2, Coemisse, hinc quæ illuc veheres multa. Cic. lib. 15. epist. 19, Omnia bona coemit.

Merces coemptas supprimere. Vlp. in l. annonam. D. de extraord. criminibus. Præterea debebis custodire ne Dardanarij vllius mercis sint: ne aut ab iis qui coemptas merces supprimunt, &c. annona oneretur.

Rerum coemptarum pretiis fraudare aliquem. Sueton. in Nerone, cap. 5.

Coemere & vendere aliquid, contraria. Cic. 6. Verr. Quę tum non modò non vendebant, verùm etiam coemebant.

Coemptio {συνωνή} Verbale. Cic. 1. de Orat. Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem eius mulieris quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.

Vsus, Coemptio. Cic. pro Flacco, Nunc audio: sed quæro verũ vsu, an coemptione?

Coemptio quid sit, explicat his verbis Boethius in Topica Cicer. comment. 2, Tribus modis vxor habebatur, vsu, farre, *coemptione.* sed confarreatio solis Pontificibus conueniebat. Quæ autem in manum per coemptionem conuenerant, hæ matresfamiliãs vocabantur: quæ verò vsu, vel farreatione, minimè. Coemptio verò certis solennitatibus peragebatur, & sese in coemendo vicissim interrogabant. Vir ita, an mulier sibi materfamiliãs esse vellet? illa respõdebat, velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamiliãs esse vellet? ille respondebat, velle. Itaque mulier, viri conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ, per coemptionem: & erat mulier materfamiliãs viro, loco filiæ. Hæc Boethius. De Matrefamiliãs vide in Mater.

Facere coemptionem. Cic. pro Murena, Putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias vocari. id est, nuptias per coemptionem. Est enim coemptionem facere, matremfamiliãs iungere viro, in quo mancipium quoddam est, & vtrinque emptio. Eò pertinet quod Virgilius canit lib. 1. Georgicorum, Téque sibi generum Tethys emat omnibus vndis. Quem in locum sic ait Seruius: Ad antiquum morem retulit, quo se maritus & vxor inuicem emebant.

Coemptionalis, pen. prod. Adiectiuum. Curius Cic. lib. 7. epist. 30, Quod quidem si inter senes coemptionales venale proscripserit, egerit non multum. Amerpachius putat rectè scriptum esse in quibusdam libris, emptionales: vbi nonnulli concionales habent, alij coemptionales: & simpliciter significari, senes delectari emptionibus.

Cœna, cœnæ {δεῖπνον, δεῖπνος} & in plurali cœnæ, cœnarum, notum est. Festus, Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium. Vesperna, quam nunc cœnam dicimus. Martialis, Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum.

Cœna, In cœnarum cõuiuiis lautissimis secunda fercula, ipsũmq; velut solidum corpus cœnæ, cœna propriè antiquis dicebatur. Macrob. Ante cœnam echinos, &c. deinde mox, In cœna sumina, sincipat aprugnum. Ex Turnebo.

Deũm cœnæ, pro Dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambrosia victitare crediti sint. Horat. 2. Serm. sat. 6, O noctes, cœnæque deûm, quibus ipse, meique Ante larem proprium vescor.

Lautorum cœnæ. Vide LAVTVS.

Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ. Horatius 2. Carm. ode 14, Absumet hæres Cæcuba dignior

Seruata

Seruata centum clauibus: & mero
Tinguet pauimentum superbo
Pontificum potiore cœnis. Prouerbium est apud Erasmum, Pontificalis cœna.

Caput cœnæ. Id est principium. Cic. 5. Tuscul. Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum.

Fundus & fundamentum cœnæ. Id est totus apparatus. Gel. lib. 17. cap. 8, Eius cœnæ fundus, & fundamentum omne erat in olla vna lentis Ægyptiæ, & cucurbitæ ibi minutim cæsæ.

Impensis cœnarum suffragia plebis venari. Horat. 1. Epist. 20.
Pater cœnæ, Conuiuator, hospes. Horat. 2. Serm. sat. 8.
Cœnarum magister. Martial. lib. 12. epigr. 48.
¶Abundantissima cœna. Sueton. in Nerone, cap. 42.
Ambulans. In AMBVLO.
Antelucanæ. In ANTELVCANVS.
Aspera. In ASPER.
Breuis. Horat. 1. epist. 14.
Centenariæ. In CENTENARIVS.
Cœnæ Cereales. Plaut. Menæch.

Cereales cœnas dat, ita mensas exstruit. Cereales cœnas, inquit Turnebus, appellari suspicor opimas, & lautas, & multis ferculis one ratas, quòd Cerealibus populariter solerent genio indulgere: id quod è Marone intelligi potest sic scribente, In primis venerare deos, atque annua magnæ Sacra refer Cereri, &c.

Cœna dubia, In DVBIVS.
Lautissima. In LAVTVS.
Magna. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Mundæ cœnæ paruo sub lare pauperum. Horat. 3. Carm. ode 29.
Nitida & frugi. Plin. Iunior lib. 3. epist. 1.
Opima. In OPIMVS.

Prior cœna me detinet, id est Apud illum cœno, qui prior me vocauit. Horat. 1. epist. 5,
Et nisi cœna prior, potiórque puella Sabinum
Detinet, assumam. Potest & prior exponi, quasi melior & lautior.

Rara, Id est lautior. Martial. lib. 11. epigr. 53,
Quæ nec Stella solet rara nisi ponere cœna, &c.

Cœna recta, Latinis authoribus cœna est lauta, opipara: vnde & rectè côuiuari. Tranquillus, Sed & côuiuabatur assiduè, nec vnquam nisi rectè & dapsilè. Sic rectè viuere, pro lautè viuere Seneca vsurpauit. Turnebus.

Subita cœna. Seneca Thyeste, 9.

Terrestris, Quæ ex oleribus tantùm apparatur terra natis, nulla carne adhibita. Plaut. in Captiuis, Act. 1. scena vlt. sub finem.

Cœna viatica, Id est aduentitia. Plaut. in Bacchid.
Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam. Veterum hic mos erat, vt peregrè redeuntes conuiuio exciperent amici. Idem, Saluos, inquit, quum peregrè aduenis, cœna detur. Id & de epistola Martialis dixit,
Vt familiarissimas mihi aures tuas excipere aduentoria. Turneb.

¶Ad cœnam aliquem adducere. Cic. 5. Tuscul.
Itare ad cœnas. Cic. Pæto, lib. 10. 14, Te ad cœnas itare desisse, moleste fero.
Inuitare ad cœnam. Vide INVITO.
Ad cœnam mittere. In MITTO.
Redire à cœna. Cic. pro Cælio.
Reuocare aliquem ad cœnas. Cic. Pæto, lib. 10. 14, Vides, vt te philosophando reuocare coner ad cœnas?
Venire ad cœnam. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17.
Vocare aliquem ad cœnam. Cic. ad Att. lib. 6.
Dare cœnam alicui. Cic. Pæto, lib. 9, Sed vide audaciam: etiam Hirtio cœnam dedi sine pauone.
In cœnam. Vide IN.
In cœnas singulas. Vide IN.
In cœna imitari aliquid. Cic. Pæto, lib. 9. 20, Tamen in ea cœna cocus meus præter ius feruens nihil potuit imitari.
Inter cœnam. Vide INTER.
Inter cœnam ludere. Sueton. in Augusto, cap. 71.
Post cœnam vomere. Cic. pro Deiot.
Super cœnam cantare. Sueton. in Nerone, cap. 22.
Super cœnam sumere cibum. Sueton. in Domitiano, cap. 21, Prandebátque ad satietatem, vt non temerè super cœnam præter Mattianum malum & modicam in ampulla potiunculam sumeret.
Super cœnam transfigere multa. Suetonius in Vespasiano, cap. 22, Et super cœnam autem, & semper aliàs comissimus, multa ioco transigebat.

¶Accipere aliquem cœna. Gell. lib. 17. cap. 8.
Adhibere cœnæ aliquem. Sueton. in Claud. cap. 32, Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellulísque nobilibus.
Apparare cœnam. In APPARO.
Apponere. In APPONO.
Capere è rogo. Catul. de Rufa, 55.
Claudere cœnas dicitur cibus, qui in cœna postremus apponitur, vt lactuca solebat apud veteres, teste Martiale. Vide CLAVDO.
Condicere cœnam, & ad cœnam. In CONDICO.
Cœnam dare Plaut. Capt. 8,
-vt mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, quum cara annona sit.
Comitatis exquisitissimæ cœnam dare alicui. Suetonius in Othone, cap. 3.
Ducere cœnã. Id est deducere, perficere, transfigere. Horat. in Arte.
Facere cœnam. Cic. Fam. 9.
Cœnam imperare. In IMPERO.
Indicere. In INDICO.
Oleribus cœnam instruere. In INSTRVO.
Largiri. In LARGIOR.

Ministratur cœna pueris. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Obire cœnas. In OBEO.
Parare. In PARO.
Præbere cœnam aliquot ferculis. Sueton. in Augusto, cap. 74, Cœnam ternis ferculis, aut, quum abundantissimè, senis præbebat, vt nô nimio sumptu, ita summa comitate.
Producere iucundè. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Quærere cœnas, id est appetere. Cic. Pæto, lib. 9. 16, Nec tamen eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum sit & lautum.

¶Cœna, pro loco in quo cœnatur. Plinius lib. 12. cap. 1, Aliud exemplum Caij principis in Veliterno rure mirati vnius tabulata, laxísque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset vmbræ, quindecim conuiuarum ac ministerij capace triclinio, quam cœnam appellauit ille nidum.

¶Recta cœna sportulæ opposita erat. Liberaliores enim diuites ciuiliorésque salutatoribus suis legitimum côuiuium exhibebant, quæ Recta cœna dicebatur: Sordidi autem & maligniores, rectę cœnę loco sportulam tantùm præbebant. Suet. in Domit. cap. 7, Multa etiam in communi rerum vsu nouauit, sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarum rectarum consuetudine. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Iuuenalis sat. 1,
Sed quum summus honor finito computet anno
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,
Et panis fumúsque domi? Budæus.

Cœnula, penultima correpta {δειπνίδιον} Diminutiuum. Cicero 5. Tusc. Quid vos hesterna, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere?
Parua cœnula. Martial. lib. 5,
Parua est cœnula, quis potest negare?
Ad cœnulam inuitare aliquem. Suet. in Claud. cap. 21.
Facere cœnulas. Cicero Pæto, lib. 10. epist. 24, Deinde etiam vereor (licet enim verù dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dediscas, & obliuiscare cœnulas facere.

Cœno, cœnas, cœnaui, & cœnatus sum, cœnatum {δειπνῶ} cœnare. Cicero ad Quintum fratrem, lib. 2. epist. 8, Eo die cœnaui apud Crassipedem.
Apparatius cœnare, In APPARO.
Apud aliquem. Cic. Lent. epist. 2.
Bellè. Martial. lib. 11. epigr. 35,
Cœnabit bellè, non habitabit Aper.
Bene cœnare. Horat. 1. epist. 6. & Catul. epigr. 13.
Melius. Cic. 5. Tusc. Socratẽ ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, quæsitúmque esset ex eo quare id faceret, respondisse se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem.
Ciuiliter. In CIVILITER.
Cœnare foris. Martial. lib. 12. epigr. 19.
Libenter. In LIBET.
Simul. Cic. lib. 2. de Inuent.
Atratum. Cic. in Vatinium, Cedo, quis vnquam cœnauit atratus?
Cœnare cum aliquo. Horat. 1. epist. 7.
Cum toga pulla. Cicero in Vatinium, Quis in funere familiari cœnauit cum toga pulla?
In triclinio. Cic. Att. lib. 13.
In odorem culinæ. Plaut. Pseud. 13.
Cœnare alienum. Plaut. Persa, 15.
Aprum cœnare. Horat. 2. Serm. sat. 3. Sic apud Senecam, de Prouidentia, Cœnare herbas.
Boletos. Mart. lib. 12. epigr. 17,
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Olus. Horat. 2. epist. 2.
Patinas cœnabat omasi Vilis, & agnini. Horatius 1. epist. 16. Alij sic legunt, Tabulas cœnabat omasi, Vilis & agninæ. vt tabulas paropsides intelligant more Græcorum, qui πίνακας vocant. agninæ autem cur, vide suo loco.
Pulmenta. Horat. 1. epist. 19.
Sexcenti cœnant. Martial. lib. 11. epigr. 66.
¶Cœnare malum, per metaphoram. Plaut. Asin. 16,
Ecastor cœnabis hodie, vt dignum est, magnum malum.

Cœnans {δειπνῶν} Participium. Cicero Attico, libro 15, Aduentabat autem [illegible] cœnantibus nobis. Idem F. Tironi, lib. 16. epist. 21.

Cœnatus, penult. prod. {δεδειπνηκὼς} vt pransus, vt potus, vt lotus, id est confecta cœna, inquit Nonius. Cicero ad Atticum, libro 2. 31, Cœnato mihi, & iam dormitanti pridie Calend. Maias epistola est illa reddita. Idem pro Deiotaro, Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?
Cœnatum est apud Vitellios. Liu. 2. ab Vrbe.

Cœnaturio, cœnaturis, pen. corr. cœnaturire, Cupere cœnare. Martial. lib. 11. in Vaceram,
Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœnito, cœnitas, penult. corr. cœnitare, Frequenter cœnare. Cic. Varroni, libro 9. 7, Itaque non desino apud istos qui nunc dominantur, cœnitare.
In publico cœnitare. Sueton. in Nerone, cap. 27.
Eodem argento. Plin. lib. 33. cap. 11. Inuenimus legatos Carthaginiensium dixisse, nullos hominum benignius inter se viuere, quàm Romanos. Eodem enim argento apud omnes cœnitauisse ipsos.
Cœnitare foris. Cicero Trebatio, lib. 7. 16, Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.
Sedentem cœnitare cum aliquibus. Valerius Maximus, libro 2. titulo de Institutis antiquis, Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant.

Cœnaculum, penult. corr. {ὑπερῷον} Locus ad cœnandum in superiori domus parte, vt ait Valla lib. 4.
Cœnaculum. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Vbi cœnabant, cœnaculum

vocitabant. Postquã in superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus vniuersa, cœnacula dicta? Vitruu. lib. 2. c. 8, In ea autem maiestate vrbis & ciuiũ infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo quum recipere nõ posset area plana tantam multitudinẽ ad habitandũ in vrbe, ad auxiliũ altitudinis ędificiorum res ipsa coegit deuenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ contignationibus crebris coaxatæ, & cœnaculorũ summas vtilitates perficiunt & despectationes. Ergo menianis & cõtignationibus variis alto spatio multiplicatis, populus Romanus egregias habet sine impeditione habitationes. Ex his Vitruuij verbis intelligere est, Romana ædificia principio fuisse vnius contignationis, postea multarum. Cui subscribit Varro lib. 4. de Ling. Lat. Ædes, inquit, ab aditu, quòd plano pede adibant. Budæus, Cœnacula sunt loca altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini, vt Iuuenalis satyra decima docuit,

-Lateranorum obsidet ædes

Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles. Id est ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant.

Medianum cœnaculi. Vlpianus in l. Si verò. §. Sed & siquis cœnaculariam exercens. D. De his qui deiecer. vel effuder. Quòd si ex mediano cœnaculi quid deiectum sit, verius est omnes teneri.

Meritorium. Vide MEREO.

In aliena cœnacula se dirigere. Vlpianus in l. Saccularij. D. de Extraordinariis criminibus, Item qui dixtarij appellantur, hoc est ij qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plusquam fures puniendi sunt.

Per cœnacula domum diuidere. Vlpianus in l. Si colius rei. §. Item si domus. D. De vsufructu & quemad.

Diuiso cœnaculo habitare. Vlpian. in l. Si verò. D. De his qui deiecer. vel effuder.

Mutare cœnacula. Horat. 1. epist. 1.

Cœnatio { δειπνητήριον } Locus (inquit Valla lib. 4) ad cœnandum, in imo potius. Erat autem potentiorum, authore Budæo. Iuuenalis, Et algentem rapiat cœnatio solem. Colum. lib. 1 cap. 6, Vrbana rursus in hyberna & æstiua sic digeratur, vt spectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem: cœnationes, æquinoctialem occidentem. Rursus æstiua cubicula spectẽt meridiem æquinoctialem: sed cœnationes eiusdem temporis prospectent hybernum orientem.

Laqueatæ cœnationes. Suetonius in Nerone, cap. 31, Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, vt flores ex fistulis, & vnguenta desuper spargerentur.

Cœnatiuncula, penult. corr. Diminutiuum { δειπνητηρίδιον } Plin. Iunior epist. 95, Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta: ibi paulum retentus in Larium lacum decidit.

Cœnacularius { ὑπερῷος } Qui cœnaculum conduxit. Vlp. l. 11. §. 5. D. de pig. act. Videtur autem tacitè & cum domino ædium hoc cõuenisse, vt non pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria.

Cœnacularia, huius cœnaculariæ { ὑπερῴα } Vnde cœnaculariam facere siue exercere dicebatur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabat, vt inde quæstum faceret pluris in summam locando. Vlpianus in l. Si verò. §. sed & siquis. D. de his qui deiecerunt vel effuderunt, Si quis cœnaculariam exercens modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebuntur quasi in hoc cœnaculo habitantes, vnde eiectum effusúmve est.

Cœnatorium { δειπνῖτις } pro Veste cœnatoria, cum qua discumbere in conuiuiis solebant, quæ & alio nomine triclinaris toga dicebatur. Martialis lib. 10. epigram. 87, -ebriæque noctis

Cœnatoria mittat aduocato.

Cœnatoria repetere. Petronius Arbiter, Cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant.

Cœnaticus, penult. corr. { δειπνικός } Ad cœnam pertinens. vt Spes cœnatica. Plaut. Capt. 8,

Nunc ibo ad portum hinc, est illic mihi vna spes cœnatica.

Cœnipeta, Qui cœnas aliorũ captat, nec cœnat domi libenter. Sipont.

COENEVM, Promontorium Eubœæ Pomponio Melæ, lib. 2, in descriptione insularum maris Mediterranei, Eubœa ad Meridiem promontorium Gereston & Caphareum, ad Septentrionem Cœneum extrudit, & nusquam lata.

Cœnobium { κοινόβιον } Locus vbi communis vita ducitur.

Cœnum, cœni { βόρβορος } Lutum dicitur. Plin. lib. 14. cap. 22, Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno. Vide HARENA. Cic. 4. Tuscul. Sic se dicere omnes stultos insanire, vt malè olere omne cœnum. Horat. 2. Serm. sat. 7,

-& hæres

Nequicquam cœno cupiens euellere plantam.

Odor cœni grauis. Virg. 4. Georg.

Ineluctabile. Statius 9. Thebaidos,

Huc vndæ coeunt, & ineluctabile cœnum.

Tenax. Claud. 2. in Eutrop.

Per vada reptabat cœno subnixa tenaci.

Euellere plantam cœno. Horat. 2. Serm. sat. 7.

¶In tenebris & cœno volui, pro Vitam degere humilem & sordidam. Lucret. lib. 3,

Ipsi se in tenebris volui, cœnóque queruntur.

¶Cœnum, per metaphoram. Cic. pro Domo sua, O cœnum, ô portentum, ô scelus!

Labes atque cœnum. Cic. pro Sextio, Habeo quem opponam labi illi, atque cœno.

Cœnosus, penult. prod. { βορβορώδης } Adiectiuum, Plenus cœno. vt, Lacus cœnosus. Colum. lib. 7, cap. 105. Nec vlla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoso lacu volutari.

COENOSVS, Portus est Strab. lib. 7, Post Orchinium, inquit, extat Posidonium ac Buthrotum in portus ore conditum, quem Cœnosum appellant.

COENOENVM { κοινόηνον } Germaniæ vrbs Ptolemæo. vulgò *Lemberg*.

Coeo { σύνειμι, συνέρχομαι, συνάγομαι, συνέρχομαι } cois, coiui, penultima producta, coitum, penultima correpta, coire, Simul ire, conuenire. Terent. us Eunucho, 3. 4,

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo. Turnebus interpretatur, Coimus, id est cœnamus, epulamur, de symbolis edimus.

Coire, & Dissultare, contraria. Lucret. lib. 3,

Concursare, coire, & dissultare vicissim.

In aliquem locum. Cic. ad Att. lib. 7. epist. 123.

In idem. Seneca lib. 2. de Benef. cap. 29, Et quum quædam nec coire quidem in idem natura patiatur.

Coire in vnum. Virg. 10. Æneidos,

Non aliter sociûm virtus coit omnis in vnum. Vbi Seruius, Vnanimiter omnes fortiter faciũt. Liu. 6. ab Vrbe, Neque se conglobandi, coeundíque in vnum, aut arma capiendi datur spatium.

Immitia placidis coeunt. Horat. in Arte. Hoc est fera & crudelia connectuntur atque coniunguntur cum lenibus ac mitibus.

Millia crabronum coeunt. Ouid. 3. Fast. de Sileno,

Millia crabronum coeunt, & vertice nudo

Spicula defigunt, oráque prima notant.

Par pari coeat, iungatúrque. Horat. 1. epist. 5.

Coit pus. Celsus lib. 2. cap. 8, Siue in magno abscessu multum puris coit, &c.

Regna bina cum populis coisse. Id est ex regnis duobus vnum esse factum. Ouid. 6. Fast.

Coit gelidus formidine sanguis. Virg. 3. Æneid.

Terra coit frigore. Lucret. lib. 6.

Vndæ coeunt. Stat. 6. Thebaid.

Coeunt verba, Mutuis verbis inter aliquos conuenitur. Propert. lib. 3. eleg. 15,

Vix, memini, nobis verba coire decem.

Coeunt inter se. Cæsar 1 belli Ciuil. Reliqui coeunt inter se, & repentino periculo exterriti, sinistras sagis inuoluunt, gladiósque distringunt.

Pectinatim coire. Vide PECTINATIM.

Cornu curuata capita inter se coeunt, Arcus tenditur. Virgilius 11. Æneidos,

Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam

Deprompsit pharetra, cornúque infensa tetendit,

Et duxit longè, donec curuata coirent

Inter se capita.

Cornua Lunæ coeunt, Plenilunium fit. Ouid. 7. Metam.

Coire ad. Plinius lib. 11. cap. 28, Cornua prælonga bisulcis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morsum coeuntibus.

Coire in porticum. Plin. Iunior epist. 5.

¶Coire, pro Glutinari, apud Cels. lib. 2. cap. 10, At arteria incisa, neque coit, neque sanescit.

Cicatrix coit. Plaut. Amphit. 16,

Signo eodem apparet probè, vt primum coiuit cicatrix rufula.

Vulnera coeunt. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4.

Vulnera coeuntia rumpere. Ouid. 4. eleg. 4.

Coire in densitatem. Plin. lib. 35. cap. 15, Spissantur hæc vtraque, & in densitatem coeunt.

Gratia non coit. Horat. 1. epist. 3,

Gratia nequicquam coit, & rescinditur?

Coire in membra. Propert. lib. 3 eleg. 2,

Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem,

Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

Facies in monstrum coit, In monstri speciem componitur. Seneca Hippol. 10.

¶Coire cum aliquo & coniungi, Concordare. Cicero ad Atticum, libro 1. 12, Duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar cum eo coire per Arrium cogitat: & Bibulus cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi.

Cum hoc coire ausus es? Cic. Post reditum in Senatu.

Ius coeundi lege permissum. Callistratus in l. Semper. §. Diuus quoque Pius. D. de Iure immunitatis, Quibusdam collegiis vel corporibus quibus artificij sui causa ius coeundi lege permissum est, immunitas tribuitur, &c.

Coire in fœdera. Virg. 11. Æneidos,

-coeant in fœdera dextræ

Quà datur.

Coire in matrimonium. Paulus in l. Titia. D. de verborum obligat. Titia, quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Seio habenti filiam.

Societatem cum aliquo. Cic. pro Sexto Roscio, Nullámque societatem neque sceleris, neque premij cum homine vllo coieras.

Societatem coire, & Dirimere, contraria. Cic. 2. Philipp. Vtinam Cn. Pompei cum C. Cęsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.

Societatem voluntariam cum aliquo. Cic. pro Quint.

Societatem ad emendum coire. Vlpianus l. Cum duobus. §. Si qui societatem. D. pro Socio, Si qui societatem ad emendum coierit, deinde res alterius dolo, vel culpa empta non sit: pro socio esse actionem constat.

Coire societatem ad obligationem innocentium. Martianus in l. 1. in princ. D. ad l. Cornel. de fals.

Coire societatem de re aliqua. Cic. pro Roscio Amer. Auaritiam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatisq; fortunis cum alienissimo.

Ex partibus societatem coire. Celsus in l. Si coita sit. D. pro Socio, Si coita sit societas, ex iis partibus quas Titius arbitratus fuerit, si Titius antequam arbitraretur decesserit, nihil agitur.

In rem certam emendam, aut conducendam coire societatem. Paulus in l. Actione. §. Si in rem. D. pro Socio.

In tempus

In tempus societatem coire. Paulus in l. Actione. §. Item qui societatem. D. pro Socio.

Ea conditione coire societatem. Pomponius in l. Si societatem. D. pro Socio, Si societatem mecum coieris ea conditione, vt partes societatis constitueres, ad boni viri arbitratum ea res redigenda est.

Societatem alicuius rei coire. Cicero pro C. Rabirio perduellreo, An cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scæuola, cum bonis denique omnibus coire non modò salutis, verumetiam periculi societatem?

Societatem omnium bonorum coire. Paulus in l. Ea verò. D. pro Socio, Quum specialiter omnium bonorum societas coita est, tunc & hæreditas, &c.

Lucri, quæstus, & compendij societatem coire. Paulus in l. Duo societatem. §. Duo colliberti. D. pro Socio.

Vniuersarum fortunarum societatem coire. Vlpianus in l. Si societatem. D. pro Socio, Si societatem vniuersarum fortunarum coierút, id est earum quoque rerum quæ postea cuique acquirentur, hæreditatem cuiuis eorum delatam in commune redigendam.

Societatem periculi vel laboris coire. Cicero Ruffo, lib. 5. 19, Quia communicatio consilij tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officij, vel potius efflagitatio ad coeúdam societatem vel periculi vel laboris.

Re, verbis, & per nuntium coitur societas. Modestinus in l. Societatem. D. pro Socio, Societatem coire & re, & verbis, & per nuntium posse nos dubium non est.

Res coeuntium societatem communicantur. Paulus in l. 1. D. pro Socio, In societate omnium bonorú omnes res quæ coeuntium sunt, continuò communicantur.

¶Coire & congredi dicuntur milites, authore Donato, quum veniunt ad manus.

Ad arma coire. Ouid. 11. Metam.

Sine more, & arte. Stat. 11. Thebaidos,

Hæc pugnæ facies: coeunt sine more, sine arte.

Agmina coeunt. Valer. lib. 8. Argonaut.

Rates coeunt. Valer. lib. 1. Argonaut.

Coeunt in prælia. Valer. lib. 5. Argon.

¶Coitur, penult. prod. Passiuum. Lucanus in secundo,

-multúmque coitur

Humani generis maiore in prælia damno.

Societas coitur. Cic. pro Sext. Rosc.

Coitus, penultima prod. Participium. vt, Societas coita. Vlpianus in l. Vt in conductionibus. D. Pro socio.

Societas maleficij coita. Vlpianus in l. Nec prætermittendum. D. Pro socio.

Ius coeúdi lege permissum. Callistratus in l. Semper. §. Diuus quoque Pius. D. de iure immunitat. Quibusdam collegiis vel corporibus, quibus artificij sui causa ius coeundi lege permissum est, immunitas tribuitur, &c.

¶Coire de re Venerea { βινεῖν, ὀχεύειν. } Plin. lib. 10. cap. 53, Quædam omni tempore coeunt, vt gallinæ. De aurium coitu.

Aues coeunt Ouid. 9. Metamorphoseos,

Vrit oues aries: sequitur sua fœmina ceruum.

Sic & aues coeunt.

Cum pare suo coire. Ouid. 3. Fastorum,

Cum pare quæque suo coeunt volucrésque feræque.

Toro coire. Ouid. 1. de Arte. Subauditur præpositio.

Furtim coire. Ouid. 1. de Remed.

¶Coire { συνίστασθαι } Apud Priscos verbum criminosum erat. Lege enim Cornelia constituta erat accusatio aduersus eos qui in accusationes condemnationésq; coierant. quo capite legis Corneliæ à Sylla sic appellatæ nec plebs nec equester ordo tenebatur: sed Senatores tantùm, & qui magistratus gesserant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Cluentio, hæc extant, Qui Tribunus militum legionibus quatuor primis: quíve Quæstor, Trib. Plebis (& deinceps omnes magistratus enumerantur) quíve in Senatu sententiam dixit. dixerit: qui eorum coit, coierit: conuenit, conuenerit: quo quis iudicio publico condemnaretur, &c.

Coire in lites. Plin. Iunior lib. 5. epist. 14. ad Valerianum, Recitauit libellum disertum & grauem, quo questus est venire aduocationes, venire etiam præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex spoliis ciuium magnos & statos reditus.

Coire de. Cic. pro Domo sua, Collegia mediusfidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc iure firmato, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari & spe largitionis oblata. Id est qui in abdito consilia agitent de euertendis locupletum fortunis. Budæus.

In coeundo. Lucret. lib. 6.

Coiens, coeuntis, Participium { συνιών. } vt, Ripæ vadi coeuntes, id est vadum angustum. Silius lib. 1,

Téque vadi dubium coeuntibus Aufide ripis.

Specum coeunte terra iungere. Seneca Troad. 3,

Repeténsque ditem mersus ingentem specum

Coeunte terra iunxit. Id est hiatum coniungente se terra clausit.

Coibilis, & hoc coibile, penult. corr. Gellius lib. 17. cap. 19. Celeri admodum & coibili oratione, vocúmq; filo tereti, & candido fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione. ¶Eius cópositum Incoibilis, vide suo loco.

Coibiliter, penultima corr. Aduerbium. Apuleius lib. de deo Socratis. in fabula de coruo & vulpe, Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri coibiliter. Idem in Apolog. 1, Ordinatius & coibilius eadem Græcè & Latinè adnitar conscribere.

Coitio { σύνοδος } Verbale. Cicero de Arusp. resp. Verumtamen nocturnis vigiliis & coitione hominum iustitium illud conceptum ac meditatum est. Liu. 3. ab Vrbe, Quum & per coitiones potétiorum iniuria fieret. Puto significare hic coniurationem & conspirationem.

Societatis coitio. Paulus in l. Nulla. D. pro socio, Nulla societatis in æternum coitio est.

¶Coitio, pro actione arcana & factiosa. vnde Coitiones candidatorum. Cic. Q. frat. lib. 3. 17, Quod scribis te audisse in candidatorum Consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factę, quas postea Memmius patefecit, vt nemo bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit, vt his coitionibus interessem, quibus Messala excluderetur.

¶Coitio militum & cógressio, pro ipsa pugna. Terent. Phorm. 2. 2, Senex adest, vide quid agas: prima coitio est acerrima.

Coitus, huius coitus, penult. corr. { συνουσία, συνάφεια, μίξις, ὀχεία. } Plin. lib. 10. cap. 52, Coitus auibus duobus modis, &c.

Monstrifer coitus. Stat. lib. 10. Thebaid.

Nefandi coitus. Seneca Hippol. 2.

Venerius. Gell. lib. 19. cap. 2. Hippocrates autem diuina vir sciétia de coitu Venerio ita existimabat: partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixère. nanque ipsius verba hæc traduntur, τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.

¶Coitus humoris. Celsus lib. 5. cap. 18, Potest verò ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam, omnémque coitum humoris emolliendum.

Coitus Lunæ. pro eclipsi quando scilicet Soli opponitur. Plin. lib. 2. cap. 13.

Coiturus, penult. prod. { συνελευσόμενος } Participium. Ouid. epist. 4,

Nec quia priuigno videar coitura nouerca.

Cobos, Vide Caba.

Cœpio { ἄρχομαι, ὑπάρχομαι, ἐπιχειρέω } Verbum, quo veteres vtebantur pro Incipio. Plaut. Menæch. 20, Neque ego insanio, neque pugnas, neque lites cœpio. Idem Trucul. 5,

-vbi nihil habeat,

Alium quæstum cœpiat.

Nunc præteritum eius verbi tantùm est in vsu, cœpi, cum suis deriuatis, cœperam, cœpissem, cœpero, cœpisse, cœptum ire. Terent. tamen præterito imperfecto subiunctiui vsus est Adelph. 3. 3,

Prius olfecissem quàm ille quicquam cœperet. Quo in loco multi legunt cœperit. At Priscianus libro 10, docet legendum cœperet. Id quod exigit sensus: id est, inciperet. Sallust. in Catil. Sed ea tempestate cœpere se quisque magis extollere.

Melius cœpisti quàm desinis. Ouid. epist. 9.

Cœpit esse primus dies mœnibus. Propert. lib. 4. eleg. 4,

Vrbi festus erat, dixere Palilia Patres:

Hic primus cœpit mœnibus esse dies. Id est eo die primùm cœperunt ædificari mœnia.

Exordium cœpit. Ennius apud Ciceronem de Fato,

Néve inde nauis inchoandæ exordium Cœpisset.

Expugnatio cœpta patratáque. Tacit. lib. 12.

Libertas cœpta. Tacit. lib. 20.

Cœpit imago loqui. Martial. lib. 11. epig. 103,

Portentum est, quoties cœpit imago loqui.

Lingua cœpit esse in quæstu. Quintil. in Procem. lib. 1.

Morbus cœpit crudescere, Validior fieri. Virg. 3. Georgicorum,

Sin in processu cœpit crudescere morbus.

Cœpit odium glandis. Lucret. lib. 5.

Obsidium cœpit. Tacit. lib. 4.

Cœpta est oratio fieri, pro Cœpit. Cic. de Claris Orat. Qua in vrbe primùm se orator extulit, primúmque etiam monimentis, & literis oratio est cœpta mandari.

Cœpere vrbem nouam mapalibus Tyrij. Id est, incœperút vrbem nouam condere mapalibus. Sil. lib. 15,

Fortè dies priscum Tyriis solennis honorem

Rettulerat, quo primum orsi Carthaginis altæ

Fundamenta, nouam cœpère mapalibus vrbem.

Abundare cœpit. Cic. Attico, lib. 1. 2.

Deficere cœpit aliquos fides & res. Cic. 2. in Catilin. Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.

Pœnitet cœpisse. Cicero pro C. Rab. Posth. Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius: vt magis pœniteret cœpisse, quàm licere desistere.

Recipere se cœpit in aliquem locum. Planc. Ciceroni, lib. 10. 15.

Respondere impudenter cœpit. Cic. 3. in Catil.

Ruere cœpit. Cic. Attico, lib. 7.

Sentire cœpi me nocentem esse. Ouid. 1. Amorum, eleg. 7.

Tractare atque agere causas cœpit. Cic. 1. de Orat.

Cœpi cum verbo inchoatiuo. Virg. 3. Georgicorum,

Fluctus vt in medio cœpit quum albescere ponto.

Cœpit, pro incœpit loqui. Virgil. 1. Æneidos,

Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit.

Cœptus sum, pro Cœpi. Cicero de Claris Orat. Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Budæus.

¶Cœpiam, futurum tépus ab eo quod est Cœpi. Cato, Cœpiam seditiosa verba loqui. Inuenitur quoque apud maiores & infinitiui modi cœpere. Festus.

Cœptus, Participium { ἐπιχειρηθείς } vt, Bellum cœptum. Virg. 2. Æneidos,

-cœpti fiducia belli

Palladis auxiliis semper stetit.

Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat. 4 Sylu. 6.

Cœpta carmina tuis iussis. Virg. eclog. 8.

Iter cœptum peragere. Ouid. 1. Fast.

Limite cœpto tendere. Stat. 5. Sylu. 1.

Opus cœptum perficere. Ouid. 4. Fast.

Opus cœptum reuocare, id est iterare & rursus incipere. Ouidius epist. 21,

Et cœptum reuocas pallida semper opus.

Ora cœptis transitum verbis negant. Seneca Hippol. 5.

¶Cœptus, Actiuè sonans. Virg. 6. Æneidos,

Sub pedibus mugire solum,& iuga cœpta moueri Syluarum.

Pecunia cœpta deberi.Cic.1.de Orat. Vt si ille inficiator probasset iudici antè petitam esse pecuniam,quàm esset cœpta deberi.

His cœptis,Participialiter,id est quum hæc incœpta erunt. Virgil. 8.Æneidos, Quid struat his cœptis. Seruius.

Cœpturus { ἀρξόμενος } Quintil.lib.10.cap.1,Nos rite cœpturi ab Homero videmur.

Cœptum, cœpti { ἐπιχείρημα } pro Principio. Ouidius libro 1. Metamorphoseos,

-di cœptis (nam vos mutastis & illas) Aspirate meis.

Audax cœptum.Virgil.1.Georg.

Ferox.Silius lib.11,

Audita asperitate viri,cœptóque feroci.

Immanibus cœptis efferus, Furiatus sæuis cogitationibus. Virgil. 4.Æneidos,

At trepida,& cœptis immanibus effera Dido. Seruius.

Ingentia.Virgil.9.Æneid.

Inuida nox cœptis.Ouid.9.Metam.

Fremitus vanique insania cœpti.Valer.lib.2.Argonaut.

¶Adesse cœptis alicuius dicitur Deus.Ouid.6.Fast.

Annuere cœptis alicuius.Virg.1.Georg.

Aspirare cœptis alicuius.Ouid.1.Metam.

Tædia cœpti capere.Ouid.9.Metamorphoseos,

Vincetur,repetendus erit,ne tædia cœpti

Vlla mei capiam,dum spiritus iste manebit.

Deesse cœptis dicitur qui incœptum non perficit. Statius 10 Thebaidos, Nec deest cœptis.

Manus vltima cœpto defuit.Ouid.2.Trist.

Deficere cœptis.Valer.lib.2.Argonaut.

Desistere cœpto.Seneca Thebaid.1.

Differre cœpta.Ouid.3.de Ponto,eleg.1,

Siquid aget maius,differ tua cœpta.

Exequi.Seneca Hippol.5.

Expugnare,Id est perficere.Ouid.9.Metamorphoseos,

Nam primum (si facta mihi reuocare liceret)

Non cœpisse fuit:cœpta expugnare,secundum est.

Fauere cœptis.Seneca Hippol.4.

Manus vltima cœpto imposita est.Ouid.8.Metam.

Haud segnem cœptis ire,Diligenter cœpta peragere.Silius lib.7.

Mentem cœptis insumere, Est diligenter ad id respicere quod præ manibus habes.Stat.12.Thebaidos,

Terrarum leges,& mundi fœdera mecum

Defensura manus,dignas insumite mentes Cœptis.

Maturare cœpta. In MATVRVS.

Occulere cœpta,Celare deliberationem.Seneca Thyest.

Exitum cœptorum opperiri.Sueton.in Nerone,Reliquum temporis cum magna trepidatione vigilauit, opperiens cœptorum exitum.

Peragere cœptum.Seneca Medea,12.

Pertexere dictis cœptum. Id est institutam orationem absoluere, Lucret.lib.1.

Prohibere cœpta.Silius lib.16,

-angustæ prohibent nunc talia cœpta

Res Italæ.

Referre cœpta,Differre.Valer.lib.3.Argonauticōn,

Cœpta refer:paulúmque nefas & fœdera necte.

Tenere cœpta, Est ab incœpto non desistere. Ouidius 2. de Ponto, eleg.7,

Cœpta tene quæso,nec in equora desere nauem.

Cœptus, huius cœptus { ἐπιχείρησις } Idem. Gell. lib. 2. cap.vlt. Nos verò, vt cœptus noster est.

Appetendi cœptus. Cic.4. de Finibus, Atque ipsa institutio hominis, si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse,vt se conseruaret in ea natura,in qua ortus esset.

Cœpto, cœptas { ἄρχομαι } cœptare, Idem quod incipere. Terentius Eunucho 5.8, Quid cœptas Thraso?

Constringere portus cœptant nautæ.Cic.in Arato,

Sicut quum cœptant tutos constringere portus,

Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ.

¶Cœptare dictis diffidere.Lucret.lib.1.

Arma cœptare. Tacit.lib.12.

Rebellionem.Tacit.lib.3.

Cœptare sub. Plin. lib. 36. cap. 25, Lithostrota cœptauere iam sub Sylla paruulis certè crustis,&c.

Cœptans,Participium { ἀρχόμενος. } Silius lib.15,

Hasdrubal & cœptantem Atabum raptare perempto

Gemmiferi spolium cultus,auróque rigentes

Exuuias,iaculum à tergo perlibrat ad ossa.

Coequitare { συνιππεύω } Simul equitare.Liu.7.belli Maced.Coequitauerant autem sex millia equitum.

Coerceo,coerces,coercui,coercitum,penult.corr. { εἴργω,συνείργω,κατέχω,ἀνείργω } coercere, Ex con, & arceo compositum, Obstare, impedire ne quid fiat. Cic. de Senect. Quam serpentem multiplici lapsu & erratico,ferro amputans coercet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis.

Aquam coercere,pro Arcere.Pomponius in l.Si vsusfructus. D.de aqua pluu. arcend. Non aliter restituisse rem videtur is qui opes fecit,quàm si aquam coerceat.

Aquam pluuiam coercere. Cic.in Top.Genus est,aqua pluuia nocens:eius generis formæ,loci vitio, & manu nocens : quarum altera iubetur ab arbitro coerceri,altera non iubetur.

Coercere carnem supercrescētem.Celsus lib.5.cap.19, Exest etiam vehementer corpus, atque ossa quoque resoluit & supercrescentem carnem coercet.Id quod habet,&c.

Corcere inflammationem. Celsus libro 7.cap.7,Post hæc educenda acus recta est: imponendúmque est lana molli exceptum oui album,& supra quod inflammationē coerceat atque ita deuinciēdum.

Nauseam coercere.Horat.in Epod.9,

Vel quod fluentem nauseam coerceat

Metire nobis Cæcubum.

Nimis redundantes,& superfluentes, & quasi extra ripas diffluentes coercere.Cic.de Claris Orat.

¶Coercere,Refrænare,reprimere.Liu.2.ab Vrbe,Iam propè erat, vt ne Consulum quidem maiestas coerceret iras hominum.

Coercere & resecare. Cicero ad Atticum,libro 1.13,In qua ego nactus (vt mihi videbar) locum resecandæ libidinis & coercendæ iuuentutis.

Coercere & refrænare.Cic.11.Philipp.A progressu coercuit,à reditu refrænauit,&c.Quædam exemplaria legunt arcuit.

Coercere & reprimere.Cicero 1.de Finibus,Qui autem,si maximè hoc placeat, moderatius id volunt fieri,difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel iam missum, coerceri reprimíque potest.

Animos coercere,Moderari impetus animi.Seneca Hippol.2.

Animus coercens vitæ claustra.Lucret.lib.3.

Cupiditates.Cic.lib.1.de Orat.

Improbitatem.Cic.5.Verr.

Interpellatorem.Cic.in Orat.

Iram promptam.Stat.11.Thebaid.

Vi oppressos imperio.Cic.2.Offic.

Ora coercere frænis.Ouid.5.Metam.

¶Dicitur etiam de inanimatis, vt Pudorem, modestiam, pudicitiam, & temperantiam pœnæ aut infamiæ metu coercere Cicero 2. de Finibus.

Arbores coercere.Vlpian.in l.1.D.de arbor.cæd.

Terras coerceat omnes Cæsar.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.

Temeritatem.Cic.2.Tuscul.

Edicto coercere aliquem.Sueton.in Nerone,cap.4, Vt necesse fuerit Augusto clàm frustra monitum,edicto coercere.

Pignoribus ablatis coercere aliquem.Cic.3.de Orat.Hic quum homini & vehemēti & diserto, & in primis forti ad resistendū Philippo quasi quasdam verborum faces admouisset, non tulit ille, & grauiter exarsit,pignoribúsque ablatis Crassum instituit coercere.Id est reprimere vel corrigere captis eius bonis.

Aliquos coercere per.Cicero Attico,libro 5,Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret.

Animaduertere seuerè,& coercere multa. Suet.in Nerone, cap.16, Multa sub eo & animaduersa seuerè,& coercita.

Coercere rapidam orationem.Cicero 2.de Finibus, Quum enim feratur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusque modi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.

Dextra coercet fures.Horat.1.Serm.sat.8.

Hostem coercere armis.Ouid.1.Fast.

Coercere aliquem suppliciis & verberibus, pro Punire & castigare.Cicero 1.in Catil. Vt viri fortes acrioribus suppliciis ciuem perniciosum,quàm acerbissimum hostem coercerent. Idem 3.de Legibus, Magistratus nec obedientem & nocuum ciuem multa, vinculis, verberibúsque coercento.

Contumacia eorum,qui ius dicenti non obtemperāt, litis damno coercetur.Hermogenianus in l.Contumacia.D.de re iudic.

Delicta suppliciis.Horat.1.Serm.sat.3.

Fuste aliquem.Horat.1.Serm.sat.3,

-vellunt tibi barbam

Lasciui pueri,quos tu nisi fuste coerces,

Vrgeris turba circum te stante.

Morte,exilio,vinculis,damno aliquos.Cic.3.Offic.

Pœna metalli coercendus est,Id est puniendus.Vlpian.in l.Sacrilegij.D.ad legem Iuliam peculat.

Terga equorum verbere torto coercere.Seneca Hippol.10.

¶Coercere,Cogere.Author ad Herēnium, Quum alterum sequi, alterum vitare coercemur.

Non solùm supplicem, sed & postulantes coercere. Brutus Ciceroni,16. Ego verò (vt istuc reuertar) is sum qui non modò supplicem,sed etiam coerceam postulantes,vt sibi supplicetur.

Coercere,cum verbo addito, vt Coercere aliquem finire iras. Ouidius 14.Metāmorphoseos,

Iamque deos omnes,ipsámque Æneia virtus

Iunonem veteres finire coercuit iras. Hoc est coegit.

¶Coercere,Pro Imperio agere. Pomponius in l.2.§.Exactis deinde regibus. D. de origine iuris, Solum relictum est eis, vt coercere possent: & in vincula publica duci iuberent. De Consulibus loquitur.

¶Reprehendere & coercere.Cic.4.Acad.Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur,calumnia etiam coercetur.

Litura coercuit carmen.Horat.in Arte, -vos ô

Pompilius sanguis carmen reprehendite,quod non

Multa dies,& multa litura coercuit.

¶Coercere,Colligare,stringere. Ouid.1.Metam. Vitta coercebat positos sine lege capillos.

Spatio arcto coercere aliquem.Ouid.2.Tristium,

Inuida me spatio natura coercuit arcto,

Ingenio vires exiguásque dedit.

Coercere & continere complexu. Cic.2.de Nat.deor. Ipsius verò mundi,qui omnia complexu suo coërcet & continet, natura non artificiosa solùm,&c.

Complexus cæli coercens omnia. Cic. 2. de Natura deorum, Restat vltimus, & à domiciliis nostris altissimus,omnia cingēs & coercens cæli complexus, qui idem Æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi.

Vitta coercuit capillos.Ouid.2.Metam.

¶Bella numeris coercere. Id est belli historiam carmine componere.

nere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8,
Nam modò bella geris, numeris modò bella coerces.
Crines coercere nodo. Horat. 2. Carm. ode 19.
Modico se coercere, Modica re contentum esse. Sen. Hipp. 2,
Et se coercet modico: contrà diuites
Regnóque fulti, plura quàm fas est, petunt.
¶Coercere, pro Conseruare, custodire. Plinius lib. 10. cap. 50, Ex eo cœpimus carcere coercere animalia quibus natura cælum assignauerat.
Nostra custodia feras & volucres coercere. Caius in l. 3. D. de acquir. rer. domin.
Custodia publica coerceri. Callistratus in l. Succurritur. D. ex quibus caus. maior. Quod non solùm ad eum pertinet qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque qui à latronibus vi oppressus, vinculis coerceatur.
Coercitus, pen. corr. Participium (συνεχόμενος) Plinius lib. 12. cap. 1, Produnt Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento Gallias hanc primum, &c.
Vinclis coercita. Ouid. 14. epist.
Clausa domo teneor, grauibúsque coercita vinclis.
Coerctio, & Coertio, Verbale, f. gen. (σύνεξις) Imperium & authoritas qua quis in subditos vtitur. Paulus in l. fin. D. de Officio eius cui mandata est iurisdictio. Mandata iurisdictione priuato, etiam imperium quod non est merum videtur mandari: quia iurisdictio sine modica coerctione nulla est.
Interpellantis coertio. Quint. lib. 9. cap. 2.
Onerare coertionibus asperioribus. Celsus lib. 3. cap. 18. Ex his autem, eos qui intra verba desipiunt, aut leuiter etiam manu peccant, onerare asperioribus coertionibus superuacuum est.
Coercitio, Aliud verbale (ἀναχάσις) Liuius 4. ab Vrbe, Pronuntiauerúntque ex collegij sententia, C. Valerio cos. se damnum, aliámq; coercitionem, aduersus intercessionem collegæ delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse.
Coero, coeras, coerare, Verbum vetus, pro Curare. Verba XII. tab. apud Cicer. lib. 3. De legib. Ast si quid erit quod extra magistratus coeratore vsus sit: qui coeret, populus creato, eíque ius coerandi dato. Sensus legis est, Si extra magistratus aliqua curatione opus sit, curatorem populus creato. Sic ad Attic. lib. 1. epist. 1, Thermus est curator viæ Flaminiæ. Verba XII. tab. suprà citata corruptè leguntur apud Ciceronem.
Coerro, as (συμπλανάομαι) coerrare, pro oberrare Paul. in l. 3. §. 3. D. de offic. Præfect. vigil. Sciendum est, inquit, Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis & dolabris. Vbi tamen Falciatú legi potius debere putat Hotomanus, Id est falcibus muralibus, quibus ædes inflammatæ diruerentur, instructum. Nonnulli & pro coerrare, coerare legendum suspicantur, pro curare: quomodo à muniendo dicuntur vrbium mœnia, à pœna punio, à Pœnus Punicus.
Cœruleus lapis (κυανοῦ λίθος) Officinis Azuli vel Lazuli vocatur. De hoc Dioscorides his verbis, Cœrulei origo ex ærariis metallis in Cypro: copiosior ex arena littorali secundum quosdam subcauatos specus maris inuenitur, qui magis probatur. Eligi debet inebriatus. Vritur vt Chalcitas, lauatur vt Cadmia. Vim habet reprimentem, & modicè erodentem: crustas gignit & exulcerat. Hactenus ille. Huius meminit Plinius, & Galen. lib. 9. simplic. Vide & Matthiol. in Dioscorid. lib. 8. cap. 66.
COERVLEVS, Fontis nomen. Plin. lib. 36. cap. 15, Quippe à lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, vt in omnes vrbis montes leuarentur, influxere Curtius atque Cœruleus fontes. De aquæductibus vrbis Romæ loquitur.
Cœtariæ, arum, Loca iuxta mare stagnante lacu, in quibus Thynni, & alij huiusmodi pisces capiuntur & saliuntur. Plin. lib. 37. cap. 5, Ferunt & in ea insula, tumulo Reguli Hermiæ iuxta Cetarias, marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis.
Cœtus, huius cœtus, m. g. (χορὸς, χορεία, χορηγεῖα, ὅμιλος) Id est conuentus & congregatio. A coeo quidam deduci volunt.
Cœtus scholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Concilium cœtúsque animorum. Cic. de Senect. O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtúmque proficiscar, &c.
Dulces comitum cœtus. Catul. epigr. 43.
Deorum. Stat. 11. Thebaid.
Vitiorum. Cic. in Sallust. Eius enim partis erat exemplar Sallustius: quo tanquam in imam voraginem, cœtus omnium vitiorum excesserat.
Fœmineis cœtibus extat. Id est inter fœminas eminet. Claudian. 5. Paneg.
Cœtus functi. Stat. lib. 8. Thebaidos,
Necdum illum aut trunca lustrauerat obuia taxo
Eumenis, aut furuo Proserpina poste notarat
Cœtibus ad sumptum functis. Hoc est in multitudine & mortuorú hominum numero adscriptum.
Læto cœtu complere aliquem locum. Virg. 5. Æneidos,
-læto complerant littora cœtu.
Monstrifer cœtus. Claud. in Gigant.
Omnia monstrifero complebat tartara cœtu.
Sanctus. Claud. 2. Paneg.
Solennis. Cic. 7. Verr.
Supplex. Stat. 10. Thebaidos,
Tiresian alij lacrymis & supplice cœtu Orant.
Virginei. Stat. 1. Achileid.
Viriles. Ouid. 3. Metam.
Vulgares, Id est turba vulgi. Horat. 3. Carm. ode. 2.
¶In cœtum matronarum meretricem adducere. Cic. 2. de Finib.
Agitare cœtus. In AGITO.
Hominum cœtus celebrare. In CELEBRO.

Aues cœtu cingunt polum. Virg. 1. Æneid.
Colere cætus ciuium. Senec. Hippol. 4.
Committere cœtum alicui. Cic. lib. 3 de Orat. Valde autē est absurdum ei concionem, aut Senatum, aut vllum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, sanus, nemo ciuis, nemo liber esse videatur.
Dimittere cœtum. Cic. 1. in Catil. Hæc ego omnia, vixdum etiam cœtu vestro dimisso, comperi, domum meam maioribus præsidiis muniui, atque firmaui.
Inire cœtus. Cic. 7. Verr. Venire in congregationes & conuentus.
Obscurare cœt' tenebris. Cic. 1. in Catil. Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest, &c.
In cœtu concilióque proferre aliquid. Cic. 2. de Finib.
Concilia, cœtúsque hominum iure sociati. Cic. de Somnio Scipionis. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat, acceptius, quàm concilia, cœtúsque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur.
Soluto cœtu discedunt. Ouid. 13. Metam.
Dicendo tenere hominum cœtus. Cic. 2. de Orator. Nequa fortè dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse videatur.
¶Cœtum vocat Lucretius connexionem & copulam membrorum, cum humoribus, & spiritibus, omnibúsque ex quibus humanú corpus compactum & constitutum est: vt lib. 2,
Nec sic interimit mors res, vt materiai
Corpora conficiat: sed cœtum dissupat ollis. Et lib. 1. elementorum quoque coniunctionem, cœtum vocat,
Omne genus motus, & cœtus experiundo, &c.
COEVS (Κοῖος) Nomen Gigátis, quem pariter & Iapetú & Typhœum quinta luna natos esse dicit Virgilius, quo tempore vetat sumere vllus operis initium, 1. Georgicorum,
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum, quintam fuge: pallibus Orcus
Eumenidésque satæ: tum partu terra nefando
Cœúmque, Iapetúmque creat, sæuúmque Typhœa,
Et coniuratos cælum rescindere fratres.
Coexercitatus, pe. prod. (συγγεγυμνασμένος) à con & exercitat'. Quint. lib. 2. cap. 17, Artem constare ex præceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem vtilem vitæ.

C O G

COGAMVS, Fluuius est Mæoniæ, ad radicem Tmoli montis, de quo Plin. lib. 5. cap. 29.
Cogeonus, Magistratus quidā fuit inter Getas, quo qui fungebatur, vt regi semper adesset oportebat: tantæque dignationis erat, vt diuina mente præditus haberetur. Hæc Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 23.
Coggygria, Arbor est Adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alij arbori euenit. Vide Plin. lib. 13. cap. 22.
Cogito, cogitas, pen. corr. (νοέω, διανοοῦμαι, ἐνθυμοῦμαι, φροντίζω) cogitare, Est mente agitare, & veluti in mora esse consilij explicandi. Cic. 5. Tuscul. Viuere docto viro, est cogitare.
Inter cogitare & deliberare hoc interest: Cogitare, est dubitare: Deliberare, confirmare. Hæc Nonius. Non est perpetua hæc Nonij differentia, neque in vno, neque in altero. nam deliberatum sæpe dicitur pro decreto. Et cogitat de profectione, qui proficisci iam antè constituit.
Labor cogitandi. Cic. de Claris Orat.
Animus cogitat. Lucret. lib. 4.
Mens cogitat. Lucret. lib. 4.
Aliquid cogitare. Cic. pro Milone.
Acutissimè. Cic. 1. Offic.
Commodè. Vide COMMODVS.
Dies & noctes aliquid reputare & cogitare. Cic. pro Deiot.
Multum & diu. Vide MVLTVS.
Mecum cogitare. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5, Cœpi egomet mecum sic cogitare, &c.
Cogites hæc tecum, Tu illos, &c. Terent. Adelph. 5. 3.
Cogitare in animo. Terent. Adelph. 1. 1.
Cogites hoc tu mecum animo. Terent. Adelph. 3. 4.
Toto animo cogitare de aliquo. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.
Cogitare cum animo. Cic. 2. de Lege Agraria, Vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare.
Cogitare ad verbum. Plin. lib. 9. epist. 36. Cogito siquid in manibus, cogito ad verbum, scribenti emendantíque similis, nunc plura, nunc pauciora.
Instituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 2. 1,
Ita sum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum instituere.
Grauiores partes ad cogitandum. Cic. pro Fonteio, Næ multò vestræ maiores grauioresque partes sunt ad cogitandum, quàm ad dicendum meæ.
Sumere spatium vel tempus ad cogitandum. Cicero libro 1. de Oratore.
Nec æquum, ánne iniquum imperet cogitabit. Plaut. Amphit. 4.
Cogita etiam atque etiam. Terent. Eunuch. 1. 1.
Quanto magis, magísque cogito. Terent. Eunuch. 3. 3.
Cernunt, cogitant, sentiunt omnia certiora animi. Cicero 1. de Diuinat.
Cogitare aliam rem ex alia. Terent. Eunuch. 4. 2.
Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare.
Nulla species cogitari potest, nisi impulsu imaginum. Cicero 2. de Diuinat. De imaginibus seu speciebus loquitur, quæ ab rebus prodeuntes, ad oculos vsque pertingunt. de quibus lib. 1. de Finib. sic ait,

Imagines, quæ idola nominant, quorum incursione non solùm videamus, sed etiam cogitemus.

Cogitare, sentire, opinari, expectare aliquid. Cic. 1. de Orat.

¶ Cogitare de aliquo, Eū in memoria habere. Terent. Eunuch. 1. 2, Me expectes, de me cogites.

Cogitare de re aliqua. Cic. de Amic. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, &c.

Vigilantem cogitare de re aliqua. Cic. 2. de Diuinat. Maximæque reliquiæ rerum earum mouentur in animis & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitauimus aut egimus.

Aliquid de re sua Cic. lib. 2. de Orat.

Toto pectore de re aliqua. Cic. Attic lib. 13, De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus: dies adest. Hoc est, dies auctionis, quo Scapulani horti vænibunt.

Nullum tempus agendi & cogitandi de re aliqua prætermittitur. Cic. Lent. lib. 1. 5.

De aliquo & ornamentis eius & commodis cogitare. Cicero Lentulo, lib. 1. 7.

Spe, atque animo de se, & gloria sua cogitare. Cic. pro Rabirio.

Cum solicitudine cogitare de aliquo. Cic. 2. de Diuin. Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine.

De consciscenda morte. Suet. in Claudio, cap. 31, Excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

De pernicie alicuius Cic. pro Flacco.

Cogitare de exeundo. Cic. ad Att. lib. 7, Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exeundo, de totáque re quid existimes.

¶ Humaniter, & sapienter, & amabiliter cogitare in aliquem. Antonius Ciceroni, in epist. ad Att. lib. 14, Sed mehercule si humaniter, & sapiēter & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis, &c.

Britanniam cogitare. Cic. Cassio, lib. 15. 16, Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, eius εἴδωλον mihi aduolabit ad pectus.

Saxa & mōtes. Cic. 2. de Legib. Nihil enim his in locis nisi saxa & montes cogitabam.

Quid cogitet humidus Auster Sol tibi signa dabit. Id est in quam partem se flectat, vtrum ad pluuiam, an ad serenitatem. Virg. 1. Georgicorum.

Fraudem cogitare alicui. Horat. 1. epist. 1,

Non fraudem socio, puero non cogitat vllam Pupillo.

Proscriptiones & dictaturas. Cic. 2. in Catil.

Cogitare suspendium. Martial. lib. 1.

Cogito in Tusculanum: Hoc est quod barbari dicunt, *Existimo & delibero ire in*. Cicero ad Att. lib. 2. 13. Idem ad eundem, lib. 16. epist. 2, In Pompeianum cogitabam, inde Aculanum. Paulo antè dixerat sine præpositione. Sed quoniam Euro villa extrudimus, Brundusium cogito.

Cras cogitare, Subaudi, ire aut discedere. Cic. Att. lib. 9, Hinc verò vulgò vadunt, etiam M. Lepidus, quocum diem conterere solebam, cras cogitabat, &c.

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorem facias. Cic. Attico, lib. 16.

Curare aliquid aut cogitare. Cic. 1. de Orat. Quando enim me ista curasse aut cogitasse arbitramini, non semper irrisisse potius, &c.

¶ Cogitare male. Plin. lib. 18. cap. 5.

Malè cogitare. Id est inuidere, & propè minitari. Cic. de Senect.

Inconditè aliquid. Vide INCONDITVS.

Libidinosè. Cic. 1. Offic.

¶ Cogitare curas. Plautus Milite, 5,

Quemadmodum astitit seuera fronte curas cogitans.

In cogitando, mœrore angor. Plaut. Sticho, 1.

Cogitatum est mihi quid loquar. Plaut. Merc. 7.

Acer & acutus homo in cogitando. Cic. lib. 2. de Orat.

Alicuius vultum, obtutúmque oculorum in cogitando nosse. Cic. lib. 3. de Orat.

¶ Qui alteri nocere cogitat. Hoc est dat operam vt alteri noceat. Cic. 1. Officiorum.

Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem Cogitat. Horat. in Arte.

Cogitans {νοῶν} Participium. vt, Cogitanti assistere. Quintil. libro 1. cap. 1.

Cogitatus, pen. prod. {ἐννοηθείς} Participium.

Parricidium cogitatum, non perfectum. Suet. in Caligula, cap. 12, Quum sint quidam authores, ipsum postea, & si non de perfecto, at certè de cogitato quondam parricidio professum.

Meditatum & cogitatum scelus. Cic. 2. Philipp.

Multum & diu cogitatas res afferre. Cic. de Senect. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, vtróque affero res multum & diu cogitatas, easque tueor animi non corporis viribus.

Bene cogitata respiciat Deus, meditata atque deliberata secundet. Sen. Thyeste, 5.

Cogitatum, Substantiuū {διανόημα}. Cic. 1. de Lege Agraria, Vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

Ex cæteris dictis, factis, cogitatisque Sext. Neuij, quiuis potest intelligere. Cic. pro Quintio.

Perficere cogitata. Cic. pro Deiot.

Cogitatio {ἔννοια, ἐνθύμησις, διαλογισμός} Verbale. Festus, Cogitatio dicta velut coagitatio. Id est lōga eiusdem rei agitatio in eadem mora consilij explicandi. Plin. lib. 11. cap. 37, Sic magna cogitatio obcæcat.

Cogitatione nulla homo. Cic. 4. Verr. Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla, &c.

Sapientis cogitatio. Cic. 5. Tuscul. Sapientis enim cogitatio non fermè ad inuestigandum adhibet oculos aduocatos.

Cogitatio motúsque animi. Cic. 1. Offic. Omnis autem cogitatio motúsque animi, aut in consiliis capiendis, &c.

Transuolans subitò animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12.

Motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. Cicero in Orat.

Species & cogitatio. Cicero Attico, lib. 14, Hæc me species cogitatióque perturbat.

Acerrima atque attentissima cogitatio. Cic. 3. de Orat.

Percutere aliquem inani cogitatione. Cic. pro Milon.

Petere veniam errato ex intimis cogitationibus alicuius. Cicero pro Sylla.

Liberæ cogitationes. Cic. pro Milon.

Mollissimæ. Vide MOLLIS.

Proponere sibi exercitationē in quotidianis cogitationibus. Cic. 1. de Orat.

Tacita. Cic. 3. Offic.

Cogitationes tacitæ iudicum. Quint. lib. 6. cap. 1.

Tacitas cogitationes extimescit. Cic. pro Ligario.

Vigilantes cogitationes insunt in animis. Cic. 2. de Diuin.

Manifestus cogitationis magnæ. Tacit. lib. 15, Atque ipse mœstus, & magnæ cogitationis manifestus erat: quanuis lætitiam vagis sermonibus simularet.

¶ Abiicere cogitationes suas in rem humilem & contemptam. Cic. de Amic. Nihil enim altum, nihil magnificum, ac diuinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem támque contemptam.

Abstrahi cogitatione à solitudine. Cic. 3. Offic. Nos autem qui nō tantum roboris habemus, vt cogitatione tacita à solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curámque conuertimus.

Accipere cogitationes alicuius, Participem fieri cogitationū atque consiliorum ipsius. Catul epigr. 33.

Res ad sensum cogitationémque acerba. Id est si propè perpendas & consideres. Cic. 3. Verr. Vidi simul cum populo Romano forum, comitiúmque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationémque acerbo & lugubri.

Cogitatio afficit sensus. Quintil. lib. 2. cap. 12, Porrò vt frequenter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio.

Auertere cogitationem à miseriis. In AVERTO.

In cogitationem belli regem auertere. In AVERTO.

Ad cogitationem aliquam ab aliqua re animum auocare. Seruius Cic. lib. 4. 5, Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam auoca.

In cogitationem cadere. In CADO.

Colligere cogitatione & cogitationem. In COLLIGO.

Complecti cogitatione absentem. Cic. Pulchro, lib. 3. 11.

Comprehendere aliquid animis, & cogitatione. Cic. pro Flacc.

Comprehendere rationem sensu, aut cogitatione. Cicero libro 3. de Orator.

Intelligere, & cogitatione comprehendere. Cic. 1. Tuscul.

Omnes curas cogitationésque in rem aliquam conferre. Cicero 1. Officiorum.

Conquirere aliquid cogitatione. Cic. lib. 2. de Orat.

Nihil consequi cogitatione. Cic. de Senect.

In studiis cogitationis continere aliquem. Cicero 1. Offic. Agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere.

Conuellere cogitationem. Cic. Famil. 5.

Conuertere se animo, & cogitatione aliquò. Cic. lib. 1. de Orat.

Conuulsa cogitatio. In CONVELLO.

Deducere ad cogitationem. In DEDVCO.

Ad aliquam cogitationem spe deduci. Cic. Cæsari, in epist. ad Att. lib. 9, De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationē, vt te pro tua admirabili & singulari sapientia, &c.

Aliquem defixum esse in cogitatione. Cic. lib. 3. de Orat.

Depingere cogitatione. Cic. 4. Academ. Deinde quum mens moueatur ipsa per sese, vt & ea declarant quæ cogitatione depingimus, &c.

Depingit cogitatione quiduis mens nostra. Cic. 1. de Nat. deo.

Excitare memoriam ad timoris præteriti cogitationem. Cicero pro Sextio.

Exigere cogitationem. Quint. lib. 5. cap. 10.

Cogitatio expectata. Quint. lib. 2. cap. 4, Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix surgendi mora, &c.

Explicare cogitationes. Cic. Att. lib. 10.

Facere summam cogitationum. Cic. Famil. 1.

Fallere spem cogitationum & consiliorum. Cic. lib. 1. de Orat.

Cogitatione suscepti muneris fatigari. Quint in procem. lib. 4.

Fingere aliquid cogitatione. Cic. pro Milone.

Fingere sibi aliquid cogitatione. Cic. 3. de Nat. deor. Et si dea est, dii omnes illi qui commemorabātur à te, Honos, Fides, Mens, Concordia: ergo etiam spes, moneta, omniáque quæ cogitatione nobismetipsis possumus fingere.

Habere cogitationem alicuius rei ad. Cic. in Parad. Quæro enim à vobis, num vllam cogitationem habuisse videantur hi qui hanc Rempub. tam præclarè fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad auaritiam aut, &c.

Immorari honestis cogitationibus. Vide IMMOROR.

Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi. Cic. Cæsari, in epist. ad Attic. lib. 9.

Inducere animum in spem, cogitationémque meliorem. Cicero de Amicit.

Inücere cogitationem alicui. Vide INIICIO.

Iniecta cogitatio de re aliqua. Cic. Attico, lib. 7, Quid si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, &c.

Cogitationem

Cogitationem lectionibus inserere. Quint. in proœmio lib. 6.
Insidet alicui cogitatio. Vide INSIDEO.
Intendere cogitationes. Vide INTENDO.
Interuenit maiori minor cogitatio. Vide INTERVENIO.
Labefactata & conuulsa cogitatio. Vide CONVELLO.
Morari cogitationem. Quint. lib. 1. cap. 1, Tardior stylus cogitationem moratur.
Cogitationis pœnam nemo patitur. Vlpianus in l. Cogitationis. D. de Pœnis.
Percipere cogitatione aliquid. Cic. 1. de Nat. deor.
Percurrere multa animo, & cogitatione. Cic. lib. 1. de Orat.
Ponere tempus in cogitatione. Cic. lib. 3. de Orat.
Seiungere cogitatione aliud ab alio. Cic. 4. Tuscul. Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione seiungere.
Curam & cogitationem suscipere. Balbus Ciceroni, in epistol. ad Attic. lib. 8.
Suscipere cogitationem. Cic. Attico, lib. 14. Quæris vt suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem.
Sustentare mentes cogitationésque. Cic. pro Flac. De spe bonorum omnium (si qua reliqua est etiam nunc) quæ fortium ciuium mentes cogitationésque sustentet.
Traducere à cogitatione. Cic. Famil. 1.
Ad cogitationem valere. Cic. 1. de Nat. deor. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec vllam habent soliditatem, nec eminentiam, &c.
Vt aspectus, ita cogitatio minus valet, siue nimis procul amoueris, siue vehementer propè admoueris id quod oportet videri. Author ad Heren. lib. 3.
In cogitationem aliquam venire & incidere. Seruius Ciceroni lib. 4. 5, An illius vicem credo doles, quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris, & nos sæpe incidimus, &c.
In aliqua cogitatione, ac cura versari. Cic. 2. de Orat.
Versari in auditione & cogitatione. Cic. lib. 2. de Orat.
Cogitatio in vero exquirendo maximè versatur. Cic. 1. Offic.
Versantur in animo meo multæ & graues cogitationes. Cic. 2. de Lege Agrar.
Cogitatio in se ipsa vertitur. Cic. 1. Offic.
Commentationem & cogitationem vincere subitam, & fortuitam orationem. Cic. lib. 1. de Orat.
Tacitis cogitationibus volutare animum. Liu. 9. ab Vrbe, Tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus volutauit animum, eas euocat in medium.
Vti cogitatione ad res quàm optimas. Cic. 1. Offic.
Cogitabilis, & cogitabile, pen. corr. {νοητός.} Seneca epist. 59, Cogitabile est, quod est generale.
Cogitatè, pen. prod. Aduerbium {ἐσκεμμένως.} vt, Cogitatè verba facere. Hoc est præmeditatè. Plaut. Pœnul. 18,
Vt pudicè verba fecit, cogitatè & commodè.
Cogitatè rem suam tractare. Plaut. Trinum. 6,
Minus qui cautè & cogitatè suam rem tractauit pater.
Accuratè & cogitatè scribere. Cic. pro Archia, Quæ verò accuratè cogitatéque scripsisset, ea sic vidi probari, &c.
Cogitatò, Aduerbium {[illegible]} Idem. Cicero 1. Offic. Sed in omni iustitia permultum interest vtrum perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est & ad tempus, an consultò & cogitatò fiat iniuria.
Cogitatim, Aliud aduerbium, pro Cogitatè. Festus.
Cognatus, pen. prod. {συγγενής, συγγενικός, σύμφυής} Adiectiuum, quasi vnà natus. Plin. lib. 11. cap. 37, Ea causa est vt pleræque alituum è manibus hominum oculos potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata sua desideria tendunt. Hoc est sibi proxima, & suæ naturæ quodam modo similia.
Cognatum cælum telluri. Ouid. 1. Metam.
¶Acies cognatas vocat Lucanus à principio libri primi, acies Cæsaris & Pompeij, Id est soceri & generi, quasi cognatorum acies.
Caput cognatum. Ouid. 3. Fast.
Cineres. Catul. Epigr. 63. Id est cognatorum cineres.
Freta. Stat. 1. Achilleidos,
Cognatis vtere fretis.
Mœnia. Ouid. 15. Metam.
Pectora. Ouid. 2. Metam.
Cognata calces, gypsum est. Plin. lib. 36. cap. 24.
Sanguis. Virgil. 12. Æneidos,
Victus amore tui, cognato sanguine victus.
Terræ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. Sic Italiam & Siciliam vocat, vt quæ olim coniunctæ fuerint.
Vires. Claud. 4. Paneg. Id est cognatorum.
Vocabula cognata rebus. Horat. 2. Serm. sat. 3.
Vrbes, Quæ incoluntur à ciuibus eiusdem nationis. Virgilius 3. Æneid.
Mentibus nostris aliquid esse cognatum. Cic. lib. 3. de Orat.
Maximè cognata. Vide MAGIS.
¶Cognati appellantur, quasi vnà communitérve nati, vel ab eodé orti progenitore. Terent. Eunuch. 2. 3,
Patris cognatum, atque æqualem Archidemidem. Donatus in Terentium, Vxoris, cognati sunt: Affines, mariti. Terent. And. 5. 4.
Affines atque cognati alicuius. Cic. Post red.
Amici, & cognati alicuius. Cic. pro Cecinna.
Cognati qui sint, describit Vlpian. in l. 1. D. Vnde cognati, Cognati autem, inquit, appellati sunt quasi ex vno nati: aut, vt Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint.
Voluntarius cognatus. Cic. 4. Verr.
¶Inter agnatos & cognatos hoc interest, quòd in agnatis & cognati continentur: in cognatis non vtique agnati. verbi gratia, Frater patris, id est patruus, & agnatus & cognatus est. matris autem frater, id est auunculus, cognatus est, agnatus non est. Modestinus in l. inter agnatos. D. Vnde legitimi.
Propinqui, cognatíque optimè conuenientes. Cic. pro Sext. Rosc.
Gradatim admittuntur cognati ad bonorum possessioné. Vlpian. in l. 1. §. Gradatim. D. Vnde cognati.
¶Cognatus, Qui eiusdem est generis, etiam si diuersæ sint ætates interiectæ. Sil. lib. 11,
-ille
Dardanius, cui sacra pater, cui nomina liquit
A Ioue ducta Capys, magno cognatus Iulo.
Cognatio, huius cognationis {συγγένεια.} Cic. 7. Verr. Nulla tibi Quinte cum isto cognatio est.
Cognatio, est ius quoddam inter certas personas, quæ natura, vel legis fictione inter se cognatæ sunt, institutum. Eius enim duæ sunt species, naturalis & ciuilis. Naturalis cognatio est, communio sanguinis, quam habent hi inter se qui ex eodem progenitore orti, quasi riuuli ex eodem fonte deducti dimanarunt. Ciuilis autem, quæ per adoptionem contrahitur, non sanguinis, sed iuris communio est, quæ sic fortasse nó incommodè definiri poterit, vt dicatur esse communio eiusdem iuris quod habent hi inter se qui naturaliter cognati sunt, per adoptionem contracta. Sed quoniam ea non vera, sed ficta & adumbrata cognatio est, idcirco definiri neque à Iurisconsultis solet, neque verò satis absolutè potest. Vide Hotom. in comm. verb. iuris.
Dedecus familiæ, cognationis, nominis. Cic. pro Cluent.
Officium cognationis. Quint. lib. 4. cap. 1, Quare in primis existimetur venisse ad agendum ductus officio, vel cognationis, vel amicitiæ.
Amplissima cognatione, & plurimis amicitiis vir. Cic. 4. Verr.
Multis officiis aliquorum vsurpata & comprobata cognatio. Cic. 7. Verr.
Materna cognatio Transalpini generis. Cic. Post red. in Senat.
Naturalis cognatio rerum distantium. Cic. 2. de Diuin.
Patruelis cognatione, amore germanus. Cic. 5. de Fin.
Propinqua. Cic. pro Ligario.
Propinqua cognatione coniunctus. Sueton. in Nerone, cap. 3.
Cognationem facit etiam adoptio. Vlpian. in l. 1. §. Cognationem. D. Vnde cognati.
Capitis diminutione perimuntur cognationes, quæ per adoptionem acquisitæ sunt. Iulian. in l. Capitis. D. Vnde cognati.
¶Per cognationem verbis agere cum aliquo. Cic. Att. lib. 12, Eum multis verbis agere mecum per cognationem quæ mihi secum esset, &c. perscripsit.
Attingere aliquem cognatione. Vide ATTINGO.
Gratiam, amicitiam, cognationémque commemorare. Cic. 4. Verr.
Coniunctum esse cognatione cum aliquo. Cic. 6. Verr.
Habere cognationem cum. Quint. lib. 1. cap. 10, Sed habet maiorem quandam aliam cum arte Oratoria cognationem.
Habere aliquam necessitudinem, aut cognationem cum aliquo. Cic. in Orat.
Cum prædiis alicui esse cognationem. Cic. pro Sylla, Cincius nunquam sibi cognationem cum prædiis esse existimauit suis. Id est, prædia sua nunquam sic amauit, quin à se, si quando opus esset, alienaret.
Iunctus alicui cognatione. Vide IVNGO.
Iungi cognatione naturali cum re aliqua. Cic. 2. de Diuin.
Cognatio & affinitas. Cic. 4 Verr. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat, ita, &c.
Serpit foras cognationibus domus & affinitatibus. Cic. 5. de Finib. Tota domus coniugio & stirpe coniungitur: serpit sensim foras cognationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, &c.
Iura cognationis retinere. Vlpianus in l. 1. §. Cognationem. D. Vnde cognati.
Deorum cognationem agnoscere. Cic. 1. de Nat. deor.
Deorum cognatione tenetur animus. Cic. 1. de Diuin.
Literarum cognatio. Quint. lib. 1. cap. 10.
Cognatio studiorum. Cic. 6. Verr. Quæ cognatio studiorum & artium propemodum non minus est coniuncta, quàm ista qua vos delectamini generis & nominis.
Cognatio Peripateticis cum oratoribus. Cic. 4. Acad. Age, restitero Peripateticis, qui sibi cum oratoribus cognationem esse, qui claros viros à se instructos dicant Rempub. sæpe rexisse?
Cognitor, Vide COGNOSCO.
Cognomen, pen. prod. huius cognominis, pen. corr. {ἐπίκλησις, ἐπωνυμία, ἐπώνυμον.} Dicitur quod ab euentu aliquo imponitur alicui. Cic. 1. de Finib. Neque quum Torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, &c.
Cognomen necessitas primùm excogitauit, quú prænomé & nomen quandoque non satis esse videretur ad homines distinguendos: pòst, vsus & commoditas custodiuit & propagauit. Qui verò agnomen aliud esse à cognomine tradiderunt, ij mihi satis quod sentiunt non probant. ex eorum verò numero grammatici veteres existunt, qui cognomina appellant ea quæ tertio loco, quæ verò præterea adiiciuntur, ea omnia agnomina nuncupant, vt Africanum & Asiaticum. eiusmodi verò opinio facilè locupletissimi authoris Ciceronis verbis refellitur: apud quem animaduertere possumus, ea omnia cognomina dici, quæ etiam quarto loco ponútur. Sic enim ait pro Murena: Quam laudem ille Africa oppressa, cognomine ipso præferebat, eàdem hic sibi ex Asia cognomen assumpsit. Et in Somnio: Eritque cognomen id tibi per te partum, quod nunc habes à me hæreditarium. Idem Diuitem cognomen vocat lib. 2. de Officiis in M. Licinio Crasso, quod tamen quarto loco erat. Ex libro Caroli Sigonij de nominibus Romanorum.
Gradus cognominis. Ouid. 1. Fastorum,
Nec gradus est Fabios supra cognominis vllus.
Hæres cognominis. Ouid. 1. Fast.
Paternum cognomen. Horat. 1. epist. 13.
Extraneo cognomine aliquid demonstrare. Auth. ad Heren. lib. 4.

Optiuum cognomen, pro adoptiuo per aphæresin dixit Horat. lib. 2. epist. 2,
Discedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
Quis, nisi Callimachus? Si plus adposcere visus,
Fit Mimermnus, & optiuo cognomine crescit.
Priscum, Id est vetus. Claud. 2. in Eutrop.
Prisca cognomina locorum. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Clari cognominis vrbs. Virg. 8. Æneidos,
Ascanius clari condet cognominis Albam.
¶ Accipere cognomen. Plin. lib. 33. cap. 10.
Cognomen addere alicui. Liuius 1. ab Vrbe, Cognoménque addidit deo, Iuppiter Feretri. inquit, hæc tibi, &c.
Asciscere alicuius rei. Sil. lib. 1,
Auriferi Tagus ascito cognomine fontis.
Collocare cognomen pro certo nomine. Author ad Herennium, libro 4.
Consenescit cum huius cognomine cognomen Crassi. Cic. Att. lib. 2. 28.
Dare. Plin. lib. 12. cap. 13, Cinnamono proxima gentilitas erat, ni prius Arabiæ diuitias indicari conueniret, causásque quæ cognomen illi felicis ac beatæ dedere.
Tardo cognomen pingui damus, Id est pinguem vocamus tardum. Horat. 1. Serm. sat. 3.
Deligere cognomen ex imaginibus. Cic pro Cluentio.
Dicere cognomine. Virg. 3. Æneidos,
Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.
Dicere cognomine à. Virg. 3. Æneidos,
-Chaonios cognomine campos,
Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit.
Alicuius cognomine dici. Virg. 3. Æneidos,
Immanísque Gela fluuij cognomine dicta.
Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet. Cic. lib. 2. de Inuent.
Sapientis cognomen habere. Cic. de Amic.
Imponere cognomen alicui. Horat. 2. Serm. sat. 3,
-vnde frequentia Mercuriale
Imposuere mihi cognomen compita.
Inuênit cognomen torque detracta Manlius. Cic. 3. Offic.
Manet cognomen alicui. In MANEO.
Partum cognomen hæreditarium erit Cic. de Somnio Scip.
Præ se ferre laudem ipso cognomine. Cic. pro Murena.
Alteri Capitoni cognomen est. Cic. pro Sex. Rosc.
Sumere cognomen ex aliqua re. Cic. 6. Philip.
Trahere ex contumelia. Cic. 3. Philip.
Vti cognomine generis. Cic. pro Cluentio.
¶ Cognomen, Pro epitheto. Suetonius in Caligula, cap. 22, Compluribus cognominibus assumptis: nam & Pius, & Castrorum filius, & Pater exercituum, & Optimus maximus Cæsar vocabatur. Budæus.
¶ Cognomen etiam herbæ additum. Plin. lib. 25. cap 9.
Cognominis, huius cognominis, pen. corr. com. ge. (ὁμώνυμος.) Festus, Cognomines, qui eiusdem sunt cognominis. Plaut. Bacch. 1, Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Plin. lib. 6. cap. 2, Quo loco Henetos adijcit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi postulat.
Cognomentum, huius cognomenti (ἐπώνυμον.) Plautus Milite, 14, Pulcher salue. PY. meum cognomentum commemorauit. Cic. 2. de Finib. Si aut de industria facias, vt Heraclitus cognomento qui σκοτεινός perhibetur, &c.
Accipere cognomentum alicuius. Tacit. lib. 15, Mensísque Aprilis Neronis cognomentum acciperet.
Augeri cognomento. Tacit. lib. 12, Augetur Agrippina cognomen to Augustæ.
Cognomino, cognominas, pen. corr. (ἐπονομάζω) cognominare. Plin. lib. 21. cap. 3, Suario cognominabatur, propter similitudinem Suarij cuiusdam negotiatoris. Idem lib. 29. cap. 1, Alia factio ab experimentis se cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia.
Cognominatus, pen. prod. (ἐπονομαστικός) Participium. Cic. in Partit. Verba ponenda sunt, quæ vim habeant illustrandi, nec ab vsu sint abhorrentia, grauia, plena, sonantia, iuncta, facta, cognominata, non vulgata, superlata, in primísque translata.
Diuites cognominati. Plin. lib. 33. cap. 10, Postea diuites cognominati, dummodo notum sit, eum qui primus acceperit hoc cognomen, decoxisse creditoribus suis.
Cognosco, cognoscis, cognoui, penultima producta, cognitum, penult. correpta (γνώσκω, γνωρίζω, διαγνώσκω, ἐπιγνώσκω) cognoscere, Est (inquit Donatus) diligenter & attentè considerare. Terent. And 3. 4,
Tandem cognosti qui siem. Cæsar 5. bel. Gal. Nihilo tamen secius omnia eius consilia cognosceret.
Cognoscere rectè bonitatem atque prudentiam alicuius. Cic. pro Quintio.
Promptum est cognoscere, Id est, facile est. Ouidius 3. Metamorphoseos,
Vox subitò audita est, neque erat cognoscere promptum
Vnde, sed audita est, &c.
Facilè cognoscere. Lucret. lib. 2.
Memoriter. Vide MEMOR.
Penitus. Vide PENITVS.
Corde. Lucret. lib. 4,
Id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.
Animus cognoscit hæc. Lucret. lib. 2.
¶ Perdisco, cognosco. Cic. 1. de Orat. Perdiscendum ius ciuile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, &c.
Scire, cognoscere, & percipere aliquid. Cic. 1. de Orat.
Studiũ cognoscendæ, percipiendæque virtutis. Cic. lib. 1. de Orat.
Experiendo magis quàm discendo cognoscere. Cic. Lent. lib. 1. 7.
Perspicere & cognoscere rerum naturam. Cic. 1. Offic.
¶ Cognoscere, pro Iurisdictionem exercere. Sueton. in Claudio, Cognoscens in Augusti foro, ictus nidore prandij, quod in maxima Martis æde Saliis apparabatur, deserto tribunali, conscendit ad sacerdotes, &c.
¶ Cognoscere de actis alicuius, Quod vulgus *Informare se* dicit. Cicero ad Att. lib. 16, Lege & senatusconsulto permissum erat, vt de actis Cæsaris cognoscerent, statuerent, iudicarent. Cæsar 7. bel. Gal. In Italiam ad conuentus agendos proficiscitur. Ibi cognoscit de Clodij cæde.
Cognoscere de re aliqua. Cic. 4. Verr. Se de hæreditate velle cognoscere quæ eius filio à propinquo homine Apollodoro Laphirone venisset.
De aliquo cognoscere. Id est de rebus alicuius. Cic. Attic. lib. 5, Habes consilia nostra, nunc cognosce de Bruto.
De salute alicuius. Cic Sulpitio, lib. 4. 4, De Marcelli collegæ tui salute paulo antè, quàm tu, cognouimus.
Ex aliquo cognoscere aliquid. Cic. Cælio, lib. 2. 10, Certissima putabo, quæ ex te cognoro.
De toto statu rerum communium ex aliquo cognoscere. Cicero Lentulo, lib. 1 8.
Optimè ex aliquo aliquid. Cic. Lent. lib. 1. 8.
Cognoscere causas. Virg. 3. Georgicorum,
Felix qui potuit rerum cognoscere caussas.
Causas diligenter, penitúsque. Cic lib. 2. de Orat.
Cognoscere causas alicuius. Cic. ad Att. lib. 11, Prohiberíq; omnes Italia, nisi quorum ipse causam cognouisset.
Cognoscere causas cum aliquo. Cic. 2. Offic. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognouit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui sua amiserant.
Conditionem societatis diligenter cognoscere. Cic. pro Roscio Comœdo.
Tenues curas cognoscere, Discere res minutas & leues. Virgil. Georgicorum,
Possum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenuésque piget cognoscere curas.
Domi ius ciuile cognouerat. Cic. de Claris Orat.
Rationem. Cic. Att. lib. 5.
Ritum sacri cognoscere. Ouid. 6. Fast.
¶ Cognoscere, Verbum pertinens ad iudicem, vt dictum est. Senec. Medea, 4,
Si iudicas, cognosce: si regnas, iube.
Cognoscere instrumenta, Est relegere & recognoscere. Vlpian. in l. Cognoscere. D. de verb. & rer. signif.
De causa cognoscere. Vlpian. in l. Et post edictum. D. de Iudiciis, Non vtique iudex qui de iudicato cognoscit, debet de Prætoris sententia cognoscere.
De vi & proprietate rei cognoscere. Callistratus in l. Si de vi. D. de Iudiciis.
Cognoscere & pronuntiare. Vlp. in l. In peremptorio. D. de Iudiciis, In peremptorio autem comminatur is qui edictum edit, etiã absente diuersa parte cogniturum se & pronuntiaturum.
¶ Cognoscere qualis natura sit montis. Cæsar 1. bel. Gall. Qualis natura montis, & qualis in circuitu ascensus, qui cognoscerent misit.
¶ Cognoscere ex literis, nuntiis, & similibus, pro Intelligere & certiorem fieri. Cic. ad Terent. lib. 14. 5, Cognoui enim ex multorũ amicorum literis, quas, &c. Idem ad Lentul. lib. 1. 5, Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te & literis multorum & nuntiis cognoscere arbitror.
Cognoscere ex annalibus. Cic. in Hortensio.
Ex libris alicuius aliquos cognoscere. Cic. Lucceio, lib. 5. 12.
Aliquid ex re, ex factis alicuius, decretísque cognoscere. Cicero 7. Verr.
Cognoscere casus. Virg. 2. Æneidos,
Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breuiter Troiæ supremum audire laborem.
Clamore aliquid cognoscere. Tacit. lib. 12, Quod vbi clamore cognitum, &c.
¶ Cognosci in optimã partem. Cic. 2. Offic. Facillimè autem & in optimam partem cognoscuntur adolescentes, qui se ad claros & sapientes viros bene consulentes Reipub. contulerunt.
¶ Cognoscere, pro Agnoscere. Terent. Eun. 5. 2,
-ita miserrimus
Fui fugitando nequis me cognosceret. Donatus.
Amores suos cognoscere. Ouid. 4. Metam. Id est amicum suum, vel amicam, de Thisbe quæ Pyramum inueniẽbat gladio pereptum.
Humanitatem alicuius, quòd gratulatus sit, cognoscere. Cicero Lentulo, 1. 7.
Vice sermonis cognoscere aliquem. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. Hoc est ex verbis cognoscere.
Tellus cognoscit alumnos. Stat 4. Thebaid.
Os non cognoscendum. Ouid. 12. Metamorphoseos, & ossa
Non cognoscendo confusa reliquit in ore.
¶ Virum cognouisse dicitur illa quæ cum viro rem habuit. Ouid. epistol. 17,
Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.
¶ Cognoscere, Experiri. Cic. ad Seruium, lib. 13. 21, Hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur.
Virum optimum gratissimũmq; cognoscere aliquem. Cic. Seruio, lib. 13 20.
Diuos præsentes cognoscere, Auxilium diuorum sentire. Virgil. I. ecloga,
Nec tam præsentes alibi cognoscere diuos.
Res humanas contemnentem, & optimè contra fortunã paratum armatúmque cognoscere aliquem. Cic. Lucceio, lib. 5. 13.

In cognoscendo

In cognoscendo. Vide I N.

Perangusto freto diuisa, seruitutis, ac libertatis iura cognoscere. Cic.7.Verr.

Signum cognoscere.Cic.3.in Catil.

De re aliqua cognoscere & statuere.Cic.de Claris Orat.

¶Cognoscere,Inspicere & æstimare. Cic.pro Quintio,Temporis quidem certè vix satis habui, vt rem tantam,tot controuersiis implicatam,possem cognoscere. Budæus.

¶Cognoscite, pro Attentè audite. Cic.4.Verr. Quantam potestatem habuerit,videtis:quas res gesserit,cognoscite.

Ad cognoscendum venire.Cic.1.de Orat.

Virtute cognita, & spectata fide homo amplissimus. Cicero pro Cecinna.

In vtraque fortuna homo cognitus multis signis,& virtutis,& humanitatis.Cic.pro Cecinna.

Habere cognitum aliquid.Cic.in Orat.

In perfacili cognitione versari.Cic.in Orat.

Cognitum, cognitu, Supinum à Cognosco. Festus,Cognitu facilia eadem ratione dicitur,qua dictu facilia,& perspectu,& factu facilia.

Cognitus, pen. corr. Participium {γνωσθείς} vt,Cognitus alicui.Plin. lib.12.cap.4.

Cognitus nomine tantum.Plin.lib.12.cap.21.

Armis cognitus,Bello exploratus.Valer.lib.5.

In multis iudiciis causisque cognitus.Cic.de Claris Orat.

In promptu cognita.Lucret.lib.2.

Acta coniugis cognita Vulcano, Id est adulterium Veneris.Ouid. 2.de Arte.

Vsu non longo cognitus.Ouid.3.Trist.eleg.5,

Idque recens præstas,nec longo cognitus vsu.

Causa liquidò cognita.Ouid.5.Fast.

Causa cognita excusationem accipere. Vlpianus in l. licet. D. de arbitris.

Causa cognita iudicium dare. Paulus in l.sed & si. §. sed & si dies. D.de iudiciis.

Causa cognita æstimare.Scæuola in l.tutor D.de minorib.

Causa cognita probare.Marcel.in l.de ætate.D.de minorib.

Causa cognita statuere.Vlpian.in l.1.§.sed & si agant.D.de iudic.

Bene cognitus ensis.Sil.lib.17.

Fœmina vni viro bene cognita, cui cum solo viro firmum coniugium fuit.Catul.epig.56.

Homo per se cognitus.Cic.de Claris Orat.Qui summos honores homo per se cognitus sine vlla cõmendatione maiorum est adeptus.

Puer puero mihi cognitus.Ouid.4 de Ponto,eleg.12,

Téque canam quacunque nota, tibi carmina mittam

Penè mihi puero cognite penè puer.

Indicio alicuius cognita res.Ouid.2.de Arte.

Perspecta & cognita res.Cic.Lentulo,lib.1.7.

Penitus perspectæ planéque cognitæ res.Cic.1.de Orat.

Virtus cognita.Tibul.lib.4.eleg.1.

¶Cognitus,Auditione perceptus,vt apud Virgil.2.Æneidos,

Tempore iam ex illo casus mihi cognitus vrbis,&c.

Error cognitus. Propert.lib.3.eleg.15.

Cognitus, Adiectiuum nomen {γνωτός} vt, Incognita pro cognitis ne habeamus,vitandum.Cic.1.Offic.

Cognitior {γνωστότερος} Id est magis notus.Ouid.4 Trist.eleg.5,

Nec tam nota mihi,quàm sunt mala nostra fuerunt:

Sed magis hæc,quò sunt cognitiora,grauant.

Cognitissimus.Superlatiuum {γνωστότατος} Catul.epig.4,

Tibi hæc fuisse & esse cognitissima

Ait Phasellus.

Cognitio {γνῶσις,γνώρισις,ἐπίγνωσις} Verbale.Cic.1.Acad.Cælestia autem vel procul esse à naturæ cognitione censeret.

In causæ cognitione versari.Vlpian.in l.hæredibus.D.de dolo.

Deorum cognitionem capere. Cic.2. de Nat. deor.Quæ primùm eos humo excitatos,celsos & erectos constituit,vt deorum cognitionem cælum intuentes capere possent.

Manca cognitio naturæ. In M A N C V S.

Cognitio contemplatióque naturæ manca quodammodo atque inchoata sit,si nulla actio rerum consequatur.Cic.1.Offic.

Gratior cognitio poetarum.Quintil.lib.1.cap.1.

Necessaria cognitio rerum occultarum, aut admirabiliũ ad beatè viuendum.Cic.1.Offic.

Attingere cognitionem rerum.Cic.1.Offic.

Multa cognitio rerum inde venit.Quintil.lib.2.cap.4.

In rerum cognitione versari.Cic.1.Offic.

Cognitio & iudicium.Cic.Capitoni,in Epist.ad Attic.lib.16.Plancus ipse pro ingenio & prudentia sua non sit dubitaturus quin decretum Consulum quorum lege & Senatusconsulto cognitio & iudicium fuit,conseruet.

¶Genus cognitionum labefactatum. Cic. Capitoni, in Epist. ad Attic. lib.16, Præsertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæsaris in dubium ventura videantur.

¶Imago cognitionis. Tacit.lib.3. Id est species.

Studium cognitionis vincit consociatio hominum atque societas. Cic.1.Offic.

Vis mirabilis rationis, & cognitionis, & scientiæ, virtutúmque omnium est in mente.Cic.5.de Finib.

¶Prætoria cognitio.Quintil.lib.3.cap.6. Aliis est cap.8. Non debes apud Prætorem petere fideicommissum, sed apud Consules:maior enim Prætoria cognitione summa est.

Soliuaga & ieiuna. Cic. 1. Offic. Nisi ea virtus quæ constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum,soliuaga cognitio & ieiuna videatur.

Accipere ad cognitionem. In A C C I P I O.

Adducere in cognitionem. In A D D V C O.

Cognitionem amplexari. In A M P L E X O R.

Capere cognitionem. Cic.2.de Nat.deor.

Cognitione & scientia continetur officium aliquod.Cic.1.Offic.

Dare cognitionem aliquarum rerum aliquibus. Cic. Capitoni, in Epist.ad Attic.lib.16.

Ex cognitione ducuntur officia naturæ.Cic.1.Offic.

Habere cognitionem faciliorem.Cic.5.de Finib.

Inserere causæ cognitionem. Vlpianus in l. si quis. §. merito. D. de dolo.

Dignum cognitione.Cic.1.Offic.& lib.2.

Cognitionem prudentiámque sequitur considerata actio. Cic. 1. Officiorum.

¶Dies cognitionis, quo iudex aliquos in ius vocat,vulgò *assignationis* dicitur: quandoquidem eo ipso debet de causa cognosci. Vlp. in l.& post edictum.D.de iudiciis,Quòd si is qui edictum peremptorium impetrauit,absit die cognitionis,&c.

Sustinere cognitionem. Vide Sustinere pro differre.

Cognitor, pen.corr. {γνωστήρ,γνώμων,δικαστής} olim dicebatur, qui nunc procurator iudicialis. Cic. 1.Verr. Me defensorem calamitatum suarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causæ totius esse voluerunt.

Cognitor est, vt Festus ait,qui litẽ alterius suscipit corãm ab eo cui datus est.Procurator autem absentis nomine actor fit. Asconius in Diuinationem, Qui defendit(inquit)alterũ in iudicio,aut patronus dicitur,si orator est:aut aduocatus,si aut ius suggerit,aut præsentiam suam commodat amico:aut procurator, si negotium suscipit:aut cognitor, si præsentis causam nouit,& sic tuetur vt suam. Ergo cognitorem Cicero appellauit familiarissimum defensorem. Hactenus Asconius. Cicero pro Roscio Comœdo, Quid interest inter eum qui per se litigat,& qui cognitorem dat? qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus. Itáne verò? cognitor si fuisset tuus, quod vicisset iudicio, ferres tuum. suo nomine petiit,quod abstulit,sibi,non tibi exegit. Budæus.

Ascribere cognitorem alicui.Cic.4.Verr.

Cognitorem esse.Horat.2.Serm.satyr.5,

-lis cognitor ipse.

Cum cognitore sponsionem fieri.Cic.5.Verr.

Fieri cognitorem pro aliquo.Cic.4.Verr.Quum propterea tota Sicilia multũ authoritate & gratia posset, inuenire neminem Siculum potuit qui pro se cognitor fieret.

In aliquam rem cognitorem dare.Cic.pro Rosc.Com.

Cognitura,cognituræ,pen.prod.Procuratio, siue munus quo quis fungitur, quũ in foro est cognitor & procurator. Suetonius in Vitellio, cap.2,in quo de eius maioribus differit:Cuius(inquit)filius sectionibus & cognituris vberius compendium nactus. Cognitiones non dixit, sed cognituras, ne de iudice loqui videretur. Sunt qui legant Consuturis,sed perridiculè. Turnebus.

Cognobilis {εὔγνωστος} Qui cognoscitur. Gell.lib.20.cap.4,His solis cognobiles fuerunt.

Cognobilior, Comparatiuum. Cato 6. lib. Originum, Itaque ego, inquit,cognobiliorem cognitionem esse arbitror. Refert Gell.lib.20. cap.4. ad finem.

Cogo,cogis,coegi,pen.prod.coactum {συνάγω}cogere,A Con & Ago compositum,significat in vnum colligere. Terent.Heaut.1.1,

Quasi talenta ad quindecim Coegi.

In vnum aliquid cogere.Quintil.lib.1.cap.5.

Nodo comas cogit.Seneca Hippol.4.

Deductos cogere.Horat.3.Carm.ode 9,

Quid si prisca redit Venus,

Diductósque iugo cogit aheneo? Id est discordes reducere in gratiam.

Dispersa cogere.Cic.1.de Orat.

Ius ciuile in certa genera cogere. Cicero 1. de Orat. Pollicitus se ius ciuile,quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coacturum,& ad artem facilè redacturum.

Nubes coguntur ad montes.Lucret.lib.6,

-ad altos denique montes

Contrusæ nubes coguntur,víque premuntur.

Cogere oues intrò.Plaut.Bacch.23.

Pecus cogere.Virgil.3.eclog.

Pecudes cogere stabulis.Virgil.6.eclog.

Voces in nodum cogere, significat orationem syllogismo vel enthymemate includere. Ouid.ad Pisonem,

Seu iuuat astrictas in nodum cogere voces,

Et dare subtili viuacia verba catenæ,&c.

¶Agmen.Cic.ad Attic.lib.15.

Acies in prælia.Virgil.9.Æneid.

Vnd que auxilia.Virgil.8.Æneid.

Cohortes Luceriam coegi. Cn. Mag. Domitio, in Epist. ad Atticum,lib.8.

Coegerat viginti cohortes ex finitimis regionibus. Cæsar 1. belli Ciuilis.

Cogere copias in vnum locum.Cæsar 2.bel.Gal.

In vnum locum cogere exercitum.Cic.Catoni,lib.15.4.

Consilium cogi de aliquo. Quintil.lib.7. cap. 3, De vno enim reo consilium cogitur.

Milites cogere.Cæsar 5.bel.Gal.

Copias parare,multitudinem hominum cogere,armare,instruere. Cic.pro Cecinna.

Socios ad locum aliquem.Virgil.4.Æneid.

Cogere ad verba,Conuocare ad colloquium.Propert.lib.4.eleg.1,

Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.

Cogere Senatum. Cic.3.de Finib. Dum Senatus cogeretur nihil operæ Reipub.detrahens.

¶Cogere pecuniam à ciuitatibus statuarum nomine. Cic 4. Verr.

Pecuniam cogere ex decumis imperatorum.Cic.pro Rab.Posth.

Aurum cogere in vsus humanos.Horat.3.Carm.ode 3.

Stipem. Cic. 2. de Leg.
Stipendium. Cic. 3. Verr.
Cogere aliquid ad. Seneca lib. 1. de Ira, Quod exundat, ad salutarem modum cogere.
Cogere ad fiscum. Paulus l. in fraudem. D. de iur. fisc. Eius bona qui sibi mortem consciuit, non antè ad fiscum cogútur, quàm prius constiterit, cuius criminis gratia manus sibi intulerit.
Tumultus cogere. Ouid. 14. epist.
Et magnos, video, cogit mihi rapta tumultus,
Armatæque petunt Pergama mille rates.
Vites cogendæ in sulcum, Id est in ordinem componẽdæ, aut certè arandæ. Virgil. 2. Georg. Seruius.
¶ Cogere in ordinem. Budæus, Antiqui quum significare volebant hominem inter suæ conditionis homines retinendum continendúmque, id est (vt vulgò loquimur) *suo statu contentum esse cogendum*: in ordinem eum redigendum, vel etiam cogendum dictitabant, hoc est inter vulgares & gregarios annumerandum. Plinius Iunior ad Falconem, lib. 1. epist. 23, Consulis an existimem te in tribunatu causas agere decere. Plurimum refert quid esse Tribunatum putes: Inanem vmbram, & sine honore nomen: an potestatem sacrosanctam, & quam in ordinem cogi vt à nullo, ita ne à se quidem deceat? Idem lib. 2. epist. 6. ad Auitum, frugalitatem suam ostendere volens, & in victu parsimoniam, eleganter hoc verbo vsus est, Liberti (inquit) mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti. & mehercule si gulæ temperes, non est onerosum, quo vteris ipse, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumptibus parcas. Huic autem opponitur, Eximere numero. Hactenus Budæus.
¶ Cogere {ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι, ἐπαναγκάζειν} Compellere. Terentius Adelph. 3. 4,
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Mori me denique cogis. Virgil. 2. ecloga.
Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames?
Audaces cogimur esse metu. Ouid. 3. Trist. eleg. 3.
Si res coget. Cic. Lentulo, lib. 1. epist. 5.
Acerbè cogi. Cic. 1. Philipp.
Conuitio aliquorum cogi. Cic. Q. frat. lib. 1. 14.
Fame cogi. Cic. 7. Verr.
Prece cogere aliquem. Horat. 1. Epist. 9,
-nam me rogat, & prece cogit.
Ratione aliquem cogere. Cic. de Amic.
Cogere arua vt pareant colono. Virgil. 1. Æneid.
In semihoræ curriculum cogere. Cic. pro Rabirio, Nunc quoniam T. Labiene diligentiæ meæ, temporis angustiis obstitisti, méque ex comparato & constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum coegisti, parebitur, &c.
Aliud quàm cogebatur illatum est. Cic. 1. de Inuent.
Cogere vi & minis. Cic. 2. de Leg. Non omnia vi ac minis cogere. Terent. Hecyra,
Vi cœpi cogere vt rediret.
Ad arma cogere aliquem. Ouid 3. Amor. eleg. 13.
Ad munera cogi. Ouid. 2. de Arte.
Ad prælia cogi. Virgil. 12. Æneid.
Cogere ad lacrymas. Plaut. Bacch. 20.
Cogere in cruciatum. Plaut. Persa, 13,
Quem pol ego vt non in cruciatum, atque in compedes
Cogam.
Cogitur in cursum verberibus. Plin. lib. 8. cap. 43.
In lacrymas cogi. Ouid in Ibin.
Vis ventorum in portum nauim coegit. Cic. 2. de Inuent.
In Senatum cogi. Cic. 1. Philip. Quid tandem erat causæ cur in Senatum hesterno die tam acerbè solus cogerer?
Cogatur mulier in thalamos alicuius, cui inuita nubit. Valer. libro 7. Argonauticôn,
Cernis vt infelix thalamos ego cogar in illos.
Cogemus in hanc concedere turbam. Horatius,
Multa poetarum veniat manus, auxilióque
Sit mihi: nam multo plures sumus: ac veluti, te,
Iudæi cogemus in hanc concedere turbam. Sensus est: Si poeticum tibi displicet studium, & poetæ tibi inuisi sunt, vt vulgò Iudæos omnibus hominibus videmus, nos poetæ, qui plurimi sumus, pertinacésque, vt Iudæi in religione sua & cæremoniis, ita in studio poetico & proposito sumus, non modò non de sententia deducemur, sed te vltrò ad poetas traducemus, & vnum è turba poetarum, quanuis inuitum, reddemus, vt illud studium quod improbas, posthac celebraturus culturúsque sis, & carmina scripturus. Sic Turnebus.
¶ Cogi aliquò, Id est necessitate adigi, aut compelli ad locum aliquem. Horat. 2. Carm. ode 3,
Omnes eodem cogimur.
In tenues cogi lares, Angustam habere domum, non abundare diuitiis. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Hortari & Cogere, diuersa. Cic. 3. Offic. Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est?
Cogere in mollitiem lanæ. Plin. lib. 19. in prœm. de lini natura, Denique tam paruo semine nasci, quòd orbem terrarum, vltro citróque portet, tam gracili auena, tam non altè à terra tolli: neque id viribus suis nexi, sed passum tusúmque & in mollitiem lanæ coactum.
Apes bis grauidos cogunt fœtus, Apibus gemina est fœcunditas mellis. Virgil. 4. Georg. Seruius.
Verba cogere in pedes, Componere versus. Ouid. 3. Trist. eleg. 6.
Coguntur carnes, Conglutinantur, cohærescunt. Plinius libro 27. capite 10.
¶ Cogere {πηγνύειν} Spissum facere. Virgil. 4. Georgicorum,
-nam frigore mella
Cogit hyems, eadémque calor liquefacta remittit.

In nubem cogitur aer. Virgil. 5. Æneid.
In nubes cogitur aer concretus. Cic. 2. de Nat. deor.
¶ Cogere, Est quod Gallicè dicitur, *faire prendre, & faire tenir*, & quod vulgus pharmacopolarum dicit, *dare corpus medicamento*. Celsus lib. 5. cap. 18, Quibus adiicitur vnguenti irini quantum satis est ad ea mollienda atque cogenda.
Cogere lac in duritiam. Plin. lib. 23. cap. 7, Exceptum id, coactúmque in duritiam, suauitatem carnibus affert.
Cogi in magnitudinem milij. Plin. lib. 11. cap. 32, Multa autem insecta & aliter nascuntur, atque in primis ex rore. Insidet hic raphani folio, primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milij cogitur. Inde porrigitur vermiculus paruus, & triduo mox eruca.
¶ Cogere cuneos, Impellere. Virgil. 7. Æneidos,
Quadrifidam quercum cuneis vt fortè coactis
Scindebant.
Equum cogere verbere. Claudian. 4. Panegyr.
Coguntur violenter assiduo verbere fumantes equi. Sil. lib. 16.
Vnda plurima cogitur vento in aliquem locum. Virgil. 4. Georg.
¶ Cogere, pro Concludere & conuincere. Cic. 3. de Nat. deor. Innumerabilia sunt ex quibus effici cogíque possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat.
¶ Cogi in angustum. Terent. Heaut. 4. 2,
Ita hac re in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ.
Cogens {ἀναγκάζων} Participium. vt,
Arbores aliæ nullis hominum cogentibus sponte sua veniunt. Virgil. 2. Georg.
Cogens & vetans deus. Cic. 2. de Leg.
Re cogente profectus est. Ouid. epist. 16.
Coactus {συναχθεὶς} Participium. vt, Coactæ naues, apud Cæsarem 1. bel. Ciuil.
Coacta pecunia ad agros emendos. Cic. de Lege Agrar.
Coactus {ἀναγκασθεὶς} & Sponte, contraria. Seneca Troad. 6,
Coacta dices, sponte quod fari abnuis.
Coactum & expressum auspicium. Cic. 2. de Diuin.
Lacrymis oculi maduere coactis. Ouid. 6. Metam.
Lacrymæ coactæ, Vi expressæ. Virgil. 2. Æneid.
Discunt oculi lacrymare coacti. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Scelus coactum, Impulsu alterius commissum. Seneca Troad. 10,
-ad authorem redit
Sceleris coacti culpa.
Thalamus coactus, Id est Venus violenta, & vitium per vim oblatum virgini. Stat. 5. Thebaid.
Coacto vertice humum attingere, Id est inflexo. Seneca Hipp. 12.
¶ Coacti, qui dicantur. Cic. pro Cecinna, Certè cogit is qui congregat homines & conuocat. Coacti sunt ij qui ab aliquo sunt vnum in locum congregati.
¶ Multa arte coactum ebur. Valer. lib. 2. Argonaut. Hoc est laboratum & scalptum.
Fabris publicè coactis, operísque imperatis exædificare aliquid. Cic. 7. Verr.
Operis publicè coactis ædificare nauem. Cic. 4. Verr.
Coacti & armati homines. Cic. pro Cecinna, Cecinnam, quū & pulsum prohibitúmque esse vi, coactis hominibus & armatis.
In vnum locum coactæ copiæ. Cn. Magnus Domitio, in epist. ad Attic. lib. 8.
Gladij coacti. Lucan. lib. 3.
¶ Coacta alui, excrementa apud Celsum sunt, quæ Hippocrates lib. 2. Prognost. συνεστηκότα dicit. Id est, vt enarrat Galenus, μὴ ὑγρὰ ταῦτα, ὡς διαῤῥεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ μετρίου συνεστῶτα, Id est non multum liquida, vt diffluere possint, sed quatenus ceu colligata maneant. Cels. lib. 2. cap. 8, Aluus in hac valetudine ea tuta est, quæ quotidie coacta, eáque conuenientia his quæ assumuntur, reddit.
Lactis massa coacti. Ouid. 8. Metam. Periphrasis est casei.
¶ Ferro coactus. Propert. lib. 3. eleg. 14,
Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipsa
Naufragus Ægæa verba fatebor aqua.
Ira. Seneca Octau. 2.
Legibus. Terent. And. 4. 5.
Necessitate. Cæsar 8. bel. Gal.
Pudore. Cæsar 8. bel. Gal.
Terrore. Lucret. lib 3,
-dum falso terrore coacti
Effugisse volunt longè, longéque remosse.
Tempore atque officio ad aliquid agendum. Cic. 1. Verr.
Vi. Terent. Phorm. 1. 4.
Vi & necessario sumus in portum coacti. Cic. 2. de Inuent.
Coactū ac necessariò dicere. Cic. pro Domo sua, Et quoniam hoc reprehendis, quod solere me dicas de meipso gloriosius prædicare: quis vnquam audiuit, quum ego de me nisi coactus ac necessariò dicerem?
Vi morbi coactus concidit. Lucret. lib. 3.
Regio sub arma coacta. Virgil. 7. Æneid.
Coactus, huius coactus {ἀνάγκασμα} Cic. 4. Verr. Eum quoque ostendam, siquando sit datus, coactu istius, quod non senserit iudicasse.
Magnus coactus. Lucret. lib. 2.
Coactura, coacturæ, pen. prod. {συναγωγή} Colum. lib. 12. cap. 50, Vt separetur, & seorsum reponatur vniuscuiusque diei coactura. Hoc est, quantum oliuarum vnoquoque die collegeris, siue congregaueris.
Coactilis, Vide COACTILIA suo loco.
Coactio, Verbale {ἀναγκασμὸς, συναγωγή} vt, Coactio argentaria, Munus ipsum cogendi pecunias. Sueton. in Vesp. August. cap. 1, Vbi deinde venia & missione impetrata, coactiones argentarias factitauit.
Coactor, Verbale {συναγωγεύς} Coactores (inquit Budæus) dicebantur qui nunc *Receptores particulares*.
Coactores olim in auctionibus dicebantur, quasi quæstores quidam, qui ab his quibus singulæ res in auctione attributæ fuerant, pretium

pretium exigebant, quasi collectores, quia pecunias cogebant, id est colligebant. Scæuola in l. 40. §. 5. de stat.liber. Argentarius coactor quum penè totam fortunam in nominibus haberet, seruis actoribus libertatem ita dedit. Horat.lib.1.Serm.
Nec timuit sibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco paruas, aut vt fuit ipse, coactor
Mercedes sequeter. Vbi Acron, Præcones dicebantur, qui stabant ad hastam: Nuntiabant enim pretia oblata. Coactores autem, mercenarij eorum qui habebant argentariam. Sunt autem argentarij, qui habent summam rerum venalium. Argentarium dicimus eum qui habet summam diuitiarum, à quo accipiunt forani. Coactor, qui exigit nummos à circunforanis. Aliter, Coactores dicuntur argentarij in auctionibus, qui pecunias cogunt: ipsi sunt conuectarij. Hæc Acron. De his quoque Cicer. locus in orat. pro Cluent. quem subiiciam intelligendus est, Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte, dentatam & tortuosam venire serrulam, qua illud potuisse ita circunsecari videretur. ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea serrula ad Stratonem peruenisse. Hotom. in com. verb. iur.
Coactor, aliter. Cato cap. 159, Menses decem ab coactore releget porcos ferarios.
¶Coactor, pro Impulsore. Seneca epist. 53, Quibus non duce tantùm opus est, sed adiutore, & (vt ita dicam) coactore.
Agminis coactor. Tacit. lib. 18.
Coacto, coactas {συνελαύνω} coactare, Frequentatiuum, Vehementer cogere. vt, Singultus membra coactans. Lucret. lib. 6,
Singultúsque frequens noctem persæpe, diémque
Corripere assiduè neruos, & membra coactans,
Dissoluebat eos defessos antè fatigans.

C O H

Cohæreo, cohæres, cohæsi, cohæsum {συνέχομαι, συμφύομαι, συνέχομαι} cohærere, eiusdem ferè significationis cuius est Adhæreo. Cic. 1. Acad.
Neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur: neque vim sine aliqua materia.
Cohærere alicui rei. Cic. 1. de Legib.
Ad cohærendum omnia duo aliquid tertium anquirunt. Cic. de Vniuersitate.
Cohærente & continuata natura cum omnibus suis partibus effectum esse mundum. Cic. 1. Acad.
Aptæ res inter se & cohærentes. Cic. 3. de Nat. deor.
Aptè cohæret mundus. Cic. de Vniuers.
Implicita cum illis ratio, & cohærens. Cic. pro Lege Manilia.
¶Cohærere res aliqua dicitur, quando negotio conuenit & concordat. Terent. And. 2. 2. -hem,
Paululum obsoni. ipsus tristis. de-improuiso nuptiæ.
Non cohærent.
Vix cohæret oratio. Cicero pro Cælio, Sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio.
Congruunt & cohærent cum causa. Cic. 1. de Inuent.
Cohærent dicta inter se. Cic. 5. de Finib. Non quæro iam, verúmne sit illud: dico, ea quæ dicat, præclarè inter se cohærere.
Non cohæret sermo. Cic. pro Cecinna, Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur.
Aptissimè cohærent inter se. Cic. in Orat.
Præclarè inter se cohærere. Cic. 5. de Finib.
Cohærentia inter se dicere. Cic. 2. Philip. Tam autem erat excors, vt tota in oratione tecum ipse pugnares, vt non modò non cohærentia inter se diceres, sed maximè disiuncta atque contraria. Vulgus vocat *Loqui ad propositum.*
¶Cohærere dicuntur aliqui. Plin. Iunior, epist. 127. lib. 7. Hoc est, qui sunt coniuncti & confœderati inuicem.
Cohæresco, cohærescis {συνέχομαι} cohærescere. Cic. 1. de Nat. deorum, Quæ interiecto inani cohærescunt, tamen inter se, &c. De atomis.
Cohærentia, cohærentiæ {συνοχή} Cic. 2. de Nat. deor. Iam verò circuitus Solis & Lunæ, reliquorúmque siderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent.
Cohærentia mortis & vitæ. Gel. lib. 6 cap. 13. Et lib. 15. cap. 3.
Cohærentia regionum. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 15. Paulo pòst vocat continentiam.
Cohærentia vocis. Gell. lib. 15. cap. 3.
Cohærenter, Aduerbium. Florus lib. 2. cap. 17, In Hispania propè ducentos per annos dimicatum est, à primis Scipionibus in primum Cæsarem Augustum, non continuè nec cohærenter, sed prout lacessierant.
Cohæres, huius cohæredis, pen. prod. com. g. {συγκληρονόμος} Qui simul hæres institutus est. Plin. Iunior, epist. 116, Libertos eius, eosdémque cohæredes suos falsi vt veneficij reos detulerat ad principem.
Multis cohæres. Horat. 2. Serm. satyr. 5.
Cohibeo, cohibes, pen. corr. cohibui, cohibitum {ἐπέχω, κατέχω, συνέχω, ἀνακαλεῖν, συστέλλω, ἀνείργω} cohibere, Ex Con & Habeo, Quasi secum habere significat, & retinere apud se. Cic. de Senect. de terra loquens, Primum id occatum semen cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata est.
Auro cohibere lacertos. Ouid. epist. 9. Auro, id est armillis aureis.
Cohibere in se. Cic. de Fato, Sed interest inter causas fortuitò antegressas, & inter causas cohibentes in se efficientiam naturalem.
Sidera in se cohibent nitorem. Lucret. lib. 2.
Cohibere latebris aliquid. Virgil. 3. Æneidos,
At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris. Id est continet, claudit.
Ventos carcere cohibens Æolus. Ouid. 14. Metam.
Venti cohibentur in antris. Ouid. 15. Metam.
Cohibere aliquem in vinculis. Curtius lib. 6, Oxidates erat nobilis Perses, qui à Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis. Huic liberato Satrapeam Mediæ attribuit.
¶Cohibere se intra locum aliquem, pro Secedere. Plaut. Mil. 10,
Cohibete intra limen etiam vos parumper
Pleusides.
¶Cohibere se, pro Reprimere, & refrænare animum. Terentius Heaut. 5. 1. Non te cohibes? non te respicis?
Cohibere iracundiam, Idem. Cic. pro Marcello, Verùm animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, &c.
Assensionem cohibere à rebus incertis. Cic. 1. de Nat. deor.
Crinem cohibere nodo. Horat. 3. Carm. ode 14.
Fugam. Sil. lib. 15.
Furorem alicuius. Cic. 5. Philipp.
Gaudia. Propert. lib. 2. eleg. 26.
Iras. Virgil. 12. Æneid.
Libidines effrænatas à coniugibus. Cic. pro Milone.
Manum alicui. Stat. 6. Thebaid.
Motus animi turbatos. Cic. 2. Offic.
Cohibere & continere ab omni lapsu temeritatem. Cic. 1. Acad.
Cohibere animum, manus, oculos ab alieno, Non concupiscere, non furari aliena. Cic. pro Lege Manilia, Quare etiam si quem habetis qui collatis signis exercitus regios superare posse videatur, tamen nisi erit idem qui se à pecuniis sociorum, qui ab eorum coniugibus ac liberis, qui ab auro, gazáque regia, manus, oculos, animum cohibere possit, non erit idoneus.
Cohibere brachium toga. Cicero pro Cælio, Nobis quidem olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga constitutus: & vt exercitatione ludóque campestri tunicati vteremur: eadémque erat, si statim mereri stipendia coeperamus, castrensis ratio atque militaris. Huius loci sensus est: Eo anno quo sumpta virilis toga fuerat, modestiam etiamnum & pudorem ab adolescentibus postulatum fuisse æquè, ac quum in puerili erant prætexta. Quòd si tum magistris liberati, & suæ tanquam tutelæ facti, visi essent eo anno proteruiores aut petulantiores, de eorum pudicitia malè existimatum fuisse. Qui enim brachium vel profert, vel exerit, minus esse modestus & verecundus videtur, quàm qui toga brachium cohibet & continet. Et Æschines cõtra Timarchum priscorum oratorum pudorem & modestiam laudans, eos ait perorasse manus intra pallium continentes. Eodem etiam illo anno nefas eis erat corpus in campo Martio nudare, ne corporis nudatione impudenti amatorem quærere velle viderentur. Quin & Seruius ait Ciceronem scripsisse anno stipendij primo solitos esse dari custodes adolescentibus militaturis, qua ex consuetudine Maronem dixisse,
Custodem ad sese comitémque impubis Iuli
Epytidem vocat, &c. Turnebus.
¶Cohibere pari seueritate fiscum atque ærarium. Plin. in Paneg. Id est, Cauere ne præter ius & rationem crescat priuatorum dispendio. Laudat enim Plinius Traiani continentiam, quòd non exhauriret ciues improbis confiscationibus.
Cruentas epistolas armis cohibere. Tacit. lib. 3.
¶Cohibere filium. Plaut. Merc. 3,
-neque desidiæ in otio
Operam dedisse, neque potestatem sibi
Fuisse, adeò arctè cohibitum se esse à patre.
Cohibent pugnare leges, Id est prohibēt. Cic. pro Rosc. Amerino. In emendatioribus codicibus legitur Prohibebant.
Ceruos cohibens arcu. Horat. 4. Carm. ode 6.
Claustra cohibentia custodem pacis. Horat. 2. epist. 1.
¶Cohibessim, pro Cohibuerim, antiquum: cuiusmodi sunt illa apud Plautum, seruassim, supplicassis, negassim, prohibessis, &c. pro seruauerim, supplicaris, negauerim, prohibueris, &c. Lucret. lib. 3,
Corpore qui nostro ratus magis em cohibessit?
Cohibitio {ἐποχή} Verbale. Cic. 5. Verr. Sic deportandi dies præstituta tollere cogebat ex area: cohibitio tollendi, nisi pactus esset, vim adhibebat pactioni, non voluntatem.
Cohonesto, cohonestas {συμποιῶ, κοσμῶ, τιμῶ} cohonestare, Idem quod Honestare: nisi aliquid ornatus adferre dicamus ipsam compositionem. Plin. lib. 22. cap. 13, Defluuia capitis semine illito cohonestari.
Cohonestare, Honoribus afficere. Cic. Anteq. iret in exil. Tantum à vobis illud Equites Romani peto & rogo, vt quem sæpenumero vestra laude cohonestastis, &c.
Statuas alicuius cohonestare. Cic. 4. Verr. An quorum authoritate statuas cohonestare tuas conatus es, eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero?
Exequias alicuius cohonestare. Cic. pro Quintio.
Cohonestare victoriam. Liu. 8. bel. Maced. Sed referre etiam, si opus esset, viderentur parati esse. ex decem legatis, si diis placet, quod consilium dispensandæ cohonestandæque victoriæ Imperatoribus maiores dederunt nostri, aduersarios habeo.
Cohorreo, cohorres, cohorrui {συμφρίττω} cohorrere: vel Cohorresco, cohorrescis, cohorrescere, Magno horrore affici. Sueton. in Tiberio, cap. 21, Dij me perdant, nisi cohorrescit corpus meum. Hoc est, nisi totus horreo. Cic. in Somnio Scip. Quem vt agnoui, equidem cohorrui.
Aliquem cohorruisse, quòd. Cic. Attico, lib. 7.
Cohorrere ex re aliqua. Cic. 3. de Orat. Ex quo quum cohorruisset, cum febri domum rediit, diéque septimo est lateris dolore consumptus. Posset hæc particula, Ex quo, etiam ad tempus referri: quasi diceret, Post sudorem quum refrixisset.
Cohors, huius cohortis, fœm. g. {αὐλή, τάγμα} Idem significat quod chors, chortis: locum nempe in villa, tectis circundatum, in quo pascuntur gallinæ & huiusmodi. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 3, Primus enim ille gradus antiquus maiorum nostrorum erat, in quo essent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors, in qua pascebantur gallinæ, & earum fructus erant oua & pulli. Vide C H O R S.
¶Cohors. Sipontinus, Cohors milliaria, quæ & prima cohors dicebatur, constabat mille centum & quinque peditibus, & equitibus

loricatis centum quadraginta duobus: tenebátque aquilam, quod præcipuum signum erat in Romano exercitu, habebat præterea Imperatorum imagines. Varro de Ling. Lat. Cohors, quòd vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, ac quiddam fit vnum: sic ex manipulis pluribus copulatur cohors: quæ in villa dicta, quòd circa eum locum coercetur pecus.

Cohors & Turma differunt. Cohors enim de peditibus solùm, Turma verò de equitibus dicitur. Itaque Cicero in orat. pro Marcello pedites equitésque significat, quum inquit: Huius gloriæ Cæsar, quam es paulo antè adeptus, socium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. Idem Attic. lib. 6. epist. 2, Habeat is turmas: cur potius quàm cohortes? Ex Paulo Manutio.

Acies cohortium. Tacitus libro 21, Pellebatur sociarum cohortium acies.

Castra cohortium, alarúmque inuadere. Tacit. lib. 21.
Præsidia cohortium, alarum, legionum inuadere. Tacit. lib. 21.
Robora classium, alarum, cohortium. Tacit. lib. 18.
¶ Alaria cohors, Vide Alaris, in ALA.
Armigera. Sil. lib. 10.
Auxiliaria. Vide AVXILIOR.
Bellatrix. Stat. 6. Thebaid.
Densæ cohortes. Claudian. 7. Panegyr.
Impia Gigantum. Horat. 2. Carm. ode 19.
Impura. Cic. in Orat.
Inhonora. Stat. 10. Thebaid.
Innumeræ. Stat. 5. Thebaid.
Legionariæ. Vide LEGIO.
Montana cohors Cappadocum. Lucan. lib. 7.
Numerosa. Sil. lib. 11.
Pilata. Vide Pilatus, in PILVM.
Proceræ stabant Celtarum signa cohortes. Sil. lib. 15.
Sociæ. Tacit. lib. 21.
Cæsa. Tacit. lib. 19.
Expedire cohortes. Tacit. lib. 1.
¶ Corrumpere. Cic. 5. Verr.
Cohortes ex præsidiis deducere. Vide DEDVCO.
Educere. Cæsar 2. bel. Gall.
Exarmare. Tacit. lib. 18.
Explicare. Virgil. 2. Georgicorum,

Vt sæpe ingenti bello quum longa cohortes
Explicuit legio: & campo stetit agmen aperto.

Firmare. Tacit. lib. 11.
Cohortes inducere in prælium. Vide INDVCO.

¶ Cohors, Congregatio quoruncunque hominum. Sueton. in Nerone, cap. 5. Quòd quantum potare iubebatur, recusarat, dimissus è cohorte amicorum, nihilo modestius vixit. Horat. 1. Epist. 3,

Quid studiosa cohors operum struit?

Famula cohors, Id est famulatum cohors. Stat. 11. Thebaid.
Innuptæ cohortes, Id est cohortes virginum. Stat. 12. Thebaid.

¶ Cohors, pro Comitatu & satellitio, & familia magistratus qui ibat in prouinciam. Vnde Cohors Prætoria, quæ Consuli aut Prætori in prouincia præsto semper erat, qualique latus eius cingebat. Cic. ad Q. fratrem Asiæ Proconsulem, lib. 1. 1, Quos verò aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent: horũ non modò facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Itaque quod Cicero cohortem Prætoriam in prætura vrbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Budæus.

Prætoria cohors scortatorum. Cic. 2. in Catil. O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam.

Prætoriæ cohortes. Tacit. lib. 11. & lib. 3.
Laboriosa cohors Vlyssei. Horat. Epod. 16.
Cohors vaga. Catull. de Berecynthia,

Vbi suerit illa diuæ volitare vaga cohors.

Dare cohortem in præsidium. Tacit. lib. 15.
Vallatum cohortibus ire. Stat. 12. Thebaidos,

-nec alumna niuosi
Phasidis innuptis vallata cohortibus iret.

¶ Cohors ad res inanimatas etiam trãsfertur. vt, Febrium cohors. Horat. 1. Carm. ode 3.

Cohorticula, cohorticulæ, pen. corr. Diminutiuum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. Famil. epist. 6, Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.

Cohortalis, pen. prod. {[illegible]} Adiectiuum à cohorte villæ. vt, Cohortales aues, quæ in cohorte domi aluntur. Colum. lib. 1. in proœm. Et vt à pecoribus recedam, quorum in parte, auium cohortalium, & apium cura posita est, quis, &c.

Cohortor, cohortaris {[illegible]} cohortari, Simul aut vehementer hortari. Cicero 2. de Natura deorum, Deinde hac cohortamur, hac persuademus.

¶ Cohorto, cohortas, Actiuè, Antiquũ. Quadrigarius apud Noniũ, Et dicerent castra facta esse, atque hos cohortarent, vti maturarent.

¶ Deterrere & Cohortari, opponuntur. Cic. 1. de Orat. Illud verò fuit horribile, quod mehercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quàm ad cohortandum.

Cohortari ad pacem. Cic. ad Attic. lib. 15.
Ad studiũ summæ laudis aliquem cohortari. Cic. Curioni, lib. 2. 3.
Cohortari ad virtutem ardentius. Cic. 2. de Orat.
Cohortari inuicem. Sueton. in Sergio Galba, cap. 10, Nisi cohortantibus inuicem, ne occasionem omitterent.

Cohortandus, Participium {[illegible]} Cic. 1. de Oratore, Non sibi cohortandum Sulpitium & Cottam, sed magis vtrunque collaudandum videri.

Cohortatio {[illegible]} Verbale.

Iudicum cohortatio ad honestè iudicandum. Cic. pro Cluentio.

Inanis & sine causa suscepta cohortatio. Cic. Lentulo, lib. 1. 7.
Incredibiliter me commouet tua cohortatio. Cic. Attico, lib. 16.
Concitatum esse cohortatione alicuius ad aliquid. Cic. 1. de Orat.
Excitari cohortationibus. Cic. Bruto, 10.

Cohiuum, Calyx rosæ adhuc conniuens & clausus. Verba sunt antiqui lexici, Cohiuum, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Scribitur & Coniuum, à côniuendo vt reor. Turnebus.

Cohum, cohi, Lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. Hæc Festus.

¶ Cohum etiam poetæ cælum dixerunt, teste eodem Festo, à chao, ex quo putabant cælum esse formatum. Varro autem cohum pro loro, à cauo, quasi cauum dictum existimat: dicitque esse sub iugo medio cauum quo buris extrema iugo copulatur.

C O I

COIBILIS, Vide COEO.

Coincidentia, Affectus oculorum medicis est, vbi in meatum, qui à basi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vase incidit, obturátque eum: vnde cum dolore visus offenditur. Hæc ex Isagoge Galen. adscripta.

Coinquino, coinquinas, pen. corr. {μολύνω} coinquinare, Idem quod simplex Inquinare. Columel. lib. 7. cap. 5. Ne totam progeniem coinquinet: & quidem celeriter, quum alia pecora, tum præcipuè oues contagione vexentur.

¶ Coinquinare, per metaphoram. Cic. 3. de Nat. deor. Periculum matres coinquinari regias.

Crimine stupri se coinquinauerat, ob id à patre interfecta. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. Vbi de Attilio Philisco.

Cois, Vide COA, vestis.

Coitus, In COEO.

Coix, coicis, Genus stirpis, cuius folia ad textum sunt vtilia. Strabo. ¶ Est item Coix, vas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores Coin appellant.

C O L

Colabrismus {κολαβρισμὸς} Thraciæ gentis & Carum saltatio fuit, sed armata: fortéque fuerit ea, cuius meminit [illegible]. Xenophon, dum ita saltantes prodit, se inuicem [illegible] admodum solitos ferire, demúmque qui alterum exuisset armis, exisse Sidalca incinẽtem, illo perinde ac mortuo planè elato. Ex Cæl. Rhodig. lib. 5. cap. 4. Pollux Onomast. lib. 4. cap. 14. Alex. Genial. dier. lib. 2. cap. 25.

COLACASITIS, Insula in sinu Troglodytico, ad Azanium mare, de qua Plin. lib. 6. cap. 29.

Colacritæ {κωλακρέται} Dicuntur qui pecuniæ præsunt quæ ad res diuinas erogatur: nam & Androtion scribit, Delphos petentibus theoris argentum à colacritis numerari solitum. Custodiebant & hi pecuniam quæ iudicibus contribueretur, vt annotatum à grammatico Aristophane est: sed omnino & ciuiliũ pecuniarum quæstores erant. Ex Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 9.

COLAICVM, Taprobanæ insulæ promontoriũ, vt est apud Plinium in ipsius insulæ descriptione, lib. 6. cap. 22.

COLAN, cognomento Piscis, Vrinator insignis, vt qui nando tantum profecisset, vt haud secus quàm marina bellua, maxima pelagi interualla, spatiaque immensa quingentorum & vltrà stadiorum, fœda tempestate & reluctantibus aquis, excellenti vi & velocitate natans peragraret. Sed quum audacius paulò mari se crederet, festo quodam annuo solenniq; die in Siculo freto effusa multitudine ad spectaculum, in portu Messanæ, vt aiunt, experiri credo volens, quantum præ cæteris vrinando valeret, dum pateram auream munus natantibus tunc à rege deiectam in mare, ab imo eripere conatur, & se in mare mersisset, illius studia profunda exquirens vada, diu expectatus, ab imo maris fundo, in quod se deiecerat, nũquam emersit, neque postea inuentus apparuit. Hæc ex Iouiano Pontano Alex. ab Alex. lib. 2. capite 21.

Colaphus, huius colaphi, penult. corr. {κόλαφος} Latinè dicitur alapa. Terent. Adelph. 2. 2,

Colaphis tuber est totum caput.

Ducere colaphum alicui. Quintil. lib. 6. cap. 3. Id est infringere.
Incutere. Vide INCVTIO.
Infligere. Vide INFLIGO.
Infringere colaphos. Terent. Adelph. 2. 1,

Homini misero plus quingentos colaphos
Infregit mihi.

Colaphizo, colaphizas {κολαφίζω} Pugno clauso verbero, colaphum impingo. Græcum verbum est, quod apud Latinos extra sacras literas haud temerè reperias. Calepinus.

COLAPIANI, Pãnoniæ populi, per quos Saüs fluuius in Danubium defluit. Meminit horum Plin. lib. 3. cap. 25.

COLAPIS, Lege CALAPIS, & vide suo loco.

Colasis {κόλασις} Genus pœnæ est, quod adhibetur castigandi vel emendandi gratia. Sipontinus. Eustath. in 3. Ethicor. interpretatur refrænationem affectuum.

Colatus, Vide COLO, colas.

Colax, huius colacis, pen. corr. {κόλαξ} Latinè Assentator dicitur. Est autem nomen parasiti, ab assentando. De hoc apud Terentium in prologo Eunuchi. Vide LOCVM.

Colax inde nomen sibi vendicat, quoniam cibum etiam Colon vocant. Cibi enim & ventris gratia plerunque adulantur parasiti. Psomocolax, qui panis & bucceliæ gratia, quã Psomon dicunt, abundè blanditur. Quin Cælia quoque, id est venter hinc originem ducit. Cæl. lib. 20. cap. 33.

COLAXES {κολάξαις} Iouis & Oræ filius: cuius pariter & matris meminit Valer. Flac. lib. 6. Argonauticõn,

Proxima Bisaltæ regio, ductórque Colaxes
Sanguis & ipse deûm.

De Ora matre eius fabulantur eam fuisse ancipiti forma, humana & serpentina.

COLCHI, ſiue Colchis, Colchidis, & Colchos { κολχίς, κόλχοι } Regio iuxta Pontum, regnum Æetæ regis: In qua fuerunt veneficij maximi authores. Habet in ſe iuga Caucaſi, atque hinc Caſpium, & Hircanú habet mare, hinc Mæotim. Ferunt Iaſonem Theſſalum cum Argonautis eò nauigaſſe, vt vellus aureum raperet. In ea Sibaris Colchorum regia eſt. Hæc (vt Ptolemæus ait) monte Corace à Septentrione clauſa eſt, qui eſt Caucaſi pars, & Nomades excludit: ab Oriente, Hyberia: à Meridie, Phaſide, & Armenię montibus: ab Occidente, Euxino ponto. Ammianus lib. 22, Colchos antiquam Ægyptiorum ſobolem eſſe refert. Nam linificium adeò apud eos vulgatum eſt, vt in peregrina quoque loca exportetur. vnde quidam cognationem Colchorum cum Ægyptiis oſtendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo. Horat. Epod. 5,

-plumámque nocturnæ ſtrigis,
Herbáſque, quas & Colchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax.

Colchicum { κόλχικον } Bulbus eſt agreſtis, exitu Autumni croceum edens florem, & poſterius folia pinguiora quàm bulbi, caule ſemipedem alto, ſemine rufo. Quidam Ephemeron lethale appellát. Guſtatum enim fungorum more iugulat. Maxima eius copia in Colchide naſcitur: vnde & nomen accepit. Officinæ Hermodactylon appellant. Vide Dioſcorid. lib. 4. cap. 72.

COLCHINIVM { κολχίνιον } Oppidum Dalmatiæ, à Colchis conditum, quod poſtea Olchinium dictum eſt. Author Plin. lib. 3. cap. 22.

COLCHIS { κολχίς } Horatio dicitur illa quæ in Colcho nata eſt, quo nomine Medeam ſignificat in Epodis, 16,

Neque impudica Colchis intulit pedem.

Colchis torua, Medea. Iuuen. ſat. 6,

Credamus tragicis quicquid de Colchide torua Dicitur.

Turbida Colchis. Valer. lib. 7. Argonaut.

Gens Colchis, Gens Colchorum. Valer. lib. 5. Argon.

¶ Colchi, populi Phaſim fluuium incolunt, dictíque ſunt à Colcho Phaſidis filio.

Phryxæi Colchi, à Phryxo filio Athamantis, qui inſidias nouercæ fugiens, nauigauit Colchos, ibíque vellus aureum monimentum periculorum Marti, aut (vt alij dixerunt) Ioui Phryxio dicauit. Valer. lib. 1. Argonauticõn,

Tu quoque Phryxæos remo Pæantię Colchos
Bis Lemnum viſure petis.

Sæui Colchi. Valer. lib. 3. Argon.

Truces. Valer. lib. 1. Argon.

Auratus aries Colchorum. Cic. in Orat.

Colchus { κόλχος } Adiect. Qui ex Colcho eſt. Horat. in Arte,

Colchus an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Domus Colcha. Ouid. 3. Faſtorum,

Peruenit in Colchas aurea lana domos.

Colchus Phaſis. Seneca Hippol. 8.

Colchus rhombus. Martial. lib. 12. epigr. 57,

Cùm ſecta Colcho luna vapulat rhombo.

Colchicus, penult. corr. { κολχικός } Adiectiuum. vt, Venena Colchica. Horat. 2. Carm. ode 13.

Colchiacus, pen. corr. { κολχιακός } Aliud adiect. Propert. lib. 2. eleg. 1,

Seu mihi Circæo pereundum eſt gramine, ſiue
Colchis Colchiacis vrat ahena focis.

COLDVLI { κολδοῦλοι } Germaniæ populi, ex quibus nonnulli intra ſyluá Herciniam habitant, aliqui extra, vt Strabo teſtis eſt lib. 7.

COLENTVM, Illyrici inſulas, à qua Colentini populi, qui in Salonam coloniam iura petunt, vt vult Plinius lib. 3. cap. 21. & 22.

Coles, colis, vel colis, colis { καυλός } Penis, ſiue membri virilis quaſi haſta vſque ad glandem. Celſus lib. 7. cap. 25, Ab his ad ea tranſeundum, quæ in cole ipſo fiunt.

Coleus { ὄρχις } Teſtis aliàs dicitur, ſiue teſticulus, per diminutionem. Sipontinus. Cic. Pæto, lib. 9. 22, Teſtes, verbum honeſtiſſimum in iudicio: alio loco non nimis: at honeſti, colei Lanuini: Cliternini, non honeſti.

Coleata cuſpis, apud Nonium à Pomponio dici videtur pars illa qua viri ſunt, nec honeſtè poteſt nominari. Conſpicio, inquit, coleatam cuſpidem. Turnebus.

Colias, Piſcis. Plinius lib. 32. cap. vlt. Colias ſiue parianus, ſiue ſaxitanus à patria Bætica, lacertarum minima.

Coliclæ, In COLLICIAE.

Coliculus, In COLIS.

Colicus, In COLON.

COLIDOS, penult. corr. Inſula in Oceano Indico, Veneri ſacra, quæ tantæ altitudinis eſſe fertur, vt illuc aues non aduolent.

Colina, pen. prod. à colendo, quæ poſtea Culina dicta eſt, deinde à coquendo Coquina: quòd ibi colebant ignē locupletiorem. Sipontinus.

Coliphium, coliphij { κωλήφιον } Panis quo vtebantur athletæ, ἀπὸ τῶν κώλων καὶ τῆς ἰνός, hoc eſt robore membrorum. Hæc Bud. Plaut. Perſ. 4. 12,

-coliphia mihi Ne incocta detis.

Comedere coliphia. Iuuen. ſat. 2,

Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ.

Colis, huius colis, maſc. g. { κλῆμα } ſignificat Pampinum. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 31, Pampinare eſt ex ſarmento coles, qui nati ſunt, de iis qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmētum nequeat miniſtrare ſuccum.

Colis, etiam eſt exiguus ac tener braſſicæ, fabæ, & ſimilium caulis.

Coliculus, penult. corr. { κλημάτιον } Diminutiuum. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31, Ex altera parte caprea dicta, quòd parit capreolum. Is eſt coliculus viteus intortus, vt cincinnus.

Colla, huius collæ { κόλλα } à Græcis dicitur quam nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Sipont. Vtimur autem tantùm eius compoſitis: vt, Sarcocolla, Ichthiocolla, Chryſocolla.

Collabaſco, collabaſcis { κατασείομαι, ὑποσείομαι } collabaſcere, ſecunda ſyllaba correpta, à verbo Labo, labas, prima correpta, Ruinam minitari. Plaut. Stich. 9, -ſi labant

Res laſſæ, itidem amici collabaſcunt. Per tranſlationem.

Collabeſco, collabeſcis, collabeſcere, ſecunda ſyllaba prod. à verbo Labor, laberis, prima producta. Lucret. lib. 3,

Conquaſſatur enim tum mens, animæque poteſtas
Omnis: & hæc ipſo cum corpore collabeſcunt. Verſus eſt ſpondaicus. Hoc eſt collabuntur & decidunt.

Collabefio, penult. prod. collabefis, penult. indiff. { καταλύομαι } collabefieri, penult. corr. Cæſ. 2. bel. Ciuil. Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt, vt vehementiſſimè vtręque ex concurſu laborarent: altera verò perfracto roſtro tota collabefieret.

Collabefacto, collabefactas { λυμαίνομαι } collabefactare, Idem quod Labefactare Ouid. 1. Faſtorum,

Et vaſtum motu collabefactat onus. Hoc eſt, vehementer concutit.

Collabello, Labra adiungo. Laber. apud Nonium, Perge iam, collabella oſculum. Hoc eſt, iunctis labris oſculare.

Collabor, penult. prod. collaberis, collapſus ſum { καταλισθαίνω } collábi, Labi, vel ſimul cum aliquo labi. Ouid. 6. Metamorphoſeos,

Hæc fruſtrà fugiens collabitur.

Faſtigium domus collabitur. Sueton. in Cæſare, cap. 81.

Collabi ruina. Liu. 9. bel. Pun.

Collapſus { συμπεπτωκώς } Participium. Celſus lib. 7. cap. 26, Res verò interdum cogit emollire manu vrinam, quum illa non redditur, aut quia ſenectute iter eius collapſum eſt.

¶ Collapſus is dicitur, cui præ dolore concidit animus. Virgilius 8. Æneidos, -famuli collapſum in tecta ferebant.

Dolore ſubito collapſa. Ouid. 7. Metam.

Ferro collapſus, Id eſt ictu enſis. Virg. 4. Æneidos,

-illam media inter talia ferro
Collapſam aſpiciunt comites, enſémque cruore
Spumantem, ſparſáſque manus.

Saxo collabitur ingens Centaurus. Stat. 1. Achil. Hoc eſt, Dormiturus procumbit ſuper ſaxum.

Ædes vetuſtate collapſæ. Sueton. in Auguſto, cap. 30.

Collapſos excipit artus. Ouid. 10. Metam.

Ceruix collapſa. Virg. 9. Æneid.

Cineres collapſi dicuntur, quum eſt omnino extinctus ignis. Virgilius 6. Æneidos,

Poſtquam collapſi cineres, & flamma quieuit.

Membra collapſa. Virgilius 4. Æneid.

Oſſa morbo collapſa minutatim, Per hyperbolen totú hominem ſignificat Virgilius lib. 3. Georgicorum,

Rurſus abundabat fluidus liquor: omniáque in ſe
Oſſa minutatim morbo collapſa trahebat. Seruius.

Ruina collapſa. Sil. lib. 7.

Collabus, collabi, penultima correpta. Suidas, Collabi ſunt fidium epitonia. Cælius libro 30. cap. 18, Exiſtimo collabos in cithara eſſe clauiculos, quibus intenduntur vel remittuntur fides: & inde ab intenſione cœpiſſe epitonia vocari: indéque per ſimilitudinem in aliis itidem id genus eodem modo appellata.

Collachrymo, collachrymas, penult. corr. { συνδακρύω } collachrymare, Idem quod ſimplex Lachrymare. Cic. in Somnio Scip. Ad quem, vt veni, complexus me ſenex collachrymauit.

Collachrymare caſum. Cic. pro Sextio, Et quoniam huc me prouexit oratio, hiſtrio caſum meum toties collachrymauit.

Collachrymatio { συνδάκρυσις } Verbale. Cicero 2. de Oratore, Signa doloris ſui verbis, ſententiis, voce, vultus, collachrymatione denique oſtendens.

Collactaneus { ὁμογάλακτος } Qui eandem mammam ſuxit, & eodem lacte nutritus eſt. l. 13. D. De manum vindict. § iuſtæ auté. Inſtit. Quibus ex cauſis manumit. l. 30. §. Titia. D. de adim. legat. quæ & cum Græcè σύντροφον vocat, vt & Theophil. in d. § iuſtæ.

Collacteus { συγγάλακτος } Idem. Iuuenal. ſat. 6,

-quid dicat notæ collactea mammæ. Alia exemplaria habent, Collocia Mauræ. Martianus Capell. lib. 1. c. 1, Sed quòd ſororis eius collactea & indiſcretę amica fœdere videretur.

Collare, huius collaris, penult. prod. neut. g. { κλοιός } Vinculi genus quo collum aſtringitur. Lucil. lib. 9,

Cum manicis, catulo, collaríq;, vt fugitiuum Deportem. Hæc Nonius. Vel ait Budæus, Cingulum ex corio firmo cum clauis capitatis. Varro 2. de Re ruſt. cap. 9, Ne vulnerentur à beſtiis, imponuntur his collaria, &c.

Collaria, huius collariæ, Ferrum rotundum quo conſtringuntur colla malefactorum. Plaut. Capt. 6.

Hoc quidem haud moleſtu 'ſt iam, quòd collus collaria caret.

Collarium, Vide CVRCVLVS.

Collaterales, in iure dicuntur qui ſe attingunt tranſuerſaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam aſcendentem vel deſcendentem, vt conſanguinei vel ſimiles. ¶ Dicuntur etiam collaterales generaliter omnes æqualiter quaſi lateribus conſidentes.

COLLATIA { κολλατία } Oppidum iuxta Romam, eo quòd ibi opes aliarum ciuitatum fuerint collatę: à qua porta Romę Collatina dicta eſt. Feſtus.

COLLATINA, Dea quæ collibus præeſt. Sipontinus.

COLLATINVS, Tarquinij cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus poſt exactos reges, cum Iunio Bruto factus eſt Conſul: poſtea non aliam ob cauſam, quàm quòd Tarquinius appellaretur, populo ſuſpectus, magiſtratu ſe abdicare coactus eſt, & in exilium proficiſci. Liu. 2. ab Vrbe. ¶ Fuit & vnus ex ſeptem vrbis Romæ collibus.

Collatio, Collatitius, Collatiuus, Collator, Collatus, Vide CONFERO.

Collato, collatas, penul. prod. collataui, collatatum { συμπλατύνω } collatare, Idem quod ampliare. Cic. in Orat. Quòd ſi & anguſta quædam atque conciſa, & alia eſt collatata & diffuſa oratio, neceſſe eſt id non literarum accidere natura, ſed interuallorum longorum & breuium varietate. Anguſta, & conciſa oratio, quæ minutos habet nu-

meros,& remissos:quales sunt iambi & trochæi.vt pro Milone:Milo quum in senatu fuisset eo die quoad senatus dimissus est, domũ venit,calceos & vestimenta mutauit:paulisper dum se vxor,vt fit,comparat,commoratus est.Quem locum vehementer admiratur Quintil. lib.4.cap.2. Omnes ferè iambi sunt.& trochæi. quia ab iambo incipit,& duobus iãbis desinit. Nullus autẽ numerus aut pes iambo demissior & angustior est.Collatata & diffusa oratio grandiores & sublimiores numeros habet:quales sunt spõdæi, Cretici,Ionici Pæones, epitriti.vt pro Milone:Quas ille præceps amentia,cæsis prostratisque sanctissimis lucis,substructionibus, insanis molibus oppresserat. Incipit enim à spõdæo,& desinit in Ionicum à maiori. Postea subiūgit: Vestræ tum aræ, vestræ religiones viguerunt. vbi etiam initio spondæus est,in fine Ionicus à minori.Sequitur:Vestra vis valuit,quam ille omni scelere polluerat.vbi primo loco Creticᵘˢ est,postremò Pæon primus.Natura igitur syllabarum & pedum, efficit orationem aliam angustam,aliam collatatam.

Collaudare {συνεπαινῶ} Eiusdem significationis cum suo simplici. Terent.Eunuch.5.9.

Et collaudaui secundum facta & virtutes tuas. Cic. ad Q.frat. lib. 2.5,Orationem meam collaudauit satis multis verbis.

Beneuolentiam diligentiámque aliquorum collaudare.Cic.vltima actione in Verrem,Agit hominibus gratias, & eorum erga se beneuolentiam diligentiámque commendauit. Budæus.

Clementiam alicuius per literas collaudare.Cic.Att.lib.9.18.

Factum alicuius collaudare.Cic.5.Philipp.

Memoriam.Cic.Antequam iret in exilium.

Ab omnibus collaudari.Cic.Lentulo,lib.1.7.

Non cohortandus,sed magis collaudãdus aliquis. Cic.1.de Orat.

Collaudatus,penult.prod. {συνεπαινεθείς} Stat.6.Thebaidos, -victórque & collaudatus abisset.

Collaudatio,Verbale {συνέπαινος} Cic.2.de Inuent.Primùm scriptoris collaudatione, & loco communi,nihil eos qui iudicent, nisi id quod scriptum sit spectare oportere.

Collecta,huius collectæ.In COLLIGO.

Collectanea,collectaneorum,n.g.plur.num.{συναγωγή}Scripta,quæ ex pluribus excerpta locis.in vnũ lecta sunt. Sipont. Vide COLLIGO.

Collectarius, collectarij {ἀγυρτικός} Argentarius campsor, & pro argento monetam vicissim tribuens. Acron quoque in Horat. collectarios pro coactoribus argentariorum accipit. Impp. l. 16. C. si certum petatur, Quisquis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit,si in prouincia fuerit versatus, quasi emptor legum atque prouinciæ:vel si quis collectarius, honoris pretium dederit ambienti,exilij pœna vnà cum ipso iudice plectetur: Id est,Si quis argentarius crediderit pecuniam ei quem sciebat ambire honorem,& cum hac pecunia empturum.Hæc Alciat.lib.dispunct.4.cap.22.

Collega, collegæ, penultima producta, masculini generis {συνάρχων, σύνεδρος} Collegæ(inquit Varro de Lingua Latina) dicuntur qui vnà lecti sunt.Vlpianus l.173.D.de verborum significationibus, Collegarum appellatione hi continentur qui sunt eiusdem potestatis. Sipontinus, Collegæ sunt in legatione aut magistratu socij.Plinius libro 19. capite 8, Inuenio mustum rutatum populo datum à Cornelio Cethego, in Consulatu collega Quint. Flaminini, comitiis peractis.

Collega & socius alicuius. Cic.4.Verr. Qui se non Timarchidis, sed ipsius Verris collegam & socium esse dicebat.

Regni collega.Cic.2.Philipp.

In censura collegæ.Cic.de Amicit.

Potestatem collegæ abrogare.Cic.3.de Legib.

Inter collegas discrepare iudicia.Cic.pro Cluent.

Facere collegam in quodam munere.Cic.de Claris Orat.

Habere collegam in quodam munere.Cic.1.Offic.

Libidinem leuitatémque collegæ vultu frangere.Cic.pro Sext.

Numerare alicui collegam. Cic.4.Verr.Is est C.Clodius,qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum,propè collega Timarchidi numerabatur.

Censoris mores etiam collega timeret.Iuuenal.sat.11.

Collegatarius, cum alio legatarius. Vlpianus in l. planè. D. de legat.1, Si duobus sit legatum, quorum alter hæres institutus sit: à semetipso ei legatum inutiliter videtur. ideóque quod ei à se legatum est, ad collegatarium pertinebit.

Collegium {συνεδριον, σύλλογος} Propriè significat societatem ipsam collegarum. Tres numero collegium facere existimauit Horatius Priscus:quod magis sequendũ affirmat Marcellus, quàm quod plerique scripserunt,maiorem ad id numerũ necessarium esse.Collegæ tamen dicuntur duo 1055.& collegium dicitur de consulibus à Liuio lib.10: Scire se nihil concordi collegio firmius ad remp.tuendum esse. Idem tria collegia vocat tres duorum consulum vices. Budæus. Cicero 6. Ver.Tum ex amplissimo collegio Decemuirali,&c. Gell.lib.11.cap.3, Aliter enim dici videbam,Pontifices pro collegio decreuisse.Id est ex authoritate & sententia colleg j pontificum,inquit Volaterranus.

Collegiorum ordo quidam erat & dignitas, ac quoddã magnum dicebatur,vt aliis dignius & amplius.Sic enim legimus in inscriptione quadam veteri,Viatori collegij magni. Turnebus.

¶Collegium, Congregatio & societas quorumcunque hominum. Plin.Iun. epist.150. Tu domine dispice an instituendum putes collegium fabrorum duntaxat hominum CL.

Ambubaiarum collegia.Horat.1.Serm.sat.2.

Collegium Capitolinorũ. Vide Capitolinus, in CAPITOLINVM.

Collegium Mercurialium.In MERCVRIVS.

Collegium naturæ.Plin.lib.10.cap.17, Auxiliatur accipiter, collegio quodam naturæ,bellúmque partitur.Id est,*par alliance de nature.*

Pontificum collegium docere.Cic.pro Domo sua.

Prætorum.Cic.3.Offic.

Sacerdotum.Cic.de Claris Orat.

Amplissimi sacerdotij collegium.Cic.Appio Pulchro,lib.3.10.

Tribunorum plebis.Cic.pro Domo sua.

Apud collegium Tribunorum plebis causam alicuius agere. Cic. 4.Verr.

Sodales eiusdem collegij. Caius in l. vlt. D. de Collegiis & illicitis corporibus.

Desperatum collegium.Cic.3.de Legibus.

Illicita collegia arcentur senatusconsulto. Martianus in l. 1. D. de Collegiis & illicitis corporibus.

Sodalitia colleg a. Martianus in l.1 D.de Colleg.& illicit. corpor. Mandatis principalibus præcipitur Præsidibus prouinciarum,ne patiantur esse collegia sodalitia.

¶Adhibere collegium.In ADHIBEO.

Celebrare.Martianus in l.Collegia. D.de Collegiis & illicitis corporibus.

Coire collegium. Martianus in l.Collegia. D. de Collegiis & illicitis corporibus.

In collegium cooptare.In COOPTO.

Deferre ad collegium Cic.2.Philipp.

Dissoluere collegia.Suetonius in Augusto,cap.32. Martianus in l. Collegia.D.de Colleg.& illicit.corpor.

Vsurpare.Vlpianus in l.Quisquis illicitum.D.de Colleg. & illicitis corporibus.

¶Collegium,pro Cõsortio officij,siue societatis. Tacit.lib.3,Consulatus patris,atque filij collegio insignis.

Collegia.hoc est infimorũ hominum,certas artes pariter exercentium,conuentus,iam inde à Numa rege esse instituta, in Plinij naturali historia, & in Plutarcho scriptũ est.postea, quũ horum collegiorum numerus esset auctus,omnia,præter pauca atque certa.vt fabrorum fictorúmque,quæ ciuitatis vtilitas desiderabat, pluribus legibus sublata sunt,neque solùm legibus,sed etiam senatuscõsultis,vt L.Cæcilio,Q.Martio coss.nec enim hominum humilium coitiones in ciuitate satis tutæ videbantur. Clodius autem,vt inopem plebem, quæ paruo negotio ad facinus impelletur, sibi conciliaret, vtpote qui nouitatem & vim meditaretur, collegia non solùm vetera restituit, sed etiã noua innumerabilia constituit.de quo & in oratione pro Sextio, & in Pisonem Cicero meminit.præterea Dion libro XXXVIII, Pedianus in commentario Corneliano. Hæc autem collegia non è solis peregrinis,aut è seruis,sed è peregrinis,qui postea ciues fiebant,è nouis ciuibus,ex veteribus Romanis inopia laborantibus, è seruis constabant.est enim ridiculum, eos putare fuisse peregrinos,quorum patres & maiores multis antè annis artem aliquam sedentariam administrassent,peregrini quidem & erant,& dicebantur,ante quàm essent censi:sed, quum Romæ domiciliũ iam per aliquot annos habuissent, professi apud prætorem,ciuium Romanorum iura consequebantur, & vel easdem,quas antea,artes administrabant,vel in militiam proficiscebantur.in qua quũ nonnulli fortem fidelémq; operã reip.nauassent,equestris loci dignitatem,si modo H-S quadraginta millia possiderent,consequebantur,vel tribuni militum fiebant: ex quo postea tribuni plebis facilè creabantur:vnde ad alios magistratus erat ascensus.Romanos autẽ ciues,alios magistratibus,alios militiæ,alios mechanicis artibus operam dedisse,facilè mihi & Plinius persuadet, qui de collegiis ærariorum,fabrũm,& figulorum à Numa rege institutis mentionem facit:& L. Florus idem apertè demõstrat:cuius hæc sunt verba:A Ser.Tullio rege populus Romanus relatus in censum, digestus in classes,decuriis atque collegiis distributus:summáq; regis solertia ita est ordinata resp. vt omnia patrimonij, dignitatis,ætatis,artium,officiorúmque discrimina in tabulas referrentur, ac si maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur. collegia nominat, & artes:quæ duæ dictiones manifestò declarant. cõtra quam *Dionysius* Halicarnasseus quodam in loco affirmat,artes illas,quæ in officinis tractantur,etiam ab iis qui multis antè annis iure ciuium Romanorum vterentur, esse cultas. hoc & Cicero demonstrat in oratione pro Domo sua:ait enim sic: Nullum est in hac vrbe collegium, nulli pagani,aut montani, (quoniam plebi quoque vrbanæ maiores conuenticula,& quasi concilia quædam esse voluerunt) qui non amplissimè non modò de salute mea,sed etiam de dignitate decreuerit. Præterea lib.VI. epist. ad Att. Iudicem esse Romæ significat Turpionem sutorium.quid autem? Pedianus,qui fuit antiquitatum Romanarum bene peritus,nónne in orationis pro Milone commẽtario & concionem,& populum nominat,quũ de iis qui mechanicas artes tractarẽt manifestè loquatur?nam quũ exponit illud,Contra hesternã concionem illam, subiungit hæc: Idem T.Munatius Plancus, vt sæpe diximus,post audita,& obsignata testium verba,dimissósque interim iudices,vocata concione cohortatus erat populum, vt clausis tabernis postero die ad iudicium adesset,nec pateretur elabi Milonem. Erant igitur opificum collegia ex quatuor hominum generibus, è seruis,ex inopi veterum ciuium Romanorũ plebe,ex nouis ciuibus, ex iis qui quum proximè in vrbem venissent, censi nõdum erãt,sed illa quæ P. Clodius restituit,qui etiam, vt ait Cicero in Pisonem, noua quædam è seruitiorum fæce constituit. Dion historiæ suæ lib XXXVIII. καὶ ἑταιρικὰ nominat: quòd nihil aliud essent, quàm opificum sodalitates: quales Venetiis videmus esse quamplurimas. quod etsi ita sit, ad aliam tamẽ sententiã conuertendũ est illud quod in lib.de Senect. ex persona Catonis Cic. pronuntiat: sodalitates paulo ante me quæstorem constitutæ sunt.non enim de collegiis opificum est intelligendum,sed de sodalitatibus honestorum ciuium,animi caussa constitutis.& quemadmodum sodalitates, item collegia non semper de artificum cœtibus dicuntur.non enim quod lib.II. ad Qu.frat. scriptum est, M. Eurium Flaccum, equitem Romanum Capitolini & Mercuriales de collegio eiecerunt.sic exponẽdum est, vt de collegio eorum qui mechanicas artes exercerent, sed de collegio aliquo sacerdotum eiectum esse Flaccum, intelligamus. non enim suspicari aliter possumus, quum eques Romanus esset, artes autem quæstuariæ ab infima plebe tractarentur, argentaria tamen excepta,quam à Q.Cælio,equite Romano, Pomponij Attici auunculo, esse administratam, libro I. ad Atticum Cicero significat; si modò fœnerator & argẽtarius idem fuit. erat igitur inter quæstuarias artes paulo honestior, vel vt dicam verius,

verius, paulo minus turpis argentaria: cui tamē operam dare, probro ducebatur. itaque Octauio, qui postea est Augustus appellatus, auum argētarium M. Antonius & Cassius Parmensis exprobrare soliti sunt. Ex Manut. commentariis in orationem pro Sextio.

Colletica {κολλητικά} Medicamenta dicuntur, quæ adglutinant, sicut symphitica, quæ consolidant, & epulotica, quæ cicatricem inducunt. Author Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 14.

Colleuo, colleuas, penult. corr. {ἐπικουφίζω} colleuare, videtur id significare quod vulgus *alleuare* dicit. Plinius lib. 23. cap. 1, Prodest renibus, iecinori, & interaneis vesicæ: colleuat enim ea. De musto loquitur.

Collibertus {συναπελεύθερος} Qui ab eodem patrono libertate donatus est. Plaut. Pœnul. 14,

Quin hercle collibertus meus faxo eris, si di volent.

Inter collibertos matrem & filium, pietatis ratio secundum naturam esse salua debet. Vlpianus in l. 1. D. de Obsequiis à liberis & libertis parentibus & patronis præstandis.

Collibet, vel collubet, penult. corr. collibuit, collibitum est {συνδοκεῖ} collibēre, Idem quod Libere, & placere. Terent. Eunuch. 5. 9,

-siquid collibuit, noui te.   Sallustius in Cic. An non ita à pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset?

Nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset. Cic. in Sallustium.

Collibitum est mihi. Cic. ad Cassium, lib. 15. 16, Vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat.

Colliciæ, colliciarum, Maiores sulci, in quibus aqua si redundat, excolatur. Dicuntur & elices. Colum. lib. 2, colliquias vocat. Festus, Colliciæ, tegulæ per quas aqua in vas defluere potest. Plin. lib. 18. cap. 19, ad finē, In vsu est & colliciās interponere, si ita locus poscat, ampliore sulco, quæ in fossas aquam deducant.

Colliculus, Vide COLLIS.

Collido, collidis, penultima producta, collisi, collisum, penult. prod. {συγκρούω, συντρίβω} collidere, Simul percutere, conterere, & frangere. Cicero 3. de Natura deorum, Humor ita mollis est, vt facilè premi collidíque possit.

Aurum colliditur, vt fiat anulus. Ouid. 3. de Arte.

Confligunt & colliduntur leges. Quintil. lib. 7. cap. 3. Id est contrariæ sunt. Budæus.

Acer concursus viros colliserat. Sil. lib. 7,

-iámque intermixta sonabant

Classica, concursúsque viros colliserat acer.

Gloria collidit fratres. Stat. lib. 6,

-nec vnquam

Ambitiosa pios collidit gloria fratres.

Collidere manus, pro Complodere. Quintil. lib. 2. cap. 13, Iam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cædere, multum ad pullatum circulum facit.

¶ Conlidi, Infinitiuus. Lucret. lib. 1,

Nam neque conlidi sine inani posse videtur

Quicquam, &c.

Collisus {συγκρουσθείς} Adiect. pen. prod. Sil. lib. 3,

-alta sonoro

Collisis trabibus voluuntur murmura luco.

Græcia collisa duello. Horat. 1. epist. 2.

Collisum argentum quid sit, vide in l. Quintus, 2. §. Cui aurum. D. De aur. & arg. legat.

Collisus, huius collisus, penultima prod. masc. gen. {συγκρουσμός} Idem quod collisio. Plin. lib. 9. cap. 35, Ceu sono quoque & collisu ipso margaritarum.

Collisio {σύγκρουσις} Verbale, Est duorum aut plurium corporum mutua (vt ita dicam) confricatio.

Colligas apud Plin. lib. 31. cap. 10, Hermolaus legit, id est specus mobiles in quibus aphronitrum inuenitur: vbi nunc ex vetustissimis codicibus legitur Colycæ. Vide suo loco.

Colligo, colligas, penult. corr. colligare {συνδέω, συνδεσμεύω} Simul ligare. Terent. Eunuch. 5. 5,

Colligauit primum eum miseris modis.   Cic. pro Rab. perduel. reo, I lictor, colliga manus.

Sententias verbis colligare. Cic. in Orat.

Vnum interiectum medium, & seipsum, & ea quibus est interpositum colligat. Cic. de Vniuersit.

Colligare in fasciculos manuales. Plin. lib. 19. cap. 1.

¶ Colligare se cum aliis, per translationem. Cic. ad Pætum, lib. 9. 17, Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligauit. Id est impediuit & irretiuit.

In Græcia colligare aliquem. Cic. 11. Philipp.

¶ Colligare vno libro omnia. Cic. in Orat. Id est complecti.

Colligata, & implicata inter se. Cic. 1. Offic. Quæ quatuor quanquam inter se colligata atque implicata sunt: tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur.

Apta & colligata inter se. Cic. 1. de Nat. deor. Est enim admirabilis quædam continuatio, seriésque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligatæque videantur.

¶ Colligare impetum furentis. Cic. 11. Philip. Impetúmque furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit, à reditu refrænauit.

Colligare vulnera. Plin. lib. 35. cap. 15, Sanguinem sistit: vulnera colligat: glutinat neruos.

Colligatio, Verbale {σύνδεσμος} Cic. 1. de Diuinat. Quin colligationem causarum omnium perspiciat animo.

Colligatio societatis. Cic. 1. Offic. Arctior verò colligatio est societatis propinquorum.

Ex colligationibus sumere interualla. Cic. de Vniuersit.

Colligatus, penult. prod. {συνδεδεμένος} Participium, vt, Vinculis colligati sumus, quum gignimur. Cic. de Vniuersit.

Colligatum, Substantiuum {συνδεδεμένον} vt, Omne colligatum solui potest. Cic. de Vniuersit.

Colligo, colligis, penul. corr. collegi, penult. prod. collectum {συλλέγω, συναθροίζω, ἀθροίζω, ἀγείρω} colligere, In vnum redigere, vt ait Nonius. Virgil. Collige virgo rosas.

Carpere & colligere vndique. Cic. 1. de Orat.

In vnum locum colligere. Cic. de Petit. Consul.

Colligere in vas. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Colligēdum eas in vas aliquod, & reponendum in tecto loco, ac tepido.

Arma nauis colligere, id est Vela contrahere, non penitus deponere, vt inquit Seruius. Virg. 5. Æneidos,

Colligere arma iubet, validísque incumbere remis.

Capillos colligere in nodum. Ouid. 3 Metam.

Equos. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Colligit amentes, & adhuc terrore pauentes

Phœbus equos.

Exercitum ex senibus desperatis. Cic. 2. in Catil.

Colligere follem de puluere. Martial. lib. 12. epigr. 83.

Fontes colliguntur angustis fistulis. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Fructus. Horat. 1. epist. 12.

Gradum, pro Sistere. Silius lib. 7,

Quanquam tardatos turbata fronte Latinos

Collegisse gradum videt.

Hostem colligere, In angustum cogere. Sil. lib. 10.

Humorem frontis. Martial. lib. 12. epigr. 83.

Librum aut aliud aliquid colligere, pro Subleuare. Plinius Iunior epist. 25.

Milites, vel exercitum. Cic. 7. Verr. Hospes Cleomenes hoc dicit, sese in terram esse proiectum: vti Pachyno, è terrestri præsidio milites colligeret.

Miles in mœnia colligit sese, Milites sese recipiunt in vrbem. Silius libro 10.

Ingentem numerum perditorum hominū colligere. Cic. 2. in Cat.

Stipem à tyrannis. Liu. 8. bel. Maced.

Vasa. Vide VAS, vasis.

Vestigia Pythagoreorum. Cic. 4. Tusc.

Vestem colligere, pallium, &c. Plaut. Capt. 13,

Collecto quidem est pallio, quidnam acturus est?   Martial. lib. 7,

Collige Cinna togam, calceus ecce perit.

¶ Colligere annos. Plin. lib. 13. cap. 13, Ad quos à regno Numæ colliguntur anni DXXXV.

¶ Colligere, Enumerare. Cic. de Claris Orat. Putarem te (inquit) ambitiosum esse si (vt dixisti) ij quos iandiu colligis, viuerent.

Colligere peccata & vitia alterius. Cic. 3. de Legib. Nam isto quidem modo Consulatus vituperabilis est, si Consulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris.

Colligere naufragia fortunæ. Cic. 7. Verr. Nihil est quòd cæterorum res minus commodè gestas proferas: nihil est quòd multorum naufragia fortunæ colligas.

Naufragium Reipublicæ colligere, ac salutem communem reficere. Cic. pro Sextio.

Dolor rabiem collegerat omnem. Ouid. 9. Metam.

Colligere omnium laudes. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.

Nullam memoriam antiquitatis collegerat. Cic. de Claris Orat.

Colligere breuiter quæ acta sunt. Cic. ad Att. lib. 1. 13.

Argumenta causarum. Cic. 2 de Orat.

Aliquorum facetè dicta. Cic. 1. Offic.

Colligere rationes. Cic. ad Brutum, 9. 1, Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum authoritas tua à nimio mœrore deterruit.

Colligere rationes, aliter. Plaut. Amph. 15,

Nescio quid secum solus: puto

Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam.

Quid singula consector & colligo? Plin. Iunior in Paneg. Sed quid singula consector & colligo? quasi verò aut oratione complecti, aut memoria consequi possim.

Colligere causas. Plaut. Trinum. 11,

-sexcentæ ad eam

Rem possunt colligi: illum quem habuit, perdidit, &c.

Testes. Cic. 2. de Orat. Tertium verò illud, clamare contrà quàm deceat, & quàm possit, hominis est, vt tu Catule de quodam declamatore dixisti, stultitiæ suæ quàm plurimos testes domestico præconio colligentis.

Colligere vitia in aliquem. Cic. 4. Tusc. Quum multa in conuentu vitia collegisset in eum Zopyrus, &c. derisus est à cæteris.

Vocem ab acutissimo sono vsque ad grauissimum sonum recipere, & quasi quodam modo colligere. Cic. 1. de Orat.

¶ Colligere LX passus orbe, pro Complecti. Plin. lib. 12. cap. 5.

¶ Colligere, tanquam subducta ratione aliquid ita esse asserere, & comprobare. Plin. lib. 11. cap. 37, Eandem esse & naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modo incisa statim expiretur. De ceruice.

¶ Acutè colligere. In ACVO.

Apertissimè colligit Cicero. Quint. in prœm. lib. 1.

Bene colligit hæc pueris & mulierculis esse grata. Cic. 2. Offic.

Memoriter colligere. In MEMOR.

Mendosè colligis. In MENDA.

Colligere omnia, Id est omnium simul collectorum summam facere. Cic. ad Metellum, lib. 5. 2, Postea verò quàm profectus es velim recordēre quæ ego de te in Senatu egerim: quæ in concionibus dixerim, quas ad te literas miserim: quæ quum omnia collegeris, tu ipse velim iudices.

¶ Colligere animo. Cic. 1 de Inuent. Quare hoc in genere, vt commodius quid euenturum sit, antè animo colligi possit, quid, &c.

Considerare, & animo colligere. Cic. 1. de Inuent. Quum & nostræ Reipublicæ detrimenta considero, & maximarum ciuitatum veteres animo colligo calamitates.

Ex animo suo colligere. Ouid. epist.11,
Quid mihi tunc animi credis germane fuisse?
Nam potes ex animo colligere ipse tuo.
Ex re aliqua.Cic.Att.lib.2.
Colligere cogitatione & ratione.Cic.3.de Finibus,Ita cogitatione & ratione collegit, vt statueret in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum & expetendum bonum.
¶Aliquos erga nos amicè & beneuolè colligere.Cic.1.de Fin.
¶Colligere beneuolentiam alicuius.Cic.de Amicit.Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet beneuolentiam ciuium, quam blanditiis & assentationibus colligere turpe est.
Ab auditorum persona beneuolentiam colligere. Author ad Herennium,lib.1.
Beneuolentiæ colligendæ artificio vincere.Cic.Q.frat.lib.1.2.
Beneuolentiam aliquorum conciliare & colligere. Cicero Papir. lib.9.16.
Colligere existimationem & famam vigiliis & sudoribus. Cicero 1.Verr.
Gaudia,Propert.lib.2.eleg.15.Id est accipere.
Colligere gratiam ex aliquo labore.Vide GRATIA.
Aer humorem colligens terram auget imbrib. Cic.2.de Nat.deor.
Ignes blandos colligere,Amore incalescere.Valer.Flac.lib.2.
Luna reuertentes ignes colligit, Renascitur ac fit noua. Virgilius 1.Georgic.
Colligere inimicos.Cic.ad Atticum,lib.19.
Iniurias alicuius colligere.Cic.6.Verr.
Colligere crudelitatis inuidiam.Cic.7.Verr. Siquid vindicatum seuerè est,vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam.
Iram colligere,& ponere,contraria Horat.in Arte,
Reddere qui voces iam scit puer,& pede certo
Signat humum,gestit paribus colludere,& iram
Colligit,ac ponit temerè,& mutatur in horas.
Iras colligere.Valer.lib.7.Argonaut.
Nox pluuiam colligit.Virg.9.eclog.
Os rabiem colligit.Ouidius 1. Metamorph. De Lycaone in lupum mutato.
Vitiosum sanguinem colligere.Cic.de Claris Orat.
Colligere sitim.Virg.3.Georgicorum,
Inde vbi quarta sitim cæli collegerit hora,&c.
Colligere ventos rumorum & concionum.In VENTVS.
Colligere vires ad aliquid agendum.Liu.9.bel.Pun.Ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid collecturum.
Vires sibi colligere vsu.Ouid.2.de Arte. Id est acquirere: quale est illud Virgilij de Fama lib.4.Æneidos,
-viresque acquirit eundo.
Vsum colligere patiendi.Ouid.1.Amor.eleg.8.
¶Colligere animos.Liu.3.ab Vrbe,Retulere primò pedem hostes: deinde quum animos collegissent, & vndique duces victis ne cessuri essent,increparent,restituitur pugna.
Colligit, & recreat se animus.Cic.1.Tusc.
Colligere animum & cogitationem. Plin.Iunior lib.2. epist.11. ad Arrianum,Vtcunque tamen animum cogitationémque collegi.
Mentem colligere cum vultu, Id est mentem & vultum ad hilaritatem componere.Ouid.1.Amor.eleg.14.
Mentem colligere ab æstu. Ouid. 14. Metamor. Æstus hoc loco amorem significat.
Colligere se,Vulgus dicit *Resumere animum*. Cic.1.de Diuinat.Eum primo perterritum somnio surrexisse:dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset,recubuisse.
Colligere se & confirmare.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Colligendi sui causa se in locum aliquem conferre.Cic.1.de Orat.
Seipsum colligere. Cic.4.Tusc. Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum cogere?
Colligere se ad aciem.Hirtius lib.5.
Ex somno se colligere. Lucretius libro 3,Id est à dormiendo se retrahere.
Colligere se ex timore. Cæsar 3. belli Ciuilis, Nostros firmauit, vt se ex maximo timore colligerent. Id est nihil amplius timerent.
¶Colligere se,Contrahere se.Virgil.2.Georgicorum,
-neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.
Colligere se in arma.Virg.12.Æneidos,
Substitit Æneas,& se collegit in arma.
Poplite subsidens. Id est, ita se texit, vt nulla parte posset feriri. Seruius.
Se colligere in tenues vmbras,Tenui sua fortuna contentum esse, intra suam fortunam se continere.Propert.lib.3.eleg.9.
Me ipse collegi,id veritus.Cic.Bruto.9.2.
Me collegi, verens nequid mihi ille iratus,tibi noceret.Cicero Attico,lib.15.
Ipsi se collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ. Cicero Attico,lib.7.
Ex alicuius regno se colligere. Cic. pro Lege Manil. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat: & eorum qui se ex eius regno collegerant, & magnis aduentitiis multorum regum & nationum copiis iuuabatur.
¶Colligere de omnibus pagis. Cic. 2. de Finib. Itaque vt maiores nostri ab aratro abduxerũt Cincinnatum illum, vt Dictator esset:sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certè non pereruditos.Sunt qui pelasgis legant,alij plagis,sed sic appositissimè respõdebit similitudini, vt quemadmodum ab aratro ad Dictaturam vocatus Cincinnatus est,sic isti de pagis omnibus paganos & indoctos sectæ ascíscant suæ. Turnebus.
¶Colligor,pro Iudicor & habeor.Ouid.2.Amor.eleg.6,
Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro.
Collectus,Participium{συλλεγμένος} Cic.ad Atticum,lib.8,Ab vtriusque mancipiis ex omni genere collectis.
Agmina militum collecta in altis paruæ figuram, Virg.12.Æneid.
Aquis collectis multiplicantur flumina.Ouid.1.de Remed.amor.
Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus.Cic.2.in Catil.
Famam collectam conseruare.Cic.1.Verr.
Flamma collecta.Ouid.3.Amor.eleg.5. Flamma pro amore.
Flores collecti.Ouid.5.Metam.
Ignes collecti.Sil.lib.17.
Equus collectum premens voluit sub naribus ignem. Virg.3.Æn. Id est flatu indicat magnanimitatem suam. Seruius.
Imbres collecti.Horat.1.epist.15,
Collectósne bibant imbres,puteósne perennes
Iugis aquæ.
Miles collectus,Milites collecti.Sil.lib.7.
Nubes ex alto collectæ, Ab Aquilone, qui de alto, id est à Septentrione flat.Virg.1.Georgicorum,
Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes. Seruius.
Obliuia collecta damnis,id est coniuncta damnis.Ouid.5.Fast.
Pecunia collecta.Horat.1.epist.10.
Collecta exilio pubes miserabile vulgus.Virg.2.Æneid.
Puluis collectus turbine.Horat.1.Serm.sat.4.
Collecta fatigat edendi Ex longo rabies.Virg.9.Æneid.
Collectæ,arcessitæ,& comportatæ res.Cic.3.de Orat.
Robur collectum.Virg.3.Georgicorum,
Pòst vbi collectum robur,viresque receptæ.
Sanguis collectus.Id est collectæ vires & robur.Stat.6.Thebaid.
Collecta nodo sinus fluentes.Virg.1.Æneidos,
Nuda genu,nodóque sinus collecta fluenteis.
Sorde collecta dolentes auriculæ.Horat.1.epist.2.
Viatica collecta multis ærumnis.Horat.2.epist.2.
Vires collectæ.Claud.7.Paneg.
Collectum,collecti,neut.gen.vt,Viuere collecto.Plin.lib.11.cap.37,Cornea & acuta volucribus rostra. Eadem rapto viuentibus adunca:collecto,recta.
Collectio {συλλογή} Verbale.Cic.de Claris Orat.
¶Collectiones aliter,videntur esse humores in membris ex pituita collecta:quas catarrhos dicere solent.Plin.lib.20.c.8, In cibo sumptum, & illitum, collectiones, succúsque decocti ventrem soluit. Et lib.22.cap.22, Illinitur & sedis collectionibus, id est apostematibus. Budæus.
Dispersa collectio.Cic.pro Lege Manilia.
¶Collectio,pro Congerie noxiæ materiæ.Seneca epist.69,
In pectore tuo collectio & vomica est.
Collectio detractioni opposita. Seneca epist.75, Nõ facit collectio amici sapientiorem,nec detractio stultiorem.
¶Collectio,pro Illatione in argumentis.Seneca epist.86,Huic collectioni Peripateticorum quidam respondent.
Collectrix, huius collectricis, pen.prod. fœ.g. Verbale. Plaut. in Milit. Act.3.scen.1.
Præcantrici,collectrici,aliæ,atque haruspicæ. Collectricem interpretantur eam,quæ religionis causa stipem colligit. Sunt tamen qui legant,Precatrici,coniectrici,&c.
Collecta,collectæ {συμβολή} Quæ ex pluribus locis in vnum lecta est, inquit Varro de Ling.Lat. Cic.2.de Orat.Ego verò,inquit ille,quoniam collectam à conuiua Crasse exigis,non committam, vt si defugerim,tibi causam aliquam dem recusandi. Sensus est: Quemadmodum ij qui conuiuas non accipiunt gratis, exigunt ab eis collectam:sic tu ne me gratis conuiuam habeas,exigis pro collecta disputationé. ¶Est etiam collecta,cœna quæ Græcis ἔρανος vocatur,vt sodalium epulæ,& accubatio epularis iuuenum,vt tetradistarũ symbolam conferentium.Ausonius,Aut Parasitorũ collectas Plautinorum.
Collectaneus,Adiectiuum {συλλεκτικός} vt,Æs collectaneum: hoc est mistum,& ex diuerso vsu conflatum. Plin.lib.34 cap.9, Massa proflatur in primis, mox in proflatũ additur tertia portio æris collectanei, hoc est ex vsu coempti.
Collectitius,Adiect.{συλλεκτικός}Cic.Mario,lib.7.3,Signa tyrone & collectitio exercitu cum robustissimis legionibus contulit.
Collectiuus,pen.prod.Adiect. {συλλογιστικός} Quod colligit. Quintil.Lib.7. cap.2, Ratiocinatiua atque collectiua quæstio oritur.
Collimitor,penult.corr.collimitaris,collimitari.Solinus cap.25,Gelonis Agathyrsi collimitantur.
Collimitatus, penult. prod. Adiectiuum. Solinus cap.53, Ipsa Phrygia Troadi superiecta est,Aquilonia parte Galatiæ collimitata.
Colliminium, colliminij,n.g. Coitio limitum. Solinus cap.62, Hoc est colliminium,in quo limes Persicus Scythis iungitur.
Collimo,collimas,penultima producta {στοχάζομαι} collimare, A limis oculis deductum est:& significat id quod nunc *Figere album* dicunt.Cic.2.de Diuin.Quis est enim qui totum diem iaculans,nõ aliquando collimet? Solent enim intendẽtes in scopum limis aspicere, alteróque oculo nictare.In aliis exemplaribus legitur conlineet.
Collimare manum & oculos ad aliquid percutiendum. Gel.lib.9. cap.1, At si in æditiora mittas, & ad percutiendum supernè aliquid, manum & oculos collimes:quo motus à te datus fuerit,eò telum ibit quod ieceris.
COLLINA, penult. prod. {κολλίνα} Porta Romæ, à colle Quirinali sic appellata.Eadem nunc Salaria dicitur.Cic.2.de Legibus.
Turris Collina.Claud.de bello Gildon.18.
COLLINA tribus.In TRIBVS.
COLLINA, Dea fuit,quæ collibus præsidebat, sicut Vallonia, cui valles & conualles attribuebant,vt est apud Augustinum.
Collineo, collineas {ἐπευθυγραμμίζω} collineare, Idem significat quod Collimare. Cicero 3. de Finibus, Vt enim sicui propositum sit collineare hastam aliquò, aut sagittam, sicut, &c. Hic etiam legi potest collimare.

Collino, collinis, pen. corr. collini, colliui, colleul, pen. prod. collitum, pen. corr. (συγχρίω) collinere, Idem quod Linere. Colum. lib. 6. cap. 17, Pastinacæque agrestis semina, & succus armoraceæ cum melle collinita, oculorum sedant dolorem. Quo in loco legitur conlinita, quæ vox est à Conlinio, conlinis, pen. corr. conliniui, conlinitum, conlinire. Siquidem à Collino, collitum esset.

¶ Collinere, Coinquinare. Plaut. Mostel. 4, Pulchrum ornatum tur pes mores cœno collinunt.

Crines puluere collinere. Horat. 1. Carm. ode 15.

Collinus. Vide COLLIS.

Colliphium. Vide COLIPHIVM.

Colliquesco, colliquescis (συντήκομαι) colliquescere, Idem quod Liquescere. Columel. lib. 12. cap. 22, Vsque eo dum ea quæ addideris, in pice colliquescant.

Colliquefacere (συντήκειν.) Cic. pro Cluent. In pane datum venenum faciliúsne potuit, quàm in poculo? latentius potuit additum in aliqua parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset?

Colliquiæ, colliquiarum, ab eliquando, sunt sulci maiores ampliorésque, & quasi loculamenta, quibus humor agrorum noxius ex minoribus sulcis deriuatur extra segetes. Vitruuius appellat colluuiaria, omnis colluuiei & purgamentorum receptacula. Dicuntur & colliciæ, ab humore colligendo. Columella libro 2. cap. 8, Sed quanuis tempestiuè sementis confecta erit: cauebitur tamen vt patentes lyras, crebrósque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus.

Collis, huius collis, m. g. (βουνός) Est exiguus & leuiter assurgens monticulus, siue per se fit à monte separatus, siue pars montis: ita vocatus, quia colles post campos cœperunt colere, vt ait Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina. Cic. pro Cluent. Quum quædam in collibus (vt solet) controuersia pastorum esset orta. Idem 5. Verrina, Quos ego campos antea, collésque nitidissimos, viridissimósque vidissem.

Abruptus collis Sidonius.
Accliuus. Cæsar.
Angustus. Claud. in epist. ad Hadrian.
Aperti. Virgil. 2. Georg.
Aprici. Virgil. 9. eclog.
Arduus. Tacit. lib. 2.
Molliter assurgens. Colum. lib. 2. cap. 2. in ipso penè initio.
Cani niue. Seneca Hippol. 1.
Caui. Virgil. 8 Æneid.
Celsus. Virgil 8. Æneid.
Curui. Virgil. 5. Æneid.
Deruptus. Tacit. lib. 2.
Dumosi. Columel.
Editi. Gell lib 13.
Fœcundi. Ouid. 14. Metam.
Frondosus. Silius lib 15.
Herbiferi. Ouid. 14 Metam.
Incurui. Stat. 6. Thebaid.
Latebrosi. Silius lib. 5.
Maligni colles, Id est infœcundi. Virg. 2. Georgicorum,
Difficiles primum terræ, collésque maligni.
Montani. Plin. lib. 6. cap. 20.
Nemorosus. Sidonius.
Nitidi & virides. Vide NITIDO.
Obscuri. Virgil. 3. Æneid.
Paruli. Virgil. in Culice.
Pulsari. Virgil. 5. Æneid.
Rupti. Seneca Hippol. 10.
Salebrosi Sidonius.
Scopulosi. Silius lib. 7.
Spatiosi. Lucan. lib. 6.
Supini. Virgil. 3 Georg.
Tumulosi. Marcell nus.
Viridis. Lucret lib. 2.
Vmbrosus. Ouid. 2. de Arte.
Helicon) collis cultor à Catullo dicitur Hymen Vraniæ Heliconis deæ filius, epigr. 56.

¶ Ascendere collem. Virg. 1. Æneid.
Aer diffipit colles, id est Cingit & circundat. Lucret. lib. 1.
Exercere vomere colles, Arare. Virg. 7. Æneidos,
Littus arant, rutulósque exercent vomere colles.
Ingredi colles. Ouid. 14. Metamorphoseos,
Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantæa
Ingreditur colles.
Summa collium insidere. Tacit. lib. 21.
Collibus prohiberi. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Scandere colles. Seneca Hippol. 1.
Subducunt se colles, Ex alto in cãpos dissoluuntur. Virg. 9. ecloga,
Certè equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollíque iugum demittere cliuo. Seruius.
Collem terere. Martial. lib. 12. epigr. 18,
Aut collem dominæ teris Dianæ.

Colliculus, per duplex ll, significat paruum collẽ. Apul. lib. 1. Flor. Colliculus sepimine consecratus.

Collinus, penult. prod. (βουνώδης) Adiectiuum, vt. Collina vinea, quæ in colle plantata est. Colum. lib. 12 cap. 21, Eius defruti sextarius in duas vrnas musti adiicitur, si mustum ex vineis collinis est: sed si ex campestribus, &c.

Collina vina. Colum. lib 12. cap. 21.
Collina aqua. Columel. lib. 1. cap. 5, Tertia putealis vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.
Herbæ collinæ. Propert. lib. 4 eleg. 5.

Collisio, Collisus, Vide COLLIDO.

Colloco, collocas, pen. corr. (τίθημι, καθίζω, ἱδρύω) collocare, Ponere. Cic. 7. Verr. Vbi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat.

Chlamydémque, vt pendeat aptè, Collocat. Ouid. 2. Metam.
Suo quidque loco collocare. Cic. 1. de Orat.
In animis aliud condi & collocari. Cic 4. in Catil.
Acutarum grauiúmque vocum iudicium, ipsa natura in auribus nostris collocauit. Cic. in Orat.
Collocauit in campo Martio tabernaculum. Cic. in Pisonem.
Collocare in collo, pro Applicare humeris ad portandum. Catul. de baiulis lecticæ, epigr. 10,
At mi nullus erat nec hic neque illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo sibi collocare posset.
In cubili collocare. Cic. 2. Tuscul.
In hac custodia tanquam in specula collocati sumus. Cic. 7. Phil.
Manibus alicuius in naui tuta collocatum esse. Cic. pro Plancio, Huius ego & parentis eius prudẽtissimi atque optimi senis & vtriusque filiorum manibus in naui tuta ac fideli collocatus.
Collocare multa in pectore, pro Varia cogitare. Plaut. Pers. 2.
Collocaui me in arborem. Plaut. Aulul. 24.
Collocare in mediam aciem auxilia. Cæs. 3. bel. Gall.
Collocare aliquem in soporem, ioco dixit Plaut. Amph. 4. pro Occidere. Alij, In soporem collocare, est plagis malè mulctatos, & ictibus sopitos, propéque exanimatos sternere. Sic Martialis,
-collocat hasta sues. Turneb.
Collocare in solitudine. Cic. de Amic.
Collocauit in tabernam vasa. Plaut. Menæch. 21.
In thalamo. Ouid. 2. Metam.
In tuto. Cic. de Arusp. Respon.
¶ Beneficium. Cic. 2. Offic. Itaque vulgò loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi.
Collocare beneficium apud aliquem. Cic. 2. Offic. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto. Plaut. Trinum. 4, dixit Collocare conditionem in aliquem.
Ædilitas rectè collocata, & iudicio populi digno in loco posita. Cic. 7. Verr.
Dotem in aliquo fundo collocare. Id est assignare. Cicero pro Cecinna.
Gloria & quærenda & collocanda ratione est. Cic. 2. Offic.
Male collocare horas. Martial. lib. 1,
Malè collocare si bonas voles horas,
Et inuidebis otio tuo lector.
Collocare insidias. Cæs. 3. bel. Ciu. Noctu insidias collocauit. Cic. pro Milone, Roma subitò ipse profectus pridie est, vt ante suũ fundum (quod re intellectum est) Miloni insidias collocaret.
Legiones in populi ceruicibus collocare. Cic. Cornif. lib. 12, Erat profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat, eásque ad vrbem adducere, & in ceruicibus nostris collocare.
Ad aliquem interimendum collocatum esse. Cic. in Pisonem, Deprehensus denique cum ferro ad Senatum is, quem ad Cn. Pompeiũ interimendum collocatum fuisse constabat.
Bene collocare. Cic. Seruio, lib. 13.
Patrimonium in salutem Reipublicæ collocare. Cic. 3. Philip.
Collocare bene pecuniam. Cic. pro Cecinna, Præsertim quum pecunia ex partitione deberetur, nusquam eam posse melius collocari.
Pecuniam in prædiis. Cic. pro Cecin.
Collocare pecunias in emptiones prædiorum. Gaius in l. mandatum inter. §. 2. D. mandat. vel contr.
Præsidium. Cæs. 1. bel. Gall.
In præsidiis Reipub. aliquem collocare. Cic. de Clar. Orat.
Suum præsidium in capite atque ceruicibus populi collocare. Cic. de Lege Agrar.
Bene apud aliquem multa pretia ac munera collocare. Cicero 7. Verr.
Collocare puellulam. Catullus,
-vos vnis senibus bonæ
Cognitæ bene fœminæ,
Collocare puellulam. Muretus hic, Pronubarum officium est nouam nuptam in lecto collocare. Donatus quoque ad illum Terentij locum, Eunuch. 3. 5,
Deinde illam in lecto illæ collocant. Vide, inquit, an aliquid desit legitimis nuptiis. Nam & ipsum verbum collocant proprium est, & adscribitur pronubis.
Militarem rem collocare. Cic. Cælio, lib. 2. 12.
Spem in aliquo collocare. Hirtius lib. 4, Quorum impetum adeò pertimuerunt hostes, vt in fuga spem salutis collocarent.
Dignitatis suæ spem in aliquibus collocare. Cic. 1. de Orat.
Spem alicuius rei præsentis in incerto reliqui temporis euentu collocare. Cic. pro Quintio.
In alicuius eloquentia aut gratia spẽ aliquã collocare. Cic. 2. Verr.
Statum aliquem ciuitatis collocare. Cic. Bruto, 15.
Studium suum in doctrina ac sapientia collocare. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Aut qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent.
¶ Collocare se palàm in meretricia vita. Cic. pro Cælio, Siqua non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati, palámque se in meretricia vita collocarit, &c.
Propositum aliquid & propalàm collocatum: cui opponitur Constructum ac reconditum. Cic. 1. de Orat. Neque proposito argento, neque tabulis & signis propalàm collocatis, sed his omnibus multis magnificísque rebus constructis ac reconditis.
Totum se in cognitione & scientia collocare. Cic. 1. Offic.
Collocare se totum in exquirendo vitæ statu. Cic. 5. Tuscul. Totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocarent.

Collocare se in otium. Plaut. Merc. 10.

¶Collocare filiam suam alicui. Cic. de Clar. Orat. Cuius Caij filio filiam suam collocauerat, affinitate sese deuinxerat.

Collocare nuptum, pro Dare nuptui. Cæsar 1. belli Gallici, Atque huius potentiæ causa, matrem in Biturigibus homini illic nobilissimo ac potentissimo collocasse, ipsum ex Heluetiis vxorem habere, sororem ex matre, & propinquas suas nuptum in alias ciuitates collocasse.

Nuptui collocare. Vide NVBO.

Collocare filiam nuptui in parte agri. Colum. lib. 4. cap. 3, Minorē deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri.

Collocare in matrimonium filiam. Cic. 1. de Diuin. Quum vellet sororis suæ filiam in matrimonium collocare.

¶Collocare familiam suam in possessione prædiorum alicuius. Cic. pro Flacco.

In suis agris & sedibus collocare aliquid. Cic. 5. Verr.

Sedes & domicilium collocare. Cic. 4. Verr.

In conspectu aliquid collocare. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Collocare in luce benefacta. Cic. 2. Tuscul. Omnia enim benefacta in luce se collocari volunt.

Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Cic. de Clar. Orat. Itaque quum ad hanc elegantiam verborū Latinorum (quę, &c.) adiungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine.

Collocare in sedili. Cels. lib. 7. cap. 7, Post hæc in aduerso sedili collocandus est, loco lucido, lumine aduerso.

Collocare nominibus, vel in nomina, & collocare simpliciter pecuniam Iurisconsulti dicunt, l. 13. §. 1. l. 16. & l. 58. §. pen. D. de administ. tut. & apud Paulum lib. 2. senten. tit. 3. Sic Cic. lib. 3. offic. Sed de toto hoc genere collocādarum pecuniarum melius viri boni, &c. Traianus Plin. lib. 10. epist. Non aliud remedium dispicio, quàm vt quantitas vsurarum minuatur, quò facilius pecuniæ publicæ collocentur.

Collocata in vsu quotidiano. Cic. 1. de Orat. Omnia enim sunt posita ante oculos, collocata in vsu quotidiano, in congressione hominum atque in foro.

¶Collocata bene est res nostra isthoc matrimonio. Plautus Mostell. 11.

¶Collocare aliquem in aliquo gradu. Cic. 4. Acad. Neque quicquam aliud videndum est nobis, quos Pop. Rom. hoc in gradu collocauit, nisi. &c.

In amplissimo consilio, & in altissimo gradu dignitatis collocari. Cic. Post reditum.

Fortuna te collocauit in amplissimo statu. Author ad Herennium libro 4.

Aliquem in ædibus suis collocare. Id est restituere. Cicero pro Domo sua.

¶Collocare in deorum numero. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 1, In quibus virtutes consecratas, & in deorum numero collocatas vides. Id est pro deo habitas.

Herculem hominum fama beneficiorum memor in concilio cælestium collocauit. Cic. 3. Offic.

Idoneis in locis & contra suspicionem periculi aliquos collocare. Cic. 2. de Lege Agrar.

In eo loco esse, in quo honores populi collocauerunt. Cicero pro Domo sua.

In regno maiorum suorum aliquem collocare. Cic. 3. de Orat.

In Repub. collocare. Cic. in Paradox. Violatur is qui procreauit, is qui aluit, is qui erudiuit, is qui in sede ac domo atque in Repub. collocauit.

Subsellio secundo super se collocare aliquem. Sueton. in Augusto. Quædam exemplaria legunt supra se.

¶Collocare sextantes in capita. Liu. 2. ab Vrbe, Extulit eum plebs sextantibus collocatis in capita. Galli dicunt, *imposez par teste.*

Diligentia collocare aliquid. Cic. in Orat. Iam verò ea quæ inuenerit, qua diligentia collocabit?

Collocare vsuris. Sueton. in Augusto, cap. 39, Quòd pecuniam leuioribus vsuris, grauiore mutuati fœnore, collocassent.

¶Coxa parum aptè collocata. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 1, Cecidit, coxámque fregit: quæ parum aptè collocata, reluctante ætate, malè coiit. *Male repositam* vulgus vocat.

Collocatio {[illegible]} Verbale. vt, Collocatio syderum. Cicero de Vniuersit.

Collocatio verborum. Cic. 3. de Orat. Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam formámque desiderat.

Collocationis est componere & struere verba sic, vt néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & læuis. Cic. 3. de Orat.

Compositi oratoris bene structam collocationem dissoluere permutatione verborum. Cic. in Orat.

Collocatio filiæ. Cic. pro Cluent.

Collocupleto, collocupletas, penult. prod. {[illegible]} collocupletare, Idem quod simplex Locupletare. Terent. Heaut. 2. 3,

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu inter-ea loci
Collocupletasti te Antiphila.

Honestare & collocupletare rem exornatione. Author ad Herenn. lib. 2, Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ & collocupletandæ causa, confirmata argumentatione.

COLLODIS, Insula est Sardiniæ adiacens, de qua Plin. lib. 3. cap. 7.

Colloquor, pen. corr. colloqueris vel colloquere, pen. corr. colloquutus sum {[illegible]} colloqui, Simul loqui. Terent. Eun. 2. 3,
Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. Cicero 1. de Orat. Hoc vno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus.

Colloqui alicui. Plaut. Merc. 19,
Nulli colloquor libentius.

Colloqui aliquem. Plaut. Milite 14,
Quid ergo hanc dubitas colloqui?

Colloqui cum aliquo. Cic. 1. Tusculan. Vt verò colloqui cum Orpheo, Musæo, Homero liceat, quanti tandem æstimatis?

Dij cum dormientibus colloquuntur. Cic. 1. de Diuin.

Cum ipsa Repub. Cic. Lentul. lib. 1. 9.

Colloqui cum aliquo per literas. Cic. ad Attic. lib. 6, Quam sæpissimè mecum per literas colloquare.

Colloqui simul. Plaut. Amphit. 4.
Extra turbam ordinum colloquuntur simul.

Colloquuntur inter se. Cæs. 4. bel. Gall.

Inter se multum colloqui de Rep. Cic. 1. de Orat.

Colloquutio {[illegible]} Verbale. Cic. 1. Tuscul. Nec verò id colloquutio hominum aut consensus efficit.

Sermones & colloquutiones. Cic. Lentul. 1. 9.

Familiarissimæ colloquutiones cum aliquo. Cic. 11. Philipp.

Venire cum aliquo in colloquutionem. Author ad Heren. lib. 2.

Colloquium, colloquij. Idē {[illegible]} Liu. 1. ab Vrbe, Prius quàm dimicent, opus esse colloquio. Varro de Ling. Latina, Colloquium, quum conueniunt in vnum locum loquendi gratia.

Amicorum absentium colloquia, epistolæ. Cic. 2. Philipp.

Colloquium auium. Plin. lib. 10. cap. 49, Sanguinem quisquis ederit, intellecturus sit alitum colloquia.

Colloquia personarum. Cic. in Partit.

Personarum colloquia habeat narratio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Rerum colloquia leuiorum. Cic. 4. Acad.

Tempus colloquij, id est Occasio & opportunitas. Ouid. 1. de Arte.

Vices colloquij. Ouid. epist. 20,
Nunc timor accedit, nequis nisi conscia nutrix,
Colloquij nobis senciat esse vices.

Colloquium cum aliquo pro re nata non incommodum. Cicero Attico, lib. 14.

Clandestina colloquia cum hostibus. Cic. de Senect.

Solantia. Stat. 5. Thebaid.

¶Abigere aliquem colloquio alicuius. Ouid. 3. Fastorum,
O vir colloquio non abigende deûm.

En quibus adsum colloquiis? Valer. lib. 3. Argonaut.

In solitudine carere omnium colloquio. Cic. Att. lib. 12.

Amputare longa colloquia. Seneca Medea. 7.

Contrahere ad colloquium linguas discordes & feras. Plinius lib. 3. cap. 5.

Euocare ad colloquium. Cæs. 1. de bel. Ciuil.

Facere colloquium. Planc. Cic. lib. 10. 23.

Frui colloquio aliquorum. Virg. 7. Æneid.

Sperato colloquio frui. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.

Fugere colloquium. Ouid. 2. de Remed. amoris.

Immiscere colloquiis. Vide IMMISCEO.

Colloquia interrumpere. Vide INTERRVMPO.

Petere colloquium. Ouid. 13. Metam.

Serere colloquia cum aliquo. Vide SERO, seui.

In alicuius congressum colloquiúmque venire. Cic. 12. Philip.

Colloquium cum aliquibus. Cic. 12. Philipp. Memini colloquia & cum acerrimis hostibus, & cum grauissimè dissentientibus ciuibus.

Colluceo, colluces, penult. prod. {[illegible]} collucere, Simul lucere. Plin. lib. 10. cap. 47, Quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus.

Faces collucent. Virg. 4. Æneid.

Collucet flammis tota acies. Liu. 8. bel. Maced.

Agri collucent floribus. Ouid. 5. Fast.

Ignes collucent. Virg. 9. Æneid.

Polus collucet ignibus. Stat. 1. Sylu. 6.

Lampades vndique collucent. Ouid. epist. 14.

Collucet sol mundo. Cic. 2. de Nat. deor. Nam solis calor & candor illustrior est quàm vllius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè, latéque colluceat.

Collucent omnia luminibus. Liu. 4. bel. Pun.

Collucet mare à sole. Cic. 4. Acad.

Collucet atque illustratur candelabri fulgore templum Iouis. Cic. 6. Verr.

Vrbs collucere flammis alicuius dicitur, quæ longo ordine flammarum in funere alicuius magni viri lucet vndique. In honorem enim potentissimorum hominum, præsertim regum cum facibus per vrbem à populo procedebatur, quemadmodum vult Seruius in illud Virg. 5. Æneidos,
Mœnia respiciens, quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis.

Faces collucentes. Tacit. lib. 3.

Furtis alicuius omnia collucere. Cic. 3. Verr. Vidi collucere omnia furtis tuis, præda prouinciarum, spoliis sociorum atque amicorum.

Colluco, collucas, penul. prod. {[illegible]} collucare, Ramos lumini officientes amputare. Festus interpretatur, succisa arbore locum luce implere. Sublucare verò, ramos earum supputare, & velut subtus lucem mittere. Illo verbo vtuntur Cato de Re rust. cap. 148. & Colum. lib. 2. cap. 22. Hoc verò Paul. lib. 5. sentent. tit. 6.

Collucatio, Verbale {[illegible]} Varro.

Colluctor, colluctaris {[illegible]} colluctari, Simul luctari. Plin. lib. 27. cap. 2, Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento.

Colluctatio, Verbale {[illegible]} Colum. lib. 6. cap. 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat.

In colluctatione occidere aliquem. Vlpian. in l. qua actione. D. ad legem Aquiliam.

Colluctator, pen. prod. Aliud verbale. Lactant. De opif. Dei cap. 1, Nam & ille colluctator & aduersarius noster scis quàm sit astutus.

Colludo, colludis, pen. prod. collusi, collusum, pen. prod. {[illegible]} colludere, Simul ludere, Moueri, & veluti quodammodo inter se colluctari. Virg. 1. Georgicorum,

Sæpe

Sæpe leuem paleam, & frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Seruius.
Colludere cum aliquo. Cic.4. Verr. Nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset, quàm tuæ.
¶ Colludere ([illegible]) apud Iurisconsultos dicuntur inter se litigatores, quum actor & reus litem simulant, & ab altero causa proditur. Vlpian. in l. & elegamter. §. si dolo malo procurator. D. de dolo malo.
Colludium, colludij, n.g. pro Collusione. in l. si quis. C. de bon. proscript. Solinus, cap. 12. Apud Iassum Vrbem Babyloniæ puerum delphinus adamauit, quem dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis inuectus hæsit.
Collusio, Verbale ([illegible]) Cic. 5. Verr. Quum verò verbo iudiciû sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis socijs tuis, atque adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere?
Detegere collusionem. Vlpian. in l. adoptiuum. §. patronum. D. de in ius vocand.
Per collusionem quicquam facere. Caius in l. 1. D. de collusione detegenda.
Retractare collusionem alicuius. Vlp. in l. collusionem. D. de collus. detegend.
Prætextu collusionis sententiam retractare permittitur. Hermogenianus in l. sententiam. D. de collus. deteg.
Collusium, Idem. Vlpianus in l. si procuratorem. §. sed & si per collusiû. D. mandat. vel contr. Sed & si per collusium procuratoris absolutus sit aduersarius, mandati cum teneri. Sic Florentina lectio. Alij collusionem legunt.
Collusor, pen. prod. aliud verbale ([illegible]) Qui cum alio ludit. Plin. Iun lib 9. ep. ft. 33. Delphinum gestatorem collusorémque puerorum in terram quoque extrahi solitum, &c.
Compransores & collusores alicuius. Cic. 2. Philip. Hunc tu compransoribus tuis & collusoribus diuidebas.
Consessor & collusor. Cic. 5. Philipp. Homo prætera festiuus, vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facillimè possit conuenire.
Si rapinam fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum nô denegabitur actio. Vlpianus in l. 1. §. si rapinam. D. de alea lusu & aleatoribus.
¶ Collusor ([illegible]) etiam aliter apud Iurisperitos. Cic. 2. Philipp. Licinium Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit.
Collusoriè ([illegible]) Aduerbium qualitatis. Vlpian. in l. si seruus plurium. D. de leg. 1, § hæreditatis iudex contra hæredem pronuntiauerit non agentem causam, vel collusoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.
Litigare collusoriè. Vlp. in l. si seruus plurium. §. si quis. D. de leg. 1.
Collum, huius colli ([illegible]) à colo, colis, inquit Sipontinus: quia hæc præcipuè pars corporis torquibus ac monilibus coli, id est ornari consueuit. Plin. lib. 11. cap. 37, Cæteris collum, quibus tantum gula. Vide CERVIX.
Collum gallinaceorum. Colum. lib. 8. cap. 2, Iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ per colla ceruicésque in humeros diffusæ.
Collus, m.g. apud Plaut. Capt. 6.
Collus collaria caret. Ibidem, 14,
Vt ego collos detruncabo tergoribus. Sed antiquum est.
Spatium colli. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-crescit & oris, Et colli spatium.
Aureolum collum. In AVRVM.
Cærula serpentis. Virg. 2. Æneid.
Cærulea tauri Seneca Hippol. 10.
Candida. Ouid. 2. de Arte.
Ceromaticum. Vide CEROMA.
Crinita. Stat. 6. Theb. de equis.
Eburnea. Ouid. 3. Metam.
Equina. Martial. lib. 11. epigr. 85. ad Antiochum tonsorem,
Colláque puluerea nudet equina iuba,
Hirsutum. Vide paulo pòst, Spirant opobalsama, &c.
Ferocia colla serpentis resecare. Seneca Herc. fur. 7.
Insignia frænis. Ouid. 4. Metam.
Iucundum. Catull. epigr. 9.
Lactea. Silius lib. 16.
Lactea colla auro innectuntur. Virg. 8. Æneid.
Languido collo trahere vomerem, dicuntur defatigati boues. Horat. Epod. 2,
Vidère fessos vomerem inuersum boues
Collo trahentes languido.
Lasso papauera collo Demittunt capri. Virg. 9. Æneid.
Libera colla iugo. Claud. epigr. 10,
Et pateant duro libera colla iugo.
Libera colla seruitio assuescere. Virgilius 3. Georgic. De iuuencis dictum.
Liuida. Ouid. 1. Amor. eleg. 8,
Factáque lasciuis liuida colla notis.
Lubrica draconis. Ouid. 4. Metam.
Molle. Vide MOLLIS.
Molli collo effeda ferre dicitur equus domitus. Virg. 3. Georg.
Niueum. Virg. in Cyri.
Iugum famulare subit nobili collo, dicitur de viro nobili redacto in seruitutem. Seneca Troade. 8.
Pendulum ab arbore. Horat. 3. Carm. ode 27.
Procerum & tenue. Cic. de Clar. Orat.
Recutita. Martial. lib 9. epigr. 58,
Non rupta recutita colla mulæ.
Colla dente saucia. Martial. lib. 11. epigr. 71. in Tuccam.
Sibila serpentis colla. Virg. 3. Georg.

Splendida. Seneca Hippol. 6.
Superba colla excussis iubis. Claud. epig. 18. de equo Honorij.
Teres. Ouid. 10. Metamorphoseos,
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Tetra monstri. Seneca Herc. fur. 2.
Trepidum. Seneca Herc. OEth. 12.
Trigemina Cerberi. Seneca Agamem. 2.
¶ Acclinare collum, id est admouere collum. Ouid. 10. Metam.
-acclinatáque colla
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.
Adducere colla lacertis, id est attrahere ad se. Ouid. 6. Metam.
Vt tamen accessit natus, matríque salutem
Attulit, & paruis adduxit colla lacertis
Amplecti colla alicuius. Sil. lib. 15.
Angere colla alicuius, Id est ita constringere vt spiritus intercludatur. Stat. lib. 4. Thebaidos,
-rabidi quum colla minantia monstri
Angeret, & tumidos animam angustaret in artus.
Aptare vincula collo. Ouid. 10. Metam.
Auersum. In AVERTO.
Captare colla lacertis. Ouid. epist. 8.
Cingere colla lacertis. Ouid. 2. de Arte.
Circundare brachia collo, Amplecti collum. Virg. 6. Æneid.
Comere colla genásque. Stat. lib. 1. Sylu. 2.
Committere alicui collum suum. In COMMITTO.
Complecti colla lacertis. Ouid. 1. Metam.
Conijcere in collum. In CONIICIO.
Coniecta vincula collo. Ouid. 4. Trist.
Contrahere collum. In CONTRAHO.
Pluma collum coronat. Lucret. lib. 2.
Dare colla lacertis. Stat. lib. 2. Achil.
Dare colla triumpho alicuius imperatoris, Bello victum esse. Propert. lib. 2. eleg. 11,
India quin Auguste tuo dat colla triumpho.
Demergere colla humeris, significare videtur humeros contrahere apud Statium, lib. 6,
Colláque demersere humeris, & brachia latè
Curua tenent.
Ducere iuga collo. Ouid. 3 de Arte.
Ducta per vias colla regum. Horat. 2. Carm. ode 12.
Eripere colla iugo, prouerbialiter dictû, significat libertati se vendicare. Horat. 2. Serm. sat. 7,
-eripe turpi
Colla iugo. Id est relinque seruitutem.
Per colla mœsta fluunt capilli. Seneca Troade, 2. Id est mœstæ mulieres passis capillis incedunt.
Fouere colla. Virg. 12. Æneidos,
-ipse æger anhelans
Colla fouet, fusus propexam in pectore barbam. Sustinens scilicet, vt inquit Seruius, se arboris trunco.
Frænata Ouid. 7. Metam.
Fumantia colla equorum soluere. Virg. 1. Georg.
Gerere colla vincta catenis. Seneca Herc. fur. 12.
Horrent Cerbero colla colubris. Virg. 6. Æneid.
Iactare colla, Significat collum repentè huc illuc vertere & circumagere. Ouid 3. Metamorphoseos,
-visis vlulauit Agaue,
Colláque iactauit, crinémque per aera mouit.
Implicare laqueis. Ouid. epist. 2.
Infixa collo mariti. Id est tenacissimè inhærens. Ouid. 11. Metam. De Halcyone & Ceyce.
Inflata colla tumescunt. Ouid. 6. Metamorph. de Lyciis in ranas mutatis.
Inijcere collo brachia. Ouid. 3. Metam.
Iniectæ collo iacent comæ. Ouid. 2. Fast.
Innectere colla lacertis. Ouid. 11. Metam.
Inserere collum in laqueum. Vide INSERO.
Inserere colla laqueis, Strangulare. Seneca Theb. 1.
Intendere vincula stupea collo, Alligare collo funem. Virgilius 2. Æneidos.
Labans collum. Seneca Hippol. 4,
Nunc vt soluto labitur moriens gradu:
Et vix labente sustinet collo caput.
Lædere collum. Horat. 3 Carm. ode 27.
Languentia colla leuare. Lucan. lib. 3.
Liuentia colla catenis. Ouid. ad Liuiam.
Luctantia colla equi. Ouid. epist. 4.
Marcentia. Stat. 2. Thebaidos,
-læua marcentia colla Sustentans, &c.
Mœsta. Seneca Troad. 2.
Mulcenda colla præbere. Ouid. 10. Metam. de ceruo quodam.
Draconem collo nectere. Martial. lib. 7. epigram. 86. pro, in delitiis habere.
Nodatus collum laqueo. Ouid. 1. de Remed. amoris,
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe sublimi triste pependit onus?
Collum obstrictum, seu collum obtortum, verbum est iuris. nam in ius collo obstricto rei trahebantur. Plaut. Curcul. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem.
Obtortum collum. Cic. pro Cluent.
Pendere collo complexúque alicuius. Virg. 1. Æneid.
Pendentia colla, dicuntur quasi ebriorum. Virg. 9. Æneidos,
-ferróque secat pendentia colla.
Percutere colla securi. Ouid. 15. Metam.
Perfunduntur colla iactæ comæ. Seneca Hippol. 4.
Permulcere manu collum. Seneca Herc. fur. 9.

Amplexu collum petere. Quintil. lib. 4 cap. 2.

Plausa colla, id est palma leuiter percussa. Ouid. 2. de Arte,

Quadrupedes inter rapidi certamina cursus,
Depexæque iubæ, plausáque colla iuuant.

Porrigere collum longe à pectore. Ouid. 2. Metam.

Præbere colla iugo. Stat. 1. Achil.

Præbere colla nectenda lacertis. Ouid. epist. 2.

In collum præbere. Cic. 5. Verr. Solere aiunt barbaros reges Persarum ac Syrorum, plures vxores habere: his autem vxoribus ciuitates attribuere hoc modo. Hęc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Hoc est pecuniam vnde sibi emat colli monilia.

Reflectere mollia colla, id est domita, domitorum scilicet equorum. Virg. 11. Æneid. Seruius.

Resoluta colla, id est languida. Stat. 10. Thebaid.

Retorquere colla equi. Id est fræno reflectere. Ouid. epist. 4.

Rumpere colla securi. Ouid. 12. Metamorphoseos,

-veluti qui candida tauri
Rumpere sacrifica molitur colla securi.

Medius collo Herculeo polus sedit. Seneca Herc. fur. 1, Id est ceruix Herculis tulit cælum.

Secare colla. Cic. pro Rosc. Amer.

Nullo iugo signatum iuuencæ collum Seneca Agamemn. 5.

Spirant opobalsama hirsuto collo. Iuuen. sat. 2.

Stridentia colla dicuntur serpentis. Claud. 2. de Raptu Proserp. de Gorgone dixit,

-tantum stridentia colla
Gorgonis obtectu pallæ fulgentis obumbrat.

Subdere colla iugo. Stat. 1. Thebaid.

Subdere colla vinculis Veneris, Libidini seruire. Tibullus libro 1. eleg. 2.

Subiecta colla trophæis ferre. Seneca Troade, 3. Id est catenatum in triumphum ducere.

Subiecta colla nobilium, id est in seruitutem redacta. Claudian. 1. in Eutrop.

Vidit sub pedibus leges, subiectáque colla Nobilium.

Subigere colla boum. Colum. lib. 2. cap. 3. *Frotter & batre doucement de la main.*

Summittere colla, Permittere ferienti. Seneca Hippol. 4.

Summittere colla iugis. Claud. 1. in Eutrop.

Supponere colla iugis. Ouid. 3. Amor. eleg. 9, de Cerere,

Prima iugis tauros supponere colla coegit.

Suspendere aliquid collo. Virg. 11. Æneid.

Auaritiæ pœnam collo & ceruicibus sustinere. Cic. 7. Verr.

Tenere colla lacertis. Ouid. 2. Metam.

Timent boues aratrum collo. Virg. 6. eclog.

Tritum collum, dicitur quod circundatur aspera copula. Seneca Hippol. 1,

Et pugnaces tendant Cressæ
Fortia trito vincula collo. De canibus Cretensibus.

Turgentia colla alicuius diripere ense. Sil. lib. 15.

Iubæ velant colla. Ouid. 10. Metam.

¶ Colla, abusiuè de montibus dicuntur partes illæ quæ infra summum verticem, & supra medium montis apparent. Statius libro 9. Thebaidos,

Iámque ferè medium Parnassi frondea præter Colla tenebat iter.

Collumino, colluminas, pen. corr. Apuleius de deo Socratis, Seruius Tullius flamma colluminetur à capite. Paulo pòst se exponens, Sertio inflammare verticem, nec exurere.

Colluo, colluis, collui, collutum, pen. prod. ([illegible]) colluere, Lauare: sed hoc ferè ad os, & ea quæ in ore sunt pertinet. Plinius lib. 20, cap. 6. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit, vel si decocta aqua colluantur, addatúrque ipsum in caua dentium.

Colluere amphoram. Cato cap. 88, Amphoram defricato, colluitóque, puram impleto aqua pura.

Collustrare ([illegible]) Circunspicere. Virg. 3. Æneidos,

Omnia collustrans, hanc primùm in littore classem
Conspexi venientem.

Collustrare oculis. Cic. 5. Tuscul.

¶ Collustrare lumine ([illegible]) pro Illustrare & clarum lumine reddere. Cic. 2. de Nat. deor. Ex æthere igitur innumerabiles flammæ syderum existunt: quorum est princeps Sol, omnia clarissima luce collustrans.

Luna solis lumine collustrari putatur. Cic. 2. de Diuinat.

Vias collustrare. Ouid. 5. Fast.

Collustratus, pen. prod. Participium ([illegible]) Illustratus.

Collustrata pictura. Cic. in Orat. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectat.

Collustrum. Vide COLOSTRVM.

Collutulo, collutulas, penult. corr. ([illegible]) collutulare. Verbum quod veteres pro Dedecorare vsurparunt. Plaut. Trinum. 10,

Hæc famigeratio te honestet, me collutulet.

Collutus, In COLLVO.

Colluuies, huius colluuiei, f. g. ([illegible]) Labes aut immunditia quæ ex concursu alicuius rei contrahitur. Plin. lib. 24. cap. 19, Medetur & suibus hæc effossa sine ferro, & addita in colluuiem poturis, vel ex lacte & vino.

Fermentata colluuies. Colum. lib. 1. cap. 5.

Stercorata colluuies cortis, balineorúmque. Columel. lib. 1. cap. 6. ad finem.

Colluuies turbida nigro limo. Lucan. lib. 4.

Ab omni colluuie peregrini ac seruilis sanguinis incorruptum seruare populum. Sueton. in Augusto, cap. 40.

¶ Colluuies, per translationem. Cic. ad Att. lib. 9, Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea, quæ perspicitur, futura colluuie regnare. Hoc est, sceleratorum turba qui ad Cæsarem confluxerant.

Colluuiaria, orum ([illegible]) Dicta sunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies & immunditiæ iactantur. Vitruu. lib. 8. Etiam in ventre colluuiaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur.

Colluuio, colluuionis ([illegible]) Idem quod Colluuies.

¶ Colluuio, per translationem. Cic. de Senect. O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium, cœtúmq; proficiscar, quúmque ex hac turba & colluuione discedam!

Ferocitas, audacia, colluuio alicuius. Cic. in Vatin. Deinde sanctissimas leges Heliam & Fusiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluuione Drusi, & in contentione Sulpitij, & in cruore Cinnano, & inter Syllana arma vixerunt.

Ille nefarius ex omnium scelerum colluuione natus. Cic. pro Sext.

Colluuio rerum, pro Permistione vel confusione. Liu. lib. 3, Nec cui in colluuione rerum contumeliæ maiestatem suam offerrent.

Colluuiatus ([illegible]) porcus dicitur, qui cibo permisto & colluuione nutritur. Festus.

Collybus, collybi, pen. corr. m. g. ([illegible]) Id detrimentum pecuniæ est, quod in ratiociniis emptionem auri appellant, & vulgò *cambium* dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud nummularios aliis nummis commutanda. Vt si argêtea moneta, aurea mutetur, aut genera quędam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia, alio quo genere permutanda sint, rato, reciprόque & promulgato in ea prouincia. Id enim quod ex summa apud nummularium decidit, & veluti deperit, Collybus verbo Græco appellatur. Cic. 5. Verr. Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant. Primum pro spectatione & collybo. deinde pro nescio quo cerario. Hæc omnia Iudices, non rerum certarum, sed furtorũ improbissimorum sunt vocabula. Nam collybus esse qui potest, quum vtãtur omnes vno genere nummorũ? Collybum appellat pecuniæ permutationem, & nummorum quasi intertrimentum. Suet. in August. cap. 4, Manibus collybo decoloratis, Nerulonẽsis mensarius. Hoc in loco pro contrectatione pecuniæ ponitur, qua nummularij liuentes manus habere solent. Collybus, inquit Pollux, [illegible], id est pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus. Cic. ad Attic. lib. 12. epist. 5, De Cælio vide quæso ne qua lacuna sit in auro. ego ista non noui. sed certè in collybo est detrimenti satis. huc aurum si accedit.

Collybistes, collybistæ, m. g. Nummularius.

Collyra, collyræ, pen. prod. ([illegible]) Genus panis, Polluci. Plaut. Persa, 4. Collyræ facite vt madeant. Collyræ, inquit hic Turnebus, paruuli panes mundi sunt, sed & genus fictorum farinaceorum, quæ vt lagana, interdum in sartagine friguntur. interdũ cocta per se edantur, interdum ex iure comedantur, vt tabellas paniceas in sorbitiuncula plerunque esitamus. Vide locum.

Collyrides, Tertullian. in lib. de cultu fœminarum, Vos planè adiicitis ad pondus, collyridas quasdam. Quem in locum sic ait Rhenanus: Collyris à collyra per diminutionem deductum, paruus panis est de farina puriore. Quidam frixam farinam esse putant. Nominantur Collyrides Leuitici 7 & 8 & 6. cap. lib. 2. Regum.

Collyrium, collyrij ([illegible]) Medicamentum oculorum. Cels. lib. 6. cap. eod. de Cæsariano collyrio, Satisque constat, hoc collyrium aduersus omne genus oculorum valetudinis idoneum esse. In quo capite Celsus amplius quindecim varias collyriorum ad oculos facientium compositiones recenset.

Nigra collyria. Horat. 1. Serm. sat. 5.

¶ Collyria simpliciter prolata dicuntur, quæ in oblõgam formam coacta effingũtur. Et non solùm ocularia pharmaca in eiusmodi formam collecta ac coacta, Collyria vocãtur, sed & glandulæ quæ ano, & pessi qui vuluæ subduntur, & quæ naribus induntur, Collyria subinde medicis vocantur, atque hoc propter oblongam effingendi formam. At verò ocularia aliqua medicamenta non coacta ad eiusmodi formam, sed tum liquida, tum arida, item Collyria nominantur, sed cum appositione liquiditatis aut ariditatis. Græcis enim [illegible] atque [illegible] appellantur.

Collyria fistularum. Cels. lib. 5. cap. vlt. de fistulis, & earum generibus, Ex eo, inquit, collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. Idque ea parte qua tenuius est, altera antecedente, demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat. quæ in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Paulo pòst, Satiúsque est, vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrij astrictum eò illinere. Rursus. Neque ignoro multis placuisse, linamẽtum in modum collyrij compositum, tinctum melle demitti. Huiusmodi collyria vulgò *tentas* vocant.

¶ Collyrium, Medicamentum etiam quod aluo subiicitur in cura equorum & boum. Colum. lib. 6. cap. 6. in fin. Salis sextans, cum decem cepis conteritur, & admisto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atque ita citatus bos agitur. Hoc etiã nomine peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diuersum ab astro Samio, propterea quòd præcipuus eius vsus fit in collyriis. Vide Dioscoridem libro 5.

Colo, colas, priore prod. ([illegible]) colare, Pauxillatim liquorem aliquem, stillatímque per aliquod vas vel linteolum exprimere. Plinius lib. 13. cap. 2, Regale vnguentum colato melle constat. Columella lib. 12. cap. 11, Expressa deinde aqua coletur, & in vas plumbeum defusa decoquatur.

Colare amnes retibus. Manilius,

Et colare vagos inductis retibus amnes. Venustè autem eos qui in amnibus piscantur, retiáque tendunt piscibus, ait colare retibus amnes, quòd per raras retium maculas & plagas, tanquam colatus fluuius, transmittatur & transfluat. Nouitiæ tamen editiones exhibent cælare, sed Turnebus colare tuetur.

Colo, colis, prior. corr. colui, cultum ([illegible]) colere, Venerari, adorare. Terent. Adelph. 3. 2, Et nos coluit maximè. Cæs. 6. bel. Gall. Deum maximè Mercurium colunt.

Mirificè

Mirifice aliquem & colere,& amare.Cic.ad Attic.lib.16.
Colere & diligere. Cic. 3. de Legibus,Vt eos colant,diligántque, præscrib.mus.
Non solùm colere inter se ac diligere, sed etiam vereri. Cicero de Amicitia.
Colere & obseruare aliquem.Cic.ad Attic.lib.2,Hic Cæcilium colimus & obseruamus diligenter.
Simulatione amicitiæ coli & obseruari.Cic.de Amic.
Colere,obseruare,& diligere.Cic A'lieno,lib.13.
Summa obseruantia aliquem colere.Cic.Seruio,lib.4.4.
Colere & ornare.Cic.Licinio.lib.5.8, Neque mehercule vnquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit.
Officiis & probitate colere aliquem.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.
Suauissimè,diligentissiméque colere aliquem.Cic.Attico,lib.10.
Aliquem sanctissimum colere. Cic.3.de Nat.deor. Achillem Astypalenses insulani sanctissimum colunt.
Doctissimos viros colere.Cic.Seruio,lib.4.1.
Deos colere.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.
Venerari & coli in deorum numero. Cic. de Lege Agraria, Maiores nostros dico Quirites, nô eos in deorum immortalium numero venerandos à nobis & colendos putabis?
Templa coli.Ouid.15.Metamorphoseos,
Vt deus accedat cælo,templísque colatur.
Colere,precari,venerarique deos.Cic.1.de Nat.deor.
Ritè coli dicuntur diui.Ouid.13 Metam.
Per aras coli.Ouid 8 Metamorphoseos,
Quis furor auditos,inquit,præponere visis
Cælestes? aut cur colitur Latona per aras?
Colebantur dij aris,puluinaribus,flamine.Plin.in Paneg.
Colere principem donis.Liu.10.bel.Maced.Id vt facere posset, regionum principes donis coluerat.
Lyra coli.Stat.1.Sylu.4, Sperne coli tenuiore lyra.
Memoria absentem colere.Cic.Trebonio,lib.15.21.
Summa religione colere.Cic.de Arusp.resp.
Secubitu coli dicitur deus ille vel dea, in cuius honorem vir ab vxore, vel amans ab amica, noctibus aliquot sibi temperat. Ouid.3. Amor.eleg.9. De Cerere,
Hanc quisquam lacrymis lætari credat amantum?
Et bene tormentis,secubitúque coli?
Templis & effigie numinum aliquem colere. Tacit.libro 1, Nihil deorum honoribus relictum, quum se templis, & effigie numinum per flamines & sacerdotes coli vellet. De Liuia loquitur.
Tholo coli dicuntur diui, quorum imagines tholis insculptæ pro ipsis diuis venerantur. Stat.3.Sylu.1, ad Herculem
Quòd coleris maiore tholo,nec littora pauper
Nuda tenens,tectúmque vagis habitabile nautis.
Votis.Martial.lib.9.epigr.66,
Ante colebaris votis,& sanguine largo
Maiorem Alciden,&c.
Magna cura cæremonias sepulcrorum colere.Cic.1.Tuscul.
Festa colere.Ouid 6.Fast.
Sanctos focos virginitate colunt. Ouid.4.Fast. De virginibus Vestalibus.
Poetarum nomen & Musarum delubra.Cic.pro Archia.
Numina.Virg.l.1.Georg.
Numina pietate.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.
Sacra Musarum.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.
Templa Ouid.11 Metam.
Templum miro honore.Virgil.5.Æneid.
In æde sacra coli.Ouid.14.Metam.
Colere in loco parentis. Cic.de Claris Orat. Et inauguratum ab eodem, ex quo augurum institutis in parentis eum loco colere debebam.
Loco patris colere.Cic.2.Philip. Omnibus eum contumeliis onerasti,quem patris loco,si vlla pietas in te esset,colere debebas.
¶Colere,Ornare.Tibul.lib.1.eleg 8,
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Corpus.Ouid.3 de Arte,
Corpora si veteres non sic coluere puellæ.
¶Colere agrum,terram,&c. {γεωργεῖν, ἀγροικεῖν} Cic.2.Tusc.
Nam vt agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur.
Arare aut colere agrum.Cic de Lege Agraria.
Præesse agro colendo.Cic.pro Sext.Roscio.
Arua.Ouid.1.Amor.eleg.13.
Prima bidente vides oneratos arua colentes.
Colere botrodum labore dulci.Martial.lib.12.epig.18,
Hic pigri colimus labore dulci Botrodum,&c.
Fruges.Ouid.15 Metam. de iuuenco,seu victima,
Sistitur ante aras,auditque ignara precantem,
Imponíque suæ videt inter cornua fronti,
Qua coluit fruges.
Fundum colendum in plures annos locare. Iulianus in l. qui fundum.D.locat.
Glebam.Ouid.1.de Ponto,eleg.9. Id est minimum agellum.
Hortos. Virgil.4.Georgicorum,
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret,canerem.
Prædia studiosè.Cic.pro Sex.Roscio.
Rus.Virgil.2.Georgicorum,
-laudato ingentia rura: Exiguum colito.
Vitem.Cic.4.de Finib.Quæ ad colendam vitem attinebant.
Colendo.Virgil.2.Georgic.
¶Colere vrbem, Habitare. Cic. ad Cælium,lib. 2. 11, Vrbem mi Rufe cole. Sic colere domum.Plaut.Aulul 3.4.
Colere regiones Acheronticas.Plaut.Bacch.4.
Colere & habitare. Cicero 6. Verrina, Colitúrque ea pars & habitatur frequentissimè.
Arua colere,pro Inhabitare.Ouid.1.Metamorphoseos,
-nec si rescindere posses
Tunc aderas:Elim,Messeniáque arua colebas.
Elysium.Virgil.5.Æneidos,
-non me impia nanque
Tartara habent,tristésque vmbræ:sed amœna piorum
Concilia,Elysiúmque colo.
Helicona colere,Versari in poeticæ studio.Propert.lib.3.eleg.5,
Me iuuat in prima coluisse Helicona iuuenta
Musarúmque choris implicuisse manus.
Hortos Ouid.14.Metam.
Dulces suorum reliquias colere, Habitare in patria,in qua maiores occubuerunt. Virgil.4.Æneidos,
Vrbem Troianam primùm dulcésque meorum
Reliquias colerem,& Priami tecta alta manerent.
Syluas & rura.Ouid.11.Metamorphoseos,
Ille perosus opes,syluásque & rura colebat. Id est inhabitabat.
Studium colendi rura.Ouid.1.de Remed.
Colere Athenas, pro Attica eloquentia vti,videtur accepisse Plautus in Sticho 12,
Peregrina omnia relinque,Athenas nunc colamus.
¶Colere æquum & bonum.Plaut.Menæch.14.
Colere & Negligere sunt contraria. Cicero 1. Offic. In eóque colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. De officio.
Colere & efficere.Cic.1.de Legib.Cuius muneris colendi efficiendíque causa nati & in lucem editi sumus.
Æuum colere,Id est ætatem agere.Lucret.lib.5,
Nam genus humanum defessum vi colere æuum,
Ex inimicitiis languebat.
Colere amicitias.Cic.2.de Finib.At coluit ipse amicitias.
Vtilitatibus amicitias colere.Cic.2.de Finib.
Veritate amicitia, fide societas, pietate propinquitas colitur. Cic. pro Quintio.
Colendus amor.Tibul.lib.2.eleg.4,
Illius est nobis lege colendus amor.
Aurum colere,Pecuniæ studiosum esse.Propert.lib.3.eleg.13,
Aurum omnes victa iam pietate colunt.
Colere,tueri,seruare communem conciliationem & consociationem generis humani.Cic.1.Offic.
Diligentia præcipuè colenda est nobis.Cic.2.de Orat.
Disciplinam.Cic.de Claris Orat.
Colere fidem, & iustitiam retinere. Cic.1. de Inuent. Age verò, vrbibus constitutis,vt fidem colere,& iustitiam retinere discerent.
Fidem,rectúmque colere Ouid.1.Metam.
Genus orationis æquabile & temperatum colendum. Cicero 1. Officiorum.
Hospitia,clientelæ,cognationes,affinitates castè colendæ. Author ad Heren.lib.3.
Iura.Tibul.lib.2.eleg.3.
Ius religiosè colere.Author ad Heren.lib.3.
Ius & fas. Liu. 7. bel. Pun. Animum iampridem ibi esse,vbi ius & fas crederet coli.
Iustitiam & liberalitatem.Cic.1.Offic.
Sequi & colere leges.Cic.in Parad.
Martem colere, Studio belli deditum esse.Sil.lib.8.
Memoriam alicuius.Cic.2.de Finib.Itémque omnibus mensibus, 22 die Lunæ dent ad eorũ epulas, qui vnà secum philosophati sint, vt & sui & Metrodori memoria colatur.
Memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna. Cic. post Reditum.
Militiam.Ouid.2.Fast.
Morem colere & vsurpare. Plinius Iunior, in Panegyr. Qui mos cui potius quàm consuli? aut quando magis vsurpandus colendúsque est?
Mores populi alicuius colere.Plaut.Casin.25.
Vbi tu es qui colere mores Massilienses postulas?
Piè sanctéque colere naturam excellentem atque præstantem.Cic. 1.de Nat.deor.
Officium suum.Plaut.Sticho 2.
Pectus colere per artes.Ouid.2.de Arte,
Nec leuis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit,& linguas edidicisse duas.
Pietatem.Plaut.Asin.10.
Hoccine est pietatem colere, imperium matris minuere? Terent. Hecyra,3.4,
Quod potero faciam:tamen vt pietatem colam:
Nam me parenti potius quàm amori obsequi
Oportet. Hic declarat Terentius, pietatem colere, esse parentibus obsequi.
Pudorem & pudicitiam. Cic. 5. Verr. Pudorem & pudicitiam qui colit,potest animo æquo istius quotidiana adulteria,&c. videre? Id est qui pudicus est.
Quæstum suum.Plaut.Pœnul.16.
Religionem. Cic. pro Fonteio, Qui etiam siquando aliquo metu adducti deos placandos esse arbitrantur,&c. vt ne religionem quidem colere possint,nisi eam ipsam prius scelere violarint.
Nunquam colunt religionem testimoniorum.Cic.pro Flacco. Id est,nunquam sunt veraces in testimoniis reddendis.
Seditiones. Plin. de Viris illustribus, Vt hac iniuria plebs,agros, non seditiones coleret.
Seruitutem apud aliquem colere.Plaut.Pœn.14.
Societates atque amicitias studiosè colere. Author ad Herennium, libro 3.
Studia colere,Id est labore atque exercitatione ea consectari.Cic.5.

de Finib. Atque hoc loco qui propter animi voluptatem dicunt coli ea studia quæ dixi, non intelligunt, &c.
Ad percipiendam colendámque virtutem literis adiuuari. Cic. pro Archia.
Vitam colere {διάγειν τὸν βίον} Viuere. Plaut. Rud. 7, Vix colo vitam. Author ad Herennium, lib. 4, Qui nihil habet in vita iucūdius vita, is cum virtute vitam non potest colere.
Inter se colere. Cic. Attico, lib. 13, Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano.
Victum colere. Cic. Attico, lib. 12.
¶Colere, pro Diligere. Terentius,
Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Virgil. lib. 4. Æneidos, -solam non perfidus ille
Te colere. Nonius.
Colens, om. gen. {σέβων} Nomen. vt, Colens religionum. Cic. pro Plancio, Qui sanctiqui rel gionū colētes, nisi qui meritam dis immortalibus gratiam iustis honoribus & memori mente persoluunt?
Cultus {καλλωπιζόμενος} Participium.
Cultus veste cand da sacerdos, Id est ornatus. Plin. lib. 16. cap. 44.
Focus cultus superba strue ilicem. Martial. lib. 12. epig. 18,
-focus excipit superba Vicini strue cultus iliceti.
Cultus. Nomen adiectiuum {γεώργιος} Colum. lib. 8. cap. 8, Nam quanto est cultior, tanto lætior auis conspicitur.
Incultus & Cultissimus, contraria. Cic. pro Q. Roscio, Tum erat ager incultus sine tecto, nunc est cultissimus cum optima villa.
Ager nulla ex parte cultus. Cic. pro Q. Roscio.
Animus cultus. Cic. 2. Tuscul.
Dea culta virginibus ministris. Ouid. 6. Fast.
Culta fides. Valer. lib. 1. Argonaut.
Arborum confectio omnisque materia & culta & syluestris. Cic. de Nat. deor.
Prædia. Claudian. 1. in Ruff.
Segetes Claudian. 4. Panegyr.
Vestes. Claudian. 2. de raptu Proserp.
Cultus, huius cultus {θεραπεία, γεωργία, κόσμος, καλλωπισμός.} Cic. 1. Offic. Ob eásque causas studeat parare ea quæ suppeditent & ad cultum & ad victum.
Agricolarum cultus elaborat. Cic. 2. de Lege Agrar.
Cultus agrorum. Plin. lib. 15. cap. 1.
Biuius agrorum cultus. Vide BIVIVS.
Aratores cultu agrorum defessi. Cic. 2. de Lege Agrar.
Accuratus cultus. In ACCVRATVS.
Agrestis. Stat. lib. 6. Thebaid.
Crinalis, Id est cultus circa crines & capillos. Claudian. 5. Paneg.
Nam neque cæsariem crinali stringere cultu,
Colla nec ornatu patitur mollire retorto.
Cultus gemmati. Claudian. 6. Panegyrico,
Gemmatósque humilem dispergere Persida cultus.
Læto cultu conuiuia, Lautè apparata conuiuia. Valer. libro 5. Argonauticōn, Intercalæto patitur conuiuia cultu.
Luxuriosus. In LVXVS.
Modicus cultu. In MODVS.
Mollissimus. In MOLLIS.
Mundior iusto. In MVNDVS.
Pressus & velut applicitus rei cultus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Purpurei cultus. Stat. lib. 6. Thebaid.
Cultus regales. Claudian. epig. 21,
Accipe regales cultus, & crine superbus
Erecto virides spumis perfunde smaragdos.
Simplex. Claudian. 1. in Ruffin.
Tyrius, pro molli & effœminato. Martial. lib. 11. epig. 40, in Charidemum libertum,
Si Tyrios sumpsi cultus, vnxíve capillos,
Exclamas, nunquam fecerat ista pater.
¶Affectare cultum effusiorem in verbis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Enitescet clarius hic noster cultus. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Tribuere diligentem cultum alicui. Cic. 2. de Inuent. Pietas per quam sanguine coniunctis, patriǽque beneuolis officium & diligens tribuitur cultus.
¶Cultus hominis. Cic. 4. de Finib. Id est educatio & disciplina.
Hominum cultus & curatio. Cic. 2. de Nat. deor. de ouibus, Quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque vllum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione potuissent.
Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibēda deo, quæ adhibetur homini. Cic. 1. de Nat. deor.
Cultus vitæ. Cic. 5. de Finib. Quos cura liberatos, nullum necessarium vitæ cultum, aut paratum requirentes.
Delectant etiam magnifici apparatus, vitǽque cultus cum elegantia & copia. Cic. 1. Offic.
Humanus ciuilísque. Cic. 1. de Orat.
Desistere à cultu victúque bestiarum. Cic. 2. Offic.
Cultu humili aliquem educare. Liu. 1. ab Vrbe.
¶Hominum cultus, alia significatione. Tacit. lib. 2, Miléśq; nullo illic hominum cultu, fame absumptus. Subauditur, existentem. Significat autē insulas illas cultoribus, habitatoribúsque vacuas fuisse.
¶Cultu vacantes regiones propter vim frigoris aut caloris. Cic. 1. Tuscul.
Cultus patrius. Virgil. 1. Georgicorum,
-ac patrios cultúsque habitúsque locorum.
¶Cultus animi. Cic. 5. de Finib. Sed animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis cibus.
¶Cultus deorum, Adoratio {σέβασμα.} Cic. 1. Tuscul. Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudiuit, &c. De philosophia.
Religio deorum cultu pio continetur. Cic. 2. de Nat. deor.
Cultu & honore dignari. Cic. de Inuent. lib. 2.

Cultio {γεωργία} Verbale, Idem. Cic. 5. Verr. Quid est enim Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris?
Agri cultione se oblectare. Cic. de Senect.
Cultum, culti {γεώργημα} Substantiuum. vt, Pinguia culta. Claudian. in laude Serenæ. Id est agri culti.
Cultor {γεωργός} Verbale. vt, Cultor agrorum & terræ. Liu. 4. ab Vrbe, Famem cultoribus agrorum timentes.
Cultor vineæ. Cic. 5 de Finib.
Cultor terræ, Inhabitator. Cic. 2. de Nat. deor. Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ cōstituti non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c.
¶Cultor {λάτρις} Mineruæ. Martial. lib. 5,
Sextæ Palatinæ cultor facunde Mineruæ.
¶Cultor veritatis. Cic. 1. Offic. Sūt his alij multū dispares, simplices, & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.
Cultrix, huius cultricis, pen. prod. {θεραπευτρίς} Verbale fœmininū. Cic. 5. de Finib. Ex quo non est alienum, vt animantibus, sic illis & apta quædam ad naturam aptare, & aliena, carúmque augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.
Cultura, culturæ, pen. prod. {γεωργία} Idem quod Cultus substantiuum. Cic. 5. Verr. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi, fructus & cultura continentur, amotas & venditas, &c.
Agri natura perboni, & diligentia culturáque meliores. Cicero pro Flacco.
Agros desertos à plebe atque à cultura hominum liberorum esse non oportere. Cic. de Lege Agrar.
Ager, quanuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest. Cic. 2. Tuscul.
Nihil fert ager nisi multa cultura & magno labore quæsitum. Cic. de Lege Agraria.
Fundi cultura. Paul. in l. si in lege. §. si domus. D. locat.
Vitium cultura. Cic. 4. de Finib. Vt si cultura vitium, cuius hoc munus est, vt efficiat, &c.
Intempestiua. Caius in l. si merces. §. conductor. D. locat.
Adhibere culturam. Cic. 5. de Finib.
Hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris. Cic. de Senectute.
Noua sarmenta cultura excitantur. Cic. 2. de Orat.
Cultura potentis amici. Horat. lib. 1. Epist. ad Lollium, epist. 19,
Dulcis inexpertis cultura potentis amici, Expertus metuit. Id est obseruantia, vel famulatus, & cultus.
Colonus, coloni, pen. prod. {γεωργός} à Colo, colis. Agrorum cultor dicitur. Cic. pro Cecinna, Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum.
Colonus partiarius. In PARTIARIVS.
Colonus quid à villico nonnunquam differat, planè docet his verbis Columella, lib. 1. cap. 7. Præcipua cura domini requiritur, cum in cæteris rebus, tum maximè in hominibus. Atque hi vel coloni, vel serui sunt soluti, aut vincti. Hinc apparet colonum non esse seruum. Deinde sequitur, Comiter agat cum colonis, facilémque se præbeat, & auarius opus exigat quàm pensiones. Paulo pòst, Vbi sedulò colitur ager, plerunque compendium, nunquam detrimentum affert, eóque remissionem colonus petere non audet (remissionem videtur pensionum) Sed nec dominus in vnaquaque re cui colonū obligauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum, vulgò dicunt, *in terminis solutionum*. Aliquot pòst versibus: Ita certè mea fert opinio, rem malam esse frequentem locationē fundi: peiorem tamen vrbanū colonum, qui per familiam mauult agrum, quàm per se colere. Saserna dicebat ab eiusmodi homine ferè pro mercede litem reddi. Propter quod operam dandam esse, vt & rusticos & eosdem assiduos colonos retineamus, quum aut nobismetipsis non licuerit, aut per domesticos colere nō expedierit. Paulo pòst: Nunquam non ex agro plus sua cuique cura reddidit, quàm coloni: nunquam non etiam villici: nisi si maxima vel negligentia serui, vel rapacitas interuenit. Quæ vtraque peccata plerunque vitio domini vel cōmitti, vel foueri, nihil dubium est: quum liceat aut cauere ne talis præficiatur negotio: aut iam præpositus, vt submoueatur curare. In longinquis tamen fundis, in quos non est facilis excursus patrisfamiliâs, quum omne genus agri tolerabilius sit sub liberis colonis, quàm sub villicis seruis habere, tū præcipuè frumētarium, &c. talis generis prædium, si (vt dixi) domini præsentia cariturum est, censeo locandum. Hoc in Columellæ loco Colonus est homo liber, interdum vrbanus, interdum rusticus, cui dominus certa aliqua mercede seu pēsione fundum elocat suum: Villicus autem est homo seruus, villæ præfectus ab suo domino, qui & ipse prædia cum fide colat, & à conseruis colenda curet, fructuum omnium rationem domino redditurus.
Colonum catenarum, ioco dixit Plautus in Asin. 7. pro eo qui vinctus detinetur carceribus.
Colonus & Inquilinus. Paul. in l. si in lege. §. si domus. D. locat. Potest dominus, si deseruerit habitationem, vel fundi culturā colonus, vel inquilinus, cum eis statim agere.
Auidus. Virgil. 1. Æneid.
Optimus, parcissimus, modestissimus, frugalissimus. Cicero 2. de Oratore.
Errantes. Seneca Hippol. 3.
Fortes. Virgil. 3. Georg.
Inopes. Horat. 2. Carm. ode 14.
Lacertosi. Ouid. 11. Metamorphoseos,
Dura lacertosi fodiebant arua coloni.
Latini. Cic. de Claris Orat.
Operosus. Ouid. de Nuce.
Pauper ruris. Horat. 1. Carm. ode 35.
Pilosus. Martial. lib. 12. epig. 59, -te pilosus
Hircoso premit osculo colonus.
Veteres. Virgil. 9. eclog.

¶A colono

¶A colono rationes accipere.Cic.pro Cecinna.

Dare colono remissionem ob sterilitatem. Vlpianus in l. ex conducto.§.Papinianus.D.locat. Si vno anno remissionem quis colono dederit,deinde sequentibus annis cōtigerit vbertas, nihil obesse domino remissionem:sed integram pensionem etiam eius anni quo remiserit,exigendam.

Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. Caius in l. si merces. §. vis maior. D.locat.

Habet conductum de aliquo fundum colonus. Cic.pro Cecinna.

Dissensionem colonorum deferre ad patronos.Cic.pro Sylla.

¶Colona.Ouid.4.Fastorum, -habebat

Rus breue cum duro parca colona viro.

¶Coloni {ἀποικοι, οἰκήτορες} etiam dicebantur ciues Romani ad aliquam vrbem habitandam missi:qui non propriis,sed pop.Rom. legibus viuebant. Cic.3.de Nat. deor. Quanquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt.

¶Ascribere colonos nouos.Cic.2.Philip.

Assignare agros colonis.Cic.1.de Lege Agrar.

Collocare colonos in aliqua ciuitate.Cic.2.de Lege Agrar.

Dare colonis agrum.Cic.2.de Lege Agrar.

Deducere colonos.Cic.de Lege Agrar.

In colonias alicuius regionis colonos deducere. Cicero de Lege Agraria.

Deligere ad omne facinus colonos.Cic.2.de Lege Agrar.

Diuidere agrum colonis.Cic.1.de Lege Agrar.

A colonis vrbes occupatæ per Decemuiros.Cic.1.de Lege Agrar.

Numerum colonorum scribere in aliquam ciuitatem. Cic.de Lege Agrar.

Coloni dominici dicebantur,qui colebant agros Imperatoris, vt C.de præd.& omnib.reb.lib.11.

Colonus, penult.prod.Adiectiuum {οἰκητικός.} Cic.5.Philipp. Vtique C. Pansa, A.Hircius Consules,alter ambóve cognoscerent,qui ager colonus esset,quò milites veterani deducti essent,&c.

Colonia,coloniæ {ἀποικία.} Dicebātur coloniæ,minores vrbes,ad quas habitandas ex maioribus vrbibus , quasi quædam examina populorum mittebantur. Cic.1. Offic. In alias domos tanquam in colonias exeunt. Idem 2. de Lege Agraria contra Rullum , Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus , est operæpretium diligentiam maiorum recordari,qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt , vt non oppida Italiæ , sed propugnacula imperij esse viderentur. Et pro Fonteio,2, de Gallia prouincia loquens, Est in eadem prouincia Narbo Martius,colonia nostrorum ciuium, specula pop. Rom. ac propugnaculum istis ipsis nationibus oppositum & obiectum. Item 2.Philip.Cōsuluisti me perliteras de Capua tu quidem : sed idem de Casilino respondissem , possésne vbi colonia esset,cò coloniam nouam iure deducere. negaui in eam coloniam,quæ esset auspicatò deducta, dum esset incolumis,coloniam nouam iure deduci : colonos nouos ascribi posse rescripsi. Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo Transpadanas colonias traduxerat.non enim nouis colonis eas instituit,sed veteribus incolis manentibus , ius dedit Latij , vt possent habere idem ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id est vt ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. Erant præterea coloniæ , quibus ius Italiæ dabatur. Erant & Latinorum , & quæ Latij veteris appellabatur,quales in Hispania multas fuisse refert Plinius. Quum enim in vrbe Roma multos ex veteribus nouísque incolis paupertate premi,intellectum erat,adeò vt censui soluendo non sufficerent.Triumuiri a Senatu creabantur , qui locis primùm consideratis , in quibus Reip.expediret propugnaculum constitui,noua edicta proponebant danda esse nomina ab illis qui in nouam coloniam deduci vellent: sicque vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati ad nouas , quibus indigerent , diuitias gratis datas cum familia accedebant. accipiebant enim duo, quatuor , sex aut septem agri iugera,& quandoque plus. Budæus,Colonia,ciuitas est à matrice ciuitate deducta, id est metropoli:quomodo Ionicæ ciuitates deductæ erant & propagatæ.

Colonia.duo genera coloniarū fuere,Romanæ & Latinæ. omnes constabant è ciuibus Romanis , in colonias exeuntibus. Romanæ dicebantur eæ, quæ iura ciuitatis Romanæ possiderent, itaque ciues Romani erant,& ferendi suffragij potestatem habebant.cuius generis erant coloniæ multæ in Gallia togata : propterea̧que dixit Cic. in epist.1.ad Att. Videtur in suffragiis multum posse Gallia. Latinæ verò coloniæ dicebātur eæ , quæ ius Latij haberent:quod infra ius Romanæ ciuitatis erat. Itaque & in oratione pro Balbo , & alibi legimus , multos ex coloniis Latinis ciues esse factos. quod item non legitur de coloniis Romanis. nec enim eis dari oportebat quod habebant. Coloniarum his verbis mentio fit apud Hygenum de limitibus,Finitis bellorum operibus,augendæ Reip.caussa, illustres Romanorum viri vrbes constituerunt , quas aut victoribus populi Romani ciuibus , aut emeritis militibus assignauerunt , & ab agrorum nouæ dedicatione culturæ colonias appellauerunt. victoribus autem assignatæ coloniæ iis qui temporis caussa arma acceperant. nō enim tantum militum incremento Resp.populi Romani habuit.erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur. multis legionibus contigit bellum feliciter transigere,& ad laboriosam agriculturæ requiem primo tyrocinij gradu peruenire. nam cum signis , & aquila, & primis ordinibus , ac tribunis deducebantur. modus agri proportione officij dabatur.

Ciuium colonia.Cic.pro Fonteio.

Municipia & coloniæ.Cic.de Lege Agrar.

Quid Colonia à Municipio differat , Gellius lib.16. cap.13.tractat, Municipia, inquit,quid & quo iure sint, quantúmque à colonia differant,ignoramus,existimamúsque meliore conditione esse colonias quàm municipia.

Florens colonia.Cic.2.Philipp.

Immunes.Plin.lib.3.cap.1.

Commutare.Vide c o m m v t o.

Complere coloniis regionem aliquam.Cic.de Lege Agrar.

In aliam coloniam se conferre. Paul.in l.si in lege,§. colonus si ei. D.locat.

Constituere colonias in aliqua vrbe.Cic.de Lege Agrar.

Deducere. Cic. de Lege Agrar. Deducentur,inquit,coloniæ. quò? quorum hominum? in quæ loca?

Deducere colonias nouas,veteres renouare.Cic.de Lege Agrar.

Imponere coloniam in agro.Vide i m p o n o.

Imprimere municipia, præfecturas , & colonias vestigiis flagitiorum. Cic.2.Philip.

Lustrare coloniam. Cic.1.de Diuinat. Itémque in lustrāda colonia ab eo qui eam deduceret,&c.

Mittere in aliquam regionem.Cic.1.de Diuinat.

Obire. In o b e o.

Occupare coloniis regionem aliquam.Cic.de Lege Agrar.Totam Italiam inermem tradituros existimasti, quam præsidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis deuinctam & constrictam teneretis.

Municipia & colonias suis colonis occupare. Cic.de Lege.Agrar.

Veteranorum colonias peragrare.Cic.2.Philip.

Primores coloniarum.Sueton.in Claudio,cap.1.

Libertatem populi præsidiis & coloniis interclusam tenere.Cic.de Lege Agrar.

In colonias proficisci.Cic.pro Cecinna.

¶Colonia,interdum agricolationis locum,aratorísque officinam & domiciliū significat.Paul.in l.quæro.§. Paulus respondit. D. locat. Seruus , qui æstimatus coloniæ ascriptus est , ad periculum coloni pertinebit. Idem in l.si in lege.§. colonus.D. locat. Nam & qui expulsus à conductione,in aliam se coloniam contulit,non suffecturus duabus,neque,&c. Budæus. Est igitur colonia, quantū villico subiicitur. Colum.lib.11.cap.1, Villicus non vrbem,non vllas nundinas, nisi vēdendæ aut emendæ rei necessariæ causa,frequentauerit.Neque enim coloniæ suæ terminos egredi debet , nec absentia sua familiæ cessandi aut delinquendi spatium dare.

¶Colonia , per metaphoram , pro loco vbi quis habitat. Plautus Epid.8,Sed ego hinc migrare cesso,vt importem in coloniam hunc, hunc auspicio meo commeatum?

Colonicus, penult. corr. Adiectiuum {ἀποικικός.} vt, Colonicæ leges. Varro 1. de Re rust. cap.2, Atque etiam leges colonicas tollis,in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capra natum pascat.

Cohortes colonicæ. Cæs.2.bel.Ciu.Cohortes duas quæ colonicæ appellabantur , quum eò casu venissent , tuendi oppidi causa apud se retinuit.

Decuriones colonici,Qui coloniarū sunt. Suet. in August.cap.46, Excogitato genere suffragiorum , quæ de magistratibus vrbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent,&c.

Colonica ouis. Plin. lib. 26. cap. 10, Superioris radix in lacte ouis colonicæ data , neruos intendit. Sipontinus , Colonicum genus ouium delicatius,in pascuis pascēs,& loca magis culta appetens:vnde habet nomen vt colonicum dicatur. Vide Plin.lib.8.cap.47.

Colonarium Cælius lib.21.cap.21,In epistolis(inquit)ad Atticum,Colonarium esse arbitror publicum , vnde publicanis ascitum nomen: seu vectigal , quod pro re penderetur rustica. De aquæductu , inquit Cicero, probè fecisti:colonariū vide ne vllum debeamus: quanquam audio,eam illic cōmutatam esse legem. In eūdem sensum dixit Cæs. lib.3 bel.Ciuil. Est autem is Cicer. locus lib.13. Verba autē Cæsaris ex 3. lib. de bel.Ciuil. hæc sunt, Interim acerbissimè imperatæ pecuniæ tota prouincia exigebantur:multa præterea generatim ad auaritiam excogitabantur.In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur:colonaria, ostiaria,frumentum, milites,remiges, arma,tormenta,vecturæ imperabantur.Sciendum tamen à plerisque scribi Columnaria, quod Cælius ipse scribit Colonarium:nempe qui videatur à nomine Colonus deriuare. Paulus Manut. & Corradus interpretantur Columnarium dici tributum quod in singulas columnas domum sustentātes exigeretur , propterea quòd opulentiam significarent habitantium.

Colonarius,colonarij. Cælius lib.21.cap.21,Colonariam conditionem in Canonicis decretis,d stinctione 87. & apud Iurecōsultos eam accipio , quæ ad rem rusticam tractantes pertinet. vnde & Colonarios in epistola Cælij ad Cic.lib.8.epist.9, humiliores intelligimus homines , fortéque rusticanas tribus. Nolo te putare,inquit, Fauonium à colonariis præteritum:optimus quisque nihili eum fecit. sic enim videtur legendum. Hactenus Cælius. Corradus in Quæstura non ita procul a fine aliter & legit,& exponit. nempe sic: Nolo te putare Fauonium à columnariis præteritum esse : optimus quisque eos nihili fecit. mox subdit:Quidam legunt, Colonariis, hoc est humilibus ac rusticis,à Colonia. Id verum sit nécue,ipsi viderint. Nos, etsi vix speramus assequi quod cupimus , dicemus tamen quid excogitarimus. Columna erat Romæ, quæ Menia dicebatur,à Menio quodam,qui, quum ædes venderet, columnam quandam receperat , vnde munus gladiatorium spectaret.ab ea columnæ omnes,& loca huiusmodi ad spectandum accommodata, à Romanis Meniana sunt appellata. Et quoniam in his locis scelesti puniri solent,vt à populo videātur, & vt alios suo exemplo terreant, inde factum arbitror , vt columna illa, Triumuirorum capitalium diceretur : essentque semper apud ipsam columnam patroni, sed maioribus causis indigni,qui vel defenderet vel accusarent reos. ij patroni,nisi fallor, columnarij à Cælio dicuntur:quos Cicero etiam significat,quum in Diuinatione in Verrem ita loquitur:Vobis ne tanta inopia reorum est,vt mihi causam præripere conemini potius,quàm aliquos à columna Menia vestri ordinis reos reperiatis? Ab iis igitur fortè accusatus fuerat Fauonius:sed optimus quisque eos nihili fecerat. quam tamen historiam adhuc nusquam legimus.illud apud Plutarchum in Catone vidimus,Fauonium Ædilem fuisse,& cum aliis sedisse,dum Cato pro ipso spectacula ederet:vt

fortè ea in re derisus fuerit in spectaculo ab iis qui apud columnas theatri (quæ magnificentissimè, authore Plinio, erigi solebant) spectarent. sed id cur affirmem, nihil habeo. Eandem columnam, opinor, intelligit Cicero in oratione pro P. Sextio. sic scribens: Gabinius ad columnam adhæresceret, ni in Tribunatus portum confugeret. Hanc columnam mei Regienses, vt puto, lapidem nunc vocant, ad quem adhærescunt qui non sunt soluendo, vt eo tempore erat Gabinius, nisi Tribunatus ei opem tulisset. vnde paulo pòst dicit, Exanimatus euolat è Senatu, non minus perturbato animo atque vultu, quàm si annis antè paucis in creditorum conuentum incidisset. Similis est item illa columna, de qua in oratione pro A. Cluentio loquitur hunc in modum: Q. Manilius ex petulanti atque improbo scurra, in discordiis ciuitatis ad eam columnam ad quam multorum sæpe conuitiis deductus erat, tum suffragiis populi peruenerat. Has columnas etiã existimo nunc Reugas & Berlinas appellari. Hæc Corradus. Porro ne quid lectorem celemus, locus Cælij sic habet in nostris codicibus: Nolo te putare Fauorinum à columnariis præteritum esse: optimus quisque eum non fecit. vt videlicet intelligatur etiam ab optimatibus præteritus in magistratus petitione, nec bonorũ suffragia tulisse. Interpres exponit columnariis, aut ad columnas scribẽtibus, aut opus columnarum curantibus. In Ciceronis locum de Diuinatione, sic Asconius: Vestri ordinis reis, id est reos vestra defensione condignos, vel fures & seruos nequam, qui apud Triumviros capitales ad columnam Meniam puniri solent. Alius pro P. Sext. locus integer sic legitur, Puteali, & fœneratorũ gregibus inflatus atque perculsus, olim ne Scyllæo illo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret, in Tribunatus portum perfugerat.

Colobicus, pen. cor. Firmicus lib. 3. cap. 14, Morientur autem aut spatici, aut apopletici, aut colobici. Spaticos interpretor, contractos, vel cõuulsos: Colobicos, mutilos. κολοβὸς enim dicitur mutilus, minutus.

Colobium, Genus tunicæ, quo antiqui Romanorum vtebantur: sic dictum, quòd manicis esset mutilatum. Nam Græci κολοβὸν, truncum ac mutilatum dicunt. Sipontinus.

Coloboma, atis {κολόβωμα} Latinè mutilatio. Defectus particulæ est in parte aliqua corporis. Vide lib. finit. medic. apud Galen.

Colocasia, æ {κολοκασία} Faba Ægyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè semper possunt, si tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore. De hac Plin. lib. 21. cap. 15.

C O L O C A S I A E, Mineruæ templum fuit in Sicyone, vt est in 3. apud Athenæum, quo loco de ciborio & colocasia agit, ex Nicãdri Georgico. Meminit Cæl. lib. 9 cap. 12.

Colocasium, n. g. Virgil. in Pollione,
Mistáque ridenti colocasia fundet acantho. Ruell. dicit Colocasion esse radicem fabæ Ægyptiæ. Mart. lib. 8. epig. 33, in Paulũ, de Phiala,
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo. Ducitur enim dentibus tanquam lana, & quidem subtilis. Inde idem lib. 13,
Niliacum ridebis olus, lanásque sequaces
Improba cum morsu fila manúque trahes.

C O L O C A V R V M {κολόκαυρον} Germaniæ vrbs Ptolemæo. Vulgò *Fridunal*.

Colocynthæ, Sic dicti sunt libri quidam obscurissimi ab Adriano imperatore scripti. Dion, [Greek text, partly illegible] κολοκύνθας [illegible] In Ælio Spartiano legitur Catacriani, vel Catacannas, sed mendosè. Turnebus.

Colocynthis, colocynthidis, f. g. {κολοκυνθὶς} Genus cucurbitæ. Plin. lib. 20. cap. 3, Colocynthis vocatur alia, ipsa plena, sed minor quàm satiua. De cucurbita syluestri loquitur.

C O L O E N A, Coloenæ {κολοηνὴ} Dicta est Diana à lacu Gygæo, ab Homero sic vocato, qui postea mutato nomine dictus est Colous, vbi templum habet, quod in maxima religione habetur. Vide infrà C O L O V S, & Strab. lib. 13.

Colomestrum, Romani appellauerunt secundam aconiti speciem, teste Dioscoride, quam idem & cynoctonon & lycoctonon, à canibus & lupis necandis cognominat.

Colon, vel colum {κῶλον} Est crassius intestinum tubulatum, ex quo excremẽta eam accipiunt formam qua egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renémque sinistrum religatur. Vnde verbum κωλικεύεσθαι, pro eo quod est torqueri, cruciaríque. Gell. lib. 17. cap. 11, aluum vocat, Ac deinde (inquit) aridiora ex iis recrementa in aluum conuenire, quod Græcè κῶλον dicitur. Cels. lib. 1. cap. 8, Latinè sic vertit, Et si (inquit) laxius intestinum dolere consueuit, quod κῶλον nominant, &c. Dicitur & κῶλον, ile. Hermol. in 37. caput Plinij, lib. 11. Nam ile, quod infima parte collocatum est in homine, κῶλον Græcè dicitur. Vnde autem ile dicatur, paulo antè declarat, Est autem ila, siue à Græco dicta, vnde gracilioris intestini morbus appellatur ileos, id est εἰλεὸς: siue ab ina, quo verbo (vt est apud Festum) tenuissima pars rei siue pellicula significatur. Hæc ille. Is morbus & chordios, & chordapsos quoque dici solet eidem Hermolao in glossematibus, in verbo C O L I C I.

Coli vitium efficacissimè sanatur aue galerita assa in cibo sumpta. Plin. lib. 20. cap. 7.

¶ Colon, Est etiam membrum orationis. Commata Cicero vocat incisa: Sunt enim imperfectæ orationes: cola, mẽbra sunt, & in lõga circunductione penè perfectæ orationes. vt colon est, Quum multa pontifices, à maioribus nostris diuinitus inuẽta atque instituta sunt. Aliud colon, Tũ nihil præclarius, quàm quòd vos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summæ Reip. præesse voluerunt. Sed partes colorum sunt commata. vt, Inuenta atque instituta sunt. &, religionibus deorum immortalium. Vide Incisum, in I N C I D O, pen. prod.

Κῶλα quid sint, dignosci potest ex Cicerone de Claris Orat. Comprehẽsio, inquit, & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quędam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentius.

Colicos, pen. corr. {κωλικὸς Galen.} Adiectiuum. vt, Colicus dolor, qui in colo, hoc est crasso & maximo intestino flatibus oppleto, generari solet. Inde etiam colicum hominem dicimus. Plin. lib. 20. cap. 4, Praxagoras & iliosis dandos censet, Phthisicus & colicis.

Colicon medicamentũ ad dolorẽ intestini plenioris. Cels. li. 4. c. 14.

Colice, colices, pen. corr. Idẽ. Scribon. Largus, 120, Cassij medici colice bona. Idem, 121, Colice mirifica Iulij Bassi tollit inflãmationes coli.

Colona {ἐργαστήριον} Locus agricolationis, aratorísq; officina. Paul. in l. quæro. §. 1. D. locat. Seruus, inquit, qui æstimatus colonæ ascriptus est, ad periculũ colonæ pertinebit. Eadem ratione idem Paulus Coloniam dixit, pro functione ipsa colendi, & agricolatione, in l. si in lege. §. colonus. D. locat. Alij vtrobique Colonia legunt, & pro eodem. Vide Colonus, in C O L O.

C O L O N A E {κολωναί} Ciuitas est prope Tenedum insulam, cuius Cygnus, Thrax genere, & Tenæ pater rex olim fuit. Strabo lib. 13. Achæio, inquit, continua erit Larissa & Colonæ, quæ prius ad Diam pertinebant, & Chrysa in loco excelso & petroso supra mare sita, & Amaxitus quæ continuè Lecto subiacet: nunc Achæio continua est Alexandria. ¶ Est & Colonæ Troadis locus, nõ procul à Lampsaco. Strabo ibidem.

C O L O N I A Agrippinensis, Vbiorum ciuitas potẽtissima, cis Rhenum fluuiũ sita: ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ vt sociis quoque nationibus potẽtiam suam ostẽtaret, in hoc oppidum, vbi genita erat, coloniam ex veteranis deduci imperauit. Tacit. Annal. lib. 12.

C O L O N I S, Insula est in sinu Argolico, contra Hermionium agrum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

C O L O N O S {κολωνὸς} Agger fuit, siue locus editus, nõ procul ab Athenis, in quem OEdipus Thebis exulans dicitur commigrasse: vnde Sophocles Tragœdiam de OEdipi calamitatibus conscriptam, OEdipum Coloneũ appellauit. Erat autem hic locus Neptuno sacer, vbi etiam equestris eius statua fuit, quẽadmodum & Thesei, Pyrithoi, Adrasti, & OEdipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine, hominúmque odio μισάνθρωπος cognominatus est. Hæc Pausan. in Attic. Pollux verò lib. 7, author est, duo huius nominis loca in Attica fuisse: alterum ἱππικὸν appellatum, in quem cõfugit OEdipus: alterum in foro, iuxta Eurysacium, ἀγοραῖον cognominatum.

C O L O N E V S, Locus est cuius incolam fuisse Sophoclem dicit Cicero, vnde & OEdipus Coloneus, teste eodẽ, cognominatus, qui Tragœdiæ nomen dedit, 5. de Fin. Tum Quintus, Est planè Piso vt dicis, inquit. Nam meipsum huc modò venientem conuertebat ad sese Coloneus ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos versabatur, quem scis quàm admirer, quámque eo delecter. Me quidem ad altiorem memoriã OEdipodis huc venientis, & illo mollissimo carmine, quænam essent ipsa hæc loca requirẽtis, species quædam commouit.

Colonus, Coloniæ, Colonarius, Colonicus, Vide C O L O.

C O L O P E N A, Cappadociæ pars est, Sebastiam & Sebastopolim vrbes habens. Vide Plin. lib 6. cap. 3.

Colophon dixerunt, quum aliquid finitum significaretur. Festus.

C O L O P H O N, pen. corr. huius Colophonis, pen. prod. {κολοφὼν} Ioniæ vrbs clarissima, quæ equestribus tãtum excelluit, vt vbicunque difficulter bella componi poterant, Colophonij equitatus auxiliis dirimerentur. Vnde natum prouerbium, κολοφῶνα ἐπέθηκε, Id est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponitur.

Colophonij, Colophoniorum {κολοφώνιοι} Populi sunt Colophonem vrbem habitantes. Cic. pro Archia poeta, Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum.

Colophonia {κολοφωνία} Herba est notiore nomine Scãmonia appellata, succũ habens eiusdem nominis. Colophonia autẽ dicta, à Colophone Ioniæ vrbe, vnde laudatissima aduehebatur. Diosc. lib. 4. c. 152.

Colophonia resina, quæ à Colophone Ioniæ vrbe sibi cognomentum cõparauit, est (vt refert Plin. lib. 14. cap. 20) præter cæteras fulua. De hac etiam Galen. lib. 11. de compos. med. per gen. meminit his verbis, Est (inquit) inter liquidas etiam colophonia thuris redolens, quæ nonnullis sola vocatur colophonia, odoratu suauitatem quandam referens, vt abietina, & calore sicut illa mediocri prædita. Nascitur admodum modica, atque ob id pretiosa est. Hæc ille.

Colophura {κολόφουρα} Apud Theophrast. animalia intelliguntur, boues, asini, muli, quæ si smilen olfactarint, intermoriantur: quod & de hominibus intelligit Andreas, si indormiant. Ex Cæl. lib. 3. cap. 30.

C O L O P S magnus {κόλωψ Ptolemæo} Zeugitanæ prouinciæ vrbs, hodie *Giger*, regia ciuitas.

Color, huius coloris, m. g. {χρῶμα, χροιὰ, χρὼς} A colo, colis, inquit Sipontinus, deductum: quia coloribus faciem, vestes, domos, ac reliqua omnia ornamus. Terent. Eunuch. 2. 3,
Color verus, corpus solidum, & succi plenum.

Colos ab antiquis dicebatur. Plin. lib. 12. cap. 19, Colos triplex. De Casia loquitur. Lucret. lib. 6, Flammeus est plerúque colos & splendidus ollis. De nubibus.

Bonitas coloris. Cic. 1. Offic.

Crebra coloris mutatio. Cic. pro Cluent. Timor eius, perturbatio, suspensus, incertúsque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta & manifesta faciebant.

Aureus color barbæ. Ouid. 12. Metam. Color croci. Lucr. lib. 6.

Lucis color, Splendor. Seneca Agamemn. 9.

Operum colores, Varij effectuum ornatus. Horat. in Arte,
Descriptas seruare vices, operúmque colores
Cur ego si nequeo, ignoróque, poeta salutor?

Vrbanitatis color. Cic. de Claris Orat.

Adustior color. Vide Adustior, in A D V R O.

¶ Albus color præcipuè decorus deo est. Cic. 2. de Legib.

Albidus. Vide paulo pòst pressus.

Amethystinus. In A M E T H Y S T V S.

Ardentissimus. In A R D E O. Aureus. In A V R V M.

Aridus. In A R I D V S. Austerus. In A V S T E R.

Ater. Ouid. 4. Metam. Blandus. In B L A N D V S.

Bonus. In BONVS.
Buxeus. In BVXVS.
Cæruleus. Vide paulo pòst Pressus.
Candens. In CANDEO.
Candidus, In CANDEO.
Cereus. In CERA.
Ceruinus. In CERVVS.
Cinereus. In CINIS.
Citrinus. In CITRVS.
Colossinus. In COLOSSE.
Coracinus. In CORAX.
Corneus. Plin. lib. 37. cap. 2.
Crocinus. In CROCVS.
Cymatilis. In CYMA.
Decens. Horat. 4. Carm. ode 13.
Deterrimus color alicui rei dicitur esse, quæ non ita bonum colorem habet. Virg. 3. Georgicorum, -honesti
Spadices, glaucísque color deterrimus albis Et giluo.
Dilutus. Plin. lib. 37. cap. 5.
Diuersi mille nitent colores. Ouid. 6. Metam. de Iride.
Egregius. Cic. 2. de finib.
Elegantioris coloris gratia. Plin. lib. 15. cap. 8.
Exanguis. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.
Aspicis exangui chartá pallere colore. Sallustius de Catilina, Color ei exanguis, fœdi oculi.
Flammeus. Plin. lib. 35. cap. 6.
Floridi. Plin. lib. 35. cap. 6.
Fucatus. Horat. Epod. 12.
Fuscus. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.
Herbidus. Vide HERBA.
Ignescens, Igneus. Vide IGNIS.
Languescens. In LANGVOR.
Languidus. In LANGVOR.
Lentus. In LENTVS.
Liquidus. Horat. 4. Carm. ode 8.
Luridus. In LVRIDVS.
Luteus. In LVTEVS.
Marmoreus. Lucret. lib. 2.
Melior. In BONVS.
Melleus. Plin. lib. 36. cap. 8.
Memnonius color, Niger intelligitur apud Ouidium lib. 3. de Ponto, elegia 3,
Si dubitem faueas quin his ô Maxime dictis,
Memnonio cycnos esse colore putem.
Misti. Celsus lib. 2. cap. 8.
Murrhinus. In MYRRHA.
Mustellinus. Terent. Eunuch. Id est fœdus: à mustella, vt opinor, pisce, cuius pellis fœdi coloris est & inhonesti. Turneb.
Natiuus. In NASCOR.
Niueus. Horat. 2. Carm. ode 4.
Nubilus. In NVBES.
Obsoletus. In OBSOLEO.
Olorinus. In OLOR.
Omnigenus. In OMNIS.
Phœniceus. Lucret. lib. 2.
Pressus. Plin. Iun. lib 8. epist. 20. ad Gallum, Color cæruleo albidior, viridior, & pressior. De lacu Vadimonis loquitur. Pressior, Id est densior.
Pulcher. Lucret. lib. 4.
Puniceus. Lucret. lib. 5.
Purpureus quondam color ora reliquit. Virg. 11. Æneid.
Sanguinolentus. Ouid. 1. Amor. eleg. 12.
Satur, Abundans, largus. Virg. 4. Georg.
Morti similis. Senec. Hippol. 4.
Spumeus. Plin. lib. 37. cap. 2.
Sulphureus. Martial. lib. 12. epigr. 48.
Surdus. Plin. lib. 37. cap. 5.
Suauis. Cic. 5. Tuscul.
Tetri colores fœda specie. Lucret. lib. 2.
Thessalicus. Lucret. lib. 2.
Turpes. Lucret. lib. 2.
Tyrius color, Id est purpureus. Horat. 1. epist. 6.
Validus. Plin. lib. 20. cap. 5, Ad validum quoque colorem profici hoc cibo.
Varians. Plin. lib. 14. cap. 2, Insignes iam colore inter purpureas nigrásque medio heluolæ sæpius varianti, & ob id varianæ à quibusdam appellatæ.
Verecundus. Horat. Epod. 17. Verecũdum colorem eleganter pro rubore dixit Porphyr.
Verni. Valer. lib. 6. Argonaut.
Viridis. Ouid 10 Metam.
Viuus. Martial. epigr. 62. lib. 12.
Colores qui aciem compungunt. Id est qui oculos offendunt, qualis est color albus lucidior. Lucret. lib. 2.
Colores qui lacrymare cogunt. Lucr. lib. 2. Intelligit colores nitidiores, qui ex se radios veluti quosdam emittentes intuentibus oculis lacrymas eliciunt.
Colores qui oculos pascunt. Lucret. lib. 2.
Mille coloribus arcus, Iris quæ est multorum colorum. Virgilius 5. Æneidos,
Illa viam celerans per mille coloribus arcum
Nulli visa citò decurrit tramite virgo.
Conspicuus colore albo. In CONSPICVVS.
Nitidus suo colore. Quint. lib. 2. cap. 5.
¶ Accipere colorem. Vide ACCIPIO.
Amittere colorem. Ouid. 6. Metam.
Accommodare cuique colori actum suum. Quint. lib. 2. cap. 12.
Rebus nox aufert colorem. Virg. 6. Æneid.
Commutare. In COMMVTO.
Sine colore consistere. Cic. de Arusp. Resp. Sed vecors repentè sine suo vultu, sine colore, sine voce consistit.
Constat color & vultus. In CONSTO.
Contactus colore aliquo, Id est tinctus & depictus. Lucret lib. 6.
Non credendum colori. Virg. 2. eclog. Id est non confidendum.
Dare colorem rei. Quint. lib. 6. cap. 2.
Deformibus dandus color. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Distincti colores. Catul. Argonaut.
Colorem ducere. Quint. lib. 10. Id est phraseos genus comparare. Budæus. Virg. 9. ecloga,
Astrum, quo segetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.
Eluere colores. Quint. lib. 1. cap. 1, Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.
Errant varij colores in vultu. Virg. hoc de Sole dicit 1. Georg.
Euanescit color. Lucret. lib. 2,
-vt cernere possis
Euanescere paulatim, stinguíque colorem.
Excidit color alicui. Ouid. 2. Metam.
Eo colore & iis oculis in ædes exisse vt. Cic. de Clar. Orat. Interim quum esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in ædes eo colore & iis oculis, vt egisse causam, non commentatum putares.
Fuscare colorem. Ouid. 2. Tristium,
Composita est alius fuscandi cura coloris.
Imbutus colorem aliquem, Id est tinctus aliquo colore. Lucret. libro 2.
Incursat color alter colori. Vide INCVRRO.
Inducere colorem alicui picturæ. Vide INDVCO.
Venustatis nõ fuco illitus, sed sanguine diffusus insidere debet color. Cic. 3. de Orat.
Mentiri colorem fuco. Virg. 4. ecloga,
Nec varios discet mentiri lana colores. Nam quod tingitur, mentitur alienum colorem, vt inquit Seruius.
Migrare in alium colorem, Id est induere. Lucret. lib. 2.
Mutare colorem. In MVTO.
Nectere colores, Id est res coloratas. Virg. 8. eclog.
Percoctum colorem, in homine colorem nigrum vocamus, & à sole adustum. Lucret. lib. 6, Inter nigra virûm percocto secla colore. Periphrasis est Æthiopum.
Perdere colorem. Ouid. 3. Metamorphoseos,
Ille diu pauidus pariter cum voce colorem
Perdiderat. Id est expalluerat.
Recipere. Quint. lib. 4. cap. 2.
Rubent prata nouis coloribus. Virg. 4. Georg.
Spargere coloribus aliquid, Variè tingere. Virg. 7. Æneid.
Claro splendere colore. Lucret. lib. 5.
Sumere. Ouid. 13. Metamorphoseos,
Densatur, faciémque capit, sumítque colorem.
Tueri colorem exercitatione corporis. Cic. 1. Offic.
¶ Color, per translationem pro Prætextu & obtentu. Quint. lib. 11. cap. 1, Quòd si nulla contingit excusatio, sola colorem habet pœnitentia. De eo qui alterum accusat, quum de se fateatur.
Nullus argento abdito color. Horat. lib. 2. Carm.
Nullus argento color est auaris
Abdito terris, inimice lamnæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat vsu. Color, Id est speciosa quædam causa & prætextus. Quid enim causæ afferre possunt, & quid prætexere qui suam pecuniam humi defodiunt? Inimicum autem Sallustium dicit pecuniæ illi quæ non temperato splendet vsu. Nam hoc extremum, ad sensum est accommodatius ad Sallustium referri, quàm ad argentum. Turnebus.
¶ Color, Species. Virg. 2. Georgicorum,
Nunc locus aruorum ingeniis, quæ robora cuique,
Quis color & quæ sit rebus natura ferendis. Seruius.
Flos & color pigmentorũ. Cic. de Claris Orat. Intelliges nil illius lineamentis, nisi eorum pigmentorum, quæ inuenta nondum erant, florem & colorem defuisse.
Color ciuitatis. Cicero Attico libro 4, Amisimus mi Pomponi omnem succum ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis.
Dicendi. Quint. lib. 6. cap. 3.
Somniorum, & superstitionum colores ipsa iam facilitate authoritatem perdiderunt. Quint. lib. 4. cap. 2.
Veritatis color. Cic. in Bruto, In his omnibus inest quidam sine vllo fuco veritatis color, non fucatus nitor. Translatio est à fœminis, ab iis præcipuè quæ fucum sæpe (quod dicitur) faciunt.
¶ Color, pro vitæ statu. Horat. lib. 1. epist. ad Scæuam,
Omnis Aristippum decuit color, &c.
Vitæ color. Horat. 2. Serm. sat. 1. Id est, Quocunque mihi vita erit signanda lapillo: siue albo significante prosperitatem, siue nigro significante aduersitatem. Hoc est, siue viuam diues, siue inops.
Vrbanitatis color. Vide Vrbanitas, in VRBS.
¶ Colores rhetorici (χρώματα) apud Ciceronem vocantur ornamenta orationis, hoc est figuræ, quæ à Græcis schemata appellãtur: vt quum de Pompeio loquens ad Atticum, lib. 2, ita inquit, Sic ego hunc omnibus à me pictum artis coloribus, subitò deformatum, nõ sine magno dolore vidi. Colores autem illos intelligit, quibus vsus est in oratione de imperio Cn. Pompeij. sic enim vocat orationis ornamenta & lumina, quibus detractis, res simpliciter indicata non magnopere suapte natura vel conditione placeret. Budæus.
Tragicus color. Horat. in Arte,
Nec sic enitar Tragico differre colori

Vt nihil interfit, Dauúſne loquatur an audax Pythias, &c.

Dicere aliquid loco coloris. Quint. lib.7.cap.1.

Ornatur oratio genere primùm, & quaſi colore quodam, & ſucco ſuo. Cic.3.de Orat.

Habitum orationis, & quaſi aliquem colorem requirere. Cicero 3. de Orat.

¶Colores, Quæ *media defenſionum* vocantur à forenſibus. Quint. lib.12. de litigatoribus loquens, qui libellos patronis ſuis cõſcribunt, Hi porrò non tantum nocerent, ſi omnia ſcriberent, vti geſta ſunt, nunc conſilium & colores adiiciunt, & omnia peiora veris, quæ plerique quum acceperunt, mutare nefas habent. Budæus.

Coloro, coloras, pen.prod. {χρωτίζω, χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώζω, χρώμαι} colorare, Colorem inducere. Cic.1.de Natur.deor. Formare, figurare, colorare, animare non poſſent.

Colorare & roborare. Cicer. in Oratore, Ipſa ſe poſtea colorat & roborat.

Colorare magis eſt quàm inficere. Senec. epiſt.71, Animum non colorauit, ſed infecit.

Colorare, pro Inducere prætextum. Valer. Max. lib.8.cap.2, Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando.

Colorari, de homine & oratione. Cic.2. de Orat. Fatebor aliquid tamẽ: vt quum in ſole ambulem, etiam ſi ob aliam cauſam ambulem, fieri natura tamen vt colorer: ſic quum iſtos libros ad Miſenum (nam Romæ vix licet) ſtudioſius legerim, ſentio orationem meam illorum cantu quaſi colorari. Budæus.

Coloratus arcus ex nubibus. Cic.3.de Nat.deor.

Indi colorati. Virg 4 Georg.

Seres colorati. Ouid.1 Amor. eleg.14.

Coloratæ & perlucidæ vuæ. Colum. lib.11.cap.2.

Colorata oratio, Coloribus oratoriis decorata & ornata. Cic. de Claris Orat. Quòd nõ eſt eorum vrbanitate quadam quaſi colorata oratio.

¶Coloratus, pro Fucato. Senec. epiſt.16, Quæ ſcribis, vnde veniãt, ſcio. non ſunt ficta, nec colorata.

¶Coloratus, pro Fuſcato. Seneca, de Vita beata, Virtutẽ reperies puluerulentam, coloratam, calloſas habentem manus, quaſi ſole deformatam.

Colorator {χρωτίνωσις} Plin. lib.16 cap.12, Quidã arbitrantur in montuoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem.

Colorius, Adiectiuum. vt, Coloriæ veſtes, quæ ex lana non tincta, hoc eſt natiuo colore factæ ſunt. Ex Valla lib.6.cap.53. Vide Paulum l. Pediculis.§. Titia. D. De auro, argento, mundo, &c. legat.

COLORBASVS, Nomen hæretici qui vitam omnium hominum in ſeptem ſyderibus conſiſtere affirmabat.

Colos {κόλος} Fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad curſum, naribus potum attrahens. Author Strabo lib.7.

COLOSSE, Straboni lib.12, Oppidum Phrygiæ prope Laodiceã: quod, teſte Oroſio, temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli, terræ motu cecidit.

Coloſſinus color {κολοσσινὸν χρῶμα} A Coloſſe Troadis vrbe nomẽ accepit, vbi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thyleſium in lib. de coloribus.

Coloſſus, coloſſi, maſc.gen. {κολοσσός} quid ſignificet, declarat Plinius lib.34.cap.7, his verbis, Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarũ, quas coloſſos vocant, turribus pares. Feſtus, Coloſſus à Coloſſo artifice, à quo c[illegible]rmatus eſt, dictus. Eraſmus tamẽ in Chiliadibus, Coloſſi, inquit, [illegible]itur vaſtæ prodigioſæq; magnitudinis ſtatuæ. Nam hinc [illegible]x Græcis dicta putatur, quòd illarum proceritatem viſus humanos non aſſequ[illegible]ur. Hæc ille. Cælius lib.17.cap.16 Coloſſos ait, nuncupabãt de hiantis vaſtæ inanitatis ratione, velut [illegible]. Martialis lib.8,

Ædemque Martis, & coloſſon Auguſti. Erant autem coloſſi, grandes & corpulentæ ſtatuæ, quæ antiquitus diis erigebantur. Præcipuæ autem magnitudinis fuerunt apud Rhodios, apud quos maximè celebratus eſt is q[illegible] ſoli facer habitus eſt. Quintianus, Clara Rhodos proprium non[illegible] [illegible]oſſon.

Enormes coloſſi. Statius lib.1. Sylu.3. Propter nimiam magnitudinem.

Sidereus coloſſus Martiali ex eo dicitur, quòd & coloſſus erat dicatus ſoli, & radiatus erat: nam & coloſſum Romanum à Nerone factum venerationi ſolis conſecratum fuiſſe Plinius dicit. Ex Turnebo.

Coloſſeus, penultima correpta, Adiectiuum {κολοσσικός} In modum ſiue formam coloſſi. Plinius lib.34. cap.8, Fecit & quadrigas, bigáſque, & Cliduchon eximia forma: & Virtutem & Græciam, vtraſque coloſſeas.

Coloſſeum ſe pingi iuſſit. Plin. lib.35.cap.7. De Nerone.

Coloſſicus, pen.corr. {κολοσσικός} Adiectiuum, Idem. Plin. lib 34.cap.8, Item duo ligna quæ Catulus in eadem æde poſuit, pailiata: & alterum coloſſicon nudum.

Coloſſica onera, magnæ molis, quales ſunt coloſſorũ. Eſt & cõparatiuus Græcus coloſſicotera, pen.corr. pro grandiora, vaſtiora, coloſſi inſtar habentia. Vitruuius lib.10.cap.4, Sin autem coloſſicotera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit ſucculæ committendum. Budæus.

Coloſtrum, coloſtri, vel Coloſtra, coloſtræ {πύτιαλις} Dicitur lac primum poſt partũ in omnibus animalibus, quod in pumicis modum coit: ideo infantibus, nutricis, non matris lac exhibere cõuenit: quia matris pernicioſum eſt. Martialis lib.13, De primo matrum lacte coloſtra damus. Plinius lib.28 cap.9, Sicuti de lactis vſu. Vtiliſſimum cuique maternum. Concipere nutrices exitioſum eſt. Hi ſunt enim infantes, qui coloſtrati appellantur, denſato lacte in caſei ſpeciem. Eſt autem coloſtra, prima à partu ſpongioſa denſitas lactis.

Coloſtratus, pen.prod. Adiectiuum {πυτιαλικός} vt, Coloſtrati infantes, qui coloſtrum biberunt. Plin. lib.28 cap.9.

Coloſtratio {πυτιάλισις} Malum illud quod infantibus atque adeò animalibus ex nimia coloſtri potatione euenire ſolet. Plin. lib.11.cap.41, Pullis earum, vbi pingue pabulum, biduo à partu maternum lac guſtaſſe lethale eſt. Genus mali vocatur coloſtratio. De pullis aſinorum.

COLOTES, pen.prod. Vir Teius, pictor, cuius meminit Quintilianus lib.2.cap.14 ¶Fuit & Colotes ſculptor quidam eximius, cuius opus Æſculapij ſimulacrum ex ebore factum, aſpectu ſanè mirandum in quodam Bœotiæ vico aſſeruari trad[illegible] Strabo lib.8.

Colotes, vel Colotes {κωλώτης Ariſtoteli} lacertæ genus eſt, quod Latini Stellionem vocant. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt. Plinius libro 29.cap.4.

COLOVS {κολόη} Lacus eſt Lydiæ, quadraginta ſtadiis à Sardibus diſtans, qui & Gygæus à Poetis nominatur: iuxta quẽ & Dianæ templum fuit, cognomento Coloene, vbi ſimiæ ſolennibus diebus ſaltare dicebantur. Vide Strabo. lib.13.

COLPE, Ciuitas eſt Ioniæ regionis, vt eſt apud Plin. lib.5.cap.29.

Colpos {κόλπος} A rei anatomicæ peritis appellatur ea vberum pars, quæ in ſe, tanquam in ſinu quodam, lac continet, vnde & nomen accepit. Nam κόλπον Græci ſinum vocant, hoc eſt litoris obliquitatem, quibuſdam veluti brachiis mare amplectẽtem. Vide Cælium Rhod. lib.4.cap.4.

COLVBAE, Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, cap.19. libro 6.

Coluber, colubri, m g.pen.corr. {ὄφις} Serpens qui vmbras nemorum incolit. Plin. lib.32.cap.5, Coluber eſt in aqua viuens, huius adipem & fel habentes, &c.

Tecto aſſuetus ſuccedere coluber. Virg.3.Georg.

Breues colubri. Ouid. epiſt.2.

Longi. Virg 2.Georg.

Niuei. Ouid.15. Metamorphoſeos,

-niueíſque frequens

Sinueſſa colubris. Sinueſſa, Campaniæ vrbs eſt.

Venenati. Lucret lib.5.

Virides. Horat.1.Carm. ode 17.

Paſtus mala gramina. Virg 2.Æneid.

Crinita colubris Meduſa. Ouid.6. Metam.

Torquata colubris Alecto. Id eſt torquem habens ex colubris. Ouid. epiſt.2.

Vallata colubris hydra. Lucret. lib.5.

Villoſa colubris guttura. Ouid.10. Metam. De Meduſa.

Colubram in fœminino probat Nonius ex Lucilio, lib.20. ſatyr.

-vt Marſus colubras

Diſrumpit cantu. Ouid. in Ibin,

Pectoráque vnxerunt Erebeæ felle colubræ.

Mutilatæ cauda colubræ. Ouid.6.Metam.

Colubræ cæcæ, Hoc eſt lumbrici ventris. Columella in Hortulo,

Sparguntur cæcis naſturtia dira colubris,

Indomito male ſana cibo, quas educat aluus. Dioſcorides quoque lumbricos pelli naſturtio docet.

Colubrifer, pen.corr. Adiectiuum {ὀφιοφόρος} vt, Colubriferum monſtrum. Ouid 5.Metam.

Collum colubriferum. Lucan. lib.9 De collo meduſæ.

COLVBRARIA, Inſula maris Mediterranei, quæ Græcè Ophiuſa dicitur, à multitudine ſerpentium quibus abundat, cognominata. Plin. lib.3.cap.5, Ebuſi terra ſerpentes fugat, Colubrariæ parit. *Ideo inſeſta* omnibus, niſi Ebuſitanam terram inferentibus. Nunc vulgò dicitur *La Dragonnera*.

Colum, coli {ἠθμός, ἠθάνιον} Vas ad colandum aptum. Virgil.2.Georgicorum.

Coláque prælorum fumoſis deripe tectis. Scribonius Largus cap. vltimo, Colantur per linteũ, vel ex iunco factum de-induſtria colũ.

Colum niuarium, Vas quo veteres iniecta niue vinum colabant, id eſt tranſmittebant, partim vt alſius biberent, partim etiam vt liquidius. Pompon. l.21. D. de auro & arg. In argẽto potorio etiã id quod ad præparat onem bibendi comparatum eſt, veluti colum niuarium & vrceoli. Martial. de colo niuario in Apophor.

Setinos moneo noſtra niue frange trientes

Pauperiore mero tingere lina potes. Et de facco niuario,

Attenuare niues norunt & lintea noſtra

Frigidior colo non ſalit vnda tuo.

¶Cola, etiam in inſtrumento ſunt piſcatorio. Auſonius,

Et iacula, & fundas, & vilica nomina lini,

Coláque & infutos terrenis vermibus hamos.

¶Colum, eſt etiã genus morbi, quem primus in Italia ſenſiſſe Tiberius princeps dicitur, quum antea eſſet ignotus. Plin. lib 26.cap.1, Idipſum mirabile, alios deſinere in nobis, alios durare, ſicuti colum. De nouis morbis.

Coli tormenta. Plin. lib.22 cap.22.

¶Colum, pro Membro orationis. Vide COLON.

Columbaria {περιστερεών} Herba eſt omnibus nota: folia habet mordica, quaſi inciſa, radicem mollem, thyrſulum ſtypticum. Eius vires vide apud Galen. lib de ſimplic. medic.

Columbus, columbi, m.g. & columba, columbæ, f.g. {περιστερά} Auis omnibus nota. In plurali magis fœminino genere vtuntur authores. Virg.2.Æneid. Præcipites atra ceu tempeſtate columbæ. Varro de Re ruſt. lib.3.cap.7, Duo genera earum in περιστεροτροφείῳ eſſe ſolent: vnum agreſte, vt alij dicunt ſaxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ, à quo appellaræ columbæ: quæ propter timorem naturalem, ſumma loca in tectis captant. Quo fit, vt agreſtes maximè ſequantur turres, in quas ex agro euolant ſuapte ſponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum eſt clementius, quod cibo domeſtico contentum, intra liſmina ianuæ ſolet paſci. Hoc genus maximè eſt colore albo. Illud alterum agreſte ſine albo, vario.

Nuptiæ

Nuptiæ columbarum. Martial. lib. 12. epigr. 66.
Par columbarum. Ouid. 13. Metam.
Blanda columba. Ouid. 2. Amor. eleg. 6.
Cellares columbi. Colum. lib. 8. cap. 8, Columbos cellares pinguissimos facere contingit.
Chaoniæ. Vide CHAONIA.
Cythereiades. Ouid. 15. Metam. Sic vocantur quòd in tutela Veneris esse creditæ sunt.
Dionææ, Id est Dionæ vel Veneri sacræ. Stat. lib. 3. Sylu. 5.
Imbellis. Horat. 4. Carm. ode 4.
Molles. Horat. 1. Carm. ode 37.
Pauidæ. Valer. lib. 8. Argonaut.
Placida. Ouid. 7. Metam.
Plaudens alis. Virg. 5. Æneid.
Præcipites, Festinæ. Virg. 8. Æneid.
Sedens columba, prouerbialis locutio dici solita de supra modum mansuetis. Suidas. Potest etiam dici & in eos qui simplicitatem simulant, quo magis imponant. solent enim aucupes exoculatam columbam in reti ponere, quæ subsultans cæteras columbas alliciat. Vide Erasmum in Chiliadibus.
Sine labe columbæ. Ouid. 2. Metamorphoseos,
-vt æquaret totas sine labe columbas.
Sublimis in nube, Altè volans. Virg. 11. Æneid.
Torquata columba. Vide Torquatus, In TORQVES.
Volucris. Virg. 5. Æneid.
¶ Plumæ versicolores columbis à natura ad ornatum datæ. Cicero 3. de Finib.
Farcire columbos. Colum. lib. 8. cap. 8.

Columbarius, columbarij (περιστεροτρόφος) Qui columbas curat. Varro 3. de Re rust. cap. 7, Quos columbarij interficere solent, duabus virgis viscatis defixis in terram, inter se curuatis, quum inter eas posuerint obligatum animal, quod item petere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, quum se obleuerunt visco.

Columbarium, columbarij, n. g. & columbaria, columbariæ, f. g. (περιστερεών) Locus est propriè vbi habitant columbæ agrestes. nam domesticarũ Peristereones vocamus. Varro de Re rust. lib. 3. cap. 7, Axius, Si possem emere, inquit, περιστερεῶνα factum, quemadmodum in ædibus quum habere vellem, emi fictilia columbaria, iam vissem emptũ & misissem ad villam. Quasi verò inquit Pica, non in vrbe quoque sint multi. An tibi columbaria qui in tegulis habent, non videntur habere περιστερεῶνα?
¶ Columbarium, est etiam loculamentum in peristerotrophio singulis columbarum paribus præparatum. Varro 3. de Re rust. cap. 7, Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra. Ordines quamplurimi possunt à terra vsque ad cameram. Columbaria singula esse oportet, vt os habeant quo introire & exire possint.
E columbariis egerere stercus. Colum. lib. 2. cap. 15.

Columbaris, & hoc columbare, pen. prod. (περιστερικός) Quod est columbi. Colum. lib. 8. cap. 8, Cæterùm cibos iuxta parietem conueniet spargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent stercore. Alij codices habent columbarij, vt referatur ad partes.

Columbar apud Plautum in Rudente, 10, Genus vinculi est, teste Prisciano,
Illic in columbam credo leno vortitur:
Nam in columbari collum haud multo pòst erit.

Columbinus, Adiectiuum, pen. prod. (περιστέρειος) Idem quod Columbaris. Varro lib. 3. de Re rust. cap. 7, Qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris vendant, secludunt eos, quum iam pluma sunt tecti.
Ouum columbinum. Horat. 2. Serm. sat. 4.
Pulli columbini. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. 18.
Stercus columbinum maximè probatur. Colum. lib. 2. cap. 15.
Columbina terra. Plin. lib. 17. cap. 7.

Columbatim (περιστεριδόν) Id est ad similitudinem columbi. Sipontinus.

Columbulus, columbuli, penult. corr. m. g. (περιστερίδιον) Diminutiuum. Plin. Iunior lib. 9. epist. 25, Tu passerculis & columbulis nostris inter aquilas vestris dabis pennas. Catul. epigr. 26,
Vt albulus columbulus Dionæus.

Columbus (κολυμβήθρα) id est piscina & natatio. Lamprid. in Heliogabalo, Marinæ aquæ columbos exhibuit. Sic & apud Prudentium,
Donec virenti fluctuet colymbo. Turnebus.

COLVMELLA (Κολουμέλλας) Nomen authoris qui de agricultura, tam versu, quàm prosa elegantissimè & doctissimè scripsit.

Columella, est etiam medicis quædam veluti pellicula, vt in hiante homine conspicitur, quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella: si verò rotundam, Vua appellatur. Budæus.

Columella, Vide COLVMNA.

Columellares (γόμφιοι) Dentes vocantur, qui caninis proximi sunt. Varro 2. de Re rust. cap. 7, Ætas cognoscitur equorum, & ferè omnium, qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutarum, quòd equus triginta mensium primùm dentes medios dicitur amittere, duos superiores, totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum itidem eiiciunt & totidem proximos eorum quos amiserũt, & incipiunt nasci quos vocant columellares.

COLVMEN, Nomen loci, ad quem Cornelius Consul victoria de Thusculanis habita castra locauit. Liuius 3. ab Vrbe, Victor ad Columen (id loco nomen est) exercitu relicto castra locat. De Cornelio Consule.

Columen, pen. corr. huius columinis, à columus, id est culmus (ἐπίκρανον) Significat culmen vel columnam, idque quo aliquid fulcitur in ædificiis. Varro 3. de Re rust. cap. 7, Quod habetur in turribus ac columinibus villæ.
Columẽ in summo fastigio culminis ponitur. Vitruuius lib. 4. cap. 2, Ea est trabs quæ tecti fastigium sustinet. Budæus.
Columina, appellat arbores Catullus. Sic enim de Berecynthia,
Ego vitam agam sub altis Phrygiæ columinibus. Id est sub altis Idæ arboribus. Turnebus.
Alta columina, Vertices montium. Catul. epigr. 58.
Amicorum alicuius columen. Cic. 13. Philip. Hoc est, primarius & præcipuus.
Columen familiæ. Terent. Phorm. 2. 1, Bone custos salue, columen nostræ familiæ. Vbi Donatus, Columen, culmen, an columen, columna? vnde Columellæ apud veteres, dicti serui maiores domus. Lucil. 22, Seruus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam, Lucilij columella, hic situs est. Tubero, Hinc in millesimum annum eorum columine ciuitas continebitur. Horat. contrà pro columine columnam, Iniurioso ne pede proruas stantem columnam. Ennius decimo, Regni versatum summam verò columnam. Columen verò familiæ, Sustentatio, vel decus. Vnde columnæ dictæ. Hactenus Donatus. Cic. 5. Verr. Timarchides autem columen familiæ vestræ, premit fauces defensionis tuæ.
Columen Asiæ, Troia. Senec. Troad. 1.
Columen Thessaliæ Peleum vocat Catullus epigr. 59.
Columen nauis. Valer. lib. 1. Argonaut.
Columen Reipublicæ. Cic. pro Sext.
Rerum mearum columen. Horat. 2. Carm. ode 17. ad Mecœnatem.
Columen actionis. Cic. pro Flacco, At istud columen actionis tuæ Mithridates, posteaquam biduum retentus testis à nobis, &c.
Columen impensarum. Colum. lib. 3. cap. 4, Id enim quasi caput & columen impensarum, quoniam in eo consistit, melius an segnius terræ mandauerit paterfamiliàs pecuniam.
Partium columen, gaza. Tacit. lib. 5.
Columen Senati. Plaut. Casina, Sed eccum egreditur Senati columen, præsidium populi.
Excisum columen. Cic. 1. de Diuin.
Ad magnum columen volare. Cic. 1. de Diuin.

Columis, & hoc colume, penultima correpta (σῶος) Sanus. Plautus Trinummo,
Neque ita vt sit data, columem te sistere illi, & detraxisse autument.
Inde incolumis pro eodem: quod est vsitatius.

COLVMNA, Regia ciuitas in Brutio. Pomp. Mela. lib. 2, In Brutio sunt Columna regia, Rhegyum, Scylla, Taurianum & Metaurum. Hunc locum Græci στυλίδα, vocant: id est columnellam. Ea turriculæ modo erecta, ex aduerso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna, huius columnæ (στύλος, κίων) id est quod à nostris pilare dicitur. Est autem hæc differẽtia inter columnas quæ à Græcis κίονες, & pilas quæ στῦλοι dicuntur: quòd Columnæ vno scapo constant, id est lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Budæus.
Columnæ partes sunt, Scapus quasi columnæ corpus. Supra scapum, capitulum: infra scapum, spira, quæ basis sæpe appellari solet: infráque spiram, stylobates. Budæus.
Columnæ dictæ, quòd culmina sustineant. Festus.
Albanæ columnæ. Quint. lib. 5. cap. 13.
Centenæ. Martial. lib. 12. epigr. 50,
Et tua centenis stat porticus alta columnis.
Excelsa. Cic. 1. de Diuin.
Columnæ Herculis duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano, mare nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuisse finxerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas videri dicunt. Alij dicunt Columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas proficisci solebant qui nauigationem absoluissent, tanquam Herculi sacra facientes.
Immanes columnas rupibus excidere. Virg. 1. Æneid.
Marmoreæ. Cic. pro Domo sua.
Menia columna. Cicero 1. Verr. Vobis autem tanta inopia reorum est, vt mihi causam præripere conemini potius, quàm aliquos ad columnam Meniam vestri ordinis reos reperiatis? Menius (vt ibi ait Asconius Pædianus) quum domum suam venderet Catoni, & Flacco Censoribus, vt ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi vnius columnæ, super quam tectum proiiceret ex prouolantibus tabulatis: vnde ipse, & posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur. ex illo igitur columna Menia vocitata est, causis eiusmodi. Et paulo antè dixerat, Vestri ordinis reos, Reos vestra defensione condignos, vel fures, & seruos nequam, qui apud Triumuiros Capitales, apud columnam Meniam puniri solent. Vide Colonarius, in COLO, colis.
Nobiles varijs maculis columnæ. Sen. Thyest. 8.
Purpureæ. Claud. 2. in Ruff.
Rigidæ. Ouid. 3. Fast.
Sublimes. Ouid. 2. Metam.
Iouis simulacra truncæ columnæ. Valer. Flac. lib. 6. Argon.
Vastis innixa columnis templa. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.
Columnis tectum sublime. Virg. 7. Æneid.
Ad columnam adhærescere. Cic. pro Sextio. Vide Colonarius, in COLO, colis.
Rectas columnas è regione collocare. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17.
Commotæ. Vide COMMOVEO.
Dealbatæ. Vide DEALBO.
Dealbare tanta pecunia columnas. Cic. 3. Verr.
Deiectæ, eisdémque lapidibus repositæ columnæ. Cic. 3. Verr.
Ædificare columnas. Cic. 3. Verr.
Efficere columnam ab integro nouam. Cic. 3. Verr.
Effulta columnis atria. Claud. in Ruff. 2.
Ad perpendiculum columnas erigere. Vide AD.
Euersio execratæ columnæ. Cic. 1. Phil.
Extrinsecus inaurata. Vide INAVRO.

In columnas incurrere. Cic. in Orat.
Insculptum in columna Vide INSCVLPO.
Locare columnas. Cic. 3. Verr.
Occultare se circa columnas. Vlpian. in l. Eum qui circa. D. De priuil. cred.
Ad columnam peruenire. Cic. pro Cluentio.
Politæ. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17.
Recisæ. Horat. 2. Carm. ode 18.
Tollere columnam de saxo in crucem. Cic. Attic. lib. 14.
¶ Columna, pro membro virili. Martial. lib. 11. epigr. 52,
Tanta est quæ Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciæ colunt puellæ.

Columnella, columnellæ {στυλίδιον} Diminutiuum. Cæsar 2. bel. Ciuil. Duæ primum trabes in solo æquè longæ, distâtes inter se pedes quatuor collocantur, inque eis columnellæ pedum in altitudinem quinque desiguntur, &c. Alia exemplaria habent columellæ, non columnellæ.

Columella {κίων} Diminutiuum aliud. Cicero 2. de Legibus. Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi colum. llam tribus digitis.
Eminens columella. Cic. 5. de Nat. deor.
¶ Columella, etiam significat maiorem seruum in familia. Martial. lib. 11,
Lucili columella hic situs Metrophanes. Vide COLVMEN.

Columnatus, penult. prod. {κιονωτός} Adiectiuum, Columna sustentatus. Varro 3. de Re rust. cap. 5, Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholum, qui est vltra rotundus columnatus, vt est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

Columnarium, columnarij, neut. gen. Vitruu lib. 8. cap. vlt. de aquarum ductibus, Etiam in ventre columnaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur. Id est æstuaria, siue spiramenta, vt exponit Philander. Beroaldus in Suetonij Augusto, cap. 40. legit Colluuiaria, per quæ colluuies & immunditia eijciantur, longè à Vitruuij sententia.

Columnarium, & qui dicantur Columnarij apud Ciceronem, Vide Colonarium, in COLO, colis.

Columnatio {στύλωσις} Columnarum extructio. Apul. lib. 3. Florid. Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem, pauimenti marmoratio? proscenij contabulatio? scænæ columnatio?

Coluri, Duo sunt circuli in sphæra, sese mutuò in angulos rectos sphærales dispescentes circa polos mundi, Zodiacúmque ita interscantes, vt vnus eorum per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni. Ita dicti ab imperfecta sui conuersione: quippe Græci κόλουρον imperfectum vocant. Nunquam enim integri apparent. Nam pars in Antarcticum vergens, nostris se non ingerit obtutibus. Boëtius de Arithmet. lib. 2, & Macrob. in Somn. Scip. ¶ Colura quoque animalia sunt caudâ non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

Colurnus, Adiectiuum {κρανίινος, vel κρανοφόρος} ex corno factum, vt Festus docet his verbis, Colurna hastilia, ex corno arbore facta, potius quàm ex corylo. Seruius autē à corylo deducere videtur, quum sic ait in hunc locum Virg. 2. Georgicorum,
Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis. Nam vt etiam caper vitibus est inimicus, ita eis nocet & corylus. Vnde & ait suprà,
Néve inter vites corylum sere.

Colus, coli, fœm. gen. vel Colus, huius colus, quartæ declinationis, {ἠλακάτη} Instrumentum muliebre quod pensa continet: à quo fuso fila ducuntur: habétque primam correptam. Ouidius 4. Metamorphoseos,
Et colus & fusus digitis cecidere remissis. Cic. 2. de Oratore,
—quin tu Egilia mea,
Quando ad me venis cum tua colu & lana?
Colus, masculino genere legitur apud Catullū in Argonauticis,
Læua colum molli lana retinebat amictum. Item apud Propertium lib. 4. eleg. 10. verba sunt Herculis,
Idem ego Sidonia feci seruilia palla
Officia, & Lydo pensa diurna colo.
Colo vitam tolerare. Virg. Æneid. 8.
Decreta colus Parcarum. Sen. OEdip. 13.
Parcarum coli irreuocabiles. Sen. Herc. fur. 7.
Seuera colus Parcarum. Claud. epigr. 5.
Ambitiosa. Claud. 7. Paneg.
Quæ tantum digitis potuit mollire rigorem
Ambitiosa colus?
Rumpit Atropos supremas colus, Vitam soluit. Valerius libro 6. Argonaut.
Plenas exonerare colos. Ouid. 3. Fast.
Extendere colum. Stat. lib. 3. Sylu. 1,
Parcarum fila tenebo, Extendámque colos.
Colum pro lana posuit. Lana enim extēditur quum deducitur filum.
¶ Colum, coli, neut. g. Tormenti genus, quod fit ex corio, sicut scribit Festus.

Colutea, pen. corr. {κολουτέα} Arbor syluestris apud Theophrastum in 3. de historia plantarum, cap. 17, fructum ferens in siliqua magnitudine lentis, qui oues mirum in modum pinguefacit. Vulgò dicitur *Baguenaudier*. Vnde Coluteum, fructus coluteæ. Plaut. Pers. 4,
Commisce mulsum, struthea, coluteáque appara. Verùm de hoc Plauti loco non est eadem omnium sententia. Sunt enim qui collutea legant, condimenta intelligentes, vtique à colluendo. Cælius Rhod. lib. 30. cap. 18, Collubia, inquit, & Collubias sunt qui pro bellariis interpretentur, & sic legendum contēdunt apud Plautum in Persa: etiamsi Coluthra item non improbent, quo nomine ficos maturas accipiunt Græci, quod testatur Philemon, vt scribit Athenæus.

Colycæ, colycarum, Specus quædam in quibus aphronitrum inuenitur, teste Plin. lib. 31. cap. 7.

Colycia, Vide CORYTHIA.

Colymbades, pen. corr. {κολυμβάδες} Dicebantur oliuæ quæ frangebantur, & herbarum viridium condiebantur sapore, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod est innatare. nam propter leuitatem vrinabant. Plin. libro 15, cap. 3. Est igitur Colymbas oliua, quæ conditanea innatat in muria. κολυμβάδι, nato. Colum. lib. 12. cap. 47, Quidam vnam partem muriæ & duas aceti miscent, eóque iure oliuas posfeas colymbadas faciunt: quibus si per se quis vti velit, satis iucundas experietur, quanuis & hæ quum exeunt de muria, condituram qualemcunque recipere possunt.
Oliuæ colymbades, ait Ruellius, ideo vocantur, quoniam oleo suo puræ, hoc est sine accersita commendatione innatant, & veluti vrinabundæ fluitant. Halmades verò dicuntur, quæ muria propriè condiantur, etiam si Græci nonnunquam huiuscemodi nomina persæpe confundant. Colymbades, quasi natatrices.

C O M

Coma, atis {κῶμα} Morbus, grauem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veternū interpretantur. ¶ Est & altera comatis species, quam vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neque lumina vrgente somno attollere, neque tranquillè dormire possumus, aliis atque aliis imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. Author Galen. in eo commentario, quem de Comate nominatim scripsit.

Coma, comæ {κόμη, ἔθειρα} Cæsaries est, & à Græco deducitur. Nam quemadmodum nos cæsariem à cædendo, ita Græci comam appellant ἀπὸ τοῦ κείρειν, quod cædere est. Festus, Comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compositi.
Comarum crines. Firmic. lib. 1. cap. vlt. Quid iam de comarum crinibus dicam?
Eumenidum comæ, Serpentes. Valer. lib. 7. Argonaut.
Achillææ. Martial. lib. 12. epigr. 83.
Ambrosiæ comæ diuinum odorem spirant. Virg. 1. Æneid.
Anguineæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.
Aureæ. Catul. epigr. 56.
Breuior. Seneca Hippol. 6.
Calamistrata. Vide CALAMISTRVM.
Cana coma Neptunij iuuenis, id est Cygni filij Neptuni, cuius coma versa est in plumas. Seneca Troad. 3.
Crispa. Sil. lib. 16.
Diuidua, Id est discreta, & ab vtraque parte dependens. Ouid. 1. Amor. eleg. 5,
Candida diuidua colla tegente coma.
Coma empta. Martial. lib. 12. epigr. 23,
Dentibus atque comis (nec te pudet) vteris emptis.
Fera coma Orionis. Senec. Herc. fur. 1,
Fera coma hinc exterret Orion deos. Id est crinibus minantibus tempestatem. Nam Orion tres stellas habet in capite, horribili ardentes fulgore.
Flaua. Horat. 1. Carm. ode 5. Valer. lib. 8. Argon.
Flauentes, Id est flauæ. Ouid. epist. 5.
Flexilis. Valer. lib. 5. Argonaut.
Formosæ pereunt comæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Hirsutæ. Ouid. 1. de Arte.
Hirtæ. Sen. in Herc. fur. 9.
Horrentes. Sen. in Herc. fur. 6.
Nulla lege iacens, Id est incompta. Sen. Hipp. 6,
Te frons hirta decet, te breuior coma
Nulla lege iacens.
Crinis tractus & laceræ comæ. Sen. Hipp. 4.
Intonsa. Cic. 3. Tuscul.
Læuis coma pectine. Ouid. 12. Metam.
Lanea. Stat. 5. Sylu. 3,
Lanea cui Phrygij est coma flaminis.
Libera nodo, Resoluta. Sen. Troad. 2.
Longæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.
Madens. Cic. Post red. in Senatu.
Mœstæ squalore. Claud. de bel. Gild.
Mollis. Seneca Agamemn. 7.
Natiua, Id est non fucata, aut non aliunde comparata. Ouid. 1. Amor. eleg. 14.
Odoratæ. Ouid. 2. de Arte.
Populeæ, Comæ populi arboris. Ouid. 1. Amor. eleg. 7,
Vt quum populeas ventilat aura comas.
Promissæ, & rutilatæ. Liuius lib. 8. Decad. 4. De Gallis.
Recta, Erecta. Sen. Hipp. 6.
Resupinæ. Stat. 1. Thebaid.
Rigidæ. Sen. Hipp. 6.
Rutilatæ. Vide paulo antè Promissæ.
Sibila coma, Sibilans, spirans, agitata vento. Valer. lib. 3. Argon.
Sparsa. Sil. lib. 8.
Spissa nitidus coma. Horat. 3. Carm. ode 19.
Splendidæ comæ senectæ, Id est candentes. Senec. Hipp. 3,
Per has senectæ splendidas supplex comas, &c.
Squalens. Stat. lib. 3. Thebaid.
Squalida. Sen. Troad. 6.
¶ Abscissæ. Virg. 4. Æneid.
Arrectæ horrore. Virg. 12. Æneid.
Astrictæ. Ouid. 3. de Arte,
Illa sit astrictis impedienda comis.
Attollere comas, Arrigere comas. Sen. Herc. fur. 9.
Cinctum esse comis. Ouid. 4. Trist. eleg. 6.
Cogere nodo comas, Comprimere & constringere. Seneca Hippolyto, 4.
Compositæ. Ouid. epist. 12.
Comas comere. Ouid. epist. 20.
Comptæ. Virg. 6. Æneid.
Culta. Valer. lib. 5. Argonaut.

Damnare

Damnare comam cupresso. Stat.lib.5 Sylu.1,
Hactenus alma chelys: tempus nunc ponere frondes
Phœbe tuas, mœstáque comam damnare cupresso. Hoc est, Meo capiti coronam è cupresso, arbore funesta, imponere. Id est, Priscillæ mortem carmine funebri deplorare.
Decidunt comæ. Horat.4.Carm.ode 10.
Defluxere comæ tactæ medicamine. Ouid.6.Metam.
Deprimere comas horrentes, Incultos crines pectere. Seneca Troad 10.
Diffundere comas. Virg.1.Æneid.
Inornatas comas dilaniata. Ouid.3.Amor.eleg.8.
Diriguere comæ. Ouid.epist.5.
Disiecta comas fœmina. Id est disiectis comis. Ouid.epist.12.
Effusæ. Ouid.1.Amor.eleg.9.
Horror comas erexit. Ouid.epist.15.
Exornare comas. Sen.Herc.fur.11.
Expedire comas, Id est resoluere, explicare. Stat.lib.3.Sylu 4.
Exuere comam vittis. Stat.lib.11.Thebaid.
Fingere comas. Vide paulo pòst, Soluere comas.
Frangere comam in gradus. Quint.lib.1.cap.6.
Iactæ temere comæ colla perfundunt, Id est sine ordine sparsæ. Sen.Hippol.4.
Implicare comam manu, Id est quod barbari dicunt *capere ad crines*. Virg.2.Æneid.
Implicare comas sertis, Circundare. Tibul.lib.4.eleg.7.
Inuoluitant humeris comæ. Horat.4.Carm.ode 10.
Inuoluere comam. Sil.lib.15.
Honor comæ nunquam labentis. Stat.lib.3.Syl.4.
Lacerare. Sen.Octau.6.
Flamma innoxia lambit comas. Virg.2.Æneid.
Laniare. Lucan.lib.2.
Laniata comas. Ouid.4.Metam.
In patulas luxuriare comas. Ouid.de Nuce.
Nectere comam myrto. Ouid.1.Amorum, eleg.2. Myrto, Corona myrtea.
Nexæ. Id est connexæ. Ouid.epist.18.
Neglecta. Ouid.3.de Arte.
Nigrantes. Senec.Herc.fur.9.
Nodare comas. Claud.1.in Ruff.
Nutrire comas. Valer.lib 6.Argonaut.
Obnubere comas, Id est velare comas. Virg.11.Æneid.
Ornare comas fuco. Tibul.lib.1.eleg.8.
Pectere. Ouid.epist.13.
Permulcere. Ouid.2.Metamorphoseos,
Permulcétque comas, chlamydémque vt pendeat aptè
Collocat.
Ponere comas in statione. Id est componere & adornare. Ouid.1. Amor.eleg.7,
Pone recompositas in statione comas.
Ephebi nondum positis comis. Senec.fur.10.
Premunt vittæ comam. Sen.Hipp.5.13.
Pressare. Stat.lib.3.Thebaidos,
Hæ pressant in tabe comas.
Prominet coma in vultus. Ouid.13.Metam. De Polyphemo.
Radiante coma surgit Titan. Sen.Octau.1.
Raptari comis. Ouid.12.Metam.
Recidere comam, Reuocare comam, contraria. Seneca Hercul. OEth.12.
Recompositæ. Ouid.1.Amor.eleg.7.
Reddita comis sua cura. Valer.lib.8.Argonaut.
Religare. Horat.1.Carm.ode 5.
Renodare. Id est in nodum colligere. Horat.Epod.11.
Rigent comæ terrore. Ouid.3.Metam.
Ruptæ. Ouid.epist.21.
Scissa coma, significat habitum fœminæ mœrentis. Virg.9.Æneid.
Soluere comas, Fingere comas, Id est componere, contraria. Seneca Hippol.4,
-attolli iubet
Iterúmque poni corpus: & solui comas, Rursúsque fingi.
Sparguntur comæ per caput. Ouid.3.de Arte.
Steterunt comæ. Virg.2.Æneidos,
Obstupui, steterúntque comæ, & vox faucibus hæsit.
Stringere comas vittis. Virg.2.Georg.
Ligatas comas auro substringere. Lucan.lib.3. Id est aureo nodo colligare.
Succincta comas, hirsutáque vertice pinus. Ouid.10.Metam.
Tonsa. Virg.5.Æneid. Id est composita, vt inquit Seruius. Nam propriè comæ sunt non cæsi capilli.
Trahere alicui comam. Virg.1.Æneid.
Variare comas posito. Ouid.1.Metam. Id est variè disponendo.
Velatæ comæ. Virg.3.Æneid. Vbi Seruius comas vittatas exponit.
Vincti comas fronde. Horat.2.epist.1.
¶Coma, per metaphoram etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Plin.lib.12.cap.25, Folium balsami proximum rutæ perpetua coma. Virg.4.Georgicorum,
Ille comam mollis iam tum tondebat achanti.
Arborum comæ. Horat.4.Carm.ode 7.
Arboreæ. Ouid.2.Amor.eleg.16,
Frigidáque arboreas mulceat aura comas.
Nemorum. Horat.1 Carm.ode 21.
Papauereæ. Id est comæ papauerum. Ouid.4. Fastor. Videtur intelligere per comas capita ipsa seu scapos. neque enim habent comas papauera.
Sacra lauri coma. Virg.7.Æneid.
Decutere comas. vt, Bruma decussit comas arborum. Senec.Hercul.OEth.4.

Posuit arbor comas, Nudata est foliis. Virg.12.Æneid.
Tonsa comas arbos. Ouid.11.Metam.
Tremefacta coma arboris concussæ. Virg.2.Æneid.
Comans, comantis {κομῶν} Participium sine verbo, Qui lõgiorem comam habet. Plinius lib.10.cap.63, Equæ comantes gloria superbiunt. Gellius libro 3.cap.9, Equum fuisse dicunt flaua & comanti iuba.
Equorum colla comantia, Id est iubæ. Virg.12.Æneid.
Crines comantes. Sil.lib.16.
Cristæ galeæ comantes. Virg.3.Æneid.
Comans galea. Virg.2.Æneidos,
-sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeúmque insigne decorum
Induitur. Vbi Seruius, Comantem, aut cristatam: quia de caudis animalium habebant cristas. vt, Cristáque hirsutus equina. Aut comas habentem: vt Statius,
Non ego in terga comantes Abantiadas.
Comans humus, Id est graminea, siue herbosa. Stat.5.Thebaidos,
Ille graues oculos, languentiáque ora comanti
Mergit humo.
Iugum syluæ comans, Frondes & folia arborum dicuntur. Valer. lib.3.Argonaut.
Narcissus sera comans. Id est sero flores habens. Virgil.4.Georgicorum,
-nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi. Seruius.
Ore comanti ruere supra quidpiam, Id est ore comis tecto dum inclinatur. Valer.lib.3 Argonaut.
Pectora comantia, Pilosa. Valer.lib.5.Argon.
Pellis villis comans. Valer.lib.8.Argon.
Setæ hircorum comantes. Virg.3.Georg.
Comans stella. Ouid.15.Metamorphoseos,
In sydus vertêre nouum, stellámque comantem.
Syluæ comantes. Valer.lib.1.Argon.
Tori ceruicis leonis comantes. Virg.12.Æneid.
Astro comantes, dicti sunt Castor & Pollux, ex quorum fronte plurimus manat fulgor, & fit allusio ad astra. Valerius libro 5. Argonauticõn,
-astróque comantes
Tyndaridas, ipse egregio supereminet ore.
Comatus, pen.prod. {κομήτης} Participium sine verbo, Qui longiorem comam habet. Vnde Comata Gallia (inquit Plinius lib.4.cap.17,) omnis Gallia vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta. A Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica antè dicta. Videtur igitur Comatæ nomen reliquæ Galliæ conuenire, seclusa Prouincia. Ptolemæus eam totam Celtogalliam vocat. Cicero 8. Philip. Galliam, inquit, Togatam remitto, Comatam postulo. Martial.lib.1,
Caluus quum fueris, eris comatus. Hic contraria sunt caluus & comatus.
Sylua comata. Catul.epigr.4.
Comosus, pen.prod. Adiectiuum {πολύκομος} Plin.lib.16.cap.6, Hemeris vocatur, breuior & in orbem comosa. Idem lib.26.cap.8, Comosissimum ex omnibus maximè cauliculis.
Como, comis, compsi, comptum, {κοσμέω} comere, tam apud Græcos, quàm apud Latinos significat Componere, ornare: quoniam in capillo præcipuus hominum ornatus est. Terent.Heaut.2.2,
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.
Pectine aurato comere aliquem. Sil.lib.13.
Capillos comere. Sil.lib.7.
Capillis comendis perfecta. Ouid.2.Amor.eleg.8.
Caput comere. Tibul.lib.1.eleg.8.
Comptum caput. Plaut. Milite, 10.
Capite compto, crines, vittásque habeat,
Colla genásque comere. Stat.1.Sylu.2.
Comere comas. Ouid.2.Fast.
Comas inustas acu comere. Quint.lib.2.cap.5.
Cristas comere. Stat.3.Thebaid.
Equos comit auriga. Stat.4.Thebaid.
Opus comptum. Tibul.lib.3.eleg.1.
Comere se. Tibul.lib.4.eleg.6.
Viri compti. Ouid de Medicamine faciei.
Vultum comere. Stat.6.Thebaid.
¶Comere, pro ornare, absolutè. Auson.
Come serenatam duplici diademate frontem. Iterum,
Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & adstricto percurris pulpita socco. Annotauit Turnebus.
Comens, comentis, Participium. Martial.lib.12.epigr.83,
Exiguos secto comentem dente capillos
Dicet Achillæas disposuisse comas.
Comptus {κατακεκοσμημένος} Participium, Ornatus, compositus. Virgilius 10.Æneidos,
Sanguine turpantem comptos de more capillos. Festus, Comptus, Id est ornatus: à Græco descendit, apud quos κόμμειν dicitur comere, & κόμμωσις, quod apud nos comis, & comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compositi.
Dolorem simulatum compta Cleopatra. Id est comptum habens dolorem, siue dolorem simulans. Lucan.lib.10.
Comptus, huius cõptus {κόσμημα} Nomen verbale. vt, Virginei cõptus, Lucr.li.1. Id est cultus puellares, quibus virgúculæ comi cõsueuerût.
COMOETHO & Melanippus amore turpiter victi in delubro coiuerunt Dianæ: ob quod facinus quũ malis vndique vrgerentur in Achaia, templũ illi est erectum, quod Triclariæ Dianæ dixerunt, cuius festũ & peruigilium quotannis celebrabatur cũ hominum immolatione. Longa est apud Pausaniam in Achaicis historia, quem vide.

Comagene, herba, cuius meminit Plin. lib. 29 cap. 3.

COMAGENE. Comagenes, pen. prod. Asiæ regio est supra Ciliciam in ortum sita trans Amanum montem: excurrit ad vsque Mesopotamiam Euphrate intermedio, vt Ptolemæus docet tabula Asiæ 4. Inde Comageni dicti Pomponio lib. 1.

Comagenus, a, um, Iuuenal. sat. 6,
Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, vel Comagenus aruspex.

Comagenum, Medicamentum, vel vnguentum quod κομμαγηνὸν vocat Galenus in tertio de Sanitate tuenda: à Comagene Syriæ parte dictum, authore Plinio de Anseribus, lib. 10. cap. 22.

COMANA, Vide COMANI.

COMANI, pen. prod. {κομανοί.} Valer. lib. 7 Argonauticōn.
-exsectos lacerat Bellona Comanos. Sacri serui sunt Bellonæ, dicti ab ipsius deæ fano, quod illi Comana vocant, aut ab eiusdem nominis ciuitate, in qua illud fanum est situm. Strabo lib. 12, In Antitauro (qui mons est Cataonum in Cappadocia maiore) conualles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana ciuitas memoratu digna, & Bellonæ fanum quod illi Comana vocant. Ea ciuitas clarissima est, maximámque numine afflatorum, & sacrorum seruorum multitudinem habet. Eam Cataones incolunt, qui quanquam regi subditi sint, parent tamen sacerdoti, qui fani, & sacrorum seruorum magna ex parte dominus est, qui tempore quo nos peregrinati sumus supra sex millia erant, viri simul ac mulieres. Fano, regio adiacet non parua, cuius fructum ac prouentum sacerdos accipit. In honore secundus est in Cappadocia post regem. Reges ac sacerdotes frequentius ex eadem esse progenie solebant. Hoc sacrorum genus Orestes cum sorore Iphigenia è Scythia Taurica huc videntur attulisse, quæ Dianæ Tauropolæ erant, lugubrem comam hic deposuisse, ex qua vrbi nomen datum est. Idem de sacerdotio Comanorum eodem lib. paulo pòst, Intra loci sacri ambitum vtriusque sacerdotis maris scilicet ac fœminæ habitatio est. Fanum quoque præter cæteram religionem expressè vetat suillarum carnium esum, vnde nec in totam vrbem sus infertur. Idem paulo ante, Alia sunt Comana Pōtica eodem nomine quo maioris Cappadociæ Comana, & eidem deæ consecrata: & inde ædificij exemplum sumptum est: & ferè simili ritu vtuntur & sacrorum, & diuinationum, & cultus erga sacerdotes, & iis maximè, quæ ante reges fiebant, quando bis in anno diebus festis (quæ Deæ exitus appellantur) sacerdos diadema gestabat, & secundus erat in honore post regem.
Exsecti Comani dicuntur à Valerio lib. 7. Argon. quòd se gladiis petant mutuis, sanguinem in honorem Deæ fundentes.

Comanenses, Populi Comanæ ciuitatis, quæ Pontica erat. Modest. l. Si duas. §. Hoc amplius. D. de excus. tut. Nam Comanenses sophistæ, aut alij si Neocæsareæ doceant, aut curent, non habent apud Comanenses immunitatem, & hoc ita à diuis Seuero & Antonino constitutum est.

COMARI, Asiæ populi super Scythas, Scytharúmque deserta, ac super Caspium sinum. Ex Pomponio Mela lib. 1.

Comarus, pen. corr. Pomi genus, quod Latinè Vnedo dicitur, & arbutus alio nomine. Vide ARBVTVS.

COMARVS {κόμαρος} Portus est ad sinum Ambracium, iuxta Nicopolim, Isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Author Strabo lib. 7.

Comassor, comassaris, comassari, Lasciuire, iocari, voluptariè viuere. Mutuati autem sunt Latini hoc verbum à Græcis, apud quos κωμάζειν est ebriorum aut intemperantium more se gerere, lasciuire, scortatum ire, &c. Horat. 4. Carm. ode 1,
Tempestiuius in domo
Pauli, purpureis ales oloris
Comassabere maximi. Sic restituit Lambinus, apud quem plura.

COMATAS, Pastor Musis charissimus. Vide Musarum volucres, in MVSA.

Comatus, Vide COMA.

COMBE, Asopi filia fuit, Chalcidis cognomento, vt Eustathius scribit, cui æneæ armaturæ inuentionem acceptam referunt. De qua intellexisse Ouid. Metam. 7. videtur, quum inquit
Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit nautarum vulnera Combe. Quam Iambem transtulit Planudes, vti meminit Cæcilius Minutianus Apuleius.

Combennones, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem lingua Gallica est vehiculi genus. Sipont.

Combibo, combibis, pen. corr. {συμπίνω} combibi, combibitum, pen. corr. combibere. Simul bibere, compotare, vel totum bibere. Plin. lib. 17. cap. 11, Vt solem, pluuiásque combibant. Colum. lib. 12. cap. 10, Quæ quum ius combiberit, simili mistura vas suppleatur.
Ara cruorem combiberat. Ouid. 13. Metam.
Lacrymas combibere. Ouid. epist. 11,
Contineo gemitus, elapsáque verba reprendo,
Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.
Luxus combibere. Sil. lib. 11,
Combibat illapsos ductor per viscera luxus.
Venenum. Horat. 1. Carm. ode 37.
¶ Combibere artes, per translationem. Cic. 3. de Finib. Video equidem, inquam, sed tamen infici debet his artibus, quas si dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior.
Os combibit maculas. Ouid. 5. Metamorphoseos,
-loquentem
Cum liquido mista perfudit diua polenta
Combibit os maculas.
Combibor, Passiuum. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Sic modò combibitur, tecto modò gurgite lapsus, &c.

Combibo, combibonis, masc. gen. {συμπότης} Compotor. Lucil. lib. 26, Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis. Cicer. Pæto, lib. 9. epist. 24, In his controuersiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis,

Combinare, Est mulios ita diuidere, vt bini sint, id est duo simul coniuncti. Sipontinus.

Combinatio, Verbale, Duorum coniunctio dicitur. Hinc combinatio etiam figura appellatur, quam Græci Epizeuxin vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virgilius, Meme adsum qui feci. Sipontinus.

Combretum, pen. prod. Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 6, Simillimum ei combretum appellatur, foliorum exilitate vsque in fila extenuata, & procerius quàm baccar.

Comburo, comburis, pen. prod. combussi, combustum {κατακαίω, καταπίμπρημι} comburere, ab Vro compositum, idem significat. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. epist. 12, Ibique eum combussimus.
Annales comburere. Cic. 1. de Diuinat.
In foro combustus, laudatúsque miserabiliter. Cic. Attico, lib. 14. de Cæsare.
Iudicio comburere aliquos. Cicero Qu. frat. lib. 1. epist. 2, Deinde rogas Fabium vt & patrem & filium viuos comburat, si possit: sin minus, ad te mittat, vti iudicio comburantur.
Impetu magno comburere aliquid. Lucret. lib. 6.
Subsellia comburere. Cic. pro Rosc. Amer.
Viuos aliquos comburere. Cic. Qu. frat. lib. 1. epist. 2.
¶ Comburere, per translationem. Plaut. Milit. 11,
-nam mihi nimius calor
Comburebat gutturem. Id est vehementer exiccabat.

Combustio, combustionis, Verbale. Firmicus lib. 4. cap. 12, Vitia verò faciet ex igni & ferro, Id est præcisiones & combustiones.

Come, Herba est quam Barbam hircinam vocant, à comæ similitudine: folia habet instar croci in rotundum sparsa, radicem dulcissimam. Vulgò *Barba petra* appellatur. Plinius lib. 21. cap. 15. & lib. 27. cap. 13.

Comedo, penultima correpta, comes, comest: vel comedis, comedi, penultima producta, comesum, pen. prod. vel comestum {ἐσθίω, κατεσθίω, βιβρώσκω} comedere vel comesse, Eiusdem cum suo simplici est significationis. Plaut. Most. 8,
Tam facilè vinces quàm pyrum vulpes comest. Martial.
Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te.
Lacertum comedere. Cic. 2. de Orat.
¶ Comedere aliquem, bona alicuius, nummos, rem suã, Per translationem dictum, pro Consumere. Terent. Eunuch. 5. 9,
Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Cic. ad Attic. lib. 6, Putat enim suos nummos vos comedisse.
Patrimonium comedere. Cic. pro Sext.
Comedere beneficia alicuius. Cicero 13. Philipp. Comites verò Antonij, qui postquam beneficia Cæsaris comederunt, Consulem designatum obsederunt. Hoc est obliti sunt beneficiorum Cæsaris, vel neglexerunt.
Comedere oculis. Martial. lib. 9. epigr. 60 in Mamurram,
Inspexit molles pueros, oculisque comedit, &c.
¶ Comesse, pro Comedere. Cic. pro Flacco, Quasi bona comesse Romæ non liceret.
Comessem, pro Comedissem. Catul. epigr. 27.
Comest, pro Cōmedit. Varro Margopoli, Pisces vt sæpe minutos magnus comest. Nonius.
Comedim, pro comedam veteres dixerunt. Cicero ad Pætum, lib. 9. epistol. 20, Cura, si me amas, vt valeas: ne ego te iacente, bona tua comedim. Pomponius in Prostibulo, Ego quæro quod edim. Nonius.

Comesus, pen. prod. {καταβεβρωμένος} Participium. vt, Comesum patrimonium. Cic. in Sallust. Et pro Cluentio.

Comedendus {καταβρωτέος} Horat. 1. epist. 7, Vt libet, hæc porcis hodie comedenda relinques.

Comestura, huius comesturæ, pen. prod. {ἐδωδή} Cato cap. 165, Sed quæ vocatur σκανδιλίδης, hæc septem habet bona in comestura. De brassica loquitur.

Comedo, huius comedonis {φάγος} Qui bona sua consumit, inquit Festus. Varro Modio, Putat fore hoc quod hinc comedonibus conuenit vsu, quibus nota voluntate comedunt duntaxat gula gaudet. Lucilius in secundo,
Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.

Comessor, comessaris, comessari, Quod Græci dicunt κωμάζειν, Post cœnam epulari. Suetonius in Domitiano, capitulo 21, Conuiuabatur frequenter & largè, sed penè raptim, certè non vltra Solis occasum, nec vt postea comessaretur. Liu. 10. bel. Maced. refert Demetriũ post cœnam qua sodales acceperat, dixisse, Quin comessatum ad fratrem imus? Pro eo conuiuio accipit, quod ad multam noctem agitatur post cœnam.
Intromittere comessatum. Cic. Lentulo, lib. 1. epist. 9, ex Eunucho Terentij, 3. 1,
-si quando illa dicet, Phædriam
Intromittamus comessatum: tu Pamphilam
Cantatum prouocemus.

Comessatio, Verbale {κῶμος} Cibus qui post cœnam sumitur. Festus, Comessatio à vicis, quos Græci κώμας dicunt, appellatur. in his enim habitabant prius quàm oppida conderentur: quibus in locis alij alios conuictus causa inuitabant. Suet. in Vitellio, Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comessationes. Cicero in Catilin. Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & comessatores.
Libidines, amores, adulteria, conuiuia, comessationes, cantus, symphoniæ. Cic. pro Cælio.
Turpe conuiuium, amor, comessatio, libido, sumptus. Cicero pro Murena.
Tempestas comessationis, aut comessatio tempestatis. Cicero. 3. de Oratore.

Albana,

Albana comessatio. Martial. lib. 12. epigr. 48.

Comessator, pen. prod. Verbale {κωμαστής} Qui nocturnis atque intempestiuis conuiuiis indulget. Terent. Adelph. 5. 2. Caius in l. Si quid. D. de Ædilit. edict. Et is ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, piger, tardus, comessator inuenjatur.

Alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum comessatorúmque conspectus. Cic. pro Cælio.

Comessator coniurationis. Cic. lib. 1. ad Attic. Vt nostri isti comessatores coniurationis barbatuli iuuenes illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent. Comessatores dixit, reliquos & feros coniuratos, vt qui post cœnam comessatum veniunt.

Comessabundus {κωμαστικῶς} Liuius 9. ab Vrbe, Temulento agmine comessabundus incessit. Plinius libro 21. capite 3, Athenis comessabundi iuuenes ante meridiem conuentus sapientum frequentabant. Id est comessatum euntes, hoc est perpotatum, vel madidi & vinolenti.

Comessans, comessantis {κωμάζων} Idem quod comessator. Curtius lib. 9. ad finem, Siquid victis saltem aduersus comessantes animi fuisset, mille hercle viri modo & sobrij, septem dierum crapula graues in suo triumpho capere potuerunt.

Modo comessantium aliquid agere. Liu. 3 ab Vrbe.

Comedum {φάγον} bona sua consumentem, antiqui dixerunt. Festus.

Comes, huius comitis, pen. corr. com. gen. {ἀκόλουθος, συνακόλουθος, συνδιατρίβων, συνοπαδός, πομπός} Qui cum aliquo it, & tanquam ducem sequitur. Vlpianus in l. item apud Labeonem. §. Siquis virgines. D. De iniuriis & famosis libellis, Comitem accipere debemus eum qui comitetur, & sequatur: & vt Labeo ait, siue liberum, siue seruum, siue masculum, siue fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiusque causa vt sequeretur destinatus, in publico priuatóve abductus fuerit. Inter comites vtique & pædagogi erunt. Terent. Eunuch. 2. 3,

Comites secuti scilicet sunt virginem?

Belli comes. Stat. lib. 6. Thebaid.

Multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Cic. pro Mur.

Exilij. Martial. lib. 12. epigr. 25,

Exilij comitem quæris? agellus eat.

Fatorum comites, sic suos penates vocat Æneas alloquens patrem apud Virg. 2. Æneid.

Frigida aura comes formidinis. Lucret. lib. 3.

Fortunæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 10.

Comes fugæ paternæ. Liu. 1. ab Vrbe, Haud nihil ambigã hiccine fuerit Ascanius, an maior quàm hic, Creusa matre Ilio incolumi natus, comésque inde paternæ fugæ, &c.

Vsquequaque fugæ parentum comes Tiberius. Suet. in Tiberio, cap. 6.

Fugæ comitem aliquem habere. Senec. Medea, 7.

Heliconiadum comites dicuntur poetæ. Lucret. lib. 3,

Adde Heliconiadum comites, quorum vnus Homerus

Sceptra potitus.

Socius atque comes tum honoris tum etiam calamitatis. Cicero pro Sylla.

Imperij alicuius comes. Sen. Hipp. 10,

Qui modo paterni clarus imperij comes,

Et certus hæres syderum fulsit modo.

Comes itineris. Plaut. Epid. 13. Comes generaliter dicitur de iis omnibus qui nobiscum iter faciunt.

Itinerum, nauigationum, laborum, & periculorum omnium alicuius tẽpore miserrimo comes & socius. Cic. Seruilio, lib. 13. epist. 70.

Laborum comites. Ouid. lib. 8. Metam.

Patriæ laudis comites, Similes virtuti paternæ, imitatores gloriæ maiorum. Senec. Herc. fur. 12.

Mortis comites & funeris atri. Lucret. lib. 2. Sic vocat ploratus & fletus.

Operis. Ouid. 3. Metam.

Omnes artes, comites ac ministras oratoris esse. Cic. 1. de Orat.

Pauoris comes. Cic. 4. Tuscul.

Sedendi comes. Cic. Attico, lib. 5. Hoc est, Marcellus comes meus sedendi. Sensus est: Marcellus, qui & ipse Vrbis otium amat. Vtrique enim gratius erat in Vrbe sedere, quum ex Prætura in prouinciam ire neuter voluisset.

Veris comites, animæ Thraciæ, Id est Etesij venti. Horat. 4. Carm. ode 12,

Iam Veris comites, quæ mare temperant,

Impellunt animæ lintea Thraciæ.

Vitæ comes. Sen. OEdipo. 11.

Virginitatis comites, Qui castitatem custodiunt. Ouid. 6. Fast.

Angor assiduè comes malis. Lucret. lib. 6.

Discordia comes regnis sociis. Stat. 1. Thebaid.

Genius comes. Horat. 2. epist. 2,

Scit genius, natale comes qui temperat astrum.

Dira fortunæ comes, libido. Sen. Hipp. 2.

Pœna comes premit culpam, Id est pœna culpam tam strictè sequitur, vt etiam premat præcedentem. Horat. 4. Carm. ode 5.

Cateruæ comitum. Lucret. lib. 2.

Manus comitum. Id est cohors comitum. Stat. 5. Sylu. 3.

Pars vna comitum. Ouid. 2. Metam.

Princeps comitum. Ouid. 2. Metam.

Strepitus comitum. Virg. 6. Æneid.

Turba comitum. Sen. Herc. OEth. 5.

¶ Assiduus comes. Senec. Hippol. 10.

Atra comes cura. Horat. 1. Serm. sat. 7.

Exterior. Horat. 2. Serm. sat. 5, -nec tamen illi

Tu comes exterior, si postulet, ire recuses. Id est, sinisterior, in sinistra parte positus. Porphyr. Eleganter in hunc locum Turnebus, quem vide.

Fidus. Tibul. lib. 1. eleg. 5.

Gratissimus comitum. Ouid. 14. Metam.

Impiger. Stat. 3. Sylu. 2.

Improbus. Martial. lib. 12. epigr. 38,

Vxori qui sæpe tuæ comes improbus hæret.

Noui comites. Virg. 2. Æneidos,

Atque hic ingentem comitum affluxisse nouorum

Inuenio, admirans numerum.

Officiosa. Ouid. epist. 17.

¶ Abnegare comitem. Horat. 1. Carm. ode 35,

Te spes, & albo rara fides colit

Velata panno, nec comitem abnegat. Id est non aduersatur te comitari.

Addere sese comitem alicui. Virg. 6. Æneid.

Adiungere se comitem fugæ. Vide ADIVNGO.

Circundare lateri comitem. Ouid. ad Pisonem.

Complecti aliquem comitem in casus omnes. Virg. 9. Æneid.

Destituere comitem. Ouid. 8. Metam.

Ducere comites. Horat. 3. Carm. ode 11,

Tu potes tigres, comitésque syluas

Ducere. Mercurium alloquitur.

Educere comites aliquò. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Hæret comes. Vide Improbus comes.

Ire comitem alicui. Virgil. 6. Æneid. His Laodomia it comes.

Mittere aliquò quempiam comitem alij. Virg. 2. Æneid.

Negare comitem, Id est nolle comitatum ire. Ouid. 1. de Arte.

Mirificum se comitem præbere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Comitem se præbere furoris alterius. Cic. de Amic.

Comitem quærere. Vide paulo antè, Exilij comes.

Terga sequentes comites. Ouid. 3. Metam.

Spernere aliquem comitem. Virg. 4. Æneid.

Venire alicui comitem. Ouid. epist. 13.

¶ Comes, vsurpatum ironicé. Catul. in Camerum, epigr. 51,

Tanto te in fastu negas amice?

Dic nobis vbi sis futurus, ede

Audacter, comiti licenter ede.

Comes, relatum ad Ducem. Cic. pro Marcello, vbi de rebus gestis Cæsaris, Huius autem rei idem es dux & comes. Est ergo comes qui sequitur, & ducem habet, inquit Valla.

Ipse casus, euentúsque rerum, non duces, sed comites consiliorum alicuius. Cic. pro Corn. Balbo. De Pompeio loquens.

Ducem non comitem aliquorum dicere. Cic. de Amicit.

Comes, relatum ad principem. Cicero, Neque enim princeps tũc ad salutem esse potuissem, si esse alij comites noluissent.

Comitem Platonis se profitetur. Id est sectatorem. Plinius in Præfat. 9.

Comes, cum genitiuis mei, tui, sui. Seneca Thebaid. 1,

Nemo me comitem tui Eripiet vnquam.

¶ Comes consiliis alicuius. Plaut. Pseud. 3,

-nam tu me antehac

Supremum habuisti comitem consiliis tuis.

Dulcis secretorum comes. Quint. lib. 1. cap. 4.

¶ Comites iudicum, erant legati, præfecti, quæstores, scribæ, qui cum magistratibus in prouincias mittebantur. Cic. 4. Verr. Nego tibi ipsi vllum nummum esse numeratum: sed quum ob tua decreta, ob imperata, ob iudicata pecuniæ dabãtur, non erat quærendũ cuius manu numerarentur, sed cuius iniuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus tuæ erant. Ex Budæo.

Comites iudicum etiam erant adiutores & ministri imperij. Cic. ad Qu. frat. Atque inter hos, eos quos tibi comites & adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa Respub. duntaxat finibus his præstabis, quos antè præscripsi.

¶ Comes, Dignitatis nomen sub postremis Imperatoribus, vt videre est in plerisque locis Codicis.

Comes domorum, à Iustiniano dicitur is qui in domesticos Principis curam habebat.

Comes horreorum, cuius & mentio est in posterioribus Codicis libris, pistrini Principis curator fuit, habuítque mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendóque pani Principis.

Comes sacrarum largitionum, erat ille per quem Princeps sua stipẽdia largiebatur, & hic fortè erat procurator Reipublicæ, qui Græcè λογίτης nuncupatur, & illustris erat. Alij dicunt quòd per hunc Imperator liberalitatem suam & magnificentiam exercebat. Turnebus, Comes sacrarum largitionum erat quæstor ille qui thesauris sacris, id est imperatoriis & augustalibus pecuniis præerat.

Comes rei priuatæ, qui patrimonium Cæsaris curabat & administrabat. Hæc verba & sæpenumero in iure, & in Marcellino leguntur.

Comes Palatinus dicitur, qui curam gerebat præcipuam, vt remissorum notariorum & iudicum negligentiam argueret, & à prouincialibus tributa exigeret, & consueta deposceret, ita quòd non in prouincialibus, sed præcipuè iussus est vt iudicibus & eorum officialibus præcepto immineret & superesset. C. de offic. comit. sacr. largit. & de offic. rect. prouin.

Comites consistoriani sunt illi qui steterunt in Principis consistorio, qui dici meruerunt etiam spectabiles, & Proconsulibus æquiparabantur. C. de comitib. consistoria. lib. 12. l. 1.

Comitiua, Appellatur dignitas Comitum. l. vlt. de discuss. lib. 10. C. l. 47. de decurio. eodem. Aliáque primi ordinis, alia secundi comitiua cõstituitur. l. vlt. de profess. & med. lib. 10. C.

Comitor, pen. corr. comitaris {συνακολουθῶ, παρακολουθέω, παραπέμπω, συνοπαδέω} comitari, Propriè est minorum erga maiores. Suet. de Claris gram. Rhemmius Palæmon Vicetinus mulieris verna, primò, vt ferunt, textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in scholas, literas didicit.

Fuga aliquem comitari. Virg. 4. Æneid.

Ferre gressus cum aliquo & eum comitari. Sil.lib.3, Fer gressus agiles mecum,& comitare vocantem.
Comitari currum.Sueton.in Tiberio,cap.6.
Comitari exequias. Plin.lib.11.cap.18, Funerantiúmque more comitantur exequias. De apibus.
Mortuum honore comitari,Facere ei funus.Virg.11.Æneid.
Superbia comitatur honores. Claud.8.Paneg.
Iter alicuius comitari.Virg.6.Æneidos,
Ille meum comitatus iter,maria omnia mecum.
Oues comitantur pastorem.Virg.3.Æneid.
Comitari,cum datiuo.Cic.5.Tusc.Cæteráq; quæ comitantur huic vitæ,in qua sapiens nemo efficitur vnquam.

Comito, comitas, pen.corr. {ἀκολουθῶ} comitare, Actiuum : vnde Comitor passiuum,Idem. Ouid.de Ponto,lib.2,
Quem pia nobiscum proles comitauit euntem. Propert.libro 2. elegia 8,
Quòd si vera meæ comitarem castra puellæ,&c.
Gradus alicuius comitare.Ouid.8.Metam.
Vestigia alicuius.Ouid.14.Metamorphoseos,
Nostráque adulantes comitant vestigia.
Comitare aliquem ad locum aliquem.Ouid.2.de Ponto,eleg.3,
Pirithoum Theseus stygias comitauit ad vndas.

Comitans {παρεπόμενος} Participium.vt,Nullo latus comitante. Seneca Hippol.4.
Nullo comitante lauari.Martial.lib.11.epigr.52,
Hic nullo comitante nec molesto,
Thermis grandibus,& suis lauatur.
Non æquo ordine comitantes.Sil.lib.4.
Turba comitantum.Ouid.1.Amor.eleg.7.
Nimbi comitantes.Ouid.3.Fast.
Armis comitantibus,Id est auxilio belli.Virg.4.Æneid.

Comitatus, pen.prod. {παρακολουθούμενος} Participium.Cic.2.in Catil.Illud etiam molestè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit.
Dolore comitatus.Tibul.lib.3.eleg.2.
Bellum comitata fœmina.Stat.8.Thebaid.
Pecudes fœtæ comitatæ paruis gregibus. Sen.Hipp.1.
Lacrymis comitata sororum.Id est lacrymantibus comitata sororibus.Stat.2.Achill. De Thetide.
Militibus & armis comitatus.Ouid.1.Amor.eleg.6.

Comitatus,pen.prod. {παρακολουθηκώς} Nomen. vnde Comitatior.Cic.5. Tuscul.Asclepiadem ferunt philosophum , quum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset , respondisse, Puero vt vno esset comitatior. Plin.lib.10.cap.37,Est enim ars illis inter se blandiri , & corrumpere alias,furtóq; comitatiores reuerti. De colubis loquitur. Secundum hoc comitatissimum hominem dicemus Latinè,quem vulgò *bene associatum* dicunt. Budæus.

Comitatus, huius comitatus, pen. prod. {συνοδία} dicitur Clientela sequens dominum.Cic.ad Lepidum,lib.6.19,Eius Falernum mihi sem per idoneum visum est diuersorio : si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. ¶Comitatus,pro Curia principum in iure subinde legitur,teste Budæo.
Societas atque comitatus alicuius.Cic.7.Verr.
Assiduus comitatus.Quint.lib.1.cap.2.
Hecates comitatus,Proserpinæ famuli. Valer.lib.6.Argon.
Muliebris & delicatus ancillarum puerorúmque comitatus. Cic. pro Milone.
Semiuir comitatus,Id est virorum effœminatorum. Iarbas de Ænea loquitur ironicè apud Virg 4.Æneid. Seruius.
Comitatus optimorum ciuium. Cic.ad Atticum,lib.8 , Accedit illud,si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum ciuium desero:cadendum est in vnius potestatem.
Comitatus virtutum.Cic.2.de Finib. Quid tanto concursu honestissimorum studiorum,tanto virtutum comitatu,si ea nullam ad aliam rem,nisi ad voluptatem conquiruntur?
Abstrahere se ex comitatu amplissimorum virorum. Vide ABSTRAHO.
Recipere comitatum aliquorum.Cic.Lepta,lib.6.epist.19.
Comitatus ad alia trāslatum. Plin.lib.17.cap.23, de traducibus loquens,Inter se obuij miscentur, alligantúrque vnà conciliati virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant.

Comitatenses,Milites sunt,qui comitatui concessi sunt, vt ait l.13. de re milit.lib.12.C.

Comessor,comessaris,Comessatio,Comessator,Comessabundus,Comessans.In COMEDO.

COMETES, pen.prod. Pater Asterionis qui vnus ex Argonautis fuit. eum autem genuit (vt author est Apollonius) ad Apidani ripam , in quem fluuium delabitur Enipeus. Val.lib.1.Argonauticōn,
-celer Asterion quem matre carentem
Clenæus gemino fouit pater amne Cometes:
Segnior Apidani vires vbi sentit Enipeus. Clenæus autem Cometes à Valerio dicitur , quòd Clenæum promontorium sit Thessaliæ, in qua regione sunt Apidanus & Enipeus.

Cometes,vel cometa,cometæ,m.g.pen.prod. {κομήτης} Est stella crinita , quæ æstate non sine magno portento apparere solet. Cic.2.de Nat.deor. Tum facibus visis cælestibus , tum stellis his , quas Græci cometas,nostri cincinnatas vocant:quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ.
Belli mala signa cometes.Tibul.lib.2.eleg.6.
Diri cometæ,Crinitu & pessimi.Virg.1.Georg.
Fatales.Valer.6.Argonauticōn,
-iratóque vocati
A Ioue fatales ad regna iniusta cometæ. Regnorum enim euersionem regúmque mutationem portendere solent cometæ.
Mutans regna.Lucan.lib.1.
Rubescentes.Claud.epigr.4.
Tremuli claro ardore.Cic.1. de Diuinat.
Tristis.Claud.8.Paneg.

Comicus.Vide COMOEDIA.

COMINI {κωμῖνοι} Populi fuerunt Italiæ in tractu Æquicolarum. Plin. lib.3.cap.12, In hoc tractu interierunt ex Æquicolis Comini, Tadiates,Acedici.

Cominia,Genus oliuæ,apud Plin.lib.15.cap.3.

Cominus pen.corr. {ἐγγύθεν, συστάδην} Aduerbium, scribitur & duplici mm.non est idem quod propè:sed (vt sic dicam) à propè : vt, Cominus te incessebant lapidibus : hoc est è propinquo loco : sicut è contrario , eminus è longinquo : sed ita tamen longinquo , propinquóque, vt propè intra iactum teli esse possit , aut quod sit id genus. non enim rectè dicas, cominus veni : eminus redeo. Hæc Valla in Raudensem. Cicero 2. de Diuinat. Nunc cominus agamus : experiamúrque,&c. Cæsar 1.bell. Ciuil. Itaque dum locus cominus pugnan di daretur.
Cominus factus sol. Plin.lib.5.cap.9 , Verùm sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi & suspensum abundare, ac ne deuoretur abscondi.De Nilo.
Cominus iudicari. Plin.lib.11.cap.42.
Pugnare cominus cum hoste.Cic.pro Cornel.Balbo.
Tendere comminus. Suet.in Cæsare cap.67,L.Cassium partis aduersæ cum decem rostratis nauibus obuium sibi neque refugit,& comminus tendens , vltrò ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit.
Accedere cominus ad aliquem. Cic.Attico,lib.2.17.
Recipere cominus pecuniam. Pomponius in l. Si quasi. D. de Pignorat.actio. Si quasi recepturus à debitore tuo cominus pecuniam, reddidisti ei pignus.
¶Cominus,Statim,sine intermissione. Virg.1.Georgicorum,
Quid dicam iacto qui semine cominus arua
Insequitur? Seruius.
Graue cominus æstuat aër Sordidus.Stat.12.Thebaid.Id est grauiter exhalat.
Cominus & eminus. Ouid.3.Metamorphoseos,
-rigido de fratribus vnum
Cominus ense ferit,iaculo cadit eminus ipse.
Latéque & cominus.Catul.epigr.59.

Comis,& hoc come {εὐπροσήγορος, ἐπιεικής, ἐπιτήδειος} Benignus homo, & facilis,qui alij non grauatè inseruit, inquit Valla lib.4.cap.38. Cic.2.de Finib. Quasi quis illum neget & bonum virum & comem, & humanum fuisse.
Amica comis & blanda.Ouid.2.de Arte.
Comis & humanus erga aliquem.Cic.de Senect.
Comis,vrbanus,& liber.Horat.1.Serm.sat.4.
Anus comis.Ouid.3.Fastorum,
Conueniunt partes hæ tibi comis anus.
Ingenium come.Tacit.lib.5.
Oculi comes.Ouid.3.de Arte,
Comibus est oculis alliciendus amor.
Sermo & congressus comis.Tacit.lib.15.
¶Comis,pro Indulgenti.Liuius,Nunc patres comes, & senes facilè de alieno imperio spreto gratiam facere. Budæus.
In vxorem comis.Horat.2.epist.2.

Comior {εὐπροσηγορώτερος} Comparatiuum.Cic.pro Mur.Quis verò C.Lælio comior? quis iucundior eodem ex studio isto?

Comitas,pen.corr. {εὐπροσηγορία, ἐπιείκεια} Denominatiuum. *Id est* benignitas,facilitas. Cic.5.de Finib. Iustitia dicitur , cui *sunt adiunctæ* pietas , liberalitas, benignitas, comitas , quæque *sunt* generis eiusdem.
Comitas & affabilitas sermonis.Cic.2.Offic.
Comitas & beneficentia. Cic.2. de Orat. Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus hominum & quadam comitate ac beneficentia positæ.
Comitas coniunctióque humana. Cic.1.Offic.
Comitas & facilitas. Cic.de Amic. Et ad omnem comitatem facilitatémque procliuior.
Obsequium & comitas adolescentis. Cicer. Attic. lib.6, Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio & comitate adolescentis.
Comitas & Seueritas, contraria. Cic.in Orat. Quid enim tam distans, quàm à seueritate comitas?
Orationis comitas. Cic. in Bruto , Summa non vitæ solùm atque naturæ,sed orationis etiam comitas.
Verborum comitas.Cic.2.de Orat.
Exquisitissimæ comitatis cœnam dare. Suet.in Othone, cap.3, Omnium autem consiliorum secretorúmque particeps , die quam Nero necandæ matri destinauerat , ad auertendas suspiciones cœnam vtrique exquisitissimæ comitatis dedit.
Summa comitate cœnam præbere. Suet.in Augusto, cap.74, Cœnam ternis ferculis, aut quum abundè,senis præbebat, vt non nimio sumptu,ita summa comitate.
Erat in illo viro comitate grauitas condita.Cic.de Senect.
Summa alicuius grauitas cum singulari comitate coniuncta. Cic, Qu.fr.at.lib.1.1.
¶Aspergere grauitati comitatem. In ASPERGO.
Comitate inuitandi conciliare sibi aliquem.Liu.1.ab Vrbe.
Conciliat animos comitas affabilitásque sermonis.Cic.2.Offic.
Dissoluta comitas. Quint.lib.2.cap.2.
Nullam comitatem habere sermonis. Cic.1.Offic.
Comitas in ingeniis illucet. Vide ILLVCEO.

Comiter, pen.corr. {εὐπροσηγόρως} Aduerbium , Hilarè ac libenter, inquit Varro de Lingua Lat.lib.6.
Comiter accipere aliquem.Plaut.Amph.16.
Comiter adiuuare.Terent.Phorm.3.3.
Administrata comiter prouincia.Tacit.lib.17.
Comiter ac benignè appellare aliquem. Liu.2.ab Vrbe.

Salutare

Salutare benignè, comiter appellare vnumquemque. Cicero 13. Philipp.

Comiter alterius populi maiestatem conseruare, Procul. in l. 7. D. de captiu. & postlim. sic interpretatur. Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum superiorem esse, non vt intelligatur alterum non esse liberum. Quod idem Cicero in orat. pro Corn. Balbo demonstrat. Primùm verbi genus hoc cōseruandi, imperantis est, non precantis. Deinde quum alterius populi maiestas cōseruari iubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiori conditione causáque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. Hotom.

Excipi comiter. Ouid. 2. Fast.

Factum à vobis comiter. Plaut. Pœnul. 12.

Comiter habitare. Plin. lib. 17. cap. 1. de Crasso Domitiū alloquente, Verùmne igitur ego sum, inquit, quæso Domiti, exemplo grauis & ab ipsa mea censura notandus, qui in domo, quæ mihi hæreditate obuenit, comiter habitem: an tu, qui sex arbores æstimes?

Comes, benigni, faciles, suaues homines esse dicuntur, qui erranti comiter monstrant viam, benignè nō grauatè. comiter quidem certè, non communiter conuenit. Cic. pro Corn. Balbo.

Solari comiter aliquem. Cic. Attico, lib. 3.

Comitasset, veteribus pro cubuisset, teste Nonio. Accius Erigona,
Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto comitasset patri. Obsoletum.

Comitia, comitiorum {ἀρχαιρεσίαι} Erant conuentus Populi Romæ, à simul itando ita appellata, vbi creabantur magistratus & eligebantur per suffragia: vbi etiam leges approbabantur. Dicta comitia, quasi coitia. Cicero, Venio ad comitia siue magistratuum siue legum. Plaut. Aulul. 23,
Ibo intrò, vbi de capite meo sunt comitia. Id est vbi de capite meo agitur.

Comitiorum tria genera Romæ diuersis temporibus instituta, curiata primùm à Romulo, centuriata deinde à Seruio Tullio, sexto Romanorum rege, postremò tributa, à tribunis pleb. De curiatis comitiis illa significant, quæ scripta sunt apud Pomponium iurisconsultum: Romulus, inquit, populo in triginta partes diuiso, quos curias appellauit, quod tunc reipubl. curam per sententias earum expediebat, leges quasdam curiatas ad populum tulit: tulerunt & sequentes reges. Centuriata Seruius rex, vt diximus, maiorum rerum, patritiorúmque magistratuum caussa induxit: iisque comitiis ad extrema reipub. tempora patritios magistratus creatos esse legimus. Tributa, regibus eiectis, tum primùm instituta, quum Coriolanus in iudicium populi vocatus est. postea que cum Volerone Publilio Lætorius legem tulerunt, vt tributis comitiis plebeij magistratus fierent, qui antea curiatis fieri solebant. Tributorum autem comitiorum aucta maximè vis est ea lege, qua L. Valerius, & M. Horatius coss. tulerunt, vt, quod tributis comitiis plebs sanxisset, eo Quirites omnes æquè tenerentur, ac si centuriatis comitiis perlata lex esset, ita centuriatis tributa sunt æquata, &, quod ait Liuius, tribunitiis rogationibus acerrimum telum hac lege datum est: quū, quidquid tribuni pl. ferrent, id deinde ab omnibus ciuibus seruari necesse esset. Quanquam & Publilius dictator lege lata, centuriata, quæ patritiorum caussa instituta diximus, imminuit: sanxit enim, vt omnium legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: ne scilicet roboris minus haberet, si quid populare, patribus inuitis, latum esset. De iure autem, & tempore comitiorum ita cognosci potest, si, quæ duarum legum, Æliæ & Fusiæ, fuerit sententia, consideretur. quare loca ipsa proponemus. ac primùm, quod ait in ea pro Sextio: Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata est lex, ne auspicia valerent, ne quis obnūtiaret, ne quis legi intercederet, vt omnibus fastis diebus legem ferre liceret, vt lex Ælia, lex Fusia ne valeret: dicendū est, quatuor illas partes, de auspiciis, de obnuntiatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duabus legibus, quæ subiiciuntur, Ælia & Fusia, comprehendi, sed tres priores Æliæ, posteriorem autem Fusiæ: rursus è tribus prioribus, eiusdem generis, & quasi naturæ duas esse: tertiam separatam, & tanquam alienam. nam auspicia ideo erant, vt esset obnuntiatio. cum enim de cælo seruatum esset, tum ferētibus legem obnuntiabatur. itaque auspiciorum quasi partus quidam erat obnuntiatio: nec vnquam seruatum est de cælo, quin obnūtiatum sit, siue prospera, siue aduersa signa essent: quum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, aduersa impedirent. propterea sublatum esse à Clodio morem de cælo seruādi, scripsit Dio lib. XXXVIII: quum tamen antea ita diligenter auspicia seruata essent, vt M. Drusi legibus, quia contra auspicia latæ iudicarentur, senatus decreuerit populum non teneri. quod Cic. lib. 11. de Legib. & Pedianus in commentario Cornelianæ tradidit. ergo cum hoc auspiciorum genere quasi cognatione quadam cohæret obnuntiatio. at intercessio nihil habet commune cum auspiciis. auspicia enim ad religionem referebantur, quòd à cælo, id est à deorum numine, pendere viderentur. intercessio autem humanæ potestatis erat, & cum à voluntate semper, nulla religionis obseruatione, manabat, tum ab ea voluntate nonnunquam, quę ab omni religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum voluntate pugnaret. præterea, seruare de cælo, augurum, atque omnium plane magistratuum fuit, quod suprà notauimus: intercedere verò, duntaxat ad tribunos pl. tum veteri sacratarum legum iure. tum, vt ego existimo, legis Æliæ iussu pertinuit. loquor autem de intercessione ad populum, quum lex ferretur. nam in senatu, quum S. C. fieret, non tribunos pl. tantùm, sed omnes, qui eadem potestate, qua ij, qui S.C. facerent, maioréve essent, intercedendi facultatem habuisse, diximus in libro de Senatu. atque etiam, quod in eo libro nō diximus, forensis, vt ita dicam, erat intercessio, quum prætori de priuata controuersia decernenti prætor intercedebat. cuius generis idoneus locus erit in libro de Iudiciis. nūc persequamur institutum. Dixi, legis Æliæ fuisse tria illa membra, de auspiciis, de obnuntiatione, de intercessione, quæ Clodius sua lege sustulit: quartū de fastis diebus Fusia lege sancitum. itaque in oratione de prouinciis consularibus, in extremo, paulo distinctius loquutus est Cicero, quum caput illud, de fastis diebus, separatim à reliquis posuit: reliqua verò tria separatim, quidem & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se coniuncta, vt dubitandum minimè sit, quin hæc in vna lege simul fuerūt, sicuti simul sunt à Cicerone pronuntiata. quòd si in vna lege, ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Ælia, scilicet, & Fusia, vtrum intelligamus. nam si de tribus coniunctis vnum aliquod in Ælia lege fuisse docuero, Æliæ legi & reliqua duo tribui debere, concedendum, vt opinor, erit. docebo autem Pediani verbis obnuntiationem Æliæ legis fuisse. nam illud in Pisonem, Ap. Clodio, fatali portento prodigióque reipubl. lex Ælia & Fusia euersa est, ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruaret. propter quam rogationem, ait, legem Fusiam & Æliam, propugnacula & muros tranquillitatis atque otij, euersam esse. obnuntiatio enim, quæ perniciosis legibus resistebat, quam Ælia lex confirmauerat, erat sublata. miror autem, cur eo loco nihil de sentētia Fusiæ legis addiderit Pedianus, quū tamen ipsam legem simul cum Ælia nominarit. non enim tantùm tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo seruaret, quod contrà lex Ælia iubebat: sed etiam, vt omnibus fastis legem ferri liceret: vt apertè demonstrant illa quæ sunt à nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea de prouinciis: Aut statuendum nobis est, legem Æliam manere, legem Fusiam non esse abrogatam. non omnibus fastis legem ferri licere, quum lex feratur, de cælo seruari, obnuntiari, intercedi licere. Verùm, vt fortasse mutilus Pedianus, quia prætermiserit id, quod Fusia lege scitum Clodius abrogauit, non item mendosus in eo quod de lege Ælia posuimus. satis enim planè loquitur: itaque vt cur de mendo suspicemur, caussam esse nullam videamus. quare habemus quod volumus, obnuntiationem ad legem Æliam pertinere. quòd si hoc, ergo & illud, auspicia quoque, à quibus obnuntiatio deriuatur, & intercessionem ad eandem legem pertinere. &, si hæc tria ad legem Æliam, vnum illud, quod reliquum est, de fastis diebus, ad Fusiam pertineat, necesse erit. eandem vtriusque legis sententiam, nisi fallor, attigit in epistola, Quæris, libro 1. ad Atticum, quum ait: Lurco autem tribunus pleb. qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia, & Fusia, vt legem de ambitu ferret. inibant enim veteres Romani magistratum auspicato: neque omnino quidquam publicè, nec domi, nec militiæ, sine auspiciis gerebatur. quod autem in tribunatu pl. Lurconi mandando factum erat, vt auspicia seruarentur: id vt ipse in lege de ambitu ferenda ne seruaret, neque auspiciorum vllam omnino rationem haberet, decretum est à senatu: neque hoc solùm, sed illud simul, vt omnibus fastis legem ferre posset. quod lex Fusia vetabat. ideo enim soluit eum senatus & Ælia lege & Fusia, vt neque auspiciorū religio, neque dierum ratio impedimento esset, quo minus primo quoque tempore perferri lex de ambitu posset. Has ipsas leges & in oratione pro Sextio lege Clodia significat abrogatas, quum ait: Mitto eam legem, quæ omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de iure, & de tempore legum rogandarum, vna rogatione sustulit. Nam etsi non nominat, legem tamen Æliam significari certum est, quum ait, Quæ sunt de iure, Fusiam autem, quum subiicit, Et de tempore. ius enim intelligit auspicandi, obnuntiandi, intercedendi, quæ sanxerat Ælia lex: tempus autem, quo legem perferri non liceret, fastos videlicet dies, de quibus cauerat Fusia lex. nec dubito, quin, quum dixit, Omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, ad sententiam potius Æliæ legis, quàm Fusiæ, spectauerit. nihil enim horum video, quod ad Fusiam referri possit. nam ego quidem, in verbo, Potestatum, obnuntiationem & intercessionem significari puto, quæ legis Æliæ fuisse iam diximus. &, quāquam Auspiciorum, potestatum, dixit, ad interpretationem antecedentis verbi Religionum: quod sæpe facit: & in dictione, Potestatum, & obnuntiatio & intercessio simul includuntur: solam tamen obnuntiationem ad religionem refero. nam intercessioni cum religione nihil erat: quod paulo antè demonstraui. Ex iis quæ attulimus, satis, opinor, constat, auspicandi, obnuntiandi, intercedendi morem apud Romanos fuisse; quæ pertinent ad ius comitiorum: quo de genere lex Ælia loquebatur. constat illud quoque, fastis diebus non licuisse haberi comitia legum ferendarum caussa, sed comitialibus tantùm, quod Fusia lege sancitum erat. Impediebatur autem comitia multis modis, primùm Ioue fulgente tonante: deinde, si sinistrum fulmen esset: tum siquis eo morbo, qui insputatur, corruisset, ex quo comitialis morbus dictus est. postremò si tribunus pl. intercessisset: quod fiebat hac voce prolata, Veto. Notauimus etiam illud apud Gellium, lege cautum esse, vt, quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cuius rei caussa auspicatum esset, comitia absoluerentur. alioqui infirmum & inane populi iussum erat. Hæc ex libro Manutij de legibus Romanis.

Comitia calata. Vide CALO, calas. & Gell. lib. 15. cap. 27.

Centuriata. Liu. 3. ab Vrbe.

Consulum comitia. Cic. Q. fratri, lib. 2. 6.

Consularia. Cic. pro Murena, Imperatores enim comitiis Consularibus, non verborum interpretes deliguntur.

Curiata. Vide CVRIA.

Gratuita. Cic. Attico, lib. 4.

Comitia militaria, vrbana, communia. Arnobius, Nunquid magistratus per populum creatis? militaria, vrbana, communia quæ sunt comitia scitis? Appellat comitia centuriata, militaria, quòd populus more militari centuriatus sit: vrbana, curiata: Curiæ enim erant vrbani populi. Communia, tributa, quòd ex totius populi tribubus fierent: erántque nō propria tantùm vrbani populi, sed etiam rustici & suburbani. Turnebus.

Quæstoria. Cic. Curio, lib. 7. epist. 30.

Recentibus comitiis in Senatum introducere aliquem. Cic. 2. de Diuinat.

Tribunitia. Cic. Attico, lib. 1. 1.

Tributa, curiata, centuriata comitia. Cicero 2. de Lege Agraria. Gell. lib. 13. cap. 14. & lib. 15. cap. 27. Vide Suffragia quomodo ferri so-

mm 3

lerent,in SVFFRAGOR.

Tributa capitis comitia. Cic. 3. de Legib. Praeterea neque tributa capitis comitia rata esse possent.

Vera comitia & adumbrata. Cic. 2. de Lege Agrar. Sint igitur Decemuiri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem atque ad vsurpationem vetustatis per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis constituti.

¶Abstinere comitiis. In ABSTINEO.

Nullis comitiis magistratus alicui datus. Cic. 2. de Lege Agrar.

Differre comitia. Cic. ad Attic.

Edicere comitia. Liu. 3. ab Vrbe, Expectabant quam mox Consulibus creandis comitia edicerentur.

Facere. Cic. Attico, lib. 4.

Gerere. Cic. 3. de Legib. Quòd comitia illa essent armis gesta seruilibus.

Habere. Cic. pro Murena.

Ioue tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. Cic. 2. de Diuinat. Idem à Graecis obseruatum videtur: nam apud eos pluuia & tonitrua comitia dirimebant. Aristophanes, [Greek] Turnebus.

Comitia indicere plus est quàm concilium. Gell. lib. 15. cap. 27. Is qui non vniuersum populum, sed partem aliquam adesse iubet, non comitia, sed concilium indicere iubet.

Inquinata largitione comitia. Cic. de Petit. Consulatus, Video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquae centuriae renuntient suos maximè necessarios.

Obire. Vide OBEO.

Obnuntiare comitiis. Cic. Post red. in Senatu, Legem Tribunus plebis tulit ne auspiciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret.

Comitiorum quotidie singuli dies tolluntur obnuntiationibus, magna voluntate bonorum omnium. Cic. Q. fratri, lib. 3.

Peragere. In PERAGO.

Tota comitia perscribere. Cic. Attico, lib. 4.

Protēdere, vel, vt alij legūt, Protrudere comitia in mensem Ianuarium. Cic. ad Furnium, lib. 10. epist. 26.

Iustus rogator comitiorum. Cic. 1. de Diuinat.

¶Comitia etiam de reis habebātur. Liu. 3. ab Vrbe, In mora Tribuni erant, qui comitia Quaestores de reo habere, nisi prius de lege habita essent, passuros se negabant. Budaeus.

Comitium, Locus vbi coitur ad litium & suffragiorum causas: dictum, vt ait Festus, à coeundo, quòd in eum locum populus conueniebat ad suffragium ferendum. Liu. Decad. 3. lib. 4. Perfugae virgis in comitio caesi omnes, ac de saxo deiecti. Cicero pro Sextio, Quum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent. Gell. lib. 4. cap. 5. Statua Romae in comitio posita Horatij Coclitis fortissimi viri de caelo tacta est. Asconius in 3. contra Verrem, Comitium, inquit, locus propter Senatum, quò coire equitibus & Populo Romano licet.

Comitium videtur Subselliis opponere Cic in Bruto, Quare si angustè & exiliter dicere est Atticorū, sint sanè Attici, sed in comitium veniant, ad stantem iudicem dicant. Subsellia grādiorem & pleniorem vocem desiderāt. Ad iudicem, apud iudicem. Stantem, quòd in subselliis iudices sederent, in comitio starent. Cicero Atticos hosce in comitium mittit, quòd causas minores, quae in comitio agebantur, & in quibus vehementi dicendi genere opus non erat, dicere possent. sed quum angustè & exiliter dicerent, neque in subselliis, neque in Rostris, id est neque in iudiciis maioribus, neque in concione dicere commodè poterant: quòd vi, contentione & ardore carerent, quae in subselliis & Rostris requirebantur. Comitium, ait Varro lib. 4. de Lingua Latina, ab eo dictum, quòd coibant eò comitiis curiatis, & litium causa. Vel fortè stantem, vt possit audire oratores hosce sic angustè & exiliter dicentes. Id est attenuatè & ieiunè.

In comitium afferre aliquid. Cic. 1. de Diuinat. Ita cotem in comitium allatam, inspectante & rege & populo, nouacula esse discissam.

In comitio defossa nouacula. Cic. 1. de Diuinat.

Comitialis, & hoc comitiale, pen. prod. [Greek] & à comitiis, & à comitio dicitur, vt inquit Budaeus, Quod ad comitium pertinet.

Dies comitiales, qui comitiis habendis dicati erant: in quibus cum populo agi licebat, vt ait Macrobius: & quibus Pop. Rom. conuenire solebat ad suffragium ferendum. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 6. Consequuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat.

Comitiales dies appellabant, quū in comitio cōueniebant. Festus.

Comitiales homines, Litigiosi dicuntur. Plaut. Poenul. 8.

Mensis comitialis. Cic. 4. Ver. Dies is erat legitimus comitiis habēdis, &c. Herodotus, quū Romā reuertitur, dies, vt ipse putabat, quindecim ante comitia, offendit eum mensem comitialem, comitiis abhinc iam triginta habitis.

Comitialis morbus, vulgò Caducus dicitur, aliàs Sacer: & morbus Herculeus, quòd Hercules eum morbum passus sit. Dictus comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. interrumpebantur enim comitia quo die aliquis concidisset. Cato, Quòd comitia prohibere solet, nec id quidem mihi vitium fuit. Plinius lib. 10. cap. 23. Coturnicibus veratri semen gratissimus cibus: quam ob causam eas damnauere mensae, simúlque comitialem propter morbum despui suetum, quem solae animalium sentiunt praeter hominem.

Comitialis homo, Qui eo morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 5.

Comitiarius [Greek] Adiectiuum. vt, Comitiaria statio: quae in modum comitiorum celebratur. Liu. 3. bel. Pun. In hac comitiaria iam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Poenos fieri. Sigonius monet in veteribus libris legi, In hac continua duorum, &c.

Comitiatus, pen. prod. Adiectiuum [Greek] Suffragio populi in comitiis electus. Cic. ad Attic. lib. 4. Ex comitiatis puto fore vt ducantur Tribunitij. In emendatioribus tamen codicibus sic legitur, Sed comitia puto fore vt ducantur. Tribunitij candidati iurarunt. Primae tamen lectioni suffragari videtur Asconius, quum dicat Tribunitios fuisse alterum genus comitiatorum.

Comitiati Tribuni militares [Greek] Asconius Paed. in 2. contra Verrem, Tribunorum militarium duo genera, Primum eorum qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari solent. Alij sunt Comitiati, qui Romae comitiis designantur.

Comitiatus [Greek] Substantiuum. Cic. 3. de Legibus. Tum leges praeclarissimae de XII. Tabulis tralatae duae, quarum altera priuilegia tollit: altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu vetat. Gel. lib. 13. cap. 14. M. Messala augur in libro primo de Auspiciis, ita de minoribus magistratibus scribit: Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocare potest. Praetor & comitiatum & concionem vsquequaque auocare potest, nisi à Consule. Minores magistratus nusquam nec comitiatum nec concionem auocare possunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is rectè agit. Haec Gellius. Porrò comitiatum auocare, est impedire ne habeantur comitia.

Comitiatum dimittere & rescindere. Cic. lib. 2. de Legibus, Quid enim maius est, si de iure quaerimus, quàm posse à summis imperiis & summis potestatibus comitiatus & concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? Quo in loco quidam ineptè legunt Comitatus.

Per maximum comitiatum. Cic. 3. de Legib.

Comitialiter, pen. corr. Aduerbium [Greek] Plin. lib. 22. cap. 22. Item contractionibus, etiam si id comitialiter accidat. Id est etiam si contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comito, & Comitor. Vide COMES.

Comma, commatis, pen. corr. neut. gen. [Greek] Latinè incisio dicitur. Est autem incisum, quae pars est periodi. Vide COLON. Vide etiam Incisum, in INCIDO, pen. prod.

Comma, Caesura. Priscianus de duodecim carminibus, Commata autem sunt tria, trochaica, semiquinaria, & semiseptenaria. Budaeus.

Commaculo, commaculas, pen. corr. [Greek] commaculare, Idem significat quod maculare.

Commaculare se ambitu, per metaphoram. Cic. pro Caelio, Nunquam enim Caelius tam amēs fuisset, vt si se isto infinito ambitu commaculasset ambitus, alterum accusaret.

Manus commaculare sanguine alicuius. Virgil. de Medea, 8. eclog. Id est polluere internecione.

Commadeo, commades, penult. corr. [Greek] commadere, Idem quod simplex madere. Cato cap. 156. Coquito vsque dum ea commadebit bene, aquam defundito.

COMMAGENE, Vide COMAGENE.

Commagenum, Pomponius in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg. numerat inter ea vnguenta quae valetudinis caussa parata sunt. Plin. libro 10. cap. 22, & lib. 29. cap. 4. ex Cōmagena Syriae parte nomen sumpsisse ait, fierique ex adipe anserino in vase aereo, cum cinnamo multa niue obruto, ac rigore gelido macerato. Alij Comagenum scribunt, Vide suprà suo loco.

Commalaxo, commalaxas, commalaxare, Est exercere, ac maturefacere. Nonius. Varro, Nec dolorem adiaphoron esse quod philosophia commalaxaret eam partem, &c.

Commanduco, commanducas, pen. prod. [Greek] commanducare, Id est dentibus molere & in ore tenere. Cicero Mandere dicit. Plin. lib. 19. cap. 8. Quum priores ob religionem eam minimè commanducarent. Valerius, Protinúsque dentibus abscissam, & commanducatam linguam in eum expuit.

Cōmanducatur, Deponēs apud Lucilium, lib. 4. legitur, pro Comedit vel deuorat. Assequitur (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum. Idem lib. 25. Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum Commanducatur, corrupit, ad incita adegit. Nonius.

Commanducatus, commanducata, commanducatum [Greek] Plinius libro 22. cap. 22, Soncho oris graueolentia commanducato corrigitur.

Commanducatus, huius commanducatus, penult. prod. [Greek] Plinius libro 24. capite 4. Vlcera commanducatu imposítoque efficacissimè sanari. In emendationibus codicibus legitur Commanducato, imposítoque.

Commaneo, commanes, penult. corr. commanere, Simul manere. Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 8. Referunt enim non ad eos qui adueniunt, sed ad illos qui in domo commanent.

Commanipulo, pen. cor. commanipulonis [Greek] Miles eiusdem manipuli, apud Spartianum. Ex Budaeo.

Commaritus, commariti, pen. prod. [Greek] Vice mariti. Plautus Casina, 18.

Meus socer, compar, commaritus villicus.

Commasculo, commasculas, pen. corr. commasculare. Macrob. lib. 7. Saturn. cap. 11. Commascula frontem, & sequestrata verecundia quam in te facies rubore indicat, confer nobiscum liberè quod occurrerit. Hoc est, aude virilem ostendere frontem.

Commater, commatris, pen. prod. foem. gen. Vide COMPATER.

Commeatus, In COMMEO.

Commeditor, pen. corr. commeditaris [Greek] commeditari. Author ad Herennium, lib. 3. Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus, egregiè cōmeditari oportebit, vt perpetuo nobis haerere possint. Id est meditari, & cogitatione memoriáque complecti. Lucret. lib. 6. de Carbaso,

Et fragiles sonitus chartarum commeditatur. Hoc est, exercet, facit, reddit.

Commemini, penult. corr. [Greek] Simul memini, vel idem quod memini simplex. Cic. 1. Tuscul. Ego autem non commemini, ante quàm sum natus, me miserum.

Commemoro, commemoras, pen. corr. [Greek] commemorare, Commonefacere, in memoriam reducere. Terent. Phorm. 4. 5.

Et quamob

Et quamobrem dem commemorabo. Cic.4. Academ. Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemorauit à patre suo dicta Philoni.

Monimenta clementiæ commemorantur in regibus. Cic. pro rege Deiotaro.

Commemorare de. Cic. pro Fonteio, Nō meliore fortuna ad probra nunc audienda Fonteius, quàm illi, de quibus antea commemoraui, fuisset.

De memoria alicuius commemorare. Cic.3. de Orat.

Commemorare, Aliter. Cic. de Senect. Pythagoreorū more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro vesperi.

¶Commemorare, pro Admonere. Pomponius in l. in vendendo. D. de contrah. empt. & vend. Si quum seruitus venditis prædiis deberetur, nec commemorauerit venditor, sed sciens reticuerit, &c.

Damna commemorare. Stat.9. Thebaid.

Commemorare officia quæ contulimus in alterum. Cic. de Amic.

Pericula exhausta commemorare. Ouid.12. Metam.

Prælia sua commemorare. Ouid.9. Metam.

Commemorare verbis. Cic.7. Verr. Quid verò illa Segestanorum non solùm literis tradita, neque cōmemorata verbis: sed multis officiis illorum vsurpata & comprobata cognatio?

Repetam commemorare, Id est denuo commemorabo, & iterum dicam. Lucret. lib.6,

Nunc omnes repetam quàm raro corpore sint res
Commemorare.

Sed quid ego plura commemorem? Oratio transitioni ad narrationis finem apta. Catul. epig.59.

Dici aut commemorari. Cic. pro Quintio, Nam quid hoc iniquius aut indignius C. Aquili dici aut commemorari potest?

Commemorando. Lucret. lib.1,
Multáque præterea tibi possum commemorando
Argumenta fidem dictis contradere nostris.

Commemorandus. Cic.2. Verr. O commemoranda iudicia, &c.

Commemoranda & diuina liberalitas. Cic. Lentulo, lib.1. epist.9, Huc accessit commemoranda quædam & diuina Cæsaris in me fratrémque meum liberalitas.

Commemoratio {ὑπομνημάτισμός} Verbale. Terent. And.1.1,
-nam isthæc commemoratio,
Quasi exprobratio est immemoris beneficij.

Antiquitatis commemoratio. Cic. in Orat.

Commemoratio pecuniarum in chirographo facta. Scæuola in l. vlt. D. de probat.

Popularis commemoratio. Quintil. lib.4. cap.3.

Non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri. Cic. pro Archia.

In assidua commemoratione omnibus esse. Cic.3. Verr. Opponitur autem ei quod dicitur, In obliuione iacere.

Commemorabilis, & hoc commemorabile, pen. corr. {ὑπομνηστικός} Dignus qui cōmemoretur. Plaut. Pseud.7, Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem. Cic.2. de Nat. deor. Multáque alia in aliis locis commemorabilia proferre possum.

Vir optimus & commemorabili pietate ac virtute præditus. Cic. pro Marcello.

Commemoramentum, Idem quod Commemoratio, veteribus. Cæcil. Plocio, Pudebat, credo, commemoramentum stupri. Nonius.

Commendo, commendas {συνίστημι, συστατῶ} commendare, Cōpositum à Mando: quòd si cum datiuo iungatur, significat Committo. vt, Commendo te regi. Si verò accusatiuo cum Apud, vel ablatiuo cum In, significat Laudo. vt, Commendo te apud regem. Ex Vallæ lib.3. cap.45. Vlpianus de verb. signific. l.86, Commendare nihil aliud est quàm deponere.

Committere & commendare aliquid alicui. Cic.11. Philip. Harum rerum omnium decertatio Consulibus optimis & fortissimus commissa & commendata.

Commendare plus est quàm cōmittere. Cic. pro Domo sua, Omne vobis erga meam dignitatem, studium, & iudicium non modò commissum, verumetiam commendatum esse arbitrabantur.

Commendare & concredere. Cic. pro Sex. Rosc.

Rem & famam suam commendare & concredere alicui. Cic. pro Quintio.

Se totum commendare atque tradere alicui. Cic. Curioni, libro 2. epistola 5.

Quàm diligentissimè commendare. Cic. Caninio, lib.2. epist.16.

Intimè commendare aliquem. Cic. Q. frat. lib.2.

Commendare aliquid alicui, aut aliquem alteri. Cic. ad Lentul. lib.1. epist.3, Commendo tibi eius omnia negotia, liberos, procuratores.

Commendo tibi me ac meos amores. Catul. epig.15.

Habenas rerum commendare alicui. Claud.6. Paneg.

Cōmendare alteri suam iustitiam humanitate. Plin. Iunior, lib.9. epist.5, Egregiè facis (inquiro enim & persevero) quòd iustitiam tuam prouincialibus multa humanitate commendas.

Commendare alteri liberos suos testamento. Cic.3. de Finib.

Ita commendare negotia, vt maiore studio, magísve ex animo cōmendare non possit. Cic. Cornificio, lib.12. epist.26.

Omnes opes fortunásque suas alicui commendare. Cicero pro Quintio.

Salutem alicuius alicui commendare. Cic. in Parad.

Curæ alicuius commendare aliquem. Ouid.3. Fast.

Pontificum authoritati, fidei, prudentiæ, sacra religionésque & priuatas & publicas, maiores commendabant. Cic. de Arusp. resp.

Commendare aliquem fidei alterius. Cic. lib.15. epist. Fam. epist.2.

Fidei aliquorum commendare quem antea diis commēdauit. Cic. pro Murena.

Fidei, virtuti, Felicitati alicuius Galliam commendare. Cicero de Prouinc. Consul.

Totum me tuo amori fidéique commendo. Cic. Attico, lib.3.

Tutelæ aliquorum filios suos commendare. Cic.1. de Orat.

Adolescentiam alicuius ad opinionem aliquam commendat domus alicuius. Cic.2. Offic.

Commendare se alicui in clientelam. Terent. Eunuch.5.9, Thais patri se commendauit in clientelam & fidem. Hoc more & instituto Atheniensium, apud quos, qui ciues non erant, sed inquilini, patronum aliquem sibi optabant, quod προστάτην νέμειν dicebant. Qui autem patronum non habebat, in ius eo nomine vocabatur, appellabatúrque illud iudicium, ἀπροστασίου δίκη. Turnebus.

Cōmendare de meliore nota. Curius ad Ciceronem, lib.7. ep.29, Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conseruare, & Sulpitij successori nos de meliore nota commenda.

¶Commendare aliquem sempiternæ gloriæ. Cic. ad Lucceium, lib.5. epist.12.

Immortalitati commendatur historia voce oratoris. Cicero 2. de Oratore.

Iudicio omnium commendari ab aliquo. Cassius Ciceroni, lib.12. epist.13.

Commendare literis. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 10, Satis me multa scripsisse, quæ literis commendari possint, arbitror.

Monumentis alicuius petere res suas quamcelerrimè cōmendari. Cic. Lucceio, lib.5.12.

Multis monimentis ad omnem memoriam commendari. Cic.9. Philipp.

Cōmendare memoriæ. Cic.3. de Finib. Quare attendo te studiosè, & quæcunque rebus his, de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ commendo.

Commendare se fugæ. Hirtius de bello Africano, lib.5, Paruulum nauigium nactus conscendit, ac se fugæ commendat.

¶Commendare {ἐπαινεῖν} pro Laudare. Cic.7. Verr. Qui quum se virtute, non genere pop. Rom. commendari putaret.

Nulla re vna magis orator commendatur, quàm verborum splendore & copia. Cic. de Claris Orat.

Memoria viuorum & præsentium teste commendare aliquos. Cic. 2. de Orat.

Commendare amici munuscula. Martial. lib.1. epig.79,
Sed si parua tui munuscula quæris amici
Commendare, &c.

Commendare halitum suum re aliqua. Plin. lib.12. cap.3, Hæc est autem cuius grana Parthorū proceres incoquere diximus esculētis, commendandi halitus gratia. Hoc est, ad optimum & odoratum halitum conciliandum & faciendum.

Commendat res illa virum. Ouid. de Tristibus,
Nullos (crede mi) commendat imago parentum.

Commendat hæc res vina suo succo. Plin. lib.13. cap.19, de loto arbore loquens, Fruticosior hæc fructúque magis rubēs, cuius nucleus non simul manditur, iucundus per se, atque suauior è vino: quin & vina succo suo commendans. Id est faciens vt vina pluris fierent.

Eloquentiam vox maximè commendat. Cic.1. de Orat.

Cura commendat faciem. Ouid. de Medicamine faciei.

Iuuenem commendare amicæ dicitur vinum. Horat.1. Epist.15,
-generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet
In venas animúmque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ. Inter omnia quæ vino accidunt, & illud est maximum, quòd vires præstat in Venerem. Hoc est ergo quod dixit, Quod iuuenem commendet amicæ, Id est fortem & amabilem amicæ reddat, vt iuuenem. Porphyr.

Nitorem commendare oleum amygdalinum dicitur. Plin. lib.23. capite 4.

Reos maximè commendat placida, summissa, & lenis oratio. Cic. 2. de Orat.

Commendatus, Participium. Cic. pro Rosc. Amer. Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt, atque concreditæ.

Sacrum sacróve commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. Cic.2. de Leg.

Non modò commissum, verùm etiam commendatum iudicium aliquibus erga dignitatem alicuius. Cic. pro Domo sua.

Spes à viro in aluo commendata. Cic. pro Cluentio, Spem illam, quam in aluo commendatam à viro continebat, victa auaritia sceleri Oppianici vendidit.

Dono aliquo deorum & munere commēdati nobis poetæ videntur. Cic. pro Archia.

Ex vtilitate sua commendatæ nobis res, Id est quas amamus ob vtilitatem quam ex eis percipimus. Lucret. lib.5,
Multáque sunt, nobis ex vtilitate sua quæ
Commendata manent tutelæ tradita nostræ.

Fauore alicuius commendatum esse. Ouid.3. de Ponto, eleg.4.
Sint igitur vestro mea commendata fauore
Carmina.

Commendatus literarum honore. Plin. lib.35. cap.18.

Sibi commendatus. Cic.4. de Finib. Omne animal ipsum sibi commendatum, vt se & saluum in suo genere incoluméque vellet.

Commendatum habere aliquid. Plancus Cicer. lib.10.21, Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Habere aliquos commendatos. Trebonius Ciceroni, lib.12.16.

Dignitatem alicuius commendatam habere. Cassius Ciceroni, lib.12.12.

Commendatus, penult. prod. Nomen {σύστασις} Cic. pro Corn. Balbo, Quis est enim nostrum, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia, commendatior?

Memoriæ hominum sempiternæ commendatiores. Cic.2. Philip.

Commendationes esse famæ. Plinius lib.25. cap.10, Similiter eam quam eupleam vocant: tradúntque ea perunctos commendatiores esse famæ.

Omnibus rebus cômendatissimos aliquos habere ab aliquo. Cic. Cornificio,lib.12.25.
Commendatio {σύστασις} Verbale. Cicero ad Lentulum, libro1.3, Nostra, cæterorúmque amicorum commendatione gratissimus in prouincia fuit.
Caput commendationis alicuius.Cic.Cornificio,lib.12.25.
Ad cæteros contempti hominis cômendatio non defuit. Cic. Attico,lib.8.
Exequi ambitione quadam commendationes alicuius. Cic. Acilio,lib.13.33.
Intelligere commendationem maximo vsui esse sibi. Cic.Cornificio,lib.12.28.
¶Commendatio {ἔπαινος} Laus. Cic.ad Lentulum, lib. 1. 7, Magna est hominum opinio de te,magna commêdatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.
Commendatio ac iudicium.Cic.pro Cælio.
Honoris petitio & commendatio.Cic.Bruto,6.2.
Ingenij commendationem euertere.Cic.de Claris Orat.
Liberalitatis commendatio.Cic.Lentulo,lib.1.7.
Oculorum commendatione aliquid animis tradi.Cic.2.de Orat.
¶Accurata.Vide ACCVRO.
Breuis. Vide BREVIS.
Vulgaris.Cic.Lentulo,lib.1.3.
In vulgus commendatio.Cic.5.Tuscul. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestiæ habeat, quàm voluptatis.
Oratio probitatis commendatione,boni viri speciem debet tueri. Cic.2.de Orat.
Homo per se cognitus nulla commendatione maiorum. Cic.1. in Catilinam.
Ad gloriam commendatio prima est adolescenti.Cic.2.Offic.
Prima commendatio quæ à natura nostræ facta est, nobis incerta & obscura est.Cic.5.de Diuinat.
Prima commendatio proficiscitur à modestia, cum pietate in parentes,tum in suos beneuolentia.Cic.2.Offic.
In prima commendatione dicere aliquid vel ponere.Cic.2.de Fin. Epicurus autem quum in prima commendatione voluptatem dixisset,&c. Et paulo pòst,Vt voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret. Id est,in primis laudaret.
A prima commendatione naturæ rationem ducere.Cic.5.de Fin.
Commendatio accersita. Vide ACCERSO.
Commendationem comparare.Cic.2.Offic.
Commendationem incuntis ætatis ab impietate & scelere ducere. Cic.pro Deiotaro.
Gratiarum actione magis quàm commendatione egere.Cic.Cornificio,lib.12,25.
Euertere commendationem.Cic.in Bruto.
Habere commendationem.Cic.Famil.7.
Renouare commendationem.Cic.Famil.7.
Valere communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ.Cic.pro Plancio.
Obrepere ad honores errore hominum, commêdatione fumosarum imaginum.Cic.in Pisonem.
Commendator,pen.prod.Verbale {συστάτης} Qui commendat aliquem alteri,vel laudat.
Commendatrix, pen.prod. Verbale fœm. {συστάτρια} Cic.1.de Leg.Sed profectò ita se res habet,vt quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricémque virtutum,ab ea viuendi doctrina ducatur.
Commendatrix terra.Plin.Iunior,lib.8.epist.20.
Commendatitius {συστατικὸς} Adiectiuum. vt, Commendatitiæ literæ, In quibus aliqui commendantur. Cic.6. Verr. Quod vbi intellexi, multum apud illum recentes nuntios, multum tabulas non commendatitias,sed tributarias valuisse:admonitu,&c.
Literas commendatitias alicui mittere. Labeo in l. vltima. D. de acquir.rer.dom.
Commendabilis,& hoc commendabile, penul.corr. {ἐπαινετός} Dignum quod laudetur.Colum.lib.5.cap.6,Sed vt desum arbustum commendabile fructu & decore est,sic vbi,&c.
Commensus. In COMMETIOR.
Commentaculum, Virga dicebatur, qua præco publicus præcedês sacra, turbam summouebat, silétiúmque indicebat,ne rem diuinam facturo mala vox obstreperet,aut quid auribus triste acciperet.Nanque in deorum sacrificiis taciturnitate in primis, & intentis animis opus erat. Ex Alex.Genial.lib.4.cap.17.
Commentitius,Commentor,Commentum, Vide COMMINISCOR.
Commeo, commeas, commeare {μεταβαίνω} ex Con & Meo, meas, compositum,Est animo redeundi abire. Colum.lib.1.cap.3,Multum conferre agris iter commodum:primùm,quod est maximum,ipsam præsentiam domini:qui libêtius commeaturus sit,si vexationem viæ non reformidet. Terent.Hecyra,1.2,
Rus abdidit se:huc rarò in vrbem commeat. Vbi Donatus,Commeare,est abesse inde vbi te esse oporteat.
Commeare dicuntur aues, anniuersario aduêtu discessúque notæ. Plin.lib.10.cap.23, Simili ausferes quoque & olores ratione cômeant.
Aliquò commeare.Tacit.lib.1.
Commeare ab aliquo. Cæsar 7.bel. Gal. Vt tutò ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.
Ab ortu ad occasum commeat sol.Cic.2.de Nat.deor.
Commeare ad aliquem. Cic.7. Verr. Te illam nauem parare,quæ prædam ex Sicilia deportaret, & quæ ad ea furta quæ reliquisses, commearet.
In via commeare. Vlpianus in l. 1. §. summa. D. de his qui deiecerunt vel effud.Cæterùm si aliquando vulgus in illa via non commeabat.

Vndique cum mercibus & oneribus in locum aliquem commeát omnes.Cic.pro Lege Manilia.
Commeare præter statuam. Plin. Iunior, lib. 1. epist.7, Erit ergo pergratum mihi,hâc effigiem subinde intueri,subinde respicere, sub hac consistere,præter hanc commeare.
Commeare viam scrupulosam. Plaut. Capt.4, Nam meus scrupulosam victus commeat viam. Id est asperrimus est victus meus. Iocus Plautinus per metaphoram.
Commeare vltrò citróque.Liu.5.bel.Pun.
Vicissim retrò commeant omnia.Cic.3.de Nat.deor.
Commeant literæ.Cic.ad Attic.lib.8.epist 9.Crebrò enim illius literæ ab aliis ad nos commeant. Ab aliis,ad alios missæ.
Commeant libidines. Cic.pro Cælio,Quæ haberet palàm decretum semper aliquem,cuius in hortos,domum, Baias,iure suo libidines omnium commearent.
Sermones commeant. Tacit.lib.2, Cæsar iud.cium haud aspernatus,congressus abnuit.posse enim eodem Flacco internuntio sermones commeare.
Commeare, Absoluté. Scæuola in l. Seiæ. §. Idem quæsiit. D. de fundo instruct. & instrum. legato, Respondit non legatos eos qui forté veluti commeantes transissent. De seruis loquitur,qui animo redeundi transissent.
Intentus & commeans animus.Cic.1.de Nat.deor.
Commeari. Vlpianus in l.1.D.de his qui deiec.vel effud.§.1.Publicè enim vtile est,sine metu & periculo per itinera commeari.
Commeatus, huius commeatus, pen. prod. {ἐξόδιον} Est (inquit Donatus) ex aliqua commoratione têporalis abscessus. Valla autem, Commeatus (inquit) in singulari tantùm pro facultate ad tempus à militia, ab aliove ministerio recedendi, quam præbet militi imperator, præpositúsve inferiori, eundíque quò velit ad præscriptum diem reuersuro. Licet Liuius lib.23.ait, Magna pars sine cômeatibus dilabebatur. Hactenus Valla,lib.3.cap.10. Festus, Commeatus dari dicitur,id est tempus quo ire & redire quis possit.
Argentarius commeatus. In ARGENTVM.
Commeatum accipere. In ACCIPIO.
Commeatum dare alicui. Martianus in l. 4. D. de pœnis, Nemo potest commeatum remeatúmve dare exuli, nisi imperator ex aliqua caussa.
Commeatum liberum impetrare. Vlp.in l.sium. D.ad municipal. Senatores, inquit, qui liberum commeatum,id est vbicunque velint morandi arbitrium,impetrauerunt,domicilium in vrbe retinent.
Commeatum petere. Traianus Plinio,lib.10.epist.9.
Ad diem commeatus venire. Author ad Heren.lib.1.
¶Commeatus, pro ipso commeandi actu. Cæsar bel. Gall. lib.5, Obsidibus acceptis,exercitum reducit ad mare, naues inuenit refectas. His deductis, quòd & captiuorum magnum numerum habebat,& nonnullæ tempestate deperierant naues, duobus commeatibus exercitum deportare constituit.
¶Commeatus in vtroque numero {τροφή} pro Cibariis ad alimoniam Reip.aut exercitus, aut alicuius multitudinis sumitur. Interdû etiam priuati hominis. Cic.pro Lege Manilia, Commeatu & priuato & publico prohibebamur. Hæc Valla lib.3.cap.10. Cic.7.Verr.Te igitur authore & interprete, ne foro quidem & cômeatu Mamertini pop.Romanum iuuare debuerunt.
Abundare commeatu.Cæsar 3 de bel.Ciuil.
Intercludere hostes commeatibus. Vide INTERCLVDO.
Intercludere inimicis commeatum. Vide INTERCLVDO.
Locare commeatum.Sallust.in Iugurth.
Mittere commeatum.Cæsar 5.de bel.Ciuil.
Parare commeatum.Sallust.in Iugurth.
Patere commeatum.Sallust.in Catil.
Portare commeatum.Sallust.in Iugurth.
Recipere commeatum.Cæsar 1.de bel.Ciuil.
Subministrare commeatus copiam.Cæsar 4.de bel.Ciuil.
Subuehere commeatum.Liu.lib.3.
Commeatalis miles dicitur, qui in stipendij partem accipit alimenta ex commeatu,id est ex alimento publico. Iust. de præf. præt.Aphric. Equas Deo,Nullum audeant duces, vel tribuni,cômeatalem de ipsis dimittere, ne dû sibi lucrum student conficere, in custodias nostras relinquant prouincias. Et infrà, Non de commeatalibus militum, aut de eorum stipendiis lucrum facere.
Commercor, commercaris, commercatus sum {συμπορεύομαι} commercari, Idem quod mercari,vel multas res simul mercari. Plautus Capt.1,Pater captiuos commercatur alios,tantum studens vt natum recuperet.
Commercium, commercij {συνάλλαγμα,ἐμπορία} Quasi contrectatio quædam mercium,inquit Sipontinus. Plin.Iunior in Paneg.Diuersásque gentes ita commercio miscuit,vt,&c. Vlpianus Instit.tit.19, Commercium,inquit,est emendi vendendíque inuicem ius.
Honorum commercia.Claudian.Panegyr.2.
Commercia belli. Virg.l.10.Æneidos,
-belli commercia Turnus
Sustulit ista prior. Id est vicissitudines, inquit Seruius. Tacit. lib. 19.non ita procul à fine,Sabini cæde,dirempta belli commercia.
Cômercio sermonis feras linguas contrahere ad colloquia. Plin. lib.3.cap.5.
Terræ geminæ commercia.Id est concertatio duarum inter se regionum. Stat.1.Achilleidos,
Hoc fœdus Phrygium,hæc geminæ commercia terræ. Id est Græciæ & Asiæ.
Facere commercia. Claudian.1.de raptu Proserpinæ,
-qui fas per limen vtrunque
Solus habes, geminóque facis commercia mundo. Hoc est, mutuam consuetudinem. Est autem commercium, libera commeandi contrahendíque facultas, ab iis qui merces vltrò citróque conuehunt,appellata. Hactenus Parthasius.

Commer

Commercium rei habere quid sit, apparet ex verbis Vlpiani in l. multum interest. D. de verb. oblig.

Locum esse commercio. Brutus Cic. in epist. ad Brutum.

In agro Segestano Panormitanis commercium est. Cic. 5. Verr.

Alicui ne commercium quidem esse oportet. Cic. 4. Verr.

Miscere commercio diuersas gentes. Vide MISCEO.

Commercium, Rerum permutatio. Plin. lib. 33. cap. 1, Vtinámque posset è vita in totum abdicari aurum, &c. quantum feliciore æuo, quum res ipsæ permutabantur inter se, sicut & Troianis temporibus factitatum Homero credi conuenit. Ita enim, vt opinor, commercia victus gratia inuenta. alios coriis boum, alios ferro captiuísque rebus emptitasse tradit, &c.

¶Commercium, Vsus & consuetudo, vel societas. Et tunc præpositioni CVM iungitur. Cic. de Senect. Nec habet vllum cum virtute commercium. Idem 5. Tusc. Qui modò cum musis, id est cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium.

Non habet commercium cum virtute voluptas. Cic. de Senect.

Exercere commercia linguæ. Ouid. 5. Trist. eleg. 11.

Perdere linguæ commercia, id est vsum. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.

Commercium libidinis habere cum aliqua. Val. Max. lib. 8. cap. 2. De C. Visellio.

Commerco, commeres, penult. corr. commerui, & commeritus sum {ἀξιόομαι, ἀπολαύω} commercêre, neutrum: vel commereri deponens, Idem significat quod mereri. Cicero 1. de Orator. Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur.

Commerui vt. Terent. Hecyra. 4. 2.

Vt nunquam sciens commerui meritò vt caperet illa odium mei.

¶Commerere, Aliquid malè agere, delinquere, peccare, vt aiunt Donatus & Seruius. Tamesi, authore Donato, Commereri, maioris culpæ sit: Peccare, multo minoris vel leuioris.

Commereri & peccare. Terent. And. 1. 1,

Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?

Commereri aliquid erga alterum. Terent. Hecyra. 3. 5,

Quæ nunquam quicquam erga me commerita est.

Commereri culpam aut noxam. Terent. Phorm. 1. 4,

-arbitrabitur

Commeruisse culpam. Vbi Donatus, Commeruisse, commisisse. Author ad Heren. lib. 2. ex Plauto,

Nam ego amicum hodie meum

Non castigabo pro commerita noxia.

Commerere culpam in se Plaut. Merc. 10. 12,

Vt illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent.

Commerere culpam de aliqua re. Terent. Hecy. 4. 4,

-ah Nullam de his rebus culpam commeruit tua.

Pœnam commeruisse. Ouid. 2. Trist.

An semel est pœnam commeruisse parum?

Commetior, commetiris, pen. prod. commensus sum {συμμετρέω} commetiri, Idem quod Metiri. Plaut. Mostel. 11,

-omnes porticus

Commensi sumus. Columel. lib. 5. cap. 1, Quum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noster à me requireret.

Commetiri numero. Cic. de Vniuers. Cæterorum autem syderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter se numero commetiuntur.

Commetiri cum tempore negotium. Cic. 1. de Inuent. Nam sæpe oportet commetiri cum tépore negotium, & videre potuerítne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.

Commensus, huius commensus {συμμετρία} Symmetriam significat, Vitruuio lib. 3. cap. 1, Reliqua quoque membra suos habent cómensus proportionis, quibus etiam antiqui pictores & statuarij nobiles vsi, magnas & infinitas laudes sunt assequuti: similiter verò sacrarum ædium membra ad vniuersam totius magnitudinis summam ex partibus singulis conuenientissimum debent habere commensuum responsum.

Commetare, Verbum obsoletum, pro Commeare. Nouius Bubulco cerdone, Quum ad lupam Nostram tam multi crebrò commetant lupi. Afranius Virgine, Quò tu commetas? vbi confixus desides? Nonius.

Commictilis, Compositus. Pomponius Præcone posteriore, Si sciam quid velis, quasi serui comici commictilis. Nonius.

Commigro, commigras, pen. corr. {μετοικίζομαι, μεταναστεύω} commigrare, Idem quod migrare. Terent. Adelph. 4. 5.

Neque enim diu huc commigrarunt. Plin. lib. 35. cap. 11, Captóque rege Perseo Athenas commigrauit.

Commigrauit habitatum. Plaut. Trinum. 14,

Is habitatum huc commigrauit.

Commigrare in domum suam. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 7, Sed vt spero paucis mensibus post Calend. Quintiles in tuam cómigrabis.

Commiles, pen. prod. huius commilitis, pen. corr. m. g. {συστρατιώτης} Cæs. bel. Ciuil. lib. 2, Commilitésque nonnulli grauiores sermones militum vulgò durius accipiebant. Plin. lib. 37. cap. 2, Reipublicæ data tum mille talentûm: Legatis & Quæstoribus, qui oras maris defendissent, H-S bina millia: commilitibus singulis quinquagintà.

Commilito, pen. corr. commilitonis {συστρατιώτης} Qui simul militat, hoc est socius in bello. Dux autem in bello, non commilitones, sed milites suos appellabit. Licet Cæsar, & quidam alij appellauerint milites, suos commilitones, comparandæ beneuolentiæ gratia. Sueton. in Cæsare, cap. 67, Nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipse vnus esset ex numero militum. Liu. 3. ab Vrbe, Supinas deinde tendens manus, com militones appellans orabat.

Miles & commilito. Cic. pro Deiotaro, Hic verò adolescens, qui meus in Cicilia miles, in Græcia commilito fuit.

Commilitium {συστρατεία} Ipsa belli societas. Plin. Iun. lib. 10. epist. 26, Parcitorem me in laudando facit, quòd spero tibi & integritaté eius, & probitatem, & industriam, non solùm ex eius honoribus, quos in vrbe sub oculis tuis gessit, verumetiam ex commilitio esse notissimá. Id est ex militia eius, vel ex tempore diuturno quo militauit. Corn. Tacit. lib. 1, Chanci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. ¶Apud Apul. etiam commilitia legitur f. g.

Vti commilitio alicuius. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Comminiscor, comminisceris, pen. corr. {συμμελετάω, πορίζομαι} commentus sum, comminisci, dictum à con & mente, quum finguntur in mente quæ non sunt: inquit Varro de Lingua Latina, lib. 5. Terent. Heaut. 4. 6,

Huiusmodi mihi res semper comminiscere. Cic. 4. de Fin. Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur.

Comminisci, Excogitare. Liuius 7. belli Macedon. Nihil aduersus tale machinationis genus parare aut comminisci oppidani conabantur.

Confingere & comminisci. Author ad Herenn. lib. 2.

Comminisci aliquid de sua sententia. Plaut. Capt. 2,

Itaque hi commenti de sua sententia,

Vt in seruitute hic ad suum maneat patrem.

Ad comminiscendum ingeniosus. Author ad Heren. lib. 2.

Commentus {πορισάμενος} Participium actiuæ significationis.

Monogrammos deos & nihil agentes commentus est Epicurus. Cic. 2. de Nat. deor.

Commentus {πεπλασμένος} Participium passiuæ significationis.

Sacra commenta Ouid. 1. de Arte. Id est ficta.

Funera commenta. Ouid. 6. Metamorphoseos,

Dat gemitus fictos, commentáque funera narrat.

¶Commentus, pro Commonitus apud veteres legitur, teste Nonio. Plaut. Amphitr. Faciam Amphitryonem aduenientem ab ædibus, vt abeat quouis pacto, fac commentus sies.

Commentum, commenti {πλάσμα} Fictio. Terent. And. 1. 3,

-atque ipsis commentum placet.

Retegere commenta alicuius. Ouid. 13. Metam.

Opinionum commenta delet dies. Cic. 2. de Nat. deor.

Commentitius {πλασματώδης, πλαστός} Adiectiuum, Idem quod fictitius. Cicero 1. de Oratore, Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur.

De commentitiis rebus inaudita ac noua, quæ aliquis obiicit, diluere. Cic. pro Rosc. Amer.

Crimen commentitium confirmare. Cic. pro Rosc. Amer.

Commentitij & ficti dij. Cic. 2. de Nat. deor.

Ficta & commentitia fabula. Cic 3. Offic.

Futiles commentitiæque sententiæ. Cic. 1. de Nat. deor.

¶Commentitium significat etiam nouum & recens excogitatum, Hoc est, non translatitium, non aliunde sumptum. Sueton. in Claud. cap. 21, Spectacula quoque complura magnificáque edidit, non vsitata modò, ac solitis locis, sed etiam commentitia, & ex antiquitate repetita. Budæus.

Noua & commentitia. Cic. 5. de Finib. Hæc igitur quum ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis & commentitiis, vt ista producta & reducta, &c.

Ius commentitium. Paulus in l. si pœna. D. de pœnis, Si pœna alicui irrogatur, receptum est commentitio iure ne ad hæredem transeat.

Commentor, commentoris {εὑρετής} Verbale. vt

Vux commentor dicitur Bacchus ab Ouid. 3. Fastorum,

Luce sua ludos vuæ commentor habebat. Id est inuentor.

Commentor, commentaris, commentatus sum {συντάττω, συμμελετάω, μελετάω, ὑπομνηματίζομαι} commentari, Frequentatiuum à Comminiscor, significat confingere fallaciam, authore Donato. Plautus Casina, 5,

Vt citò commentatus est: ecquid te pudet?

¶Commentari aliquem. Plaut. Pœn. 2.

Achillem Aristarchi mihi commentari lubet.

¶Commentari, Cogitare, agitare, tractare, mentionem facere. Cicero ad Atticum, libro 4, Veruntamen idipsum mecum in his locis commentor, vt ista improbem. Idem 5. Verr. Cupiunt commentari aliquid & discere.

¶Commentari, Disputare. Cic. 5. de Finib. Satísne vobis videor pro meo iure in vestris auribus commentatus?

Commentari & meditari de aliqua re. Cic. 3. Philip.

Plures dies in villa commentari. Cic. Cassio, lib. 12. 2.

Commentandi causa atque inter se colloquendi congregantur in templo magi. Cic. 1. de Diuinat.

Multos annos aliquid commentari. Cic. Mario, lib. 7. 1.

Inter se commentari qua ratione traducendum sit eis tempus. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6.

Quotidie commentari. Cic. 3. de Orat. Magister hic Samnitû summa iam senectute est, & quotidie commentatur.

Cum aliquo quotidie declamitantem commentari. Cic. de Claris Orat.

Cum literatis, omnibus exclusis, commentari. Cicero de Claris Orator.

¶Commentari {πορίζειν} pro Inuenire. Cic. 11. Philipp. Quorum alter commentatus est Mimos, alter egit Tragœdiam.

Agere causam, & commentari. Cic. de Claris Orat. Quum esset ei nuntiatum tempus esse, exisse in ædes eo colore & iis oculis, vt egisse causam, non commentatum putares. Hoc est in Senatu orasse, non domi meditatum.

Orationem in aliquem commentari. Cic. pro Rosc. Amer.

¶Commentari, Quicquam scribendo componere. Plin. lib. 18. cap. 25, Id eo ipso anno quum commentaremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum.

θέσεις meas commentari non desino. Cic. Att. lib. 9.

Commentatus, pen. prod. {μεμελετηκώς} Participium. Cic. ad Tironem, libro 16, Isque diu, & multis lucubrationibus commentata oratio-

ne, vide vt probare possit te non peccasse.

Commentata & scripta alicuius. Cic. in Bruto, Vt sua & commentata & scripta & nullo referente omnia aduersariorum dicta meminisset. Id est cogitata. Legitur & commenta.

Commentatio {μελέτη, σύσκεψις} Verbale. Id est meditatio atque contemplatio. Plin. lib. 18 cap. 25, Et Sosigenes ipse trinis commentationibus non cessauit addubitare ipse semet corrigendo.

Meditatio & commentatio rei alicuius. Cicero 3. Tuscul. Nihil est enim quod tam obtundat eleuétque ægritudinem, quàm, &c. meditatio conditionis humanæ, quam vitæ lex, commentatióque parendi.

Multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos locos habere. Cic. 2. de Orat.

Cogitatio & commentatio. Cic. 1. de Orat. Nam si subitam & fortuitam orationem cómentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipsam profectò assidua ac diligens scriptura superabit.

Causarum commentatio. Cic. Præto, lib. 9. 20.

Mortis commentatio. Cic. 1. Tuscul. Tota enim philosophorum vita, vt ait idem, commentatio mortis est.

Inclusa commentatio in veritatis lucem proferenda est. Cicero 1. de Orat.

¶Commentatio, pro descriptione. Plinius libro 6. cap. 17, Seneca etiam apud nos, tentata Indiæ commentatione, sexaginta amnes eius prodidit.

Accuratæ & meditatæ commentationes. Cic. 1. de Orat.

Quotidianis commentationibus sese exercere. Cicero de Claris Oratoribus.

In exercitationibus & commentationibus multum operæ ponere. Cic. de Claris Orat.

In lustris & in vino commentatio. Cic. Cassio, lib. 12. 2.

Commentarius, m. g. vel commentarium, commentarij, n. g. {ὑπομνήματα, ὑπομνηματισμὸς, ὑπομνηματικόν} Liber est quem sibi quisque nostrum priuatim facere consueuit, quasi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, Id est diarium & ephemeris actionum nostrarum. Registrum vulgò vocatur. Quod Latinè regestum dici potest, quum Quintilianus regerendi verbo vtatur. Huiusmodi autem librũ factitasse sibi principes Romanos multis authoritatibus probari potest. Sueton. in Tiberio, cap. 61, Commẽtario quem de vita sua summatim breuitérque composuit, ausus est scribere, Seianum se puniisse, quòd comperisset furere aduersus liberos Germanici filij sui. De commentariis Claudij & Neronis loquitur. Plin. Iun. lib. 6. epist. 22, Corrupto enim scribæ seruo, interceperat commentarios, intercideratque, ac per summũ nefas vtebatur aduersus amicum crimine suo. Hæc Budæus. Vide Vallam lib. 4. cap. 21.

Commentarius igitur & commentarium dicitur quicquid ita cõficimus, vt memoriæ tantùm gratia, non plenæ narrationis facere videamur, in quo scilicet capita tantùm & summas rerum annotare solemus. Inde commentarij Cæsaris dicti, in quibus res eius in Gallia & bello Ciuili gestæ, non latè & plenè enarrantur, sed veluti perstringuntur. Cælius Cic. lib. 8. 11, Quam quisque sententiam dixerit, in commentario est rerum vrbanarum: è quo tu quæ digna sunt, selige. Budæus.

Commentarij authorum. Plin. lib. 37. cap. 12.

Diurni commentarij Sueton. in Augusto, cap. 64.

Grammaticorum commentarij. Quintil. lib. 1. cap. 8.

Pontificum. Cic. de Claris Orat.

Prætoris. Cic. 7. Verr. Audite decretum mercenarij Prætoris ex eius commentario.

Puerorum. Quintil. lib. 2. cap. 11.

In Rhetorum commentariis consenescere. Quintilianus libro 3. cap. 9.

Commentarium paulo plenius. Id est quod vulgò dicunt *memorias bene amplas*. Cic. de Claris Orat. Ipsa illa censoria contra Cn. Domitium collegam non est oratio, sed quasi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Budæus.

A commentariis. Vide A.

Conficere commentarios dixit Cicero ad Lucceium, libro 5. 12, Si enim (inquit) susceperis causam, conficiam commentarios rerum omnium. sin autem differs me in tempus aliud, coràm tecum loquar. Hoc vulgò *memorias & memoriale* vocant.

. Publicis commentariis consignati fundi. Cic. 2. de Orat. Vbi sunt ij fundi Brute, quos tibi pater publicis commentariis consignatos reliquit?

Breuiores commentarios facere. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Ex commentario dictaturam gerere. Cic. Augusto, Antonius vir animi maximi, &c. publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat ciuitates, ex commentario dictaturam gerebat, leges imponebat, &c.

In commentariis antiquis inuenire aliquid. Cic. de Clar. Orat.

Lege commentarios Aristotelicos. Cic. 3 de Fin.

Ex commentariis quærere aliquid. Cic. pro Sylla.

Recitare commentarium. Cic. 7. Verr.

Referre in commentarios. Traianus ad Plinium, Dedisse me ius trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua assueui, referri in commentarios meos iussi. Budæus.

Manu sua referre in commentarium aliquid. Cic. Att. lib. 7.

In commentarium referre scripta alicuius. Cic. 3. Tuscul.

In commentarium principis referre aliquem. Modestinus in Lab. esse. D. ex quibus causis maiores. Abesse Reipublicæ causa dicitur & is qui ab vrbe profectus est, &c. pertinet & ad Tribunos militum, & præfectos, & comites Legatorum, qui ad ærarium delati, aut in commentarium principis relati sunt. Sensus est, vt vult ibi Budæus, Tribunos, Præfectósque militum, eorúmque omnium comitatum, non aliter Reipub. causa abesse censeri, quàm si in acta ærarij quæ publica sunt, aut priuatum commentarium principis referendos se curarint, id est *registrandos* vt vulgò dicimus.

Regerere aliquid in commentarios. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Rerum suarum commentarios relinquere. Suet. in Cæsare, cap. 56.

In commentariis alicuius reperire aliquid. Cic. 1. Philip.

Scribere commentarios, Idem quod conficere. Plin. Iun. lib. 7. epist. 18, Quærente minaciter Mettio Caro an rogasset, respondit, Rogaui. An commentarios scripturo dedisset, Dedi.

Scribere commentarios rerum suarum. Cic. de Clar. Orat.

Superare memoriam aliquorum commentario. Cic. pro Sylla.

In commentariis breuiter tangere locum aliquem. Cic. 3. Offic.

Voluere commentarios alicuius. Liu. 3. ab Vrbe.

¶Commentarius, Pro eo quod instructiones vocamus. Liuius, Quæri iussit ab eo ecquem de iis rebus à patre commentarium accepisset. Budæus.

¶Commentarius, pro Compendiosa historia, quales sunt Cõmentarij Cæsaris. Cic. Att. lib. 1. 14. Commẽtarium Consulatus mei Græcè compositum misi ad te, &c. Budæus.

Ex annalium monumentis, atque ex regum commentariis conquirere aliquid. Cic. pro Rab. perduel. reo.

¶Commentarium, rij {ὑπόμνημα} Pro actorum perscriptione. Antonius Ciceroni, in Epistol. ad Atticum, libro 14. Quòd si duriorem te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te: quanquam videor debere tueri commentarium Cæsaris. Budæus.

Commentariolum, commentarioli, pen. corr. {ὑπομνημάτιον} Diminutiuum. Cic. 1. Philipp. An in commentariolis & chirographis & libellis se vno authore prolatis, ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuásque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? His verbis Cicero significat Commentarios priuatam esse memoriam: Acta autem debere esse memoria publica testata, quæ in ærario esse solebant. Budæus.

Perfectum omni ratione commentariolum. Cic. de Pet. Consul.

Profitentium commentariolis aliquid vulgatum esse. Quintilian. lib. 1. cap. 5.

Commentariensis, Qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Budæus. Asconius in eum locum Cicer. 3. Verr. Accensus Neronis, Accensus (inquit) nomen est ordinis, & promotionis in militia, vt nunc dicitur Princeps vel Commentariensis aut Cornicularius. Hæc enim nomina de Legionaria militia sumpta sunt.

¶Commẽtariensis, pro Tabulario siue actuario, qui publicas literas perscribit atque asseruat. Paulus in L. 45. §. 6. D. de iur. fisc. Quoties apud fiscum agitur, actorum potestas postulanda est, vt mentò iis vti liceat: eáque manu commentariensis adnotanda sunt. Hotomanus.

¶Commentariensis, pro Custode ac præfecto carceris, qui vinctorum nomina in commentario, id est libello perscribit. Impp. L. 4. C. de custod. reor. Ad commentariensem receptarum personarum custodia obseruatióque pertineat: nec putet, &c. Hotom.

Comministro, comministras {συνυπηρετῶ, ὑπηρετῶ} comministrare, Idem quod ministrare. Plinius libro 28. cap. 8, Super omnia est, quòd extremam fistulam intestini contra ducum ac potestatum iniquitates comministrant. Emendatiores codices legunt commonstrant.

Comminor, pen. corr. {ἀπειλῶ} comminaris, comminari, Idem quod minari, vel valde minari. Suet. in Cæsare, cap. 62, Vt aquilifero moranti cuspide sit comminatus.

Comminatio {ἀπειλή} Verbale. Plinius lib. 8. cap. 45, Sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargénsq́ in altum arenam, & solus animalium eo stimulo ardescens. De Tauris.

Orationis comminatio tanquam armorum ad vsum est. Cic. 3. de Orat. Orationis autem ipsius tanquam armorum est, vel ad vsum cõminatio & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa tractatio.

Comminuo, comminuis, comminui, comminutum, pen. prod. {συντρίβω, θραύω} comminuere, Idem quod minuere significat. Plin. lib. 20. cap. 4, Satius verò decocti mane poti ad ternos cyathos, cõminuunt & eiiciunt calculos.

Deturbare, affligere, comminuere, dissipare aliquid. Cic. in Pisonem, Illi autem statuam istius persimilem, quam stare celeberrimo in loco voluerat, ne suauissimi hominis memoria moreretur, deturbát, affligunt, comminuunt, dissipant.

Frangere & comminuere aliquem. Cicero 2. Offic. Opes habuit & multo maiores Viriatus Lusitanus, &c. quem C. Lælius, is qui sapiens vsurpatur, Prætor fregit & comminuit, ferocitatémque eius ita repressit, vt facilè bellum reliquis traderet.

Auaritia, comminuit atque violat officium. Cic. pro Quintio.

Pondus argenti comminuere. Horat. 1. Serm. Sat. 1,

Quid iuuat immensum te argenti pondus, & auri
Furtim defossa timidum deponere terra?
Quod si comminuas, vilem redigatur ad assem.

Vires ingenij comminuere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.

Lacrymis comminui, Id est frangi, flecti, mitigari. Ouid. epist. 3.

Comminuti re familiari. Cic. ad Attic. lib. 4.

Comminutæ opes & depressæ. Cic. 7. Verr.

Comminuendus {συντριπτέος} Participium. Ouidius de Medicamine faciei,

Vtraque sex habeat æquo discrimine libras,
Vtraque da nigris comminuenda molis.

Comminus, Vide COMINVS.

Commisceo, commisces, commistum {συμμίγνυμι, συμμίσγω} commiscere, Idem quod Permiscere. Plaut. Persa 4,

Commisce mulsum, struthea, colluteáque appara. Cic. 2. de Nat. deor. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mare, & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines.

Commiscere aliquid cum altero. Plaut. Rud. 13,

Nam

Nam siquis cum illo quid rei commiscuit. Id est, siquid negotij est alteri cum eo.
Commiscere consilium cum aliquo. Plaut. Mil 8,
Ego abeo, nequid tecum consilij commisceam.
Ius accusatoris cum iure testimonij commiscere. Author ad Herennium, lib. 4.

Commistus (συμμιχθείς) Participium. vt, Commista gemitu querela. Lucret. lib. 6.
Commistus alieno sanguine. Virg. 6. Æneidos,
-primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget. Syluius.
Fumus in auras commistus tenues fugit diuersa. Id est per diuersa. Virg. 4. Georg. Seruius.
Commistus cum ablatiuo loco datiui. Virg. 2. Georgicorum,
Magnus alit magno commistus corpore fœtus. Pro corpori. Seru.
Commiscendo. Lucret. lib. 4,
Et commiscendo quum semen forte virile
Fœmineum mulsit subita vi. Id est dum commiscentur.

Commiserescо, commiserescis (συμπαθέω) commiserescere, Idem quod miserescere. Terent. Hecy. 1. 2,
Ibi demum ita ægrè tulit, vt ipsam Bacchidem
Si adesset, credo ibi eius commiseresceret. Ennius Hectoris Lytris, Seruos & vestrum imperium, & fidem Myrmidonum vigiles commiserescite.

Commiseror, pen. corr. commiseraris (συμπαθέω) commiserari, Idem quod Miseror. Cic. 1. Verr. Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit? Gellius lib. 7. cap. 5.

Commiserans (συμπαθῶν) Participium. Gell. lib. 5. cap. 14, Ad eandem specum venit hic leo debili vno & cruento pede, gemitus edens, & murmura dolorem cruciatúmque vulneris commiserantia.

Commiseratio (συμπάθεια) Verbale. Cic. 2. de Orat. Quid de Quin. Regis commiseratione dicam?
Commiserationem breuem esse oportet: nihil enim lachryma citius arescit. Author ad Heren. lib. 2.

Commissum, Commissio, Commissura, Commissus, Vide COMMITTO.

Commitigo, commitigas, pen. corr. (καταπραΰνω, συμπραΰνω) commitigare, Idem quod mitigare.
Commitigare sandalio caput alicuius. Terent. Eunuch. 5. 8, Vbi Donatus, Commitigari, est tundendo deprimi atque deponi.

Committo, committis, commisi, penult. prod. commissum (συνάπτω, συμβάλλω, ἐπιτρέπω, πιστεύω, πλημμελέω) committere. Propriè (inquit Festus) est insimul mittere. nunc eo vtimur & pro facere, aut pro delinquere, aut pro incipere. Plin. Iun. lib. 10. epist. 41, Sed incertum vtrum ad colligendum humorem circumiacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. Id est coniungendum.
Animos committere. Catull. epigr. 57,
Quare nunc animos saltem committite vestros. Committere animos, est animos in commissionem & certamen adducere, & ad contentionem comparare: vnde commissiones gladiatorum dicebantur, quum paria comparabantur. Turnebus.
Committitur ceruix per vitalia vincula primo artu. Valerius libro 4. Argonaut.
Noctes duas committere, Id est coniungere, excluso die. Ouid. 1. Amor. eleg. 13. De Iouis trinoctio quo Herculem genuit.
Furta committere latebris, id est Abscondere. Stat. 2. Achil.
Gemmas committere mero, pro Merum committere gemmis, id est gemmatis poculis. Hypallage est apud Statium 1. Thebaidos,
-nec curas mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis.
Committere alicuius plagæ oras futuris, vulgus chirurgorum dicit *coniungere labra suturis*. Eo facto, testiculus intus reponendus est, oræque scroti suturis inter se committendæ, &c. Celsus libro 7. cap. 19.
Suturæ capitis in vnguem commissæ. Vide IN.
¶Committere semen solo. Colum. lib. 2. cap. 8, Sed si seri sunt imbres, quamuis sitienti solo, rectè semen committitur.
Sulcis committere semina. Virg. 1. Georg.
Terræ semina committere. Tibull. lib. 1. eleg. 7.
Stirpes committere ramis. Lucret. lib. 5.
Vinum committere venis. Horat. 2. Serm. sat. 4,
-quoniam vacuis committere venis
Non nisi lene decet. Subauditur vinum.
Vitem tenui committere sulco, Id est fossa, vt ait Seruius. Virgilius 2. Georgic.
Committere se in conclaue. Cic. pro Rosc. Amer. Quod poterat sanè esse suspiciosum, neutrum sensisse? ausum autem esse quenquam se in id conclaue committere eo potissimum tempore, &c.
Tecto se committere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2.
Vrbi se committere. Cic. Attico, lib. 15, Sed author non sum, vt te vrbi committas.
¶Committere (ἐπιτρέπειν, πιστεύειν) Tradere. Donatus, Committimus quæ cum magno periculo volumus esse seruata. Terentius Andr. 1. 5,
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Cic. 2. Offic. Itaque his salutem nostram, his fortunas, his liberos rectissimè committi arbitramur.
Committere & commendare. Vide COMMENDO.
Committere & communicare. Cic. Appio, lib. 3. 10, Quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicauit?
Committere & credere. Cic. pro Domo sua, Vt omnis Reipub. dignitas, omnium ciuium salus, vita, libertas, aræ, foci, dij penates, bona, fortunæ, domicilia: vestræ sapientiæ, fidei, potestatique commissa creditáque esse videantur.
Committere & credere honorem alicui. Cic. 7. Verr.
Rectè committere aliquid alicui. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.
Alendum aliquem committere alicui. Ouid. 13. Metam.
Regendum aliquem committere alicui. Ouid. de Arte, 3.
Arbitrio alicuius aliquid committere. Horat. 2. Serm. sat. 5.
Committere se in fidem alicuius. Terent. in prolog. Hecyræ,
Studium suum, & se in vestram commisit fidem.
In tutelam. Plaut. Rud 16,
More antiquo in tutelam, suum commiserunt caput.
Commendare & committere se fidei alicuius. Terentius Eunuch. 5. 2,
Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Ingeniis coniecturæque aliquorum aliquid committere. Cicero pro S. Rosc.
Populo se committere. Cic. pro Domo sua.
Potestati alicuius Rempublicam & arma populi committere. Cic. pro Milone.
Publicis præsidiis & armis se committere. Cic. pro Milone.
Causam alicui. Cic. 1. de Orat.
Consilia sua alicui. Cic. 5. Verr.
Curas suas auribus alterius. Seneca Hippol. 5.
Delictum hominum fortunæ iudicio. Cic. pro Cluent.
Epistolam alicui. Cic. Att. lib. 1. 8.
Existimationem ac spem reliquæ vitæ alicui. Cic. pro Quintio.
Habenas committere, Permittere regendi potestatem. Seneca Medea, 1.
Honores committere alicui, Id est officia honorata. Claudian. in laudibus Serenæ.
Incommoda sua legibus & iudiciis. Cic. 3. Verr. Hoc est, iudicium de incommodis secundum leges expectare.
Literas alicui. Cic. ad Att. lib. 1. 8, Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo.
Magistratibus aliquibus committere. Cic. pro Plancio.
Oscula committere linguæ. Ouid. epist. 21,
Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ,
Aptáque consueras accipere, apta dare.
Rem magnam difficilémque alicui. Cic. Valerio, lib. 13. 5.
Rem & vitam alicui. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Suffragium & iurisdictionem alicui. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 35, His ipsis quos vocamus insanos, suffragium & iurisdictionem committimus.
Vices suas alicui, Id est partes suas cum alio commutare. Seneca Herc. OEth. 2,
Commisitque vices Lucifer Hespero,
Et soles vetuit Delia tardior.
¶Caput committere tonsori. Horat. in Arte.
Committere collum suum alicui. Cic. 5. Tusc. Quinetiam ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit.
Crus commisit laqueo volucris. Ouid. 11. Metam.
Literis committere aliquid. Cic. Att. lib. 4.
Amores suos tabellis. Ouid. 1. Amor. eleg. 12.
¶Committere gnatam suam vxorem alicui. Terent. And. 1. 5,
Quid Chremes, qui denegarat se commissurum mihi
Gnatam suam vxorem? id mutat, quia me immutatum videt.
¶Committere in discrimen. Liu. 8. ab Vrbe, Quum me incertis auspiciis profectum ab domo scirem, vtrum mihi turbatis religionibus Respub. in discrimen committenda fuerit?
Committere se in præcipitem locum. Hoc est exponere & committere se periculo. Cic. 4. Acad. Ita enim finitima sunt falsa veris, eáque quæ percipi possunt (si modò ea sunt quædam: iam enim videbimus) vt tamen in præcipitem locum non debeat se sapiens committere.
Ausis magnis se committere. Claud. 2. in Eutrop.
Fortunæ. Cic. ad Attic. lib. 9.
Frigori aliquid. Celsus libro 6. cap. 18, Præcipuéque vlcus multa aqua calidum fouendum est, velandúmque, neque frigori committendum.
Se hyemi & fluctibus. Cic. 4. Verr. Hyemi fluctibúsque sese committere maluit, quàm non istam communem Siculorum tempestatem, calamitatémque vitare.
Itineri se committere. Vide paulo pòst, Hisce viis, &c.
Se labori. Cels. lib. 1. cap. 2, Siquis interdiu se impleuit: post cibum neque frigori, neque æstui, neque labori se debet committere.
Mari aliquem committere. Lucan lib. 5.
Nauigationi se committere. Cic. Tironi, lib. 16. 6.
Nocti. Ouid. 13. Metamorphoseos,
-cur audet Vlysses
Ire per excubias, & se committere nocti?
Periculo. Cic. ad Atticum, lib. 1. 8, Sed non committendæ eiusmodi periculo, vt aut interire, aut aperiri, aut intercipi possint. De literis.
Committere se periculo mortis, aut seruitutis. Cicero pro Lege Manilia.
Ponti sese committere. Per pontem transire. Virg. 3. Georg.
Ponto se committere, Id est mari. Cic. in Arato.
Pugnæ. Ouid. 14. Metam.
Ratem committere pelago. Horat. 1. Carm. ode 3.
Vento. Ouid. 3. Fast.
Rixæ se committere. Ouid. ad Pisonem.
Longius portubus committere se non audebant. Cæsar 3. belli Ciuil.
Soli se committere. Celsus libro 1. cap. 2. Habitare verò ædificio lucido per flatum æstiuum hibernum solem habente, cauere meridianum solem, matutinum & vespertinum frigus, itémque auras fluminum atque stagnorum, miniméque nubilo cælo soli aperienti se committere.
Vitam committere ventis. Virg. 10. Æneidos,

-non linquere castra
Hortati sumus?aut vitam committere ventis? Id est incertis & inanibus rebus. Seruius.
Vnda se commisit ventis.Ouid.11.Metam.
Hisce viis non se committere,quibus ire non ausus sis.Cic.13.Philip. Ibidem,paulo post,Possumve igitur satis videri cautus,satis prouidus,si me huic itineri tam infesto,támque periculoso commisero?
¶Committere {συμβάλλειν, συμβάλλειν} Est ad pugnam & ad concertationem exhibere. Vnde committi gladiatorum paria dicebatur in spectaculis & Athletarum certaminibus, id est ad digladiandum copulari compararique. Suet.de Clar.Gram. Ad exercitanda discentium ingenia æquales inter se committere solebat. Budæus.
Committere,Mutuo irritare,& ad dissidium impellere,& quasi in quoddam certamen adducere. Suet.in Calig.cap.56, Nec cessauit ex eo criminari alterum alteri,atque inter se omnes committere.
Fratres committere odiis.Claud.in Eutrop.
Committere bellum, Suscitare bellum inter duos populos. Inde bellum commissum apud Liuium,id est(vt vulgò dicunt)*guerra aperta*: quum aliqua iniuria lacessente bellum inter duos populos irritatur,quasique re ipsa inducitur. Liu.lib.1.secundi bel.Pun. Sed ita forsitan decuit cum fœderum ruptore duce, deos ipsos sine humana ope committere.ac profligare bellum: nos autem qui secundù deos violati sumus,commissum ac profligatum conficere. Ex Budæo.
Committere certamen.Liu.3.bel.Pun.
Iudicium committitur.Cic.pro Sexto Rosc. Longo interuallo iudicium inter Sicarios hoc primum committitur.
Committere manum alicui.Virg.lib.11.Æneidos,
Desiste manum committere Teucris. Id est bellum inferre.
Prælium committere,pro Incipere.Cæs.1.bel Gall.Equites nostri cum funditoribus sagittariísque flumen transgressi, cum hostium equitatu prælium commiserunt.
Prælia committere.Valer.lib.6.Argonaut.
Prælia committere versu.Ouid.in Ibin.
Pugnam.Silius lib.8.
¶Ludos.Cic.ad Qu.frat.lib.3.10,Hæc scripsi ad VIII.Cal.Nouēb. quo die ludi committebantur. Sueton.in Claud.Circenses etiam frequenter in Vaticano commisit,&c.
Spectaculum.Liu.2.ab Vrbe, Mane seruum quidam paterfamiliæ nondum commisso spectaculo sub furia cæsum, medio egerat circo: cœpti inde ludi,velut ea res nihil ad religionem pertinuisset.
Verba committere cæcis modis, Ænigma proponere,obscurè loqui.Seneca Thebaid.1.
¶Cōmittere aliquid {πλημμελεῖν} Peccare,Malè agere. Cic.1.Verr. Ego etiam quæ tu sine Verre commisisti, Verri crimini daturus sum. Virg.1.Æneidos,
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere?
Non timent qui nihil commiserunt.Cic.pro Milone.
Non impulsione, verùm ratiocinatione aliquid committere. Cic. 2.de Inuent.
Committere contra legem.Cic.pro Cluent.Sed ille idcirco his legibus condemnatus est,quòd contra aliam legem commiserat.
Committere multa in deos,& homines.Cic.3.Verr.
Adulterium.Quintil.lib.7.cap.3.
Cædem.Ouid.epist.14.
Culpam.Cic.ad Tironem,lib.16.11,Graues solent offensiones esse ex grauibus morbis,siquæ culpa commissa est.
Delictum.Cæs.7.bel.Gall.
Facinus.Cæs.3.bel.Ciuil.
Flagitium.Cic.de Claris Orat.
Fraudem.Horat.1.Carm.ode 28.
Iurgia.Plaut.Menæch.17.15.
-nisi quid commissi adiurgij est causa.
Maleficium.Cic.pro Sexto Rosc.
Multam committere, Aliquid facere quod multæ soluendæ sit obnoxium.Varro lib.2.de Re rust.Vide MVLTA,multæ.
Nefandum aliquid.Ouid.9.Metam.
Multas nefarias res.Cic.6.Philipp.
Rixam.Liu.5.ab Vrbe, Hæc quum fœdis certaminibus ageretur, nulla res alia manibus temperare plebem cogebat, quàm quòd vbi rixæ committendæ causa clamor ortus esset,principes,&c.
Magnum scelus.Cic.pro Sylla.
Impulsu simili aliquid committere.Cic.2.de Inuent.
¶Non committere vt,vel quamobrem. Cic.1.Offic.Nec committere vt aliquando dicendum sit Non putaram. Idem 3.Offic.Considerare debes nihil tibi esse committēdum,quamobrem eorum quos laudas,te non simillimum præbeas. Brutus Cic.lib.11.20.
Non committam posthac, vt me accusare de epistolarum negligentia possis.Cic.Att.lib.1.4.
Quia commisi vt me defrudes,ad eam rem affectas viam. Plautus Menæch.15.
Non committam,vt si defugerim,tibi causam aliquam dem recusandi.Cic.2.de Orat.
Nolle quenquam ciuem committere,vt morte multandus sit. Cic. 8.Philipp.
Non est meum committere vt,&c.Cic. Appio,lib.3.9,Nam profectò non est meum,qui in scribendo(vt soles admirari)tantum industriæ ponam, committere, vt in scribendo negligens fuisse videar: præsertim,&c.
Non placet nobis committere vt. Cic. Attico, lib.8, Quod quum ita esset, nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, vt temeritas nostra non solùm nobis, sed etiam Reipub.noceret.
Non putaui eum esse commissurum vt.Cic.Attico,lib.8.
Id est sordidum ad famam, committere vt accusator nominère. Cic.2.Officior.

Committēdum non putaui vt,&c. Brutus Ciceroni,lib.11.20,Hæc quum audīssem,& iam in itinere essem,committendum non putaui, prius vt Alpes transgrederer,quàm quid isthic ageretur,scirem.
Vereor committere vt &c.Cic.1.de Leg.
Alicuius consilio commissum esse vt,&c.Cic.Att.lib.1.
¶Committere se in aciem. Liu. 7. ab Vrbe. Ibi quia res trahi segnitia Græcorum non committentium se in aciem videbantur, Dictatorem,&c.
Committere se in conspectum populi. Cic.6. Verr. In Populi Romani quidem conspectum quo ore vos commisistis? Idem ad Attic. lib.8,Ne duæ legiones sine Picentinis cohortibus in cōspectum Cæsaris committerentur.
Committere se in Senatum. Cic.ad Qu.frat.lib.3.18,Quum Gabinius quacunque veniebat, triumphum se postulare dixisset, subitóq; bonus Imperator noctu in vrbem planè inuasisset, in Senatum se non committebat.
¶Committere de existimatione sua alicui. Cic. 5. Verr. Tum iste negat se de existimatione sua cuiquam,nisi suis commissurum.
¶Committere, Confiscare, Fisco attribuere. Paulus in l. debitor meus.D.negot.gest. Veluti si periculum erat,ne prædia in publicum committerentur,ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur,aut ex com promisso committeretur. Cic 4.Verr. Faciemus vt palæstritæ negent ex testamento esse positas: petant hæreditatem, quòd eam palæstræ commisisse dicant. Subaudi,statuam.
Committi {παραδίδοσθαι} Passiuum. vt, Mucronibus strictis committi. Ouid.3.Fast.Id est obiici,exponi.
Infirmo iudicio committi. Cic. Att. lib. 1.11, Id est coram infirmis iudicibus habere litem,& qui facilè corrumpi possint.
Commissus,Participium {παραδοθείς}Cic.pro Fonteio,Atque ita vt commissus sit fidei,permissus potestati.
Bella commissa alicui.Cic.pro Domo sua.
Deuotio capitis conuicta & commissa. Cic. pro Domo sua, Hanc ego deuotionem capitis mei,quum ero in sedes meas restitutus,tum denique conuictam esse & commissam putabo.
Lætitia commissa.Propert.lib.1.eleg.10,
Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ. Id est,mecum communicatæ.
Ludi commissi.Virg.5.Æneidos,
Et tuba commissos medio canit aggere ludos.
Piacula commissa.Virg 6.Æneidos,
Distulit in seram commissa piacula mortem.
Pugna non mediocri certamine nec parua dimicatione commissa.Cic.pro Murena.
Res inter se commissæ.Quintil.lib.7.cap.1.
Vt tutela, sic procuratio Reipublicæ, ad eorum vtilitatem qui commissi sunt,non ad eorum,quibus commissa est,gerenda est. Cic. 1.Officior.
Commissus,Fidei traditus.Catull.epigr.97,
Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,
Cuius sit penitus nota fides animi.
¶Commissus,Coniunctus & coagmentatus.Virg.3.Æneidos,
pistrix Delphinum caudas vtero commissa luporum. Seruius.
Dextera commissa dextræ.Ouid.epist.2.
Nocte commissa,Gemina.Seneca Herc.OEth.13.
Dispositio digestas res atque inter se commissas deuincit.Quintil. lib.7.cap.1.
Soluere commissas acies,Dirimere bellum.Propert.lib 4.eleg.4.
¶Commissus, Confiscatus. Paulus in l.Cotem.D.de publican. & vectig. Dominus nauis si illicitè aliquid in naue vel ipse,vel vectores imposuerint: nauis quoque fisco vindicatur. Quòd si absente domino id à magistro vel gubernatore, aut proreta, nauíve aliquo factū sit: ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, nauis autem domino restituitur.
Commissa hæreditas apud Iurisconsultos ea dicitur, in qua id cōmissum est quamobrem alteri debeatur. Velut, Iussus hæres fuerat statuas in foro ponere: nisi poneret, Veneri Erycinæ multatus est: mortuo testatore non posuit, commissa multa dicitur, & hæreditas, quoniam id commissum est quamobrem ei auferatur. Cic. 3. Verr. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent.
Commissa obligatio. Iulian.in l.1.§.vlt.D.de stipul. seruor. Sed in secunda obligatione Mæuio commissa, Titius exceptione debiti submouebitur.
Committendus,participium.Cic. Att.lib.10,Fortunæ sunt committenda omnia,sine spe conamur vlla.
Commissum {πλημμέλεια} Substantiuum. Cic. pro Sylla, Ecquod huius factum,aut commissum,non dicam audacius,sed quod,&c.
Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impiè commissum est.Cic.3.de Leg.
Turpe.Horat.3.Carm.ode 27.
Enuntiare commissa, Alterius secreta cum nobis communicata reuelare.Cic.2. Tuscul.
Fateri commissa.Stat.5.Sylu.5.Id est facinus.
Luere.Virg.1.Æneidos,
Pōst mihi non simili pœna commissa luetis. Id est persoluetis. Et hic sermo(ait Seruius)à pecunia descēdit: antiquorum enim omnes pœnæ,pecuniariæ fuerunt.
Negare.Claud.2.Paneg.Hoc est,rem nostræ fidei creditam.
Plorare.Horat.3.Carm.ode 27.
Prodere commissa.Horat.1.Serm.sat.3.Secreta reuelare.
Punire.Sil.lib.13.
Tacere.Horat. 1.Serm.sat.4.
Tegere. Id est tacere sibi credita.Horat.in Arte.
Commissa dicuntur, inquit Asconius,quæ contra voluntatem testatoris facta aut non facta ab hærede, multa aliqua pœnáque plectuntur.Cic.4.Verr. Si commissum quid esset.
¶In com-

¶In commissum cadere, In commissi causam incidere. Martianus l. interdum. D. De publicanis & vectigal. Interdum nec vendendus est seruus, qui in commissum ceciderit: sed pro eo aestimatio à domino danda est. Diui enim Seuerus & Antoninus rescripserunt: quum is seruus qui actum domini gessisse diceretur, in commissum cecidisset, venire non debuisse, sed pro eo viri boni arbitratu aestimationem oportuisse dari. Iidem etiam eadem epistola rescripserunt siquis improfessus seruus fuerit, & probetur in commissum cecidisse, & aut vxorem domini corrupisse dicatur, aut aliud quid grauius admisisse, vt cognoscat procurator: & si in his causis compertus sit, aestimetur, & ad poenam domino tradatur. Iidem diui Seuerus & Antoninus rescripserunt: mancipiis commissis, res peculiares non esse in eadem causa: nisi hoc, quod proprio nomine in causam commissi incidit. Quoties quis mancipia inuecta professus non fuerit, siue venalia, siue vsualia: poena commissi est. Ibidem: Serui qui in fuga sunt, in commissum non cadunt, quum sine voluntate domini fines egressi sunt. Paulo pòst: Diui quoque fratres rescripserunt: quum quidam non per fraudem, sed per errorem in causam commissi incidissent, vt duplo vectigali contenti publicani seruos restituerent. Siquis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal soluerit, hoc concedente publicano, vt solent facere: diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, res in commissum non cadere. Quum enim (inquiunt) professiones recitantur, commissum cessat: quum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum, vel fideiussorum. Mancipiis commissis, id est confiscatis, seu fisco vindicatis, *Confisquez, ou acquis au fisque*. In commissum igitur cadere, vel in commissi causam (hoc est conditionem) incidere, Confiscari, seu fisco vindicari, *Estre confisqué ou acquis au fisque, Estre tombé en commis*. sic enim loquuntur nostrates aduocati & iurisconsulti.

Commisso rem aliquam vindicare. Paulus in l. Cotem. D. De publicanis & vectigal. Eam rem quę commisso vindicanda est, dominus emere nò prohibetur, vel per se, vel per suos, vel per alios, quibus hoc mandauerit.

Commissi poenam remittere. Papinianus in l. Imperatores. D. De publicanis & vectigal. Itémque rescripserút, pupillo remittere se poenam commissi, si intra diem tricesimum vectigal intulisset.

Commissio (σύμβασις) Verbale. Ea significat quae verbum à quo deriuatur.

Commissio, Exhibitio erat binorum poetarum vel oratorum ad ingenij ostentationem. Has commissiones, scenicas scilicet & poeticas & etiam ludicras, Praetores ludis praesidentes faciebant. Suetonius in Augusto, cap. 89, Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à praestantissimis, offendebatur: admonebátque Pretores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri.

Commissio Graecorum. Cic. Att. lib. 16, Rumoris nescio quid afflauerat, commissione Graecorum frequentiam non fuisse.

Commissio ludorum, &c. Cic. ad Attic. lib. 15, Equidem illos celebrari & esse quàm gratissimos mirabiliter cupio, idque ita futurum esse confido: & tecum ago, vt iam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur hi ludi, deinde omnino reliquorum dies singulos persequare. Id est ab ipso principio ludorum.

Commissorius, Adiectiuum (κλαμματικός) vt, Lex commissoria. Hoc est exceptio adiecta actioni: contra quam siquid commissum fuerit, conuentio rescinditur. Paulus in l. Aemylius. D. De minoribus xxv. annis, Aemylius Largianus ab Ouinio fundum puteolanum lege commissoria emerat, data parte pecuniae, ita vt si intra duos menses ab emptione reliqui pretij partem dimidiam non soluisset, inemptus esset: item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus.

Lege commissoria fundum venire quid sit, apparet ex verbis Vlpiani in l. Si fundus. D. de Lege commissoria, Si fundus, inquit, lege commissoria venierit, hoc est, vt nisi intra certum diem pretium sit exolutum, inemptus fieret, &c.

Commissura, commissurae, penult. prod. (συναφή, γόμφωσις) Iunctura tabularum, & aliorum huiusmodi. Cic. de Vniuersitate, Deinde in orbem torsit, vt & ipsae secum, & inter se ex commissura quae è regione esset, iungerentur.

Molles digitorum commissurae. Cic. 2. de Nat. deor.

Commissura verborum. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Commissurae hiantes. Quintil. lib. 12. cap. 9, Non cohaeret, nec com missuris modò, vt in opere malè iuncto hiantibus, sed, &c.

Commodè, Commoditas, Commodito, Commodo, commodas, Vide COMMODVM.

Commodum, commodi, penult. corr. (ὠφέλεια, ἐπιτήδευμα) sit à modo, & significat vtilitatem, & emolumentum. Cic. 4. Verr. Vtrum tibi commodum est elige.

Valetudinis commodum, cui opponitur Incómodum morbi. Cic. pro Murena.

Vitae commoda. Lucret. lib. 3.

De communibus commodis. Id est ob communia commoda. Tacitus libro 1, Quem missum ad vos Germanico exercitu de communibus commodis.

Publica commoda. Horat. 2. epist. 1,
-in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora Caesar.

Vtile & commodis meis aptum. Cic. Appio, lib. 3. 10, Quid mihi tandem erat vtilius, quid commodis meis aptius? quàm, &c.

Accedit illud in commodum. Vide ACCEDO.

¶Capere commodum de re aliqua. Vide CAPIO.

Nihil commodi capere. Catul. epigr. 56.

Carere commodis. Vide CAREO.

Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Terent. Andria, 4. 1,
Vt malis gaudeant: atque ex incommodis
Alterius sua comparent vt commoda?

Consequi commodum. Vide CONSEQVOR.

Consulere commodis. Cic. ad Qu. frat.

Demere commoda aliqua alicui, Id est priuare aliquem commodis quibusdam. Ouid. 1. Amorum, eleg. 2.
His tu militibus superas hominésque deósque,
Haec tibi si demas commoda, nudus eris.

Expectare commodum alicuius. Cic. Att. lib. 12, Homo nequam, qui tuum commodum non expectarit, quum ob eam vnam causam missus esset.

Multa ferunt anni venientes commoda secum. Horat. in Arte.

Habent paruae commoda magna morae. Ouid. 3. Fast.

Impedire commodum. Cicero, Vt ne minima quidem re vlla Bruti commodum vllum impediamus.

Inhibere commoda alicuius. Ouid. 3. Amorum, eleg. 9.

Inseruire suis commodis. Vide INSERVIO.

Labefactare atque oppugnare commoda alicuius. Vide LABES.

Limare commoda alicuius, Id est detrahere commodis alicuius, aut inuidere. Horat. 1. epist. 14.

Commodis metiri. Vide METIOR.

Natus suis commodis. Vide NASCOR.

Non licet sui commodi causa nocere alteri. Cic. 3. Offic.

Officere commodis alicuius. Vide OFFICIO.

Oppugnare commoda. Cic. 1. de Inuent.

Praetermittere commoda. Cic. ad Qu. frat.

Amicitiam referre ad illius commoda quem diligimus. Cic. 1. de Natura deorum.

Seruire commodis vtilitatíque alicuius. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 35.

¶Commoda, in re militari dicebantur, vel munera, vel praemia, vel agri denique qui dabantur militibus. Ouidius,
Romule militibus scisti dare commoda solus.   Et iterum,
Haec mihi si dederis commoda, miles ero.   Turnebus.

¶Quum, vel quando cómodum est. Cic. 3. de Orat. Quum est commodum, cantat. Asconius in eum locum Cic. 4. Verr. Aut eum iudicem quem cómodum erat. &c. Vetustè posuit, inquit, pro eo quem volebat. Sic Terent. Adelph. 1. 2,
Amat? dabitur à me argentum, dum erit commodum. Nam meretrici dare, quando est commodum? sed est positum pro eo, quandiu libuerit.

Quantum commodum est. Cic. 5. Verr. Postremò sicui ciuitati soluit, tantum detraxit quantum commodum fuit.

Si commodum est. Terentius Eunuch. 3. 2. Cicero 1. de Diuinat. Ostenderet etiam philosophum, si ei commodum esset, pecuniam facere posse.

Commodum est illi. Terent. Phorm. 5. 9,
Quibus est commodum ire, iam tempus est.

Commodius esse, & commodissimum esse aliquid agere. Cic. Attico, lib. 12.

Quod erit mihi bonum atque commodum. Terent. Phorm. 1. 2,
Quae mater, qui cognata tibi sit, omnia haec
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum. Vbi Donatus, ἀναφορά, Quod mihi, inquit, faustum ac felix erit: hoc est confingere atque mentiri. Sic enim veteres, Quod faustum felixque sit, dicebant aliquid aggressuri.

Commodo quae cupio, eueniunt. Plaut. Trinum. 15. 18.

Dicere suo commodo. Cic. 2. Verr. Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuósque dies habuissemus.

Quod commodo Reipub. facere possis: Quod commodo tuo fiat: Id est facilè, & sine molestia. quae clausula ferè semper veluti per parenthesin profertur & includitur. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 1, Sed ex illo s. c. quod te referente factum est, tibi decernit vt regem reducas, quod commodo Reipub. facere possis. Verba sunt quibus veteres vtebantur, vt id quod faciendum decernerent, ita demum fieri velle ostenderent, si modò Reip. commodo fieri posset.

Commodus penult. corr. (εὐτράπελος, ἐπιτήδειος, ἐπιεικής, χρηστός) Adiectiuum, Qui sese ad aliorum mores vel suo iudicio accommodat, vel est accommodatus natura, & qui aliis facilè & libenter obsequitur, & prodest. Cic. pro Murena, Nemo Catone proauo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.

Commodus capillus. Plaut. Mostel. 4,
Vbi tu commodes, capillum commodum esse credito.

Commodus conuiua, Facilis & tractabilis. Plaut. Mil. 10,
Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero.

Exilium commodius. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.

Commodus homo. Terent. in Andr. 5. 2,
Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi.

Literae commodae. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17.

Locus commodior. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.

Commoda & faceta est haec meretrix. Terent. Heaut. 3. 2.

Commoda Baccho seges. Virg. lib. 4. Georg.

Stella homini commoda. Propert. lib. 2. eleg. 18,
Quae sit stella homini commoda, quaeque mala.

Non cómoda terra Baccho, Non opportuna vitibus serendis. Virgilius 4. Georg.

Commoda valetudo. Celsus lib. 8. cap. 1.

Vestis commoda ad cursum. Ouid. 2. Fast.

Donarem commodus pateras. Horat. 4. Carm. ode 8,
Donarem pateras, gratáque commodus
Censorine, meis aera sodalibus. Id est, in eo me commodum praeberem, & in eo commodus essem, quòd donarem pateras meis sodalibus. Est autem vsitatum Horatio cum verbo nomé aliquod epithetum coniungere quod verbi significationem augeat, aut certè adiuuet, vt pluribus locis videre est. Lambinus.

Commodior, Comparat. Plin. epist. 69, Quinimò & quoties cubiculum eius intraret, viuere filium, atque etiam cómodiorem esse simulabat.

Commodior mitiórque homo. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1, Atque in hoc genere multò te esse iam commodiorem mitiorémque nuntiant.

Commodior valetudo. Quintilian. lib. 5, Vatinius pedibus aeger,

quum vellet videri commodioris valetudinis factus, & diceret se iam bina millia passuum ambulare.

Inhumano commodus, Barbaro disertus opponitur. Cicero 5. Verrina, Alius inhumanus ac barbarus, isti vni commodus ac disertus videretur.

Commodis moribus homo. Cic. de Amicitia, Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari.

Commoda statura homo. Plaut Asin. 8,
Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.

Commodius est, vel Commodius visum est, siue commodissimum scribere, mittere, &c.

Commodum & aptum. Cic. Att. lib. 13, Nihil potest fieri nec commodius nec aptius, quàm vt scribis.

Commodùm, Aduerbium { ἀκαίρως } Opportunè. Plaut. Merc. 4,
-si isthac ibis,
Commodùm obuiam venies patri.

Commodum, Aliter. Plaut. Rud. 30.
Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena.

Commodum, Ipso eodémque tempore, Eodem tempore quo hoc agebatur, inquit Donatus. Terent. Eunuch. 2. 3,
Quum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodum huc aduerterat.

Commodum obsonare. Plaut. Milit. 10,
-si certum est tibi,
Commodum obsona, nec magno sumptu: mihi quod vis sat est.

¶Commodùm sequente QVVM, significat vix, vel tantum. Cic. Attico, lib. 10, Commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionysius fuit.

Commodùm, Tantum quod. Terent. in Phorm. 4. 3,
G. Túne dixeras huic? facinus indignum Chreme,
Sic circumiri? D. quum id agebam commodùm. Donatus.

Commodè { εὐκαίρως } Idem quod Commodum. Plaut Bacch. 2,
Magis vnum in mente est mihi nunc, satis commodè
Pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.

¶Commodè { ἐπιδεξίως, εὐφυῶς } in exemplis sequentibus significat Bene, vel potius Optimè, vel Aptè.

Commodè administrare Remp. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10.

Commodè agere. Cicero 2. de Finibus, Nos commodius agimus: non enim solùm Torquatus dixit quod sentiret, sed etiam cur.

Commodissimè per eum agi potest. Cic. Attic. lib. 12.

Minus commodè audire. In AVDIO.

Commodè cadit. Cic. 2. Verr. Verùm hoc adhuc percommodè cadit, quòd cum incredibili eius audacia singularis stultitia coniuncta est.

Scitè & commodè capere tempus. Cicer Bruto, lib. 11. 13, Et ille cui mandaui, satis scitè & commodè tempus ad te cepit adeundi.

Commodè cogitare. Terent. in prolog. Heaut.
Quantum ille potuit cogitare commodè.

Commodè dicere. Terent. Hecyr. 1. 2,
Nunquam dices tam commodè, vt tergum meum
Tuam in fidem committam. Id est tam blandè & aptè.

Commodè dicere Latinè. Cic. 1. Acad. Quid est enim quod malim, quàm ex Antiocho iampridem audita recordari, & simul videre, satísne ea commodè dici possent Latinè?

Commodè differere. Cic. 1. de Finibus, In Dialectica autem vestra nullam vim existimat esse nec ad melius viuendum, nec ad commodius differendum.

Facis commodè. Cic. Att. lib. 11.

Commodè res gerere. Cic. 7. Verr. Nullam tibi obiicio fortunam: nihil est quod cæterorum res minus commodè gestas proferas.

Commodè loqui. Terent. Heaut. 3. 2,
Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui.

Commodè scribere. Plin. Iun. lib. 1. epist. 9, Neminem ipse reprehendo, nisi vnum me, quum parum commodè scribo.

Oratio commodè scripta. Cic. 1 de Orat.

Commodè tractare. Plin. Iunior lib. 2. epist. 15, Me prædia materna parum commodè tractant, delectant tamen vt materna. Id est, Parum fructus & commodi reddunt.

Cogitatè & commodè verba facere. Plaut. Pœnulo, 18,
Vt pudicè verba fecit, cogitatè & commodè.

Commodius { εὐκαιρότερον } Comparat. aduerb. Cic. Att. lib. 13, Posthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tusculano.

Elimare aliquid commodius. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Commodulè, penul. cor. Aduerbium diminutiuum à commodè. Plaut. Rud. 12. 11,
Commodulè melius, tandem verò serió.

Commoditas, penult. corr. { εὐκαιρία } Interdum aptitudinem quandam conuenientiámque significat. Cic. 4. de Finib. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, támque productæ temporibus, támque multæ.

Orationis commoditas & dicendi copia. Author ad Herenn. lib. 1, Non enim parum habet in se fructus copia dicendi & commoditas orationis.

Vitæ commoditas iucunditásque. Cic. 1. Offic.

Commoditas prosperitásque vitæ. Cic. 3. de Nat. deor.

In occasione commoditas ad faciendum idonea. Cic. 2. de Inuent.

¶Commoditas { ὠφέλεια } Vtilitas. Terent. Andr 3. 3,
At si corrigitur, quot commoditates vide.

Externæ commoditates, vineta, segetes, oliueta, vbertas frugum, &c. Cic. 3. de Nat. deor. Vocantur bona fortunæ.

Commoditas hominis. Terent. Adelph. 4. 5,
Itaque adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam. Id est, Sua facilitate erga me, & mansuetudine. Verba sunt Æschini de Mitione legitimo patre indulgentiore.

Creare alicui commoditatem. Vide CREO, creas.

Frui commoditate alicuius. Ouid. 15. epistol.
Vt te nec mea vox nec te meus incitet ardor,
Cogimur ipsius commoditate frui.

Vti commoditate alicuius. Ouid. epist. 16.

Commodo, commodas, penult. corr. { χρῶ } commodare, Beneficium alicui impertire. Cic. ad Rufum, lib. 13. 49, Omnes tibi commendo Cyprios, sed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodaris, erunt mihi gratissima.

Publicè commodare. Cic. 6. Verr.

Omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, his commodes. Cic. Acilio, lib. 13. 36.

Quantum tua fides dignitásque patietur, iis commodes omnibus in rebus. Cic. Acilio, lib. 13. 33.

Ob suam causam alicui commodare. Cic. 2. de Finibus, Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio: nec gratia deberi videtur ei, qui suam ob causam commodauerit.

Studium commodandi alicui. Cic. 2. de Orat. Inuidetur enim commodis hominum ipsorum, studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur.

Commodare alicui in re aliqua. Cic. ad Canin. lib 2. 16, Quod scribis ad me de drachmis CCCIↃↃↃ, nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare. Hoc est prodesse & gratum facere, vel obsequi.

Perquàm commodatus stomacho succus. Plin. lib. 22. cap. 22, Id est admodum vtilis & commodus.

¶Commodare se { ἐναρμόζειν } pro Accommodare. Colum. lib. 4. cap. 22, Quoniam ferè plurimarum stirpium natura sic se cōmodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulascant.

Omnibus in rebus se alicui commodare, quoad fides nostra dignitásque patitur. Cic. Thermo lib. 13. 54.

¶Commodare capillum { συντιθέναι } pro Componere. Plautus Mostel. 4,
Suo cuique loco vide an capillus compositus est commodè.
S. Vbi tu commodes, capillum commodum esse credito.

¶Commodare { κιχράναι } Est alicuius rei vsum ad tempus concedere. Cic. 6. Ver. Vt illis benignis vsus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum.

Quicquid sine detrimento possit cōmodari, id tribuatur vel ignoto. Cic. 1. Offic.

Commodare argentum & triticum, impropriè dictum est pro eo quod est, mutuò dare vel mutuum dare. Nam propriè commodamus vestes, libros, vasa, equos, & similia, quæ eadem redduntur: mutuò autem damus ea, pro quibus alia redduntur eiusdem generis: vt nummos, frumentum, vinum, oleum, & ferè cætera quæ pondere, numero vel mensura dari solent. Hæc est Iurisconsultorum sententia. At Plautus dixit in Asin. 12,
Quid ego aliud exoptem amplius, nisi cuius inopia est,
Viginti argenti commodes minas, huius quidem matri?

Aurum alicui commodare. Cic. pro Cælio.

¶Commodatum, Iureconsultis est contractus, quo gratis alicuius rei vsus ita conceditur, vt accipiens summam in ea ipsa reddenda diligentiam præstare debeat. l. 1. D. de oblig. & action. Hotomanus.

¶Inter Commodatum & Vtendum datum, Labeo quidem ait tantum interesse, quantum interest inter genus & speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam soli: Vtendum dari, etiam soli. sed (vt apparet) propriè commodata res dicitur & quæ soli est, idq; & Cassius existimat. Viuianus amplius etiam habitationem commodare posse ait. Hæc Vlpianus, l. 1. D. Commodati.

Commodare possumus & alienam rem quam possidemus, tametsi scientes alienam possideamus. Paulus in l. Commodare. D. Commodati.

¶Aurem commodare alicui. Ouidius 5. Trist. eleg. 13. Id est audire aliquem.

Aurem patientem commodare culturæ. Horat. 1. epist. 1.

Iras commodare alicui. Stat. 4. Thebaid.

Commodare loquelam, ioco dixit Plautus in Cistel. 10, pro Loqui.

Commodare operam suam alicui, pro Iuuare opera. Plaut. Rud. 11,
Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat?

Scelera commodare, Alicuius causa scelus admittere. Seneca Medea, 12.

Seueritatem peccatis magnis commodare. Tacit. in vita Agricolæ.

Veniam paruis peccatis commodare. Tacitus in vita Agricolæ.

Commodatarius, Cui aliquid commodatum est.

Commodator, commodatoris. Vlpianus in l. Eum qui. §. Si filiusfamilias. D. de furt. Tamen commodator poterit furti agere.

Commodito, commoditas, penul. corr. commoditare, Frequentatiuum. Catul. de V[...]o & sua amica, 10,
Quæso, inquit, mihi mi Catulle paulùm Istos commodita.

COMMODVS, M. Antonini philosophi filius fuit, patris dissimillimus, cui etiam in imperio successit. Vitam eius, eáq; dignū exitum, vide apud Herodian. lib. 1. De hoc sic scribit Auson. in Tetrast. Cæsar.
Commodus insequitur pugnis maculosus arenæ
Threcidico princeps bella mouens gladio.
Eliso tandem persoluens gutture pœnas:
Criminibus fassis matris adulterium. De hoc sæpe fit mentio in libris Iurisconsultorum, extántque constitutiones eius in iure ciuili complures.

Commolior, commolitus sum { μηχανῶμαι } commoliri, Idem quod moliri. Cic. 3. de Nat. deorum,
Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar,
Scio quicquam.

Commolo, commolis, penultima correpta, commolui, commolitum, penultima correpta { συναλέω } commolere. Columella libro 12. capite 50, Cauendum est itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium, quod vno modo vitari poterit, si protinus illata de agro bacca, commolita & expressa

& expressa erit. Hoc est mola conculcata & subacta.

COMMONE, Insula est adiacens Ephesio vrbi, vt author est Plinius libro 5. cap. 31.

Commoneo, commones, penultima correpta, commonui, commonitum penult. corr. { ὑπομιμνήσκω } commonere, Notæ significationis. Terent. Andr. 4 6,
Aliorum exempla commonent.

Amicè aliquid commonere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Commoneri aliquem suarum miseriarum. Plaut. Rud. 18,
Quum ego hanc video, mearum absens miseriarum commones.

Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 4. 17,
Verùm ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo,
Officium vostrum vt vos malo cogatis commonerier. Id est de officio vestro commoneri.

Commonere aliquem de re aliqua. Cic. 3. Verr. Quis à signo Vertumni in circum maximum venit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur?

Commonere aliquem vt seruet fidem. Terent. Andr. 1. 5,
Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat vt seruem fidem?

Commonere tamen nequis quotidianum hoc habeat. Celsus.

¶ Commonere, translatum ad inanimata. Cic. 6. Verr. Hoc modo me commonuit Pisonis annulus.

Commonitus, penultima corr. { ὑπομνησθείς } Participium. Liuius 4. bel. Maced. Commonitósque in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret dimisit.

Manes commoniti. Seneca in Hercule OEtheo, 8. 7,
Qui per Tænareas fores:
Manes commonitos adit
Mœrentem feriens chelym. De Orpheo, qui manes inferni, dulcedine citharæ mouisse à poetis traditur.

Commonitio { ὑπόμνησις } Verbale. Quint. lib. 4 cap. 2, Non inutilis erit in extrema parte commonitio.

Commonitorium, rij, pro conuentione tacita, & absque scriptura facta, apud Cod. Theodos. cuius quoque in Iustiniani Cod. mentio est, l. 1. C. de suffragijs, Quòd siquis dum solo commonitorio suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac violentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur: eo à petitione exclusio, qui non dubitauit inuadere quod petere debuisset.

Commonefacio, commonefacis, penultima corr. commonefeci, commonefactum { ὑπομιμνήσκω } commonefacere, Idem quod Admonere. Metellus ad Ciceronem, libro 5. 3, Vt is vos doceret & commonefaceret.

Commonefacere alicuius rei. Gellius, Nûc vtilitatis publicæ commonefacit.

Amicitiæ veteris aliquem commonefacere. Author ad Herennium, lib. 4.

Commonefacere rem aliquam, pro Commemorare. Cic. 6 Verr. Vt omnes intelligere possent, nô laudationem, sed potius irrisionem esse illam, quæ commonefaceret istius turpem calamitosámque Præturam. Budæus.

Commonefio, penult. prod. { ὑπομιμνήσκομαι } commonefieri, penultima corr. Neutropassiuum. Cic. 7. Verr. Quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Commonstrare { ἀναδείκνυμι } Idē quod Monstrare. Terent. Heaut. 5 4,
Parentes meos vt commonstres mihi.

Aurum defossum cômonstrare. Cic. 2. de Orat. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.

Leges fatales ac necessarias commonstrare. Cic. de Vniuersit.

Viam commonstrare. Cic. 1. de Orat.

Commordere { δάκνω } Idem quod Mordere. Plin. lib. 24 cap. 11, Nomen accepit, quòd à cane commorsos rabiem sentire non patitur. Seneca De vit. beat. cap. 21.

Commorior, commoreris, penult. corr. commortuus sum { συναποθνήσκω } commori, penult. corr. Simul mori. Plin. lib. 27. cap. 2, Mirúmq; exitialia per se ambo quum fuerint duo venena, in homine commoriuntur, vt homo superstit. Vlpian. in l. Quum hic status. §. Si ambo. D. de Donat inter virum & vxorem, Rectissimè (inquit) dicetur vtrasq; donationes valere, si fortè inuicem donationibus factis simul decesserint: quia neuter alteri superuixerit, licet de commorientibus oratio non senserit.

Commorientes { συναποθνήσκοντες } Nomen fabulæ Plauti. Terentius in prolog. Adelphorum,
Synapothnescontes Diphili comœdia est,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Commorientes, Apud Ægyptios amicitiæ genus & sodalitium erat, qua nulla sanctior firmiórque vnquam fuit: quo genere Antonius & Cleopatra, cui plus nimio se addixit, mutuò deuincti fuere, hac lege copulati, vt si fatale quippiam, aut diri casus alteri contigisset, alter tanquam pœnæ socius, eundem fortunæ exitum esset laturus, sociísque & comites essent fortunarum & calamitatum. Alexand. Genial. lib. 1. cap. 26.

Commoro, commoras, penul. corr. commorare, Tardare. Plin. lib. 19. cap. 6. ad finem, Statímque quæ deuorauere aues, stupentes manu capiuntur: & si paulum commorauere, sopitæ.

Commoror, penult. corr. commoráris { διατρίβω, συνδιατρίβω, χρονίζω } commorari, Simul morari, vel morari solum. Cic. de Senect. Et ex hac vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam è domo. commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit.

Tardare & commorari. Cic. ad Brutum, At illa retulit, quæsiuitq; quidnam mihi videretur, accerseremúsne te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare & commorari te melius esset.

Commorari paulisper dum. Cic. pro Milone, Paulisper, dum se vxor (vt fit) comparat, commoratus est.

Commorari ad aliquem locum. Cic. 7. Verr.

Commorari apud aliquem. Cic. pro Lege Manil.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas antè dederamus, commorati sumus. Cic. Tironi, lib. 16. 5.

Circum aliquem locum commorari. Cic. Att. lib 8.

Consistere & commorari. Cic. pro Quinto Rosc. Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari cogit.

Commorari verbis pluribus in re aliqua. Cic. pro Cluent. Quum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas iniurias esse per Diogenem. Id est Quum diutius de hac re disputarem, & multis verbis contenderem.

In armis ciuilibus commorari. Cic. Trebatio, lib. 6. 10, Nam & consilium tuum, vel casus potius in armis ciuilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit.

Commorari, habitare, & hærere in re aliqua. Cic. 2. de Orat.

Hærere & commorari in eadem sententia. Cic. in Orat. Vt verset sæpe multis modis eandem & vnam rem, & hæreat in eadem commoretúrque sententia.

In vita misera commorari. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3.

¶ Commorari aliquem, Detinere & in mora tenere. Plaut. Pseud. 20. 24, Me nunc commoror, &c.

Commoratio { διατριβή } Verbale. Cic. ad Lepidam, lib. 6. 19, Nam & villa & amœnitas illa, commorationis est, non diuersorij.

Vrbana commoratio. Cic. ad Pætum, lib 9. epist. 15.

¶ Commoratio, Mora, tarditas. Cic. Qu. fratri. lib. 3. 17, Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideo, &c.

Commoratio vna in re. Cic. 3. de Orat.

¶ Commoratio, Figura est Rhetorum. Author ad Heren. lib 4, Commoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutius, & eodem sæpius reditur.

Commortalis, penul. prod. { σύνθνητος } Adiect. vt, Commortalis natura. Colum. lib. 3. c. 20, Sed interdum (quod ait diuinus author Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea consectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus.

Commosis, penultima prod { κόμμωσις } Primum mellificij fundamentum, ex tenaci & viscosa constans materia: ita dictum à Græco nomine κόμμι, quod nos gummi dicimus. Vide Plinium libro 11. capite 7. Hesych. κόμμωσις ὁ τῆ σμήνει ἀρχὴ ἐστιν, ὑπὸ τῶν μελισσῶν, τὸ σμῆνος διαχρίειν.

Commoueo, commoues, penult. corr. commoui, commotum, penul. prod. { κινέω } commouere, Simul mouere. Cicero 7. Verr. Posteaquam inanem locum offenderût, & Prætorem commouisse ex eo loco castra senserunt.

Corpus commouere. Lucret. lib. 3.

Oculos. Cic. 4. Verr.

Theatrum. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Auis commouet alas. Virg. 5. Æneid.

Commouere se dibus. Colum lib 9 cap. 12.

Commouere ab aliquo loco. Cic. ad Attic. lib. 2, Si quies dabitur, ab Amalthea te non commouebo. Id est nolim te recedere ab ea vrbe, & venire ad me.

Nec me Thessalonica commoui. Cic ad Attic. lib. 3.

¶ Æs alienum commouere. Tacit. lib. 5, Hinc inopia rei nummariæ, commoto simul omnium ære alieno.

¶ Commouere cornua disputationis alicuius, per metaphoram. Cic. 2. de Diuinat. Nunc cominus agamus, experiamúrque si possimus cornua commouere disputationis tuæ. Alludit ad aciei bellicæ cornua.

Commouere se contra Remp. Cic. in Catil. Num inficiari potes te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Rempublicam non potuisse?

¶ Commouere aliquem, Excitare aliquem ad aliquid agendum. Cic. ad Tironem, lib 16. 18, Parhedrum excita, vt hortum ipse conducat: sic olitorem ipsum commouebis. Liu. 10. bel. Pun. Posteaquam nihil commouebant. Id est nihil proficiebant suis verbis.

Aliquem percunctantem commouere. Tacit. lib. 5.

Languentem commouere. Cic. 2. de Orat. Facilius est enim currentem (vt aiunt) incitare, quàm commouere languentem.

Commouere expectationem sui. Cic. ad Attic. lib. 1. 2, Crebras expectationes nobis tui commoues.

Iudices. Cic. 2 de Orat.

Discendi aut scribendi studium commouere. Cicero 1. de Natura deorum.

Commouere labra. Petronius Arbiter, Et quia considerantium hæserant vultus, quicquid à spectaculo vacabat, commouebat obiter labra, & me tanquam furtiuis subinde oculis verberabat. Hic, inquit Turnebus, commouet labra, qua lasciui oris motu ad amorem allicit, & sic conformat os, vt basiari velit. Nam & talis oris habitus suauium dicitur, quum ita figuratur labris promissis, aut lingua prolata, vt quum mulieres suauiantur amatores. Vnde & Plautus in Asinaria scripsit,
-ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam intussiendo proferat. Iterum,
-tu labellum abstergeas,
Potius quàm cuiquam suauium faciat palàm. Id est, Quàm sic os comparet & formet, vt ad basiandum aliquem inuitet. Quod tamen Petronius scribit, esse videtur potius signum innuentis, & insinuatiunculam amoris significantis, quàm ad basium vocantis. Hæc ille.

¶ Commouere, Rapere in stuporem. Terent. Phorm. 1. 2,
Virgo ipsa facie egregia: quid verbis opus est?
Commorat omnes nos. Pro, commouerat.

¶ Commouere { συνταράττω } Conturbare, irritare. Terentius Andria, 1. 1,
Neque commouetur animus in ea re tamen, &c. Cic. Appio, lib. 3. 10, Etsi grauiter primo nuntio commotus sum.

Commouere & Consolari, opposita. Cic. pro Rab. Nihil me clamor iste commouet, sed consolatur.

Animus vehementer commouetur.Cic.1.de Inuent.
Animus se commouet.Lucret.lib.4.
Commoueri perleuiter.In PERLEVIS.
Accendi aut commoueri re aliqua.Cic.1.de Orat.
Commoueri aluo,neruis,capite, mente.Plin.lib.2.cap.41.
Commoueri animo,Corpore perhorrescere.Cic.6.Verr.
Conquestione commoueri.Cic.1.de Inuent.
Desiderio suorum commoueri.Cic.pro Lege Manil.
Magno alicuius honore.Valer.lib.4.Argon.
Miseriis ac periculis alicuius.Cic.pro Fonteio.
Commoueri misericordia.Cic.4.Tusculan.Nemo enim parricidæ aut proditoris supplicio misericordia commouetur.
Ad turpe compendium aliquem commouere. Author ad Herenn. lib.4.Duæ res sunt quæ possunt homines ad turpe cōpendium commouere,inopia,atque auaritia.
Prora fretum commouet.Hoc dicitur quum linquitur portus.Valerius lib.5.Argonaut.
¶Commouere dolorem{ἐγείρειν.}Cic.6.Verr.Sed magnum & acerbum dolorem commouent,muliercults præsertim.
Bilem.Cic.ad Attic.lib.2, Acueram me ad exagitandam hanc eius legationem, quam ille cōtemnit:etsi (vt scribis)bilem id commouet, & latoribus,& auspicibus legis Curiatæ spectaculum egregium.
Æstus belli.Lucret.lib.5.
Arma.Sil.lib.8.
Bellum.Cic.ad Dolabellam,lib.9. 13, Quod bellum commotum à Scapula,ita postea confirmatum est à Pompeio,vt nulla,&c.
Indignationem.Author ad Herenn.lib.4.
Inuidiam. Cic. 3. Verr. Hic etiam priore actione Qu. Hortensius pupillum Iunium venisse prætextatum in vestrum conspectum, & testes secum,patruo testimonium dicente,questus est: & me populariter agere, atque inuidiam commouere, quòd puerum producerem, clamitauit. Id est ciere.vt vult Budæus.
Memoriam alicuius rei.Cic.2.de Orat.
Miserationem.Quintil.lib.6.cap.1.
Misericordiam,inuidiam,iracundiam.Cic.2.de Orat.
Nummum.Vide NVMMVS.
Odium in aliquem.Cic.1.de Inuent.
Suspicionem in aliquem.Cic.pro Cluent. Furto postridie cognito, omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant, cōmouebatur.
Tumultum aut bellum.Cic.7.Verr.
¶Commossem,pro Commouissem:& commôrat,pro commouerat. Cic. pro Plancio, An si vnquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium parricidarum tela commossem? Cælius ad Ciceronem,lib.8.15.
Commorunt æquora venti.Lucret.libro 2, Id est commouerunt.

Commotus, penult.prod. { κινηθείς } Participium.vt, Commotæ columnæ.Cic.3.Verr.
Litera commota ex vocabulis.Cic.4.de Finibus.
Commota acies.In ACIES.
Puluere commoto.Silius lib.4.
Sacris commotis.Virg.4.Æneid.
Tripodes commoti dicuntur, propterea quòd Phœbades in templo Apollinis supra tripodem recepturæ spiritum, strepitus sentiebāt aduenientis dei.Seneca Medea,10.10.
¶Commotus,Perturbatus. Terent.Phorm.1.4,
Quidnam ille commotus venit?
Grauiter commotus,Iratus. Virg.1.Æneid.
Commotus mente.Plin. lib.23.cap.1.
Precibus.Stat.lib.9.Thebaid.
Promissis ditibus.Silius lib.3.
Vultu.Quintil.lib.6.cap.1.
Ira commota.Ouid.6.Metam.
Mens commota metu.Lucret.lib.3.
Pectoris commoti ignis.Claud.1.in Ruff.Ignis,pro ira.
Commotum reddere.In REDDO.

Commotus,Adiectiuum { κινητός } vt,Animus commotior. Cicero 1.de Diuinatione.
Feruidior atque commotior patronus.Cic.de Claris Orat. C. fimbria temporibus iisdem ferè,sed longius ætate prouectus,habitus est sanè (vt ita dicam) luculentus patronus,asper,maledicus,genere toto paulo feruidior atque commotior.

Commotio { κίνησις } Verbale. vt, Commotio animi. Cic.3.Tusc.
Commotionem quidam accipi volunt, temporarium animi motum,sicut iram, pauorem.Hæc Quintil.lib.5.cap.10.Hæc à Cicerone lib.1.de Inuent. vocatur affectio, sicque definitur: Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa commotio, vt lætitia,cupiditas,metus,molestia,morbus,debilitas.Alij legunt commutatio.

Commotiuncula,penul.corr.Diminutiuum. Cicero ad Atticum lib.12, Atticæ hilaritatem libenter audio.commotiunculis συμπάσχω. Commotiunculis idem significauit, quod epist. penult.lib.10. quum dixit: Valetudinem tuam iam confirmatam esse & à vetere morbo, & à nouis tentationibus,gaudeo. Nam tentationes & cōmotiunculæ non morbi sunt, sed morborum initia. Commotiunculis autem Atticæ: quæ non planè in morbum, sed in febriculam inciderat. συμπάσχω, æquè afficior atque illa.

Commulceo, commulces { καταθέλγω } commulcere, penult. prod. Tiro libertus Ciceronis in quadam epistola ad Axium familiarem patroni sui,apud Gellium,lib.7.cap.3,In principiis autem, inquit,patroni qui pro reis dicunt,conciliare sibi & complacare iudices debēt: sensúsque eorum expectatione causæ suspensos rigentésque honorificis verecundísque sententiis commulcere,non iniuriis atque imperiosis comminationibus confricare.

Communico,Communio,communionis.In COMMVNIS.

Communio, communis, penult. prod. communiui, communitum, penultima prod. {τειχίζω} communire,Circum munire. Cæsar,Præsidia disponit,castella communit,quo facilius,si se inuito transire conarentur,prohibere possit.
Communire aulæ authoritatem,per translationem.Cicero ad Catonem,lib.15 4.

Communitus, penult. prod. { τειχισθείς } Participium.vt, Ius parum communitum.Cic.pro Cecinna, Quæ quum omnia tua iure mancipij sint,ea possisne retinere,si parum sit communitum ius,&c.
Communita causa Roscij firmissimis & sanctissimis testimoniis virorum.Cic.pro Roscio Comœdo.

Communis,& hoc commune,penult.prod. {κοινός,κοινωνικός,ξυνός,πάνδημος} Quod omnium est,quasi omnibus consentiens.vt, Communis hostis gentium & nationum.Cic.7. Verr.
¶Commune duobus modis accipitur:vno modo commune appellamus,quod est duorum,aut plurium,vt Paries cōmunis, communis domus:atque harum rerum communium causa competit actio com muni diuidūdo:à quarum similitudine dicimus Martē communem, mortem communem. Altero modo communia dicimus, quæ à nemine sunt occupata, neque possessa,& possunt fieri occupantis,vt aqua profluens, aer, littus maris, & cætera id genus: quarum rerum causa non datur actio communi diuidūdo apud Iurisconsultos. Opponitur autem commune proprio:vt Cic.pro Sylla, Tempus agendi fuit mihi magis proprium,quàm cæteris:doloris verò & periculi fuit illa causa communis. Ex Lambino.
Tribus dominis communis.Lucan.lib.1,
Facta tribus dominis communis Roma.
Vulgare,& commune.Cic.3.de Finibus,Cuius vsus vulgaris,communisque non sit.
Commune & vulgare. Cic.1.de Orat.Aliud est enim esse artificem cuiusdam generis atque artis: aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine,non hebetem nec rudem.
Æquabilitas communis iuris.Cic.2.de Orat.
Amicitiæ communes.Id est vulgares.Cic.3.Offic.
Amicus simplex & communis,& consentiens, & qui rebus iisdem mouetur.Cic.de Amicit.
Amicus communis. Proculus in l.Societatem mecum. D. pro socio.
Animo ac voluntate communi aliquid defendere. Cic.de Prouin. Consul.
Aura communis dicitur,quòd omnes illa ex æquo fruamur. Ouidius 7.Metam.
Auram communem haurire.Quintil.in procem.lib.6.
Bonum commune.Lucret.lib.5.
Communis vtriusque nostrum calamitas. Cicero ad Terentiam, libro 14.3.
Ciuitas communis deorum atque hominum, Mundus vniuersus. Cic.de Legibus.
Conditio communis.Horat.2.epist.1.
Crimen commune.Cic.in Orat.
Communi diuidundo, Iurisconsultis iudicium est quod inter eos redditur,qui rem quam alia atque ex hereditaria caussa communem habent,diuidi,simúlq; quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet,dari fieri postulant.l.2.& 3.D.Comm.diuid. Hotomanus.
Dolor communis.Cic.de Prouinc.Consul.
Emolumentum & damnum commune. Vlpianus in l. Cum duobus.§.cum duo.D.pro socio.
Fama atque sermo communis.Cic.4.Verr.
Filia.Quintil.lib.3.cap.11.
Fortuna nobis cum propinquis communis plerúque est. Cicero 1. Officiorum.
Fuga.Seneca Medea,12.25.
Gaudia communia.Ouid.epist.15.
Hæreditas communis.Paulus in l.Ea vero.§. De illo quæritur. D. Pro socio.
Hostis & prædo communis omnium.Cic.4.Verr.
Humanitas.Cic.pro Flac.
Intellectus. Quintilianus libro 2. capite 16, Nónne pulchrum vel hoc ipsum est ex communi intellectu, verbísque,quibus vtuntur omnes,&c.
Intelligentia.Cic.1.de Orat.
Iudicatum commune est, quod omnes vulgò probarunt & secuti sunt.Cic.1.de Inuent.
Iudicium commune, intelligentiáque popularis. Cicero in Oratore.
Ius.Cic.2.de Orat.
Iura communia regni.Lucan.lib.10.
Laus communis cum aliquo.Cic.3.Verr.
Lecti communes.Cato cap.10.
Legem omnium communem leuiter adornabit. Quintilianus libro 7.cap.2.
Literæ. Cicero 2.de Oratore,Ludus est homini non hebeti,neque inexercitato, neque communium literarum & politioris humanitatis experti.
Locos communes dicere.Quintil.lib.2.cap.1.
Loca communia,id est publica.Cic.4.Verr.
Lucrum & impendium commune.Vlpianus in l.Si societatem.D. Pro socio.
Lux. Cicero pro Quintio, Vt per se afflictum atque euersum propinquum suum non modò honestè partis bonis, verùm etiam communi luce priuaret.
Mare commune omnibus.Plaut.Rud.13.
Communis belli Mars. Cicero ad Torquatum, libro 6. 4, Nam quum omnis belli Mars communis, & quum semper incerti exitus præliorum sint.
Mens.Cic.3.de Orat.
A communi more verborum discedere.Cic.in Orat.
Omni ætati mortem esse communem.Cic.de Senect.
Mundus.Cic.3.de Finibus.

Natus

Natus communis, Id est vtriusque coniugis. Virgil. 2. Æneid.
Nati apum communes. Virgil. 4. Georgicorum,
Solæ communes natos, consortia tecta
Vrbis habent. De apibus loquitur: vbi Seruius, Plato in libris (inquit) quos περὶ πολιτείας scripsit, dicit amori Reipublicæ esse nihil præponendum. Omnes præterea & vxores & liberos ita nos tanquam communes habere debere, vt charitas sit, non libido confusa. Quod præceptum dicit nullum præter apes seruare potuisse.
Nomine communi comparare aliquid. Vlpian. in l. quum duobus. §. quidam sagariam. D. pro socio.
Odium alicui cum populo commune. Seneca Herc. fur. 6.
Opinio. Cic. 2. Offic.
Opinio imbecilla & cum falso incognitóque communis. Cic. 1. Academic.
Pactum commune. Papinianus l. si socius. D. pro socio.
Periculum commune. Vlpian. in l. plane. D. pro socio.
Periculum commune propulsare. Tacit. in vita Agric.
Vnum & commune periculum ambobus. Virgil. 2. Æneid.
Communis pernicies adolescentium, leno. Terent. Adelph. 2. 1.
Pestis communis. Cic. 1. de Orat.
Pignus commune. Ouid. 5. Metam. Sic vocat Proserpinam Iupiter ad Cererem loquens, quoniam amborum erat filia.
Populus communis, Qui principum coniunctione in vnum coit. Virgil. 4. Æneid.
Omnium communia & contrita præcepta. Cic. 1. de Orat.
Prudentia communis. Cic. 5. de Finib. Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia.
Res communis, Id est negotium commune. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Communis res apud Iurisconsultos, est vel cum societate, vel sine societate. cum societate, veluti inter eos, qui eandem rem emerunt: sine societate, veluti inter eos, quibus eadem res testamēto legata est. l. 2. D. comm. diuid. Hotomanus.
Salus communis. Cic. Post red. ad Quir.
Saluti communi deesse. Lucret. lib. 1.
Coniuncta atque communia scelera alicui cum aliquo. Cic. pro Sextio.
Sensus communes. Cic. 5. de Orat.
Sensu communi carere. Horat. 1. Serm. satyr. 3.
Sepulcrum commune plebi. Horat. 1. Serm. satyr. 8.
Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum. Ad hunc locum sic Turnebus, Quum olim, qui locupletes erant, in suis fundis aliquid loci sepulturæ seponerent, & priuata haberent ibi sepulcra sibi familiæque suæ aut hæredibus, plebs, quæ agris fundísque carebat, in loco aliquo communi sepulturę destinato humabatur: sepulcrúmque commune vocabatur, vbi sepeliebatur. Hinc etiam Catullus fata fratris sui deplorans, apud Troiam mortui & conditi, vbi tot quondam heroes belli Troiani tempore ex Asia & Europa occubuerant & compositi fuerant, eam vrbem commune sepulcrum appellat Europæ & Asiæ,
Troia (inquit) nefas commune sepulcrum Europæ Asiæque. Et Lucretius terram mortuos omnes, omniáque senectutis situ cariosa & putrida, æuóque fessa, suo sinu gremióque receptantem, commune sepulcrum eodem modo appellat,
Omniparens (inquit) eadem rerum commune sepulcrum.
De communi sententia aliquid constituere. Cic. 3. Offic.
Sermo communis. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Spiritus communis viuis. Cic. in Orat.
Communi statione locum aliquem tenere. Virgil. 9. Æneid.
Communes Iureconsultis sunt stipulationes, veluti Rem saluam fore pupillo. Pompon. l. stipulationum. D. de verb. oblig. & Vlpian. in l. vestis. D. de aur. & arg. Communes, inquit, sunt stipulationes, quæ fiunt iudicio sistendi causa.
Studia communia. Ouid. 3. Trist. eleg. 7.
Superos communes vocare. Valer. Flac. lib. 4.
Improbis & probis commune supplicium legis ac iudicij. Cic. in Pisonem.
Graues casus communium temporum. Cic. 1. de Orat.
Tempus commune, est quod accidit omnibus eodem ferè tempore, vt messis, vindemia, &c. Cic. 1. de Inuent.
Terror communis. Seneca Troad. 6.
Thorus communis. Seneca Medea, 12.
Verba communia, Id est soluta, nec pedibus vincta. Claudian. in Epigram. de descriptione portus Zarinensis,
-sed verba negant communia Musæ.
Carmina sola loquor. sic me meus implet Apollo.
Communia vestimenta Iureconsultis sunt, quibus promiscuè vti tur mulier cum viro. Vlpian. l. magis puto. D. de reb. cor. qui sub tut.
Communia vincla vocat Lucretius complexus amantium, lib. 4.
Communis & remissus vir, pro Non singulari & exquisito. Suetonius in Claudio, cap. 21, Nec vllo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeò vt oblatos victoribus aureos, prolatáque sinistra pariter cum vulgo, voce, digitísque numeraret.
Vita communis. Cic. 1. Offic. Quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur.
Vita, victúsque communis. Cic. 1. Offic.
Amici quos nouit vita communis, Id est qui vitæ consuetudine noti sunt. Cic. de Amic.
In communi vita & vulgari hominum cōsuetudine nec hebetem nec rudem esse. Cic. 1. de Orat.
In vsu vitáque communi. Cic. de Amic.
Vitium commune. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.
Vitium commune & peruagatum. Cic. 2. de Orat.
Imbecillitas non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis. Cic. de Senect.
Voluptas cōmunis Lucretio, dicitur voluptas ex re venerea, lib. 4.
Vsus communis aquarum. Ouid. 6. Metam.
Vsus rerum aliquibus communis. Seneca Octau. 7.
Vsus omnium artium vulgaris cōmunísque nō est. Cic. 3. de Finib.
Omnes res ad communem hominum vsum natura genuit. Cic. 1. Officior.
Vtilitas communis. Cic. 3. Offic. Vt vtilitas tua, cōmunis vtilitas sit.
Semper aliquid ad cōmunem vtilitatem adferendum. Cic. 1. Offic.
Publicum, commune, singulare. Cic. 1. de Inuent.
Amicorum esse communia omnia. Cic. 1. Offic.
Vtendum communibus pro communibus, priuatis vt suis. Cic. 1. Officior.
Commune est cum supradictis. Plin. lib. 2. cap. 8.
Vtrique parti commune. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Occupare communia. Ouid. 13. Metamorphoseos,
-modò ne communia solus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
¶Communis meus & tuus beneuolens: antiquum, pro Communis amicus noster. Plaut. Trinum. 17. Et in Pseud. 8.
Communi animo esse & leui. Terent. Heaut. 5. 1.
Quenquam animo tam communi esse aut leui putas,
Qui se vidente amicam patiatur suam?
¶Commune, Substantiuum, pro Vniuersitate, vt Commune Asiæ, id est Asianorum vniuersitas, quæ ab vno Proconsule regebatur. l. tria onera. 2. D. de excus. tut. Quod ex epistula Antonini Pij apparet, quæ communi quidem Asiæ scripta est, sed vniuerso terrarū orbi conuenit. Sic Cicero Verrina 4, commune Siciliæ dixit: & 3. commune Meliadum.
¶Commune omnium vitium, quòd nimium ad rem attenti sunt senes. Terent. Adelph. 5. 8.
Communis omnium inimicus. Cic. 3. Verr.
In communibus prouerbijs versari. Cicero 3. Verr. Quæ ego non commemorarem, nisi illud vellem vos recordari, istius nequitiam & iniquitatem, tum in ore vulgi, tum in communibus prouerbijs esse versatum.
Commune mihi est cum illo. Cic. de Amicit. Quorum domus fuit & militia communis.
Communia inter nos. Terent. Adelph. 5. 3.
Communia esse amicorum inter se omnia.
¶In commune metuere. Plaut. Asin. 7.
-metuo in commune nequam fraudem frausus siet.
In commune conferre. Cic. pro Quintio.
In commune congredi. Tacit. lib. 18.
In commune consulere. Tacit. lib. 12.
In commune aliquid derogare. Tacit. lib. 13.
In commune dicere de pluribus rebus. Plin. lib. 17. cap. 1.
In commune emere. Vlp. in l. vt in conductionibus. D. pro socio.
In commune aliquid profuturum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
In commune redigere aliquid. Vlp. in l. si societatem. D. pro socio.
Cætera in communi sita sunt. Tac. lib. 20.
In commune vocare honores. Vide i n.
Nomen imperij in commune odium orbis terræ vocabatur. Cic. 1. de Lege Agrar.
¶Communia principis vestigia & confusa. Plin. Iunior, in Paneg. Te fama, te gloria, te ciuium pietas super ipsos principes vehunt, te ad sidera tollit humus, ita communia & confusa principis vestigia. Id est, adeò incedis more plebeio & omnibus communi: nempe non equo, sed pedibus, idque sine vllo fastu.
Communiter, pen. corr. {κοινῶς} Aduerbium. Cic. de Senect. Quo vterque nostrum communiter vteretur.
Communiter & Separatim, opposita. Cic. Bruto, lib. 13. 13.
Admirari communiter. Cic. 2. Offic. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia quæ magna & præter opinionem suam animaduerterunt.
Apti communiter ad virtutes. Cic. 4. de Finib.
Promiscuè & communiter stultis ac sapiētibus ab natura datum aurium iudicium. Cic. pro Fonteio.
Communiter commendare. Cic. ad Brutum, lib. 13. 13, Alia epistola communiter tibi commendaui legatos Arpinatium.
Conscripserunt communiter edictum cum pœna atque iudicio. Cic. 3. Offic.
Consolari communiter. Cic. Attico, lib. 3. 55.
Deberi communiter. Paulus in l. militis. D. de testamento milit. Legata autem testamento data communiter debentur.
Literas communiter cum alijs scribere. Cic. Attico, lib. 11. Equidem ex tuis literis intellexi, & iis quas cōmuniter cum alijs scripsisti, & iis quas tuo nomine, quod, &c.
Vendere communiter cum aliquo aliquid. Pompon. in l. si Titius. D. pro socio.
Ira vtrunque communiter vrit. Horat. 1. Epist.
Communitus, aliud aduerbium antiquis pro communiter vsurpatum. Varro Rer. diuin. Etenim vt deos colere debet communitus ciuitas, sic singulæ familiæ debemus. Ex Nonio.
Communitas, pen. corr. communitatis {κοινότης} Denominatiuum. vt, Communitas vitæ & victus. Cic. ad Pætum, lib. 9. 24.
Consociatio hominum atque communitas. Cic. 1. Offic.
Communitas & societas hominis. Cic. 3. de Finib.
Communitas & societas cum hominibus est. Cic. 1. Offic.
Societas hominum inter ipsos, & vitæ quasi communitas continetur ratione. Cic. 1. Offic.
Communitas & societas vitæ. Cic. 1. Offic.
Communitas ciuilis. Cic. 3. de Finib.
Communitas conditionis illi cum gladiatore. Cic. 6. Philipp. Quæ vobis potest cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis esse communitas?
Communitas homini cum deo. Cic. 1. de Nat. deor.
In eo si erit communitas cum falso. Cic. 4. Acad.
Communitas cum improbis. Matius Ciceroni, lib. 11. 28, Nullam

communitatem cum improbis esse posse.

Magna est etiam illa communitas, quæ conficitur ex beneficiis vltro citróque datis, acceptísque. Cic. 1. Offic.

Maximè apta naturæ communitas. Cic. 1. Offic.

Ex communitate ducuntur officia aptiora naturæ. Cic. 1. Offic.

Ad naturalem communitatem nati sumus. Cic. 3 de Finib.

Seruanda communitas omnium rerum. Cic. 1. Offic.

Communio, communionis {κοινωνία} aliud Denominatiuum. Cic. pro Corn. Balb, Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere videtur.

Legis & iuris cõmunio. Cic. 1. de Leg. Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio iuris est.

Literarum & vocum communione homines inter se iunxit philosophia. Cic. 5. Tuscul.

Sanguinis communio. Cic. pro Roscio Amerino, Magna enim vis humanitatis: multum valet coniunctio sanguinis.

Sermonis communio, pro Communi confabulatione. Sueton. in Augusto, cap. 74, Ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes prouocabat.

In cõmunionem tuorum bonorum bona ac fortunas meas contuli. Cic. pro Milone.

Acquirere communioni. Paulus in l. Ea verò. D. pro socio, Quum specialiter omnium bonorum societas coita est, &c. aut quaqua ratione acquisitum, communioni acquiretur.

Impediri communione visorum. Cic. 4. Acad.

In communionem incidere. Vlpian. in l. vt sit. D. pro socio, Communiter autem res agi potest etiam citra societatem, vt puta quum non affectione societatis incidimus in communionem.

In pristina communione manere. Cic. 3. de Orat.

Communico, communicas, pen. corr. {κοινόω, κοινωνέω} communicare. Cicero pro Rosc. Amerino, Propterea quòd auxilium sibi se putat adiunxisse qui cum altero rem communicauit.

Partiri & communicare. Cic. de Amic.

Acta sua communicare cum aliquo. Ouid. 13. Metamorphoseos, At sua Tydides mecum communicat acta.

Causam cum aliquo communicare. Cic. pro Rosc. Amer.

Communicare ciuitatem. Liuius, Ciuitatem nostram vobis dedimus, communicauimúsque vobiscum.

Commodum communicare. Paulus in l. actione. §. diximus. D. pro socio.

Curam doloris sui cum aliquo communicare. Cicero Titio, libro 5. 16.

Furtum communicare cum aliquo, Partiri. Cic. 1. Verr.

Gloriam victoriæ cum aliquo communicare. Cic. 7. Verr.

Gloriam facti alterius cum laude sua communicare. Cic. Cassio, lib. 12. 2.

Honores siue magistratus communicare cum plebeiis. Plin. de Viris illustribus. Id est ex plebe creare magistratus.

Honorem alicui communicare. Cæsar bel. Gall. lib. 6, in eorum mentione quibus interdictum est sacrificiis à Druidibus: Neque iis petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur. Sic Erasmus in fine adagij, E sernius cum Pacidiano.

Ignem charitatis communicare. Budæus De asse lib. vlt. fol. 207. pag. 2, Dei sapientia ignem æternum charitatis humano generi communicauit.

Inimicitias communicare cum altero. Cicero ad Trebonium, libro 15. 21, Nam vt illa omittam quæ ciuitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicauisti, quum me concionibus tuis defendisti.

Iudicia communicare. Asconius in oration. contra Pisonem, Legem (inquit) iudiciariam tulit Aurelius Cotta Prætor, qua communicata sunt iudicia Senatui, & equitibus Romanis, & Tribunis ærariis.

Laborem communicare. Plinius lib. 11. cap. 30, Et formicæ, vt apes communicantes laborem.

Laudem cum altero communicare. Cic. 7. Verr. Vobiscum Africanus hostium spolia & præmia laudis communicauit.

Non partiendæ inuidiæ, sed communicandæ laudis causa loqui. Cic. pro Sylla.

Communicare aliquid cum sua laude. Cic. 4. Academ. Id est laudi suæ aliquid admiscere.

Lucrum cõmunicare, pro Commune facere. Sueton. in Augusto, cap. 75, Per singulos lectos licitatio fieret, & seu iactura, seu lucrum communicaretur.

Mensa sua communicare aliquem. Plaut. Milite, 3, Communicabo te semper mensa mea.

Officia communicare inter aliquos. Suetonius in Domitiano, cap. 7, Quędam ex maximis officiis inter libertinos militésque communicauit.

Pericula communicare. Cic. de Amic. Itaque siquando aliquid officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis est qui id non maximis efferat laudibus?

Communica mecum hanc prouinciam, pro Adiuua me. Plautus Trinum. 4.

Impertire alicui & communicare cum eo aliquid. Cic. de Amicit. Quod faciendum, imitandúmque est omnibus, vt siquam præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ consequuti sunt, impertiant eam suis, communicéntque cum proximis.

Ad participãdum alium ab alio, cõmunicandúmque inter omnes iusti natura facti sunt. Cic. 1. de Legib.

¶Communicare cum altero, pro Loqui. Cicero ad Atticum, lib. 11, Quod ad te scripseram vt cum Camillo communicares: de eo Camillus mihi scripsit, te cum eo loquutum.

Vnà cum aliquo communicare omnia quæ cura aliqua afficiunt. Cic. Attico, lib. 1.

Benignissimè communicare aliquid cum aliquo. Cic. 1. Verr.

Iudicia cum equestri ordine communicare. Cic. pro Cluent.

Communicare de re aliqua. Cicero ad Lentulum, libro 1. 7, Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse.

Communicare alicui de re aliqua. Cæsar libro 3. belli Ciuilis, Vibullius adhibito Libone, & L. Luccio, & Theophane, quibus communicare de maximis rebus Pompeius consueuerat, de mandatis Cæsaris agere instituit.

De officio vtriusque nostrum communicare. Cicero Sulpitio, libro 4. 1.

Communicare inter se aliquid. Cicero ad Cassium, libro 15. 14, Tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Idem ad Matium, libro 11. 27, Multa præterea, quæ temporibus illis inter nos familiarissimè dicta, scripta, communicata sunt.

Multa de re aliqua inter se communicare. Cic. pro Quintio.

Communicare & peruulgare. Cic. 2. de Inuent.

¶Communicari, in actiua significatione. Liuius 4. ab Vrbe, Nec aduersarum rerum quærere socios, cum quibus spem integram communicati non sint.

Præmia virtutis & officij non oportere cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus peruulgari. Cicero 2. de Inuent. Sed hic passiuè.

Communicato inter se consilio. Liu. 8. ab Vrbe.

Res aduersas communicans amicitia leuiores facit. Cicero de Amicitia.

Communicatio {κοινωνία, ἀνακοίνωσις} Verbale. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12, Quin mihi nunc te absente non solùm consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quæ mihi suauissima tecum solet esse, maximè deest.

Communicatio ciuitatis. Cic. pro Corn. Balbo, Nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.

Societas & communicatio vtilitatum. Cic. 5. de Finib.

Communicatio nominum. Plin. lib. 24. cap. 14, His subteximus ea quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, ínne arborum essent. Id est quòd iisdem nominibus vocabantur.

Suauissima sermonis communicatio. Cic. Attico, lib. 1.

¶Communicatio, est figura, Græcè ἀνακοίνωσις dicta: qua oratores inter orandum vtuntur. Cic. 3 de Orat. Communicatio, est quasi cum iis ipsis apud quos dicas, deliberatio, vt sunt hæc, Quid suadetis? &c. Vos interrogo, quid tandem fieri oportuit? & similia.

Commurmuro, penul. corr. {μορμύρω} commurmurare, Idem quod murmurare. Plinius libro 10. capite 23, Pythonos comen vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatæ inter se commurmurant.

Clauso commurmurant ore. Sil. lib. 15.

Commurmuror {μορμυρίζω} Deponens, Idem. Cic. in Pisonem, Ita enim sunt perscriptæ scitè & literatè, vt scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans, commurmuratus sit.

Commuto, commutas, pen. prod. {συμμεταλλάσσω} commutare, Idem mutare, vel simul mutare. Cic. 5. Verr. Vt non modò eorum agris vectigal nouum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, néve vendundis aut tempus aut locum commutarent.

Commutare & corrigere. Cic. 1. de Inuent.

Ex veris in falsa commutare. Cic. de Fato.

Scriptis, assiduitate orationis, & præceptis cõmutare aliquem, vt. Cic. Attico, lib. 16.

Animum commutare. Lucret. lib. 3.

Animos commutare & omni ratione flectere. Cicero 2. de Orat.

Captiuos commutare. Cic. 1. Offic.

Commutare coloniam, per translationem dixit Plautus Aulul. 16, Vt me deponat vino, eam affectat viam:
Post hoc quod habeo vt commutet coloniam. Id est ea mihi auferat, & deportet in domum suam.

Commutauit colorem hoc caput. Plaut. Mostel. 4.

Compendium leue maxima fraude commutarunt. Author ad Herennium, lib. 2.

Commutare consilium. Cæsar 1. bel. Gal.

Commutare fidem & religionem pecunia. Cic. pro Cluentio, Ciuem sine ignominia quenquam, qui ad perniciem innocentis fidem suam & religionem pecunia commutarit. Id est vendiderit.

Frons, vultus, & sermo petitoris ad eorum, quoscunque conuenerit, sensum & voluntatem commutandus est. Cicero de Petit. Consulat.

Gloriam cõstantiæ cum patriæ charitate commutare. Cicero pro Sextio, Denique videbatur ea cõditione tam fortis fuisse, vt cum patriæ charitate, constantiæ gloriam commutaret. Id est, vt pro patria relicta gloriam assequeretur. Budæus.

Inuidiam possessionis pecunia commutare. Cicero 1. de Lege Agraria.

Iura omnia, & omnium consuetudinem cum vituperatione sine quæstu commutare. Cic. 5. Verr.

Locum. Lucret. lib. 3.

Naturam. Varro 2. de Re rust. cap. 40, Semen vetus tantum valet in quibusdam rebus, vt naturam commutet.

Nomen. Plaut. Amphit. 4.

Rempublicam. Cic. 3. in Catil.

Sententiam. Cic. ad Attic. lib. 16, Lectis verò tuis literis, admiratus equidem sum, te tam vehementer sententiam commutasse.

Signa earum rerum quas ceperunt, commutant fures. Cicero 5. de Finibus.

Vestem commutant inter se & nomina. Plaut. Capt. 2, Itaque inter se commutant vestem & nomina.

Viam. Lucret. lib. 2.

Vitam commutare cum morte. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 5. Hisce temporibus non pessimè cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum esse mortem cum vita commutare.

Vitam priorem commutare nouis rebus. Lucret. lib. 5.

Vxores. Plaut. Trinum. 4.

Vin' commutemus, tuam ego ducam,
Et tu meam?

¶Commutare in horas. Cic. ad Atticum, lib. 14. Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. Sic Commutari tempore, Idem 1. Offic.

Commutare quædam in libris. Plin. Iunior, lib. 7. epist. 19. Librum tuum legi, & quàm diligentissimè potui, annotaui quæ commutáda, quæ eximenda arbitrarer.

Verbum proprium proprio ornandi causa commutare. Cic. 3. de Oratore.

Commutare alicuius contumeliam vita sua. Sallust. in oratione ad Cæsarem, de Repub. ordinanda, Nam quid ego de te dicam, cuius contumeliam homines ignauissimi vita sua commutare volunt? scilicet neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto mœrore dignitas tua.

Commutare verba cum aliquo, Litigare & iurgare. Terentius Andr. 2. 4.

-crede mihi hoc inquam Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum esse verbum, si te dices ducere. Vbi Donatus, Commutaturum verbum, Altercaturum: sicut in Phorm. 4. 3.
Vt est ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. Id est dabis atque accipies, id est non iurgabis. Ego puto commutare verba hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est iracundia in maledicta compelli.

Commutari & contrarium fieri. Cic. 1. Offic.

Animo commutari. Cic. 4. de Finib.

Iudicio commutari non potest res quæ semel sit iudicata. Cic. 1. de Inuent.

Commutatus, pen. prod. Participium. vt, Commutata sententia. Cic. 4. Academic.

Commutato genere vitæ. Cic. 1. Offic.

Commutato tempore. Cæsar. 3. bel. Ciuil.

Ratio commutata. Cic. Pulchro, lib. 3. 5.

Commutatus, huius commutatus, pen. prod. Verbale. Id est commutatio seu alteratio. Lucret. lib. 1.

Quapropter quoniam quæ paulo diximus antè,
In commutatum veniunt. Id est commutantur. Loquitur de elementis.

Commutatio, aliud Verbale {μεταβολή} Cæsar 5. bel. Gall. Propter crebras commutationes æstuum.

Annuæ commutationes, nó modò quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt: verùm ad vtilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ. Cic. 1. de Diuinat.

Commutationes ciuiles. Cic. ad Lucilium, lib. 5. 12.

Commutatio dominorum reformidanda. Cic. ad Attic. lib. 2.

Morum aut studiorum commutatio. Cic. de Amic.

Conuersiones commutationésque tempestatum cæli fiunt accessu stellarum & recessu. Cic. 2. de Diuin.

Commutationes temporum quadripartitæ. Cicero 1. Tuscul. Vicissitudines dierum atque noctium, commutationésque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum & temperationem corporum aptas, &c.

Commutatio vitæ. Cic. 1. Tuscul.

Voluntatis. Cic. Attico, lib. 1. 12.

Voluntatum & animorum. Cæsar 1. bel. Gall.

Ex vero in falsum fit commutatio. Cic. de Fato.

¶Commutatio, est Rhetorum figura. Author ad Herennium, libro 14, Commutatio est, quum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transiectione ita efferuntur, vt à priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: Esse oportet vt viuas, non viuere vt edas.

Commutabilis, & hoc commutabile, pen. corr. {μεταβλητικός} Quod facilè mutatur. Cic. de Amicitia, Nam quum amicitiæ vis sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idémque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?

Cera commutabilis. Cic. 3. de Nat. deor.

Exordium commutabile. Cic. 1. de Inuent. Exordium commutabile est, quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici.

Imbecilla & commutabilia pecuniæ membra. Cic. in Parad. In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum sæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla & commutabilia pecuniæ membra, verbo bona putauerunt appellanda, quũ re ac factis longè aliter iudicauissent. De opibus.

Si commutabilis esset natura argenti & æris. Cicero 3. de Natura deorum.

Varia & commutabilis vitæ ratio. Cic. pro Milone.

Infirma, misera, & commutabilis Respublica. Cicero ad Atticum, lib. 1. 12.

Como, comis, Vide COMA.

Comœdia, huius comœdiæ {κωμῳδία} Poema in quo humiles ferè personæ inducuntur, & amores, virginúmque raptus describuntur. Festus. Comœdias constat appellari ex eo quod initio in vicis iuuenes cantare soliti essent crebrò conuenientes. De comœdiis vide præfationem Donati in Terentij comœdias.

Comœdia dicta est παρὰ τῆς κώμης, id est à vico: & ᾠδή, cantilena.

Actores comœdiarum. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Motoria comœdia, & Stataria. Vide STATARIA.

Prisca. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Iocorum referta. Cicero 1. Offic. Duplex est omnino iocandi genus, &c. Alterum, elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum.

Agere comœdiam. In AGO.

Vetus. Horat. in Arte.

Eius improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notauerunt. De Seruilio Glaucia. Cic. de Claris Orat.

In comœdiis placere. Cic. in Orat.

Comœdus {κωμῳδός} Qui repræsentat comœdias, siue comœdiarũ actor.

Facere comœdum in pronuntiando. Quintil. lib. 2. cap. 12.

Fieri comœdum ex pessimo histrione. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Comicus, pen. corr. {κωμικός} Adiectiuum. vt, Comicus versus. Plin. lib. 14. cap. 14.

Actores comici. Quintil. lib. 2. cap. 10.

Artificium comicum. Cic. pro Roscio Comœdo, Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. De Roscio.

Dauus comicus, Id est qui à comicis poetis describitur. Horat. 2. Serm. satyr. 5.

-Dauus sis comicus, atque
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.

Comicus poeta, Comœdiarum author. Cic. in Orat.

Res comica, Id est res quæ in comœdiis tractatur. Horat. in Arte,
Versibus exponi Tragicis res comica non vult.

Comici senes. Cic. de Senectute, Nam quos ait Cæcilius comicos stultos senes, hos significat credulos, obliuiosos. quo loco quidam codices habent Comicus. sed Comicos accusatiuo casu legendum esse, ostendit locus ipse Cæcilij, qui integer ponitur à Cicerone in Lælio. hæc enim verba illic leguntur, Quid autem turpius, quàm illudi? quod ne accidat, magis cauendum est: vt in Epicureo,
Hodie me ante omnes comicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissimé. Quod enim illic in excusis libris Coamicos legitur, manifestò corruptum est. nec enim verbum illud Latinum est: neque sensus eius, si in cõsuetudine fuisset, illic quadrat. Porrò Comicos dici putat Victorius in Variis lectionibus, quales à Comicis in fabulis inducũtur: stultos verò, quia fingi etiam possunt sapientes. In comœdiis autem sæpe ita stolidi finguntur, vt exẽplum stultitiæ sint: qualis est Nicobulus ille Plautinus in Bacchidibus.

Seruus comicus. Vide Comicus testis, in TESTIS.

Testis comicus. Vide TESTIS.

Comicè, pen. corr. Aduerbium. Cic. 3. de Orat. Quis vnquam res præter hunc tragicas penè comicè, tristes remisse, si ueras hilarè, forenses scenica prope venustate tractauit?

Comœdicè, pen. corr. {κωμῳδικῶς} Aduerbium à Comœdo, inquit Festus. Plaut. in Milit. Act. 2. scen. 2. Euge, euge, astitisti & dulce & comœdicè. Id est suauiter & iucundè, vt exponit Cælius.

Comosandalos {κομοσάνδαλος} Flos est, quem notiore nomine hyacinthum nominamus, vt tradit Pausan. ex quo Hermionenses, solennibus Chthoniæ deæ festis coronas complicabant.

Comosis, Vide COMMOSIS.

Comosus, Vide COMA.

Comotica {κομμωτικά} Medicamenta sunt capillis venustandis, elegantérque ornandis excogitata. Qualia ab Archigene composita memoriæ proditum est, quibus docet flauos & crispos capillos fieri salis spuma, intermixta myrrha. Galenus quoque medicus alioqui grauis, comotica recenset quibus nigrescit capillus, aut in candorem perducatur, vel euadat rufior. Quin commemorat se vidisse mulieres complusculas immodica affectati capillitij defunctas curiositate, quũ caput huiuscemodi medicaméntis lethifera frigiditate vexassent.

Comotrion {κομμώτριον} Dicitur instrumentum, quo comptrices capillos adornant, Latinè Calamistrum appellatur, vel discerniculum. Vide Pollucem, & Cæl. lib. 18. cap. 10.

Comotriæ {κομμώτριαι} Latinè comptrices dici possunt, vel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Vestæ ministræ, authore Festo, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ sex erant numero, vt singulæ partes populi, singulas haberent sacrorum ministras.

Compactus, Compactio, Compactilis, Vide COMPINGO.

Compago {σύμπηξις} & Compages, pen. prod. in genitiuo compagis, non compaginis, Seruio. Hoc est coniunctio, compositio, commissura, confixio. Dicitur à Compingendo, id est coniungendo. Seruius, Ambages & compages antiqui tantùm dicebant. Posteritas admisit vt etiam compago dicatur: sed non quia varius esse potest nominatiuus, debet etiam declinatio mutari. quemadmodum nec in istis nominibus arbor arbos, vomer vomis: nam & arboris & vomeris tantùm facit. Ergo compages compagis: quoniam compago vsurpatum est. compaginis enim nemo penitus dicit. Hactenus Seruius in illud 1. Æneidos, -compagibus arctis
Claudentur belli portæ. Ouidius tamen ita ait lib. 1. Metamorphoseos, de Syringe,
Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis, nomen tenuisse puellæ. Cic. de Senect. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur.

Compages lapidum. Ouid. 3 Metamorphoseos,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.

Arctæ compages. Virgil. 1. Æneid.

Discussa compages. Lucan. lib. 2.

Duráque deum compage tenebant. Claudian.

Ferrea compago laterum. Stat. lib. 7. non procul ab initio, domum Martis describens.

Humana compages. Lucan. lib. 5.

Laxæ compages. Virgil. 1. Æneid.

Aluus curua compagibus. Virgil. 2. Æneid.

Solida. Lucan. lib. 5.

Soluta. Claudian. lib. 1. de raptu Proserp.

Validis hærere compagibus Veneris, Id est tenacibus vinculis. Lucret. lib. 4.

Reuulsæ compages. Seneca Thyeste,12.
Compagibus ruptis.Seneca Hercule Oetheo,9.
Muri compagem soluere.Lucan.lib.3.

Compagino,compaginas.pen.corr.Coniungo,copulo,à nomine compages, siue compago, quæ coniunctionem significant. Augustinus, Vt autem simus membra eius,vnitas nos compaginauit.

Compar,comparis,pen.corr. om. gen. {παρισωτής} Idem significat quod Par. Liuius 1. ab Vrbe, Id enim demum compar connubium fore.

Compar consilium. Liu.8.bel.Pun.Quàm compar cõsilium tuum parentis tui consilio sit,reputa.

Funus compar morti.Liu.8.ab Vrbe,Decij corpus ne eo die inueniretur, nox quærentes oppressit: postero die inuentum inter maximam hostium stragem,coopertum telis:funúsque compar morti celebrante collega, factum.

Compar, exornatio Rhetorica. Author ad Heren.lib.4, Compar appellatur,quod habet in se membra orationis, quæ constant ex pari numero syllabarum.

Compar modus, Id est par & æqualis mensura. Celsus libro 4. capite 5.

Viri natura compar vxori.Lucret.lib.4. Id est conueniens.

Compar,cum genitiuo.Gell.lib.6.cap.11,Quia tantisper similis & compar eorum fias.

¶Compar,pro Socio seu coniuge. Plaut.Casin.18,
Meus socer,compar,commaritus villicus. Id est socius vel æqualis.
Plinius lib. 8. cap. 23, Coniuga fermè vagantur: nec nisi cum compare,vita est.

Æquare munia comparis.Horat.Carm.ode 5,
Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice,nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis
In venerem tolerare pondus.

Comparatiuus,Vide COMPARO.

Comparco, comparsi, comparsum {φείδομαι} comparcere,Idē quod Parcere. Terent.Phorm.1.1,
Quod ille vnciatim vix de demenso suo
Suum defrudans genium,comparsit miser,&c.

Compareo,compares. penult.prod. comparui {φαίνομαι} comparere, Idem quod Apparere. Plaut.Aulul 20,Qui modò nusquam comparebas, nunc quum compares, peris. Cic.7.Verr.Quærite nunc vestigia prius quibus exitus illorum, ex illo loco compareant. Ouid. ad Liuiam,
Lucifer in toto nulli comparuit orbe.

In multitudine bonorum comparere.Cic.pro Rab.perduel.reo.
Aliquem non comparere.Cic.Attico.lib.12.

Corpus mortui non comparet. Papinianus in l. vlt. D. de his qui not. infam. Siquis in bello ceciderit: etsi corpus eius non comparreat,lugebitur.

Omnis suspicio in eos seruos qui non comparebant, mouebatur. Cic.pro Cluentio.

Inchoata à natura comparent.Cic.pro Sylla.

Comparent leges.Liu.6.ab Vrbe,In primis fœdera ac leges(erant autem eæ duodecim Tabulæ,& quædam regiæ leges) conquiri quæ comparent,iusserunt.

Comparent officia in actione. Cic. 3. Offic. Quum autem aliquid actum est in quo media officia compareant, id cumulatè videtur esse perfectum.

In turba nouorum voluminum vix comparet hæc oratio. Cic. de Claris Orat.

Orationis ornamenta comparent.Cic.in Orat.
Nulla scintilla comparet incendij.Cic.Anteq.iret in exil.
Signa & dona comparere omnia.Cic.3.Verr.
Signa testium non comparent. Vlp. in l.Quum tabulæ. D. de bon. possess.secund.tab.

Comparebunt quæ imperas. Plautus Amphitryone.7, Et memor sum,& diligens,vt quæ imperes,compareant. Id est,fiant ea quæ tu imperas.

Non comparet argenti ratio.Plaut.Trinum.8,
-postquam
Comēdit rem,pòst rationem putat. L. nequaquam argenti
Ratio comparet tamen.

¶Comparere,pro Extare. Liuius, Visebantur enim excellentia eius generis ornamenta à Marcello consecrata, quorum exigua pars comparet. Idem Decad.4.lib.2,Iis quorum agros vrbésque populatus esset, redderet res quæ comparerent:cæterorum æquo arbitrio æstimatio fieret.

Comparo,comparas,pen.corr. {παρασκευάζομαι, παρασκευάζω} comparare,Propriè est Parare. Cic.3.Verr.Magnificè & ornatè (vt erat in primis inter suos copiosus) comparat conuiuium.

Accusatorem alicui comparare.Cic.pro Cluent.

Comparare accusatores in aliquem.Cicero pro Roscio Amerino, Crimen incredibile cõfingunt: testes in hunc & accusatores huiusce pecunia comparant.

Aditum comparare. In ADITVS.

Comparare sibi aditum ad aliquam rem. Cic.ad Atticum, libro 2, Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.

Bellum non comparere,sed iam gerere. Cic.3.Philipp. Quum bellum nefarium contra aras, & focos, contra vitam fortunasque nostras ab homine profligato ac perdito non comparari, sed geri iam viderem.

Comparare canem ad rixam,ad pugnam, ad cursum. Colum. lib. 7.cap.12.

Copias contra aliquem.Cic.in Orat.

Copiam hominum. Cic.ad Atticum,lib.8. Alter in Siciliam cum ea copia quam Capuæ & circum Capuam comparasti,&c.

Conuiuium.Cic.3.Verr.
Domicilium.Liu.1.ab Vrbe.

Dolum ad aliquem capiendum,per translationem. Liu.3.bel.Pun. Vbi id parum processit,dolum ad capiendos eos comparant.

Comparare & confingere dolum alicui.Plaut.Capt.2.
Exercitum.Cic.3.Philipp.

Ferrum in tutelam sui. Quintil. lib. 3. cap. 2, Nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrū in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius compararit.

Annus hybernus Iouis imbres niuésque comparat.Horat.Epod.2. Hoc est,hyems colligit & accumulat,&c.

Insidias alicui. Cic. pro Cluentio, Itaque tum sic statuit,per C.Fabritium insidias Habito comparare.

Laudationes per vim & metum ab aliquibus alicui comparare. Cic.6.Verr.

Ludos magna pecunia.Cic.ad Q.frat.lib.3.14.

Malum alicui.Plaut.Casina,10,
Quin ego illis hodie comparem magnum malum.

Periculum alicui.Cic.pro Flacco.

Sortitio comparata ne,&c. Id est constituta.Cic.pro Cluent.

Comparare & constituere spatium defensionis. Cicero pro Rab. perduel.reo.

Tumultus domesticos & intestinos comparare. Author ad Herennium,lib.4.

Comparare,cum infinitiuo.Comparare tecta vrere.Ouid.2.Trist. Igne quid vtilius?siquis tamen vrere tecta
Comparat,audaces instruit igne manus.

Ad arbitrium suum aliquid comparare.Cic.Mario,lib.7.1.
Ad delectationem comparatum aliquid.Cic.in Orat.
Delectationis causa comparatum aliquid.Cic.in Orat.
In ostentationem comparare declamationem.Quintilianus libro 2. capite 10.

Grauissimus author ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam,fortissimus adiutor ad rem perficiendam fuit. Cicero pro Domo sua.

Maiores nostri hoc comparauerunt vt, &c. Hoc est, instituerunt & obseruarunt. Cic.ad Heren.lib.4.

Comparare se. Terent.Eunuch.1.1,
-an potius ita me comparem
Non perpeti meretricum contumelias? Cic.de Nat.deor. Ego me ita comparaui.

Alicui se ita comparare.Quintil.lib.1.cap.2.

Comparare se, pro Se disponere & cauere. Cic. ad Q.frat.libro 1. epist.1, Sed te illud admoneo, vt te antè compares,quotidiéque meditere resistendum esse iracundiæ.

Dum se vxor,vt fit,comparat, paulisper commoratus est. Cic.pro Milone.

Comparare se ad respondendum.Cic.3.de Nat.deor.
Comparare se ad iter.Liu.8.bel.Pun.

Comparare sibi remedium ad vim tempestatum. Vide REMIDIVM.

Sic comparare subsidia ad omnes casus. Cæsar 4.bel.Gall.
Comparare vultum suum è vultu alterius.Plaut.Amphit.11.

¶Comparare {πορίζειν} Acquirere.Terent.And.4.1,
-atque ex incommodis
Alterius sua comparent vt commoda? Vbi Donatus,Comparent, id est acquirant,vel æstiment. Id est non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea æstimauerint.

Amicitias comparare ratio monet.Cic.1.de Finib.

Amicitiæ comparantur, vt commune commodum mutuis officiis gubernetur.Cic.pro Roscio Amerino.

Comparare argentum.Plaut.Asin.6.
Optimas artes comparare.Cic.1.de Finib.

Comparare sibi authoritatem re aliqua bene gesta. Cæsar 5. belli Gallici.

Comparare sibi populorum liberorum, regúmque auxilia voluntaria. Cic. ad Catonem,lib.15.4, Quum interea superioribus diebus ex Senatusconsulto, & euocatorum firmam manum, & equitatum sanè idoneum, & populorum liberorum, regúmque & sociorum auxilia voluntaria comparauissem. Voluntaria, id est Quæ sponte dantur.

Comparare sibi delectationes ad arbitrium suum. Cic. ad M. Marium, lib.7.1.

Comparare diligentiam.Cic.pro Quintio,Nam quo minus ingenio possum,subsidio mihi diligentiam comparaui.

Discipulum.Cic.in Pisonem.
Gloriam ex bellicis rebus.Cic.2.Offic.

Ius à maioribus nostris ita comparatum est. Cicero pro Domo sua.

Ære comparare homines ad aliquid.Catull.epigr.10.
Laudes artibus comparare.Cic.Curioni,lib.2.3.
Improbissimè prædam comparare.Vide IMPROBVS.
Optimam viuendi rationem comparare.Cic.5.Tuscul.

Ad beatè viuendum res nobis comparat sapientia. Cicero 1.de Finibus.

Subsidium aliquod ab adolescentia sibi comparare. Cicero 1.de Orator.

Syluam rerum ac sententiarum comparare.Cic.3.de Orat.
Virtutem industria comparat alicui.Author ad Heren.lib.4.

Conquirere & comparare voluptates. Cicero 1.de Finib.Sapientia nunc expetitur, quòd est tanquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis.

¶Comparare, Coniungere. vt, Comparare labella cum labellis. Plaut.Asin.12.

¶Comparare,Emere {ὠνεῖσθαι, κτᾶσθαι} Terent.Eunuch.2.3.
Si scias quod donum huic dono contra comparet. Vbi Donatus, Comparet

Compararet pro emat, aut comparandum putet. Cato de Re rust. Prædium quum comparare cogitabis.

Animosissimè comparare aliquid. Sueton. in Cæsare, cap. 47, Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissimè comparasse.

Carius comparare aliquid. Sueton. in Calig. cap. 27, Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, &c.

Magisteria sacerdotij comparare. Sueton. in Calig. cap. 22, Magisteria sacerdotij ditissimus quisque & ambitione & licitatione maxima vicibus comparabant.

Ex alterius pecunia aliquid comparare. Vlpian. in l. Procuratoris. §. planè. D. de tribut. act.

Comparare seruum. Vlpian. l. Si procuratorem. §. Si tutores. D. Mandat. Nam & si non mandassent, tenerentur tutelæ, cur seruum pupillo necessarium non comparauerunt. Quidam expungunt priorem negationem, quod & videtur sensui aptius. Vide LOCVM.

¶Comparare {συγκρίνειν, παραβάλλειν} Assimilare, conferre. Plinius libro 12. cap. 14, Rursum thus exit, nec comparandum priori.

Conferre pugnantia, comparare contraria. Cic. in Orat.

Similitudines comparare. Cic. 1. Offic.

Dicendi ratio cum imperatoris laude, aut cum boni senatoris prudentia comparanda. Cic. 1. de Orat.

Comparare aliquorum ætatem. Liuius 1. ab Vrbe, Fortè & Numitori, quum in custodia Remum haberet, audissetque geminos esse fratres, comparando eorum ætatem, &c.

Alterum alteri comparare. Cic. de Amicitia.

Comparare alterum cum altero & conferre. Cic. 6. Verr. Conferte Verrem, non vt hominem cum homine comparetis, ne qua tali viro mortuo fiat iniuria: sed vt pacem bello, leges cum vi.

Hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparare. Cic. pro Domo sua.

Comparare se gratia cum aliquo. Cic. pro Quint.

Comparare aliquem ad alium. Terent. Eunuch. 4. 4,
Ne comparandus hic quidem ad illum est.

Factum vnius cum alterius facto comparare. Cicero Pulchro, libro. 3. 6.

Longior oratio cum magnitudine vtilitatis comparetur. Cicer. 2. Offic. Id est, quasi compensetur.

Personam cum persona comparare. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Solitudinem cum solitudine. Cic. 3. Offic.

Comparare se alicui. Ouid. 13. Metam.

Nullo modo cum cæteris comparandus vir. Cic. 2. Philipp.

Æqualitate comparantur multa. Cic. in Topic.

Numero comparare. Cic. in Topic.

Specie comparare. Cic in Topic.

Comparari cum aliquo. Catul. epigr. 40.

Quis huic deo compararier ausit? Catul. epigram. 56. De Hymenæo.

Diuinis ausis aliquod factum comparare. Silius lib. 15.

Aliqua inter se comparare. Cic. 1. Offic.

Argumenta vtriusque partis inter se comparare. Quintilian. libro 7. cap. 3.

Coràm comparare. Cicero in Oratore, Et nisi coràm erit comparatus ille, fortior per se hic quem dico probabitur. Sensus est: Mediocres oratores certè magni videntur, nisi cum illis amplissimis comparentur. Hoc enim efficit comparatio, vt quæ maiora & meliora sunt, statim appareant: & ex collatione certissimum iudicium nascatur. vnde prouerbio dicitur, Purpura iuxta purpuram diiudicanda est.

¶Comparatum est ita {οὕτω τέτακται} Id est constitutum, vel consuetudine receptum. Terent. Phorm. 1. 1,
Quàm inique comparatum est, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus?

Iniquè comparatum quippiam. Vide INIQVVS.

Iniquissimè comparatum est quòd, &c. Cic. pro Cluent.

Comparatum est præclarè legibus. Cicero ad Brutum, 12, Sed hoc præclarè legibus comparatum est, vt charitas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet.

More maiorum. Cic. pro Rosc. Amer. Itaque more maiorum cõparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.

Natura ita comparatum, vt, &c. Liu. 3. ab Vrbe.

Comparata est ita hominum natura, vt, &c. Terent. Heaut 3. 1.

Ratio ita comparata est vitæ naturæque nostræ, vt alia ætas oriatur ex alia. Cic. de Amicit.

¶Comparare inter se, pro Constituere. Liu. Cum Tribunis pleb. actum, vt compararent inter se, qui duo cum legatis irent.

Sortiri, & comparare inter se. Liu. lib. 4. secundi belli Punici, Decretúmque omnium primum, vt Consules sortirentur compararéntque inter se, vter Censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur.

Comparatio {σύγκρισις, παρασκευή} Verbale, Idem quod apparatus. vt, Comparatio noui belli. Cic. pro Lege Manil.

Nihil sua comparatione diminuere. Cic. Qu. frat. lib. 1. 2, Pompeius omnia pollicetur, & Cæsar: quibus ita credo, vt nihil mea comparatione diminuam.

Comparatione disciplinâque dicendi in patronorum numerum peruenire. Cicero de Claris Oratoribus. paulo antè apparatum dixit.

¶Comparatio, Acquisitio. vt, Comparatio voluptatis. Cic. 2. de Finibus. Idem pro Murena, Non placet mihi inquisitio candidati prænuntia repulsæ: non testium potius, quàm suffragatorum comparatio. Budæus.

Anxia diuitiarum comparatio. Valer. Max. lib. 4. cap. de Paupertate, vbi de Atilio Calatino meminit.

¶Comparatio criminis quid sit, declarat Cicero 1. de Inuent. Comparatio est, inquit, quum aliud aliquod factum rectum, aut vtile contenditur, quod vt fieret, illud, quod arguitur, dicitur esse commissum.

Comparatio Latinè, analogia Græcè dicitur. Cic. de Vniuers.

Criminis comparatio inuenta & adornata ab aliquo. Cicero pro Cluent.

¶Constringi comparatione. Cicero de Vniuersit. Id est coniunctione, vel proportione. Sic enim ipse Cicero docet paucis antè versibus. Quædam exemplaria pro comparatione habent proportione.

¶Comparatio, Assimilatio. Plin. Iun. lib. 7. epist. 29, Sed quum lego, ex comparatione sentio quàm malè scribam.

Contentio & comparatio de duobus honestis. Cic. 1. Offic. Potest incidere sæpe cõtentio & comparatio de duobus honestis vtrum honestius.

Parium comparatio nec elationem habet, nec submissionem: est enim æqualis. Cic. in Topic.

Similium comparatio. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Vtilitatum comparationes. Cic. 2. Offic.

Cum scriptis alienis comparatio orationis alicuius. Cicero 1. de Oratore.

Difficiles ad iudicandum comparatione res. Cicero Planco, libro 10. 5.

In comparatione vis rerum cernitur. Cic. in Topic.

Ducere comparationem vna via. Quintil. lib. 7. cap. 3.

De comparatione aliquarum rerum differere. Cic. 1. Offic.

Ad eandem inter se comparationem conficiunt spatia stellæ. Cic. 2. de Nat. deor.

¶Comparatio, Constitutio. Liu. His Volscis sine sorte, sine comparatione prouincia data est.

Comparatè, penultima producta, Aduerbium {συγκριτικῶς} Cicero in Topic. Quum autem quæritur quale quid sit, aut simpliciter quæritur, aut comparatè, &c. Comparatè, id est comparatiuè, relatiuè, respectiuè.

Comparabilis, & hoc comparabile, pen. corr. {συγκριτικός} Cic. 1. de Inuent. Comparabile autem est, quod in rebus diuersis similẽ aliquam rationem continet.

Simile & comparabile. Cic. 1. de Inuent. Simile autem ex specie cõparabili, comparabile autem ex conferenda atque assimilanda natura iudicatur.

Species comparabilis. Cic. 1. de Inuent.

Comparatiuus, penult. prod. {συγκριτικός} Adiectiuum, Dicitur quod æquat. Vnde dicimus Comparatiuum gradum, cuius proprium est superare positiuum in ea qualitate quam obtinet. licet quandoque pro positiuo ponatur. Nonnunquam etiam superlatiuum excedit, vt apud Liuium 4. ab Vrbe, Rem vtilem pessimo exemplo, peiore consilio est aggressus. Quintil. lib. 9. cap. 3, Vtimur vulgò & comparatiuis pro absolutis: vt quum se quis infirmiorem esse dixerit. Duo inter se comparatiua committimus, &c.

Iudicatio comparatiua, Vox rhetorum. Cic. 2. de Inuent.

Comparatiuum causæ genus. Quintilian. lib. 3. cap. 12. & libro 7. capit. 5.

Comparsit, pro Compescuit Terentius posuit. Festus.

Compasco, compascis, compaui, penult. producta, compastum {συμβόσκω} compascere, Propriè dicitur de gregibus, aut armentis, dum simul pascunt. Plin. libro 9. cap. 54, Nondum Britannica seruiebant littora, quum orata Lucrina nobilitabat: postea visum tanti in extrema Italia petere Brundusium ostreas: ac ne lis esset inter duos sapores, nuper excogitatum famem longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Compascor {συμβόσκομαι} Passiuum. Varro 1. de Re rust. cap. 53, Messe facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam: aut si sunt spicæ raræ, & operæ caræ, compasci.

Ius compascendi habere. Scæuola in l. Testatrix. §. Plures. D. Si seruitus vendicetur, Plures ex municipibus, qui diuersa prædia possidebant, saltum communem, vt ius compascendi haberent, mercati sunt.

Compascuus {σύννομος} Adiect. vt, Compascuus ager, Relictus ad pascendum communiter vicinis, inquit Festus. Cic. in Topic. Si compascuus ager est, ius est compascere.

Ius compascuum, pro Compascendi. Scæuola in l. Testatrix. §. finali. D. Si seruitus vendicetur, Item quæro, an quum pars illorũ propriorum fundorum legato ad aliquem transmissa sit, aliquid iuris secum huius compascui traxerit.

Compater, compatris, penult. corr. eo significatu quo vulgus vtitur. Petrus Bembus in epist. Leonis Pontificis lib. 11. epist. 16. Ad quam formam & Commater rectè dixeris. *Compere, Commere.*

Compatronus, compatroni, penult. prod. Vlpianus in l. 1. D. Si quid in fraud. patr. Aduersus compatronum, qui contra tabulas bonorum possessionem omisit, Fauiana non competit: si non plus sit in eo quod donatum est, quàm pars debita patrono. Quare si mortis causa ei donatum sit, partem faciet compatrono, quemadmodum legatarius patronus facit.

Compedes, Compedio, Compeditus, Vide COMPES.

Compello, compellas {προσαγορεύω, ἐντυγχάνω} compellare, Alloqui. Cic. Post reditum in Senatu, Neque solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit.

Compellare & loqui. Cic. ad Atticum, lib. 13, Quare da te in sermonem, & perseca, & confice, excita, compella, loquere, vt te cum illo Scæuola loqui putes.

Blandè compellare virum. Plaut. Pœnulo, 9.

Magnificè compellare aliquem. In MAGNVS.

Nominatim. Cic. pro domo sua, Nominatim alij compellabãtur, alij citabantur, alij relegabantur.

Vltrò verbis amicis. Virg. 2. Æneid.

Carmine.Catul.epigr.59,
Heroes saluete,deûm genus,ô bona mater,
Vos ego sæpe meo vos carmine compellabo.

Dictis aliquem.Ouid.8.Metam.

Multo honore aliquem.Id est honorifice. Virg 3.Æneid.

¶Lege compellare aliquem. Id est Euocare, In ius vocare, Legibus cogere. Cælius Ciceroni,lib.8.12, Quibus quum parum procederet,vt vlla lege mihi poneret accusatorem, compellari ea lege me voluerunt,qua dicere non poterant.

Compellari nomine. Liu.10.ab Vrbe, Patrem P. Decium nomine compellans,Quid vltra moror? Idem 3.bell.Punici,Tauream nomine compellauit,congredique vbi vellet,iussit.

Questu aliquem.Valer.lib.2.Argon.

Voce.Virg.5.Æneid.

Notis vocibus aliquem compellare. Id est (ait Seruius) amicabilibus.Virg.6.Æneid.

¶Compellare,Obiurgare & accusare apud populum. Cic.ad Att. lib.2.17, Nigidium minari in concione, se iudicem qui non adfuerit, compellaturum. Paulus Manutius exponit, euocaturum, coacturum, sic interpungens: Sed heus tu, ecquid vides calend.venire? Antonium non venire? Iudices cogi? Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, se iudicem,qui non affuerit,compellaturum.

¶Compellare, pro Probrosè appellare, incessere, euocare.Cic.3. Philipp. Item etiam Q. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto: nec sentit amens commendationem esse compellationem suam. Compellat edicto, id est infamando causam appellat. Tranquill. in Iulio,cap.17,In carcerem coniecit Nouium Quæstorem, eo quòd compellari apud se maiorem potestatem passus esset. Hoc est, infamari & accusari. Sic Beroaldus exponit.

Compellare de stupro. Valer.Maxim.lib.6.cap.1. vbi de C.Mario, A milite iure cæsum pronuntiauit, quia eum de stupro compellare ausus erat.

Non satis dignè ab aliquo compellari.Gell.lib.19.cap.1.

Compellatio,Verbale.Cic.ad Cornificium,lib.12.25, Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, séque in vrbem recepit inuitus. Id est obiurgationes & conuitia.

Compello,compellis, compuli,penultima correpta, cōpulsum {[illegible]} compellere, Propriè est in vnum locum, vel diuersa, vel diuersorum animalia cogere, inquit Seruius.

Compulerántque greges Corydon, & Thyrsis in vnum. Virgil. 7.eclog.

Dispellere,& Compellere,contraria.Plaut.Asin.12,
-qui hosce amores Nostros dispulsos compulit.

Compellere & Expellere, contraria.Cicer.in Pisonem, Me domo mea expulistis,Cn.Pompeium domum suam compulistis.

Domum aliquem vi & armis compellere. Cic.pro Milone, Qui pluribus cædibus in foro factis, singulari virtute & gloria ciuem domum vi & armis compulit.

Compellere in lethargum. Id est causam esse lethargi. Celsus lib. 3.cap.18, Asclepiades ea superuacua esse dixit,quoniam in lethargum sæpe compellerent.Intelligit autem Celsus decoctos papaueris cortices creare lethargum, si ex ea aqua subinde spongia os & caput foueantur.

Compellere in plagas.Plaut.Pœnul.9,
-hic hodie incedit venator domum,
Canes compellunt in plagas lepidè Lycum.

Compellere ossa in suam sedem. Celsus lib.8.cap.1. Id est quod vulgus chirurgorum dicit *reponere in suum locum.*

Compellere & congregare in vnum locum.Cic.1.Inuent. Qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum,& congregauit.

Gregem compellere viridi hibisco. Virgil.2.eclog. Id est, ad hibiscum.Seruius.

Compellere lanam in aurem.Celsus lib.6.cap.7.

¶Compellere,Cogere,vim facere.Plaut.Bacch.15,
Compuli,& perpuli,mihi omnia vt crederet.

Ad bellum nos compulit regni cupido.Ouid. 5.Metam.

Compellere aliquem ad laqueum.Plin.lib.36.cap.5.

Ad mortem tyrannum.Quintil.lib.7.cap.4.

Ad rapinas agmina compulimus.Lucan.lib.7.

Compellere ad rudem, apud Ciceronem in epist.ad Octauium, est rudis & missionis spe gladiatores congregare, vt compelli pecus dicitur quòd congregatur: rude autem donati ferro dimicare non coguntur. Significat igitur Octauianum promissa rude, exercitum è gladiatoribus Iulianis coëgisse: ac intellexit veteranos,quos è coloniis euocauit Augustus, quòd eorum aliqui gladiatores fortasse fuissent: aut etiam ad cōtemptum & probrum gladiatores appellauit,& ad rudem & premia conuenisse intelligit. Turnebus.

Compellere in angustias,& Stoicorum dumeta orationem. Cic.4. Academ. Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias,& Stoicorum dumeta compellimus?

Compellere in oppida,vel intra mœnia. Liu.3.ab Vrbe,Compulsis deinde in oppida Æquis,ea multitudo,&c.

Compellere in eundem metum. Liu.5.bel. Pun. Mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum.

In mortem aliquem compellere.Quintil.lib.7.cap.4.

Compelli in socordiam.Colum.lib.11.cap.1.

Compelli iniuriis. Cic.Lent.lib.1.9.

Compulsus Participium {[illegible]} Cicero pro Marcel. Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reipub.misero funestóque compulsi.

Ventis compulsus.Virg.1.Æneid.

Compelluceo {[illegible]} compellucere. Vnde compellucidus, penultima correpta. Plautus Pers.3, Nihil est macrum, nihil è nigro compellucidum.

Compendium, huius compendij {[illegible]} appellamus quod parsimonia quadam seruamus: sicut econtrario Dispendium, quod vel incuria, vel negligentia,vel immoderatione dispendimus. Budæus. Columella, Hoc egi compendium temporis sequens.

Compendium,quod cum compenditur vnà fit. Varro. Sensus est, æs quod vnà cum alio penditur,est compendium.

¶Compendium {[illegible]} Lucrum est temporis, pecuniæ,& operæ. Plin.lib.17.cap.22, Subtilitas parsimoniæ compendia inuênit, quum vinea in pastinato seritur, obiter seminarium faciendi. Cicer. pro Flac. Is est reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compendium effugit.

Quæstus & compendium. Cic.4.Verr. Illa partim mercibus suppeditandis cum quæstu,compendióque dimittit.

¶Compendium,pro Itinere abbreuiato.Plin.lib.5.cap.5. Compendium viæ quatridui deprehensum est.

Compendium operæ. Plinius lib.17.cap.23, Pampinari ea non est moris:& hoc compendium operæ est.

Syllabis nullum compendium est. Quintil.lib.1.cap.1. Hoc est, nulla breuis est ratio discendarum syllabarum,vt intelligat puer quæ cum quibus literæ iungantur. Subdit enim, Perdiscendæ omnes.

Timidæ compendia vitæ. Stat.lib.2.

Durum,arduúmque compendium.Quintil.lib.4.cap.2.

¶Addere vel ponere aliquid ad compendium. In ADDO.

Conferre verba ad compendium.Plaut.Mil.

Ductus compendio iter deserit.Quintil.lib.2.cap.13.

Compendium dictis facere.Plaut.Capt.17,
Satis facundus: sed fieri dictis compendium volo.

Compendio verba multa iam faciam tibi.Plaut.Bacchid.4.

Compendium errationis facere.Plaut.Rud.4,
Si ad saxum quod capessit,ea deorsum cadit,
Errationis fecerit compendium.

Compendium pultandi facere.Plaut.Pseud 9,
Quisquis es,compendium ego te facere pultandi volo.

Breuia docendi compendia monstrare. Quintil.lib.1.cap.1. Id est, breues vias seu methodos.

Morari aliquem compendio. Quintil.lib.1.cap.4.

Esse compendio, pro Esse lucro. Africanus in l. Videlicet.D. Ex quibus causis maiores, Videlicet ne cui officiū publicum vel damno vel compendio sit.

Compendij facere, pro Breuiter dicere, vno verbo absoluere, vel tacere. Ausonius Symmacho, non procul à fine sectionis tertiæ, Hæc ad literas tuas responsa sint,cætera quæ noscere habes,compendij faciam. Budæus.

Compendifacio {[illegible]} Verbum apud Plautum Persa,15,
Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies. Idem Mostel. 2,
Orationis operam compendifacito.

Compendiosus,pen.prod. {[illegible]} Vtilis. Colum.lib.1. Quod & per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum.

Compendiosum iter, Id est breuis via.

Compendiarius {[illegible]} Adiectiuum, Breuis, quòd ea quæ simul penduntur, celerius expediantur. Cicero 2.Officiorum,Quanquam præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quasi compendiariam dicebat esse, siquis ita ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset.

Compendiariò {[illegible]} Aduerbium, vel subintellecto substantiuo Itinere.Seneca epist.120. Ad maximas diuitias te compendiario ducam. Item 74, Te in cælum compendiariò voco.

Compenso, compensas, compensare {[illegible]} Quasi simul ponderare, retribuere. Cicero pro Murena, Atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Id est quasi remunerari.

Dissoluere & compensare damna. Cicero 7. Verr. Multa eius in stipendiis damna proferentur, quæ ab ipso ætatis fructu dissoluta & compensata sunt.

Compensare grauitatem supplicij. Valer.Max.lib.1.tit.22, de Dionysio tyranno, Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira,tarditatémque supplicij grauitate compensat.

Paucitatem pedum grauitatis suæ tarditate compensat. Cicero in Oratore.

Otio compensare Reipub.turpitudinem. Cicero Attico, lib.7, O perditum latronem,vix vllo otio compensandam hanc Reipub. turpitudinem.

Vitium compensare vel facultate,vel copia.Cic. in Orat.

Compensare cum. Cicero in Pisonem, Sed sit offensus primo, nónne compensabit cum vno versiculo tot mea volumina laudum suarum?

Rationes suas compensare cum re aliqua. Cicero 2.de Finib. Rationes tuas te video compensare cum istis doloribus, non memoriâ corpore perceptarum voluptatum.

Voluptatem cum maximis curis & laboribus compēsare. Cicero 5.de Finib.

Compensabatur cum summis doloribus lætitia. Cicero 2. de Finibus.

Pedibus compensari pecuniam.Cic.pro Flac.

In causam iudicati compensari. Vlpianus in l.Eleganter. §. Si posterem.D.de Condict.indeb. Retineri tamen atque compensari in causam iudicati,quod ob talem transactionem solutum est, potest.

Dolus compensandus ab vtraque parte. Iulianus in l. Ex hoc edicto.§. Sed etsi stipulator.D.De eo per quem factum erit, Si & stipulator dolo promissoris,& promissor dolo stipulatoris impeditus fuerit quominus ad iudicium veniret: neutri eorum Prætor succurrere debebit,ab vtraque parte dolo compensando.

Labores

Labores compensati gloria. Cic.3.de Orat.

Vitia senectutis diligentia compensanda sunt. Cic. de Senect.

¶Compensare, Contrahere, abbreuiare, vt annotant interpretes in Senecæ illud Hippol.1, Hac hac pergam, quà via longum compensat iter.

Compensatio {[illegible]} Verbale. Est (inquit Modestinus) in l.prima. D.de Compensationibus, debiti & crediti inter se contributio. Cic.5. Tusculan. Itaque hac vsurum compensatione sapientem, vt voluptatem fugiat.

Comperendino, comperendinas, pen.corr. {[illegible]} comperendinare, Procrastinare, differre in longum, & diem de die ducere. Cic.2.Verr. Tua ratio est, vt secundum binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem.

Comperendinare reum, Id est differre sententiam rei. Budæus, Comperendinati rei dici possunt in causis criminalibus, quos curia dimissos fide sua esse voluit, hoc est quos suæ ipsorum custodiæ commisit, vt aut vrbem carceris loco iusti habeant, aut priuatam aliquam domum: vt fit interdum ex personarum dignitate, & genere causarum. Comperendinati autem ideo dici possunt, quia non planè absoluti sunt, sed veluti vadimonio quodam obstricti, vel quia nondum comperta satis crimina, vel quia nondum se innocentes approbauerunt. Cic.6.Verr. Videte hominis amentiam. Postea quàm est comperendinatus, quum iam pro damnato, mortuóque esset, ludis Circensibus mane apud Sisennam virum primarium quum essent triclinia strata, argentúmq; expositum, & contemplari vnumquodque otiosè, & considerare cœpit. Mirari stultitiam alij, &c. alij amentiam. Cui comperendinato quum tam multi testes dixissent, quicquam illorum veniret in mentem? Comperendinatum Verrem, id est qui in secundam actionem impetrauerat iudicium differri, Cicero damnatum inuidiosè appellat, propter ingentia crimina testimoniáque prementia, & præiudicia ab ipso multis rebus de se facta: vtpote qui accusatus Repetundarum, quòd Siciliam prouinciam argenteis vasis cælatisque spoliasset: tamen temperare sibi apud Sisennam nequiuisset, quin cupiditatem illam prænimiam cælatæ supellectilis ingenitam sibi proderet. Hactenus Budæus. Cic.3. Verr. Verùm vt opinor Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus.

Comperendinatio {[illegible]} Verbale, Est mutua denuntiatio (inquit Asconius in 3.contra Verrem) in perendinum diem: videlicet ne alter litigatorum fugitator fortasse causari possit, quum in rem præsentem ventum est, se imparatum venisse. Cuiusmodi est illa denuntiatio, qua litigatores in parlamento nostro vtuntur, quum audientiam à præsidibus impetrarunt: ne alter ignorantiam excusare possit, si ex tempore respondendum fit. Hæc Budæus. Appellatur etiam apud Iureconsultos Condictio. Gellius lib.14.cap.2, Atque in rerum quidem diffusionibus comperendinationibusque, & alijs quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Iulia, & ex Sabini Massurij, & ex quorundam aliorum Iurisperitorum commentarijs commoniti & adminiculati sumus.

Comperendinatio & Ampliatio sic differunt, quòd in lege comperendinationis numerus actionum duarum præstitutus esset: Ampliationis nullus esset certus numerus. Præterea in ampliatione iudicari primò poterat: in comperendinatione non item, nisi post secundam actionem, vt in Verr.3. disertè explicat Hotomanus. Vide AMPLIATIO.

Comperendinatus, huius comperendinatus {[illegible]} Cic.3. Verrin. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimũ, bis vt causa dicatur. Vbi Asconius, Comperendinatum, inquit, pro comperẽdinatione posuit. Et est sensus, Aufero vobis molestiam bis dicendi, &c.

Comperendinus, a, um {[illegible]} vt, Dies comperendini, quibus vadimonium iuberi licet, vt inquit Macrob. lib.1.Saturn.cap.16. Vide Valer.lib.2.cap.33. & Bud.in Annotat.

Comperio, comperis, comperi, pen.corr. compertum {[illegible]} comperire, à Pario compositum, significat inuenire. Terent.And.1.1,

-item alio die

Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum, &c.

Horam suam genitalem comperire. Tacit.lib.5.

Comperi certò. Terent.Eunuch.5.1,

Quid ais venefica? P. atqui certò comperi.

Reperire aliquid certi & comperire. Cic.4.Academ.

Manifestò comperire & manu tenere. Cicero de Claris Oratorib. Quum indicia mortis se comperire manifestò & manu tenere diceres.

Ex multis audiui: nam comperisse me non audeo dicere. Cicero Antonio, lib.5.

Certis authoribus aliquid comperire. Cic.Att.lib.14.

Comperire de re aliqua. Terent.And.1.3,

Primùm iam de amore hoc comperit. Id est certum habet Chremes Pamphilum amare Glycerium.

De eo tibi compertum erat. Sallustius in Ciceronem.

Comperire ex. Terent.Heaut.1.1,

Vbi comperi ex iis qui ei fuere conscii.

Comperire per aliquem. Cæsar 4.bel.Gal.

Comperire certis indiciis rem non esse vanam. Liu.4.bel.Pun.

Comperire testibus. Cic.pro Cluentio, Nihil se testibus, nihil tabulis, nihil graui aliquo argumento comperisse, nihil denique causa cognita statuisse dicent.

Dispicere & comperire rem aliquam dicitur, qui primus obseruauit. Catul.epigr.61,

Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit atque obitus.

Compertum est mihi, & Exploratum est mihi, idem est quod Scio per inuestigationem. Similiter Comperi, & exploraui. Hæc Valla lib.5.cap.24.

Afferre compertum. In AFFERO.

Non bene compertum est. Lucan.lib.2.

Habere compertũ de re aliqua. Cic.pro Cluent. Nam vt illud afferant, nihil est quod de his duobus habuerint compertum, de cæteris comperisse.

Compertum aliquid habere. Cicero pro Fonteio, Quum ea dicimus iurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus.

Compertum oculis. Liuius 9.bel.Pun. Solutáque militiæ disciplina, comperta oculis perferrent. Id est quæ ipsi vidissent.

Compertum, id maximè radicibus prodesse. Plin.lib.12.cap.1.

Compertus {[illegible]} Participium, siue Nomen ex participio. vt, Compertus in stupro. Sueton.in Tib. Cæsare, cap.35, Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, vt vxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante iurauerat. Id est, deprehensam.

Manifestò compertum atque deprehensum facinus. In MANIFESTVS.

Cognitum & compertum habere. Cic.pro Cluent. Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti.

Fine comperto Augusti, Id est perspecta & cognita morte Augusti. Tacit.lib.2.

Iniuria comperta. Stat.lib.2.Achill.

Vtilitas comperta. Ouid.1.Fast.

Compertus stupri. Liu.2.bel.Pun. Tum quòd duæ Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertæ.

Flagitij compertus homo. Tacit.lib.1, Nam senem Augustum deuinxerat adeò, &c. rudem sanè bonarum artium, & robore corporis stolidè ferocem, nullius tamen flagitij compertum. Id est quem tamen aliquod flagitium admisisse non constabat, nec compertũ erat.

Compertus, cum infinitiuo apud Suetonium in Augusto, cap.67, Proculũ ex acceptissimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas.

Comperto, absolutè, Id est quum compertum esset. Tacit.lib.3, Neque dum comperto, quos illa vis perculisset. Liu.lib.1. Decad.4, Satis comperto Eduxam perituros Romanos. Iabolenus in l.Pantonius. §.Pro hærede, D. De acquirenda hæreditate. Pro hærede gessisse filium placuit, qui moriens, comperto matrem suam intestatam decessisse, &c.

Comperior, comperiris {[illegible]} comperiri, Deponens authore Diomede, Est ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. Sallustius in Iugurtha, Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Quæ lectio hodie quoque manet integra.

Compernis, huius compernis, masc. & fœm.gen. dicitur, authore Pompeio, homo qui longis est pedibus, & genubus plus iusto cõiunctis. Nonius, Compernes, dicuntur longis pedibus. Lucil.lib.17.sat. Compernem, aut varam fuisse Amphitryonis [illegible], &c. Plaut. Milit.10, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut Petum.

Comperse, pro Compesce dixerunt antiqui. Festus.

Compes, compedis, pen.corr. fœm.gen. {πέδη, ποδοκάκη} Instrumentum quo pedes vinciri ac irretiri solent. Plaut.Capt.12,

Vbi ponderosas, crassas capiat compedes. Ibidem, 19. Terent. Phorm.2.1,

Molendum vsque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes.

Apud Plautum in M.næhm. cathenæ ferreæ sunt, compedes ligneæ, quum scribit,

Tum compediti ianuam lima proterunt. Non enim id de ianua vel ergastuli, vel carceris, vt quispiam prima specie putaret, dicit, sed de compedum claustro, vt inde pedes eximant. Illic quoque clauus erat, quo claudebantur, quem dicit lapide interdum excuti. Turnebus.

Compedes corporis. Cic.1. Tusculan. Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur.

Crassæ compedes. In CRASSVS.

Decenni compede lubricum crus. Martial.lib.9.epigr.58,

Nec crus compede lubricum decenni.

Dura compede perustus crura. Horat.Epod.4.

Grata vinctus compede. Horat.4.Carm.ode 11. Per cõpedem amplexus intelligit, & amoris vincula.

Niuali compede vinctus Hebrus. Id est astrictus glacie. Horat.1. epistol.3.

Exoluta compede Saturnus, Id est liber & vacuus omnibus curis. Stat.1.Sylu.6. Per Saturnum intelligit festa Saturnalia.

Valida compede vinctus. Tibul.lib.2.eleg.vlt.

¶Impingere compedes alicui. Vide IMPINGO.

Tenere aliquem in compedibus. Horat.1.epist.17,

-in manicis, &
Compedibus sæuo te sub custode tenebo.

Ex compedibus atque ergastulo. Cic.pro Rabirio.

Compedes, non à pedibus dictæ, sed ab impedimento, inquit Nonius. Varr. Prometheo, lib.1, Ego infelix non queam vim propulsare, atque inimicũ vnco nequicquam sæpe æratas manus compedes conor refellere.

Compedes, fasces laureati. Cic.Attico, lib.8, Age iam has compedes, fasces inquam hos laureatos ecferre ex Italia, quàm molestum est? Ecferre, vetusta est orthographia, pro efferre.

¶Compedes, etiam gestamina muliebria. Plin.lib.33.cap.12, Argentum succedit ex re aliquando & auro, luxu fœminarum plebis compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tristior vetat. Budæus.

Compedio, compedis, pen.corr. compediui, cõpeditum {[illegible]} compedire, Pedes ligare, & vincire. Varro Flexabulis, Domo eo intro, & pedes corrigiis compedio.

Compeditus, penultima producta {[illegible]} Participium. Plaut.Capt. 16, In lapidicinas compeditum condidi. Cato cap.56, Compeditis per hyemem panis pondo IIII.

Compesco, compescis, compescui {[Greek]} compescere, Est, inquit Festus, vnâ pascere, & in vno loco ac velut in eodem pascuo continere.

¶Compescere, Coercere, quasi intra pascua continere, nec vagari permittere. Cui opponitur Dispesco, pro Gregem diduco. Plin.lib. 14.cap.20, Ediuerso crapula compesci feritatem nimiam.

Ira leonum compescitur. Ouid.4. Trist.eleg.5.

Auro aliquem compescere, Prohibere muneribus ab instituto. Valer.lib.1. Argonaut.

Catenis compescere aliquem. Ouid.epist.19.

Animum compescere catena. Horat.1.epist.2.

Compescere aliquem compedibus. Ouid.epist.14.

Pœnis compescere aliquem. Horat.1.Serm.sat.8.

Culpam ferro. Virg.de ouibus loquens, 3. Georgicorum,

Continuò culpam ferro compesce: priusquam

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Curas. Ouid.1.de Remed.Amor.

Damna. Stat.lib.3.Sylu 3.

Impiam dextram. Senec.Herc.fur.6.

Dolores. Tibul.lib.1.eleg.2,

Adde merum, vinóque nouos compesce labores.

Equum celerem arcto fræno. Tibul.lib.4.eleg.1.

Famem. Senec.Hippol.4,

Excussa sylvis poma compescunt famem.

Veneris fastus. Propert.lib.3.eleg.17.

Flammam mero compescere, Id est ebrietate venerem extinguere. Ouid.epist.15.

Flammas amoris, nefásque. Sen.Hipp.2.

Fluctus compescere dicitur Neptunus, & dij Marini. Ouid.1.Tristium, eleg.2.

Ripis compescere fluuium. Silius lib.3.

Frondes vere nouo compescere, Remorari, retardare. Valer.lib.6. Argonaut.

Fugam alicuius. Claud.de bello Get.

Furores. Ouid.5.Trist.eleg.7.

Gaudia compescere lacrymis. Claud.2.in Eutrop.

Gemitus. Stat.lib.12.Thebaid.

Ignes compescuit igne Iuppiter, Id est Incêdium fulmine sedauit. Ouid.2.Metam.

Incendia. Plin.Iun.lib.10.epist.33.

Digito compesce labellum, Prouerbium apud Iuuen.sat.1.

Compescere lucum, est lucum suis finibus cohibere. Festus.

Luxuriantia compescere. Horat.2.epist.2.

Mentem, Id est coercere cupiditatem. Horat.1.Carm.ode 16.

Minas. Silius lib.4.

Mores rabidos. Ouid.3.de Arte.

Timor compescit officium, Id est Timor in causa est quo minus liberè fungar meo officio. Ouid.3.Trist.eleg.4.

Pennas alicuius, Id est volatum inhibere. Ouid.2.de Arte,

Non potuit Minos hominis compescere pennas.

Compescere tumentes populos. Plin.Iun.in Paneg.

Querelas. Lucret.lib.3.

Ramos fluentes. Virg.2.Georg.

Risum. Horat.2.Serm.sat.8.

Sitim compescere vnda. Ouid.4.Metam.

Tristitiam. Ouid.9.Metam.

Verba Sen.Medea, 3.

Vitem. Colum.lib.4.cap.17, Sed putatoris officium est, pedali ferè spatio circa iugum, vitem compescere.

Vndas remo. Lucan.lib.1,

Oceani tumidas remo compescuit vndas.

Voces. Sen.Herc.OEth.11.

Compesce in illum iniustè dicere. Plaut.Bacchid.8.

Competenter. Vide post COMPETO.

Competo, competis, pen.corr. competiui, competitum, pen.product. {[Greek]} competere, Est simul petere: vel, vt author est Nonius, honorem, vel coniugium, vel quiduis aliud aduersus aliquem petere. Plin.de Viris Illustr. Et vnam speciosam duobus competentibus pater puellæ conditionem tulit.

Si villæ situs ita competit, non est dubitandum. Colum.lib.9.cap. 5. Hoc est si ita postulare & requirere videtur.

Aliquid cum exitu alicuius competere. Tacit.lib.18.

¶Competere {[Greek]} pro Concurrere. Suet.in Cæsare, cap.40, Fastos correxit, iampridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, vt neque messium feriæ æstate, neque vindemiarum autumno competerent. Budæus.

¶Competere, pro Simul contingere seu accidere. Seneca epist.76, Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem. si tamen ita competit, vt idem ille qui sanare potest, comptè de iis quæ facienda sunt, differat, boni consulet.

¶Competere, Conuenire, & par esse. Columell.libro 4.cap.10, At si cuncta competunt voto, iusta est altitudo vineæ pedum quinque. Indein rerum æstimatione (inquit Nonius) hoc illi competit, dicimus.

Actio côpetit. Paulus in l. Vsufructuario. D.de Vsufructu & quemadmodum quis vtat. Vsufructuario non solùm legis Aquiliæ actio competere potest: sed & serui corrupti, &c.

¶Competo, Conuenio. Plin.lib.2.cap.18, Præterquam vbi recti angulorum competunt ictus, Id est coeunt. Budæus.

¶Competere, pro Compotem facere. Apuleius lib.11, Quo me maximi voti competeret. Hoc est voti compotem faceret.

¶Competere, pro Deberi. Scæuola in l. Qui habebat. §. Scripti testamêto. D. de Manumissis testamento, Quæro an libertates in testamento datæ competierunt. Respondit, si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.

¶Competo, pro In articulum temporis incurro. Tranquill.in Augusto, Adiurauit si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum se fuisse. Budæus.

¶Competere, Valere, & quasi compotem esse. Sallust. Si verò quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competeret. Nonius.

Competit in hanc rem. Colum.lib.2.cap.2, At vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur: ita vt in patentes ora hiantia cæcarum competant. Hoc est, ita vt fossarum cæcarum & velut subterranearum ora pertingant perueniántque in fossas patentes atque apertas, & ita vligo humórque agri per fossas cæcas in patentes defluat.

Competit alicui actio. Vlpianus l. si remunerandi. §. vltim. D. mandat. vel contr. Sin verò non hoc actum est, vtilis ei potius actio competat, &c.

Competit in eum actio. Quintil.lib.3.cap.6.

Repetitio competit. Pomponius in l. Si pœnæ. D. de condict. indebiti.

Iudex competens. Vlpianus in l. Quum quædam puella. D. de Iurisdictione omnium iudicum, Quum quædam puella apud competentem iudicem litem susceperit, &c.

Tribunal competens. Vlpianus in l. Sed & hæ. §. Non solum. D. de Procuratoribus.

Competitor, pen.prod. {[Greek]} Verbale. Competitores dicuntur, qui in magistratibus, officiis, & honoribus petendis concurrunt. Cic.ad Attic.lib.1.epist.1, Competitores qui certi esse videbantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius.

Competitrix, penultima producta {[Greek]} Verbale fœmin. Cicero pro Murena, Nam nos quoque habuimus scenam competitricem.

Competentia {[Greek]} pro Conuenientia. Gellius lib.1.cap.1, Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitâ membrorum omnium competentiam modificatus est.

Competenter, Aduerbium {[Greek]} Mediocriter. Vlpian.in l. Si quum dotem. D. Solut.matrim. Quatenus filio & patri competenter consulatur. Paulus in l.16. D.de testib. Qui falsa vel varia testimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniantur. Vlp. l. si quum dotem. §. necnon. D. sol.matrim. Et filiæ & patri competenter consulatur.

Compilo, compilas, penultima producta {[Greek]} compilare, sit à pilo, quod est cogo, & in vnum condo, inquit Festus. Alij, Pilare & Compilare à verbo Græco deducútur Æolico [Greek], id est fur, qui [Greek] ab Hesiodo vocatur: sed Æolum est aspirationes in tenues mutare, vt pro [Greek], Doricè [Greek], & Æolicè [Greek], vnde Latinum verbum pica & picatus, de quibus suis locis. Côpilare hæreditatem, Hoc est fraudare, diripere. Plaut.Asin.7.

Ille homo ædes compilauit. Cicero 1. de Natura deorum, Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, fana compilant. Idem 2.de Orat. Horat.1.Serm.sat.1,

Formidare malos fures, incendia, seruos,

Ne te compilent fugientes.

Ostium compilare. In OSTIVM.

Publica sacra compilare. Paulus in l. sacrilegi. D. ad legem Iuliam pecul.

Ærarium exhaurire, Rempub. compilare. Cic.in Vatinium.

¶Compilare sapientiam alicuius, per translationem. Cicero pro Murena, Inuentus est scriba quidam Cn. Flauius qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilarit.

Scrinia alicuius compilare. Horat.1.Serm.sat.1.

Compilatus, penult. prod. {[Greek]} Qui furtum passus est, inquit Nonius.

Compilatio {[Greek]} Verbale. Cicero Cælio, libro 2.7, Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, vt mihi gladiatorum compositiones, vt vadimonia dilata & Chresti compilationem mitteres?

Compingo, compingis, compegi, penult. producta, compactum, {[Greek]} compingere, Componere. Cicero de Vniuers. Alteráque natura adiuncta materia temperatione trium partium proportione compacta se ipse conuersans, quum materiam mutabilem arripuisset.

Componere & compingere. Cicero 3.de Finib. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manufactis tam compositum, támque compactum & coagmentatum inueniri potest?

Compingere solum axibus. Columell.lib.6.cap.19, Roboreis axibus compingitur solum. *On planchee le sol d'ais de chesne.*

¶Compingere {[Greek]} Compellere, detrudere. Plautus Menæch.10,

Et ob eam rem te in carcerem esse compactum scio. Plinius de Viris illustribus, Amulius ipsam in vincula compegit. Sic Compingere in nauem, Plaut.Milit.4.

Detrudere & compingere in pistrinum. Cicero 1 de Orator. Tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.

Compegerat se in Apuliam. Cicero Attico, libro 8. Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam. Quasi in angustias compulerat.

Compingere in oculos. Plaut.Menæch.15.

Compactus {[Greek]} Participium. Plinius Iunior epist.23, Vsque ad nouissimam valetudinem viridis, atque etiam vltra matronalem modum compacto corpore & robusto. Vulgus *Bene formatum* vocat.

Casa malè compacta. Martial.lib.12.epigr.73.

Crura compacta. Varro 2.de Re rust.

Fistula compacta septem cicutis. Virgilius 2.eclog. Id est coniuncta: vt,

Turrim compactis trabibus quam eduxerat ipse. Seruius.

Membra compacta. Lucret.lib.5.

¶Compactum

¶Compactum, pro Conuento vel compromisso. Suetonius in Iulio, capite 20, Productúsque pro Rostris authores ex compacto nominare.

Compactum, structam collato in vnum consilio machinationem significat, l. 3. C. de execut. rei iudic. Cui bellè quadrant hæc Liuij ex lib. 5. ab Vrbe Cond. verba, Vt multò verisimilius sit compacto eam rem, & communi fraude patritiorum actam.

Ex compacto. Vide paulo antè, Compactum, pro, &c.

Compactio { σύμπηξις } Verbale. Cicero 5. de Finibus, Videamus ea quæ terra gignit, corticibus & radicibus valida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

Compactilis, & hoc compactile, penult. corr. { συμπηκτός } Quod compactum est. Plinius lib. 11. cap. 18, Optimæ apes breues, variæq;, & in rotunditatem compactiles.

Trabes compactiles Vitruuius libro 4. cap. 7, appellat subscudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17, Compactiles postes. Budæus.

Compitum, compiti, penult. corr. { τρίοδος } Idem quod quadriuium, Locus quem rustici simul petunt. Virg. 2. Georg. Præmiáque ingentes pagos, & compita circum. Vbi Seruius, Compita, id est per quadriuia, quæ compita appellátur, ab eo quòd multæ viæ in vnam confluunt. Id est competunt.

Compitus, masc. genere, apud Varronem de Scenicis originibus lib. 3, Vbi compitus erat aliquis. Cæcilius Tyche, Vbi adiicientem compitum. Nonius.

Frequentia compita, Id est referta frequenti populo. Horatius 2. Serm. sat. 3.

Pertusa compita, Id est trita, conculcata, & velut perfracta. Persius satyra 4.

Ramosa compita, Multas vias, ceu ramos, habentia. Persius sat. 5,
Quúmque iter ambiguum est, & vitæ nescius error
Diducit trepidas ramosa in compita mentes. Id est, Quum ignorantia modi viuendi, quæ est in adolescentia, diducit mentes adolescentum anxias & incertas quod genus vitæ ingredi debeant, in varias deliberationes.

Secta compita in ternas vias. Ouid. 1. Fast.

In compitis auctionari. Cic. 1. de Lege Agrar. Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis auctionentur.

Verbenis compita velare. Propert. lib. 4. eleg. 3.

Circum compita currere. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Compita non tantùm in vrbe fuerunt, verumetiam in lucis vbi colebantur dij. Gratius.
Idcirco acrius molimur compita lucis. sed & in agris, quod Cicero 2. de Legibus significauit, quum scripsit,
Lucos in agris habento, & Larum sedes. Larum enim sedes est in compitis.

Compitalis, penult. prod. Adiect. Sueton. in August. cap. 31, Compitales Lares ornare bis anno instituit vernis floribus & æstiuis.

Compitalia, compitaliorum, Substantiuum, Festa quæ in compitis peragebantur, inquit Festus: qua quę Consules vel Prætores pro arbitrio indicebant. Hinc Cōpitalitius dies, in quo huiusmodi festa peragebantur. Varro de Lingua Lat. author est, Cumpitalia esse dies attributos Laribus. Cato c. 5, Rem diuinam nisi cōpitalibus in compito aut in foco ne faciat. Charisius libro 1, Neutra semper pluralia, hæc arma, hæc compitalia, id est, vbi eos qui peregre moriuntur, colunt. Parentarium dicitur.

Compitalitius, Aliud adiectiuū. vt, Compitalitius dies. Cic. ad Att. lib. 7, Ego, quoniam IIII. Non. Ianuar. compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum venire molestus familiæ.

Compitalitiæ ambulationes. Cic. ad Attic. lib. 2, Sed hoc ambulationibus compitalitiis reseruemus.

Ludi compitalitij. Cicero in Pisonem, Cuius fuit initium ludi compitalitij, &c.

Compitalitij ludi Laribus, quos bis in anno vernis æstiuisque floribus ornabant, dicati erant, de quibus hæc Macrobius prim. Saturn. Restituti ludi Laribus ac Maniæ, ex responso Apollinis à Tarquinio superbo, quo preceptum est, vt capitibus pro capitibus supplicaretur. Idque aliquandiu obseruatum pro familiari sospitate, vt pueri mactarentur Maniæ deæ, matri Larium, quod sacrificij genus Iun. Brutus cos. aliter constituit celebrandum. Nam capitibus allij & papaueris supplicari iussit, vt respōsō Apollinis satisfieret de nomine capitum, remoto scilicet scelere infaustæ sacrificationis: factúmque est, vt effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus, periculum siquando immineret familiis, expiarent, ludósque ex viis compitorum, in quibus agitabantur, Compitalia appellauerunt. Hactenus Macrobius.

Compitalia & ludi compitalitij fiebant à magistris vicorum, vt ostendit in Pisonem Asconius. Hinc quū magistrum dicit Calpurnius, vici intelligere debemus, rustici tamen tum, non vrbani: sic enim ait,
Vt quoque turba boni laudat saginata magistri,
Qui facit egregios ad peruia compita ludos. Ex Turnebo.

Compitalitia, compitalitiorum, Substantiuum. Cicero in Pisonem, Tu quum in Calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidissent, Sext. Claudium, &c.

Complaceo, complaces, penult. corr. complacui, complacitum, pen. corr. { ἀρέσκω, εὐδοκέω } complacere, Idem quod bene vel vehementer placere. Terent. Andr. 4. 1,
Postquam me amare dixi, complacita est tibi.

Complacitum est. Plaut. Amphit. 3.

Consilium complacitum & acceptum. Gell. lib. 18. cap. 3.

Complaco, complacas, penultima producta { ἐξιλάσκω } complacare, Idem quod placare. Tyro apud Gellium lib. 7. cap. 3, In principiis autem, inquit, patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacare iudices debent.

Complano, complanas, penult. prod. { ὁμαλίζω } complanare, Idem significat quod planare. Cato cap. 151, Id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato.

Complanare domum alicuius, pro Destruere, & solo æquare. Cic. pro Domo sua, Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata.

Locum complanare. Vlpianus in l. Apud Trebatium. D. de aqua pluu. arcend.

Complanare opus, Perficere, Extremam manum operi imponere. Cæsar.

Complaudo, complaudis, complausi, complausum { κροτέω } complaudere, Plausu certatim comprobare. Cic. de Amicit. Stantes complaudebant in re ficta. Hoc est fauebant, vt spectatores in theatro solebant. Quædam verò exemplaria legunt plaudebant.

Complector, complecteris, penult. corr. complexus sum { περιπλέκομαι, ἀμφιπεριπτύσσομαι } complecti, Simul vel totum brachiis vel alia quauis re includere. Terent. Andr. 1. 1,
Accurrit: mediam mulierem complectitur.

Floribus & vmbra dulci eum complectitur amaracus. Virgilius 1. Æneid.

Dextram complecti alicuius. Virg. 8. Æneid.

Gremio aliquid complecti. Virg. 5. Æneid.

Hostis hostem complectitur. Lucanus libro 3. Id est complexu forti tenet.

Iustum, pium religiosum, cæteráque his similia honesto complectimur. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Lacertis complecti membra alicuius. Ouid. 10. Metam.

Manibus complecti aliquem. Ouid. 1. Amor. eleg. 13.

Omnes omnium charitates patria vna complexa est. Cic. 1. Offic.

Nexu complecti omnia. Lucan. lib. 4,
Nunc ades æterno complectens omnia nexu,
O rerum mistíque salus Concordia mundi.

Pedes alicuius. Lucan. lib. 10.

Arctius puellam. Cic. 1. de Diuinat.

Complectitur viti suis clauiculis quicquid est nacta. Cicero de Senect.

Se concordi quadam amicitia & charitate complectitur mundus. Cic. de Vniuersit.

Complecti sinu. Colum. lib. 8. cap. 17.

Complexus est me somnus. In SOMNVS.

Stellas vi sua complectitur natura ætheris. Cic. 2. de Nat. deor.

¶Nos inter nos sumus complexi. Cic. 1. de Diuinat.

Complecti animo { ἀσπάζεσθαι τῷ νῷ, περιλαμβάνειν τῷ νῷ } Cic. de Senect. Etenim quum complector animo, quatuor causas reperio, &c.

Animo rei magnitudinem complecti. Cic. 1. de Orat.

Aliquid carmine complecti. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Cogitatione. Cic. 1. Tuscul. Certe & deum ipsum, & diuinum animum corpore liberatum cogitatione complecti non possumus.

Cogitatione complecti absentem. Cic. ad Appium Pulchrum lib. 3. 11, Complexus igitur sum cogitatione te absentem.

Memoria. Cic. 2. de Diuinat. Quomodo igitur hęc infinita & semper noua, aut memoria complecti, aut obseruando notare possumus?

Mente aliquid. Cic. 2. de Finibus.

Sententiam numero quodam. Cic. 3. de Orat.

Oratione complecti nō possum magnitudinem beneficij tui. Cic. ad Quirites, post reditum. Nam quum in ipso beneficio vestro tanta magnitudo est, vt eam complecti oratione non possim.

Vno crimine omnia. Cic. 4. Verr.

Vno verbo omnia. Cic. 5. de Finibus.

Complectitur verbis quod vult. Id est, facūdus est, quod vult enunciat. Cic. 1. de Finibus.

Sententiam aliquam verbis. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Complecti preces, Id est preces concipere, siue precari. Ouidius 10. Metam.

Complecti consensum alterius, & tenere, & in dies augere. Plinius Iun. in Paneg. Vos proximè destinationem Consulatus mei his acclamationibus approbauistis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, vt hunc consensum vestrum complectar, & teneam, & in dies augeam. Id est vt vobis assentiar.

Effigiem alicuius in auro complecti. Ouid. 1. Trist. eleg. 6.

Astra complexus est, Versatur in cælis. Seneca Octau. 8,
Sic ille patriæ primus Augustus parens
Complexus astra est, colitur & templis deus.

Amplissimos viros ad suum scelus complecti. Cic. in Pisonem.'

¶Cōplecti aliquid, pro Tractare, & describere paucis. Cic. 1. Tusc. At contrà oratorem celeriter complexi sumus: nec eum, &c.

Omnem rerum memoriam breuiter & perdiligenter complecti. Cic. de Claris Orat.

¶Complecti aliquem, pro Amare, tueri, defendere, & officiorum exhibitione demereri. Cicero Curioni, libro 2. 5, De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæque erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem.

Complecti & osculari aliquem. Cic. Att. lib. 16.

Amore complecti aliquem. Claud. in laudibus Serenæ.

Æquo iure aliquem complecti. Tacit. lib. 2.

Beneficio aliquem. Cic. pro Plancio.

Comitate aliquem. Cic. Cæsari, lib. 7. 5.

Omnibus studiis, laboribus, vitę periculis complecti aliquem. Cic. in Pisonem.

Ex literis alicuius complecti aliquem. Cic. Bruto, 11. 5.

Cum sua salute complecti aliquem. Cic. pro Plancio.

Complecti aliquem beneuolentia. Cic. ad Ligarium, lib. 6. 14.

Complecti aliquem charitate. Liuius 7. ab Vrbe, Coruinus omnes charitate ciues, præcipuè milites, & ante alios suum exercitum complexus.

Complecti arcta familiaritate. Plinius Iunior libro 3. epistola 11. ad Genitorem.

Da te homini, complectetur, crede mihi. Cic. Cælio, lib. 2. 7.

Aliquem comitem in omnes casus complecti. Virg. 9. Æneid.

Complecti & augere bonitatem infuscatam. Cic. pro Rab. Posth.

Bona fide complecti artes ingenuas. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.

Philosophiam complecti. Cic. de Claris Orat.

Vitam beatam complecti. Cic. 3. de Finibus.

¶ Complecti intra se. Plinius lib. 18. cap. 29, Intra se messes, vindemiasque & omnium maturitatem complexæ.

Complecto, actiuè apud veteres. Pomponius Fullonibus, Quin ergo, quando conuenit, complectite. Mi frater salue, ô soror salue mea. Nonius.

Complector, Passiuè etiam legitur. Scæuola in l. Si sic stipulatus sim. D. de Verborum obligationibus, Nam sicut & ipsius & hæredis caput, ita ipsius vis vel sæpius facta complectitur, vt condemnetur quanti interest.

Complectens { [illegible] } Participium. Cicero 4. Academ. Perficies, vt ego ista innumerabilia complectens, nusquam labar, nihil opiner?

Complexus { [illegible] } Participium passiuæ significationis. Cicero pro Roscio Amerino, Quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.

Complexus cum Alcmena cubat. Plaut. Amphit. 4.

Res altera alteri complexa dicitur, apud Senec. 1. Natural. quæst. pro Implicita. Videbimus an certus rerum ordo ducatur, & alia aliis ita complexa sint, vt quod antecedit, sequentium sit vel causa vel signum.

Complexus { [illegible] } Participium actiuæ significationis. vt, Maritum complexa, telo incubuit. Ouid. 12. Metam.

Gremio puerum complexa fouebat. Stat. lib. 2. Sylu. 1.

Centum complexa nepotes, dicitur magni generis procreatrix. de Cybele matre deorum. Virg. 6. Æneidos,
Læta deûm partu centum complexa nepotes.

Oceanus vagis complexus vndis. Seneca Hippol. 12. 2.

Inter se complexi. Virg. 5. Æneid.

Complexus, huius complexus { [illegible] } Nomen verbale. Cic. pro Fonteio, Num etiam de matris hunc complexu lectissimę miserrimæque fœminæ vobis inspectantibus auellet atque abstrahet?

Complexus & osculatio. Cic. pro Cælio.

Complexus ac sinus. Cic. 2. in Catil.

Arcti complexus. Lucan. lib. 8.

Auidus complexus. Lucret. lib. 2.

Fœmineus complexus. Martial. lib. 11. epigr. 79. ad Victorem.

Mollis. Auson. in Centone nuptiali,
Ille vbi complexu molli fouet.

Nexilis. Martian. Capell. Donec nexili complexu circumuentos strangularet.

Tenax. Ouid. 4. Metam.

Villosi complexus vrsi. Stat. lib. 6. Thebaid.

¶ Abripere à complexu, vel ex complexu. In ABRIPIO.

Abstrahere de complexu. In ABSTRAHO.

Accipere complexum. In ACCIPIO.

Ambire aliquem complexibus. Ouid. 12. Metam.

Arcere hominem complexibus alicuius. Virg. 5. Æneid.

A complexu matris auellere & abstrahere filium. Cic. pro Fonteio.

Auulsum esse complexu alicuius. Virg. 4. Æneid.

A complexu suorum distrahere aliquem. Cic. pro Domo sua.

Coercet & continet omnia complexu suo mundus. Cic. 2. de Natura deorum.

Ad complexum & osculum alicuius currere. Cic. Att. lib. 12.

Dare complexus alicui. Ouid. 10. Metam.

E complexu dimittere aliquem. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 3.

Artus alicuius complexu fouere. Claud. de bello Gildon.

Lætis complexibus implere aliquem. Stat. 10. Thebaidos,
-lætisque suos complexibus implent.

Implicari in complexum alicuius. Catul. epigr. 56.

Venereo complexu iungi. Cic. 2. de Diuinat.

Complexu luctari. Plinius lib. 9. cap. 30.

Alicuius complexu colloque pendere. Virg. 1. Æneid.

Sinu complexúque recipere aliquem. Cic. 3. Philipp.

Expetitos complexus reddere. Seneca Thyeste. 6.

Vi & complexu retinere aliquem. Cic. Pro Plancio.

Tenere complexu aliquem. Virg. 8. Æneid.

Tepefacere vapore & complexu aliquid. Cic. de Senect.

In complexu liberorum & coniugum trucidare aliquos. Cicero pro Flacco.

In sinum & complexum alicuius venire. Cic. 2. Philipp.

¶ Complexus sæpe apud Fabium, pro comprehensione & circunstantia, vt lib. 4. cap. 4, Sunt hę citra complexum personarum, temporum, causarum.

Complexu totius gentis humanæ, Id est cũ toto genere humano, cum vniuersis hominibus. Cic. 5. de Finibus, Serpit sensim foras cognationibus primùm, tũ affinitatibus, deinde amicitiis, pòst vicinitatibus cum ciuibus, & iis qui publicè socij atque amici sunt, deinde totius complexus gentis humanæ. Id est amore quo in vniuersum omnes homines diligimus atque complectimur.

Collocutiones familiarissimæ, complexúsque summæ beneuolentiæ. Cic. 11. Philipp.

Complexio { [illegible] } Verbale, Idem quod Complexus, pro Ambitu sententiæ & periodo. Budæus. Cic. in Orat. Nec aceruatim multa frequentans, vna complexione deuinciet.

Complexiones, copulationes, & adhæsiones. Cic. 1. de Finibus.

Breuis complexio totius negotij. Cic. 1. de Inuent.

Longissima est igitur complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. Cic. 3. de Orat.

Vna complexione deuincire multa. Cic. in Orat.

Complexionem oratoriã Cic. sic definit, lib. 1. de Inuent. Complexio est, in qua vtrum concesseris, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus est, cur vteris? sin probus, cur accusas?

In complexionem inferre aliquid. Cic. 1. de Inuent.

Supersederi complexione posse nonnunquam. Cic. 1. de Inuent.

¶ Complexionem vocat Quintilianus conclusionem in argumento, libro 5. capite vltimo, Epichirematum quatuor & quinque, sex etiam factæ sunt partes à quibusdam. Cic. quinque maximè defendit, Vt sit propositio, deinde ratio eius: tum assumptio & eius probatio, quinta complexio.

Conficitur complexio ex propositione & assumptione. Cicero 1. de Inuent.

Infirmare complexionem. Cic. 1. de Inuent. Hic quum concesseris propositionem & assumptionem, cõplexio est infirmanda. Pro conclusione dixit complexionem.

¶ Complexio, pro bono corporis habitu. Firmicus lib. 5. cap. 9, In Tauro si Luna fuerit inuenta, quicunque sic eam habuerint, erunt tranquilli, quieti, alacres, bonę complexionis, & qui à populo maximè diligantur.

Compleo, comples, compleui, completum, penult. prod. { [illegible] } complere. Notæ significationis. Cæsar 5. bel. Gal. Castra oppugnant, fossam complent.

Orbem complet gloria. Ouid. 12. Metam.

Complere vsque ad summum. Colum. de Arbor. cap. 4.

Complet aures sonus. Cic. in Somnio Scip. Quis hic inquam, quis est qui complet aures meas tantus & tam dulcis sonus? Sic complere cuncta sono, Liu. 5. ab Vrbe.

Æquora fremitu complere. Propert. lib. 2. eleg. 17.

Atria vlulatibus. Ouid. 5. Metam.

Auras vlulatibus. Ouid 6. Fast.

Aures sermonibus. Claud. 5. Paneg.

Cælum clamore. Seneca Herc. Oetheo, 7.

Fossas. Tacit. lib. 18.

Lunæ se cornua lumine complent. Virgil. 3. Æneid. Vbi Seruius, Ideo se cornua Lunæ complent (inquit) quia suum non habet lumen, sed accipit à Sole.

Plangore & lamentatione forum. Cic. in Orat.

Horrea messibus. Lucan. lib. 3.

Littora complentur bello, Ad littora committitur prælium. Valer. lib. 8. Argonaut.

Læto complerant littora cœtu. Virg. 5. Æneid.

Locum aliquem complere dicitur, quæ locũ occupat ingens multitudo. Virg. 3. Æneid.

Magno agmine complere locum aliquem. Virg. 6. Æneid.

Late loca milite complent. Id est militibus. Virg. 2. Æneid.

Querelis locum. Lucret. lib. 2.

Vagitu loca. Lucret. lib. 5.

Ingenti clamore mœnia. Virg. 9. Æneid.

Nemus voce. Horat. Epod. 6.

Sedilia. Claudian. 1. in Eutrop.

Flatu sedilia. Horat. in Arte. Id est inflatione tibiarum.

Vox complet spatium antri. Lucan. lib. 5.

Sydera & manes & vndas scelere compleui meo. Sen. Hippol. 12.

Terras larga luce Sol complet. Cic. 2. de Nat. deor.

Lustrat & complet sua luce cuncta Sol. Cic. de Somnio Scip.

Renouatione stirpium complentur terræ. Cic. 2. de Natura deor. De baccis.

Complere aliquem coronis & floribus. Cic. 6. Verr.

Clamoribus omnia. Lucret. lib. 4.

Complere omnia fletu. Cæsar 5. bel. Gal.

Complere omnia corporis odore, vini atque vnguenti. Cicero 5. Verrina.

Vitam beatam corporis commodis. Cic. 3. de Finibus.

Completur animus voluptate. Cic. 4. Acad.

¶ Compleuit annos centum, Id est vixit. Cic. de Senect.

Complere atque ad exitum perducere aliquid. Cic. 2. de Inuent.

Compleuisse fata sua dicitur, qui moritur, vel mortuus est. Ouid. 4. Trist. eleg. 9,
Et iam complerat genitor sua fata.

Orbem Sol compleuit. Tibul. lib. 2. eleg. 4.

Seculum complere vitæ, Id est centum annos ætatis suæ peragere. Ouid. 15. Metam. de Phœnice aue.

Complere tempus. Ouidius 3. Metamorph. -maternáq; tempora complet.

Venter maturus sua compleuit tempora. Ouidius lib. 11. Metamorphoseos,
Vt sua maturus compleuit tempore venter,
Alipedis de stirpe dei versuta propago
Nascitur Autolycus.

Tempora sua compleuisse. Id est mortuum esse. Ouid. 15. Metam.

Parcæ debita tempora complerant. Virg. 9. Æneid.

Illustrationem Solis menstruo spatio Luna complet. Cicero 1. de Nat. deor.

Annuus exactis completur mensibus orbis. Virg. 2. Æneid.

Complere tres, Id est tantum præstare, quãtum tres alij. Claudian. de bello Getico,
Vnus in hoc Stilico diuersis artibus hoste
Tres potuit complere duces, fregítque furentem
Cunctando: vicítque manu: victúmque relegat.

Complere conuiuium vicinorum, hoc est adire ordine cœnas omnium vicinorum. Cic. de Senect. Quæ quidem in Sabinis persequi soleo, conuiuiúmque vicinorum quotidie compleo.

Complere paginam. Cic. ad Att. lib. 13, Etenim hæc decantata erat fabula, sed complere paginam volui.

Promissum. Cic. 5. Verr. Vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam. Id est præstem quod promisi.

Summam. Cic. pro Flacco.

Complere hominem bona spe. Cæsar 2. bel. Ciuil. Tributis quibusdam publicis, priuatísque præmiis reliquos in posterum bona spe complet.

Con plere

Complere aliquem terrore vel gaudio.Liuius 9.bel.Pun.

Complere cum genitiuo, vt Complere aliquem flagitij & formidinis.Plautus Menæch.10.3,

Parasitus,qui me compleuit flagitij & formidinis.

Compleuit illos erroris & dementiæ.Plaut.Amphit.5 9,

-erroris ambo ego illos & dementiæ

Complebo,atque omnem Amphitruonis familiam.

Completus,penult.prod. { συμπληρωθείς } Participium. Cic. 4. Acad. Tùnc aut inane quicquam putes esse,quum ita completa & conferta sint omnia,&c.

Perfectus completúsque verborum ambitus.Cic.in Orat.

Humano genere completum cælum.Cic.1. Tuscul.

Domus completa,pro Plena.Cic.Att.lib.1.13.

Legio completa per manipulos.Silius lib.8.

Multitudine consentientium completus mundus.Cic.2.de Diuin.

Complementum { ἀναπλήρωμα } Cic.in Oratore, Inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum. *Remplages, ou Remplissages.* Budæus.

Complexus,Adiectiuum, ex Con & Plexus,vt Perplexus,Implexus, non participium à verbo Complector.Lucret.lib 2,

Nec singillatim corpuscula quæque vaporis

Sed complexa meant inter se,&c.

Complexio,Complexus,Vide COMPLECTOR.

Complico, complicas, penultima correpta, complicui & complicaui,complicitum & complicatum { συμπλέκω } complicare, Notum. Plaut.Rud.23.2,

Dum hanc tibi rudentem quam trahis complico.

Complicare & Euoluere,contraria. Cicero 3.Offic.At verò siquis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere, iam se ipse doceat,eum virum,&c.

Complicare epistolam. Cic.ad Attic.lib.12, Quum complicarem hanc epistolam,noctuabundus,&c.

Complodo,complodis, penult.prod. complosi, complosum.penult. prod. { συγκροτέω } complodere, Aduersas manus inuicem collidere; quod fieri pluribus de causis solet:vel ad testificandum more fœminarum dolorem: vel præ gaudio,vel per subitam admirationem, vel si quæ sunt aliæ causæ. Hæc Valla,lib.5.cap.9. Quintil.libro 11.cap.3, Complodere manus,scenicum est,& pectus cædere.

Complosæ sæpius manus.Seneca lib.1.de Ira.

Comploro,comploras,penult.prod. { συνοδύρομαι,συνθρηνέω } complorare,Simul plorare.Liuius 5.ab Vrbe, Complorati omnes pariter viui,mortuique,totam propè vrbem lamentis impleuerunt.

Complorare fortunam.Quintil Declam.16.

Mortem. Cic. pro Domo sua, Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris.

Comploratus,huius comploratus,penult.prod. { [illegible] } Verbale.vt, Comploratu iusto prosequi mortuos.Liuius 5.bel.Pun.

Comploratus familiarum coercere.Liuius 2.ab Vrbe.

Comploratio { κλαυθμός } aliud Verbale.Id est lamentatio.Liuius 6.bel. Pun.Comploratio eorum,flebilésque voces.

Lamentabilis comploratio. Vide LAMENTOR.

Complures, penult. prod. & complura. vel compluria, caret singulari { πλεῖστοι,πολλοί } Idem est quod multi:est positiui gradus,nō comparatiui:vt docet Gell. lib. 5. cap. 21. vbi etiam scribit dicendum esse compluria, per i,ante a, & cōplura. Cæsar 8 bel.Gal.Quod vbi accidit,complures hostium magno nostrorū impetu pulsi vulnerantur. Cic.4.Ver.Deerant scyphorum paria complura,hydrias argenteas.

Complures Græcis institutionibus eruditi.Cic.1.de Natura.deor.

Complures alij Horat.1.Serm.sat.10.

Complures in perturbatione Reipub. Consules. Cicero Planco, lib.10.6.

Dies complures cum aliquo versari.Cic Curioni,lib.2.6.

Vulcani complures.Cic.3.de Nat.deor.

Compluria.Terent.Phorm.4.3, Noua hic compluria. Vbi Donatus,Secūdum regulam loquutus est Terētius.nam hoc complure, & hæc compluria dicitur. Sic veteres, quod nostri dempta syllaba complura dicunt. Sic Cato Originum secundo,Fana hoc loco compluria. Cic.in Protagora,Confirmandi genera compluria. Credo, quia veteres hoc plure,non hoc plus dicebant.

Sed tamen ego quidem me fustinui, multa minui, multa fustuli, complura ne posui quidem.Cecinna Ciceroni,lib.6.7.

Complusculi,penult.corr.compluscuilorum, Diminutiuum. Terentius Hecyra 1.2,

-dies complusculos Bene conueniebat sanè inter eas.

Compluries { πολλάκις } Aduerbium.Plaut.Persa,15,

Metuo hercle verò: sensi ego iam compluries.Cato,Contumelias mihi dixisti compluries. Vide Gell.lib.5.cap.vltimo.

COMPLVTENSES,Hispaniæ populi,sic à Compluto vrbe dicti. Plin.lib. 3.cap.3.Vulgò *Alcana de Hanares.*

Compluuium, compluuij { ὑπαίθριον,σύμπληγμα } Est (inquit Festus) quò de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. Varro de Lingua Latina, libro 4, Cauum ædium dictum, qui locus tectus intra parietem relinquebatur patulus, qui esset ad communem omnium vsum. In hoc locus si nullus relictus erat, sub diuo qui esset, dicebatur testudo à testudinis similitudine, vt est in prætorio in castris. Si relictum erat in medio, vt lucem caperet, deorsum,quò impluebat,impluuium dictum:& sursum,quà compluebat, cōpluuium: vtrunque à pluuia. Asconius in 3.Verr.Impluuium,inquit,locus sine tecto,in ædibus, quo impluere imber in domum possit. Cæterùm quanuis ex Varrone intelligamus & verè compluuium superiorem partem esse, inferiorem impluuium: tamen in Vitruuio etiam compluuium est ea pars tecti in cauædio,quæ pluuiam demittit. Sic scribit: cum iisdem rationibus trabes & compluuia collocantur. Id enim dicit de excurrente parte tecti, & asseribus longius proiectis. Iterum: quod compluuia eorum recta non obstant luminibus tricliniorum, Compluuia vocat hic,extra parietem non exeuntia,ideoque luminibus non officientia.

In compluuium transferre. Sueton.in Augusto, cap 92, Qua enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam, in compluuium deorum penatium transtulit.

Compluuius, Adiect. Varro 1.de Re rust.cap.13, Vna,vt interius,compluuium habeat lacum,vbi aqua saliat,qui intra stylobatas quum venit,sit semipiscina.

Compluuiatus,penult.prod. adiect.vt,Compluuiata vinea. Plin.lib.17. cap.21,Compluuiata copiosior vino est,dicta à cauis ædium compluuiis.Varro 1.de Re rust.cap.8.

Complutus,penult.prod.Participium,à Compluo,compluis.Solinus cap.15.de gruibus,Quum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcino pedes liberant:ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili.

Compono,componis,penult.prod. composui, compositum, penult. corr. { συντίθημι,συνθέτω,συντάσσω } componere,Propriè est disponere,constituere,simul ponere. Terent. Hecyra,4 3, I ergo intrò, & compone quæ simul tecum ferantur.

Diligenter componere aliquid.Cic.de Claris Orat.

Aciem componere.In ACIES.

Aciem per cuneos.Tacitus de Moribus German.

Manipulatim leniter componitur amomum.Vide LENIS.

Antidotum ex variis & inter se contrariis effectibus componere. Quintil.lib.1.cap.10.

Singula argumenta cum singulis componere. Quintilianus libro 7.cap.3.

Cognoscere & componere causas.Cic.in Orat.

Considerare componereque causam.Cic.de Claris Orat.

Componere & deliberare capillos.Cic.pro Rosc.Amer.

Comas componere.Ouid.2.de Remed.Amor.

Crines componere,Id est ornare: quia ordo & compositio rerum ornatum facit.Virg.4.Georg.

Exercitum pugnæ.Tacit.lib.13.

Labra labellis compono.Lucilius sat.8.

Lapides malè componere in plostro.Vlpianus in l.Si seruus. §.Si ex plostro.D.ad Legem Aquil.Aquilia plostrarium teneri placet, si malè composuerit lapides,& ideo lapsi sint.

Latus suum alicui componere, pro Concumbere cum viro. Propertius libro 2.eleg.2.

Leges componere.Lucret.lib.4.

Manus manibus atque ora oribus componere. Virgilius libro 8. Æneidos,

Componens manibúsque manus,atque oribus ora.

Manus alicui componere, Id est manus cum aliquo conserere & congredi.Silius lib.6.

Membra defessa componere. Virgilius 4. Georgic. Id est reficere, recreare.

Mores.Ouid.3.de Arte Amandi.

Oculos componere,Claudere somno.Valer.lib.7.Argonaut.

Puluinar.Ouid.1.de Arte amandi.

Componere res suas. Sallust.in epist.Mithridatis ad Arsacem.Ego non validissimus præbeo exemplum,quo rectius tua componas.

Componere & constituere Rempub. { [illegible] } Cic. 3.de Legibus.

Thalamis se componere apes, allegoricè dicit Virgilius 4. Georgicorum,

Post vbi iam thalamis se composuere:siletur

In noctem.

Se componere mediúmque locare in aliquo loco. Virgilius lib.1. Æneidos,

-aulæis iam se regina superbis

Aurea composuit sponda,mediámque locauit.

Componi ad Senatus reuerentiam. Id est cogi, vel per simulationem accommodari.Plin.Iun.in Paneg.

Componere se alicui,Id est cum illo congredi.Sil.lib.17.

Signa componere.Cic.Attic.lib.4.

Togam.Horat.2.Serm.sat.3.

Componere vitem in brachia.Colum.lib.5.cap.5.

Vultus.Ouid.13.Metam. de Polyphemo,

Iam libet hirsutam tibi falce recidere barbam,

Et spectare feros in aqua,& componere vultus.

Componere vultus suos ad alium,Id est obseruare & inspicere alium.Ouid.5.Fast.de Maiestate dea,

Consedêre simul Pudor & Metus,omne videres

Numen ad hanc vultus composuisse suos.

Ad exemplum se componere.Quintil.lib.2.cap.6.

Ad eorum,quos probant,mutationem se componere.Quintil.lib. 2.cap.8.

Ad imitationem veritatis se componere.Quintil.lib.5.cap.12.

¶Aliquem componere, pro Sepelire. Tacitus libro 17, Pisonem Verania vxor, ac frater Scribonianus:T.Iunium Crispina filia composuere.

Lachrymis aliquem componere.Tacit.in vita Agricolæ.

Toro componere mortuum.Ouid.9.Metam.

Tumulo componi.Ouid.4.Metam.

¶Componere,Finire { [illegible] } vt,Componere bellum, contentiones, controuersias. Asinius Pollio ad Ciceronem, libro 10.33.

Bellum componere.Virg.12.Æneid.Id est finire. Seruius.

Componere diem dicitur Vesper.Virg.1.Æneid.Id est finire. Seruius. Alij, vt de die mortuo dici putant. Nam componi mortui dicuntur. Horatius,

Omnes composui: felices:nunc ego resto. Turnebus.

Discordias componere aduersus aliquem. Tacit.lib.15.

Lites componere inter aliquos.Virg.3.ecloga,

Non nostrum inter vos tantas componere lites. Id est finire.

Libra parem diem componit. Id est æqualem facit nocti: quando enim Sol est in Libra, fit æquinoctiú Autumnale. Seneca Hippol.17.
Curas componere, Id est sedare. Virg.4.Æneidos.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis,& sponte mea componere curas
Fluctus componere. Virg.1.Æneid.
Ritè componere penates. Tacit.lib.15. Videbárque contra vetera fratrum odia & certamina, familiæ nostræ penates ritè composuisse.
Pugnantia componere. Horatius 1.Serm.sat.1.
-pergis pugnantia secum
Frontibus aduersis componere. Hoc est ad concordiam reducere.
Ratione componere & finire verba.Cic.in Orat.
Componere & perficere callidè aliquid.Cic.2.de Diuin.
Cum bona gratia aliquid componere inter aliquos. Terentius Phorm.4.3.
-cur non inquam,Phormio
Vides,inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia,quàm cum mala?
Amicos auersos componere, Id est iratos ad concordiam redigere. Horat.1.Serm.sat.5.
Gentem componere.Sil.lib.17.
-tempus componere gentem,
Ad finem ventum,& claudenda est ianua belli.
Componere pacem alicui cum altero.Plaut.Mercatore.
-pacem componi volo
Meo patri cum matre.
Tumultum.Lucan.lib.1.
Componere,& transigere.Plin.Iunior lib.5.epist.1,Cohæredes mei componere & transigere cupiebant,non diffidentia causæ, sed metu temporum. Id est, concordare & conuenire sine strepitu iudicij. *appointer, accorder auec moy.*
Sententia componere aliquid inter aliquos.Plaut.Curcul.15.
Si possum hoc inter vos sententia componere.
Compone hoc de argento,de reliquo videro.Cic.6.Verr.Id est dic quomodo conueniat illud quod dico de argento.
¶Componere animos dicitur ratio. Cic.1.Offic. Cauere debemus ne in perturbationem prius incidamus, quàm animos nostros ratio componat.
Animum componere ad aliquos casus.Valer.lib.1.Argon.
Componere mẽtem.Celsus lib 3.cap.18. Prodest ad id,atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum vnguentum, cum irino in caput datum. Tradit autem eo loco Celsus,ea quæ valent ad componendam mentem phreneticorum.
¶Componere dicta cum factis,pro Conferre.Sallust.in Iugurtha, Iugurtha vbi Metelli dicta cum factis composuit, ac suis se artibus tentari animaduertit, quippe cui verbis pax nuntiabatur,cæterùm re asperrimum bellum erat,&c.statuit armis certare.
Causam suam cum causa aduersarij cõponere.Quintil.lib 7.cap.3.
¶Componere,pro Condire. *Confire, Composter.* Colum.lib.12.cap.87. Eadem conditura posset etiam oliua regia componi,vel orchita. Lib. eod.cap.54. Napi quoque,sed integri, si minuti sunt,maiores autem insecti, eodem iure quo rapa condiri possunt: sed curandum est, vt hæc vtraque antequam caulem aut cymam faciant,dum sunt tenera, componantur.
¶Componere (συμβάλλειν) pro Comparare. Virg.1.ecloga,
-sic paruis componere magna solebam. Actius, Quid est cur componere ausis mihi te,aut me tibi?
Componi cum altero.Lucilius sat.lib.4. Vide Ciceronem de Opt. gen.orat.
Aliquos inter se componi. Quintil.lib.2.cap.17. Sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se componũtur.Id est,committuntur inuicem pugnaturi.
¶Componi gladiatores dicuntur, qui vnà in arenam descensuri, & inter se decertaturi sunt. Ausonius,
Quis Myrmilloni componitur æquimanus Thrax. Turnebus.
¶Componere societatem cum latronibus.Sallust.Suspectúsq; fuit, incertum verò,an per negligentiam societatem prædare cum latronibus composuisset.
¶Componere pretio,pro Redimere.Sallust.in bel.Catil. Quin lenones & vinarij laniique, quorum præterea vulgus in dies vsum habet, pretio compositi. Hoc est, facta pretij compositione redempti, inquit Sipontinus ex Nonio.
¶Componere (συγγράφειν, συντάσσειν) sicut vulgò vsurpatur,pro Scribere:vt,Componere historiam.Plin.Iun.lib.7.epist.16.
Condere & componere.Horat.1.Epist.1.
Componere & describere iura & iussa populorum. Cicero 1. de Legibus.
Inuenire & componere res.Cic.de Claris Orat.
Aliquid de ratione dicendi componere.Quintil.in proœm.lib.1.
Actiones.Cic.Att.lib.6.
Amores,Est lasciua carmina scribere apud Ouid.2.Tristium,
Denique composui teneros non solus amores.
Argumentum.Cic.Att.lib.15.
Artem.Quintil.lib.3 cap.1.
Artes.Cic.de Claris Orat.
Artificium de iure ciuili.Cic.2.de Orat.
Cantus,Id est incantationes. Tibul.lib.1.eleg.2.
Carmina.Horat.2.Serm.sat.1.
Carmina ad lyram.Quintil.lib.1.cap.10.
A componendo carmine teneri.Ouid.5.Trist.eleg.13.
Nec tamen,vt fatear verum tibi,nostra teneri
A componendo carmine Musa potest. Hoc est cohiberi.
Casus alicuius.Ouid.2.Amor.eleg.1.
Composuit casus iste poeta meos?
Commentarium.Cic.Att.lib.2.14.
Edictum.Cic.Pulchro,lib.3.11.
Elegos.Ouid.3.Amorum,eleg.14.
Exemplum literarum.Cic.2.de Leg.Agrar.
Exordium nimium apparatis verbis componere. Author ad Herennium,lib.1.12.
Componere certam quandam formulam disciplinæ.Cic.1.Acad.
Libellos conficere, aut formas iudiciorum & stipulationum componere.Cic.1.de Legib.
Interdictum aliquorum causa componere.Cic.pro Cecinna.
Laudes alicuius.Tibul.lib.4.eleg.1.
Librum ex alienis orationibus.Cic.1.Verr.
Libros.Cic ad Tironem,lib.16.20. Sic componere poemata,Cic. ad Qu.frat.lib.3.17.
Literas alieno nomine.Liu.7.bel.Pun. Ne quibus literis crederent nomine Marcelli compositis.
Opus ad aliquorum vtilitatem.Quintil.lib.3.cap.6.
Orationem ad aliorum iudicia.Quintil.lib.5.cap.14.
Ordinem rei gerendæ.Liu.9.bel.Pun.
Rationes familiares.Tacit.lib.5.
Res gestas.Horat.2.epist.1.
Testimonium. Cic. Dolabellæ.in epist ad Atticum, lib.15. Testimonium composui, quod quum voles obsignabis. Quidam exemplaria legunt testamentum.
Verba componere manu.Ouid.9.Metamorphoseos,
Et meditata manu componit verba trementi.
Verba ad religionem deorum immortalium componere. Cic.pro Domo sua.
Componere & coagmentare verba.Cic.de Claris Orat.
Componere & construere verba.Cic.3 de Orat.
Versus.Horat.1.Serm.sat.4.
Versus in ossa componere,Epitaphium ponere. Tibul.lib.3 eleg.2.
Viam componendi facilè efficiet exercitatus stylus.Cic.in Orat.
Componere pocula de luto.Tibul.lib.1.eleg.1.
¶Componere itinera.Cic.ad Att.lib.15,Ego itinera sic composueram,vt Non.Quintil.lib.Puteolis essem. *Ordonner, disposer.*
¶Componere vrbem,Ædificare. Virg.3.Æneidos,
Quam tuta possis vrbem componere terra.
¶Componere fallacias,pro Meditari & comminisci. Plaut.Pœnulo 11. Sic componere mendacia,Plaut.Amphit 4.
Blanditias componere. Tibul.de Sene amatore, lib.1.eleg. 1.
Et sibi blanditias tremula componere voce. subaudiendum, Vide. Insidias alicui.Tibul.lib.1.eleg.6.
Non bene mendaci risus componitur ore. Tibul.lib.3.eleg.7.
¶Componere,quod Galli *conficinare* dicunt. Tacit.lib.15. Accita quippe Epicharis,& cum indice composita,nullis testibus inuisum facile confutauit.

Compositus, penultima correpta (συντεθειμένος, συγκείμενος) Participium. Propertius libro 1. elegia 19. Mollia composita littora fronde tegit.
Compositus in ostentationem.Liuius 6 bel.Pun. Sed arte quoque quadam ab iuuenta in ostentationem compositos.
In rationem annorum compositus.Quintil.lib.3.cap.8.
In securitatem compositus. Tacitus lib.3. Tanto impensius in securitatem compositus, neque loco, neque vultu mutato, sed,vt solitum,per illos dies egit.
Compositum.compactum & coagmentatum. Cic.3.de Fin.
Compositi acie.Vide ACIES.
Numero compositi in turmas. Virg.11.Æneid. Vbi Seruius, Numero exponit, Rationabiliter: Vnde, inquit, & sæpenumero dicimus,id est frequenter & rationabiliter. Hinc est,Tum verò in numerum,id est in rationem & rhythmum.
Somno compositus.Ouid.1.Amorum,eleg 4.
Aceruo composito despicere diues & famem.Tibul.lib.1.eleg.1.
Affectus mites,atque compositi.Quintil.lib.6.cap.2.
Agger tumuli compositus.Virg.7.Æneid.
Compositum agmen ad pugnam.Liu.7.bel.Maced.
Compositum ad omnes casus agmen. Liu.4.bel.Pun. Atque agmine ad omnes casus composito ibat.
Aquæ compositæ,Id est sedatæ,non tumescentes.Ouid.epist.13.
Blandáque compositas aura secundet aquas.
Arma.Horat.4.Carm.ode 14.
Auspicia ad vtilitatem Reipublicæ.Cic.2.de Leg.
Bustum.Lucan.lib.8.
Cinis.Ouid.3.Fastorum,
Compositúsque cinis,tumulúsque in marmore carmen.
Comæ.Ouid.epist.12.
Controuersiæ ex historiis.Quintil.lib.3.cap.8.
Crines.Virg.4.Georg.Id est compti.
Discrimen compositum.Ouid.2.de Arte. Discrimen capillorum intelligit hoc loco.
Gradibus compositis.Passibus moderatis eundo.Virg.3.Georg.
Composita hora,pro Condicta,constituta.Horat.1.Carm.ode 9.
Leges.Virg.11.Æneid.
Mare.Ouid 8 Metam.
Nomen quasi terrori compositum Vertingentorix.Lucius Florus.
Composita, ornata, & artificio quodam & expolitione distincta oratio.Cic.1.de Orat.
Poema crasse & illepidè compositum.Horat.2.epist.1.
Palàm compositus pudor.Tacit.lib.4.
Torus bene compositus, Id est coniugium pacificum. Ouidius 3. Fastorum.
Composita venena,pro fuco muliebri. Ouid.1.de Remed. amoris,
Tu quoque compositis sua quum linit ora venenis,
Ad dominæ vultus,nec pudor obstet,eas.
Cõposita verba,Id est culta & ornata. Sallust.in Iugurth. Non sunt composita mea verba:parui id facio:ipsa se virtus satis ostendit.

Vox composita

Vox composita.apud Senecam,2.de Clementia.
Vultus compositus. Tacit.lib.1.
¶Vt compositum fuerat cum eo, pro Vt conuenerat aliis cum eo. Liu.2.ab Vrbe, Prius quàm committerentur ludi, Tullius (vt domi compositum cum Martio fuerat) ad Consules venit.
Compositus,pen.corr. {συγκείμενος} Nomen ex participio. Liu.8. bel.Pun. Acrior impetu atque animis,quàm compositior vllo ordine pugna fuit.
Omnia erunt compositiora.Quintil.in procem.lib.1.
Compositior ad.Cic.2. Verr.Et ex accusatione perficiam,vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium videatur.
Compositissimæ & clarissimæ literæ. Cic.ad Attic.lib.6. epist. vlt. Admiratus sum, vt vidi obsignatam epistolam, breuitatem eius: vt aperui rursus σύγχυσιν literularum, quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse. Σύγχυσιν, id est confusionē,turbationem. Compositissimæ, hoc est bellissimè constructæ. nunc autem scripsisti vacillantibus literulis,manu à morbo minus firma. Non igitur de epistola loquitur,sed de characteribus.
Compostus,per syncopen.Virg.1.Æneidos,
-nunc placida compostus pace quiescit.
Composito {κατὰ συνθήκην,ἐκ συνθήματος} Ablatiuus vice aduerbij. Terent.Phorm.5.1,
Composito factum est quomodo hanc amans habere posset
Sine dote. Veterum loquutionem esse Donatus admonet.
Ex composito,Idem.Plin. Nihil non ex composito fecimus,pactū seruauimus. Vide Ex præpositionem.
Compositè,Aduerbium,vt,Compositè dicere. Cicero 1.de Orator. Sin oratoris nihil vis esse nisi compositè, ornatè,copiosè eloqui. Id est eleganter.
Compositè ambulare. Columella libro 6.cap.2, Sin autem placidi & quieti boues erunt, vel eodem die quo alligaueris, antè licebit producere, & ducere per mille passus compositè & sine pauore ambulare.
Compositè & aptè sine sententiis dicere, insania est. Cicero in Oratore.
Agere aliquid compositius,quàm festinantius.Tacit.lib.15.
Compositor,penult.corr. Verbale {συνθέτης} Cic.in Orat. Non enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia: sed & Græcè ab eloquendo rhetor, & Latinè eloquens dictus est. Ouidius 2.Tristium,
Plus sibi permisit compositore suo.
Compositio {σύνθεσις} Verbale,vt,Compositio vnguentorum.Plin.lib. 20.cap.24.Sed discessuri ab hortēsibus rebus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus. Vulgus *confectionem* vocat.
Vnguentorum compositiones, conditiones ciborum, corporum lenocinia.Cic.2.de Nat.deor.
¶Compositio, pro Conditura. Columel.lib.12. cap.47, Est & illa probata compositio, vt quum muria dura Pausea alba maturuerit, omne ius defundatur,& immistis duabus partibus defruti, cum aceti vna,repleatur amphora.Gallicè diceres *Composte,confiture*.
Ordo, compositio rerum aptis & accommodatis locis. Cicero 1. Officior.
Modestia compositionis.Quintil.lib.4.cap.1.
Disciplinæ compositio.Cic.3.de Fin.
Pontificalis compositio iuris.Cic.2.de Legib. Totáque huius iuris compositio pontificalis magnam religionem ceremoniámque declarat.
Magistrātuum.Cic.3 de Legib.
Compositio membrorum, conformatio lineamentorum, figura, species humana.Cic.1.de Nat.deor.
Sermonis.Quintil.lib.1.cap.5.
Varia compositio sonorum harmonias efficit plures. Cic. 1. Tusculanarum.
Compositio generaliter capitur aliquando pro omni apta verborum collocatione, & pro omni eloquutionis genere: & tunc dicitur Ciceroni in Oratore esse fons omnis concinnitatis, elegantiæ & suauitatis. Aliquando verò tantùm pro iunctura verborum capitur, quæ facit vt neque crebra vocalium concursione fiat hiulca oratio, neque consonantibus exasperetur: & quæ denique grauitatem & suauitatem vocum diligenter inuestigat, atque hoc modo à numero atque à figuris distinguitur. Hoc est quod ibidem ait Cicero, An non est vnum nec idem quod voce iucundum est, hoc est compositione bene iunctum, & ita collocatum vt iucundum sonum efficiat: & quod moderatione absolutum, id est numeris conclusum & perfectum: & quod illuminatum genere verborum, id est figuris & ornamentis illustratum. Hæc autem idem valent, ac si dixisset: An non est idem, compositio, numerus & figura? Concludit tamen, figuratam orationem numerosæ finitimam esse, quia plerunque perfecta est: compositionem verò differre ab vtroque, quæ grauitati tantùm & suauitati verborum seruiat.
Verborum compositio. Cic. 2. de Orat. Et rerum copia & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa compositione verborum non impolitus.
Verbis vti ad aptam compositionem & condecentiam. Cicero 3. de Orat.
Dissimulata compositio.Quintil.lib.4.cap.2.
Lenis,quadrata,virilis.Quintil.lib.2.cap.5.
Oratoria.Quintil.lib.1.cap.8.
Peccatur compositione.Quintil.lib.1.cap.5.
Compositio tota seruit grauitati vocum aut suauitati. Cicero in Oratore.
¶Compositio,Discordiarum pacificatio. Cæs.1.bel.Ciuil.Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere.
Pacis,concordiæ, compositionis authorē esse non destiti. Cicero 2.Philipp.
Seruare per compositionem. Cic.pro Rosc. Amer. Quos quia per compositionem seruare volebat,ipse ab his interemptus est.Hoc est, per concordiam,& inter eos componendo.
¶Cōpositiones gladiatorum. Cic.ad Cælium,lib.2.7,Quid?tu me hoc tibi mandasse existimas: vt mihi gladiatorum compositiones,vt vadimonia dilata,& Chresti compilationem mitteres,&c.
Compositura,pen.prod. vel detractione literæ i,compostura {σύνθεσις, σύζευξις} Cato cap. 25, Trapetus emptus est in Suessano nummis quadringentis, & olei P.L. composturæ nummis sexaginta, vectura boum.
Oculorum composituræ.Lucret.lib.4.
Compositura orationis.Asinius Capito apud Gell.lib.5.cap.20.Solœcismus est impar & inconueniens compositura partium orationis.
Comporto, comportas {συγκομίζω} comportare, Simul portare, vel idem tantum quod portare significat: vt, Comportare aquam in arcem. Cæsar 3.bel.Ciuil. Cic.in Pisonem, Quum seruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palàm comportarentur.
Comportare frumentum ex agris in loca tuta. Cicero ad Attic. libro 5.
Comportare frumentum in aceruum.Hirtius lib.5.
In vnum comportare.Horat.2.Serm.sat.3,
Siquis emat citharas,emptas comportet in vnum:
Nec studio citharæ,nec musæ deditus vlli.
Rebus comportatis bene vti.Horat.1.epist.2.
Res exquisitæ, vndique & collectæ,arcessitæ,comportatæ. Cicero 3.de Orat.
Compos,compotis,penul.corr.com.gen. {ἐπιτυχὴς,ἐγκρατὴς,ἐπήβολος} Compos mentis, compos animi, compos rationis, compos sanitatis, quòd hæc habeo. At compos voti, compos victoriæ, compos optati,quòd hæc opera mea & labore obtinui,obtineóque. Hæc Valla lib.3.cap.34.
Compos, in bonam partem solùm accipi putatur, quum & in malam positum sit.Plaut.Epid.
Cedo manum,accipe ærumnarum & miseriarum compotem.
Næuius Danaë,
Eam nunc esse inuentam opprobriis compotem scis. Ex Nonio.
Compos animi. Terent.Adelph.3.2. Me miserū, vix sum compos animi,ita ardeo iracūdia. Vbi Donatus.Compos animi,id est competentis animi, vel animi sani. cui contrarium est impos animi. Alij compotem animi,compositum animo intelligunt.
Compos mentis.Cic.ad Attic.lib.9, Non sum inquam(mihi crede)mentis compos.
Mentis vix compos.Ouid.8.Metam.
Compotem sui esse. Celsus lib.5.cap.26, Quædam obmutescunt, quædam mente labuntur, quædam sui compotes neruorum oculorúmque dolore vrgeri se confitentur,&c.
Compos, sine adiecto. Liu.4. ab Vrbe, In suos quæque simul corpore atque animo vix præ gaudio compotes, effusæ. Id est vix animi vel mentis compotes.
¶Compos & particeps animus sempiternarum rerum. Cicero de Vniuersit.
Compotem gratulationis facere.Plinius Iunior,lib.10.epist.4.
Laudis compos.Plaut.Amphit.8.12,
Sed hoc me beat,quòd perduelles vicit,& domum
Laudis compos reuenit.
Libertatis.Plaut.Capt.2.
Compotem patriæ facere aliquem. Liu.1.ab Vrbe,Mihíque exposco,tum patriæ compotem me nunquam sinas esse.
Regni.Silius lib.8.
Rationis & consilij.Cic.2.de Nat.deor.
Scientiæ. Cic.4.Acad.Scientiam talem esse dicebat,cuius compotem,nisi sapientem esse neminem.
Victoriarum. Valer. Maxim. lib. 1, Imperatores compotes victoriarum.
Virtutum.Cic.5.de Finib.
Facere aliquem compotem voti.Seneca Hippol.5.
Compotem vrbis facere. Cic.pro Sextio.
¶Compos,ablatiuo iunctum.Sallust.Neque animo,aut lingua satis compos. De amente Septimio loquitur.
Compos præda exercitus.Liu.3.ab Vrbe,Prædáque ingenti compotem exercitum reducunt.
Compos earum rerum animo. Cic.1.de Orat. Quarum qui essent animo & sententia compotes,eos esse imperatores dicerem.
¶Compos, neutro generi iunctum aliquando legitur. Seneca Agamemn.5,
Tibi grandæui,lassique senes
Compote voto reddunt grates.
Compositio,In COMPONO.
Compoto, compotas, penultima prod. {συμπίνω} compotare, Simul potare.
Compotatio, compotationis {συμπόσιον} Conuiuium. Cic. de Senect. Conuiuium nominarunt melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem,tum concœnationem vocant.
Compotor,compotoris,penul.prod.{συμπότης} Verbale. Cic.2.Philipp. Tum verò adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo,& compotorum tuorum rhetorem.
Compotrix, penultima producta {συμπότρια} Verbale fœm. Terentius Andr.1.4,
Quia compotrix eius est.
Compræs, compradis, penult. prod. {συνέγγυος} Eiusdem rei populo sponsor. Festus.
Compransor,compransoris {συνδειπνος} Qui simul prandet. Cic.2. Philippica, Hunc tu agrum compransoribus tuis & collusoribus diuidebas.

Comprecor, pen. corr. comprecaris, comprecatus sum (ἐπεύχομαι) comprecari, Idem quod precari. Terent. Adelph. 4.5,
Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accersas: abi.
Fidem cælestum comprecari. Catull. epigr. 59,
Cælestûmque fidem postrema comprecer hora. Hoc est deorum auxilium.

Comprecatio (ἐπευχή) Verbale. Liu. 9. bel. Maced. Nulli vnquam concioni Quirites, tam non solum apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret, &c.
Comprecatio, verbum erat sacrorum. Gell. lib. 13. cap. 21. Comprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expositæ sunt in libris sacerdotum Populi Romani, &c. Budæus.

Comprehendo, comprehendis, comprehendi, comprehensum (συλλαμβάνω) comprehendere, siue Comprendo, comprendis, comprendi, comprensum, comprendere, Simul capere. Terentius Eunucho, 5.1,
-comprehendi iube quantum potest.
Manu comprehendere. Cic. in Orat.
Comprehendere breui. Cic. 1. de Orat.
Generaliter aliquid comprehendere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Firmè grauitérque comprehendere. Cic. 2. de Fin.
Comprendere crinibus ignem. Virg. 7. Æneid. Hypallage est, quũ ignis crines comprehendat. Seruius.
Emittere & Comprehendere, contraria. Cic. 1. in Catil. Quòd tam capitalem hostem non comprehenderim potius quàm emiserim.
Comprehendere aliquem in fuga. Cæs. 5. bel. Gall.
Fures. Catull. epigr. 57.
Hostem. Cic. in Catil.
Comprehendit forfex dentem. Cels. lib. 7. cap. 12.
¶ Comprehendere dicuntur plantæ, quæ terræ hærent. Columel. Ita quod posueris, cito comprehendet. Sic arbor terram comprehendere dicitur. Vlpian. l. 3. D. arb. furt. cæs. Quod siquis ex seminario, id est stirpitus arborem tràstulerit: eam quanuis nondum comprehenderit terram, arborem tamen videri.
¶ Comprehendere numero aliquid. Virg. 2. Georg.
Numerum virorum comprendere. Ouid. 5. Trist. eleg. 12.
¶ Comprendere aliquid, Dicendo consequi. Virg. 6. Æneidos,
Non mihi si linguæ centum sint, oráque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem.
Dictis comprendere aliquid. Ouid. 13. Metam.
Comprehendere verbis. Hoc est complecti. Cicero ad Atticum, libro 12, Quia verbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat.
Diuersis verbis idem comprehendere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
¶ Comprehẽdere, pro Intelligere vel scire. Cic. 4. Acad. Nos enim defendimus, etiam insipientem multa comprehendere.
Comprehendere & percipere. Cic. 4. Acad.
¶ Comprehendere signis aliquem. Colum. lib. 6. cap. 24, Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit.
¶ Animo comprendere intelligentiam alicuius rei. Cic. 3. de Natura deorum.
Celeriter animo comprehendere. Cic. 1. de Orat.
Comprehendere contemplationem rerum naturæ. Celsus lib. 1. in proœmio, Quòd si contemplationem rerum naturæ, quam temerè sibi medici vendicant, satis comprehendisset, etiam illud scisset. Id est si didicisset quæ ad physicen pertinent.
Memoriam rei alicuius comprehendere. Cic. de Claris Orat.
Intelligere & comprehendere cogitatione. Cic. 1. Tusc. Nisi quòd nequeunt qualis animus sit vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere.
Comprehendere animis & cogitatione. Cic. pro Flacco.
Comprehendere memoria. Cic. 5. Tuscul. Sed quoniam mane est eundum, has quinque dierum disputationes memoria comprehendamus.
Memoria consequi, aut oratione comprehendere. Cic. 6. Verr.
Mente comprehendere. Cic. 3. de Nat. deor.
Comprehendere mentibus aliquam opinionem. Cic. pro Cluent.
Visu comprehendere aliquid. Sil. lib. 3.
¶ Adulterium alicuius comprehendere. Id est deprehendere. Cic. pro Milone.
¶ Officiis aliquem per se & per alios comprehendere. Id est deuincire. Cic. pro Plancio.
Amicitia multos comprehendere, tueri obsequio. Cic. pro Cæl.
Comprehendere aliquem humanitate. Cic. ad C. Cæsar. lib. 13. 16, Sed vt redeam ad id vnde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis.
Agger ignibus comprenditur. Ouid. 9. Metam.
Elementis aliquid comprehendi. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Comprehensus (συνειλημμένος) Participium. vt, Comprehensam in animo habere sententiam. Cic. 4 Acad.
Imago comprensa. Virg. 6. Æneidos,
Ter frustrà comprensa manus effugit imago.
Comprehensa ea in terra in nominando. Varro 1. de Re rust. cap. 9, de terra, In ea enim & lapis, & arena, & cætera eius generis sunt in nominando comprehensa. Id est appellatione terræ ea comprehenduntur.
Captum & comprehensum aliquem tenere. Cic. 3. in Catil.
Linguam forcipe comprensam abstulit. Ouid. 6. Metam.
Res penitus perspectæ planéque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio seiunctæ, scientiáque comprehensæ. Cic. 1. de Orat.
In animo & memoria sibi distributum atque comprehensum aliquid habere. Cic. de Petit. Consul.
Firmè conceptum animo atque comprehensum. Cic. 2. de Fin.
Tenere aliquid animo comprehensum. Cic. 4. Acad. Animo iam hæc tenemus comprehensa, non sensibus.
Sensu comprehensum. Cic. 1. Acad. Quod autem erat comprehensum, idipsum sensum appellabat: & si ita erat comprehensum vt conuelli ratione non posset, scientiam.
¶ Comprehensus, pro Concluso. Cic. 2 de Fin. Breuiter comprehensis grauissimis sententiis quasi oracula edidisse sapientiæ dicitur. Budæus.
Conclusum & comprehensum. Cic. pro Qu. Rosc. Perinde ac si in hanc formulam omnia iudicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica conclusa & comprehensa sint.

Comprehensum, Substantiuum (κατάληψις) Cic. 4. Academ. Quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti.

Comprehensibilis, & hoc comprehensibile, pen. corr. (καταληπτικός) Cic. 1. Academ. Id autem visum quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile.

Comprehensio (κατάληψις) Verbale. Latior comprehensio. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Comprehensio facta sensibus. Cic. 1. Acad.
Perceptio & comprehensio. Cic. 4. Acad.
Certæ sententiæ comprehensio. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Cogitationes comprehensionésque rerum. Cic. 3. de Fin.
Verborum comprehensio, id est periodus. Cic. in Orat. Collocabuntur igitur verba, aut vt inter se quamaptissimè cohæreant extrema cum primis, eáque sint quàm suauissimis vocibus: aut vt forma ipsa concinnitásque verborum conficiat orbem suum: aut vt comprehẽsio numerosè & aptè cadat. Quintil. lib. 9. cap. vlt. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem continuationem, circunscriptionem. Vide PERIODVS.
Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) &c. Cic. de Claris Orat.
Aliqua comprehensione differentire. Quintil. lib. 7. cap. 4.
¶ Comprehensio, pro Indicatione vel manifestatione. Cic. 2. Philip. Nam quum comprehensio sontium, mea: animaduersio, Senatus fuerit, &c.
Comprehensio, aliter. Cic. 1. Acad. Sed quum acceptum iam & approbatum esset, comprehensionem appellabat: similem iis rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Deuincire comprehensione verba. Cic. de Claris Orat. Legitur compressione in quibusdam codicibus.

Compressio, **Compressus**, Vide COMPRIMO.

Comprimis, pen. prod. Idem quod Imprimis. Cic. pro Quint. L. Albius vir bonus, & comprimis honestus.

Comprimo, comprimis, pen. corr. compressi, compressum (συμπιέζω, συμπιλῶ, ἐπέχω, κατέχω) comprimere, Simul premere. Plaut. Pseud. 12, Comprimere dentes videor posse aliquo modo.
Comprimere aliquem. Plaut. Rud. 24,
Comprime hunc sis, si tuus est.
Authoritate adulta aliquem comprimere. Tacit. lib 1.
Aluum comprimere. Cels. lib. 6. cap. 18, In hoc autem casu neque acribus cibis vtendum, neque asperis, neque aluum cõprimentibus.
Arenam saxo compressit. Lucan. lib. 8.
¶ Comprimere fullonem, apud Priscianum Næuius dicit in re fœdissima. Verba sunt Næuij, Quando ego plus sapiui, qui fullonem compressi quinquatribus. Monuit Turnebus.
Gressus. Virg. 6. Æneidos,
-iam istinc & comprime gressus. Hoc est gradum siste.
Comprimere linguam alicui. Plaut. Amphit. 4.
Comprimere animalis dorsum manibus. Colum. lib. 2. cap. 3.
Manu compressum aliquid exprimere. Lucret. lib. 6.
Os comprimere. Ouid. 6. Metam.
Pina morsu comprimit conchas. Cic. 2. de Nat. deor.
Comprimit rosa florem suum, Id est quasi intus premit & recondit. Plin. lib. 21. cap. 11. Est & alia similis, foliosior tamen, roseique floris, quem noctu comprimens, aperire incipit solis exortu. Hoc est quasi intus premens & recondens.
Stomachum comprimere, Est sic contrahere stomachum, vt ne euomat quicquam. Celsus lib. 4. cap. 5, ad finem capitis, Id enim plus quam vinum ad comprimendum stomachum potest. Hoc est ad supprimendum vomitum.
¶ Comprimere, per translationem, pro Cohibere, compescere. vt, Comprimere audaciam alicuius. Cic. ad Caton. lib. 15. epist. 4.
Aliquem comprimi, ac sedari. Liu. lib. 2. Decad.
Animam comprimere. Id est anhelitum. Terent. Phorm. 5.6,
-accessi, astiti:
Animam compressi: aurem admoui.
Conatus & furores. Cic. 2. Offic.
Restinguere & comprimere cupiditatem. Cic. in Pisonem, Meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas.
Famam. Liu. 6. bel. Pun. Carthaginensium duces primò ex industria famam captæ Carthaginis compresserant.
Ferocitatem alicuius. Cic. in Vatin.
Fletus. Ouid. ad Liuiam.
Fluctus insanos irarum. Sil. lib. 8.
Iram. Stat. 6. Thebaid.
Exultantem lætitiam. Cic. in Topic.
Lachrymas. Silius lib. 15.
Manus comprimere, pro abstinere à furto, dixit Terent. Heaut. 3.
Posthac comprimito manus.
Compressis manibus sedere, Est otiosum esse. Liu. 7. ab Vrbe. Cur veteranus dux fortissimus bello compressis (quod aiunt) manibus sedeas? Pro eodem Lucan. lib. 2, Manus compressas tenere dicit.
Murmura comprimere voce manúque, Est silentium indicere. Ouid. 1. Metam.
Oculos. Ouid. 2. epist.

Plausum.

Plausum.Cic.pro Deiotaro.
Præsidium. Tacit.lib.3.
Neptunus comprimit rabiem cæli marísque.Virg.5.Æneid.
Seditionem.Liu.2.ab Vrbe.
Comprimere se.Plaut.Casin.5,
Ohe iam satis vxor est,comprime te nimium tinnis.
Vix comprimor, quin inuolem illi in oculos stimulatrici. Plautus Mostell.4.
Comprime,sub.te.Plaut.Trucul.6,
At volo scire,quid debetur hic nostræ domi. A.Comprime.
Comprime tela manu.Id est noli iaculari.Stat.11.Thebaid.
Audacia timorem comprimit.Cic.pro Domo sua.
Tumultum comprimere,id est opprimere.Tacit.lib.20.
Vocem & orationem.Plaut.Pseud.6.16,
Sed comprimenda est mihi vox atque oratio.
Versus comprimere ordinibus, est versus coniungere angusto ordine,& quàm minimo interiecto spatio.Ouid.1.Amor.eleg.11,
Comprimat ordinibus versus,oculósque moretur
Margine in extremo littera rasa meos.
Terra quæ comprimitur fretis,Insula.Seneca Hippol.10.
¶Comprimere,pro Supprimere. Cic.Att.lib.3. Scripsi equidem olim ei iratus,quod ille prior scripserat: sed ita compresseram,vt nunquam emanaturam putarem. Budæus.
¶Comprimere virginem, Violare. Liu.1.ab Vrbe, Compressa Vestalis,quum geminum partum edidisset,&c.
Compressus.Participium {[illegible]}vt, Compressa manus.
Compressus atque illisus. Cic.de Arusp.resp.
Annonam compressam. Liu.lib.8.Decad 4,eleganter vocat,quum pretium per coemptionem esset intentum auctúmque.Et duodecim, inquit, clypea ærata ab Ædilibus curulibus P.Claudio, & P.Sulpitio Galba sunt posita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compressam damnarunt.
Certamina compressa.Virg.4.Georg.
Manu compressa cæsaries.Lucan.lib.8.
Clausum & compressum frumentum possidere.Cic.5.Verr.
Tenere aliquod frumentum compressum.Cic.pro Domo sua.
Impetus compressus.Virg.2.Æneid.
Labris compressis agitare secum aliquid.Horat.1.Serm.sat.4.
Compressa in pugnum manus.Quintil.lib.2.cap.21.
Motus animorum.Virg.4.Georg.
Nares.Lucret.lib 6.
Naribus compressis oscula eripere alicui.Tibul.lib.2.eleg.6.
Compressis naribus Iouem salutat.Martial.lib.12.epigr.78.
Vitiosam alicuius naturam edomitam & compressam esse doctrina.Cic.de Fato.
Compressi oculi.Colum.lib.6 cap.9,Signa febricitantis,manantes lachrymæ,grauatum caput,oculi compressi.fluidum saliuis os.
Compressum atque tacitum odium. Cic.pro Domo, Omnémque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inueterata compresso odio atque tacito iam erumpebat in actum.
Compressa palma aut porrecta ferire.Plaut.Casin.8.
Seditio. Tacit.lib.3.
Voluptates inclusæ,compressæ & constrictæ.Cic.pro Cælio.
¶Compressi Celso dicuntur, quibus fluentes opponuntur, Id est astricti. Budæus.
Compressus {[illegible]}Nomen ex participio. Plin.lib.16.cap.10, In eadem nucamenta compressiora maribus sunt.
Compressus,huius compressus {[illegible]} Terent.Adelph.3,
-virgo ex eo,
Compressu grauida facta est. Macrob.lib.5.Saturn. Nympha Thalia compressu Iouis grauida.
Compresse,Aduerbium {[illegible]} Cic.2.de Fin. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat, quòd latius loquerentur Rhetores,Dialectici autem compressius.
Compressio, Verbale {[illegible]} Cic. de Claris Orat. de Alcibiade & Critia loquens, Grandes erant verbis,crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Hoc est,dum res quasdam quæ dici possent, comprimunt, & quasi omittunt,breues.
Compressiuncula,pen.corr.Diminutiuum. Plautus,
Compressiunculæ amantium dulces.
Comprobo,comprobas, pen.corr. {[illegible]} comprobare,Idem quod Approbare.Cæs.5.bel.Gall.Comprobat hominis consilium fortuna. Cic.4.Verr. Eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero?
Laudare & vehementissimè comprobare aliquid. Cicero pro L. Manilia.
Studiosè libentérque comprobare. Cic.Att.lib.16,Non dicã comprobes,sed studiosè libentérque comprobes.
Deus numine suo comprobare aliquid dicitur. Cic.pro Domo, Erant qui deos immortales (id quod ego sentio) numine suo, reditum meum dicerent comprobasse.
Authoritatem decreti alicuius comprobare.Cic.14.Philipp.
Fama comprobat Catul.epigr.56.
Factum alicuius.Liu.4.bel.Pun.
Legem.Liu.4.bel.Maced.
Mores factis.Plaut.Pœn.4,
Lepidi mores turpem ornatum facilè factis comprobant.
Re aliquid.Terent.And.5.1,
Vt beneficium verbis initum dudum,nunc re comprobes.
Sententia sua aliquid.Cic.pro Corn.Balbo.
Comprobare silentio honorem alicuius.Liu.8.bel.Maced. Tribuni plebis antea solebant triumphũ postulantibus aduersari, P.C. quibus ego gratiam habeo, quòd seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt, vt non solùm silentio comprobarẽt honorem meum: sed referre etiam,si opus esse videretur,parati essent,&c.
Testimonio alicuius rem aliquam comprobare.Cic.4.Verr.
Vita & moribus comprobare. Cic.1.de Fin. Neque verò hoc oratione solùm,sed multo magis vita & moribus comprobauit.
Comprobare,Ratum facere & verum esse dicere. Cic.1.de Diuin. Quod matris somnium immanis filij crudelitas comprobauit. De Phalaridis matre. Budæus.
Perceleri interitu alicuius comprobatum venenum. Cic. pro Cæl.
Comprobator,pen.prod. {[illegible]} Verbale. Cic.1.de Inuent. Deinde eius facti qui sunt principes & inuentores, qui denique authoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli.
Comprobatio {[illegible]} Aliud verbale. Cic.5. de Fin. Quis est tam dissimilis homini,qui non moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?
Compromitto, compromittis, compromisi, pen.prod.compromissum {[illegible]} compromittere, Litem ad boni viri arbitrium mittere.Cic.ad Quint.frat.lib.2.16, Tribunitij candidati compromiserũt (H-S.quingenis in singulos apud M.Catonem depositis) petere eius arbitratu,vt qui contra fecisset,ab eo condemnaretur.
Compromittere, Verbum est solenne ad constituenda arbitria, sicut Cõtestari ad iudicia, vbi nulla compromissione opus est, quum ius reddatur in inuitum. Oldendorp.
Compromissum, compromissi {[illegible]} Dicitur ipsa facultas arbitro data: tractum ab eo quod vterque litigans simul promittat se arbitri sententiæ pariturum. Cic.ad Cornificium,lib.12.29, Sed à magistris quum contenderem de proferendo die,probarunt mihi sese,quo minus id facerent,compromisso & iureiurando impediri.
Compromissum facere, arbitrum sumere de re aliqua. Cicero pro Rosc.Com. Quæ quum ita sint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis H-S. 1000 de tuarum tabularum fide, compromissum feceris,arbitrum sumpseris.
Ex compromisso ad arbitrum ire. Proculus in l. societatem. D. pro socio.
Compromissum plenum apud Iurisconsultos appellatur,quod de rebus controuersis compositum est: nam ad omnes controuersias pertinet.l.21.§.6.D.de recept.arbit. Hotom.
Compromissarius {[illegible]} Adiectiuum, Callistratus in l. quum lege Iulia D.de recept. arbit. Nemini licere minorem viginti annis compromissarium iudicem eligere.
COMPSACVS {[illegible]} Fluuius est Thraciæ,non procul ab Abderis, in Bistonidem lacum influens. Author Herodot.lib.7.
Comptum, inquit Perotus, Genus libaminis,quod farina conspersa faciebant. Apud Festum tamen, a quo hanc vocem ille, hisdem verbis seruatis in dictionarium suum transtulit, Conptum legitur, non Cóptum,à verbo nimirum Græco [illegible],quod est puluere aspergo.
Comptus, Vide COMO,comis,in COMA.
Compugno, compugnas {[illegible]} compugnare, Contendere verbis,per metaphoram.Gellius libro 14.cap.5.Eáque inter eos contentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operæpretium esse eadem hæc ista diutius audire, clamantes compugnantésque illos reliqui.
Congredientes,compugnantésque philosophus & dolor. Gellius lib.12.cap.5.
Compulso,compulsas. Vide COMPELLO.
Compungo,compungis,compupugi,pen.corr.compunctum {[illegible]} compungere, Idem quod pungere. Colum.lib.8.cap.14,Cauendúmque ne aut aculeis vrticæ compungatur.
Aciem oculorum compungere dicuntur colores clariores,qui velut æs perpolitum,fulgorem quendam remittunt offendentem oculos.Lucret.lib.2,
Et qui compungunt oculos,lachrymaréque cogunt.
Sensus compungere dicuntur, quæ sensus offendunt, vt splendor oculos, gustum amaritudo, tactum res vel calidæ nimis, vel frigidæ, vel asperæ,&c.Lucret.lib.2.
Compungere se suis acuminibus. Cic.2.de Orat.Et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modò ea quæ iam non possint ipsi dissoluere, sed etiam, &c. de Stoicis.Per metaphoram.
Compunctus notis Threiciis.Cic.2.Offic.Barbarum & eum quidem, vt scriptum est, compunctum notis Threiciis, districto gladio iubebat anteire.
Compunctio {[illegible]} Verbale. Plinius libro 21.cap.19,Hæc potio,mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & vesicæ calculos.
COMPVSA {[illegible]} Bithyniæ oppidum, ad Thracij Bosphori angustias situm,non procul à Calcedone.Author Plin.lib.5.cap.vlt.
Computo,computas,pen.corr. {[illegible]} computare,Simul putare.Quod & ad arbores,& ad mentem referri potest. Quum ad mentem refertur, existimare siue iudicare significat.Plaut.Merc.1,Illum computat vxor domum Obduxisse sibi scortum. Plinius libro 9.cap.35,Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabritius in triumphis tulerint, imaginetur eorum fercula.
¶Computare, Connumerare, siue quod vulgò dicitur, *Computum facere*,siue *calculare*.Plin.lib.18.cap.6,Si computetur impendium operæ. Cic.2.Philipp.Compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.
Articulis computare.Ouid.2.de Ponto,eleg.3,
At reditus iam quisque suos amat,& sibi quid sit
Vtile,sollicitis computat articulis.
Delitiates tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur. Cato,cap.14.
Computare digitis. Plin.lib.34. cap.8, Et matri interfectæ infante miserabiliter blandiente Eubolidis digitis computãs. Plaut.Milit.5,
Dextera digitis rationem computat feriens femur.
Annos computare.Seneca de Benef.lib.3.cap.16,Nunquid iam vl-

la repudio erubescit, postquàm illustres quædam ac nobilissimæ fœminæ non Consulum numero, sed maritorum annos suos cōputant.

Facies tua computat annos. Iuuen. sat. 6. Hoc est, ostēdit quàm sis annosus. Vulgò dicunt, *Legitur in facie.*

Annos dextra (sub. manu) computare, Est annum ætatis centesimum excessisse. Iuuen. sat. 10,

Fœlix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos iam dextra computat annos,
Quique nouum toties mustum bibit. Veteres enim, omnes numeros ad centum vsque computabant variis digitorum manus sinistræ gestibus. A centum verò computationem transferebant in dextram. De qua re vide Bedam apud Cælium lib. 23. cap. 13.

Computare literas. Vide LITERA.

Computatio {λογισμὸς, συλλογισμὸς} Verbale. Plin. lib. 17. cap. 22, Operarum ista computatio est.

Computationem expostulare. Plin. lib. 9. cap. 35, Magnificam aliàs cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Antonio apposuit, irridenti, computationémque expostulanti.

Venire in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33, Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, &c.

Computatio Romana. Plin. lib. 2. cap. 108.

Computabilis & hoc computabile, pen. corr. {λογιστὸς} Quod computari potest & numerari. Plin. lib. 19. cap. 8, Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio, tardióque.

Computus, computi, penult. corr. Firmic. lib. 1. cap. 2, Animus ipse huius scientiæ rationem, ipse computos tradidit. Ibidem sub finem capitis, Vides, vt primos discentes computos, digitos tarda agitatione deflectant?

Computresco, computrescis, computrui {κατασήπομαι} cōputrescere, Idem quod simplex: vel quum variæ res mutuo contactu putrescunt simul. Plin. lib. 13. cap. 13, Propterea arbitrarier eos non computruisse. Colum. lib. 5. cap. 10, Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt.

Artus computrescunt. Lucret. lib. 3.

COMVM, Comi {κῶμον} Ciuitas Galliæ Cisalpinæ, iuxta Larium lacum. Hæc mediocris erat colonia trās Padum, sed Pompeius post Scipionem, ac postea Cæsar eam auxerunt. Hinc Comenses dicti sunt eius incolæ: atque hinc etiam Comēsis lacus dictus. Vide Plin. lib. 3 cap. 17. Dicitur etiam Nouocomum, teste Strab. lib. 5, Postquam inquilinorum tribus millibus Scipio, quinque millibus Cæsar eam coloniam auxit, quos ciuitate donatos Nouocomenses vocauit. Catull. epigramm. 33.

Comum, Herba est omnibus nota, cuius semen simillimum aniso, & ad vsum medicinalem colligitur. Refrigerat autem & stringit. Sed & succus illius expressus seruatur: nam & eadem præstat. Verùm optimum comum habetur Creticum. Verba sunt Galen. lib. de simplic. medicam.

COMVS {κῶμος} Deus apud veteres habitus, comessationum nocturnarúmque saltationum præses, in cuius militia authorabātur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus musicísque instrumentis ad amicarum fores saltandi canendíque gratia concurrebant, procacitérque lasciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit Philostratus imagine tertia. Hinc Comessari verbum, & comessatio, vt inquit M. Varro: vnde etiam Crepalocomus, pen. prod. vinolentorum hymnus apud Aristophanem in Ranis.

C O N

Con & Cum, idem significant. {σὺν} Sed cum, ferè separata: con verò, semper composita reperitur, & significat simul, vt Coniungo. Interdum contrà, vt, Contendo. Interdum validè, vt, Concrepo.

Conamentum, Conatum, Conatus, Vide CONOR.

Conaros {κόναρος} ab Alexandrinis appellatur frutex quidam aculeatus, teste Agathocle, qui à Dioscoride Paliurus vocatur. Vide Ruell. lib. 1. cap. 107.

Concaco, concacas, pen. corr. {συγχέζω} concacare. Seneca in Ludo de morte Claudij, Puto, concacaui me. Quid autem fecerit nescio: omnia certè concacauit.

Concædes videtur Tacitus vocare cæsas arbores, lib. 1, Romanus agmine propero syluam cæsiam limitémque à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera cōcædibus munitus. tamē potest intelligi de fragmentis cuiusuis materiæ quam excidissent. Ergo concædes erunt fragmenta ex rebus excisis.

Concaleo, concales, penult. corr. concalui {θέρμομαι} concalere, Idem quod caleo. Plaut. Amphit. 6. 15,

Prius abis, quàm lectus vbi cubuisti, concaluit locus. Varro 3. de Re rust. cap. 16, Concaluit stomachus, vt digerat multa facilius.

¶ Concalere {συνθάλπεσθαι} Commotum esse. Terent. Heaut. 2. 3,

-Syre, Syre inquam, heus heus Syre.
S-Concaluit, quid vis?

Concalefacio, concalefacis, pen. corr. concalefeci, pen. prod. concalefactum {θερμαίνω, θάλπω} concalefacere, vel expuncto e inter l & f, concalfacio, concalfacere. Cic. 2. de Orat. Et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum se solere pugnare. Hoc est quum frequenti circumuolutione vel agitatione calorem brachio excitarit.

¶ Concalefacere, pro Inflammatum & excitatum esse. Cic. ad Pansam, l b. 3, Nos Venditanis rumoribus concalefecimus. Ex Nonio.

Concalefio, penult. prod. Neutropassiuum {θερμαίνομαι} Varro 3. de Re rust. cap. 9, Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertere oua, vt æquabiliter concalefiant.

Concalefactus {θερμανθεὶς} Participium. Cic. 1. Tuscul. Illam verò funditus eiiciamus indiuiduorum corporū leuium & rotundorum concursationem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem, id est animalem esse voluit.

Concalefactorius {θερμαντικὸς} Adiectiuum. Plin. lib. 21. cap. 10, Vis ei concalfactoria. Hoc est excalfaciens, & nata calorem excitare.

Concalesco, concalescis {θέρμομαι} concalescere, Calidum fieri, vel calidum esse. Cic. 1. Tusc. Calidior est enim, vel potius ardentior animus, quàm est hic aer, quem modò dixi crassum atque concretum: quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta ardore animi concalescunt.

Concalleo, concalles, concallui {τυλόομαι} concallere, Idem quod Callere, obductum esse callis. Cic. 3. de Nat. deor. Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur: Callidos autem, quorum tanquā manus opere, sic animus vsu concalluit.

Concamero, concameras, pen. corr. {καμαρόω, θολόω} concamerare, Idem quod Camerare significat, confornicare. Plin. lib. 34. cap. 14, de magnete lapide. Vide CAMERA. Idem lib. 11. cap. 24, Specus ipse qua concameratur architectura. Vitruuius, Interualla aut concameranda, aut solidanda fistucationibus.

Concameratio, Verbale {καμάρωσις} Budæus, Concamerationes, sunt quæ arcuato opere constant. Vitruu. lib. 6. cap. 10, Ædificia quæ plano pede instituuntur, si fundamenta corū facta fuerint, ita vt in prioribus libris de muro & theatris à nobis est expositum, ad vetustatem ea erunt sine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationésque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores, quàm quæ in superioribus ædificiis structuræ sunt futuræ.

¶ Concameratio, Opus ad similitudinem pergularum hortensium factum, quæ iunipero consternuntur ad ambulationes opacandas. no men lingua nostra à cunabulis infantium habet. Budæus.

CONCANA {κόγκανα} Ciuitas est mediterranea Cantabrorum in Tarraconensi Hispania. Ptolem. lib. 2. Huius incolæ Concani dicuntur. Horat. 3. Carm. ode 4,

Et lætum equino sanguine Concanum.

Concani, Gens Hispaniæ dicebantur: vel, vt quidam volunt, Thraciæ, quibus dum vinum deesset, lacte & sanguine vtebantur. de quibus ait Virgilius,

Et lac concretum cum sanguine potat equino. Acron.

Concastigo, concastigas, pen. prod. {ἐπιτιμάω} concastigare, Idem cum simplici. Plaut. Trin. 3,

Nam ego amicum hodie meum cōcastigabo pro commerita noxia.

Concauus {κοῖλος} Adiectiuum, pen. cor. à cauo, Id est Vacuus, sinuosus. Cic. 2. de Nat. deor. Adde huc speluncarum cōcauas altitudines, saxorum asperitates.

Æra concaua. Ouid. 4. Metamorphoseos,
-impulsáque tympana palmis,
Concauáque æra sonant. Id est tintinnabula.
Aqua. Ouid. 1. Trist. eleg. 10.
Brachia Cancri. Ouid. 15. Metam.
Cymbala. Lucret. lib. 2.
Dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Concaua folia buxo. Plin. lib. 16. cap. 24.
Genæ. Seneca Herc. fur. 9.
Iugula. Cic. de Fato. Stupidum esse Socratē dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet.
Concauæ positionis campus. Colum. lib. 2. cap. 17.
Concaua puppis. Ouid. 1. de Arte.
Robur. Ouid. in Ibin.
Saxa. Virg. 5. Æneid. Id est speluncæ.
Vela concaua dicūtur, quum vento intenduntur & sinum faciunt. Ouid. 6. epist.
-ventus concaua vela tenet.
¶ Concaua, pro Fossis dixit Claud. 6. Panegyrico,
-ascensu vincere montem,
Planiciem cursu, valles, & concaua saltu.

Concauo, concauas, pen. corr. {κοιλόω} concauare, Idem quod Cauare. Concauare brachia in duos arcus, Id est inflectere & sinuare brachia, vt formam imitentur duorum arcuum. Ouid. 2. Metamorph.

Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus Scorpius.

Concedo, concedis, pen. prod concessi. concessum {παραχωρέω, ὑποχωρέω, συγχωρέω, ἀπέρχομαι, ἀπίρχομαι} concedere, pro Cedere, Hoc est dare locum. Terent. Hecy. 4. 2,

Hic video me esse inuisam immeritò: tempus est concedere. Virgil. 10. ecloga,
-ipsæ rursus concedite syluæ.
Concedere aliquó. Cic. 2. de Diuinat.
Concedamus huc. Terent. Heaut. 1. 1,
Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.
Concedere à vel ab, siue abs. Plaut. Epid. 14,
-num ab oculis concessi tuis? Idem Persa. 2. At pol ego abs te concessero.
Concedere à vel ab, huc, illuc, aliquó. Plaut. Mostel. 6,
Concedam à foribus huc. Terent. Heaut. 3. 3,
-at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper. Cic. in Catil. Ab eorum oculis aliquò concederes.
Concedere ad ianuam. Plaut. Aulul. 21,
Tantisper hic ego ad ianuam concessero. Terent. And. 4,
Concede ad dexteram.
Vita per auras Concessit mœsta ad manes, corpúsque reliquit. Virg. 10. Æneid.
Retrò ad aliquem concedere. Tacit. lib. 13, Sola Ansibariorum gēs retro ad Vsipios, & Tubantes concessit.
Concedere ex ædibus. Terent. Hecyr. 4. 4,
Pollicita est ea se concessuram ex ædibus.
Concede hinc à foribus paululū istorsum sodes. Terent. Phor. 5. 1.
Concede hinc intrò, vel domum. Terent. Eunuch. 1. 2,
Concedam hinc intrò: atque expectabo dum venit. Idē Heaut. 3. 1,
-concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere sentiant.
Concedere solùm biduum. Terent. Eunuch. 1. 2,
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas solúm?
Concedere in voluntarium exilium. Plin. de Viris illust. Inde in voluntarium exilium concessit, vbi reliquam egit ætatem.

In hyberna

In hyberna concedere. Liuius 1. bel. Pun. Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam, in hyberna concesserat.

In tecta. Liuius ibid. Quæ Romanos quoque & Carthaginienses concedere in tecta coegit.

In altiora loca. Liu. 4. ab Vrbe, Quæ quum agerentur, hostes in loca altiora concessere.

In altum contrusus concessit. Lucret. lib. 4.

In ius, ditionémque alicuius concedere. Liu. lib. 6. Decad. 4.

Concedere in ditionem vel deditionem alicuius. Liu. 9. bel. Pun. Gens Masæsylorum omnis, in ditionem imperiúmque Mezetulli concessit. Idem lib. 8, Viso statim hoste, propè in voluntariam deditionem concessissent.

Concedere in sententiam alterius. Liu. 2. bel. Maced. Is quoque vt pro omnibus portis disposita vidit præsidia, nec facilè erumpentium impetus sustineri posse, in Attalici sententiam concessit.

In turbam. Horat. 1. Serm. sat. 4.

¶Concedere, absolutè, pro Vita decedere, seu mori. Tacit. lib. 4, Vt quandocunque concessero. Id est supremum diem expleuero, & vita decessero.

Concedere fato, pro Mori. Plin. Iunior, in Paneg. In principe enim qui electo successore fato concessit, vna itémque certissima diuinitatis fides est bonus successor.

Fatis magnis concedere. Valer. lib. 1. Argonaut. 2.

Superis concessit ab oris, Mortem obiit. Virg. 2. Æneid.

Veneno vita concedere. Tacit. lib. 14, Concessitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno.

Vita concedere. Tacit. lib. 5, Fine anni Poppæus Sabinus concessit vita.

¶Concedit nox diei. Plaut. Amphit. 4,
Ita statim stant signa, neque nox quoquam concedit die. Id est diei.

Dies concedit cælo, Nox est. Virg. 10. Æneid.

¶Concedere {[illegible]} Permittere. Cic. ad Lentul. lib. 1. 9, Collegi ipse me, & cum ipsa quasi Repub. sum colloquutus, vt mihi tam multa pro se perpesso atque perfuncto concederet, vt officium meum, memorémque in benemeritos animum, fidémque fratris mei præstarem.

Concedere aliquid in iras alicuius. Virg. 7. Æneidos,
-concessit in iras
Ipse deûm antiquam genitor Calydona Dianæ. Hoc est iratæ Dianæ permisit vt Calydona vexaret, vlcisceretúrque iniuriam ab OEneo rege Calydoniorum sibi factam.

Dare & concedere pudori. Cicero 3. Verr. Vos quæso date hoc & concedite pudori meo.

Pati atque concedere fieri aliquid. Cic. 5. Verr. Quum videres si sine tuo maximo quæstu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes?

Tribuere & concedere alicui multa. Cic. 1. de Orat.

Rectè aliquid concedere, Id est meritò. Horat. in Arte.

Amores suos concedere, Rem amatam donare. Catul. epigr. 59,
Thessaliæ columen Peleu, cui Iuppiter ipse,
Ipse suos diuûm genitor concessit amores.

Animam alicui. Ouid. 5. Metam.

Dolorem atque inimicitias suas alicui. Cic. de Prouinc. Consul.

Falsum alicui. Id est permittere alicui falsa dicere, contráque illa arguere, ac si vera essent. Lucret. lib. 3.

Concedere impunitatem, pro Non punire. Cæs. 1. bel. Gall. Consuesse enim deos immortales, quò grauius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum vlcisci velint, his secúdiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.

Id laudis alicui concedere, Eo afficere honore. Propertius libro 3. eleg. 9,
Hoc mihi Mecœnas laudis concedis, & à te est,
Quòd ferar in partes ipse fuisse tuas.

Libertatem concedere. Cæs. 4. bel. Gall.

Libertatem alicui in aliqua re. Cic. pro Plancio.

Ludum pueris. Horat. 2. epist. 2.

Materiam alicui ad aliquid faciendum. Tacit. lib. 1.

Cócedere nauigia mari. Colum. in præfat. 4. Id est nauigare. Quędam exemplaria legunt concredere, & fortasse rectius.

Partem octauam pretij. Plin. Iun. lib. 8. epist. 2.

Peccasse semel concedere. Id est semel commissum peccatum. Ouid. 2. Amor. eleg. 14,
Di faciles, peccasse semel concedite tutò,
Et satis est. pœnam culpa secunda ferat.

Roganti aliquid concedere. Ouid. 2. Fast.

Tempus ad aliquam rem. Cic. pro Archia.

Veniam alicui. Stat. 5. Sylu. 3.

Victoriam. Tacit. lib. 5.

Vitam concedere, & ignoscere peccata. Hirtius lib. 5.

¶Concedere de iure suo. Terent. Adelph. 2. 2,
-si nunc de tuo iure concessisses paululum.

Concessit Senatus petitioni tuæ. Cic. pro Murena.

¶Concedere alicui {[illegible]} pro Consentire. Cic. 4. Verr. Concedo, forsitan aliquis aliquando eiusmodi quippiam fecerit.

Concedere vt. Cic. pro Rosc. Amer. Verùm concedo tibi vt ea prętereas, quæ quum taces, nulla esse concedis.

Remittere atque concedere alicui vt. Cic. pro Plancio, Sic mecum semper egisti, te mihi remittere atque concedere, vt omne studium meum in Cn. Plancij honorem consumerem.

Concedere aliquid. Cic. 4. Acad. Nos autem ea dicimus nobis videri quæ vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis.

Concedere amicis quicquid velint. Cic. de Amicit.

Concedere alicuius facto vel dicto, pro Ignoscere. Cic. pro Rosc. Amer. in princ. Deinde quòd cæterorum neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem & amplitudinem: neque temerè dicto concedi, propter ætatem & prudentiam.

¶Concedere alicui, pro Cedere. Terent. Hecyra, 3. 5,
Sed quando sese indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiúsque mores toleret sua modestia. Virg. 2. ecloga,
Nec si muneribus certes, concedet Iolas. Nempe ditior, vt ait Seru.

Ictibus saxorum concedere. Tacit. lib. 19.

Magnitudini medicinæ doloris magnitudo concedit. Cicero 4. Tusculan.

Obsidioni concedere. Tacit. lib. 13.

Solio concedere, pro Assurgere, honoris gratia. Sil. lib. 3.

Veris concedere. Horat. 2. Serm. sat. 3.

Tempus puerile concessit iuuentæ. Id est pueritia discessit veniente iuuenta, siue iuuenili ætate. Ouid. 6. Metam.

Voluptas concedit dignitati. Cic. 3. de Fin. Voluptatem quidē Brute, si ipsa per se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitror conuictam superiore libro dignitati.

Nemini concedere de re aliqua. Cic. pro Rosc. Amer. Quid tandem quæso Iudices, num aut ille lanista omnino iā à gladiatore cessisse videtur? aut is discipulus magistro tantulum de arte concedere?

De gloria alicui concedere. Tacit. lib. 19.

Nemini concedere in re aliqua studio & cupiditate. Cic. pro Deiotaro, Quos concursus? facere solebat? quàm se iactare? quàm se ostentare? quàm nemini in illa causa studio & cupiditate concedere?

Nemini concedo, qui maiorem ex pernicie & peste Reipub. molestiam traxerit. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3. Id est maximè omnium molestia afficior.

Audaciæ petulantiæque alicuius nihil concedere. Cic. pro Cecin.

Non concedo tibi vt. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17, Non enim concedo tibi, plus vt illum ames, quàm ego ipse amo.

¶Concedere alicui primas in dicendo partes. Cic. 1. Verr.

Concedere alicui artem aliquam. Cic. pro Quintio, Non comparat se te cum gratia P. Quintius Sex. Neui, non opibus, non facultate contendit: omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit.

Concedere, cum gerundiuo. Cic. 3. Verr. Bona quædam proscriptorum in agro Beneuentano diripienda concessit.

¶Conceditur vt. Cic. de Amic. Concedatur profectò verum esse, vt bonos boni diligant.

Conceditur enim similes esse, quo contentus esse potueras. Cicero 4. Academ.

Non concessum, Non licuit aliquid facere, &c. Sil. lib. 11.

Concedens {[illegible]} Participium, pen. prod. Cic. Planco, lib. 10. 3, Núc me amantissimum tui nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies, &c.

Concessus {[illegible]} Participium. Plin. lib. 12. cap. 25, Omnibus odoribus præfertur balsamum, vni terræ Iudææ concessum.

Iure concessum. Quintil. lib. 3. cap. 6, Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed iure concessa.

In accusatores aliquid concessum est. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Legibus concessum. Lucret. lib. 5.

Munere diuûm concessum aliquid. Virg. 1. Georg.

Amor concessus. Ouid. ad Liuiam.

Furta. Ouid. 1. de Arte. Furta, pro furtiuo coitu.

Omnia concessa alicui dono deorum. Martialis libro 11. epigramm. 58,
Omnia quum tibi sint dono concessa deorum.

Res. Cic. 2. de Diuinat.

Venus, Amor licitus. Horat. 1. Serm. sat. 4.

Via concessa ire, Id est facere quod rectum est, & omnibus licitum. Lucan. lib. 2,
Concessa putet ire via, ciuémque videri.

Concessum {[illegible]} Substantiuum. Cic. pro Cælio, Sed abhorret non modò ab huius seculi licentia, verumetiam à maiorum consuetudine atque concessis. Id est permissionibus vel constitutionibus.

Amare concessa. Ouid. 9. Metam.

Petere concessa. Id est quæ concedi possint. Virg. 5. Æneid.

Concessus, huius concessus {[illegible]} pro Permissu. Cic. de Vniuersit. Neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur.

Concessu & beneficio alicuius. Cic. Sulpitio, lib. 4. 6, Magnę est tamen deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi.

Concessio, Verbale {[illegible]} Id est concessus. Cicero ad Atticum, lib. 3. 66, Nam si Tribuniplebis nobis succensent, quæ potest spes esse? ac videntur iure succensere, quum & expertes consilij fuerint, & qui causam nostram susceperant, & nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint.

Concesso, concessas {[illegible]} concessare, Frequentatiuum, Idem quod cessare, & ab opere vacare. Plaut. Postquam aurora est, nunquá concessauimus lauari, aut fricari, aut ornari.

Concessatio {[illegible]} Verbale. Columel. lib. 11. cap. 1, Nam vt in itinere conficiendo sæpe dimidio maturius peruenit is, qui gnauiter & sine vllis concessationibus permeabit, quàm is qui, &c.

Concessiuus, pen. prod. Adiectiuum. vt, Concessiuus modus: de quo sic Seruius in illud Virgilij 10. Æneidos,
-neque illos
Iuueris auxilio. Concessiuus est (inquit) iste modus secúdum Probum: nanque in artibus non inuenitur. Fit autem quoties tædio contentionis quasi videmur concedere, quod tamen nolumus fieri. nam id agit hoc loco Venus, vt Iupiter magis præstet auxilium.

Concelebro, concelebras, pen. corr. {[illegible]} concelebrare, Idem quod simplex. vt, Concelebrare natalem suum, apud Plin. in epist.

Carmina concelebrare cantu. Lucret. lib. 5.

Conuiuia concelebrare. Cic. de Petit. Consul.

Dapes concelebrare. Ouid. 4. Fast.

Funus. Liu. 8. ab Vrbe, Quantum militaribus studiis funus vllum concelebrari potest. Id est honorari, decorari.

Loca aquarum concelebrare circum ripas fontésque. Lucretius libro 2.

Ludos geniúmque choreis. Tibull. lib. 1. eleg. 7.

Mercatus. Plin. lib. 34. cap. 2. Antiquissima æris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe.

Spectaculum. Liu. 1. ab Vrbe, Indici deinde finitimis spectaculum iubet: quantóque apparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrabant.

Studia. Cic. 1. de Inuent. Quare mihi videntur postea cætera studia recta atque honesta per otium cócelebrata, ab optimis enituisse.

Terras. Lucret. lib. 1. ad Venerem. Id est commouere. Nonius.

Victoriam. Cæs. 3. bel. Ciuil. Per orbem terrarum, fama ac literis victoriam eius diei concelebrant.

Plateam Hymenæo. Plaut. Casina, 19.

Concelebrare, diu amare: dictum à celebritate. Lucil. lib. 30, Multis inde locis sermonibus concelebrarunt. Ex Nonio.

Concelo, concelas, pen. prod. (συγκρύπτω) concelare, pen. prod. Idem quod Celare. Gell. lib. 15. cap. 2, Quos aliquis pudor reuerens concelaret. Idem libro 11. cap. 9, Non id postea concelauit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignauit.

Concenturio, concenturias (συγκατατάττω) concenturiare, Colligere. Dictum à centuriis quæ ad suffragia conueniebant. Plautus Pseudolo,

Concenturio in corde sycophantias. Ex Nonio.

Concentus, huius concentus. In CONCINO.

Conceptaculum, Conceptio, Conceptiuæ feriæ, Conceptare, Conceptus, Vide CONCIPIO.

Concerno, concernis, concreui, concretum, pen. prod. (συνκρίνω) concernere, Idem quod cerno. Cic. de Petit. Consulatus, Quòd si satis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno.

Concerpo, concerpis, concerpsi, concerptum (διασπαράττω) concerpere, Ex con & carpo compositum, Idem quod discerpere significat, & dilacerare. Liu. 8. bel. Maced. Librúmque rationis eius quum Lucium fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus concerpsisset, indignatum, &c.

Concerpere epistolas. Cic. ad Att. lib. 10, Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito.

Feruentissimè concerpi. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6, Quòd tibi suprà scripsi Curionem valde frigere, iam calet. nam feruentissimè concerpitur.

Concerptus (διεσπαραγμένος) Participium. vt, Concerpta linteola. Plin. lib. 28. cap. 15. Et lib. 21. cap. 3.

Concerto, concertas (συναγωνίζομαι) concertare, Simul certare, & cótendere. Cic. Antequam iret in exil. Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus supero.

Concertare velocitate nandi. Colum. lib. 8. cap. 15, Vt sine impedimēto, quum apricitate diei gestiūt aues, nandi velocitate concertēt.

Concertare cum inimico, Confligere cum hoste. Cicero pro Leg. Manilia.

Concertare cum aliquo de re aliqua. Cic. 3. de Nat. deor. Ex eo igitur & Lysyto est is Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

¶Concertare cum aliquo, pro Litigare & rixari. Terentius Adelph. 2. 2,

Quid istuc Sannio est, quod te audio

Nescio quid concertasse cum hero?

¶Concertare cum aliquo verbis. Cic. ad Attic. lib. 3, Sed quia nunquam accidit vt cum eo verbo vno concertarim.

Concertatus, pen. prod. (συναγωνισθείς) Participium. Cic. in Partitionib. Quæ etiam si antè quàm res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non sunt: tamen, &c.

Concertatio (ἀγωνία) Verbale. Plin. lib. 10. cap. 18, Qua de causa magna concertatio exitit.

Studium concertationis. Cic. 1. de Diuinat. Nanque Carneades concertationis studio, modò ait hoc, modò illud.

Concertatio animorum. Cic. pro Sext. Cædem verò tantam, tantos aceruos corporū extructos, nisi fortè illo Cinnano atque Octauiano die, quis vnquam in foro vidit? qua ex concertatione animorum?

Concertationes sententiarum, nullo idem censente. Plinius libro 29 cap. 1.

Concertatio, captatióque verborum. Cic. in Partit. Disputādi prudentiam imitatur concertatio captatióque verborum. Loquitur de vitiis, quæ assimulatione quadam & vicinitate virtutem æmulantur, eiúsque personam induant. Cæterùm hic concertationem appellat, τὴν ἐριστικήν. Duo enim genera Sophistarum fuerunt olim: vnum simile oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum simile Dialecticorum, eorum qui Eristici vocabantur, vnde ἐριστικοὶ λόγοι apud Aristotelem, à quibus Eristicis Dialectica profecta videtur, si Laertio credimus. In hos & alteros quoque Isocrates in libello contra Sophistas. Turnebus.

Concertatio in disputando pertinax. Cic. 1. de Fin.

Concertatio, Alter. Terent. Adelph. 2. 2,

-nunquam vidi iniquius

Concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.

Ego vapulando, ille verberando vsque, ambo defessi sumus.

Disputationes plenæ concertationum. Cic. 1. de Orat.

Concertatorius (ἀγωνιστικός) Adiectiuum. Cic. de Clar. Orat. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus, & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Concertatiuus, pen. prod. Quintil. lib. 7. cap. 3, Mutua accusatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostri quidam concertatiuam.

Concessio, Concesso, Concessus, Vide CONCEDO.

Concha, conchæ (κόγχη) Genus piscis testa contectum. Concharum genera enumerat Plin. lib. 9. cap. 33. Et earum naturam explicat cap. 35. In conchis nascuntur margaritæ, vt ibidem docet Plinius.

Conchæ dicuntur, quæ testam læuem habent, ac politam, siue vniformiter rugatam, siue denticulatam: Ostrea verò, quæ asperam scabrámque. quanuis generali nomine ostrea quoque, conchæ vocentur. Item quæ ex vno tatum latere testam habent, altero scopulis aut lapidibus, aut alteri materiæ adhærent.

Conchæ genus imbricatum. Vide IMBRIX.

Thessalicus concharum color. Lucret. lib. 2,

-Melibœáque fulgens

Purpura Thessalico concharum tincta colore.

Concharum pectunculi. Vide Pectunculus in PECTVS.

Erycina concha, dicta ab epitheto Veneris, vel quòd ipsa est Veneri Erycinæ sacra, vel quòd dicitur Venus è concha marina prodiisse. Propert. lib. 3. eleg. 13.

Marinæ. Ouid. 15. Metam.

Patula. Vide PATVLVS.

Plagusiæ conchæ, nominantur à Plauto in Rudente, quo nomine eas venire existimo quæ crustam tegumentu latam patulámque habent, quasi πλαγίας, dicantur. Nam à πλαγίας deducitur, quo nomine quum sit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placusius vocatur. Ex Turnebo.

Teuues. Ouid. 2. Amorum, eleg. 11.

Venereæ conchæ quædam vocantur ex eo, quòd enata mari Venus concha delata est in Cyprum. Plin. Venereæ, vua, Xiphiæ, vbi vrenas inaudito sanè verbo & nihili hodie in omnibus libris scribitur. Venerearum concharum est apud Senecam mentio lib. epist. 15. his verbis, Venereæ, spondylíque, & ostrea eatenus circuncisa, quæ eduntur.

Viles. Horat. 2. Serm. sat. 4.

¶Inda. Propert. lib. 1. eleg. 8. Id est margarita. Nam Oceanus Indicus maxime mittit margaritas, quæ ex rore conceptæ in conchis oriuntur.

Diues. Claud. epigr. 19.

Pretiosæ. Claud. 6. Paneg.

¶Complere se conchis. Cic. 2. de Nat. deor.

Legere conchas. Cic. 2. de Orat. Ita solet narrare Scæuola, conchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Laurentum legere consuesse.

Pisciculi parui in concham hiantem innatant. Cic. 2. de Nat. deor.

¶Testæ ipsæ duriores, propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Columella lib. 10, Implicitus conchæ limax, hirsutáque campe. Ouidius,

Ostreáque in conchis tuta fuere suis.

Salis concha, Id est concha quæ sal continet. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Capaces. Horat. 2. Carm. ode 7,

-funde capacibus

Vnguenta de conchis.

Squalētes. Id est sordidæ. Virg. 2. Georg. Seruius cochleas intelligit.

Detritis conchis læuior. Ouid. 13. Metam.

Pinna duabus grandibus patula conchis. Cic. 2. de Nat. deor.

Infodere conchas. Virg. 2. Georgicorum,

Aut lapidē bibulum, aut squalenteis infode conchas. Vbi Seruius, Cochleæ propter admittenda spiramina infodiuntur.

¶Conchæ inter instrumenta pictorum numerantur à Martiano Iurisconsulto in l. item pictoris. D. de fundo instructo & instrum. leg. Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiáque horum legato cedunt, item peniculi, & cauteria, & conchæ. Sane pictores hodiéque suos colores in conchis macerant.

¶Concha. Vasis genus concauum, ac superius patulum, ab huius conchæ similitudine. Cato de Re rust. cap. 13, In cellam oleariam hæc opus sunt. Dolia olearia opercula, labra olearia XIIII, conchas maiores duas, & minores duas. Iuuen. sat. 6,

Quum bibitur concha, quum iam vertigine tectum Ambulat.

Ferrea concha. Plinius lib. 33. cap. 8, Fit autem duobus modis, æreis mortariis, pistillisque trito minio ex aceto, aut patinis fictilibus impositum ferrea concha, calyce coopertum, argilla superillita. De hydrargyro.

¶Concha, pro Tuba ponitur. Virg. 6. Æneidos,

Sed tum forte caua dum personat æquora concha. Seruius hoc nomen à κόγχῃ deducit. Alij Latinum putant, à concauitate deductū, itáque sine aspiratione scribunt.

Ventosa concha, id est vento inflata. Lucan. lib. 9. de Tritone Neptuni tubicine, qui concha vtitur vice tubæ.

Concha cerula, pro cælo. Varro 6. de Ling. Lat. Id est, vt ait Næuius, hæmisphærium, vbi concha cerula septum stat. Hic eleganter concaua cæli conuexitas more tegumenti & conchæ concamerata & curuata intelligitur. Turnebus.

Conchatus, pen. prod. Adiectiuum, In morem conchæ curuatus. Plin. lib. 10. cap. 20. de pauone, Simul vmbræ quosdam repercussus cæteris, qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Conchis, huius conchis, f. g. (κόγχος) Fabæ genus, siue edulium ex faba. Iuuen. sat. 3, Cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum Sutor, & elixi veruecis labra comedit? Sipontinus dicit esse fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam fabæ frestæ, quæ sine cortice coquitur, à similitudine videlicet cōcharum, quòd confracto cortice velut implicita conchis sua caruncula videatur. Martial. lib. 13,

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,

Lautorum cœnis sæpe negare potes.

Conchis inuncta. Martial. lib. 7. epigr. 77. in Papilum.

Conchos (κόγχος) Maris genus, præ cæteris laudatum. Quo etiam nomine apud Græcos significatur oculorum concauitas. Vide Ruell. lib. 2. cap. 20. Et Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 1.

Conchylium (κογχύλιον) Latinè murex dicitur, Genus piscis et concharum genere, vt docet Plin. libro 9. cap. 35. & 36. Cicero in Pisonem, Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.

¶Conchylium,

¶Conchylium, nonnunquam est nomen generale ad omnes cōchas. Plin. lib 9. cap. 36, Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur, perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est.

Lubrica conchylia. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Ex conchylij concha incisa colligitur succus tingendis vestibus expetitus. ex eo enim inficitur purpura, qui color austerus in glauco est, & irascenti similis mari. Plin. lib. 9. cap. 36.

¶Conchylium, Ipse color. Plin. lib. 9. cap. 36, Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento.

Poscere conchylium. Quintil. lib. 1. cap. 2, Nondum prima verba exprimit, & iam coccum intelligit: iam conchylium poscit. Loquitur autem de pueris nimis molliter educatis.

Conchyliatus, pen. prod. Adiectiuum {κογχυλιωτός.} vt, Conchyliata vestis, quæ murice tincta est. Plin. lib. 9. cap. 39, In conchyliata veste cætera eadem sine buccino: prætérque ius temperatur aqua pro inuiso humani potus excremento.

Conchyliata peristromata, quæ infecta sunt succo conchyliorum. Cic. 2. Philipp. Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Inter conchyliata & purpurea hoc interest, quòd purpureum inficitur purpuræ flore & buccini succo, certo quodam temperamento: in conchyliatis non miscebatur buccinum, vt Plinius scribit, sed ita obscuré & mendosé, vt intelligi nō possit. Sic enim legitur lib. 9. cap. 39, In conchyliata veste cætera eadem sine buccino, prætérque ius temperatur aqua pro inuiso humani potus excremento, dimidia & medicamina adduntur. Turnebus verò sic, astipulantibus veteribus codicibus, prætérque eius temperatura, & quæ pro indiuiso humani potus excremento remedia & medicamina adduntur. Nam inficiendis conchylio velleribus, quum humanum admisceretur lotium, vt eius odoris fœditas emendaretur, medicamenta quædam & remedia adhibebantur. Miscebatur & lotium tingendæ purpuræ: vnde & indiuisum dixit, quod & in purpura, vt in conchylio tingendo adderetur. Quare de grauissimo & teterrimo odore dixit Martialis,

Quod bis murice vellus inquinatum. Hactenus Turneb.

Conchyta, conchytæ, pen. prod. m. g. Qui conchylia conquirit in mari. Plaut. Rud. 9. Saluete fures maritimi, conchytæ atque hamiotæ. Cōchyliarij etiam dicuntur.

Concido, concidis, pen. prod. concidi, concisum, pen. prod. {συγκόπτω} concidere, Ex con & cædo compositum, significat minutatim cædere. Columel. lib. 12. cap. 8, Concisique sectiui porri, quantum videtur adiicito.

Concidere minuté. Colum. lib. 12. cap. 22, Hæc minutè concidito, & admisceto pici nemeturicæ.

Cōcidere vsque ad sanum corpus. Cels. lib. 5. cap. 27. Deinde quicquid aridum est, & intentione quadam proximum quoque locum malè habet, vsque ad sanum corpus concidere.

Decretis aliquem concidere. Cic 5. Philipp.

Cōcidere virgis aliquem. Cic. 3. Verr. Oblitósne igitur hos putatis esse, quemadmodū sit iste solitus virgis plebem Romanā concidere?

Totis voluminibus cōcidere aliquem. Cic. 1. de Nat. deor. Metrodori sodalis sui fratrē Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus conciderit.

Authoritatem Senatus. Cic. Att. lib. 1. 11.

Concidere exercitum. Cic. 1. de Diuin. Itaque tribus hic horis cōcisus exercitus, atque ipse interfectus.

Pugnis concisus. Plaut. Amphit. 15.

Magnos scrobibus concidere montes. Virg. 2. Georg.

Neruos concidere. Cic. pro Flacco, Neruos quos concidit, restituere non potest.

Concidere nucleum dentibus. Plin.

Numeros concidere, sententias delumbare. Cic. in Orat.

Rationem dicendi per tam minutas rerum particulas concidere, simplicius instituenti non est necesse. Quintil. lib. 3 cap. 11.

Frangere, atque concidere quicquid est in oratione generosius. Quintil. in proœm. lib. 1. Nam plerunque nudæ illæ artes, nimiæ subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenij bibunt, & ossa detegūt.

Concisus, pen. prod. Participium {συγκεκομμένος.} Cic. 11. Philipp. Nondum erat vestris tam grauissimis, támque multis iudiciis, ignominiisque concisus.

Angustis & concisis disputationibus illigari. Cic. 2. de Orat.

Concisum & laceratum variis affectibus. Quintil. in 12, Nihil tam variis affectibus concisum atque laceratum, quàm mala mens.

Distinctè concisa breuitas. Cic. 3. de Orat.

Ligna concisa. Ouid. 2. Fastorum,

Ligna senex minuit, concisáque construit arte.

Oratio concisa dialectices. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Sententiæ concisæ. Cic. de Claris Orat.

Concisè, Aduerbium {συγκεκομμένως.} Quint. Quanquam ea non est tam minutè ac concisè in orationibus vtēdum, quàm in disputationibus. De arte differendi loquitur.

Concisura, pen. prod. {διακοπή.} Seneca epist. 101, Desit sanè varietas marmorum, & concisura aquarum è cuniculis interfluentium.

Concido, concidis, pen. corr. concidi, pen. corr. concasum {καταπίπτω} cōcidere, Ex con & cado compositum, Simul cadere. Cic. 1. Tusc. Vel concidat omne cælum, omnísque natura consistat necesse est.

Grauiter concidere. Lucret. lib. 6.

Grauiter ad terram concidere. Virg. 5. Æneidos,

Ipse grauis grauitérque ad terram pondere vasto Concidit.

Ad aliquem deum concidit hostia. Hoc est immolatur & sacrificatur alicui deo. Tibull. lib. 1. eleg. 2.

Concidere ex animi terrore. Lucret. lib. 3.

Concidere in aliquo loco. Propert. lib. 1. eleg. 3,

Qualis in herboso concidit Appidano.

In humo concidit sanguinolentus. Ouid. 6. Fast.

In ipso solo concidit pronus. Virg. 5. Æneid.

Concidere sub onere. Liu. Decad. 3. lib. 4, Magis nullius interest, quàm tua T. Octacili, non imponi ceruicibus tuis onus, sub quo concidas.

Repentè concidere. Stat. 6. Thebaid.

Repentè equus concidit. Cic. 2. de Diuinat.

¶Concidere, Mori. Colum. lib. 8, Solæ capellæ, quanuis opimæ, atque hilares, subitò concidunt.

Arcu concidere. Claud. 1. in Eutrop.

Armis. Valer. lib. 4.

Ictu fulminis. Lucret. lib. 3.

Macie. Ouid. epist. 20,

Concidimus macie: color est sine sanguine, &c.

Iuuencæ ictæ conciderant. Ouid. 10. Metam.

Concidere vulneribus. Cic. 3. Tusc. Constabat eos qui concidentē vulneribus Cn. Pompeium vidissent, quum, &c.

In prælio. Cic. 1. Tuscul.

Corpus concidit magna ruina. Lucret. lib. 3.

¶Animus concidit alicui simul cum re. Cic. 3. Tusc. Quòd si cui, vt ait idem, simul animus cum re concidit, à grauibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis.

Mens debilitata metu concidit. Cic. pro Domo.

Vita concidit. Id est perit. Lucret. lib. 4.

Animo, vel animis. Cæs. 8. bel. Gall. Hostes concidunt animis, atque itineribus diuersis fugam quærunt nequicquam.

Concidere mente, Idem. Cic. 3. Philipp. Allato nuntio de legione quarta, mente concidit.

Exanguis atque mortuus concidit. Cic. in Pisonem, Quid debilitatio atque abiectio animi tui. Macedonia prouincia nuntiata, quum tu non solùm quòd tibi succederetur, sed quòd Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti?

Concidere in optima causa. Cic. ad Attic. lib. 3, Ecquis vnquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenij, cōsilij, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium concidit?

Per se concidere. Cic. Att. lib. 10.

Motu labefactata concidunt. Cic. pro Lege Manil.

Lapsi conciderunt. Ouid. 5. Metam.

¶Artes forenses & actiones publicæ concidunt. Cic. in Orat.

Concidunt artificia, si nihil comprehendi potest. Cic. 4. Acad. Sed quomodo tu, si nihil comprehēdi posset, artificia concidere dicebas: neque id mihi dabas, &c.

Auxilium concidit. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6.

Bellum concidit morte illius. Tacit. lib. 18.

Cælum concidere dicitur Ciceroni in Somnio Scipionis.

Concidit & extinguitur crimen. Cic. pro Roscio Com. Nónne vt ignis in aquam coniectus continuò restinguitur & refrigeratur, sic referuens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur?

Domus concidit, Perit. Seneca Herc. OEth. 3,

Tibi cuncta domus concidit vni

Dum me genitor negat Alcidæ.

Fides concidit. Cicero pro Lege Manil. Nam tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse.

Gentes concidunt. Ouid. 15. Metamorphoseos,

-sic tempora verti

Cernimus, atque alias assumere robora gentes:

Concidere has.

Concidēre opes. Cic. 4. Verr. Neque enim tam facilè opes Carthaginis tantæ concidissent, nisi illud, &c.

Concidit Troia. Ouid. 2. Trist.

Venti concidunt. Id est quiescunt. Horat. 1. Carm. ode 12.

Concidere venas Celsus dixisse videtur, vt verbum ξυμπίπτειν, & ξυμπτώσιας, vocem Hippocrati familiarem, quæ (vt enarrat Galenus) τὰς κενώσεις significat, exprimeret. Nam συμπίπτειν vel ξυμπίπτειν est, si verbum è verbo exprimas, concidere: & vt annotat Budæus, συμπιέζεσθαι, id est considere & constringi. Inanitæ enim venæ considunt & astringuntur.

Vrbs acerbissimo conflagrata incendio concidat. Author ad Herennium.

Concieo, concies, conciui, pen. prod. concitum, penul. corr. {συγκαλεῖν, συγκινεῖν} conciēre, vel Concio, concis, conciui, concitum, pen. prod. concire. eiusdem significationis, Conuocare. Liu. 1. ab Vrbe, Deinde ne vana vrbis magnitudo esset, aciendæ multitudinis causa, vetere consilio condentium vrbes, qui obscuram atque humilem cōciendo ad se multitudinem, natam è terra sibi prolem ementiebantur.

¶Concire, siue conciēre, Commouere. Terent. Hecyra, 3. 1,

Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hâc conciuerit. Liu. 1. ab Vrbe, Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, conciéntque miraculo (vt fit) rei nouæ, atque indignitate homines.

Magno molimine conciere aliquam regionem aut populum. Valer. Flacc. lib. 6,

-quanto Scythiam molimine Perses Concierit.

Æstum. Lucret. lib. 6,

Quippe etenim primo quasi quendam conciet æstum.

Concire hostes. Plaut. Mercat. 16.

Lites alicui concire. Plaut. Asin. 14,

Tu ergo face vt illi turbas, lites concias.

Seditionem. Liu. 4. ab Vrbe, Quum ex composito relatum ad Senatum esset de seditione, quam Mecilius Metiliúsque largitione pessimi exempli concirent, &c.

Turbas vxori. Plaut. Amphit. 5,

Acturum vxori turbas conciet, atque insimulabit eam probri.

Concitus {κεκινημένος} Participium, si est à Concieo, penultimam corripit: si à Concio, producit. Id est commotus. Quintil. lib. 11. cap. 1, Vt fraude aliquorum concita credatur.

Concitus ad rixam.Cic.pro Cecin.Quam personam iam ex quotidiana cognoscitis vita Recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam, inepti ac stulti inter viros,&c.hanc personam imponite Ebutio.
Æstu concitus.Valer.lib.1,
Quis tibi Phryxe dolor,rapido quum concitus æstu
Respiceres,&c.
Cursu.Virgil.12.Æneid.
Ira.Stat 11.Thebaid.
Motu diuino.Ouid 6 Metam.
Multa vi.Virgil.11.Æneid.
Æquora ventis.Ouid epist.2.
Amnis imbribus Ouid.3.Metam.
Arma furoribus.Valer.lib.5.
Dolor concitus amore læso.Ouid.2.Trist.
Flumina.Ouid.7.Metam.
Freta.Virgil.3.Æneid.
Globus Silius lib.11,
Quum iuuenem sæuus horrendum concitus armis
Inuadit globus.
Pericula concita toto mundo. Id est ab omnibus mundi partibus conuocata Lucan.lib.5,
Inde ruunt toto concita pericula mundo.
Puppis concita rapida aqua.Ouid.2.Amor.eleg.4.
Saxa murali tormento concita fremunt.Virg.12.Æneid.
Tympana pulsu Horat.3.Carm.ode 15.
Veterani per largitionem conciti.Tacit.lib.1.
Concitum ferri. Id est concitatè & violenter raptum ferri. Lucretius libro 2,
Omnia quapropter debent per inane quietum
Æquè ponderibus non æquis concita ferri.
Concitor {[Greek]} Verbale.vt,Belli concitores.Tacit.lib.4.
Concito.concitas,penult.correp. {[Greek]} concitare, Frequentatiuum, Valde commouere. Cicero 4. Academ. Quò enim spectat illud,quum artificia tolli quereris à nobis,nisi vt opifices concitentur?
Concitari in aliquem,pro Irasci.Cic.5.Verr.
Concitare se in hostem.Liu.8.ab Vrbe.
Fuga se in aliquem locum concitare.Valer.lib.7.Argonaut.
In arma concitare aliquem.Ouid.3.Fast.
In iram.Quintil.lib.6 cap.2.
Clamore concitare aliquem.Ouid.2.Fast.
Agmen concitare.Id est vrgere & impellere.Ouid.14.Metam.
-fugientibus instat,& agmen
Concitat Antiphates,
Auis concitat alas.Valer.lib.6.Argonaut.
Eurus aquas concitat.Ouid.epist.7.
Venus arma aliquibus concitat Propert.lib.3.eleg.20.
Aura frigida concitat artus.Lucret.lib.3.
Aures concitare Propert.3.eleg.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Concitare bellum alicui populo,& gerere.Cæs.8 bel.Gall. Liuius 5.bel. Maced. Ita per totum simul orbem terrarum Ætoli Romanis concitabant bellum.
Discordiam.Cic.pro Murena.
Equum contra aliquem.Liu.1.ab Vrbe.
Concitare equum in hostes.Virg.11.Æneid.
Concitare equum calcaribus. Liu 2.ab Vrbe,Concitat calcaribus equum,atque in ipsum infestus Consulem dirigit.
Expectationem sui. Cic. ad Curionem, lib.2.1, Sic ad nos confirmatus reuertare, vt quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis.
Feras concitare,Agitare feras,venari.Ouid.2.Fast.
Flammas.Seneca Hippol.3.
Grauedines & destillationes. Cels. lib 1. cap. 2, Quæ res maximè grauedines destillationesque concitat.
Inuidiam in aliquem. Cic.2. Philipp. Tanta enim res est, vt inuidiam istam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem.
Misericordiam populi.Cic.1.de Orat.
Concitare morbos. Celsus lib 2. cap.13. At vomitus vt in secunda quoque valetudine sæpe necessarius est,sic etiam in his morbis,quos bilis concitauit.
Motum animis hominum.Cic.1.Offic.
Nationes & seruitia.Pollio Ciceroni,lib.11.33.
Odium in aliquem.Vide ODIVM.
Grauem offensionem in aliquam rem.Cic.1.de Inuent.
Pituitam. Cels.lib.6.cap.6,Medicamenta verò intus quidem leuia danda sunt,nequid acrioris pituitæ concitent.
Æther concitat pluuias.Ouid.1.Fast.
Risum.Cic.2.de Orat.
Somnum concitare herba dicitur.Plin.lib.20.cap.18.
Vrinam.Plin.lib.20.cap.4.
Vires suas concitare dicuntur regiones & oppida,quum aduersus hostem armati conuocantur ciues.Ouid.epist.15,
Nec tu rapta time,ne nos fera bella sequantur,
Concitet aut vires Græcia tota suas.
Animi motu concitari.Cic.2.de Orat.
Animi perturbantur & concitantur re aliqua.Cic.in Orat.
Diuino instinctu concitatur animus à corpore abstractus. Cic. 1. de Diuinat.
Concitatus,pen.prod. {[Greek]} Participium.vt,Concitatus ardore animus.Cic.2.de Finib.
Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. Cic. de Claris Orat.
Cohortatione alicuius concitatum esse ad studium cognoscendæ percipiendæque virtutis.Cic.1.de Orat.
Concitatus calcaribus equus.Liu.8.ab Vrbe.
Erroribus concitatis animum hilarare.Catul.epigr.58.
Animi quodam impetu concitatum esse.Cic.pro Murena.
Ratis remige & vento concitata.Seneca Thyeste,5.
Concitatus terrore & metu.Cic.pro Lege Manilia.
Mundus concitatus,Mobiles orbes cæli.Seneca Agamem.4.
Concitatus {[Greek]} Nomen ex participio. vt,Concitatior cursus. Liu.4.bel.Maced.Id est celerior.
Concitatissimi equi,apud Liu.5.bel.Maced.
Motus corporis concitatissimus.Quintil.lib.2.cap.12.
Concitator,pen.prod. {[Greek]} Verbale,Qui commouet.Cæsar 8. bel.Gall. Quod Corbeus author belli concitator multitudinis esset interfectus.
Tabernariorum concitator.Cic pro Domo sua.
Concitatrix.pen prod. {[Greek]} Verbale fœmininum.vt,Concitatrix vis.Plin.lib.26.cap.10. Et lib.19.cap.8.
Concitatio {[Greek]} Verbale,Commotio.vt,Concitatio multitudinis,Cic.pro Cluent. Concitatio animi,Cic.1.de Diuinat.
Vehementiores animi concitationes.Cic.Qu.frat.lib.1.1.
Mentis concitatio.Cic.2.de Diuin.
Plebis contra patres concitatione & seditione nunciata. Cic. de Claris Orat.
Adiuuandam concitationē docendo existimauit Isocrates.Quintil.lib.2.cap.8.
Modulatione collocationis & vocis, concitationem iudicum petere.Quintil.lib.1.cap.10.
Concilium, Flos est Iasiones herbæ, vnico constans folio,sed ita implicato vt plura videantur.Plin.lib.22.cap.22,Iasione,inquit,olus syluestre habetur, in terra repens, cum multo lacte, florem fert candidum:concilium vocant.
Concilium,concilij,pen.corr. {[Greek]} Conuentus populi, & multitudo populorum diuersorum in vnum locum consedendi gratia congregata.Deriuatur autem non à consilio,sicut à consensu,vt Festus existimat:sed à concalando,hoc est conuocādo:quòd omnes in vnum locum conuocentur.Virgil.lib.10.Æneidos,
Conciliumque vocat diuûm pater atque hominum rex.
Concilium quid differat à Comitiis,Vide COMITIA.
Concilium apud bonos scriptores, quarumlibet rerum ac personarum congregationem ac cœtum significat: vt apud Lucret.libro 1, concilium genitale est cōgregatio corporum primorum ad gignendum valens. Sic lib.2,
Multáque præterea magnum per inane vagantur
Conciliis rerum quæ sunt reiecta. Id est quæ non potuerunt cohærere ad res gignendas. Sic & aliis locis sæpius.
Concilium deorum, Concilium ducum. Cic. 1. Tuscul. Et Plin. lib.28.cap.6.
Cœtus & concilium. Cic. 2. de Finib. Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere?
Mittere in concilium, Est iudices in concilium ad sententiam dicendam mittere.Cic.Verr.3.
Concilium dimittere, Est sententiis dictis, aut ampliato reo, aut non liquere pronuntiato à iudicibus,concilium missum facere. Cæs. lib.1.bel.Gall.
Concilia cœtúsque hominum iure sociati, ciuitates appellantur. Cic.de Somnio Scip.
In cœtu concilióque proferre opiniones.Cic.2.de Fin.
Concilia & conuenticula.Cic.pro Domo.
Animarum concilia.Stat.3.Thebaid.
Horrendum Cyclopum concilium.Virg.3.Æneid.
Ferarum.Ouid.10 Metam.
Iouis,Id est deorum qui circa Iouem sunt.Horat.3.Carm.
Nobile Musarum.Stat 6.Thebaid.
Sanctum patrum.Horat.4.Carm.ode 5.
Amœna piorum Virg.5.Æneid.
Infaustum. Stat. 3. Thebaid. Sic illas vocat quæ interfectos bello maritos & propinquos ad rogum astantes flebant.
Inuiolabile.Claud.3.Paneg.
¶Coire in concilium.Lucret.lib.2.
Coactum.Vide COGO.
Adducere in concilium.Cic.2 de Fin.
Admittere in concilium.Sallust.in Cic.
Concilia colere.Virg.5 Æneid.
Conuocare concilium.Vide CONVOCO.
Cōcilia vel instituta dimittere,vel habita rescindere.Cic.2.de Leg.
Descendere è concilio.Cic.de Nat.deor.
Fuisse in concilio Sallust.in Cic.
Indicere.Vide INDICO.
Habere.Cic.2.de Inuent.Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit.
Habere aliquem deorum concilia dicitur, qui inter deos est relatus.Virg.1.Georgicorum,
Inque adeò,quem mox quæ sunt habitura deorum
Concilia,incertum est;&c.
Peragere.Vide PERAGO.
In diuinū animorum conciliū cœtūmq; proficisci.Cic.de Senect.
Secludere è concilio.Cic.1.Tuscul.
Vocare.Ouid.1.Metamorphoseos,
Ingentes animo,dignas Ioue concipit iras:
Conciliúmque vocat,tenuit mora nulla vocatos.
In concilium deorum vocari.Cic.1.de Diuinat.
¶Concilium,pro Coagmento,vt notat Budæus.Lucret.lib.1,
Corpora sunt porrò partim primordia rerum,
Partim concilio quæ constant principiorum.
Conciliabulum,pen.corr. {[Greek]} Diminutiuum.Plaut.Bacch.1,
Vt solet

Vt solet in istis fieri conciliabulis. Liu. Qui nundinas & concilia-bula obire solent.

Conciliabulum {συνέδριον} Locus in quem concilium conuenit. Plaut.in Bacchid. Quid si ad te veniat de subito prandiū, aut potatio fortè, aut cœna, vt solet fieri in istis conciliabulis? Idem in Trinum. Næ penetrarem me vsquam, vbi esset damni conciliabulum.

Conciliabula, Loca etiam erāt in quibus ius dicebatur, licet foris inferiora essent. Interdum in municipij ius ascendebant. Frontinus, Sunt autem loca publica coloniarum, vbi prius fuere conciliabula, & postea sunt in municipij ius relata. Quum autē Frontinus dicit conciliabulum fuisse, (interprete Vibico) intelligit locum quendam coloniæ fuisse, & quaudam coloniæ partem, vbi conuenticulum esset iuridicum. Cæterùm in conciliabulis ius dictum fuisse ostendit antiqua lex, cuius hæc sunt verba, Quum curator hac lege non erit, tunc quicunque magistratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo, iuri dicundo præerit, eius magistratus de ea re iurisdictio, iudicisque datio, addictio esto. Liuius tamen per fora & conciliabula, omnia quę extra vrbem erant, maiora & minora oppida, castella, loca intellexisse videtur, in quibus essent conuentus aliqui iuridici. Eius sunt verba, Decemuiri supplicationem in biduum valetudinis causa in vrbe, & per omnia fora conciliabulàque edixerunt. Sic aliis locis frequenter. Ex Turnebo.

Concilio, concilias {συνιστάνω, διαλλάττω, συζεύγω} conciliare, Amore coniungere, vel amicitiam inter quosdā constituere. Plaut. Epid. 10, istis legibus habeas licet.

M. Conciliauisti pulchrè.

Conciliare & commēdare aliquid alicui. Cic. 3. De Finib. Quorum ratio mihi probatur, simul atque natum sit animal, ipsum sibi conciliari & commendari ad se conseruandum, & ad suum statum.

Conciliat & coniungit inter se homines ratio & oratio. Cicero 1. Officiorum.

Conciliare & conseruare. Cic. de Amic.

Animos hominū conciliare, & ad vsus suos adiungere, proprium virtutis est. Cic. 2. Offic.

Conciliare aliquem ad alterum. Plaut. Mil. 10, -tua mihi vxore dicam delatum & datum, Vt se ad eum conciliarem.

Conciliare aliquem alteri. Cæsar 5. belli Gallici, Eos singulatim Cingentorigi conciliauit.

Parentibus & dijs immortalibus, & patriæ nos primùm natura conciliat. Cic. de Arusp. respon.

¶ Conciliare, Est contrahere, vel comparare. Cicero de Amicitia, Virtus inquam, C. Fanni, & tu Qu. Muti, & conciliat amicitias, & conseruat.

Auro conciliatur amor. Propert. lib. 3. eleg. 13.

Pecunia conciliare sibi legiones. Cicero ad Cornificium, libro 12. 23, Profectus obuiam legionibus Macedonicis quatuor, quas sibi conciliare pecunia cogitabat.

Conciliauit has res homini natura. Cic. 4. Acad. Honestè autem viuere fruentem rebus his quas primas homini natura conciliet, & vetus Academia censuit, &c.

Conciliat eos hæc res inter sese. Cic pro Rosc. Amer. Quum etiam feras inter sese partus atque educatio & natura ipsa conciliet.

Amorem sibi conciliare ab aliquibus. Cic. pro Archia.

Amor conciliandus. Ouid. epist. 6.

Animum alicuius conciliare sibi. Liu. 1. ab Vrbe.

Animos coniugum conciliat partus. Seneca Herc. OEtheo, 4.

Iudicum animus sibi conciliare. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Affinitatem inter aliquos. Plaut. Trinum. Meus gnatus me ad te misit, inter se atque tuos affinitatem vt conciliarem.

Arma alicui. Virg. 10. Æneid.

Artes suas dictis, Est verbis alicui commendare artem suam, aut opus aliquod artis suæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 11.

Authoritatem rei alicui. Plinius libro 33. cap. 1.

Conciliare alicui beneuolentiā alterius. Cic. ad Nig. Figulum, lib. 4. 13, Tum omnibus amicis careo, quorū beneuolentiam nobis conciliarat per me quondam te socio defensa Respublica.

Ad beneuolentiam animos aliquorum erga alios conciliare. Cic. 2. de Orat.

Charitatem sibi. Cic. 1. de Finib.

Ciuitatem aliquam prouinciæ alicui conciliare. Cæsar 7. belli Gallici, Interim Lucterius Cadurcus in Rutenos missus eam ciuitatem Aruernis conciliat.

Conciliare ciuitatem aliquam amicitia. Cæsar 3. bel. Ciuil. Nónullas vrbes per vim expugnauit, reliquas ciuitates circūmissis legationibus amicitia Cæsaris conciliare studebat.

Conciliare coniunctionem cum aliquo: cui Dirimere opponitur. Cic. ad Appium lib. 3. 10, Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quàm nouam conciliassem.

Amor conciliauit alicui dominam. Martial. lib. 12. epigr. 52.

Fidem in dicendo conciliat amplificatio. Cic in Partit.

Fidem alicuius conciliare famæ. Ouid. 4. Trist. eleg. 5,

Certè ego, si sineres, titulum tibi reddere vellem,
Et raram famæ conciliare fidem.

Gloriam conciliat magnitudo negotij, gratiam æquitatis largitio. Cic. pro Murena.

Conciliare sibi gratiam per rem aliquam. Cicero pro Lege Manilia.

Incommoda alicui. Lucret. lib. 3.

Laudem maiorem. Quintil. lib. 2. cap. 7.

Miseros magis fortuna conciliat suis. Seneca Thebaid. 2.

Conciliare nugas. Plaut. Trinum 13. 12,

Eo conductor melius de me nugas conciliauerit. Id est (vt ait interpres) ob ista nugatoria suam rem melius egerit.

Odium re aliqua conciliare. Plin. lib. 28. cap. 8, Intestina & fimum eorum, quum id animal nullo cibo viuat, cum simiarum vrina, illita ianuæ inimicorum, odium omnium hominum his conciliare.

Opem potentium. Cic. Octauio.

Pacem. Terent. Heaut. 5. 5,

Exeo ergo vt pacem conciliem.

Conciliare pacem ab aliquo, pro Cum aliquo. Plaut. Mostel. 16.

Pacem inter ciues. Cic. Lepido. lib. 10.

Pecuniam conciliare vel cogere. Cic. 4. Verr. Non mihi prætermittendum videtur, ne illud quidem genus pecuniæ conciliatę, quam tu à ciuitatibus statuarum nomine coegisti.

Somnum conciliare, cui opponitur Fugare somnū. Plin. lib. 14. cap. 18, Thasios duo genera vini facere proditur, vnum quo somnus concilietur, alterum verò quo fugetur.

Toros. Stat. 3. Sylu. 5.

Vires conciliare alicui. Stat. 9. Thebaid. Significat adiuuare vires alicuius.

Voluntatem alicuius conciliare sibi. Cic. ad Att. lib. 1. 1, Ad eorum voluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi vsui fore video.

Voluptas eorum, quibus probari volumus, concilianda. Cicero in Orat.

Conciliare superiorem inferiori, per Hysteron proteron, apud Virgilium 1. Æneidos,

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iouémque Concilias.

Verba Æoli ad Iunonem. Vbi Seruius, Hysteron proteron in sensu est. Non enim Iupiter conciliatur Æolo, sed Æolus Ioui, quasi superiori cōciliatur. Conciliantur autem noui, Reconciliantur antiqui.

Amicè conciliari alicui Horat. in Arte,

Ille bonis faueátque, & concilietur amicè.

Concilia eū huc. Plaut. Capt. 4. Id est, vt huc veniat, & nobiscum moretur effice.

Sursum aliquid conciliare, apud Lucretiū lib. 6, significat in altum eleuare aliquid, ac si diceres, altitudini conciliare.

Agere partes conciliantis. Ouid. de Remed. Amor.

Conciliatus, penultima producta {συναχθείς} Participium. Plin. lib. 17. cap. 23, de ratione arbustorum loquens, Inter se obuij miscentur, alligantúrque vnà conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiunt.

Fœmina conciliata viro. Catul. epigram. 63.

Conciliatum mancipium. Id est emptum. nam omnis conuentio, conciliatio nominatur. Terent. Eunuch. 4. 4,

Fugitiue prodi, malè conciliate. Id est magno empte. Donatus.

Conciliatus {προσφιλής, εὔνους} Nomen adiectiuum. Quintil. lib. 4. cap. 2, Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatiorem, dociliorem & intentiorem.

Conciliatus, huius conciliatus {σύμμιξις} Verbale. Lucret. lib. 2,

Non fieri partum, nisi concilio antè coacto,
Nec quicquam commutari sine conciliatu.

Id est sine congregatione & coagmento seminis.

Densus, vel (vt legunt alij) condensus conciliatus. Lucret. lib. 2.

Paruus. Lucret. lib. 2.

Conciliator Verbale, penul. prod. {συναλλακτής, διαλλακτής} Interpres conciliationis.

Conciliator fuillæ carnis datus est populo lanius. Varro 2. de Re rust. cap. 4, Verres octo mensium incipit salire: permanet, vt id rectè facere possit, ad primum. deinde it retrò, quoad perueniat ad lanium. hic enim conciliator fuillæ carnis datus populo. Hoc dicit, quòd caro suilla cibus sit populi & vulgi, non etiam nobilium.

Conciliatrix, penult. prod. {συναλλακτρίς} Verbale fœmininum, Ea dicitur (inquit Festus) quæ viris conciliat vxores, & vxoribus viros. Cic. 1. de Nat. deor. Non vides quàm blanda conciliatrix, & quàm sui sit lena ipsa natura?

Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Cic. de Amicit.

Oratio conciliatrix est humanę maximè societatis. Cic. 1. de Legib.

Conciliatricula, penult. corr. Diminutiuum {συναλλακτρίδιον} Cic. pro Sextio, Erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Conciliatio, Verbale {συναλλαγή, διαλλαγή, καταλλαγή} Cic. 4. Acad. Honestum autem quod ducatur à conciliatione naturæ.

Conciliatio & Consociatio, siue societas. Cicero 2. de Nat. deor. Inter séque quasi ciuili conciliatione & societate coniunctos.

Conciliatio gratiæ. Cic. pro Cluent. At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum iudicium, sed ad conciliationem gratiæ.

Conciliatio ad. Cic. 3. de Finib. Prima est enim conciliatio hominis ad ea, quæ sunt secundum naturam. Id est coniunctio.

Conciliatura, penul. prod. {συναγωγή} pro Conciliatione. Seneca epist. 98, Quum Clodius iisdem vitiis gratiosus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipsa causæ dictione.

Concinnus, Adiectiuum {κομψός, ἐμμελής, εὐαρμόστος, εὔρυθμος} Compositus & ornatus. Ex con, & cinnus compositum, quod est genus potionis ex multis liquoribus confectum, authore Nonio. Plautus Persa, 15. Sat ædepol concinna facie. Plin. lib. 16. cap. 34, Parua sunt & angulosa, concinnioráque.

Amicis concinnus. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Concinnæ acutæque sententiæ. Cic. de Claris Orat.

Aptus & concinnus ad rem reditus. Cic. 3. de Orat.

Concinnus & elegans. Cic. 5. de Finib. Concinnus, deinde & elegans huius Aristo. Plinius libro 35. cap. 10, Annumeratur his & Nicophanes elegans & concinnus, ita vt vetusta opera pingeret propter æternitatem rerum.

Concinna & lepida citò satietate afficiunt aurium sensum fastidiosissimum. Author ad Herenn. lib. 4.

Concinnæ & venustæ sententiæ. Cic. de Claris Orat.

Helluo concinnus. Cic. in Pisonem, Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam musicus iacebat in suo Græcorum fœtore, atque vino.

Concinna, distincta, ornata, festiua oratio. Cic. 3 de Orat.
Sermo concinnus vtraque lingua Horat. 1. Serm. sat. 10.
Tectorium. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17.
Versus. Horat. 2. epist. 1.
Ad persuadendum concinnus, perfectus & politus homo. Cicero in Pisonem.

Concinnior, Comparatiuum {ἐμμελέστερος.} Cicero in Oratore, Alij in eadem ieiunitate concinniores, id est faceti, florentes etiam & leuiter ornati.
Venus concinnior. Lucret. lib. 4.

Concinno, concinnas {εὐθετίζω, συντίθημι, συμβιβάζω} concinnare, Aptè componere, inquit Festus. Plaut. Asin. 5.
Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum. Hoc est, apparauit, composuit, fecit.
Vides vt hæc concinnant? Cic. 5. de Finib.
Lutum concinnare, Præparare ad domum instaurandam. Plautus Rud. 4.
Concinnare struices patinarias. Plaut. Menæch. 3. 16.
Vestem. Plaut. Menæch. 16.
Viam. Plaut. Stich. 5.
Vinum. Plin. lib. 14. cap. 20.
Concinnare etiam pelles dixit Plinius.
¶Concinnare, Facere, authore Nonio. Plaut. Amphit. 8.
Nulla res tam delirantes homines concinnat citò.
Concinnare se leuem suis. Plaut. Trinum. 10.
Nunquam erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem. Id est, facit, exhibet.
Concinnare vxorem lacrymantem. Plaut. Amph. 6.
Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. Hoc est, lacrymari facis ob discessum tuum.
Munusculum alicui concinnare. Trebon. ad Ciceronem, lib. 12. 16.

Concinnator, penult. prod. {συνθέτης} Verbale vt, Concinnator causarum. Vlpianus in l. Nec quicquam. D. de Officio Proconsulis, Circa aduocatos patientem esse Proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis esse videatur: nec adeò dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat.
Concinnatorem capillorum dixit Colum. lib. 1. in præfat.

Concinnatitius, a, um {ἁρμοστὸς} Quod breuiter collectum & aptè situm est. Apuleius lib. 2, Nam Milonis boni cõcinnatitiam mensulam rogatus accubueram.

Concinnitas, penult. corr. huius concinnitatis {ἐμμέλεια, εὐρυθμία} Ornatus, elegãtia. Cic. de Claris Orat. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequitur, concinnitate puerile?
Ornata sententiarum concinnitas. Cic. de Claris Orat.
Verborum concinnitas. Cic. in Orat.
Consequi concinnitatem. Cicero de Claris Orat. Concinnitatem appellat generaliter omnem exornationem verborum, siue tropus sit, siue figura.
Aliquid concinnitatis efficere. Cic. in Orat.

Concinnè, Aduerbium {ἐμμελῶς} Compositè, eleganter. vt, Concinnè vestitus. Plaut. Epid. 5.
Concinnè dicere vel scribere. Cic. 2. de Orat.
Concinnè distribuere rem aliquam. Cic. 2. de Orat.
Concinnè & blandè rogare. Cicero pro Roscio Comœdo, Hunc posteaquam salutauit, rogare cœpit, blandè & cõcinnè scilicet, Mentire. &c.

Concinnitudo, penult. prod. huius concinnitudinis {ἐμμέλεια} Idem. Cic. 1. de Inuent. Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum in se continere debet.

Concinnatio {συνθεσις.} Verbale. Cato capite 106, Aquæ marinæ concinnatio.

Concino, concinis, penult. corr. concinui, concentum {συνᾴδω, ἐμμελῶ} concinere. Ex con, & cano compositum, Simul canere. Cic. 1. Tuscul. Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur, &c.
Ad fores alicuius concinere. Ouid. 3. Fast.
Olor concinit. Ouid. epist. 7.
Concinunt signa & tubæ. Cæsar 3. bel. Ciuil. Neque frustra antiquitus institutum est, vt signa vndique concinerent, clamorémq; vniuersi tollerent, &c. Liuius 9. ab Vrbe, Concinúntque tubæ, & signa inferuntur.
Lyra concinere. Ouid. lib. 3. eleg. 8,
Dicitur inuicta concinuisse lyra.
Modis quibusdam concini. Ouid. lib. 1. de Arte,
Ista iube faciant, quorum Cybeleia mater
Concinitur Phrygiis exululata modis.
Ore pio concinere. Stat. lib. 5. Sylu. 3.
In modum concinere. Catul. epigr. 56,
Ite, concinite in modum
O Hymen, &c.
Voce unnula carmina concinere. Catull. epigr. 56.
Classica concinere rauco cornu. Lucan. lib. 1.
Dies lætos concinere. Id est, laudibus extollere. Horat. 4. Carm. ode 2,
Concines lætósque dies, & vrbis
Publicum ludum.
Festa. Tibul. lib. 2. eleg. 6,
At madidus Baccho sua festa Parilia pastor Concinet.
Laudes alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 5,
Victori laudes concinuisse Ioui.
Omnia tristia concinuerunt aues. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.
Plectro aliquem concinere. Horat. 4. Carm. ode 2,
Concines maiore poeta plectro
Cæsarem. Id est laudabis & celebrabis.
Lætis fauoribus omni concinitur vulgo. Stat. 10. Thebaid.
¶Concinere, inquit Festus, Conuenire est. Cicero 1. de Nat. deorum, Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare.

Concentus, huius concentus {συνῳδία, συμφωνία.} Virg. 1. Georgicorum, -hinc ille auium concentus in agris. Cic. in Somnio Scipionis, Qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit.
Rauci concentus. Stat. 6. Thebaid.
Vehementior. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Seruare concentum. Cic. 4. de Finib.
Concentus & consensus. Cic. 2. de Diuinat.
Volucres aera mulcent concentibus. Ouid. 1. Fast.
¶Concentus in sermonibus etiam & colloquiis dicitur, quum duo vel plures inter se consentiunt, & idẽ pronunciant. Horat. 1. epist. 14, Nunc age quid nostrum concentum diuidat, audi. Id est nunc dicam tibi quid obstet quo minus mecum tibi conueniat.
Concentus, Concordia. Plin. Iunior in Paneg. Neque enim à te minore concentu, vt tolleres pantomimos, quàm à patre tuo, vt restitueret, exactum est.

Concentor, toris, in Decretis Canonicis dicitur is qui consonat & concinit canenti, sicut Succentor, qui voce subsequens canendo respondet, Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Concentio, concentionis {συμφωνία} Verbale. Cic. pro Sextio, Nam quum ageretur Togata, simulans, vt opinor, caterua tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Concinentia, concinentiæ. Macrob. in somnio Scip. lib. 1. cap. 5. Sed & ad ipsam cæli harmoniam, id est concinentiam, hunc numerum magis aptum esse non dubium est.

Concio, concis, Vide CONCIEO.

Concio, concionis, f. g. à concio, concis {ἐκκλησία, ἀγορὰ, δημηγορία, ῥήτρα} Est (inquit Valla lib. 4. cap. 47.) populi multitudo congregata vel ex magistratus iussu, vel ex publici sacerdotis, vel interdum sua authoritate & sponte propria ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum: cuiusetiam oratio vocatur concio. In priore significato est Græcè ἐκκλησία, quã nos pro Latina voce habemus. Festus, Concio, Conuentus, dicta quasi conuentio. Cic. de Amicit. Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen, &c.
Concio, & conuentus ciuium. Cic. 6. Verr.
Principum conciones. Cic. in Pisonem.
Celeberrimæ conciones. Cic. in Pisonem.
Orba ab optimatibus concio. In ORBVS.
¶Aduocare concionem Cæsar 1. bel. Ciuil.
Ascendere in concionem. Liuius 2. ab Vrbe. Hoc est in locum suggestúmque vnde verba fiunt ad populum: vt exponit Gel. lib. 18. cap. 7. apud quem ibidem, in oratione contra concionem Metelli, Ascendi in concionem, concursus est populi factus.
Auocare concionem. Vide AVOCO.
Conuocare ad vel in concionem. Vide CONVOCO.
Pro concione populi deierare. Sueton. in Caligula, cap. 24, Nec vnquam postea ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per nomen Drusillæ deierauit.
Produci in concionem. Cic. post reditum.
Summouere concionem. Cic. pro Flacco.
Vocare in concionem. Cic. 4. Acad. Quid me igitur Luculle in inuidiam, & tanquam in concionem vocas?
Vocata concione virtutem militum laudibus cumulat. Tacitus libro 18.
Concionem antiqui masculino genere posuêre. Festus.
Clamor concionis. Cic. 2. de Finib.
Concio legitima, dicitur quum populus legitimè conuocatus est, id est ab eo qui vocandi potestatem habet. Cicero de Opt. gen. Orat. Eáq; donatio fieret in theatro populo conuocato: qui locus non est concionis legitimæ.
¶Concio {δημηγορία} Ipsa oratio. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14, Legi concionem tuam: nihil illa sapientius.
Horribilis concio Antonij, Dolabellæ præclara. Cicero Attico, libro 14.
Intermortuæ conciones. Vide INTERMORIOR.
Turbulentæ. Quintil. lib. 5. cap. 13, Prætferat enim turbulentis concionibus Ciceutium Quintius.
Argumentum sententiámque concionis audire. Cicero de Aruspicum respons.
Concionem habere, Est (inquit Gell. lib. 13. cap. 14.) verba facere ad populum sine vlla rogatione. Plaut. Menæch. 10,
Vt illum di omnes perduint, qui primus commentus est
Concionem habere, quæ homines occupatos occupat.
Potestate concionis habendæ priuare aliquem. Cicero Metello, libro 5. 2.

Conciuncula, penult. corr. Diminutiuum {δημηγορίδιον.} Cic. ad Attic. lib. 2, Quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.

Concionor, penult. prod. concionaris {ἐκκλησιάζω, δημηγορῶ, ἀγορεύω} concionari, Idem significat quod concionem habere. Cic. 1. Tuscul. Quæ quum ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atque ita velut superiore è loco concionandum.
Concionari apud populum. Cæsar 1. bel. Ciuil. Quibus rebus cognitis Cæsar ad populum concionatur.
Concionari de aliquo, aut de re aliqua. Cicero ad Cornificium, libro 12. 22, At etiam de te concionatur: nec impune. nam sentiet quos lacessierit.
De religionibus sacris, & cæremoniis est concionatus. Cicero de Arusp. resp.
Ex turri alta concionari. Cic. 5. Tuscul.

Concionans {δημηγορῶν} Participium. Plin. lib. 34. cap. 8, Fecit & concionantem manu elata.

Concionator, penult. prod. Verbale {ἐκκλησιαστὴς, δημηγόρος} Qui concionatur. Cic. 4. in Catil. Intellectum est quid intersit inter leuitatem concionatorum, & animum verè popularem.

Concionabundus, Qui concionatur. Liuius 5. ab Vrbe, Hæc propalàm concionabundus in dies magis augebat iras hominum.

Concionalis, penultima producta { δημηγορικὸς } Adiectiuum, vt Concionalis senex, Qui concionatur & docet, siue concionari consueuit. Liuius 3. ab Vrbe.

Concionalis clamor, Qualis in concionibus esse solet. Cicero ad Qu. frat. lib. 2. 11, Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus propè concionali.

Concionalis hirudo. Vide HIRVDO.

Concionale genus causarum, quod & deliberatiuũ dicitur. Quintilianus lib. 9. cap. 4, Iudiciale & concionale, vt materia varium est, sic etiam collocatione verborum.

Concionarius, Adiectiuum { δημηγορικός. } Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 7, Vehementer esse prouidendum ne opprimatur concionario illo populo à se propè alienato.

Concionatorius, Adiectiuum { ἐκκλησιαστικός. } Gellius, Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem venit, &c.

Concipilare { συναρπάζειν } Dictum à Næuio, pro corripere, & inuolare: inquit Festus. Plaut. Trucul. 11,

-quem ego

Affatim iam iam concipilabo?

Concipio, concipis, penultima correp. concepi, penultima producta, conceptum { συλλαμβάνειν } concipere, Ex con, & capio, Simul capere, apprehendere.

¶ Concipere mulieres dicuntur, quum vtrunque genitale semen in earum vtero coit ad fœtum faciendum. ¶ Aues etiam concipere dicuntur. Plinius libro 10. cap. 33, Perdices concipiunt superuolantium afflatu.

Concipere ex aliquo. Cic. pro Cluent.

Oua concipere dicuntur pisces. Plin lib 9. cap. 51, Ita fit vt sola piscium & animal pariant, & oua concipiant.

Animo non feruili aliquid concipere. Tacit. lib. 2, Fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, non seruili animo concepit. Simile est illud Paterculi libro 2, Varus Quintilius quum exercitui qui erat in Germania, præesset, concepit esse homines, qui nihil præter vocem membráque haberent hominum.

Alicuius rei imaginem animo concipere. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Auribus cupiditatem concipere. Cic. 6. Verr.

Ingenio concipere aliquid. Ouid. 1. de Remed. amor.

Mente concipere. Ouid. 2. Metamorphoseos,

Ergo vbi vaticinos concepit mente furores.

Verbis concipere aliquid. Cic. 3. Offic.

¶ Buccina aërem concipit. Ouid. 1. Metam.

Æthera concipere mente. Ouid. 1. Metam.

Amorem rei alicuius. Ouid. 10. Metamorphoseos,

Sculpsit ebur, formámque dedit, qua fœmina nasci

Nulla potest, operisque sui concepit amorem.

Aquas concipit Iris. Ouid. 1. Metam.

Bella cum aliquibus. Silius lib. 13.

Calorem. Celsus lib. 5. cap. 6, Donec omnis calor qui conceptus est, finiatur.

Curam. Virg. l. 11. Æneidos,

-ducis & tu concipe curam.

Dedecus Cic. 1. Offic.

Dolorem à se ipso. Cic. 3. de Nat. deor.

Flagitia animo. Cic. 1. de Nat deor.

Flagitium cum aliquo Cic. pro Sylla.

Flammam concipere dicuntur tormenta. Cæsar 2. bel. Ciuil. Hunc sic distulit ventus, vt vno tẽpore agger, plutei, testudo, turris, tormentáque flammam conciperent. Id est inflammarentur.

Fœdus. Virg. 12. Æneidos,

Aut tu bella cie, conceptúmque excute fœdus.

Fraudes concipere in. Cicero 1. Tuscul. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent, quibus cæcati velut domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent, vel in Repub. violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis demum quoddam iter esse seclusum à concilio deorum.

Furias. Virg. 4. Æneidos,

Ergo vbi concepit furias euicta dolore, &c.

Furorem. Sil. lib. 5.

Furores mente Furiis agi. Ouid. 2. Metam.

Habitus in pronuntiando concipere. Quintil. lib. 3. cap.

Ignem. Lucret. lib. 6,

Stupa iacit flammas concepto protinus igne.

Irarum sæuos ignes. Valer. lib. 1.

Imperium concipere, Est ex destinato suscipere. Rhenanus in Castigat. in Tacitum lib. 18.

Concipere inimicitias cum aliquo ex re aliqua. Cæsar 3. bel. Ciuil. Prodit Libo, atque excusat Bibulum, quòd is iracundia summa erat, inimicitiásq; habebat etiam priuatas cum Cæsare ex ædilitate & prætura conceptas.

Intelligentias adumbratas animo mentéque. Cic. 1. de Leg.

Iras ingentes animo. Ouid. 1. Metam.

Iram acerbiorem intimo odio & corde. Cic. 4. Tusc.

Iusiurandum concipere, quid sit, ex verbis Taciti intelligere possumus, libro vigesimo: Sic enim inquit de delatoribus, Signo vltionis in accusatores dato, petit à Cæsare Iunius Mauricus: à Cæsare. i. Domitiano, vt commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret quem quisque accusandũ poposcisset. Consulendum tali super re Principem respondit. Principem. i. Vespasianum patrem. Senatus inchoantibus primoribus iusiurandum concepit, quo certatim omnes magistratus, cæteri vt sententiam rogabantur, deos testes aduocabant, nihil ope sua factum, quo cuiusquam salus læderetur: neque se præmium aut honorem ex calamitate ciuium cepisse: trepidis, & verba iusiurandi per varias artes mutantibus queis flagitij conscientia inerat. Id est iis qui delationum conscientia vrgebantur, conceptionem, hoc est formulam iuramenti mutantibus, vt solent qui fallaciter iurant. Idem alibi, Auxilia è Gallia hortantibus præfectis statim à Vitellio desciscunt, vetus miles cunctabatur, sed adigente Flacco dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans. Et quum cætera iusiurandi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes aut leui murmure, & plerunque silentio transmittebant. Conciperent (inquit) id est exprimerent, & integram sacramenti formulam pronuntiarent: vt illi qui asseuerantèr & præsidenter iurant conscientiæ fiducia. Est ergo concipere, ad certam formulam exprimere. Hæc Budæus.

Concipere libellos appellatorios, apud Vlpianum, l. 1. in fine. D. de appellat.

Concipere lucem diei dicitur locus quicunque à Sole illuminatur. Lucret. lib. 1.

Maculam. Cic. pro Rosc. Amer. Ex quo si qua màcula cõcepta est, non modò elui non potest, verùm vsque eo permanat ad animum, vt summus furor atque amentia consequatur.

Metum in se. Plaut. Amph 4,

Igitur magis maiorem in modum in sese concipiet metum.

Morbum. Colum. lib. 7. cap. 5, Sed is morbus ætate plerunque concipitur.

Mortem. Cic. 1. Tuscul.

Nefas aliquod mente. Ouid. 10. Metam.

Noxam. Colum. lib. 12. cap. 3.

Odium in bonos. Cic. ad Quirites post reditum.

Opinionem. Colum. lib. 9. cap. 14, Notior est ista vetus agricolis concepta opinio.

Periculum conceptum parturire. Cicero pro Murena, Hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, consilio discutiam & comprimam.

Preces. Seneca Herc. fur. 11.

Concipere radices dicitur arbor, quum agit radices. Vlpianus in l. Vitem. §. 1. D. Arborum furtim cæsarum.

Conceptio verborum. Pomponius l. 5. §. 1. D. De verb. oblig.

Scelus magnum concipere. Cic. pro C. Rabirio, Quodnam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi Iudices?

Concipere in se scelus. Cic. 3. Verr. Ac non sic statuerit, non illum maius in sese scelus concepisse, &c. Id est grauius peccasse.

Scelus cõcipi dicitur, quod suscipitur. Rhenanus in Castig. in Tacitum, lib. 18.

Semina concipit terra. Cic 2. de Nat. deor.

Sitim. Ouid. 5. Metam.

Spem. Ouid 6. Metamorphoseos,

-iugulum Philomela parabat,

Spémque suæ mortis viso conceperat ense.

Spem alicuius regni. Colum. lib. 3 cap. 9, Spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Liu. 4. ab Vrbe, In ea Sp. Melius spem regni conceperat.

Spem de aliquo concipere. Plinius Iunior lib. 1. epist. 10.

Spe aliquid concipere. Liuius Decad. 4. libro 3, Hoc spe concipere, audacis animi fuisse.

Summas. Liu. 3. ab Vrbe. Difficile ad fidem est, in tam antiqua rè quot pugnauerint ceciderintve, exacto affirmare numero. Audet tamen Antias Valerius concipere summas, &c.

Summa de aliquo concipere. Quintil. in proœm. lib. 6.

Superstitiosa concipiunt animi imbecilli. Cic. 2. de Diuin.

Triste aliquid concipere pectore. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7,

Pectore concipio nil nisi triste meo.

Vadimonium. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 2. 16, Trebatium quòd ad se miserim, persalsè & humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim in tanta multitudine eorum qui vnà essent, quenquam fuisse qui vadimonium concipere posset. Id est qui vadimonij formulam dictare posset. Inde conceptum iusiurandum, quod certa formula delatum est. Budæus.

Ventum. Plin. lib. 16. cap. 31, Platani plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum.

Concipere verba. Liu. 7. ab Vrbe. Super lectum stãs ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset, verba iuraret, se patris eius accusandi causa concilium plebis nunquam habiturum, &c. Ouid. lib. 10. Metamorphoseos,

Tum verò Paphius plenissima concipit heros

Verba, quibus Veneri grates agit.

Conceptis verbis iurare, Id est dictatis à deferente iuramentum, & ex arbitrio adiurantis: hoc est adigentis ad iusiurandum pernotatis. Plaut. Pseud. 5,

Iurastin' te illam nulli venditurum, nisi mihi?

BAL. Fateor. CAL. nempe conceptis verbis. BAL. etiam consultis quoque. Id est non modò dictatis à te verbis, sed etiam cogitatis, animaduersis, præmeditatis. Hæc Budæus.

Conceptis verbis peierare. Cic pro Cluent. Dixit se scire illum verbis conceptis peierasse. Id est inexpiabili periurio sese contaminasse, inquit Budæus. Sic Valerius Maximus libro 4. capite 1. de Africano posteriore.

Vires concipere. Plinius lib. 17. cap. 22.

Siue inde occultas vires & pabula terræ Pinguia cõcipiunt. Virgilius 1. Georgic. De agris.

Vitium concipere. Cic. 3. de Leg. Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quòd non solùm vitia concipiunt, sed ea infundunt in ciuitatem.

Voces alicuius mente concipere. Ouid. 1. Fast.

Concipere & comprehendere animo voluptatem. Cicero 2. de Finibus.

Vota Ouid 7. Metam.

Concipitur, Passiuè dixit Lucret. lib. 1,

-per te quoniam genus omne animantum Concipitur, &c.

Pars animæ concipitur cordis parte quadam, quàm ventriculum cordis appellant. Cic.2.de Nat.deor. Id est, continetur.

Concipiens { [illegible] } Participium. vt, Concipiens & Comprehendens natura. Cic.2.de Nat.deor.

Spiritus plura iusto concipiens. Quintil.lib.2.cap.4.

Conceptus { [illegible] } Participium. vt, Concepta æstu pestis. Colum.lib.7.cap.5.

Conceptum aliquid ac meditatum. Cic. de Arusp.resp.

Concepta è leone. Plin. lib.8.cap.16.

Ex virginis furtiuo stupro conceptus. Seneca Troad.4.

Furto conceptus dicitur, qui non legitimo matrimonio natus est. Ouid.2.Fastorum,
Iam tria lustra puer furto conceptus agebat.

Crimen conceptum. Id est conceptus fœtus ex impio quodam & nefario concubitu. Ouid.10.Metam. de Cinyra,
Semina fert vtero, conceptáque crimina portat.

Conceptum furtũ in iure dicitur, quum apud aliquẽ testibus præsentibus, furtiua res quæsita & inuenta sit. Nam in eum propria actio constituta est, quamuis fur non sit, quæ appellatur concepti. §.4. Inst. de oblig. quæ ex delict. & apud Paulum lib.2.Sent.cap.31. Hotoman.

Infans malè conceptus, Id est non ex legitimo viro. Ouidius 10. Metamorph.

¶In bonum & æquum concepta actio. Papinianus in l. Quæsitum est. D.de Sepulchro violato, Dixi eum rectè ea actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta est; id est qua actione qui experitur, ita intendere petitionem potest, vt non vltra petat, quàm quod præstari & æquum & bonum est. Budæus.

Dulcedinem alicuius conceptam animo inclusam continere. Cic. Antequam iret in exilium.

Conceptum fœdus excutere. Virg.12. Æneid. Id est placitum animo fœdus prædestinatúmque vt fiat. Seruius.

Furor conceptus. Seneca Hippol.3 14.

Furor ex maleficiis conceptus. Cic.7.Verr.

Conceptum ferens Mænas Lyæum. Seneca Herc.OEth.4.

Numen conceptum virgineo pectore. Lucan.lib.5. Id est diuinus & fatidicus spiritus ingressus Pythiæ virginis pectus.

Semen conceptum. Cic.2.de Diuinat.

Turpitudo atque infamia aliquot iam per annos alicui concepta. Cic.2.Verr.

Conceptus, huius conceptus { [illegible] } pro ipso fœtu. Plin.lib.20 cap.22, Non edendum grauidis, nisi mortuo conceptu, quippe etiam impositum eiicit. De Sisymbrio loquitur.

¶Conceptus { [illegible] } Actus ipse cócipiendi. Cic.1.de Diuin. Quædam etiam ex hominum pecudúmve conceptu & satu, ostentorum exercitatissimi interpretes extiterunt.

Terræ conceptu generari & edi. Cicero de Vniuersit. Oceanum Salaciámque cæli satu terræq; conceptu generatos editósque memoremus.

Conceptus animi. Firmic.lib.5.cap.12, Mars homines faciet superbos, audaces, sæuos, iracundos, & qui omnes animi sui conceptus studeant ad finem vsque deducere.

Conceptio { [illegible] } Verbale, Idem. Plin.lib.22. cap.22, Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum. De caucalide herba.

Contra naturam conceptio. Cic.2 de Diuinat.

Formularum conceptio. Paulus in l.actio negotiorum. D.de Negotiis gestis, In extraordinariis iudiciis vbi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est.

Verborum conceptio. Pomponius in l.5.§.D.de verb.oblig. Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturúmve se quod interrogatus est, responderit.

¶Conceptio, absolutè, Idem quod formula. Cicero de Inuent.libro 2, In iure exceptiones postulantur, & quodammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio priuatorum iudiciorum constituitur. Paulus l.3. D.de accusat. Libellorum inscriptionis conceptio talis est.

¶Conceptio apud Vitruuium comprehensio est, & complexio, vt quum ab eo mundus definitur omniũ naturæ rerum conceptio summa. Mundus enim sua amplitudine rerum summam complectitur, continet, arcet. Turnebus.

Conceptaculum, conceptaculi, penul.corr. { [illegible] } Vbi quid concipitur. Plinius libro 11. cap.37, Superbia alibi cóceptaculum, sed hic sedem habet. Id est in superciliis.

Conceptiuæ feriæ Festo dicebantur, quæ certis diebus quotannis obseruabantur, vt Sementinæ & Compitalitiæ. Festus, Erant autem apud veteres quatuor publicarum feriarum genera. Nam aut statiuæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis obseruabantur, & eodem semper die in fastis annotabantur: nos hodie festa immobilia vocamus. Aut conceptiuæ, quæ quotannis quidem fiebant, sed modò hoc, modò illo tempore, vt magistratui videbatur: quales erant Latinæ feriæ, Sementinæ, Compitalia, & Agonalia. Imperatiuæ verò, quæ quotannis fieri non consueuerant, sed propter valetudinem Principis, aut insignem victoriam, aut etiam imminens periculum à magistratu imperabantur. Nundinæ autem feriæ erant rusticorum causa, nono quoque die institutæ, vt quum octo diebus in agris fuissent, ad emenda necessaria nono die in vrbem conuenirent. Vide hæc latius apud Macrobium, lib.1 Saturnal. cap.19.

Concepto, ptas, ptare, Frequentatiuum. Arnobius libro 4. aduersus gentes, His in lucem prodeũt generationibus dij vestri, quibus asini, porci, canes: quibus immunda hæc omnis conceptatur & gignitur terrenarum proluuies bestiarum?

Concisus, Concisè, Vide CONCIDO.

Concito, concitas, concitare. Vide CONCIEO, concies.

Conclamo, conclamas, penultima producta { [illegible] } conclamare, Simul clamare. Cic.6.Philip. Quum vos vniuersi vna mente atque voce iterum à me conseruatam esse Remp. conclamastis.

Conclamant socij lætum Pæana secuti. Virg.10. Æneid. Id est præ gaudio efferuntur clamore.

Conclamare, cum gerundio. Virg.2. Æneid. Ducendum ad sedes simulacrum, orandáque diuæ Numina conclamant.

Cum indecora exultatione conclamant. Quintilianus libro 2. capite 2.

Conclamare iterum altiore voce. Catul.epigr.39.

Conclamare ad arma. Liuius 3.ab Vrbe.

Socios. Ouid.3.Metam.

Victoriam. Cæsar 5.belli Gal.

¶Conclamare, pro Clamare. Cæsar 1.bel.Gall. Quos quũ apud se in castris Ariouistus conspexisset, exercitu suo præsente, conclamauit, quid ad se venirent?

Planctu conclamat vterque Isthmos. Stat.6.Thebaid.

Conclamari, Impersonale. Plaut. Menæch.24, Vis conclamari auctionem fore quidem?

Conclamatum est. Terent Eunuch.2.3,
Desine, iam conclamatum est. Vbi Donatus, Conclamatum est, transactum ac finitum. vt, Cóclamata corpora, quæ nihil reliqui iam habent ad vitæ officia. Lucanus lib.2,
-corpora nondum
Conclamata iacent. Aut Conclamatum, satis deploratum, satísque vociferatum est: quia dixerat, O infortunatum senem, si & hic amare cœperit. Tanquam dicat, Iam occisum patrem, tandem scimus, iámq; deflemus. Hæc Donat. Seruius autẽ exponens illud lib 6 Æneidos, Pars calidos latices, &c. Plinius, inquit, in naturali historia dicit hanc esse causam vt mortui & calida abluantur, & per interualla conclamentur: quòd solet plerunque vitalis spiritus exclusus putari, & homines fallere. Denique refert quendam suppositum pyræ, adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari. Vnde & seruabantur cadauera octo diebus, & calida abluebantur: & post vltimam conclamationem comburebãtur. vnde traxit Terentius, Desine, iam conclamatum est. Hæc Seruius.

Conclamare vasa, Exercitu castra moturo, conclamari solet vt vasa colligant. Cæsar 1.bel.Ciuil. Quo cognito signum dari iubet, & vasa militari more conclamari.

Conclamatio { [illegible] } Verbale, Multorum clamor. Seneca, libro 1.de Clementia, Et quũ ille in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset conclamationem tot millium sub gladio percuntium, &c.

Lamenta, conclamationes. Tacit.lib.20.

Conclamito conclamitas, penultima correpta { [illegible] } conclamitare, Frequentatiuum. Plaut. Merc.3, Conclamitare tota vrbe, & prædicare.

Conclaudo, conclaudis conclausi, conclausum { [illegible] } conclaudere, Simul claudere, concludere. Vnde Conclausa semina apud Columellam, lib.3.cap.12, Eadémque velut conclausa & coarctata semina comprimere atque strangulare.

Conclaue conclauis, neutri generis. vel hæc conclauis, huius conclauis, penultima producta { [illegible] } Est (inquit Donatus) separatior locus in interioribus tectis: vel quòd intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. Terentius Heaut.5.1,
Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retró. Sic Cicero 1.de Diuinat. Conclaue illud vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit.

Committere se in conclaue. Vide COMMITTO.

Conclaue Cicero pro Triclinio vsus est, licet triclinij vocabulo vtatur 6.Verr. Nam vt in singula conclauia, quæ iste non modò Romæ, sed omnibus in villis habet, tricenos lectos optimè stratos cum cæteris ornamentis conuiuij quæreret, nimium multa comparare videretur. Budæus.

Conuertere conclaue in vsum ædium. Neratius in l. Quod conclaue. D.de Damno infecto, Quod conclaue binarum ædium dominus ex aliis ædibus in aliarum ædium vsum conuertit, &c. Vbi conclaue cubiculum vel quancunque ædificij partem vocare videtur, ad quod duabus clauibus acceditur, Id est duobus ostiis. Budæus.

Currere per totum conclaue. Horat.2.Serm.sat.6.

Inferior porticus & eius conclauia fiunt rectè. Cicero Qu. fratri libro 3.24.

Conclauia, dicuntur loca quæ vna claue clauduntur, inquit Festus.

Conclauatæ, dicebantur quæ sub eadem erant claue. Author Festus.

Conclauium, conclauij { [illegible] } Idem. Plaut. Aulul.12,
Et conclauium mihi peruium facitis?

Concludo, concludis, conclusi, conclusum, penult.prod. { [illegible] } concludere, Simul claudere.

Auras concludere follibus. Horat.1.Serm.sat.4.

Concludere in cauea, naui, &c. Plaut. Curcul.8,
-quia enim in cauea si forent
Conclusi. Idem Rudente, 10,
-ibidem in naui conclusit ipse.

Intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore deus. Cic. de Vniuersit.

Concludere se in cellam. Terent. Adelph.4.2.
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam. Plautus Casina, 2, Concludere in fenestram firmiter.

In paruum quendam & angustum locum concludere ius ciuile. Cic.1.de Leg.

Concludere aliquó. Terent. Eunuch.4.3.

Concludar hoc. Terent. Andr.2.3, Vt ab illa excludar, huc concludar. Legitur &, hac concludar.

¶Concludere res multas in vnum diem. Terent. Eunuch.5.9,
An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,
Quæ tot res, tantas, tam opportunè in vnum conclusit diem?

Concludere aliquem in angustissimam formulam sponsionis. Cic. pro Rosc. Comœdo.

Orator concluditur in ea quæ sunt in vsu ciuitatum vulgari ac forensi. Cic. 1. de Orat.

¶ Cingitur atque concluditur ipse portus vrbe. Cic. 7. Verr.

Sulco concludere locum tecto. Virgil. 1. Æneid. Id est ad tectum. Seruius.

Domo aliquem concludere. Senec. Hippol. 2.

¶ Concludere, pro obturare. Valer. Flac. lib. 1. Argon.

¶ Concludere, Finire. Cicer. de Amic. Quamobrem ad illam primam redeamus, eámque ipsam concludamus aliquando. Budæus.

Verborum descriptus ordo aliàs alia terminatione concluditur. Cic. in Orat.

Concludere atque perorare. Cic. 2. de Orat.

Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Verr. Vt aliquando totam huius generis orationem concludam ac definiam.

Concludere multa vno fine. Cic. 4. de finib. Et duo nobis opera pro vno relinquunt, vt alia sumamus, alia appetamus, potius quàm vno fine omnia concludant.

Argumentationem. Cic. in Orat.

Argumentum ratione. Cic. in Orat.

Conclusurum me esse crimen decumarum dixeram. Cic. 5. Verr.

Concludere epistolam. Cic. Attic. lib. 9, Concludis epistolam quandam hoc modo.

Concluditur extremum. Cic. ad Attic. lib. 11.

Perorationem. Cic. in Orat.

Circumscriptione quadam comprehendere ac concludere sententiam. Cic. de Claris Orat.

Explere atque concludere sententias. Cic. in Orat.

Versum cõcludere, Est versum perficere suis numeris & pedibus, nulla etiam adhibita elegantia. Horat. 1. Serm. sat. 4.

-neque enim concludere versum
Dixeris esse satis.

¶ Concluditur verbis interdicti, pro comprehenditur. Cicer. pro Cecin. Ea tametsi verbis interdicti non concluditur: tamen sententia iuris atque authoritate retinetur.

Laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. Cic. pro Murena.

Conclusus, pen. prod. {συγκεκλεισμένος} Participium, vt, Conclusa aqua. Cic. 2. de Nat. deor.

Corio conclusæ res. Lucret. lib. 4,
Proptereáque ferè res omnes, aut corio sunt,
Aut cute conclusæ, &c.

Locus conclusus. Lucret. lib. 4.

Circumscriptio. Cic. in Partit.

Conclusum & comprehensum. Vide COMPREHENSVM.

Conclusum opponitur ei quod dicitur Dispersum aut dissipatum. Cic. 1. de Orat. Omnia ferè, quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt.

Perfectum atque conclusum. Cic. 4. Verr. Inuenietis id facinus natum à cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atque conclusum.

Concluse Aduerbium {συγκεκλεισμένως} Cic. in Orat. Quum, vt fit, fortuitò sæpe aliquid concluse, aptéque dicerent. Hoc est, numerosam periodon funderent.

Conclusio, Verbale {συμπέρασμα, ἐπίλογος} Finis & perfectio.

Vocis moderatio, & verborum conclusio. Cic. 3. de Orat.

Conclusio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, nostri modò perorationem, modò cumulum vocant. Nam cumulus propriè aceruus est: & in conclusione omnia quasi in vnum aceruum colliguntur. Sipont.

Extrema pars & conclusio muneris & negotij. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Vt tanquam poetæ boni, & actores industrij solent, sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotij diligentissimus sis.

Acutæ conclusiones. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Certæ & crebræ. Quintil. lib. 5 cap. 14.

Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Quintil. libro 7. cap. 4.

Nulla conclusio est assumptione non concessa. Cic. 2. de Finib.

Vna conclusione finiri. Quintil. lib. 3 cap. 3.

¶ Conclusio, pro Argumentatione & ratione. Cic. 4. Acad.

Conclusiuncula, penult. corr. Diminutiuum. Cic. 4. Acad.

Contortulæ quædam ac minutæ Stoicorum conclusiunculæ. Cic. Tuscul. quæst. lib. 2.

Concœnatio. Vide COMPOTATIO.

Concolor, pen. corr. concoloris, pen. prod. om. g. {ὁμόχροος} Eiusdem coloris: vt, Concolor cicatrix. Plin. lib. 28. cap. 9.

Flos de sanguine concolor ortus. Ouid. 11. Metam. de Adonide.

Concolor est ei. Colum. lib. 7. cap. 3.

Concopulo, concopulas, concopulare, Idem quod simplex copulare. Lucret. lib 6,
Denique res auro argentum concupulat vna, &c. Chrysocollam intelligit, id est auri gluten: quod quomodo fiat disce ex Plinio lib. 33. cap. 5. Lambinus.

Concoquo, concoquis, penult. corr. concoxi, concoctum {συμπέσσω, πέσσω} concoquere. Varr. 2. de Re rust. cap. 10, Vel ad focum afferre ligna, ac cibum concoquere.

¶ Concoquere cibos. Cic. 2. de Nat. deor. Eadémque hæc auis scribitur conchis se solere complere, easque quum stomachi calore concoxerit, euomere. Catul. epigr. 20,
-bene nam valetis omnes Pulchrè concoquitis.

Ad concoquendum facillimus cibus. Cic. 2. de Finib.

Mutari & concoqui vt possit quod aluus recipit, arcet id & continet. Cic. 2. de Nat. deor.

Κρίσιν concoquere. Cicero Varroni, lib. 9. 4, Nunc vide vtra te κρίσις magis delectet, χρηστομαθής ne, an hæc quam noster Diodorus non concoquebat.

¶ Concoquere, per translationem, pro Ferre & pati. Liuius 4. ab Vrbe, Vt quem Senatorem concoquere ciuitas vix posset, regem ferret.

Diu deliberare & concoquere vtrum, &c. Cicero pro Qu. Rosc. Comœdo.

Concoquere odium. Cic. ad Quint. frat. lib. 3. 24, De epistola Vatinij risi. sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam.

Concoctus {πεπεμμένος} Participium. vt,

Odores oliuo concocti. Lucret. lib. 2,
-mistos in corpore odores,
Concoctósque, suo contactus perdere viro. Id est virulentia & malo odore. Odores concoctos, Id est vnguenta odorata cum oleo cocta.

¶ Concoctus, pro Cocto. Celsus lib. 3. cap. 22. De tabe.

Concoctio, Verbale {πέψις, πέπανσις} Plin. lib. 11. cap. 37, Aues quoque geminos sinus habent, quædam vnum quo merguntur recentia: vt guttur: alterum, in quem ex eo dimittunt concoctione maturata.

CONCORDIA, Italiæ vrbs Carnorum, Plinio lib. 3. cap. 1, & item Melæ & Ptolemæo, nomine adhuc durante. ¶ Est & Concordia, Hispaniæ ciuitas Ptolemæo: & Concordienses, Bæticæ populi.

Concordia, dea apud Romanos: cuius ædem C. Flauius, Cn. filius dedicauit in area Vulcani, summa inuidia nobilium. Liuius lib. 9. ab Vrbe. Cic. pro Domo, Si sedem ipsam ac templum publicè consilij religione Concordiæ deuinxisset. De Concordiæ festo & templo, vide comment. Fastor. Ouid. pag. 75.

Cella Concordiæ. Cic. 2. Philipp. Quum in hac cella Concordiæ (ô dij immortales) in quo me Consule salutares sententiæ dictæ sunt, &c.

Concordialis {ἀργεμώνη} Herba est syluestris, papaueri similis, quæ quod argemati oculorum medeatur, a Dioscoride Argemone est appellata.

Concorporo, concorporas, pen. corr. {συσσωματόω} concorporare, Simul corporare, & ex pluribus mistis vnum facere. Plinius libro 22. cap. 24, Semper mulsum ex vetere vino vtilissimum, facillimeque cum melle concorporatur. Idem lib. 27. cap. 12, Eadémque vitiligines concorporat.

Concors, concordis, om. g. {ὁμογνώμων, ὁμόφρων, ὁμόνοος, ὁμοψυχος} Qui vnius mentis, siue vnius animi est. Plaut. Aulul. 15,
Et multo fiat ciuitas concordior. Cicero 1. Tuscul. Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordésque dicuntur.

Amicitia & charitate concordi se complecti. Cic. de Vniuers.

Animæ concordes. Virgil. 6. Æneid.

Concordes aquæ. Plin. lib. 5 cap. 9, Nec antè Nilus, quàm se totum aquis concordibus rursus iunxit.

Vnanimo nisu & concordibus ausis. Silius lib. 5.

Concors figura. Plin. lib. 7. cap. 12, Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem.

Æquata fronte & concordi currere fræno. Silius lib. 16.

Fræna iugo concordia ferre. De equis dictum. Virg. 3. Æneid.

Concordissimi fratres. Cic. pro Ligar.

Fuga concors. Silius lib. 16.

Insania. Sil. lib. 4,
Ambobus velox virtus geminúsque cupido
Laudis, & ad pugnas Martémque insania concors.

Mensæ. Lucan. lib. 4.

Miles. Id est milites concordes. Sil. lib. 8.

Parcæ. Virgil. 4. ecloga,
Talia secla suis dixerunt currite fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ. Nam & quod vna dixerit, duæ sequuntur: & fixa sunt statuta fatorum. Horatius,
Quod semel dictum, stabilisque rerum terminus seruet. Seruius.

Pars concors & sine lite. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2.

Pax. Ouid. 1. Metam.

Præsidiis concordibus cingere aliquem. Claud. 2. Paneg.

Simulacra. Sil. lib. 13,
Succedunt simulacra virûm concordia, patris
Vnanimisque simul patrui. Id est æqualia. De Scipionibus.

Concors sibi dicitur, qui bene sibi constat. Senec. 1. De vita beata.

Sonus concors. Ouid. 5. Metam.

Moderatus & concors ciuitatis status. Cic. 3. de Leg.

Torus concors. Propert. lib. 4. eleg. 5.

Concordia {ὁμόνοια, ὁμοφροσύνη, ἁρμονία} A corde congruente dicitur. Salust. Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

Coniunctio & concordia. Cic. 5. Verr. Tantámque habebat morum similitudo coniunctionem atque concordiam, vt, &c.

Concordia & conspiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem facta. Lentulus Consulibus & Senatui, lib. 12. epist. famil. Cic. epist. 15.

Pax & concordia extraneis gignetur. Cic. Antequam iret in exil.

Reconciliatio concordiæ. Cic. 3. in Catil.

Fiendi concordia. Ouid. ad Liuiam.

Veneris concordia. Ouid. 13. Metam.

Candida cõcordia. Ouid. lib. 1. Fast. Quòd pura & sancta sit, quòd benigna ac multorum bonorum mater.

Concordia communis sanguinis vinculo constricta: Valer. Max. lib. 4 cap. 6, vbi de Iulia. Loquitur de concordia inter Pompeium & Cæsarem ob Iuliam Cæsaris filiam, quæ Pompeio nupserat.

Discors concordia dicitur rerum quæ quum inter se diuersæ sint, tamen commistæ vnum quoddam corpus conficiunt, dum vna alterius vires temperat & coercet. Ouid. lib. 1. Metamorphoseos,
-Et discors concordia fœtibus apta est. Horat. 1. epist. 12.

Discordem concordiam vocat Lucanus simulatam amicitiam, vt quum illum amplecti & colere videmur, quẽ tamen tacito odio prosequimur, lib. 1, de Cæsare & Pompeio,

Felix. Propert. lib. 3. eleg. 6. in fine.

Mitis. Ouid. 3. Fast. in fine.
Sociata neruorum concordia. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Sociata tradentis, accipientisque concordia. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Nummarius interpres pacis & concordiæ. Cic. pro Cluent.
Alicui concordia coniunctissimum esse. Cic. pro Cluent.
Ad concordiam rem adducere. Cic. Attic. lib. 7.
Confirmare concordiam cum aliquo. Cic. 13. Philip.
Concordiam conglutinare. Cic. 1. ad Attic.
Concordiam constituere. Cic. 8. ad Attic.
In pristinam concordiam reducere aliquos perfidia hominum distractos. Balbus Ciceroni, in epist. ad Atticum, lib. 8.

Concordialis, & hoc concordiale, penult. prod. Firmicus. lib. 6. cap. 32.
Concordialibus vinculis copulentur.

Concorditas, pen. corr. (ὁμόνοια) pro Concordia, apud Pacuuium, aliósque veteres, Concorditatem, inquit, hospitio adiunctam, perpetem probitatem conseruetis.

Concorditer, penultima correpta (ὁμονοητικῶς) concordius, concordissimè, Aduerbium. Cic. pro Rab. Et tibi acerbior patrui mors est, quem nunquam vidisti, quàm illi eius fratris, quicum concordissimè vixerat.
Congruere concorditer inter se. Plaut. Curcul. 6.

Concordo, concordas (ὁμονοέω, συμφωνέω, ὁμοφρονέω) concordare, Conuenire. Terent. Phorm. 2. 3.
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet.
Sanitas animi dicitur, quum eius iudicia opinionésque concordant. Cic. 4. Tuscul.
Bene cócordatum matrimonium dirimere. Papinianus in l. Miles. §. Licet. D. Ad legem Iul. de adult.

Concratitius (πλεκτός) Adiectiuum à Crates, cratis: vt, Paries concratitius, qui cratibus insertis fit. Vlpianus in l. Cum duobus. §. Item Mela. D. Pro socio, Item Mela scribit, si vicini semipedes inter se cótulerint, vt ibi concratitium parietem inter se ædificarent, ad onera vtriusque sustinenda, &c. Concratitius autem paries est Papiniano, qui Latinè propriè Intergerinus appellatur, qui à vicinis constructus, veluti intergerit, id est communiter gerendo est. Vide Vitruuium, & Intergerinus, in INTERGERO. Hodie legitur Cratitius, de quo suo loco.

Concredo, concredis, pen. prod. concredidi, concreditum, pen. corr. (παρακατατίθημι) concredere, Idem quod credere. Id est seruandum dare, & fidei alicuius tradere. Plaut. Aul. 3.
Sed mihi anus huius obsecrans concredidit thesaurum auri.
Concreduo, per u inter d & o, dixere veteres. Plaut. Aulul. 16.
Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo.
Concredere mari nauigia. Vide CONCIDO.
Concredere aliquid taciturnitati alterius. Plaut. Trinum 4.
Venus aliquid concredere. Catul. epigr. 59.
Nugas alicui suas concredere. Horat. 2. Serm. sat. 6.
Concredere vites teneriores calido solo. Colum. lib. 3. cap. 1.
Concredere aliquem in custodiam alterius. Plaut. Merc. 5.
Commendare & concredere fortunas suas alicui, famam, &c. Cicero pro Rosc. Amer.

Concremo, concremas, pen. corr. (συγκαίω) concremare, Idem quod cremare. Plin. lib. 12. cap. 18, Periti rerum asseuerát, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit.
Concremare igni. Liuius 6. ab Vrbe.
Vrbs concremetur. Seneca Thebaid. 2.

Concrepo, concrepas, pen. corr. concrepui, concrepitum, pen. corr. (ἐπικτυπέω) concrepare, à Crepo deducitur, eiusdem cum eo significationis, nisi quòd con auget, teste Donato. Terent. Hecyra 4. 1.
Sed ostium concrepuit.
¶ Concrepant arma, per translationem. Liu. 6. ab Vrbe.
Cymbala Thebano concrepuere deo. Propert. lib. 3. eleg. 18.
Scabella concrepant. Cic. pro Cælio.
Concrepare, aliter. Cicero de Lege Agra. Qui simul ac Decemuiri concrepuerint, armati in ciues, & expediti ad cædé esse possint.
Concrepare digitis. Plaut. Milite, 5.
Concrepare digitis, aliter. Cic. 3. Offic. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta irrepere: hac vi non vtatur. Aliquot pòst verbis velut se explicans, ait: At si dares hanc vim M. Crasso, vt digitorum percussione hæres posset scriptus esse, qui re vera non esset hæres, &c. Vide in Chiliadibus adagium, Ad digituli crepitum. Concrepuerit digitis, hoc est leuissimo momento.
Concrepare gladiis ad scuta. Liu. 8. bel. Pun. Exercitus, qui corona Consulem circundederat, gladiis ad scuta concrepuit.
Manus concrepuere. Ouid. 3. Fast.
¶ Concrepare, actiuè positum. Ouid. 5. Fastorum,
Rursus aquam tangit, Temesæáque concrepat æra.

Concresco, concrescis, concreui, concretum, pen. prod. (συμπήγνυμαι, συγκρυσταλλοῦμαι) concrescere, à Cresco componitur, & simul crescere significat: aliquando etiam coniungi & conglutinari. Cicero 2. de Natura deorum, Quæ neque cóglaciaret frigoribus, neque niue, pruináque concresceret.
Induratus & cócretus alta glacie. Liu. 1. bel. Pun. Vt pleraque velut pedica capta inhærerent, indurata & alta concreta glacie.
Vis concrescendi & liquendi, contraria. Cicer. de Vniuersit. Has ipsas esse omnium causas, quæ vim habeant refrigerandi, calefaciendi, concrescendi, liquendi.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Virgil. 3. Georg. Id est aquæ congelascunt fluctes. Seruius. De frigida Scythiæ regione.
Putres fungi concrescunt. Virg. 1. Georgicorum,
-testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Nam (vt dicit Plinius) quum aer humidus esse cœperit, fauilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines. Seruius.
Imbres concrescunt ventis gelidis. Ouid. 9. Metamorphoseos,
Vtque ferunt imbres gelidis concrescere ventis,
Inde niues fieri. Id est in vnum cogi & densari.
Mare concrescit glacie. Ouid. 3. Trist. eleg. 12.
Nubes concrescunt in alto. Lucret. lib. 4.
Mundi orbis concreuit primis seminibus. Id est quatuor elementis. Virg. eclog. 6.
-vt his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis. Id est collectus & informatus sit. Seruius.
Radice concreta tenacius hærere. Claud. Paneg. 4.
Hic tibi concreta radice tenacius hæsit.
Illud funestum animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnium scelerum importunitate & flagitiorum impunitate concretum. Cic. in Pisonem.
Sanguis concreuit frigore. Virg. 12. Æneidos,
Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis. De Turno loquitur. Id est coagulatus est & congelatus.
Terra concrescit frigore. Lucret. lib. 6.
Concresse, pro Concreuisse. Ouid. 6. Metam.

Concretus, pen. prod. (συμπεπηγμένος, συμπεπηγώς, πηκτός) Participium. Cicero 1. Tuscul. Crassus hic & concretus aer.
Aer concretus in nubem cogitur. Cic. 2. de Nat. deor.
Cælum crassum atque concretum, & Aer purus & tenuis velut opposita ponit Cic. 2. de Natur. deor. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum qui terras incolant eas, in quibus aer sit purus ac tenuis, quàm illorum qui vtantur crasso cælo atque concreto.
Pingue & concretum cælum. Cic. 1. de Diuinat.
Terrena concretáque corpora. Cic. 1. Tuscul.
Concretum corpus ex elementis. Cic. 3. de Nat. deor.
Dolor cócretus vocatur ab Ouidio, quo ita obstupescimus, vt nec gemitum edere, nec lacrymas emittere queamus, tanquam horrore nimio congelatas & concretas, lib. 2. de Ponto, eleg. 11.
Lumen Lunæ concretum. Cic. 1. de Diuinat. ex quodam poeta,
Quum claram speciem concreto lumine Luna
Abdidit, &c. Id est, contracto.
Mimus breuiter concretus in artus suos. Propert. lib. 4. eleg. 9.
Mimus & ipse suos breuiter concretus in artus,
Iactabat truncas ad caua buxa manus.
Ex terrena mortalíque natura & caduca cócreta vis. Cic. 1. Tuscul.
Concretus, Coniunctus, conglutinatus. Virg. 6. Æneidos,
Multa diu concreta modis inolescere miris. Plin. lib. 17. cap. 21.
Quum concreti ademere transitum.
Cócretus & coalitus. Gel. lib. 12. cap. 1. Cuius in corpore, cuiúsque ex sanguine concretus homo & coalitus sit?
Aqua frigore concreta. Mart. lib. 4. epigr. 3.
Concretas pigro frigore ridet aquas.
Barba concreta sanguine. Ouid. 14. Metam.
Crines sanguine concreti. Virg. 2. Æneid.
Frigora. Virgil. 2. Georg.
Concreta labes, Affixa & inhærens. Virg. 6. Æneid. Seruius.
Lac. Virg. 3. Georg.
Nix. Lucret. lib. 3.
Concretius semen. Lucan. lib. 4.
Zonæ glacie concretæ. Virg. 1. Georg. De Septentrionali & Australi parallelis loquitur.
Concretum, & Resolutum, contraria. Claud. epigr. 14.

Concretum, concreti, pen. prod. (σύμπηγμα) Coniunctum & conglutinatum. Cic. 1. de Nat. deor. Quæ nil concreti habeat, nil solidi, nil expressi.
Concretum & corporeum. Cic. de Vniuers.
Satum & concretum. Cic. 1. Tuscul.
Orta, generata, concreta. Cic. 5. Tuscul.
Nihil est animis admistum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Cic. 1. Tuscul.

Concretus, huius concretus, pen. prod. (σύμπηξις) Idem quod Concretio. Plin. lib. 12. cap. 16, In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi.

Concretio (σύμπηξις) Verbale. Cic. 1. de Nat. deor. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit.
Mortalis concretio. Cic. 1. Tuscul. Mens segregata ab omni concretione mortali. Hoc est anima seiuncta à corpore.
Praua cócretio. Firmicus lib. 1. cap. 3, Quicquid vitij ex praua concretione corpus habuerat.

Concriminor, pen. corr. concriminaris (διαβάλλω) concriminari, Idem quod criminari. Plaut. Mil. 5, Vt si illic concriminatus fiet aduersus militem meus Conseruus.

Concrucior, concruciaris (συμβασανίζομαι) concruciari. vt, Cócruciari omni corpore. Lucret. lib. 3, Et quasi quum caput, aut oculus tentante dolore Læditur in nobis: non omni concruciamur Corpore. Id est non omnibus simul affligimur membris.

CONCVBIENSES, Populi sunt in Vmbria, sexta Italiæ regione, vt est apud Plin. lib. 3. cap. 14.

Concubo, concubas, pen. corr. & Concumbo, concumbis, concubui, concubitum, pen. corr. (συγκοιμάω) concumbere, Simul cubare, Coire. Terent. Hecyr. 3. 3.
Nam aiunt tecum pòst duobus concubuisse eam mensibus.
Concumbere cum vxore. Cic. de Fato, Quia ita fatum sit & concubiturum cum vxore Laium. Ouid. 3. de Arte,
Credere vix possum, nisi cogat credere partus,
Vos ego cùm vestris concubuisse viris.
Concumbere, datiuo iunctum. Tibul. lib. 1. eleg. 8.
At Venus inuenit puero concumbere furtim.

Concubitor

Concubitor (σύγκοιτος) Qui cum alio cubat: quamuis per translationem accipiatur pro eo qui rem veneream exercet.

Concubitus, huius concubitus, m.g.pen.corr. (συνουσία, μῖξις) Coitus. Plin.lib.10 cap.63, Cæteris animalibus stati per tempora anni concubitus, homini omnibus horis dierum noctiúmque.

Nefandi concubitus. Sen. Agamem.1.
Noui, Horrendi & inusitati. Sen. Hippol.2.
Vagus concubitus. Hoc est meretricius. Horat. in Arte.
Vetitus. Ouid. 10. Metam.
Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus. Celsus lib.1.cap.1.
Fugere concubitus. Ouid.14. Metam.
Indulgere concubitu, pro Concubitui. Virg.4.Georg.
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem soluunt. De apibus.
Pati concubitus. Ouid 3 de Arte.
Petere. Ouid.4. Metam.
Pollutus tragico concubitu. Iuuen. sat.2.
Turpes pecudum concubitus sequi. Virg.6.eclog.
Voluptas solicitat concubitus. Virg.3. Georg.

Concubinus, concubini, pen.prod. (σύγκοιτος) Quintil.lib.1.cap.3, Nostras amicas, nostros concubinos vident. Catul. epigr.56,
Neu nuces pueris neget
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.
Iners concubinus. Catul. epigr.56.
Miser. Catul. epigr.56.

Concubina, concubinæ (παλλακή) Dicebatur ea quam quis non mariti animo, sed concubitus tantùm caussa, sine stupri tamen crimine, flagitióve domi habebat, arg.l.4.D de adult. Cic.1.de Orat. In cócubinæ locum duceretur. Hotomanus.

Concubinatus, huius concubinatus, pen.prod. (παλλακεία) Plaut. Pœnulo,2,
Illam minorem in concubinatum sibi
Vult emere miles quidam.
In concubinatum dare sororem. Vide IN.

Concubium (ἀωρόνυκτον) Quum tempus agendi est nullum, dixerunt veteres, quòd omnes ferè tunc cubarent. Alij intempestam noctem vocant: alij à silere, silentium. Plaut. Trinum. 13,
Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine, concubium
Sit noctis, prius quàm ad postremum perueneris.
Concubia nox, Sæpius apud Valerium noctem profundam significat. Plin.lib.19.cap.6, Alij excoquunt ipsum, & nocte concubia in plumbeum vas condunt. Cic.1.de Diuin. Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somniis ei qui erat in hospitio, &c.

Conculco, conculcas (καταπατέω) concu'care, Idem quod calcare, nisi CON augeat. Cic.ad Atticum, lib.8, Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate ab vtriusque municipiis ex omni genere collectis. Id est Vastari, destrui.
Pedibus conculcare aliquem. Ouid.12. Metam.
Proterere & conculcare aliquem Cic. pro Flac.

Conculcatio (πάτησις) Verbale. Plin.lib.8.cap.18, Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

Concumbo. Vide CONCVBO.

Concupisco, is, pen.corr. concupiui, concupitum, pen.prod. (ἐπιθυμέω) Idem quod cupio. Cic. pro Quint. Sicut tu semper summè cócupisti.

Concupisco, concupiscis, concupiui, concupitum (ἐπιθυμέω) concupiscere, Valde cupere. Cic.4.de Fin. Vt siquis obtumescere concupierit, nihil aliud legere debeat.
Concupiscere & Appetere, Idem. Plin. Iun.lib.3.epist.2, Quamuis enim ista non appetat: tam gratè tamen excipit, quàm si concupiscat.
Mortem concupiscere. Cic.1 de Diuinat.
Quid concupiscas, tu videris: quod concupiueris, certè habebis. Cic.5. Philipp.
Res magnas & magnopere expetendas concupiuerunt. Cicero in Oratore.
Non pecuniam, non opes violentas, sed charitatem ciuium & gloriam concupisse. Cic.1. Philipp.
Nihil tam efficere concupiscebat, quàm quod posse effici negaretur. Sueton. in Caligula, cap.37.
In matrimonium ducere illam concupiuit Cic. pro Cluent.
Concupiui, præteritum. Horat. Epod.3,
At siquid vnquam tale concupiueris Iocose Mecœnas, &c.
Honos non nimis concupiscendus. Cic. Catoni, lib.15.6.

Concupiscor, Passiuum (ἐπιθυμοῦμαι) Plin.lib.11.cap.6, Id st facturas conscia, quod concupisci possit.

Concupitus, pen.corr. Participium. vt Pecunia concupita. Cicero 4. Tusculan.
Concupitum adipisci. Cic.4. Tuscul. Lætitia, vt adepta iam aliquid concupitum, efferatur, & gestiat.

Concupitor, pen.prod. concupitoris. Verbale. Firmicus lib.8.cap.22. in fine, Vicesimanona pars Cancri si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet illiberales, & fures, & rerum alienarum concupitores.

Concupiscentia (ἐπιθυμία) Quæ est bonarum æquè ac malarum rerum appetitus. Tertull. in lib. de Anima, Concupiscentia oculis arbitris vtitur. Paulo pòst, Propriè naturalis concupiscentia vnica est alimentorum solummodo, quam Deus in primordio contulit.

Concuro, concuras, pen.prod. (συνεπιμελέομαι) concurare, Simul curare. Plaut. Bacchid 2,
Pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.

Concurator, oris (συνεπιμελητής) Qui simul cum alio curā administrat, l.19.D.de administ.tut.l.3.§.quæri potest.D.de suspec.tut. Eadē ratione Contutor, Conreus, & Confideiussor dicuntur, de quibus omnibus exempla passim in iure reperies.

Concurro, concurris, concurri, concursum (συντρέχω) concurrere, Simul currere, confluere. Cicero 4. Verr. Tantus in curia clamor factus est, vt populus concurreret.
Vndique concurrere. Lucan.lib.3.
Tota Italia concurrit. Cic. Qu.frat. lib.1.2.
Concurrere alicui obuiam. Terent. Eunuch.2.2,
Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij.
Concurrere domum. Cic.3. Verr.
Concurrere ad aliquem. Cic. pro Quintio, Aut ad eorum aliquem qui consuluntur, concurrisses?
Ad aliquem meritò concurrere. Quintil.lib.1.cap.2.
Concurrere ad arma. Cæsar 5. bel. Gal.
Æquore, Id est mari concurrere. Valer.lib.1. Argonaut.
¶ Concurrere dicuntur milites, quum irruunt in hostem. Cic. ad Appium, lib 10.29, Antonius in aciem suam copias de vico produxit, & sine metu concurrit. Liu.6.bel. Pun.
Concurrere alicui. Virg.1. Æneidos,
- audétque viris concurrere virgo.
Concurrere animis quantis conflígere par est. Silius lib.15.
Frontibus aduersis concurrere. Lucret.lib.6. De nubibus.
Forti concurrere campo, Fortiter in campo pugnare. Propert.lib. 4.eleg.11.
Bello concurrere alicui. Virg.10. Æneid. Id est contra aliquem bellum suscipere. Seruius.
Diris armis concurrere. Martial.lib 9.epigr.72,
Quum gener, atque socer diris concurreret armis, &c.
Ferro. Statius 6. Thebaid.
Fortis. Valer.lib.2.
Hosti. Ouid.12. Metam.
Monstris. Id est inire certamen cum monstris. Valer.lib.3.
Imparibus fatis. Virg 12. Æneid.
Aduersis signis. Tibul.lib 4.eleg.1.
Paribus telis inter sese concurrere. Virg.1. Georg.
Prælia concurrunt. Lucan.lib.1.
Concurrere cum. Sallust. Maximo clamore cum infestis signis cócurrunt.
Nudos concurrere armatis. Ouid.3.de Arte.
In sua funera concurrere, Cum fortissimis & crudelissimis hostibus congredi. Valer. Flac.lib.6.
Sydera concurrunt syderibus. Lucan.lib.1.
Concurrunt venti in messem. Plin.lib.18.cap.35.
Ventorum prælia concurrunt. Virgil.1. Georgicorum,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ grauidam latè segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent.
¶ Concurrere, ad inanimata translatum. Terent. Heaut.2.2,
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. Id est conueniunt & congruunt.
Cyaneæ insulæ ponto concurrere dicuntur. Valerius libro 2. Argonaut.
Credas montes concurrere montibus altos. Virg.8. Æneid.
Nomina concurrunt. Cic. Attico, lib.16.
Orbis Europæ atque Asiæ concurrit. Virg.7. Æneid.
Concurrit os ad rogandum. Seneca de benef. libro 2.cap.1, Quia quum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubor.
Concurrere ad auxilium. Lucan.lib.3.
Obscœnè literæ concurrunt. Cic. in Orat. Cum nobis non dicitur, sed nobiscum: quia si ita diceretur, obscœnius concurrerent literæ. Sanè quum proferes cum nobis, auditur hic ablatiuus cunno, velut à nominatiuo cunnus. quam vocem constat obscœnam esse.
Res contrariæ concurrunt. Cic.5 de Finib.
Verba extrema cum consequentibus primis ita iungere, vt néve asperè concurrant, néve vastius diducantur. Cic.3.de Orat.
Concurrere in sententiam aliquam. Cic ad Atticum, lib.1.15, Et raptim in eam sententiam pedarij concurrerunt.
Concurrunt plebei philosophi, pro Consentiunt & conueniunt. Cic.1. Tuscul. Licet concurrant omnes plebei philosophi, &c.
Statim concurrere de iure. Cicero pro Quintio. Dicitur de saltu C. Aquila pridie Cal. intercalares biduo post, aut vt statim de iure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC millia passuum conficiuntur.
Concurrere cum summa, cui opponitur Excedere. Vlpianus in l. Quid ergo si maiorem. D.de leg.1, Quid ergo si maiorem quantitatem à substituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod à substituto relictum est: quod verò concurrit cum summa superioribus tabulis inscripta, inde debebitur.
¶ Concurrere, *Esse concurrent & participant.* Vlpianus l.1.D.de vsuf. adcresc. Quum itaque primus non inuenies alterum eum, qui sibi cócurrat, solus vtetur in totum: nec refert coniunctim an separatum relinquatur.
In hæreditatem legitimam fratri concurrere. Papinianus in l. Filio qui. D.de inofficioso testamento, Filia quæ non egit, aut quæ egit aut non obtinuit, in hæreditate legitima fratri non concurrit.
In pignore concurrere. Vlpianus in l. Idemque.§. Si tibi. D. Qui potiores in pignore habeantur, Si tibi quæ habiturus sum obligauerim, & Titio specialiter fundum, si in dominium meum peruenerit, mox dominium eius acquisiero: putat Marcellus concurrere vtrunque creditorem in pignore.
In pignus concurrere. Vlpianus ibidem, Si duorum pupillorum nummis res fuerit comparata: ambo in pignus concurrent pro his portionibus, quæ in rei pretium fuerint expensæ.
Per plures emptores mancipium concurrerit. Paulus in l. Si quis. D de contrah. empt.
¶ Concurrere, Confluere. Celsus lib.2. cap.12, Si in stomachum quædam biliosa concurrunt.
Concurrit materia. Celsus lib.3.cap.10, At si in præcordiis inflammatio & dolor est, primò superimponenda sunt cataplasmata repri-

mentia, ne si calidiora fuerint, plus eò materiæ concurrat.

Concurrēs materia, Id est influens sanguis. Celsus lib.7.cap.2, Et vt aliàs scripsi, vel auertenda, concurrens eò materia, vel digerenda, &c.

¶Concurrere, Euenire, contingere, consequi. Propert.lib.3.eleg.9, Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ. Id est qui palmam cōsequuntur in Eliden sium certamine curuli.

Somnia concurrunt. Cic.2.de Diuinat. An tu censes vllam anum tam deliram futurā fuisse, vt somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam forte temerè concurrerent?

Concurritur, penult.corr. Impersonale. vt, Concurritur vndique ad cōmune incendium restinguendum. Cic.10.Philipp.

¶Concurritur, pro Committitur prælium. Horat.1.Serm.sat.1, Militia est potior. quid enim? concurritur, horæ Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

Concurrens {συντρέχων} Participium. vt, Concurrentes cautes. Ouid.2. Amor.eleg.11.

Concurrens quantitas. in l.Cum alter. D.De compensat.

Concursus, huius concursus, m.g. {συνδρομή.} Cic.ad Brutum.3. Concursus est ad me factus.

Non posse sustinere concursum aliquorum. Cic.4.Acad.

Conflictio & concursus. Cic.in Partit.

Ingens concursus. Virg.9.Æneid.

Ex agris concursus fiunt. Cic.Attico, lib.5.

Quinque artium concursus maximarum. Cic.de Claris Orat.

Calamitatum concursu labefactata cogitatio. Cic.Luccio, lib.5.13.

Gratantum concursus. Tacit.lib.5.

Municipiorum Cic pro Domo. Italiæ magnificentissimus ille motus municipiorúmque concursus.

Occupationum. Cic.ad Volum.lib.7.34, Quanquam venis, vt ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum.

Honestissimorum studiorum. Cic.2.de Finib.

Asperi, disiuncti & hiantes concursus verborum. Cic.in Partit.

Asper & hiulcus concursus verborum. Cic.3.de Orat. Huic opponitur Coagmentatus & læuis.

Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus aut hiulcas voces efficiat aut asperas. Cic.in Orat.

Subiti concursus. Ouid.14.Metam.

Facere concursum. Cic.6.Verr. Quem concursum in oppido factum putatis?

Clamor, concursúsque maxima cum laude alicuius fiunt. Cicero Attic.lib.1.

¶Concursus, *Concurrence, Participation.* Vlpian.l.1.D.de vsuf.adcresc. Iulian. scribit: si duobus heredibus institutis, deducto vsufructu proprietas legatur, ius adcrescendi heredes non habere. nam videri vsumfructum constitutum, non per concursum diuisum.

Concursu partes fieri Iurisconsultis dicūtur in legatis, quū testator duobus pluribúsve legatariis rem eandem ita legauit, vt iis non distinctè ac separatim partes certas attribueret, sed potius rem solidam relinquere videretur. l.coniunctim. D.de legat.3. Verùm quū vtrinque vterque ad rei, puta fundi, alicuius possessionem acquirēdam accedit, vbi ad mediū peruenerunt & concurrerunt, quo in loco obuij inter se facti sunt, ibi partis quisque suæ fines constituunt. Hi legatarij re coniuncti dicuntur l.triplici. D.de verb.signif. Hotomanus.

Concursio, concursionis, f.g. {σύνδρομα} Verbale. Cic.1.de Fin. Vt concursionibus inter se cohærescant.

Fortuitarum rerum concursio. Cic.in Topicis.

Fortuita concursio corpusculorum. Cic.1.Acad.

Vocum crebra concursio. Cic.in Orat. Id est vocalium concursus, qui hiantem reddit orationem.

In eadem verba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio. Cic.3 de Orat.

Concurso, concursas, concursare, Frequentatiuum, pro Discursare, vel Cursitare. vt Concursare villas, prouinciam. Cic.ad Marium, lib.7.1. Et 7.Verr.

Huc illuc casu & temerè concursare. Cic.2.de Nat.deor.

Concursare nunc hinc, nunc illinc. Lucret.lib.2.

Concursare circum tabernas. Cic.in Catil.

Omnes omnium domos concursare. Cic.pro Mur.

Lectica villas cum aliquo concursare. Cic.Mario, lib.7.1.

Lectos mortalium, & grabatos, deos concursare vtrum probabilius. Cic.2.de Diuinat.

Concursare vltrò citróque. Hirtius lib.5.

Concursare & Dissultare, contraria. Lucret.lib.3, Concursare, coire, & dissultare vicissim. Alia exemplaria habent Concussare. quod exponit interpres, Frequenter se concutere. Sed fortè rectius legas Concursare, pro conuenire & congregari. sicut Dissultare, est dissilire & disiungi.

Concursans, concursantis. Participium. Plin.lib.37.cap.9, Habere intus concursantem stellam. De ceraunia gemma loquitur.

Concursator, pen.prod. Verbale. Liuius 1.bel.Maced. Ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator.

Concursator & leuis hostis. Liu.7.bel.Pun.

Cōcursatio, Verbale. Cic.de Leg.Agrar. Quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio?

Perturbationum concursatio. Cic.11.Philipp.

Concursatio somniorum. Cic.2.de Diuin.

Concursatio & contentio. Cic.ad Lent.lib.1, Libonis & Hipsei, non obscura concursatio & contentio, omniúmque Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, &c.

Concussus, In CONCVTIO.

Concutio, concutis, pen.corr. concussi, concussum {συσσείω, διασείω, κατασείω, σαλεύω} concutere, Ex con & quatio, Commouere, agitare Terent.Eunuch.3.5,

At quem deum? qui templa cæli summo sonitu concutit.

Arcu aliquem concutere. Propert.lib.1.eleg.7.

Ballista concutit arces. Ouid.11.Metam.

Arma concutere. Ouid.12.Metam.

Sonitus ruinæ, & fragor concussit aures Cæsaris. Lucan.lib.6.

Cæsariem concutere. Ouid.1.Metam.de Ioue,

Terrificam capitis concussit térque quatérque Cæsariem.

Caput. Ouid.2.Metam.

Concutere corpus multa gestatione. Celsus lib.3.cap.21, Concutiendúmque multa gestatione corpus est, atque vbi inductæ vulneribus cicatrices sunt, &c.

Acres equos concutere. Virg.8.Æneid. Hoc ad equites pertinet, inquit Seruius.

Fræna concutere furenti. Virg.6.Æneidos,

-ea fræna furenti

Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.

Boreas freta concutit. Ouid 6.Metam.

Hastam concutere. Sil.lib.10.

Aurigæ lora concutiunt. Virg.5.Æneidos,

Nec sic immissis aurigæ vndantia lora

Concussere iugis.

Mentes concutere. Valer.Flac.lib.6,

-quascunque libet nunc concute mentes.

Monstrum belli concutere, Belli signum efferre. Valer.Flac.lib.6.

Orbem nutu concutit Iuppiter. Ouid.2.Metam.

Metus ossa concutit. Ouid.epist.3.

Pectora planctu concutere. Stat.lib 5.Sylu.1.

Hyems concutit plebem grandine. Stat.lib.1.Sylu.6.

Rempub.concutere. Cic.2.Philipp. Leges Cesaris, easque præclaras, vt Rempub.concutere possit, euertit.

Tumultu bellorum ingenti concutitur Roma. Lucan.lib.1.

Serena cæli concutere sonitu dicitur deus. Lucret.lib.2.

Tela concutere. Ouid.12.Metam.

Fortuna luctu concutit vrbem. Virg.12.Æneid.

Concutiens {διασείων} Participium. vt, Concutientes se corui. Plin.lib. 18.cap.35.

Sceptra concutiens, Obtinens regnum. Sen.Herc.fur.5.

Singultu concutiente ora sonaut. Ouid.lib.3.eleg.8.

Concussus {διασεισθείς} Participium. vt

-furit mugitibus æther Concussus. Virg.3.Georg.

Animus concussus casu amici. Virg.5.Æneid. Id est propter ruinam amici. Seruius.

Animi concussi fletu. Virg.9.Æneid.

Carina concussa. Ouid.2.de Ponto, eleg 3.

Cautes. Virgilius 5.Æneid. vbi de naui cautibus illisa loquitur.

Coma. Ouid.2.Fast.

Corpus concussum vulnere. Stat.lib.3.Sylu.4.

Fides concussa, Id est labefactata aut inuersa. Lucan.lib.1,

Et concussa fides, & multis vtile bellum.

Fores concussæ patuere. Ouid.2.Metam.

Inhorruit concussus vndarum globus. Sen.Hipp.10.

Humo concussa saxum moliri. Valer.lib.6.Argon.

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Virg.4.Georg.

Licentia hominum concussa. Cic.pro Milone, Concussa hominū licentia & cupiditatibus fractis, &c.

Mens concussa metu. Virg 12.Æneid.

Mons concussus spargit niues. Propert.lib.3.eleg.13.

Opes concussæ. Martial.lib.11.epigr 42,

-syluámque fluentem

Vicit, concussas ipse sequutus opes.

Ora concussa risu. Lucret.lib.1.

Pectus concussa crebris verberibus. Lucan.lib.2.

Concussáque famem in syluis solabere quercu. Virg.1.Georg. Id est glandibus. Est autem Metalepsis.

Remo concusso ratem tollere. Valer.lib.1.Argon.

Tonitru concussa tremunt omnia. Lucret.lib.6.

Agmine virorum concussa tellus. Sil.lib.8.

Concussa motu terra. Liu.3.ab Vrbe.

Vndas concussas exasperare. Ouid.2.Amor.eleg.11.

Vrbs concussa. Virg.4.Æneidos,

-concussam bacchatur fama per vrbem.

Concussio, onis, f.g. Verbale. Est autem cōcussionis crimen, quum quis ab eo, quem iudicij magistratúsve terrore affecit, eius periculi deuitandi caussa pecuniam extorquet. Nam concussum metu dicimus, pro perculsum & perturbatum. Vnde tit.de concussione. lib.Pandect. 47.& apud Cic.Tusc.4. terror definitur, metus concutiens. Vlpian.l. 1.D.de concuss. Hotomanus.

Concussionis rei etiam sunt, pœnáque legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint. l.2.D. de concuss.

Concussiones militum, Id est à militibus factæ. Tertullianus in Apologetico.

Sordidæ concussiones. Vlp.l.1.D.De calumniat. Neque enim trāsactionibus licitis est interdictum, sed sordidis concussionibus.

Concussura, pro Cōcussione vtitur Tertullianus in lib.de Fuga in persequutione.

Concussor, concussoris, m.g. Aliud verbale. Tertullianus in lib.de Fuga in persequutione, Non tamē dixit traditorem, aut persecutorem, aut concussorem. Et paulo post, Concussores nostri in amicitiā redacti.

Concussus, huius concussus {σεισμός} Commotio. Plin.lib.35.cap.16, Coquitur in calcibus crebro concussu.

Concusso, as, are. Lucret.lib.3. Alij Concursare legunt. Vide suo loco.

Condalium, Annuli genus, teste Festo: dictum ab eo quòd digitum concludat. Plaut. Trinum.14.

-fat in thermopolio condalium Es oblitus.

CONDALVS {κόνδαλος} Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex, de quo tradit Aristot.in Politic. Quòd quū Lycios maximo comæ nutriēdæ studio teneri animaduerteret, occasionem

occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimum & sibi posset congerere, & ad regem mittere, literas sibi à Mausolo allatas simulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regem mittere. Si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, se daturum operam, vt in Græcia coemerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis auidè accipientibus, mirum dictu quantam eo commento pecuniæ vim extorserit.

CONDATE {[illegible]} Rhedonum vrbs in Gallia, Ptolemæo. Vulgò *Rhenes en Bretaigne.*

Condecet, pen. corr. condecebat, condecuit {[illegible]} condecere, A Decet componitur. Plaut. Pseud. 14,

-sed vide an ornatus hic
Me satis condecet?

Condecentia, condecentiæ {[illegible]} Cic. 3. de Orat. Sic verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam: sententiis verò ad grauitatem orationis vtatur.

Condecentia est venustas & gratia quædam ex decori obseruatione.

Condecenter {[illegible]} Aduerbium. Gell. lib. 6. cap. 12, Commodè hæc quidem omnia, & condecenter.

Condecoro, condecoras, pen. corr. {[illegible]} condecorare, Idem quod exornare, & expolire. Plin. lib. 35. cap. 10, Dignis digna loca picturis condecorauit.

Condecorare ludos. Terent. in prologo Hecyræ,

-vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.

Condecore {[illegible]} Aduerbium. Gel. lib. 14. cap. 4, Condignè meherchle, & condecorè Chrysippus, &c. depinxit.

Condemno, condemnas {[illegible]} condemnare, Verbum notæ significationis: quod nunc genitiuo, nunc ablatiuo sine præpositione, nunc cum præpositione iungitur: aliquando etia[m] sine iis ponitur. Cic. 2. de Nat. deor. Cæteris caussa incognita condemnatis.

Genitiuo. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1, Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes. Cic. Terentiæ, lib. 14. 14, Et sceleris condemnat generum suum.

Iniuriarum condemnatus. Cic. 4. Verr.

Sponsionis condemnari. Cic. pro Cæcinna. Huic opponitur Vincere sponsione.

Ablatiuo. Cic. Curioni, lib. 2. 1, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine.

Ablatiuo cum præpositione DE. Cic. 2. Philip. Licinium Lenticulam de alea condemnatum, collusorem suum restituit.

Aliter cum de. Cic. 7. Verr. Sed de latronum, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes.

¶ Condemnare dicitur accusator reum, pro Condemnari facere, inquit Erasmus. Sueton. in Tiberio Cæsare, cap. 8, Fannium Cepionem qui cum Varrone Murena in Augustum conspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit, & condemnauit. Vlpian. in l. 2. D. de administ. tutor. Si tutor condemnauit, siue ipse condemnatus est, pupillo & in pupillum potius actio iudicati datur.

Sibi condemnare aliquem. Cic. 4. Ver. Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat.

Condemnare ex reliquo, Id est in reliquam pecuniam. Paulus in l. 1. D. arbor. furtim cæs. Vbi in quibusdam exemplaribus legitur & sine præpositione.

Condemnari alicui. Vlpian. in l. illud sciendum. D. de ædilit. edict. Illud sciendum est: si emptor venditori hæc non præstet, quæ desiderantur in hac actione: non posse ei vẽditorem condemnari. Si autem emptori venditor ista non præstet: condemnatur ei.

Arbitrium pro socio condemnari. Cic. pro Quintio.

Pluris, vel minoris cõdemnare. Vlpian. in l. iudex. D. de re iudicat. Et hoc iure vtimur: vt iudex qui semel vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit.

¶ Condemnare, pro Liberare. Titinnius Veliterna, Fortasse votum fuisse quo die liber foret: nũc eius voti condemnatus est, immolauit hostiam. Sic Nonius. Potius dicitur Condemnatus voti, qui obligatus est ad soluendum quod sub conditione vouerat.

Condemnatus, pen. prod. {[illegible]} Participium. vt, Furti condemnatus. Vlpian. in l. furti. D. de his qui notant. infam.

Mandati condemnatus. Vlpian. in l. furti. §. mandati. D. de his qui notant. infam.

Pecuniæ publicæ est condemnatus. Cic. pro Flacco.

Nomine alieno condemnatur. Vlp. in l. Furti. §. siquis. D. de his qui notant. infam. Siquis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia.

Sũma condemnatus alicui. Scæuola in l. Titius Seiæ. D. qui potior. in pig. habeant. Titius Seiæ ob summam qua ex tutela ei condemnatus erat, &c.

Condemnator, pen. prod. {[illegible]} etiam pro accusatore, qui reum peregit apud Tacitum libro 4. Vbi Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudiæ pulchræ: quum antè retulisset, fuisse ab eo accusatam.

Condemnatio, Verbale. Vlpian. in l. penult. D. si ex noxali causa agatur. Aliter de seruo supplicio & verberibus de iniuria satisfit: aliter de libero vindicta sumitur, vel condemnatio pecuniaria.

Condenso, condensas {[illegible]} condensare, Cogere, spissare. Columella lib. 7. cap. 8, Torrido sale contingitur, tum susque ponderibus condensatur.

Condensant se in vnum locum oues. Varro libro 2. de Re rust. capite 3.

Condensco, condenses {[illegible]} condenscere, significat Densum facere. Lucret. lib. 1,

Quod si forte aliquis, quum corpora dissiluere,
Tum putat id fieri, quia se condenseat aer, Errat, &c.

Condensus {[illegible]} Adiectiuum, ex Con & Densus compositum. vt,

Condensa turma. Liu. lib. 6. bel. Pun.

Condensa acies. Liu. 6. bel. Pun.

Condensæ columbæ. Virgil. 2. Æneid.

Corpus condensum. Lucret. lib. 2.

Condensa arboribus vallis. Liu. 5. bel. Pun.

Condensum, condensi, neut. gen. Substantiuum. Plin. lib. 10. cap. 73, Insidunt in eadem Africa Pardi condensa arborum: occultatique earum ramis, in prætereuntia desiliunt, atque è volucrum sede grassantur.

Condepso, condepsis, condepsere, Commiscere, simul depsere, *Pestrir ensemble.* à Græco tractum [illegible]. Pomponius Nuptiis, Partem insipui, conclusi, condepsui. Hæc Nonius. Cato cap. 85, Postea farinæ L. II. conspergito, condepsitóque.

Condico, condicis, penult. prod. condixi, condictum {[illegible]} condicere, Est duorum aut plurium inuicem denuntiantium aliquid. Iustinus libro 15, Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum, tempúsque coeundi condicunt, bellum communibus viribus instruunt.

Condicere (ait Sabellicus in Suetonio) est simul determinare. vnde & condictum, Quasi ex communi dictum.

Cõdicere cœnam alicui. Suet. in Tiber. cap. 42, Sextio Claudio cœnam ea lege condixit, nequid ex consuetudine immutaret, aut demeret. Cœnam condixit, id est se cum illo cœnaturum denuntiauit. Iustinian. lib. 4. Instit. tit. de action. §. appellamus, Condicere, est denuntiare prisca lingua. Suet. in Claudio, cap. 21, Extraordinarium munus gladiatoriũ exhibuit breue, dierúmque paucorum, quódque appellare cepit sportulam: quia primùm daturum se dixerat, velut ad subitam condictámq; cœnulam inuitare se populum. Claudius (ait Beroaldus) gladiatorum munus tanquam cœnam daturum se denuntiauerat.

Condicere ad cœnam. Plaut. Sticho, 7,

Atque id ne vos miremini, homines seruolos
Potare, amare, atque ad cœnam condicere:
Licet hæc Athenis nobis. Hoc est (ait interpres) inire conditionem ac pacisci. *Conuenir du souper, ou, quand, & dequoy.*

Condicere symbolum ad cœnam. Plaut. Sticho, 7,

-eo condictum symbolum
Ad cœnam, ac eius conseruum Sangarinum Syrum.

Condicere alicui, absolutè. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Crassus penè à meis laribus in prouinciam est profectus. Nam quum mihi condixisset, cœnauit apud me in mei generi Crassipedis hortis. Id est, quũ denuntiasset se velle cœnare domi meæ. Schotus interpretatur, Quum mihi promisisset se venturum ad cœnam.

Inducias condicere. Iustin. lib. 3. sub finem, Pacem in annos quinquaginta fecere, quam non nisi sex annis seruarunt. Nam inducias, quas proprio nomine cõdixerant, ex sociorum persona rumpebant. *Les treues qu'ils auoyent accordé.*

¶ Condicere, est dicendo denuntiare. Festus.

¶ Condicere operam. Plin. in præfat. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Id est, quum hanc causam agendam recepi, quum hoc opus suscepi, non prouidebam te futurum eius iudicem. non enim erat in albo nomen tuũ, cum aliorum qui sortitione exierunt ex Decuriis. Budæus.

¶ Condicere, Verbum est Iurisconsultorum. Vnde Condictio, vocabulum apud eos frequentissimum, pro denuntiatione quæ fiebat ab actore qui intendebat reum sibi dare, facere, præstare aliquid oportere. Cœpit eius ipsius condictionis appellatio ad eas actiones quas in personam vocant, porrigi. Iustin. lib. 4. Instit. §. appellamus. de action. Appellamus autem, inquit, in rem quidem actiones, vendicationes: In personam verò actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, Condictiones. Cõdicere enim est denuntiare prisca lingua. Nunc verò abusiuè dicimus condictionem actionem in personam esse, qua actor intẽdit dari sibi oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. Budæus. Gell. lib. 6. cap. 2, Peccata quoque hominum & delicta non subsistenda neque cõdicenda sunt ipsis voluntatibúsque eorum, sed necessitati cuidam & instantiæ quæ oritur ex fato. Id est, non repetenda delictorum ratio vel pœna.

Nummos tibi condicere, pro Repetere abs te. Vlpian. in l. rogasti. §. si fugitiuus. D. si certum petatur.

Condicere aliquarum rerum, litium, aut causarum alicui, Est ei denuntiare eas res, lites, aut causas. Liu. 1. ab Vrbe, Confestim rex ex his fermè verbis Patres cõsulebat, Quarum rerum, litium, causarum condixit Paterpatratus Pop. Rom. Quiritium Patripatrato priscorum Latinorum.

Condictus, Participium {[illegible]} Sueton. in Claudio, cap. 21, Velut ab subitam, condictámque cœnulam inuitaret populum.

Status condictus dies cum hoste. Plaut. Curcul. 2,

Si status condictus cum hoste intercedit dies, tamen, &c. Gell. lib. 16. cap. 4.

Condictio, Verbale {[illegible]} Est eius rei qua de agitur, in diem certum denuntiatio, authore Festo.

¶ Condictio, apud Iurisconsultos nomen est generis, quo personales omnes actiones comprehenduntur. Propriè tamen ad eam refertur actionem, quæ ex mutui contractu nascitur, vt Condictio definiri possit, actio per quam rem a nobis mutuò datam postulamus, vti docet Imperat. in tit. quib. mod. re contrah. oblig. in princip.

Condictio caussa dati, caussa non sequuta (sic enim legendum est, nõ data) est actio in personam, per quam qui aliquid certam ob caussam dedit, nisi caussa sequuta sit, id est reuera atque in effectu constet, id repetit, l. 1. & toto tract. de condict. caus. dat. &c. Hotom.

Condictio certi, est actio ei competens qui sibi certi aliquid dari fieríve stipulatus est: vt patet ex tit. Inst. de verb. oblig. in princ. & l. 24. D. si cert. pet. Hotomanus.

Condictio dati ob turpem vel iniustam caussam, est actio in personam, per quam qui turpi iniustáve de caussa quid dedit, siquidem in accipiente solo turpitudo fuit, repetit. l. 1. & toto tract. D. de condict. ob turp. Hotomanus.

Condictio ex lege, quæ & Condictitia ex lege nominatur, generaliter omnis personalis actio dicitur quæ ex obligatione nascitur, quam noua quædam lex introduxit, quæ quo genere actionis agendum esset, non cauit. l. 1. D. de condict. ex leg. Hotom.

Condictio ex scriptura, est actio in personam, per quam is qui se pecuniam alicui debere scripsit, siue ea numerata sit, siue non sit, soluere cogitur, dum tamen, si data nō sit pecunia, post biennium actio intendatur. Nam antea non numeratæ pecuniæ exceptione excluditur, vti docet Imperat. tit. de liter. oblig. & l. 14. C. de non numerat. pecun. Hotom.

Condictio indebiti, est actio personalis, per quam id quod per errorem non debitum soluimus, reddi nobis postulamus, vti docet Imper. §. 1. quib. mod. re contrah. oblig. Hotom.

Condictio triticiaria, est actio in personam, per quam res omnes, excepta pecunia numerata, cōdicuntur, siue sint mobiles, siue immobiles. l. 1. D. de condict. tritic. Hotom.

Condictum, Quod in cōmune est dictum, id est promissio seu pactum inuicem factum. Festus.

Condictitius, Adiectiuum {ἐπαγγελτικός} vt, Actio condictitia, qua aliquid condicimus & repetimus. in iure ciuili condictio vocatur. Vlp. in l. si duo. §. idem Iulianus D. de iureiurando, Idem Iulianus scribit, eum qui iurauit furtum se non fecisse, videri de toto iurasse, atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur: quia condictitia, inquit, solus fur tenetur.

Condignus {ἄξιος} Adiectiuum, pro Dignus. Plaut. Amphit. 6,
Ecastor condignum donum, qualis est qui donum dedit.
M. Imò sit condignum donum, qualis est cui dono datum est.
Pulchrum facinus, Græcarúmque facundiarum magniloquentia condignum. Gell. lib. 3. cap. 7.

Condignè {ἀξίως} Aduerbium. Plaut. Casin. 17, Condignè autem nimis lepidè huc conducti coqui.
Condignè & condecorè. Gell. lib. 14. cap. 4.

CONDIGRAMMA, Carmaniæ oppidum, apud Plin. lib. 6. cap. 23.

Condio, condis, condiui vel condij, conditum, pen. prod. {ἀρτύω, ἡδύνω, ταριχεύω} condire, ex Do compositum esse quidam volunt, significátque sapidum facere, componere, saporem addere cibis. Plautus Pseud. 13,
Non ego item cœnam condio, vt alij coqui. Cic. ad Gallum, libro 17, Herbas omnes ita condiunt.
Cibos condire gulosius. Vide Gulosè, in GVLA.
Labore in venatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedæmonij. Cic. 5. Tuscul.
Condire mortuos. Cic. 1. Tuscul. Condiunt Ægyptij mortuos, & domi seruant.
¶ Condire, per translationem. Cicero ad Atticum, lib. 12, Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.
Ambiguitate condire vrbanitatem. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. Cic. 2. de Orat.
Voluptatibus aliquid condire. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Condire vitia naturæ, studio malitiæ atque artificio. Cicero pro Cluentio, Quíque ea vitia, quæ à natura habebat, etiam studio atque artificio quodam malitiæ condiuisset.

Conditus, pen. prod. {ἠρτυμένος} Nomen ex participio. vt, Condita oratio, per metaphoram, Salibus quibusdam aspersa. Cic. 2. de Orat. Nec enim concio maior vnquam fuit, nec apud populum grauior oratio, quam huius contra collegam in Censura nuper, neque lepōre & festiuitate conditior.
Ius malè conditum. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
Sale conditus, & facetiis. Cic. 1. Offic.
Comitate condita grauitas. Cic. de Senect.
Bene coctus & conditus sermo. Cic. Attico, lib. 13.
Nemo vnquam vrbanitate, nemo lepōre, nemo suauitate cōditior. Cic. de Claris Orat.
Faciunt conditiora cibaria aucupium & venatio. Cic. de Senect.

Conditio {ἄρτυσις} Verbale. vt, Conditio ciborum. Cic. 2. de Nat. deor. Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.
Vini conditiones. Colum. lib. 12. cap. 51.

Conditus, huius conditus, pen. prod. {ἄρτυσις} aliud Verbale. Columel. lib. 2. cap. 22, Vuas itémque oliuas condiui legere licet.

Conditor, pen. prod. {ἀρτυτής, ἡδυντής} Verbale. Cic. Post reditum, Hi sunt conditores instructorésque conuiuij, iidem expendunt atque æstimant voluptates.

Condimentum {ἄρτυμα, ἥδυσμα} Quod ad condienda obsonia fit. Plaut. Casin. 5,
-coquos equidem nimis
Demiror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo
Condimento vno non vtier quod præstat omnibus. Cicero 2. de Finibus, Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem: potionis, sitim.
Condimentum voluptatis. Cicero 3. Offic. Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, vtilitatis certè nihil habebit.
Condimento humanitatis mitigare seueritatem. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1, Hæc illius seueritas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis condiretur.
Condimentum amicitiæ, suauitas morum & sermonum. Cic. de Amicit.
Sapientiæ, ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est. Plaut. Trinum. 6.
Facetiæ, omnium sermonum condimenta. Cic. 2. de Orat.
Interponere condimentis quippiam. Vide INTERPONO.

Condimentarius {ἀρτυματικός} Adiectiuum. vt, Condimentarium genus. Plin. lib. 19. cap. 8, Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, satureia dicta, in condimentario genere.

Conditaneus {ἀρτυτικός} aliud Adiectiuum, authore Nonio, est quod condi, vel condiri rectè potest. Varro 1. de Re rust. cap. 54, In agro crasso & calido oleam conditaneam, radium maiorem, &c.

Conditura, conditurae, pen. prod. {ἄρτυσις} Idem quod Conditio, siue condimentum. Columel. lib. 12. cap. 4, Vasa autem fictilia vel vitrea plura potius, quàm ampla, & eorum alia rectè picata, nonnulla tamen pura, prout conditio conditurae exegerit. Seneca lib. 3 de Ira, Liberos illi epulandos apposuit, & subinde interrogauit, an placeret conditura.

Condisco, condiscis, condidici, pen. corr. {συμμανθάνω} condiscere, Idem quod discere significat. Plaut. Pseud. 14,
Ego istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes
Palpum. Plinius Iunior, libro 7. epist. 20, Paulatim lucem ferre condisco.

Condiscens {συμμανθάνων} Participium. Plin. lib. 21. cap. 5, Ac veluti rudimentum naturæ illa facere condiscentis.

Condiscipulus, pen. corr. {συμμαθητής} Qui cum alio discit. Cic. 1. Tusc. Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo doctos sanè homines omittamus.

Condiscipula {συμμαθήτρια} Foemininum, apud Martialem lib. 10,
Hac condiscipula vel hac magistra
Esses doctior, & pudica Sappho.

Condiscipulatus, huius condiscipulatus, pen. prod. {συμμαθητεία} Iustinus lib. 12, Multùm profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi. De Alexandro. Vsus est & Cornelius Nepos in vita Attici.

Conditio, Conditiuus, Conditor, Conditura. In CONDO.

Condo, condis, condidi, conditum, pen. corr. {κατατίθημι, ταμιεύω, ἀποτίθημι} condere, Abscondere, quasi in interiorem locum dare, & ferè cum præpositione in, vel sub, construitur: interdum tamen cum ablatiuo sine præpositione. Plaut. Trucul. 13, Condo in crumenam. Virgil. 2. Æneid. Et nota conduntur in aluo. Plin. lib. 7. cap. 2, Si libeat credere, vt sub vna ficu turmæ condantur equitum.
Seponere & condere. Cic. 2. de Diuinat.
Arca condere aliquid. Cic. 2. de Diuinat.
Condere humo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
In humo condi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.
Condere Acherontis plagis, Imprecatio est & execratio qua Phædra Theseum deuouet apud Senecam in Hippolyto, 9. Condere, futurum est indicatiui.
In sepulcro condere aliquem. Cic. 2. de Legib.
Animam sepulcro condere. Virgilius,
-animámque sepulcro Condimus. Turnebus, E veterum opinione poeta dixit, qui sepulcrum mortuorum domicilium credebant, & portum corporis appellabant. Cicero,
Neque sepulcrum quo recipiat, habeat portum corporis,
Vbi remissa vita corpus requiescat à malis.
Tonantis sinu condi. Seneca Herc. fur. 11.
Quàm multa in syluis auium se millia condunt. Virg. 4. Georg.
Rupta condi tellure premique. Valer. lib. 7. Argon.
Terra condere. Plin. lib. 7. cap. 54, Ipsum cremare, apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur.
Ossa terræ condere. Virgil. 5. Æneid.
Condere aliquem in pistrinum. Plaut. Pseud. 7.
Condere captiuos in custodiam. Liu. 1. bel. Maced. Item In carcerem, vel carcere. Idem 6. bel. Pun.
In aliquam materiam aliqua condere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
In visceribus & medullis condidit bonū omne Metrodorus. Cic. 5. Tuscul.
Furto aliquid condere. Horat. 1. Carm. ode 10.
¶ Cælum conditur vmbra. Virgil. 6. Æneidos,
Est iter in syluis vbi cælum condidit vmbra
Iuppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Fama caput inter nubila condit. Virgil. 4. Æneidos,
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit. Hoc (inquit Seruius) vult ostendere, nec humili eam fortunæ parcere, nec superiori.
Orion caput inter nubila condit. Virgil. 10. Æneid.
Cibos condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30.
Condere corpora. Plin. lib. 16. cap. 17, Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus.
Corpus condere sepulcro. Ouid. 8. Metam.
Stymphalides pennis cōdunt obductis diem. Seneca Hercule furente, 4.
Vota diem condiderant, Id est consumpserant diem votis & precibus. Stat. 10. Thebaid.
Referre diem, & condere relatum, Sol dicitur. Virgil. 1. Georg.
-at si quum referétque diem, condétque relatum,
Lucidus orbis erit. Id est in ortu & occasu. Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signum. Sic Seruius.
Digitos cōdere in lumina alicuius, Est oculos eruere alicui. Ouid. 13. Metam.
Ensem in alicuius ore aduerso condere. Virgil. 9. Æneid.
Ferrum condere sub aduerso pectore, Aduersarium interficere. Virgil. 12. Æneid.
Condere fructus, & Promere, contraria. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 62, Quòd nemo fructus condit, nisi vt promat.
Triticum. Cic. de Senect.
Fructus in cados. Plin. lib. 13. cap. 4.
Condere & reponere fructus, hominum non pecudum est. Cic. 2. de Nat. deor.
Frumentum cōditum dicitur, quod in horreis repositū est. Horat. 2. epist. 2.
Vuæ succos condere, Id est vinum. Tibul. 1. eleg. 10,
Pax aluit vites, & succos condidit vuæ.

Semina

Semina arrosa condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30.
Nox condit lucem. Seneca Medea, 16.
Scuta latentia condere. Virgil. 3. Æneidos,
-tectósque per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt. Id est disponunt & tectos faciunt. Sic & scuta condendo latere faciunt. Seruius.
Longos soles condere. Virgil. 9. ecloga,
-sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles. Id est æstiuos dies finire, & vsque ad occasum ducere. Seruius.
Vocem condere auribus. Ouid. epist. 19.
Vultus condere Sol dicitur. Ouid. 2. Fast.
Luna condit vultus. Valer. lib. 7. Argon.
Sese condere in aliquid. Virgil. 4. Georgicorum,
Intima more suo sese in cunabula condent. De apibus.
Imis aquis se condere. Valer. Flac. lib. 2.
Lacu fluuius se condidit alto. Virgil. 8. Æneid.
Ferro & ære se condere, Armis se circundare. Propert. lib. 3. eleg. 18,
Ille licet ferro cautus se condat & ære.
Portu se condidit alto. Virgil. 5. Æneidos,
Ad terram fugit, & portu se condidit alto. Id est vsque ad interiora peruenit. Seruius.
Vmbris noctis se condere. Virgil. 2. Æneid.
Sol condit se in vndas. Virgil. 1. Georgicorum,
Sol quoque & exoriens & quum se condet in vndas. Dicitur enim occidens Sol se in mare tingere. Seruius.
Condere in animú aliquid. Seneca epist. 7. pro Memoriæ mádare.
Iram condere. Tacit. lib. 2, Non vultu alienatus, non verbis commotior adeò iram condiderat.
Stimulos alicui condere in pectore, Id est instigare aliquem. Ouid. 1. Metam.
Mente aliquid conditum tenere. Virgil. 3. Æneid.
Mentem condunt obliuia. Claudian. 5. Paneg.
¶Condere monumento corpus, apud Plinium.
¶Condere {ἀνοικοδομεῖν} Ædificare, construere, quasi simul dare. Cic. 2. de Diuin. Nempe eò Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit.
Pallas condidit artes. Virgil. 2. ecloga,
-Pallas quas condidit artes,
Ipsa colat. Vbi Seruius, Ideo dea artium Minerua dicitur, quia de capite Iouis nata est. sed quia dea est artium & ingenij, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio: quippe quo reguntur vniuersa.
Apes examina condunt. Virgil. 2. Georg.
Mauortia mœnia condere, Ciuitatem fortium virorum. Virgil. 1. Æneid.
Muros. Ouid. ad Pisonem.
Nouam vrbem. Virgil. 1. Æneid.
¶Noua fata. Virgil. 10. Æneidos,
-sin tot responsa sequuti
Quæ superi manésque dabant: cur nunc tua quisquam
Flectere iussa potest? aut cur noua condere fata?
Gentem, Propagare. Virgil. 1. Æneid.
Iura condere. Ouid. 2. de Remed. amor.
Lustrum. Cic. 2. de Orat.
Nomen memorandum. Sil. lib. 4,
-iuuat ire periclis
Ad decus, & dextra memorandum condere nomen. Id est gloriam comparare.
Rempublicam condere, cui opponitur Occidere. Cicero pro Domo sua, Rémque publicam condere vnius discessu, quam interitu occidere malui.
Aurea secula condere, Orbi felicitatem afferre. Virgil. 6. Æneidos, Augustus Cæsar diuûm genus aurea condet Secula.
Secula multa condere viuendo, Est viuere multa secula. Lucret. libro 3.
¶Condere {συντιθέναι} Componere. vt, Condere carmen. Liu. 7. bel. Pun. Horat. in Arte.
Numeris aliquid condere, Est carmine aliquid conscribere. Ouid. 6. Fastorum.
Condere bella. Virgil. 6. ecloga.
-namque super tibi erunt qui dicere laudes
Vare tuas cupiant, & tristia condere bella.
Carmen condere. Cic. 4. Tuscul.
Historiam. Plin. lib. 12. cap. 4.
Laudes alicuius. Plin. lib. 22. cap. 13.
Omen. Propert. lib. 2. eleg. 29.
Poema. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11.
Præcepta medendi. Plin. lib. 26. cap. 2.
Prælia condere, Describere. Stat. 1. Thebaid.
¶Condere iusiurandum. Plaut. Rud. 31. Hoc est instituere.
¶Condere, propriè est in vnum & in interiorem locum dare ad custodiam faciliorem: quod verbú nunc significat conscribere, nunc facere, nunc componere & instruere. Festus.
Condens {κρύπτων} Participium. vt, Nubila condentia cælum tenebris. Claud. epig. 6.
Conditus {κεκρυμμένος, κρυπτός} Adiectiuum, pen. cor. Absconditus. Plautus Pseud. 14,
-teneo, omnia in pectore condita sunt.
In alta caligine conditus. Seneca Herc. fur. 1.
Antro conditus. Ouid. 3. Metam.
Memori tibi condita corde Hæc vigeant mandata, nec vlla oblitteret ætas. Catul. Argonaut.
Domi conditus Consulatus. Cic. pro Murena, Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur.

Tumulo conditus. Valer. lib. 5. Argon.
Ensis. Horat. Epod. 7. Subaudiendum vagina.
Iurgia sub tacita condita lætitia. Propert. lib. 2. eleg. 6.
Conditæ in ærario sanctiore literæ. Cic. 6. Verr.
Messis condita. Tibul. lib. 1. eleg. 19,
Non ego diuitias patrum, fructúsque requiro,
Quos tulit antiquo condita messis auo.
Præcordia condita aperit Liber. Horat. 2. Serm. satyr. 4.
Telum patenti iugulo conditum imprimere. Seneca OEdipo, 14.
Carmina condita, Composita. Virgil. 10. ecloga,
-Chalcidico quæ sunt mihi condita versu Carmina.
Fila condita à dextro colo. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Non sunt à dextro condita fila colo. Id est res est difficilis contextu.
Aliquid conditum mandare vetustati. Cic. 2. de Nat. deor.
Conditum aliquid seruare. Virgil. 3. eclog.
Conditor, penult. corr. {κτίστης, δημιουργός, ποιητής} Verbale. Qui aliquid componit, vel rei alicuius author. vt, Conditor legum. Plaut. Epid. 10.
Æui redeuntis conditor CHRISTVS. Claud. epig. 9.
Argumenti alicuius conditor. Ouid. 2. Trist. eleg. 1.
Artis alicuius conditor. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 11.
Conditor disciplinæ militaris Plin. Iunior, lib. 10. epist. 29.
Historiæ alicuius conditor. Ouid. 2. Trist.
Conditor Peripateticæ sectæ Aristoteles. Colum. lib. 9. cap. 3.
Conditorius, Adiectiuum {ταφικός.} Quintil. declam. 8. Non quidem licuit mihi in illud cubiculum conditorium tuæ mortis irrumpere. Nisi accipias per appositionem, vt sit Substantiuum, significétque arcanum receptaculum. quod magis placet.
Conditorium {τάφος} Substantiuum, id est sepulcrum. Plin. lib. 6. epist. 10. ad Albinum, Tam parata obliuio mortuorum, vt ipsi nobis debeamus conditoria extruere, omniáque hæredum officia præsumere. Plin. lib. 7. cap. 16. ¶Senecæ etiam conditiuú dicitur epist. 8, Multum interest inter otium & conditiuum. Item epist. 61.
Conditiuus, Adiectiuum {ἀποθετικός} Quod absconditur & seruatur in aliquo loco. Colum. lib. 8. cap. 8, de columbis, Duobus tamen aut tribus mensibus acceptant conditiua cibaria, cæteris seipsas pascunt seminibus agrestibus.
Conditiuus, pen. prod. Adiectiuum {ἀποθετικός} Quod seruari potest sine læsura. Cato de Re rust. cap. 9, Códitiua mala mustea, & punica, &c. Sic Varro de Re rust. lib. 1. cap. 59.
Conditiuus cibus. Colum. lib. 8.
Conditiuum, Substantiuum, pro Sepulcro. Vide CONDITORIVM.
Conditio, Verbale. Ipse condendi actus.
Frugum conditiones. Cic. 1. de Diuin. Nec fruges terræ bacchásve arborum cum vtilitate vlla generi humano dedisset, nisi earum cultus & conditiones tradidisset.
¶Conditio {κατάστασις, τύχη} Est dispositio quædam ac veluti sors fortunarum, temporum, rerum. Cic. 3. Tuscul. Nihil est enim quod tam obtundat, eleuétque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio: nihil esse, quod accidere non possit, quàm meditatio conditionis humanæ.
Mortalis conditio. Paterculus libro 2, Neque illi spectaculo quo fruitus sum, simile conditio mortalis recipere videtur mihi.
Fortuna atque conditio. Cic. 4. in Catil.
Communitas conditionis cum aliquo. Cic. 6. Philip.
Imago conditionis. Cic. pro Milone.
Multi laquei legum & conditionum propositi. Cic. pro Cluent.
Infimi generis hominum conditio atque fortuna. Cic. pro Milite.
Iuris conditio. Cic. 1. de Lege Agraria, Paucas tribus non certa conditione iuris, sed sortis beneficio fortuitò ad vsurpandam libertatem vocare.
Legum, iudiciorum, temporum conditio impendet. Cic. Fabio, libro 5. 18.
Loci alicuius conditio. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5.
Metri conditio. Quintil. lib. 1. cap. 5, Euenit, vt metri quoque conditio mutet accentum.
Adempta mortis conditio. In ADIMO.
Nascendi incerta conditio. Cic. 3. in Catil.
Personarum conditio. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Conditio regionis, hoc est temperatura & dispositio seu habitus aut constitutio. Colum. lib. 11. cap. 12, Pro conditione regionis & cæli, terra vel proscinditur vel iteratur.
Seruiendi conditio. Cic. Bruto, 16. 7.
Tolerabilis conditio seruitutis. Cic. 4. in Catil. Seruus est nemo, qui modò tolerabili conditione sit seruitutis, qui non, &c.
Non communi conditione seruitutis vti. Cic. pro Cælio.
Sortis conditio. Ouid. 3. Trist. eleg. 14.
Temporum conditione aliquid mutari. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Victoriæ. Cic. pro Marcello, Nam quum ipsius victoriæ conditione iure omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ iudicio conseruati sumus.
Vitæ. Cic. 3. Offic.
Mortalis conditio vitæ. Cic. 14. Philip. Pro mortali conditione vitæ, immortalitatem estis consequuti.
Easdem vitæ conditiones non perferre. Cic. pro Cluentio.
Sequi aliquam vitæ conditionem. Cic. pro Rab. Posthu.
Viuendi conditio. Horat. 2. Serm. satyr. 8.
¶Attalicæ conditiones. Vide ATTALVS.
Bona conditio. In BONVS.
Communis. Horat. 2. Epist. 1.
Dulcis. Horat. 1. Epist. 1.
Fœda. Horat. 3. Carm. ode 5.
Humana. Cic. 1. Tuscul.
Infima conditio & fortuna seruorum. Cic. 1. Offic.
Vis & fortunæ conditio infima aliquorum. Cicero pro Cornelio Balbo.

Iniqua. Vide INIQVVS.
Insidiosissima. Vide INSIDIO.
Tristis.Claud.Paneg.7.
¶Æqua vel iniqua conditione causam dicere. Cic. pro Cluentio, Tamen illi iudices statuerunt, iniqua conditione reum causam dicere, quum aduersario eius, ad ius accusationis, summa vis potestatis accederet. Idem ibidem, Accusante Tribunopleb. conditione æqua disceptari posse non putauerunt.
Meliore iure,meliore in causa,commodiore conditione esse. Cic. 2 de Lege Agraria.
Meliore conditione est senex quàm adolescens, quum id quod ille sperat,hic consequutus est. Cic.de Senect.
Longè alia conditione esse ac cæteri. Vatinius Ciceroni,lib.5.10.
In superiori cōditione causáque positū esse. Cic.pro Corn.Balbo.
Conuellere conditionem amicitiæ. In CONVELLO.
Excutere conditionem alicuius, Id est expendere & considerare penitus. Ouid.3.Trist.
Facere disparem conditionem.Cic.de Prouinciis Consul.
Mortali conditione generari.Cic.de Vniuers.
Habere naturam & conditionem vt. Cic.pro Marcello, Sed ea tamen vicisti, quæ & naturam, & conditionem, vt vinci possent, habebant.
Instituere legem iniquam & miseram conditionem periculis hominum.Cic.pro Murena.
Eadem conditione nasci.Cic.2.de Diuinat.
Ea conditione nati sumus, vt nihil quod homini accidere possit, recusare debeamus.Cic.ad Attic.lib.15.
Qua nati sumus conditione viuamus.Cic.Titio,lib.5.16.
Immortalium conditionem postulare.Cic.3.Offic.
Prouidere conditioni ciuium contra periculosissimas hominum potentias.Cic.pro Cælio.
¶Conditio {αἵρεσις} Est oblata potestas aliquid eligendi. Terent. Heaut.2.3,
Harum duarum conditionum nunc vtram malis vide.
Ea conditione dare aliquid.Cecinna Ciceroni,lib.6.7.
Sub ea conditione. Cic.pro Archia,Iubere ei præmium tribui sub ea conditione,nequid postea scriberet.
Melior conditio.Martial.lib.11.epig.53,
Cœnabis bellè,Iuli Cerealis,apud me
Conditio melior si tibi nulla,veni.
Optima conditione prædia. Vide IVS.
Valde bona conditio si fuerit,fortasse non omittam. Cic.Q.fratri, libro 2.6.
Controuersiæ conditio.Quintil.lib.4 cap.1.
Pacis conditio cum aliquo.Cic.4.Philipp.
Præsentis discriminis.Quintil.lib.2.cap.13.
Petitionum.Quintil.lib.3.cap.10.
Nulla conditione.Cic.pro Corn.Balbo.
Accedere ad conditionem & pactionem, pro Consentire. Vide ACCEDO.
Accipere conditionem. In ACCIPIO.
Ea conditione accipere.Cic.1.Tuscul.
Ad aliquam conditionem adducere aliquem. Balbus Ciceroni,in epist ad Attic.lib.8.
Astringere aliquem suis conditionibus.Cic.pro Quintio.
Audire conditionem,& audita conditio.Ouid.epist.20.
Capere conditionem,& In conditionem. Vide CAPIO.
Dare alicuius rei cōditionem alicui. Cic.4.in Catil.Mihi quidem, si hæc conditio Consulatus data est,vt,&c.
Defendere se alicuius rei conditione.Cic.1.de Lege Agrar.
Depacisci ad conditionem.Cic.in Verr.
Alterutram ad conditionem descendere. Cælius Ciceroni,lib.8 8.
Ferre conditionem,Id est offerre. Terent.Phorm.4.1,
Nam hanc conditionem sicui tulero extrario.
Ferre conditiones,est victoris & superioris: Accipere conditiones, victi. Cic.ad Tironem,lib.16.11, Feruntur omnino conditiones ab illo.
Conditiones ferre,leges imponere.Cic.7.Philip.
Imponere conditionem. Cæsar, Conditionibus impositis prouinciæ tuendæ ac defendendæ,hostes persequutus est.
Manere in conditione. Vide MANEO.
Manet conditio.Cic Curioni,lib.2.6.
Mutare conditionem.Quintil.lib 1 cap.5.
Offerre conditionem pacis,apud Liuium.
Omittere conditionem.Cic.ad Q.frat.
Onerare conditionibus.Cic.Verr.5.
Perducere aliquem ad suas conditiones.Cic.pro Quintio.
Producere aliquem conditionibus.Cic.pro Quintio.
Proponere conditionem supplicij alicui.Cic.pro Cluentio.
Iniquam conditionem recipere.Quintil.lib.5.cap.6.
Conditionibus accipere populos in societatem. Liuius, Aliquot expeditione vna populos aut vi subegit, aut conditionibus in societatem accepit.
Repudiare æquissimam conditionem.Cic.pro Quintio.
Respuere conditionem aliquam.Cic.pro Cælio.
Stare conditionibus, Est tenere pacta. Cic.ad Tironem, lib.16.11, Sin ille suis conditionibus stare noluerit,bellum paratum est.
Fugere à conditionibus,Superiori contrarium. Cic.ad Tironem, lib. 16. 11, Bellum paratum est, eiusmodi tamen quod sustinere ille non possit,præsertim quum a suis conditionibus ipse fugerit.
Statuere conditionem sibi. Cicero pro Rabirio Posthu. Prouidete ne duriorem vobis conditionem statuatis, ordinisque vestro, quàm ferre possit.
Conditio est posse,&c. Cic. pro Plancio, Est enim conditio liberorum populorum, præcipuéque huius principis populi & omnium gentium domini atque victoris, posse suffragiis vel dare vel detrahere quod velit cuique.
Est conditio, vt. Cicero pro Rabirio Posthum. Ista conditio est testium, vt quibus creditum non sit negantibus, iisdem credatur dicentibus.
In conditionem vocari. Cælius Ciceroni, lib.8.9. Galliæ quæ habent intercessorem, in eandem conditionem quam cæteræ prouinciæ vocantur.
Vti conditione alicuius. Cic. Attico, lib. 9, Si mihi veniam quam peto, dederit, vtar illius conditione: sin minus, impetrabo aliquid à meipso.
Conditione tua non vtar: Verba sunt repudium mittentis. Caius in l.2.D.de diuort. & repud. In sponsalibus quoque discutiendis placuit renuntiationem interuenire oportere: in qua re hæc verba probata sunt,Conditione tua non vtar.
Conditionem pro creatura sæpe vsurpauit Tertullianus de Corona militis. ea est quam [illegible] appellant.
¶Cōditio apud Iurisconsultos est lex pactioni apposita, vnde obligationis euentus pendet. Ea verò aut voluntaria est, scilicet cui voluntas alterutrius ex reis dominatur, quæ ex illius voluntate pendet, veluti,Si vxorem duxeris. Alia est fortuita, cui fortuna, non reorum voluntas dominatur, quæ ex casu pendet, veluti, Si nauis ex Asia venerit. Sic enim Latinum est,non potestatiuam & casualem dicere,vt iuris interpretes loquuntur.
Conditio, à demonstratione hoc differt, quòd demonstratio plerunque factam rem ostendit: conditio futuram.l.si nominatim.D.de cond.& demonstrat.
Cōditionem iurisiurandi deferre,pro Iurandi facultatem. Vlp.l.3. D. de iureiur. Ait Prætor, Si is cum quo agetur, conditione delata iurauerit.
Conditionum possibilium genera sunt tria. Aut enim ex casu & fortuna pendent, quæ idcirco Casuales à Iustiniano appellantur: à nobis Fortuitæ non incommodè nominari possunt: aut ex hominis volūtate, veluti, Si seruum manumittat,quas idem potestatiuas,nos voluntarias appellare possumus: aut mistæ sunt, quarum euentus,ait idem,ex fortuna & personæ voluntate pendet,veluti,Si vxorem reportet,l.1.§.sin autem aliquid.C.de cad.toll. Hotomanus.
Conditionalis,& hoc conditionale, pen.prod. {[illegible]} Adiectiuum à Conditio. vt, Pars conditionalis. Martianus in l. quum hæres.D.de acquir.hæred.
Conditionales creditores dicuntur hi, quibus nondum competit actio,est autem competitura: vel qui spem habent vt competat. Vlp. in l.conditionales.D.de verb signif.
Conditionaliter,penul.corr. {[illegible]}Aduerbium.In Institutionibus, titulo de legatis. §. longè magis, Sed si conditionaliter enunciata fuerit causa,aliud iuris est,&c. Paulus in l.qui stipulator.D.de verb. oblig.
Condus,condi,m. g. Qui condit & seruat bona domini sui: sicut Promus,qui promit. Plaut.Pseud.9,Condus,promus,procurator peni.
Condocco,condoces, pen.corr.condocui,condoctum {[illegible]} condocere. Hirtius lib.5,Equóque frænato,vti condocuerat.
Condoctus,condocta,condoctum. Plaut.Pœnulo,
Fac modo vt condocta tibi sint dicta ad hanc fallaciam.
M.Quin ædepol condoctior sum quàm tragœdi aut comici. Sic in vtroque versu condoctum legit Turnebus, non conductum. Condocti autem comici sunt, qui fabulam quam acturi sunt,vná sibi iter edidicerunt,gestúmque agere sciunt. Oportet enim histriones peritos esse, & fabulam quam acturi sunt, simul edidicisse, antequam in proscenium prodeant,quò nisi fallor respexit. Hæc ille.
Condocefacio, condocefacis, condocefeci, pen.prod. condocefactum {[illegible]} condocefacere,Instruere,docere. Cic 5.Tuscul. Nemo est enim qui eorum bonorum, animū putet esse iudicem, cúmque condocefaciat,vt ea quæ bona,maláve videantur,possit contemnere.
Condoleo, condoles, pen. corr. condolui {[illegible]} condolere, Idem quod dolere. nam condolere, pro eo quod Græci est [illegible],aut [illegible],non est Latinum. Cic 3 de Orat.Nanque tum latus ei dicenti condoluisse, sudorémque multum consequutum esse audiebamus.
Caput condolet.Tibul.lib.1.eleg 6,
Et simulat subitò condoluisse caput.
Condoluit caput de vento.Plaut.Truculo.
Corpus condolet tentatum frigore.Horat.1 Serm.satyr.1.
Si pes condoluit,si dens,ferre non possumus.Cic.2. Tuscul.
Condolesco,condolescis {[illegible]} condolescere. Cic.1.Academic. Quúmque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, natura que & condolescere & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.
Condono, condonas, penult. prod. {[illegible]} condonare, Idem quod donare significat. Plaut.Menæch.14, Ego illam non condonaui,sed sic vendam dedi.
Dare & condonare.Cic.pro Plancio.
Condonare alicui munusculum.Cicero 5.Verr. Et ad Philippum Proconsulem, libro 13. Vt eius filios qui in tua potestate sunt, mihi potissimum condones. Plaut.Amphit.6.
Condono te. Plaut.Persa.13, -ne tibi hoc
Scipione malum magnum dem. P. te condono.
¶Condonare aliquem pecuniam,debitum,&c.Terent.Phor.5.8,
Argentum,quod hab.3 condonamus te.
Condonare pecunias debitoribus. Cic.2.Offic. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant.
¶Condonare peccatum {[illegible]} Sallustius, Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.
Remittere alicui & condonare animaduersionem & supplicium, quo vsurus erat in ipsum. Vatinius Ciceroni,lib.5.10.
¶Condonatus est hæc. Terent.in prol.Eunuchi,
Habeo alia multa quæ nunc condonabitur. Quidam hic legunt Condonabuntur,plurali numero.

Condonatus,

Condonatus, penultima producta {συγχωρηθεὶς} Participium à Condonor.

Condonatum iudicium alicui, quo reus absolutus aut condemnatus est in gratiam alicuius. Cic. Att. lib. 2.

¶Condonatus, pro eo cui parcitum est. Plin. de Viris Illustribus, 4, Qui apud Duumuiros condemnatus, ad populum prouocauit: vbi patris lacrymis condonatus, ab eo expiandi gratia sub Tigillum missus, Id est patri lacrymanti. De Horatio loquitur, qui sororem occiderat.

Condonatio, Verbale {συγχώρησις} Cic. 2. Verr. Cuius prætura vrbana ædium sacrarũ fuit, publicorũmq; operum depopulatio: simul in iure dicendo bonorum, possessionúmque contra omnium instituta additio, & condonatio.

Condormio, condormis, condormiui, cõdormitum, pen. prod. {συγκαθεύδω} condormire, Simul dormire. Plaut. Most. 7,
Abimus omnes cubitum: condormiuimus.

Condormisco, condormiscis {συγκαθεύδω} condormiscere. Plautus Rud. 14. 13,
Obsecro hospes, da mihi aliquid loci vbi condormiscam parum.
S. Istuc vbi vbi vis, condormisce: nemo prohibet, publicum est.

Condryllon, Vide CHONDRILLA.

Condris, Vide CHONDRIS.

Conduco, conducis, penult. prod. conduxi, conductum {ἰσάγω} conducere, Simul ducere. Plaut. Menæch. 4. 13,
Hodie ducam scortum ad cœnam, atque aliò conducam foras.

¶Conducere {συνάγειν} Cogere, congregare. Cic. 2. de Inuent. Tunc Crotoniatæ, publico de consilio virgines in vnum locum conduxerunt: & pictori quas vellet, eligendi potestatem dederunt.

Dispersas cohortes in vna castra conducere. Tacitus libro 4. & libro 20.

Exercitus in vnum conducere. Tacit. lib. 4.

Nubila conducere. Ouid. lib. 1. Metam.
-Peneus ab imo
Effusus Pindo, spumosis voluitur vndis,
Deiectúque graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit. Id est conglomerat, conglobat, cogit, congregat. Deiectu graui, Id est rapido & præcipiti aquarum cursu.

Partes conducere in vnum, Id est contrahere in vnum corpus. Lucretius lib. 1.

Ramos conducere cortice, In vnum ducere, coniungere, sic inter corticem inserere vt coalescant. Ouid. lib. 4. Metamorphoseos,
-nam mista duorum
Corpora iunguntur, faciésque inducitur illis
Vna, velut si quis conducat cortice ramos,
Crescendo iungi, paritérque adolescere cernat.

Lac conducere, pro coagulare. Colum. lib. 7. cap. 8, Lac plerunque cogi debet agni aut hœdi coagulo, quamuis possit & agrestis cardui flore conduci, & seminibus cneci.

¶Conducere, pro emere. Plaut. Amph. 14,
Credo iam quæ volebat sacrificia ad epulum conduxit. Idem,
Cædendum conduxi ego illum.

Nimium magno conducere. Cic. Att. lib. 1. 12.

¶Conducere aliquem {μισθόω} Pretio accipere. Plautus Aulularia, 9. 1,
Postquam obsonauit herus, & conduxit coquos.

Aduersione cõducere, vel per aduersionem. Vide Aduersio, in ADVERSVS.

Aliquem ad cædem faciendam conducere. Cic. de Prouin. Consul.

Fiducia sua opus aliquod cõducere. Vide Aduersio, in ADVERSVS.

Conducere nauem. Plaut. Rud. 2,
Nauis clanculum conducitur.

Conductus mercede diurna, Periphrasis pro mercenario. Horat. 2. Serm. sat. 7.

Hortum conducere. Cic. Tironi, lib. 16. 18, Paredrum excita, vt hortum ipse conducat: sic olitorem ipse commouebis.

Domum. Cic. Q. fratri, lib. 2. 7. Idem ad Att. lib. 12, Si Romę esset, domúmque conduceret.

Larem conducere, Id est domum. Martial. lib. 11. epigr. 83,
Conductum repetens, nocte iubente, Larem.

Alicui locum in proximo conducere. Cic. Tironi, lib. 16. 21.

Nauigium conducere. Horat. 1. epist. 1.

Conducere mercede. Cic. 2. Offic.

Conducere vno nummo, donationis instar inducit, ait Vlpian. l. Si quis. D. locat. Est autem prouerbiale secundũ veteres, sicut nunc dicimus, Fragmento panis vel pomi locare aut vendere, significantes donationem potius esse, quàm alium contractum. Vide dicis causa.

¶Conducere {ἐργολαβεῖν, ἐξωνεῖσθαι} etiam dicitur is qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere etiam dicitur. Vlpian. in l. Si quis domum. D. Locat. Siquis vitulos pascendos, vel sarciendum quid, poliendúmve conduxit, culpam eum præstare debere. Idẽ eodem titul. l. Item quæritur, Siquis seruum docendum conduxerit, cúmque peregrè duxerit. &c.

Ad pecuniam numeratam conducere. Caius in l. Si merces. §. Vis maior. D. Locati. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit. Alioquin partiarius colonus, quasi societatis iure, & damnum, & lucrum cum domino fundi partitur.

Conducere de. Cic. ad Att. lib. 1. epist. 14. Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimiũ magno conduxisse: vt induceretur locatio, postulauerunt. Hoc est à Censoribus conduxerunt Asię vectigalia. Nam locandorum vectigalium cura penes Censores erat. Simile est illud eiusdem Cic. Ego de Crasso domum emi.

Multitudo conducta. Cic. 1. Philipp. Quis enim aut accusator tam amens reperiretur, qui reo cõdemnato obiici se multitudini conductæ vellet: aut iudex, qui reum damnare audeat, &c.

¶Conducit {συμφέρει, συμβάλλεται} in tertiis personis, pro Vtile est. Colum. lib. 1. Nam id minimè conducit agricolæ. Cic. de Repub. Facillimam autem in ea Rep. esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus.

Ex maximè conducunt, quæ sunt rectissima. Cic. Ruso, lib. 5. 19.

Neque homini infanti aut impotenti iniustè facta conducunt. Cic. 1. de Finibus.

Conducit hoc tuæ laudi. Cic. ad Rufum, lib. 13. 49.

Proposito conducere res dicitur, quæ conuenit cum proposito. Horatius in Arte.

Rationibus nostris conducit id fieri. Cic. Att. lib. 1. 1.

Conducit hoc Reip. rationibus. Cic. ad Lent. lib. 1. 9.

Saluti tuæ conducere, & non aliena esse à dignitate. Cic. Marcel. lib. 4. 7.

Conducunt hæc ad ventris victum. Plaut. Capt. 14. 6.

Conducit in rem tuam, &c. Plaut. Cistel. 8. 4,
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam.

¶Conduci nõ possum, &c. Plaut. Asin. 16, Non ædepol cõduci possum vita vxoris annua. Id est non possum adduci, vt credam vxorem meam posse viuere intra annum.

Conductus, Participium. Plaut. Aulularia, Nummo sum conductus.

Conductus sum coctum. Plaut. Aulul. 13. 8.

Auxilia regum in vnum conducta. Tacit. lib. 15.

In vnum conducti, Id est coacti & congregati. Tacit. lib. 2.

Bella conducta, dicuntur bella militum mercenariorum. Sil. lib. 5.

Conducta nauis. Terent. Adelph. 2. 2.

Nummi conducti. Horat. 1. Serm. sat. 2, Id est fœnore consumpti. Acron, & Porphyr.

Conducta opera alicuius. Plaut. Aulul. 13. 6,
Abi: opera huc conducta est vestra, non oratio.

Operæ conductæ. Cic. pro Sextio, Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis.

Telæ conductæ. Tibul. lib. 1. eleg. 6.

Serere tellure conducta. De paupere dictum, Virg. 12. Æneid.

Testes conducti. Ouid. 1. Amorum, eleg. 10.

Torus conductus. Ouid. 1. Amorum eleg. 10.

Conducta dicta ad fallaciam. Plaut. Pœnulo, 8. 3.

Conductum, Substantiuũ, vt, Habere aliquid conducti. Cic. pro Cluent.

Conductor, Verbale, Qui pecuniam alicui dat, vt aliquid fiat.

¶Conductor, etiam is dicitur qui pecuniam accipit. Cic. ad Quin. frat. lib. 3. 17, Tum is mihi respondit, seipsum eius operis H-S XVI. conductorem fuisse. Cato cap. 14, Conductor verò lapidem, calcem, arenam, aquam, paleásque parabit.

Conductor est, qui vel rei alienæ vsum, vel alieni operis perfectionem certa mercede pacta, recepit. Hotomanus.

Conductio {μίσθωσις} Verbale. Cic. pro Cecinna, Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.

Conductio, Aliter. Cic. 1. de Inuent. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex cõtrario complecti oportet, &c. Conductionem vocat, quam Græci συναγωγὴν. Victorinus.

Conducibilis, & hoc conducibile, penult. corr. {συμφέρον} Id est vtile. Plaut. Epidico, Reperiamus aliquid callidi, conducibilis consili.
Vtile & conducibile. Author ad Herenn. lib. 2.

Conductitius {μισθωτὸς} Adiectiuum, Quod conductum est, vt, Fidicina conductitia. Plaut. Epid. 6. 8.

Conductitię operæ. Varro 1. de Re rust. cap. 17, Omnes agri colũtur hominibus seruis, aut liberis, aut vtrisque. Liberis: aut quũ ipsi colũt, vt plerique pauperculi cũ sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis, res maiores, &c.

Condulus, Idẽ quod annulus, teste Festo. Ita dictus, vt videtur, ἀπὸ τῶν κονδύλων, Hoc est à digitorũ articulis aut nodis, siue quòd annulis digiti exornari soleant, siue quòd in digitis annuli, veluti nodi quidam eminerant. Prisci etiam Vngulum vocauerũt, & Symbolum, teste Plin. lib. 33. cap. 1.

Conduplico, conduplicas, penult. corr. {ἀναδιπλασιάζω} conduplicare, Quasi simul duplicare, & duplicem facere. Cic. 1. de Diuinat. Tenebræ conduplicantur.

Conduplicare beneficium. Terent. Phorm. 3. 2,
Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, conduplicauerit.

Diuitias conduplicare. Lucret. lib. 3.

Conduplicatio {ἀναδιπλασιασμὸς} Verbale. Plaut. Pœnul. 19,
Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

¶Conduplicatio, Figura Rhetorũ. Author ad Herenn. lib. 4, Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commiserationis, eiusdem vnius, aut plurium verborum iteratio.

Conduro, conduras, condurare, Durum reddere. Lucret. lib. 6,
Humor aquæ porrò ferrum condurat ab igni:
At coria, & carnem mollit durata calore. Vide de hoc Arist. lib. 4. meteor. cap. 6.

Condurdon, Herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspensa comprimit strumas. Vide Plin. lib. 26. cap. 5.

Condus, Vide CONDO.

Condyloma, penult. prod. condylomatis, pen. corr. n. g. {κονδύλωμα} Tuberculum (inquit Pollux) quod ex inflammatione præsertim circum sedem, anúmque consistit. Latini resolutionem anus vocãt, quia resoluitur ille musculus assurrectorius, quem sphinctera Gręci nominant. Plin. lib. 20, vocat sedis vel ani procidẽtiam, quum de violarum medicinis loquitur: quemadmodum alio loco vteri procidentiam in mulieribus appellat. Idem lib. 21. cap. 20, Sedis rimas & condylomata, omniáque in corpore excrescentia sanat.

Condylus, condyli, penult. corr. {κόνδυλος} Iunctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ac stricta in pugnum palma. Nã quatuor digiti (vt scribit Aristoteles) ternos habent condylos & tuberculum. Martial. lib. 5. epigr. 120, Parui tibia condyli sonabit.

CONE, Insula ad ostium Istri. Lucan. lib. 3,
-& barbara Cone, Sarmaticas vbi perdit aquas, &c.

Confabulo, confabulas, penult. corr. { συμμυθεύομαι } confabulare: & Confabulor, confabularis, confabulari. Plaut. Most. 7, Hisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Vsitatius est Fabulor.
Confabulari, Colloqui. Plaut. Cistel. 10,
Saluam eccam: sed ego rem meam magnam tecum
Confabulari volo, sociam te mihi opto ad meam salutem.

Confacio, confacis. Festus. Confecerunt, vnà fecerunt. Obsoletum.

Confarcio, confarcis, Vide CONFERCIO.

Confarreo, confarreas, confarreare. A quo Confarreatus, & Confarreatio, Genus sacrificij quod fiebat inter virū & vxorem, in signum coniunctionis: sicut Diffarreatio, in signum dissolutionis. Plin. lib. 18. cap. 3, Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum præferebant. Corn. Tacit. lib. 4, Nam Patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis vnus legeretur vetusto more, neque adesse vt olim, eam copiam, omissa confarreandi assuetudine, aut inter paucos retenta. Vide PARENS, parentis, priore correpta. Meminit abundè Cæl. lib. 18. cap. 17. & Lilius de dijs gentilium pag. 701.
Assuetudo confarreandi. Tacit. lib. 4.

Confatalis, & hoc confatale, penult. prod. { συνειμαρμένος } Quod eadem fati necessitate tenetur. Cicero de Fato, At si ita fatum sit, nascetur OEdipus Laio, non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere, siue non fuerit (copulata enim res est, & confatalis: sic enim appellat) quia ita fatum sit, & concubiturum cum vxore Laium, & ex ea OEdipum procreaturum.

Confectus, Vide CONFICIO.

Confercio, confercis, confersi, confertum { συμπιλέω, συναθροίζω } confercire, Ex con & farcio compositum, significat Densare. Varro de Re rust. Quo facto non modò desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes. Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrham passim à vulgo coemptam in folles confarciunt. Lucret. lib. 6,
Ventus enim quum confercit, franguntur in vnum
Concreti montes nimborum, & grandine misti. Leguntquidam conuertit.

Confertus { πυκνός } Participium. Cæsar, Neque à tanta multitudine coniecta tela conferti vitare poterant. Virg. 1. Æneidos,
Quos vbi confertos audere in prælia vidi, &c.
Conferti & Rari, contraria. Cæsar, Vt nunquam conferti, sed rari, magnisque interuallis præliarentur.
Acies conferta. In ACIES.
Agmen confertum. Virg. 3. Georgicorum,
-confertoq; agmine cerui Torpent, &c. Id est agmine coniuncto: Cerui enim congregatione gratulantur. Seruius.
Arma conferta. Silius lib. 4,
-spissæque ruunt conferta per arma Vndæ Boiorum.
Legio conferta manipulis. Silius lib. 7.
Liber confertus voluptatibus. Cic. 3. Tusc. Id est refertus, plenus.
Conferta vita voluptatum omnium varietate. Cic. 2. de Fin. Color egregius, integra valetudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate.
Otiosa vita plena & conferta voluptatibus. Cic. pro Sextio.
Confertus cibo. Cic. in Catil. Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti. Emendatiora exemplaria legunt confecti.

Confertior, confertissimus. Liuius 9. ab Vrbe, Præterquàm quòd confertiores steterant. Ibidem, lib. 2. In cōfertissima turba prope regium tribunal constitit.

Confertim { ἀθρόως } Aduerbium. Liuius, Quum confertim Romani, vt solent, densatis excepissent scutis. Idem de bel. Pun. Quo acrius & confertim magis vtrinque pugnabatur.

Confero, penult. corr. confers, contuli, collatum { συμφέρω, συνεισφέρω, μεταποιέω, παραβάλλω, συμβάλλω } conferre, Ex con & fero compositum, significat Simul ferre. Plaut. Capt. 13,
Neu quis in hac platea negotij conferat quicquam sui. Columel. lib. 1, Sitque vtrique proximum horreum, quò conferatur rusticum instrumentum.
Conferre dotem, vel alia bona, vt C. de collat. bonor. & D. eod. tit. Hic titulus, inquit Vlpianus, manifestā habet æquitatem. Quū enim prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participésque faciat cum his, qui sunt in potestate, bonorum paternorum, consequens esse credit, vt sua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna.
¶Conferre, Dare. Plaut. Mostel. 16, Nos dabimus, nos conferemus nostro sumptu, non tuo. Plin. Iun. lib. 6. epist. 32, Et tanquam parens alter, puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummûm. Hic quidam expressius significat conferre, nempe portionem suam cum altero dare, contribuere.
Conferre ad aliquem. Cicero pro Lege Manil. Hoc breuissimum dicam, neminem vnquam tam impudentem fuisse, qui à dijs immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quātas dij immortales ad Cn. Pompeium contulerunt.
¶Conferre, Colloqui. Plaut. Rud. 10. 7,
Melius ominare: verùm omnes sapiētes decet conferre, Et fabulari.
¶Conferre studia ad arbitrium alterius. Cic. ad Lent. lib. 1. 9, Quantum literis, quātum studijs, veteribus nostris delectationibus cōsequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissime conferemus. Quod quidam dicunt, Referre & remittere negotium ad alterius censuram.
Conferre ad aliquem sinistram diligentiam. Plin. Iunior lib. 7. ad Septitium, epist. 6. à fine, Vt enim non sint tales, quales à me prædicantur, ego tamen beatus, quòd mihi videntur. Igitur ad alios hanc sinistram diligentiā conferant. Diligentiā accepit hic quo modo Terentius, in prologo Andriæ, Quorum æmulari exoptat negligentiam potius, quàm istorum obscuram diligentiam: hoc est curiosam indagationem. Ita Diligens etiam in malam partem à Cicerone vsurpatur, pro Lege Manilia, In hoc vno, inquit, sunt tam diligentes. Sinistram igitur diligentiam, id est malam, iniquam.

¶Conferre cum aliquo, pro Certare. Id est vires suas cum alterius conferre viribus. Ouid. 10. Metam. Quid facilem titulum superando quæris inertes? Mecum confer, ait.
¶Conferre, pro Mutare. Ouid. 4. Metamorphoseos,
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphe pellicis ira
Contulit in saxum.
Æs conferre. Ouid. 4. Fast.
Falso conferre aliquid in aliquem. Cic. Antonio, lib. 5. 5.
Amorem conferre. Plaut. Curcul. 2,
Ita tuum conferto amorem semper si sapis,
Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.
Conferre se in fugam. Cic. pro Cecinna.
Amorem conferre alicui. Propert. lib. 2. eleg. 25.
Animum aliò. Terent. Heaut. 2. 4,
Hæc vbi immutata est, illi suum animum aliò conferunt. Id est alias amant.
Animum ad fodiendos puteos. Hirtius de bel. Alex. lib. 4.
Beneuolentiam erga aliquem conferre. Cic. Planco, lib. 10. 5.
Benignitatem in aliquem conferre. Cic. 1. Offic.
¶Capita, pro Congregari & consultare de re aliqua { συνάγεσθαι } Cic. 5. Verr. Conferrent viri boni capita: de comessatione loquerētur inter se, ac de mulierculis.
Castra castris, pro E regione castrametari. Cic. 2. de Diuinat.
Causam in aliquem. Cicero ad Attic. lib. 12. Equidem magis miror, quòd quum in filium causam conferret, quæ mihi non iniusta videtur, &c. Id est reiiceret.
Causas conferre, & quid in quanque sententiam dici possit, exprimere. Cic. 2. de Diuinat.
Certamina belli inter sese conferre. Virg. 10. Æneidos,
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant.
Certamina pugnæ manu conferre. Id est manu certare. Lucretius libro 4,
At contrà conferre manu certamina pugnæ,
Ante fuit multo, quàm lucida tela volarent. Id est prior fuit consuetudo manibus nudis concertare, quàm ense aut telis.
Ore suo cibos conferre. Quintil. lib. 2. cap. 6, Aues cernimus, quæ teneris, infirmísque fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur.
Consilia. Cic. 2. Philip. An ille quenquam plus dilexit? cum vllo aut sermones, aut consilia contulit sæpius?
Omne consilium, studium, officiū, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem alicuius conferre { μεταφέρω } Cic. Planco, lib. 10. 1.
Consilium viuendi omne ad naturam suam. Cic. 1. Offic. Qui ergo ad naturæ suæ non vitiosæ genus, consilium viuendi omne contulerit, is constantiam teneat.
Consolationes in rem aliquam. Cic. ad Attic. lib. 12, Omnes tuas consolationes vnam hanc in rem velim conferas.
Consulatum in eundem annum. Plin. Iun. in Paneg.
Copiam verborum. Quintil. lib. 1. cap. 8. Multum autem veteres etiam Latini conferunt, quanquam plerique plus ingenio quàm arte valuerunt, in primis copiam verborum.
Crimen in aliquem. Cic. 2. de Orat.
In pudissimam & castissimam vitam alicuius falsum crimen conferre. Cic. pro Qu. Rosc. Comœdo.
Culpam in aliquem. Terent. Eunuch. 2. 3,
Si certum est facere, facias: verùm ne post conferas
Culpam in me. Cic. ad Att. lib. 9, Solet, quum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam.
Curas suas, & quicquid nobis est à Deo datum, in Rempub. conferre. Cic. 2. Offic. Ego autē quandiu Respub. per eos gerebatur quibus seipsa commiserat, omnes meas curas, cogitationésque in eam conferebam. Id est omnis mea cura pro Repub. erat.
Curas ad dignitatem alicuius. Cic. Planco, lib. 10. 12.
In medium singulos denarios in singulos talos conferre. Sueton. in Augusto, cap. 71.
Omnia omnium dicta in aliquem. Cic. Volumnio, lib. 7. 33.
Diem soluendæ pecuniæ pacto conferre. Papinianus in l. Quum soluendæ. D. de Distract. pign. Quum soluendæ pecuniæ dies pacto confertur: conuenisse videtur, ne prius vendendi pignoris potestas exerceatur.
Diligentiam in valetudinem alicuius conferre. Cicero Tironi, libro 16. 6.
Disputationem conferre in aliquos, pro Inducere eos loquentes. Cicero ad Atticum, lib. 4, Hanc ego de Republica quam institui disputationem, in Africani personam & Phili & Læli & Manilij contuli.
Dona conferre alicui. Plaut. Menæch. 4,
-quid dona cessant mihi
Conferre omnes gratulantes, quia pugnaui fortiter?
Exempla aliorum conferre. Terent. Adelph. 1. 2, -denique
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Faciem & mores conferre duarum, Id est inuicem comparare. Ouidius 7. Metam.
Fructum alio. Terent. Eunucho,
Metuet semper quem ipsa nunc capit fructum, nequando iratus tu aliò conferas.
Gradum conferre, Conuenire. Virg. 6. Æneidos,
-iuuat vsque morari,
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.
Gradum. Plaut. Menæch. 12,
Propera Menæchme fer pedem, confer gradum.
Gradum conferre cum hoste. Hostiliter inuadere, & pedem conferre infestis armis. Liu. 7. ab Vrbe, Primus omnium Consul inuadit hostem, & cum quo forte contulit gradum obtruncat. Budæus.
In carmen

In carmen rem aliquam, pro Carmine componere. Colum. lib. 9. cap. 16, Sed iam consummata disputatione, &c. deinceps vt ita & tibi & Gallioni nostro complacuerat in carmen conferemus.

In commune. Cicero pro Quintio, Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat.

In educationem aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 10.

In historiam res Romanas conferre. Vide HISTORIA.

In pauca verba, Id est paucis dicere. Plaut Menæch. 2. 6,
Quàm potero in verba conferam paucissima.

In pauca, pro Concludere dixit Cicero lib. 3. Offic.

In quæstum vocem. Cic. pro Quintio, Quum ei natura nihil melius quàm vocem dedisset, pater nihil præter libertatem reliquisset, vocem in quæstum contulit. Id est voce quæstum fecit, Præco enim fuerat Sextus Nævius.

In tempus ambulationis aliquid. Cic. ad Quintum fratrem, libro 3. 19, Ita quicquid conficio, aut cogito, in ambulationis ferè tempus confero.

In vnum conferre plurium inuenta. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Inter se. Cic. 2. de Finib. Quærimus enim finem bonorum, possumúsne scire hoc quale sit, nisi contulerimus inter nos?

Quotidie inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus. Cicero 1. de Finibus.

Ingenium ad rem aliquam. Cicero ad Tironem, libro 16. cap. 13, Ingenium tuum quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibíque conseruandum.

Iter. Cic. ad Attic. lib. 3, Illò quum peruenire non liceret, statim iter Brundusium versus contuli ante diem rogationis.

Lites conferre, Rixari cum aliquo. Horat. 1. Serm. sat. 5.

Maledicta in aliquem. Cic. ad Attic. lib. 11.

Manum cum aliquo conferre. Virg. 12. Æneid.

Manum, vel manus. Cicero pro Fonteio, Partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.

Munera. Propert. lib. 2. eleg. 3,
Hæc tibi contulerant cælestia munera diui.

Nutus. Tibul. lib. 1. eleg. 1, De Venere loquens,
Illa viro coram nutus conferre loquaces. subaudi, docet.

Officia in aliquem. Cic. de Amic. Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminisse debet is in quem collata sunt: non commemorare qui contulit.

Officia conferre in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus. Cic. 1. Offic.

Quicquid in eum iudicij officiique contuleris, id ita me accipere, vt in me ipsum putem contulisse. Cic. Planco, lib. 10. 1.

Operam ad aliquid. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3, Omnem meam curam atque operam ad philosophiam contulisse.

Plurimum operæ, studij, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum alicuius conferre. Cic. Att. lib. 4. 1.

Orationem ad rem aliquam. Cic. pro Ligario, Omissa controuersia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est.

Conferre magnam partem. Celsus lib. 6. cap. 6, Ingentibus verò & variis casibus oculi nostri patent, qui quum magnam partem ad vitæ simul & vsum & dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt.

Pacem conferre. In PAX.

Permulta in aliquem, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferre. Cic. pro Plancio.

Pecuniam in opus. Plinius Iunior lib. 10. epist. 23, Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in opus balinei conferre. Subaudi pecuniam.

In vsus suos pecuniam ab aliquo collatam habere. Cic. pro Flac.

Pecuniam, aliter. Cic. 3 Offic. Nisi fortè eam pecuniam in Reipub. magnum aliquod tempus contulerit. Id est reseruarit.

Pedem, pro Accedere. Plaut. Merc. 22,
O Charine, contrà pariter fer gradum, & confer pedem.

Pedem conferre cum singulis. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Collato pede præliari. Liuius 6. bel. Pun.

Conferre pedem antiqui dicunt, quod nos *ad punctum venire* dicimus & iungere. Cicero pro Plancio, Non possum magis pedem conferre (vt aiunt) aut propius accedere. quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? Budæus.

Conferre pedem dicuntur Oratores, quum argumenta aduersariorum confutare aggrediuntur. Quintil. lib. 5. cap. 13, Tam molesta sunt, vt pedem conferre cum singulis non expediat.

Pestem hominibus hæc conferunt. Colum. lib. 1. cap. 5, Quæ nisi vi maiore ventorum inspirantium submouentur, pecudibus hominibúsque conferunt pestem.

Pietatem studio conferre. Quintil. lib. 2. cap. 9.

Rationem belli aliquò. Cæsar 3. bel. Ciuil. Ibi aduentum expectare Pompeij, eóque omnem rationem conferre instituit.

Rationes. Cicero ad Atticum, lib. 5, Quid opus est inquam, potius quàm rationes conferatis?

Rem in pauca, pro Rem accelerare. Plaut. Pœnulo, 18.

Conferre se dicuntur, qui se conglomerant, vel in cumulum colligunt. Plin Iun. lib. 8. epist. 6.

Seria conferre cum aliquo. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Seditionem in tranquillum. Plaut. Amphit. 5. 16,
Eam seditionem illi in tranquillum conferet.

Sermonem, pro Colloqui. Plaut. Amphit. 10,
Conferas sermonem nec ioco nec serio.

Conferre sermonem cum aliquo. Cic. 2. de Inuent. Cum hoc vt ferè fit, in via sermonem contulit.

Conferunt sermones inter se. Plaut. Curcul. 7. 11,
Constant, conferunt sermones inter se tanquam drapetæ.

Signa. Liuius 1. ab Vrbe, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat. Id est congressi fuerant Latini cum Romanis.

¶ Conferre signa, per translationem. Cic. ad Attic. lib. 7. Reliquum est iocari si hic signat: nam ego is sum qui illi concedi putem vtilius esse quod postulat, quàm signa conferri, id est litigare.

Stipendium studio alterius. Colum. lib. 1. cap. 1.

Studia sua omnia in aliquem. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16, Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris, sed me hercule currentē nunc quidem, vt omnia mea studia in istum vnum conferam.

Omne studium atque omne ingenium conferre ad alicuius gloriam laudémque celebrandam. Cic. pro Archia.

Studium in rem aliquam. Cicero 1. Officiorum, Deserunt enim vitæ societatem, & nihil conferunt in eam studij, nihil operæ, nihil facultatum.

Inter se studia. Quintil. in proœm. lib. 4.

Suspicionem in aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. Audio præterea non hanc suspicionem nunc primùm in Capitonem conferri.

Tempus in rem aliquam. Plinius Panegyr. 1. Ad rem aliquam. Cicero pro Lege Manilia, Mithridates autem omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui contulit.

Tributum in militare stipēdium. Liu. 4. ab Vrbe, Postremo indicto iam tributo, edixerunt etiam Tribuni auxilio se futuros, siquis in militare stipendium tributum non contulisset.

Ex censu quotannis tributa conferre. Cic. 4. Verr. Hoc est, pro rata portione census & diuitiarum.

Verba ad rem conferre, est, vt ait Donatus, Aggredi agere quod dicebamus. Terent. Eunuch. 4. 6,
Vsqueadeo ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba.
Verba dum sint: verùm enim si ad rem conferentur, vapulabit.

Verbum in aliquem. Cic. C. Antonio, lib. 5. 5, Nam comperisse me non audeo dicere: ne fortè idipsum verbū ponam, quod abs te aiunt falsò in me solere conferri.

Vires in vnum. Liuius 7. bel. Pun. Vt vterque Consulum hostem in sua prouincia contineret, neque coniungi, aut conferre in vnum vires pateretur.

Vitam inter se vtriusque. Id est comparare. Cicero pro Quin. Rosc. Comœdo.

Vitia sua in senectutem. Cic. de Senect. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt.

Voluntatem in aliquem. Cic. Sulpitio, lib. 13. 18.

¶ Conferre nouissima primis. Id est coniungere. Cic ad Octauium, Nam vt ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam cum primis.

¶ Conferre se totum ad amicitiam alicuius. Cicero ad M. Appium, libro 11. 29.

Ad aliquem. Cic. de Amic. Quo mortuo me ad Pontificem Scæuolam contuli.

Ad authoritatem alicuius. Cicero 4. Academic.

Ad curam aliquam se conferre. Cic. Att. lib. 7. Legitur Conuertere, in quibusdam exemplaribus.

Ad inuestigationem naturæ. Cic. 1. Acad.

Ad Rempub. Cic. de Amicitia, De amicitia, omnes ad vnū idem sentiunt, & hi qui ad Rempublicam se contulerunt, & hi qui rerum cognitione doctrináque delectantur. Id est Reipub. administrationem susceperunt.

Ad Senatus authoritatem, ad libertatem ciuium, ad Remp. se conferre. Cic. 4. Philipp.

Ad studia. Suetonius de Claris Gram. M. Valerius Probus Berrytius, diu Centuriatum petiit, donec tædio ad studia se contulit. Cic. 2. de Finibus, Præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt.

Ad virtutum studium se conferre. Cic. pro Archia.

Conferre se ad vmbram arboris, pro Ire. Ouid. 4. Metam.

In amicitiam & fidem alicuius. Cic. Trebatio, lib. 7. 17.

In fidem & clientelam alterius. Cic. pro Rosc. Amer. Omnes eos colere atque obseruare destiterūt, ac se in Chrysogoni fidem & clientelam contulerunt.

In societatem aliquorum. Cicer. Deinde quòd maturè se contulit in societatem publicanorum.

Ad hostes. Cic. de Amicitia, Itaque hac amentia quæstione noua perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnas Reip. graues, iustásque persoluit. Id est profectus est, iuit.

In pedes se conferre. Plaut. Bacch. 6. 7,
Quæ vt aspexi, me continuò contuli protinus in pedes.

Conferre se in fugam. Cic. pro Cecinna, Eodem tempore se in fugam contulerunt vnà amici.

¶ Conferre (συμβάλλειν) Comparare. Dicimus autem, Confero te isti, & cum isto. Cicero 6. Verr. Tu dignior Verres quàm Callidius? qui, vt non conferam vitam atque æstimationem tuam cum illius (neque enim est conferenda) hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis.

Illa quæ natura non literis assecuti sunt Romani, neque cum Græcia, neque vlla cum gente sunt conferenda. Cic. 1. Tusc.

Præsentia præteritus. Lucret. lib. 2.

Vitam alicuius cum alterius vita. Cic. pro Sylla.

Nominibus magnis se conferre, Id est cum viris magnis se conferre. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1.

Non illi quisquam bello se conferet heros. Catul. Argon.

Ne minima quidem ex parte conferendi alij aliis. Cicero libro 1. Officiorum.

¶ Cōferre, quod vulgò dicimus *Collationer*. Cic. 4. Verr. nō procul à fine, Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo: adhibentur in exscribendo de conuentu viri primarij: literæ, lituræq; omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferūtur. hæc omnia summa cura & diligentia recognita, & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Paulo pòst, Explicate descriptionē, imaginémq; tabularum, *Despliez le double & la copie*.

¶Conferre {συμβάλλειν} Pro differre. Cic. ad Atticum.lib.6. epist. (vt quidam codices habent) secunda,cuius initium est, Lepta. Quæ omnia in Martium mensem sunt collata. Vlpianus in l. Quæsitum. D.de spons.Quæsitum est apud Iulianum,an sponsalia sint ante duodecimum annum,si fuerint nuptiæ collatæ. Hoc est,in duodecimum annum collatæ reiectæque.

¶Conferre timorem suum,aut rem aliam in aliquid.Cæs.Qui suũ timorem in rei frumentariæ simulationem angustiásq; itineris conferrent. Id est causam timoris eam afferrent.

¶Confero me in campum,vel ad campum:in vrbē, vel ad vrbem, Id est vado. Quæ locutio eleganter etiam potest poni sine particula IN & AD. Si autem personam dicas,non locum,necessariò particula AD vtendum est:vt,Contuli me ad patrem, non in patrem. Quoties autem significatur donatio, IN vtendum est: vt, Multa in Ioannem contuli beneficia. Quicquid in ingratos confertur, planè perditur. Non autem ad ingratos tam eleganter dixeris.

Romam se contulit.Cic.pro Flac.

Retro se conferre.Claud.7.Paneg.

Confert se pituita in stomachum. Celsus lib.2.cap.12,Si in stomachum quædam biliosa concurrunt, vel etiam pituita eò se, humórve aliquis aquæ similis confert.

¶Confert {συμφέρει} in tertiis personis, pro Conducit, vel prodest,& vtile est. Cic. 2. Academ. Cœlestia autem vel procul esse à naturæ cognitione censeret: vel si maximè cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum conferre. Legitur & deferre.

Comœdia plurimum ad eloquentiam confert. Quintil.lib.1.cap.8.

Collatus,penult.prod. Participium {μετηνεγμένος} vt,Collata omnium vota in vnius salutem.Plin.Iun.in Paneg.

Castris collatis.Silius lib.4.

Cursibus collatis,Commissa acie.Valer.lib.6.Argon.

Collata dextra mouere prælia.Ouid.1.Fast.

Marte collato interimere aliquem, aut letho dare, Id est cominus interficere aliquem.Ouid.12.Metam.

Collatis viribus.Plin.Iunior lib.8.epist.14. Sic collato pede præliari,Liuius 6.bel.Pun.

Arma vndique collata.Lucan.lib.5.

Color roseo collatus Eoo.Propert.lib.3.eleg.24.

Pecunia ad alicuius honores collata.Cic.pro Flac.

Puella leuibus collata figuris. Id est aliarum comparatione non egregia forma.Propert.lib.1.eleg.4.

Non similis aliis collatus.Propert.lib.1.eleg.5,

Non est illa vagis similis collata puellis.

Cum Democrito Cleanthes & Chrysippus collati, quintæ classis videntur.Cic.4.Acad.

Dolere aliquem sibi collatum.Propert.lib.1.eleg.19.

Collatus,huius collatus,penult.prod. {συμβολή.} Hirtius de bel.Hispan. lib.6,In collatu pari erant conditione.

Collatio, Verbale {εἰσφορά.} Budæus. Collationem antiqui vocabant, quæ indictio aliàs Latinè dicitur:vulgus *taliam* vocat. Plin.Iunior in Paneg.Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse,donatiuum reddidisse,congiarium obtulisse,&c. Liu. 4.ab Vrbe,Patres benè cœptam rem perseueranter tueri:conferre ipsi primi:& quia nondum argentum signatum erat,æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes,speciosam etiam collationem faciebant.

Exercitus, castra, agmina, signorum collationes, &c. Cicero 1.de Oratore.

¶Collatio,Comparatio.Plaut.Milit.12,

Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum,&c.

In collatione. Plin.lib.37. cap.99, Optimæ verò sunt quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt.

¶Collatio,oratio est apud Rhetores.Cic.1.de Inuent. Collatio,est oratio rem cum re ex similitudine conferens.

Collator, penult. prod. {εἰσφορεύς, ὑπέρφορος} Verbale. Plautus Curcul.9, Symbolorum collatores apud forum piscarium.

Collatitius,Adiectiuum {εἰσφορικός} vt,

Collatitia instrumenta.Seneca in consolatione ad Martiam,vocat ea quæ à pluribus commodantur.Collatitiis & ad dominum redituris instrumētis scena adornata est. Sic Quint. declam.6, Collatitiam vocat sepulturam,quæ à pluribus confertur.

Collatitia stips, dicitur Ammiano Marcellino, qua passim erogata victitant inopes.

Collatiuus, collatiua, collatiuum, Idē quod Collatitius,quod scilicet à pluribus collatum est:vt,Collatiuũ sacrificium. Collatiuum autem ventrem vocat Plautus,magnum & turgidum, eo quòd in eum edulia multa conferantur.Collatiuum etiam neutro genere dicimus,eadem forma qua donatiuum, pro pecunia quam populus Principi vel Reipublicæ confert.

Conferrumino,conferruminas,penult.corr. {συγκολλῶ} conferruminare,Idem quod ferruminare significat.

Confertus,Vide CONFERCIO.

Conferua quid sit declarat Plin.lib. 27. cap.9. his verbis. Peculiaris, inquit,est Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando,spongia aquarum dulcium verius,quàm muscus aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ. Curatum ea scio omnibus ferè ossibus confractis prolapsum ab arbore alta putatorem,circundata vniuerso corpori,aquam suam inspergentibus,quoties inaresceret,&c.

Conferueo, conferues, conferbui {ζέω} conferuēre,Idem quod Feruere,vel simul feruere.

Conferuent ossa, id est quod vulgus chirurgorum dicit,*glutinantur per porum*. Celsus libro 8. cap.10, Siquando verò ossa non conferbuerunt,quæ sæpe soluta, sæpe mota sunt,&c. Hoc ab Hippocrate dicitur πωρωθῆναι.

Ira conferbuit.Horat.1.Serm.sat.2.

Conferuesco, conferuescis {ἀναζέω} conferuescere , Id est vehementer incalescere. Colum.lib.12.cap.23,Et tunc demum prædictæ picis sextans, & semuncia in sextarios quinque & sexaginta adiicitur, & rutabulo ligneo permiscetur, nec postea tangitur dum conferuescat. Plin.lib.18.cap.30.

Conferuefacio,conferuefacis,conferuefacere. Lucr.lib.6.de fulmine.

Dissoluit porrò facilè æs,aurúmque repentè

Conferuefacit,è paruis quia facta minutè

Corporibus vis est,&c.

Confessio,Confessor,Confessus,Vide CONFITEOR.

Confestim {παραχρῆμα} Aduerbiũ,id est Euestigio,subitò,mox,continuò.Cic.ad Att.lib.4, Hæc ego ad te:vt siquid noui (nam quotidie aliquid expecto) confestim ad me.

Cófestim aut ex interuallo.Cic.1.de Inuent. Quæ factum aliquod similiter confestim aut ex interuallo solent consequi.

Sine vlla mora & confestim rem gerere.Cic.5.Philipp.Rē administrandam arbitror sine vlla mora,& confestim gerendam censeo.

Confibula, penult.corr. {περόνη.} Cato cap.12, Fibulas quadraginta, vectes quadraginta, confibulas ligneas, quæ arbores comprimat, si dehiscent.& cuneos sex. Confibulæ autē sunt, interprete Turnebo, tanquā duplices fibulæ,quæ si quando quid hiet & aperiatur,ad constringendum vtrinque & comprimendum adhibentur, interpositis & interculcatis etiam cuneis,quos Cato desiderat sex.

Conficio, conficis,penult.corr. confeci,penul.prod. confectum {ἀπεργάζομαι,διαπράττω} conficere,Ex con & facio,idem quod facere vel perficere.Cicero ad Vatinium,lib.5.11,De Dionysio, si me amas,confice:quæcunque ei fidem dederis, præstabo.

Conficere exercitatione.Cic.1.de Inuent. Hoc si fortè non natura modò, sed exercitatione conficitur, verumetiam artificio quodam comparatur.

Magna cura,multa opera,& labore conficere aliquid.Cic.Planco, in epist.ad Att.lib.16.

Vi manúque conficere aliquid.Cic.1.Offic.

Amanter diligentérque conficere aliquid.Cic.Att.lib.2.

¶Conficere nucem.Plinius. Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere.Hoc est masticando conterere,& comminuere.

¶Conficere hominem. Donatus in Eunuchum Terentij, Propriè (inquit) hoc verbum conuenit gladiatoribus iis qui grauissimis vulneribus occubuerunt. Sic Cic.in Catil.Gladiatori illi cōfecto & saucio. Idem 7.Verr.Plagis confectum dico à lictoribus tuis ciuem Romanum ante oculos tuos concidisse.

Ignes conficiunt syluas,Id est consumunt.Lucret.lib.1.

Pauor attonitos confecerat hostes.Lucan.lib.6.

Sica conficere aliquem.Cic.pro Milone.

¶Conficere, per translationem, pro Grauare,opprimere, & vehementer afficere. Plin.Iun.lib.8.epist.16, Confecerunt me infirmitates meorum. Cic.ad Att.lib.3,Itaque quum meus me mœror quotidianus laceraт,& conficit, tum verò hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Conficit,id est consumit, & tabescere facit.

Quos in foro, quos in ambitione, quos in Repub. quos in amicorum negotiis res ipsa antè confecit, quàm possemus,&c. Cicero 1. de Orat.

Confectatus est & confecit.Cic.2.de Inuent. Quòd tamen excursionibus & latrociniis infestam prouinciam redderent,cōfectatus est & confecit.

¶Conficere aliquam virginem. Terent.in Eunuch.5.4,

-virginem Quam amabat,eā confeci sine molestia. Vbi Donatus,Si dixisset,Amorem confeci,posset intelligi,confeci,expediui, perfeci. At verò virginem confeci quid intelligemus,nisi hoc vnum quod insultat Parmeno, confectam virginem, quasi dicat superatam, atque deuictam?

Angore confici.Vide ANGOR.

Confici curis.Cic.1.de Finib.

Incendi & confici desiderio alicuius.Cic.in Orat.

Dolore & pudore confici.Cic.Terentiæ,lib.14.3.

Summis doloribus.Cic.5.de Finib.

Fame.Cic.3.Offic.

Frigore.Cic.3.Offic.

Se conficere.Plancus Ciceroni,lib.10.17,Ego eum non solùm hortatus sum : verùm etiam coegi istò proficisci, quòd & illa valetudine magis conficere se,quàm me iuuare posset in castris.

Me conficit solicitudo.Cic.Att.lib.11.

Ipsum corpus tenuissima de causa sæpe conficitur. Cic. de Arusp. respon.

¶Conficere, variis nominibus iūgitur,vt Cōficere ambulationem pomeridianam in aliquo loco.Cic.5.de Finib.Hoc est deambulare.

Absolutionem,Absoluere.Cic.pro Cluent. In consilium erāt ituri iudices triginta & duo,sententiis decē & sex absolutio cōfici poterat.

Æquor spatiis immensum conficere.Virg.2.Georg.

Annos aliquot.Cic.1.Tuscul.

Propè centum confecit annos.Cic.in Orat. Hoc est expleuit,vixit.

Annulum,pallium,soccos conficere.Cic.3.de Orat.

Argentum alicuius.Terent.Phorm.5.5,

Ne quum hic non videant me,conficere credant argentum suum.

Bellum,Pugnare.Plinius libro 16 cap.36.

¶Conficere bellum , pro Finire pugnam & absoluere. Vatinius Ciceroni,lib.5.10, Nam si hoc expectandum est, dum totum bellum conficiam.

Bibliothecam. Cicero ad Atticum, libro 1.4, Et velim cogites (id quod mihi pollicitus es) quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis.

Cibos.Id est concoquere,& quod vulgò dicunt *Digerere*. Plin. lib. 11 cap.37, Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos.

Conficere etiam cibos, pro Com manducare, vel subigere. Liuius libro 2.

Conficere cibos,pro Ad esum præ parare. Colum.lib.12.cap.3,Post quæ ad cibum conficiendũ vasa constituebātur: inde quæ ad lauationem. Paulo pòst,Quę ad cibaria coquenda & cōficienda pertinent.

Cursum.

Curfum. Cic.ad Attic.lib.5,Hinc Scyrum,deinde Delum,vtroque citius quàm vellemus,curfum confecimus.
Curfum vitæ,& curriculum viuendi.Cic.3.Tufc.
Curfus annuos Sol conficit.Cic.1.de Nat.deor.
¶Cum aliquo conficere, pro Transfigere. Cicero ad M.Marium, libro 7.2.
Conficere de re aliqua cum aliquo. Cic.ad Attic.lib.12,Tu tamen cum Apella Chio confice de columnis.
Diem.Plaut.Trinum.11,
Longo fermone vtimur,diem conficimus.
Diem extremum morte.Cic.3 de Fin.Quum extremum vitę diem morte confeceerit.
Efcas,dicuntur dentes intimi.Cic.2.de Nat.deor.
Exercitum. Cicero ad Atticum,libro 8, Reges barbaros incitare, gentes feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos.
Exercitum difficili Reipub. tempore conficere. Cicero pro Lege Manilia.
Facinus.Cic.pro Sex.Rofc.Amer.
Famam. Cic.de Clar.Orat. Catullus erat ille quidem minimè indoctus: fed tamen fuauitas vocis, & lenis appellatio literarum bene loquendi famam confecerat.Hoc eft,ei pepererat,acquifierat.
Flagitium.Terent.Phorm.5.2,
Dum aliquid flagitij conficiat.
Funera iufta. Cæfar 6 bel. Gall. Ac paulo fupra hanc memoriam ferui & clientes, quos ab iis dilectos effe conftabat, iuftis funeribus confecti cremabantur.
Iter. Cæf.4. bel.Gall. Atque hoc omni itinere vna nocte equitatu confectos,infcios,&c.
Iurifdictionem. Cic.M.Cælio,lib.2.12, Quoniam iurifdictionem confeceram,ciuitates locupletaram.
Legationem & mandata conficere.Cic.Plancio.
Librum,pro Scribere & componere. Cic.de Senect.Mihi quidem ita iucunda fuit huius libri confectio.
Ligna ad fornacem.Cato cap.16,Calcarius perficit & coquit,& ex fornace calcem eximit,& ligna conficit ad fornacem.
Malum alicui.Terent.Heaut.5.3,
Profectò nifi caues tu homo,aliquid gnato conficies mali.
Mandata.Cic.9.Philip.2,At ille properans,feftinánfque,mandata noftra conficere cupiens,&c.
Digerere,perfequi,conficere mandata alicuius.Cic.Quint.fratri, libro 2.15.
Motus animorum.Cic.2.de Orat.
Munus annuum.Cic.Cælio,lib.2.11.
Munus fufceptum.Cic.2.de Orat.
Negotium.Cæf.3.bel.Gall.Quæ quidem res ad conficiendum negotium maximè fuit opportuna.
Per aliquem negotium conficere.Cic.Att.lib.1.11.
Ex fententia negotium conficere.Planc.Cic.lib.10.17.
Nuptias.Terent.Phorm.2.1,
Bonas me abfente hic confeciftis nuptias.
Officium legationis. Cæfar 3 bel.Ciuil. Sed qui ab eo miffi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regi colloqui cœperunt.
Vetuftas omnia conficit & confumit.Cic.pro Marcello.
Opus conficere.Plaut.Capt.12.
Ornamenta.Cic.pro Sextio,Cuius ille ordinis nomen retinet,ornamenta confecit.
Pactiones. Cic.ad Attic.lib.5, Et eo facilius: quòd in noftra prouincia confectæ funt pactiones.
Perpolire ac conficere partem aliquam orationis. Cicero 2. de Oratore.
Patrimonium. Cic. pro Flacco, Quàm non amicus fuis ciuibus, qui patrimonium fatis lautum,quod hic nobifcum conficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit diffipare?
Pacem. Cic. pro Flacco, Pacem maritimam fumma virtute atque incredibili celeritate confecit.
Pacem alicuius in leges fuas.Terent.Heaut.5.2,
Nanque adolefcens quàm minima in fpe fitus erit,
Tam facillimè patris pacem in leges conficiet fuas.
Peculium grande.Plaut. Merc.3.9.
Pecuniam ex re aliqua,pro Curare & parare.Cic.3.Verr.Negat illa poffe hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici poffe.
Penfum.Plaut.Merc.7,
Ea molit,conficiet penfum,pinfetur flagro.
Penfum,aliter.Plaut.Perfa,8,
Penfum meum quod datum eft,confeci:nunc propero domum. Sic Conficere opus,Idem Capt.12.
Porticum mille paffuum.Cic.Att.lib.4.In campo Martio fepta tributis comitiis marmorea fumus & tecta facturi,eáque cingemus excelfa porticu,vt mille paffuum conficiatur.
Prandium.Plaut.Menæh.11.
Profeffionem conficere. Eft profiteri rem fuam effe, & edere numerum eius vel modum, vel æftimationem apud magiftratum,vt in cēfu, quod vicaria etiam alterius opera fieri interdum,authoritatem dum præftaret, poterat. Cic. Tu verò confice profeffionem fi potes, &c. Ex Turnebo.
Rationes.Cic.Att.lib.6.
Reditum alicui, pro Impetrare & efficere vt redeat aliquis. Cic. Dolabellæ, libro 9.13, Reditum fi me tantum amas, quantum certè amas,hominibus confice.
Rem.Cæf.1.bel.Ciuil.Cæfar in eam fpem venerat,fe fine pugna & fine vulnere fuorum rem conficere poffe.
Rem conficere, Id eft patrimonium confumere. Cicero poft Reditum, Qui quum fuam rem non minus ftrenuè quàm poftea publicam confeciffet, egeftatem & luxuriam domeftico lenocinio fuftentauit.
Sacra.Cic.ad Brut.lib.13.12,Quibus & facra conficere,& farta tecta ædium facrarum locorúmque communium tueri poffint.
Sermonem. Cic.1. de Orat. Cæf.1. bel. Ciuil. Is reliquo fermone confecto, cuius rei caufa venerat, habere fe à Pompeio ad eum priuati officij mandata demonftrat.
Exclamatio, eft quæ conficit fignificationem doloris. Author ad Heren.lib.4.
Solicitudines alicui.Terent.And.4.1,
Quantáfque hic fuis confiliis mihi confecit folicitudines.
Spatia eadem conficere.Cic.1.de Nat.deor.
Stadia aliquot vario fermone. Cic. 5. de Finib. Itaque ad tempus ad Pifonem omnes:inde vario fermone fex illa à Dypilo ftadia confecimus.
Tabulas. Cic.3.Verr. Audimus aliquem tabulas nunquam confeciffe,quæ eft opinio hominum de Antonio falfa.
Tempus annuum.Cic.Dolabellæ,in Epift.ad Attic.lib.15.
Tunicas hybernas.Plaut.Milit.10,
Conficiantur tunicæ mihi hybernæ bonæ.
Veftem. Columel.lib.12.cap.3,Nihil enim nocebit,fi fibi atque actoribus, & aliis in honore feruilis veftis domi confecta fuerit, quo minus patrisfamiliâs rationes onerentur.
Longam viam.Cic.de Senect.
Celeritate incredibili longiffimas vias conficere. Suetonius in Cæfare,cap.57.
Vim diuinam. Cicero 2. de Diuinat. Quæ vetuftas eft, quæ vim diuinam conficere poffit?Hoc eft omnino perdere,& in nihilum redigere, atque confumere. De oraculo Delphico, vbi iam defierant refponfa dari.
Vulnus acerbum.Virg.11.Æneid.
¶Ex quo conficitur, vt fi leges duæ, aut fi plures, &c. Cic.2.de Inuent. Id eft ex quo concluditur.
¶Confectum eft. Cic.in Top. Nondum eft fatis: adde,nec ea aut legata teftamento,aut poffeffione retenta,confectum eft.
Confectus,Participium{[illegible]}Cic.2.Offic.Nec me angoribus dedi,quibus effem confectus.
Confectus cæde,Interfectus.Seneca Herc.fur.13.
Confectus ac trucidatus.Cic.de Arufp.refp.Haud poteft grauioribus à me verbis vulnerari, quàm eft ftatim in facto ipfo à grauiffimo viro P.Seruilio confectus ac trucidatus.
Confectus æftiuis.Cic.Appio,lib.3.9.
Æuo confectus.Virg.11.Æneid.
Cibo.Cic.in Catil.
Calore & fpiritu cocta & confecta quæ in aluo funt, in reliquum corpus diuiduntur.Cic.2.de Nat.deor.
Corpore & animo confecta mulier.Cic.Terentiæ,lib.14.4.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cicero ad Atticum, libro 11.
Incendi & confici defiderio alicuius.Cic.in Orat.
Dolore affiduo confectus.Catul.epigr.60.
Animi dolore.Cic.pro Murena.
Fame,frigore,inopia rerum omnium.Cic.1.in Catil.
Flammis confecta.Valer.lib.6.Argonaut.
Affiduis laboribus, concurfationibúfque confectum grauiter fe habere. Planc.Cic.lib.10.17.
Squallore fordidus, confectus morbo, lacrymis ac mœrore perditus.Cic.pro Mur.
Senecta.Ouid.6.Metam.
Summa fenectute.Cic.in Pifon.
Senio.Claud.de bel.Gild.
Vino,luftrifque.Cic.2.Philip.Quum omnes impuritates pudica in domo fufciperes,vino luftrifque confectus.
Vino,ganeis,lenociniis,adulteriifque.Cic.pro Sext.
Vulneribus.Cic.poft Reditum.
¶Confecta annis ætas.Colum.lib.1.cap.8.
Artus confecti languent.Lucret.lib.3.
Bellum affectum, & pene confectum. Cicero de Prouinciis Confularibus.
Confilio togatorum fufcepta fæpe & confecta bella. Cicero 1. Officior.
Cibus confectus coactúfque in iecore per venam cauam ad cor perlabitur.Cic.2.de Nat.deor.
Ciuitas ab aliquo confecta,Id eft euerfa.Cic.de Arufp.Refp.
Tota ciuitas confecta fenio eft.Cic.pro Milone.
Curfus confecti.Virg.5.Æneid.
Fata.Stat.lib.9.Thebaid.
Forma confecta macie.Virg.3.Æneid.
Eadem ratio,quum eft in hominis mente, confirmata & confecta lex eft.Cic.1.de Legib.
Munus confectum carmine.Catul.epigram.63,
Hoc tibi quod potui confectum carmine munus,
Pro multis aliis redditur officiis.
Magno confecta labore pectora.Tibul lib.1.eleg.7.
Confecta res eft.Cic.Attico, lib.8. epift.4.in fine.Id eft, Actum eft de Italia.C'en eft faict,Tout eft perdu.
Stipendia.Cic. pro Lege Manil. Partem militum, qui iam ftipendiis confectis erant,dimifit.
Victoria. Cicero 14.Philippica. paulo antè dixit, Victoriam quæ parta eft.
Conficiens {[illegible]} Nomen ex participio, Qui conficit. Conficientiffima literarū ciuitas,Quæ omnia fcribit quæ agit. Cic.pro L.Flacco,Cū ciuitate mihi res eft acerrima,& conficientiffima literarum, in qua nummus moueri nullus poteft fine quinque Prætoribus,tribus Quæftoribus,quatuor menfariis,qui apud illos à populo creantur.

Conficientes causæ & efficientes pro iisdem. Cic. in Partit.

Bonorum conficientia, pro iis quæ bona conficiunt. Cic. 5. de Finibus, Sed hæc quum corporis bona sint, eorum conficientia certè in bonis numerabis amicos, liberos, propinquos, diuitias, honores, opes.

Confectio, Verbale {[illegible]} Cic. pro Flacco, Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur.

Annalium confectio. Cic. 2. de Orat.

Belli confectio. Cic. 14. Philipp.

Escarum confectio à lingua adiuuari videtur. Cic. 2. de Nat. deor. Id est ciborum comminutio.

¶Confectio, Medicamentorum immistio, seu compositio. Gellius lib. 17. cap. 16, de Mithridate rege loquens, Solitúmque earum sanguinem miscere medicamentis, quæ digerendis venenis valent: cúmque sanguinem vel potentissimum esse in ea confectione.

Confector {[illegible]} aliud Verbale. Cic. 2. de Nat. deorum, Atque hic noster ignis, quem vsus vitæ requirit, confector est & consumptor omnium: idémque quodcunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat.

Belli confector. Cic. Planco, lib. 10. 20.

Confector coriorum. Firmic. lib. 3. cap. 9. & cap. 12.

Negotiorum confector. Cic. 2. Verr.

Confectura, confecturæ, pen. prod. {[illegible]} Plin. lib. 13. cap. 12, Proximum amphitheatricæ datum fuerat à confecturæ loco.

Confectura mellis. Colum. lib. 9. cap. 14.

Confictio, Confictus, Vide CONFINGO.

Confideiussor, confideiussoris, Qui cum alio fideiubet. *Contrepleige.* Modestinus l. vt fideiussor. D. de fideiuss. & mandat. Vt fideiussor aduersus confideiussorem suum agat, actio danda non est. ideóque si ex duobus fideiussoribus eiusdem quantitatis, alter electus à creditore totum exsoluerit, nec ei cessæ sint actiones: alter nec à creditore, nec à confideiussore rectè conuenietur.

Confido, confidis, pen. prod. confisus sum {πείθομαι, θαῤῥέω} confidere, significat Credere & existimare, tum in præterito, tum in præsenti, tum in futuro: authore Valla lib. 5. cap. 47, Habet etiam præteritum actiuæ terminationis confidi. Liuius libro 4. Decad. 5, Nec tum mœnia modò, sed agros etiam confiderunt se a populationibus tueri posse.

De præterito. Cic. 7. Verr. Ego mei iam rationem officij confido esse omnibus iniquissimis meis persolutam.

De præsenti. Cic. 3. Offic. Quanquam à Cratippo nostro, principe huius memoriæ philosophorum, hæc te assiduè audire atque accipere confido.

De futuro. Cicero ad Brutum, libro 11. 8, Ita enim sperant atque confidunt, vt antea rege, sic hoc tempore regno te Rempub. liberaturum.

Confidere & credere. Liu. 2. ab Vrbe, Et Consules magis non confidere, quàm credere suis militibus. Qui locus non parum habet difficultatis, proinde sic explicandus. Credimus illis, quos soluendo esse putamus: Confidimus iis, quorum beneuolentia nos facit securos. Consules potius non confidebāt suis militibus, quos auersos alienatóque à se animo existimabant, quam de viribus illorum desperarēt.

Confidere & Metuere, contraria. Ouid. epist. 16,

De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Num confidit? Plaut. Pseud. 20,

Num confidit? sycophanta hic nequam est, nugis meditatur malè.

Nihil nimis oportet confidere. Cic. 1. Tuscul.

Confidere alicui. Cic. 3. de Fin. Atque ille vir altus & excellens magno animo verè fortis confidere sibi debet, & suæ vitæ & actæ & consequenti.

Timidè confidere alicui, Id est non tutó. Ouid. de Arte amandi.

Mihi ipse confido. Cic. de Amic.

Sibi confidere. Cic. pro Flacco.

Arcæ alicuius confidere. Cic. Att. lib. 1. 6.

Bono fragili confidere. Seneca Hippol. 6.

Bonis suis. Cic. 5. Tuscul.

Causæ. Cic. 1. de Finib.

Ferocius causæ suæ. Cic. Att. lib. 8.

Parum constantiæ alicuius. Cic. Planco, in epist. ad Attic. lib. 16.

Figuræ suæ, Id est pulchritudini. Ouid. 10. Metam.

Formæ suæ. Lucan. lib. 10.

Optimatibus nihil. Cic. Att. lib. 9.

Rebus afflictis. Virg. 1. Æneidos,

-hic primum Æneas sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus.

Id est de afflictis rebus.

Suis regnis. Iuppiter de Colare mortuo apud Valer. lib. 6,

Hei mihi si duræ natum subducere sorti
Molior atque meis ausim confidere regnis.

Virtuti. Cæs. 3. bel. Ciuil.

Virtuti constantiæque alicuius. Cic. 5. Philipp.

Confidere cum ablatiuo posuit Cic. 5. Tuscul. Cuius ingenium & eloquentiam quum admiratus esset Leon, quæsiuisse ex eo qua maximè arte confideret.

Corporis firmitate & fortunæ stabilitate confidere. Cicero 5. Tusculanarum.

Voluntate aliquorum. Cn. Magnus in Epistolis ad Atticum, libro 8.

Confidere animo. Cic. ad Quint. fratrem, lib. 1. 2, Sperent superiores fore nos, confidant animo, vt in hac Repub. ne casum quidem vllum pertimescat.

Confidere animo & spe. Cæsar, Tamen non deterrebantur, animo & spe confidebant.

Confidere de. Vlpian. in l. quum de consuetudine. D. de legibus, Quum de consuetudine ciuitatis vel prouinciæ confidere quis videtur.

Confidens, pen. prod. {θρασύς, θαῤῥαλέος} Nomen ex participio, Audax, nihil timens: tam in bonum, quam in malum accipitur.

In bonum. Plaut. Merc. 22,

-Cupido quantus es?
Nam quemuis confidentem facilè tuis factis facis:
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.

Idem Captiuis, 12.

In malum. Terent. Phorm. 1. 2,

Homo confidens, qui (illum dij omnes perdiunt)
D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicam, dedit.

Vbi Donatus, Hic confidens pro improbo, audace, & temerario posuit. vt, O ingentem confidentiam! Plaut. Amph. 4, Qui me alter est audacior homo? aut qui confidentior?

Homo durus, confidens, tumidus, amari sermonis. Horatius 1. Serm. sat. 7.

Nequam est homo ille atque confidens. Cic. 7. Philipp.

¶Confidens, Constans, inquit Donatus. Terent. And. 5. 2,

Nescio quis senex modò venit, ellum confidens, catus.

Confidentissimus. Virg. 4. Georgicorum,

Nam quis te iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos?

Hoc est audacissime.

Confidentia {θάῤῥος, θράσος} Plaut. Mil. 5,

Tutè vnus si hoc recipere ad te dicis, confidentia est
Nos inimicos profligare posse.

¶Confidentia & Fidentia, differunt, vt Cic. Tuscul. 3. ostendit, his verbis, Qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbū a confidendo, quod laudis est. Qui autem est confidens, is profectò non extimescit, &c. Hæc Nonius.

Afferre confidentiam. In AFFERO.

Amittere confidentiam. In AMITTO.

Confidentiam habere in ventre. Plaut. Capt. 13.

¶Confidentia, sæpius in malam, Fiducia in bonam partem accipitur, authore Donato. Terent. Eunuch. 5. 1,

Vide amàbo, si non quum aspicias, os impudens
Videtur. T. non est. P. tum quæ eius confidentia est?

Improbitas & confidentia. Cic. pro Cecinna, Quasi verò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia.

Confidentia & temeritas. Cic. 2. Philipp. Iam intelliges aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ.

Ingens confidentia. Vide INGENS.

Videte quo vultu, qua confidentia dicat. Cic. pro Flacco.

Confidentia scapularum, id est duritia. Plaut. Asin. Nonius.

¶Confidentia, Constantia. Cicero 3. de Rep. Duas sibi res quominus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & vocem defuisse. Nonius.

Confidentiloquius {θρασυμυθολόγος} Dictio à Plauto conficta in Trinumm. 4,

-nihil est profectò stultius,
Neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque periurius, quàm, &c.

Confidenter, Aduerbium {θαῤῥαλέως} Plaut. Capt. 22,

At vt confidenter mihi contra astitit.

Spurcè, superbè, perfidiosè, crudeliter, confidenter, malitiosè, flagitiosè factum. Author ad Heren. lib. 1.

Confidenter facere. Plaut. Milit. 8.

Colloqui. Cic. 2. de Orat.

Confidenter restare in aliqua re. Terent. Heaut. 5. 3,

In qua re nunc tam confidenter restas stulta?

Dicere confidentius de re aliqua. Cic. pro Cælio, Dicam enim iam confidentius de studiis eius honestis, quoniam audeo quædam fretus vestra sapientia liberè confiteri.

Loqui confidentius. Cic. 2. de Orat.

Resistere confidentissimè. Author ad Herenn. lib. 2.

Confisus, pen. prod. {πεποιθώς} Participium. vt, Rusticus confisus plenis agris. Tibull. 2. eleg. 1.

Nimium cælo sereno confisus, Cæli deceptus fraude sereni. Virgil. 5. Æneid.

Copia & facultate causæ confisus. Cic. pro Rosc. Com.

Flore primæuæ iuuentæ. Sil. lib. 16.

Pelago sereno. Virg. 5. Æneid.

Cymba confisa remis minutis. Propert. lib. 1. eleg. 11.

Vrbe. Lentul. Cicer. lib. 12. 14.

Confisus amari, Credens se amari. Tibul. lib. 1. eleg. 9,

Tum miser interij stultè confisus amari.

Confisio, confisionis {θάῤῥος} Verbale. Cic. 4. Tuscul. Et si fidentia, id est firma animi confisio, scientia quædam est, & opinio grauis, non temerè assentiens.

Configo, configis, pen. prod. confixi, confixum {[illegible]} configere, Idem quod figere. vt, Configere tabulam aculeis. Colum. lib. 7. cap. 3.

Configere sagittis aliquem. Cic. 4. Acad. Quid apud Euripidē Hercules, quam vt Eurysthei filios ita suos configebat sagittis, quum, &c.

Configere tabulas inter sese. Cato cap. 21.

Configere cornicum oculos. Cic. pro Mur.

¶Configere suas curas in Reip. salute. Cic. 7. Philipp. Hunc ipsum mihi hominem familiarissimum, nisi talis Consul esset, vt omnes vigilias, curas, cogitationes in Reipub. salute configeret, Consulem non putarem.

Confixus {σύμπηκτος} Participium. vt, Confixus cuspide. Lucan. lib. 3.

Pereunt confixi à sociis. Virg. 2. Æneid.

Sagittis confixus. Seneca Herc. OEth. 7.

Telis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7.

Ferrea seges telorum confixum tegit. Virg. 3. Æneid. de Polydoro,

-hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & iaculis increuit acutis.

Confixus sententiis. Cic. 12. Philipp. Meminerant eius sententiis confixum Antonium, L. Cæsarem fortem quidem illum, & constantem Senatorem.

Senatusconsultis. Cic. de Arusp. respon.

Facere confixum. Id est configere. Cicero 2. de Orat. Quid Decius Nuculam, an confixum vis facere? inquit. Hic autem est vsus ambiguo. Nam sermone cõfixum facimus, quemadmodum mucrone aut alia re. Significat autem verbis aliquem exagitare.

Configuro, configuras, pen. prod. {χηματίζω} configurare. Columel. lib. 4. cap. 20, Ne prauitas staturninum ad similitudinem sui vitem configuret. Sic Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 11.

Confingo, confingis, confinxi, confictum {συμπλάττω} confingere, Nihil amplius ferè quàm Fingo significat, præterquam quòd compositio nonnihil addit vehementiæ, quemadmodum in plerisque aliis. Plinius lib. 10. cap. 33, Hirundines eadem materia nidos confingunt. Idem lib 11. cap. 5, Apes fauos confingunt & ceras. Id est formant vel componunt.

¶Confingere, significat etiam Comminisci & commentari. vt, Confingere rationes. Colum. lib. 1. cap. 8. Terent. Phormione,
Omnia hæc confingam quod erit mihi bonum atque commodum.

Confingere & comminisci aliquid. Author ad Heren. lib. 2.

Crimen in aliquem. Cic. 5. Verr. Concedes non hoc crimen nos in te confingere.

Dolum inter sese. Plaut. Capt. 2,
Hicce autem inter sese confinxerunt dolum.

Insidias alicui paratas. Iustinus lib. 32. De Perseo.

Rumorem. Author ad Heren. lib. 2.

Confingere aliquid ab alio cogitatum esse. Cic. pro Rege Deiotaro, Id vos & à viro optimo, & ab homine minimè stulto cogitatum esse confingitis.

Confictus, Participium {συμπλασθείς} vt, Confictæ lacrymæ. Terent. Andr. 3. 3.

Confictio, cõfictionis, Verbale {σύμπλασμα} Cic. pro Rosc. Amer. Criminis confictionem Erucius suscepit.

Confinis, & hoc confine, pen. prod. {ὅμορος, σύνορος} Qui eodem loco finitur. Liu. 4. ab Vrbe. Excursiones inde in confinem agrum Labicanum factæ erunt. Plin. lib. 12. cap. 20, Tarum inuehitur per Nabathæos, Troglodytásque confines.

Caput confine collo. Ouid. 1. Metam.

Confinibus oris. Valer. lib. 2. Argonaut.

Confinis meus. Martial. lib. 2,
Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum.

Confinis, genitiuo iungitur. Author ad Herenn. lib. 4. Qui in mediocre genus orationis profecti sunt, si peruenire eò non potuerunt, errantes perueniunt ad cõfine genus eius generis, quod appellamus fluctuans & dissolutum.

Confinis, datiuo iungitur. vt, Confinis Æthiopiæ est. Plinius libro 8. cap. 10.

¶Confinis, per translationem, Quod propè idem est & simile. Quintilianus libro 6. cap. 4, Ei confine est quod dicitur per suspicionem.

¶Confines & Vicini differunt. Nam Confines dicuntur, quorum prædia linea tantùm distincta sunt: vel quorum vnius finis, alterius etiam finis est. Vicini verò, quorum prædia parietibus disterminata sunt. Itaque Confinium in rusticis, Vicinitas in vrbanis prædiis ponitur, vti docet Paul. l. 4. in fin. D. fin. regund. Hotom.

Confine, huius confinis {μεθόριον} Valer. lib. 6. Argonauticõn,
Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ,
Inde Thoen.

In confinibus hostis arcendus est. Seneca lib. 1. de Ira.

Confinium, huius confinij {μεθόριον} Terminus agrorum. Colum. lib. 3. cap. 5, Mediocritas in lectione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni malíque posita est. Plinius libro 6. cap. 9, Continium Caspij maris.

Vicinitates & confinia. Cic. 2 Offic. Conuenit autem cum in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum: in omníque re contrahenda vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multa multis de iure suo cedentem.

Confinium artis & falsi apud Tacitum lib. 4, pro similitudine vel affinitate.

Terræ alicuius confinia, Id est loca vel oppida adiacentia. Lucanus libro 3.

Ad confinia alicuius loci. Valer. lib. 8. Argonaut.

Ponere in confinio arbores. Vlpianus in l. 1. D. finium regundorum, Neque enim multum interest, arbores quis in confinio, an ædificium ponat.

Prope confinium arbor posita, si etiam in vicinum fundum radices egerit, cõmunis est. Caius in l. adeò. §. vlt. D. de acquir. rer. domin.

Arctum confinium salutis & exitij. Patercul. lib. 2, In quàm arcto salutis exitíque fuerimus confinio, mihi tam festinanti exprimere non vacat.

Confio, pen. prod. confis {ἀποτελοῦμαι} confieri, penul. corr. passiuam habet significationem. Cæs. 7. bel. Gall. Postquam id difficilius confieri animaduertit. Balbus & Oppius Ciceroni, in epist. ad Atticum, lib. 9, Te hortari desineremus, vt velles his rebus interesse: quo facilius, & maiore cum dignitate per te, qui vtrique es coniunctus, res tota conficeret.

Res confit vtroque modo. Lucret. lib. 4.

Confore, pen. corr. {συντελεσθήσεσθαι} Futurum tempus infinitiui modi. Terent. Andria.
-restat Chremes
Qui mihi exorandus est: & spero confore. Vbi Donatus, Confore, ab eo quod est confit, id est perficitur: futurum tempus infinitiui modi confore facit, id est perfectum iri. Sic in Adelphis,
Verùm quid ego dicam? hoc confit quod volo. Confieri, id est perfici. Vnde Confectum negotium dicitur, vel confecta res, quæ ad plenum perficitur. Virg. 4. Æneidos,
-nunc qua ratione quod instat
Confieri possit, paucis (aduerte) docebo. Donatus.

Confirmo, confirmas {ἰσχυρίζω, ἐμπεδόω, βεβαιόω, κρατύνω} confirmare, Firmum facere. Cic. pro Lege Manil. Mithridates autem & suam manum iam confirmarat, &c.

Erigere se & confirmare. Cic. Quint. frat. lib. 1. 3, Erige te & confirma, si quæ subeunda dimicatio erit.

Confirmare & excitare aliquem. Cic. Att. lib. 1. 11, Ego recreaui afflictos animos bonorum, vnumquenque confirmans & excitans.

Ad voluntatem alterius se. Cic. Lentulo, lib. 1. 8, Veruntamen ipse me confirmo ad eius voluntatẽ, à quo honestè dissentire nõ possum.

Sensum rectum & confirmatum in Republica deponere, difficile. Cic. Lentulo, lib. 1. 8.

¶Confirmatur cicatricula. Cels. lib. 2. cap. 10, Ideóque protinus brachium deligandum, habendúmque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Confirmare corpus. Cels. lib. 4. cap. 4, Neque vomitum huius afferre periculum etiam quum repetit, si antè confirmare & implere corpus licuit.

Educare & confirmare. Cic. 2. de Orat.

Intestina. Cels. lib. 4. cap. 19, Neque enim vlla res magis intestina confirmat.

Membrum. Cels. lib. 8. cap. 10, Tum paxillus remouendus, vulnus sanandum est, cicatrix inducta fouenda frigida aqua est, &c. & magis etiam hic quiescendum donec membrum confirmetur.

¶Confirmare se dicuntur qui ex morbo conualuerunt. Cic. ad Tironem, lib. 16. 2, Cura igitur te, & confirma: & quum commodè poteris, &c. ad nos veni.

Planè se confirmare alicubi. Cic. Tironi, lib. 16. 1, Mihi placebat si firmior esses, vt te Leucadem deportaret, vt ibi te planè confirmares.

Confirmata valetudo à morbo. Cicero ad Atticum, libro 10, Valetudinem tuam iam confirmatam esse & à vetere morbo, & à nouis tentationibus gaudeo.

Confirmata ætas. Cic. de Fin. In his verò ætatibus, quæ iam confirmatæ sunt, quis est, &c.

Corroborata & confirmata ingenia. Cic. de Amicit. Omnino amicitia corroboratis iam confirmatísque & ingeniis & ætatibus iudicandæ sunt.

Nondum satis confirmatus ad scribendum. Cicero ad Dolabell. lib. 9. 11.

¶Confirmant se, qui animum sumunt excusso timore. Cic. 7. Verr. Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet.

Confirmare se ad omnia. Cic. in quadam oratione.

Confirmare aliquem. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 9, Plancum quoque confirmes oro, quem spero pulso Antonio, Reipub. non defuturum.

Alterum confirmare, non est ex causa atque fortuna eius cui omnia desunt. Cic. Torquato, lib. 6. 3.

Dictis confirmare aliquem. Claud. de bello Gildon.

Confirmare animum. Plaut. Aulul. 13,
Volui animum tandem confirmare meum.

Sapientissimi & amicissimi hominis authoritate confirmare animum alicuius. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6.

Confirmare animos verbis. Cæs. 1. bel. Gall. Cæsar Gallorum animos verbis confirmauit.

Mores. Cic. 4 de Finib.

¶Amicitiam vel pacem cum aliquo. Cæs. 1. bel. Gall.

Cum proximis ciuitatibus pacem & amicitiam confirmare. Cic. 1. Philipp. Pax denique per eum & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est.

Confirmata amicitia, & perspecta fide, commemoratio officiorũ superuacanea est. Cic. Appio, lib. 3. 5.

Opinionem. Plin. lib. 37. cap. 1, Confirmat hanc eandem opinionẽ edictum Alexandri Magni, quo vetuit, &c.

¶Confirmare, Asseuerare, corroborare, affirmare. Cic. 4. Academ. Maximè verò virtutum cognitio confirmat percipi & comprehendi multa posse. Idem de Amicitia, Nemo vnquam erit, &, vt confirmare possum, nemo certe fuit.

Plus est persuadere, quàm confirmare. Cic. Att. lib. 16, Hoc quum mihi non modò confirmasset, sed etiam persuasisset, egit mecum accuratè, &c.

Confirmare & comprobare. Cic. Cupiennio, in epist. ad Atticum, libro 16.

Confirmare & Infirmare, contraria. Cic. 2. de Diuin. Tu quidem non hostiarum casum confirmas fortium similitudine, sed infirmas fortes collatione hostiarum.

Promittere atque confirmare. Cic. Appio, lib. 3. 10.

Confirmare & Refellere, contraria. Cic. 1. de Orat. Et id quod intenderemus confirmare, & id quod contrà diceretur, refellere.

Confirmare & Refutare, contraria. Cic. 2. de Orat. Nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare.

Confirmare & sancire. Cic 10 Philipp.

Ausim confirmare. Id est affirmare. Lucret. lib. 2.

Otij causa aliquid confirmare. Cic. Capitoni, in epist. ad Attic. lib. 16. De actis Cæsaris.

Authoritatibus causam aliquam confirmare. Cic. pro L. Manil.

Exquisitis rationibus confirmare aliquid. Cic. 1. de Fin.

Aliquid confirmare de re aliqua. Cic. pro Archia.

De reditu alicuius. Cic Cecinnæ, lib. 6. 6.

Ex rationibus aliquid. Lucret. lib. 5.

Sine vlla dubitatione aliquid. Cic. de Clar. Orat.

Omni ratione. Cic. de Lege Agrar.

Confirmari omnium sermone. Cic. 7. Verr. Hæc autem istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone.

Suffragiis aliquid. Cicero pro Domo sua, Quod factum non est, vt sit factum, ferri ad populum aut verbis vllis sanciri, aut suffragiis confirmari potest?

Confirmare commentitium crimē. Cic. pro Rosc. Amer. Ille quomodo commentitium crimen confirmaret, non inueniebat.

Diuinationem. Cic. 1. de Diuinat.

Facinus obiectum. Iustinus lib. 32. de Perseo.

Periurium. Cic. Verr. 17, Vt quàm minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandúmque periurium.

Poenæ metu religionem. Cic. 2. de Legib.

Spem temporis reliqui. Cic. 1. Verr.

Confirmare aliquem libertati. Cæsar, Gladiatorésq; quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit.

Confirmatum est. Cic. 4. Verr.

Confirmatus, penult. prod. Participium {βεβαιωθείς.} vt, Confirmata acies. In ACIES.

Corpus confirmatum. Cic. Tironi, lib. 16. 3.

Certus & confirmatus animus. Cic. pro Quint. Diffidebam mehercule C. Aquili, satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere.

Nondum confirmato consilio, sed ineunte ætate curam aliquam suscipere. Cic. 5. Verr.

Incommodum in aliquo confirmatum. Cicero antequam iret in exilium.

Ratio confirmata. Cic. 4. Acad.

Confirmator, pen. prod. Verbale {βεβαιωτής.} Cic. pro Cluent. Vnus & alter dies intercesserat, quum res parum certa videbatur: sequester & confirmator pecuniæ desiderabatur.

Confirmatio, Verbale {βεβαίωσις, βεβαίωσις.} Cic. 5. de Fin. Inuenta vitæ via est confirmatióque omnium officiorum.

Testimonium & grauior confirmatio. Cic. 1. de Inuent.

Animi. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6.

Non eget confirmatione virtus. Cic. Torquato, lib. 6. 3.

¶Confirmatio, Pars orationis Rhetoricæ. Cic. 1. de Inuent. Confirmatio est, per quam argumentando nostræ causæ fidem & authoritatem & firmamentum adiungit oratio.

Confirmitas, penultima correpta, confirmitatis {αὐθάδεια.} Plautus Milite. 5.

Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Confisco, confiscas {δημεύω} confiscare, In fiscum, id est in pecuniā publicam redigere. Vide FISCVS. Suet. in Calig. cap. 16, Multis incēdiorum damna suppleuit, ac si quibus regna restituit, adiecit & fructum omnem vectigaliorum & reditum medij temporis, vt Antiocho Comageno H-s. millies confiscatum. Erasmus.

Confiscari bona dicuntur, quæ in fiscum coguntur. l. vlt. §. pen. D. de bon. eor. l. 3 de re milit. lib. 12. C.

Hæreditates confiscare. Sueton. in Domit. cap. 12, Confiscabantur alienissimæ hæreditates, vel existente vno qui diceret audisse se ex defuncto quum viueret, hæredem sibi Cæsarem esse.

Confiscare, etiam ad homines relatum, nō solùm ad rem. Sueton. in Caligula, cap. 41. Et quondam proximo collusori, demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Rom. locupletes sine mora corripi, confiscarique iussisset, exultans rediit, glorians que, nunquam se prosperiore alea vsum. Erasmus.

Pecunia confiscata. Sueton. in Augusto, cap. 101, Legionariis trecenos nummos: quam summam repræsentari iussit. Nam & cōfiscatam semper, repositámque habuerat. Id est, in fiscis & sacculis repositam & asseruatam.

Confisio, Confisus, Vide CONFIDO.

Confiteor, confiteris, confessus sum {ὁμολογέω, ὁμολογῶ, ἐξομολογοῦμαι, σύμφημι} confiteri, Idem quod fateri: nisi quòd compositio aliquid augere videtur: vt sit confiteri, sponte quodammodo fateri, vel alio suadente, aut cum alio fateri. Donatus, Indicat is qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit: sed confitetur, qui de se tantum, & inuitus. Terent. Heaut. 5. 3. Egóne confitear meum non esse filium qui sit meus? Idem Phorm. 5. 9. Ignosce, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?

¶Confiteri, interdum profiteri significat. Sueton. in August. Decedens prouincia, priusquam confiteri se Consulatus candidatum posset, morte obiit repentina.

Apertè atque ingenuè confiteri aliquid. Cic. Metello, lib. 5. 2.

Quæstione adhibita. Cic. 1. de Diuinat.

Tacendo loqui, non inficiando confiteri videri. Cic. pro Sext.

Deos esse confitendum est. Cic. 1. de Nat. deor.

Deuinctum se esse officiis alicuius, confiteri non solùm, sed etiam gaudere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9.

Confiteri aliquod crimen. Cic. in Sallust. Confessus est vobis audientibus adulterium.

Iram vultu. Ouid 6. Metam.

Motum animi sui lachrymis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Peccatum suum, quod celari posset, vir sapiens confiteri mauult. Cic. 2. de Nat. deor.

Religiones. Cic. 2. de Legib.

Timorem pallore. Ouid. 1. Trist. eleg. 3.

Verum. Ouid. 1. de Remed.

Confiteri de maleficio. Cic. pro Rosc. Amer. Res porrò abs te eiusmodi postulabatur, vt nihil interesset, vtrum eam rem recusares, an de maleficio confiterere.

De obiectis non confiteri Cic. pro Domo.

De re. Cic. in Partit. Minimè esse cōcedendum, vt is qui de re confiteatur, verbi se interpretatione defendat.

Vt de me confitear. Cic. 2. Verr. Equidem, vt de me confitear Iudices, quum multæ mihi à C. Verre insidiæ terra marique factæ sint, &c.

Summam videbantur metu infirmitatem de se confiteri. Quintilianus libro 2. cap. 4.

Confitens, penult. corr. {ὁμολογῶν} Participium. vt, Audire confitentem. Cic. 2. de Finib.

Confessus, Participium {ὁμολογήσας} Qui (vt ait Varro) fassus est quod ab eo quæsitum est.

Amorem confessus. Ouid. 14. Metam.

Manus confessas alicui tendere. Ouid. 5. Metamorphoseos,
atque ita supplex
Confessásque manus, obliquáque brachia tendens. Id est quæ suo gestu velut confitebantur Phineum à Perseo victum.

Propositio confessa. Quintil. lib. 5. cap. 14.

¶Confessa res, Clara, manifesta, & de qua nulla est controuersia. Plin. lib. 10. cap. 49, De confessis differuisse præstiterit.

Confessa res & manifesta. Cic. 5. Verr.

Reus confessus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Non est confessi causa tuenda rei.

Rubor confessus secreta. Claud. in Nuptiis Honorij.

Confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam. Plinius lib. 2. cap. 12.

Probare confessa. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Confessa & non dubia signa. Colum. lib. 2. cap. 2.

Ex confesso. Quintil. lib. 3. cap. 5, Quibus continetur omnis ratio dicendi: nisi forte laudare quę constet esse honesta, & vituperare quæ ex confesso sint turpia, non est oratoris officium. Id est quæ constet esse turpia.

In confesso est. Plin. lib. 17. cap. 22, Pampinatio verna in confesso est, ab Idibus Maiis, &c. fieri intra dies X.

In confessum venire. Plinius Iunior, lib. 10. epist. 85, Quum alioqui magna sit expectatio: vt necesse sit in ea re quæ & in confessum venit, & exemplis defenditur, deliberare. Id est quam omnes fatentur sic se habere.

Confessus æris. Gellius lib. 20. cap. 1. non procul à fine, Confessis igitur æris ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa.

Confessus Iurisconsulto videtur, qui monitus tacet, l. de ætate. §. nihil interest. §. qui tacuit. D. de interrog. action. Varroni autem, qui fassus est, quod ab eo quæsitum est, vt suprà diximus.

Confessorius, a, um, Adiectiuum. vt, Actio confessoria. Est autem apud Iurisconsultos confessoria seruitutis nomine, actio, qua seruitutem nobis competere contendimus. l. 2. D. si seruit. vendic.

Confessoriam actionem Vlpian. in l. proinde si occisus. §. 1. D. ad L. aquil. intelligi vult, non, vt quidam putant, propriam actionis speciē, quoniam non vtique ex omni verbo in iure obiter prolato, statim est constituenda actio: sed ipsam legis Aquiliæ persequutionem, quæ ex ingenua confessione damni in simplum datur, eleganter appellat cōfessoriam, ex singulari quadam confessione procuratoris.

Confessio, Verbale {ὁμολογία, ἐξομολόγησις.} Cic. 7. Verr. Vbi hoc videtis lorum confessionem, testificationem suam, tabellas sibi nullo adiumento futuras, init consilium.

Confessionis angustiæ. Firmicus libro 1. capite 3, Vis ergo aliud proferamus exemplum, vt vel sic ad confessionis angustias coarcteris?

Vultus ac vocis confessio. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Periculosa. Vide PERICVLOSVS.

Verecundior est confessio, quàm expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Sit erranti medicina, confessio. Cic. Octauio.

Cōfessione illius æui, optimus ac sine æmulo agricola Cato. Plin. lib. 14. cap. 4.

¶Ad ignorationis confessionem adducere aliquem. Cicero 1. Academic.

Arguere aliquem sua confessione. Tacit. lib. 1.

Indubitatas confessiones habere. Plin. lib. 22. cap. 23.

Nefarias confessiones audire. Cæl. Cic. lib. 8. 8.

Errati sui confessione comprobare authoritatem alicuius rei. Cic. 1. de Diuinat.

Conuictum esse confessione aliquorum. Cic. post Reditum.

Deferre confessiones alicuius rei ad iudices. Cic. pro Sextio.

Ex confessione inscitiæ suæ elabi. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Culpæ confessionem exigere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Indubitatas confessiones habere. Plin. lib. 22. cap. 23.

Taciturnitas imitatur confessionem. Cic. 1. de Inuent.

Indui sua confessione. Vide INDVO.

Solet nonnunquam mouere lacrymas ipsa confessio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Indiciis & confessionibus suis patefactum esse. Cic. 3. in Catil.

Premere confessionem, & partiendo multiplicare. Quintilian. lib. 7. cap. 2.

In confessione facti, iuris tamen defensionem suscipi posse. Cicero pro Milone.

Vrgeri confessione sua. Cic. 6. Verr. Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur.

Confixus, Vide CONFIGO.

Conflages, penult. prod. Dicuntur loca in quæ diuersi conflant venti. à Conflo, as. Festus.

Conflagro, conflagras, penultima correpta {φλέγομαι} conflagrare, Ardere. Plinius de Viris illustribus, Fulmine ictus cum regia conflagrauit.

Conflagrare flammis. Liu. 10. bel. Pun.

Inuidiæ incendio. Cic. 1. in Catil.

Ardore flammæ. Cic. Antequam iret in exil.

Terræ conflagrant. Cic. 2. de Nat. deor.

¶Conflagrare amoris flamma. Cic. 7. Verr.

Inuidia. Cic. 3. Verr. Nam qua inuidia C. Iunius conflagrarit, ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset.

Incendio inuidiæ. Cic. in Catil. An quum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt, tum te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum?

Conflagratus, pen. prod. {πυρπολωθεὶς} Participium. Author ad Heren. lib. 4. Vrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.

Conflecto, conflectis, conflexi, conflexum {συγκάμπτω} à quo Participium Conflexus. Plin. lib. 2. cap. 44. Montium verò flexus, crebríque vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga.

Conflicto, conflictas, Vide CONFLIGO.

Confligo, confligis, pen. prod. conflixi, conflictum {συμβάλλω, πολεμέω, συμμάχομαι, συγκρούω} confligere, Dimicare, simul pugnare, prælio congredi. Sallustius, Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quamprimum confligere. Cæsar 7. belli Gall. Fore vti pars cum ciuitatis parte confligat.

Confligere manu cum hoste. Cic. 1. Offic.

Cum Erymanthio apro conflixit Hercules. Cic. 4. Tuscul.

Confligere acie. Liu. 6. bel. Pun.

Armis. Cic. in Pisonem.

Pro salute cótra sceleratissimam conspirationem hostium. Brutus Ciceroni, lib. 11. 13.

Agmina confligunt collatis signis. Claud. epig. 37.

Venti. Virgil. 2. Æneidos,

Aduersi rapto ceu quondam turbine venti

Confligunt.

¶Confligunt leges & colliduntur. In COLLIDO.

Causæ inter se confligunt. Cic. 2. in Catil. Si his rebus omissis, causas ipsas quæ inter se confligunt, contendere velimus.

Ad confligendum veniunt Pœni. Lucret. lib. 3.

¶Confligere, pro Committere & coniungere. Lucret. lib. 4,

Semina quum Veneris stimulis excita per artus

Obuia conflixit conspirans mutuus ardor.

¶Confligere, per translationem. Cic. pro Cecinna, Potuisti enim leuiori actione confligere.

Confligere ratione. Cic. 4. de Finib. Vniuersa enim illorum ratione cum tota vestra confligendum puto.

Confligere de re aliqua. Author ad Heren. lib. 1.

Confligitur magna ira, Impersonale. Claud. 2. in Eutrop.

Conflicto, conflictas {συναγωνίζομαι, συμπλέκομαι} conflictare: & Conflictor, conflictaris, conflictari. Terent. Phorm. 3. 2. Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit vt conflictares malo. Id est confligeres.

¶Rempublicam conflictare, pro Affligere, vexare, atterere. Tacit. lib. 5. Plura per scelera Rempublicam conflictauisset.

Conflictari & dimicare cum aliquo, Id est confligere & certare. Cic. de Arusp. respon. Cum his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis qui tum Rempublicam gubernabant, molestum.

Homines magnis & multis incommodis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatem. Author ad Heren. lib. 2.

Conflictari honestiore iudicio. Cic pro Quintio, Hoc quò pertinet? &c. vt honestiore iudicio conflictere?

Conflictari turpibus iudiciis. Cicero ad Papirium Pætum, lib. 5. 7.

Noli pati litigare fratres, & iudiciis turpibus conflictari.

Conflictari superstitione. Cicero 1. de Legibus, Qui canem & felem vt deos colunt, non eadem superstitione, qua cæteræ gentes conflictantur.

Conflictari iniquissimis verbis. Cic. 5. Verr. Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus cóflictari malebant, quàm quicquam cum isto sua voluntate decidere.

¶Conflictari, pro Atteri, interprete Donato. Terent. And. 1. 1.

Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi.

Conflictari iniqua valetudine. Plin. epist. 12. lib. 1.

Doloribus conflictari. Celsus lib. 2. cap. 7. Quibus diu color sine morbo regio malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt.

Molestiis diuturnioribus. Cic. Ligario, lib. 6. 13.

Morbo. Plin. lib. 19. cap. 3. Nanque anser coruúsque ab æstate in Autumnum morbo conflictari dicuntur.

Conflictari graui annona. Cæsar.

Siti. Celsus lib. 3. cap. 7. Siquis autem in huiusmodi febre leuiter tussit, is neque vehementi siti conflictatur, &c.

Conflictatus, pen. prod. {συγκρουσθεὶς} Participium. vt, Conflictatus graui morbo, Plin. lib. 23. cap. 1. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 2. Variis & tenacibus morbis conflictatus est.

Conflictatæ sæuissima hyeme volucres. Plin. lib. 18. cap. 25.

Difficultatibus conflictatus. Liu. lib. 10. Decad. 4.

Fortuna florentissima illi, nos duriore conflictati videmur. Cic. Attico. lib. 10.

Tempestatibus conflictatus. Tacit. in vita Agricolæ, Quanquam conflictatum sæuis tempestatibus exercitum, lacessere non ausi.

Conflictatio {σύγκρουσις} Verbale, Est (vt ait Donatus) tactus corporum inuicem, & collisio.

Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. Gell. lib. 6. cap. 3.

Conflictio {σύγκρουσις} aliud Verbale, sed à Confligo, non à Conflicto. vt, Sonus est duorum inter se corporum conflictio. Quintil. lib. 3. capite 6.

Conflictio & quasi concursus rationis & firmamenti. Cicero in Partit. Ex rationis autem & ex firmamenti cóflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam disceptationem voco.

Primus ille status & quasi conflictio cum aduersario. Cicero in Partition.

Conflictio causarum. Cic. 1. de Inuent. Constitutio est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta. hoc modo, fecisti. non feci, aut iure feci.

Contrariarum & dissimilium & inter se pugnantium rerum conflictio. Cic. in Partit.

Conflictus, huius conflictus {σύγκρουσις} Idem quod collisio. vt, Conflictus corporum. Cic. pro Cecinna.

Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. Cicero 2. de Nat. deor.

Conflictus nubium. Cic. 2. de Diuinat. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Confligium, confligij, n. g. Idem quod conflictus. Solinus cap. 14. Nam in latebrosis rupiú cauaminibus, quæ fluctuum confligiis tunc adesa sunt, reduuiæ conchyliorum resederunt, & alia multa.

Conflo, conflas {συμφυσῶ} conflare, Simul flare, quod à ventis fieri videmus, quum maximo impetu perflant.

¶Conflare, Sufflare. Plin. lib. 35. cap. 11. Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero.

¶Conflare propriè dicimus metallum liquefacere. Seneca Theb. 2,

Templis deos obruite, maculatos Lares

Conflate, &c. Id est, Statuas deorum fundite & igni consumite.

Lancem conflare. Marcellus in l. si duo. D. depos. Quòd si lancem conflauerint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, &c.

Statuas argenteas. Suetonius in Augusto, cap. 52. Argenteas statuas olim sibi positas conflauit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit.

Vasa aurea assiduissimi vsus. Sueton. in Augusto, cap. 71.

¶Conflari, Fabricari. Virgil. 1. Georgicorum,

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

¶Conflare, per translationem. vt, Conflare æs alienum, id est contrahere debitum, & facere se debitorem alienæ pecuniæ. Sallustius, Quæque alienum æs grande conflauerat, quo flagitium aut facinus redimeret.

Bellum conflare. Cicero ad Metellum. lib. 5. 2. Qui vrbem incendere, magistratus ac Senatum trucidare, bellum maximum conflare voluissent.

Bellum natum, conflatum, susceptum opera alicuius. Cicero 2. Philipp.

Crimen conflatum. Cic. in Partit. A reo autem querela cóflati criminis, collectarúmque suspicionum, & accusatoris insidiæ, & item commune periculum proferetur.

Exercitus. Cic. pro Sylla, Quum exercitus perditorum ciuiú clandestino scelere conflatus, crudelissimum ac luctuosissimum exitium patriæ comparasset.

Familiaritas. Terent. Eunuch. 5. 2,

-sæpe ex huiusmodi re quapiam

Et ex malo principio, magna familiaritas

Conflata est.

Iniuria. Cic. pro Roscio Amerino, Omnes enim hi quos videtis adesse in hac causa, iniuriam nouo scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent.

Inuidiam alicui conflare. Cic. in Catil. Quamobrem, vt sæpe iam dixi, proficiscere: ac si mihi inimico, vt prædicas, tuo conflare vis inuidiam, rectà perge in exilium.

Inuidia aliquid conflare dicitur. Cic. pro Cluentio, Faciámque, vt intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid inuidia conflarit.

Accusationem & iudicium. Liu. 3. ab Vrbe, de Decemuiris, Iudicia domi conflabant, pronuntiabant in foro.

Conflari & effici. Cic. 1. Offic. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus honestum.

Malum ab aliquo conflatum & perfectum. Cic. pro Cluentio, Nihil mali timuit quod non totum à matre esset conflatum & perfectum.

Manum improborum conflare. Cic. 1. in Catil. Nactus es ex perditis, atque ab omni nó modò fortuna, verumetiam spe derelictis conflatam improborum manum.

Mendacium, Coitione & consensu multorum adornare mendacium. Cic. pro Q. Roscio, Vnde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.

Negotium alicui, Id est aliquem molestia laboréque afficere, vt interpretatur Valla. Cic. 4. Verr. Quod cuique negotij conflari volebat, nullo labore faciebat.

Nouitatem. Lucret. lib. 4.

Sed quibus hæc rebus nouitas conflatur, &c.

Pecuniam. Cic. pro Sextio, Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ reperiebatur?

Periculum alicui. Cic. pro P. Sylla, Qui vobiscum in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur, qui Antronio non affuerunt, &c.

Rem & diuitias. Lucret. lib. 3,

Sanguine ciuili rem conflant, diuitiásque

Conduplicant auidi.

Seditionem. Cic. pro Cluentio, Maximè eius opera quum Quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatam.

Societatem cum aliquo. Cic. de Arusp. resp. Nefarias cum multis scelerum pactiones, societatésque conflauit.

Suspicionem. Author ad Herennium, lib. 2.

Tempestas conflata ventis. Stat. 9. Thebaid.

Tumultus gladiatorum conflatus. Cic. pro Sylla, Ille ambitus iudicium tollere, ac disturbare primum cóflato voluit gladiatorum ac fugitiuorum tumultu.

Conflatus ex. Cic. pro Cælio, Neque ego fuisse vnquam tale monstrum in terris vllum puto, ex contrariis diuersísque inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibúsque conflatum. De Catilina loquitur.

Conflatus ex duabus naturis. Cic. 2. de Nat. deorum, Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus eludit, vt vna ex duabus naturis conflata videatur.

Consensus aliquorú conspirans & penè cóflatus. Cic. pro Ligario.

Conflati testes, Id est subornati. Quint. lib. 5. cap. 7, Sine odio conflatos testes, sine inuidia, sine gratia, sine pecunia videri volumus.
Ignis conflatus amore. Lucret. lib. 1. Id est incensus.

Conflatio {χώνευσις} Verbale, pro Conflatura. Seneca 3. Natur. quæst. Et illa quæ in conflatione nostris placent, huc transferenda puto.

Conflatura, huius conflaturæ, pen. prod. {χώνευσις} Plin. lib. 7. cap. 56, Argentum inuenit Erichthonius Atheniensis: vt alij, Æacus: Auri metalla & conflaturam Cadmus Phœnix ad Pangæum montem. Firmicus lib. 6. cap. 31, Qui pecunias publicas, conflaturarum adulterinis artificiis imitentur.

Confluo, confluis, penult. corr. confluxi, confluxum {συῤῥέω, συμβάλλω} confluere, Simul fluere. Plin. lib. 13. cap. 22, Et in ipsa excauant radice, quò succus confluat.
Coniungi & confluere. Cic. 6. Verr. Portus habet propè in ædificatione aspectúque vrbis inclusos, qui quum diuersos inter se aditus habeant, in exitu coniunguntur & confluunt.
Pontus confluit in orbem curuum. Tibul. lib. 4. eleg. 1.
Vndæ confluunt. Lucret. lib. 1.
¶Confluere, per translationem, pro Conuenire. Cicero de Claris Orat. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc vrbem multi inquinatè loquentes ex diuersis locis.
Confluebat ad eum magnus numerus. Cæsar 7. bel. Gall.
Confluere ad aliqua studia. Cic. 1. Tuscul. Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint.
Confluere in vnum locum. Cic. 2. de Legib.
Ad nos pleræque causæ confluunt. Cic. pro Plancio.
Confluere cruciatus dixit Plaut. Asin. 7,
-vt nos dicamur duo
Omnium dignissimi esse, quò cruciatus confluant.
Laus, honor, dignitas confluit ad aliquem. Cic. 1. de Inuent. Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit.
Sentina Reip. confluit aliquò. Cic. in Sallust. Nisi fortè in ea te castra coniecisti, quò omnis sentina Reip. confluxerat.
Solertia confluit ex toto orbe. Ouid. 9. Metam.

Confluens, Participium {συῤῥέων} Lepidus Ciceroni, lib. 10. 34, Cùm exercitu meo ab confluente Rhodano castra moui.

Confluens {σύμμιξις, σύῤῥοια} Substantiuum, m. g. Est alueus in quem duo flumina conueniunt. Plin. lib. 6. cap. 26. Cætero circuitu in solitudinem redit, exhausta vicinitate Seleuciæ ob id conditæ à Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris. Liu. 1. ab Vrbe.

Confluentia, confluentiæ. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 4, Hæc est ergo triplex causa vel podagræ, vel cuiuslibet ex confluentia morbi. Id est, multitudo humoris, fortitudo membri à se repellentis, & recipientis infirmitas.

Conflūctuari {κυμαίνεσθαι} Impersonale. Seneca Medea, 12,
-haud aliter metu
Conflūctuatur: ira pietatem fugat,
Irámque pietas.

Confluges, penult. prod. Loca sunt in quæ riui diuersi confluunt. Liuius Andromeda, Confluges vbi conuentu campum totum inhumigant. Author Nonius.

Confodio, confodis, penult. corr. confodi, pen. prod. confossum {ἀνορύττω} cófodere, Idem ferè quod Fodere significat. Plin. lib. 17. cap. 20, Confodi iubent mense Aprili. Cato cap. 129, Confodiatur minutè terra, & amurca bene conspergatur.
Hortum confodere. Plaut. Aulul.
Confodere atque comprehendere aliquem. Cic. pro P. Sylla.
Cófodere & lacerare. Sueton. in Augusto, cap. 91, Lecticáque eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est.
Tela confodiunt hostes. Valer. lib. 6. Argon.
Vineam. Plin. lib. 17. cap. 22.
Iugulum alicuius. Lucan. lib. 3.
Confodere aliquem vulneribus. Liu. 4. bel. Pun. Vt quum in prætereuntem sine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus quàm succurri posset.

Confossus {διατετρωμένος} Adiectiuum, Vulneratus. Virgil. 9. Æneidos,
Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, &c.

Confœdusti, apud veteres dicebantur fœdere coniuncti. Festus.

Conforcta sus {σύμπτωσις} dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Festus.

Confore, Vide CONFIO.

Conforio, conforis, pen. corr. {μολύνω} conforire, Est stercore liquido fœdare, quod Plautus concacare dicit. Pomponius, Conforisti me Diomedes.

Conformis, conforme {σύμμορφος} Quod est eiusdem formæ. Per translationem sumitur pro conuenienti & congruo.

Conformo, conformas {διασχηματίζω, διαμορφόω} conformare, Notæ significationis verbum. Gell. lib. 2, Hippocrates in eo libro de quo suprà scripsi, Cum & numero dierum, quibus conceptum in vtero coagulum conformatur. Colum. lib. 9, Diebus quibus animantur oua, in speciem volucrum conformantur.
Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Cic. 1. de Finib.
Sibi & posteris filios conformare. Tacit. lib. 4.
Conformare se ad alicuius voluntatem. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 8, Veruntamen ipse me conformo ad eius voluntatem: à quo honestè dissentire non possum. Quidam legunt Confirmare.
Animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. Cic. pro Archia.
Consilium alicuius nonnulla in re conformare & leuiter emendare posse. Cic. pro Murena.
Imaginem rei totius primo loco conformare. Author ad Heren. lib. 3. De arte memoriæ.
Mores. Cic. 4. de Finib. Quarum quum vna sit, qua mores conformari putantur. Legitur & confirmare.
Orationem. Cic. lib. 1. de Orat. Et ipsa oratio conformanda est non solùm electione, sed etiam constructione verborum. Conformanda, id est figuranda, sunt enim conformationes, figuræ.
Vocem hortatu & præceptis alicuius. Cic. pro Archia, Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptísque conformata nonnullis, aliquando saluti fuit, &c.
¶Conformare, pro Asseuerare. l. testium. D. de testibus.

Conformatio, Verbale {διαμόρφωσις, σχηματισμός} Cic. 1. Tusc. Quasi verò intelligant qualis sit in ipso corpore quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus.
Conformatio, imago, & figura. Cic. 2. de Orat.
Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Cic. 1. de Oratore.
Animantis figura, conformatióque membrorum tantam naturæ solertiam significat. Cic. 2. de Nat. deor.
Animi conformatio. Cic. 1. de Nat. deor. Alij legunt cófirmatio.
Conformatio & moderatio continentiæ & temperantiæ. Cicero 3. Offic.
Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. Cic. 1. de Nat. deor.
Ornamenta & conformationes sententiarum, Cic. de Claris Orat. sunt quæ ipse alibi formas, lumina, schemata vocat. Vide suis locis.
Verborum & sententiarum conformatio. Cic. 3. de Orat. Hoc est, figuræ & schemata verborum sententiarúmque.
Ipsa collocatio conformatióque verborum perficitur in scribẽdo, non poetico, sed quodam oratorio numero. Cic. 1. de Orat.
Vocis conformatio ac varietas. Cic. 1. de Orat.
¶Conformatio, Color rhetoricus. Priscianus in præexercitamentis Rhetorices, Conformatio, quam Græci προσωποποιίαν nominant, est quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi. vt Cicero patriæ & Reipub. in Inuectiuis dat verba. Est præterea simulacri fictio, quam Græci εἰδωλοποιίαν: quando mortuis verba dantur. quod facit Cicero pro Cælio, verba dans Appio cæco contra Clodiam. Author ad Herennium. lib. 4, Cóformatio, est quum aliqua quæ non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut quum res muta aut informis fit eloquens & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam.

Conformatus, pen. prod. {διαμεμορφωμένος} Participium. vt, Effigies conformata caminis Siculis, Stat. lib. 1. Sylu. 1.
Mundus à natura conformatus. Cic. 3. de Nat. deor.

Confornico, confornicas, pen. corr. {συναψιδόω} confornicare, In fornicem formare. Vitruuius lib. 4. cap. 5.

Confoueo, confoues, pen. corr. confoui, confotum, pen. prod. {συνθάλπω} confouere, Simul fouere. Cato cap. 8, Circum oleas autumnitate ablaqueato, & stercore addito confoueto. Alij legunt, Stercus addito.

Confragosus, Confragus, Vide CONFRINGO.

Confremo, confremis, pen. corr. confremui, confremitum, pen. corr. {συμβρέμω} confremere, Idem quod Fremo. vt, Agmina confremunt, Stat. lib. 1. Sylu. 6.
Cælum confremit. Sil. lib. 16.
Omnes confremuere. Ouid. 1. Metam.

Confrico, confricas, pen. corr. confricui, confrictum {συντρίβω} confricare, Valde fricare. Plaut. Asin. 11, Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Columel. lib. 2. cap. 3, Boues quum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibúsque comprimat dorsum, & pellem reuellat.

Confringo, confringis, confregi, pen. prod. confractum {συνθλάω} cófringere, A Frango compositum, idem ferè significat quod Effringo vel infringo. Plaut. Capt. 15, Aulas, calicésque omnes confregit.
Claustra confringere. Lucret. lib. 1.
Dens sub forfice confringitur. Celsus lib. 7. cap. 12, Ac si exesus est ante, id foramen vel lineamento vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. *Sous le dauier.* De dentis euulsione loquitur.
Digitos confringere. Cic. pro Flacco.
Nauem confregit apud Andrum. Terent. Andr. Id est naufragium fecit.
Sceptra confringere. Seneca Herc. fur. 4, Ac sæua iusta sceptra cófregit manu. Id est vi vsurpauit regnum. De Lyco.
Confringere tesseram hospitalem apud aliquem. Vide TESSERA.
Turres confringere. Lucan. lib. 6.
¶Confringere rem, pro Dissipare & consumere. Plaut. Sticho, 10, Dum parasitus mihi fratríque fuisti, rem confregimus.
Confringere consilia. Cic. 3. Verr. Confringat iste sanè vi sua consilia Senatoria, quæstiones omnium perrumpat.
Confringere iura. Cic. 2. de Legib.
Præturam. Cic. pro Milone.

Confractus {συντεθλασμένος} Participium. vt, Confracta nauis est illis, Id est naufragium fecerunt. Plaut. Rud. 2.

Confragosus, pen. prod. Adiectiuum {τραχύς} Quod disruptum & rude atque incultum est. Colum. lib. 2. cap. 2, Incultum igitur locum cósideremus, siccus an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus.
Argumenta velut horrida & confragosa. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Versus confragosi. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Educti confragosis, atque asperis, tota pandere possumus vela. Quintil. lib. 6. cap. 1.
¶Confragosum, per trãslationem, Rude, quod vix potest intelligi. Plaut. Cistel. 7,
-teneo istuc satis:
Sed ego illud quæro confragosum, quomodo
Prior posterior sit: posterior sit prior.

Confragus, pen. corr. {τραχύς} aliud Adiectiuum. Lucan. lib. 6,
-& confraga densis

Arboribus

Arboribus dumeta tegunt. Id est,aspera & inaccessa. sunt spinis obsitæ rupes.

Confugio,confugis,pen.corr.confugi,pen.prod.confugitum {καταφεύγω} confugere, Idem quod Fugere. Cic.4. Verr. Quid te futurum est? quò confugies? vbi nitere?

In agros confugere.Cic.Attico,lib.3.

Quò confugere habebam,vbi conquiescere. Cic.Sulpitio,lib.4.6.

Confugere in arcem.Cic.2.Tuscul.

In naues.Cæsar 3.bel.Ciuil.

Ad aliquem auxilij gratia. Liu.1.Decad.lib.1, Inde Turnus Rutulique diffisi rebus suis, ad florentes Hetruscorum opes,Mezentiúmque regem eorum confugiunt.

Ad te confugio,& supplex tua numina posco.Virgil.1.Æneid.

Ad aliquem virtute præstantem.Cic.2.Offic.

Ad opem iudicum afflicti iniuriis supplices inferioresque confugiunt.Cic.pro Fonteio.

Ad aram vel in aram.Cic.pro Cecinna.

Ad artes.Ouid.1.Fast.

Ad rem publicam.Cic.Sulpitio,lib.4.6.

Ad vota precésque.Plin.Iunior,lib.10.epist.51.

Ad fidem alicuius. Cic.1.Verr. Ad meam fidem,quam habent spectatam iam,& diu cognitam,confugiunt: auxilium sibi per me à vobis atque à Populo Romano legibus petunt.

Æger confugit ad opem medicam.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.

Ad statuam confugere. Vlp. in l.si dominus. D.de his qui sunt sui vel alien.iur.

In misericordiam alicuius.Cic.pro Quintio,Quum tot,tantísque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam C.Aquili fidem, veritatem,misericordiámque P.Quintius confugerit.

Confugere ad aliquid,se excusandi gratia. Terent.Heaut.4.5,
Id nunc reddendum est illi:neque tu scilicet
Eò nunc confugies,Quid mea? num mihi datum est? Id est,nõ erit quod excusationis causa hæc dicas,Quid mea?

Confuga,confugæ {καταφυγών} Qui ad Asylum confugit. l. præsenti.C. de his qui ad eccles.confug.l.fiqua.C.de episc.& cleric.

Confugela,confugelæ.Festus,Confugelam antiqui confugiũ dicebant.

Confugium {καταφυγή} Ouid.4.Trist.eleg.5,
Qui veritus non es portus aperire fideles
Fulmine percussis confugiúmque rati.
Confugium & portus.Ouid.5.Trist.eleg.7.
Commune confugium ægris animantibus.Stat.12.Thebaid.

Confulcio,confulcis,confulsi,confultum {ὑποστῆσαι} confulcire, Idem quod Fulcire:vnde Participium Confultus. vt,Corpora confulta exiguis interuallis.Lucret.lib 2. Nonnulli conflicta legũt,cuius eadem ferè significatio est apud hunc poetam.Vtrunque enim connexum significat,& compactum vel commissum. Si conflicta legis, rectè exposueris collisa.

Conſulgeo, confulges, confulsi {συλλάμπω} confulgere, Notum verbum. Plaut.Amphit.17,
Totæ ædes confulgebant tuæ, quasi essent aureæ. Id est vndique fulgebant.

Confundo,confundis,confudi,confusum,pen.prod. {συγχέω, συγχύνω, συμμίγνυμι} confundere, Perturbare, commiscere. Plinius, Et si nofcantur,facilè confundunt colorem. Plaut.Mostel 4,
Quasi quum vnà multa iura confundit coquus.

Cum igne se confundit ignis.Cic.de Vniuers.

Confundere aliquem dolore. Plin.Iun.lib.5.ad Maximum,epist.5.

Confundere in vnum corpus. Liu.4. bel. Maced. Nunc in corpus vnum confusi omnes, Hispanis prius, postremo & Græcis in ciuitatem Romanam asciti.

In vnum sonum coalescere,& confundi.Quintil.lib.1.cap.7.

Confundere sermones in vnum.Liu.7.ab Vrbe.

Fœdus.Virgil.12.Æneid.

Iter. Sil.lib.3,
Has obseruatis valles enauimus astris.
Nanque dies confundit iter,&c.

Ius omne.Lucan.lib.1.

Lacrymas cum lacrymis.Ouid.2.epist.

Particulas similes inter se.Cic.4.Acad.

Prælia confundit Bacchus cum Marte. Horatius 1. Carm. ode 17.
Quando ex ebrietate oriuntur rixæ.

Sacra prophanis.Claud.7.Paneg.

Sensus animi.Lucret.lib.2. Id est turbare.

Venerem cum multo vino, Id est libidinem cum ebrietate. Ouid. 2.Trist.

Confundere vera falsis.Cic.4.Acad.

Verba confunduntur.Lucret.lib.4.

Arethusa Siculis confunditur vndis.Virgil 3.Æneid.

Cõfundere quidpiam in vas aliquod. Colum.lib.12.cap.28,Si vinũ in vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum quamoptimi vini sextarium, aut fæcis generosæ recentis sextarios tres addito:aut si vasa recentia ex quibus vinum exemptum sit habebis, in ea confundito.

¶Confundi, pro Erubescere vsus est Cyprianus in tractatu De lapsis, Christus in præceptis suis dicit, Qui confusus me fuerit, confundet illum Filius hominis. Et Christianũ se putat, qui Christianus esse aut confunditur, aut veretur? Quomodo potest esse cum Christo,qui ad Christum pertinere,aut erubescit,aut metuit?

Confusus,pen.prod. {συγκεχυμένος,συγχυθείς} Participium,Perturbatus.Liu. 6.ab Vrbe,Confusam eam ex recenti morsu animi, quum pater fortè vidisset,percontatus,Satin' salue?

Confusus animo.Liu.6.ab Vrbe.

Confusus gaudia fletu.Stat.5.Sylu 3.

Pudore.Ouid.epist.20.

Turba querelarum confusus adolescens repentè obticuit.Iustinus lib.32.de Demetrio.

Castra confusa tumultu.Lucan.lib.7.

Licentia.Claudian.1.in Eutrop.

Olympus,Cælum nubilum.Stat.5.Thebaid.

Pectora.Valer.lib.1.Argon.

Prolem confusam vtero capere, Ex adulterio neque ex vno viro concipere.Seneca Hippol.2,
Miscere thalamos patris & gnati apparas,
Vteróque prolem capere confusam impio?

Rebus confusis opem tribuere.Claud.de bel. Getico.

Confusa rubore rosa.Colum.lib.10.

Strages.Virgil.6.Æneid.

Turba.Ouid.12.Metam.

Verba.Ouid.2.Metam.

Voluptas iam confusa,Id est turbata & iam cessans.Ouid.epist.11.

Vox.Lucret.lib.4.

Vultus confusus,Id est perturbatus.Ouid.3.Trist.eleg.5.

Perturbata & confusa cernere.Cic.1.de Diuinat.

Confusum suffragium inire.Liu.6.bel.Pun.

Confusus {σύγχυσις} Nomen ex participio.vt,Confusior pauor.Plin.lib. 7. sub finem proœmij.

Confusurus,pen.prod. {συγχέων} Participium. Ouid.6.Metam.
-sed fásque,nefásque
Confusura ruit,pœnæque in imagine tota est.

Confusio {σύγχυσις} Verbale.vt,Confusio omniũ rerum.Cic.2.de Finib.

Religionum confusio.Cic.2.de Legib.

Temporum.Cic.2.Offic.

Coniunctio confusióque virtutum à philosophis ratione quadam distinguitur.Cic.5.de Finib.

Perturbatio vitæ & magna confusio.Cic.1.de Nat.deor.

¶Confusio,pro Animi perturbatione. Plin.Iun.lib.1.ep.22.in fine.

Confusè,pen.prod. {συγκεχυμένως} Aduerbium.Plin.lib.34.cap.2,Quondam æs confusè auro argentóque miscebatur.

Confusè & permistè, cui contrarium Descriptè & electè. Cic.1.de Inuent. In præsentia tantummodo numeros & modos & partes argumẽtandi cõfusè & permistè dispersimus, pòst descriptè & electè.

Agere confusè.Cic.3.de Nat.deor.

Confusè loqui.Cic.2.de Finib.

Confusè vniuersis mancipiis cõstitutum pretiũ. Cui opponitur, quod mox sequitur: Singulorum mancipiorum constituto pretio. Pomponius in l.si plura.D.de ædilit.edict.

Confusim {χύδην} aliud Aduerbium,Idem. Plin.lib.18.cap.16,Vnum de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit confusim.

Confuto,confutas,pen.prod. {ἀνασκευάζω} cõfutare,Refellere. Plaut. Trucul.7,Ego istos,qui nunc me culpant,confutauero.

Verbis confutare iratum. Terent.Phorm.3.1,
Quid is fecit? o.confutauit verbis admodum iratum patrem.

Dictis confutare. Terent.Heaut.5.1,
Hic,ita vt liberos est æquum,dictis confutabitur.

Dolores maximos confutare. Cic. 5. Tuscul. Ordiamur ab eo, si placet,quem mollem, quem voluptariũ dicimus. Quid, is tibi mortémne videtur, an dolorem timere,qui eum diem quo moritur beatum appellat,maximísque doloribus affectus, eos ipsos inuentorum suorum memoria & recordatione confutat? Id est retundit.

Argumenta confutare.Cic.1.de Diuinat.Etenim ipse Cotta sic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem.

Audaciam alicuius.Cic.in Partit.

¶Confutare,Confundere,cõmiscere, commouere. Varro Manio, Harum ædium summa atria confutabant architecti omnes. Titinius Setina,Coquus magnum ahenum,quando feruit, paula confutat trua. Nonius.

Confutatio {ἀνασκευή} in oratione, est contrariorũ locorum dissolutio. Author ad Herennium.

CONGEDVS,Amnis est Celtiberorum,erumpens circa Bilbilim,qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit, tepentibus aquis. Martial.lib.1,
Tepida natabis lenè Congedi vada,
Mollésque nympharum lacus.

Congelidus,pen.corr.Adiectiuum {ψυχρός} vt, Cõgelida aqua apud Cels.lib.4.cap.24, At si tumor est,foueri quidẽ debet aqua congelida. Quo loco sunt qui legant,egelida:alij,calida. Congelidam verò putant esse, quæ ab ipso Celso capite eodem egelida nuncupatur, hoc est tepida.

Congelo,congelas,pen.corr.{συμπήγνυμι, πήγνυμι} congelare,Idem quod Gelare & concrescere. Et raró præterquam in tertiis personis reperitur.Plin.lib.18.cap.28,Infinitum quantum illo tempore cadẽtes pruinas congelat. Colum.lib.7.cap.8, Ipsos quidam virides conterunt nucleos,& lacti permiscẽt,atque ita cõgelant. Id est coagulant.

In lapidem congelare rictus serpentis apertos. Ouid.11.Metam.

Lacrymas congelare.Ouid.ad Liuiam.

Fluuius congelat latices suos.Ouid.3.Trist.eleg.10.

Pectora nautis congelat hyberni vultus Iouis. Valer.lib.3.Argon.

Congelat vxor anus virum. Martial.lib.14,
Quid prodest,si te congelat vxor anus?

Congelauit otio. Cic. Cælio, lib.2.12, Gaudebam sanè, & congelasse nostrum amicum lætabar otio. Hoc est,velut congelatum esse, & obtorpuisse.

¶Congelare,neutrum,pro Congelari.Ouid.lib.11.Metam.
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat,& venæ desistunt posse moueri. Congelat, id est frigida & dura fit. De Niobe in marmor conuersa loquitur.

Congelor, congelaris, Passiuum. Colum.lib.1.cap.6,Oleum quod minus prouenit,si congelatur,fracescet.

Congelatio,Verbale {σύμπηξις} Plin.lib.31.cap.3,Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

Congelasco,congelascis. Macrobius lib.7.Saturn.cap.12, Cur vina aut

nunquam, aut rarenter congelascant.

Congemino, congeminas {διπλασιάζω} congeminare, Idem quod Geminare. Virgil. 11. Æneidos,
Tum validam pérque arma viro, pérque ossa securim,
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat. Id est, bis eum securi percutit.
Congeminauimus omnes. Plaut. Amphit. 8.
Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam:
Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminauimus.
Crebros ensibus ictus congeminant. Virgil. 12. Æneid.
Sonitus congeminare. Sil. lib. 3.
Vocem per aures congeminare. Valer. lib. 2. Argon.
Congeminans, Participium {διπλασιάζων.} Valer. Flac. lib. 6.
Congeminatio, Verbale {διπλασιασμός.} Plaut. Pœnul. 19,
Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Congemo, congemis, pen. corr. congemui, congemitum, pen. corr. {στενάζω} congemere, Vnà & simul gemere, & condolere. Cicero pro Murena, Congemuit Senatus frequēs, neque tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit.
Congemere ac flere mortem. Lucret. lib. 3,
Quid tibi tantopere est mortalis, quòd nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, & fles?
Positum feretro congemuere. Valer. lib. 5. Argon.
Congemere, ad arbores translatum. Virgil. 2. Æneidos,
Vulneribus donec paulatim euicta, supremum
Congemuit. De orno arbore loquitur.

Congenero, congeneras, pen. corr. {συγγενίζω} congenerare, Adiungere, associare. Accius Fidicinis, Quam vehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas. Ennius, Quæm mihi congenerat affinitas. Nonius. Obsoletum.
Congener, pen. corr. huius congeneris, pen. corr. Adiectiuum {ὁμογενής.} vt Degener. Plin. lib 15. cap. 24, Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni.

Congenitus, pen. corr. {συμφυής} Participium à Congigno. Plin. lib. 11. cap. 39, Pili congeniti non desinunt.
Congenita vastitas roborum. Plin. lib. 16. cap. 2.

Congenuclo, congenuclas, pen. corr. {γονατίζω} congenuclare, Flecti genibus. Sisenna lib. 3 hist. Multi plagis aduersis ictis & congenuclati Romanis præcipitatis, ipsi supra voluit in caput. Cæcil. Annal. lib. 6, Ipse regis ferit pectus, aduersum congenuclat, percussu deiicit dominum. Nonius.

Conger, Piscis. Vide CONGRVS.

Congermanesco, congermanescis, congermanescere, Coalescere, coniungi vel consociari. Quadrigarius Annal. Facite exempla eorum, vt vos cum illis congermanescere sciatur. Nonius.

Congerminascere {ἀναβλαστάνειν} Vide GERMEN.

Congero, congeris, pen. corr. congessi, congestum {συμφορέω, συναθροίζω} congerere, Congregare, coadunare, accumulare.
Simul omnia congerere. Cic. Bruto, 16. 14.
Congerere in. Cic. pro Lege Manilia, Quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat.
Cuncta monumenta in pyram congerere. Sil. lib. 8.
In caput alicuius saxa. Seneca OEdipo, 10.
In cellulam ad aliquem. Terent. Eunuch. 2. 3,
Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam.
Turbam in sermonem. Cicero de Claris Orat. Vt te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum.
In vnum omnia. Cic. 5. Tuscul.
Congerere causas in aliquem. Liu lib. 3, Haud ignari quanta inuidiæ immineret tempestas: omnes vastati agri, periculorúmque imminentium causas in se congesturos. Id est culpam reiecturos.
Crimen in aliquem. Cic. pro Milone.
Maledicta in aliquem. Cic 3. Philip.
Ornamenta in aliquem. Cic. pro Rege Deiot. In quem quum dij atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima & maxima.
Cōgerere alicui. pro In aliquem. Seneca 1. de Clement. Ambitiosæ maiestati quicquid potuimus titulorum congessimus.
Ictus crebros alicui. Valer. lib. 4. Argon.
Amnes. Valer. lib. 4. Argon.
Aram arboribus. Virgil. 6. Æneidos, -arámque sepulcri
Congerere arboribus, cæló que educere certant. Hoc est pyram. Seruius.
Diuitias auro. Tibul. lib. 1. eleg. 1.
Tunus alicui congerere, ac tumulum struere. Seneca Medea, 12.
Honores supremos alicui congerere, Alicuius obitum honestare. Valer. lib. 6. Argon.
Laticem in vas pertusum. Lucret. lib. 3.
Oscula. Ouid. epist. 17.
Syluas. Id est magnam vim lignorum. Seneca Herc. fur. 6.
Tela. Cic. ad Brutum, 16. 14.
Terram congerere in. Iabolenus in l. qui domum. D. locati, Terram in eam aream amplius, quàm fundamenta cæmentitia locatoris erant, congessit.
Viaticum alicui. Cic. pro Plancio.
Ne plus æquo quid in amicitia congeratur, non verēdum est. Cic. de Amicit.
¶ Congerere. Nidum facere. Virgil. in Palæmone, -nanque notaui
Ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes. Auium enim congestus est, quum ad nidum cōstruendum festucas, herbas, floccos, aliáque congerunt.
Congestus, Participium {συμπεφορημένος.} vt, Pindo congestus Athos. Seneca Herc. OEtheo, 9.
Artus temerè cōgesti, Sine ordine dissecta mēbra. Seneca Hipp. 12.
Cibaria congesta. Horat. 1. Serm. satyr. 1.
Culmen tugurij congestum cæspite. Virgil. 1. eclog.
Congestis vndique donis crescunt opes. Sil. lib. 13.
Cōgesta aceruatim funera honori cadauerum. Plin. lib. 11. cap. 18.
Grana tritici in os pueri Midæ congesta. Cic. 1. de Diuinat.
Congesti honores. Liu. 9. bel. Maced.
Montes, Id est comportati. Ouid. 1. Metam.
Monumenta opibus alicuius. Tibul. lib. 1. eleg. 7.
Nemore congesto structum aggerem aceruare. Seneca Hercule furente, 13.
Opes. Ouid. 4. Fast.
Oppida congesta manu præruptis saxis. Virgil. 2. Georg.
Dissoluta atque ex diuersis congesta oratio. Quintilianus libro 2. capite 11.
Pondus auri. Ouid. epist. 10.
Puluis. Propert. lib. 4. eleg. 10.
Spes in aliquem. Ouid. 8. Metam. -nec te
Noster amor mouit, nec quod spes omnis in vnum
Te mea congesta est.
Turba. Seneca Thyeste, 9.

Congeries, huius congeriei {σωρεία, συναθροισμός} Coadunatio, agger, cumulus. Plin. lib. 10. cap. 43. Vbi de coruo loquitur, qui congesserat lapides in situlam, vt biberet commodius. Ita, inquit, descendere pauentem expressisse tali congerie quantum potuo sufficeret.
Bonorum congeries. Claud. 8. Paneg.
Pulueris. Lucan. lib. 8.
Syluæ. Ouid 9. Metam.
Rudis. Claud. 2. Paneg. Id est chaos. Ouid. 1. Metam. vocat eadem indigestámque molem.
Sæua congeries, Strages. Valer lib. 6. Argonauticōn,
Inter equos sæuam misero lustramine versant
Congeriem.

Congestus, huius congestus {συναθροισμός} Verbale. Cicero 2. de Diuinat. Herbam autem asperam credo auium congestu, non humano satu. Id est quam aues congesserunt. Colum. lib. 9. cap. 14, Congestu culmorum & frondium supertegemus.
Congestus arenæ. Lucret. lib. 6.
Copiarum. Tac. t. l b 18.
Congestio, huius congestionis, f. g. aliud Verbale. Iabolenus in l. qui domum. D. locati, Quia non ipsa congestio, sed humor ex ea congestione postea damno fuerit. Sic Macrobius libro 5. Saturnal. cap. 15. sub finem.
Congestitius, Adiectiuum {χωστός} Quod congestum est. Columel. lib. 2. cap. 10, Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, vel congestitia humo proueniunt.
Locus congestitius, Non solidus ad iacienda fundamenta. Vitruuius lib. 3. cap. 3, Si autem solidus non inuenietur, sed locus erit congestitius, &c. Budæus.

Congerro, huius congerronis, m. g. {συμπαίκτης, συνδιατρίβων} Cum quo familiariter versamur, & facetè confabulamur. Erasmus. Plautus Mostel. 11, Nunc ego me illac per post cū ad congerrones conferam. Idem Trucul. 4, Nequam veniunt ad scorta congerrones. Hoc est, quasi simul cum scortis garrientes.

Congiarium, huius congiarij {ἐπίδομα} Munus quod à principe exhibetur populo. Seneca lib. 4. de Benef. cap. 28, Hoc donabatur populus, sicut donatiuo milites donabantur. Sic Plinius in Paneg laudat Traianum, quòd congiarium populo dedisset, quo locupletaræ sunt tribus, quū donatiuum milites accepissent. Cic. ad Atticum, lib. 10, Vehementer auaritiam video fuisse, & spem magni congiarij. Vide Donatiuum, in DONO.
Exiguitas congiariorum. Quintilian. lib. 6. cap. 3, In Metalepsim quoque cadit ratio dictorum, vt Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria esse dixit.
Dare populo congiaria. Suetonius in Augusto, cap. 41, Congiaria frequenter populo dedit, sed diuersæ ferè summæ, modò quadringenos, modò tricenos, nonnunquam ducenos, quinquagenósque nummos.
Multitudinem imperitam congiariis lenire. Cic. 3. Philip.
¶ Congiarium, est etiam donum quod princeps priuatim dat alicui. Sueton. de Clar. Rhet. Nec eo minus, imò vel magis ob hoc Antonio gratus: à quo mox Consule ingens etiam congiarium accepit. Idem pro priuato dono, dixit vberrimum congiarium, teste Budæo. Sed & in Vespas. cap. 18, Colossi refectorem, inquit, insigni congiario, magnáque mercede donauit. Id est munere Imperatorio.

Congius, congij {χοῦς} Mensuræ liquidorum genus est. sex sextarios continens. Plinius lib. 14 cap 9, Distat à mulso quod fit è musto, cum quinque congiis austeri musti. Idem lib. 14. cap. 16, Libram & quadrantem in congios duo musti macerant. Vide Budæum de Asse.
Congialis, & hoc congiale, penult. prod. {χοαῖος.} Fidelia congialis, quæ congium capit. Plaut. Aulul. 18,
Multi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Congiarius, Adiectiuum {χοαῖος} vt, Congiarius cadus, qui congium continet. Plinius, Ipse quum rediit ex Asia, millia cadûm cōgiariûm diuisit amplius centum. Ita legit Budæus, Sunt autem (inquit idem) congiarij cadi, qui congium tantum capiunt: id est senos sextarios Italicos.

Conglacio, conglacias {συμπήγνυμι} conglaciare, In glaciem conuerti. Cic. 2. de Nat. deor. Atque aquæ etiam admistum esse calorem, primùm ipse liquor aquæ declarat effusæ, quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concresceret. In quibusdam exemplaribus legitur, neque conglaciaretur.
Conglaciat tribunatus Curioni. Cælius ad Cicer. lib. 8. 6, Curioni nostro Tribunatus conglaciat. Id est prorsus nihil agit Curio.
Conglaciatus, penult. prod. Participium. Plin. lib. 2. cap. 6, Grandinem conglaciato imbre gigni.

Conglobo,

Conglobo, conglobas, pen.corr. {συσφαιρόω} conglobare, A globo deductum, significat Coadunare. Liu.8.ab Vrbe, Qui Latinorum pugnæ superfuerant multis itineribus dissipati, quum se in vnum conglobassent, Vescia vrbs eis receptaculum fuit.
Sors conglobat. Liu.2.bell.Pun. Sors conglobabat, & animus suus cuique antè aut pòst pugnandi ordinem dabat. Subaudi, milites.
Conglobatur vndique mare. Cic.2.de Nat.deor.
Conglobatus, pen.prod. {συσφαιρωθεὶς} Participium, vt, Conglobatum corpus in pilæ modum. Plin.lib.9.cap.46.
Conglobata corpuscula. Lucret.lib.2,
Nec singillatim corpuscula quæque vapores,
Sed complexa meant inter se conque globata. Id est conglobata. De atomis loquitur.
Definitiones conglobatæ. Cic.in Partit.
Figura conglobata neque natum vsquam quicquam & sempiternum. Cic.4.Acad.
Extrema, & conglobata inter se pars concionis. Tacit.lib.1.
Conglobatum sanguinem discutere. Plin.lib.23.cap.1.
Terra vndique in sese nutibus suis conglobata. Cic.2. de Natura deorum.
Conglobatio, Verbale {συνάθροισις} Sen. Natural.quæst.1. Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorū orbis matutini amplitudine Solis interdum exuberet.
Conglobatim, pen.prod. Aduerb. apud Liu.5.bel.Pun.
Conglomero, conglomeras, penult.corr. {συναλίζομαι, συστρέφω} conglomerare, A glomus, glomeris, Inuoluere, superaddere. Ennius Thyeste,
Heus mea fortuna, vt omnia in me conglomeras mala! Vide GLOMERO.
Conglomerari, Passiuum. Lucret.lib.3,
Quàm tenui constet textura, quàmque loco se
Contineat paruo, si possit conglomerari.
Conglutino, conglutinas, pen.corr. {συγκολλάω} conglutinare, Ex glutino componitur, & significat Coniungo & ferrumino. Cic.1.de Oratore, Quæ rem dissolutam diuulsámque conglutinaret, & ratione quadam coniungeret.
Conglutinare, & Dissoluere, contraria. Cic.de Amic. Nā si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret.
Conglutinantur consuetudine voluntates. Cicero ad Matium, libro 11.27.
Conglutinare amicitias testimoniis. Cic.ad Attic.lib.7.
Meretricios amores nuptiis. Terent.And.5.4.
Vulnus conglutinant folia vitium. Plin.lib.23.in procem.
Ex libidine, crudelitate, petulantia conglutinatus. Cic. 3.Philipp. Quid est in Antonio præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex his tot conglutinatus est.
Conglutinatio, Verbale {συγκόλλησις} vt, Conglutinatio verborum. Cic.in Orat.
Congræco {οἰνοφλυγῶ, κωμάζω} Actiuum, vel Congræcor deponens, congræcari, Compotationibus indulgere. Plaut. Bacchid.15, Quódque in lustris comedam & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum, qui compotationibus ac deliciis plus æquo indulgent. Vnde congræcari & pergræcari, id est genialem vitam agere.
Congratulor, pen.corr. congratularis {συγχαίρω, συνήδομαι} congratulari, Gaudere. Cic. pro Sextio, Mihi denique homines præcipuè congratulabantur.
Congratulatio, Verbale {συγχαρητικόν}.Cic.ad Brutum,3.3, Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatióque me commouet.
Congredior, congrederis, pen.corr. congressus sum {συνέρχομαι, σύνειμι} congredi, pen.corr. Simul iungi & conuenire. Varro, Omnésq; in vnam domum congressi, simul discubuere.
Acie congredi. In ACIES.
Congredere actutum. Terent. Phorm.5.6.
Congredi coram. Cic.in Pisonem, Mitte ad eum libellum: sed iam si ipse coràm congredi poteris, meditare quibus verbis incensam illius cupiditatem comprimas atque restinguas.
In aliquo loco. Cic.Bruto,6.1.
Congredi aliquem, pro Accedere ad aliquem colloquendi gratia. Plaut Amphit.15,
Hominem ne congrediamur quæso, prius quàm stomachū detexerit.
Congredi alicui quotidiana consuetudine. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Luctari & congredi cum aliquo. Cic.pro Sylla, Nondum statuo te virium satis habere, vt ego tecum luctari & congredi debeam.
Criminibus cum aliquo. Cic.pro Murena.
¶Congredi, Inire certamen cum hoste. Virg.12.Æneidos,
Vix hostem alterni si congrediamur, habemus.
Congredi cum hoste. Plaut.Pseud.8.
-vt vbicunque cum hostibus Congrediar.
Congredi cum rhetore. Cic.2.de Natur.deor. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus sum.
Congredi contra aliquem. Cic.pro Ligario.
Congredio, legitur apud antiquos, teste Nonio. Plaut. Epidico,
Quid si adeam? haud scio an congredias, si hæc ea est.
Congrediens {συνερχόμενος} Participium, cui Digrediens opponitur. Cicero 2.de Nat.deor. Sed tum congrediens cum sole, tum digrediens. De Luna.
Congressus {συνελθὼν} Participium. vt, Defensio congressa ad repugnandum. Cic.in Topicis.
Pede congressus, & equo congressus. Virg.12.Æneidos,
Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes
Insequitur. Id est nec fugientes, nec contra stantes dignatur occidere. Seruius.
Congressus, cum datiuo. Virg.1.Æneidos,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli. Vbi Seruius, Congredior tibi antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi. Hodie dicimus, congredior tecum, dimico tecum.
In commune congressi quisque sibi consuluere. Tacit.lib.18.
In prælia congressi. Virg.11.Æneid.
Congressus, huius congressus {συνουσία} Cicero. de Amicit. Vt congressus hominum fugiat atque oderit. Idem 2.de Orat. Ante congressum multa fiunt, quæ non ad vulnus, sed ad speciem valere videantur.
Materiæ congressus. Id est coniunctio. Lucret.lib.1.
Clarorum virorum tacitos congressus esse oportet. Cic.4.Acad.
Congressus quotidianus. Cic.ad Torquatum, lib.6.4, Non enim dubito quin malæ tibi leuationi sit solitus iste quotidianus congressus.
Optare congressum. Cic.Att.lib.8.
Aspectu congressúque aliquorum inter se omnia placari. Cicero. Attico, lib.1.12.
Petere congressus alicuius, Conuenire aliquem. Virg.5.Æneid.
Congressu fœminarum pollui. Plinius libro 12.cap.14. In malam partem.
Reseruare aliquid in congressum. Cic.Att.lib.1.15, Mihi verò vt inuideant piscinarij nostri, aut scribam ad te aliàs, aut in congressum nostrum reseruabo.
In congressum & colloquium alicuius venire. Cic.13.Philipp.
¶Congressus, Conflictus seu prælium. Sallustius, Multi in eo cōgressu perierunt.
Iniquo congressu aliquem subire, Hoste superiorem esse, Cum impari hoste dimicare. Valer.lib.6.Argon.
Tres vno congressu mittere neci. Virg. 12.Æneid.
Congressio, Verbale {συμβολὴ} Idem. Cic.2.Philipp. Eúmque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet.
Congrego, congregas, pen.corr. {ἀγείρω, συναγείρω, ἀθροίζω, συναγαγεῖν, ἀλίζω, ἀολλίζω} congregare, Velut in gregem cogere.
Ab ortu naturæ congregari. Cic.2.de Nat.deor.
Congregare ad. Plin.lib.10.cap.70, Cum plausu congregari feros ad cibum in quibusdam viuariis consuetudine spectatur.
Congregare se ad alterum, & coniungere. Cic.pro Quintio, Qui cum te aut voluntas congregasset, aut fortuna coniunxisset.
Libenter se cum æqualibus congregant homines. Cic.5.de Finib.
Se cum aliquo & cæteris alicubi. Cic.pro Rabirio.
Congregare vnum in locum. Cic.1.in Catil.
Ciues vnum se in locum ad curiam congregabant. Cicero 14. Philipp.
In eundem numerum congregare aliquem. Cic in Vatinium, Hominem ad conseruandam Rempublic.natum, in idem Vectij iudicium, atque in eundem hunc numerum congregasti.
Dissipatos homines congregare, & ad vitæ societatem conuocare. Cic.1.Tuscul.
Multitudinem fugitiuorum ac latronum in vnum locum congregare. Cic.in Parad.
Turbam ignotorum deorum. Cic.1.de Nat.deor.
Virus. Sen.Herc.OEtheo,4.
Congregatus, pen.prod. {συναθροισμένος} Participium. vt, Multitudo hominum ex seruis conductis congregata. Cic.pro Domo.
Nix ex aqua congregata. Cic.4.Acad.
Homines natura congregati adhibent agendi congregandíque solertiam. Cic.1.Offic.
Vis oriens & congregata, cui opponitur Vis distracta & extincta. Cic.pro Domo, Ex quo iudicare potestis quanta vis illa fuerit oriens & congregata, quum hæc Cn. Pompeium terruerit iam distracta & extincta.
Congregatio {συνάθροισις} Verbale. Cic.4.de Finib. Natósque esse ad congregationem hominum.
Congregabilis, & hoc congregabile, penult.corr. {συναθροιστικός} Quod facilè congregari potest. Cic.1. Offic. Atque vt apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos: sic homines, &c.
Congrex {συνάγελος} Dicitur gregi copulatus, commistúsque. Apul. lib.7. Nanque me congregem pastor egregius aliquando permisit. Sic Segrex, à grege segregatus ob excellentiam. Sen.in Hippolyto, Segreges sparsi per agros.
Congruo, congruis, pen.corr. congrui {ἁρμόττω, ἀρμόζω, ἁρμόζω, διαρμόζω, συμπίπτω, ἐφαρμόζω} congruere, Conuenire: dictum (vt ait Festus) à gruibus, quæ non se segregant, siue quum volant, siue quum pascuntur. Sueton.de Claris Gramm. Quod equidē non temerè crediderim, quum temporum ratio vix congruat.
Congruere & Differre, contraria. Cic.1.de Leg. Siue Aristotelem & Theophrastum cum illis cōgruentes re, genere docendi paulum differentes, secuti sunt.
Diffidere & Congruere, contraria. Cic.2.de Legib.
Congruere & conuenire decretis alicuius. Cic.2.de Finib.
Bonæ fidei congruit. Vlpian.in l. Idémque &. §. Si procurator. D. Mandat. Quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum sentiat.
Congruit mulier mulieri magis. Terent.Phorm.4.5.
Congruunt extrema primis. Plin.Iun.in Paneg.
Congruunt literæ literis aliorum. Cic. ad Papirium Pætum, lib.9. 24, Volo enim te scire mi Pæte, initium mihi suspicionis & cautionis & diligentiæ fuisse literas tuas: quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum.
Nostri sensus congruunt. Cic.pro Marcello, Nostri enim sensus, vt in pace semper, sic tum etiam in bello congruebant. Id est non discordabant.
Aptum & congruens nostris studiis. Cicero ad Gallum, lib.7.24.
Congruere ad. Plin.lib.11.cap.37, Murium iecusculis, fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.
Congruit tempus ad illud. Liuius 1.ab Vrbe, de Faustulo, Expositos iussu regis infantes sciebat, & tēpus quo ipse eos sustulisset, ad ipsum

congruere. Id est competere. Budæus.

Congruit dies cum solis & lunæ ratione. Cic 4.Verr. Quòd suos dies mensésque congruere volunt cum solis lunæque ratione.

Congruit eius sermo cum tuis literis. Cic. Att. lib. 2.

Vehementer congruere & cohærere cum causa. Cic. 1. de Inuent.

Lex quæ congruit cum iudicio Senatus. Cic. de Arusp. Resp. Quòd eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum iudicio Senatus, vt ipse rex esset, non repudiauit.

Congruere cum moribus alterius. Cic. de Amic. Deinde quum similis sensus extitit amoris, si aliquem nacti sumus, cuius cum moribus & natura congruamus, quòd, &c.

Sydera cælo inhærentia cum ipsius motu congruunt. Cicero 5. Tusculan.

Congruunt dicta cum scriptis. Liu. 3. bel. Pun.

Cum virtute congruere semper. Cic. 3. Offic.

Congruit sermo tibi cum illa. Plaut. Milit. 15,

-nam cum illa sanè congruit sermo tibi.

Congruunt illi commoda multa. Terent. Eunuch. 5. 9,

-nam in me planè di potestatem suam

Omnem ostendêre, cui tam subitò tot congruerint commoda.

Congruere cum aliquo natura & sermone. Cic. 2. de Finib. Eadémque ratio facit hominem hominum appetentem, cúmque his natura & sermone & vsu congruentem.

Re congruere cum aliquo. Cic. 1. de Legib.

Congruunt in eum morem. Liu. 9. bel. Pun. Principio ab Numidis facto, & Brutiis non societate magis Punica, quàm suopte ingenio congruentibus in eum morem.

Congruunt in vnum sententiæ. Liu. 5. bel. Pun.

Summa congruit. Vlpian. in. l. 1. §. si stipulanti. D. de verb. oblig.

Congruunt inter se. Terent. Heaut. 3. 1,

-concede hinc domum,

Ne nos inter nos congruere sentiant.

Multæ causæ conuenisse vnum in locum, atque inter se congruere videntur. Cic. pro Rosc. Amer.

Ea inter se congruunt è quibus constamus. Cic. 4. de Legib.

Congruunt concorditer inter se. Plaut. Curcul. 6. De diis.

Hæc inter se congruere non possent, vt, &c. Cic. 3. de Finib.

Solinus in proprio significatu vsus est cap. 15, de gruibus, Concors cura omnium pro fatigatis, adeò vt siquæ defecerint, congruant vniuersæ, lassásque sustollant, vsquedum vires otio recuperentur.

Congruens, huius congruentis (ἁρμόζων) Participium. Plin. Iun. in Paneg. Ita charitas mutua, ita congruens tenor vitæ.

Aptum & congruens. Cic. 3 de Orat.

Actio vocis, vultus, & gestus, congruens & apta. Cic. in Partit.

Actiones virtutibus congruentes. Cic. 5. de Finib.

Congruens homo hominibus natura, sermone & vsu. Cicero 2. de Finib.

Oratio verbis discrepans, sententiis congruens. Cic. 1. de Legib.

Pro congruentibus sumere tam vehementer repugnantia. Cicero 4. Academ.

Congruentia, congruentiæ (ἁρμονία, ἁρμογή) Conuenientia, similitudo. Morum congruentia apud Suetonium, in Othone, cap. 2. Plinius Iun. epist. 5. lib. 2, Etenim si auulsum statuæ caput inspiceres, non tu quidem ex illo posses congruentiā æqualitatémq; deprehendere, &c. Id est proportionem, an cum cæteris membris conueniret.

Congruenter, Aduerbium (ἁρμονικῶς, ἁρμοζόντως) Cic. 3. de Oratore, Quinam igitur dicendi modus est melior (nam de actione post videro) quàm vt Latinè, vt planè, vt ornatè, vt ad id quodcúnque agetur, aptè congruentérque dicamus?

Congruenter respondere. Vlpian. in l. 1. §. vlt. D de verb. oblig.

¶ Congruentius, in l. Congruentius. C. de patr. potestat.

Congruus, Adiectiuum (ἁρμόδιος) vt, Congrua tempora. Claudian. 1. in Ruff.

Congrus, vel conger, congri (γόγγρος) Genus piscis, de quo Plin. lib. 9. cap. 61. Mugil & lupus mutuo odio flagrant: conger & murena, caudas inter se prærodentes. Terent. Adelph 3 3.

Congylis, huius congylis, pen. corr. f. g Græcè γογγυλὶς, Latinè rapum dicitur. Colum. lib. 10,

Quin & tardipedi sacris iam rite solutis

Nube noua seritur, cæli pendentibus vndis

Congylis, illustri mittit quàm Nursia campo.

CONIADES (Κωνιάδης) Scriptor Græcus, cuius opus de apparatu vini citat Plin. lib. 14. cap. 19.

CONIMBRICA, Lusitaniæ oppidum, vt author est Plinius lib. 4. cap. 21, in descriptione Lusitaniæ. Vulgò *Coymbra*.

Coniectarium (Στοχασμός) Efficax atque perfectum. Cic. 4. de Finib. Illud verò mihimet coniectarium. Nonius.

Coniecto, Coniector, Coniectura, Vide CONIICIO.

Conifera (κωνοφόρος) Arbor quæ conos, hoc est nuces pineas fert. Ouidius,

-& coniferæ cyparissi.

Coniicio, coniicis, pen. corr. conieci, penult. prod. coniectum (βάλλω, συμβάλλω, ἐμβάλλω) coniicere, A iacio compositum, Simul iacere significat.

Domum coniicere aliquem. Cic. pro Domo sua, Cn. Pompeium foro, curiáque priuarit, domúmque coniecerit, vidistis.

Flabra coniiciunt nubila in alias partes. Lucret. lib. 6.

In collum palliolum coniicere. Plaut. Epidico,

Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum coniice.

Pila viribus contorta coniicere in aliquem. Cic. 5. bel. Ciuil.

In medium coniicere sarcinas. Liu. 1. bel. Maced.

In medium coniicere saxa. Virg. 4. Georg.

Coniicere succum in vasa. Plin. lib. 19.

Tela coniicere. Liu. 2. ab Vrbe, Clamore subito vndique in vnum hostem tela coniiciunt.

Telum sine ictu coniecit. Virg. 2. Æneid.

¶ Coniicere aliquem in amorem. Plaut. Merc. 23,

-quoniam hæc tibi

Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortius.

In arcas coniici. Cic. pro Milone, Subitò arrepti, in quæstionem tamen separantur à cæteris.

Coniicere se in ignem. Plaut. Rud. 18.

Coniicere calculos in os. Cic. 2. de Orat.

In catenas, in carcerem, in vincula. Liu. 9. bel. Pun. Et Cic. 2. de Nat. deor. & 7. Verrin. & 1. Tuscul. Cæsar 4. bell. Gall.

In castra. Cic. Pæto, lib. 9. 20.

In fugam se. Cic. pro M. Cælio, Atque illo repentino hominū impetu se in fugam coniecisse. Cæsar 2. bell. ciuil. Tota auxilia regis impedita atque perturbata, quòd nullo ordine, & sine timore iter fecerant, in fugam se coniecerunt.

Hostes in fugam. Cæsar 2. bel. Gal. Ac resistentes hostes, redintegrato prælio in fugam coniecerunt.

In intimum domus. Cic. pro Cælio.

Intro. Terent. Heaut. 2. 3,

Continuò hic se coniecit intrò: ego consequor.

In lætitiam aliquem. Terent. Heaut. 2. 3,

Syre mi, obsecro ne me in lætitiam frustrà coniicias.

In latebram. Cic. 2. de Diuinat. Sed te mirificam in latebram coniecisti.

Coniicere aliquem ex insidiis in apertum latrocinium. Cicero in Catilinam, Sine dubio perdidimus hominem, magnificéque vicimus, quum illum ex occultis insidiis in apertum latrocinium coniecimus.

In malum. Terent. Hecyr. 1. 2,

Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?

In metum Liu. 9. bel. Maced. Itaque ergo in tātum metum omnes Thessalos coniectos, vt, &c.

In morbum. Plaut. Pœnulo 2,

Coniicitur ipse in morbum ex ægritudine.

In nuptias. Terent. And. 3. 5,

Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias.

In ordinem iudicum coniici. Cic. in Pisonem, Nulli coniiciuntur in illum ordinem, nulli eximentur.

In pedes se. Terent. Phorm. 1. 4,

Aliquid conuasassem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes.

In perturbationes. Cic. Cassio, lib. 12. 1.

In plagas. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 25, Quem ego ructantem & nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. De Antonio.

In plaustrum. Cic. 1. de Diuinat.

In saginam se. Plaut. Trinum. 10,

-in saginam

Herus se coniecit meus.

In tricas aliquem. Plaut. Persa, 13,

Quomodo me hodie versauisti? vt me in tricas coniecisti?

In tumultum. Liu. 4. bel. Maced. In terrorem ac tumultum coniecerunt, nihil tale expectantes.

In vincula. Cic. 7. Verr.

Coniicere se in familiam. Cic. pro Sext. Idémque C. Marcellum, quum is nō solum Capuam venisset, verum etiam se quasi armorum studio in maximam familiam coniecisset, exterminandum ex illa vrbe curauit.

In vlumam prouinciam se coniecit, vt audiuit nos venire. Cicero Attico, lib 5.

In turbam se. Cic. 6. Philipp.

Maledicta in alicuius vitam. Cic. pro Plancio, Atque hæc, ac vlla alia sunt coniecta maledicta in eius vitam.

Oculos in aliquem. Cic. pro Cluent.

Coniiciebantur omnium oculi in eum. Cic. 2. Offic.

Omen in aliquam prouinciam. Cic. 4. Verr. O præclarè coniectum à vulgo in illam prouinciam omen communis famæ atque sermonis, quum ex nomine istius, quid in prouincia facturus esset, ridiculi homines augurabantur.

Pecuniam in ædificium. Cic. 2. Offic. Et Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ vituperat, quòd tantam pecuniam in præclara illa Propylæa coniecerit.

Querelas absenti. Tibul. lib. 1. eleg. 8.

Sortes in hydriam. Cic. 4. Verr. Iubet ille sibi legem legi. recitatur: in qua scriptum erat, vt quot essent renuntiati, tot in hydriam sortes coniicerentur.

Verba in interdictum. Cic. pro Cecinna, Verum in his causis, non verba veniunt in iudicium, sed ea res, cuius causa verba hæc in interdictum coniecta sunt.

Vocem illam in disputando coniecit Cn. Pompeius, Omnes oportere Senatui dicto audientes esse. Cælius Ciceroni, lib. 8. 4.

In vultum alicuius quidpiam. Propert. 4. eleg. 9.

¶ Coniicere causam in aliquem. Cæsar, In gregem locupletum simultatum causæ tenues coniiciebantur.

Causam in locos. Cic. pro Plancio.

Culpam in aliquem. Cæsar 4. bell. Gall. Tunc facto prælio remiserunt, & in petenda pace eius rei culpam in multitudinem coniecerunt.

Flammam illorum temporum cōiicere in aliquem. Cic. de Arusp. respons. Hæc enim certè petebantur, quum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum coniiciebatur.

In tempora crimen. Liu. 3. ab Vrbe. Nec his temporibus in quæ testis crimen coniecisset.

In fasciculum suas literas. Cic. Att. lib. 2.

Coniicere in librum. Cic. ad Att. lib. 16 33, Itaque iam in Tusculano, qui non meminissem me abusum istæ procemio, conieci id in eū librum, quem tibi misi.

Libellum in epistolam. Cic. Attico, lib. 9.

In eandem epistolam plura præterea conieci. Cic. Att. lib. 7.

In locos communes. Cic. in Parad. Ego autem illa ipsa quæ vix in gymnasiis, & in otio Stoici probant, ludens conieci in communes locos.

Sub scalas tabernæ librariæ se. Cic. 2. Philipp.

Coniicere super. Virg. 6. Æneidos,
-membra thoro defleta reponunt
Purpureásque super vestes, velamina nota,
Coniiciunt.

In versum se mente ac voluntate coniicere. Cic. 3 de Orator. Hoc est ad versus faciendos animum intendere.

¶ Coniicere {συμβάλλειν, εἰκάζειν} Habere opinionem de re aliqua. Terent. Heaut. 1. 1,
-annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, vt coniicio.

Acute arguteque. In ACVO.

Aliud alio tempore. Cic. Qu. frat. lib. 3. 17.

De se coniicere. Cic. 3 de Orat.

Ex oraculo acute arguteque coniicere. Cic. de Claris Orat.

Coniiciendus {ἐμβλητέος} Participium. Ouid. 3. Trist. eleg. 11,
Aspicis à dextra latus hoc adapertile tauri?
Hac tibi quem perdis coniiciendus erit.

Conicio, cum i simplici. Virgil. 9. Æneidos,
Dixerat, & toto connixus corpore ferrum Conicit. Vbi Seruius, Conicit, pro coicit. Nam Coicit antiquum est.

Coniecto, coniectas {στοχάζεσθαι, εἰκάζειν, ὑποπτεύειν, τεκμαίρεσθαι, συμβάλλειν} coniectare. Terent. Eunuch. 3. 4,
Neque scio quid dicam, aut quid coniectem.

Vtrum sit in re, coniectat. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Coniectare aliquid argumento. Plin. lib. 2. cap. 42. Densitas earum, corpúsque haud dubio coniectatur argumento.

Coniectare aliquid euentu. Liu. 5. ab Vrbe, Postea euentu rem cõiectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde vrbis, &c.

Vultu offensionem coniectare. Tacit. lib. 1.

Coniectare opiniones. Liu. lib. 9. bel. Pun.

Coniectatio, Verbale {εἰκασία} Plin. lib. 10. cap. 75, Somni quæstio nõ obscuram coniectationem habet.

Coniectio, Verbale {βολή} à Coniicio, coniicis. Cic. pro Cecinna, Neque ictu cominus, neque coniectione telorum.

Coniectio caussæ. Paul. in l. 1. D. de reg. iur. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, &, vt ait Sabinus, quasi caussæ coniectio est. Hoc quid sit declarat Asconius. Quum, inquit, in rem aliquam agerent litigatores, & pœna se sacramenti peterent, poscebant iudicem, qui dabatur post trigesimũ diem (alij tertium:) quo dato, deinde inter se in perendinum diem vt ad iudicium venirent, denuntiabant. Quò quum esset ventũ, antequam caussa ageretur, quasi per indicem rem exponebant, quod ipsum dicebatur caussæ cõiectio, quasi caussæ suæ in breue coactio. Hæc ille. Coniectionem autem non pro Coniectu, sed pro Coniectura dictum opinor: item vt Quæstio apud eundem pro Quæstura, quasi vnde de tota disceptatione iudex coniiciendi facultatem habeat. Vt ergo caussæ cõiectio rem strictim & anguste continet, sic Regula id quod iuris est breuiter summatímque complectitur. Hinc illud apud Gell. lib. 5. cap. 10, Et quum ad iudices coniiciendæ consistendǽque causæ gratia venisset. & quæ sequuntur. Hotomanus.

Coniectio somniorum, pro Coniectura. Cicero lib. 2. de Diuinat. Chrysippus somniorum coniectionem definit hoc modo, Esse vim cernentem, & explanantem quæ à diis hominibus significentur in somnis. Paulo antè dixerat, Si iam fieri possit coniectura vera somniorum.

Coniectio non tantùm est, quũ causa apud Prætorem coniicitur, & quodam tanquam indice exponitur & breui; verùm etiam pactum eo nomine venit, vt apud Apuleium in nuptialibus pactis sic scribitur, Præter hæc conditione factam coniectionem. si nullis ex me susceptis liberis vita demigrasset. Hæc Turnebus.

Coniectus {ἐμβεβλημένος} Participiũ, à Coniicio. vt Coniecti ignes. Cic. ad Atticum lib. 4.

Ferrum in guttura coniectum. Ouid. 3. Metam.

Coniecta cerua sagitta vagatur. Virg. 4. Æneid.

Coniecti omnium in te oculi. Cic. de Amic. Sed existimare debes omnium oculos in te esse coniectos: vnum te sapientem & existimãt & appellant.

Improbe in clarissimos viros coniecta oratio. Cic. pro Sext.

Vincula coniecta collo. Ouid. 4. Trist. eleg. 1.

Non tam mirabilia, quàm coniecta bené. Cicero 2. de Diuin. Id est diuinata.

Malè coniecta, maléque interpretata falsa sunt, non rerum vitio, sed interpretum inscientia. Cic. 1. de Diuinat.

Coniector, huius coniectoris {ὀνειροπόλος} Verbale, dicitur (vt ait Festus) interpres somniorum. Est etiam is quem vulgus Diuinatorem vocat. Quintil. lib. 3. cap. 7. ad finem, Somniorum atque ominum interpretes, coniectores vocamus. Cicero 2. de Diuinat. Defert ad coniectorem quidam somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis.

Aruspex, augur, cõiector in genere diuinandi numerantur. Cic. 1. de Diuinat.

Vaticinationes & responsa sacerdotum, aruspicum, coniectorum. Cic. in Partit.

Coniector & interpres portentorum. Cic. 2. de Diuinat.

Coniectura, coniecturæ, pen. prod. {στοχασμός, τεκμήριον, συμβολή} Coniectio siue coniectatio, dicta à coniectu, Id est directione quadam ad veritatem, vt ait Quint. lib. 3. cap. 7. ad finem. Plin. lib. 2. cap. 11, Mundi extera indagare, nec interest hominum, nec capit humanæ coniectura mentis.

Coniectura & cogitatio. Cic. pro Fonteio, In quo ea quæ dicuntur à testibus, coniectura & cogitatione traduntur.

Futuri coniectura. Ouid. 1. Trist. eleg. 8.

Interpretum coniecturæ magis ingenia eorum quàm vim cõsensúmque naturæ declarant. Cic. 2. de Diuinat.

Constant ex leuissimo & indoctissimo genere cõiecturæ somniorum. Cic. 2. de Diuinat.

Bona. Cic. 7. Verr.

Vera. Cic. 2. de Diuinat.

¶ Aberrare coniectura. Cic. Attico, lib. 14. Cupio enim antè quàm Romam venio, odorari diligentius quid futurum sit: quanquam vereor ne nihil coniectura aberrem.

Accipere coniecturam. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Adhibere. Cic. 2. de Diuinat.

Afferre. Vide AFFERO.

Assequi aliquid. Cic. 4. Verr.

Coniectura augurari, Idem quod Coniicere siue coniectari. Cic. ad Attic. lib. 2, Etenim quantum coniectura auguramur, si erit nebulo iste cum iis dynastis in gratia.

Capere. Cic. pro Roscio Amer.

Suspicionibus & coniectura coargui. Cic. 1. de Lege Agrar.

Quantum animi mei coniectura colligere possum. Quintil. libro 1. cap. 2.

Coniectura consequi. Cic. ad Cornific. lib. 12. 19. Quantum copiarum haberes, cum ipse coniectura consequi poteram, tum ex tuis literis cognoui.

Ducit coniectura aliquem. Cic. Varr. lib. 9. 2, Quanquam quo me ducat coniectura, habeo.

Ducere coniecturam in varias partes, & nonnunquam etiam in contrarias. Cic. 2. de Diuinat.

Explicare coniectura aliquid. Cic. 1. de Diuinat.

Coniecturam facere. Terent. And. 3. 2,
-multa concurrunt simul,
Qui coniecturam hanc nunc facio.

Coniecturam facere de moribus alicuius. Plin. Iun. in Paneg. Præterea futuri principes velint nolint, sciãt, tantum constat, propositísque duobus exemplis meminerint, perinde coniecturam de moribus suis homines esse facturos, prout hoc vel illud elegerint.

De se coniecturam facere. Cic. 2. de Orat.

De suo stomacho coniecturam facere. Cic. Mario, lib. 7. 1, Omnino si quæris, ludi apparatissimi, sed non tui stomachi. coniecturam enim facio de meo.

Coniecturam facere ex ipsa re. Terent. Heaut. 2. 3,
Nam & vita est eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.

Ex vultu coniecturam facere. Cic. pro Murena.

Inductus coniectura. Vide INDVCO.

Informare aliquid. Cic. 1. de Nat. deor.

Iudicare aliquid. Cic. pro Flacco.

Mouere. Quintil. lib. 3. cap. 6.

In coniectura niti. Vide NITOR.

Leui coniectura res non penditur. Cic. pro Rosc. Amer.

Percipere coniectura aliqua. Cic. pro Lege Manil.

In coniectura posita. Cic. Lent. lib. 1. 5.

Profiteri somniorum. Cic. 2. de Diuinat.

Prospicere. Cic. pro Domo.

Coniectura prouidere. Cic. ad Att. lib. 1. 1, Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, huiusmodi ratio est, quòd adhuc coniectura prouideri possit.

Quærere coniectura aliquid. Cic. in Orat.

Coniectura reperire. Plaut. Trinum. 13,
-quod ad exemplum est,
Coniectura si reperire possumus?

Ad coniecturam aliqua interpretatione reuocare. Cicero 2. de Diuinat.

Ad coniecturam alieni sensus, non ad iudicium suum scribere. Vide AD.

Trahere coniectura. Cic. 2. de Diuin. Iam ex insanorum aut ebriorum visis innumerabilia coniectura trahi possunt, quæ futura videantur.

¶ Coniecturam Rhetores accipiunt, pro eo statu quum facti est controuersia: quoniam coniecturis causa confirmatur: & constitutionem coniecturalem.

Ab argumentis, à coniectura, à signis causa traducitur. Cicero pro Cælio.

Coniecturalis, & hoc coniecturale, pen. prod. {στοχαστικός} Quod coniectura colligitur. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Causæ coniecturales. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Causæ coniecturales versantur in iudiciis. Cic. in Topic.

Constitutio coniecturalis. Cic. 2. de Inuent.

Coniecturalis status. Author ad Herennium, lib. 1, Coniecturalis est, quum de facto controuersia est. Cic. 2. de Diuinat. Omnéque genus coniecturale in hoc ferè genere ponebas.

Coniecturo, Verbum, pen. prod. {στοχάζομαι} Sen. lib. 9. Natur. quæst. Nobis coniecturare tãtum illa in occulto licet, nec cum certa inueniendi fiducia, nec sine spe.

Coniectus, huius coniectus {βολή, ῥιπή} Verbale à Coniicio. Plin. lib. 26. cap. 4, Æthiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri.

Lapidum & spiculorum coniectus. Lucret. lib. 3.

Lapidum coniectu fracta domus. Cic. Attic. lib. 4.

Coniectus materiai, Id est congressus, aceruus. coitus, seu cœtus primorum corporum. Lucret. lib. 5.

Coniectus oculorum. Cic. pro Plancio. Non enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt.

Coniectu oculorum aliquem vt furem destinare. Curtius lib. 9.

Oculorum coniectu motus animorum significamus. Cicero 3. de Oratore.

¶ Coniectus, pro Directione. Quintil. lib. 3 cap. 7. ad finem.

Conila, conilæ, siue Conile, conilis {κονίλη} Olus est cicutæ simillimum, quod à Dioscoride myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quanquam doctiores malint numerare inter ea quæ scriptori huic paulatim accreuerunt. Nicander certè in Theriacis Conilam eandem facit cum Origano.

Conion, pen. prod. {κώνειον} Græco nomine appellatur herba perniciosissima, publica Atheniensium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant. Galenus.

Conisalos. Sudor in palæstris se exercentium, conferens in tenuibus simplicibúsque sordibus mixtum, vt tumores præter naturam per halitum digerat. Ex Galeno de simpl. medicam. facul. lib. 10.

CONISALVS {κονίσαλος} Deus habitus est apud Athenienses, qui simili ferè ritu colebatur quo apud Lapsacenos Priapus. Author Strab. li. 3.

Coniscare, Vide CONVS.

CONISIVM {κονίσιον} Teuthraniæ oppidum, nó procul à Caico fluuio, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

Conisicæ aues, quæ à nonnullis puluerattrices appellantur, vtroque nomine ab earum consuetudine deducto, quòd se pulueri soleant immergere. Vide Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 26.

CONISTORSIS, Vrbs Hispaniæ citerioris, in tractu Celtico, cuius meminit Strab. lib. 3.

Conitum, Genus libaminis quod farina conspersa faciebant. Afranius pro ornatu & excultu posuit. Fest.

Coniugo, coniugas, pen. corr. {συζεύγω} coniugare, Quasi ad vnum iugum alligare. Cic. 1. Offic. Estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

Coniugata apud Rhetores Ciceroni in Topicis, dicuntur quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab vno variè commutantur: vt sapiens, sapienter, sapientia. Hæc verborum coniugatio, συζυγία dicitur, ex qua huiuscemodi est argumentum. Si compascuus ager est, ius est compascere.

Coniugator, pen. prod. {συζεύκτης} Verbale. vt, Boni amoris coniugator, de Hymene dictum à Catullo in epithalamio.

Coniugatio, Verbale {συζυγία} Cic. de Senect. Cuius quidem non vtilitas me solùm, vt antè dixi, sed etiam cultura & natura ipsa delectat adminiculorum ordines, capitum coniugatio, religatio, propagatio vitium.

Coniugatio apud Grammaticos, est consequens verborum declinatio. Coniugatio autem nominatur, vel propter coniugatas consonantes: hoc est cognatas, ex quibus pleræque apud Græcos coniugationes regulam sumunt, vel quod vna eadémque ratione declinationis plurima coniugantur verba, quod ad Latinorum nominationem aptius est.

Coniugus, penult. corr. Adiectiuum {σύζυγος} Quod coniugatum est. Plinius lib. 8. cap. 23. de aspidibus, Coniuga fermè vagantur, nec nisi cum compare vita est. Id est coniugata & iuncta quasi matrimonio.

Coniugulus, pen. corr. Adiect. vt, Coniugula myrtus apud Catonē, cap. 133. Plin. lib. 15. cap. 29, his verbis, Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigram, coniugulam, fortassis à coniugiis ex illo Cluacinæ genere.

Coniugium {συζυγία} Matrimonium. Cicero 4. de Finib. Primúsque ex omnibus philosophis à natura tributum esse docuerūt, vt hi qui procreati essent, à procreatoribus amarentur, & id quod temporum ordine antiquius, vt coniugia virorum & vxorum à natura coniuncta esse dicerent, qua ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum.

Dos coniugij. Ouid. 14. Metam.

Fides sacrata coniugij. Sen. Agamem. 2,

-iura pudórque

Et coniugij sacrata fides Fugiunt aulas.

Sponsor & obses. Ouid. epist. 2.

Tempus. Id est dies nuptiarum Ouid. epist. 20.

Felix coniugio. Ouid. 4 de Ponto, eleg. 11.

Rudis. Ouid. 4. Fast.

Coniugium filiæ. Cic. Att. lib. 6, Lætatus sum etiam sermone Piliæ de coniugio Tulliæ meæ.

Antiquum coniugium. Virg. 4. Æneid.

Dira. Valer. lib. 2. Argonaut.

Fortunatum. Ouid. 1. Metam.

Liberale. Vide LIBER.

Maritale. In MARITVS.

Solenne. Tacit. lib. 15.

Superbum. Virg. 3. Æneid.

Abruptum. In ABRVMPO.

Adepta coniugium regium. In ADIPISCOR.

¶ Despondere sibi coniugia alterius. Sen. Troad. 1.

Differre. Propert. lib. 2. eleg. 10.

Fraudata coniugio sponsa. Ouid. 6. epist.

Frui. Ouid. 5. Fast.

Petere. Ouid. 10. Metam.

Potiri alterius, Alterius vxorem ducere. Virg. 3. Æneidos,

Coniugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrísque potitum.

Prodere. Virg. 4. Æneidos,

Non iam coniugium antiquum quod prodidit, oro. Id est decepit. Seruius.

Promittere. Ouid. epist. 20,

-iam penè solutum

Coniugium in multis domibus seruauit adulter.

Solutum. Iuuenal. sat. 9.

Timere suo coniugio. Sen. Hippol. 3.

¶ Coniugium, pro Concordia. Ouid. lib. 11. Metam.

Culta mihi pax est, pacis mihi cura tuendæ

Coniugiíq; fuit, fratri fera bella placebant.

¶ Coniugium, pro Coniugatis. Plin. lib. 10. cap. 12, Itaque paruis in vicis non plus bina coniugia sunt: circa Cranonem quidem Thessaliæ singula perpetuò: genitores soboli loco cedunt. Bina coniugia vocat Bina paria, duos mares, ac totidem fœminas.

¶ Coniugium, pro Coitu. Virg 3. Georgicorum,

-sæpe sine vllis

Coniugiis vento grauidæ. De equabus.

Coniugalis, & hoc coniugale, pen. prod. {γαμικός} Quod ad coniugium pertinet. vt, Coniugalis torus.

Dij coniugales dicuntur, qui coniugiis præsunt. Iuno, Venus, Hymen. Sen. in Medea 1. Augustinus de Ciuitate dei lib. 4 cap. 21, deos nuptiales vocat: Quid necesse erat, inquit, nubentes commendare diis nuptialibus, vt bene coniugarentur? Plutarchus problemate 2. scribit, quinque deos inuocari solitos ab iis qui matrimonio iungerentur, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Suadelam, & in primis Dianam, quam etiam in partu & doloribus mulieres inuocant. Ob id quinque tantummodo faces in nuptiis accendebant, quas Cereos appellabant. Ouid. lib. 1. Metam. tædas iugales vocat, quæ nouis nuptis quinque præferebantur, quum noctu ducebantur ad maritum. Augustinus de ciuit. dei lib 6 cap. 9, deos coniugales his verbis recenset, Quum mas & fœmina coniunguntur, adhibetur deus Iugatinus: quum domum est deducenda quæ nubit, adhibetur deus Domiducus: vt in domo sit, adhibetur deus Domitius: vt maneat cum viro, additur dea Manturna: Virginensis dea, vt virgini zona soluatur: deus Subigus, vt viro subigatur: dea Prema, vt subacta, ne se commoueat, comprimatur: Priapus, super cuius immanissimum & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur: Venus, quæ ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine eius vi fœmina virgo esse non desinat: dea Partunda, quæ parturienti & parienti adsit. Hæc ex Augustino. Porrò est & Hymeneus, qui & Hymen dicitur, nuptiarum deus habitus, sicuti videre est apud Catullum: & apud Romanos Thalassus siue Thalassius, qui & Thalassio dicitur.

Coniugialis, & hoc coniugiale, pen. prod. {γαμικός} Quod ad coniugium pertinet.

Festa coniugialia. Ouid. 5. Metamorphoseos,

-fremitu regalia turbæ

Atria complentur, nec coniugialia festa

Qui canat, est clamor, sed qui fera nunciet arma.

Fœdus. Ouid. 11. Metamorphoseos,

Tunc quoque mansit amor, nec coniugiale solutum est

Fœdus in alitibus.

Iura Ouid. 6 Metamorphoseos,

Nec mea virginitas, nec coniugialia iura.

Coniux, coniugis, pen. corr. com. gen. {ὁμόζυγος} A coniugo, coniugas, vt ait Phocas grammaticus. Coniuges (inquit Festus) eiusdem iugi pares. Priscianus per n ante x scribit: Veteres modo coniux, modò cōiunx scripserūt, detracto vel addito n. Cic. ad Qu. frat. lib. 3, Fidelissima coniunx.

Coniux interdum dicitur, non quæ est, sed quæ fore speratur. Virgil. 8. ecloga,

Coniugis indigno Nisæ deceptus amore. Seruius.

Coniux, pro sponsa. Virgil. 9 Æneidos,

-ferro sceleratam exscindere gentem

Coniuge prærepta. Verba Turni. Inuidiosè autem sponsam coniugem vocat, ait Seruius.

Amor perennis coniugis castæ manet. Sen. Octau. 4.

Obsequium coniugis. Sen. Octau. 4.

Conciliat animos coniugum partus ferè. Sen. Med. 4.

Felix coniuge. Ouid. 9. Metam.

Adultera coniux. Ouid. 3 Amor. eleg. 4.

Antiquus. Virg 4. Æneid. Id est aut prior aut charus. Seruius.

Aurea Pici. Virg. 7. Æneid.

Boni Catul. 1. epithalamio.

Charissimus. Ouid 11 Metam.

Charissima. Stat. 3. Sylu. 5.

Debita. Id est promissa & sponsa. Ouid. epist. 7,

-quondam sibi debita coniux.

Rege digna. Sen. Herc. fur. 6.

Dulcis. Virg. 2. Æneid.

Effræna. Sen. Medea. 2.

Egregia. Virg. 6. Æneid.

Fida. Horat. 2. epist.

Fidelis. Ouid. in Ibin.

Fidissimus. Valer. lib. 8. Argonaut.

Fœcunda. Horat. 2. Serm. sat. 5.

Imperiosa. Ouid. in Ibin.

Infamis. Sen. Medea, 7.

Irrequieta. Sil. lib. 3.

Iusta coniux, Legitima. Sen. Octau. 4.

Legitima. Ouid. 10. Metam.

Lepidissima. Catul. epigr. 73.

Leuis. Sen. Herc. OEth. 4.

Lignea, dicitur à Catullo epigr. 20, quæ corpore est arido & sicco ob famem,

Est pulchre tibi cum tuo parente,

Et cum coniuge lignea parentis. &c.

Noua. Sen. Octau. 6.

Domina cupida coniugis noui. Catul. epith. 7.

Optata. Stat. 1. Sylu. 2.

Orbatus coniux dicitur, cui mortua est vxor. Stat. 5. Sylu. 1.

Perfida coniux, atque impos sui amore cæco. Sen. Agam. 3.

Pia. Sen. Troad. 6.

Pristinus. Virgilius 6. Æneidos. Id est prior, quod difficile inuenitur, inquit Seruius. Nam de hoc sermone quærit & Probus, & alij.

Pudica. Horat. 3. Carm. ode 5.

Rarissima. Stat. 5. Sylu. 1.

Regis

Regia, Regina. Virg.7. Æneid.
Rustica. Ouid. epist.1.
Sanctæ coniugis torus. Sen. Troad.6.
Scelestus. Sen. Octau.5.
Tenera. Horat.1. Carm. ode 1.
Auertere sensus sanos coniugis. Virg.8. ecloga,
Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. Sanos sensus Seruius exponit non amantes, vnde contrà amantes insanos vocamus.
Captus alia coniuge. Ouid. epist.13.
Deiectam coniuge esse, Maritum amisisse. Virg.3. Æneidos,
Heu quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit?
In coniugis gremium descendere. Virg.2. Georgicorum,
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus. Dicit verno tempore esse pluuias, quibus fœcundatur terra ac omnia nascuntur, vt exponit Seruius.
Amata. Iuuenalis sat.10.
Dotata. Ouid.2. de Remed. amor.
Furens festináque. Valer. lib.2. Argon.
Inuisa. Sen. Octau.8.
Prætendere tædas coniugis, Animum ad coniugium applicare. Virgil.4. Æneid.
Viduata tædis coniux ardet. Sen. Med.8.
Coniungo, coniungis, coniunxi, coniunctim (συζεύγνυμι, συνάπτω) coniungere, Copulare: A iugo deductum verbum. vt, Coniungere boues feris, apud Catonem, cap.138.
Calamos cera coniungere. Virg.2. ecloga,
Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.
Dextras. Virg.1. Æneidos,
Lætitiáque metúque auidi coniungere dextras Ardebant.
Dextram dextræ. Ouid.8. Metam.
Manus alicuius. Tibul. lib.1. eleg.6.
Aliquot prouinciæ vno imperio coniunctæ. Cicero de Prouinciis Consul. Galliæ duæ quas hoc tempore vno imperio videmus esse coniunctas.
Coniuncti inter se atque implicati. Vide IMPLICO.
Capere socium & coniungere. Virg.5. Æneidos,
Hunc cape consiliis socium & coniunge volentem.
In negotio se. Cic. pro Qu. Roscio Comœd. Socium fallere, qui se in negotio coniunxit.
Conciliare & coniungere. Cic. Pompeio. lib.5.7. Illud non dubito, quin, si te mea erga te studia parum mihi adiunxerint, Respub. nos inter nos conciliatura, coniunctúrque sit.
Amicitias. Cic. pro Cluent. Quaniam vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo.
Amor fœdere coniungit amantes. Catul. Argonaut.
Amantes diuisos. Propert. lib.1. eleg.10.
Amor princeps est ad beneuolentiam coniungendam. Cicero de Amicit.
Coniungere domum coniugio & stirpe. Cic.5. de Finib.
Coniungere sibi fœminam matrimonio. Liu.9 bel. Pun.
Coniungere connubia, pro Matrimonio iungere. Cic.1. de Orat.
Fœdere aliquibus coniungi. Virg. l.10. Æneid.
Coniungi hospitio & amicitia. Cic. ad Qu. frat. lib.1.1.
Honorem aliquorum. Cic.14. Philipp. Æquum est enim militum, alium præsertim, honorem coniungi.
Coniungere datiuo iungitur. Cic. ad Marcellum, lib.15.11, Cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuáque iam antè coniunxerant: tum, &c.
Castris se coniungere. Claud.1. in Ruffin.
Ætas hunc mihi coniungit studiis communibus. Claudian. in præfatione epithal. Palladij.
Homo alicui fidissima gratia coniunctus. Cic. pro Milone.
Propinquitate atque natura alicui coniunctum esse. Cicero de Amicit.
Eiusdem linguæ societate coniunctum alicui esse. Cic.3. de Orat.
Non solùm perpetua societate atque amicitia, verumetiam cognatione alicui coniunctum esse. Cic.6. Verr.
Coniuncta virtuti fortuna. Cic. de Senect.
Philosophia oratori coniuncta maximè. Cic.3. de Orat.
Coniuncta atque communia scelera alicui cum aliquo. Cicero pro Sextio.
Coniungere cum. Cic. pro Fonteio, Cum his vos testibus vestram religionem coniungetis?
Somnos cum aliquo. Catul. in Argonaut.
Coniungere se cum aliquo dicitur sponsa, Hoc est nubere. Ouidius epist.20.
Causa tua coniuncta cum clarissimis viris. Cic. in Vatinium, In quo certè tibi iam dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuam esse coniunctam.
Coniungere imperij dedecus cum probo priuato. Cic. de Senect.
Coniuncta & sociata cum altera. Cic. de Amicit.
Hominem esse coniunctum cum hominibus humana quadam societate. Cic.1. Acad.
Coniunctum consilium cum alterius consilio. Cic. In quo non sit coniunctum consilium cum tuo. Id est si in aliquo dissentimus.
Coniuncta mihi cura de Repub. cum illo. Cic. de Amicit.
Vita rustica maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Cic. pro Rosc. Amer.
Salutem alicuius cum communi salute. Cicero post Reditum, Nunquam dubitastis meam salutem cum communi salute coniungere.
Coniungere aliquem cum alterius laude. Cic. in Pisonem, Quem ego ciuem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo.

Ætate coniunctus. Cic. de Claris Orat. Itaque cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse, quòd & dicendi ardore eram propior, & ætate coniunctior.
Vsu cum aliquo coniungi. Cic. de Amic.
Coniuncta officiis cum Populo Romano ciuitas. Cic.4. Verr.
¶ Coniungere, pro Committere inter se, vt
Bellum coniungere. Cic. pro Lege Manilia, Quantū illud bellum futurum putetis, quod coniungant Reges potentissimi.
Martem coniungere & duplicare acies. Silius lib.15.
Cōiungere nationes. Cæsar 3. bel. Gal. Ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantæ nationes coniungantur.
Vires. Valer. Flac. lib.6.1,
nobis Argoa parabas
Scilicet auxilia, & tantas coniungere vires.
Coniunctus, Participium (συνεζευγμένος) vt, Homines beneuolentia coniuncti. Cic. de Amicit.
Summa miseria, summo dedecore coniuncta. Cic.3. Philipp.
Puella digno coniuncta viro. Virg.8. eclog.
Coniunctis sententiis decernere. Cicero 6. Verr. Postea decernitur, ac non variè, sed propè coniunctis sententiis, vt laudatio quæ C. Verri decreta esset, tolleretur. Id est omnibus sententiis.
Tempus coniunctum, hoc est insequens. Quintil. lib.7. cap.3.
Dicendi vis egregia, summa festiuitate & venustate coniuncta. Cic.1. de Orat.
Coniuncta multis vitiis vita. Cic. in Verrem, Quæ est enim tanta facultas & dicenda copia, quæ istius vitam tot vitiis, flagitiisque coniunctam aliqua ex parte defendere possit?
Vitis vlmo coniuncta marito. Catul. in Carmine nuptiali.
Coniunctus (συζευκτός) Nomen ex participio. Plancus ad Ciceronem, lib.10.24. Sed primùm quòd ita meritos iudicabam: deinde quòd ad omnes casus coniunctiores Reipub. esse volebam. Id est magis amicos Reipub.
Coniunctior illo nemo mihi est. Ouid.15. Metam.
Vir coniunctissimus atque amantissimus. Cic. de Amicit.
Coniunctissimi inter se. Cic. de Amic. Tum etiam cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium & T. Coruncanium memoriæ proditum est. Hoc est amicissimos fuisse inter se.
Par amicitiæ coniunctissimum. Cic. pro Domo, Quod enim par amicitiæ Consularis fuit vnquam in hac ciuitate coniunctius, quàm fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius?
Concordia coniunctissimū alicui esse. Cic. pro Cluent. Equites ordini Senatorio dignitate proximos, concordia coniunctissimos esse cupiunt.
Coniuncti re apud Iurisconsul. videntur hæredes, vel legatarij, vel vsufructuarij, quum ex re ipsa, nō ex verbis apparet eos iungi ad cōmunicandum, partibus ex concursu æstimandis. l. coniunctim. & l. re coniuncti. D. de leg.3. Coniuncti verbis, non etiam re, censentur ita, Titio & Seio æquis partibus fundum Titianum do, lego. Coniūcti re & verbis sunt, quos & nominum & rei complexus iungit. vt, Lucio & Seio fundum Sempronianum do, lego. L. Triplici modo. D. de verb. signif.
Coniunctio, Verbale (σύζευξις, συναρμογή, σύναψις, ἕνωσις.) Plin. lib.15. cap.29. Ideo tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præest.
Coniunctio, confusióque virtutum, tamen à philosophis ratione quadam distinguitur. Cic.5. de Finib.
Coniunctio & Disiunctio, contraria. Cic.4. Acad.
Negationes coniunctionum. Cic. de Fato. Si Chaldæi ita loquentur, vt negationes infinitarum coniunctionum potius, quàm infinita connexa ponant, &c.
¶ Coniunctio, pro mutua amicitia & concordia. Cic. ad Brutum, lib.11.15, Coniunctio tua cum collega, concordiáque vestra quæ literis communibus declarata est.
Amicitiæ coniunctionísque necessitudo. Cic. de Amic.
Societas coniunctionis humanæ. Cic.5. de Finib.
Affinitatis. Cic. pro Cluent.
Beneuolentiæ. Cic. de Amic.
Sanguinis coniunctio & beneuolentia deuincit charitate homines. Cic.1. Offic.
Coniunctio & familiaritas. Cic.14. Philipp.
A coniunctione auocare. Cic. Pompeium à Cæsaris coniunctione auocarem.
Conciliare. Vide CONCILIO.
De coniunctione imminuere. Cic. Famil.5, Aliquid de nostra coniunctione imminutum esse ostenderem.
Coniunctionem dirimere. Cic. lib.5. Fam. epist.
Coniunctionem perfringere, labefactare. Cicero orat. vltima in Catilinam.
Coniunctio & conspiratio. Cic. pro Domo, Hanc nostram coniunctionem, hanc conspirationem in Repub. bene gerenda, hanc iucundissimam vitæ atque officiorum omnium societatem, certi homines fictis sermonibus & falsis criminibus diremerunt.
Conuenientia & coniunctio naturæ, quam vocāt συμπάθειαν, quòd cuique rei conueniat. Cic.2. de Diuinat.
Necessitudo & coniunctio paterna. Cic.13. Philipp. Hanc mihi dissipationem pro paterna necessitudine & coniunctione deposco.
Hominum inter homines coniunctio & quasi quædam societas & communicatio vtilitatum. Cic.5. de Finib.
Inoffensa, atque indubitata literarum inter se coniunctio. Quintil. lib.1. cap.1.
Coniunctè, Aduerbium (συνημμένως) Cic.2. de Orat. Et si coniunctè sit elatum, & adiuncta sint alia, iudicent recténe adiuncta sint, & veráne summa sit vniuscuiusque rationis.
Coniunctè amare. Plin. Iun. lib.6. epist.8, Huius est hæres maximus noster, quem & ipse amo, sed coniunctius tu.
Coniunctissimè versati sumus. Cic. de Claris Orat.

¶Coniunctissimè & amantissimè cum aliquo viuere. Cic. de Amic. Sic Cornelius Nepos in vita Attici.

Coniunctim, Similiter aduerbium {[illegible]} Liu. 6 ab vrbe. Cæsar 6. bel. Gal. Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur, fructúsque seruantur.

Coniunctim & Separatim, opposita. Paulus in l. Si pluribus. D. de leg. 1. Vtitur & Celsus in l. Et proculo. D. de leg. 3.

Coniunx. Coniugus, Vide CONIVGO.

Coniuola, Occulta. Festus.

Coniuro, coniuras, pen. prod. {[illegible]} coniurare, Simul iurare, & alterum alteri promittere fidem. Virg. 8. Æneidos,
-simul omne tumultu
Coniurat trepido Latium. Vbi Seruius, Nota de re bona coniurationem dici posse. Nam coniuratio [illegible] est.

Coniurat amicæ dixit Horatius.

Coniurant inter se. Plaut. Merc. 9, Inter nos coniurauimus, ego cum illo, & ille mecum.

¶Coniurare, pro Iurare. Gellius, Age malitiam saltem defende, tu verbis conceptis coniurasti sciens, scienti animo tuo.

¶Coniurare, etiam conspirare est, Id est in alicuius perniciem iurare. Cic. ad Atticum, lib. 2, Coniurasse mallem, quàm restitisse coniurationi. Acron in Horatium, lib. 1. Carm. ode 15, Inter Coniurare & Conspirare hoc interest, quòd Conspirare interdum bonorum est, Coniurare malorum. Vide Vallam lib. 5 cap. 21.

Coniurare de interficiendo aliquo. Cic. pro Milone.

In arma. Lucan. lib. 2.

In ruinas nostras coniurauere sorores. Claud. 3. de Rapt. Pros.

Coniurare contra aliquem. Cic. pro Sylla, Catilina contra Rempubl. coniurauit. Cæsar 2. bel. Gall. Neque se cũ reliquis Belgis consensisse: neque contra populum Rom. coniurasse.

Contra Tonantem coniurant furiæ. Claud. 1. de Rapt. Pros.

Coniuratus, pen. prod. Participiũ {[illegible]} Qui coniurauit. vt, Agmina coniurata. Ouid. 5. Metam.

Arma coniurata mouentur. Ouid. 15. Metam.

Coniuratus cum infinitiuo. vt,

Fratres coniurati cælũ rescindere. Virg. 1. Georg. Othũ & Ephialtem dicit (vt ait Seruius) qui fuerunt filij Neptuni, & nouem digitis singulis crescebant mensibus, qua freti altitudine cælum voluerunt euertere: sed confixi sunt sagittis Apollinis & Dianæ.

Græcia cõiurata rumpere nuptias Paridis. Horat. 1. Carm. ode 15.

Socij coniurati. Claud. 2. in Eutrop. in præf.

Venti coniurati. Claud. 6. Paneg.

¶Interdum coniungitur cum genitiuo: vt, Coniuratus Getarum, Qui cum Getis conspirauit. Claud. 1. in Ruf.
-tunc proditor ille
Impius imperij, coniuratúsque Getarum
Distulit instantes, eluso principe, pugnas.

Coniurati, coniuratorum {[illegible]} Qui inter se coniurauerunt. Cic. in Catil. Ego quanta manus est cõiuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video. Sic pro Fonteio.

¶Coniurati, Militum genus. Liu. lib. 45. ab Vrbe, Vt Consul quos præter milites sociósque nauales coniuratos haberet, dimitteret. Cæterùm qui sint hi, sic explicat Turnebus: Vt coniurationem vocare solebant genus quoddam militiæ à sacramento diuersum: ita à militibus seiunxit Liuius coniuratos, vt milites sint, qui sacramento dixerunt: coniurati, qui vnà iurarunt simul, non singuli sacramento dixerunt. Quibus quia iustum militiæ sacramentum deerat, proinde nec iusti milites censebantur. Hactenus ille in hunc locum Liuij.

Coniuratio, Verbale {[illegible]} Terent. Hecy. 2. 1,
Prò deum atque hominum fidem, quod hoc genus est? quæ hæc coniuratio? Cic. 2. de Diuinat. Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore quo fieret iudicium cõiurationis in Senatu, signum Iouis biennio postquam erat locatum, in Capitolio collocabatur.

Adulta coniuratio. In ADOLEO.

Manifestus coniurationis. Tacit. lib. 15.

Clandestinæ coniurationes. Liu. Decad. 4. lib. 9, Consulibus ambobus quæstio de clandestinis coniurationibus decreta est.

Cœpta simul, & aucta. Tacit. lib. 15.

Cœpta, adulta, & reuicta. Tacit. lib. 15.

Impia. Liu. Decad. 4. lib. 9.

Mista inter patrem, filiúmque coniurationis scientia fingitur. Tacit. lib. 16.

Nefanda in omne facinus ac libidinem. Liu. Decad. 4. lib. 9.

Deprehendere & inuenire coniurationem. Cic. 3. Catil. Vt nullum in priuata domo factum vnquam sit tam palàm inuentum, quàm hæc tanta in Rempub. coniuratio manifestò inuenta atque deprehensa est.

Facere. Cic. in Catil. Vos omnes factam esse apertè coniurationem contra Rempub. videritis.

Exitiosam habere. Cic. Catil. 4, Sed hanc tantam, tam exitiosam haberi coniurationem à ciuibus, nunquam putaui.

Integrum esse à coniuratione. Rhenanus in castigat. in Tacitum, lib. 15.

Prodere coniurationem alicui. Tacit. lib. 16.

¶Coniuratio, Militiæ genus, Vide suprà, Coniurati, Militum, &c.

Coniux, Vide CONIVGO.

Coniza, Vide CONYZA.

Conlatro, conlatras, pen. corr. {[illegible]} conlatrare. Sen. de Vita beata, Siquis ex his qui philosophiam cõlatrant, quod solent dixerit, Cur ergo melius loqueris quàm viuis? Id est qui philosophiæ detrahunt & obtrectant.

Conlaxo, conlaxas, conlaxare, Idem quod simplex Laxo. Lucret. libro 6,
-quia nimirum facilè omnia circùm
Conlaxat, raréque facit lateramina vasis, &c.

Conlido, Vide COLLIDO.

Connato, connatas, penultima correpta {[illegible]} connatare, Simul natare.

Connatant nobiscum, dixit Plaut. per translationẽ pro Riualis est.

Connecto, connectis, connexui, connexum {[illegible]} connectere, Simul nectere. Plin. lib. 16. cap. 40, Rates verò connecti quadraginta sestertiis plerasque.

Aliquid inexplicabili serie connectere. Quint. lib. 5. cap. 14.

Falces, scalásque. Tacit. lib. 19.

Tempora lauro. Valer. lib. 4. Argonaut.

Vestem connectere, Id est cingere. Claud. 1. in Ruff.
Illa vbi cæruleo vestes connexuit angue
Nodauitque adamante comas, &c.

Connectere cum. Cicero 1. de Finib. Amicitia cum voluptate connectitur.

Connectere alicui rei aliquid. Cic. in Pisonem, Persequere connexos his funeribus dies.

Connectere aliam insaniam. Plin. lib. 36. cap. 15, Aufert animum, & à destinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis, aliámque connecti maiorem insaniam.

Connectuntur Adiabenis Cadurci, præfluente Tigri. Plin. lib. 6. cap. 15, Adiabenis connectuntur Cadurci quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri.

Connexo visu. Plin. lib. 2. cap. 18, His causis connexo visu & earum quæ cælo continentur.

¶Connectere, pro Orationem perpetuam cõcatenare dixit Quintil. lib. 2, Nonnulli certa sibi initia, prius quàm sensum inuenerint, destinant: eáque clare secum diúque meditati, desperata connectendi facultate deserunt.

Connexus, Participium {[illegible]} Cic. 2. de Nat. deor. Inde fides leuiter posita, connexáque videtur.

Amore magno connexus alicui. Stat. 1. Achill.

Pedibus connexæ apes. Virgil. 4. Georgicorum,
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent. Vbi Seruius, Hinc multi dictas apes volunt, quòd se pedibus inuicem teneant: licet crebrior sit illa opinio, quòd sine pedibus primò esse dicuntur. vt, Trunca pedum primò.

Crines connexi. Propert. lib. 2. eleg. 5.

Nodi. Ouid. 12. Metam.

Rami. Lucan. lib. 3.

Subtiliter connexæ res. Lucret. lib. 3.

Connexum & aptum. Cicero in Partit. Sic inter se sunt pleraque connexa & apta.

Connexus, huius connexus {[illegible]} Lucret. lib. 2,
-differre necesse est
Interualla, vias, connexus, pondera, plagas.

Connexu corpus adhæret. Lucret. lib. 3.

Connexũ, connexi {[illegible]} pro connexa conclusione. Cic. 4. Acad. Ipsa enim ratio connexi, quum concesseris superius, cogit inferius concedere. vt, Si sol lucet, dies est: At sol lucet. Dies igitur est.

Connexio, Verbale {[illegible]}

¶Connexio, pro Conclusione, apud Quintil. lib. 5. cap. 14.

Connexiuus, pen. prod. {[illegible]} adiectiuum. vt, Connexiua coniunctio, pro copulatiua, apud Gellium lib. 10. cap. 29.

Connitor, pen. prod. conniteris, cõnixus vel connisus sum {[illegible]} conniti, Simul vel vehementer niti, & dare operam. Cic. 5. de Finib. Quum autem paulum firmitatis accesserit, & animo vtuntur, & sensibus, conniuntúrque vt sese erigant.

Ad aliquem conuincendum conniti. Tacit. lib. 15.

Cornibus conniti. Cic. 1. de Diuin. De ariete.

Connixus omnibus copiis Ancus aciem primam vicit. Liuius 1. ab Vrbe.

Conniti virtute in aliquem locum. Cæsar 1. bel. Ciuil. Etsi deiectis atque inferioribus locis constiterat, tamen in summum iugum virtute connititur. Id est, ascendit.

Conniti animo, & labore contendere. Cic. 3. Offic. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, si discendi labor est, potius quàm voluptas: tantum fac, vt efficias, &c.

Vno animo conniti. Liu. 9. ab Vrbe.

¶Conniti {[illegible]} pro Eniti & parere. Virg. eclog. 1,
Hic inter densas corylos modò namque gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Dextra sublata connixus. Virgilius 5. Æneid. Vbi de Cassandra loquitur.

Vix humeris connixi ferebant, &c. Virg. 5. Æneid.

Toto corpore connixus. Virg. 9. Æneid.

In hastam. Sil. lib. 10.

Aduersis hastis connixi incurrunt. Virg. 11. Æneid.

Manibus connixis agere aut mouere aliquid. Claudian. de bello Gigan.
Hic iuga connixis manibus Panchæa coruscat.

Conniueo, conniues, pen. prod. vel conniuo, conniuis, conniui & connixi, connictum {[illegible]} conniuere, Dicuntur oculi quando clauduntur vel aperiuntur, authore Valla lib. 4. cap. 52. Nam Conniuere, est palpebras oculorum alternatim mouere. Plin. lib. 10. cap. 3, Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri solis radios: & si conniuentem, humectantémque animaduertit, præcipitat è nido velut adulterinum atque degenerem. Cic. 1. Tuscul. Quid melius, quàm in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno?

Conniuere claustra ventris & stomachi dixit Gellius lib. 17. cap. 11, pro Stipari, claudi, & contrahi. De epiglottide loquitur, quam dicit conniuere vicissim & resurgere, eáq; operiri & protegi tracheam arteriam, nequid ex esca & potu inter edendum & bibendum incidat in illud animæ reciprocantis iter.

¶Conniuere

¶Conniuere in re aliqua, per translationem, Est quasi non videre quod videas, seu visum dissimulare, oculos claudere, patienter ferre. Cic. pro Cælio, Prò dij immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis aut conniuetis, &c.

Virtus conniuet sopita blandimentis. Cic. pro Cælio.
Pacem conniuere oculis serenis. Sil. lib. 7.
-tum compta comam, pacémque serenis
Conniuens oculis, ibat, &c. Videtur significare, pacem simulans gestu oculorum.

Conniuens, pen. prod. Particip. {μύζων} Cic. pro Milone, Quibus si non adiuuantibus, at conniuentibus certè sperasset se posse Remp. eludere. Conniuentibus, Id est patientiam adhibentibus. Budæus.
Cõniuentibus oculis credendum est, suis numis eum redemptum. Vlpian. l. 4. in princip. D. de Manumiss. Id est dissimulanter.
Oculi somno conniuentes. Cic. 2. de Nat. deor. ¶Huius contrariũ est Inconniuens {ἀκαμμύων} dicitúrque, qui oculis est vigilãtibus, & aliqua in re fixis sine mutatione. Gellius de Socrate, Inconniuens, immobilis in hisdem vestigiis perstabat.

Conniuentia, conniuentiæ {συγγνώμη} Est patientiam accommodantium, ac videre se dissimulantium. vt Conniuentia procuratorũ principis, in l. 1. de Fundis & saltibus rei dominicæ, lib. 11. C, Quod si venalis procuratorum conniuentia vt id deinceps tentetur admiserit, eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.
Conniuentia & dissimulatio. in l. Vsus aquæ, de Fundis rei priuatæ, & saltibus diuinæ domus, lib. 11. C, Vsus aquæ quæ fundorum nostrorum vtilitatibus seruiebat, plurimorum dicitur vsurpatione sublatus, idque procuratorum conniuentia vel dissimulatione perfectum, vt agrorum fertilitas destituta, nullos fructus cultoribus præstet.

Connixus, Vide CONNITOR.

Conno, connas {συννήχομαι} connare, Simul nare, Propriè est piscium.

Connatio, Verbale. Plaut. Connationis nostræ conscius. Id est quòd eandem adiremus mulierem. Sipontinus.

Connubo, connubis, pen. prod. connu. si, connuptum {συγγαμέω} connubere, Matrimonio iungi. Apul. Nescienubúsque parentibus, puellari ætate connupseramus.

Connubium {συνοικέσιον, ἐπιγαμία} Ius legitimi matrimonij, inquit Seruius. Cic. 1. Offic. Sequũtur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Vlpian. autem tit. 5. Connubium, inquit, est vxoris iure ducendæ facultas.
Connubia Hymenæi. Virg. 4. Æneidos,
Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos.
Fulsere ignes & conscius æther Cõnubij. Virg. 4. Æneid. Vbi Seruius, Varro dicit, Aqua & igni mariti vxores accipiebant. Vnde & hodie & faces prælucent, & aqua petita per felicissimum puerum vel aliquam puellam de puro fonte, interest nuptiis, de qua nubentibus solent pedes lauari.
Particeps connubij Regina Iuno. Cic. Antequam iret in exil.
Connubia patrum & plebis. Liu. 4. ab Vrbe.
Læta connubia. Catul. Argonaut.
Par. Catul. in Carmine nuptiali.
Promiscua. Liuius Decad. 1. lib. 4.
Stabile. Virg. 4. Æneid. Connubio iungam stabili, &c. De firmo certóque coniugio, nec diuortio fortasse vnquam dirimendo dicitur. Cicero in Antonium, Curio te in matrimonio stabili ac certo locauit. Turnebus tamen ita appellasse veteres existimat, velut quodam omine stabilitatẽ & firmitatem matrimonio augurãtes, quum præsertim nemo nuptias contrahat, nisi spe permansionis & diuturnitatis.
Connubia cum finitimis. Liu. 1. ab Vrbe.
¶Connubium adipiscitur virgo. Catul. in Carmine nuptiali,
Quum par connubium maturo tempore adepta est
Cara viro magis. De virgine loquitur.
Celebrare connubium. Claud. epigr. 4.
Coniungere. Vide CONIVNGO.
Desponsa. Catul. in Carmine nuptiali.
Dirimere. Liu. Decad. 1. lib. 4.
Donare muneribus connubia alicuius. Ouid. epist. 11.
Firmare. Catul. in Carmine nuptiali,
Qui desponsa tua firmes connubia flamma.
Fugere. Ouid. 14. Metam.
Inire. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.
Iungere. Virg. 1. Æneidos,
-Deiopeiam
Connubio iungam stabili, propriámque dicabo.
Morari in connubio natæ thalamóque. Virg. 7. Æneid.
Connubiis, aruísque nouis operata iuuentus. Virgil. 3. Æneid. Id est (ait Seruius) perfecit sacrificia propter connubia & nouas sedes, quia apud veteres neque vxor duci, neque ager arari sine sacrificiis peractis poterat.
Petere connubia alicuius. Virg. 4. Æneid.
Connubio permista Troglodytis Æthiopia. Plinius libro 12. cap. 19. Cinnamum nascitur in Æthiopia Troglodytis connubio permista.
Repellere connubia alicuius. Virg. 4. Æneid.
Sancire. Claud. epigr. 46.
Seruare alicuius. Virgilius 3. Æneid. Id est tenere, ait Seruius, vt,
Et nunc seruat honos sedem tuus, ossáque nomen.
Sociare connubiis. Virg. 7. Æneidos,
Ne pete connubiis natam sociare Latinis.
Subire connubia barbara. Claud. de bello Gild. Nubere barbaris.
Vitare. Sen. Hippol. 2. Id est cælibem vitam agere.

Connubium, NV syllabam natura longam habet ab eo quod est nubere: vt Virg. 4. Æneidos,
-connubia nostra
Reppulit. Sed alio loco metri causa corripuit Virgil. lib. 4.
Connubio iungam stabili. Ex Seruio.

Connubialis, & hoc connubiale {γαμικός} Adiect. vt,
Carmen connubiale, Epithalamium. Claud. 7. Paneg.
Vincla connubialia. Stat. 5. Thebaid.

Connudo, connudas, pen. prod. {ἀπογυμνόω} connudare. Plin. lib. 18. cap. 7. Iam primum abigi grandines turbinésque, contra fulgura ipsa in mense connudata, sic auerti violentiam cæli.

Conoides, Vide CONVS.

CONONIENSES, apud Plin. lib. 3. cap. 4, Galliæ Narbonensis populi sunt, Aquitaniæ contermini.

CONON, huius Cononis, pen. prod. {Κόνων} Dux Atheniensis, acceptæ cladis à Lysandro Lacedæmonio dolore, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, in Cyprum, cuius auxilio libertati patriam restituit, cui prius seruitutem attulerat. Author Plutarchus & Demosthenes in oratione ad Leptinem. Propert. lib. 4,
-& à proauo ducta Conone domus. De hoc intellexisse Virgilium author est Seruius eclog. 3,
In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter? Fuit & alter eiusdem nominis Mathematicus, quem Catullus in elegia quadam introduxit.

CONOPAS {Κώνωπας} Minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quẽ Iulia Augusti neptis in deliciis habuit. Author Plin. lib. 7. cap. 16.

CONOPE, es {Κωνώπη} Acarnaniæ vrbs est, teste Stephan. cuius incolæ Conopæi dicuntur & Conopitæ.

Conopeum, huius conopei, pen. prod. {κωνωπεῖον} Tentorium seu velum, & papilio ille lineus vel laneus seu bombycinus, qui thoro circundatur ad arcendos culices, vt ait Valla in Raudensem: quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Iuuenal. sat. 6,
Vt testudineo tibi Lentule conopeo. Testudineo, Id est in morẽ testudinis, seu cameræ incuruato. faict en voulte. Versus est spondaicus. Dicitur & Conopeum, vel Conopium, pen. corr. Horat. Epod. 9,
Intérque signa turpe militaria Sol aspicit conopeum. Propert. libro 3,
Fœdáque Tarpeio conopia tendere saxo.

CONOPION {Κωνώπιον} Oppidum fuit ad Mæotim, vbi lupos pisces aiunt prædæ parte conductos, piscatorum retia asseruare: mercede verò fraudatos, retia & prædam populari. Author Stephan.

CONOPON DIABASIS {Κωνώπων διάβασις} Insula est iuxta quartum Istri ostium, quod Pseudostoma appellatur. Vide Plin. lib. 4. cap. 12.

Conor, conaris, conatus sum {πειρῶμαι, ἐπιχειρέω} conari, Leuius est quàm facere, authore Donato. Est enim niti & dare operã vt aliquid fiat. Terent. And. 1. 5,
-tum autem hoc timet,
Ne deseras se. P. hem, egóne istuc conari queam?
Scio quid conẽre. Terent. And. 4. 2.
Conari manibus, pedibus. Terent. And. 5. 4,
Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus pedibus, noctésque & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Occultè aliquid conari. Cic. pro Deiotaro.
Perditè aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Aliquid per se conari, & quærere. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Frustra. Virg. 9. Æneid.
Conari aliquid fallaciæ in re aliqua, quo fiat minus. Terentius And. 1. 2.
Magnum opus & arduum. Cic. in Orat.
Spem aliquorum quam habent in aliqua re positam, vi extorquere conari. Cic. 1. Verr.
Conari alicui obuiam. Terent. Phorm. 1. 2.
¶Conari, cum infinitiuo. Cic. 2. de Orat. Poetas omnino quasi aliena quadam lingua loquutos non conor attingere.

Conatus, huius conatus, pen. prod. {πεῖρα, ἐπιχείρησις} Cic. 2. de Nat. deor. Dedit autem eadẽ natura beluis & sensum & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera à salutaribus.
Primus cuiusque operis conatus. Quint. lib. 1. cap. 10.
Conatus & apparatus alicuius gratus. Cic. Planco, lib. 10. 10.
Generosi conatus. Quint. lib. 1. cap. 4.
Impetus & conatus. Cic. pro Sylla.
Capti conatus frustra. In CAPIO.
Comprimere. Vide COMPRIMO.
Conatum longius petere. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Conatus contra aliquem. Cic. 2. in Catil. Cuius ego non modò factum sed inceptum vllum conatúmve contra patriam deprehẽdero.
Magno conatu studióque agere aliquid. Cic. pro Quintio.
Nudis conatibus hastam vibrabat. Sil. lib. 13.
Infringere conatus aduersariorum. Vide INFRINGO.
Obstare conatibus alicuius. Ouid. 2. de Remed. amor.
Omnes alicuius motus, conatúsque prohibere. Cic. 2. in Catil.
Sedare conatum suum. Cic. de Claris Orat. Populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatúmque iracundiæ suæ morte sedauit. De Coriolano.

Conatum, conati, pen. prod. n. gen. Idem. Paterc. lib. 2, Cn. Pompeius XXIII. annos natus, priuatis vt opibus, ita consiliis magna ausus, magnificéque conata executus, ad restituendam dignitatem patriæ firmum contraxit exercitum.

Conamen, penultima producta, huius conaminis, penult. corr. {πεῖρα} Ouid. 4. Fastorum,
Dixit, & ex quo funem conamine traxit.
Alarum conamen perditur. Lucret. lib. 6.
Mobile conamen. Lucan. lib. 4,
Dum dolor est ictúsque recens, & mobile neruis
Conamen calidus præbet cruor. Id est agile, & motu facile.

Validum.Sil.lib.5,
Et fragilis valido conamine soluitur ensis.
Conamen sumere ab aliquo. Ouid.8.Metam.
Magno conamine aliquid agere.Ouid.3 Metam.
Primæ pugnæ conamine contuso,fractisque corporis.Sil.lib.1.

Conamentum,conamenti {ἐπέρεισμα} Plin.lib.19.cap.2. de Sparto loquens,Ad reliquos vsus laboriose euellitur,ocreatis cruribus, manibúsque tectis manicis,conuolutum osseis ligneisve conamentis.Hoc est, vt opinor,adiumentis & fulcimentis ligneis.

Conos,Placentæ genus est apud Athenæum, quæ ex vuis fiebat passis & amygdalis.Vide Cæl.Rhodig.lib.9.cap.16.

Conquadrare {τετραγωνίζειν} Colum.lib.8 cap.3,Ea pernicies vt euitetur,perticæ dolantur in quadrum , ne teres læuitas earum supersilientem volucrem non recipiat: conquadratæ deinde foratis duobus aduersis parietibus induuntur,ita,&c.

Conquassare {συσσείειν} Cato cap.52, Qualum incidito ex vna parte perpetuum. Si verò calix erit, conquassato : cum eo qualo, aut calice in scrobem ponito.
Corpus conquassatum Lucret.lib.3.
¶Conquassare nationes,per translationem,pro Vastare, & conterere.Cic.pro Sextio, Etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus.
Conquassata terræ motibus Apulia. Cic.1.de Diuinat. Delata etiã ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset , Apuliáque maximis terræ motibus conquassata esset.
Mens,& omnis potestas animæ conquassatur, Id est dissipatur.Lucret.lib.3.

Conquassatio,Verbale {συσσεισμός} Cic.4.Tuscul.Itaque illa duo,morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Conqueror,pen.corr.conquereris,conquestus sum {μέμφομαι} conqueri, Compositum à Queror, eiusdem est cum simplici suo significationis.
Deplorare & conqueri de re aliqua. Cic.5.Verr. Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent.
Conqueri fortunam aduersam,non lamentari decet. Cic.2. Tusc.
Nequicquam conqueri auris ignaris.Catul.Argonauticõ,
Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo?
Conqueritur tibi.Sil.lib.8.
Conqueri aliquid. Liu.1.ab.Vrbe, Sextus filius eius qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios,patris in se sæuitiam conquerens.
Libidines,vim,contumelias alicuius.Cic.6.Verr.
Fallacia verba alicuius conqueri. Tibul.lib.3.eleg.7.
Conqueritur mecum mulier fortunas suas.Plaut.Mil.4.
Multa conquestus,&c.Ouid 4.Metam.
Conqueri de.Sueton.in Augusto,Tiberio quoque de eadem re sedulo violentius apud se per epistolam conquerenti,ita rescripsit.
De iniuria alicuius cum aliquo conqueri. Cic.Metel.lib.5.2, Satis habebas nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri.
Conqueri pro. Cicero pro Sextio , Nihil ab eo prætermissum est, quod aut pro Repub. conquerendum fuit,aut pro reo disputandum.

Conquestus , huius conquestus {μεμψιμοιρία} Verbale.Liu 8.ab Vrbe, Tum libero conquestu coortæ voces sunt.

Conquestio. {μέμψις} Aliud verbale.Cic.ad Qu.frat.lib.1.1, Vbi nullum auxilium,nulla conquestio.
Conquestionem exprimere. Plin.lib.10.cap.23. Hinc volantium illa conquestio labore expressa. Id est velut extorta.

Conquiesco,conquiescis, conquieui , conquietum {ἡσυχάζω} conquiescere , Idem quod Quiescere. Cic. 5. de Finib. Videmus igitur vt conquiescere ne infantes quidem possint.
Ab armis conquiescere. Cicero pro Milone , Si denique Italia à delectu, vrbs ab armis sine Milonis clade nunquam esset conquietura.
Conquiescere ab execrationibus. Plin.in Paneg.Quare ego te Cæsar muneribus omnibus tuis,omnibus cõparo,multis antepono,&c. nullum esse tempus , quo functorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant. Id est perpetuò posteri eos execrabuntur.
Conquiescere à re aliqua. Cic.pro Corn.Balbo, Qui tantum potuit impertire huic studio temporis , quãtum ipse à pueritia vsque ad hanc ætatem à continuis bellis & victoriis conquieuit.
Conquiescere ad.Cic.pro Rosc.Amer.Ita postremò eiiciuntur , vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant.
Conquiescere de aliquo.Cic.ad Lentulum,lib.1.1, Tanta enim est magnitudo tuorum erga me meritorum,vt quoniam tu, nisi perfecta re,de me non conquiesti, Id est propter me solicitus esse non desiisti, donec confectum fuerit negotium meum.
Conquiescere in loco.Cic.ad Att.lib.1.3, Vno in loco conquiescimus, quo fratrem quotidie expectamus.
Conquiescere in eadem mensura honorum. Senec.de Benef.lib.2. cap.2, Æquè ambitio non patitur quenquam in ea mensura honorũ conquiescere,qua quondam eius fuit impudens votum.
Cõquiescere in studiis,pro Oblectari. Cic.de Amic.Principio cui potest esse vita vitalis , vt ait Ennius , qui non amici mutua beneuolentia conquiescat?
Ætas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia tua conquiescat Cic.Curioni,lib.2.1.
Hyeme omnia bella iure gentium conquiescunt. Cicero pro C. Rab.Posth.
Calor conquiescit. Celsus lib.6.cap.6,Ad caligationem oculorum quæ propter senectutem,&c velandumque postea, nec detegendum antè quàm sudor & calor domi conquieuerint.
Febris. Celsus lib.2.cap.8, Pus quacunque parte corporis erumpit, si est lene,album,& vnius coloris,sine vllo metu est , & quo effuso febris protinus conquieuit, &c.
Inflammatio.Celsus lib.7.cap.19,Si sub his inflammatio non conquieuerit,&c.
Conquiescent literæ , nisi quid noui extiterit. Cicero ad Atticum, libro 12.
Conquiescit mercatorum nauigatio. Cic.pro Lege Manil.
Conquiescit sanguis , Id est sistitur hemorrhagia. Celsus libro 5. cap.26, Si parum sic sanguis conquiescit , sæpius linamenta mutanda sunt.

Conquinisco,conquiniscis,conquexi {ὀκλάζω} conquiniscere, Inclinare se significat,authore Nonio. Plaut.Cistel.9,
Faciundum st puerile officium, conquiniscam ad cistellam. Idem,
-& dolosi
Idem conquinisce,fis,istic ceueto simul.

Conquiro, conquiris, pen.prod.conquisiui, conquisitum , pen.prod. {συζητέω} conquirere , Simul vel diligenter quærere & inuestigare. Cæsar 3.bel.Ciuil.Item Lysso,Parthinisq;,& omnibus castellis,quod esset frumenti,conquiri iussit.
Studiosè omnia conquirere.Cic.4.Acad.
Conquirere vndique. Cic.ad Cornificium,lib.12.29,Et incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ quæ conquiritur vndique , vt optimè meritis militibus promissa soluantur.
Terra marique conquirere aliquem. Vatinius Ciceroni,lib.5.9.
Ad mortem conquiri. Paterculus lib.2. Id est vt occidatur.
Ad voluptatem aliquid conquirere.Cic.2.de Finib.
Conquirere & comparare voluptates.Cic.1.de Finib.
Conquirere atque eligere colonos. Cic.de Leg. Agrar.Nedum isti ab Rullo & Rulli similibus conquisiti atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati.
Amantes conquirere.Propert.lib.1.eleg.2,
Non illis studium vulgò conquirere amantes.
Conquirere historiam regionum. Cic.2.de Finib. Hæc leuiora ponam,poema,orationem,quum aut scribis, aut legis, quum omnium factorum , quum regionum conquiris historiam.
Conquirere opes meretricio quæstu.Plin.lib.36.cap.12.
Conquisitis rationibus disputare.Cic.1.de Fin.
¶Conquirere,Coercere,siue constringere,authore Festo. Vnde
Carmina conquisita & dulci reperta labore. Lucret.lib.3.
Fictis conquisitisque vitiis deformatum esse.Cic.de Arusp.resp.

Conquisitores {συζητηταί} Satellites , vel lictores : & vt vulgò dicuntur *Commissarii*, authore Budæo Cic.pro Mil.Si Italiæ delectus.vt nonnulli, conquisitores tui dictitant, si hæc arma, &c. Eos intelligit quibus mandauerat Pompeius curam colligendi ac describendi exercitus.
Plaut.Amph.3,
Vt conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caueam spectatoribus, &c. Significare videtur eos, quos *Inquisitores* dicimus,& in ludis literariis obseruatores vel notatores. Liu.1.bel.Pun.Qui duo populi delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus, metum defectionis quum præbuissent, oppressi celeritate Annibalis, omiserunt mota arma. Eos vocat qui delectui habendo erant præfecti.

Conquisitus,penultima producta {ἐξεζητημένος} Nomen ex participio. vt, Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cicero 5. Tusculanarum.

Conquisitè, penultima producta {ἐξεζητημένως} Aduerbium, pro Doctè & diligenter.Gell.lib.3.cap.10 , Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisitè. Author ad Herennium libro 2.ad fin. Hæc si vt conquisitè conscripsimus,ita tu diligenter fueris consequutus,&c.

Conquisitio, Verbale {συζήτησις} Cic. de Vniuersit. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium.
Conquisitio piaculorum. Liu.7.ab Vrbe , Quum piaculorum magis conquisitio animos,quàm corpora morbi afficerent.
Exercitus conquisitione collectus. Cic.de Prouinc.Consul. Iam verò exercitus noster ille superbissimo delectu & durissima cõquisitione collectus omnis interiit.

Conrado,Vide CORRADO.

Conregione, Veteres pro è regione dixerunt. Festus.

Conregio, conregionis, ab auguribus olim vocabatur regio intra fines comprehensa. Varro 6. de Lingua Latina, Intra ea conregione,conspicione, cortumione, vtique ea rectissimè sensi. Ex Turnebo.

Conreus {συνυπεύθυνος} Qui cum alio in ius vocatus est. Vlpianus in l. Liberationem.§. Nunc de effectu. D. de liber.legat. Si cum alio sim debitor , puta duo rei fuimus promittendi. & mihi soli testator consultum voluit : agendo consequar, non vt accepto liberer , ne etiam conreus meus liberetur contra testatoris voluntatem : sed pacto liberabor.

Conrideo,conrides,Compositum ex con & rideo , Idem quod renideo, & lætor.Lucret.lib.4,
Et quantò circum mage sunt inclusa theatri
Mœnia,tam magis hæc intus perfusa lepore
Omnia conrident correpta luce diei. Vsitata tralatio scriptoribus. Id est omnia simul renident,vel hilaritatem eiusmodi præ se ferũt vt ridere videantur. Lambinus.

Conruspari, Conquirere. Plaut. Conruspare tua consilia in pectore. Festus.

CONSABVRENSES, Populi Hispaniæ citerioris , in conuentu Carthaginensi,vt scribit Plin.lib 3.cap.3.

Consaluto,consalutas,pen.prod. {ἀσπάζομαι} cõsalutare, Idem quod Salutare, inquit Festus. Liu.3.ab Vrbe, Dictatorem eum legati gratulantes consalutant.
Consalutare inter se.Cic.2.de Orat.Qui quum inter se,vt ipsorum vsus ferebat,amicissimè consalutassent,&c.

¶Consalutare,

¶Consalutare, Salutem precari. Vide Salutare, salutem precari, in SALVS.

Consalutatio {ἀσπασμός} Cic. ad Attic. lib. 2. Hinc plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.

Consanguineus {ὁμαίμων, ὁμαίμιος, συγγενής} Qui sanguine coniunctus est cum altero. Plaut. Pœnul. 16.

Meis consanguineis nolo te iniustè loqui. Cic. ad Atticum, libro 2. epist. 23. Sed ὁ αὐτὸς noster consanguineus non mediocres terrores iacit atque denuntiat.

Parentes, liberi, coniuges, consanguinei. Cic. 1. de Inuent.

Consanguinei arietes, apud Ciceronem lib. 1. de Diuinat. ex antiquo poeta.

¶Consanguinei dicuntur fratres ex eodem patre nati, lib. 3. Instit. titulo, De legitima agnatorum successione. §. 1. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint.

Arma consanguinea. Claud. de bello Gildon.

Sopor consanguineus lethi. Virgil. 6. Æneid.

Thalami consanguinei. Claud. 6. Paneg.

Turba. Ouid. epist. 14.

Consanguinitas, pen. corr. {συγγένεια} Ipsa coniunctio. Liu. 7. ab Vrbe, Ceritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat.

Propinquus consanguinitate alicui. Virg. 2. Æneid.

Consano, consanas, pen. prod. {ἰάομαι, ὑγιάζω} consanare. Colum. lib. 4. cap. 24. Quo plerunque fit, vt quod præcidi debeat, præfringatur, & sic vitis laniata, scabratáque putrescat humoribus, nec plagæ consanentur.

Consanare, pro Consanescere. Vlpian. in l. idem. D. de ædil. edict. Idem Offilius ait, si homini digitus sit abscissus, membrúve quid laceratú, quanuis consanauerit: si tamen ob eam rem eo minus vti possit, non videri sanum esse.

Consanesco, consanescis, consanui {ὑγιάζομαι} consanescere: vel Consanasco, consanascere, Sanum fieri. Cic Sulpitio, lib. 4. 6. Nunc autem hoc tam graui vulnere, etiam illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Cels. lib. 7. cap. 12, de lingua, Et plerique quidem vbi consanuerunt, loquuntur.

Consarcino, consarcinas, pen. corr. {συρράπτω, συγκολλάω} consarcinare. Gell. lib. 13. cap. 23. In quo versu non oportet alterum videri verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile.

Consarrio, consarris {σκαλίζω} cõsarrire, Idem quod Sarrire. Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde fulci omnes consarriendi.

Consaucio, consaucias {τραυματίζω} Actiuum, à quo Consaucior, consauciaris. Passiuum. Author ad Herennium, lib. 4. In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.

Conscelero, conscèleras, pen. corr. {μιαίνω} conscelerare, Scelere implere. Liu. 10. bel. Maced. Agite, consceleratæ aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi.

Domum conscelerare. Catull. epigr. 61.

Oculos conscelerare dicitur, qui nefarium facinus aliquod perpetrari videt, quod vel auertere poterat & inhibere, vel à quo ipse auerti, & subducere se. Ouid. 7. Metamorphoseos,

Cur non & specto pereuntem, oculósque videndo

Conscelero? cur non tauros exhortor in illum?

Conscelerâtus, pen. prod. {μιαρός} Participium.

Consceleratus & contaminatus. Liuius 2. ab Vrbe, Proficiscentibus deinde indignatio oborta, se vt consceleratos, contaminatósque, &c.

Conscelerata mens. Cic. in Catil.

Nomen nobile consceleratum impudicitiæ dare. Cic. Octau.

Pirata consceleratus. Cic. 3. Verr.

Nefarius & consceleratus vultus. Cic. pro Cluentio.

Consceleratus {μιαρός} Nomen ex participio, vt,

A filiis consceleratissimis furiæ domesticæ & assiduè pœnas parentum dies noctésque repetunt. Cic. pro Sex. Rosc. Amer.

Conscendo, conscendis, conscendi, conscensum {ἀναβαίνω, εἰσβαίνω} conscendere. De nauigantibus propriè dicitur.

Classem conscendere. Virgil. 10. Æneid.

Nauem. Cic. 4. Academ. Quid enim conscendens nauem sapiens, num, &c. Cæsar de bell. Ciuil. Non minore animo ac fiducia, quàm antè dimicauerant, naues conscendunt.

In nauem. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 7, Nauim spero nos valde bonam habere: in eam simul atque conscendi, hæc scripsi.

Puppim. Ouid. 2. Fast.

Æquor nauibus. Virgil. 1. Æneidos,

Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor.

Conscendere, absolutè aliquando ponitur. Cic. Q. fratri, lib. 2. 6, Tu, si ita expedit, velim bona & certa tempestate conscendas, ad méque venias. Liuius, Conscendunt alacres copiæ. Sub. nauim.

Æthera. Stat. 3. Sylu. 1.

Sol æthereas medius conscenderat arces. Valer. lib. 2. Argon.

Culmen summum. Sil. lib. 3.

Currum. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.

Equum. Liu. 5. bel. Pun.

In equum. Ouid. 6. Metam.

Mœnia. Sil. lib. 3.

Montes. Catul. Argonaut.

Scopulum. Virgil 1. Æneid.

Tecta. Seneca Medea, 12.

Tribunal. Claud. 2. Paneg.

Conscensio, Verbale {ἀνάβασις} Cic. 1. de Diuinat. Eúmque dixisse remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus XXX. diebus Græciam sanguine, rapinas Dyrrhachij, & conscensionem in naues cum fuga.

Conscientia, Vide CONSCIVS.

Conscindo, conscindis, conscidi, pen. corr. conscissum {διασχίζω, διαρρήγνυμι} conscindere, In multas partes scindere. Terent. Eunuch. 4. 3, Vestem omnem miserè discidit, tum ipsam capillo conscidit.

Curæ conscindunt hominem solicitum. Lucret. lib. 5.

Epistolam innocentem conscindere. Cic. Trebatio, lib. 7. 18.

¶Conscindere sibilis, per translationem, pro Exsibilare & explodere. Cic. ad Atticum, lib. 2. Nam gladiatoribus qua dominus, qua aduocati, sibilis conscissi.

Conscindere aliquem, pro Criminari, & alicui conuitiari. Cic. ad Attic. lib 8. epist. vltima.

Conscissus, Participium {διεσχισμένος} vt, Conscissa pallula, Plautus Trucul. 3.

Epistola conscissa. Cic. Gallo, lib. 7. 26.

Nubibus conscissis orbem Luna protulit. Stat. 12. Thebaid.

Pugnis & calcibus cõscissus aliquis. Cic. 5. Verr. Quædam exemplaria legunt Concisus.

Conscissura, huius conscissuræ. pen. prod. {σχισμή} Ipsa ruptio. Plin. lib. 34. cap. 8. Dein quum pretio periisset gratia artis, detractú est aurum, pretiosiúsque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque conscissuris, in quibus aurum hæserat, remanentibus.

Conscio, conscis, consciui, conscitum, penult. prod. {συνοίδα, συνειδέναι} conscire, Nullius rei se conscium suspicari. Horat. 1. Epist. 1,

-hic murus aheneus esto

Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

Conscisco, consciscis, consciui, conscitum {ψηφίζομαι, συγκαταγινώσκω, ἐπισπάομαι} consciscere, Statuere apud se, & decernere, vt Sciscere, vnde Scitum dictum. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Quod Senatus Populi Romani Quiritium censuit, consensit, consciuit, vt bellum cum priscis Latinis fieret, &c. Budæus. Cic. lib. 3. de Legib. Creatio magistratuum, iudicia populi, iussa, vetita quum suffragio consciscentur, optimatibus nota, plebi libera sunto.

Exilium sibi consciscere. Liu. 9. bel. Pun. Postea cõscientia sibimet exilium consciscentes, quum absentes damnati essent, corporibus subtractis, &c.

Facinus. Brutus ad Ciceronem, lib. 16. 11, Neque incolumis Cæsare viuo fui, nisi postquam illud consciui facinus.

Fugam sibi ex aliquo loco. Liu. 5. ab Vrbe, Desereremus penates nostros, exiliúmque ac fugam nobis ex eo loco consisceremus.

¶Consciscere (inquit Valla) ferè ad mortem pertinet. Plerunque enim sic legimus, Mortem sibi ipse consciuit, Mortem tibi ipse conscissis, Mortem mihiipsi consciscam, Cogam te ad mortem tibi per teipsum consciscendam. Hactenus Valla, lib. 5. Nunc cum datiuo, nunc fine datiuo. Cic. ad Marium, lib. 7. 3, Aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Idem 2. de Natura deorum, Iunius necem sibi ipse consciuit.

Veneno mortem sibi consciscere. Cic. de Claris Orat.

¶Ponitur per translationem pro Contrahere. Columella libro 8, Diligénsque pastor stabulum quotidie conuerrit, nec patitur stercus humorem consciscere. Sciendum verò est quòd Cõscisco, Ascisco, Descisco, Præscisco, & Rescisco faciunt præterita in iui, sicut eorum primitiua: & Conscio quidem, Descio & Rescio rarò sunt in vsu, sed magis Conscisco, Descisco & Rescisco. Ascio & Præscio inueniuntur, quanuis Ascio non ita frequenter sicut Præscio. Hinc Ascisco & Præscisco, licet magis Ascisco quàm Præscisco, eo quòd Ascio minus in vsu sit, Præscio verò magis. Quum ergo Consciscо, Descisco & Rescisco vsurpentur, non mirum est si Conscio, Descio & Rescio obsoleuerunt, quoniam ferè superfluum esset in eadem significatione vtraque haberi. E diuerso autem Scio sæpissimè reperitur: rarius autem Scisco. Apud Plautum tamen legitur Sciscam, in Amphitryone, Ocius accurro, vt sciscam quid velit. Præscio in vsu est, Præscisco minus, quod tamen & ipsum legitur apud Virgilium, libro 4. Georgicorum,

Continuóque animos vulgi trepidantia bello

Corda licet longè præsciscere. Ascio apud Columellam in præfatione, Et pecoribus parandis cõseruandísque, quoniam & hanc asciimus, quasi agriculturæ partem. Quo tamen loco emendatiora Columellæ exemplaria, Asciuimus habent, præterito tempore, quod ab Ascisco potius quàm ab Ascio esse videtur.

Conscitus, pen. prod. {ἐψηφισμένος, ἐπισπασθείς} Participium à Cõscisco verbo passiuo. Plin. lib. 36. cap. 15, Passim conscita nece Quiritibus tædium fugientibus.

Consciscendus {ἐπισπαστέος} Participium. Cic. ad Marium, lib. 7. 3, Aut capiendus tanquam exilio locus, aut consciscenda mors voluntaria. Liu. Decad. 4. lib. 9, Ne mortis consciscendæ locum haberet.

Conscius {συνειδώς, συνίστωρ} Adiectiuum. modò is dicitur qui cum aliis aliquam rem cognitam habet, modò idem quod scius.

Conscius, instar participij vsurpatum. Ouid. 5. Trist. eleg. 5,

Nec fore perpetuam sperat sibi numinis iram,

Conscius in culpa non scelus esse sua.

¶Conscius, translatum ad inanimata. Seneca Hippol. 2,

Iactare tacitis conscias sacris faces.

Conscius, translatum ad locum. Valer. lib. 3. Argonauticon,

-tali se concitat ardens

In iuga senta fuga: pauet omnis, conscia latè

Sylua, pauent montes.

Amor conscius. Ouid. epist. 4.

Sidera. Virgil. 9. Æneidos,

-nil iste nec ausus,

Nec potuit: cælum hoc & sidera conscia testor.

Virtus. Virgil. 10. Æneidos,

Tum pudor incendit vires & conscia virtus.

Occultè sine teste, sine vllo conscio fallere. Cic. 2. de Finib.

Testem & conscium esse rei alicuius. Author ad Herennium, libro 3.

Conscius genitiuo aliquando iungitur, frequentius datiuo.

Genitiuo. Plaut. Merc. 23,
Quum amico homini, tuique cõscio, ita succenseas miserè. Cic. 14. Philipp. Itaque P. Apuleius Tribunus plebis, meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde à consulatu meo testis, conscius, & adiutor.
Æther conscius connubij. Virgil. 4. Æneidos,
-fulsere ignes, & conscius æther
Connubij. De connubio Æneæ & Didonis.
Curarum coniugalium interpres & conscia Iuno. Virgilius 4. Æneid.
Fibra conscia deorum, Extispicium, diuinatio quæ fit inspectis animalium cæsorum intestinis. Tibul. lib. 1. eleg. 8,
Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra deorum
Præcinit euentus, nec mihi cantus auis.
Futuri conscius. Lucan. lib. 5.
Religio alicuius conscia sacri pacti. Valer. lib. 8. Argonauticon,
Quanquam iura deûm, sacri sibi conscia pacti
Religio, dulcísque mouent præcordia tædæ.
Signa conscia alicuius rei. Ouid. 2. Amor. eleg. 1.
Multarum rerum conscij serui. Cic. pro Cælio.
Homo omnium meorum studiorum & officiorum maximè conscius. Cic. Antonio, lib. 5. 5.
Numina conscia veri. Virgil. 2. Æneid.
Datiuo. Virgil. 1. Æneidos,
-& mens sibi conscia recti. Terent. Phorm. 1. 3,
Rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
Mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ. Cic. 2. Tuscul.
Conscius autem mihi eram, nihil à me commissum esse, quod boni cuiusquam offenderet animum. Matius ad Ciceronem, libro 11. epist. 28.
Temeritati & mendacio alicuius conscium esse. Cic. 6. Verr.
Verbis conscius. Tibul. lib. 1. eleg. 9.
Mens bene conscia. Horatius in Odis,
It ad extremos orbis colonos
Mens bene conscia.
Conscia vox. Martial. lib. 11. epig. 61.
Conscium facere aliquem. Plaut. Trucul. 3,
Quos quum celamus, sic facimus conscios.
Consciam facere rem aliquam. Plaut. Cistel. 7,
-me indicauit, & suas
Ac meas miserias alias faciam conscias.
Conscius de his rebus. Cic. ad Atticum, Se audiuisse ait ex Curione his de rebus conscium esse Pisonem generum meum, &c.
¶Conscius, Contagione criminis astrictus. Tacitus. Accensis iudicibus ad prodendum senem Rutium, quem eundem cõscium conquisitorémque non tolerabant.
Animus conscius. Plaut. Mostel. 8,
Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius.
Animus conscius remordet. Lucret. lib. 4.
Mentis consciæ pauor, animúsque culpa plenus & semel timens. Seneca Hippol. 2.
Vultus. Seneca Herc. fur. 9,
Pudórque serus conscios vultus tegit.
Commissi alicuius. Ouid. 2. Amor. eleg. 2.
Conscius sibi culpæ, maleficij, aut noxæ. Cic. 3. Offic.
Mens alicui facinori. Cic. pro Cælio.
Facinori alicui conscium esse. Cic. pro Cluentio.
Audacis facti. Virgil. 11. Æneid.
Manus facti. Ouid 8. Metam.
Peccati. Ouid. 2. Amor. eleg. 7.
Pectus scelerum omnium. Seneca Thebaid. 1.
Conscius alicui in priuatis rebus. Cic. ad Attic. lib. 1. 13. Qui mihi & in publica re socius, & in priuatis omnibus conscius, & omnium eorum sermonum & consiliorum particeps.
¶Conscius, idem quod Testis. Ouid. 3. Metamorphoseos,
Quóque magis credas, Stygij quoque conscia sunto
Numina torrentis. Tale est illud lib. 2,
-promissi testis adesto Diis iuranda palus.
Conscientia, huius conscientiæ, à nomine Conscius {συνείδησις} Est certissima scientia, & (vt sic dicam) certitudo eius rei quæ animo nostro inest: siue bonum sit, siue malum. Cic. pro Milone. Magna vis est conscientiæ Iudices, & magna in vtranque partem: vt neque timeant qui nihil commiserint, & pœnam semper ante oculos versari putent, qui peccarint.
Conscientia bene actæ vitæ, & recordatio benefactorum. Cic. de Senect. Conscientia bene actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est.
Animi conscientiam non curati callidè improbus. Cicero 2. de Finibus.
Animi conscientia suspicari de aliquo. Cic. Attico, lib. 13.
¶Cõscientia animi, pro Animo religione obstricto. Cic. pro Rosc. Amer. Suum quenque scelus agitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent.
Optimæ mentis conscientia consolari se. Cic. de Claris Orat. Laudandus est, qui hoc tempore ipso quum liceat, in hoc communi nostro, & quasi fatali malo consoletur se, cum cõscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ.
Consiliorum meorum conscientia me consolatur. Cicero Sulpitio, lib. 4. 3.
Consilia, conscientiæque facinorum. Cic. pro Cluentio. An etiam consilia conscientiásque eiusmodi facinorum supplicio dignas iudicarent.
Ascitus in conscientiam facinoris. Tacit. lib. 17.
Maleficiorum conscientiæ stimulant. Cic. in Parad.
Officij sui conscientia frui. Cic. Appio, lib. 3. 7.
Ex conscientia peccatorum timor exoritur. Cic. Parad.
Conscientia sceleris, auaritiæque suæ. Cic. 5. Verr.
Sceleris conscientiam ferre non posse. Suetonius in Nerone, capite 34.
Opprimi conscientia scelerum suorum. Cic. in Pisonem.
Angore conscientiæ, fraudisque cruciatu agitant & insectantur furiæ scelerum homines. Cic. 1. de Legib.
Contagio conscientiæ. Cic. 7. Verr. Deliberatum est, &c. non modò eos persequi, ad quos maximè culpa corrumpendi iudicij, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit.
Conscientiæ fide non commoueri. Cic pro Q. Rosc. Comœdo.
Labes conscientiæ in animo habere. Cic. 3. Offic.
Pondus conscientiæ graue esset sine vlla virtutis & vitiorum diuina ratione. Cic. 3. de Nat. deor.
Signa conscientiæ describit Author ad Herennium, lib. 2, Accusator dicet, si poterit, aduersarium, quum ad eum ventum sit erubuisse, expalluisse, titubasse, inconstanter loquutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ sunt.
Abesse à conscientiæ suspicione. Cic pro Cælio.
Suspicionem conscientiæ alicui præbere. Tacit. lib. 17.
Conscientia bona. Plin. lib. 10 epist. 12, Quæ bonam conscientiam ciuium tuorum ad vsum indulgentiæ tuæ prouocas & attollis.
Infelix. Quintil. in proœm. lib. 6.
¶Abolere conscientiam humani generis. In ABOLEO.
Adhibere. In ADHIBEO.
Adiuuare conscientiam omnium. Vide ADIVVO.
Afferre. In AFFERO.
Ardere conscientia. Vide ARDEO.
Arguere. Tacit. lib. 19. & 20.
Comprimere conscientiam animi. Cic. 2. de Finib.
Conuictus. Cic. 1. in Catil.
Debilitatus atque abiectus conscientia, repentè conticuit. Cic. 3. in Catil.
A recta conscientia transuersum vnguem non oportet quenque in omni vita sua discedere. Cic. Attico, lib. 13.
Conscientia eminet in vultu. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 25, Verba cessent licet, si quemadmodum debemus affecti sumus, conscientia eminebit in vultu.
Exonerare conscientiam suam. Curtius lib 6, Nicomachum religione quoque deûm astrictum conscientiam suam exonerasse.
Conscientiam habere conditionis suæ. Plinius Iunior, libro 10. epist. 30.
Ex conscientia infirmitatis suæ hærere. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Impeditur & opprimitur mens conscientia. Cic. in Pisonem.
Ad fatendum conscientia impelli. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Implorare conscientiam aliquorum. Cic. pro Flacco, Vociferarer, & quantum maximè possem, contenderem, testarer publicanos, excitarem negotiatores, vestrã etiam conscientiam implorarem, &c. Id est obtestarer vt sententia vestra, & ex eo quod existimatis, de re ipsa iudicaretis.
Iungere cõscientiam cum furibus. Firmicus lib. 4 cap. 1, Qui cum effractoribus vel furibus conscientiam iungant, vel qui certe ipsi fures sint aut effractores.
Omni flagitiorum scelerúmque conscientia mersus. Paterculus lib. 2, Quum esset omni flagitiorum scelerúmque conscientia mersus, nec melior illi res familiaris quàm mens foret, aggregatis similimis sibi, interimere Cæsarem statuit. De Rufo Egnatio loquitur.
Metuit ex conscientia. Cic. Famil. 10.
Hominum conscientia remota. Cic. 2. de Finib. Vt hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus. Id est si existimaret rem ab omnibus sciri non posse. Budæus.
Simulata cõscientia adeant. Id est simulato, siue postquam simulauerint se conscios eius rei esse. Tacit. lib. 2.
Spreta conscientia. Tacit. lib. 15.
Mea mihi conscientia pluris est quàm omnium sermo. Cic. Attico, lib. 12.
Teneri constrictum conscientia alicuius facti. Cic. 1. in Catil. Constrictam iam horum omniũ conscientia teneri coniurationem tuam non vides?
Contra conscientiam opibus hominum septi & muniti, deorum numen horrent tamen. Cic. 1. de Finib.
In conscientiam assumere aliquem. Tacit. lib. 13. Id est facere participem consiliorum, & conscium. Budæus. Dicitur & Sumere ab eodem, lib. 4.
Ob conscientiam stupri accipere aliquid. Marcellus in l. mariti lenocinium. §. quod ait. D. ad legem Iuliam de adulteriis, Plectitur & qui pretium pro comperto stupro acceperit: nec interest vtrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet. quicúque enim ob conscientiam stupri acceperit aliquid, pœna erit plectendus.
Conscribillare {σκαριφάσθαι} pro Conscribere veteres dixerunt. Varro Columna Herculis, ὅπου ἄξιος, Itaque eas in ceram conscribillauit Herculis ad litem. Idem Marcipore, Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes cælum. Nonius. Catull. epig. 22, Insulsa tarpiter tibi flagella conscribillent. Id est inscribant vibicibus.
Conscribo, conscribis, pen. prod. conscripsi, conscriptum {συγγράφω} conscribere, Multa simul scribere, inquit Sipontinus, aut scribere solum significat, hoc est componere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 2, Literas ad te parum fraternè conscripseram. Legitur in vetusto exemplari scripseram.
De aliquo ad aliquem conscribere. Cic. Attico, lib. 12, De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit.
De aliquibus viris conscribere, audire, legere. Cic. de Senect.
De lingua Latina aliqua conscribere. Cic. Attico, lib. 13.
Epistolam de aliqua re alicui. Cic. Attico. lib. 13.
De ratione dicendi. Author ad Heren. lib. 1.

Legem.

Legem. Cic. ad Atticum, lib. 4, Legem COSS. conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur.

Librum. Cic. de Claris Orat.

Parietes. Plin. lib. 28. cap. 2, Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur.

Fictam quæstionem. Cic. pro Cluentio.

Syngraphum. Plaut. Asin. 13,
Agedum istum ostende quem conscripsisti syngraphum.

Mortuorum testamenta. Cic. de Arusp. resp.

Volumen. Cic. pro Roscio Amerino.

Milites, vel legiones. Hoc est cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere. Plaut. Milit. 3,
Nam rex Seleucus me opere orauit maximo
Vt sibi latrones cogerem & conscriberem. Lentulus Senatui, libro 12. 15, His literis scriptis milites circiter XXX, quos Dolabella ex Asia conscripserat, è Syria fugientes, in Pamphiliam venerunt.

Veteranos celeriter conscribere, pro Cogere. Cicero Trebonio, libro 10. 28.

Palàm conscribere & centuriare aliquos. Cic. Post reditum. Ego quum homines in Tribunali Aurelio palàm cōscribi centuriarique vidissem. &c.

Vicatim conscribere, Decuriare aliquos. Cic. pro Sextio, Quum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur.

Cōscribere, absoluté. Cic. pro Plancio, Hæc doce, hæc profer, huc incumbe Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, diuisisse.

Conscriptus, Participium {συγγεγραμμένος.} vt, Conscriptæ literæ. Plaut. Pseud. 3.

Epistolium conscriptum lacrymis. Catul. epig 63.

Fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferre. Cic. pro Cluentio, Tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius literis conscriptas in iudicium afferas?

Mensa conscripta vino. Ouid. 2. Amor eleg. 5.

Tela conscripta imagine quadam. Stat. 3 Sylu. 1.

Conscripti milites. Cæsar 3. bel. Ciuil.

Conscripti {συγγεγραμμένοι, ἔγγραφοι} inquit Festus, dicebantur qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, vt numerus Senatorum expleretur. Liu. 2. ab Vrbe, Deinde quo plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecētorum summam expleuit. Traditúmque inde fertur, vt in Senatum vocarentur qui patres, quique conscripti essent: conscriptos videlicet in nouum Senatum appellabant lectos.

Officium conscripti, Id est Senatoris officium. Horat. in Arte.

Virorum veterum conscripta. Ouid. 5. Trist. eleg. 4.

Conscriptio {σύγγραψις} Verbale. Cic. pro Cluentio, Eiusdem amentiæ falsæ conscriptiones quæstionum, ex eodem furore etiam illa conscelerata exectio linguæ.

Conseco, consecas, pen. corr. consecui, consectum {διακόπτω} consecare, Idem quod Secare. Plin. lib. 36. cap. 26, Acies tanta quacunque, vt citra vllum sensum ad ossa consecet quicquid afflauerit corporis.

Membra consecare. Ouid. 3. Trist eleg. 9,
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Consecare minutatim. Varro 3. de Re rust. cap. 10.

Consecare in tenues membranas. Plin. lib. 30. cap. 4.

Consectio, Verbale {διακοπή.} vt, Consectio arborum. Cic. 2. de Nat. deor. Arborum autem consectione, omníque materia & culta, & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur, &c.

Consecro, consecras, pen. corr. {καθιερόω, ἀνιερόω} consecrare, Eiusdem significationis cum sacro, quod est Deo dico, & sacrum facio. Plin. de Viris illustribus, Spolia opima Ioui Pheretrio in Capitolio consecrauit. Cic. 2. Tuscul. Quasi addicti & consecrati. Horat. 4. Carm. ode 8,
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
Virtus, & fauor, & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis.

Consecrare & publicè dedicare. Cic. 2. de Nat. deor.

Dare, donare, dicare, consecrare Ioui Opt. Max. Cic. 6. Verr.

Nomine alicuius dei aut deæ aliquid consecrare. Cic. 2. de Natura deorum.

Ædes, terram, aram consecrare. Cic. de Arusp. resp. Consecrabantur ædes, non priuatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, non ita vt nostra prædia, siquis vellet, sed vt Imperator agros de hostibus captos consecraret. statuebantur aræ quæ religionem afferrent, ipso si loco essent consecratæ.

Ars curandi tuendíque corporis, atque eius vtilitas, deorum immortalium inuentioni consecrata. Cic. 3. Tuscul. Id est adscripta.

Belluam nullam nisi ob aliquam vtilitatem quam ex ea caperent, consecrasse irridentur Ægyptij. Cic. 1. de Nat. deor. Hoc est in numerum deorum retulisse, & pro numinibus coluisse.

Propter beneficium consecrarunt belluas barbari. Cicero 1. de Natura deorum.

Bona alicuius consecrare, foculo posito in rostris, adhibitóque tibicine. Cic. pro Domo.

Verbis solennibus bona cuiuspiam consecrare. Idem ibidem.

Consecrare delubra alicui deo, aut deæ. Cic. 3. de Nat. deor.

Domum Cereri Cic. de Arusp. resp.

Martis manubias Musis. Cic. pro Archia, Iam verò ille qui cum Ætolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias musis consecrare.

Simulacra Cic. 3. de Nat. deor.

Statuam alicui. Cæs. 3. bel. Ciuil. Item Trallibus in templo Victoriæ, vbi Cæsari statuam consecrauerant.

¶Cōsecrare, Deo dedicare, atque ob id inuiolatum manere, duraréque perpetuum. Cicero ad Atticum, libro 12, Sed inuenda nobis ratio est quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo extabunt) illud quasi consecratum remanere possit.

Augustè sanctéque aliquem consecrare. Cic. 2. de Nat. deor.

Ex hominum genere aliquos Cic. 2. de Legib.

Consecrare aliquem, omnium genere monimentorum. Cic. ad Atticum, lib. 12, Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profectò illam consecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingenijs scriptorum & Græcorum & Latinorum.

Ad immortalitatem, & religionem, & memoriam carmina consecrare. Cic. pro Milone.

Consecrare memoriam nominis, pro Immortalem reddere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1, Quum amplissimis monimentis consecrare voluisses memoriam nominis tui.

Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecrare. Cic. 3. de Nat. deor.

Pro patria mori, ei nos totos dédere, & in ea nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Legib.

Origines suas. Liu. in præfatione, Et sicut populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre authores, &c.

Virtutes alicuius consecrare, & in numero deorum collocare. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.

Vocabula. Cic. 2. de Nat. deor.

Memoria & literis magnitudinem ingenij alicuius. Cicero 5. Tuscul.

Addictus & consecratus certis & constitutis sententiis. Cicero 2. Tuscul. Certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti & consecrati sunt, eáque necessitate constricti, vt etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ causa defendere.

Alicui consecratum esse, Id est deuotum esse Cic. de Arusp. resp. Atque hoc si moderetur & cogitet, si contentus sit his sceleribus quæ commisit, iam se esse consecratum Miloni. Budæus.

Campus Consularibus auspiciis consecratus. Cic. 4. in Catil.

Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Cic. 2. Verr.

Honorem hominis deorum religione consecratum non violare. Cic. 4. Verr.

Locus consecratus, cui opponitur Locus profanus. Cic. in Partit.

Instituto maiorum mens, fides, virtus, concordia consecratæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Opinio in aliquo consecrata. Cic. pro Sextio.

Solennis comitiorum precatio Cōsularibus auspiciis consecrata. Cic. pro Murena.

Consecrata omnium religione. Cic. 1. Tuscul. Vetera iam ista, & religione omnium consecrata.

Tempestates ritibus Populi Romani consecratæ. Cic. 3. de Natura deorum.

¶Consecrabor, pro Consecrabo, veteribus. Plaut. Persa,
Sed quis hic ansatus ambulat magnificè consecrabor. Author Nonius.

Consecratio, Verbale {καθιέρωσις.} Cic. pro Domo sua, Quæ tua fuit consecratio?

Legitima bonorum consecratio. Cicero de Arusp. respon. Sin ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio nullum habet ius, dedicatio est religiosa?

Consecraneum {συνίερον} Idem quod Consecratum, Vocabulum in castris repertum, qualia sunt conterraneum, commilitaneum, militaneum, suffaraneum, limitaneum. Iulius Capitolinus in concione quadam Maximini Cæsaris, Commilitones, inquit, sacrati, imò verò consecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam esse dixit.

Consectaneus, Vide Consector in CONSEQVOR.
Consectarium, Consector, In CONSEQVOR.
Consectio, In CONSECO.
Consecutio, Consecutus, Vide CONSEQVOR.
Consedo, consedonis, Vide CONSIDEO.

Consemineus, Adiectiuum {σύμμικτος.} vt, Consemineæ vineæ, in quibus aceruatim multa & varia semina vitium confusa sunt, nec propriis generibus distincta. Columel. libro 3. cap. 21, Idque in vineis non consemineis obseruari difficile est. Idem lib. 11. cap. 2, Syluam siquis barbaricam, id est consemineam velit facere, rectè conseret glandibus & cæteris seminibus. Hoc est, variis arborum generibus consitam.

Conseminalis, & hoc conseminale, pen. prod. {σύμμικτος} Idem. Colum. libro 12. cap. 45, Propter quod etiam conseminalium vinearum non tam est firmum vinum, quàm si per se syncerum amineum, vel apianum, aut etiam fecinum condideris. Consemina es vineas appellat, quæ ex variis surculorum & plantarum generibus consitæ sunt, nempe acidas, acerbas, dulces vuas ferentibus.

Consenesco, consenescis, consenui {συγγηράω} consenescere, Senem fieri. Plaut. Capt. 4, Macesco, consenesco, & tabesco miser. Cicero 2. Tuscul. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam (quod natura fert in omnibus ferè rebus) consenescat, breuíque ad nihilum ventura videatur.

Cum cognomine consenescere. Cic. Attico, lib. 2.

Carina consenuit. Propert. lib. 3. eleg. 7,
Ventorum est quodcunque paras, haud vlla carina
Consenuit, fallit portus & ipse fidem.

Nemus consenuit. Claud epig. 2.

In armis consenescere. Horat. 3. Carm. ode 5.

In commentariis Rhetorum. Quintil. lib. 3. cap. 8.

In patria consenuisse placuit. Ouid. 4. Trist. eleg. 7.

Consenescere sub armis. Liu. 2. bel. Maced.

Consenescere mœrore & lacrymis. Cic. pro Cluentio.

Consenuerunt vires atque defecerunt. Cic. de Senect.

Nullo aduersario consenescere. Cic. Attico, lib. 2. Hoc est, populi gratiam amittere, & in inuidiam adduci, nemine tamen eos oppugnante.

CONSENTES, dij fuerũt, qui, vt Augustin. lib. 4. de ciuit. Dei scribit, in consiliũ Iouis adhiberi putabãtur. Hi & Penates, & Vrbani etiam dicti, duodecim numero fuerunt, sex mares, & sex fœminæ, quorum imagines auratæ stabant apud forum, vt Varro ait lib. 1. de Re rust. Hos Ennius, vt Apuleius & Martianus scribunt, duobus versibus complexus est,

Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Dicti autem sunt Consentes, quasi Consentientes. De duodecim his deis, quos in consilium habet Iupiter, Anneus Seneca meminit lib. 2. Quæst. natur. ex Hetruscorum disciplina. Sed & duodecim deos alios Consentes agricolarum duces, Varro enumerat in lib. de Re rust. quem vide.

Consentia, Sacra quæ ex consensu multorum sunt statuta. Festus.

CONSENTIA, Ciuitas est in agro Brutio. Author est Plin. lib. 3. cap. 5. ¶Consentini, eius oppidi incolæ. Vulgò *Consenza in Calabria*.

Consentio, consentis, consensi, consensum {ὁμονοέω, συμφωνέω, σύμφημι} consentire, Conuenire. Cic. 7. Verr. Seruos, quos ipse cum consilio belli faciendi causa consensisse iudicauit, eos sine consilij sententia, sua sponte, omni supplicio liberauit.

Consentire & Pugnare, contraria. Cic. 3. de Finib. Ratio enim nostra consentit, oratio pugnat.

Omnes honestates ciuitatis, omnes ætates, omnes ordines vnà consentiunt. Cic. pro Sextio.

Vna & mente & voce consentire. Cic. 1. Philip. Omnes enim iam ciues de Reipub. salute vna & mente & voce consentiunt.

Vno ore omnes de vtilitate amicitiæ consentiunt. Cic. de Amicit.

Consentio tibi. Cic. 4. Acad.

Consentire sibiipsi. Cic. 1. Offic. Hic si sibiipse consentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, neque amicitiam colere possit.

Superioribus iudiciis consentire. Cicero pro Cluentio, Tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudiciis debuerunt.

Naturæ consentire, finis bonorum est Stoicis. Cic. 2. de Finib.

Personis, temporibus, locis quæ narrantur, consentiunt. Cicero in Partition.

Principiis consentiant exitus. Cic. Bruto, lib. 11. 5.

Consensit Senatus bellum, pro Sciuit. Liuius.

Studiis alicuius consentire. Horat. 1. Epist. 19.

Consentire ad. Cic. ad Atticum, libro 5, Expedito ad mutandum locum paruo exercitu, sed vt spero, ad beneuolentiam erga nos consentiente.

Consentire cum. Cic. in Acad. Apparet enim iam cor cum oculis consentire.

Mentes atque sententiæ aliquorum cum voluntate alicuius consentiunt. Cic. pro Murena.

Consentit vultus cum oratione. Cæsar, Quũ vultus Domitij cum oratione non consentiret.

Consentire cum aliquo de re aliqua. Cic. 4. Acad. Pòst Epicurus, cuius est disciplina nunc notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens.

Secum consentire, & sibi constare, Idem. Cic. de Vniuers. Tota dilucide & planè exornata oratio sibi constet, & ex omni parte secum ipsa consentiat, &c.

Consentire de. Cic. de Amic. Vna est enim amicitia in rebus humanis, de cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt.

De laudibus alicuius omnium fama consentit. Cic. de Senect.

De aliquo aliquid consentire. Cic. 2. de Finib.

Eis quæ de Fabio Caninióque acta scribis, valde consentiunt. Cic. Attico, lib. 7.

In eum omnes illud consentiunt elogium. Cic. de Senect. Quanta in Attilio Calatino? in quem illud elogium vnicum plurimæ consentiunt gentes, Populi primarium esse virum.

Consentire inter se. Cic. 1. Offic. Et delectat hoc ipso, quòd inter se omnes partes cum quodam lepôre consentiunt.

Consentire magna conspiratione amoris. Cic. 1. de Finib. At verò Epicurus vna in domo, & ea quidem angusta, quammagnos, quantáque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges?

Astrum nostrum consentit incredibili modo. Horat. 2. Carm. ode 17, Horoscopos suos similes esse, & inter se asserit conuenire. Acron.

Consentio, cum infinitiuo. Cic. 1. de Lege Agraria, Si consenserint possessores non vendere, quid futurum est?

Consenti, in imperatiuo. Cic. Attico, lib. 16, Consenti in hac cura, vbi sum, vt me expediam.

Consensum est. Quintil. lib. 9. cap. 1, Inter plurimos, quod sciam, consensum est, duas esse eius partes.

Consentiens, Participium {ὁμονοῶν.} Cic. de Diuinat. Animorum consentientium multitudine completum esse mundum.

Hominum consentiente authoritate contenti simus. Cicero 1. de Diuinat.

In retinenda libertate consentiens ciuitas. Cic. Bruto, 15. 6.

Ad incolumitatem mundi consentiens coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Nat. deor.

Consentiens, conspirans, continuata tanta rerum cognatio. Cic. 2. de Nat. deor.

Consilium vitæ consentiens & penè conspirans. Cic. 5. Tuscul.

Coniunctum aliquid & consentiens habent stellæ. Cicero 2. de Diuinat.

Consentiens fama de aliquo. Cic. de Senect. Iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens.

Motus cum verbis sententiísque consentiens. Cicero de Claris Oratoribus.

Tam consentientibus mihi sensibus nemo est in terris. Cic. Attico, lib ro 4.

Consentiens virtutib[us]que respondens vita. Cic. 5. de Finib.

Consensus, Participium {ὁμολογηθείς.} Gell. lib. 15. cap. 26, Syllogismus est oratio in qua cõsensis quibusdam & confessis, aliud quid, quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessariò conficitur.

Consensus, huius cõsensus {ὁμόνοια.} Cic. 3. de Nat. deor. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensúque naturæ.

Consensus æui. Plin. lib. 14. cap. 6, Sed de quibus consensus æui iudicauerint, hæc sunt.

Cõsensus cõtrahentium. Paul. in l. obligatio mandati. D. mandat. vel contr.

Consensus & dissensus. Claud. de bello Gildonico,

-dissensus acerbus,
Et grauior consensus erat.

Concentus atque cõsensus. Cic. 2. de Diuin. Qua ex coniunctione naturæ, & quasi concentu, atque consensu, quam συμπάθειαν Græci appellant, &c.

Mirus quidam omnium quasi consensus doctrinarum concentúsque. Cic. 3. de Orat.

Consensus in eo mortalium. Plin. lib. 2. cap. 2.

Omnium consensus, naturæ vox est. Cic. 1. Tuscul.

Diuulsus ordinum consensus. Cic. de Arusp. resp.

Omnium ordinum consensus, gratiarum actio, gratulatióque. Cic. Bruto, 3. 3.

Se tueri consensu signantium. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Conspiratio consensúsque virtutum. Cic. 5. de Finib.

Magnus inter aliquos. Cic. 4. Philip.

Nudus. Vlpian. l. 4. D. de sponsal. Sufficit nudus consensus ad constituenda sponsalia.

Pius. Seneca Octau. 8.

Omnium consensu ad eum defertur imperium. Cæsar 7. bel. Gal.

Vno consensu iuncta & continens natura. Cic. 2. de Diuinat.

¶Defendere aliquid consensu. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Complecti alterius consensum. Vide COMPLECTOR.

Meruit omnium consensum. Quintil. lib. 5. cap. 1.

In consensum vertere. Tacit. in lib. de German. moribus.

¶Consensus, pro Sympathia. Vide SYMPATHIA.

Consensio {συμφωνία, συμπνοία, ὁμολογία} Verbale. Cicero de Reditu suo, Tanta consensione Italiæ. Idem ad Cassium, libro 12, Populi verò Rom. totiúsque Italiæ mira consensio.

Aperta consensio ciuitatum. Tacit. lib. 3.

Omnium gentium consensio in omni re lex naturæ putanda est. Cic. 1. Tuscul.

Consensio magistratus de aliquibus. Cic. Post reditum.

Omnia hæc quæ suprà & subter, vnum esse, & vna vi atque vna consensione naturæ constricta esse veteres dixerunt. Cic. 3. de Orat.

Vniuersorum nec voluntatis nec sermonis consensionem maiorem vnquam fuisse. Cic. Attico, lib. 2.

Voluntatum, studiorum, sententiarum summa consensio. Cic. de Amicitia.

Consensiones factæ. Cic. 7. Verr. Quid igitur? nullíne motus in Sicilia seruorum Verre Prætore? nullæne consensiones factæ esse dicuntur?

Consensio firma. Cic. 1. de Nat. deor. Quum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, maneátque ad vnum omnium firma consensio, intelligi necesse est esse deos.

Societatis & sceleratæ consensionis aliquorum fides quò *eruperit* vides. Cic. Attico, lib. 10.

Consentaneus, Adiectiuum {ἀκόλουθος} Conueniens. Cic. 5. de Finib. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studium ad virtutem, & ad eas actiones, quæ virtuti sunt consentaneæ refertur.

Actiones consentaneas motibus voluntariis, conatibus, & appetitionibus mundi adhibet natura. Cic. 2. de Nat. deor.

Argumenta consentanea & dissentanea. Cic. in Partit.

Diuisio consentanea. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Consentaneũ his temporibus literarum genus. Cic. ad Nigidium, libro 4. 13.

Leges dare consentaneas. Cic. 2. de Legib.

Quæ sentẽtia vtilitati rerum consentanea est. Vlpian. l. si remunerandi. in fine. D. mandat. vel contr.

Consentaneus sibi. Cic. 1. Offic. Hæ disciplinæ igitur si sibi consentaneæ velint esse, de officio nihil queant dicere.

Vir vita ac morte consentaneus. Paterculus lib. 2, Sub Antonij ingressum in castra, Iuuentius Laterensis, vir vita ac morte consentaneus, quum acerrimè suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iungeret, irritus consilij, gladio se ipse transfixit.

Excellentiæ hominis consentaneum, in eo, quo natura eius à reliquis animantibus differt, id decorum est. Cicero 1. Offic. Definitio Decori.

Obscura somnia minimè consentanea sunt maiestati deorum. Cic. 2. de Diuinat.

Naturæ consentaneum. Cic. 1. Offic.

Aptum esse consentaneúmque tempori & personæ. Cic. in Orat. Definitio est verbi Decere.

Consentanea mors vitæ sanctissimè actæ. Cic. 9. Philip.

Cum re aliqua consentaneum. Cic. Appio, lib. 3. 6.

Consentaneũ cuique & cõsequens quid sit, perspicere. Cic. 1. Offic.

Consentanea & consequentia. Cic. 3. de Finib. Sed quum certè superiora firma ac vera sint, his autem ea consentanea: ne de eorum quidem est veritate dubitandum.

Ex consentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur. Cic. 2. de Orat.

Consentaneum est, absolutè. Cic. 2. de Nat. deor. Quare quum in æthere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam.

Non id spectandum est quid dicat, sed quid consentaneum sit ei dicere. Cic.3.Offic.

Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Cic.1.Offic.

Consepio, consepis, pen.prod. consepsi, consептum {περιφράττω} consepire, Idem quod sepire. Cic. de Senect. Cæteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum & diligenter consitum ostendisse.

Conseptum, huius consepti {ἕρκος, περίφραγμα.} Columel.lib.1.cap.4, Difficiliora enim consepta, nō solum pluris ædificabimus, sed etiam impensis maioribus tuebimur. ¶ Conseptū etiam fori dixit Quintil. lib.8. pro ipsis cancellis.

Consequenter, Consequiæ, Vide in CONSEQVOR.

Consequor, penult.corr. consequeris, consequutus sum {συνέπομαι, συνακολουθεῖν} consequi, Cominus sequi, quod barbari dicunt *à prope*. Cæsar 8. belli Gallici, Consequuntur equites nostri, vt erat præceptum.

Maiores consequi non posse. Cic. de Clar. Orat.

Rem res consequitur. Cic. de Fato.

Causam plerunque consequitur res. Cic.1. de Diuinat.

Continuò consequi. Plaut. Amph.9,
Mercurium iussi me continuò consequi.

Consequi propé. Plaut. Rud.23,
Eloquere. quid id est? T. vide nuspiam consequitur propé.

Consequi, datiuo iunctum. Plaut. Amphit.8,
Ita dis placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.

Ætate aliquem consequi. Cic. de Clar. Orat. Hunc igitur Cethegū consequutus est ætate Cato: qui annis IX post eum fuit COS.

Consequi gradu vocem. Plaut. Rud.6,
Consequamur gradu vocem, vbi es? P. ecce me, adi contrà.

¶ Consequi aliquem, pro eo quod est, Insequendo ad eum peruenire. Cic. ad Atticum, Quamobrem te oro des operam vt me statim consequare. Idem 2. in Catil. Aurelia profectus est: si accelerare volent, ad vesperum consequentur.

Cursu feras consequi. Seneca Hippol.2.

Consequi aliquem itinere. Cic. ad Attic.lib.8, Non est nobis committendum, vt ad has XIIII. cohortes, quas dubio animo habeo, hostis accedere, aut in itinere me consequi possit.

In itinere aliquem consequi. Cn. Magnus Marcello & Lentulo, in epist. ad Atticum, lib.8.

Ad vesperam aliquem. Cic.2. in Catil.

Pedibus aliquem. Ouid 9. Metam.

Aliquem certamine, id est Vincere. Virg.5. Æneid.

¶ Consequi {ἐκβαίνειν} Sequi, id est Euenire & procedere. Terent. Heaut.1.2,
Verùm vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia.

Annus qui consequitur. Cic. pro Murena, Si hæc elapsa de manibus nostris in eum annum qui consequitur, redundarint.

Consequi videtur vt doceamus. &c. Author ad Heren.lib.2.

Proximo, altero, tertio, denique reliquis consequutis diebus. Cic. 1. Philipp.

Consequuntur magni dolores eos, qui ratione voluptatem sequi nesciunt. Cic.1. de Finib.

Libertatem pax consequebatur. Cic.1. Philipp.

Consequuta est mors matrem ex ægritudine. Terent. Phorm.5.1.

Silentium consequutum orationem alicuius. Cic.1. de Orat. Hæc quum Crassus dixisset, silentium est consequutum.

Consequuta tempora. Cic. Lentulo, lib.1.5, Tamē afficior summo dolore eiusmodi tempora post tuam profectionem consequuta esse.

In tabulam magni risus consequebantur. Cic. Qu. fratri, lib.2.10, Idem lib.5.2, Mediocris quidem est risus consequutus, non in te, sed magis in errorem mihi.

¶ Consequi, Exprimere, definire. Cic. ad Cæsar. Extrema verò nec quanta, nec qualia sunt, verbis consequi possum. Nonius.

¶ Consequi {τυγχάνειν, ἐπιτυγχάνειν} per translationem, Adipisci, & conficere. Cic. ad Lentul.lib.1.2, Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur esse consequuti, vt nequid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit.

Inuestigare & consequi aliquorum conatus. Cic. 2. Verr. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim.

Natura consequitur vt communem vtilitatem nostræ anteponamus. Cic.3. de Fin.

Cum aliquo & sine aliquo consequuti aliquid. Cic.1. Offic.

Per aliquem aliquid consequi. Cic. Lent.lib.1.7.

Animo aliquid consequi. Cic. de Vniuersit.

Coniectura. Cic. ad Qu. frat.lib.2.14, Quantum autem coniectura consequebar, id erat huiusmodi, vt magis optandum, quàm sperandum putarem.

Consequi dicendo. Cic. pro Lege Manil. Certè & siquid etiam dicendo consequi possum, iis ostendam potissimum, qui ei quoque rei fructum suo iudicio tribuendum esse censuerunt.

Dictis omnia. Ouid.15. Metam.

Consequi aliquid diligentia. Cic.1. Verr.

Intellectu. Vide INTELLIGO.

Memoria aliquid. Cic 6. Verr. Nullo modo possum omnia istius facta aut memoria consequi, aut oratione complecti.

Consequi aliquid nutu ab aliquo. Cic Memmio, lib.13.1.

Studio aliquid. Quintil.lib.1.cap.1.

Aliquid verbis. Exprimere. Cic. Cæsari iuniori, Extra verò quanta & qualia sint, verbis consequi non possunt.

Commodum. Quintil.lib.7. cap.3, Ex pœna minus incommodi consequuturus, quàm ex, &c.

Commodum exercitatione corporis laboriosa. Cic.1. de Fin.

Dignitatem & gloriam. Cic. Lent.lib.1.5.

Famam. Cic. Cælio, lib.2.10.

Famam malignitatis. Plin. Iunior, lib.9.6, Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impertire videantur, sinisteritatis atque etiam malignitatis famam consequuntur.

Amplissimum fructum. Cic. pro Lege Manil.

Fructus consequi. Vlp. in l. Idémque &. §. si ex fundo. D. mandat. vel cont. Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus consequutus est, hos quoque officio iudicis præstare eum oportet.

Omni cura & industria gloriam. Cic. Lent.lib.1. 7.

Gratiam. Cic.2. Offic. Atque in hac pernicie Reipub. ne illam quidem consequuntur, quam putant, gratiam.

Laudem. Cicero 2. Offic. Consequebare magnam laudem à summo viro.

Neminem sapientiæ laudem & eloquentiæ sine summo studio, & labore & doctrina consequi posse. Cic.2. de Orat.

Magistratum aliquem. Cic. pro Plancio, Honorum populi finis est Consulatus, quem magistratum iam octingenti ferè cōsequuti sunt.

Magnitudinem, multitudinémque beneficiorum alicuius enumerare, aut consequi non posse. Cic. post Reditum.

Opes quammaximas consequi. Cic.1. Offic.

Gratia non modò referenda, sed ne cogitanda quidem, nullá partem tuorum meritorum consequi possum. Cic. Lent.lib.1.8.

Potentiam. Cic.3. Offic.

Præmium aliquod studio. Ouid.5. Trist. eleg.8.

Præstantiam virtutis, ingenij, fortunæ. Cic. de Amic.

Quæstum. Cic. pro Lege Manil. Quis enim vnquam aut obeundi negotij, aut consequendi quæstus studio, tam breui tempore, &c.

Scientiam consequutum esse. Cic. pro Domo.

Erga se studium alicuius, alterius commendatione consequi. Cic. Bruto, lib.13.13.

Gloriosam victoriam ex Reip. causa consequutus. Cic. pro Cæl.

Vitium. Quintil.lib.8.cap.2, Quidam emutatis in peruersum dictis, de figuris idem vitium consequuntur.

Voluptates. Cic.1. de Fin.

Vsuras. Vlpianus in l. Idémque &. §. si procurator. D. mandat. vel contra.

¶ Consequi aliquem in Prætura. Plin. Iunior, lib.7. epist.15, Ille me in Tribunatu, liberorum iure præcessit: ego illum in Prætura sum consequutus.

In libro suo aliquem. Cic.1. de Nat. deor.

Institutum suum. Cic.1. Offic. Fit autem interdum, vt nonnulli omissa imitatione maiorum, suum quoddam institutum consequātur.

Morem aliquem. Cic.2. de Leg. Eum morem igitur, cum breuitate (si potuero) consequar.

¶ Consequi, Perdiscere, percipere. Cic. ad Herenn. Hæc si, vt conquisitè conscripsimus, ita tu diligenter fueris consequutus. Id est perdidiceris, perceperis, quod Græcè παρακολουθεῖν dici solet. Ad perceptionem enim referri ex eo patet, quia mox subiicit, Tuáque perceptione lætaberis, tu scientior eris præceptorum artificio.

Consequens, pen.corr. {συνακόλουθον} Participium. Cic. de Senect. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.

Spe eriguntur consequentis ac posteri temporis. Cic. 1. de Finib. Et 2. de Orat. Connexum sit principium consequenti orationi.

Rerum consequentium significationem quærere. Cic.2 de Diuin.

¶ Consequens apud Cicer. in Partit. Rhetor. pro eo quod bene cohæret, Vt in simplicibus verbis, quod non est Latinum: sic in coniunctis, quod non est consequens, vituperandum est.

¶ Est consequens, Vlp. in l. huic scripturæ. D. ad Legem Aquiliam, Huic scripturæ consequens est dicere, vt si ante, &c.

Hoc probato consequens est, &c. Cic.5. Tuscul.

Quoniam scriptum est à te de optimo Reip. statu, consequens esse videtur, vt scribas tu idem de legibus. Cic.1. de Leg.

Consequens, absolutum. Cic. 1. Offic. Homo autem qui rationis est particeps, per quam consequentia cernit.

Consequentia & consentanea. Cic.3. de Fin. Quum certè superiora firma ac vera sint, his autem ea consentanea & consequentia: ne de eorum quidem est veritate dubitandum.

Consequentia & repugnantia vident philosophi acuti. Cicero 2. de Diuinat.

Contrariorum contraria sunt consequentia. Cic.5. Tusc.

Argumenta ex consequentibus. Cic. in Partit.

Declarantibus consequentia signis futura præsentit homo. Cic.1. de Diuinat.

Reprehendere consequentia, quum prima cōcesseris, placere non solet. Cic.5. Tuscul.

Consequens, Nomen {ἑπόμενον.} Cicero 4. de Finibus, Quum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum.

Consequentia, consequentiæ {ἀκολουθία.} Cic.1. de Diuin. Qui cursum rerum euentorúmque consequentia diuturnitate pertractata notauerunt, &c.

Per consequentiam significatio fit, quum res quæ sequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in suspicione. Author ad Herenn.lib.4.

Ad consequentiam pertinet. Paulus in l. Paulus respondit. D. de re iudicat.

Ad consequentias aliquid producere. Paulus in l. quod vero. D. de Leg.

Per consequentias contingit, vt debitum subeat. Vlpian. in l.1. de auth. & consens. tut.

Per consequentias negotium alicui geri. Vlp. l. quod dicimus. D. de author. & consens. tut. & curat.

Per consequentiam. Vlp. l. moris, post principium. D. de pœnis.

Consequiæ, Sequelæ, à Consequendo, sicut ab Exequendo Exequiæ. Apul.lib.10, Nouissimis trahebantur consequiis.

Consequenter, Aduerbium {ἀκολούθως.} Vlpian.in l. sed & siquid.§. vlt.D.de vsufructu & quemadmodum quis vtatur & fruatur, Quibus consequenter fructuarius quidem acquirere fundo seruitutem non potest, retinere autem potest.

Consequenter diceremus. Vlp.in l. idémque &.§. si procurator.D. mandat.vel contr.

Consequus, consequa, consequum, Idē quod Consequens. vt, Consequa natura. Lucret.lib.5,

Consequa natura est iam rerum ex ordine certo.

Consector, consectaris {διώκω, μεταδιώκω.} consectari. Plaut.Pseud.2.0, Angiporto hoc certum est consectarier. Pro consectari. Caes. 6. bel. Gall. Redeuntes equites, quos possunt, cōsectantur, atque occidunt.

Conuitiis consectari aliquem. Cic.ad Attic.lib.2, Fusium clamoribus & conuitiis & sibilis consectantur.

Debita. Cic.Att.lib.13, Ne existimes, eos qui non debita consectari soleant, quod debetur remissuros.

Amare, consectari & adipisci qui velit dolorem, neque quisquam est. Cic.1.de Finib.

Hostes consectari & conficere. Cic.2.de Inuent.

Opes aut potentiam. Cic. 1. Offic. Tradétque se totum Reipub. neque opes aut potentiam consectabitur. Id est non studebit opibus quaerendis.

Riuulos. Vide RIVVLVS.

Consectari syluestria secla ferarum. Lucret.lib.5.

¶Consectari alicuius beneuolētiam largitione. Cic.2.Offic. Praeclare in epistola quadam Alexādrum filium Philippus accusat, quòd largitione beneuolentiam Macedonum consectetur.

¶Consectari etiam minutissima. Plin. Iun.lib.5. Vides vt Aratus minutissima etiam sydera consectetur, & colligat? modum tamen seruat.

Consectari singula & colligere. Plin.Iun.in Paneg. Sed quid singula consector, & colligo? quasi verò aut oratione complecti, aut memoria consequi possim.

Ac ne plura, quae sunt penè innumerabilia, consector, comprehendam breui. Cic.1.de Orat.

¶Consectari aliquid. Plin.Iun.in Paneg. Eadem ista, quibus alios artibus assequutos vident, consectantur.

Imitando consectari aliquid. Cic.2.de Orat.

Puerile quiddam in historia. Cic.1.de Legib.

Vbertatem orationis. Cic.3.de Fin.

Tam verè verba consectari, quàm rem. Cic.pro Cecinna.

Vitium aliquod de industria. Cic.3 de Orat.

Vmbras falsae gloriae. Cic.in Pisonem.

Consectari aliquem. Terent. Eunuch.2.2,

Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt: hos consector, hisce ego, &c.

¶Consectari, Passiue. Laberius, Vxorem tuam, & meam nouercā à populo lapidibus consectari vidi. Ex Prisciano, lib.8.

Consectatio, Verbale {δίωξις.} Plin.lib.14 cap.16, Manifestum est superuacuam generum consectationem in numerum.

Concinnitatis consectatio. Cic. in Orat. In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.

Consectator, à quo Consectatrix, pen prod. {διώκτης.} Cic.3.Offic. Est enim temperantia, libidinum inimica: libidines autem, cōsectatrices voluptatis.

Consectaneus, a, um {ἀκόλουθος} Qui alios affectatur. vt, Consectanea turba Hinc Consectanei dicuntur, qui aliorum opinionem vel sententiam sequuntur.

Consectarius, Adiectiuum {συμπέρασμα.} Cic.4.de Fin. Illud verò minimè consectarium, sed in primis hebes, illorū scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam, quae non possit sine honestate contingere, vt iure quisquam glorietur.

Stoicorum consectaria breuia & acuta. Cic.3.de Fin. Sed consectaria me Stoicorum breuia & acuta delectant. Concluduntur igitur eorum argumenta sic: Quod est bonum, omne laudabile est: quod autem laudabile est, omne honestum est: bonum igitur quod est, honestum est. Breuia vocat, argumenta breuiter astricta: Cōsectaria, cohaerentia. Vulgò is logicorum mihi videtur Consequentias appellare.

Consequutio {ἀκολουθία.} Verbale à Consequor. Cic.1.de Finib. Vt enim quum cibo & potione fames, sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiae consequutionem affert voluptatis: sic in omni re doloris amotio, successionem efficit voluptatis. Idem in Partit. Cōsequutionem verborum, pro benè ordinato contextu, & collocatione posuit.

Simplex conclusio ex necessaria consequutione conficitur. Cic.1. de Inuent.

Afferre consequutionem. Vide AFFERO, & paulo antè Consequutio.

Consequuta, pro Impetrata, passiuè. Varro, Vestales incesti compertas ausa petuntur incognita, cōsequuta negliguntur. Ex Prisciano, lib.8.

Consequus, Vide paulo antè.

Conserenat, pen.prod. Serenum est tempus. Liu.Decad.4.lib.9, Tempestas cum magnis procellis coorta coegit plerosque tabernacula statuere in foro. eadem paulo pòst, quum vndique conserenasset, sublata.

Consero, conseris, pen.corr. consēui, pen.prod. consitum, penult.corr. {φυτεύω} conserere, Plantare siue seminare. Virg.1.ecloga,

-en queis conseuimus agros.

Cic.2.de Nat. deor. Indus verò, qui est omnium fluminum maximus, non aqua solùm agros laetificat & mitigat, sed eos etiam conserit.

Conserere agrum generibus pomorum, aut oleis. Columel.libro 2.cap.2.

Conserere agrum lupino aut faba. Colum.lib.2.cap.2, Celerius etiam si eodem tempore stercores, & lupino vel faba conseras.

Sol lumine conserit arua. Lucret.lib.2. Id est perfundit.

Baccho aliquem locum conserere. Virg.2 Georg.

¶Conserere leges, per translationem. Cic.1.Tuscul. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. Vir magnus leges, instituta, Remp. conseret.

Consitus, pen.corr. Participium {πεφυτευμένος.} vt, Caeca mentis caligine consitus. Catul. Argonaut.

Consitus senectute, per metaphoram pro Senex. Plaut.Menaech.17, Nam pernicitas deserit, consitus sum senectute.

Consitio, Verbale {ἐμφυτεία, φυτεία.} Ipse conserendi actus. Columel. lib.5.cap.3, Quòd si inter quinos pedes consitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit semina XLIX.

Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Cic.de Senect.

Consitura, consiturae, pen.prod. {φυτεία} Idem. Cic.de Repub. Quae videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinae indicus interpretabatur. Ex Nonio.

Consitor, pen.corr. Verbale {φυτευτής.} Ouid.4. Metamorphoseos,

Et cum Lenaeo genialis consitor vuae.

Consero, conseris, pen corr. conserui, consertum {συμπλέκω} conserere, Miscere. vt, Conserere praelia, Id est praeliari & exercitus committere. Virgil.2.Aeneid. Multáque per caecam congressi praelia noctem Conserimus. Liu.5.ab Vrbe, Accensis vtrinque animis, ad arma discurritur, & praelium conseritur.

Bella conserere. Valer.lib.3 Argon. Liuius, Et haud ignotas belli artes inter sese, sed expertas primo Punico conserebant bello.

Conserere certamen, pro Certare. Liu.5.bel.Maced. Boij decipi sua impunè, quàm tuendo ea, conserere certamen malebant.

Dextras. Stat.lib.1.Sylu.6.

Diem nocti. Ouid.3 Amor.eleg.5. Id est coniungere.

Femur femori. Tibull.lib.1.eleg.8.

Latus lateri. Ouid.epist.18.

Manum conserere, Pugnare. Cic.pro Murena, Qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit.

Manum vel manu (vt nonnullis placet) cum hostibus conserere, quasi manui manum admouere. Cic.ad Atticum, lib.7, At illum ruere nuntiant, & iam iámque adesse, non vt manum conserat (qui cum enim?) sed vt fugam intercludat.

Socias manus. Valer.lib.3. Argonaut.

Pugna conseritur. Valer.lib.6. Argonaut.

Conserere pugnam inter se. Liu.2. bel Maced. Et temperatum aegrè est, quin missilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter se consererent.

Conserere pugnam seni, per translationem. Plaut.Bacch.2.0,

Conflixi, atque hominem repuli, dein pugnam conserui seni.

Puppes consertae. Lucan.lib.5,

-latúmque per aequor

Vt terrestre coit consertis puppibus agmen.

Tela conserere. Valer.lib 3. Argonauticōn,

-nec tela modis nec casibus iisdem

Conseruere manus, longe & iacuere perempti.

Telis consertis agmina iungere. Valer.lib.6. Argonauticōn,

Illi vbi consertis iunxere trementia telis

Agmina, virque virūm galeis adflauit adactis.

Verba. Stat.lib.2. Sylu.1.

Consertus, Participium {συμπλακείς.} Fab.lib. 5.cap.10, Vt sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. Id est contextus.

Consertus & intextus alicui rei. Liu.1.Decad.lib.7,

Ridicula intexta versibus, & fabulis Atellanis conserta.

Ex iure manu consertum. Vide IVS.

Arua conserta gentibus, Culta & habitata. Valer.lib.2. Argon.

Bella conserta bellis. Lucan.lib.2.

Hostes conserti. Claud.8.Paneg.

Tegmen consertum spinis. Virg.3.Aeneid. Id est illigatum. Seru.

Conserte, Aduerbium {συμπεπλεγμένως} Cicero de Fato, Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione consertè contextéque fiunt.

Consertor, Verbale {συμπλέκτης.} Plin. lib. 33. cap.1, Quòd si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi etiam consertoris vsu, argumentum est maius in laeua fuisse, qua scutum capitur.

Conserratus, pen.prod. {πρίονος.} Adiectiuum à serra deductum. Plin. lib.11. cap.37, Sed spectatissimum insigne gallinaceis, corpore conserratum: nec carnem id esse, nec cartilaginem, nec callum iure dixeris, sed peculiare Id est in modum serrae factum. In emendatioribus codicibus legitur corporeum serratum.

Conseruo, conseruas {διασῴζω, φυλάττω.} conseruare, Notae significationis. Plin.lib.15.cap.30, Conseruari altè & sobolē iussere Aruspices.

Conseruare & retinere Reip. causa ius Augurum. Cic.2 de Diuin.

Tueri & conseruare. Cic.6.Verr. Vt quisque eis rebus tuendis conseruandísque praefectus, ita perscriptum erat.

Conseruare incolumem. Cic ad Dolabellam, lib.9.13.

Conseruare fidem. Cic.5.de Fin. Sed contra vtilitatem etiam conseruatur fides.

Ordinem. Cic.ad Att.lib.6, Iis literis respondebo: sic enim postulas: nec οἰκονομίαν institutam, sed ordinem conseruabo tuum.

Conseruare iusiurandum, apud eundem de Offic.lib.3.

Erga aliquem voluntatem pristinam. Metellus Ciceroni, lib.5.3.

Mortui voluntatem. Cic.3. Verr.

Conseruare & notare tempora. Cic.in Orat.

¶Conseruare aliquem, quod vulgus *Praeseruare* dicit. Cic.ad Brutum, lib.11.22, Peto à te maiorem in modū, vel humanitatis tuae, vel mea causa, vt eum authoritate tua quae plurimum valet, conseruatum velis.

Ab omni periculo. Cicero Antequam iret in exilium, Qui numini deorum consecratum fartum tectum ab omni periculo conseruaui.

Beneuolentiam. Cic.Appio, lib.3.7.

Existim

Existimationem alicui conseruare. Vlp. in l. quid ergo. D. de his qui not. infam.
Genus. Lucret. lib. 2,
-omnia quando
Seminibus certis certa genitrice creata
Conseruare genus crescentia posse videmus.
Indemnem per omnia conseruare aliquem. Paulus in l. diligenter. D. mandat. vel contr.
Libertatem populi conseruare. Cic. ad Brutum, lib. 11. 7, Caput autem est hoc, quod te diligentissimè percipere & meminisse velim, vt ne in libertate & salute Populi Romani conseruanda authoritatem Senatus expectes.
Maiestatem Populi Romani comiter. Vide COMIS.
Patriam conseruare, Defendere & tueri. Cic. in Somnio Scip. Sic habeto, Omnibus qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cælo, ac definitum locum.
Pudicè conseruare puerum alicui. Catul. epigr. 15.
Conseruare se. Terent. Heaut. 4. 1,
Istuc rectè: conseruasti te atque illam.
Memoriam alicuius rei. Cic. Figulo, lib. 4. 13, Tuorúmque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo.
Memoriæ testimonio conseruare aliquid. Cic. 11. Philipp. Maximá eius & singularem laudem prætermitto. cuius enim prædicatio nondum omnibus grata est, hanc memoriæ potius, quàm vocis testimonio conseruemus.
Vires. Plin. lib. 11. cap. 54, Quædam exiguo gustu famem ac sitim sedant, conseruántque vires. Hoc est integras seruant.
Voluntatem alicuius. Cic. 3. Verr. An quòd alterius patroni mortui voluntatem conseruabat?
¶Conseruare rem suam. Terent. Adelph. 5. 3,
Eandem illam rationem antiquam obtine:
Conserua, quære, parce. Cic. 2. Offic. Res autem familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conseruari autem diligentia & parsimonia, iisdem etiam rebus augeri.
Saluum conseruari. Cic. 3. in Catil. Ita me gessi Quirites, vt salui omnes conseruaremini.
Conseruatus, pen. prod. Participium (σεσωσμένος) Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Illud quidem certè nostrum consilium iure laudádum est, quòd meos ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obiici noluerim.
Salus populi conseruata per aliquem. Cic. post Red.
Nomen aliquod retentum atque conseruatum. Cicero pro Rege Deiotaro.
Conseruator, pen. prod. (σωτήρ) Verbale. Cic. pro Sextio, Optimatum principes, authores & conseruatores ciuitatis.
Conseruator & Oppugnator, contraria. Cic. Antequã iret in exil. Vtrum vt custos accipiar, an vt proditor excludar? si vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugnator, præcisa erunt omnia.
Custos & conseruator imperij. Cic. pro Sextio, Prò dij immortales custodes atque conseruatores huius vrbis atque imperij!
Conseruatorem & parentem vrbis Ciceronem nonnulli dixerũt. Cic. Attico, lib. 9.
Patriæ conseruator. Cic. de Arusp. respon.
Reip. conseruator. Cic. pro Domo sua.
Conseruatrix, pen. prod. (σώτειρα) Verbale. Cic. 4. de Finib. Omnis natura vult esse conseruatrix sui, vt & salua sit, & in genere conseruetur suo.
Conseruatio (συντήρησις) Aliud verbale. Cic. 1. Offic. Et si attentos animos ad decori conseruationem tenebimus.
Æqualitatis conseruatio. Cic. 1. de Orat.
Bonorum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Perceptio & conseruatio fructuum sine hominum opera nulla esse potuisset. Cic. 2. Offic.
Conuenientia conseruatióque naturæ. Cic. 1. Offic.
Conseruatio officiorum. Cic. 2. de Finib.
Conseruus, conserui (σύνδουλος) Qui cum alio eidem domino seruit. Terentius Adelph. 3. 3, Conseruis ad eundem illis præcipio modum. Cic. ad Cassium, lib. 12. 3, O rem miseram: dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus! Vlpianus in l. sed si damnum, titulo De peculio. Planè si conseruus dederit damnum, vel surripuerit, in peculium videbitur haberi.
Princeps conseruorum. Cic. in Parad.
Conserui & discipuli. Cic. Qu. fratri, lib. 3. 17.
Conserua, huius conseruæ (συνδούλη) Terent. Eunuch. 2. 3,
-summa forma semper conseruam domi Videbit.
Conseruabus. Scæuola in l. prædia. §. 1. D. de fund. instruct. & instrum. legat.
Conseruitium, huius conseruitij (συνδουλεία) Plaut. Capt. 5,
Pérque conseruitium commune, quod hostica euênit manu.
Consessus, Vide CONSIDO.
Consideo, consides, pen. corr. consedi, pen. prod. consessum (συγκάθημαι) considere, pen. prod. à con & sedeo, Significat simul sedere, & sine motu esse. Virg. eclog. 9,
Dicite, quandoquidem in molli consedimus herba. Cic. de Senect.
Qui legati quum essent, certo in loco consederant.
Tutò considere in aliquo loco. Cic. Att. lib. 5, In Amano tutò consedimus, &c.
Iudices consederunt. Cic. Attico, lib. 1. 11.
Considere apud aliquem locum. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4, Quum quinque cohortes sine legato, sine Tribuno militum, denique etiam sine Centurione vllo apud Philomelum consedissent, reliquus exercitus esset in Lycaonia.
In arbore nostra cõsederunt apes. Caius in l. naturalem. §. apium. D. de acquir. rer. domin.
In pratulo considere. Cic. de Claris Orat.
Eodem in spatio. Cic. 4. Acad.
Considere in solitudinibus. Cic. M. Cælio, lib. 2. 15, Siquando erit ciuitas, erit profectò nobis locus. Sin autem non erit, in easdem solitudines tu ipse (vt opinor) venies, in quibus nos consedisse audies.
Considere inter vlmos. Virg. eclog. 5,
Hic corylis mistas inter consedimus vlmos.
Considere sub ilice. Virg. 7. eclog. Fortè sub arguta consederat ilice Daphnis.
Consedit in mente iustitia. Cic. 1. de Fin.
In mediocritate. Cic. in Orat. Vbi de mediocri genere quodam orationis loquitur.
Considere in otio. Cic. ad Attic. lib. 2, Accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud, quum & Quintius noster, vt speramus, in otio consederit.
Consedit vtriusque in quæstura nomẽ. Cic. pro Murena, Sed Quæstura vtriusque propemodum pari momento sortis fuit. habuit hic lege Titia prouinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæstores sortiuntur, etiam acclamari solet, Hostiensem, non tam gratiosam & illustrem, quàm negotiosam & molestam. Consedit vtriusque nomen in Quæstura.
In Vmbria consedit. Ouid. 5. Metam.
Consedo, consedonis, à Consedendo, vt Assedo, & Assessor. C. Hemina Annal. lib. 4. Nemo vicinus consedo. Vide Nonium.
Consessor, Verbale (σύνεδρος) Qui vnà cum alio sedet. Liu. 4. bel. Maced. Cur diues pauperem consessorem fastidiret? Cic. 2. ad Atticum, lib. 2, Præclarum spectaculum mihi propono, modò te consessore spectare liceat.
Consessor, conuiua, contubernalis alicuius. Cic. pro Flacco, Ne accusatoris consessoribus, conuiuis, contubernalibus, &c. ciuem ac supplicem vestrum dederitis.
Consessor & collusor. Vide COLLVSOR.
Consessus, huius consessus (συνέδριον, συνέδρα) Non est consessio, sed homines vno in loco considentes, inquit Valla lib. 4. cap. 2. Cicero de Senectute, Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam, Athenienses scire quæ recta esse sent, facere nolle.
Frequentia & consessus aliquorum. Cic. pro Flac.
Caueæ consessus. Virg. 5. Æneid.
Implere consessum clamoribus. Virg. 5. Æneid.
Lustrare in equis. Virg. 5. Æneid.
Conspectu consessúque iudicum commoueri. Cic. 3. Verr.
Corona consessus iudicum cinctus. Cic. pro Milone, Non enim corona consessus vester cinctus est, vt solebat.
¶Populus vinctus ipso consessu, constrictus spectaculis, impeditus turba & angustiis. Cic. de Arusp. respon.
Considero, Vide CONSYDERO.
Consido, consídis, pen. prod. (ἐγκαθίζομαι, συγκαθίζω) præteritum à Sedeo mutuatur, consedi, consessum, considere, penul. corr. Cum motu est, de loco ad locum. Colum. lib. 8, Neque aut recumbat, aut considat. Plin. lib. 34. cap. 10, Vritur teritur mortario Thebaico, aqua pluuia lauatur, minore effectu: iterúmq; adiecta largiore teritur, & dum considat, relinquitur.
Alpes considunt. Cic. de Prouinc. Cons. Alpibus Italiam muniebat antè natura, non sine aliquo diuino numine, &c. quæ iam licet considant, nihil est enim vltra illam altitudinem montium vsque ad Oceanum, quod sit Italiæ pertimescendum.
¶Considere luctu. Virgilius consedisse vrbem luctu dicit, quòd tristes qui sunt plerunque sedẽt: & Græci καθῆσθαι κλαίοντα, id est flentem sedere, eodem fere modo dicere solent. Turnebus.
Consedit terra. Liu. de bel. Maced. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis cõsedit, arboresque in profundum exhaustæ. Consedit dixit, pro Desedit, In profundum abiit.
Considere & regnare in aliqua regione. Sil. lib. 15,
-Saturnum nostris considere in oris
Et regnare dedi.
Aruis aliquorum. Virg. 4. Æneidos,
Non venit in mentem quorum consederis aruis?
Ignis consedit. Ouid. 13 Metamorphoseos,
Ilion ardebat, neque adhuc consederat ignis.
Aliquo loco considere. Cic. Attico, lib. 5.
Ardor animi consedit. Cic. de Clar. Orat. Id est sedatus est.
Cura. Cic. de Clar. Orat. Homines quum inter se coniuncti, tum mihi ita chari itaque iucundi, vt eorum aspectu, omnis quæ me angebat de Repub. cura, consederit. Id est quieuerit, & sedata sit.
Furor alicuius. Cic. 4. Acad.
Vbi ira consedit. Liu. 8. bel. Maced.
Considere aula, pro In aula. Valer. lib. 8. Argonauticõn,
-cur tanta mihi non prodita pestis
Vt gener Æsonides nostra consideret aula?
Considere Cretæ, pro In Creta. Virg. 3. Æneid.
In labellis Platonis consederunt apes. Cic. 1. de Diuin.
Perpetuis mensis considere. Virg. 7. Æneid. Id est (inquit Seruius) longis mensis ad ordinem exæquatis sedentium.
Portu. Virg. 3. Æneid.
Regno. Stat. 11. Thebaid.
Regnis cum aliquo. Virg. 1. Æneid.
Saxo. Ouid. 1. Metam.
Scamnis. Ouid. 6. Fast.
Sedibus. Virgil. 4. Georg.
In sedibus. Cic. 1. de Orat.
Solio medius consedit auito. Virg. 7. Æneid.
Diui considunt tectis bipatentibus. Virgilius 10. Æneid. Vbi Seruius, Bipatentibus, Physicè dictum, Nam cælum patet ab ortu & occasu.
Terra. Id est in regione aliqua considere. Virg. 4. Æneid.
In theatro. Cic. pro Flacco.
Considere transtris. Virg. 4. Æneid. Valer. lib. 2. Argonauticõn,

Illi sole nouo læti, plerique deorum
Considunt transtris.
Considere in aliam partem dixit Seneca epist.118, pro Descendere in diuersam opinionem.
Regia tota consedit in cinerem. Id est conflagrauit. Stat.3. Theb.
Insignes. Virg.2. Æneidos,
-omne mihi visum est considere in ignes Ilium.
Omnia autem talia sensum mouent, sensusque mouentia quæ sunt, eadem in opinatione considunt, quæ ortum habere gignique diximus. Cic. de Vniuersit.
Considamus hic in vmbra. Cic.2. de Legib.
Verborum coniunctio variè distinctéque considat. Cic.3. de Orat.
Considitur, pen. corr. Impersonale (ἐκαθέζετο) Cic.3. de Orat. Quum placuisset idem cæteris, in syluam venitur, & ibi magna cum audien di expectatione considitur.
Consignifico, pen. corr. consignificas (συσσημαίνω) consignificare, Significare exprimere, vel idem quod aliud significare.
Consignificatio, Verbale (συσσημασία) Apuleius. Ea furoris consignificatione perterriti omnes.
Consigno, consignas (σφραγίζω, ὑπομνηματίζω) consignare, Eiusdem significationis cum suo simplici: & significat aliquam rem signo notare, quod barbari *sigillare* dicunt. Plaut. Trinum.11,
Epistolas duas, eas nos consignemus, quasi sint à patre.
Consignatæ in animis notiones. Cic. 1. Tuscul.
Legem consignare. Vlp. in l. Iulianus §. idem Iulianus. D. de actionib. empti, Si quum venditor sciret fundum pluribus municipiis legata debere, in tabula quidem scripserit vni municipio deberi: verùm postea legem consignauerit, &c.
Consignare pecuniam inter aliquos. Suet. in Claud. cap.26, Quam quum comperisset super cętera flagitia atque dedecora, C. Silio etiam nupsisse, dote inter auspices consignata, supplicio affecit.
Tabulæ maximæ signis hominum nobilium consignantur. Cic. pro Quint.
Consignare literis. Cic.4. Acad. Itaque vt literis consignamus, quæ monumentis mandare volumus: sic ille in animo res insculptas habebat.
Vim priuilegij authoritate honestissimorum hominum, & publicis literis consignare. Cic. post Reditum.
Senatus iudicia de aliquo publicis literis monimentísque consignata. Cic. pro Deiot.
Consignata publicis literis memoria. Cic. 3. de Legib. A librariis petimus, publicis literis consignatam memoriam.
Consignata literis Quæstura. Cic.1. Verr.
Ratio aliquorũ & publicis & priuatis literis cõsignata. Cic.5. Verr.
Motus temporis consignandus. Cic. de Vniuers. De motu syderũ.
Consignatus, pen. prod. Participium (ὑπομνηματισθείς) vt, Testata & consignata monumentis antiquitas. Cic.1. de Diuinat.
Authoritates consignatæ. Cic. pro Cluentio, Sed errat vehementer siquis in orationibus nostris, quas in iudiciis habuimus, authoritates nostras consignatas se habere arbitratur.
Fundi publicis commentariis. Cic.2. de Orat.
Laudatio alicuius consignata creta. Cic. pro Flacco.
Consignatio (σφράγισμα) Verbale.
Consignationes, quas vocamus documenta, vel chirographa. Quintil. lib.12. cap.8, Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes. Vide Testatio, in TESTIS.
Consileo, consiles, pen. corr. consilui (συσσιωπάω) consilere, pro Conticere posuit Ennius, teste Festo Pompeio.
Consilesco, consilescis (καταπαύομαι) consilescere. Gell. lib.12. cap.1. Nam vbi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor ille maternæ flagrantiæ sensim ac paulatim restinguitur, omnísque impatientissimæ sollicitudinis strepitus consilescit.
Consiligo, pen. prod. consiliginis, f.g. (ἑλλέβορος) Herbæ genus. Columel. lib.6. cap.5. Plin. lib.25. cap.8, Nostra ætas meminit herbam in Marsis repertam. Nascitur & Æquiculis circum vicum Nemesiæ, vocatur consiligo. De hac herba abundè Ruell. lib.2. cap.134, Vbi dicit eam quæ pulmonaria apud nos demonstratur, à vulgo Gallico *Pomoleam* vocari, quasi pulmoneam: ab herbariis quibusdam *Leonis patam*, pastoribus, bubulcis, equisonibus, totíque ruri præclare cognitam, quam ad eosdem quos veteres consiliginem, vsurpant effectus. Consiliginem autem rustici veteres (inquit idem) olim vocarunt, quòd in campis inter siliginem triticumque sæpius emicet.
CONSILINVM, Italiæ oppidum, Tarento vicinum, vt scribit Pompon. Mela lib.2. in descriptione Italiæ.
Consilio, consilis, penult. corr. consilui (ἐφάλλομαι) consilire, Idem ferè quod Insilire, & insultare. Iungitur autem datiuo & accusatiuo. Tacit. lib.3, Paucæ huius ipsius exercitus turmæ profligauere Sequanos quanto pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos, euincite, & fugientibus consilite. Idem lib.5, nõ ita procul à fine, Igitur Sinnaces, quem antea infensum memoraui, patrem Abdagasem, aliósque occultos consilit, & tunc continuis cladibus promptiores ad defectionem trahit.
Consilium (βουλή, γνώμη, συμβούλιον) a con & salio, quòd in vnam sententiam plures rationes consiliant, Sipontinus. Est autem Cõsilium (vt ait Cic. lib.1. de Inuent.) aliquid faciendi, non faciendíve excogitata ratio. Festus, Cõsilium vel à consulendo dicitur, vel quòd in vnã sententiam plurium mentes in vnum consiliant & conueniant. Sed à silentio credibilius dictum putatur, quo maximè inuenitur.
Cõsilium, Quod quis proposuit animo suo faciẽdum. Cic.12. Phil. Quòd si est erratum, P.C. spe falsa atque fallaci, redeamus in viam: optimus est portus pœnitenti, mutatio consilij.
Consilium, Animus, Mens, eadem sunt. Lucret. lib.3.
Iudicium & consilium alicuius. Cic. Appio, lib.11, Magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, iudicium & consilium tuũ.
Tuum consilium, meum consilium. Cic. ad Tironem, lib.16.3, Si autem postea quam cibum cepisti, videris tibi me posse consequi, tuũ consilium est. Idem Terentiæ, lib.14.14, Vestrum iam consilium est, non solum meum, quid sit vobis faciendum.
Casus & Consilium, opposita. Cicero Metello, lib.5.2, Quis esset qui me in Consulatu non casu potius existimaret quàm consilio fortem fuisse?
Consilium & Fortuna, opponuntur. Virg.2. Æneidos,
Nam quod consilium, aut quæ iam fortuna dabatur?
Voluntas & consilium. Cic. Planco, lib.10.10.
Conscientia consiliorum meorum me consolatur. Cicero Sulpit. libro 4.3.
Gubernatio consilij. Cic.2. de Inuent.
Mutatio. Cic. Att. lib.16, Nemo doctus vnquam (multa autem de hoc genere scripta sunt) mutationem consilij, inconstantiã dixit esse.
Penuria. Vide PENVRIA.
Adiutor consiliorum. Cic. Famil. epist.10.
Ambiguus consilij. Tacit. lib.20.
Author consiliorum. Cic. ad Attic.2.
Dux consiliorum & comes. Cic. Quum etiam ipse casus, euentúsq; rerum, non duces, sed comites consiliorum fuerint, &c.
Vis consilij expers mole ruit sua. Horat.3. Carm. ode 4.
Fortis consilio. Cic. Metello, lib.5.2.
Imbecilli consilij mulier. Cic. pro Flacco.
Improuidus consilij. Tacit. lib.19.
Inopes consilij. Ouid 9. Metam.
Minister consiliorum. Cic. Famil.2.
Moderator. Cic. Famil.1.
Opportunus consiliis, & Aduersus, sunt contraria. Quintilian. lib. 5. cap.10.
Viridis consilio. Sil. lib.3.
Intelligendi consilium. Cic.7. Philipp. Turpe est summo consilio orbis terræ, præsertim in re tam perspicua, consilium intelligendi defuisse.
Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. Cicero Attico, lib.14.
Acre. Vide ACER.
Amentissimum. Cic. Att. lib.7. epist.9, Ita sum perturbatus temeritate nostri amentissimi consilij.
Arcanum. Horat.2. Carm. ode 11.
Bonum. In BONVS.
Calidum. In CALIDVS.
Callidum. In CALLIDVS.
Celere. In CELER.
Clandestinum. In CLANDESTINVS.
Clariora luce. In CLARVS.
Clausa. Cic. Verr.5.
Cognitum. Cic. Famil.7.
Compar. In COMPAR.
Excussum & exploratum. Valer. Max. lib.7. cap.2, de Scipione Africano, Scipio Africanus turpe esse aiebat in re militari dicere, Non putaram: videlicet quia explorato & excusso consilio, quæ ferro aguntur, administrari oportere arbitrabatur summa ratione. inemendabilis enim est error, qui violentia Martis committitur.
Fidele. Cic.2. de Lege Agrar.
Fidum atque prouidens. Gell. lib.3. cap.7.
Grandæuum. Valer. Flac. lib.7.
Immaturum. Vide IMMATVRVS.
Incertum. Vide INCERTVS.
Inconsultum. Vide INCONSVLTVS.
Intimum consiliorum, pro Intimum consilium. Tacit. lib.15, Quod erat Gruienti principi intimum consiliorum.
Lene consilium dare alicui. Horat.3. Carm. ode 4.
Libera consilia dicuntur, quibus sine adulatione, syncerè & audacter monemus aliquem. Horat. Epod.11,
Vnde expedire non amicorum queant
Libera consilia.
Malum consilium consultori pessimum est. Gell. lib.4. cap.5.
Matura consilia. Liu. lib.4. ab Vrbe Cond.
Melius consilium. Vide Melior in BONVS.
Ordinaria consilia. Vide ORDINARIVS.
Particeps cosilij. Cic. in Catil.
Præceps consilijs. Cic. Philipp.5.
Prudentiæ & fidelitatis plena consilia. Planc. Cic. lib.10.4.
Præsentissimum. Quintil. lib.2. cap.13.
Prima consiliorum, id est prima consilia. Tacit. lib.18, Quoniam prima consiliorum frustra ceciderant.
Prudens. Balbus & Oppius Ciceroni, in Epistolis ad Atticum, libro 9.
Sanctius. Liu.3. Decad. lib.10.
Sapiens. Ouid.13. Metam.
Temerario consilio vti. Paterc. lib.2.
Turbidum. Curt. lib. 7, Natura mortalium hoc quoque nomine praua & sinistra dici potest, quòd in suo quisque negotio hebetior est, quàm in alieno. Turbida facta sunt cõsilia eorum qui sibi suadent.
Consilium ad facinus. Cic.3. in Catil. Erat ei consilium ad facinus aptum: consilio autem neque lingua, neque manus deerat.
De consilij sententia aliquid facere. Cic. Att. lib.2, Ait se de consilij sententia rem ad Senatum reiecisse.
Ex consilio alicuius aliquid facere. Cic. Lentulo, lib.1.7, Initio fieri psi totius facti tui iudicium, non tam ex consilio tuo, quàm ex euentu homines esse facturos.
¶ Abdita. Vide ABDITVM.
Abesse consilio, pro Consilium abiicere. Cic. A consilio fugiendi, vt tu censes, absum.
Abiicere consilium, Respuere, reiicere, repudiare. Cic. Att. lib.5.
Ablegare. Cic. in Catil. Dimisso atque ablegato consilio.
Abundare. Cic. Planc. lib.10.16.

Cõſilium quod dabat, acceptum ab vniuerſis & complacitum eſt. Gell.lib.18.cap.3.
Accommodare.In ACCOMMODO.
Adducere ad conſilium. Cic. Famil.15.
Adeſſe alicui in conſilio.Cic.pro Quintio.
Adhibere conſilium,vel ad,vel in conſilium.In ADHIBEO.
Adiuuare.In ADIVVO.
Adminiſtrare.Quintil.lib.5.cap.14.
Admiſceri ad.In ADMISCEO.
Admittere in. In ADMITTO.
Admitti ad.Id ADMITTO.
Afferre alicui.Cic.Att.lib.15,Quid enim illi afferre conſilij poſſum, quum ipſe egeam conſilio?
Afferre in templum conſilium furti.Quintil.lib.4.cap.2.
Agere.In AGO.
Amittere.In AMITTO.
Amouere conſilia caſſa.Seneca.Troad.6.
Amplecti.In AMPLECTOR.
Aperire conſilij fontes. Cicero ad Brut.
Aſſentiri conſilio. Cicero famil.11.
Aſſumere.In ASSVMO.
Capere.In CAPIO.
Capere conſilium de ſententia alicuius.In CAPIO.
Capere ex tempore.Cic.2.Offic.
Capere conſilium,cum infinitiuo. Cic.4.Verr. Capit conſilium de amicorum & propinquorum ſententia non adeſſe ad iudicium.
Pernicioſa alicuius rei conſilia capere.Cic.pro Domo ſua.
Capeſſere.In CAPESSO.
Captare.In CAPTO.
Clauſa habere conſilia.In CLAVDO.
Cogere.Quintil.lib.7.cap.3.
Commiſcere cum.In COMMISCEO.
Communicatum.In COMMVNICO.
Commutare.In COMMVTO.
Conferre.In CONFERO.
Confirmare conſilium.Cic.famil.2.
Confringere.In CONFRINGO.
Coniunctum.In CONIVNGO.
Conſilium vnius cum alterius conſilio coniungere. Cicero Sulpit. libro 4.2.
Conſiſtit conſilium.Cic.Att.lib.8.epiſt.11,Quod me magno animi motu perturbatum putas,ſum equidem. ſed non tam magno, quàm tibi fortaſſe videor.Leuatur enim omnis cura,quum aut cõſiſtit conſilium,aut cogitando nihil explicatur. Tum conſiſtit cõſilium,quum cogitãdo aliquid explicauimus. nihil explicatur:quod Ciceroni tum acciderat:ideóque leuabatur cura.
Conſociare.In CONSOCIO.
Conſtituere.In CONSTITVO.
Conſultare.In CONSVLTO.
Conſumere.In CONSVMO.
Conuocare in animum conſilia.In CONVOCO.
Coquere.In COQVO.
Corrumpere.In CORRVMPO.
Credere alicui ſua conſilia.In CREDO.
Minus fidele alicui dare.Cic.pro Cluent.
Dare ſecundum mores.Quintil.lib.3.cap.8.
Aliquid loci rationi & conſilio dare.Cic.pro Quint.
Deeſſe alicui.Cic.famil.6.
Dictare.Seneca Agamem.4.13. Id eſt exponere.
Dimittere atque ablegare conſilium.Cic.4.Verr.
Diſcrepare à.Planc.Cic.famil.10.
Conſilium dominatur in toto corpore.Lucret.lib.3.
Edicere.Gell.lib.15.cap.27. Vide EDICO.
Egere,& Abundare conſilio,contraria.Cic.Planc.lib.10.16.
Enunciare.Cic.pro Roſc.Amer.
Eſſe conſilio.Cic.2.de Inuent.
A conſilio publico ſpem pacis excludere.Cic.de Claris orat.
Exequi.Terent.in Adelph.
Eximere,hoc eſt adimere,& veluti differre.Rhen.in Caſtig.in Tacitum,lib.11.
In rebus magnis,memoriáque dignis conſilia primùm, deinde acta,poſtea euentus expectantur.Cic.2.de Orat.
Expeditum.Tacit.lib.18.
Animus conſilia expedit.Seneca Agamem.3.1.
Tuta expetere.Seneca Agamem.3.1.
Explere.Cæſar 1.de bel.Ciuil.
Explicare.Cic.Terentię,lib.14.12,Metuo ne id conſilij ceperimus, quod non facilè explicare poſſimus.
Sana conſilia expetere.Seneca Hippol.2.20.
Exponere.Cic.famil.3.
Exquirere.Cic.Sulpit.lib.4.2, Quod meum conſilium exquiris,id eſt tale,vt capere facilius ipſe poſſim,quàm alteri dare.
Extorquere.Lepid Cic.fam.10.
Facere aliquem certum ſui conſilij.Ouid.11.Metam.
Facere conſilij copiam.Cic.3.de Orat.
Fracta,& impulſa fatis.Stat.4.Thebaid.
Gerere aliquid conſilio.Quintil.lib.5.cap.14.
Habere conſilium de. Virg.9.Æneidos,
Conſilium ſummi regni de rebus habebant. Id eſt conſultabant.
Habere ſatis conſilium de re aliqua. Cicero Attico, libro 12,Ipſe Romam venirem, vt vnà eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re haberetur.
Scelera non habere conſilium vulgò dicitur Quintilianus libro 7. capite 3.
Conſilium dicitur exitum habere,quum ſuccedit quod voluimus. Cicero Attico,lib.7.epiſt.10, Ex ſermonibus eorum quos conuenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum.
Impedire.Cic.famil.13.
Impertire.Cic.famil.5.
Inclinare.In INCLINO.
Indicare.Planc.Cic.famil.10.
Inire.In INEO.
Inſperatum.In INSPERANS.
Inſtruere.In INSTRVO.
Intendere.In INTENDO.
Intereſſe.Cic.famil.9.
Interponere.In INTERPONO.
Ire in. Cicero pro Quintio, Tibi inſtat Hortenſius vt eas in conſilium.
Iuncta. Seneca Agamem.4, Secede mecum potius, vt rerum ſtatum,dubium ac minacem iuncta conſilia expliceut.
Iuuare aliquem conſilio.In IVVO.
Labare conſilium dicitur,cui opponitur Fixum eſſe. Cic.Att.lib.8, Scito labare meum conſilium illud, quod ſatis iam fixum videbatur.
Labi conſilio.Cic.7.Philipp.Ego verò metuo,ſi hoc tempore conſilio lapſi erimus.
Manant conſilia.In MANO.
Manere in conſilio.Cic.Offic.3.
Minuere.In MINVO.
Miſcere cum aliquo.Tacit.lib.15.
Miſcere ſe conſiliis.Stat.12.Thebaid.
Mittere in.In MITTO.
Mouere.Valer.lib.4.Argon.
Multare.Cic.pro Rabir.Poſthumo.
Muſſare.Stat.3.Thebaid.
Mutare itineris.Cic.Att.lib.15.
Mutuari.In MVTVVM.
Narrare.Cic.Antonij conſilia narras turbulenta.
Occultare.In OCCVLTO.
Occupare.In OCCVPO.
Occurrere.Cic.in Catil.
Omittere.In OMITTO.
Patêre.Virg.5.Æneid.
Patere.Cic.in Catil.
Perferre.In PERFERO.
Perimere.In PERIMO.
Petere.Cic.Planco,lib.10.16.
Pœnitere conſilij.Cic.Fam.4.
Præuenire,vel anteuenire.Cic.3.Offic.
Ponderare. Cic. Hoc plerunque facimus, vt conſilia euentis ponderemus,&c.
Promere.Cicero Nunc certè promenda ſunt tibi conſilia,&c.
Probare.Cic.Famil.4.
Quærere.Catul.Argon.
Referre in melius.Virg.1.Æneid.
Regere.Quintil.lib.1.cap.10.
Remouere à.Cicer. A ſuis & Reipub.conſiliis remouiſſet.
Repetere rationem. Cicer. Altius paulò rationem conſiliorum meorum repetam.
Reuocare à.Cicero ad Att.3.
Reprehendere.Cic.ad Att.2.
Repudiare.Cic.3.de Orat.
Seneſcunt. Liu.lib.5.Decad.4,Agitandum aliquid,miſcendúmque rati ne cunctando ſeneſcerent conſilia.
Spectare in,vel ad.Cic.de Orat.
Suſcipere.Cic.Fam.6.
Sequi.Cic.Fam.4.
Tegere vultu.Virg.4.Æneid.
Tenere obſtinatum alicuius rei.Seneca Hippol.7.
Valet.Cic.Cn.Magno Proconſuli,in Epiſtolis ad Atticum,libro 8, Sed mihi non ſumo vt meum conſilium valere debuerit.
Venire in alicuius. Cic. Att.lib.10, Veniendúmne ſit in conſilium Tyranni,ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit.
Verſare pectore.Virg.1.Æneidos,
At Cytherea nouas artes,noua pectore verſat Conſilia.
Regnum viget conſiliis.Virg.2.Æneid.
Vti conſiliis.Cic.Fam.1.
¶Conſilium eſt ita facere,expectare,&c.Plaut.Milite 6. Id eſt propoſui & decreui.Cic.ad Att.lib.5,Ibi enim Pomptinum ad eam diem, quam tu ſcripſiſti, expectare conſilium eſt. Quod alio loco dicit, deliberatum eſt apud me.
¶Eſt noſtri conſilij, in poſterum quamlongiſſimè prouidere. Cic. 7.Philipp.
Magni conſilij eſt quid faciendum ſit. Cic.Attico, lib.15, Sed quid ætati credẽdum ſit,quid nomini. quid hæreditati, magni conſilij eſt.
¶Eo conſilio vt.Cic.1.de Finib. Explicaui,inquit,ſententiã meam, & eo quidem conſilio,tuum iudicium vt cognoſcerem.
¶Conſilio,in ablatiuo,pro Arte,vel De induſtria. Liuius lib.4.bel. Maced. Sequutum tamen ſua ſponte eſt, velut conſilio petitum eſſet, vt vilior ob ea regi Annibal ſuſpectiórque eſſet.
Conſilio verſare dolos ingreſſus & aſtu.Virg.11.Æneid.
Conſilio hanc omnes animiſque volentibus vrbem Afferimur. Virg.7.Æneid.
¶Conſilium,pro iudicibus deſignatis. Cic.pro Roſc. Amer. Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc conſilium delecti eſtis propter ſeueritatem.
Sapiens. Cicero 2. de Orat. Atque hæc in Senatu minore apparatu agenda ſunt. Sapiens enim eſt conſilium, multiſque aliis dicendi relinquendus locus.
Conſilium,cui cauſſa manumittendi ſerui ab annis viginti minore,probanda eſt,conſtabat Romæ quidem ex quinque Senatoribus, & quinque Equitibus Romanis: in prouincia verò viginti Recupe-

ratoribus ciuibus Roman. Vlpian. tit. 1. Inst.

¶Consilium, pro illo cœtu etiam sæpius sumitur, qui more maiorum Imperatori rem militarem administranti solebat adesse. Sallust. in bell. Iugurth. de Metello Imperatore, Ita more maiorum ex consilij decreto per legatos Iugurthæ imperat argenti pōdo ducenta millia. Iterum, Igitur Rex vti cōstituerat, in castra venit, ac pauca præsenti consilio loquutus, &c. Turnebus.

Consilio, consilias { βουλεύω } consiliare, Consilium dare, vel petere. Cic. ad Att. lib. 15. Tu quid egeris tua cū tristi tum etiam difficili ad consiliandū legatione, vehementer expecto. Est enim inexplicabilis. Hoc est, de qua ego tibi consiliū dare non facilè possim. Hor. 3. Car. ode 3,

-hac Quirinus Martis equis Acheronta fugit
Gratum elocuta consiliantibus
Iunone diuis.

Consilior, Deponens. pro Consilium do, qua in significatione perrarò reperitur. Vsus est Horatius in Arte, his verbis, Ille bonis faueátque, & consilietur amicis. Vide Lambinum in Horat.

Consiliator, penultima producta, Verbale { βουλευτής } Plinius Iunior lib. 4. epist 17, ad Gallum, Ille in gerendis meis honoribus consiliator & rector.

Consiliarius { σύμβουλος } Qui dat consilium. Cicero Lent. lib. 1. 2. Perspicio id quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iampridem à certis hominibus non inuito rege ipso, consiliariísque eius esse corruptam.

Consiliarius atque administer. Cic. 3. de Legibus, Est autem boni Auguris, meminisse maximis Repub. temporibus præsto esse debere, Iouique Optimo Maximo se consiliarium atque administrū datum.

Amici & consiliarij alicuius. Cic. 4. Verr. Interea sanè perturbatus & ipse, & eius amici & consiliarij molestè ferre cœperunt.

Consiliarius & author. Cic. Att. lib. 14. 6, Sed tamen ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem & authore Vestorio.

Consiliarium in corde conuocare. In CONVOCO.

Consiliarius cædis. Patere. lib. 2. Id est qui cædem fieri consuluit.

Consiliarius, Adiect. { βουλευτικός } Plaut. Trucul. 5. 6.

-magísque
Adeò ei cōsiliarius hic amicus est, quàm auxiliarius. Idē Epid. 3. 5,
Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.

Consiliosus, penultima producta. à Catone dictum, teste Gellio libro 4. cap. 9.

Consulo, consulis, penul. corr. consului, consultum { [illegible] } consulere, Dare aut petere consilium, pro varia constructione.

Consulere, sine adiecto, idem quod Consultare. Cæsar 7. bel. Gall. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt. Terentius Adelph. 5. 9, Age pater. M. pòst consulam.

In longitudinem consulere. Terent. Heaut. 5. 2,
Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cœpi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere. Id est non prouidere in posterum.

In commune. Id est in publicam vtilitatem, & aduocato publico consilio, déque publicis negotiis. Terent. Andr. 3. 3,
Oro te in commune vt consulas.

In publicum, Idem. Plin. Iun. lib. 9. epist. 13, Quòd intermissum iandiu morem in publicum consulendi, susceptis, &c.

In medium. Lucanus libro 5. 10.

Consulitur in medium. Liuius 6. bel. Pun. Cæterum, quemadmodum nemo priuato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur. Id est in commune.

In vnum. Tacit. lib. 20.

Consulere de. Propert. lib. 4. eleg. 5,
Consuluítque striges nostro de sanguine.

Consulere de aliquo bene vel malè. Est bene vel secus eum accipere & tractare, & cum eo agere commodè aut incommodè. Liuius Decad. 3. lib. vltimo, non procul à fine, De perfugis grauius quàm de fugitiuis consultum. Id est nullos acerbius acceperunt & tractarunt, vel cogitauerunt, & tractare statuerunt. Budæus.

Consulere de salute suorum, & Relinquere cōmunem, contraria. Cic. pro Sylla, Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, vt quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat.

Consulere de se grauius. Cic. ad Atticum. Id est noxium & exitiosum sibi cōsilium capere. Cælius Ciceroni, lib. 8. 16. Per fortunas tuas Cicero, per liberos oro, obsecro, nequid grauius de salute & incolumitate tua consulas.

Consulere sibi de seipso Cic. Att. lib. 7, Aliter enim mihi de illis ac de me ipso consulendum est.

Ex re consulere. Hoc est prout occasio tulerit. Tacit. lib. 1, Nullis satis certis mandatis, ex re consulturum.

Consulere in aliquem, Idem quod malè eum accipere & tractare. Liuius, In humiliores crudeliter, libidinoséque consulebatur.

Consulere aliquid in se & in alterum. Terent. Heaut. 3. 1,
Quia pessimè istuc in te atque in illum consulis,
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis.

Malè consulere in aliquem. In MALVS.

Boni. Plin. in procemio libri 33. Id est bonum iudicare, vt exponit Quintil. lib. 1. cap. 10.

Boni consulere aliquid. Ouid. 1. Trist. eleg. 1.

Laborem alicuius boni. Quintil. in procem. lib. 6.

¶Consulere aliquid mali quod facias alteri. Plaut. Persa, 23,
Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt
Quod faciant.

Licet consulere? Cicero pro Murena, Itaque non modò beneficij collocandi spem, sed etiam illud quod aliquando fuit, licet consulere? iam perdidistis. Vetus est loquendi formula: qui enim iurisconsultos adibant consultores, dicere solebant, Licet consulere? Quod venustè imitatus est Horatius: Ergo, inquit consulere & mox respondere licebit.

¶Consulere { [illegible] } alicui, Prouidere etiam significat. Terentius Heaut 4. 3,
Tu fortasse quid me fiat paruipendis, dum illi consulas.

Consulere & prouidere. Cic. 2. Verr. Cui loco per deos immortales Iudices, consulite, ac prouidete.

Consulere, & Negligere, pugnantia. Cic. 1. Offic. 1, Qui autem parti ciuium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in ciuitatem inducunt, seditionem atque discordiam.

Prospicere & consulere aliquid. Cic. Att. lib. 11, Sed tamen aliquid consuli & prospici poterit.

Longe. Virg. 9. Æneidos,

-tu nequa manus se attollere nobis
A tergo possit custodi, & consule longè.

Omnibus consulere, mederi incommodis hominum, prouidere saluti. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1.

Consulere alicui optimè. Cic. de Amic. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eísque optimè consulere soleat.

Optimè illi consultum vult esse. Terent. Phorm. 1. 3.

Consulere malè alicui. Plaut. Asin. 16,
Dicebam pater ne matri consuleres malè.

Commodis & vtilitati aliquorum consulere, salutíque seruire. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1.

Concordiæ. Liu. 4. bel. Maced. Concordiæ in ciuitatibus principes & ordines inter se, & in commune omnes ciuitates consulerent.

Dignitati alicuius, Cic. Appio, lib. 11. 29.

Existimationi. Cic. 5. Verr. Hoc quum palàm Decumani tota prouincia loquerentur, tuúmque nomen in re tam turpi nefariáque interponerent, nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere?

Famæ. Cic. 3. de Finibus, Sic futuræ post mortem famæ, tamen esse propter rem etiam detracto vsu consulendum.

Latè famæ alicuius. In LATVS.

Fidei. Cic. pro Cælio, Sed vestræ sapientiæ tamen est Iudices, &c. ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam alieno dolori potius, quàm vestræ fidei consulendi.

Fortunis. Cic. ad Marcel. lib. 4. 9, Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis.

Infirmitati. Plin. epist. 20. lib. 7.

¶Consulas. Antiqui ponebant non tantùm pro Cōsilium petas & percontēris, sed etiam pro, iudices & statuas. Festus.

Consulere ius, pro Petere consilium de iure. Liuius 9. bel. Maced. Idem in pace, Si ius consuleres, peritissimus: si causa oranda, eloquentissimus.

Labori alicuius. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Natis & thalamis. Seneca Medea, 7. 3,
Consulere natis malle quàm thalamis reor.

Vitare inimicitias, & posteritatis otio consulere. Cic. Thermo libro 2. 17.

Paci semper est consulendum. Cic. 1. Offic.

Pudori. Cic. 2. de Finib.

Prospicere & consulere rationibus alicuius. Cic. Appio lib. 7. 2.

Saluti suæ. Cæsar 5. bel. Gall.

Supremis suis, hoc est Ad finem vitæ respicere. Tacit. lib. 15.

Consulere tempori, id est Habere rationem temporis. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 9.

¶Consulere, accusatiuo personæ iunctum, significat petere consilium. Cic. pro Quint. Sed ne ipse quidem te consuluisti.

Iam vos consulo Iudices, quid mihi faciendum putetis. Cicero 2. Verrin.

Ego pro te hoc consulo quod tu consulere oblitus es. Cicero pro Quintio.

Coniectorem. Plaut. Amph. 7.

Nec te id consulo. Cic. Att. lib. 7.

Consulere aliquid alterum. Plaut. Menæch. 15,
Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.

Per literas aliquem. Cic. Appio, lib. 11. 29.

Consuluit Apollinem de bello. Id est interrogauit an deberet bellare. Plin. De viris illust.

Deos. Ouid. 2. Fast.

Consulere deum augoriis. Liu. 1. ab Vrbe.

Spirantia exta. Videre quid ipsa portendant. Nam ex victimarum quoque extis augures futura diuinabant. Virg. 4. Æneid.

Lucos. Virgilius 7. Æneid. de Latino rege. Id est, Faunum in lucis consulere.

Consulere nares. Martial. lib. 9. epigr. 60,
Consuluit nares, an olerent æra Corinthon.

Oracula Phœbi. Ouid. 3. Metam.

Speculum. Ouid. 3. de Arte,

-quod quanque decebit
Eligat, & speculum consulat antè suum.

Viam longam bene consulere alicui. Tibul. lib. 2. eleg. 6.

¶Consultum non est. Plaut. Rud. 6. 7,
Neque eam vsquam inuenio, neque quò eam,
Neque quà quæram, consultum est.

Consulens, penult. corr. Participium { [illegible] } Cic. in Orat. Eodem tempore & discentibus satisfacerent, & consulentibus.

Consulor, consuleris { [illegible] } consuli, vt, Consulor de hac re. Id est consilium à me petitur. Cic. 3. Verr. Quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili consuli solent.

Consuli populus dicebatur Romæ, lex quū rogabatur. Festus. Rogatio est, inquit, quum populus consulitur. Cic. 3. de leg. Qui agent, non plusquam de singulis rebus consulunto. Et in Miloniana, Nihil de eius morte populus consultus, nulla quæstio decreta à Senatu est.

Consuli res dicitur, de qua ad Senatū relatum est, vt patet ex lege quadam operis faciendi, quam vide infrà in dictione Duumuirates.

S. natus

Senatus nihil consulitur.Cic.Octauiano in epist.ad Q.frat.lib.3.25.
Consul,consulis,penult.corr. masc.g. {ὕπατος} Maior magistratus erat Romæ,inquit Festus.
Consules quare dicerentur,ostendit Varro de Vita pop. Rom.lib. 2,Quòd iidem dicebantur Consules,& Prætores:quòd præirent populo,Prætores: quòd consulerent Senatui,Consules. Hæc Nonius. At Varro de Lingua Latina lib. 4, Consul, inquit, nominatus, quòd consuleret populum & senatum. nisi illinc potius,vnde Accius ait in Bruto,qui rectè consulat,Consul fiat. Quintil. lib.1. cap.10, dubitari posse dicit,an à consulendo dicatur Consul,an à iudicando. Nam & hoc consulere veteres vocauerunt. Vnde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas,Id est bonum iudices. Hæc Quintil. Huius interpretationis meminit etiam Liuius Decad. 1. lib.3. Cic. in Pisonem, Animo Consulem esse oportet,consilio,fide,grauitate,vigilantia,cura,toto denique munere Consulatus,omni officio.
Æquus Consul.Sil.lib.13.
Capillatus.Iuuenal.sat.5.6.
Imperiosus.Cic.Post red.in Sen.
Maior.In MAGNVS.
Popularis.Cic.2.de Lege Agr.
Accipere de plebe Consulem.In ACCIPIO.
Agere.In AGO.
Declarare aliquem.Cic.2.de Lege Agr.
Designatus in ciuitate.Cic.pro Murena.
Dicere Consules,Creare.Liu.Decad.3.lib.6.
Iunoni Sospitæ Consules omnes facere necesse erat. Cicero pro Murena.
Sine repulsa facti.Cic.2.de Lege Agr.
Imponere populo.In IMPONO.
Renuntiare aliquem.Cic.pro Murena,Illo die, quo auspicato comitiis centuriatis L.Murenam Consulem renuntiauit,&c.
Relatio.Tacit.lib.1.
Syluæ sint Consule dignæ.Virg.4.eclog.
Quinquies.Cic.2.de Diuinat.
Q.Maximo quintùm Consule. Cic. in Brut. Id est quintum Consulatum gerente.
Sextùm Consul Marius.Cic.in Pisonem.
Septimùm Consul Marius.Cic.3.de Nat.deor.
¶Consulem,pro anno poetæ dicebant, quoniam singulis quibusque annis noui Consules creabantur.Martial.lib.1,
Bis iam penè tibi Consul tricesimus instat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Nec soli poetæ sic loquuntur, imò verò & oratores ipsi. Cicero in Bruto, Vt si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo, vt proximis Consulibus natum velit:nec rursus ita vetere, vt Opimium aut Anitium Consulem quærat. Proximis Consulibus, id est anno superiore.Anitium Consulem, id est annum ab Vrbe Condita quingentesimum nonagesimumquartum : quo quidem anno L.Anitius Gallus cum M. Cornelio Cethego Consul fuit. Romani quippe annos per Consules numerabant,& quàm vetus esset vinum ex Consulibus discebant. Hinc ait Martial.lib.13.epigr.111,
De Sinuessanis venerunt Massica prælis:
Condita quo quæris Consule?nullus erat. Id est,antè quàm Consules essent, diffusum fuit. Ostendit vetustatem. Vel Consulem, nomen ipsius Consulis scriptum in doliis, in quibus inscribebantur Consulum nomina, quibus Consulibus vinum conditum fuisset, vt ex Martiale, & ex Horatij libro tertio,ode vigesimaprima cognosci potest.
Consule primùm,facto Consule iterum.Catul.epigr.108.
Te Consule.Virg.4.eclog.
Consul θεωρητικός à Cicerone vocatur quidam Caninius Reuilus,vt refert Macrobius. Hoc sic explicat Turnebus:Verbo philosophorum vsus est:qui νοητὰ vocant ea, quæ ratione & intelligentia comprehenduntur & percipiuntur.non sub sensum cadunt, vt ab iisdem ponuntur ἀρχαὶ νοηταὶ,principia rerum sensum fugientia, vt atomi & materia:sed & sapiens Stoicorum,qui nunquam fuit,nec futurus est, νοητὸς etiam dicitur,vt & Caninius dici vnius Consul,quem propter breuitatem diecule vnius,cogitare homines potius Consulem fuisse,quàm Consulem videre potuerunt.
Consulatus,huius consulatus, penult.prod. {ὑπατεία} Officium vel dignitas,siue tempus quo Consul in officio est.Plin.lib.14.cap.15, Epulo verò in tertio Consulatu suo Falernum.
Honorum populi finis est Consulatus.Cic.pro Planco.
Consulatus ordinarius.Sueton.in Domitiano,In sex Cõsulatibus, nonnisi vnum ordinarium gessit. In quo quæritur quis ordinarius sit Cõsul:eum sic appellatum reor, ex cuius nomine anni supputatio ordinabatur, id est cuius nomen in literis, & instrumentis, & in fastis scribebatur, qui denique Calendis Ianuariis honorem inibat. Nam ætate Imperatorum annus in multos diuidebatur Consules : sed soli qui anni initio inibant honorem, ordinarij censebantur,honoratioresque erant. Seneca, Consulem me fecit, sed non ordinarium. Id à Dione lib 43.etiam scribitur. Hæc ex Turnebo.
Abdicare se Consulatu In ABDICO.
Abire.In ABEO.
Adipisci.Cic.pro Murena.
Capere.In CAPIO.
Comprobare.Cic.Post red.in Sen.
Communicare.In COMMVNICO.
Conferre.In CONFERO.
Consequi.Cic.pro Murena.
Exploratus & domi conditus Consulatus. Cicero pro Murena, Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. De Catilina.
Grandiorem ætatem ad Consulatum constituebant, adolescentiæ temeritatem verebantur.Cic.5.Philipp.

Gerere.Cic.2.de Lege Agraria.
Ingredi. Quintil.lib.6. cap.1, Persuasit enim nihil esse ad præsentem rerum statum vtilius, quàm pridie Calendas Ianuarias ingredi Consulatum.
Inire.In INEO.
Inuadere.In INVADO.
Obtinere.Cic.pro Murena.
Aditum ad Consulatum non magis nobilitati quàm virtuti patere.Cic.pro Murena.
Perfunctus.In PERFVNGOR.
Petere.Cic.2.de Lege Agraria.
Suscipere cum Tribunatu.Cic.2.de Lege Agraria.
Titulum Consulatus sustinere.Cic.in Pisonem.
Consularis, & hoc Consulare, penult. prod. {ὑπατικός} vt,Consularis vir,Qui Consul fuit.Cic.8.Philipp.
Consularis ætas,In qua Consulem esse licebat.Cic.5.Philip.Quid Macedo Alexander,quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset,nonne in tertio & tricesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm Consularis. Vide Annus meus,noster,vester,&c.in ANNVS.
Auspicia.Cic.pro Murena.
Consularis cognitio, summa cognitio vocabatur, apud Quintil. lib.3.Budæus.
Consularia comitia.Cic.ad Attic.lib.9.
Familia.Cic.pro Planc.
Fœmina. Tranquillus in Augusto, Obiecit ei Consularem fœminam è triclinio viri coràm in cubiculum adductam. Consulares autem fœminas dicimus,Consularium vxores.L.1.D.De Senatoribus.
Imperium.Cic.pro Rab.
Lictor.Horat.2.Carm.ode 16.
Libidini Consulari restitit vis Tribunitia nonnunquam. Cic.2.de Lege Agraria.
Loco Consulari sententiam dicere.Cic.1.Philipp.
Numerus.Cicero 2.Philipp.Qui duo è Consulari numero sunt.
Officium.Cic.pro Rab.perd.reo.
Prouinciæ.Cic.pro Domo sua.
Consulare vinum.Martial.lib 7.epigr.78.
Consulariter,penult.corr.Aduerbium {ὑπατικῶς}Vide Honorabilis in HONOR.
Consulto,consultas {βουλεύομαι} consultare, Est quum aut plures de re vel rebus deliberant, aut vnus secum de duabus aut pluribus deliberat rebus,vt Senatores consultant.Cæsar 5.bel.Gall.Omnes ferè Galliæ ciuitates de bello consultabant.
Consultare aliquid & procurare.Liuius,Ad hæc consultanda procurandáque,multitudine omni à vi & armis conuersa,&c.
Deliberare & consultare de re aliqua.Cic.3.Offic.
De tempore futuro.Quintil.lib.3.cap.8.
Consultare Reip. Sallust. Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reipub. consultabant. Id est Beneficium in Remp.conferebant.
Consultare ex re sua.Plaut.Asin.10,
Meum caput contemples,si quidem ex re consultas tua.
Consultare consilio.Plaut.Trucul.4.7.
Male corde consultare.Plaut.Trucul.5.15,
-blandè loqui.malè corde
Consultare,bene loqui lingua.
¶Consultare aliquem. Plaut.Milit.15. Id est consilium petere.
Consultare aues. Plin.Iunior in Paneg. Vna erat in limine mora, consultare aues,reuererique numinum monitus : nemo perturbabatur,nemo submouebatur.
Deliberationes consultare.Author ad Herennium,lib.3, Item deliberationes partim ipsæ propter se consultandæ sunt : vt si deliberet Senatus,&c.
Consultare cum infinitiuo.Sil.lib.6,Consultant mandare duci.
Consultator, penultima prod. Qui consilium petit. Vide In latenti, in præpositione IN.
Consultatio,Verbale {συμβουλή,συμβουλία.} Terent.Hecyr.4.4,
Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est. Cic.ad Attic. libro 8, Ego nauem paraui:tuas literas tamen expecto, vt sciam quid respondeant consultationi meæ.
Deliberatio & consultatio. Cic.3 Offic.Sapiẽtem & bonum virum fingimus:de eius deliberatione & consultatione quærimus.
Quæstionem infinitam,quæ Græcè θέσις dicitur,Cicero vocat consultationem,& à controuersia distinguit in Partit.Rhetor.
Apud C.Cæsarem consultatio de pœna Theodori ponitur.Quint. lib.3.cap.8.
Proposita consultatio.Quint.lib.3.cap.8.
Consultus {βουλευθείς} Participium à Consulor, Interrogatus, à quo consilium petitum est:vt,Consulti medici responderunt nihil periculi esse. Cic.pro Domo sua, Senatus quidem cuius grauissimum est iudicium de iure legum,quotiescunque de me consultus,&c.Idem pro Milone,Nihil de eius morte populus consultus.
Re consulta atque explorata. Cic. Attic.lib.2.31, Nondum videlicet literas meas legerat, quibus ad eum re consulta & explorata perscripseram non deberi.
Consultum ac prouisum est mihi,vt. Cic.2. in Catil. Mihi, vt vrbi sine vestro metu ac sine vllo tumultu satis esset præsidij,consultum ac prouisum est.
Consultum & exquisitum. Cic.1.de Orat. Quanquam ipsi omnia quorum negotium est,consulta ad nos & exquisita deferunt.
Consultus {ἔμπειρος,ἐπιστήμων} Nomen adiectiuum, significat scientem & peritum,à quo iure consilium petas. Horat.1 Serm.sat.1,
-eris tu qui modò miles,
Mercator:tu consultus,modò rusticus.
Consultus eloquentiæ,Eloquens.Liuius Decad.1.lib.10, Callidos, solertésque,iuris atque eloquentiæ consultos.

Consultus iuris & iustitiæ. Cic. 9. Philipp. Neque enim ille magis iuris consultus, quàm iustitiæ fuit.

Natura aut disciplina. Cic. pro Cecinna, Ita iustus & bonus vir est, vt natura non disciplina consultus esse videatur.

Consultus iuris, & actor causarum mediocris. Horat. in Arte.

Consultus vniuersæ disciplinæ. Columella libro 11. cap. 1, Veruntamen vt vniuersæ disciplinæ vix aliquem consultum, sic plurimos partium eius inuenias magistros, per quos efficere queas perfectum villicum.

Consultissimus iuris. Plinius de Viris illustr. Eloquentia primus, iuris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit. Cicero de Claris Orat. Nam vt paulo antè dixi, consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse.

Consulta verba, Prudenter & consulte dicta. Ouidius lib. 1. de Arte amandi,

Sit tibi credibilis sermo, consultáque verba.

Consultum, consulti { [illegible] } Decretú statutum. Horatius in Epistol.

Qui consulta patrum, qui leges, iuráque seruat. Cicero 2. de Legibus, Factáque & consulta fortium ac sapientium sempiternis monumentis prodere.

In manibus consulta alicuius esse. Sil. lib. 7,

Non cum Flaminio tibi res, nec feruida Gracchi

In manibus consulta.

Petere. Virg. 6. Æneid.

Belli consulta non stant. Sil. lib. 4,

At non & rerum curas, consultáque belli

Stare probat.

Consultor { [illegible] } Verbale, à verbo Consulo, Qui consilium capit. Cicero pro Murena, Vigilas tu de nocte, vt consultoribus tuis respondeas.

¶ Consultor etiam ille dicitur qui dat consilium. Sallustius in Iugurtha, Simul ab eo petiit, vt fautor, consultórque sibi adsit. Varro 3. de Re rust. cap. 2, Opinor, inquam, non solùm quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimum: sed etiam bonum consilium, qui consulit & qui consulitur, bonum habendum.

Consultorius, consultoria, consultorium, Adiectiuum. vt, Consultoria hostia. Ea autem erat, qua diuina voluntas per exta disquirebatur. De hac Virgilius,

-mactat lectas de more bidentes. Duo enim hostiarum genera à Macrobio enumerantur, quarum altera Animalis vocatur, quū idcirco solùm hostia mactabatur, vt eius anima, hoc est sanguis & vita, deo alicui offerretur. Altera Consultoria, cuius exta ab aruspice inspici solent, & deûm voluntas ex illis explorari.

Consultrix { [illegible] } Verbale fœmininum. vt,

Consultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmq; omnium natura. Cic. 2. de Nat. deor.

Consultè, Aduerbium { [illegible] } Prudenter. Plaut. Rud. 27,

Ille qui consultè, doctè, atque astute cauet.

Consultò { [illegible] } Aliud aduerbium, hoc est cum consilio, & non temerè Plaut. Pœn. 15, Consultò hoc factum est, mihi vt insidiæ fierent. Pro eodem Gellius dixit, Consulta opera, lib. 6. cap. 17, Non sponte, neque consulta opera.

Consultò, & Fortuitò, contraria. Cic. 1. Legibus, Vt ea quę gignuntur, donata consultò nobis, non fortuitò nata videantur.

Consulto, Ablatiuus qui vice infinitiui vsurpatur. vt, Opus est consulto, id est consulere. Sallustius, Nam & priusquam incipias, consulto: & postquam consulueris, mature facto opus est.

Consimilis, & hoc consimile, penult. corr. { [illegible] } cui contraria sunt Dissimilis atque absimilis, quæ sunt eiusdem significationis. Plautus Amphit. 4, Tam consimilis est atque ego.

Carmen consimile. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7.

Causa. Lucret. lib. 4.

Color. Lucret. lib. 2.

Consimilis ludus. Terent. Eun. 3. 5,

-& quia consimilem luserat

Iam olim ille ludum.

Ratio. Lucret. lib. 1.

Consimilis, genitiuo iunctum. Terent. Heaut. 2. 4,

Cuius mos maximè est consimilis vestrûm. Cicero 2. de Oratore, Causa aliqua posita consimile causarum earum quæ in forum deferuntur.

Consimilis, datiuo. Terent. Heaut. 2. 4,

Isti formæ, mores vt consimiles forent. Cic. 2. Philip. Quòd quum rem gessisset, consimilem rebus iis, quas ipse gesseram, me potissimum, &c.

Consimilis moribus. Terent. Heaut. 5.

CONSINGE, Nicomedis Bithyniæ regis vxor, quæ à cane lacerata fertur, propter lasciuiorem cum marito iocum. Author Plinius libro 8. capite 4.

Consiptum, pro Consepto vsurpauit Ennius, teste Festo. Consiptum, Clauis præfixum.

Consisto, consistis, constiti, constitum { [illegible] } consistere, A con. & sisto compositum, significat stare. Plaut. Aulul. 14. 15, Iam nunc non ausim præterire quin consistam & colloquar. Terentius Adelph. 2. 1,

Otiose nunc iam illico hic consiste. Vbi Donatus, Consistere, est audacter & constanter stare.

Consistere & commorari. Cic. pro Roscio Comœd. Ipsa mihi veritas manum iniecit, & paulisper consistere & commorari iussit.

Consistere & Cadere, sunt pugnantia. Cic. in Orat. Miniméque in lubrico versabitur, & si semel constiterit, nunquam cadet.

Vires prohibent cōsistere me, Id est ob virium imbecillitatem subsistere non possum. Ouid. 7 Metam.

Obuia duci constitit. Lucret. lib. 3.

¶ Constitit nusquam. Brutus ad Cic. lib. 11. 13.

Constitit cum altero hoc loco. Plaut. Cistel. 10.

Iam hoc loco cum altero constitit.

Constitit triduum Romæ. Cic. 3. Verr.

Ante oculos. Ouid. epist. 15.

Ante pedes alicuius. Lucan. lib. 2.

Ante vultus alicuius. Ouid. epist. 19.

Propius. Ouid. 3 de Arte Amandi.

Contrà. Virg. 12. Æneid.

Ex diuerso. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Consistere in aliquo loco. Cæsar 4. bel. Gall. Nostri simul in arido constiterunt.

In acie. Tacit. lib. 2.

Consistere in choro aliquo. Seneca Medea, 2. 8,

Hæc quum virgineo constitit in choro

Vnius facies præminet omnibus.

In medio conspectu. Virg. 2. Æneid.

In humo quadam. Ouid 1. Fastorum,

-in Aonia constitit exul humo.

Latio consistere Teucros. Virg 8. Æneid. Vbi Seruius, Consistere, significat iam conditos esse, Id est fundasse ciuitatem.

Oris placidis. Propert. lib. 1. eleg. 19.

Pontibus crebris. Virg. 4. Georg.

Tectis. Stat. lib. 1. Thebaid.

Terra aliqua. Virg. 1. Æneid.

Prima consistere terra. Virg. 1. Æneid. Id est littore. Seruius.

Patria consistere terra. Virg. 10. Æneid.

In thalamo. Propert. lib. 1. eleg. 14.

Super ripam. Ouid. 6. Metam.

Consistere ad anchoram, vel in anchoris. Cæs. 3. bel. Ciuil. Ipse ad anchoram vna nocte constitit.

Ad terga alicuius. Ouid. 5 Fast.

In suo. Cic. 3. de Orat. In hoc igitur tanto, támque immenso campo, quum liceat oratori vagari liberè, atque vbicunque constiterit, consistere in suo &c.

In possessione iudicij ac defensionis suæ. Cic. 2. de Orat.

Intra ea quæ profitentium commentariolis vulgata sunt consistere. Quint. lib. 1. cap. 5.

Inter se dissimili summa. Lucret. lib. 2.

Acies constitit in agmen quadratum. Tibul. lib. 4. eleg. 1.

Vertice celso aeriæ quercus consistunt. Virg. 3. Æneid.

¶ Consistere, Quiescere. Brutus ad Cassium, Quia vbi cōsistamus, non habemus.

Consistere ad aliquam rem dicitur qui eius inspiciendę causa moratur Seneca de Vita beata, Ita quæ spectātur, ad quæ consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, intus misera sunt.

Consistere ad sonitum Seneca Herc. fur. 7. 11,

Ad cuius sonitum constiterant feræ. De Orpheo.

Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. Cicero pro Archia.

Consistere, aliter. Cic. Gallo, lib. 7. 27, In eas quum incidissem, in cœna augurali apud Lentulum tanta me [illegible] arripuit, vt hodie primùm videar cœpisse consistere.

Aluus consistit. Cato cap. 125. Hoc est compressa est.

Morbus consistit, cui opponitur Increscit. Celsus lib. 3, Videndus est etiam morbus an increscat, an consistat, an minuatur.

Cursus pituitæ. Celsus lib. 6. cap. 6, Vbi verò aliquis releuatus est, iámque cursus pituitæ constitit, &c.

Stomachus Celsus lib. 4. cap. 5. Id est tenet, nec amplius euomit.

Consistit aqua. Varro 1. de Re rust. cap. 51, Vt si pluerit, aqua non consistat.

Frigore consistere dicuntur fluuij. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. Id est glacie astricti & congelati.

Mare constitit vndis. Tibul. lib. 4. eleg. 26.

Pontus consistit glacie. Ouid 3. Trist. eleg. 10.

Vento consistere. Virg. 4. Georg.

Causa consistit in crimine. Cic. 1. de Orat. Quum possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus causam contentionémque maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis Consularis: præsertim quum hæc non in crimine aliquo, quod ille posset inficiari, sed in ciuili iure consisteret?

In hoc summa iudicij causáque tota consistit. Cic. pro Quint.

Causam belli in persona alicuius consistere. Cicero 2. Philipp. Tibi certè confitendum est, causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse.

Fides constitit vtrinque. Liuius 2. ab Vrbe, Vtrinque constitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt, & apud regem Hetruscum non tuta solùm, sed etiam honorata virtus fuit.

Respub. in vnius anima consistit. Cicero pro Marcello, Doleóque, quum Respub. immortalis esse debeat, eam in vnius mortalis anima consistere.

Consistit spes eorum in ea re. Cæsar 3. bel. Gal.

Salus constitit. Cæsar 3. bel. Ciuil. Ita exiguo tempore magno casu totius exercitus salus constitit. Id est vicerunt.

Suspicio in aliquo. Cic. pro Cluent. Similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat.

Victoria in hoc. Brutus ad Cic. lib. 11. 13, Sanè quàm sum gauisus in hoc enim victoriam puto consistere.

Rhetorica in actu. Quintil. lib. 2. cap. 18.

¶ Consistere, Esse, manere. Horat. lib. 1. Serm. sat. 1,

Est modus in rebus, sunt certi denique fines,

Quos vltra citráque nequit consistere rectum.

Consistere, In loco manere, nec moueri. Vlpian. in l. 2. §. vlt. D. de his qui not. infam. Quolibet loco, vbi quis consistat, moueatúrque.

Consistere cum aliquo. Cic. 2. Verr. Cum hoc consistat, hunc amplexatur, hunc iubet sine cura esse.

Verbis cum aliquo consistere, & re dissidere. Cic. 4. de Fin. Vidésne igitur Zenonem tuum cum Aristone verbis consistere, re dissidere?

In sententia

In sententia aliqua consistere. Cic. Trebatio, lib. 7. 17, Quòd iam videris certa aliqua in sententia constitisse.

Ira infracta constitit. Ouid. 6. Metam.

Mente non consistere, Id est furore & vecordia percitum esse. Qui enim furiosi sunt, iactantur & agitantur, neque vel corpore vel animo conquiescere possunt. Cic. in Verrem, Consistere eius animum sine furore atque amentia non sinunt. Et in Antonium, Nec verò te vnquam neque vigilantem, neque in somnis credo mente posse consistere. Hinc & iocus ille Plautinus in Pœnulo,

AG. Sunt mihi intus aurei nescio quot lymphatici.

M. Defero ad me, faxo ac tutum constiterit lymphaticum. Significat se nummos habere, qui exire gestiant, nec consistere queant, sed lymphatici sint atque furiosi: seruus pollicetur medicinam, séque effecturum, vt si ad se deferátur lymphatici nummi, consistant, quiet-que reddantur sanato furore & lymphatico morbo.

Mens consistit. Cic. pro Domo, Præsertim quum iste impurus, &c. ageret illam rem ita raptim & turbulètè, vt neque mens, neque vox, neque lingua consisteret.

Non consistere mente, lingua, oratione. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 7, Et tantus clamor à nostris (placuerat enim referre gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret.

Consistere tranquillo animo. Cicero de Senectute, Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo possit animo consistere?

Consistere pectore nequit consilium, pro In pectore. Terentius Adelph. 4. 4. Vulgus dicit, *Nescio quid debeo facere.*

Consistit authoritas Ceretano vino. Plin. lib. 14. cap. 6. Id est, vinum Ceretanum apud Gallos magis in pretio est.

Consistit tibi omnis causa familiæ. Plaut. Asin. 10, Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

¶Legatum consistere, pro Valere. Africanus in l. seruum filij. D. de leg. primo, Seruum filij sui castrensis peculij legare pater potest. Et si viuo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remásit, consistit legatum.

Sine re aliqua non consistere. Papinian. in l. denique. D. ex quibus causis maiores, Placet interruptam possessionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non constitit. Lege vsucapionem.

Obligationes quæ non propriis viribus consistunt, neque officio iudicis, neque prætoris imperio confirmantur. Papinian. in l. obligationes. D. de action. & obligat.

Vsura consistit, quum non procedit. Cic. Attico, lib. 6.

¶Consistere cum aliquo in iudicio, Id est litigare. Martianus in l. nullo modo. D. ad l. Corn. de fals. Nullo modo serui cum dominis consistere possunt. Id est eos accusare. Plaut. Curcul. 10, Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.

Aduersus aliquem consistere ex re aliqua. Hermogenianus in l. vix certis ex causis. D. de iudiciis, Vix certis ex causis aduersus dominos seruis consistere permissum est.

Legitimè consistere aduersus aliquem. Martianus in l. grege. §. & in superficiarius. D. de pignoribus, Et in superficiarius legitime consistere creditor potest aduersus quemlibet possessorem.

Causidicus subtilis & elegans, & qui in forensibus causis possit præclarè consistere. Cic. in Orat.

Ex vtraque parte consistere. Vlpianus in l. Athletas. §. item præuaricator. D. de his qui not. infam. Nam qui præuaricatur, ex vtraque parte consistit, quinimmo ex aduersa. Id est, vtranque defendit.

Consistere in hasta, Id est niti ac sustentare se hasta. Valerius lib. 8. Argonauticôn, -mox attonita cum virgine puppem

Insilit, ac rapta victor consistit in hasta.

Consistere, Actiuè positum. vt, Cōsistere vitam tutam, Id est parare & constituere vitam tutam. Lucret. lib. 6.

Nam quum vidit hic ad victum quæ flagitat vsus

Omnia iam fermè mortalibus esse parata,

Et per quæ possent tutam consistere vitam, &c. Id est ducere.

Consistorium {[Greek]} à Consisto descendens, pro loco in quo Cardinales cum Pontifice maximo consultandi gratia consistunt. Item pro ipsa consistentium multitudine. Barbarum est pro Senatu, vel consessu, vel consilio.

Constitio, constitionis, Verbale. Gel. lib. 16. cap. 5, In eo loco qui dominum eius domus salutatum venerāt, priusquam admitterentur, consistebant: & neque in via stabant, neque intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci constitione, & quasi quadam stabulatione, vestibula appellata sunt, &c. Apud Macrobium tamen libro 6. cap. 8, legitur Consistione.

Consitio, Consitura, Consitus, Vide CONSERO.

Consinittere, pro Committere dicebant veteres, interserebant enim frequenter f literam. Sipontinus.

Consobrini, penul. prod. {[Greek]} Dicuntur qui ex duabus sororibus editi sunt, quasi consororini, de quibus exempla multa sunt in antiquis authoribus, & maximè in Afranio, & iuris vetustissimis scriptoribus. Hæc Nonius. Cicero ad Cælium, lib. 2. 18, Nam quòd ad me Curius consobrinus tuus, vt scis, mihi maximè necessarius. Terent. Hecyra, 3. 5, -cedo quid reliquit Phania

Consobrinus noster? Vbi Donatus, Consobrinus, quasi sororinus. Sobrini enim sunt ex duabus sororibus. Consobrini ex fratre & sorore, ac propinquitatis frequentatæ Terentius monet. Idem statim pòst, Quum de fratre natus est alter, & alter ex sorore, consobrini: quum ex fratribus, patrueles dicuntur.

Sobrinorum consobrinorúmque coniunctiones. Cic. 1. Offic. Sequuntur fratrum coniunctiones, pòst consobrinorum, sobrinorúmque, qui quum iam domo vna capi non possunt, in alienas domos tanquam in colonias exeunt.

Consobrini à Patruelibus hoc differūt, quòd Consobrini propriè dicuntur ex auunculo aut matertera prognati: Patrueles verò ex patruo Titij prognati: Amitini ex amita. Vnde Cicero in Ligariana filium T. Brocchi auunculi Ligarij consobrinum appellat. Sed hæc differentia plerunque confunditur, ac generaliter consobrini pro quibuslibet fratrum aut sororum liberis, sicut apud Græcos [Greek] vsurpantur. Paulus in Iurisconsultus. §. eodem gradu. D. de gradibus, Eodem gradu sunt & illi, qui vocantur fratres patrueles: item sorores patrueles, amitini amitinæ, cōsobrini consobrinæ. Hi autem sunt, qui ex fratribus vel sororibus nascuntur: quos quidam ita distinxerūt, vt eos quidem qui ex fratribus nati sunt, fratres patrueles: item eas quæ ex fratribus natæ sunt, sorores patrueles: ex fratre autem & sorore, amitinos amitinas: eos verò & eas qui quæve ex sororibus nati natæve sunt, consobrinos consobrinas, quasi consororinos. Sed plerique hos omnes consobrinos vocant, sicuti Trebatius. Hæc Paulus. ex cuius verbis apparet, fratres patrueles dici, quos vulgò vocamus *Cousins germains enfans des deux freres.* Sueton. in Domitiano, cap. 10, Occidit Flauium Sabinum alterum è patruelibus. Porrò patrueles Domitiani erant duo filij ex Flauio Sabino patris fratre: ex his alterum patri cognominem interemit. Idem in Cæsare, cap. 29, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat.

Consobrina, consobrinæ {[Greek]} Cic. pro Quintio, Quintij consobrinam habet in matrimonio Næuius.

Consocer, pen. corr. huius consoceri {[Greek]} Vlpianus in l. cum hic status. §. oratio non solum. D. de donat. inter vir. & vxor. Donat socer nurui, vel contrà, vel gener socero, vel socer genero, vel consocer consocero, qui copulatos matrimonio in potestate habent.

Consoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Sueton. in Claud. Appium Syllanum consocerum suum crimine incerto, nec data defensione, occidit.

Consocio, consocias {[Greek]} consociare, Simul sociare. Plaut. Rudente, 13,

Vel consociare mihi quidem tecum licet:

Æquas habemus partes.

Consociare arma cum populo aliquo. Liu. 8. ab Vrbe, Sed quòd tædio imperij Romani cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent.

Consociare consilia cum aliquo. Liuius 5. bel. Pun. Patria quid dē vobis meruerat, quam cum Mandonio & Indibili consociando consilia prodebatis?

Consociare, aut coniungere cum amicis iniuriam. Cic. 3. de Finib. Nec verò rectum est, cum amicis aut benemeritis consociare, aut coniungere iniuriam.

Consociare imperium. Liuius 8 ab Vrbe, Atqui siquando vnquam consociandi imperij, vsurpandæ libertatis tempus optastis, &c.

Rem inter se consociarent, Hoc est, societatem rei contraherent, & communicarent. Apud Liuium, teste Budæo.

Consociatus, pen. prod. Participium. Cic. in Parad. Qui videt domi tuæ pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, &c.

Consociatus vehementer cum Senatu. Cic. 4. Philip.

Inter nos natura ad ciuilem communitatem coniuncti & consociati sumus. Cic. 3. de Finib.

Lege consociati homines cum diis putandi sumus. Cic. 1. de Leg.

Consociatissimus, pen. corr. Superlatiuum. Cic. Fam. lib. 3 epist. 3, Velim tibi curæ sit, vt quæ successori coniunctissimo & amicissimo commodare potest is qui prouinciam tradit, vt ea pro nostra consociatissima voluntate, cura ac diligentia tua complectare. Alij legunt, constantissima.

Consociatio, Verbale. Cic. 1. Offic. Sequem ūrque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominū consociationem accommodatum est.

Conciliatio & consociatio totius generis hominum. Cic. 1. Offic. Communem totius generis hominum conciliationem & consociationem colere, tueri, conseruare debemus.

Consociatio hominum & communitas. Cic. 1. Offic.

Sinistra syderum consociatio. Firmicus lib. 6. cap. 12. sub finem.

Dissoluere consociationem humanam. Cic. 3. Offic. Aliqua exemplaria legunt consortionem.

Consolido, consolidas, pen. corr. consolidaui {[Greek]} consolidare, Redintegrare, & in vnum cōgerere, quod prius ruptum aut diuisum fuerat. Vlpianus, De vsufruct. accresc. l. idem Neratius, Nam amittente vsumfructum altero, cui erat legatus, magis iure accrescendi ad alterum pertinet, quàm redit ad proprietatem. Nec nouum. nam etsi duobus vsusfructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, ius accrescendi non perit: neque ei apud quem consolidatus est, neque ab eo: & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem & nunc amittet. Vsusfructus consolidatus, Id est confirmatus.

Consolidatio, Verbale {[Greek]} Cuius propria significatio dignoscitur ex §. item finitur, de Vsufructu, in Institutionibus ciuilibus, Item finitur vsusfructus, si domino proprietatis ab vsufructuario cedatur (nam cedendo extraneo nihil agitur) vel ex contrario, si vsufructuarius proprietatem rei acquisierit, quæ res cōsolidatio appellatur. In alia autem significatione vsus est Vlpianus in l. idem Neratius. §. nō solum. D. de vsufruct. accresc. Et ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem & nunc amittet.

Consolida regalis, Planta est in segetibus nascens, quæ caulem profert simplicem, ramulis multis, tenuibus, longis, diuisis, syluestris nigellæ modo. Flores edit purpureos, nigræ violæ æmulos: ex quorum altera parte prodeunt cornicula sursum spectantia, quæ veterum calcaris formam exprimere videntur: vnde & illi nomen à Germanis inditum *Ritterspora*, hoc est Equitis calcar. Semen fert melanthio simile in paruis corniculis inclusum. Hæc ex Matthiolo, qui hanc plantam postremum cumini genus referre putat, vt videre poteris in lib. 3 Dioscor. cap 59. & 60.

Consolor, pen. prod. consolaris, consolatus sum {[Greek]} consolari, Verbum deponens notæ significationis. oratione ferè fit, vt ait Valla lib. 4. Cic. 2. de Nat. deor. Hac consolamur afflictos.

Consolari aliquem,& omnem abstergere dolorem. Cic. Q. fratri, libro 1.12.
Amore fido alicuius sese.Catul.Argonaut.
Conscientia optimæ mentis, tum etiam vsurpatione & renouatione doctrinæ in malo se consolari.Cic.de Claris Orat.
Exemplo alicuius se.Cic.de Prouinc.Consul.
Seipsum solatio aliquo.Cic.de Amic.
Malo solatio.Cic.Attico,lib.4.
Bona spe posteritatis aliquem.Cic.Octauio.
Consolari aliquem spe. Cic. pro Roscio Comœdo,Inani & tenui spe te consolaris.
Per literas se.Cic.Attico,lib.12.
Verbis alterius aliquem.Cic.Attico,lib.5.
De re aliqua.Cic.Attico,lib.1.
De morte alicuius aliquem.Cic.3.Tuscul.
Consolatur me hæc res.Cic.ad Sulpitium,lib.4.3.
Spes animos consolatur.Cic.1.Verr.
Memoria posteritatis breuitatem vitæ consolatur gloria. Cic. pro Milone.
Desiderium alicuius spe commodorum.Cic.Trebatio.lib.7.11.
Gratulari magis virtuti debeo, quàm consolari dolorem meum. Cic.Marcello,lib.4.8.
Nec eum dolorem quem à Republ. capio, domus iam consolari potest,nec domesticum Respublica.Cic.Sulpitio,lib.4.6.
In miseriis sola spes homines consolari solet.Cic.4.in Catil.
Luctum.Cic.Sulpitio,lib.4.6.
Humilitatem.Cic.pro Quintio.
Iacentem.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.
Incômodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum. Cic.Q.fratri,lib.2.10.
Consolari miseriam & calamitatem, pro Solatium afferre in miseria. Seneca 3.de Ira,Non consolabimur tam tristem ergastulum.
Inquirêdo,scribendóque talia,côsolemur otiû nostrum. Quintil. lib.2.cap.12.
Consolando leuare dolorem.Cic.Torquato,lib.6.4.
In consolando detrahere mali opinionem mœrenti.Cic.3.Tusc.
Genera consolandi omnia in vnam consolationem côicere. Cic. 3.Tuscul.
Ad consolandum vir minimè accommodatus. Cic.Titio,lib.5.16.
Consolo, Actiuum { παραμυθέω. } Varro OEdipo Thyeste, Per idem tempus OEdipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret. Nonius.
Consolans, pen.prod. consolantis,Participium {παραμυθούμενος.} Cic.3. Tuscul.Hæc igitur officia sunt consolantium.
Verba consolantia.Ouid.15.Metam.
Consolor {παρηγοροῦμαι} Passiuè. Asinius, Sed quum ob ea quæ sperauéram,dolebam,consolâbar ob ea quæ timui.
Consolabilis, & hoc consolabile, pen. corr. {παρηγορητός.} Cic.ad Sulpitium,libro 4.3, Est omnino vix consolabilis dolor,tanta est omnium rerum amissio.
Consolatorius,Adiectiuum {παρηγορικός} Quod consolatur.Cic.ad Atticum,lib.13,A Cæsare literas accepi consolatorias.
Consolatio {παρηγορία, παραμυθία, παράκλησις} Verbale,verbis fit. Cic.ad Appium, lib.3.2, In multis & variis molestiis,cogitationibúsq; meis hæc vna consolatio occurrebat,quòd neque tibi amicior,quàm ego sum,quisquam posset succedere.
Ad hæc omnia vna consolatio est.Cic.Attico,lib.15.
Consolatio miserorum est habere pares, vulgus dicit. At Portius Latro apud Sallustium, sic, Voluptatem capiunt miseri ex mœrore sociæ calamitatis.
Grata consolatio.Cic.Attico,lib.1.12.
Peruulgata est, vt homines nos esse meminerimus, ea lege natos, vt omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra: neque esse recusandum, quominus ea, qua nati sumus côditione viuamus,&c. Cic. Titio,lib.5.16.
Adhibere alicui literis.Cic.de Claris Orat.
Egere.Cic.Titio,lib.5.16.
Non eget consolatione sapiens.Cic.3.Tuscul.
Habent nonnullam in se consolationem pœnæ quæ virtute suscipiuntur.Cic.Anteq.iret in exil.
Malorum consolationem nullam inuenire. Cicero Torquato, libro 6.4.
Lenire se consolatione.Cic.Q.fratri,lib.3.21.
Leuat dolorem consolatio.Cic.Titio,lib.15.16.
Medetur.Cic.2.de Diuinat.
Nulla consolatione permulcere posse stultam senectutem. Cic. de Senectute.
Sustentat me vna.Cic.pro Milone.
Sustentari.Cic.de Claris Orat.
Conscientia rectæ voluntatis maxima est consolatio rerû incommodarum.Cic Torquato.lib.6.4.
Vincit omnem consolationem dolor.Cic.Attico,lib.12.
Vti consolatione aliqua.Cic.de Prouinc.Consul.
Consolator,pen.prod. {παρακλήτωρ, παρηγορητής} consolatoris,Verbale.Cic. 3.Tuscul. Consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.
Consomnio,consomnias {ἐνυπνιάζω} consomniare. Plaut.Mostel.9, Quid is consomniauit? TR. Ego dicam tibi.
Consono,consonas,pen.corr. {συμφωνέω, συνηχέω} consonare,Resonare significat.Plaut.Amphit.4,
Postquam id actum est,tubæ vtrinque canunt contrà
Consonat terra,clamorem vtrinque efferunt.
Consonat clamor. Liu.6.bel. Maced. Itaque concursu facto vndique in muros, manus pro se quisque tendentes consonante clamore nominatim Quintium orare, vt opem ferret ac seruaret. Id est, concordante.
Nemus.Virgil.5.Æneidos,
Tum plausu,fremitúque virûm,studiísque fauentum
Consonat omne nemus. Ideo (inquit Seruius) consonat, propter Echo. Nostræ enim vocis est æmula.
¶Consonare sibi,pro Constare. Seneca epist.31, Vt perfecta virtus sit æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi.
Sibi consonare in faciendis, ac non faciendis. Quintilianus lib.2. capite 10.
Consonat moribus oratio, Id est concordat,consentit. Cicero in Sallustium,
Rescripto consonare.Vlpian.in l.si peculium legetur.§.vltimo. D. de pecul.leg. Attilicinus existimauit legato non cedere.quod verum est:quia consonat rescripto.
Consonans,Adiectiuum {σύμφωνος.} Cic.in Partit. Atque etiam est hæc distinctio in verbis,altera natura,tractatione altera.Natura:vt sint alia consonantiora,grauiora, &c.
Esse consonans. Vlpian. in l. iusiurandum & ad pecunias. §. non semper.D. de iureiur. Non semper autem consonans est, per omnia referri iusiurandum quale defertur.
Consonantes literæ à Grammaticis dictæ, quòd non per se, sed simul cum vocabulis sonent. Priscianus.
Aspirari consonantibus. Quintil.lib.1.cap.5, Diu deinde obseruatum,ne consonantibus aspiraretur,vt in Graccis & triumpis.
Frangere consonantem. Quintil.lib.1.cap.4, Quæret etiam, quomodo duabus demum vocalibus in seipsas coeundi natura sit,quum consonantium coeat nulla,nisi alterum frangat.
Consonantia, Vocum côcordia,quæ & vocalitas Latinè,Græcè εὐφωνία dicitur. Sipontinus.
Consonus,penul.corr. {σύμφωνος, σύνηχος} aliud Adiectiuum. vt,
Plangor consonus.Ouid.13.Metam.
Vox.Sil.lib.17,
Armorûmque habitus noti,& vox consona linguæ.
Consonum,huius consoni,Substantiuum. Cic.ad Atticum,lib. 4, Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in tam longo sermone diutius retinuisset.
Consopio, consopis, pen.prod. consopiui, consopitum {κατακοιμίζω} consopire.Est somnum inducere.Cic.1.Tuscul.Num igitur eum curare censes, quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? Lucret.lib.6,
Nocturnúmque recens extinctum lumen,vbi acres
Nidore offendit nares,consopit ibidem.
CONSORANNI, Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, vt scribit Plinius in descriptione Aquitaniæ,lib.4.
Consors, huius consortis, om. gen. {κοινωνός, ὁμόκληρος.} Consortes dicuntur,quorum fines contigui sunt. Cic.5.Verr. Sostratus & Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres consortes profugissent,quòd iis plus frumenti imperabatur,&c.
¶Consors, per metaphoram, Id est particeps. vt,Consors consilij publici. Plinius Iunior, libro 8. epist. 14. Inde honores petituri, assistebant curiæ foribus,& consilij publici spectatores ante quàm consortes erant.
Generis consortes,Id est consanguinei & propinqui.Ouid.epist.3.
Imperij consors.Claud.in Nuptiis Honorij,
O digno nectenda viro,tantíque per orbem
Consors imperij,iam te venerabitur Ister.
Socius & consors laboris.Cic.de Claris Orat. Dolebámque quòd non, vt plerique putabant, aduersarium, aut obtrectatorem laudum mearum, sed socium potius & consortem gloriosi laboris amiseram.
Consortes mendicitatis. Cic. pro Flacco, Nam fratres quidem consortes sunt mendicitatis.
Operum.Ouid.1.Fast.
Periculorum.Plin.Iunior.in Paneg.
Temporum cum aliquo.Cic.pro Milone.Quid tibi Q. frater, qui nunc abes,consorti mecum temporum illorum?
Thalami.Ouid.10.Metamorphoseos,
-thalami consorte carebat. Id est vxore.
In lucris atque furtis.Cic.5.Verr.
Accire consortem.Sil.lib.8.
Consors casus,pro Simili.Propert.lib.1.eleg.10,
Tu qui consortem properas euadere casum.
Consortium,consortij, neut. gen. {κοινωνία} Societas. Celsus lib.7.cap. 27, Cum eo ne ignoremus orto in vesica cancro, affici stomachum, cui cum vesica quoddam consortium est. Id est(quod Græci dicût) sympathia.
Initum consortium. Vlpianus in l. cum duobus. §. idem Papinianus. D. pro socio, Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit, &c.
Sarcire consortio collationis,damnum nauis amissæ. Hermog.in l.amissæ nauis.D.ad legem Rhodiam de Iactu, Amissæ nauis damnû collationis consortio non sarcitur per eos, qui merces suas naufragio liberauerunt.
Consortio,côsortionis,Verbale,Idem. Liu.lib. 6, Quænam ista societas? quænam consortio est? Cic.3.Offic. Dissoluetur omnis humana consortio. Valer. Max. lib.4. cap. 6, vbi de M.Plautio,Fati consortione, Id est mortis. simul enim mortui sunt Plautius & Horestilla vxor.
Consortio sociabilis.Liu.10.bel.Maced.Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum reges salutarem per multa secula ipsis,esse,atque.
¶Consortio, Communio. Papinianus l.96.§.3.D de solut. Nec in arbitrio eius electio erit, quum debitor pretium pignoris consortioni subiecerit: Id est, promiscuè vtrique debito pignus subiecerit. Hotomanus.
Conspergo, conspergis, conspersi,conspersum {καταῤῥαίνω} conspergere,Idem quod Spargere. Plaut.Curcul.1,
-vbi vino has conspersi fores.

Conspergere ante ædes, subaudi iuncũ, aut herbam viridem. Plautus, -age tu ocyus pinge humum,
Consperge ante ædes.

Tempora conspergunt viridantes floribus herbas. Lucret. lib. 2.

Conspergere aliquem lacrymis. Cic. pro Plancio, O acerbam mihi Iudices, memoriam temporis illius, & loci: quum hic in me incidit, complexus est, cõspersitque lacrymis, nec loqui præ mœrore potuit.

Hilaritate. Cic. 1. Acad. Et tamẽ in illis veteribus nostris, quæ Menippum quidem imitati non interpretati, quadam hilaritate conspersimus.

Aras sanguine. Lucret. lib. 4.

Conspersus, Participium {[illegible]} Cicero 3. de Orat. Vt porrò cõspersa sit quasi verborum sententiarũmque floribus, id non debet esse fusum æqualiter, &c. De oratione.

Conspersum stellis caput. Cic. 2. de Nat. deor.

Sale conspersa caro. Colum. lib. 12. cap. 53.

Conspicio, conspicis, penult. corr. conspexi, conspectum {[illegible]} conspicere. Ex Con & Specio verbo antiquo compositum, significat Cernere. Plaut. Amphit. 8,
Qui ipsus equidem nunc primùm istanc tecum conspicio simul.

Lumine cupido aliquem conspicere. Catul. Argon. 17.

Imaginem parentis laureatã in sua gratulatione. Cic. pro Murena.

Conspicere ex monte. Cic. 2. de Nat. deor.

Aliquem mente. Cic. pro Corn. Balbo, Existat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest, vt conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis.

Corde. Plaut. Pseud. 12,
Næ illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,
Malam rem magnam multásque ærumnas danunt.

In iure te conspicio. Cic. pro Cecinna, Actio est in actorem præsentem his verbis, Quandoquidem te in iure conspicio.

¶ Cõspicere, pro Attendere. Cic. pro Murena, Non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio: neque temerè Consulem Pop. Romani saltatorem vocare: sed conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui verè illud obiici possit.

¶ Conspicere sibi quæ sint in rem suam. Plaut. Trinum. 10.

Locum insidiis conspicere, Obseruare locum ad collocandum insidias. Virgil. 9. Æneid.

Conspicere etiam res inanimatæ dicuntur. Cic. in Catil. de simulacro Iouis, Ac se sperare dixerunt, si illud signum quod videtis, Solis ortum & forum curiámque conspiceret, fore vt ea consilia quæ clàm essent inita, &c.

Conspicere, cum infinitiuo. Catul. Argonauticis,
Conspexit terra centum procurrere currus.

Conspiciens {[illegible]} Participium. Cicero Attico, lib. 5, Ciliciam propè conspiciente, expedito ad mutandum locum, paruo exercitu, &c.

Conspicior, conspiceris, pen. corr. {[illegible]} conspici. Plaut. Pseud. 7,
-si sumus Conspecti.

Bonis animi conspici. Id est virtute & scientia illustrem esse. Ouid. 1. Trist. eleg. 5,
Prima locum sanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conspicerere tui.

Conspici infestis oculis omnium. Cic. in Catil. Carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici, mallem.

Velle conspici. Cic. in Pisonem, Inania sunt ista mihi crede, delectamenta penè puerorum: captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle.

Chlamyde & pictis conspectus in armis. Virgil. 8. Æneid.

In ostro Tyrio conspectus. Virgil. 3. Georg.

Conspiciendus {[illegible]} Participium. Tibul. lib. 1. eleg. 2,
Insideat celeri conspiciendus equo.

Aurato conspicienda sinu. Ouid. 2. Fast.

Signa veteri conspicienda metallo. Valer. lib. 1. Argonauticõn,
Illum nec valido spumantia pocula Baccho
Solicitant, veteri nec conspicienda metallo
Signa tenent.

Conspectus {[illegible]} Nomen ex participio. Liu. 6. ab Vrbe, Sed quid ego vos de vestro impendatis hortor? sortem aliquam ferte, de capite deducite quod vsuris pernumeratum est: iam nihilo mea turba, quàm vllius conspectior erit.

Mors conspectior. Tacitus lib. 20. Iussu Muciani custodia militari cinctus, ne in ipsa vrbe conspectior mors foret, ad quadragesimum ab Vrbe lapidem via Appia fuso per venas sanguine extinguitur.

Pars nulla conspectior capillis. Ouid. 4. Metam. ad finem. Hoc est pulchrior, & conspici dignior.

Turba, quàm dignitate conspectior plebs. Liuius lib. 2. bel. Pun. Plebeium Consulem sua plebs prosequuta, turba, quàm dignitate conspectior.

Platano conspectior alta. Ouid. 13. Metam.

Conspectus, huius conspectus {[illegible]} Verbale, Significat aspectum. Virgil. 1. Æneidos,
Vix è conspectum Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

In conspectu. Virgil. 1. Æneidos, Nauim in conspectu nullam.

In conspectu aspicere. Vide IN.

In conspectu alicuius astare. Cic. 4. in Catil.

In conspectum animus cadit. Cic. 1. Tuscul. Casurúsne in conspectum videatur animus.

In conspectu consedimus omnes. Cic. 1. Acad.

In medio conspectu consistere. Virgil. 2. Æneid.

In conspectum se dare alicui. Cic. 7. Verr. Ennius apud Ciceronem 1. de Diuinat. Id est, Videndum se exhibere.

E conspectu euolare. Cic. 7. Verr.

Conspectus fit, sub. ab hominibus. Cic. Attico, lib. 7, Subitò consilium cepi, vt antequàm luceret, exirem, ne qui conspectus fieret, aut sermo, lictoribus præsertim laureatis.

Frui conspectu alicuius rei tranquillo animo & quieto. Cicero pro Sylla.

Fugatus ex hominum. Lucret. lib. 3.

Fugere aliquorum. Cic. 2. de Lege Agraria.

Ingredi in populi. Vide INGREDIOR.

Ire ad conspectum chari genitoris & ora Contingat. Virgil. 6. Æneid.

In conspectu aliquorum aliquid locare. Cic. 1. de Lege Agrar.

In conspectu legum, libertatísque mori. Cic. 7. Verr.

In conspectu alicuius aliquid ponere. Cic. 5. de Finib.

In conspectu fundi villæque posita religio. Cic. 2. de Legib.

Suorum consuetudine, conspectúque aliquem priuare. Cic. pro Murena.

Prodire in alicuius. Plaut. Mostel. 16,
Is me adiit: nam illum prodire pudet in conspectum tuum.

Reddere conspectum alicuius, Reuocare ac reducere in conspectum. Virgil. 9. Æneid.

In conspectu relinquere. Cic. 5. de Finib.

Sequi aliquorum. Cic. 2. de Lege Agrar.

Stare cum gladiis in conspectu Senatus. Cic. 2. Philip.

Quæ est in oppidi conspectu. Varro 1. de Re rust. cap. 7.

Procul à conspectu alicuius rei esse. Cic. de Lege Agrar.

In conspectum alicuius venire. Cic. 1. de Finib.

Conspectum alicuius vereri. Terent. Phorm. 2. 2,
Itáne patris conspectum veritum hinc abiisse?

Vno in conspectu omnia videre. Cic. de Claris Orat.

Vitare alicuius conspectum. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Conspectum tumulum, pro Conspicuo, nisi mendum sit, posuit Liu. 2. bel. Maced.

Conspicuus {[illegible]} Adiectiuum, Quod ab omnibus conspicitur: vel, vt ait Valla, lib. 1. cap. 30, quod circunspicitur. Martial. lib. 1,
Hic vbi conspicui venerabilis amphiteatri
Erigitur moles.

Occultus & Conspicuus, contraria. Ouid. 4. Trist. eleg. 9.

Præsens & conspicuus. Ouid. 2. Trist.
Per te præsentem, conspicuúmque deum.

Decus conspicuum. Ouid. ad Liuiam.

Loci. Ouid. 3. de Arte,
Visite conspicuis terna theatra locis.

Opus. Ouid. 5. Trist. eleg. 15.

Venustas. Author ad Herennium, lib. 3.

Vertex latè. Horat. 3. Carm. ode 16,
-iure perhorrui
Latè conspicuum tollere verticem.

Conspicuus alicui. Plin. lib. 36. cap. 12, Reliquæ tres quæ orbem terrarum impleuere fama, sanè conspicuæ vndique adnauigantibus, sitæ sunt in parte Aphricæ, monte saxeo. De Pyramidibus Ægyptiis loquitur.

Conspicuus albo colore. Columel. lib. 7. cap. 12, Ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat.

Conspicuus longè fulgentibus armis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 7.

Insignis clara conspicuúsque domo. Tibul. lib. 3. eleg. 4.

Manu. Tacit. lib. 19.

Toris, Lacertosus & torosus: qualem fuisse Herculem dicit Valer. lib. 1. Argonaut.

Conspicuus fons in planicie. Plin. lib. 6. cap. 27.

¶ Conspicuus forma. Plin. Iun. lib. 7. epist. 23, Ac primum conspicuus forma, omnes sermones malignorum & puer & iuuenis euasit.

¶ Conspicuus homo, Quem omnes admirantur & reuerentur. Liu. 1. ab Vrbe, Iam & Romanis cõspicuum eum nouitas diuitiæque faciebant.

Fide. Ouid. epist. 5.

Conspicuus magnitudine Lunensis caseus. Plin. lib. 11. cap. 42.

Conspicor, penult. corr. conspicaris {[illegible]} conspicari, Deponens, Idem quod Conspicio. Terent. Eunuch. 5. 9,
Cur ergo in his ego te conspicor regionibus? Cæsar 2. belli Ciuil. Hunc conspicatæ naues, quæ missu Bruti consuetudine quotidiana ad portum excubabant, sublatis anchoris sequi cœperunt.

Conspicilium {[illegible]} authore Nonio, est vnde conspicere possis. Plautus Medico,
In conspicilio adseruabam, pallium obseruabam.

¶ Conspicilium, etiam dicitur quod adhibemus oculis, vt res maiores videantur. Plautus,
Vitrum cedò, necesse est conspicilio vti.

Conspicillum, conspicilli, Idem. Plaut. Cistel. 2,
-dum redeo domum,
Conspicillo consequutus est clanculum me vsque ad fores. Alij, & fortè rectius, legũt Conspicillo, cõspicillonis, masc. gen. vt sit Conspicillo, qui clàm & ex occulto aliũ conspicatur & obseruat. Sic enim Alcesimarchus adolescens Plautinus Silenium puellam obseruauit domum redeuntem è spectaculis.

Conspiro, conspiras, pen. corr. {[illegible]} conspirare, Simul spirare, vel flare.

Conspirare omnibus partibus ad aliquid faciendum. Colum. lib. 3. cap. 13, de pastinato, Et cælestes admittat imbres: cósque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret.

¶ Conspirare item, pro Coniurare & consentire, & ferè in malum accipitur. Plaut. Merc. 18,
Mirum ni senes vicini in vnum nidum conspirauerint.

Conspirare in commune. Columella libro 12. in præfatione, Nihil quod aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab vtroque in malum, vt cum forensibus negotiis, matronalis sedulitas industriæ ratione parem faceret.

Conſpirare & conſentire cum aliquo : idque in bonum. Cic. 2.de Lege Agrar. Conſpirate nobiſcum : conſentite cum bonis, communem Rempub.communi ſtudio atque amore defendite.

Conſpirare ad liberandam Rempub. Cic.Planco,lib.10.12, Mirabiliter enim Pop.Rom.vniuerſus.& omnium generum ordinúmque conſenſus ad liberandam Rempub.conſpirauit.

Ad maieſtatem aliquorum defendendam.Cic.3.Philipp.

Cóſpirare dicitur natura. Cic.3.de Nat.deor. Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia conſenſuque naturæ, quam quaſi continuatam conſpirare dicebas.

Conſpiratum eſt in eum à L X. amplius. Suetonius in Cæſare, capite 80.

Conſpirans, penult.prod. {συμπνέων} Participium. Cicero 2. de Natura deorum,Quid verò,tanta rerum conſentiens,conſpirans,continuata cognatio,&c.

Ardor mutuus conſpirans.Lucret.lib.4.

Conſpirans & penè conflatus conſenſus.Cic.pro Ligario.

Conſpiratio {σύστασις,σύμπνοια} Verbale,tam in bonum,quàm in malum accipitur.

In malum.Brutus ad Ciceronem,lib.11.13, Vt quam paratiſſimi ab exercitu, reliquíſque rebus pro veſtra ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus.

Certiorum hominum contra dignitatem alicuius conſpiratio. Cic.pro Deiotaro.

Conflata.Cic.Anteq.iret in exil.

Inceſſere conſpirationem. Quintil.lib.5.cap.7, Et ſi deficietur numero pars diuerſa,paucitatem: ſi abundabit,cóſpirationem:ſi humiles producet,vilitatem:ſi potentes,gratiam oportebit inceſſere.

Conſpiratio in bonum,pro Vnanimitate. Cicero pro Domo ſua, Hanc noſtram coniunctionem, hanc conſpirationem in Republ. bene gerenda, hanc iucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.

Bonorum virorum conſpiratio.Cic.4.in Catil.

Concordia & conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem.Lentulus Senatui,lib.12.25.

Conſpiratio & conſenſus hominum. Cic.2.Offic.Magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque conſenſu.

Virtutum.Cic.5.de Finib.Qualis eſt igitur omnis quam dico conſpiratio,conſenſuſque virtutum,tale eſt illud ipſum honeſtum.

Amoris conſpiratione conſentire.Cic.1.de Finib.

Conſpirati, conſpiratorum {συνωμόται} Qui conſpirauerunt & coniurarunt.Sueton.in Cæſare,cap.82,Aſſidentem conſpirati ſpecie officij circunſteterunt.

Conſpiratæ res, quæ velut conflatæ ſunt in vnum corpus. Seneca epiſt. 85, Talem eſſe animum noſtrum volo, vt multæ in illo artes ſint,multa præcepta,multarum ætatum exépla, ſed omnia in vnum conſpirata.

Conſpiratus, huius conſpiratus, pen.prod.m.g. {σύμπνοια} Id eſt concentus. Gell.lib.1. cap.11, Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait,non fidicularum, tibiarúmque concentu, verùm conſpiratu tacito nitibundos.

Conſpiro, conſpiras {συμπνέω} conſpirare,à Spira.ſpiræ:Conſpirare ſe dicuntur ſerpentes, id eſt conuoluere. Plin.de Viris illuſt. Anguis è ſedibus eius elapſus,venerabilis,non horribilis,per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, & ſe in Volumnij tabernaculo conſpirauit.

Conſpiſſare {πυκνόω} Plin.lib.35. cap.6, Adulteratur Romæ creta cimolia,decocta,cóſpiſſatáque. Colum.lib.2.cap.18,Prius quàm conſpiſſatum,& herbis colligatum ſit ſolum.

Conſpondeo, conſpondes, conſpondi, conſponſum {συνεγγυῶμαι} conſpondēre. Conſponſos veteres dicebant, fide mutua colligatos, inquit Feſtus.

Conſponſor {συνεγγυητής} Verbale. Conſponſores,qui ſimul pro aliquo ſpoponderunt. Cic.Leptæ,lib.6.18, De tuo negotio quòd ſponſor es pro Pompeio,ſi Galba conſponſor tuus redierit.

Conſponſor,Coniurator. Feſtus.

Conſpuo, conſpuis,conſpui,conſputum, pen. prod. {καταπτύω} conſpuere,Sputo aliquem fœdare:cuius paſſiuum eſt Cóſpuor. Plautus, Ab omnibus deriſus,atque conſputus.

Conſputo, conſputas, penult.prod. {καταπτύω} conſputare, Frequentatiuum. Plaut. Curc.10. Cic.ad Q.frat.lib.2.7,Hora ferè nona,quaſi ſigno dato,Clodiani noſtros conſputare cœperunt.

Conſpurco, conſpurcas, conſpurcare {καταμολύνω} Commaculare. Columel.lib.8.cap.3,Nam ſuperſiliens auis proluuie ventris cibos & aquam conſpurcat.

Sapore tetro conſpurcare omnia.Lucret.lib.6.

Conſtabilio,conſtabilis, pen.corr.conſtabiliui,conſtabilitum, pen. prod. {βεβαιόω,στηρίζω,ἀσφαλίζομαι} conſtabilire, Stabile & firmum facere. Terent.Adelph.5.1,

-dis quidem eſſes Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes.

Subſidiis alicuius conſtabilitus.Lucret.lib.2,

Feruere quum videas belli ſimulacra cientes,
Subſidiis magnis Epicuri conſtabilitas.

Conſtans,Conſtantia,Conſtanter,Vide C O N S T O.

C O N S T A N T I A {Κωνσταντία Stephano} Cypri vrbs eſt, aliàs Salamis dicta. ¶Eſt item Conſtantia Germaniæ oppidum,ad Acronium lacum,quod à Ptolemæo Cannodurum appellatur. ¶Conſtantia Iulia,oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ,in conuentu Hiſpalenſi,cuius meminit Plin.lib.3.cap.1.

C O N S T A N T I N O P O L I S {Κωνσταντινούπολις} Vrbs à Conſtantino aucta in finibus Thraciæ,de qua in dictione B Y Z A N T I V M. Vulgò *Conſtantinople*.

C O N S T A N T I N V S Magnus, cuius innumeræ in Codicis libris cóſtitutiones extant,quique Pop.Rom. ius antiquum, quod propriè ciuile appellatur,magnoperè immutauit, Conſtantij Imperatoris & Helenæ filius, imperauit annis X X X. Fuit verò vltrà quàm æſtimari poteſt laudis auidus. Hic Traianum herbam parietariam ob titulos multos, appellare ſolitus erat. Hic pontem in Danubio conſtruxit: habitum Regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Commodiſſimus tamen rebus multis fuit: calumnias ſedare legibus ſeueriſſimis : nutrire artes bonas, præcipuè ſtudia literarum : legere ipſe,ſcribere,meditari,audire legationes & querimonias prouinciarum. Quúmque liberis, filióque fratris Dalmatio Cæſaribus confirmatis, I I I. & L X. annis vixiſſet, morbo conſumptus eſt, irriſor potius quàm blandus, vnde prouerbio vulgari Tracala X. annos præſtantiſſimus, X I I.ſequentibus latro, X. ſequentibus (tot enim numerantur anni quibus regnauit) pupillus, ob profuſiones immodicas nominatus eſt. Hæc ex Sex.Aurel.epitome,apud quem plura vide.

Conſtellatio, conſtellationis. fœm. gen. Firmicus lib. 1. cap. 1, Hæc vitia mala,Mercurij cum Marte perficit conſtellatio. Idem libro 4. cap. 2, Iſtis calamitatis laqueis implicatur, qui ſub tali natus fuerit conſtellatione.

Conſterno,conſternas, cóſternare {ἐκπλήττω,καταπτοέω,συγχέω} conſternare. Conſternere, inquit Valla lib.5. cap.91, eſt corporis : Conſternari autem, animi : quum mens turbata eſt, & de ſtatu mota, & quaſi humi ſtrata:ideóque ſæpe coniungi animum videmus.vt,Conſternatus animo. Salluſtius tamen 1.hiſtor inquit,Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucij conſternantur. Liu.6.ab Vrbe, Itaque non aperuit ſolùm incendio viam, ſed flammis in caſtra tendentibus,vapore etiam ac fumo, crepitúque viridis materiæ flagrantis ita conſternauit hoſtes, vt minor moles ſuperantibus vallum in caſtra Volſcorum Romanis fuerit,quàm tranſcendentibus ſepem incendio abſumptam fuerat.

Conſternare animos. Liu.8.ab Vrbe. Tumultúque etiam ſanos animos conſternante, decernitur vt ſocietas cum Samnitibus renouaretur.

Pauida & conſternata multitudo. Liu 3.ab Vrbe.

Conſternari animo. Salluſtius, Qua victoria elati hoſtes noſtri territi,atque animis conſternati diſceſſere.

In fugam conſternari. In F V G A.

Conſternari etiam dicuntur,nó qui deiecti ſunt animis, ſed commoti & perturbati atque tumultuantes. Liu.lib.4. Decad.4. in Catonis oratione, Volo tamen audire quid ſit, propter quod matronæ conſternatæ procurrant in publicum. Tumultuabantur enim matronæ pro abroganda Lege Oppia.

Equi conſternantur. Ouid.2 Metam. Et Equi conſternati, Idem 5.Faſtor.

Mœnia conſternata.Sil.lib.13.

Timores conſternati.Ouid.12.Metam.

¶Conſternari,Vetuſte,Ruſum erigi,teſte Nonio. Pacuuius Doloreſte: Vnde exoritur? quo præſidio fretus? auxiliis quibus? quo conſilio conſternatur? qua vi,cuius copiis?

Conſternatio {ἔκπληξις} Verbale. Liu.7.bel.Maced. Auxilia enim ſubſidiaria quæ proximè locata erant, pauore & conſternatione quadrigarum territa,&c.

¶Conſternatio dicitur à Valerio lib.9.cap.7, pro Seditione vel tumultu,Creditorum quoque conſternatio aduerſus Sempronij Aſſellionis Prætoris Vrbani caput exarſit.

¶Conſternatio, inquit Feſtus, quæ eſt concitatio quædam ſubita ex aliquo metu, à ſternutamento deducta eſt, quod eo toto concutimur corpore.

Conſterno, conſternis, conſtraui,conſtratum, pen. prod. {στρώννυμι} conſternere,Idem quod Sternere. vt Virgil.4.Æneidos,

-it ſtridor,& altè
Conſternunt terram concuſſo ſtipite frondes.

Terram corpore conſternere.Cic.in Arato,
Ille graui moriens conſtrauit corpore terram.

Terram conſternere tergo,Supinum iacere. Virgil.12.Æneid.

Campi conſternuntur milite.Lucan.lib.1.

Conſternere contabulationem lapidibus lutóque. Cæſar 2. belli Ciuilis.

Conſternere cubilia gallinarum.Colum.lib.8.cap.5.

Conſternere ſcrobes perticis ſalignis & lapide.Plin.lib.17.cap.11.

Conſternit vias frumentum. Cic.1.de Diuinat. Nam & ex horreis direptum, effuſúmque frumentum,vias omnes,angiportuſque conſtrauerat.

Conſtratus, pen. prod. {ἐστρωμένος} Participium. Cic.pro Sextio, Forum corporibus ciuium Romanorum conſtratum cæde nocturna.

Conſtratæ naues,quæ cataſtromata habebant, quas Cæſar tectas ſæpe vocat. Cic. 7. Verr. Poteróne in eos eſſe vehemens, qui naues inanes non modò habuerunt, ſed etiam apertas? in eum diſſolutus, qui ſolus habuerit conſtratam nauem, & minus exinanitam? His opponuntur Apertæ, vt hinc intelligas conſtratarum nomine non alias intelligi,quàm tectas. Hirtius de bello Alexandrino, Magnóque impetu quatuor ad eam conſtratæ naues, & complures apertæ contenderunt.

Conſtrata pontium. Liu. lib. 10. bel. Pun. Speculatoriæ naues ac minora nauigia,quæ ſub conſtratis pontium excurrebant,&c.

Conſtipo,conſtipas,pen.prod. {πυκνόω} conſtipare,ſignificat Condenſare.Cæſar 5.bel.Gal. Hic dies noſtris longè grauiſſimus fuit : ſed tamen hunc habuit euentum,vt eo die magnus numerus hoſtium vulneraretur atque interficeretur, vt ſe ſub ipſo vallo conſtipauerant, receſſúmque primis vltimi non dabant. Cic.2.de Lege Agraria,Sed ne conſtipari quidem tantum numerum hominum poſſe in agrum Campanum intelligetis.

Conſtituo,conſtituis,conſtitui,conſtitutum,pen.prod. {συνίστημι, καθίστημι, τάσσω, ὁρίζω} conſtituere,Collocare. Cæſar 2.bel. Gal.Intra ſyluam aciem ordinéſque conſtituerant.

Conſtituitote vobis ante oculos huius etiam miſeri ſenectutem. Cic.pro Cælio.

Taurum

Taurum ante aras. Virg. 5. Æneid.
Constituere coràm. Vlpian. in l. 1. §. 1. D. De procuratoribus, Constituitur autem vel coràm, vel per nuntium, vel per epistolam.
Constituit in ordinem elephantes. Hirtius lib. 5.
Constituit horrea certis locis, vecturásque frumenti finitimis ciuitatibus descripsit. Cæsar 3. bel. Ciuil.
In locum alicuius aliquem. Cic. 3. Verr.
In aliquo munere aliquem. Cic de Petit. Consul.
¶ Constituere, Statuere, proponere, decernere. Terent. Phorm. 4. 3,
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Virg. 1. Æneidos,
Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, feræne,
Quærere constituit.
Constituere & designare. Cic. 1. de Diuinat. Dij non ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt.
Constituere sibi aliquod genus ætatis degendæ. Cic. 1. Offic.
Nec satis constituere possum quid, &c. Cic. 4. Acad.
Serius quàm constituerat. Cic. ad Qu. frat. lib. 3. 17.
Futura præcipere cogitatione, & antè constituere quid accidere possit. Cic. 1. Offic. Illud etiam ingenij magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto antè constituere, quid accidere possit in vtranque partem, & quid agendum sit, quum quid euenerit.
Ex re & ex tempore aliquid. Cic. Cornif. lib. 12. 19.
De re aliqua aliquid. Balbus Ciceroni, in epist. ad Atticum, lib 9.
Communiter constituere de reditu alicuius. Brutus Ciceroni, epistola 6.
Constitutum ex omnium sententia. Cic. pro Cluentio, Hoc postquam cæteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum.
Habere constitutum de re aliqua. Cælius Cic. lib. 8. 5, Tametsi hac de re puto te constitutum quid facturus esses, habere.
Omnia quæ sibi constituta sunt exponere. Cic. 3. Verr. Mihi enim properandum necessario est, vt omnia vobis quæ mihi constituta sunt, possim exponere.
Constitutum est mihi, Deliberatum est mihi, decretum est mihi, statutum est mihi, Id est apud me cogitando firmatum est. Cicero Attico, lib. 7.
¶ Constitutum, pro Certo, stabilito, non cõtrouerso. Cic. 5. de Fin. Hoc enim constituto in philosophia, omnia sunt constituta.
Optimè constituere. Cic. Cælio, lib. 2. 7, Quod quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optimè constitues.
¶ Constituere alicui se venturum. Cicero 1. de Oratore, Sanè (inquit) vellem non constituisse in Tusculanum me hodie venturum esse Lælio.
Dixit, & constituit se venturum. Terent. Heaut. 4. 4.
Constitueram vt irem rus. Plaut. Pseud. 7.
Constituere inter se vt. Cic. 5. de Fin. Cõstituimus inter nos vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.
Constituere cum. Terent. Heaut. 1. 2,
-nam constitui cum quodam hospite
Me esse illum conuenturam. Hic promisi significat, nempe dum præpositionem coniunctam habet.
¶ Constituere, quod *Assignare* vulgus dicit. Terent. Eunuch. 3. 4,
Dati annuli: locus, tempus constitutum est.
Pactam & constitutam esse cum aliquo diem. Cic. 1. in Cat.
Constituere in diem. Sallust. in Iugurtha, Deinde compositis inter se rebus, in diem constituunt: quod is festus, celebratúsque per omnem Africam, ludum & lasciuiam magis quàm formidinem ostentabat.
¶ Constituere, Sistere Cic. pro Cluent. Et hominem ante pedes Qu. Manilij, qui tum erat Triumuir, constituunt.
¶ Constituere, pro In vnum conciliare, & consociare. Cic. 1. de Orat. Vt verò iam ad illa summa veniamus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines vnum in locum congregare, aut à fera agrestíque vita ad hunc humanum cultum ciuilémque deducere, aut iam constitutis ciuitatibus leges, iudicia, iura describere? Budæus.
¶ Constituere aliquem magna gratia apud regem. Cic. ad Catonem 15. 4. Maxima apud regem authoritate, gratiáque constitui. Videtur subaudiendum IN.
¶ Constituere in vel cum re præsenti dicebant veteres, quum quid statui, transigíque non posse, nisi in loco ipso significabant. Quintil. lib. 7, Illa enim potentissima est, quæque verè dicitur totius causæ dispositio, quæ constitui, nisi velut in re præsenti non potest. Traianus ad Plin. lib. 10. epist. 40, Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenses est, in re præsenti optimè deliberabis & cõstitues. Budæus.
Accusatorem constituere. Cic. 1. Verr. Vt in constituendo accusatore quod sequi possitis habeatis.
¶ Actionem constituere, Quod vulgò *Enacuare finem non procedendi* dicunt. Cicero in Partit. Quare de constituendis actionibus, accipiendis subeundísque iudiciis, de excipienda iniquitate actionis, &c. Budæus.
Inire & constituere consilium. Cic. 2. Verr. Reperio Iudices, hæc ab istis consilia inita & constituta, vt quacunque opus esset ratione, res ita duceretur, vt, &c.
¶ Constituere æra militantibus. Liu. 5. ab Vrbe, An est quisquam qui dubitet nullis iniuriis vestris, si quæ fortè aliquando fuerunt, vnquam æque quàm munere patrum in plebem, quum æra militàtibus constituta sunt, Tribunos plebis offensos ac concitatos esse.
Constituit vtilitas amicitiam. Cic. 2. de Finib. Manebit ergo amicitia tandiu, quandiu sequetur vtilitas: & si vtilitas amicitiam constituet, tollet eadem.
Æquitatem constituere. Cic. 2. Offic. Æquitate constituenda summos cum infimis pari iure retinebat.
Æstimationem. Cic. 5. Verr. Deinde cur in vno genere solo frumenti ista æstimatio constituitur?
Amicitiam cum aliquo. Cic. de Petit. Consul.
Bene morata & bene constituta ciuitas. Cic. de Claris Orat.
Controuersiam. Cic. 1. de Orat.
Crucem sibi. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 2.
Delectum rerum. Cic. 1. de Fin.
Constituere diem alicui. Cic. ad Atticum, lib. 12.
Constituere diem colloquio, nuptiis, aut alicui alij rei. Plaut. Trinum. 8. Cæsar 1. bel. Gal.
Titan medium constituit diem, Meridies est. Sen. Hipp. 6.
Disceptationem constituere, id est quod *Accordare scripturas* dicunt. Cicero in Partitionibus, Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu quæstio exoritur quædam quam Disceptationem voco: in qua quid veniat in iudiciũ, & de quo disceptetur, quæri solet. Hæc verba, quid sit Disceptatio, ostendunt. Deinde subiicit, Disceptatio autem, quum est constituta, propositum esse debet oratori, quo omnes argumentationes repetitæ ex inueniẽdis locis coniiciantur. Budæus.
Documentum constituere. Cæsar, Egomet ipse documentum more militari constituam.
Domos constituere, Id est ædificare. Ouid. 3. Trist. eleg. 9.
Fides rei non est constituenda in serui vnius quæstione. Vlpian. in l. 1. §. ad quæstionem. D. de quæstionibus.
Finem rei constituere, pro Imponere finem. Cic. 3. Verr. Postremò vt esset hoc iudicatum, vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur.
Fines in amicitia. Cic. de Amic. Constituendi autem sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi.
Firmamenta Reipub. Cicero Attico, lib. 1. 13, Sic ille annus duo firmamenta Reipub. per me vnum constituta euertit.
Honores. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1, Et quidem de isto genere honorum, quid sentirem scripsi ad te antè. Semper eos putaui, si vulgares essent, vileis: si temporis causa constituerentur, leueis.
Horam. Martial. lib. 11. epigr. 74,
Constituítque horam, constituítque locum.
Iudices de quaque re. Cic. pro Domo.
Constituere iudicium in sensibus & in rerum notitiis. Cicero 4. Academicar.
Iudicium constituere dicebant, pro eo quod est Constituere actionem. Cicero in Partitionibus, Atque etiam ante iudicium de constituendo ipso iudicio solet esse contentio, quum aut sitne actio illi qui agit, aut iámne sit, aut num iam esse desierit, aut illáne lege, hisne verbis sit actio, quæritur: quæ etiam si antequam res in iudicium venit, aut concertata, aut diiudicata, aut confecta non sunt: tamen ipsis iudiciis, permagnum sæpe habent pòdus. Quintilianus quæstionem pro iudicio dicere solet. Budæus.
Iudicium constituere, Est etiam id quod nunc *Recipere in processum* dicimus. Quintil. lib. 3. cap. 12, Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solum constituantur: sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo: & nonnunquam inter delatores, vter præmium meruerit. Cicero in Verrem, act. 4, Amici recusare, nequod nouum iudicium, nequa ipsius cognitio illo absente, de existimatione eius constitueretur. Budæus.
Iudicium constituere in publicis duntaxat iudiciis dicitur Quæsitor, qui iudicum reiectione vtrinque facta, certos constituit iudices, qui sibi iurati in consilio adsint, & secum cognoscant. In priuatis verò iudiciis, quũ Prætor vrbanus iudici aut recuperatoribus à litigatoribus acceptis, potestatem de causa cognoscendi & litigandi facit. Cicero pro Cecinna, Qui igitur conuenit, quæ causa fuerit ad constituendum iudicium, eandem moram esse ad iudicandum. Hotomanus.
Iudicium de pecuniis repetundis constitutum. Cic. 1. Verr.
Constituta & Dissoluta iudicia, contraria. Cic. pro Cecinna, Cuius rei causa maximè iudicia constituta sunt, id iam mala consuetudine dissolutum esse.
Iudicium capitis in aliquem constituere. Cic. 7. Verr. Seruilius & recusare & deprecari, ne iniquis iudicibus, nullo aduersario, iudiciũ capitis in se constitueretur.
Iura. Lucret. lib. 5,
Inde magistratum partim docuere creare,
Iuráque constituere, vt vellent legibus vti.
Ius constituere, Hoc est Statuere, & exemplum prodere iuris dicendi, vt ait Budæus. Cic. pro Cecinna, Videte per deos immortales quod ius nobis, quam conditionem vobismetipsis, quam denique ciuitati legem constituere velitis.
Ius constituere in verbis. Cicero pro Cecinna, Quid est Piso? placet tibi pugnare verbis? placet causam iuris & æquitatis, & non nostræ possessionis, sed omnino possessionem omnium constituere in verbo?
Ius quidpiam agendi alicui. Cic. pro Cecinna. Huiusce rei vos statuetis nullam esse actionem, nulli experiundi ius constitutum?
Causam iuris & æquitatis in verbo constituere. Cicero pro Cecinna.
Constituere legem ciuitati. Cic. pro Cecinna.
Locum. Martial. lib. 11. epigr. 74.
Locum reo. Cic. pro Cluent. Reum statim fecit, vtque ei locus primus constitueretur, propter causæ coniunctionem, impetrauit.
Maiestatem, In MAIESTAS.
Malum alicui. Cic. 3. Verr. Quod vbi est Philodamo nuntiatum, tametsi non erat ignarus quantum sibi ac liberis suis iam tum mali constitueretur, &c.
Mercedulas prædiorum. Cic. ad Attic. lib. 13, Est aliud, posteaquam sum à te disiunctior, sed fuit faciendum, vt & constituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obseruãtiæ Bruto nostro imponerem. Budæus exponit, *Affermer ses terres.*
Mercedem funeris ac sepulturæ. Cic. 7. Verr.
Metam. Virg. 5. Æneid.
Modum rebus infinitis. Cic. 1. de Finib.

Constituere sibi aliquem vitæ modum. Cic. pro Sylla.
Mœnia constituere, Ædificare vrbem. Virg. 12. Æneid.
Necessitudinem cum aliquo. Cic. ad Plancum, lib. 10, 3. Ego Plance necessitudinem cõstitutam habui cum domo vestra, antè aliquanto, quàm tu natus esses.
Constitutæ nuptiæ in hunc diem. Terent. And. 1.5.
Constituere oppidum, & exædificare. Cæsar 1. bel. Ciuil. Etiam ex Cingulo, quod oppidum Labienus constituerat, suáque pecunia exædificauerat, ad eum legati veniunt.
Patronum alicui causæ. Cic. pro Murena.
Pax tota prouincia constitúta. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.
Pœnam aut supplicium in aliquem. Id est animaduertere. Cæsar 5. bel. Gal. Iis ad diem adductis, vt imperauerat, arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstiment, pœnámque constituant.
Constituere præsidia defensionis suæ in arce legis. Cicero pro Cluentio.
Pretium frumento. Cic. 5. Verr.
Prouinciam alicui. Cic. 3. Verr. Posteaquam Cn. Dolabellæ prouincia Cilicia constituta est.
Quæstionem nouam, Est decernere vt vindicetur, vt ait Budæus. Cic. pro Milone, Hanc verò quæstionem, etsi non est iniqua, nunquã tamen Senatus constituendam putauit: erant enim leges, erant quæstiones vel de cæde, vel de vi: nec tantum mœrorem Senatui mors P. Clodij afferebat, vt noua quæstio constitueretur.
Quæstus magnos atque vberes sibi cõstituere ex quibusdam causis. Cic. 4. Verr.
Reditum ex mari constituere, piscinas faciendo. Columel. libro 8. capite 16.
Constituere regem populis. Cæsar 4. bel. Gal. Et cum his vnà Comium, quem ipse Atrebatibus superatis regem ibi cõstituerat, cuius & virtutem & consilium probabat.
Rem familiarem. Cic. 11. Philipp.
Rem nummariam. Cic. 3. Offic. Vt res nummaria de cõmuni sententia constitueretur.
Sacra. Cic. de Arusp. respon.
Patriam mihi sanctitatem in illo colendo constitui. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 4. Persuade tibi te vnum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem.
Seminaria. Colum. de Arboribus, cap. 1.
In foro spectaculum. Cic. 3. Verr.
Spem in aliquo. Cic. pro Lege Manil. Tanta in eo Reipub. bene gerendæ spes cõstituebatur, vt duorum Consulum munus, vnius adolescentis virtuti committeretur.
Statum causæ constituere Iudex dicitur, quum aut iuris disceptationem esse pronuntiat, aut facti. Hæc Budæus.
Stipendium militi. Quint. lib. 3. cap. 8.
Summam totius litis in re aliqua constituere, Idem quod Cardinem causæ ponere. Budæus. Quint. lib. 7. cap. 5.
Supplicium in aliquem. Cic. 7. Verr.
Templum. Ouid. 1. Fast.
Tempus alicui rei. Cæsar 3. bel. Ciuil.
Testem aliquem in alium. Cicero pro Cluent. Pater inquam illius adolescentis, quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset ex illo loco testem in A. Cluentium constituere, is hunc suo testimonio subleuat.
Testes. Cicero 2. Verr. Illud à me nouum Iudices, cognoscetis, quòd ita testes constituam, vt crimen totum explicem, vbi id interrogando, &c.
Tumulum. Virg. 6. Æneid.
Vadimonium. Vide VADIMONIVM.
Vectigal. Cic. Attico, lib. 2, Vectigal te nobis in monte Antelibano constituisse.
Victoriam. Cic. pro Rosc. Amer. Posteaquam victoria constituta est, ab armísque recessimus, quum, &c.
Vrbem. Ouid. epist. 7. Hoc est condere.
¶ Per exordium animus auditoris aut iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. Author ad Heren. lib. 1.
¶ Constituere & regere inscitiam iuuenum. Cicero 1. Officior. Ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est.
¶ Constituere in digitis singulas causæ partes. Cicero 1. Verr. Quid, quum accusationis tuæ membra diuidere cœperit, & in digitis suis singulas partes causæ constituere?
¶ Constituere, Erigere. Virg. lib. 6,
-& feráles antè cupressos Constituunt.
¶ Constituere, apud Iurisconsultos, est quod iam debetur daturum facturúmve se, vel pro semet ipso, vel pro alio sine stipulatione promittere. l. 1. & passim. D. de constit. pecun. Græci χρεωστεῖν dicunt. Hotomanus.
Constitutus, pen. prod. {διατεταγμένος} Participiũ. Vt Constituta in mensem Ianuarium auctio. Cic. de Lege Agrar.
Intra dies constitutos. Caius in l. Intra dies. D. de re iudicat.
Constitutus locus à iudicibus. Cic. pro Cluent.
Constituta præclarissimè Resp. dilabitur. Cic. 2. Offic.
Constitutus rerum omnium delectus. Cic. 1. de Finib.
Constitutus ad cædem. Cic. in Catil. Quid, quòd omnes Consulares, qui tibi persæpe ad cædem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?
Publicè constitutum esse ad rem aliquam. Cic. 2. de Legib.
Constitutum est per legem. Caius in l. Intra dies. D. de re iudicat.
Constituta pax. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1.
Constituta diuinitus res militaris. Cic. 4. Tuscul.
Constitutum patrimonium. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9, Id scito esse eiusmodi, vt frater meus verè existimet, adiuncto isto fundo, patrimonium fore suum per te constitutum.
Salarium alicui cõstitutum. Papin. l. Salarium. D. Mandat. vel cõtr.
Salarium procuratori constitutum, si extra ordinem peti cœperit, &c.
¶ Constitutum bene corpus {εὐσχημον} Cic. 2. Tuscul. Metrodorus quidem eum perfectè putat beatum, cui corpus bene cõstitutum sit, & exploratum ita semper fore.
¶ Constitutus bene de rebus domesticis. Cic. pro P. Sextio, Esto igitur vt ij sint, quam tu nationẽ appellasti: & qui integri sunt & sani, & bene de rebus domesticis constituti.
Constitutus, Substantiuum. Fest. Constitutus hominum, à cõsistentium multitudine appellatur.
Constitutum, ti, n. g. Substant. Vocabulum ad ius ciuile pertinens, & significat diem tempúsque litigatoribus indictum, quò se in loco certo ac cõstituto sistant. Cic. in orat. pro Cæl. Quum sit his cõfitendum nunquam se ne congressu quidem & constituto cœpisse de tantis iniuriis experiri. Et in epist. ad Attic. lib. 1. epist. 1, Atque eo die cogitabam in Anagnino, postero autem die in Tusculano: ibi vnum diem V Calend. Igitur ad constitutum. Et eleganter transtulit in epistola ad Marium, Si quod constitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas. Var. de Re rustic. lib. 2, Scropham enim mane salutaui, quũ alius cum salutasset, alius conuiuatus esset, qui tam serò venisset ad constitutum. Hotomanus.
Constituta, constitutorum, Substantiuum {διατάγματα} pro Actis vel statutis. vt
Constituta & acta alicuius tollere. Cic. Attico, lib. 6.
Constitutio, Verbale {σύστασις, διάθεσις} Cic. 4. de Fin. Itaque ab iis constitutio illa prima natura, Vulgus *Complexionem* vocat.
Firma constitutio corporis. Cic. 3. Offic.
Religionum. Cic. 2. de Leg.
Constitutio in oratione. Cic. 1. de Inuent. est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta, hoc modo: Fecisti, non feci, aut iure feci.
¶ Constitutio, generali nomine dicitur ius quod à Principe conditur, hoc est διάταξις, vel διατάγματα. Porrò in tria diuiditur, in epistolam in edictum, & in decretum. Hæc Theoph. §. 5. De iur. natur.
Constitutor, pen. prod. constitutoris {διατακτής} Verbale, Qui statuit aliquid. vt, Legis constitutor, apud Quintil. lib. 3. cap. 6.
Constitutorius, Adiectiuum {διατακτικός} vt Actio constitutoria. Paulus in l. Nec enim. D. de constit. pecun. Nec enim quod crescit peculium, aut decrescit, pertinet ad constitutoriam actionem.
Constitutoria actio, siue Constitutitia, dicitur quæ in eum qui se soluturum constituerit, datur, his ferè verbis: Si appareat Mæuium Titio pecuniam constituisse, eámque pecuniam quum constituebatur, debitam fuisse, neque Mæuius aut soluat, aut faciat id quod constituit: ac per actorem non steterit quo minus fieret quod constitutum est, tum Mæuius damnetur. l. 16. D. de const. pecun. Hotom.
Consto, constas, constiti constitum, pen. corr. & constatum, penult. prod. {συνίσταμαι}
Constare apud aliquem. Callistratus in l. 2. D. de senatuscons. Silaniano, Diuus Marcus Commodus Pisoni rescripsit in hæc verba, Quum constiterit apud te, Piso charissime, Iulium Donatum posteaquam conterritus aduentu latronum profugerat villam suam, vulneratum esse. &c.
Constare debet liquereque Prætori. Vlpian. in l. Hæc autem. §. 1. D. Quibus ex caus. in possess. eat.
Etiam militibus pietatis ratio in parentes constare debet. Paulus in l. 1. D. de obseq. à liber. & libert. præst. Id est, præstari debet pietas.
Ratio ei constat. Vlpian. in l. Si procuratorem. §. Si ignorantes. D. mandati, Igitur si ignorauerunt, excusata ignorantia est: si sciuerunt, incumbebat eis necessitas prouocandi. Quid tamen, si paupertas eis non permisit? excusata est eorum inopia, &c. Sed & si tertio conuenerunt debitorem, vt si ipse putaret, appellaret: puto rationem eis constare.
Ratio innocentiæ constat. Vlpian. in l. 1. §. vlt. D. de quæstionibus, Principi eum scribere oportet: si quando ei qui nocens videbatur, postea ratio innocentiæ constitit.
Constare, Simul stare. Plaut. Capt. 7,
Constant, conferunt sermones inter se.
Per seipsum. Cic. 3. de Orat.
Non constat ei color neque vultus. Liu. 9. bel. Maced. Hoc est, subinde mutatur & color & vultus.
Non constare auribus & oculis. Liuius 5. ab Vrbe. Romani ex arce plenam hostium vrbem cernentes, vagósque per vias omnes cursus, quum alia atque alia parte noua aliqua clades oriretur, nõ mentibus solùm cõcipere, sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant.
Lingua non constat. Vide LINGVA.
Constat mens, cui opponitur Mens labat. Celsus lib. 3. cap. 19, Huic morbo præcipuè contrarium est id genus quod φρενιτικὸν à Græcis nominatur, quanuis sæpe ad eum phrenetici transeunt: siquidem mens in illis labat, in hoc constat.
Mente vix constat. Cic. 4. Tuscul.
¶ Constare sibi {ὁμολογεῖν} Constantem esse & perseuerantem. Cic. 1. Tuscul. Et quidem si tibi constare vis, omnes quicunque nati sunt eruntve, non solùm miseri, sed etiam semper miseri.
Ille sibi constat, Id est constans permanet, ac sui semper est similis. Horat. lib. 1. epist. 13,
Me constare mihi scis, & discedere tristem,
Quandocunque trahunt inuisa negotia Romam. Hoc est semper eundem esse me nosti, & nunquã de opere ruris mutare sententiam. Loquitur de ruris amore.
Sibi constare, & superioribus consentire iudiciis. Cic. pro Cluent. Quid si innocentes Fabritios condemnassent, tamen in Oppianico sibi constare, & superioribus consentire iudiciis debuerunt.
In vitæ perpetuitate cõstare sibi. Cic. 1. Offic. In tota vita cõstituenda multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in vllo officio claudicare.
Constare in sententia. Cicero Lentulo, lib. 1. 9, Qua in sententia si constare

constare voluissent, suam authoritatem simul cum salute mea recuperassent.

Vt tota oratio sibi constet, & vt ex omni parte secum ipsa consentiat. Cic. de Vniuersit.

Reliqui sibi constiterunt, vt extrema cum initiis conuenirent. Cic. 2. de Finib.

Constant sententiæ. Plin. lib. 23. cap. 1, Quin vt constarent sententiæ, quota portio tamen mortalium iis generibus posset vti?

Constare suæ humanitati. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7, Si modò tanti putatis id: quòd si me audies, & si humanitati tuæ constare voles, certè putabis, &c. Id est si non voles discedere ab humanitate.

Constitit fides. Liuius, Fides constitit Prætoris. Id est conuentis stetit, ait Budæus. Arnob. aduersus gentes lib. 5, Varro edocet, &c. cui si constat fides, &c.

Constant officia tua in me. Cic. ad Atticum, lib. 11, Nequid existimes ab illo factum esse, quominus mea in te officia constarent.

¶Constare { [illegible] } Valere. Plinius libro 33, Et omnibus penè annis mutari, prout nauigationes constiterint, aut vt quisque mercatus sit, aut, &c. Varro 3. de Re rust. cap. 1, Constat quadringentis milibus.

Constat auro. Plaut. Trucul. 10.

Carè constat. Cicero, Quod mihi constat carius, quàm si in foro emissem.

Gratis. Cicero 7. Verr. Sit argumento, tibi gratis constare nauem.

Minoris dimidio. Cic. ad Atticum, libro 13, Quam vt tantam faciamus, quantam in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris constabit isto loco.

Tanto nobis deliciæ & fœminæ constant. Plin. lib. 12. cap. 18.

Vilissimè. Colum. lib. 9. cap. 1, Et quicquid denique vilissimè constiterit dare.

Constaturus, Participium. vt, Constaturus minimo impendio fructus. Plin. lib. 18. cap. 5. Et Lucan. lib. 2,

Ergo vbi concipiunt quantis sit cladibus vrbi

Constatura fides superûm, &c. Hoc est, Postquam Romani animaduertunt & animo complectuntur seu comprehendunt, quantum mali immineat vrbi Romæ, eo quòd dij qui talia portenderant, nō sunt fallaces & mendaces.

¶Constare { [illegible] } Compositum esse & factum. Cic. 4. Acad. Tantum de principiis rerum, è quibus omnia constant, videamus quem probet.

Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur. Cicero pro Roscio Comœdo.

Constat experimentis medicina. Quint. lib. 2. cap. 17.

Constat prouincia Galliæ ex his generibus hominum & ciuitatum. Cic pro Fonteio.

¶Constare { [illegible] } Esse. Cic. de Amic. Agrigentinum quidam doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totóque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.

Agri constant campis, vineis, syluis. Plinius in Epistolis. Id est sunt in agris campi, &c.

Constare ex multis & magnis rebus. Cic. 1. de Inuent.

Constant è principiis omnia. Cic. 4. Acad.

Constat temporis modus. Plin. Iunior lib. 3. epist. 13, Nostræ tamen cœnæ vt apparatus & impendij, sic temporis modus constet.

Ratio constat. Plinius lib. 1. epist. 5. ad finem, Mihi & tentandi aliquid, & quiescendi, illo authore, ratio constabit. Idem ad Minutium, lib. 1. epist. 9, Mirum est quàm singulis diebus in vrbe ratio aut constet, aut constare videatur. Id est mirum est quàm officio quisque in vrbe præclarè fungi videmur, benéque operas collocare, singulisque horis ciuiliter seruire, id est nihil temporis hominibus deperire: eo modo quo dicitur, Rationem alicui constare, quando acceptorum ratio non superat impensorum rationem & reliquorum. Paulus in l. Ex causa. D. de Re militari, Quòd si ratio cōstiterit, neque desertorē fuisse apparuerit, omnia stipendia circa temporis finem redduntur. Id est, Quòd si ille qui desertionis suspectus est, rationem aliquam causámque iustam fuisse docuerit, quamobrem abesse sibi contigerit. hoc enim significat rationem constare. Ex Budæo. Vide Vallam, lib. 5. cap. 18.

Ratio impensarum mihi non constat. Hoc est, Nescio quantum impendam, seu quantum faciam impensæ. Tranquill. in Neron. cap. 30, Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quàm profusionem: sordidos, ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælautos, veréque magnificos, qui abuterentur ac perderent. Hoc est, quibus expensarum pecuniarum modus mensuráque aut summa & calculatio nota esset.

Si constat principibus gratia, manet pax incruenta. Columel. libro 9.

Constat magistratibus reuerentia. Plin. Iunior in Panegyr. Id est permanet.

Constat tibi fructus otij tui. Cic. Mario, lib. 7. 1, Modò vt tibi constiterit fructus otij tui, quo quidem tibi perfrui mirificè licuit, &c.

Quæ animo sententia constet. Virg. 5. Æneid.

Vita constat sine crimine. Ouid. ad Pisonem.

¶Constant omnia. Virg. 3. Æneidos,

Postquam cuncta videt cælo constare sereno. Id est suppetere (ait Seruius) vt Iuuen. sat. 6,

Quis feret vxorem, cui constent omnia?

¶Constat, sub. Inter omnes, Manifestum est. Cicero ad Cæsarem Iuniorem, Quum constet Lupercis id vectigal dedisse, qui antè poterat id constare? Idem 6. Verr. Cuius omnes vigilias in stupris constat, adulteriísque esse consumptas.

Non satis certum cōstat apud animum. Liu. 10. bel. Pun. Inter hæc simul spes, simul cura in dies crescebat: nec satis certū constare apud animos poterat, vtrum gaudio dignius esset, &c.

Non satis constat animis. Liu. 7. bell. Pun. Neque satis constabat animis, tam audax iter eos laudarent, vituperarentne.

Constat planè. Cic. 5. Verr. Nympho antequam planè constitit, condemnatur.

Constat de hac re. Plin. lib. 11. cap. 5, Non sit de anima quæstio, constet & de sanguine.

Id de quo quæritur, & Res de qua constat, opposita sunt. Cicero 2. de Inuent.

Constat de eius innocentia. Id est manifesta est. Quintil. lib. 7.

¶Constat inter omnes, Loquendi modus apud Iurisconsultos frequentissimus, quo significant rem non fuisse opinionibus agitatam. Cic. 2. Verr. Constat inter omnes, post hæc constituta iudicia, quibus nunc vtimur, nullum, &c.

Perspicuum est, constátque inter omnes. Cic. 3. de Nat. deor.

Hæc res non perspicua est, neque cōstat inter omnes. Cicero 1. de Inuent.

Constat hoc mihi tecum. Author ad Heren. lib. 1, Adhuc quæ dicta sunt arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus.

Constans { [illegible] } Adiectiuum, Tenax propositi, ac firmus. Cicero ad Lent. lib. 1. 7, Tantam vim habet, vt magis iratorum hominum studium, quàm constantis Senatus consilium esse videatur.

Leuis & Constans, contraria. Cic. de Amic. Quid intersit inter popularem, id est assentatorem & leuem ciuem: & inter constantem, seuerum & grauem.

Mobilis & Constans, contraria. Cic. pro Rosc. Com. Quem hominem? leuem? imò grauissimum. mobilem? imò constantissimum.

Æquabilis, constans & moderata ratio vitæ. Cic. pro Cluent.

Certos & constantes cursus stellæ habent. Cic. 3. de Nat. deor.

Firma & constans assensio. Cic. 1. Acad.

Fortis animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis. Cicero 1. Offic.

Grauem, constantem, stabilem se in amicitia præstare. Cicero 1. de Amic.

Perpetua & constans voluntas in Remp. Cic. 13. Philipp.

Cōstans, perpetua, fortis, inuicta defensio salutis alicuius. Cic. Post reditum in Senat.

Stabiles & constantes amici eligendi. Cic. de Amic.

In leuitate constans, Id est perpetuò leuis, & nunquam constans. Ouid. 5. Trist. eleg. 9. de Fortuna,

Et tantùm constans in leuitate sua est.

Ciuis in rebus optimis constantissimus. Cic. de Claris Orat.

In vitiis constantior. Horat. 2. Serm. sat. 7.

Fidei constans. Tacit. lib. 19.

Animus constans. Ouid. 2. de Remed.

Animus constantior annis, Id est animus constantior & maturior atque adeò prudentior quàm pro ætate. Ouid. ad Pison.

Fama vel rumor. Cic. ad Qu. frat. lib. 1. 1, Constante fama atque omnium sermone celebratum est.

Fastus. Propert. lib. 1. eleg. 1,

Tum mihi constantis deiecit lumina fastus.

Fides. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4.

Manere constantem in amore. Ouid. epist. 16,

Adde quod, vt cupias constans in amore manere,

Non potes.

Mente tenere aliquid. Catul. Argon.

Motus Lunæ constantissimus. Cic. 2. de Diuin.

Pectore constanti corpus. Sil. lib. 11.

Pietate tueri aliquem. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 12.

Voce negare aliquid. Ouid. 1. Amor. eleg. 4.

Constantia { [illegible] } Animi firmitudo. Cic. 2. Verr. Si soceri Scauri constantiam, vt nequis te de vera & certa possit sententia dimouere, &c.

Admirabili incredibilíque constantia sunt cursus stellarum. Cic. 3. de Nat. deor.

Amicitiæ constantia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 3.

Animi. Ouid. 11. Metam.

Augurij Cic. 2. de Diuin.

Promissi constantia & fides mira. Cic. Attic. lib. 4.

Constantia & æquabilitas. Brutus Cicer. 16. 18, Fortem & liberum animum, &c. sine constantia & æquabilitate nullum esse putaris.

Conueniens & coniuncta inter aliquos. Cic. 2. de Diuin.

Constantia & firmitas animi. Cic. Attic. lib. 12.

Ex perpetuitate atque constantia spectandi philosophi. Cicero 5. Tusculan.

Notabilis. Hoc est insignis. Tacit. lib. 19.

Perpetua constantia roborare grauitatem. Cic. 1. Offic.

Summa grauitate, summáque constantia homo. Cic. pro Sext.

Constantia & veritas dictorum conuentorúmque, fides. Cicero 1. Officiorum.

Robusti animi est, magnæque constantiæ, acerba ita ferre, vt nihil à statu naturæ discedas, nihil à dignitate sapientis. Cic. 1. Offic.

Stabilitate & constantia, non ardore amoris, more adulescentulorum, beneuolentiam iudicemus. Cic. 1. Offic.

Stabilitatis constantiæque firmamentum in amicitia, fides. Cicero de Amic.

¶Eximere constantiam, pro Adimere. Tacit. lib. 1.

• Perseuerare in. Vide PERSEVERO.

Constantia, grauitas, & perseuerantia retinenda. Cic. 7. Philip.

Seruare in omni re gerenda, consilióque capiendo. Cic. 1. Offic.

Satis animi constantiæque esse in aliquo. Cic. pro Lege Manil.

Rationi & constantiæ nihil est tam contrarium, quàm fortuna. Cic. 2. de Diuinat.

Constanter, Aduerbium { [illegible] } Cic. de Amic. Multáque eius & in Senatu, & in foro, vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur.

Constanter iniquus. Ouid. 3. Trist. eleg. 2.

Æqualiter constantérque ingrediens oratio. Cic. in Orat.

Iudicio consideratè constantérque deferre beneficia. Cic.1. Offic.
Constanter conuenientérque dicere. Cic.1.Tuscul.
Constantissimè exquirere quod dicatur Cic.4.Acad.
Facere constanter aliquid.Cic.Att.lib.16.
Constanter & sedatè ferre.Cic.2.Tuscul.
Firmius & constantius in perspicuis manere.Cic.4.Acad.
Gerere se constanter & liberè.Cic.Att.lib.4.
Constanter laudari ab aliquo.Ouid.epist.16,
-nam quo constantius ore
Laudamur vestro,iustius ille timet.
Manere constanter in statu suo.Cic.de Vniuersit.
Constãter & perpetuò placebit hoc cõsilium. Brutus Ciceroni, 16
Studium aliquod constanter seruare.Ouid.de Ponto, eleg.6.

Constratus,Vide CONSTERNO.

Constrepo,constrepis,pen.corr.constrepui,constrepitũ {ψοφῶ} constrepere, Idem quod Strepere. Gell.lib.4.cap.1.Atque omniũ horum & testimoniis & exemplis constrepebat.

Constringo, constringis, constrinxi, constrictum {συσφίγγω} constringere, Arctare.vt, Constringere sarcinam. Plaut.Trinum.10.
Dissoluere,& Constringere,contraria.Cicero 1.de Orat. Quæ rem dissolutam diuulsámque conglutinaret, & ratione quadam constringeret.
Galeam constringere,Capiti aptare.Valer.lib.3.Argon.
Constringere manus.Plaut Milit.10.
Constringere quadrupedem.Terent.And.5.
Constringere catenis. Cicero pro Sext. Sic constringere laqueis, Ibidem.
Vinciri & constringi amicorum propinquorúmque custodiis. Cicero 2. Tuscul.
Mentem constringere,Est coercere affectus, & comprimere cupiditates.Lucan.lib.5.
Pectora Stat.2.Sylu.1.
Zona expeditos constringit sinus.Sen.Hipp.4.
Supplicio.Cic.1.de Orat. Tum qui scelus fraudémq; nocentis possit dicendo subiicere odio ciuium,supplicióque constringere : idémque ingenij præsidio innocentiam iudiciorum pœna liberare.
Toros. Martial.lib.11.epigr.57,
Constringátque tuos purpura texta toros. Id est operiat.
Necessitate.Cic.2.Tuscul.
Constringendum se tradere libidinibus. Cic.1.de Finib. Victi & debilitati obiecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos.
Voluptas se constringendam virtuti tradat.Cic.2.de Finib.
Scelus & fraudem nocentis supplicio constringere. Cicero 1.de Oratore.

Constrictus {συνεσφιγμένος} Participium.vt, Ora constricta frænis, Sen. Hippol.10.
Constrictum aliquem hostibus dare.Cicero Post reditum ad Quirites.
Habere aliquem constrictum in suis vinculis. Quintil.lib.7.cap.4. De Dialectica.
Pedes constrictos aluta cogit. Tibul.lib.1.eleg.8.
Ira cæca constricti. Valer lib.6.Argonaut.
Apertis verbis constricta oratio.Cic.de Claris Orat.

Construo,construis,construxi,constructum {συντίθημι, συνίστημι, συναθροίζω} construere,Simul struere, aggerare, accumulare, coaceruare.Cicero 1. de Oratore,Similiter nunc petes à Crasso, vt eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam vno in loco quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat.
Construere & recondere res magnificas.Cic.1.de Orat.
Aceruí nummorum construuntur apud eum. Cic.2.Philipp.Itaque tanti aceruí nummorum apud istum construuntur, vt iam appendantur,non numerentur pecuniæ.
¶ Construere {κατασκευάζειν} pro Ædificare.vt, Construi à deo atque ædificari mundum facit Plato.Cic.1.de Nat.deor.
Aggerem construere.Lucan.lib.2.
Cubilia sibi,nidósque aues construunt.Cic.2.de Nat.deor.
Delubra.Cic.2.de Leg.
Fauos.Plin.lib.11.cap.6.
Nauem & ædificium.Cic.de Senect.
Fingere & construere nidos.Cicero 2.de Orat. Volucres videmus procreationis atque vtilitatis suæ causa fingere & construere nidos.
Nidum sibi construit ore.Ouid.15.Metam.de Phœnice.
Vias. Lucanus libro 2. De ponte, quo Xerxes vrbi Sesto iunxit Abydon.
Vocabula rerum.Cic.3.de Finib.

Constructus {κατασκευαστὸς} Participium , siue Nomen ex participio.vt, Arces constructæ.Sil.lib.8.
Aceruus constructus. Horat.1.Serm.sat.1.
Dentes in ore. Cicero 2.de Nat.deor.Dentibus autem in ore constructis manditur,atque ab his extenuatur & mollitur cibus.
Constructior & apparatior domus. Cic.1.de Inuent. Quædam exemplaria legunt Instructior.
Mensæ constructæ dape multiplici.Catul.Argon.
Pecunia constructa & coaceruata. Cic.1.de Lege Agrar.

Constructio,Verbale {σύνταξις, σύνθεσις} Traianus Plin.lib.10.epist.40, Constructionem eius aggressi sunt.
Constructio hominis. Cic.4.Acad. Et totam constructionem hominis fabricata est natura.
Verborum.Cic.1.de Orat. Et ipsa oratio conformãda, non solùm electione,sed etiam constructione verborum.
Apta & quasi rotunda verborum. Cic.de Claris Orat. Id est ordo, & structura, vel compositio.
Magna & ornata verborum. Author ad Heren.lib.4.

Constupro, constupras, penultima correpta {μοιχεύω} constuprare, Idem quod Stuprare. vt, Constuprare matronas. Liuius 9. belli Punici.
Liberos.Cic.de Petit.Consul. Qui tantum habet audaciæ,tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, vt propè in parentum gremiis prætextatos liberos constupraret.
Matremfamiliàs. Author ad Heren.lib.4.
Constupratum iudicium. Cic.ad Atticum, lib.1.13, Afflicta Resp. est,empto,constupratóque iudicio. Empto:quia iudices accepta pecunia Clodium nocentem absoluerunt. Constuprato: quia noctes certarum mulierum,atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt,vt ipsemet Cicero testatur lib.eod.epist. 13.

Constuprator,pen.prod. {μοιχευτὴς} Verbale. Liuius 9. bel. Maced. Simillimi fœminis mares stuprati,& constupratores.

Consuadeo,consuades,pen.prod.consuasi,consuasum {παραινέω} cõsuadere.Idem quod Suadere. Plaut.Merc.4,
Sin ego saluti quod tibi esse censeo,id consuadeo. Hoc est vehementer suadeo.

Consuasor,penult.producta, consuasoris,Verbale {σύμβουλος} Cicero pro Quintio, Hæc omnia Quintius agebat authore & consuasore Næuio.

Consualia, consualiorum,neut.gen.plur.num. {κωνσουάλια} Ludi dicebantur,inquit Festus,quos in honorem Consi, quem deum consilij existimabant, faciebant antiqui. Plin.de Viris Illust.Quibus negatis, ludos Cõsualia simulauit: ad quos quum vtriusque sexus multitudo venisset,dato suis signo,virgines raptæ sunt. Varro de Lingua Latina, Consualia dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo,& in Circo ad arãm eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi,quibus virgines Sabinæ raptæ.Vide CONSVS.

CONSVANATES, Vindelicæ populi, Octauij Augusti auspiciis Romano imperio subiecti.vt refert Plin.lib.3.cap.20.

CONSVARANI {κωνσουαρανοί} Populi in ora Narbonẽsis prouinciæ:quorum meminit Plin.lib.3.cap.4.

Consudo,consudas,pen.prod. {ἱδρόω} consudare, Idem quod Sudare.Plaut.Pseud.9,
Iube sis te operiri:beatus si consudaueris. Colum.lib.12.cap.7.Et sale conspersa,biduo sub vmbra,dum consudant,reponuntur.

Consudasco,cõsudascis {ἱδρόω} consudascere,Idem. Colum.lib.12.cap. 48, Sicque triginta dies pati consudascere.

Consuefacio,consuefacis, pen.corr. consuefeci {συνεθίζω} consuefacere,Vsu docere. cuius contrarium est Dissuefacere. Terent.Adelphis, 3.3,
Nihil prætermitto,consuefacio. Varro 2.de Re rust.cap.9,Consuefaciunt quoque vt possint alligari primùm leuibus numellis.

Consuesco,consuescis,consueui,& consuetus sum, consuetum {συνεθίζομαι} consuescere,Quasi applicari ad aliquid,& tam frequenti vsu aliquid agere,vt consuetudinẽ faciamus. Cic.1.de Orat.Potest id facere quod requiris,& consueuit.
Consuescere pronuntiare : hoc est Frequentem operam dare, vt pronuntiemus.Cic.1.de Orat.Versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat.
Consuescere mori.Cic.1.Tuscul.Quare hoc commentemur, mihi crede,disiungamúsque nos à corporibus.Id est consuescamus mori.
Consuescere parere aliis. Cic.1.de Inuent.
Consuescunt libero victu aues. Colum.lib.8.cap.15. Nam si modò captas aues, quæ consueuere libero victu,custodiæ tradere velis, parere cunctantur in seruitute.
Consuescere alicui.Terent.Adelph.4.5,
-quid illi tandem creditis
Fore animi misero,qui illi consueuit prius? Id est qui cum illa consuetudinem habuit.
Adeò in teneris consuescere multum est! Virg.2.Georg.
Consuescere dolori. Plinius Iunior libro 8.epistola penultima ad Marcellinum.
Consuescere flagno.Colum.lib.2, Nec magis humo quàm flagno consueuerant.
Consuescere cum aliqua muliere dicitur vir, vel mulier cum viro. Terent.Hecyra,4.1,
Nam si is posset ab ea sese de-repentè auellere
Qui cum tot consuesset annos, non eum hominem ducerem. Donatus, Consuesset, propriè in stupro. Cicero 7. Verr. Huc omnes mulieres,quibuscum ipse consueuerat, conueniebant. Id est concubuerat.
Consuescere iuuencum aratro. Columel. lib. 6. cap. 2, Nam vbi plaustro aut aratro iuuencum consuescimus, ex domitis bubus valentissimum, eundémque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Consuescimus actiuè dixit,pro consuefacimus.
Consuemus,pro Consueuimus.Propert.lib.1.eleg.7,
Nos vt consuemus,nostros agitamus honores.

Consuetus,pen.prod. {συνήθης} Participium, siue Nomen ex participio. vt,Consuetus puer,Plaut.Capt.13.
Consueta petens è fluctibus antra.Virg.4.Georg.
Consuetus amor. Terent.And.1.1,
Tum illa,vt consuetum facilè amorem cerneres,
Reiecit se in eum flens,quamfamiliariter.
Fata.Valer.lib.4.Argonaut.
Lectus.Ouid.3.Trist.eleg.3.
Vigor.Sil.lib.6.

Consuetissimus {συνηθέστατος} Ouid.11.Metamorphoseos,
Adiicit,& vestes,& consuetissima quæque Verba.

Consuetudo ,penultima producta , consuetudinis {συνήθεια} Plautus Merc.24,
Consuetudine animus rursus te huc inducet.
Consuetudo est optima legum interpres. Paul.in l. si de interpretatione.D.de legib.

Consuetudo, pars est iuris ciuilis, in his rebus posita, quæ priusquá in consuetudinem venissent, poterant sine scelere vel prætermitti, vel violari: postquam autem longo omnium vsu comprobatæ sunt, parem legibus habent potestatem. Hinc illud Hermogen. l.35. D. de leg. & sen. Sed ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium conuentione, non minus quàm ea quę scripta sunt, iura seruantur. Imò, inquit Paulus, magnæ authoritatis hoc ius habetur: quod intantum probatum est, vt &c. Differt auté à lege, quòd illa clàm & obscurè nascitur, pedetentímque perficitur: Hæc repentè suam authoritatem obtinet. Proprius autem consuetudinis locus est in iis, quæ legibus non sunt comprehensa, siue ea legem veteré interpretetur. Cic. lib. 1. de Inuent. Consuetudinis ius est, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobauit. In ea autem iura sunt quædam ipsa iam certa propter vetustatem. Quo in genere & alia sunt multa, & eorum multò maxima pars, quæ Prætores edicere consueuerunt. Quædam autem genera iuris iam certa consuetudine facta sunt: quod genus, pactum, par, iudicatum. Hæc ex Connano, apud quem plura vide de cósuetudine.

Consuetudo & institutum. Cic. 1. Verr. Cuius consuetudinis atque instituti patres maiorésque nostros non pœnitebat.

Disciplina, consuetudóque ciuitatis. Cicero pro Rabir. perd. reo. Adeóne ignarus es disciplinę consuetudinísq; nostræ, vt hæc nescias?

Consuetudo exercitatióque, & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. Cic. 1. de Orat.

Vetustatis & consuetudinis vis maxima. Cic. de Amic.

Consuetudine & exercitatione adiuuari. Cic. 2. de Orat.

Ad Græcorum consuetudinem disputare. Cic. 2. de Orat.

Ad exercitationem consuetudinémque patiendi remedia comparare. Cic. 5. Tuscul.

Contra morem consuetudinémque ciuilem facere. Cic. 1. Offic.

Si præter cósuetudinem extiterit quod oritur, præter naturam tamen non potest existere. Cic. 2. de Diuinat.

Pro mea consuetudine dixi. Cic. pro Arch. Quæ de causa pro mea consuetudine breuiter simpliciterque dixi Iudices, ea confido, &c.

Secundum consuetudinem præcedentium temporum. Traianus Plin. lib. 10. epist. 82.

Ad consuetudinem redire. Lucceius ad Cic. Famil. 5, Et ad conuictum nostrum redeas, & ad consuetudinem.

Supra consuetudinem aliquid facere. Celsus lib. 2. cap. 2.

Consuetudo epistolarum. Cic. Nigidio, lib. 4.13, Vnam enim partem & consuetudinem earum epistolarum, quibus secundis rebus vti solebamus, tempus eripuerat.

Consuetudine vitæ sermonísque interpretari virtutem. Cicero de Amicitia.

Studiorum similitudo, suauitas cósuetudinis, delectatio vitæ atque victus, sermonis societas, literę interiores, vincula sunt quibus libentissimè astringimur. Cic. Appio Pulchro, lib. 3.10.

Victus alicuius consuetudo. Cic. Att. lib. 12.

Cognoscendi & ignoscendi consuetudo. Cic. pro Rosc. Amer.

Consuetudo est ista doctorum, vt iis id ponatur, &c. Cicero de Amicitia.

Consuetudo peccandi. Cic. 4. Verr.

Consuetudine aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer.

Consuetudo morbi facta est. Cels. lib. 4. cap. vlt. Quòd si iam consuetudo eius facta est, potest quidem aliquis esse securior his temporibus quibus dolor se remisit. Id est si statis temporibus is morbus reuertitur.

Consuetudine quasi altera natura efficitur. Cic. 5. de Finibus.

Officiis, vsu, consuetudine coniunctissimus homo. Cic. pro Sylla.

¶ Assidua. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Communi consuetudine sermonis abutimur, quum ita dicimus, velle aliquid quempiam, aut nolle sine causa. Cic. de Fato.

Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. Cic. pro Fonteio.

Incondita consuetudo dicendi. In INCONDITVS.

Indocta consuetudo. Cic. in Orat. Quod si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus?

Interrupta. In INTERRVMPO.

Inueterata consuetudo pro lege non immeritò custoditur: & hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. Iulian. in l. de quibus causis. D. de legib.

Lapsa. In LABOR.

Libera peccandi. In LIBER.

Longa. Quintil. lib. 2. cap. 5.

Mala. Horat. 1. Serm. sat. 3. Cic. 1. de Legib. Tantam esse corruptelam malæ consuetudinis, vt ab ea tanquam igniculi extinguantur à natura dati, exoriantúrque & confirmentur vitia contraria.

Mirifica alicuius. Cic. 1. de Orat.

Parua. In PARVVS.

Vitæ perpetua. Cic. pro Rabir. perd. reo.

Quotidiana consuetudine augetur familiaritas. Cicero Seruio, libro 13.20.

Vetus consuetudo fori & pristinus mos iudiciorum. Cicero pro Milone.

Vnctior splendidiórque loquendi consuetudo. Cic. in Bruto, Iam enim erat vnctior quædam splendidiórque consuetudo loquendi. Id est nitidior. Hinc lib. 1. de Orat. ita scribit, Nitidum quoddam genus est verborum, & lætum, sed palæstræ magis & olei, quàm huius ciuilis turbę ac fori. Hoc est, ludicræ magis exercitationis, quàm generis huius acrioris quo nos vtimur in concilio & iudicio. Translatio est à palæstris, quas poetæ vnctas appellant.

Vulgaris. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Communis vita & vulgaris hominum. Cic. 1. de Orat.

¶ Abhorrere à consuetudine communis sensus. Cic. 1. de Orat.

Abstrahere à consuetudine. In ABSTRAHO.

Accedere consuetudinem ad necessitudinem, magni videbatur interesse. Cic. Cælio, lib. 2.18.

Adducere ad, vel in. In AD.

Adhibere. In ADHIBEO.

Adimere. In ADIMO.

Afferre. In AFFERO.

Alere. In ALO.

Aperire. Cic. pro M. Marcel.

Asciscere. In ASCISCO.

Cadit in consuetudinem. In CADO.

Consuetudinem exercitationémque capere. Cic. 1. Offic.

A consuetudine subitò conuertit homines sapientia dicendi. Cic. 1. de Inuent.

Consuetudo maiorum deflexit de curriculo. Cic. de Amic.

Non est meæ consuetudinis, initio dicendi rationem reddere qua de causa quenque defendam. Cic. pro Rab. perd. reo.

Firmata cósuetudo iudicio contradicto. Vlpian. in l. quum de consuetudine. D. de Legibus.

Ex exercitatione consuetudo gignitur. Cic. 2. de Orat.

Imitari aliquorum consuetudinem. Cic. 1. Offic.

Increbruit consuetudo. In INCREBRESCO.

Inducere in consuetudinem. Cic. ad Q. frat.

Instituere consuetudinem. In INSTITVO.

Intermittere. In INTERMITTO.

Introducere. Cic. 5. Verr.

In vel ad consuetudinem reuocare. Cic. Fam. 9, Ignoscunt mihi, & reuocant in consuetudinem pristinam.

Inualescit quotidie magis. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Consuetudinem alicuius rei nancisci. Cic. ad Q. fratr. lib. 2.15, Inspiciam quid discat quamsæpissimè: & nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio.

Patitur consuetudo. In PATIOR.

Veterem consuetudinem longo interuallo referre. Cic. 3. Verr. Ego meum studium in Rempub. iam illo tempore ostendi, quum longo interuallo veterem consuetudinem retuli.

Maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Cic. 1. Verr.

Refugere à. Cic. 1. ad Att. Et postea prorsus ab instituta nostra consuetudine longè refugit.

Retinere. Lepidus S.P.Q.R. lib. 10.35, Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in ciuibus obseruandis, communíque pace, seditione facta retinuit.

Serpit ac prodit. Cic. 1. Verr.

Seruare. Vatinius Ciceroni, lib. 5.9.

Orthographia consuetudini seruit. Quintil. lib. 1. cap. 7.

Tenere. Cic. 1. Philipp. Quominus mihi inimicissimus sit, non recusabo, si consuetudinem meam, quam semper in Republica habui, tenuero.

Tenuit. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Cósuetudini Latinæ tradidit Cicero OEconomicum Xenophontis. Colum. in præf. lib. 12.

A consuetudine scribendi ad dicendum venire. Cic. 1. de Orat.

Vsurpari ab aliquibus, & in prouerbij consuetudinem aliquid venire. Cic. 2. Offic.

In consuetudinem ex vtilitatis ratione venire. Cic. 2. de Inuent.

In consuetudinem vertere. Tacitus in Dialogo de Orat. Nisi frequens ac assidua nobis contentio iam propè in consuetudinem vertisset.

Vti consuetudine. Cic. Fam. 13.

¶ Consuetudo {[illegible]} Conuersatio, familiaritas. Terent. Andria 3.3,

-spero consuetudine & Coniugio liberali deuictum Chreme.

Cicero ad Curionem, libro 2.1, Ego te abfuisse tandiu à nobis & dolui, quòd carui fructu iucundissimæ consuetudinis: & lætor, quòd, &c.

Amicitiæ, consuetudines, vicinitates. Cic. Post reditum.

Inductus consuetudine & familiaritate. Cic. pro Quint.

Consuetudo quotidianæ vitæ. Terent. Heaut. 2.3,

Nam ea res dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ vitæ consuetudinem.

Consuetudo & familiaritas. Cic. Planco, lib. 10.3.

Hospitium non modò, verùm etiam domesticum vsum & consuetudinem cum aliquo esse. Cic. pro Sext. Rosc. Amer.

Clausit mihi consuetudinem pudor. Cic. Figulo, lib. 4.13, Et in eius consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.

Congredi quotidiana cósuetudine cú aliquo. In CONGREDIOR.

Deuincire domum aliquorum consuetudine. Cicero pro Archia poeta.

In consuetudinem se dare. Cic. in Pisonem, Dedit se in consuetudinem, sic prorsus vt vnà viueret, nec ferè ab isto vnquam discederet.

Consuetudinem facere alicui cum altero. Cicero ad Sulpit. libro 13.24, Atticus noster maiorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit.

In consuetudinem alicuius, bláditiis & assentationibus se penitus immergere. Cic. pro Cluent.

Consuetudine implicare. Cic. Famil. 6, Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportunè habeo implicatos consuetudine.

In alicuius consuetudinem se insinuare. Cic. Figulo, lib. 4.13.

Consuetudines, amicitias, res, rationésque cum aliquibus iungere. Cic. pro Deiot.

Consul, Consulo, consulis. In CONSILIVM.

Consummo, consummas, primæ coniug. & gemino mm scriptum {[illegible]} significat Perficere. Plin. Iun. lib. 10. epist. 39, Cogor petere à te, non solú ob theatrum, verumetiam ob hæc balinea mittas architectum dispecturum, vtrum sit vtilius, post sumptum

qui factus est,quoquo modo consummare opera vt inchoata sunt:an quæ videntur,&c.

Munus consummare.Exequi.Seneca Hippol.8

Sacrum consummare,Peragere sacrum.Seneca Herc.fur.11.

Consummatus,penult.prod. { [Greek] } Participium, Perfectus, absolutus.vt,

Consummata ars.Plin.lib.14.cap.4.In nostra ætate pauca exempla consummatæ huius artis fuere.

Gesta & consummata bella.Cic.11.Philipp.

Consummata eloquentia.Quintil.lib.1.

Consummatus homo. Martial.Quod magni Thraseæ, consummatique Catonis.

Prælia.Lucan.lib.1.

Consummata sapientia.Colum.Nullus est consummatæ sapientiæ.

Consummatio { [Greek] } Verbale, Perfectio. Columel.lib.2, Hac consummatione operum,colligitur posse agrum,&c.

Consummatio professionis. Columel.lib.9 cap.2, Nisi quòd consummatio susceptæ professionis hanc quoque sui partẽ desyderabat.

¶ Cõsummationem, Singulorum pretiorum collectam summam vocat Pomponius in l.Si plura. D. de Ædil.edicto, Quòd si singulorum mancipiorum, inquit, constituto pretio, vniuersa tanti venierunt,quantũ ex consummatione singulorum fiebat,tũc cuiuscunque mancipij pretium,seu pluris,seu minoris id esset,sequi debemus.

Consumo,consumis,penul.prod.consumpsi,consumptum { [Greek] } consumere, In nihilum redigere. vt, Consumere patrimonium.Cic.2.de Finib.

Effundere & cõsumere per luxuriam bona omnia. Cic.pro Rosc. Amerino.

Interficiunt & consumunt serpentes,ibes aues. Cic. 1. de Natura deorum.

Hostem plagis.Horat.2.epist.2.

Consumere aliquid vetustas dicitur, hoc est In nihilum redigere, & eius rei memoriam abolere. Cic.1.de Legib.Sed quum ea tempestas vetustásve consumpserit,&c.

Vetustas consumit ferrum.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.

Æstatem in loco aliquo. Cæsar 5.bel. Gall. Tamen ne æstatem in Treueris consumere cogeretur. Hoc est æstiuare.

Ætatem in studio.Cic.1.Offic.

Æuum in curis.Lucret.lib.5.

Æuum bellis.Lucan.lib.5.

Aurum omne in ludos.Liuius 9.bel.Maced.

Consilium.Terent Andr.1.1,

Simul sceleratus Dauus,siquid consili

Habet,vt consumat nunc,quum nihil obsint doli.

Curas in aliquo. Cic.ad Brutum,18.1, Rogatus sum à prudentissima & diligentissima fœmina matre tua, cuius omnes curæ ad te referuntur,& in te consumuntur,vt venirem ad se.

Curam in re vna.Horat.2.Serm.sat.4.

Curam omnem in dialecticis.Cic.de Claris Orat. Propterea quòd istorum in dialecticis omnis cura consumitur.

Diem consumere.Sulpit.ad Cic.lib.4.12. Ibi Marcellum collegam nostrum conueni: eúmq; diem ibi consumpsi,vt cum eo essem. Vulgò dicunt *transire diem.*

Diem in apparando.Terent.Adelph.5.7.

Omnem nostram diligentiam in re aliqua.Cic.7.Verr.

Famem tenera in agna.Stat.8.Theb.

Fidem. Sallust. Ego non rem familiarem modò, verumetiam fidem consumpsi.

Consumere horas in aliquo loco.Martial.lib.11.epigr.78,

In omnibus Vacerra quod conclauibus

consumit horas,&c.

Horas multas suauissimo sermone.Cic.ad Matium,lib.11.27.

Duas horas in silentio.Cic.lib.3 de Orat.

Ingenium in Musicis.Cic.5.de Fin.

Iter in rebus gestis legendis. Cic. 4. Academ. Itaque quum totum iter & nauigationem consumpsisset,partim in percontando à peritis, partim in rebus gestis legendis,in Asiam factus imperator venit.

Laborem.Cic.pro Fonteio.Plus ego in hac causa laboris & operę consumo in poscendis testibus, quàm cæteri defensores in refutandis.Id est,plus laboro.

Manus in laudando.Cic.Att.lib.16, Mihi autem quò lætiora sunt, eò plus stomachi & molestiæ est,Populum Rom. manus suas non in defendenda Republ.sed in laudando consumere.

Mensas.Virg.7.Æneid.

Nocte consumpta,Mane.Virg.3.Æneid.

Nox tota exinanienda naui consumitur.Cic.7.Verr.

Operam in re aliqua. Terent.Heaut.1.1. Cic.Q. Ligario,lib.6.14, Me scito omnem meum laborem,omnem operam, curam, studium in tua salute consumere.

Operam in Græcis legendis.Cic.1.de Fin.

Operam curámque in aliquo studio.Cic.1.de Nat.deor.

In prædiis colendis operæ plurimum studijque. Cicero pro Sext. Rosc.Amer.

Optionem consumere. Vlp.in l.2.D.de opt.leg. Data igitur optione,si quis optauerit alienũ seruum,vel hominem liberum:videndum est an consumpserit optionem.Et puto non consumi.

Otium suum in historia scribenda.Cic.2.de Orat.

Pecuniam in agrorum coemptionibus.Cic.1.de Lege Agraria.

Preces consumere,Est frustra diu precari.Ouid.7.Metam.

Ita sum ab hominibus destitutus, vt tantum requietis habeam, quantum cum vxore & filiola, & Mellito Cicerone consumitur.Cic. ad Atticum,lib.1.13.

Risum. Cic.Trebonio,lib.15 21,Quintiam antequam ad me veniatur,risus omnis penè consumitur.

Studium suum in virorum fortium factis memorię prodendis.Cicero Appio,lib.6.12.

Tempus salutationibus.Cic de Vniuersit.

Tempus in poetis euoluendis.Cic.1.de Fin.

Multum temporis in ista vna disputatione.Cic.4.Academ.

Longa tempora.Propert.lib.1.eleg.3.

Verba in dulces natos.Virg.3.Georg.

Vbera in dissuadenda rogatione.Liuius 4.bel.Maced. Qui tamen plura verba in castigandis matronis, quàm in rogatione nostra dissuadenda consumpsit.

Consumor { [Greek] } Passiuum:hoc est Areo & exsiccor vel absumor. vt,Consumor siti.Cæsar 8.bel.Gall.

Consumi incendio.Liu.7.bel.Pun.

Consumi senio & mœrore.Liuius 10.bel.Maced.

Ab annis longis.Ouid.in Ibin.

Hic ipso tecum consumerer æuo.Virg.10.eclog.

Dolus consumitur in pecuniam, pollicitationes, dissimulationes, maturationes,&c.Author ad Herennium,lib.3.

Consumptus Participium { [Greek] } vt,Consumptus à peste.Plin.lib.11 cap.18.

Morte.Tibul.lib.1.eleg.3.

Confectus & consumptus cibus. Cic.de Vniuersit. Nec verò desyderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & consumpti cibi.

Dolore lateris.Cic.3.de Orat.

Consumpti inuria,fame,morbo,vastitate.Cic.de Prouin. Consul.

Viuus & Consumptus,contraria. Cic.de Vniuersit.Ita orientur animantes quos & viuos alatis,& consumptos sinu recipiatis.

Annus.Sil.lib.15.

Oratio.Sallust. in Iugurtha, Ac tametsi Senatus verbis graues minæ nuntiabantur, quòd ab oppugnatione nõ desisteret:multa tamen oratione consumpta,frustrà legati discessere.

Consumpta & exhausta actio. Cicero de Oratore, In quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu & exhausta.

Consumptio,Verbale { [Greek] } Cicero de Vniuersit. Itaque seipse consumptione & senio alebat sui.

Elaboratio & consumptio operæ. Author ad Herennium,lib. 4, Propterea quòd non hæc videntur reperiri posse sine elaboratione & consumptione operæ.

Consumptor { [Greek] } Verbale. Cicero 2.de Natura deorum, Atque noster ignis, quem vsus vitæ requirit, confector est, & consumptor omnium.

Consuo,consuis, penultima correpta, consui, consutum, penultima producta { [Greek] } consuere,Simul suere.Plaut.Pseud.4.14. Consutáque tapetia. Plin.lib.10.cap.9,Consutum suspenditur lino modicis interuallis.

Consuere dolos.Plaut.Amphit.4,

Huc aduenisti audaciæ columen,consultis dolis.

Consutura,consuturæ,penultima producta { [Greek] } Tranquil.in Vitellio, cap.2, Cuius filius sectionibus & consuturis vberius compendium nactus. Sed legendum est cognituris. Vide suprà Cognitura in COGNOSCO.

Consurgo, consurrexi, consurrectum { [Greek] } consurgere, Simul surgere. Sallust. Consurrexere omnes, simúlque in eum impetum fecerunt.

Consurgit Senatus.Cicero ad Quintum fratrem,lib.3.18, Consurrexit Senatus cum clamore ad vnum sic vt ad corpus eius accederet.

Consurgunt geminæ quercus,intonsáque cœlo

Attollunt capita.Virg.9.Æneid.

Charybdis fluctu imo sublimis consurgit.Tibul.lib.4.eleg.1.

Stratis.Sil.lib.13.

Languida consurgit.Ouid.3.Fast. De Syluia Vestali loquitur.

Consurgere ex insidiis.Cæsar 3.bel.Ciuil.

In altitudinem.Colum.lib 7.cap.9,Vt limen earum in tantam altitudinem consurgat,quantam,&c.

Ad bellum.Liuius 3.bel.Maced.Hispania quoque ad idem tempus magno tumultu ad bellum consurrexit.

In arma.Virg.10.Æneidos,

-quæ causa fuit consurgere in arma

Europámque,Asiámque?

In iras truces.Valer.lib.1.Argon.

In venerationem.Plin.Iun.in Paneg.

Consurgere carmine Maronio.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.

Bellum consurgit.Virg.8.Æneidos,

-subitóque nouum consurgere bellum

Romulidis,Tatióque seni,Curibúsque seueris.

Fama alicuius operis magni consurgit in aliqua regione. Valerius lib.10.Argon.

Consurgit ingens pontus in vastum aggerem. Id est cumulatione aquarum turget.Seneca Hippol.10.

Terno consurgunt ordine remi.Virg.5.Æneid.

Venti.Virg.5.Æneidos, -Vespere ab atro

Consurgunt venti.

Consurgitur,penul.corr.Impersonale { [Greek] } Cic.6.Verr.Itaque in curiam venimus,honorificè sanè consurgitur.

Consurrectio, Verbale { [Greek] } Cic. de Aruspicum Responsis, Cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium vestrum,&c.

CONSVS,Deus consilij putabatur: cui ludi fiebant, qui Consualia dicta sunt. Festus.

Consus, ait Cyprianus Tractatu quarto de idolorum vanitate, vernaculus est Romanorum deus, quem deum fraudis, velut consiliorum deum coli Romulus voluit, postquam in raptum Sabinarum perfidia peruenit. Arnobius aduersus Gentes libro 3, Salutaria & fida consilia nostris suggerit cogitationibus Consus. Hunc eundem esse qui & Neptunus dicitur,Ausonius ostẽdit in Monosyllabis, Tum Iouis & Consi germanus,tartareus Dis. Idem in epigrammate

mate inscripto, Quæ sexum mutarint,
Cænea conuertit proles Saturnia Consus. Cuius Cænei ex puella in virum à Neptuno trásformati fabulam habes lib. 12. Metamorph. Plutarchus in Romuli vita. Fama vulgata ab Romulo primùm est, cuiusdam dei aram códitam sub terra inuenisse, eíq; deo Conso nomen indiderunt, siue à consilio quòd consiliarius foret, siue Neptunus equestris. Nam ara est in Circo maximo posita, quæ reliquú quidem tempus latet, in equestribus autem certaminibus aperitur. Placet tamen aliis, quoniam consilium arcanum & minimè palàm esse oportet, subterraneam haud temerè & opertam dei arã esse. Dionysius Halicarn. libro 1, Quin & Neptuno Hippio festum instituerant, Hippocratia dictum Arcadibus, Romanis verò Consualia, per quod apud Romanos ex more immunes sunt ab opere equi & muli, coronantúrque floribus. Idem lib. 2. de raptu Sabinarum agens, Festum quod tum consecrauit Romulus, etiam nostra ætate Romani agitant nomine Consualium, in quo ara subterranea, sita prope Circum maximum, refossa terra sacrificiis honoratur, & libaminibus, & equorum ac quadrigarum committuntur certamina. Deus autem in cuius honorem ista fiunt, Consus à Romanis vocatur, quem quidam nostra lingua interpretantur Neptunum σεισίχθονα, ideóque aram ei sacratam subterraneam, quòd hic deus terram habeat. Ego verò & aliam rationem festi Neptuno dicati audire memini, sicut & cursus equorum: aram verò subterraneam postea positam Genio cuidam cuius nomen proferri nefas sit, occultorum consiliorum seruatori ac præsidi. Hæc Dionysius. Seruius in lib. 8 Æneid. Raptæ sunt Sabinæ Consualibus, hoc est mense Martio. Consus autem deus est consiliorum: qui ideo templum sub tecto habet, vt ostendatur tectum esse debere consilium. Inde est quòd & Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet & velata. Ideo autem dicato consi simulacro rapuerunt Sabinas, vt tegeretur initium de rapto consilium. Hic Consus & eques Neptunus dicitur: vnde etiam in eius honorem Circenses celebrantur. Hæc Seruius.

Consydero, consyderas, penultima correpta { σκέπτομαι, σκοπῶ, θεωρῶ, ἐννοοῦμαι, λογίζομαι } consyderare, A sydérum contemplatione videtur appellari, inquit Festus. Cic. Planco, lib. 10. 16, Ille ait consyderare se velle.
Contemplari vnumquodque otiosè, & consyderare. Cic. 6. Verr.
Circunspicere se, & quid fiat aut loquatur consyderare. Cicero in Parad.
Videre etiam atque etiã & cósyderare quid agendum. Cic. 7. Verr.
Consyderandum est vt solum pingue sit. Colum. lib. 2. cap. 2.
Coràm consyderare aliquid quale sit. Cic. Att. lib. 7.
De aliquo & de se consyderare aliqua. Cic. Att. lib. 7.
De aliquibus rebus cum aliquo. Cic. Terentiæ, lib. 14. 14.
Factum aliquorum ex iudicio alicuius. Cic. pro Rosc. Amer.
Ex se, & ex sua natura simpliciter aliquid. Cic. 1. de Inuent.
Casus suos secum. Cic. 5. Tusc.
Consyderare secum in animo vitam suam. Terent. Heaut. 2. 4,
Et quum egomet nunc mecum in animo vitam tuam consydero.
Consyderate cum animis vestris vosmetipsi. Cic. 5. Verr.
Suum quisque opus à vulgo consyderari vult. Cic. 1. Offic.

Consyderatus, penult. prod. { ἐσκεμμένος } Participium. vt, Factum paulo minus consyderatum. Cic. pro Sylla.
Ratio bene consyderata. Cic. lib. 2. de Inuent.
Consyderatum & meditatum. Cic. de Arusp. Resp. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consyderatum ac multo antè meditatum.
Ratiocinatio autem, est diligens & consyderata faciendi aliquid aut non faciendi cogitatio. Cic. 2. de Inuent.
Tarditas consyderata. Cic. de Claris Orat. Balbi docti & eruditi hominis in vtraque re consyderatam tarditatem vicit.
Viuendi via consyderata & prouisa. Cic. in Parad.

Consyderatus, Nomen adiectiuum. vt, Consyderatus homo, Qui agenda consyderat, non qui consyderatur, inquit Valla lib. 1. cap. 30. Cic. pro Cecinna, Verùm & illud consyderati hominis esse putauit.
Minus consyderatus in re aliqua. Cic. pro Quint. C. Quintius fuit huius P. Quintij frater, sanè cæterarum rerum paterfamiliàs & prudens & attentus, vna in re paulo minus consyderatus, qui, &c.
Dare consyderatius consilium. Cic. Att. lib. 9.
Consyderatissimum verbum. Cicero pro Fonteio, Credo hæc eadem Induciomarú in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primum illud verbum consyderatissimum nostræ consuetudinis, Arbitror (quo nos etiam tunc vtimur, quum ea dicimus iurati quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus) ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit.

Consyderatio { σκέψις, θεώρησις, λογισμός } Verbale. Cic. 4. Acad. Consyderatio contemplatióque naturæ, est animorum ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum.
Circunspectio & accurata consyderatio. Cic. 4. Acad.
Intendere consyderationem. In INTENDO.

Consyderantia, consyderantiæ, Idem { σκέψις } Cicero ad Quintum fratrem, lib. 3. 24, Cuius in hoc vno consyderantiam & ego sustinebo, vt potero.

Consyderatè, consyderatius, consyderatissimè { ἐσκεμμένως } Cic. pro Quint. Prætores, vt consyderatè fieret, consyderauerunt.
Consyderatè agere. Cic. ad Cassium, lib. 12, Hirtius nihil nisi consyderatè, vt mihi crebris literis significat, acturus videbatur.
Iudicio, consyderatè, constanterque delata beneficia. Cic. 1. Offic.

Contabesco, contabescis, contabui { κατατήκομαι } contabescere, Idem quod Tabescere. Cic. 3. Tuscul. Vt Artemisia illa Mausoli Cariæ Regis vxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulcrum, quandiu vixit, vixit in luctu, eodémque etiam confecta contabuit.

Contabulo, contabulas, penultima correpta { σανιδόω } contabulare, à Tabula ductum verbum. Plinius libro 15. capite 16, Pomaria in loco frigido ac sicco contabulari præcipitur. Sueton. in Calig. cap. 19, Æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulauerit.
Contabulare murum turribus. Cæsar 7. bel. Gall. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt.
Contabulare turres. Liu. 4. bel. Pun. Turres contabulatas, machinamentáque alia quatiendis muris portabant. Id est factas & compactas ex tabulis.

Contabulatio, Verbale { σανίδωσις } Cæsar 2. bel. Ciuil. Vbi turris altitudo perducta est ad contabulationem, &c. Et paulo pòst apertè declarat quid significet Contabulare.

CONTADESDUS, Thraciæ fluuius, qui Tearo auctus, influit in Agrianem, Agrianes autem in Hebrú, qui iuxta Aenum oppidum in mare influit. Vide Herodot. lib. 7.

Contactus, Contagium, In CONTINGO.

Contamino, contaminas, penultima corr. { μολύνω, μιαίνω } contaminare, Propriè (inquit Donatus) est manibus luto plenis aliquid attingere & polluere.
¶ Contaminare se vitiis, per translationem. Cic. 1. Tusc.
Manus contaminare, Manu scelus aliquod perpetrare. Seneca OEdipo. 4. 20.
Contaminare se stupro. Seneca. Hippol. 5. 21.
Non modò non contaminare, sed etiam honestare, contraria. Cic. 1. in Catil. Saturnini & Gracchorum & Flacci & superiorú compluriú sanguine non modò se non contaminarunt, sed etiã honestarunt.
Veritatem mendacio. Cic. pro Sylla.
Contaminatur multis flagitiis homo. Cic. pro Cluent.
Contaminare fabulas. Terent. in prologo Andriæ,
Id isti vituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas. Id est ex multis Græcis vnam Latinam facere.
Fistulas, lacus, quídve aliud contaminare. Paulus in l. 1. D. de Extraord. crimin.
Culpa contaminari. Author ad Herennium, lib. 2.
Torum alicuius contaminare. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. Alij legunt contemerare, idque rectius, nam Contamino secundam producit, vt apud Martialem lib. 1. ad Fidentinum,
Sic interposito vilis contaminat vncto, &c.

Contaminatus, penult. prod. { μεμολυσμένος } Participium, siue Nomen ex participio. Cic. 12. Philipp. Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censes ciuitati fore?
Grex morbo contaminatus. Horat. 1. Carm. ode 37.
Integra contaminatis opponuntur. Cic. in Top.
Iudicia corrupta ac contaminata. Cic. 1. Verr.
Homo turpissimus, sceleratissimus, contaminatissimus. Cicero pro Domo sua.
¶ Huius contrarium est Incótaminatus. Liuius, Quas quantásque res C. Canuleium aggressum colluuionem gétium, perturbationem auspiciorum publicorum priuatorúmq; afferre, ne quid incontaminati sit. Sunt & Attamino & Intamino, quę sunt cótraria. Horatius, Virtus repulsæ nescia sordidæ, Intaminatis fulget honoribus, Id est incorruptis & imminutis.

Contechnor, contechnaris { τεχνάζω } contechnari, Commachinari, & fallaciam aliquam componere. Plaut. Pseud. 19, Vide modò ne illic sit contechnatus quidpiam.

Contego, contegis, penult. corr. contexi, contectum { στεγάζω } contegere, ferè à simplici non differt. Plin. lib. 15. cap. 18, Paruatum genus arborum post Autumnum fimo contegunt.
Contegere tumulo. Liu. 6. bel. Pun.
Tumulus contegit corpus. Cic. pro Arch.
Humo contegi, id est sepultum esse. Ouid. epist. 15.
Membra sepulcro. Valer. lib. 1. Argon.
Ossáque nec tumulo, nec separe contegat vrna. Valer. lib. 5. Argon. Separe, id est separata.
Amictu caput. Virg. 12. Æneid.
Iniuriam factam. Terent. Hecyra, 3. 3,
Et illi miseræ indignè factam iniuriam contexeris.
Libidines tenebricosas pudore & temperantia. Cic. de Prou. Cons.

Contegens, contegentis, Participium. Martialis libro 12. epigram. 45.
Hœdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, verticémq; caluæ, &c.

Contectus, Participium { ἐστεγασμένος } vt, Casa contecta stramine. Ouidius 5. Metam.

Contemero, contemeras, penul. corr. { μιαίνω } contemerare, Polluere, Violare. Martial. lib. 1. 10,
Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus.

Contemno, contemnis, contempsi, contemptum { ἐξουθενῶ, ὑπερορῶ, καταφρονῶ, ὑπερέχω, ἐξουδενῶ, ἀτιμάζω } contemnere, Despicere, Spernere. Plaut. Asin. 9. 10,
Tu verbero imperium meum contempsisti?
Contemnere, & Admirari, contraria. Cic. in Orat.
Contemnere, & Efferre, contraria. Cic. pro Murena, Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum.
Contemnere, & Despicere, eò distant, quòd despicere est grauius, quàm contemnere. Cicer. ad Cæsarem, lib. 3, Amici nonnulli te contemni ac despici, & pro nihilo haberi Senatus voluit. Idé de Senect. Contemni se putant, despici, illudi. Hæc Nonius.
Contemnere, & pro nihilo putare. Cic. 1. Offic. Idem pro Milone.
Contemnere, & abiicere. Cic. pro Murena, Id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum & abiectum.
Conterere atque contemnere aliquid. Cicer. 5. Tuscul. Faciunt, vt grauitatem dignitatémq; virtutis exaggerét, quam quum ad cælum extulerint, quos facere eloquentes homines copiosè solent reliqua ex collatione, facile est conterere atque contemnere.
Voluptatem contemni & reiici oportere. Cic. 1. Offic.
Non curare, atque contemnere. Cic. 3. de Finibus.

Irridere & contemnere.Cic.2.de Lege Agraria.
Per risum ac per iocum contemnere aliquid.Cic.2.de Lege Agr.
Contemnere aliquem præ se.Terent.Eun.2.1.
Hic ego illum contemni si præ me.
Honores.Horat.2.Serm.sat.7.
Laborem bene dicendi.Quintil.in proœm.lib.1.
Famam.Seneca Hipp.2.
Murmura famæ.Propert.lib.2.eleg.5.
Valde aliquem contemnere. Cælius ad Ciceronem libro 8. Famil. epist.4.
Ventos.Virg.2.Georg.
Vitam contempsit,mori Qui concupiscit.Seneca Thebaid.1.
Rebus in angustis,facile est contemnere vitam.Martial.lib.11.epig. 57.in Chæremontem.
Apes contemnunt fauos,quæ facere mel cessant.Virg.4.Georg.
Pinus vndas contemnit.Tibul.lib.1.eleg.3.
Nondum cæruleas pinus contempserat vndas. Id est,nondũ erant naues. De Saturni temporibus.
Contemptor,contemptaris. Plautus,
Mirari noli,neque me contemptarier. Obsoletum.
Contemptus {καταφρονηθείς} Participium.vt,Dolor contemptus. Propertius lib.1.eleg.12.
Contritum & contemptum præmium. Cic. pro Sextio, Qui nullo præmio proposito, præter hoc quod iam contritum & contemptum putatur,iudicium bonorum,omnia pericula,&c. suscepit.
Contemptus {εὐκαταφρόνητος} Nomen ex participio.Plaut.Pœn.6.15.
Contemptiores mage erunt,atque auidi minus.
Contemptissimi philosophi.Cic.2.de Diuinat.
Tenuissimus victus,atque contemptissimæ escæ.Cic.2.de Fin.
Contemptus & abiectus.Cic.2.de Lege Agraria.
Despicatissimus & contemptissimus.Cic.pro Sextio.
Homo vita contempta ac sordida.Cic.pro Plancio.
Contempta relinquor.Ouid.epist.3.Ad Achillem Briseis loquitur.
Contemptus,huius contemptus {καταφρόνησις, ἐξουθένησις} Liuius 6.ab Vrbe, Appareretque omnibus non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios nomen Romanum laborare.
Corporis & formæ turpitudinem,quibusdam contemptum adferre.Quintil.lib.3.cap.7.
Turpis famæ contemptus.Lucret.lib.3.
Armat mentem contemptu necis.Sil.lib.4.
Exire è contemptibus,Est paulatim in pretio haberi. Lucret.lib.5.
Contemnendus, aliud Participium {καταφρονητέος} vt, Defensiones non contemnendæ,sanéque tolerabiles.Cic.de Claris Orat.
Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo. Cic. de Claris Orat.
Orator non contemnendus.Cic.de Claris Orat.
Contemptibilis {εὐκαταφρόνητος} à Contemno, Idem quod Contemnendus. Vnde Contemptibilitas:Item Contemptè,& Contemptibiliter, Aduerbia. Sipontinus. Vlpianus l.Emptori.D.de euict. Si margarita fortè,aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica, vel quid aliud non contemptibile væneat. Arnobius lib. 4. aduers. gent. Soli sunt apud vos superi inhonorati,contemptibiles,viles.
Contemnificus,Adiectiuum antiquum.Idem quod Contẽptibilis. Lucilius lib. 36, Ego enim contemnificus fieri & fastidire Agamemnonis. Ex Nonio.
Contemptor,Verbale {καταφρονητής} vt,Contemptor gratiæ, diuitiarum. Liuius 9.bel.Maced.
Æqui.Ouid.3.Fast.
Animus lucis.Id est vitæ.Virg.9.Æneid.
Deûm Mezentius.Virg.8.Æneid.
Famæ.Claud.in Eutrop.
Contemptrix {καταφρονήτις} Verbale fœm. Plinius libro 19. cap. 8, Eruca præcipuè frigorum contemptrix. Idem lib.37. cap.4, Ferri ignísque contemptrix.
Pericli contemptrix turba.Sil.lib.17.
Contemptio, Verbale {ἐξουθένησις, καταφρόνησις} vt, Contemptio mortis. Cic.2.de Finibus.
Fortunæ.Cic.in Parad.
Voluptatum.Cic.1.Acad.
Adducere aduersarios in contemptionem.Cic.1.de Inuent.
Animi magnitudo humanarúmque rerum contemptio. Cicero 1. Officiorum.
Contemptio ac despicientia rerum humanarum. Cic. 1. Tuscul. Totámque vim bene viuendi in animi robore ac magnitudine, vt in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia, & in omni virtute ponamus.
Contemptim,Aduerbium {ὑπερόπτως} Plaut.Pœn.7.
-ne nos tam contemptim conteras.
Contemptim deiicere aliquem.Lucret.lib.5.
Vagari contemptius.Tacit.lib.19.
Contemplor, contemplaris {θεωρέω, κατανοέω} contemplari, Deponens,dictum (vt ait Festus) à templo,id est loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quam antiqui templum nominabant. Itaque est contemplari, Conspicere, & diligenter intueri. Terent.Phorm.1.4.
-voltum contemplamini.
Contemplari animo quod oculis non cernitur.Cic.pro Deiot.
Contemplari lituras codicis.Cic.5.Verr.
Secum considerare & contemplari aliquid.Cic.2.Offic.
Omni acie ingenij Cic.1.de Orat.
Cælestia.Cic.2.de Nat.deor. Quum cælum suspeximus,cælestiáque contemplati sumus.
¶Contemplor,pro Circunspicio,perspicio.Cicero pro Flacco.Totam causam quammaximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplamini.
Intueri & contemplari.Cic.pro Plancio.

Nummos contemplari.Horat.1.Serm.sat.1.
Contemplo, contemplas {θεωρέω} Actiuum, ab antiquis dicebatur, & sæpius apud Plautum legitur:vt in Amphit.4.
-quum illum contemplo, & formam agnosco meam. Idem in Persa,16.
Contemples,pro contempleris.Plautus Asinaria,
Meum caput contemples,si quidem è re consultas tua. Gellius author lib.18.cap.12.
Contemplans, Participium {θεωρῶν.} Cicero de Senect. Cuius quidem ego villam contemplans (abest enim non longè à me)admirari satis non possum.
Contemplatio {θεωρία} Verbale. vt, Contemplatio rerum occultorum.Cic.4.de Finibus.
Consyderatio contemplatióque naturæ. Cic.4.Acad.
Frui sui contemplatione.Quintil.lib.2.cap.18.
Dare pecuniam, alicuius contemplatione. Iulianus in l.Si pupilli. §.Item si procuratori. D. de negotiis gestis. Item si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero,tui contemplatione,vt creditorem tuum vel pignus tuum liberet,&c.
Gerere negotia alicuius non contemplatione eius, sed sui lucri causa.Iulianus in l.Si pupilli.§.Sed & si quis.D.de Negotiis gestis.
Arborum contemplatione fundum comparare. Papinianus in l. Arboribus.D.de Contrahen.empt.& vendit. Arboribus quoque vento deiectis vel absumptis igne, dictum est emptionem fundi non videri esse contractam,si contemplatione illarum arborum, velut oliueti,fundus comparabatur.
¶Contemplatio,pro Intenta cogitatione. Plin.Iunior lib.2.epist.1. Volui tibi multa alia scribere, sed totus animus in hac vna contemplatione defixus est.
Contemplator,penult.prod. {θεωρητής} Verbale.vt,Contemplator cæli.Cic.1.Tuscul.
Contemplatrix, huius contemplatricis.Aliud verbale, fœm.g.Celsus in proœmio lib.primi.
Contemplatus, huius contemplatus, penult.prod. {θεωρία} Aliud verbale, Idem quod Contemplatio. Ouid.5. Trist.eleg.8.ad finem,
Sic animum tempúsque traho,méque ipse reduco
A contemplatu sũmouedóque mali. Macrob.in Somn.Scip. lib.1.cap. 1,Pro contemplatu probi improbíve meriti.
Contemplatiuus, penult. prod. {θεωρητικός} Adiectiuum.Seneca epist. 96,Ars nulla contemplatiua sine decretis suis est,philosophia autem contemplatiua simul est & actiua.
Contemporaneus {σύγχρονος} Adiectiuum,à Temporario dicimus eiusdem temporis:quem nonnulli Græca voce Synchronum vocant. Sipontinus.Vide AEQVALIS.
Contendo,contendis,contendi.contensum & contentum {συντείνω, ἐπιτείνω} contendere,Idem quod Intendere.
Contendere poplitem, id est Intendere, vehementer extendere. Horat.2.Serm.sat.7.
Contendere vincla.Virg.4.Georgicorum,
Tanto nate magis contende tenacia vincla.
Contendere tormenta. Cic.2. Tuscul. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent,quo sunt contenta atque adducta vehementius.
Ilia risu contendere.Ouid.3.de Arte.
Contendere animum,pro Intendere.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.
Non libet in tales animum contendere curas.
¶Contendere {πορεύομαι} Proficisci. & ferè cum AD construitur. Cic. 3. Verr. Hæc vbi filio nunciata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit,vt & vitæ patris,& pudicitiæ sororis succurreret.
Contendere cursum aliquò.Plaut.Cistel.5.
Sed quis hic est qui recta platea cursum huc contendit suum?
Contendere cursum ad aliquem.Virg.5.Æneid.
Contendere iter constitutum.Cic.pro Rosc.Amer.
Contendit Romam. Sallust. in Iugurtha, Ex prælio fugit in prouinciam,ac deinde Romam contendit.
Contendere in Ægyptum. Cic.4. de Repub. Sed audisse te credo, tum verò Platonem Socrate mortuo primùm in Ægyptum discendi causa,pòst in Italiam contendisse.
Contendere magnis itineribus in Italiam.Cæsar 1.bel.Gal.
Magnis itineribus ad exercitũ Afranij contendit. Cæs.1.bel.Ciuil.
In orbem diuersum famã contendere.Id est nomen suum apud exteras nationes propagare.Ouid.de Ponto,lib.1.eleg.6.
¶Contẽdere agmen,pro Festinanter ducere.Curt.lib.3.At Darius, nuntio de aduersa eius valetudine accepto,celeritate quanta poterat, tam graue agmen ad Euphratem contendit.
¶Contendere. Vehementer niti. Virg.1.Æneidos,
-quæ proxima littora cursu
Contendunt petere.
Animo contendere,Est ad vim animi adhibendam se comparare. Cic. pro Murena, Vt quum ad vltimum animo contendissemus, ibi tamen,vbi oporteret,consisteremus.
Enixè & contendere quammaximé. Cic.3.Offic. Qui stadium currit,eniti & contendere debet quammaximè possit,vt vincat.
Labore contendere. Cic. 3. Offic. Quare quantum conniti animo potes,quantum labore contendere,&c.tantum fac vt efficias,&c.
Dyrrhachium petere contendit.Cic.pro Plancio.
Contra vim grauitatémque morbi contendit, vt ad castra perueniret.Cic.9.Philipp.
Contendere vt.Cic.pro Sextio. Contendámque (si modò id consequi potero) vt in hac causa atque vniuersa defensione nihil à me quòd,&c.prætermissum esse videatur.
Contendit vt ad castra perueniat.Cic.9.Philipp.
Viribus contendere.Lucret.lib.3.
Maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriámque contendere.Cic.14.Philipp.
Contendere omnibus neruis. Cic.5. Verr. Omnibus enim neruis mihi

mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, vt omnes intelligant.

Contendere neruos in re aliqua. Cic. ad Cassium, lib. 15. 14, De me autem idem tecum his ago literis, quod superioribus: vt omnes tuos neruos in eo contendas, nequid mihi ad hanc prouinciã, quam, &c. Id est omnes tuas vires impendas.

Contendere neruos ætatis industriæque suæ in re aliqua. Cicero 2. Verr.

Contendere rectis studiis ad magna. Cic. 2. Offic. Magna spectare, & ad ea rectis studiis debent contendere.

Frustrà. Virg. 7. eclog.

¶Contendere aliquid ab aliquo, Vehementer petere. Cicero Cluuio, libro 13. 8, Non erat causa cur à te hoc tempore aliquid contenderem.

Contendere ab aliquo de proferendo die. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 29, Sed à magistris quum contenderem de proferendo die, probauerunt mihi, &c.

Contendere omni studio. Cic. ad Brut. 14, Quare omni studio à te mi Brute contendo, vt Ciceronem meum ne dimittas.

Contendere ab altero, vt aliquid faciat. Cic. 2. Verr. Ita manifestas proferam, vt nemo à vobis, vt istum absoluatis per gratiam, conetur contendere.

Valde ab aliquo. Cic. Quint. fratri, lib. 3. 17, Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam.

Plurimis verbis aliquid ab aliquo. Cic. 1. de Orat.

Verecundè aliquid ab aliquo. Cic. Curioni, lib. 2. 5.

Contendere voce. Cic. pro Ligario, Quantum potero, voce contendam, vt hoc Pop. Rom. exaudiat.

¶Contendere, pro Extorquere, Nonio. Turpilius Lemniis, Habet potestatem: nisi potestatem lenis pretio cõtendas, vt redempto Phædria liceat redire antiquam in consuetudinem. Sic Varro, Contendere honores dixit.

¶Contendere, pro Defendere, & affirmare. Celsus in præf. lib. 1, Si manantia corpuscula per inuisibilia foramina subsistendo iter claudunt, vt Asclepiades contendit. Idem paulo pòst, Sed ne ad hæc quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione contendunt.

¶Contendere (ἐρίζειν, ἁμιλλᾶσθαι, ἀγωνίζεσθαι) Certare. Cic. ad Attic. lib. 14, Quòd si iuniorem te eius miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego aduersus te.

Contendere alicui, Id est cum aliquo. Horat. epist. lib. 1. epist. 19,
-mihi contendere noli.

Certare ingenio, contendere nobilitate. Lucret. lib. 2.

Pugnare & contendere. Cic. pro Cluent. Itaque feci, sic pugnaui, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui, remedia, &c.

Contendere aliquid contra æquitatem. Cic. 2. Offic. Extremum autem præceptum in beneficiis, operáque danda est, nequid contra æquitatem contendas, nequid pro iniuria.

Contendunt verbis inter se, non pugnis. Cic. in Parad.

Contendit causa cum causa. Cic. pro Quintio, Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacilè cuiuis probaturos statuebamus, quòd vitæ ratio cum vitæ ratione decerneret.

Causam contra aliquem. Lucret. lib. 4.

Ciuiliter. Cic. 1. Offic. Vt enim quum ciuiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor.

Contendere de honore aut de dignitate. Cicero 3. Tuscul. Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Cæsar 5. belli Gall. Omnibúsque annis de loco summis simultatibus contendebant.

Palàm vehementérque de re aliqua. Cic. 1. Verr. Ecquis vnquam tam palàm de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille aut illius amici?

Humilitas cum dignitate de amplitudine contendit. Cicero pro Roscio Amer.

Contendere armis. Cic. pro Cecinna, Qua de re decertari oportere, non contendere armis.

Armis cum aliquo. Cic. Att. lib. 7.

Bello cum aliquo. Virg. 4. Æneidos,
-aut tecum malit contendere bello?

Cursu. Ouid. 4. Metam.

Inimicissimè atque infestissimè. Cic. pro Quintio.

Contendere summo iure. Cic. ad Atticum, lib. 16, Ego si me non improbissimè Dolabella tractasset, dubitassem fortasse vtrum remissior essem, an summo iure contenderem.

Iure cum aliquo. Cic. pro Quintio.

Iurgio cum aliquo. Cic. de Clar. Orat.

Lite de re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 4.

Ludo cum aliquo, Id est ludendo certare. Virg. 6. Æneid.

Marte. Virg. 9. Æneid.

Muneribus cum aliquo. Martial. lib. 7.

Pedibus cum aliquo. Ouid. 10. Metam. Hoc est cursu certare. de Atalanta.

Pignore aliquo. Catul. epigr. 41.

Sacramento. Cic. Volumnio, lib. 7. 33, Vt sacramento contendas mea non esse.

Verbis. Ouid. 13. Metam.

Versibus alternis. Virg. eclog. 7.

Summa vi impetúque contra aliquem. Cic. 3. de Fin.

¶Contendere omnia. Cic. 4. Verr. Iam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur.

¶Amori alicuius. Græca loquutio, pro Cum amore contendere. Propert. lib. 1. eleg. 13,
Non tamen ista meo valeant contendere amori. Id est non possint præferri amori meo.

Hirundo contendit cycnis, Id est indoctus cum docto. Prouerbialis est loquutio. Lucret. lib. 3.

¶Contendere duos, pro Componere ad certamen. Tacitus lib. 4, Nemo nostros Annales cum scriptura eorum contenderit, qui veteres Populi Romani res composuere.

¶Contendere res aliquas, pro Conferre, componere, inuicem cõparare. Cic. 2. Catil. Neque verò cæteras copias, ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia atque egestate debeo conferre. Sed si, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere velimus ex eo ipso, quàm valde illi iaceant, intelligere possumus, &c. Tacitus lib. 13, non procul ab initio, de oratione ab Anneo Seneca composita, qua Nero Claudium ipso funeris die laudauit: Adnotabant seniores, quibus otium est vetera & præsentia contendere, primùm ex iis qui rerum potiti essent, Neronem alienæ facundiæ eguisse.

Contendere rem aliquam cum alia. Apuleius Apologia prima, Et quid tam petulans habent omnes versus mei, si cum isto vno contendantur? Id est conferantur.

Contendere rem aliquam alteri. Ausonius in Gratiarum actione pro Consulatu: Non ego nunc contendo Frontoni, sed Antonino præfero Gratianum.

¶Magistratus à populo summa ambitione contenditur. Cicero 4. Verr.

Contentus, Participium (συντεταμένος) Intentus: cuius contrarium Remissus. vt. Contenti nerui, per conuulsionem, vel ex conuulsione.

Contentum corpus & Remissum, contraria. Cic. 2. Tusc. Vt onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.

Arcus contentus. Ouid. 6. Metamorphoseos,
-sonuit contento　　Neruus ab arcu.

Tela contenta arcu parato. Virg. lib. 5. Æneid.

Contentus & Laxus, contraria. Horat. 2. Serm. sat. 7.

Ceruix contenta. Virg. 3. Georgicorum,
-montésque per altos
Contenta ceruice trahunt stridentia plaustra.　Legitur & extenta.

Cursus contentus. Cic. pro Mur. Quum contento cursu, hostium classis Italiam peteret.

Fides contentæ, & incontentæ. Contraria. Vide INCONTENTVS. De fidibus instrumentorum musicorum loquitur.

Contento studio, cursúque venire. Cic. pro Sext. Ad Tribunatum, quia ipse ad sese iandudum vocat, contento studio, cursúque veniamus.

Contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter. Cicero in Oratore.

Contentus, à contineo. Vide CONTINEO.

Contenturus. Lucil. lib. 27, Tu Lucilium credis contenturum, quum me ruperim, summa omnia fecerim? Nonius.

Contentè (συντεταμένως) contentius, & contentissimè, Aduerbium. Cic. 5. Tuscul. Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentius ambularet, &c.

Contentè pro se dicere. Cic. 2. Tuscul. Plaga hoc grauior, quo est missa contentius.

Contentio (τάσις) Verbale, Conatus ad aliquid agendũ. Cic. 1. Offic. Miserrima est omnino ambitio, honorúmque contentio.

Impetus dicendi contentióque. Cic. pro Deiotaro.

Labor & contentio. Cic. de Senect. Otiosam & quietam ætatem sine vllo aut labore, aut contentione traducere.

Vehementissima contentio animi, ingenij, virium. Cic. 3. de Orat. Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenij, virium ab eo dicta esse constabat.

Animi magna, vocis parua contentio. Cic. de Clar. Orat.

Animi contentio, cui opponitur Relaxatio. Cic. 2. de Orat. Verùm otij fructus est non contentio animi, sed relaxatio.

Animorum contentione discrepare, non opinionum dissensione. Cic. Cælio, lib. 2. 12, Ex eo quidem suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare.

Contentionem animi adhibere. Cic. in Hortensio, Magna etiam animi contentio adhibenda est explicãdo Aristotelem, si leges. Hoc est intendendæ sunt ingenij vires.

Animosa contentione aliquid perdiscere. Firmic. lib. 6. cap. 31.

¶Contentio, Continuatio, intentio, perseuerantia. vt, Contentio vocis. Cic. 3. de Orat. Nihil perniciosius, quàm effusa sine intermissione vocis contentio.

Contentio orationis plurimum valet, & maiorem vim habet ad gloriam. Cic. 2. Offic.

Vocis contentio, & vocis Remissio pugnant. Cic. 2. de Orat.

Ad populum summa contentione dicere. Cic. de Clar. Orat.

Oratio non magnæ in dicendo contentionis. Cic. pro Cluent.

Pugna summa contentione pugnata. Cic. pro Murena.

Summa vis & contentio sermonis, cui opponitur Lenitas sermonis. Cic. 1. de Orat. Neque minus hæc tamen tua grauissimi sermonis lenitas, quàm illa summa vis & contentio probatur.

¶Contentio (ἁμιλλα, ἀγών, ἔρις) Concertatio. Cic. 4. Acad. Hæc autem est vna contentio, quæ adhuc permanserit.

Belli contentio. Cic. pro Sextio, Antiochum illum magnum maiores nostri magna belli contentione terra maríque superatum intra montem Taurum regnare iusserunt.

Caninæ contentionis iurgiosa certamina. Firmic. in princ. præfat. lib. 4. De causis forensibus loquitur.

Grauitatis & ponderum contentio. Cic. 2. de Nat. deor.

Abesse à contentione. Cic. ad Attic.

Decertare cum aliquo contentione dicendi. Cic. 2. Philipp.

Diiudicare. Cic. Nostras contentiones Resp. diiudicauit.

Excitare. Cic. pro Cluent.

Habere cum aliquo. Cic. 3. de Legib.

Honoris contentio. Cic. pro Murena.

Meritorum in Remp. contẽtio. Cic. de Opt. gen. Orat. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in vtranque partem, & meritorum in Remp. contentionem sanè grauem.

Accurata & inimicitiis incensa.Cic.de Opt.gen.Orat.
Acerrima.Cic.in Orat.
Contentio inter aliquos de possessione.Cic.4.Acad.Est enim inter eos non de terminis,sed de tota possessione contentio.
Impendet summa inter eos.Cic.Att.lib.7.
Non mediocris.Quintil.lib.5.cap.13.
¶Fortunarum facere.Cic.in Pisonem.
Manet.Vide MANEO.
Venire in.Id est contendere de accusando.Cic.1.Verr. Neque ferè vnquam venit in contentionem de accusando, qui Quæstor fuisset, quin repudiaretur.
Res etiam dicitur venire in contentionem.Cic.pro Quintio.
Vocare in contentionem Cic.pro Murena.
¶Contentio {[illegible]} pro Comparatione & æstimatione. Cicero pro Lege Manil.Summa enim omnia sunt Quirites,sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Ex Budæo.
Vitiorum contentio. Plin.Iun.in Paneg. An non plerique principes,&c. quum feriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione supplerent?
Contentio ipsorum hominum facienda.Cic.pro Plancio.
Contentio & comparatio. Cic. lib.1. Offic. Sed si contentio quadam & comparatio fiat,quibus plurimùm tribuendú sit officij: principes sunt patria & parentes, quorum beneficus maximè obligati sumus:proximi liberi,&c.
¶Contentio.apud Rhetores,vt diffinit Cicero, Est quum ex contrariis rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet assentatio iucunda principia: eadem exitus amarissimos affert. De Oratore & in Topicis.
Asperitas contentionis Oratoris ipsius humanitate conditur.Cic. 2.de Orat.

Contentiosus {[illegible]} Adiectiuum. Plin.Iun.lib.2.epist.19,Oratio de qua loquor,pugnax & contentiosa est.
¶Contentiosus,Qui lites & iurg a seminat.
Contentiosus passiuè, Quod fit pertinaciter. Quint.5 Declamat. non procul ab initio, Auidissimam moriendi cupiditatem contentiosa mendicitate fallebam. Hac forma poterimus dicere, Contentiosum studium,pro Intento.

Contentiosè,Aduerbium {[illegible]} vt,Contentiosè agere, id est pertinaciter.

Contenebrare {[illegible]} Neutrum verbum. Varro 2. de Re rust. cap.2,Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendú appellunt, & rursus pascunt,quoad contenebrauit.Id est vsque ad vesperum.

Contentè,à Contineor.Vide suo loco.

Conterminus,pen.corr.{[illegible]} Finitimus & vicinus:quasi eundem terminum inhabitans. Colum lib.1.cap.3,Nisi Autolicus ille cuiquã potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola Palatinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit.
Pellere conterminos.Plin.lib.2.cap.68.
Contermina Indis gens Ariana.Plin.lib.12.cap.8. Et lib.3.cap.26, His contermini Rheti.
Stabula ripæ contermina.Ouid.8.Metam.

Contero,conteris,pen.cor.contriui,contritum,pen.prod. {[illegible]} conterere, In puluerem redigere. Varro 2.de Re rust. cap.7, Si fastidium saliendi est,scyllæ modicum conterunt cum aqua.
Conterere radicem in puluerem.Plin.lib.26.cap.11.
¶Conterere {[illegible]} pro Consumere,vt
Ætatem in pistrino.Plaut.Bacch.17.
Ætatem in litibus.Cic.1.de Leg.
Boues.Id est consumere laboribus.Lucret.lib.2.
Diem.Hoc est consumere, & impendere quod dicitur. Terentius Hecyra,5.3,
Ita cursando,atque ambulando totum hunc contriui diem.
Diem in arte aliqua.Propert.lib.2,eleg.1.
Diem & noctem conuiuiis & stupris.Cic.7.Verr.
Ferrum vsu.Ouid.3 de Arte.
Maiorem partem æui somno.Lucret.lib.3.
Operam.Plaut.Mostel.8,
Quid ego huc recursem? aut operam sumam,aut conteram? Id est perdam.
Operam frustrá.Terent.Phorm.1.4.
Otium & tempus in studiis.Cic.de Amic.
Quæstum.Plaut.Mostel.13,
Is vel Herculi conterere quæstum posset.
Tempus. Plinius Iunior,lib.1.epist.13, Tempus audiendis fabulis conterunt.
Tempus frustrá.Cic.pro Rosc.Com.
Vitam in quærendo. Terent.Adelph.5 4,
Contriui in quærendo vitam atque ætatem meam.
Apud pauperes ambitiosos pluribus, & diuersis officiis supellex conteritur.Quintil.lib.2 cap.4.
¶Conterere se in musicis.Cic.1.de Fin.
Conteri in causis & foro.Cic.1.de Orat.
Conterere aliquem oratione.Plaut.Cistel.5.
Conterere obliuione voluntaria iniurias, Id est sponte obliuisci. Cic.ad Lentul.lib.1.9. Quòd eius omnes grauissimas iniurias,communis concordiæ causa, voluntaria quadam obliuione cótriueram: &c. Id est, Sic ex animo deleueram,vt prorsus abolita apud me esset earum memoria.
¶Conteri. pro Contriui apud Ouidium, de Medicamine faciei, Hæc vbi contereris, per densa foramina cerne. Sic legit Aldus. Alij contriueris legunt, sed lectionem illam constitutio syllabarum non admittit. Ego libenter Contrieris legerem vt Audieris, quum Aldi lectio alienior paulo videatur ab vsu communi.

Contritus,penult.prod.{[illegible]} Participium. Plin.lib.20.cap.13, Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita. Hoc est commacerata & comminuta ac pista.
Communia & contrita præcepta. Cic.1.de Orat. Non negabo me ista omnium communia & contrita præcepta didicisse.
Contritum vetustate prouerbium.Cic.2.de Fin. An verum est hoc vetustate contritum prouerbium.Id est vulgatum apud antiquos.

Contritor,pen.prod.{[illegible]} Verbale.Plaut.Persa,12.
Contritor compedum. Id est frequenter ob malefacta compedibus detentus.

Conterraneus {[illegible]} Qui ex eadem terra est, quapropter Catullum conterraneum suum Plin. in præfat. 1. vocat, qui non Veronæ,sed in Benaci insula natus erat.

Conterreo,conterres,conterrui,conterritum,pen.corr. {[illegible]} conterrere, Idem quod terreo. Liu.10.ab Vrbe, Nouum pugnæ conterruit genus.
Conterret latratu canis aduenientem.Colum.lib.7.cap.12.
Cóterrere vultu,aspectúque loquacitatem alicuius.Cic.1. de Orat.
Pectora metu.Lucret.lib.2.
Aspectu conterritus hæsit.Virg.3. Æneid.
Conterritus corporis cruciatu.Vlp.in l.3.D.ex quib.caus.maior.

CONTESTANIA, Regio citerioris Hispaniæ, in qua sita est Carthago noua.Author Plin.lib 3.cap.3. Fortè quæ hodie vulgò *Cocentayna*.

Contestor {[illegible]} contestaris, contestatus sum, contestari, Idem quod Obtestari, implorare, precari. Cic 6.Verr. Deos, hominésque contestans, clamare cœpit. Idem pro Flacco, Quum ego te Flacce,cælum,terrámque contestans,flens flentem obtestabar.
Contestari litem, Festo,dicuntur duo, aut plures aduersarij,quòd ordinato iudicio,vtraque pars dicere solet,testes estote.Cic.pro Qu. Rosc.Com. Qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest,nisi qui cognitor est factus.Vide LIS.
Lis contestata in aliquem. Paulus in l.seruus. D.de his qui notantur infamia, Non suo nomine condemnatur, quippe quum initio lis in eum contestata non sit.
Lis cótestata inter primum & secúdum. Vlp.in l.1.D.de litigiosis.
Contestatam litem cum aliquo habere.Cic pro Rosc.Com.

Contestatus,pen.prod.{[illegible]} Participium.Cic.pro Flacco, Quúmque ab hac perenni,contestatáque virtute maiorum non modò non degenerauit L.Flaccus,sed id,&c.
Contestata antiquitas. Cicero lib.1.de Diuinat.Clarissimis monumentis contestata, consignatáque antiquitas. Alia exemplaria habent testata.

Contestatò.Aduerbium, Testibus adhibitis. Vlp.l.1.§.7.D.de agnosc. & alend liber.Si neque cótestatò dixerit eam ex se prægnantem non esse. Hotomanus.

Contestatio litis. Vlpianus in l.Pomponius scribit. D.de procuratorib. Ratihabitionis autem satisdatio ante litis contestationem à procuratore exigitur.

Contexo {[illegible]} contexis, contexui, contextum, contexere, Simul texere. Cic.2. de Nat.deorum, Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis, atque contextis, homines vestiantur?
Lilia contexere amaranthis. Tibul.lib.3.eleg.4.
¶Contexere, Coniungere. Plinius Iunior, lib.5. epist. 6, Sub his per latus omne, vineæ porriguntur, vnámque faciem longè latéque contexunt.
Amores contexere.Catul.in Argon.
Puppes cannis. Antequam in nauium vsus arbores ferrúmque accessissent, antiqui cymbas papyro cannísve palustribus construxerunt. Vnde apud Lucanum,Cóseritur bibula Memphitis cymba papyro. Valer.lib 2.Argonaut.
Contexere interrupta. Cic.1.de Leg. Neque tam facile interrupta contexo,quàm absoluo instituta.
Contexere cum aliorum negotiis nostra. Cic. Luccio, lib.12.15, Deesse mihi nolui, quin te admonerem, vt cogitares, coniuncténe malles cum reliquis rebus nostra contexere, an vt multi Græci fecerunt,&c.
Contexere carmen. Cic.pro Cælio, At longius quidem mihi hoc carmen liceret contexere.
Contexere crimen, hoc est Componere, astutè conflare. Cic.pro Deiotaro,At quàm festiuè crimen contexitur!

Contextus {[illegible]} Participium.vt,
Argento & auro contextus vir,Id est veste indutus auro & argento contexta. Tibul.lib.1.eleg.2.
Contextus equus trabibus acernis. Virg.2.Æneid.

Contextus, huius contextus {[illegible]} Cic.5.de Fin. Pennarúmque contextu corpori tegumenta faciebat. Ex Accio.
Factorum dictorúmque contextus.Quintil.lib.3.cap.9.
Lenis & fluens.Quintil.lib.9.cap.vltim.
Contextus querelarum,& Contextus rerum asperarum. Valerius Max.lib.7.cap.2.vbi de Socrate.
Contextus ratis.Ausonius in Periocha libri 5.Odyss. Qui cótextu ratis temerè properare nauigationem solus aggreditur. Duodecima die tempestate commota, infestante Neptuno, trabium compago dissoluitur.
Contextus rerum.Cic.5.de Finib.
Contextus & continuatio sermonis.Quintil.lib.8.cap.2.
Contextum aliquem dissoluere.Lucret.lib.1.
Contextum dicendi intermittere. Quintil. lib.10. cap.vlt. non ita procul à fine.
Contextu longiore loqui.Plin.lib.10.cap.42.
Recto contextu scribere. Quintil.lib.1. cap.19. Et lib.1, Complexus vel contextus orationis.
Vno contextu,pro Vno téporis articulo,non diuertendo ad alios actus. Vlp.in l.hæred.palam,in fine.D.de testamentis, Vno contextu actionis testari oportet. Est autem vno contextu, nullum alienum actum testamento intermiscere.

Contextio,contextionis,verbale,Idem quod Cótextus. Boetius in Topica

pica Ciceronis comment.5, Quæ eorum natura sit, propositionúmq; contextio. Rursus paulo post initium lib.1. De differentiis Topicis.

Contextio. Macrob. in Somnium lib.1. cap.2, Contextio narrationis. Ibidem cap. 5. sub finem, Quum ergo & contextio ipsius, pari æqualitate procedat, & resolutio æqualiter redeat vsque ad monadem, &c.

Contextè (συνεχῶς) Aduerbium. vt, Omnia naturali colligatione conserte contextéque fiunt. Cic. de Fato.

Contextim, Aliud aduerbium. Plin. lib.10. cap.53. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim, in secessu generant.

Conticeo, contices, pen. corr. conticui, conticitum (κατασιγάω) conticère. Omnino tacere. Virg. 2. Æneidos,

Côticuere omnes: intentiq; ora tenebant. Cic.3. in Catil. Recitatis literis debilitatus atque abiectus conscientia, repentè conticuit.

Repentè conticere. Sil. lib.1.

Hiatu muto conticuit. Lucan. lib.5.

Conticuerunt literæ forenses & senatoriæ. Cic.2. Offic. Id est desij collocare operam in forensibus causis.

Molæ vacuæ conticuere. Ouid.6. Fast.

Tetricæ tubæ conticuere. Martial. lib.7. epigr.79. ad Faustinum.

¶Conticere, de re inanimata. Cic. de Clar. Orat. Paulo antè quàm perterritum armis hoc studium Brute nostrum conticuit subitò, & obmutuit.

Conticesco, conticescis (κατασιωπάω) conticescere, Idem quod conticere. Cic. Post reditum in Senatu, Saltem dum conticesceret illa lamentatio & gemitus vrbis.

Conticescebâtque paulatim tumultus. Liu.5. bel. Pun.

Ætas nulla de tuis laudibus conticescet. Cic. pro Marcello.

Ad casus aliquos. Quintil. lib.6. cap.1.

Conticescunt artes. Cic. pro Murena, Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostræ conticuerunt.

Conticinium (ἀωρόνυκτον) puto (inquit Varro de Lingua Latina) à conticendo dictum: siue, vt Opilius scribit, ab eo quod conticuerunt homines. Nonius autem, Conticinium, noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. Plaut. Asin.12,

Redito huc conticinio.

Contigno, contignas (συνδοκόω) contignare, Tigna coniungere. Plin. lib.9. cap.3, Gedrosos qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenûm cubitorum lôgitudinis reperta. De belluis Indici maris. Cæs.2. bel. Ciuil. Et quicquid est contignatum, cratibus consternitur.

Contignatio (συνδόκωσις) Verbale. Id est textura trabium ac tignorum. Contignationes (inquit Budæus) vulgò ἐπίπεδα dicuntur: quarum supremæ, aut etiã superiores, cœnacula dicuntur. στέγη Græcis. Colum. lib.1. cap.6, Vt & contignatio careat incendij periculo.

Tegere vna contignatione binas ædes. Papinian. in l. binas quis. D. de seruit. vrb. præd. Binas ædes habebat vna contignatione tectas.

Contignum, gen. Festus, Contignum, est frustum carnis cum septem costis demptum.

Contineo, contines, penult. corr. continui, contentum (συνέχω, ἐπέχω, κατέχω, ἀνέχω, ἀπέχω) continere, Idem quod Tenere, & quodammodo arripere. Plautus Rudente, 13, Perij: animo malefit: contine quæso caput.

Coercet & continet mundus omnia suo complexu. Cic. 2. de Natura deorum.

Adiungi & contineri. Cic.6. Verr. Eorum coniunctione pars oppidi, quæ appellatur Insula, mari disiuncta angusto ponte rursum adiungitur & continetur.

¶Continere, pro Retinere, conseruare. Cic.2. Offic. Nec enim vlla res vehementius Rempublicam continet, quàm fides.

¶Homines venis, & neruis, & ossibus continentur. Cic.2. de Nat. deor. Hoc est, constant & componuntur.

¶Continere, pro Cohibere. Traianus Plinio lib.10. epist.20, Nihil opus sit mi Secunde charissime ad continendas custodias plures commilitones conuerti.

Belluas immanes septis. Cic.13. Philipp.

Continere canes catenis per diem. Colum. lib.7. cap.12.

Ciuitatem in officio. Cæs.5. bel. Gall. Ad Cæsarem venire noluisse, quo facilius ciuitatem in officio contineret.

Claustris aliquem. Claud.7. Paneg.

Equos frænis. Seneca Hippol.10.

Exercitum vel equitatum castris. Cæs.2. bel. Gall.

Si sui iuris finibus matronas contineret pudor. Liu. Dec.4. lib.4.

Continere se finibus rerum suarum. Cic. offic. lib.1.

Oppida metu. Liu.10. bel. Pun.

Suos silentio. Liu.7. belli Punici, Consul interim silentio continebat suos.

Ciues eadem æquitate. Cic.2. Offic.

¶Aluum. Plinius lib.14. cap.6. Hoc est, astringere & comprimere aluum.

Animam. Cic.1. de Orat. Deinde quũ spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assequutus, vt &c.

Regere ac continere appetitiones animi. Cic.4. Tusc.

Audita. Terent. Eunuch.1.2,

Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè.

Corpus profluuio laborans. Cels. lib.1. in procem.

Dicta in aliquem. Cic.2. de Orat. Nam ea dicta appellâtur proprio iam nomine. Sed vt in Scæuolam continuit ea Crassus, &c.

Dolorem. Cic.3. de Nat. deor. A deo immissum dolorem, non conceptum à se ipso continebat.

Tacitum dolorem. Liu.10. bel. Maced. Id est dissimulare dolorem.

Gaudium. Liu. lib.10. bel. Pun. Tacitum continere gaudium non poterat.

Gradum, Id est subsistere. Virg.3. Æneid.

Impetum militum. Liu.7. ab Vrbe.

Iracundiam. Brutus ad Antonium, lib.11.3, Et te miramur, quum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, &c.

Lachrymas. Plaut. Mostel.10,

Vix videtur continere lachrymas.

Linguam, pro Refrænare. Cic. ad Qu. frat. lib.1.1, Quúmque ea maximè animum moueat, tamen tibi esse diligentissimè linguam continendam.

Manus. Terent. Adelph.4.2,

Næ ille continebit posthac, si sapiet, manus.

Manus ab aliquo. Ouid. epist.11.

Manus alicuius ab aliquo. Cic.1. in Catil. Quorum ego vix abs te iandiu manus ac tela contineo.

Odium in aliquem conceptum iandiu. Cic. post Red.

Risum. Cic.4. de Fin. Risum contine, si potes.

Vocem non potest continere parietibus domus. Cic. in Catil. Nec priuata domus parietibus continere vocem coniurationis tuæ potest. Id est non potest tacere.

Vocem non continere. Plin. lib.14. cap.22, Alij redituras per iugulum voces non continent. De temulentis.

¶In ieiunio aliquem. Cels. lib.7. cap.16.

¶Continere se, Idem quod Abstinere se. Terent. Eunuch.5.2,

Vix me contineo, quin inuolem in capillum. Cæl. ad Cic. lib.8.6, Quum præsertim is sit, qui si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret.

Male se continere, Id est vix se continere. Ouid.4. Metam.

Continere se à supplicio, & reprimere. Cic.7. Verr.

Continere se in aliqua libidine, & in alia se effundere. Cicero in Paradox.

¶Continere sese in occulto. Cæs.2. bel. Gall.

Continere se finibus rerum suarum. Cic. lib.1. Offic.

Continere se domi aut ruri. Terent. Phorm.2.3. Sic Continere se tectis. Plin. lib.11. cap.10.

Mœnibus vrbis se. Ouid.13. Metam.

Domi, atque intra priuatos parietes aliquem. Quintilianus libro 1. capite 2.

Contineo me ab exemplis Græcis. Cic.2. de Fin.

Continere se ab assentiendo. Cic.4 Acad.

¶Continere animo ac memoria fontes omnium rerum quæ ad dicendum pertinent. Cic.1. de Orat.

Continere aluo dicitur mulier prægnans. Cic.1. de Diuin. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium aluo contineret, somniauit, &c.

In aluo spem à viro commendatam continet mulier. Cicero pro Cluentio.

¶Continet me tempestas. Plaut. Amphit.8,

-an tempestas continet,

Qui, &c. Id est detinet, impedit, & remoratur.

¶Continet epistola tertia, esse tibi redditam orationem pro Clario. Plin. Iun. lib.9. epist.28.

Magnum mendum. Cic. Att. lib.14, Itaque me Idus Martiæ non tã consolantur, quàm antea. magnum enim mendum continent.

¶Continetur publica salus incolumitate illius. Plinius Iun. lib.10. epist.35. Id est retinetur & conseruatur.

Salute alicuius alterius salutem contineri. Cic. pro Marcel.

Continetur honestas ex quatuor virtutibus. Cic.2. de Fin.

Continentur artes cognatione quadam inter se. Cic. pro Archia, Etenim omnes artes quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.

Contineri nomine familiæ. Cic. pro Cecinna, Tamen & ipsi tuæ familiæ & genere & nomine continentur.

Philosophorum libris aliquid continetur. Quint. in procem. lib.1.

Atque hæc omnia vno verbo continentur. Cic.2. de Orat.

Continens, pen. corr. (συνεχής) Adiectiuum, Idem est quod Contiguus, coniunctúsque. Liu. Continens imperium vsque ad nos habebitis. Id est sine vllo interuallo.

Continens ager. Labeo in l. vlt. D. de acquir. rer. domi.

Continentia fundo alicuius prædia, atque adiuncta mercari. Cic. pro Cecinna.

Continens spiritus, & Intermissus, contraria. Cic.3. de Orat.

Longum agmen, nec continens. Liu.10 ab Vrbe.

Labore continenti omnia superare. Cæs.7. bel. Gall. Id est continuo, nec interrupto.

Biduo continenti. Sueton. in Caligula, Per hunc pontem vltrò citróque commeauit, biduo continenti.

Cursu continenti sequi fugientem. Liu.2. bel. Pun.

Imber continens. Liu.3. bel. Pun. Imber continens per totam noctem vsque ad horam tertiam diei insequentis tenuit.

Velut continenti incendio omnia ardere visa. Curtius.

Iuga continentia. Liu.7. bel. Pun.

Continentia ædificia. in l. eo iure. §.1. D. in quibus caus. pignus vel hypo.

Oratio continens. Cic.1. Tusc. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo.

Punicum bellum continenti scriptura expositum diuisit in septem libros. Sueton. de Clar. Grammat. De Cratete Mallote loquitur.

Somnus continens. Cels. lib.3. cap.20. de Lethargo, Si verò continens ei somnus est, vtique excitandus est, &c.

¶Continens, pen. corr. (ἐγκρατής) Qui abstinet, maximè à mulieribus. Terent. Eunuch.2.1,

-hoc nemo fuit

Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens.

Continentissimus, pro Homine minime auaro. Cicero in Parad. In quo equidem continentissimorum hominum maiorum nostrorum sæpe requiro prudentiam.

Parcus & continens. Plin. Iun. lib.5. epist.20.

¶In continenti, Sub. tempore. Vlp. in l. quod ait lex. D. ad legem

Iuliam de Adulteriis, Quod ait lex, In continenti filiam occidat: sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reseruet, & post diem filiam occidat, vel contra. debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere, æquali ira aduersus vtrunque sumpta. Quòd si nó affectauit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis adprehensa est à patre qui persequebatur, in continenti videbitur occidisse. Sunt qui coniunctim legunt, Incontinenti.

Ex continenti. Idem. Vlp. in l. sed etsi. D. quod cum eo qui in alien. pot. Sed an etiam téporis ratio haberi debeat: vt siquidé ex continenti cum filio agatur, detur actio in id quod facere potest: si verò post multos annos, non debeat indulgeri?

¶Continens, & firmamentum causæ dicitur Latinè, quod Punctum litis decisorium vocant, inquit Budæus. Cicero in Topicis, Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, hæc Continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit.

¶Continentia cum ipso negotio, sunt ea, quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Cic. 1. de Inuent.

Continentia vrbis, pro suburbiis accipiuntur, quòd cum ipsa vrbe se teneant, contiguáque sint. Alciat. de verb. signific. Notandum, qui extra continentia vrbis est, abesse. Cæterùm vsque ad continentia, non abesse videbitur. Inter continentia vicos vult intelligi Vlp. in l. collegarum. D. de verb. signif.

Continens {ἤπειρος} Substantiuum, fœm. gen. Est terra quæ non est insula. Plinius lib. 5. cap. 29, Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit.

Continentia, fœm. gen. sing. nu. {ἐγκράτεια} Vide ABSTINENTIA. Cic. 1. Offic. Et continentia in omni victu, omníque cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus.

¶Continentia. Aliter, vt

Continentia regionum. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 15, Sed nec in catalogo auxiliorum Turni, si velis situm locorum mente percurrere, inuenies illum continentiam regionum sequutum. Paulo antè dixerat, Cohærentiam regionum.

Continenter, Aduerbium {ἐγκρατῶς, ἐφεξῆς} Id est coniunctè continuéque. Cæsar 1. belli Gall. Belgæ cum Germanis continenter bellum gerunt.

Continenter ire. Paulus in l. seruitutes prædiorum. D. de seruitut.

Continenter viuere. Cic. 1. Offic. Atque etiam si considerare volemus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quàm sit turpe defluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quámque honestum parcè, continenter, seuerè, sobriè.

Contentus {ἀρκούμενος, ἐγκρατής} Nomen adiectiuum potius quàm participium, dicitur (inquit Valla lib. 1. cap. 30) qui continet quod animo satisfacit, non qui continetur. Plaut. Mercatore, 20,

Nam vxor contenta est, quæ bona est, vno viro. Cic. pro Quintio, Posteaquam nescio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæstu contentus esse non poterat.

Contentus ad. Cic. in Parad. Opinor in eo cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit.

Contentus de. Cic. in Lælio. De his communis vita contenta est.

Contentus est paruo. Cic. 1. de Amic.

Honesto paruo contentus. Claud. 1. in Ruffinum.

Modico. Iuuenal. sat. 9.

Paucis. Horat. 1. Serm. sat. 3.

Viuit sua sorte. Horat. 1. Serm. sat. 1.

Contentus hac iniquitate non fuit. Cic. 4. Verr. Sic Contentus libertate. Cic. 1. de Finib.

Contentus fueram hoc solum scribere tibi. Plin. Iun. lib. 10. epist. 6. Quintil. lib. 5. cap. 12, Hæc breuiter demonstrasse contentus.

Contentum abire. Virg. 5. Æneid.

Contentè, Aduerbium, Continenter. Plaut. Asin. 3,

Volo amori obsequatum illius, volo amet me patrem,
Quanquam illum mater arctè contentéque habet. *Sa mere le tient de court.* Hoc est, parcè & continenter eum tractat.

Continuus {διηνεκής, συνεχής, ἐχόμενος} Adiectiuum. vt, Continuus spiritus. Plin. lib. 10. cap. 29.

Dentes continui, quibus opponuntur Serrati. Plin. lib. 10. cap. 73, In potu quibus serrati dentes, lambunt: quibus continui dentes, sorbent, vt equi, boues.

Continuus & Intermissus, contraria. Plin. Iun. lib. 2. epist. 17, Littus ornant varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum.

Amor continuus. Propert. lib. 1. eleg. 19.

Continuum triduum, cótinuus dies. Plaut. Mil. 10. Idem Cistel. 5.

Dies continuos cóplures in littore conuiuissq; iacuisti. Cic. 1. Verr.

Humum continuam diducere. Ouid. 8. Metam.

Ictu continuo vulnerari. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7.

Labor. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5.

Continuos labores dare desidiæ. Plin. Iun. in Paneg. Alius labores si non continuos, desidiæ ac voluptati dedisset.

Montes. Horat. epist. 17.

Continua laus. Plin. Iun. lib. 7. epist. 30, Nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis confregit.

Continui Consulatus, continua Prætura, cótinuum regnum. Plin. Iun. in Paneg. Qui continuis Cósulatibus fecerat longum quendam & sine discrimine annum. Cic. pro Fonteio, Tum autem continuæ Præturæ, quæ &c. Liu. 1. ab Vrbe, Si quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset, vt duo continua regna viro, ac deinceps genero dedisset, &c.

Continuo, continuas, cótinuare {διηνεκίζω, συνείρω, συνάπτω} Plin. lib. 14. cap. 22, Biduo duabúsque noctibus perpotationem continuauit.

Venti continuant. Cels. lib. 2. cap. 1. At si à prima hyeme Austri ad vltimum ver continuarunt, laterum dolores, &c.

Cótinuare agros. Liu. 4. bel. Maced. Qui legem Licinam excitauit de quingentis iugeribus, nisi ingens cupido agros continuandi?

Continuantur anni. Plin. lib. 17. cap. 2.

Pleno fauore gaudia. Claud. 1. Paneg.

¶Continuare domos mœnibus, pro Coniunctim extruere. Liuius lib. 1. Decad. Vt neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgò etiam coniunguntur, &c. Sic apud Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15, Domus continuata foro.

Cohærere & continuari. Cic. 1. de Nat. deor. In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ interiecto inani, cohærescunt tamé inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

Iunctum, & continuatum. Cic. 2. de Nat. deor.

Continuare nocte & die iter. Cæs. 3. bel. Ciuil.

Continuare diem & noctem opus aliquod. Cæs. 1. bel. Ciuil.

Hyems continuatur. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2.

Possessio retinetur & continuatur. Afric. in l. si de eo. D. de acquir. vel amitt. poss.

Latus lateri. Ouid. 1. de Arte.

Dapes cótinuare, Ordine continuo apponere. Horat. 2. Serm. sat. 6.

Somnos. Ouid. 21. epist.

Fletus continuati. Cels. lib. 6. cap. 6.

Continuatum & Interruptum, contraria. Cic. 3. de Orat.

Singula verba, Continuatis & coniunctis opponuntur apud Cic. 3. de Orat.

¶Continuari, pro Contiguum & finitimum esse. Tacit. de Germ. morib. Sitonibus Sitonum gens continuatur.

Continuatio {συνέχεια, συνάφεια} Verbale. Cic. 1. Acad. Intra quasi fatalem & immutabilem continuationem ordinis sempiterni.

Continuatio, coniunctióque naturæ, quam vocát συμπάθειαν. Cic. 2. de Diuinat.

Cótinuatio & series rerum. Cic. 1. de Nat. deor. Est mirabilis quædam continuatio seriésq; rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.

Continuatio verborum. Cic. 2. de Orat.

Nimis longa verborum continuatio. Cic. 3. de Orat.

Continuò {παραχρῆμα} Aduerbium, Id est confestim, vel statim. Virgil. 4. Georgicorum,

-continuò matris præcepta facessit. Cic. Terent. 14. 3, Vt ad me continuò initia rerum & rationem totius negotij posses scribere.

Continuò exeo. Terent. Eunuch. 3. 2.

Continuò hic ero, vel adero. Terent. Heaut. 3. 1.

Haud mora, continuò perfectis sanguine votis, &c. Virg. 3. Æneid. Pleonasmus est, vt annotat Seruius.

¶Continuò, Simul ac. Labeo in l. apud Aufidium. D. de opt. leg. Quinetiam res continuò eius sit, simul ac dixerit eam se sumere.

¶Continuò, aut interrogatiuè, aut negatiuè ponitur: & idem est quod Non ideo, vel Num ideo: vt, Continuóne si ille stultè dixit, tu stultius facies? Cic. pro Rosc. Amer. Non continuò si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. Idem 2. de Orat. Citra negationem aut interrogationem non eleganter hoc modo vtemur. Hæc ex Valla lib. 2. cap. 30.

Continuè, pro Assiduè. Quintil. lib. 2. cap. An virtus sit Rhetorica, Qui grana ciceris ex spatio distante missa in acum continuè & sine frustratione inserebat.

Continuitas, pen. corr. {συνέχεια, συνάφεια} Idem quod Continuatio. Plin. lib. 8. cap. 30, Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectíque nisi circumactu totius corporis nequit. Hinc dicimus viscosum illud esse quod continuitatem seruat. Hoc est, quod continuo quodam filo ac ordine cohæret.

Contingo, contingis, contigi, pen corr. contactû {ἅπτομαι, ψαύω} contingere. Ex tango compositum: Idem quod simplex. Virg. 2. Æneidos,

-funémque manu contingere gaudent. Colum. lib. 5. cap. 6.

Contingere se inter se, vel Cótingere inter sese. Plin. lib. 17. cap. 10, Ne se inter se contingant. Colum. lib. 5. cap. 10, Curato ne inter sese contingant.

Heluij, fines Aruernorum contingunt. Cæs. 7. bel. Gall.

Infamia temporis contigerat nostras aures. Ouid. 1. Metamorph. Verba Iouis.

Cibum rostris contingunt animalia quædam. Cic. 2. de Nat. deor.

Contingere dextras victrices cupiunt. Liu. 8. bel. Pun.

Contingere quenquam calce. Colum. lib. 6. cap. 2.

Auem ferro, Id est telo ferreo. Virg. 5. Æneid.

Limen contingere alicuius, Id est peruenire vsque ad domum. Ouid. 4. de Ponto.

Metam. Horat. in Arte.

Nox mediam cœli metam contigerat. Virg. 5. Æneid.

Pietas contingit finem suum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8,
Et finem pietas contigit illa suum.

Portum. Ouid. 3. Metam.

Saltu terram. Stat. 5. Thebaid.

Contingere terram osculo. Liu. 1. ab Vrbe.

Visu aliquid. Silius lib. 13.

¶Contingere alicui rei, pro Contiguum esse. Cæs. lib. 1. bel. Gall. in Vesontionis oppidi descriptione, Ita vt radices montis ex vtraque parte ripæ fluminis contingant. Nisi fortè quis contendat, ripæ esse nominatiuum, radices accusatiuum. Id quod puto.

Contigit aulæ Ausoniæ Nerua. Id est adeptus est imperium Romanum. Martial. lib. 12. epigr. 6,
Contigit Ausoniæ procerum mitissimus aulæ Nerua, &c.

¶Contingunt corpus amurca, Id est vngunt, tingût. Virg. 3. Georg.

Sale aliquid contingere, Salire. Virg. 3. Georg.

Pocula circum oras melle. Lucret. lib. 4.

Contingere existimationem. Vlpian. in Labsentem. §. aduersus. D. de pœnis.

¶Cótingere regiam propinquitate. Liu. 4. bel. Pun. An quicunque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent, alienæ culpæ rei trucidarentur.

Contingere aliquorum familias. Sueton. in Nerone, cap.32, Ante omnia instituit, vt è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur eis qui sine probabili causa eo nomine essent quo fuissent illæ familiæ, quas ipse contingeret.

Nullo gradu aliquem. Sueton. in Galba, lib.2, Neroni Galba successit, nullo gradu contingens Cæsarum domum.

Propius contingere aliquem, pro Cognatione propiore alicui iunctum esse, vel etiam amicitia & familiaritate. Horat.2.Serm.sat.6.

Contingere authoritatem loci alicuius. Cic. pro Lege Manil. Nam quum antea per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem, statueremque, &c.

Animum cura contingere, Afficere solicitudine. Val.lib.7.Argon.

¶Contingit aliquid (συμβαίνει, γίνεται) pro Accidit. Cic.5.Tusculan. Quod non modò singulis hominibus, sed potentibus populis sæpe contigit.

Connubia contigerant illi tuæ matris. Nestor ad Achillem apud Ouid.12.Metam.

Gaudia contingunt mihi, Ouid.2.de Ponto, eleg.4.

Honor contigit tibi ex merito. Ouid 4.de Ponto, eleg.7.

Abundè contigit illi valetudo, fama, gratia. Horat.1.epist.4.

Si mihi vita contigerit. Plancus Ciceroni, lib.10.24, Quòd si mihi vita cōtigerit, omneis gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates, in tui obseruantia, indulgentia, assiduitate vincam.

In magnis animis contingit. Cic. 1. Offic. Multi enim sæpe bella quæsiuerunt propter gloriæ cupiditatem: atque id in magnis animis ingeniisque plerunque contigit, eóque magis si sint ad rem militarem apti.

Quod vix euènit, Contigisse dicitur, inquit Donatus. Terentius Andr.4 2,

Hanc mihi expetiui: contigit: conueniunt mores.

Contigit vt. Cic.5.Philip. Vtinam C.Cæsari, patri dico, contigisset adolescenti, vt esset Senatui charissimus.

¶Nihil contingitur eo facto causa mea. Liu.10. bel. Maced. Rectè an perperàm fecerint, ipsi sui facti rationem reddent. meam causam quæ nihil eo facto contingitur, ne misceris.

Crimine contingi. Vlp. in l.1. §. hoc autem Senatusconsultum. D. de seruis fugitiuis. Et vt ij apud quos delitescant, puniantur, si crimine contingantur.

Negotio contingi. Tryphoninus in l. bona fides. §. incurrit. D. depositi. Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus personis quæ negotio isto continguntur impletur, mihi reddenda sunt, &c.

¶Contingo, ex Tingo compositum, Idem quod simplex Tingo. Lucret.lib.2.

Proinde colore caue contingas semina rerum,
Ne tibi res redeant ad nilum funditus omnes. Id est quum omnia colorata sint mutabilia, caue dixeris principia rerum esse colorata.

Contingens (ἐφαπτόμενος) Participium. Cic.2.de Diuin. Docet enim ratio Mathematicorum, &c. quanta humilitate Luna feratur, terram penè contingens.

Pars pretij contingens alicui. Marcellus in l. domino. D. de Senatusc. Silan. Pretij autem partem sibi contingentem locium consequi oportet.

Contingens (συμβεβηκός) Nomen adiect. Contingentia dicūtur, quæ in vtranque partē accidere possunt, & quæ accidere æquè ac nō accidere natura comparata sunt, hoc est quæ sunt ancipitis euentus. Bud.

Contactus (ἁφθείς) Participium, vt,

Colore croci contactum aliquid, Id est tinctum. Lucret.lib.6.

Sale modico contactum. Cels.lib.2.cap.24, Stomacho autem aptissima sunt, quæcunque austera sunt: etiam quæ acida sunt, quæque cōtacta sale modico sunt.

Contacta halitu animalis res. Plin.lib.11.cap.53, Animæ leonis virus graue, visi pestilens: contacta halitu eius, nulla fera attingit.

Cupidinibus nullis contactus. Propert.lib.1.eleg.1.

Contacta ciuitas rabie. Liu.4.ab Vrbe, Nec vlla species cladésque belli abest, velut contacta ciuitate rabie duorum iuuenum, funestas nuptias ex occasu patriæ petentium.

Contactus societate. Liuius lib.1.Decad. Multis in Italia contactis gentibus Punici belli societate. Idem lib.8. eiusdē Decad. Vt omnia cōtacta societate peculatus viderentur. Id est velut cōtagione infecta.

Contactus religione dies. Liu.6. ab Vrbe, Etenim si diem contactū religione, insignémq; nomine eius loci timeant Romani, quanto magis Alliensi die Alliam ipsam, monimentum tantæ cladis reformidaturos?

Contactus, huius contactus (συναφή) Columel.lib.11.cap.3, Contactu eius languescunt incrementa virentium. Plin.lib.10.cap.59, Pullis anserum vrtica contactu mortifera.

Viriles contactus refugere dicuntur fœminæ, Id est virorum contactus. Ouid.7.Metam.

Dominationis contactus. Tacit. in Vita Agric. Oculos quoque à contactu dominationis inuiolatos habebamus.

Immundo contactu fœdare aliquid. Virg.3.Æneid.

Infecti quasi valetudine & contactu. Tacit.lib.5.

Contagium, contagij, pro Contactu. Plin.Iun.lib.4.epist.31, Quúmque ei carnifex manum daret, auersata est, & resiluit: fœdúmque contagiū quasi planè à casto puróque corpore nouissima sanctitate reiecit.

Contagia fœminei generis. Martial.lib.11.epigr.48,

Cur sic fœminei generis contagia vitet, &c. Id est contactum.

¶Contagium, Genus morbi, qui ex contactu contrahitur. Virgil. 1.ecloga,

Ne mala vicini pecoris contagia lædant. Id est (vt ait Seruius) ne morbi vel pestilentiæ corrumpant. vnde contingit vt vna aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat.

Ignaua contagia. Claud.1. in Eutropium.

Lucri. Horat.1.epist.12.

Dira fœdi morbi contagia manant in omnes populos. Sil. lib. 11. paulo post initium.

Scelerum. Lucan.lib.3.

Fugere contagia. Ouid.15.Metam.

Morbi contagia penetrant in aliquem. Lucret.lib.3.

Vitare contagia. Ouid.2.de Remed.amor.

Contagio, contagionis, Idem. Plaut. Amphit.3,

Contagione meæ matris metuo malum.

Somno seuocatus animus à societate & contagione corporis. Cic. 1.de Diuinat.

Contagio cum corporibus. Cic.1.Tuscul. Qui autem se integros castósque seruauissent, quibúsque fuisset minima cum corporibus contagio, &c.

Contagio aspectus. Cic. pro Cluent. Hoc est, cōtagiosus aspectus, translatitiè, pro venenoso & lubrico ac pernicioso.

Contagio belli dicitur. Quum ex vno bello, vel vno bello confecto, subinde alia belli occasio oritur. Liu.1. ab Vrbe, Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi, & consanguinitate, &c.

Contagio conscientiæ. Cic.7.Verr. Deliberatum autem est, si res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modò eos persequi, ad quos maximè culpa corrumpēdi iudicij, sed etiam illos, ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Hoc est, qui eius culpę cōscij erunt, & eo crimine quodammodo infecti.

Malorum contagiones. Cic. 2.Offic. Nec verò solùm ipsa cecidit, sed etiam reliquam Græciam euertit contagionibus malorum, quæ à Lacedæmoniis profectæ manarunt latius.

Naturæ. Cic. de Fato, Consideramus hic quorum in aliis, vt &c. in vrina, vt in vnguibus, vt in reliquis eiusmodi naturæ contagio valet. Contagio, hic est ad verbum, συμπάθεια, aut συναφή, id est contactus & continuatio rerum in mundo, vt arbitrantur Stoici, nihil disiunctum, nihil distractum habente. Ex hac autem continuatione naturæ totius cohærentis & continuatæ, res rebus consentiunt. sit proinde vt altera alterius causam contineat, altera alteri respondeat.

Sceleris. Cic. pro Murena.

Terrena. Cic. 2.de Diuinat. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena, maximè potest sanguinis similis esse.

Turpitudinis. Cic. Att.lib.1.11, Mœsti inter sui dissimiles & mœrētes sedebant, & contagione turpitudinis permouebantur.

Contaminare se contagione alicuius rei. Cic. pro Domo, Qui aliqua se contagione prædæ, societatis, emptionis contaminauerunt, nullius neque priuati neque publici iudicij pœnam effugere potuerunt.

Importare contagionem. Vide IMPORTO.

¶Contagio, pro Contactu. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primùm ipso ab spiritu: deinde contagione pulmonum, &c. Alia exemplaria habent cogitatione, sed malè, quum non rarò Contagio pro Contactu vsurpetur.

Contagionē, esse dicendū non contagium scribit Festus Pōpeius.

Contages, contagis, pen. prod. fœm. gen. pro Contagio dixerunt veteres. Lucret.lib.4,

Multáque sunt oculis in eorum denique mista,
Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Contagi, in sexto casu pro Cōtage eadem ratione dictum est, qua, Parti, colli, voci, & similia, pro Parte, colle, voce, &c. Lucretius libro 3,

Corpus enim magis his vitiis, & fine laborat,
Et mala multa animus contagi fungitur eius. Lambinus.

Contagiosus, Adiectiuum. vt, Contagiosa febris, contagiosus morbus, & pestis contagiosa à Celso dicuntur, quibus qui laborant, solo contactu alios inficiunt.

Contiguus, Adiectiuum (ἐχόμενος) Quod contingit. Gell.lib.9 cap.1, Visu venit, vt contigui magis, directióresque ictus fiant si, &c. Plin.lib. 2.cap.9, Sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus.

Contiguæ domus. Ouid 4.Metam.

Contiguus loco mihi erat, Id est iuxta me erat vel stabat. Ouidius 4.Fastor.

Continuo, Continuas, Vide CONTINEO.

CONTINVSA, Insula Hispaniæ adiacens, in freto Gaditano, aliis nominibus Gadira & Tartessus appellata. Vide Plin.lib.4.cap.22.

Continuus, Vide CONTINEO.

Contollo, contollis, contollere, Contrà tollere, Nonio. Plaut. Aulul. 27, Contollam gradum, Id est conferam gradum.

Contophori (κοντοφόροι) Equitum genus, qui in bello contis vtebantur, hoc est hastis oblongioribus. Distinguit enim Iulius Poll. lib.1. Onomast. equites in species septem, Hippotoxotas scilicet, Doratophoros, Contophoros, Hypaspistas, Scenophoros, Hippagogos, & Amphippos, hoc est desultorios.

Contor, contaris (ἐρωτάω) contari. Verbum à Contus, conti deriuatū, significat Interrogare. Cic. ad Attic. lib. 11, Quúmque ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. Huius composito Percontor, frequentior est vsus.

Contorqueo, contorques, contorsi, contortum (στρέφω) contorquere, Idem quod circum torquere, vel in ambitum & gyrum. Plin.lib. 11.cap.14. Iuba tradit arborem thuris, contorti esse caudicis. Virgil. 1.Georgicorum,

Proluit insano contorquens vertice syluas
Fluuiorum rex Eridanus. Hoc est tātum excreuit, vt etiam syluas moueret, & erueret arbores. Cic.2.de Nat.deor. Non est enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat.

Currum contorquere. Cic.2.de Nat.deor. de Capricorno, Brumali flectens contorquet tempore currum.

Fræna. Valer.lib.1. Argon.

Freta Nereus. Silius lib.3.

Gubernaculum aliquò. Lucret.lib.4.

Hastam. Virg.2.Æneidos,

Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus, inque feri curuam, compagibus aluum Contorsit.

Ea celeritate contorquetur, cui par nulla ne cogitari quidem possit. Cic.1.de Nat.deor. De mundo.

Proram contorsit ad læuas vndas. Virg.3.Æneid.

Spicula lacertis contorquent. Virg.7.Æneid.

Verba. Cic.3.de Natura deor. At quàm Rhetoricè, quàm copiosè, quas sententias colligit! quæ verba contorquet!

Cótorquere in alium cursum amnes, & deflectere. Cic.1.de Diuin.

Contorquere aliquem tum ad tristitiam, tum ad lætitiam. Cicero 2.de Orat.

¶Contorquere, Alio significatu, est oratione nó recta, sed tortuosa vti, quo genere solebant plerunque Stoici suas contexere argumétationes. Cic. Deinde, inquit, contorquent & ita concludunt: non igitur sunt dij, nec significant futura. Nam esset recta oratio, Si igitur sunt dij, significant futura. Ea contortio orationis in repugnantium conclusione est vsitata. Turnebus.

Contortus (συνεστραμμένος) Participium. vt, Contorta cornua. Cic.2.de Nat.deor.

Crinis. Seneca Hippol.5,

En impudicum crine contorto caput.

Cuspis lacerto. Ouid.8.Metam.

Contortæ res, Dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibiipsis minimè cohærentes. Cic.1.de Orat. An verò si de re ipsa, si de finibus quũ in rem præsentẽ non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controuersia est, contortas res, & sæpe difficiles necessariò perdiscimus.

Contorta & aculeata sophismata. Cic.4.Acad. Vide SOPHISMA.

Contortulus, pen.corr. Diminutiuum. Cic.2.Tusculan. Sitne igitur malum dolere, nécne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum dolorem.

Contortio ([illegible]) Verbale. Cic.de Fato. Maius est enim has contortiones orationis, quàm signorum ortus, obitúsque perdiscere.

Contortor, contortoris, Aliud verbale masc.g. Terent. Phorm. Act.2. scen.3, Bonorum extortor, legum contortor.

Contortè (συνεστραμμένως) Aduerbium. Cic.1.de Inuent. Hic considerandum erit nequid perturbate, nequid contortè dicatúr. Vide Perturbatè in PERTVRBO.

Contortius concludere. Cic.3.Tuscul. Hæc sic dicuntur à Stoicis, concluduntúrque contortius.

Contorquendus ([illegible]) Participium. Cic.2 de Orat. Qui tãquam machinatione aliqua tum ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus.

Contortuplicare ([illegible]) Plaut. Persa.18,

Ita sunt Persarum mores, longa nomina

Contortuplicata habemus. Hoc est adeò dura, & quasi confragosa, vt vix efferri possint. Verbum est decompositum ex contorqueo & plico.

Contra ([illegible]) Præpositio accusatiuo casui seruiens. Virgil. 8.Æneidos,

Contra Neptunum & Venerem, contráque Mineruam.

Contra disciplinam meam te gessisti. Id est aliter quàm te docuissem. Apud Plautum.

Facere contra aliquem. Cælius Ciceroni in Epistolis ad Atticum, libro 10, Nunc te contra victorem Cæsarem facere, &c. summæ stultitiæ est.

Contra me est hæc res. Cic.pro Cluentio, Potest esse dubium quin illa damnatio Staleni, non modò non sit contra Cluentium, sed maximè nostram causam defensionémque confirmet.

Contra expectationem omnium. Cæs.8.bel.Gall. Quum contra omnium expectationem Cæsar Vxellodunum venisset.

Contra opinionem omnium. Cæsar 6.bel.Gall. Celeriter, contráque omnium opinionem confecto itinere, multos in agris, inopinantes deprehendit.

Contra spem. Liu.4.bel.Pun. Tum postea quàm res Romana contra spem votáque eius velut resurgeret, &c.

Contra legem aliquid accipere. Cic.7.Verr.

Secundum naturam & Contra naturam, pugnant. Cic.4.de Finib. Omnia quæ secundum naturam sint, bona appellare: quæ autem contra, mala.

Contra officium. Cic.1.Offic. Quæ omnes artes in veri inuestigatione versantur: cuius studio à rebus gerendis abduci, contra officium est.

Obniti contra aliquid. Virg.5.Æneid.

Contra aliquem stare, Id est è regione. Plaut. Persa,6,

Quid agis? P. fœminam scelestam te astans contra contueor.

Aspice contra me. Plaut. Mostel.15.

Contendere contra aliquem. Virg.5.Æneid.

Contra voluntatem aliquos retinere. Cic.pro Murena.

Stare contra aliquem. Virg.5.Æneid.

Tollere oculos contra aliquem. Lucret.lib.1.

Munire se contra pudorem. Tacit.in Vita Agric.

Contrà ([illegible]) Aduerbium, Id est vicissim, authore Donato, & graui accentu notatur in fine. Terent. Adelph.1.1. Ille vt item contrà me habeat, facio seduló. Plaut. Mercat.22, Sapis ô Charine: contrà pariter fer gradum.

¶Contrà, Ex aduerso. Terent. Eunuch.2.3, Imò enim si scias quod donum huic dono contrà comparet, &c. Cic.4. Acad. Vt aliæ probabiles videantur, aliæ contrà.

Contrà tibi euenit. Horat.1.Serm.sat.3.

¶Contrà, E regione. Iuuenalis, Stat contrà, starísque iubet. Virgil. 6.Æneidos,

Contrà elata mari respondet Cnosia tellus.

¶Contrà ac, vel Contrà atque, pro Aliter quám. Cic.pro Cornelio Balbo, Si denique aliquid non contrà ac liceret factum diceretur, sed contrà atque oporteret.

Contra quám. Cic.pro Cluentio, Generi sui, contrà quàm fas erat, amore capta.

Contractus, In CONTRAHO.

Contradico, contradicis, pen.prod. contradixi, contradictum (ἀντιλέγω) contradicere. Cic.1.Tusc. Vt quum is qui audire vellet, dixisset quid sibi videretur, tum ego contradicerem.

Contradicere aliquid. Cic. pro Rosc. Amer. Et quicquid tu contradixeris, id cum defensione nostra contendito. Alij separatim legunt, contrà dixeris.

Contradicuntur hæc. Cic.3.Tuscul. Ex quo intelligitur non in natura, sed in opinione esse ægritudinem. Contradicuntur hæc. Quis tam demens vt sua voluntate mœreat?

Contradictum, contradicti ([illegible]) vt apud Quintil. in procem. lib.4, Dissoluere contradicta.

Contradictio, Verbale (ἀντιλογία.) Quintil.lib.2. cap.18, Ponuntur hæ quandoque in secundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones. Id est quod dicunt, Instantiæ & obiectiones.

Contrado, contradis, pen.prod. contradidi, contraditum, penul.corr. (παραδίδωμι) contradere, Idem quod Tradere. Lucret.lib.1,

Multáque præterea tibi possum commemorando

Argumenta, fidem dictis contradere nostris.

Contraho, contrahis, pen.corr. contraxi, cótractum ([illegible]) contrahere, Colligere. Virg.3.Æneidos,

-contrahimúsque viros. Pompeius Marcello & Lentulo in Epistolis ad Atticum, lib.8, Vos hortor vt quodcunque militum contrahere potentis, contrahatis. Sic apud Liuium 8.bel. Pun. Contrahere auxilia.

Contrahere personas ad aliquod negotium. Traianus Plinio lib. 10.epist.88.

In vnum locum contrahere. Cic.Att.lib.8, Sin omnia in vnum locum contrahenda sint, non dubito quin, &c.

In vnum omnes. Liu.6.bel.Pun. Periculum esse ratus, ne eo facto in vnum omnes contraheret.

In aceruum. Plin.lib.10.cap.20.

Crura. Ouid.3.Amor.eleg.2.

Flectit, contorquet, porrigit, contrahit quocunque vult membra sua omne animal. Cic.1.de Diuinat.

Dilatare & Contrahere, contraria. Cic.2.de Nat.deor.

Contrahere & Dissipare, contraria. Cic.de Amic. Quæ in rerum natura, totóque mundo constarent, quæque mouerentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.

Contrahere collum. Cic.2.Tuscul. Et Virgil. 1.Georg. Brachia contrahere.

Contrahere se. Cic.2.de Nat.deor. de pulmonibus, Tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis.

Contrahere ad colloquium. Liu.8. bel.Pun. Contrahere ad colloquium, dirimendarum simultatum causa, est conatus.

Contrahere ad colloquia gentes feras. Plin. lib.3.cap.5, Et tot populorum discordes, ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia.

¶Contrahi incommodis amici, pro Contristari. Cic.in Læl. Vt ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur.

Contractum est illud eius culpa, pro Peccauit in hoc. Cic.ad Qu. fratrem, lib.1, Ea molestissimè ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt.

¶Cõtrahere, Coagulare. Plin.lib.23.cap.7. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit.

¶Contrahere ([illegible]) æs alienum. Cic.Qu.fratri, lib.1, Constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus, vetere autem magno & graui multas abs te esse liberatas vrbes.

Æruginem. Plin.lib.34.cap.11. Ocyssimè verò contrahit coronarium æruginem. Sic contrahere mucorem, Colum.lib.12.cap.4. Et ibidem, cap.17, Contrahere situm.

Amicitiam virtus contrahit. Cic.de Amic.

Animum contrahit musica: cui opponitur Remittit. Cic.2.de Legib. Nanque & incitat lãguentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit.

Animum demittere & cótrahere. Cic.Qu.frat.lib.1.1, Quapropter hoc te primùm rogo, ne contrahas aut demittas animum.

Animus contrahitur formidine. Lucret.lib.5.

Bellum temeritate. Liuius 5.ab Vrbe, Tribuni quorum temeritate bellum contractum erat, summæ rerum præerant.

Beneuolentiam à persona nostra. Author ad Heren.lib.1.

Causam mortis sibi. Plin.lib.11.cap.19.

Certamen. Liu.7.ab Vrbe, Ibi circa iacentis Galli corpus contracto certamine pugna atrox concitatur.

Cicatrices vulnerum. Plin.lib.12.cap.17, In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. Cicatricem inducere dicit Celsus.

Cladem. Liu.5.bel.Pun. Metu futuri dedecoris si sua temeritate cótractæ cladi superesset. Id est factæ.

Culpam. Papin.l.liberto.§.item.D.de negot.gest.

Damnum. Cic.5. de Fin. Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.

Frontem, Quod solent facere subirati, & quibus aliquid non placet. Plaut. Amphit.3,

Quid contraxistis frontem?

Inimicitias. Quintilianus libro 7. cap. 2, Inimicitias domui contraxeras.

Inuidiam in vita. Author ad Heren.lib.4.

Iram alicuius sibi. Ouid.2.Metam.

Iter contrahere, Id est breuius facere, aut properare. Propert.lib. 3.eleg.20.

Iura, Significat austeritatem legum temperare, & minus quàm pro imperio agere, ne summum ius summa sit iniuria. Stat.12. Theb.

Lites. Cic.3.de Legib.

Litigium inter aliquos.Plaut.Casin.13,
Nam ego aliquid contrahere cupio litigi inter eos duos.
Malum contrahitur. Celf.lib.2.cap.1,Hyems autem capitis dolores, tussim, & quicquid in faucibus, in visceribus mali contrahitur, irritat.
Molestias liberalitate sua.Cic.Cælio,lib.2.15.
Morbum.Plin.lib.30.cap.8.
Nefas.Liu.5 ab Vrbe.
Noxam. Colum.lib.6.cap.27, Aut si id facere prohibeantur, cupidine sollicitati,noxam contrahant,Id est incidat in morbū.De equis.
Odium.Author ad Heren.lib.4.
Offensionem. Cic. 1. de Inuent. Si turpitudo causæ contrahet offensionem.
Opus ingens in minores gyros.Stat.4.Sylu.7.
Orationem contrahere.& Dilatare,contraria. Cic.in Partit.Quæ simplicibus verbis ita tractatur, vt aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio.
Periculum.Liu.2.ab Vrbe.
Contrahere piaculum sibi,& Reipublicæ.Liu.5.ab Vrbe.
Pituitam.Celf.lib.4.cap.5.Id est gignere vel augere.
Pœnam sibi.Cæf.8.bel.Gall.Sed tamen se contentum fore ea pœna,quam sibiipsi contraxissent.
Præcepta in vnum.Ouid.2.de Remed.amor.
Rationem cum aliquo.Cic.pro Cluent.
Tempus. Plin. Iun. in Paneg. Num ipsum tempus epularum tuarum quum frugalitas contrahat,extendit humanitas?
Terram contrahere dicitur Sol,cui Lætificare opponitur.Cic.2.de Nat.deor. Et modò accedens,tum autem recedens binas in singulis annis reuersiones ab extremo cōtrarias facit: quarum in interuallo, tum quasi tristitia quadam contrahit terram , tum vicissim lætificat, vt cum cælo hilarata videatur.
Tristitia contrahitur largiore potu.Plin.lib.24 cap.6.Inuenio potu modico tristitiam animi resolui,largiore contrahi.
Tristitiam contrahere dicitur bilis atra. Celsus lib.3.cap.18, Alterum genus insaniæ est quod spatium longius recipit, quia ferè sine febre incipit, leues deinde febriculas excitat, & consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere.
Contrahere aduersam valetudinem ex re aliqua. Plin. Iunior, lib. 7.epist.18.
¶Vela,pro Reprimere sese,& cautius agere. Cic.ad Atticum, lib. 1.11, Contraxi vela perspiciens inopiam iudicum, &c. Horatius 2. Carm.ode 10,
-sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela. Sumptum est à nautis,qui vehementius spirante vēto vela cōtrahunt,quo tutius nauigent: vento languidiore pandunt, captantes auram. Erasmus in Chiliad.
Ventrem. Plin.lib.22.cap.10.Ipsi nucleo viuunt, panem facientes prædulcem,& qui contrahat ventrem.
Dies medius rerum contraxit vmbras.Ouid.3.de Arte.
Vultum contrahere,Est austerius intueri.Ouid.4 de Ponto,eleg.3.
¶Contrahere {συμβάλλειν, συναλλάττειν} Pacisci : vt fit in emendis, vendendísque mercibus. Cic.3.Offic. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.
Contrahere cum aliquo.Cic.4.Verr.Nam quas pecunias iis ferebat expensas,quibuscum contrahebat,&c.
Quantis molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt?Cic.5.Tuscul.
¶Contrahere alicui,pro Cum aliquo. Vlp.l.8.§.10.D.ad senatusc. Velleian. Si quū ess'm tibi contracturus, mulier interuenerit,vt cum ipsa potius contraham. Hotom.
Mandatum cōtrahi.Paulus l.obligatio.D. mandat. vel contr.Item mandatum & in diem differri,& sub conditione contrahi potest.
Contractus,Participium{συνηγμένος}vt,Contractus exercitus.Liu.7. bel.Pun. Plin.lib.18.cap.2,Contractis ad medium digitis.
Contracta breuitas ad verbum vnum.Cic.3.de Orat.
Gesta & contracta res.Cic.pro Quintio,Id quo facilius facere possitis , dabo operam vt à principio res quemadmodum gesta & contracta est,cognoscatis.
Contractæ res. Cic.1.Offic.
Homo contractus,pro Parco.Virg.in Moreto,
Verùm hic non domini(quis enim contractior illo?)
Sed populi prouentus erat. Contractior, Id est parcior,frugalior, minúsque rerum suarum profusus.
¶Contractus {συνεσταλμένος}Compressus.Horat.2.Serm.
-an turpi clausus in arca
Contractum genibus tangas caput.
Contracta res est & adducta in angustum.Cic.de Amic.
Bellum contractum degunt cum ventis nautæ.Lucret.lib.4.
Cupido contracta,Id est temperata cupiditas, compressa auaritia. Horat.3.Carm.ode 16.
Piger contracto frigore,Id est ob frigus cōtractum.Virg.3.Georg.
Frons contracta,Id est rugosa.Horat.2.Serm.sat.2.
Paupertas contracta.Horat.1.epist.5.
Culpa cōtractum malum ægritudinem acriorē facit.Cic.3.Tusc.
Consuetudines & familiaritates, multæque cum multis res rationésque contractæ.Cic.1.Offic.
Vestigia contracta alicuius sequi , Id est difficilem viuendi rationem,aut mores,aut studia alicuius imitari.Horat.2.epist.2.
Contractus {σύσταλτος} Nomen ex participio. vt,Contractior introitus. Cic.2.de Nat.deor.
Contractior ignis,Id est minor.Lucret.lib.5.
Exiguus atque contractus locus.Virg.4.Georg.
Spatiosum & Contractū,contraria.Colum.lib.5.cap.5,Sed neque spatiosiora quàm decem pedum, neque contractiora quàm quatuor.
Spatio breui contracta.Ouid.6.Fast.
Contractiores noctes. Cic. in Parad. Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus. Hoc est breuioribus.
Studia contractiora in senectute esse debent.Cic.pro Cælio.
Contracta & astricta eloquentia putanda est, dialectica. Cic. de Claris Orat.
Contractus & breuis ambitus verborum. Cicero de Clar. Orat. De periodo.
Contractio, Verbale {συστολή} vt, Contractio neruorum. Plinius libro 20.cap.14.
Contractio frontis.Cic.pro Sextio.
Digitorum contractio facilis,facilísque porrectio,propter molles commissuras.Cic.2.de Nat.deor.
Contractio & Productio,contraria.Cic.3.de Orat.Aut contractione breuius fieret,aut productione longius.
Proiectio,& Contractio,contraria.Cic.in Orat.Brachij proiectione in contentionibus, contractione in remissis.
Superciliorum remissio & contractio.Cic.1.Offic.
Contractio paginæ. Cic. ad Attic. lib. 5.91,Et si meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio significat.
Effusio animi,& Contractio,contraria. Cic. 4. Tusc.
Contractiuncula,penult.corr. {συστολίδιον} Diminutiuum. Cic.3. Tuscul. Hoc detracto, quod totum est voluntarium,ægritudo erit sublata illa mœrens, morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.
Contractura,contracturæ. Vitruu.lib.3.cap.2.& alibi frequenter. Contracturam autem vocat in scapis columnarum,quà gracilescunt.
Contractus,huius contractus, Idem quod Contractura. Vitruuius lib. 3.capite 3.
¶Contractus,huius contractus, apud Iuriscōsultos, est negotium inter duos plurésve data opera gestum , vt vel vterque inuicem , vel alteruter obligetur. l. Labeo.D.de verb.signific. l.rogasti. D. de præscript.verb.
Contractuum duo summa genera sunt.nam alij Nominati dicuntur,quibus certum nomen Latinæ linguæ cōsuetudo imposuit , veluti emptio,locatio:alij verò Innominati:Do vt des,Do vt facias,qui propterea sic appellantur, quia nullum certum ac proprium nomen habent.l.1.& passim.D.de præscript.verb. Hotom.
Contrahendus,Adiectiuum {συναλλακτικός} vt,Negotiis contrahendis implicari.Cic.2.Offic.
Contrecto,contrectas {μεταχειρίζομαι, ψηλαφάω} contrectare,à Contraho. Plinius libro 18. capite 1, Tabésque animi contrectata adurit culpantium omnia. Columella libro 12. cap. 4, Ne contrectentur pocula.
Oculis vulgi aliquid contrectandum permittere. Tacitus lib.3. Item Lactantius de Opificio Dei , Quæ à nobis longè remotæ , neque oculis contrectari , neque tangi manu , neque percipi sensibus possunt.
Contrectare mente varias voluptates. Cic.3. Tuscul. Impellit rursum & incitat ad conspiciendas , totáque mente contrectandas varias voluptates.
¶Contrectare, Iureconsultis , est vt dominum circa rem versari, & omnia in ea agere, quæ domini solent, Author Theophil. §.1.Instit. de vsucap.
¶Contrectare, pro Tractare. Cic.3 de Orat. Hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant.
Liber manibus contrectatus.Horat.1.epist.21.
Contrectatio, Verbale {ψηλάφησις}Cic.1.de Nat.deor.Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione,equus vaccæ?
Contrectabiliter,pen.corr.{ψηλαφητῶς}Aduerbium.Lucret.lib.4,
-læuissima corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati. Alij legunt contrectabilis in caulas,&c.
Contraliceor,contralicēris {ἀντωνοῦμαι} contraliceri. Cæs.1.bel.Gall. Propterea quòd illo licente contraliceri audeat nemo. Fortasse duæ sunt dictiones,contrà liceri.
Contrapositus,penult.corr. {ἀντίθετος} Adiectiuum, pro Opposito. Quintilianus,De æquo,vero,iusto,bono,déque iis quæ sunt contraposita,disputat.
Contrarius {ἐναντίος} Adiectiuum, à Contra præpositione. Contraria dialecticis propriè sunt opposita,quorum vnum vni duntaxat opponitur: vt relata, aduersa,priuantia, cōtradicentia. Cic.de Vniuers. Eos qui prope copulentur contrariáque regione, aut ponc quos, aut ante labantur,&c.
Contrarium,Substantiuum.Cic.1.de Inuent.Contrarium,est quod positum in genere diuerso,ab eodem,cui contrarium esse dicitur, plurimum distat:vt frigus calori,vitæ mors. Id aduersum propriè dicitur.
Arma contraria.Ouid.1. Trist.eleg.4.
Flumina classi.Ouid.lib.13.
Humor ignibus.Ouid.in Ibin.
Ictus. Liuius lib.2. ab Vrbe , Contrario ictu per parmam vterque transfixus.
Verba rebus. Brutus Attico,in Epist.ad Brut.17.
Voluptas honestati.Cic.3.Offic.
In contraria vitia currere.Horat.1.Serm.sat.2.
Contrarius , cum genitiuo. Cic 4. de Finib. Quarum , inquiunt, artium summa crescere potest , earum etiam contrariarum summa poterit augeri. Ad virtutis autem summam accedere nihil potest: ne vitia quidem igitur crescere poterunt , quæ sunt virtutum contraria.
Ire vitæ priori contrarium.Iuuenal.sat.9.
Contrarium ac. vt , Decernit contrarium ac paulo antè decreuerat.Cic.3. Verr.
Contrarius atque. Cic.in Somnio Scip.Qui subiecti sunt septem, qui versantur retrò contrario motu atque cælum.
Conferre pugnantia,Comparare contraria.Cic.in Orat.

Paria paribus referre, aduersa contrariis. Cic. in Orat.
Disiuncta maximè & contraria dicere. Cic. 2. Philipp.
Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Virg. 2. Æneid.
Contrariis, diuersis, & pugnantibus studiis & cupiditatibus conflatum monstrum. Cic. pro Cælio.
Ex contrario conferre aliqua in aduersarios. Cic. 2. de Orat.
E contrario confiteri. Author ad Herenn.
Ex contrario contendere aliquid. Cic. pro Qu. Rosc. Com.
Ex contraria parte dicere. Cic. 1. de Inuent.
In contrarium cadere. Plin. in procem. lib. 14, Omnes à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere.
In contrariam partem afferre aliquid. Cic. 2. de Orat.
In contrariam partem consilium pium alicuius rapere. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33.
In contrarias partes de omni re disputare. Cic. 1. de Orat.
In contrarias partes flumina fluunt. Cic. 1. de Diuinat.
Inter se contraria capita Reip. conferre. Cic. 2. de Orat.
Nihil est tam contrarium rationi & constantiæ, quàm fortuna. Cic. 2. de Diuinat.
Contrarium est officio merces. Paulus l. obligatio. §. 2. D. mandat. vel contra.
Contrarium æs, graue æs. Festus.

Contrarietas, penultima correpta, contrarietatis. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 9, Potéstne excusari huius contrarietatis ausum? Sic sæpe alibi.

Contrariè, Aduerbium (ἐναντίως.) Cic. 1. de Orat. In quo aut ambiguè quid sit scriptum, aut contrariè.
Relata contrariè verba ornant in primis orationem. Cicero 2. de Oratore.

Contrascriptum, contrascripti (ἀντίγραφον.) Cic. Att. lib. 16, Antonij edictum legi à Bruto, & horum contrascriptum præclarè. Legitur & seiunctum à nonnullis.

Contrasto, contrastas (ἀνθίσταμαι) contrastare, Repugnare. Næuius, Contrastat semper, nec me sinit loqui.

Contrauenio, contrauenis, pen. corr. contraueni, pen. prod. contrauentum (ἀντιβαίνω) contrauenire. Cæs. 7. bel. Gall. Hoc animo, vt siqua ex parte contrauenireturr, acie instructa depugnarent.
Contrauenire, Aliter. Cic. 1. Tuscul. Ego verò facilè sum passus, ne in mentem quidem aliquid contraueniret, ita isti fauco sententiæ. Id est quod contrarium esset, & repugnaret.
Contrauenire de. Cic. 4. Verr. Si de literis corruptis contrauenit. Id est eum accusauit corruptarum literarum.
Aliquem contrauenire. Cic. pro Murena, Si turpe existimas te aduocato illum ipsum, quem contraueneris, causa cadere. Legi potest, quem contra veneris, disiunctim, & fortasse rectius.

Contrauersum, Aduerbium, E contrario, è diuerso. Solinus cap. 15, Denique recentem natum fletu parens excipit: contrauersum læta sunt funera. De Thracibus.

Contrecto, Vide CONTRAHO.

Contremo, contremis, penult. corr. contremui (τρέμω) contremere, Idem quod tremere. Cic. 3. de Orat. Cælum tonitru contremuit.
Æquora contremuerunt. Catull. in Argon.
Timore perterritus contremuit. Cic. 1. de Diuinat.
Contremo, cum accusatiuo, vt, Periculum contremuit domus. Horat. 2. Carm. ode 12, Hoc est cum tremore timuit.
Contremuit fides ac virtus. Cic. pro Sextio, Cuius in mea causa nunquam fides vtriusque contremuit.

Contremisco, contremiscis, contremui (τρέμω) contremiscere, Idem quod contremere. Cic. 1. de Orat. Et tota mente atque omnibus artubus contremiscam.
Contremiscere, cum accusat. Horat. 2. Carm. ode 12,
vnde periculum
Fulgens contremuit domus Saturni veteris. Seneca epist. 66, Fortes simus aduersus fortuita, non contremiscamus iniurias, non vulnera, non egestatem.

Contribuo, contribuis, contribui, pen. corr. contributum, pen. prod. (συνεισφέρω, συμπαρέχω) contribuere, Simul tribuere & conferre. Cic. 14. Philipp. Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant. Ouid. 7. Metam.
Contribuere alterum alteri, pro alterum altero pensare. Seneca de Benefic. de Beneficio & iniuria loquens.
Contribuere laudem alicui. Cic. pro Milone.
¶Contribuere, pro Attribuere. Columel. lib. 2. cap. 2, Quibus ferè contribuuntur prædicti colores. Plin. lib. 32. cap. 4, Sed hoc vtilius est vitæ contributa habere remedia.
Contribuere Medicam leguminibus. Colum. Idem lib. 2. cap. 9, Inter frumēta etiam panicum & milium ponenda sunt, quanuis iam leguminibus ea contribuerim.
Contribuere in regna, Id est diuidere. Plin. lib. 5. cap. 18.
Contribuuntur in eam oram Icositani. Plin. lib. 3. cap. 3. Et Contributi Megarensibus, Idem lib. 4. cap. 7.
Contribuere se alicui. Liu. 8. bel. Maced. Epirotis Ambraciam placebat aggredi, quæ tum contribuerat se Ætolis.
Contribuere omnes fideicommissarios, quasi æquales. Vlpian. in l. quia autem. D. si quis omiss.
Contribuere fideicommissa quasi exæquata. Ibidem.
Contribuere omnia. Triphoninus in l. si verò. D. de militib. testam.

Contributio, Verbale (συνεισφορά.) Paulus in l. 1. D. ad leg. Rhod. de Iactu, Lege Rhodia cauetur, vt si leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

CONTRIBVTA Iulia, Bæturiæ oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Bætim & Anan fluuios. Author Plin. lib. 3. cap. 1.

Contristo, contristas (λυπέω) contristare. Columella lib. 5. cap. 9, Nonnunquam etiam in oleo vnus ramus cæteris aliquanto est lætior: quem nisi recideris, tota arbor contristabitur. Hoc est malè afficietur.
Auster contristat cælum frigore pluuio. Virg. 3. Georg.
Iuppiter mœsto contristat sydera vultu. Valer. lib. 6. Argon.

Controuersus (ἀμφισβητήσιμος) Adiectiuum, De quo controuersia est, quod in controuersiam venit. Cic. pro Murena, Etiam controuersum ius nosse & tractare videare.
Res cōtrouersa & plena dissensionis inter doctos. Cic. 1. de Legib.
Gens controuersa natura. Id est omnia ad controuersiam reuocans, inquit Budæus. Cic. de Clar. Orat. Quòd esset acuta illa gens, & controuersa natura.
Dubium & controuersum. Cic. 2. de Diuin. Tantum fat est intelligi, sumere istos pro certo, quod dubium controuersúmque sit.

Controuersia, controuersiæ (ἀμφισβήτησις) Est certatum personarum de re propria contentio. Plaut. Rud. 19.
Controuersia huius rei nulla est. Cic. 4. Verr. Cuius hæreditatis, quum ille aliquanto ante te Prætorem esset mortuus, controuersia fuerat nulla.
Abesse à controuersia. Cicero, Quàm abesse à ciuilibus controuersiis.
Adducere in. Cic. 1. de Orat. Mediocrísne res in controuersiam adducta est?
Alere. Cæs. 1. bel. Gall.
Constituere. Cic. 1. de Orat.
In controuersiam inuentionis deducta herba. Plin. lib. 25. cap. 4.
Dicere. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Diiudicare. Cic. ad Brut.
Dirimere. Cic. 3. Offic.
Ducere aliquid in. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Id est in cōtrouersia. Author ad Heren. lib. 1, Interfectam esse matrem ab Oreste conuenit mihi cum aduersariis, iure interfecerit & liceuerítne facere, id est in controuersia.
Controuersia verborum est inter aliquos. Cic. 2. de Fin. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit rerum inter eas, verborúmne sit controuersia.
Controuersia mihi est tecum. Plaut. Aulul. 7.
Nulla controuersia mihi tecum erit.
Controuersia mihi est tecum de. Cic. 5. Verr. Si mihi tecum neque de annona, neque de æstimatione tua potest esse controuersia, quid sedes?
Controuersia est de eo. Cic. 4. Academ. Nitamur igitur nihil posse percipi, etenim de eo omnis est controuersia.
Controuersia non erat, quin verum dicerent. Cic. pro Cæcinna.
Existunt controuersiæ ex hac re. Cic. 1. de Orat.
Facere. Cic. in Orat. Nihil ambigi posse in quo non aut res controuersiam faciat, aut verba.
Multæ quæstiones habent controuersiam. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Controuersias habere de re aliqua inter se. Cic. 4. Verr. Quum haberent inter se controuersias de Senatu cooptando.
Intendere. Cic. 2. ad Herenn.
Minuere. In MINVO.
¶Mouere controuersiā, est quandoque se defendere, & quòd vulgò dicitur regulariter agere. Paulus in l. ex sextante. §. latinus. D. de excep. rei iud. Quum de hæreditate inter Mæuium, ad quem pertinebat, & Titium qui controuersiam mouebat, transigeretur, &c.
Oriri. Cic. pro Cluent.
Sedare. Cic. pro Corn. Balbo.
Struere. Author ad Heren. lib. 2.
Tollere controuersias & constituere lites, contraria. Cic. 9. Philip.
Neque constituere litiū actiones malebat, quā controuersias tollere.
Venire in. Cic. 1. de Orat. In vtraque autem re, quicquid in controuersiam veniat in eo quæri solere, &c. Vide IN.
Versari in controuersia aut contentione dicitur res. Cic. in Orat.
Vocari in controuersiam dicitur res. Cic. ad Sulpit. lib 13. Idem 2. de Orat. Nulla enim ferè res potest in dicendi disceptationem aut controuersiam vocari, quæ non habeat, &c.
Omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controuersia positam. Cic. 1. de Orat.
Sine controuersia, Hoc est facile & sine dubio, vel absque vlla differentia. Terent. Phorm. 5. 6,
Nam sine controuersia à Dis solus diligere Antipho.

Controuersiosus, pen. prod. Adiectiuum (ἀμφισβητήσιμος) Idē quod Controuersum. Liu. 3 ab Vrbe, Quem enim hoc priuatæ rei Iudicem fecisse, vt sibi controuersiosam adiudicaret rem?

Controuersor, controuersaris (ἀμφισβητέω) controuersari, Deponens, Contendere. Cicero in Protagora, Nunc à vobis ô Protagora & Socrates postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi non controuersemini, non concertetis. Ex Prisciano, lib. 8, De significationibus verborum.

Contrucido, contrucidas, pen. prod. (συγκατακόπτω) contrucidare, Idem quod Trucidare, Hoc est cum sæuitia perimere. Cic. pro Sextio, A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato, se abiecit exanimatus.

Contrudo, pen. prod. contrusi, contrusum, contrudere (συνωθέω) Simul trudere, compingere. Cic. 7. Verr. Et quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c.
Raptim contrudere corpus in flumen. Lucret. lib. 4.
Contrudere in naues, vel alium locum. Cic. pro Cælio, Sed nō dubito quin sint pergraues, qui primùm sint talis fœminæ familiares: deinde eam prouinciam susceperint, vt in balneas contruderentur.
Contrudi in dolia plena vinaceorum. Varro 1. de Re rust. cap. 54.
In vnum contrudere. Lucret. lib. 6.

Contrusus, penult. prod. (συνωσθείς) Participium, vt, Nubes contrusæ coguntur ad altos montes. Lucret. lib. 6.

Contruncare, Idē quod Truncare. Plaut. Stich. 9. Dum equidē hercle quod edant, addas, meū ne contruncēt cibum. Id est ne imminuant.

Contub

Contubernium {ὁμοσκηνία, συσκηνία, κοιτὼν} Verbum castrense: vocabatur, authore Vegetio, lib. 2. cap. 13, manipulus, ab eo quòd coniunctis manibus pariter dimicabant. Propriè decem milites sub vno papilione degentes, dicebantur contubernium: quibus præerat Decanus, qui caput erat cótubernij. Festus. Contubernium dicitur contubernalium habitatio. Cæsar 3. bel. Ciuil. Depositis in contubernio armis, vallum relinquebant.

Inire contubernium alicuius philosophi. Suetonius in Augusto, cap. 89.

¶Contubernium, Cohabitatio, conuictus & sodalitas. Cic. 7. Verr. Vbi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatissimo littore? Plin. Iun. lib. 3. Epist. 3, Adhuc filium pueritiæ ratio intra cótubernium tuum tenuit.

Necessitudo contubernij. Cic. pro Plancio.

¶Contubernium in iure propriè dicitur iniustum matrimonium. Paul. lib. sentent. 2. c. 20, Inter seruos & liberos matrimonia contrahi non possunt, contubernium potest. Hotomanus.

Contubernium in seruis, idem quod nuptiæ in liberis. Vlp. l. 35. D. de Ædil. edict. Quod & in fratribus, & in personas contubernio sibi coniunctas obseruari oportet.

Contubernium etiam dicitur in concubinatu. Suetonius in Vespasiano, cap. 3, Post vxoris excessum Cenidem Antoniæ libertam, & à manu, quondam dilectam sibi, reuocauit in contubernium: habuitq; etiam Imperator penè iustæ vxoris loco.

Contubernalis, penultima prod. com. gem. {ὁμοσκήνιος, σύσκηνος} Festus, Contubernales dicuntur à tabernis quæ fiebant ex tabulis: vnde & tabernacula sunt dicta: licet ex tentoriis & pellibus fiant. Hactenus Festus. Contubernalis igitur, est domesticus & familiaris. Cicero ad Papirium, libro 9. 20, Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem.

Testes accusatoris confessores, conuiuæ, contubernales. Cicero pro Flacco.

Contubernalis alicui in Consulatu. Cic. de Claris Orat.

¶Contubernalis, pro Hospite. Cic. pro Flacco, Facis iniustè Læli, si putas periculo nostro viuere tuos contubernales, &c.

Præclaræ contubernales. Quintil. lib. 4. cap. 2, Nanque ipsum offendunt ructuosos spiritus geminare, præclarásque contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim.

Contubernalis seruus, pro domestico. l. vltima. D. de auro & argento legato.

¶Cótubernalis, Qui sub eisdem tabernaculis habitat, qua de causa milites se cótubernales appellant. Scæuola in l. vlt. D. de aur. & arg. leg. & l. Rem. D. Commodat.

¶Contubernalis serui coniunx. Nam vxoris nomen in libera ponitur. Vlpianus l. 12. §. 16. D. de instrum. vel instr. leg. Contubernales quoque seruorum, id est vxores, & natos instructo fundo contineri verum est. Hotomanus.

Contubernalis non solùm pro vxore serui vsurpatur: vt apud Columellam libro 1. capite 8, Sed qualicunque villico contubernalis mulier assignanda est, quæ contineat eum, & in quibusdam rebus tamen adiuuet. verùm pro ipso etiam seruo marito. Columel. libro 12. capite 1, de præceptis quæ villica exequi debeat: Ea porrò iuuenis esse debet, id est non nimium puella, integræ quoque valetudinis, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimi. fœditas fastidiosum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem. Rursus capite 3, Illud verò etiam in perpetuum custodiendum habebit villica, vt eos qui foris rusticari debebunt, quum iam è villa familia processerit, requirat: ac siquis (vt euenit) curam contubernalis eius intra tectum tergiuersans fefellerit, causam desidiæ sciscitetur, exploretque vtrum aduersa valetudine inhibitus restiterit, an pigritia delituerit.

Contueor, contueris, penultima producta, contuitus vel contutus sum {συνεξετάζω, ἀτενίζω} contueri, Est fixo obtutu aspicere. Dicitur & Contuor. Vide suo loco. Cicero libro 3. Tusculanarum, Nam reuocatio illa quam affert, quum à contuendis nos malis auocat, nulla est.

Oculis contueri. Cic. 4. de Nat. deor. Similiter facis ac si me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero contuear: quum idem vno assequi possim.

Contuens, huius contuentis {ἀτενίζων} Participium, Qui aspicit. Plinius libro 29. capite 6, Scarabei viridis natura contuentium visum exacuit. Idem lib. 7. cap. 1, Contuentes Solem immobilibus oculis.

Contuitus, huius contuitus, penultima correpta {ἀτενισμός} Aspectus. Cicero pro Sextio, Facit enim Iudices, vester iste in me animorum oculorúmque contuitus, vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi.

Contumax, penult. corr. contumacis, penul. prod. om. gen. {αὐθάδης} Propriè (inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Martial. lib. 2, Me ne dixeris esse contumacem.

Contumax amomum fricanti, Quod non facilè fricando comminuitur, & fricanti resistit. Plinius lib. 12. cap. 13. Dicitur etiam triticum fractu contumax, quod vngui vel denti difficilè cedit.

Contumaces boues. Colum. lib. 6. cap. 2, Hac machinatione consequemur, vt etiam contumaces boues grauissima opera non recusent. Hoc est reluctantes.

Populus contumax regibus suis, Id est rebellis aduersus reges. Seneca in Thyeste, 8.

Contumax in alios. Cicero ad Atticum, libro 15. Author ad Herennium, lib. 4.

Contumax emori, Quod non facilè moritur. Plin. lib. 16. cap. 10, Quinto generi situs idem, eadem facies, Larix vocatur: materies præstantior longè, incorrupta vis, emori contumax.

¶Contumax, etiam in bonum, Fortis & patiens. Cornel. Tacitus, Contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides, supremæ clarorum virorum necessitates.

¶Contumax, apud Iurisconsultos dicitur, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgò *peremptorium* appellatur, literis euocatus, præsentiam sui facere contemnit. Hermog. l. 53. §. 1. D. De re iudicat. Hotomanus.

Contumacia {ἀπείθεια, αὐθάδεια} Inobedientia. Cic. pro Rosc. Comœd. Est tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox.

Insolentia, superbia, contumacia. Cic. 6. Verr. An verò ex hoc illa tua singularis significatur insolentia, superbia, contumacia?

Abrupta contumacia. Tacit. lib. 4.

Responsi contumacia. Cicero in Pisonem, Sed Torquatus præter cæteros furebat contumacia responsi tui. Id est arrogantia. Budæus.

Contumacia in vultu. Liuius 2. ab Vrbe, Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione spiritus erat.

¶Contumacia, pro Feritate. Cic. 5. Verr. Vt isti non modò dictis factísque omnibus, sed eam oris oculorúmque illa contumacia ac superbia quam videtis, dissimillimus esse videar.

¶Contumacia, in bonum, pro Libertate & constantia nó obtemperantis iniusto imperio. Cic. 1. Tusc. Adhibuitq; liberam contumaciam, à magnitudine animi inductam, non à superbia.

Contumaciter, penult. corr. {αὐθαδῶς, ἀπειθῶς} Aduerbium. Liuius 2. ab Vrbe, Nec vlla vi domari poterant, tantum certamen animis imbiberat: segniter, otiose, negligenter, contumaciter omnia agere.

Contumaciter, arroganter, αὐθαδέστερον. Cic. Att. lib. 6, Ad me autem, etiam quum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, αὐθαδέστερον solet scribere.

Et satis grauiter, & non contumaciter. Cic. Att. lib. 16.

Contumaciter spernere imperia validiorum. Columella libro 6. capite 2.

Contumaciter vrbanéque vexari. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 5, Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. furebat, à Racilio se contumaciter vrbanéque vexatum.

Contumaciter repudiare morem patrium. Cic. 2. de Diuin.

Contumaciter resistere scalpturæ dicitur lapis vel gemma. Plinius libro 37. cap. 7, Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt, partémque ceræ signo tenent.

Contumelia, contumeliæ {ὕβρις} à Contumeo verbo, vel (vt vult Vlpianus) à Contemnendo, significat Conuitium. Terent. And. 1. 5, Prò deûm atque hominum fidem, quid est si non hoc contumelia est?

Contumelia plus est quàm iniuria. Cicero 5. Verr. Retinere solitus erat aratores: atque ab iis non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperasset.

Verborum contumelia. Cæsar 3. bel. Ciuil. Quo maior perfugis fides haberetur, commilitones appellans & magna verborum contumelia interrogans, soleréntne veterani milites fugere, in omnium conspectu interficit.

Aculei contumeliarum. Cic. 2. de Orat. In quo nulli aculei contumeliarum inerant.

Graues. Horat. Epod. 11.

Insanabiles contumeliæ. Cic. in Orat.

Insignis. In INSIGNIS.

¶Contumeliam accipere in se. In ACCIPIO.

Arcere ferro. in ARCEO.

Commutare sua vita. In COMMVTO.

Dicere. Plaut. Pseud. 20,

Contumeliam si dices, audies.

Descendere ad. Cæs. de bel. Ciuil. lib. 3.

Facere. Terent. in Phorm.

Iacere in aliquem. In IACIO.

Imponere plurimas iniurias contumeliásque alicui. Cic. 6. Verr.

Incendere aliquem contumelia. Tacit. lib. 1.

Infandas contumelias edere. Liuius, In liberos, in coniuges infandæ contumeliæ editæ.

Insequi aliquem contumelia. Cic. Att. lib. 14.

Grauissimas contumelias intorquere. Cic. 4. Tusc. Alternis enim versibus intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ.

Lacerare contumeliis. Cic. 1. Philipp.

Onerare. Cic. 2. Philipp.

Operire. Cic. 6. Verr.

Pati. Brutus Cic. Neque vsquam exul esse possum, dum seruire & pati contumelias peius odero malis omnibus.

Seruire & pati contumelias. Brutus Ciceroni, 16. 11.

Perferre. In PERFERO.

Vertere in contumeliam. Cæs. 1. de bel. Ciuil.

Vexare aliquem. Cic. 1. de Nat. deor.

Contumeliæ debilitatis. Plin. lib. 8. epist. 18. ad Rufinum.

Contumeliam & Impudentiam Athenienses tanquã deas coluere, & illis aras erexerũt, vt scribit Pausanias. Sed & Cic. lib. 2. de Legib. Nam illud, inquit, Athenis vitiosum est, quòd Cylonio scelere expiato, Epimenide Cretensi suadente, fecerunt Cõtumeliæ fanum, & Impudentiæ. Idem & Theophrast. lib. de Legibus, & Ister lib. 4. Quare mirum illud est quod scribit Xenophon in Symposio, Pudoré scilicet esse deum, non Impudentiam, quũ de adolescẽtum amoribus ageret.

Contumeliosus, penult. prod. Adiectiuum {ὑβριστής, ὑβριστικός} Qui contumeliam facit. Quintil. lib. 10. cap. 7, Tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia.

Iniuriosum & contumeliosum est. Cic. pro Corn. Balbo, In socios verò ipsos, & in eos de quibus agimus, fœderatos, iniuriosum & contumeliosum est, his præmiis & his honoribus exclusos esse.

In edictis contumeliosus. Cic. 3. Philipp. At quàm contumeliosus in edictis, quàm barbarus, quàm rudis!

Beneficium alicuius contumeliosum. Cicero Attico, libro 15. Non dubitares, essent quin otiosi futuri, vsurísque beneficio Antonij contumelioso.

Contumeliosæ in aliquem literæ. Cic.ad Quint.frat.lib.1.2.
Oratio.Cicero pro Plancio, Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio.
Verbum contumeliosissimum.Quintil.lib.2.cap.12.
Contumeliosæ voces.Cæsar 1.bel.Ciuil.
Partim superbus,partim contumeliosus. Cicero Valerio, lib. 1.10, Quanquam qui istinc nunc veniunt,partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondes:partim contumeliosum,quòd malè respódeas.
Contumeliosè,penultima producta { ὑβριστικῶς } Aduerbium.Cicero 2. de Orat. Dimitto autem eos non tam contumeliosè, quàm philosophum illum,&c.
Contumeliosè aliquid dicere de absentibus.Cic.1.Offic.
Contumeliosè lædere aliquem in concionibus.Cic.ad Att.lib.1.9. Et lib.1.de Nat.deor.Contumeliosissimè vexare.
Contumeliosissimè alicui maledicere.Cic.in Vatinium.
Contumeliosè facere iniuriam. Terent.Phorm.2.3,
En,vnquam cuiquam contumeliosius
Audisti factam iniuriam,quàm hæc est mihi?
Contumulo, contumulas, penult. corr. { θάπτω } contumulare,Tumulo vel terra tegere.Martial.lib.8 51,
Collegitque sinu fragmenta nouissima fracti
Oris,& aggesta contumulauit humo.
Humo patria contumulari.Ouid.3.Trist.eleg.3.
Contumulare,dicitur iunctum.Plinius lib.10.cap.33,Perdices ouis stragulum molli puluere contumulant.
Contundo,contundis,contudi,penult.corr. contusum,penult.prod. { συγκόπτω } contundere,Frangere,percutere,friare.vt,Contundere in pila. Varro 3 de Re rust.cap.16. Et apud Colum.lib.7.cap.7,
Contundere ferreis pilis.
Asper equus duris contunditur ora lupatis. Ouidius lib. 1. Amor. eleg.2.
Contundi cæstibus.Id est percuti & comminui. Cic.2.Tusc.Inde pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem.
Chiragra contudit articulos.Horat.2.Serm.sat.7,
-postquàm illi iusta chiragra
Contudit articulos.
Nares alicui.Ouid.14.Metam.
Aliquem pugnis.Plaut.Amphit.4,
-nonne hic homo modò me pugnis contudit?
Contundere & comprimere cor alicuius. Cic.3. de Oratore, Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.
Animum. Cic.ad Atticum, lib.12, Contudi enim animum, & fortasse vici, si modò permansero.
Contundere & frangere exultantis prædonis audaciam. Cicero 13.Philipp.
Obterere atque cótundere calumniam. Cicero pro Cecinna,Imò vt viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam, stultitiámque obtriuit ac contudit.
Facta alicuius contundere,pro Superare & vincere. Plautus Stic.5.
Hydram contúdere,pro Domare,debellare. Horatius,
Speratum meritis,duram qui contudit hydram.
Impetum alicuius.Horat.2.Carm.ode 6.
Contudit ingenium patientia longa malorum.Ouid 5.Trist.
Iras. Columel. libro 6. cap. 2, Si nimis asperi erunt,pátere vnum diem noctémque desæuiant:simulatque iras contuderint,manu producantur.
Populos feroces.Virg.1.Æneid.
Sæuitiam alicuius.Propert.lib.1.eleg.1.
Contúdere virtutem,Comminuere,frangere,comprimere. Valer. lib.3.cap.de fortitudine,vbi de Epaminunda loquitur.
Crebro ictu contundi.Claud 3.de raptu Proserp.
Contusus,penult.prod. { συγκεκομμένος } Participiú.Sallust.Nostræ opes contusæ,hostiúmque auctæ erunt.
Animi contusi.Id est confracti.Virg.4.Georg.
Corpora labore.Lucret.lib.4.
Contusa vasa. Vlpianus.Quemadmodum si vinum esset effusum, vel vasis contusis, vel qua alia ex causa. L. 1. in princip. D. de peric. & commod.rei vend.
Contusio,Verbale { σύγκοψις } Plin.lib.17.cap.24.Est & quædam contusio falcis hebetioris. Colum.libro 11.cap.47, Quia hæc candidior est oliua,quàm ea quæ contusione liuorem contrahit. Hinc per translationem Celsus vocat Contusionem, quum pars aliqua ferro vel baculo contusa & læsa,liuorem acquisiuit,nec vlcus contraxit, sed tantum inflata est.
Contuoli, oculi sunt in angustum coacti, conniuentibus palpebris. Author Festus.
Contuor,contueris,pen.corr. contuitus vel contutus sum { ἐφορῶ } contui,Diligenter videre & aspicere. Plaut. Asinaria,
At hercule ipsum adeò contuor, quassanti capite incedit. Idem Merc.17,
Quid Periphanem hic Demiphonis contuor? Sed Contueor frequentiori est in vsu.
Figuras miras contuimur in somnis.Lucret.lib.4,
-atque in somnis quum sæpe figuras
Contuimur miras,simulacráque luce carentum.
¶Contui,pro Contueri.Pomponius Maccis geminis,Incœpi contui,conspicio coleatam cuspidem. Nonius.
Conturbare, notæ significationis { διαταράττειν } Cælius ad Ciceronem, libro 8.epist. 12, Conturbat me mora serui huius, qui tibi literas attulit.
Animos.Cic.3.Offic. Incidunt sæpe multæ causæ quæ conturbent animos vtilitatis specie.
Basia.Catul.epigr.5.
Conturbare rationes. Terent.Eun.Act.5.scen.2.
Ita conturbasti mihi rationes omnes. Elegans dicendi forma, contraríaque illi, qua vsus est Plautus in Amphitruo, quum inquit, Et vt res rationésque vestrûm omnium Bene expedire vultis. Qui enim non sunt soluendo, neque se extricare nominibus possunt & ære alieno, illi conturbant: nec enim eorum rationes explicari & expediri possunt. Sic etiam accipitur Conturbator aper apud Martialem,& Conturbare apud Ciceroné. Hæc Turnebus,& aliter paulò ac Budæus, vt videbis infrà. Vtere tuo iudicio.
Conturbare veri cognitionem. Cic.in Lucullo,siue lib.4.Acad.
Vox conturbatur.Lucret.lib.4.
¶Conturbare { ἀνασκευάζεσθαι } (inquit Budæus) est etiam decoquere, & pecuniam suam dissipare: & propriè de seruis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt. Cicero ad Atticum, libro 4. Idem pro Plancio, Verùm fac me multis debere, & in iis Plancio. Vtrum igitur me conturbare oportet,an cæteris quum cuiusque dies venerit,hoc nomen,quod vrget, nunc quum petitur, dissoluere?
Sic intelligi debet Conturbabit Atlas apud Martialem in nono, epigram.4,
Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo,
Cogantúrque dei vendere quicquid habent:
Conturbabit Atlas. Id est,cælum totum ipse tibi decoquet.Sic in decimo, 96,
Hic pretiosa fames, conturbatúrque macellus.
Conturbare fortunas.Cic.dixit ad Cælium,lib 8. Et Conturbare rem,Sallust.in Iugurtha.
Conturbatus,penult.prod. { διαταραγμένος } Nomen ex participio.Cic. ad Attic.lib 1.7,Quod præterea ad te scribam,non habeo:& me hercule eram conturbatior.
Tristis & conturbatus.Cic.6.Verr.
Ludi deformati, inquinati, peruersi, conturbati. Cicero de Aruspicum Responsis, Ludos esse pollutos significastis, ac planè dicitis. quid magis inquinatum, deformatum, peruersum, conturbatum dici potest?
Conturbatio. Verbale { διαταραχή } Ennius apud Ciceronem, 4.Tusculan. Conturbationem, metum excutientem cogitata. Subaudi, expectorat.
Conturbator,penult.prod.Verbale { ταράκτης } Qui conturbat. Significat etiam decoctorem.Vide in præcedentibus.
Conturbator aper, vilius esurio. Qui enim ex macello viuebant Romæ, & cupediis mensas & apro onerabant, ad extremum patrimonia vorabant,& decoctores,vel inopes certè fiebant. Budæus. Paul. Manut. exponens illud Ciceronis ad Atticum, Illi dij sint irati, &c. sic ait, Conturbare est, omissis veteribus creditoribus, satisfacere iis qui posterius crediderunt. Perspicuum est in oratione pro Plancio.Verum fac me multis debere,&c. Hæc Paulus. Vtrunque locum habes in ¶ Conturbare.
Contus, huius conti,m.g. { κοντός } Sudes est, siue hasta longior, dolonque,& acuta sine ferro ad percutiendum apta.
Duris contis detrudere aliquid. Virg 9.Æneid.
¶Contus,Pertica oblonga in capite ferrum habés,qua nautæ (inquit Donatus) vtuntur ad exploranda loca nauibus opportuna: à quo Percontor deducitur.
Acuta cuspide conti. Virg.5 Æneid.
Ratem regere longo conto. Seneca in Herc.fur.9.
Ratem subigere conto. Virg 6 Æneid.
¶Contus,pro membro virili prælongo. Author carminis obscœni, Traiectus conto sic extendêre pedali,
Vt culum rugas non habuisse putes.
Contusio,Contusus. Vide CONTVNDO.
Contutor, penult. prod. contutoris. masc. gen. { συνεπίτροπος } Quasi tum alio tutor. Iulianus in l.Ex facto D.de Neg.gest. Valerius Seuerus respondit,aduersus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam.
Conuador,penult.corr.conuadaris { ἐγγυῶμαι } conuadari, Idem quod simplex,Id est vadimonio obstringere. Plaut Curcul.4 6,
Vbi tu es qui me conuadatus es Veneriis vadimoniis?
Conualeo,conuales, penult.corr. siue Conualesco,conualescis, conualui,conualitum,penult.corr. { ἀναζωπυρέω } conualere siue conualescere,Salutem recuperare.Cic.ad Cornificiú,lib 12.22, Hircius noster tardius conualescit.
Ex morbo conualescere. Cicero de Fato, Si fatum tibi est ex hoc morbo conualescere,siue tu medicum adhibueris, siue non adhibueris,conualesces.
Magis indies conualescere. Cic.pro Milone.
Conualescere & sanari ciuitas dicitur. Cicero pro Sylla, Ex magnis & diuturnis & iam desperatis Reipub. morbis ista repéte vis erupit: vt ea cófecta & elecla cóualescere & sanari aliquando ciuitas possit.
Ne rei crudelitas experrecta in me,in vos conualescat. Cic.Anteq. iret in exilium.
Conualuit flamma. Quintilianus libro 5, capite 13, At si singula quæque dissolueris, iam illa flamma quæ magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur, concidet.
Ignis conualuit, Id est vires assumpsit, apud Ouidium libro 8 Metamorphoseos.
Incommodum ad perniciem aliquorum conualescit. Cicero Antequam iret in exilium, Mihi credite hoc in vno incommodum confirmatum,multorum infirmabit incolumitatem: & si initio non erit refutatum,impunè ad omnium perniciem conualescet.
Mala conualuere per longas moras,Id est confirmata sunt.Ouid.1. de Remed.Amor.
Mens conualuit.Ouid.epist.15.
Conualescunt opes. Liu. 1.ab Vrbe, Fidenates nimis vicinas prope conualescere opes rati,prius quàm tantum roboris esset,quantum futurum appareba,occupant bellum facere.
Conualuit opinio. Colum.lib.3. cap.7, Cui nostræ sententiæ scio penè omnium agricolarú diuersam esse opinionem,quæ de animo inueterata longo iam tempore conualuit.
Pignus cóualescit.Marcianus in l.Sicut. §.Venditionis.D.Quibus

molis pignus vel hypoth.sol.Quod ita intelligemus,vt & si legatum repudiatum fuerit,conualescat pignus.
Sensus mei conualuere.Ouid.1.Trist.eleg.3.
Conualescere particulatim.In PARTICVLATIM.
Conuallis,huius conuallis,fœm.gen. { συνάγκεια } Planities ex omni parte montibus collibúsque comprehensa: dicta (vt inquit Varro) quasi cauata vallis. Liuius 1. ab Vrbe, Et infima vrbis loca circa forum,aliásque interiectas collibus conualles.
Roma in montibus posita & conuallibus.Cic.2.de Lege Agr.
Abrupta.Lucan.lib.7.
Caua.Virg.2.Georg.
Depressa.Virg.3.Georg.
Obscura.Virg.6.Æneid.
Virens.Virg.l.6.Æneid.
Conuaso, conuasas, penultima producta { συσκευάζομαι } conuasare, Verbum à Græcorum imitatione tractum: significat furtim colligere. Figuratum à colligendis vasis,vt ait Donatus. Terentius Phormione, 1.4.
Aliquid conuasassem, atque hinc me coniicerem protinus in pedes. Nonius,Conuasare,dicitur furtim omnia colligere.
Conuecto, conuectas, & Conuector, conuectoris. Vide CONVEHO.
Conueho,conuehis, penult. corrept. conuexi, conuectum { συγκομίζω } conuehere, Comportare. vt, Conuehere æs plaustris ad ærarium. Liuius 4.ab Vrbe.
Conuehere camelis aliquid. Plin.lib.12. cap. 14, Thus collectum Sabotam camelis conuehitur.
Conuehere lyntribus. Cic.pro Milone, Repentè lyntribus in eam insulam,materiam,calcem,cæmenta,atque arma conuexit.
Conuehere ex diuerso. Plin.lib.11.cap.30,de formicis, Et quoniã ex diuerso conuehunt,altera alterius ignara.
Conuehere ex Hispania merces, Id est apportare, aduehere. Plinius lib. 8.cap.14. Et apud Liuium 3. ab Vrbe, Conuehere prædam ex castris.
Conuecto, conuectas,conuectare, Frequentatiuum { συγκομίζω. } Virgilius 9.Æneidos,
Conuectare iuuat prædas,& viuere rapto.
Conuector { συμπλέων } Verbale, Qui in eadem nauigat naui.Cicero ad Atticum,lib.11.epist penult. Quinetiam naui eius me,& ipso conuectore vsurum puto.
Conuello, conuellis, conuelli & conuulsi,conuulsum { σπαράσσω } conuellere, Idem quod Vellere vel auellere. Plautus Amphitryone, 14.2, Quis tam vasto impete has fores toto conuulsit cardine? Id est concussit?
Conuulsa sedibus domus.Plin.Iun.lib.7.epist.18.
Conuellere armos. Columella libro 6. capite 16. cuius lemma est, Ad conuulsos armos, Bos obuiæ radici obluctatus conuellit armos. *Hic spaule.*
Claustra portarum.Stat.11.Theb.
Glebam vomere.Catull.in Argon.
Conuellere repagula,atque effringere valuas.Cic.6.Verr.
Fundamenta.Colum.lib.1.cap.4.
Conuellere ac remouere gradus.Cicero pro Domo sua. Et apud Cæsarem, 2. bel. Ciuil. Conuellere saxa infima quibus fundamenta continentur.
Conuellere ea quæ non possunt moueri.Cicero lib.2. de Oratore, Ne aut irrisione,aut odio digni putemur,si aut tragœdias agamus in nugis, aut conuellere adoriamur ea quæ non possint commoueri.
Dapes auido dente.Ouid.11.Metam.
Discordia aliquem.Tacit.lib.4.
Turres & culmina domorum.Virg.2.Æneid.
Ferro aliquid.Virg.6.Æneid.
Flabra & imbres conuellunt æsculum.Virg.2.Georg.
Syluam viridem ab humo.Virg.3.Æneid.
Vexilla.Tacit.lib.1.
¶Opinionem mentibus comprehẽsam. Cic.pro Cluent.Deinde si quam opinionem iam vestris mentibus comprehendistis,si eam ratio conuellet,si ratio labefactabit,&c.
Pectus alicuius verbis.Ouid.epist.16.
Conuellere vires,Id est eas infirmas facere.Celsus lib.3.cap.4.
Labefactantur & conuelluntur auxilia. Cicero pro Rabir.perduelreo,Quamobrem si est boni Consulis,quum cuncta auxilia Reipub. labefactari,conuellique videat,ferre opem patriæ.
¶Conuellere,pro Auferre, abolere, abrogare, destruere. Cic. pro Corn.Balb.Cur ea quę mutare non possumus,conuellere malumus, quàm tueri?
Conuellere acta alicuius. Cic.2.Philip. Nolo plura,ne acta Dolabellæ videar conuellere.
¶Conuellere,quod vulgus *Confutare* vocat.Cic.1.de Diuinat. Hæc si tenemus, quæ mihi quidem non videntur posse conuelli, profectò hominibus à diis futura significari necesse est.
¶Conuellere atque auferre aliquem ex suis sedibus. Cic.7.Verr. Penè conuellit me ex hortulis meis.Cic.1.de Legibus.
Conuellere aliquem de pristino statu. Cicero ad Atticum, libro 8, Secutæ sunt duæ pridie Calendas,ambæ datæ:quæ me conuellerunt de pristino statu. Id est & conturbauerunt,& commouerunt.
Conuellere iustitiam vtilitate aliqua: cui opponitur Constituere. Cic. 1. de Legibus, Ita fit, vt nulla sit omnino iustitia, si neque natura est, & ea quæ propter vtilitatem constituitur, vtilitate alia conuellitur.
¶Conuellere gratiam alicuius.Cæsar 4.bel. Gall. Qui M.Antonij repulsa Cæsaris recedentis conuellere gratiam cupiebant.
Conuellere & commutare conditionem amicitiæ, & ius societatis.Cic.5.Verr.
Conuellere statum Reipub.Cic.in Pisonem.
¶Conuellere funem à terra.Virgil.1.Georgicorum,
-non illa quisquam me nocte per altum
Ire,neque à terra moueat conuellere funem. Id est nemo mihi suadeat nauim tunc è portu soluere. Periphrasis poetica.
¶Conuellere aliquid alteri,Subducere & suffurari. Cicero Attico, libro 5. epist.20. in fine, Des operam vt quod tuo meóque beneficio puer habet,cures nequa ratione conuellatur.Id est eripiatur.
¶Labefactata atque conuulsa cogitatio. Cic.ad Lucceium,lib.5.13, Quæ cogitatio quum mihi non omnino excidisset, (etenim penitus insederat)vt tamen tempestatum, & concursu calamitatum erat aliquantum labefactata atque conuulsa.
Conuulsus,Participium { σπασθεὶς, ἐσπασμένος } vt,Conuulsus musculus, Hoc est cuius fibræ contractæ sunt versus suam originem. & conuulsi nerui,& cõuulsi tendones dicuntur:hoc est retracti, & veluti complicati. Plin.lib.20.cap.7, Conuulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt.
Æquor conuulsum remis.Virg.5.Æneid.
Domus.Tacit.lib.12.
Loca conuulsa vasta ruina.Virg.3.Æneid.
Conuulsa penitus Respublica.Cic.de Claris Orat.
Roma sedibus suis. Cicero in Pisonem, Quum mihi ipsa Roma propè conuulsa sedibus suis, ad complectẽdũ conseruatorem suum procedere visa est.
Vi dominationis conuulsus. Tacit.lib.5.
Conuolsum dixerunt veteres pro Conuulsum,vt Artus cõuolsi pereunt, apud Lucretium lib.3.
Conuulsio { σπάσμα } Verbale. Plinius libro 20. capite 15, Ligusticum aliqui panacem vocant, stomacho vtile est, item conuulsionibus & inflammationibus. Conuulsionibus, hoc est quod vulgus *retractiones* vocat. Quæ fiunt vel in musculis, vel in tendonibus propter intemperiem humorum inflammatorum, aut fluxionem frigidam in partem neruosam. Cuius species videto apud Galenum in libro de Locis affectis.
Conuelo, conuelas, penult. prod. { συγκαλύπτω } conuelare, Idem quod Velare. Plin.lib.17. cap.22, Plagam omnem obliquam fieri, vt facilè decidant imbres, & ad terram verti, quàm leuissima cicatrice acie falcis exacta,plagáque conuelata.
Conuena,Conuenientia,Vide CONVENIO.
CONVENAE, Conuenarum { σύγκλυδες } Galliæ Aquitanicæ populi sunt,quibus olim Romani ius Latij tribuerunt. Author Strabo lib.4.
Conuenio,conuenis,penultima correpta, conueni,penult.prod.conuentum { συνέρχομαι, συνάγω } conuenire, Simul venire, congregari. Plautus Pseud.4,
Facite hodie vt mihi munera multa huc ab amatoribus
Conueniant. Cicero 4 Verr. Huc conueniunt cum literis,veniunt cum mandatis.
Ambo conuenimus.Virg.eclog.5.
Multa conuenerunt, quæ mentem exturbarent meam, subita defectio Pompeij, alienatio COSS. Cicero ad Quintum fratrem, libro 2.4.
Conuenire vndique. Cic.2.Ver.Quum hæc frequentia totius Italiæ Roma discesserit: quæ conuenit vno tempore vndique,comitiorum,&c.
Conuenire in vnum.Cic.ad Att.lib.8.
In ædem conueniunt.Ouid.3.Fast.
Conuenire ad aliquem. Cæsar 1. belli Ciuilis, Aduentu Cæsaris cognito, decuriones Auximi, ad Actium Varum frequentes conueniunt.
Ad dapes conuenire. Ouidius libro 6.Fastorum. Plinius libro 10. capite 70, Conueniúntque ex alto etiam ad quosdam odores. De piscibus.
Ad signa conuenire iubentur milites. Cæsar in principio libri 6. bel.Gall.
¶Conuenire, pro Venire.Plaut. Trucul.14,
In vrbem crebrò conuenio.
Conuenire aliquò ad exequias.Cic. 2.Ver.
¶Conuenire,de re venerea etiam dicitur. Plin.lib.11.cap.24,Coniugio aranei conueniunt clunibus.
¶Conuenire, propriè est debitorem appellare, & sic interdum sumitur.Caius l.41. D. de petit.hæred. Si quo tempore conueniebatur possessor hæreditatis,pauciores res possidebat,&c. Hotomanus.
¶Conuenire,Concordare,& sine controuersia esse. Valla lib.3.
Conuenit inter nos. Cic. 4. de Finibus, Atqui si,vt conuenire debet inter nos,est quædam appetitio naturalis,&c. Liuius 2.ab Vrbe, Non modò inter Patres, sed ne inter Consules quidem ipsos satis conueniebat.
Conuenire optimè cum aliquo. Cicero 6. Verr. Illum noluisse sua laudatione iuuare L. Lucullum sororis virum, quicum optimè conuenisset.
Conuenit inter eos ratio accepti & expensi.Plaut. Mostel.4.
Conuenit inter eos quid sit.Cic.2.de Finib. Vt inter eos qui ambigunt,conueniat quid sit id de quo agatur.
Inter aliquos conuenire, nec. Vlpianus in l. Si conuenerit. D. pro Socio,Si conuenerit inter socios,ne intra certum tempus communis res diuidatur,non videtur conuenisse ne à societate abeatur.
Conuenit inter nos,vt.Plaut.Capt.7,
Nunc ita cõuenit inter me,atque hunc Tyndare,
Vt te æstumatum in Aulidem mittam ad patrem.
Inter vtrunque conuenit.Horat.1.Serm.sat.7.
Conuenit hoc fratri mecum. Terent.Adelph.1.1, Hæc fratri mecum non conueniunt,neque placent.
Conuenit hoc mihi cum tuo fratre.Cic.5.de Finibus.
Nec locus nec sermo cõuenit mihi cum eo. Plaut. Pseud. 10, de improbis seruis,
-nec boni ingenij quicquam in his inest,
Nisi vt improbis sese artibus teneant:cum iis mihi
Nec locus nec sermo cõuenit,iis nunquam nobilis fui.

Conuenit mihi cum hoc de hac re. Plaut. Capt. 7.

Conuenit mihi cum aduersariis, matrem esse interfectam à filio. Cic. 1. de Inuent.

Conuenit mihi cum eo, vt ille esset in meis castris. Cicero ad Atticum, libro 6. Mihi cum Deiotaro conuenit, vt ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus.

Posterius priori non conuenit. Cic. 3. de Finibus.

Conuenire sibi. Cic. 2. de Finibus, Qui sibi is conueniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate?

Si tibi ita conueniat. Cic. Dolabellæ, lib. 9. epist. 12. Quod quidem si ita est, minimè miror cælum etiam & terras vim suã, sic ibi ita conueniat, dimittere.

Pulchrè conuenit illis. Catul. epigr. 53.

Conuenire vt vespis. Prouerbiale est, de hisque dici potest qui studiis omnibus coniuncti adnituntur ad rem quampiam acerrimè defendendam. Vespæ enim pro suis latibulis velut coniuratæ magno consensu dimicant, petunt prope accedentes, & aculeis fodiunt. Extat Probæ carmen huiusmodi,

Conuenit vt vespis, quarum domus arce monetæ

Turbat agens strictis per lutea corpora telis. Suspicor autem vt in templo Concordiæ fuit nidus ciconiarum, sic in fano monetæ fuisse examen vesparum. Turnebus.

¶Conueniebat mulier viro in manum quando bonorum societatem inibat. Cic. in Topicis, Quum mulier viro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt, dotis nomine. Ibidem, Si ita Fabiæ pecunia legata est à viro, si ea vxor materfamiliãs esset, si ea in manum viri non conuenerat, nihil debetur.

Conuenire in matrimonium dicitur mulier, quæ nubit. Papin. l. 121. §. 1. D. de verb. oblig. Mulier ab eo in cuius matrimonium conueniebat, stipulata fuerat ducenta, si concubinæ, tempore matrimonij, consuetudinem repetiisset. Gellius lib. 18. cap. 7. Matronam esse, quæ in matrimonium cum viro conuenisset: matremfamil. quæ non in matrimonium tantùm, sed etiam in manum mancipiúmque mariti venisset. Hotomanus.

¶Conuenit, absolutè positum, pro eo quod est Pacto firmatum est. Plaut. Amphit. 4.

Conuenit: victi vtri sint eo prælio,

Vrbem, agrum, aras, focos, séque vti dederent. Subaudi, inter eos: vt sit, Conuenit inter eos.

Pacto conuenit, vt. Liuius 4. bel. Pun. Pacto conuenit, vt quum Romanos Sicilia expulissent, &c.

Conuenit parum de hoc. Cic. 4. de Finibus, Cur igitur, quum de re conueniat, non malumus vsitatè loqui?

De facto conuenit. Cic. 1. de Inuent. Nominis controuersia est, quum de facto conuenit.

Conuenit inter. Iuuenalis sat. 15. non procul à fine,

-sæuis inter se conuenit vrsis.

Id conuenerat signum. Liuius 9. ab Vrbe, In tempore postquam ardentia procul vidit castra magister equitũ (id conuenerat signum) hostium terga inuadit.

Conuenit pax. Liuius 10. bel. Pun. Nuntiarentque ei, vt si pax conuenisset, sine pretio eos Carthaginiensibus redderet.

Conuenit ita pax, vt. Liuius 1. ab Vrbe, Pax ita conuenerat, vt Hetruscis, Latinísque fluuius Albula, quem nunc Tyberim vocant, finis esset.

Conuenit pax in eas conditiones. Liuius 9. belli Pun. In eas conditiones quum pax conuenisset, ab rege fœderi ascripti Prusia, &c.

¶Conuenire de re aliqua. Cic. 1. Offic. Bene Pericles quum haberet collegam in Prætura Sophoclem poetam, hique de communi officio conuenissent, &c.

De pretio conuenire. Quintil. lib. 4. cap. 2. In portum veni, nauim prospexi, quanti veheret interrogaui, de pretio conueni.

¶Conueniunt mores. Terent. Andr. 4. 2.

Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores.

Non conuenit nomen. Terent. Andr. 5. 4.

Nomen non conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ.

Conuenit ad nummum. Cicero ad Atticum, libro 5. epist. vltima, Quid opus est inquam? rationes conferatis. Adsidunt: subducunt: ad nummum conuenit. *Ils trouuerent leur conte, Ils furent d'accord touchant le conte.* Budeus.

Factum conuenit. Author ad Herennium, lib. 1. Iuridicialis constitutio est, quum factum conuenit, sed iure an iniuria factum sit, quæritur.

Tempus & locus conuenit. Liu. 1. ab Vrbe.

Conuenit numerus quantum debui. Terent. Phorm. 1. 2.

Conueniunt vtriusque verba. Plaut. Trucul. 17.

¶Non conueniunt hæc nuptiis. Terent. Andr. 2. 2.

Somnium cum re conuenit. Cic. lib. 1. de Diuinat. Quod quidem somnium Sisenna quum disputauisset mirificè ad verbũ cum re conuenisse, tum insolenter, &c.

Voto conuenit res. Ouid. 2. Amor. eleg. 4.

Conuenit hæc ætas ludo. Cic. in Hortensio, Nam quid vereris ne non conueniat nostris ætatibus oratio, quæ spectat ad hortandum?

Hæc pompa conuenit ponti. Martial. lib. 12. epigr. 32,

Hæc sarcinarum pompa conuenit ponti.

Conuenit aliam ætatem aliud factum. Plaut. Merc. 24.

¶Conuenit in eum hæc suspicio. Cic. pro Rosc. Amer. Erat porrò nemo in quem ea suspicio conueniret. Id est de nemine poterat esse suspicio, quàm de illo.

Hoc maledictum in illam ætatem non conuenit. Cicero pro Deiotaro.

Conuenit hoc in te vno, non in alium quenquam. Cic. 2. de Natura deorum.

Hoc conuenit in omnes luscos. Cic. 2. de Orat.

Conuenit in me quiduis harum rerum. Terent. Heaut. 5. 1. Cicero 5. Verr. Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque conuenire possint.

Conuenit ad eum hæc contumelia. Cic. pro Sylla. Id est pertinet.

Magna petis, quæ non conueniunt istis viribus. Ouidius libro 2. Metamorph.

¶Conueniunt hæ vites ad vel in quenuis agrum. Cato cap. 6. Cæteræ vites, & de his miscellæ maximè, in quenuis agrum conueniunt.

Conuenit in eam rem. Cato cap. 21. Eo fistulam ferreã indito, quæ in columnellam conueniat, & in cupam.

Conuenit optimè ad pedem cothurnus. Cic. 3. de Finibus.

¶Aliquem conuenire, pro In ius vocare. Vlpianus in l. Neratius. D. De relig. & sumpt. funer. Si verò alius funerauit, posse eum maritum conuenire.

Conuenire aliquem in ius. Plaut. Mostel. 15.

Conueniri, In ius vocari, Papinianus in l. capitis. D. De fideiuss.

Actione conueniri. Vlpianus in l. 3. §. Quacunque. D. de Iureiurando.

Testato conuenire debitorem. Vlpianus in l. si procuratorem. §. si ignorantes. D. Mandati, Sed & si testato conuenerunt debitorem, vt si ipse putaret, appellaret: puto rationem eis constare.

Conueniri in vsuras. Vlpianus l. Idémque &. §. Si procurator. D. Mandat. vel contr.

Pro re aliqua conueniri. Paulus in l. Si mandatu. §. Paulus respondit vnum. D. Mandati.

¶Conuenire aliquem, pro Alloqui. Cicero Vatinio, libro 5. 11, Eámque si opus esse videbitur, conueniam. Nonius, Interpellare interpretatur.

Conuenire & colloqui. Terent. Eun. 3. 2.

¶Conueniunt multi populi Carthaginem. Budæus, apud Plin. lib. 3. Conuentus legimus pro iis quos *dies magnos* nostri vocant: & verbum Conuenire eodem pertinens. Carthaginem (inquit) cõueniunt populi LX. exceptis insularum incolis. Id est iura Carthagine petunt, quod nunc *referri* dicimus, vernaculo vocabulo non temere prolato. est enim à consuetudine Græcorum, qui λαγχάνειν δίκας dicunt. & Romani fortes iudiciorum dicebant: vt Virgilius in sexto, Nec verò sine forte datæ, sine iudice leges. Et Iuuenalis sat. 13. vbi vrnæ Prætoriæ meminit. Cic. 4. in Verrem, Aduersarij postulant vt in eam rem iudices dentur ex iis ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent.

¶Conuenibo illam, in futuro antiquè dictum. Plaut. Casin. 12,

-vbi nuptiæ

Fuerint, tum istam conuenibo.

¶Conueniri, Passiuè. Cicero Att. lib. 8, Verùm quum habeo rationem dierum, antè puto transmissurum, quàm potuerit conueniri. De Lentulo.

Conuenit {πρέπει, ἁρμόττει, καθήκει} Impersonale, id est decens & conueniens est. Terent. Eun. 3. 2,

-haud conuenit

Vnà ire amica cum imperatorem in via. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 3, Neque enim decet aut conuenit nobis, periculo vllũ submittere animum nostrum.

Non conuenit enim, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Cicero Antequam iret in exil.

Qui enim conuenit, vt qui in rebus improbis populares fuerint, iidem, &c. Cic. 7. Philipp.

Conueniendo, Gerundium {ἐν τῷ συνιέναι} vt, Inter se conueniendo gignunt armenta. Lucret. lib. 2. Id est coeundo.

Facultas conueniendi rei. Vlpianus l. Idémque &. §. vltimo. D. Mandati, Si modò habuit facultatem rei conueniendi, desiderandique vt, &c.

Conueniens, Participium {συνερχόμενος} vt, Copia agricolarum conueniens ex omni parte. Lucret. lib. 6.

Bene conuenientes propinqui. Cicero libro 1. Officiorum, Id est concordes.

Conueniens ad. Cic. de Amic. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas vel aduersas. Hoc est proprium, aptum, accommodatum.

Sonus conueniens ad formam. Ouid. in Ibin.

Tempus operi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.

Aptum & inter se conueniens. Cicero 1. Officiorum, Talis est igitur ordo actionum adhibendus, vt quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter se & conuenientia.

Conueniens {πρέπον} Nomen ex Participio. vt, Conuenientissima nemora. Colum. lib. 7. cap. 4. Plin. lib. 34. cap. 7, Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant, dici conuenientius erit.

Conuenienter, Aduerbium {συμφώνως} Cic. 4. Acad. Non enim potest conuenienter dici, nihil comprehendi posse.

Viuere conuenienter naturæ. Cic. 3. Offic.

Congruenter naturæ conuenientérque viuere. Cicero libro 3. de Finibus.

Conuenienter rationi & sententiæ suæ dicere. Cicero libro 2. de Finibus.

Conuenienter loqui ad statum præsentem. Liuius 3. belli Punici, Morem magis loquendi cum sociis seruastis Campani, &c. quam conuenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis.

Mores conuenienter eunt studio. Id est tales sunt mores tui, quale est studium in quo exerceris. Ouid. 3. de Arte.

Conuenientia, conuenientiæ {ὁμολογία, ἁρμονία} Proportio quædam. Cic. 1. Offic. Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, conuenientiam partium sentit.

Rerum conuenientia in amicitia est, in ea stabilitas, in ea constantia. Cic. de Amic.

Conuenientia conseruatióque naturæ. Cic. 1. Offic.

Conuenientia coniunctióque naturæ. Cic. 2. de Diuinat.

Naturæ conuenientia cum extis. Cicero 2. de Diuinatione. De extis hostiarum.

Conuenæ

Conuenæ, pen.corr. {συνήλυδες} conuenarum, dicuntur, qui ex diuersis populis gentibúsque in vna mœnia cõueniunt, simúlque coalescunt, inquit Valla in Raudensem. Cic.1.de Oratore, An verò tibi Romulus ille, aut pastores & conuenas congregasse, aut Sabinorum, &c. Plin.lib.5.cap.17, In diem ex æquo conuenarum turba renascitur.

Conuentio, Verbale {συνάλλαγμα, συνθήκη.} Vlpianus D.de Pactis l.1. Conuentionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotij contrahendi transigendíque causa cõsentiunt, qui inter se agunt. Adeò autem conuentionis nomen generale est, vt eleganter dicat Pædius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conuentionem, siue re, siue verbis fiat.

Conuentio publica est, quæ fit per pacem, quoties inter se duces belli quædam paciscuntur. l.5.de pact.D.

Conuentus, Participium {συναλλαχθείς.} Sallustius in Iugurtha, Sæpè antea cum imperatoribus Romanis pacem conuentam frustrà.

Conuentus est à me. Cic. Attico, lib.15.

Conuento aliquo homine opus est. Cicero ad Atticum, libro 10, Sed opus fuit Luttio conuento. Id est Luttium conuenire, siue alloqui.

Conuenta conditio dicebatur, quum primus sermo de nuptiis & earum conditione habebatur. Author Festus.

Conuenta, conuentorum, Substantiuum {συνθήματα, τὰ συνθέματα.} Cic. 2.de Orat. At verò in foro, tabulæ, testimonia, pacta conuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum qui in causa versantur, tota cognoscenda est. De Formula causarum.

Dictorum conuentorúmque constantia & veritas, fides est. Cicero 1.Offic.

Conuenta frangere. Silius lib.1,

-ter Marte sinistro
Iuratúmque Ioui fœdus, conuentáque patrum
Sidonij fregère duces.

Pacta conuenta. Vlpianus in l. Iuris gentium. §. Quinimo. D. de Pactis, Solemus enim dicere, pacta conuenta inesse bonæ fidei iudiciis.

¶ Inter pactum & conuentum. Pactum est ex parte stipulantium: Conuentum, quum quæ pepigerunt promissa sunt. Hac de causa pacta conuenta, & pacta conuentáque legimus: antecedit enim pactũ, sequitur conuentum. Seneca, Nec pacta conuentáque impressis signis custodirentur. Hæc Turnebus.

Conuento, conuentas, cõuentare, Frequenter conuenire. Solin. cap.40, Externos in ea plurimos conuentasse, argumentum de vrbibus & locis dabimus.

Conuentus, huius conuentus {συνέλευσις, σύνοδος.} Sunt (inquit Valla lib. 4.cap.2.) homines qui in vnum locum conuenerunt. Cic.3.Verr. Cur pudentissimas lectissimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas inuitásque prodire cogis?

¶ Conuentus (inquit Festus) quatuor modis intelligitur. Vno, quũ quemlibet hominem ab aliquo conuentum esse dicimus. Altero, quum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in vnum locum. Tertio, quum à magistratibus, iudicij causa, populus congregatur. Erant enim in prouinciis statuti cõuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Quarto, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Hactenus Festus. De tertia significatione exempla sunt apud Ciceronem, 3.de Legibus. & 5.Verr.

Iuridici conuentus. Plin.lib.3.cap.1.de Bætica, Iuridici conuentus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis.

Conuentus & frequentia. Cic. pro Deiotaro.

Conuentus & turba. Virg.6.Æneid.

Senatorum. Cic. Sulpitio, lib.4.1.

Meretricius. Cic.3.Verr. Domus erat non meretricio conuentu, sed prætoria turba referta.

Inter conuentum matronarum. Vide INTER.

Celeberrimo virorum mulierúmque conuentu dies festos anniuersarios agere. Cic.6.Verr.

Honestissimus. Quintil.lib.1.cap.2.

In medios conuentus trahere aliquem. Virg.6.Æneid.

Conuentus agere. Cic.7.Verr. Ex iis oppidis in quibus Prætores consistere & conuentum agere solent, &c.

Celebrare conuentus. Cic. Attico, lib.1.14, Itaque conuentus qui initio celebrabantur, iandiu esse desierunt.

Circuire conuentus. Sueton. in Cæsare cap.7, Quæstori vlterior Hispania obuenit: vbi quum mandato populi Romani iure dicundo conuentus circumiret, Gadísque venisset, &c. Conuentus hic loca sunt, in quibus populi iuris dicendi causa à magistratibus iuridicis congregantur.

Facere conuentum. Cic. ad Attic.1.

Indicere conuentus. Liu.8.bel.Mac. Ægium à principio Achaici concilij semper conuentus gentis indicti sunt, seu dignitati vrbis id, seu loci opportunitati datum est.

Instituere conuentus. Quintil.lib.3.cap.8.

Peragere conuentus. Cæs.5.bell.Gall. non procul ab initio, Ipse cõuentibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur. Est autem peragere conuentus, iurisdictionem legitimam absoluere per oppida ad id destinata: quæ, quoniam in ea statis temporibus conueniretur à prouincialibus causa iuris sui persequendi, conuentus dicerentur. Repræsentant hunc morem anno vertente monachi, Capitula generalia appellantes.

Vitare conuentum. Cic.7.Verr.

Conuentus, ait Theophilus, est certum statúmque tempus litium dirimendarum gratia inuentum. Tempus autem illud à Conueniendo Conuentus dictus est. §.1. Quib. ex caus. manumitt.

¶ Conuentus, Pro eo quod *refortutum* vocát. Plin.lib.5.cap.29. Conueniunt eò XXV. ciuitates, celeberrima vrbe Laodicea. Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primò Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo conuentu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themisones, Hieropolitæ. Alter conuentus à Synnada accipit nomen. Conueniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Iulienses, & reliqui ignobiles populi XV.

¶ Conuentus, pro Conuentione etiam legitur. Iuuen. sat.6.

Conuentum tamen, & pactum, & sponsalia, nostra
Tempestate paras, &c.

Ex conuentu pacta obseruantur. Author ad Herennium lib.2. De quibus pactis Prætor edixit, apud Vlpian. in l. Iuris gentium. §. Prætor ait. D.de Pactis, Pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, &c. seruabo. Ex quibus apparet pactorum duo esse genera, Legitima, & Conuenta.

Ex pacto & conuentu discedere ab aliquo. Cic. Att.lib.5, Pomptinus enim ex pacto & conuentu (nam ea lege exierat) iam à me discesserat.

Conuenticulum, pen.corr. Diminutiuum. Cic. pro Sextio, Conuenticula hominum quæ postea ciuitates nominatæ sunt.

Conuerbero, conuerberas, pen.corr. {τύπτω} conuerberare, Idem quod verberare. Plin.lib.13.cap.22, Nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens.

Conuerro, conuerris, conuerri & conuersi, cõuersum {σαίρω, καλλύνω} conuérrere, Idem quod verrere. Plaut. Sticho,

-reuerram hercle hoc, quod conuerri modó.

Colum.lib.7.cap.6, Diligens pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus aut humorem consistere.

Conuerrere aliquem, pro Percutere. Plaut. Rud.20, Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.

Conuerritor, pen.corr. {καλλυντήρ} Verbale, tanquam supinum sit conuerritum, apud Apuleium in apologia pro Magia, Conuerritorem pridianæ relliquiæ.

Conuersè, Aduerbium, pro Nitidè. Cato cap.143, Villam conuersè mundéque habeat. Quidam legunt Villam conuersam mundámque habeat.

Conuerso, Conuersor, & Conuersatio, Vide CONVERTO.

Conuerto, conuertis, conuerti, conuersum {τρέπω, ἐπιστρέφω} conuertere, Verbum notum: de re & homine dicitur.

Conuertere se domum, pro Reuerti. Plaut. Sticho, 7, Quom bene re gesta saluus conuortor domum, &c. Terent. Adelph.2.4, Ego iam transacta re conuortam me domum cum obsonio.

Conuertemus nos in Asiam. Cic. ad Atticum, lib.3.

¶ Conuersa ad Aquilonem spelunca. Cic.6.Verr.

Conuertere ad, vel in locum aliquem. Cic.3.Offic. Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerteras, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.

Conuertere aspectum aliquó. Cic.2.de Nat.deor.

¶ Conuertere se aliquò animo & cogitatione. Cic.1.de Oratore, Ac quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes in quoque genere videbis.

Ad se conuertere & rapere dicitur res aliqua. Cic.2.Offic.

¶ Conuertere homines in admirationem. Liu.2.bel.Pun. Profecti agmine incedentes ad Dictatoris castra, in admirationem & ipsum & omnes qui circà erant, conuerterunt.

Cõuertit ætas tua septenos octies solis anfractus, Figurata loquutio. Cic. in Somnio Scipionis. Hoc est sex & quinquaginta annos natus est.

Conuertere in amicitiam. Plaut. Sticho, 7,

In amicitiam atque in gratiam conuortimus. Sub. nos.

Ne in graueis inimicitias conuertant se amicitiæ, cauendum. Cic. de Amic.

Conuersa in crudelitatem clementia. Cic. in Verr.

Permouere & conuertere animos. Cic. in Orat.

Conuertere animum ad crudelem superbámque vim. Liuius 3. ab Vrbe.

Conuertere animos ad agrum colendum. Liu.6.bel.Pun.

Animos imperitorum ad deorum cultum à vitæ prauitate cõuertere. Cic.1.de Nat.deor.

Animos in hilaritatem risumve. Cic. in Orat.

Animum ad labores alicuius. Valer.lib.4. Argon.

Animum ad negotia vrbana. Liu.1.ab Vrbe.

Animum alicuius in se. Liu.4.bel.Pun.

Auxilium in perniciem. Cic. in Pisonem, Auxilio mihi opus fuerat & Consulis & Senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meã erat à vobis Consulibus conuersum, alterum Reipublicæ penitus ereptum.

Periculosissimum ciuile bellum maximúmque humanitate & sapientia ad pacem concordiámque conuertere. Cic.5.Philipp.

Conuertere castra castris, Id est commutare. Cæsar 1.bel.Ciuil. Tota nocte munitiones proferunt, castráque castris conuertunt.

Ad periculum patriæ conuertere copias, quas simulatione Reip. comparabant. Brutus Ciceroni, lib.11.13.

Conuertere crimen in laudem. Cic. pro Flacco, Quoniam quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum.

Conuertere hominem à consuetudine. Cic.1.de Inuent. Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, vt homines à consuetudine subitò conuerteret. Id est auerteret.

Conuertere se ad dolos. Plin. de Viris illustrib. Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt.

Exercitum conuertere, Quod vulgus dicit *Facere monstram*. Gellius lib.5.cap.5, Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum Pop. Romano facturus, comparauerat, conuertebátque exercitum insignibus argenteis & aureis florentem.

Ferrum in aliquem. Virg.9.Æneid.

Fortunam in culpam. Cic. pro Rab. Posthumo.

In fugam conuersus. Liu.10.bel.Pun. Postcaquam femine trãsfixo cadentem, auferrique ex prælio prope exanguem vidêre, extem-

plo in fugam omnes conuersi.
Conuertunt clamore fugam. Virg.12.Æneid. Id est redeunt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. Seruius.
Conuertere gaudia in diuersum. Plin Iun.lib.8.epist.23. Tot spes, tot gaudia dies vnus in diuersa conuertit.
Gressus conuertere, Retrò cedere, pedem referre. Sil lib.13.
Conuertit ad eos fortuna impetum suum. Cic.3.Tuscul.
Conuertere in serium quod per iocum dictum est. Plaut.Pœn.19.
-heus tu siquid per iocum
Dixi, nolito in serium conuertere.
In iram subitam conuerti. Ouid.10.Metam.
Iter conuertere ad vrbem. Lucanus lib.3.
Conuertere iter in prouinciam. Cæsar 7.bell.Gall. Omittitur & di ctio iter. Cæsar, Ipse rursus vnde prodie venerat, Ruspinam cum reliquis copiis conuertit. Subaudi, iter.
Conuertere iter ad fugam & in exilium. Cic.in Catil.
Conuertere malum aliquod ad salutem. Terent.And.4.1.
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
Martem ad aliquos. Lucan.lib.2.
Mentes hominum oratione. Cæsar 1.bel Gall.
Conuertit mentes militum terror & crudelitas suppliciorum. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Minas in melius. Sen.Hippol.4.
Nauem remigationis ad puppim. Cic.Att.lib.13.
Traducere & conuertere orationem in fugam alicuius increpandam. Cic.2.de Orat.
Conuertere ordinem. Plin.Iunior in Paneg. Nam quod precatus es, vt illa ipsa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eueniret nobis, Reipublicæ, nónne tibi tale est, vt nos hunc ordinem votorum conuertere debeamus? deos denique obsecrare, vt omnia quæ facis, quæque facies, prosperè cedant tibi, Reipub. nobis?
Conuertere os ad aliquem. Cæsar 6. bel.Gall.
Conuertere ora & oculos in aliquem. Cic.in Catil. Video p.c. in me omnium vestrum ora, atque oculos esse conuersos.
Conuertere pecuniam, aut rem aliam, domum suam, vel in rem suam, aut ad commodū suum. Cic.5. Verr. Et 2. Verr. Et pro Roscio Amerino. Et 1.Offic.
Conuertere pecuniam ad suos vsus. Vlpian.in l.Idemque &.§.Si procurator.D.mandat.vel.contr.
In melius querelas. Propert.lib.1.eleg.16.
Rationem bono consilio à diis immortalibus datam, in fraudem malitiámque conuertunt homines. Cic.3.de Nat deor.
Conuertere se ad otium & pacem. Cic.ad Qu.frat.lib.3.21, Et in omni summa, vt mones, valde me ad otium pacémque conuerto.
Ad timorem se. Cic.pro Sylla, Lentuli pœna compressus, conuertit se aliquando ad timorem.
Conuertere se ad vetum Plaut.Rud.24.
Ad sapientiora se. Tacit.lib.3.
Conuertitur animus ad sensum & nutum alterius. Cic.de Amicit. Quid enim potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius qui ad alterius non modò sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur?
Conuertere signa. Cæsar 1.bel.Gall. Romani conuersa signa bipartitò intulerunt.
Conuertere spem in fidem alicuius. Cic. pro Sext. Quum omnes boni omnem spem melioris status in eorum fidem conuertissent.
Conuertere studium ad scribendi operam. Cic.3 Offic. Ad hanc scribendi operam omne studium curámque conuertimus.
Conuertere terga, Fugere. Cæsar 1.bel.Ciuil.
Conuertit aculeum testimonij eodem. Cic.pro Flacco, Itaque eodem etiam M.Lurco vir optimus meus familiaris, cōuertit aculeum testimonij sui.
Verum futurum in falsum conuertere non posse. Cic.de Fato.
Viam conuertere, Est viam repetere per quam nunc primum veneras. Virg.5.Æneid.
Conuertere alicui vitium in bonum. Cic.de Claris Orat. Sed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat.
Vsuras in suos vsus. Vlpianus l. Idémque &. §. Si procurator.D. Mandat.
¶ Ad se conuerti. Cic. Appio, lib 4.12, Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat) deinde ad me conuertar.
Ad alterius voluntatem & nutum se totum. Cic. Appio, lib.3.10.
Conuertere se ad aliquem philosophum legendum. Cicero 5.de Finibus.
Conuertere se totam in aliquem dicitur ciuitas. Cic.in Somnio Scipionis, In te vnum atque tuum nomen se tota conuertet ciuitas.
Conuertere in belluam, Hoc est transmutare, & transformare. Cicero 3. Offic. Quid enim interest vtrum ex homine se conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ?
In aliam naturam cōuerti. Cic.3.de Nat.deor. Prætereáque omnia hæc tum intereunt, quum in naturam aliam conuertuntur.
¶ Conuertere, pro Ex vna lingua in aliam vertere. Cic.de Opt.genere Orat. Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias. Sic 1.de Finib. Conuersa de Græcis. Hoc est translata.
E Græco in Latinum conuertere. Cic.2.Offic.
¶ Conuertor, pro Conuerto dici apud Plautū Amphi.4, Fugam in se tamen nemo conuertitur, admonet Nonius.
Conuersus, Participium {ἐπιστραφείς} Cic.in Somn.Scip. Huius quidem anni nondum vigesimam partem scito esse conuersam.
Ad cædem & funus ciuitatis conuersi ludi. Cic.de Arusp.resp.
Lintea conuersa domum, dare non pigeat. Id est redire. Horatius Epod.16.
Numina conuersa, Id est contraria. Virg.5.Æneid.
Studia. Horat.in Arte.
Timor conuersus in iram. Lucan.lib.4.
Via vitæ. Horat.1.Epist.18.
Orbis Reip. Cic. Attico, lib.2, Sic orbem Reipub. esse conuersum, vt vix sonitum audire, vix impressam orbitam videre possimus.
¶ Conuersus, pro Emendatus. Quintilianus lib.11, Potest enim videri emendatus, qui in odium eorum in quibus errauerat ipse, conuersus est.
Conuersus in pœnitentiam, pro Tactus pœnitentia. Sueton.in Claudio Cæsare, cap.15.
Conuersus, huius conuersus, Verbale. Macrob.lib.7.Saturn.cap.9, Qui gyros efficit, crebro conuersu turbat.
Conuersio, Verbale {ἐπιστροφή, ἀνακύκλωσις} vt, Conuersio vesicæ, hoc est inuersio & reuolutio, Plin.lib.8.cap.42. Et vuluarum cōuersio, Idem lib.10.cap.22.
Incitatior conuersio cursus cæli stelliferi. Cic.in Som Scip. Summus ille cæli stelliferi cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono.
Incitatissima. Vide INCITO.
Mensium annorúmque conuersiones. Cicero de Vniuersit. Hoc est reuolutiones.
Conuersio rerum ac perturbatio. Cic pro Flacco, Videtis quo in motu temporum, quanta in conuersione rerum, ac perturbatione versemur.
Cōuersio suppurationis. Colum.lib.6 cap.17, Vel si antè quàm tumor discutiatur, in suppurationem conuertitur, optimum est in ea lamina conuersionem rescecare, & quicquid vitiosi est, inurere.
Conuersio verborum. Cic.3 de Orat. Et efficiendum est illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius: vt membris distinguatur, vt cōuersiones habeat absolutas. Neque semper vtendum est perpetuitate & quasi cōuersione verborum, sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est.
Conuersio malorum. Quintil.lib.5.cap.10, Malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuersionem.
Conuersim, Aduerbium. Firmicus lib 2.cap.32, Decimatertia in decimamseptimam, decimaseptima rursus in decimamtertiam: decima quarta in decimamsextam, decimasexta rursus in decimāquartam: decimaquinta in decimamseptimam, rursúsque conuersim: & hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem retrogrediens descensum ad descensum perducas.
Conuerso, conuersas, conuersare {ἀνακυκλεῖν} Frequentatiuum. Cic.de Vniuersitate, Quippe qui ex eadem vinctus, alteráque natura adiuncta materia, temperatione trium partium proportione compacta, se ipse conuersans quum materiam mutabilem arripuisset.
Conuersor, aris, Vtor & consuetudinem habeo, inquit Sipontinus.
Conuersatio, Verbale {συναναστροφή} Consuetudo. Plin.lib.10.cap.33, Néve cui frequentior conuersatio sit suspecta.
Tutior conuersatio. Quintil.lib.1.cap.2.
¶ Conuersatio, pro Conuersione Sen.epist.75, Sciátq; illa ipsa quibus lædi videtur, ad conuersationem vniuersi pertinere: & ex iis esse, quæ cursum mundi consummant.
¶ Cōuersatio, pro habitatione. Vlpian.l.12.§.1.D.de relig.& sumpt. funer. Senatusconsulto cauetur, ne vsus sepulcrorum permutationibus polluatur, Id est ne sepulcrum aliæ conuersationis vsum accipiat. Hoc est ne quis aliam ob caussam quàm sepulcri & religionis ibi habitet, aut versetur, vt ex edicti verbis intelligitur, quæ idem Vlpian. refert in l.3.D.de sepulc.violat. Hotom.
Conuestio, conuestis, conuestiui, conuestitum {περιαμφιέννυμι} conuestire, pen.prod. Idem quod Vestire & exornare. Lucret.lib 2,
Quam subitò soleat Sol ortus tempore tali
Conuestire sua perfundens omnia luce. Hoc est radiis exornare.
Conuestiuntur herbis prata. Cic.1.Tuscul.
Conuestire locum aliquem dicitur hedera quæ se expandit. Cic. ad Qu.frat.lib.3.17, Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hedera, &c.
Conuestita lucis domus. Cic.pro Domo sua, Ergo eius domum euersam duobus lucis conuestitam videtis. Hoc est offuscatam & adumbratam atque sepultam.
Conueteranus {συνστρατιώτης} Notæ significationis. Quomodo autem accipi debeat in iure explicat Modestinus lib.de excusat.tutor.in Pandectis. Vsus est Gordianus Imperator in l.Quod placuit.C.de excusat.veteran.
Conuexo, conuexas {ὀχλῶ} conuexare, Idem quod Vexare. Appia Cæsaris filia apud Gellium, Sed vtinam reuiuiscat frater, aliámque classem in Siciliam ducat, atque illam multitudinem perditum eat, quæ me malè tunc miseram conuexarunt.
Conuexus, Adiectiuum {περιφερής, κυρτός} quod Concauo oppositum est. Sic in superficie globi externus cōuexum est, vt internus concauum. Virg.in Bucolicis,
-nutantem conuexo cardine mundum. Idem 4.Æneidos,
-tædet cæli conuexa tueri. Id est cælum conuexum.
Cælum conuexum. Ouid.1.Metam.
Pondere conuexo nutans mundus. Virg.4.eclog. Conuexo, Id est Curuo, inclinato. Seruius.
Supera conuexa. Virgil.6.Æneidos,
-talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat. Id est ad cæli curuitatem. Seruius.
Conuexa sydera. Virg.1.Æneidos,
-conuexa polus dum sydera pascet. Vbi Seru. Alij cōuexa sydera volunt, Id est pendentia: vt, Et cæli conuexa per auras, id est suspensa: planetásque intelligunt, qui nō sunt fixi, sed in aere feruntur. Turnebus verò ad hunc eundem locum Virgilij,
-conuexa polus dum sydera pascet, sic inquit, Quo sensu ab eximio poeta dictum accipimus? nam astra conuexa non videntur, quū globosa potius & rotunda sint. Ego conuexa dici astra interpretor, non singula, sed vniuersa. Conuexitatem enim eadem, quam cælum efficiunt, toto oblita & dispersa cælo vndique in orbem. Sed

ecquonam modo polus ea pascit? Censent Stoici sidera, quum igneæ sint & feruentis naturæ, pasci humore: quo sanè factum est, vt hic pa lus à doctissimis viris legeretur. Sed nihil censeam esse causæ cur hic nouitatis studiosi simus: nam quum cælum verset astra tanquam palantia & errantia, & tanquam alimentum sequentia dum voluuntur, sit proinde vt tanquam pastor ea pascere videatur. Hoc si sensu accipias, qui (vt reor) & probabilis est, nec indignus poeta, nihil profectò habeas cur quicquam hic nouandum putes. Hactenus ille.

Conuexum nemorum. Virg.1. Æneidos,
Classem in conuexo nemorum sub rupe cauata.

Conuexa in maria terræ. Plin.lib.12.cap.22, Discessimus à terris Oceanum spectantibus ad conuexas in nostra maria. Hoc est vicinas nostro mari.

Conuexum, Cócauo oppositum est, quòd est ex omni parte declinatum. Eucl. in Specularia Theor.1, A planis, conuexis, cauisque speculis visus in æqualibus angulis refringuntur.

Conuexitas, penultima correpta (κυρτότης) Denominatiuum. Plinius lib.18.cap.25, Super omnia est mundi conuexitatis, terrarúmque globi differentia.

Conuexio, conuexionis, fœm.gen. Idem. Gell.lib.14.cap.1. Vide Declinatio mundi, in DECLINO.

Conuictus, Participium. In CONVINCO.

Conuictor. Conuictus. In CONVIVO.

Conuinco, conuincis, conuici, conuictum (ἐλέγχω, ἐξελέγχω) conuincere, eiusdé cum suo simplici significationis. Cic.5.Verr. Sui quæstus causa irrupisse conuincam.

Conuincit ratio ipsa & veritas, eum esse liberum. Cic.in Parad.
Conuincere aduersarium authoritatibus & testibus. Cic.7.Verr.
Conuincere facta alicuius turpia. Plaut.Amphit.15.
Argumentis peccata. Cic.in Partition.
Chirographo aliquem. Cic.2.Philipp.
Opinione hominum conuinci & condemnari. Cic.pro Cluent.
In pari peccato conuictus. Cic.2.de Inuent.
A testibus conuinci, & vrgeri confessione. Cic.6.Verr.
Redargui & conuinci. Cic.de Vniuers.
Errores alicuius. Cic.2.de Nat.deor.
Falsum refutatu ancipiti. Cic.2.de Nat.deor.
Testimonia aliquorum. Cic.pro Fonteio.
Voce inauditum facinus. Cic.pro Quint.
Conuincere aliquem non inhumanitatis tantum, sed & amentiæ. Cic.2.Philipp.
Conuincere aliquem falsi, leuitatis, maleficiorum Plaut.Trucul. 10, Qui & conuicti & condemnati falsi de pugna sient.
Deuotionis conuinci, iudicio deorum, testimonio Senatus, confessione inimicorum. Cic.Post red.ad Quirites.
Summæ negligentiæ. Cic. pro Sylla.

Conuictus (ἐλεγχθείς) Participium. vt, Manus conuictas dare. Ouid. Epist.16.
Iudicio turpi conuictus. Cic.pro Quintio.
Fracta & conuicta secta. Cic.1.de Leg.
Reprehensus, conuictus, fractúsque Mithridates. Cic.pro Flac.
Conscientia conuictus homo. Cic.2.in Catil. Quum ille homo audacissimus conscientia conuictus reticuisset, &c.

Conuinctio, Verbale à Conuincio, conuincis. Quintil.lib.1.cap.De grammatica, disputans de numero partium orationis, Tum videbit ad quem hoc pertinet, quot & quæ sint partes orationis: quanquá de numero parum conuenit. Veteres enim, quorú fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modò, & nomina, & conuinctiones tradiderunt: videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam: quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt: quas coniunctiones à plerisque dici scio: sed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio.

Conuiso, conuisis, pen.prod. (ἐπισκέπτω) conuisere. Lucret.lib.5, Res quibus occultas penitus conuisere possis. Cic.in Arato,
Et loca conuisit: cauda tenus infera piscis.
Loca omnia oculis conuisere. Lucret.lib.2.

Conuitium, huius conuitij (λοιδορία) Est maledictum cum contumelia. Cic.pro Cælio, Maledictio auté nihil habet propositi, præter cótumeliam: quæ si petulantius iactatur, Conuitium: sin facetius, Vrbanitas nominatur.

Conuicium, per c literam scribunt nonnulli. Vlpianus D.de iniuriis & famosis libellis.l. Item apud Labeonem, Conuicium vel iniuriam esse Labeo ait. Conuicium autem dicitur à concitatione, vel à conuentu, hoc est à collatione vocum. Quum enim in vnum plures voces conferuntur, Conuicium appellatur, quasi conuocium. Hæc Labeonis verba reprehendútur à Valla lib.6.cap.52. Festus, Conuicium, à vicis, in quibus primùm habitatum est, videtur dictum: vel immutata litera, quasi conuocium.

Conuitium (authore Nonio) dictum est quasi vitiis locum, qui secundum ignobilitatem loci, maledictis, & dictis turpibus cauilletur. Quæ verba Nonij corrupta sunt.

Conuitium, inquit Valla, à vitium, vel potius à Vito descendit, vt vitupero: tametsi non omnino repugnem scribi per c, vt quibusdam placet, non per t. Et est conuitium, maledictum contumeliosum.

Anteactæ vitæ conuitium. Quintil.lib. 7.cap.3.
Aurium conuitio extorquere veritatem alicui. Cic.in Orat.
Fœdissimum. Sueton. in Augusto, Hunc fœdissimo conuitio coram prosciderunt. Hoc est, probrosis contumeliis incesserunt, infamauerunt, lacerauerunt.
Linguæ stolidæ conuitia. Ouid.13.Metam.
Quotidianum. Quintil.Tryphon.
Rustica. Ouid.14.Metam.
Stridula cicadarum. Ouid.ad Pisonem.
¶ Defessæ conuitio aures conquiescant. Cic.pro Arch.poeta.
Abstinere conuitio. Quintil.lib.7.cap.3, Eoque satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus aut friuolis aut manifestè falsis reum incessere.
Addere conuitia. Ouid.6.Metam.
Adiicere conuitia facto. Id est vltra illud quod malè aliquem tractaueris, etiam conuitiis & contumeliis incessere illum. Ouid.6. Metamorph.
Conuitiis & sibilis consectari aliquem. Cic.Attic.lib.2.
Dicere conuitium. Plaut.Asinar.16,
-faxo vt scias
Quid periculi sit dotatæ vxori conuitium dicere.
Efflagitare conuitio aliquid. Cic. Qu.frat.lib.2.
Facere conuitium. Terent.Adelph.2.1,
Ante ædes non fecisse erit melius hic conuitium.
Deformia conuitia facere ac mereri. Quintil.lib.6.cap.4.
Graue conuitium alicui facere. Cic. Att.lib.16.
Honestus vir inferioris conuitium fert. Quintil.lib.6.cap.2.
Fundere in aliquem. Ouid.13.Metam.
Clamore conuitióque iactari. Cic.Lentulo, lib.1.5.
Ingerere alicui. Horat.1.Serm.sat.5.
Pati ab aliquo. Vlpianus in l. 1. §. Cùm patronus D. De officio præfecti vrbi.
Proscindere aliquem conuitiis. Plin.lib.33.cap.1.
Respondere conuitio. Cic.pro Domo.
Sustinere quotidianum conuitium. Cic.pro Quintio.
Verberare conuitio os alicuius. Cic.in Pisonem, Si os tuum ferreú Senatus conuitio verberari noluisti.
Vomere conuitia. Auienus in Virgine,
Non vt fessa virûm repararet gaudia vultu,
Sed crepula vt latè vomeret conuitia voce.
Vrgeri conuitio alicuius. Cic.4.Academ.
¶ Conuitium, pro strepitu & turba. Cic.pro Archia, Quia suppeditat nobis vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ conquiescant.

Conuitior, conuitiaris (λοιδορέω) conuitiari, Deponens, Conuitium dicere. Quintilianus libro 3, Contrà sententibus inhumanè conuitiabantur.

Conuitiator, pen.prod. Verbale (λοίδορος) Qui conuitium dicit vel facit. Cic.in Sallust. Si de mea vita atque actibus huic conuitiatori respondero.
Maledicus conuitiator. Cic.pro Murena, Si verè obiicitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici conuitiatoris.

Conuiuo, conuiuis, pen.prod. conuixi, conuictum (συμβιόω, συζάω) conuiuere, Viuere, vel simul viuere & comessari. Plaut.Amph.15, Misisti ad nauim Sosiam, vt hodie tecum conuiueret? Quintilianus libro 1.capite 12, Lauamur, & tondemur, & conuiuimus ex consuetudine.
Conuiuere cum adolescentibus. Quintil.lib.5.cap.9.
Conuiuere alicui. Quint.lib.19.cap.1, De omnibus ætatis suæ, quibúsque conuiuebat, silentium egit.

Conuiuor, pen.prod. conuiuaris (εὐωχοῦμαι, συμποσιάζω) conuiuari, Deponens, Conuiuium facere. Terent.Heaut.1.2,
Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier.
Conuiuari de publico. Cic.5.Verr. Quotidie solitum esse non solùm in publico, sed etiam de publico conuiuari.
Conuiuare, pro Conuiuari. Ennius sat.lib.1,
Magno hercle suo malo conuiuat sine modo. Nonius.

Conuiuium, conuiuij (δεῖπνον, εὐωχία, συμπόσιον.) Cic. de Senect. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt, melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.
Arcta conuiuia dicuntur, vbi arctè discumbitur. Horat.1.epist.5.
Candida. Propert.lib.4.eleg.6, Candida nunc molli subeant conuiuia luco.
Celebre. Auson. ectione prima, De verbis Rufi rhetoris.
Fœda. Ouid.1.Metam.
Instructa. Vide INSTRVO.
Lautissima. Vide LAVTVS.
Moderata. Cic.pro Murena.
Oppiparè apparata. Cic.3.Offic.
Regalia. Quintil.lib.1.cap.10.
Inter secreta conuiuij. Tacit.lib.18.
Sumptuosa. Mart.lib.1.epigr.67. in Calenum auarum,
Vt conuiuia sumptuosiora
Toto quæ semel apparas in anno.
Tempestiua. Cic.pro Archia.
Vinosa. Ouid.3.Amorum, eleg.1,
Nequitiam vinosa tuam conuiuia narrant. Hoc est, vinosi & ebrij conuiuæ.
Conuiuij fat est, modò nostra huc amica accedat. Plautus Sticho 14.
¶ Accersere in conuiuium. Terent.Eunuch.4.1.
Agere conuiuia. Cic.pro Cælio, Baiis acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauiga iactant.
Agitare. Ouid. 7. Metam.
Celebrare. Silius lib.11.
Concelebrare. Cic.de Petit.Consul.
Conditor instructórque conuiuij. In CONDIO.
Mutua inter se conuiuia curare. Virg.1.Georg.
Ducere Baccho, Id est multo vino. Tibul.lib.1, eleg.9.
Ducere aliquem in conuiuia. Ouid.3.de Arte aman.
Exhilarare. Sil Ital.lib.11,
Quinetiam exhilarare viris conuiuia cæde
Mos olim, & miscere epulis spectacula dira. De gladiatoribus loquitur, qui conuiuiis adhibebantur, mutuis vulneribus sese consectari.
Facere lauta conuiuia. Catul.epigr.44.
Fiunt conuiuia plena mensa. Propert.lib.2.eleg.17.

Hilarare Baccho.Virg.5.eclog.
Implere conuiuia dictis, Id est narratiunculis,vel confabulationibus conuiuium absoluere.Ouid.13.Metam.
Inire, hoc est Ingredi. Tacit.lib.3,Si conuiuium,si spectaculum simul inissent,pro crimine accipi.
Missum conuiuium.In MITTO.
Obscœnis canticis conuiuium obstrepit.Quint.lib.1.cap.2.
Ornare & apparare.Cic.6.Verr.
Parare.Virg.1.Æneid.
Retrahere se à.Celsus lib.5.cap.9.
Repetita conuiuij lætitia. Tacit.lib.13.
Ad conuiuium ruere,pro Irruere.Tacit.lib.18.
Struere.Tacit.lib.15.
Turbare.Ouid.12.Metam.
Versari in conuiuiis.Cic.pro Quintio.

Conuiua,conuiuæ,pen.prod.com.gen. { σύσσιτος, συμπότης, δαιτυμών, συμπόσιος } Qui ad conuiuium vocatus est.Terent. Heaut.1.1,
-egomet conuiuas moror.
Auidi conuiuæ.Horat.1.Serm.sat.5.
Comis.Horat.2.Serm.sat.8.
Dulcis.Propert.lib.3.eleg.7,
Viueret ante suos dulcis conuiua penates.
Ebrius.Ouid.5.Fast.
Facetus.Iuuen.sat.9,paulo pòst initium,
-conuiua ioco mordente facetus.
Frequens.Ouid.2.Amorum,eleg.5.
Gratus.Horat.2.Serm.sat.2.
Hilari & bene accepti.Cic.Att.lib.16.
Lætus.Horat.2.Serm sat.6.
Madidus,Id est bene potus.Mart.lib.9,
Æstuet vt nostro madidus conuiua ministro.
Plenus.Lucret.lib.3.
Satur. Horat.1.Serm.sat.1.
Serus.Vide SERVS.
¶Abducere sibi aliquem conuiuam. Terent.Eunuch.3.1, Tum me conuiuam solum abducebat sibi.
Agere conuiuam lætum.Horat.2.Serm.sat.6.
Soluere conuiuas, Id est dimittere.Ouid.6.Fast.
Torquere conuiuas.Mart.lib.11.epigr.57,
Conuiuas niueo torserat ore puer.
Vocare conuiuam.Plaut.Asin.13,
Voces conuiuam neminem:illam tu voces.
Conuiuis immines annotator.Vide IMMINEO.

Conuiuator,pen.prod. Verbale { συμποσιάρχης, ἑστιάτωρ } Qui ad conuiuium inuitat,vel qui conuiuium facit & apparat. Liu.5.bel.Maced. Est autem res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei,hominis & boni, & sciti conuiuatoris, apud quē solstitiali tēpore comiter accepti,&c. Horat.2.Serm.sat.8,
Sed conuiuatoris,vti ducis,ingenium res
Aduersæ nudare solent,celare secundæ.

Conuictor, conuictoris { ὁμόσιτος } Qui comedit & bibit nobiscum familiariter. Sueton.in Tiberio,cap.56, Nihilo lenior in conuictores Græculos.
Conuictorem esse alicui.Ouid.4.de Ponto,eleg.3,
Ille ego conuictor,densóque domesticus vsu.
Familiares & quotidiani conuictores. Cic. Tironi,lib.16.21, Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit,&c.

Conuiualis,& hoc conuiuale,pen.prod. { συμποτικός } Quod pertinet ad conuiuium. Liu.9.bel.Maced. Tunc psaltriæ,sambucistriæque,& cōuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Idem,Multáque conuiualia ex auro & argento vasa.
Fabulæ conuiuales. Tacit.lib.5.
Lætitia conuiualis.Macrob.lib.7.Satur.cap.1.

Conuictus,huius conuictus,masc.gen. { συμβίωσις } Conuersatio & commercium:quòd qui vnà versantur, sæpe etiam vnà viuant & epulentur.Colum.lib.11.cap.1,In primis conuictum domesticum,multóque etiam magis externum vitet.
Conuictus & cōsuetudo. Lucceius Ciceroni lib.5.14,Vt istis te molestiis laxes,& ad conuictum nostrum redeas,& ad consuetudinē vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam.
Conuictus humanus,& societas.Cic.3.Offic.
¶Conuictus,pro Ipso viuendi & epulandi ritu.Mart.lib.10,
Conuictus facilis,sine arte mensa. Hoc est,nihil habet in communi ritu deliciarum.
Conuictum habere cum aliquo. Colum.lib.1.cap.8. Hoc est cum aliquo commercium habere.

Conuoco,conuocas,pen.corr. { συγκαλῶ } conuocare, Simul vocare, congregare.Plaut.Mostel.15, Capio consilium, vt Senatum congerronem conuocem.
Conuocare ad se. Cic.3.Offic.Piscatores ad se conuocauit.
Conuocare ad societatem vitæ.Cic.1.Tuscul.Aut qui dissipatos homines congregauit,& ad societatem vitæ conuocauit?
Conuocare in animum consilia.Plaut.Milit.5.
Conuocare in corde consiliarium de re argentaria. Plaut.epist.3.
Conuocare concilium.Cæsar 3.bel.Gall.Concilio celeriter conuocato, sententias exquirere cœpit.
Conuocare populum in tribus. Cic.3.de Legib. Descriptus enim populus censu,ordinibus,ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilij,quàm fusè in tribus conuocatus.
Conuocare in concionem, & ad concionem. Cicero 3. de lege Agrar.

Conuocatio, Verbale { σύγκλησις } Cic. Post reditum in Senat. Nulla ad Remp.defendendam Pop.Romani conuocatio.

Conuolo, conuolas, penultima correpta { συμπέτομαι } conuolāre, Simul volare.
¶Conuolare,pro Festinare,per translationem.Cic.3.Tuscul.Et illi quidem pugnant,& quidem vicinorum fidem implorat: multi autem sunt qui statim conuolent.
Conuolare ad Rostra. Cic.pro Rabir.Posth.
Conuolarunt ex Italia ad me reuocandum.Cic.pro Domo.
¶Conuolare,pro Animum adijcere. Paulus in l. Si pluribus. D.de leg.1.Siquidem euidentissimè apparuerit,ademptione à priore legatario facta,ad secundum legatum testatorem conuolasse.

Conuoluo,conuoluis,conuolui, conuolutum { συνελίσσω } conuoluere,Simul voluere.Plin.lib.12.cap.17. Atque attractis funiculis herbam eam conuolui, atque ita offas fieri. Cic.2. de Nat.deor. Quem propter nitens pennis conuoluitur ales.
Conuoluere in offas.Plin.lib.12.cap.9, Nigrum verò bdellium,& in offas conuolutum,adrobolon vocant.
Conuoluuntur in semet dracones. Plin.lib.10.cap.72.
Serpens conuoluit lubrica terga.Virg.2.Æneid.
Mare conuoluit gentes.Lucan.lib.5.
Conuoluere verba magno cursu,Est profundere, ita vt conglomeres.Seneca epist.40,Aud. isse te scribis Serapionem philosophum,quū istuc applicuisset,solere magno cursu verba conuoluere:quæ non effundit vnà,sed premit & vrget.

Conuoluens,Particip. { συνελισσόμενος } Cicero 1.de Diuinat. Quum se conuoluens Sol elaberetur & abiret.

Conuoluolus,pen.corr. { ἴψ } Vermiculus corrodens vites,qui & Volucrox etiam dicitur. Plin.lib.17.cap.28, Simili modo ne conuoluolus fiat in vinea, amurcæ congios duos decoctos in crassitudinem mellis,&c.
¶Conuoluolus, Est etiam herba. Plinius lib. 21.cap.5, de lilio loquens, Est flos non dissimilis illi in herba quam Conuoluolum vocant,nascens per fruteta,nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, & veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis.

Conuoti, Dicebantur iisdem votis obligati.Festus lib.3.

Conus,coni,m.g. { κῶνος } Dicitur curuatura quæ in summitate galeæ prominet,super quam cristæ sunt,inquit Seruius. Virgil.3.Æneidos, Et conum insignis galeæ,cristásque comantes.
Acumen coni. Lucret.lib.4.
Decus. Silius lib.4.
Picto cono nutantia capitum tegmina. Ouid.3.Metam.
Angustus.Lucret.lib.4.
Gloria ardua coni.Stat.lib.8.
¶Conus,Fructus pini arboris in acumen desinens, Strobilos aliis dicitur.Ruellius lib.1.cap.112,Græci, vt testatur Galenus, pineas nuces, conos & strobilos appellant. Seruius sic ait, Conus dicitur fructus cupressi:& ipsa,conoides est.
¶Conus à Græcis dicitur vel pyramis, vel meta siue inuersus turbo. Cic.2.de Nat.deor.Conum tibi ais & cylindrum,& pyramidem pulchriorem quàm sphæram videri.
¶Conus,figura est ex lato in acutum desinēs,quæ turbini contraria est. Nam Eucl.1.Elem.ait,Conus est figura, quæ conuerso circum quiescens alterum latus eorum quæ rectum angulum continet, orthogonio triangulo continetur,quum in eundem rursus locum illud triangulum restitutum fuerit,vnde moueri cœperat.

Conifer,pen.corr. Adiectiuum { κωνοφόρος } vt,Conifera arbor, quæ conos fert.Virg.3.Æneid.Conifera cypa issus.
Apices coniferi.Claud.3 de Raptu Proserpinæ.

Coniger, pen. corr. Aliud adiectiuum { κωνοφόρος } vt, Pinus conigera, Cat.in Argon.

Conoides, conoidis, penult.prod. { κωνοειδής } Quicquid est coni figura.Vnde cupressus fœmina, conoides dicitur: nam à rotunditate in acumen leuatur,vt ait Seruius. Mas verò spargit extra se ramos, depurattúrque,& vitem accipit.

Conisco,coniscas { κυρίττω } coniscare, Frontem fronte percutere, arietare: quasi conis conuersis capita quatere.Quintil.lib.8.cap.3,Caput opponis cum eo coniscans. Lucret.lib.2,Et satiati agni ludunt, blandéque coniscant.

Conuulnero,conuulneras,penult.corr. { συντραυματίζω } conuulnerare, Hoc est multis vulnerib' afficere. Plin.Iun.in Paneg.Neque vt antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam conuulnerandam præbeant punctis,& notas suas rideant. Plin.lib.11.cap.37, Ipse conuulneratus,& captus semel per cauernam latomiarum euasit.

Conuulsio,Conuulsus,Vide CONVELLO.

Conyza,huius conyzæ { κόνυζα } Herba quæ & cunilago dicitur.Plin. lib.21.cap.9.Vulgò appellatur *Pulicaria*.

C O O

Coolesco, coolescis, coolescere, Concrescere, & conglutinari. Lucret.lib.6,
Saxa vides primùm sola coolescere calce. Sic enim est legendum, non vt vulgus putat coalescere.Lambinus.

Coonero,cooneras,pen.corr.coonerare, Simul onerare.Tacit.in lib. de morib.German.vbi de Cattis verba facit, Omne robur in pedite, quem super arma ferramentis quoque & copiis coonerant.

COONS, Homero lib. Iliad.11, primogenitus filiorum Antenoris, qui quum Iphidamantis fratris mortem ab Agamemnone illatam vindicare vellet, mediam Agamemnonis manum subter cubitum lancea transfixit:quam rem indignatus,eum confodit, moribundóque caput supra corpus fratris præcidit.

Cooperio,cooperis,pen.corr.cooperui,coopertū { συγκαλύπτω } cooperire, Tegere.vt,
Coopertum telis corpus.Liu.8.ab Vrbe.
Coopertus terra.Plin.lib.10.cap.54. Scitum de quodam vini potore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta terra fœtum ederent oua.
Pannis cooperta membra.Lucret.lib.6.
Cooperire aliquem lapidibus, pro Lapidare. Liu.4.ab Vrbe, Eo indignatio

indignatio erupit, vt Tribunos militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus. Cic.3.Verr. Quem iste collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro. Id est obrutus.

Coopertus sceleribus. Cic.3.Verr. Qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum iurati sententia sua liberarent.

Coopertus miseriis. Sallust. in Iugurtha, Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseriis, effecit, vt vbiuis tutius quàm in meo regno essem.

Coopertus famosis versibus. Horat.2.Serm.satyr.1.

Cooperculum, pen.corr. {πῶμα} Quo quid cooperitur. vt, Cooperculum doliorum. Plin.lib.14. cap.21. Legitur & operculum ex vetusto exemplari.

Coopto, cooptas {συγκαθίστημι} cooptare. Est eligere inter pares, aut ferè pares, authore Valla lib.5.cap.60. vt, Milites cooptant quem volunt ducem. Cic.de Lege Agraria, Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur.

Cooptare in collegium & in ordinem. Cic.de Claris Orat.

Cooptari in locum alterius. Liu. 10. bel. Maced. Triumuir epulo Q. Fuluius M. F. in locum eius Triumuir cooptatus. Hoc est, suffectus, & quodammodo receptus ac comprobatus.

Cooptare Senatores, & Senatum. Cic.4.Verr. Et 2.de Diuinat.

Cooptare sibi collegam. Sueton.in Augusto.

Cooptatio, Verbale {συγκατάστασις} Cic. 3 de Legib. Neminem in summũ locum nisi per populum venire, sublata cooptatione Censoria.

Cooptatio in patres. Liu.4.ab Vrbe.

Coorior, cooriris, pen.prod. vel cooreris, pen.corr. coortus sum {ἐπανίσταμαι} cooriri, Simul oriri. Plin.lib.11. cap.10, Si cooriatur procella, apprehensi ponduscuIo lapilli se librant. De apibus loquitur. Cæsar 1.bel.Ciuil. Tanta enim tempestas cooritur, vt nunquam, &c.

Bellum coortum. Liu.9.bel.Pun.

Febris coorta est superante bili. Lucret.lib.4.

Fulgore coorto fulserunt flammæ. Lucret.lib.1.

Mare coortum sæuit. Lucret.lib.5.

Coorta pestilentia. Liu.4.ab Vrbe.

Seditio coorta est in populo. Virgil.1.Æneid.

Tempestas coorta est. Cic.3.Verr. Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ.

Ventis coortis commiserat se vnda. Ouid.11.Metam.

¶Cooriri, Inuadere in hostem. Plin.lib.8.cap.16, Generositas maximè in periculis deprehẽditur: non in illo tantummodo, quòd spernens tela, diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur, cooritúrque non tãquam periculo coactus, sed tanquam amentiæ iratus. De leone.

Procella cooritur. Plin.lib.11.cap.10.

Coorti ad bellum. Liu.4.ab Vrbe, Volscos & Æquos fama affertur, summa vi ad bellum coortos.

Coorti in pugnam. Liu.1.bel.Pun. Qui si valles occultiores insedissent, coorti in pugnam, repentè ingentem fugam, stragémque dedissent.

COOS, siue Cos, siue Coum, siue Co {κῶος, κῶς} Insula in mari Ægæo, seu, vt quidam aiunt, in Icario. Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu iucundissima iis qui eò nauigabant. Ambitus eius quingẽtis, & quinquaginta stadiis clauditur, tota fertilis, & optimo vino abundans. ¶Est & vrbs eo nomine antiquitus Astypalea vocata. Dicta à Coo Meropis filia quæ ibi regnauit. Strabo scribit nouem gentes & quinque millia oppidorum esse, quorum nullum sit minus Coo Meropide. Nunc vulgò dicitur *Lango*.

Cous {κῷος} Adiectiuum, priore syllaba prod. vnde Hippocrates medicus diuinus, & Apelles pictor egregius, Coi dicti sunt, quũ in ea nati perhibeantur. Ouid.in Arte,

Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles. In primitiuo prima corripitur. Papinianus,

-hunc ipse Coo prudente Philetas. In suburbano Coi, Æsculapij templum fuit valde insigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quæ postea Iulio Cæsari Romæ dicata est. Sunt qui dicãt apud insulam fieri vestes tenuissimas ad fœminarum ornamentum, vnde Ouidius in Arte,

Siue erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus.

Siue erit in Cois, Coa decere puta. Vide Plinium lib.5.cap.31. Et lib.29.cap.1.

C O P

COPAE, Coparum, Vrbs Bœotiæ. Strabo libro 9, Indicio huic rei est Cephisus maximè lacum Copacidem implens. Nam quũ lacus ipse crescit, ne Copæ vrbs demergantur discrimen ingruit: quod & poeta nominatim ait. Et ab ea ciuitate lacus ipse nomen adipiscitur. Iuxta lacum terræ hiatu facto penes Copas alueum sub terra ad stadia XXX. reserauit, quo receptus est fluuius. De hoc meminit & Plinius lib.4.cap.7.

COPHANTVS, Mons est semper ardens apud Bactros Indiæ populos, vt est apud Plinium, lib.2.cap.106.

COPHES, Asiæ fluuius est in India. Pomponius lib.3, Indus ex monte Paropamiso exortus, & alia quidem flumina admittit: sed clarissima Cophen, Acesinen, Hydaspen, conceptámque pluribus alueis vndam lato spatio trahit.

Cophinus, cophini, pen.corr. {κόφινος} Vas rusticum vimine contextum, à leuitate dictum à Græcis, Priscianus corbem interpretatur. Iuuenal. satyr. 6, Quum dedit ille locum cophino, fœnóque relicto. Columel.lib.11. cap.3, Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat.

Copia, copiæ {ἀφθονία} Abundantia. Cic.in Parad. Etenim diuitiarum est fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia.

Abundantia & copia. Cic.de Amic.

Circunfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia viuere. Cic.de Amicit.

Locuples & pecuniosus copiis rei familiaris. Cicero pro Quint. Roscio.

Opes copiæque. Cic.Cassio, lib.12.7, Sic statuebam, omnes quæ in istis partibus essent opes copiæque, tuas esse.

Opibus & copiis maximéque virtute præditum esse. Cicero de Amicit.

Ingurgitare se in copias alicuius. Vide INGVRGITO.

Rationes & copias in aliquam prouinciam conferre. Cicero pro Lege Manilia, Nam & publicani homines & honestissimi & ornatissimi suas rationes & copias in illam prouinciam contulerunt.

Vbertas in dicendo & copia, cui opponitur Exilitas. Cicero 1. de Oratore.

Torrens dicendi copia. Iuuenal.satyr.3.

Vbertas, varietas, copia dicendi. Cic.pro Corn.Balbo.

Omnium rerum affluentibus copiis. Cic.2.Offic.

Copiis locuples Resp. Cic. Attico, lib. 8, Moderatori Reipubl. ciuium vita proposita est, vt opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit.

Pro copia. Plaut. Trucul.4,

-nunc vicissim volo habere

Aratiunculam pro copia apud vos.

Pro copia, Quod vulgus *secundum possibilitatem* dicit. Plaut.Merc.9,

-facere certum

Pro copia & sapientia, quæ te velle arbitrabor.

Copia agri, vectigalium, pecuniæ, cui opponitur Penuria. Cic. 2. de Inuent.

Copiæ amicorum. Cic.pro Quintio, Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Id est paucos habet amicos: vel amici eius non sunt admodum diuites.

Argumentorum copia. Lucret.lib.1.

Auxilij. Terent.Andr.2.1,

Neque pol consilij locum habeo, neque auxilij copiam.

Causæ. Cic.pro Rosc.Comœdo, Sed ego copia & facultate causæ confisus, vide quò progrediar.

Cordis. Plaut.Epid.9,

Igitur perspicere vt possint cordis copiam.

Frugum copia, & Inopia, contraria. Cic.pro Domo sua.

Lactis. Virgil.eclog.1.

Orationis abundare. Cic.2.de Orat.

Rei frumentariæ aduectare. Tacit.lib.5.

Rerum copia, verborum copiam gignit. Cic.3.de Orat.

Vitæ copia deficit illis. Lucret.lib.6.

Ex copia rerum, consilium trahere. Sallust. in Iugurtha, Tum ex copia rerum cõsilium trahit: atque vti suis receptui locus esset, colles duos inter se propinquos occupat.

Beata Copia pleno cornu. Horat. in Carm.secul.12, Quasi corporalem deam hic accipe Copiam, vtique rerum omniũ abundantiam. Porphyrius.

Cassa verborum. Lucret.lib.4. Id est vana.

Facilis. Propert.lib.1.eleg.9,

Quid si non esset facilis tibi copia?

Fastidiosa. Horat.3.Carm.ode 29.

Festiua librorum. Cic.Attico, libro 2, Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antij festiuam copiam.

Larga quidem semper Drance tibi copia fandi. Virgilius libro 11. Æneid.

Mala, Id est nimia & noxia. Horat.2.Serm.satyr.2.

Mirabilis dicendi. Cic.in Topic.

Opulenta manabit benigno cornu. Horat.1.Carm.ode.17.

Stipata rei alicuius. Lucret.lib.2.

¶Copia {σιτία} pro Commeatu seu annona. Tacit.lib.15, Contráque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem.

¶Copia {πλῆθος, δύναμις} vel Copiæ, tam in singulari, quàm in plurali significat Multitudinem vel exercitum. Terent.Eunuch.4.6, Militem secum ad te quantas copias adducere? Sic.Liu.1.ab Vrbe, Copias in aciem educere. Cn.Magnus Marcello & Lentulo COSS. in epist.ad Atticum, lib.8, Idcirco ad L.Domitium literas misi, primùm vt ipse cum omni copia ad nos veniret.

Copiæ in arctum coactæ. Terent.Heaut.4.2,

Ita hac re in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ.

Pedestres. Vide PEDESTER.

Naualis. Tacit.lib.4.

Abundare copiis. Cic.ad Brutum.

Armare. Sallust.in Iugurtha.

Comparare. Cic.Cassio, lib.12.5.

Contrahere. Cic.ad Atticum, 8.

Disposita classiariorum copia. Tacit.lib.4.

Educere. Cæsar 1.de bel.Gall.

Expedire. Tacit.lib.13.

Exponere. Liu.de bel.Pun.

Habere. Cic.Famil.12.

Imminuere. Cic.Appio, lib.3.3, Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias quas habuisti, quàm minimum imminueris.

Instructiores peditum copiæ. Vide INSTRVO.

Minuere. Lepidus Ciceroni, Famil.11.

Parare. Tacit.lib.10.

Profligare. Cæsar 4.de bel.Ciuil.

Transponere. Vide TRANSPONO.

¶Copia, pro Multitudine hominum. Cic.pro Murena, Tenuiorũ, & amicorum non occupatorum est ista assiduitas, quorum copia bonis & beneficis deesse non solet.

¶Copiarum nomine interdum diuitiæ, plerunque exercitus, nonnunquam totum intelligitur quantuncunque possumus siue authoritate, siue gratia. Cic. Attico, lib.4.epist.2. sub finem, Quorum studiis ego, & copiis, facilè essem omnia consequutus.

¶Copiæ,pro Rebus necessariis. Plin. Iunior,lib. 1. cap. 17.Suggerunt affatim ligna, proximæ syluæ : cæteras copias Ostiensis colonia ministrat.

Copiam aliam quærere. Terent.Heaut.5.1,
Nequam aliam quærat copiam,ac te deserat. Hic videtur significare facultates & necessaria ad sumptum faciendum. Dicit enim paulo pòst,
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus,&c.

Hoc copiarum,pro Hæ copiæ. Liu.lib.1.Decad.5, Hoc copiarum cum Prætoribus nouis in Hispanias portatum est.

¶Copia,Facultatem etiam significat,& potestatem aliquid faciendi,& iungitur plerunque cum hoc verbo Facio vel Do.

Copiam dare alicuius rei.Terent.in prol.Heaut. Tacit.lib.14. de Nerone loquẽs,Vetus,inquit,illi copia erat curriculo quadrigarum insistere.

Dicendi facultas & copia.Cic.2.Verr.

Data copia fandi.Virgil.1.Æneid.

Dare copiam existimandi aliquid.Terent.Heaut.2.3,
Vbi de improuiso est interuentum mulieri:
Nam ea res dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ vitæ consuetudinem.

Copia est quæ volumus.Sub. eorum. Plaut.Capt.5. Id est, habemus quæ cupiebamus.

Copia est, vt pedem efferamus ex ædibus. Plaut.Bacchid.8. Et apud Terentium in Heaut.2.3,
Nam apud patrem tua amica tecum sine metu vt sit, copia est. Id est,tu potes,patérque sinet,vt,&c.

Copia est illi in otio viuere. Sallust. in Catil. Quibus in otio, vel magnificè vel molliter viuere copia erat, incerta pro certis, bellum quàm pacem malebant. Id est qui poterant.

Copia vix fuit eum adeundi.Plaut.Milit.18.

Copia est mihi.Terent.Phorm.1.3,
Vt neque mihi eius sit amittendi,nec retinendi copia.

Rara copia videndi aliquem. Tibul.lib.2.eleg.3.

Cunctandi copia non est.Plaut.Epid.3.

Copiam facere conueniendi alterum.Plautus Capt 12. Sic apud Liu.lib.4. ab Vrbe, Postero die iam militibus castra vrbémque se oppugnaturos frementibus,ni copia pugnæ fiat.

Copiam facere consilij sui.Cic.3.de Orat. Sic apud Plinium Iun. libro 6. epist. 26, Ne ego quidem indignus, cui copiam scientiæ tuæ facias.

Copiam facere argenti.Plaut.Curcul.7.

Copiam efficere alicui ad aliquam amicam.Plaut.Milit.10.

Bonam copiam iurare.Varro de Lingua Latina,lib.6. non procul à fine,Nexum Manilius scribit omne quod per libram & æs geritur, in quo sint mancipia. Paulo pòst, Liber qui suas operas in seruitutem dabat,pro pecunia quam debebat,dum solueret,nexus vocatur, vt ab ære obæratus. Hoc C. Popilio authore, Sylla Dictatore sublatum ne fieret : & omnes qui bonam copiam iurarent,ne essent nexi, dissoluti. Sensus est,vt P.Manutius exponit : Debitores nonnulli pro pecunia quam debebant,operas suas in seruitutem dabant, dum soluerent. Id Sylla Dictator sustulit : voluítque vt ij bonam copiam iurarent : id est, vt sui facultatem creditoribus semper esse facturos iuramento promitterent. Cic.ad Pætum, libro 9. epist. 17, Tu autem quòd mihi bonam copiam iures,nihil est. Alij legunt, eiures, id est iures non posse præstare. Sic & apud Varronem,eiurarent.

¶Copi, pro Copioso, à veteribus dictum, vt annotat Nonius ex Plaut. Pseudolo,
Atque ego nũc vt gloriosum faciã, & copi pectore. Idẽ Bacchid.5,
Vt amantem herilem copem facerem filium. Pacuuius Periboea,O multimodis variè dubium & prosperum copem diem. Qui loquendi modus à communi vsu iam recessit. Hinc Copona primùm, deinde Caupona, taberna vinaria, propter copiam rerum quæ ibi venduntur,& ipsa etiam cauponis vxor.

Copiola, pen.corr. {δυναμίδιον} Diminutiuum. Brutus ad Ciceronem, libro 11. 13, Recurri ad meas copiolas : sic enim eas verè appellare possum sunt enim extenuatissimæ,& inopia rerum omnium pessimè acceptæ.

Copiosus,pen.prod. {ἄφθονος} Adiectiuum, Abundans,diues.Cic.3.Ver. Magnificè & ornatè,vt erat in primis inter suos copiosus, cõuiuium comparat.

Vrbs celebris & copiosa.Cic.pro Archia.

Amplum & copiosum patrimonium.Cic.pro Sex.Rosc.

Lautum & copiosum patrimonium.Cic.pro Rabirio Posth.

Copiosa planè,& locuples mulier.Cic.1.Verr.

Copiosum Senatusconsultum.Plin.Iunior,lib.8.epist.6.

Tenuis & Copiosus victus, contraria. Cic.3. Tuscul. Tenuem victum antefert copioso.

¶Doctus & copiosus homo,& paratus.Cic.4.Acad.

Copiosus homo ad dicendum,& in dicendo.Cic.pro Cecinna.

Rebus omnibus ornatus & copiosus.Cic.2.in Catil.

Copiosa disputatio.Cic.4.Acad.

Copiosa & elegans oratio.Cic.1.de Finib.

Multa, varia, & copiosa oratio.Cic.2.de Orat.

Fieri copiosiorem legẽdo aliquid.Cic.Attico,lib.13,Multa de meo Catone,quem sæpissimè legendo se dicit copiosiorem factum.

Copiosissimum ingenium. Plin. Iunior, lib. 9. epist. 2,Illi enim & copiosissimum ingenium,& par ingenio materia.

Copiosus caprarum.Solinus,Ager Creticus syluestrium caprarum copiosus est.

Copiosus re cibaria.Gell.lib.7.cap.1.

Copiosè,Aduerbium {ἀφθόνως} Abundanter. Cic.de Senectute, Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re familiari.

Copiosè & abundanter loqui de re aliqua.Cic.2.de Orat.

Largè & copiosè. Cic.2.de Nat.deor.Pastum autem animantibus largè & copiosè natura eum qui cuique aptus erat,comparauit.

Neque sententiis solùm copiosè, sed verbis etiam ornatè dicere. Cic.1 de Nat.deor.

Subtiliter & copiosè differere.Cic.pro Flacco.

Compositè,ornatè,copiosè eloqui Cic.1.de Orat.

Grauissimè & copiosissimè dicere.Cic.1.Offic.

Copiosè aliquò proficisci. Cic.3. Verr. Nam Malleolus in prouinciam sic copiosè profectus erat, vt domi prorsus nihil relinqueret. Id est cum tanta opulentia.

¶Copiosè ornatus,& honorificè acceptus.Cic.6.Verr.

Copiosè reorum causas defendere.Cic.4 Verr.

Copiosissimè causam defendere.Cic.pro Cluentio.

Copiosissimè nasci dicitur herba.Plin.lib.19.cap.5.

Copiarius, copiarij, Dicitur qui magistratibus præbendam, & corũ familiæ præstabat, publicè conducta ei qui peregrinantes principes & magistratus sectabatur,vinum cibariáque vendens. Turnebus.

Copior,copiaris,copiari,Castrense verbum est,pro Copia instrui & augeri. Gell. lib. 17. cap. 2. de verbis Quint. Claudij annalium primo cursim in legendo notatis,Et Romani multis armis & magno commeatu prædaque ingenti copiantur : quod verbum haud facilè reperias apud ciuilium causarum oratores : exque eadem figura est qua lignantur,& pabulantur,& aquantur.

Copo,coponis,postea dictus est caupo {κάπηλος} Martial.lib.13.11,
Hæc ego coponi,non tibi dona dedi. Cicero pro Cluentio, Atque etiam, vt nobis renunciatur hominem multorum hospitum, A. Binnium quendam coponem de via Latina, subornatis qui sibi à Cluentio, ferulisque eius in taberna sua manus allatas esse dicat. Vide CAVPO.

Copona,huius coponæ,pen.prod. {καπηλεῖον} Taberna,inquit Festus,à copiis dicta. Item ipsa mulier quæ tabernæ præest.

COPONIVS Quintus, Vir Romanus, qui ambitus damnatus est, quia vini amphoram dedisset dono ei,cuius suffragij latio erat. Plin. libro 35. cap. 12. ¶Commemoratur & alter Coponius statuarius ab eodem Plinio,quem à Varrone laudatum asserit,eiúsque opera quædam enumerat. Vide lib.36.cap.5.

COPRATAS {κοπράτας Straboni} Persidis fluuius est, vt videre licet lib.eius Geogr.15.

Copreus,coprei,Stercorarius. Suetonius, Interdum ferula flagróve velut per ludum excitabatur, à copreis solebant & manibus stertentis socci induci,Id est stercorariis : vt Græco verbo Tranquillum vsum opinemur ob rei fœditatẽ, quòd stercore obliti eius manibus socci inducerẽtur,vt & si diritate odoris non expergisceretur,tamen ab aliis experrectus, sibi alui profluuio faciem oblineret, eam soccis defricans. Sic restituit Turnebus, & verè.

Copta,huius coptæ {κόπτη} Martial.lib.14.epig.68,
Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam quam tibi misit,edat. Copta,genus panificij fuisse videtur, cui quædam quæ tunderentur, vt ipsum vocabulum indicat, miscerentur : vt nuclei pinei, amygdalæ : sed omnino durissima afferebatur Rhodo, vt è Martialis ioco intelleximus. Coptæ meminerunt medici, vt Trallianus Alexander his verbis, Τοῖς ἀρτηρίοις τῶν συμφέρει μάλιστα τὰ σησαμίδια, μὴν ῥυμίον, ἢ κοπτάριον, ἢ ἀμυγδάλων ἄνθη, ἀλλὰ μὴν πλακούντων, ἢ κόπτη. Et Oribasius κοπτάριον purgans facit è simila, nucleis pineis, dactylio, pipere, melle despumato : & alterum è simila, scammonia, nucleis pineis, pipere, melle.

COPTITES, Vna est ex Ægypti nomis, quas præfecturas vocant, vt author est Plin.lib.5.cap 9.

COPTVS {κόπτος} Oppidum Thebaidis, commune Ægyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes,è quibus eruuntur Smaragdi. Iuuenal.satyr.15,
Gesta super calidæ referemus mœnia Copti.

Copula,huius copulæ,pen.corr. {σύνδεσμος,συμπλοκή} significat Nexum siue vinculum. Plaut.Epid.13,Quæritant me,in manibus gestant copulas secum, subueni. Ouid.7. Metam. Copula detrahitur canibus. Id est vinculum colli. Copula, Quæ copulat,id est coniungit:quales sunt apud Grammaticos,&,que,& huiusmodi encliticæ,quæ idcirco copulatiuæ coniunctiones dicuntur.

Dura copula.Ouid.5.Trist.eleg.10.

Irrupta.Vide Irruptus in IRRVMPO.

Copulo,copulas,pen.corr. {συνάπτω,συζεύγνυμι} copulare,Colligare,vincire,coniungere. Plin.l.b.17.cap.19. Plaut.Pœnul.4,
Quid ais tu,quando mecum caput & corpus copulas?

An hæc inter se iungi copularíque possint.Cic.1.de Orat.

Copulando verba iungere. Cic.in Orat. Libẽter etiam copulando verba iungebant:vt sodes,pro si audes:sis,pro si vis.

Coniunctionibus copulari, Dissolutionibus relaxari, contraria. Cic.in Partit. Constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur,tum dissolutionibus relaxetur.

Copulare vno vinculo.Liu.8.bel.Pun.

Honestatem cum voluptate tanquam hominem cum bellua copulare.Cic.4.Acad.

Copulare cum præsentibus futura.Cic.2.de Finib.

Copulare concordiam. Liu. 4. ab Vrbe, Quin illi, remittendo de summa quisque iuris mediis dis,copularent concordiam.

Copulare sermonem cum aliis.Plaut.Pœnul.9,
-sermonem nobiscum ibi copulat.

Societatem cum deo.Plin.lib.2.cap.7.

Voluntates. Cicero Appio,lib.3.4, Non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas.

Copulor, copularis {συζεύγνυμαι} copulari, Deponens, Idem. Plautus Epid.9,
-caueris cum filia mea
Hanc copulari,neque conspicere.

Copulari dexteras. Plaut.Aulul.5, Adeunt, consistunt,copulantur dexteras. Passiuum pro actiuo. Nonius.

Copulatus, pen. prod. {συμπεπλεγμένος} Participium. Cicero 4. Tuscul. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter se differunt: re verò copulata sunt.
Copulata res & confatalis. Cic. de Fato.
Simplicia, & Copulata, opposita. Cic. de Fato, Quædam enim sunt inquit) in rebus simplicia, quædam copulata.
Admistum, copulatum, concretum, coagmentatum. Cic. 1. Tuscul. Quoniam nihil sit animis admistum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex.
Naturæ copulatum, Id est consentaneum naturæ. Cic. 2. de Diuinatione, Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod scribitur somnium?

Copulatus {συμπλοκή} Nomen ex participio. Cicero 1. Offic. Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quàm morum similitudo bonorum.
Coplatus, Figuratè pro Copulatus. Lucret. lib. 6,
Est etiam, quasi vt annellis, hamisque plicata
Inter se quædam possint coplata teneri, &c. Quam scripturam quidam non intelligentes, vel insolentem iudicantes, cōpacta perperam reposuerant. Lambinus.

Copulatio {συμπλοκή} Verbale, Coniunctio. Cicero 1. de Finibus, Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.
Copulatio rerum, & quasi consentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Nat. deor.
Congressus copulationésque consuetudinum. Cic. 1. de Finib.

Copulatiuus, penult. prod. {συμπλεκτικός} Adiectiuum fictum à grammaticis, Quod copulat, vel copulare potest. vnde Coniunctio copulatiua.

Copulatè {συμπλεκτικῶς} Aduerbium. Gell. lib. 10. cap. 24, Diequinti, pro aduerbio copulatè dictum est.

C O Q

Coquina, Coquinarius, In c o q v o.

Coquo, coquis, coxi, coctum {πέσσω, ἕψω, ὀπτάω, πεπαίνω} coquere, Notæ significationis. Coquere cœnam, prandium, cibum, &c. Plinius lib. 3. capite 1, Huius proprietas, vt ventiletur in coquendo, donec desinat olêre.
Coctum, à cogendo dicitur, quia coquendo coarctetur, vt ad vtilitatem vescendi perducatur. Festus.
Cibum coquere. Lucret. lib. 5.
Coquere ex oleo. Cels. lib. 5. cap. 17. Id est in oleo.
Coquere lateres in fornacem. Cato cap. 39, Inde laterculos facito, coquito in fornacem.
¶Coquere cibum, pro Concoquere in ventriculo. Cic. 2. de Nat. deor. Negat enim vllum esse cibū tam grauem, quin is coquatur die & nocte. Legitur & concoquatur.
¶Coquere fructus dicitur Sol. Varro 3. de Re rust. cap. 14, Locus is melior, quem & non coquit Sol, & tangit ros.
Coquuntur fructus, quando perfectè maturescunt. Plinius lib. 15. cap. 24, Fructus anno maturescit, pariterq; floret subnascens, & prior coquitur.
Æstas coquit glebas, Virgil. 1. Georg.
Radij Solis coquebant caua flumina. Virgil. 4. Georg.
¶Coquere, Corrumpere, putrefacere. Horat. 2. Serm. satyr. 2,
-at vos
Præsentes Austri coquite horum obsonia: quanquam
Putet aper, &c.
¶Coquere bellum & consilia, Parare & moliri clanculum. Liu. 8. ab Vrbe, Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum.
¶Coquit me illud. Cicero ad Atticum, lib. 5, Tua profectò spem meam debilitat, ac me illud quidem modò coquit. Locus corruptus annotatur à Victorio.
Coquit me cura, Hoc est consumit. Ennius apud Ciceronem, de Senectute,
O Tite, siquid ego adiuto, curámve leuasso,
Quæ nunc te coquit. & versat sub pectore fixa.
Iras coquere. Sil. lib. 7.

Coquito, coquitas, pen. corr. {ἑψάω} coquitare. Festus, Coquitare pro Coctitare, id est frequenter coquere Plautus posuit.

Coquinor, penult. prod. {μαγειρεύω} coquinaris, coquinari. Vnde Coquinatum, pro ad coquendum, legimus apud Plautum in Aulul. Neque ego vnquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum.

Coctus, Participium {πεπεμμένος, ἑφθός} vt, Coctus solibus fructus, Plin. libro 12. capite 5. De fructu ficus Indicæ. Hinc cocta poma, matura dicimus.
Gramina cocta per manus Medeæ. Propert. lib. 2. eleg. 4.
Agger coctus, Coctis lateribus factus. Propert. lib. 3. eleg. 11.
Poma matura & cocta, cui contrarium Cruda. Cic. de Senect.
Bene coctus & conditus sermo bonus. Cic. Attico, lib. 13.

Coctio, Verbale {πέψις, ἕψησις.}
Coctionem facere, pro Concoquere & conficere cibum in ventriculo, quod vulgus *Digerere* vocat. Plin. lib. 20. cap. 9.

Coctor, coctoris {ἑψητής} Verbale, Qui coquit.
¶Coctor, pro Decoctore {χρεωκόπος.} Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 26, Quis coctori pecuniam credet, aut depositum committet ei, qui iam pluribus abnegauit?

Coctura, cocturæ, pen. prod. {ἕψησις} Idem quod coctio. Colum. lib. 12. cap. 18, Si quinta pars picis Brutiæ in vniuersam cocturam adiiciatur, vtilissimum fit omni vindemiæ.
¶Coctura, dicitur cœli tēperies, à perfecta fructuum decoctione. Plinius libro 14. capite 4, Quum C. Gracchus Tribunus plebem seditionibus agitans interemptus, ea cæli temperies fulsit, quam cocturam vocant, Solis opere.

Coctiuus, penul. prod. Adiectiuum {πέπειρος} Quod facilè vel coquitur, vel maturatur, vt, Coctiua poma, coctiuum legumen.
Coctiuæ castaneæ, dicuntur nigræ, quæ magis in vsu sunt. Plinius lib. 15. cap. 23, Laudatior Corelliana, & ex ea facta Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctiuæ vocantur.

Coctilis, & hoc coctile, pen. corr. {ὀπτός} Quod coquendo fit. vt, Coctiles tegulæ. Coctilia vasa, figulina. Curtius libro 5. de Babylone, Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur.
Muri coctiles, Lateritij. Ouid. 4. Metam.

Coctilitius, Adiectiuum, vt Coctilitia taberna apud Iulium Capitolinum in Pertinace, quam quidam interpretantur, in qua ligna vendebantur cocta, ne fumum emitterent, cuius generis fuerunt, quæ Græci ἄκαπνα vocarunt. Verba Capitolini sunt, Pater eius coctilitiam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui author est Vlpian. l. ligni appellatio. D. de verb. signif. Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

Coctibilis, & hoc coctibile, pen. corr. {εὔεφθος} Quod facilè coquitur. Plin. lib. 16. cap. 6, Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem ac leuem, & vtilem stomacho. Alij legunt coquibilem.

Coquina, penul. prod. {μαγειρεῖον} Locus in quo dapes coquuntur. Nonius, Culinam veteres, coquinam dixerunt, non vt nunc vulgus putat. Plaut. Mostel. Exi è culina. Donatus in primo actu Andriæ, Coquina, medicinæ famulatrix est.

Coquinarius {μαγειρικός} Adiectiuum. vt, Coquinaria vasa, Plin. lib. 33. capite 11.

Coquinarium instrumentum. Vide Miliarium, Substantiuum, in m i l i v m.

Coquinaria, coquinariæ {μαγειρική} Ars coquendi quæ ad victum spectant. Sipontinus.

Coquinarius, Substantiuum, Qui cibos coctos vendit, vel qui coquinariam artem exercet. Sipontinus.

Coquinatorius, coquinatoria, coquinatorium, aliud Adiectiuum. vt, Vasa coquinatoria. Vasa autem coquinatoria eadem esse palàm est, quæ Plinius coquinaria nominat, à verbo Coquinari, quo Plautus vsus est, item vt hoc à Coquina. Cæterùm quod apud Paulum in l. 6. D. de pen. leg. Cocitatoria vasa legitur, Cocinatoria, id est coquinatoria reponēdum videtur. Nam c pro q frequenter in antiquis libris reperiri notum est: & apud Vlpianum in l. 19. §. 5. D. de aur. & arg. leg. sic planè legitur.

Coquinus, penult. prod. Adiectiuum. vt, Coquinum forum. Plautus Pseud. 13,
Forum coquinum qui vocant, stultè vocant.
Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.

Coquus, coqui: vel Cocus, coci {μάγειρος} Qui cibos coquit & vendit. Festus, Coquum & pistorem apud veteres eundem fuisse accepimus. Næuius, Coquum, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat per Cererem, panem: per Neptunum, pisces: & per Venerem, olera. Cicero pro Sex. Rosc. Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios. Donatus in Adelphos Terentij, Ciceronis dictum refertur in eum qui coqui filius secum causas agebat, Tu quoque aderas huic causæ. Nam apud veteres coquus non per c literam scribebatur, sed per q. Hactenus Donatus.
Coquum facere. Martial. lib. 12. epig. 65,
Vincentem roseos, faciésque, comaque ministros
Cinna coquum fecit, Cinna gulosus homo est.

Coquulus {μαγειρίσκος} Diminutiuum, Paruus coquus. Sipontinus.

Coquulum, Vas æneum coctionibus aptum. Plautus, Æneis coquulis excocta mihi est omnis materia. Alij Coquula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obsonia. Festus.

Coquula, vt Varro ait apud Nonium, quæ coquebat panem, primùm sub cinere, postea in forno: cuius vtriusque vocabulum à forno ductum, id est à calore.

C O R

Cor, cordis, neut. gen. {καρδία} Cor animalibus cæteris in medio pectore est: homini tantum infra læuam papillam ita palpitat, vt admota manu duo esse videantur. Hoc primum nascentibus formari in vtero tradunt, deinde cerebrum, sicut tardissimè oculos, sed hos primùm mori, cor nouissimè. Hæc Plin. lib. 11. cap. 37, Quicquid autem dicat, constat cor exactissimè in medio thorace & corpore situm esse, secundum omnem sui dimensionem: sed fibram siue extremitatem eius, versus sinistrum latus vergere. Primum autem omnium membrum in corpore hepar gignitur, non autem cor.
Cor, pro Mente sæpe vsurpatur. Lucret. lib. 5, Ingenio qui præstabant, & corde vigebant.
Curæ cordis. Lucret. lib. 3.
Globus. Lucret. lib. 4.
Stupor. Cic. 3. Philip. Qui propter hæsitatiam linguæ stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.
¶Acria corda. Lucret. lib. 3,
-quibus acria corda,
Iracundáque mens facilè efferuescit in ira.
Acri corde tumere. Valer. lib. 6. Argon.
Ægrum. Valer. lib. 6. Argon.
Aliena corda, Id est dura, & nullis precibus flectenda. Stat. lib. 3. Thebaid.
Alto de corde, hoc est, Ex imo pectore. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Tum verò gemitus alto de corde petitos Ædidit.
Alto corde vti. Stat. lib. 11. Thebaid.
Anhela. Seneca Agamemn. 7.
Anxia. Lucret. lib. 6.
Aspera. Virgil. 10. Æneid.
Attonito gemitus à corde trahuntur. Ouid. 11. Metam.
Capax multorum scelerum. Seneca in Thebaide, 1.

Cupidum. Lucret. lib. 4.
Discordantia. Sil. lib. 16.
Effera. Valer. lib. 1. Argonauticôn.
-facer effera raptet Corda pauor.
Exatiata cruore. Sil. lib. 16.
Sacra fides agitat virûm fallacia corda. Sil. lib. 13.
Ferrea lasciuis mollescant corda sagittis. Claudian. lib. 1. de raptu Proserpinæ.
Ferum cor satiare. Ouid. 6. Metam.
Equi fera corda fatigare. Sil. lib. 13.
Flammatum. Virgil. 1. Æneid.
Fortissima. Virgil. 5. Æneid.
Hebes. Lucret. lib. 4.
Id licet hinc quamuis hebeti cognoscere corde.
Importuna luxu. Sil. lib. 11.
Inertia. Virgil. 9. Æneid.
Monstris languida. Sil. lib. 3.
Leuisomna canum. Lucret. lib. 5.
Libero corde fabulari. Vide LIBER.
Cor lienosum. Plautus. Cor porrò lienosum comicè & iocularitèr, ridiculéque dicitur, pro morboso: quum tamen morbo lienis cor tentari non possit. Sed quem corporis esse scimus, eundem cordi etiam morbum adsciuit. Alio loco dicit lienem seditionem facere, præcordia occupauisse, nisi fallor, quod & ad hunc locum enodandum pertinet. Turnebus.
Maculosa bidentum. Stat. 3. Thebaid.
Noxia. Ouid. 10. Metam.
Patrio corde dolorem ferre. Ouid. 11. Metam.
Perfida. Ouid. in Ibin,
Et scindent auidi perfida corda canes.
Purum vitio. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
Rustica. Propert. lib. 4. eleg. 1.
Sagax. Sil. lib. 8.
Sedatum. Virgil. 12. Æneid.
Triste. Virgil. 6. Æneid.
Tumefactum. Seneca in Agamemn. 13.
Tumidum. Horat. 2. Serm. satyr. 3.
¶Acuere curis corda mortalia. Virgil. 1. Georg.
In imo corde pudor æstuat. Virgil. 10. Æneid.
Concipere metus corde. Stat. 3. Thebaid.
Cor cumulatur ira. Vide IRA.
Domare dura corda. Ouid. epist. 14.
¶Cordi esse, Id est curæ esse. Horat. 1. Carm. ode 17.
Cordi est mihi, Id est placet vel delectat. Terent. Phorm. 5. 3.
Quia vterque vtrique est cordi. Liu. 3. bel. Pun. Id deis cordi non esse. Ducta metaphora ab iis quæ stomacho grata sunt: os enim stomachi antiqui tum Græci, tum Latini cor appellabant.
Forma cordi est virginibus. Ouid. de Medicam. faciei.
Ex corde excessit cura. Vide EXCEDO.
Exulantia corda pauor pulsans haurit. Virgil. 3. Georg.
Cor meum cœpit artem facere ludicram, iocus est Plautinus in Aulularia, 19.
Longo sudore corda fatiscunt. Stat. lib. 11. Thebaid.
Æquo corde ferre aliquid, Hoc est æquo animo. Stat. 3. Thebaid. non procul à fine.
Gerere corda. Martial. lib. 12. epig. 44.
Quisque geris studiis corda propinqua meis.
Non habere cor. Cic. 2. de Finib. Hoc est non modò cor non habere, sed ne palatum quidem.
Pacem indignantia. Stat. 3. Thebaid.
In corde instruere aliquid. Plaut. Mostel. 3.
Labant corda. Valer. lib. 3. Argon.
Paruo cor vulnere læsum. Ouid. 12. Metam.
Nesciáque humanis precibus mansuescere corda. Virg. 4. Georg.
Micat cor timore. Ouid. 3. Fast.
Oblita laborum. Virgil. 9. Æneid.
Permulcere corda. Sil. lib. 13.
Corde & animo atque viribus aliquid persequi. Plaut. Capt. 7.
Cor perurere. Martial. lib. 12. epig. 49.
Pauor corda raptat. Valer. lib. 1. Argon.
Riguerunt corda. Lucan. lib. 8.
Cor sapit. Cic. 2. de Finib. Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.
Sepulta multo mero. Ouid. 2. de Remed. amor.
Metum corde soluere. Virgil. 1. Æneid.
Stupefacta. Virgil. 5. Æneid.
Trepidare corde. Cic. 3. de Oratore,
At Romanus homo tamen, etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.
Bello trepidantia. Virgil. 4. Georg.
Rabie fera corda tumescunt. Virgil. 6. Æneid.
Cordis copia & cor sapientiæ. Plaut. Epid. 9.
Corculum, pen. corr. {καρδίον} Diminutiuum. Plautus. Meû corculum, meus molliculus caseus. Blandientis vox. Sic in Casina, 20.
Corculum (inquit Festus) à corde dicebant antiqui solertem & acutum. Cic. 1. Tuscul. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordésque dicuntur, & Nasica ille prudens bis Consul, Corculum. Plin. lib. 7. cap. 31. Catos, Corculos, apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.
Cordatus, pen. prod. {νοήμων} Adiectiuum, Qui optimo corde præditus est, id est solers & sapiens: antiqui enim philosophi quidam in corde sapientiam constituebant. Cic. 1. Tuscul. Et egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus.
Cordax {κόρδαξ} trochæus quare sit dictus, vide in Oratore Ciceronis.
Cordax saltatio, obscœna & comica. Budæus.
Cordatè, Aduerbium {νουνεχῶς} Sapienter, prudenter. Plaut. Pœnulo, 3,
Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & catè
Mihi reddidisti certas, &c.
Cordolium {καρδιαλγία} Cordis dolor. Plaut. Cistel. 2. At mihi cordolium est.
CORA, Coræ, Latij oppidum, quod Corani populi tenuerunt à Dardano orti, quorum meminit Plinius in descriptione Italiæ.
Cora, coræ {κόρη} Puellam decenter forma conspicuam significat apud Molossos. Propterea eorundem rex Aidonius, vti est apud Plutarchú, filiam appellauit Coram, quam rapere adortus fit Pirithous. ¶Coram item Græci pupillam in oculo vocant, quia ἐκ κοίλου ρεῖ τὸ δάκρυον, hoc est, ex concauo profluit lacryma, vnde dicatur etiam collurium. ¶Est item Cora, impedimêtum sistens profluuium, & nummi species. ¶Aduertendum quoque est, Coras pro vestium manicis capi, aut eiusmodi quopiam, quæ manibus plerunque porrectiores comparantur: ob idque impedimentum afferant, si in eas immittantur manus, nequid possit fieri. Proinde lectum in historia est, Ab Cyro sororis Darij filios necatos, quòd illi occurrentes, in coras nô immisissent manus, quod vni tátùm regi assueuerat fieri. ¶Sumitur & hoc nomen aliter, significatáque habet varia apud authores, vt videre poteris per Cæl. Antiq. lect. lib. 7. cap. 15.
CORACESIVM {Κορακήσιον} Primum Ciliciæ castellum est, in petra prærupta positum, quo Diodorus cognomento Tryphon receptaculo vsus est, quo tempore Syriam à regibus desciscere fecit, aduersum quos bellum gerebat, interdum secundo euentu, interdum aduerso. Author Strabo lib. 14.
CORACESIVS {Κορακήσιος} Pars Tauri montis. Plin. lib. 5. cap. 27.
Coracinus, Adiectiuum à Corax. Vide CORAX.
Coracina sacra legimus apud Ambrosium in Pauli epistolam ad Romanos, quæ Coraci præstarentur, siue is intelligatur coruus, seu eius nomenclaturæ deorum mutorum vnus. Meminit Cæl. Antiq. lect. lib. 12. cap. 5.
Coralliticus, Lapis in Asia reperitur, mensuræ non vltra bina cubita, candore proximus ebori, & quadam similitudine, quem magni æstimari refert Plin. lib. 36. cap. 8.
Coralium, Coralij {κοράλλιον, κουράλιον} Lapis est rubri coloris. Plin. lib. 32. cap. 19. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos in coralio. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius. Quo in loco & curalium legitur, & etymon à præcidendo ducitur. Vide item Plinium, lib. 36. cap. 19. Coralium vnico l scribitur. Ouid. 15. Metamorphoseos,
Sic & coralium quo primùm contigit auras
Tempore, durescit mollis fuit herba sub vndis. Interdum tamen productionis causa ll geminat. Ausonius in Mosella,
Quum virides algas, & rubra corallia nudat
Æstus. Claudianus in nuptiis Honorij & Mariæ,
Mergit se subitò, vellitque corallia Clotho. Corallum quoque nonnunquam legitur. Sidonius in Epithal. Ruricij,
Lactea puniceo sinuantur colla corallo.
CORALIVS {Κοράλιος} Phrygiæ fluuius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Author Plin. lib. 6. cap. 1.
CORALLI {Κοράλλοι} Populi sunt Pontici, immanitate insignes. Ouid. lib. 4. de Ponto,
Hic mea cui recitem, flauis nisi scripta Corallis?
Corallis, Gemma est similis minio: gignitur in India & Syene. Author Plin. lib. 37. cap. 10.
Coraloachates {κοραλλοαχάτης} Gemma est ex Achate generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plin. lib. 37. cap. 10.
Coram {ἐναντίον, ἐνώπιον, ἔμπροσθεν} Præpositio ablatiuo casui seruiens. Cic. in Pisonem, Coram genero meo.
Coram, Præpositio suo casui aliquando postponitur. Tacit. lib. 1. Multáque eo coram. Idem libro 3, Senatu coram. Ibidem, Patribus coram.
Coràm, aliquando est aduerbium. Cic. ad Brutum, lib. 11. 16. Nam quemadmodum coràm qui ad nos intempestiuè adeût, molesti sæpe sunt. Idem Attico, Sed hæc coràm: nam ista multi sermonis sunt.
Coràm & Absens, contraria. Cic. Octauiano. Non prætermittam quin, quoniam coràm id facere prohibebor, absens possim.
Coràm etiam ex ipso audiebamus. Cic. 1. Acad.
Disputare coràm cum aliquo de re aliqua. Cic. 2. de Lege Agraria, Veniat, & coràm mecum de agri Campani diuisione disputet.
Coràm inter nos conferremus. Cic. ad Attic. lib. 1. 15.
Coràm præsens. Plaut. Pseud. 20. Quia tu ipsus coràm præsens præsentem vides.
A præsentibus coràm sermo habetur. Cic. de Amic. Atque ideò feci, vt tanquam à præsentibus coràm haberi sermo videatur.
Coràm præsente aliquo dicere. Cic. 3. de Lege Agraria, Ea coràm potius me præsente dixissent.
Coràm ante oculos. Terent. Eunuch. 4. 7.
Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum?
Coràm in os aliquem laudare. Terent. Adelph. 2. 4.
-ah vereor coràm in os te laudare amplius.
Adesse coràm. Virgil. 1. Æneid.
Aliquid coràm agnoscere. Virgil. 3. Æneid.
Cernere coràm. Virgil. 1. Æneid.
Ostendere coràm. Virgil. 6. Æneid.
Recitare coràm quibuslibet. Horat. 1. Serm. saty. 4.
Tenetur coràm. Cicero pro Cluentio, Aiulius ex altera parte coràm tenetur.
Venire coràm. Horat. 1. Serm. satyr. 6.
Coràm huc adducere aliquem. Terent. Adelph. 5. 3.
Sine me expurgem, atque illum huc coràm adducam.
¶Coràm, pro Hic, hoc loco, interprete Donato. Terent. Phorm. 5. 8. -fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum coràm me incusaueras.
CORAMBIS, Oppidú est inter Ægyptum & Æthiopiam, iuxta quam est bituminis fons, vt scribit Plin. lib. 6. cap. 29.

Coramble,

Coramble, corambles: vel corambla, corambla {κοράμβλη} Herba quæ oculorum aciem retundit, & hebetem facit: ideóque dicta, nam κόρη, pupillam significat: ἀμβλὺς verò retusum & hebes. Colum. in Horto. lib. 10. Nūc veniat quanuis oculis inimica corambe. Sūt qui contendant omnino legendū Corymbe. De Coramble in hanc sententiam meminit Aristophanis in Hippes commentarius, Crambe apud antiquos Coramble διὰ τὸ τὰς κόρας βλάπτειν, id est quòd noceat oculis, appellata: quam ex Lycurgi oculis natā ferunt. Hunc enim Bacchus extim scens, vitibus ligatum ac collacrymantem proiecit in mare, ex cuius lacryma caulis est natus. Proinde factum aiunt, vt vitis & brassica ἀντιπαθεῖς, id est contrariam vim in se habeant. Credunt nanque agricolarum filij, vitem cui appensa fuerit brassicæ radix, flaccescere: atque eam ob rem brassica primùm in symposio exhiberi, & ab Ægyptiis elixa ante alios cibos comedi solita, vt ebrietatem moderetur. Hæc commentarius ille: quorum maxima pars etiam à Suida recitatur. Sanè brassica visum hebetari, Galenus, Auicenna, Dioscoridésque testantur.

CORASINI {κοράσινοι} Populi sunt Asiatici, teste Herodoto, lib. 2.

CORAX {κόραξ} Antiquus rhetor Siculus, primus artem dicēdi & præcepta conscripsit, authore Aristotele. Cic. in Bruto, Itaque ait Aristoteles, quum sublatis in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudiciis repeterentur, tum primùm (quòd esset acuta illa gēs & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracē & Tisiam conscripsisse. Coracis item meminit lib. 1. de Orat. Et Quint. lib. 3. cap. 1. ¶Est item Corax montis nomen in Sarmatia Europæ apud Ptolemæū. ¶Est præterea Corax, fluuius in Caucaseis montibus originem habēs, vt Glaucus, Phasis, Hippus. ¶Fuit & Corax, siue Coras, qui cū fratre Catillo oppidum Tybur in Italia constituit, authore Seruio apud Virgilium in illud Æneidos,

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillúsque, acérque Coras, Argiua iuuentus.

Constat etiā Archilochum interfectum fuisse in bello à quodam cui nomen erat Corax. Hic quum fortè sciscitatum Apollinis oraculum venisset Delphos, ab eo tanquam impius ac sceleratus est reiectus. Verùm quum ille multis verbis sese excusare conatus, culpam omnem in fortunam, & varios bellorum euentus reieci sset, veniámque à deo implorasset, flexit numen: acceptóque ab Apolline responso, iussu eius Tænarum profectus est, ac manibus Archilochi parentauit: tanta erat eo tempore vatum & poetarum authoritas atque maiestas. Hæc Sipontinus.

Corax, coracis {κόραξ} Coruus Latinè dicitur. Cic. 3. de Orat. Quare coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti.

Coracinus {κοράκινος} Adiect. pen. prod. Id est coruinus.

Coracinus color. Id est niger, qualis est coruorum, quem tamen à pullo distinxisse videtur Vitru. l. b. 8. cap. 3, Per id tēpus, inquit, adigun tur eò quotidie potum: ex eóque quanuis sint alba, procreant aliis locis leucophea, aliis locis pulla, aliis coracino colore.

¶Coracinus, Genus piscis Nilo peculiaris, vt testatur Plin. lib. 32. cap. 5. Martial. lib. 13,

Princeps Niliacis raperis coracine macellis.

CORAXI, Colchidis regionis populi. Plinius lib. 6. cap. 5. Et Pomponius libro 1.

CORAXICVS mons, Tauri montis pars est. De Tauro sic Plin. cap. 27. libri 5, Quinetiam (inquit) confractus, effugiens quoque maria, plurimis se gentium hominibus, hinc & illinc implet: à dextra, Hyrcanus, Caspius: à læua Parie drus, Moschicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In vniuersum verò Græcè Ceraunius. Pomponius Mela lib. 1, multitudinis numero scripsit, Ceraunij, Taurici, Moschi, Amazonici, Caspij, Coraxici, Caucasi.

Corbis, huius corbis, fœm. gen. {κόφινος} & secundum Priscianum, masculini, dicitur Græcè Cophinus: Vas est viminibus contextum. Plaut. Bacch. 15,

-genitore amicis nostris aurum corbibus. Cic. pro Sextio, Messoria se corbe contexit.

Corbis pabulatoria, In qua reponebantur pabula armentorum. Colum. lib. 6. cap. 3, Si grano abstinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit. Idem lib. 11. cap. 2. non ita procul à fine masculino genere vsus est, Frondis corbem pabulatorium modiorum viginti.

Corbis dicta, vt inquit Varro de Ling. Latina, quòd spicas, aliúdve quid eò corruebant.

¶Corbis etiā inter naualia instrumenta numeratur. Est enim vas quod in summitate mali suspenditur, vnde desuper tela in hostium naues deiiciuntur. Lilius Girald.

Corbu a, corbulæ, penul. corr. Diminutiuum à Corbis, teste Varrone de Lingua Latina. Varro 1. de Re rust. cap. 15, Cogit aliquot corbulas vuarum, & frondem iucundissimam ministrat ouibus.

Corbulum, in neutro posuit Suetonius in Nerone, cap. 19, Primus rastello humum effodit, & corbulo congestam humeris extulit. Alij legunt, corbulæ.

CORBILO {κορβίλων} Aquitaniæ olim erat emporium, super flumine Ligeri, cuius Polybius mentionem fecit, quum Pytheæ fabulamentorum memoriam faceret. Ex Strabo. lib. 4.

Corbita, corbitæ, penult. prod. Festus, Corbitæ, dicuntur naues onerariæ, quòd in malo earum summo, pro signo corbes solerēt suspendi. Nonius, Corbita, genus nauigij tardum & grande. Plautus Pœn. 7, Tardiores multo, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari. Cic. ad Att. libro 16, Corbitáne Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum: & si oneraria, statímne freto, an Syracusis.

Corbitam dare, videtur Plautus vice prouerbij protulisse, pro negligi nter aliquem iuuare. Is enim in Pœnulo, 7, sic ait,

Obsecro hercle opera hac celocem mihi, non corbitam date.

Corbita cibi. Plautus,

Ego noui illas estrices, corbitam cibi
Comesse possunt. Corbitā cibi interpretatur Turnebus, onerariam cibo refertam, vt Cicero nauem auri & paleæ dixit. In editis falsò legitur corbitāt vbi. Nam Corbitare verbum inusitatum & inauditum est. Restituit Turnebus.

CORBVLO Domitius, Nobilis Romanus, in Armeniam missus est, vbi reges plurimos deuicit, quos omnes supplices, aut eorū liberos obsides Romam misit. Refert Plinius libro 6. cap. 8.

Corchorus, vel Corchoron, pen. corr. {κόρχορος} Herba passim crescens. Plin. lib. 25. cap. 13, Anagallida aliqui corchoron vocant.

Corchorus inter olera. Prouerbium in homines nullius pretij, qui tamen in numero aliquo studeant haberi. Erasmus in Chiliadibus.

Corculum. In COR.

CORCYRA, penultima producta {κόρκυρα} Maris Adriatici insula inter Epirum & Calabriam sita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Vlyssis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clarissima. Venetorum est hodie. Vocatúrque vulgò *Corphon*, aliis *Corfu*. Huius meminit Virgilius lib. 3. Æneidos,

Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Littoráque Epiri legimus, &c.

Aerias arces Phæacum, Corcyram (inquit Seruius) insulam dicit, sitā inter Epirum & Calabriam, vbi regnauit Alcinous. Lucanus libro 9, Corcyræ secreta petit, ac mille carinis Abstulit. Est & Corcyra Nigra cognominata, ab illa superiore diuersa, quam inter Electridas enumerat Pomponius Mela libro 2.

Corcyræus, Adiectiuum {κερκυραῖος} Cic. Att. lib. 6, ἐλλείπει Sempronij Rufi cognoui ex epistola Corcyræa.

Cordatus, **Cordi est**, **Cordolium**. In COR.

Cordacismus {κορδακισμός} Saltationis est species, turpis, indecentísque: nam saltationum aliæ quidem bellicæ sunt, vt pyrrhica: nonnullæ verò ridiculariæ, quibus modò conciliatur risus. Iis autem vtuntur in conuiuiis & theatris. Harpocratio verò, in verbo Cordacismus, cuius meminit in Philippicis Demosthenes, Cordax, inquit, comicę saltationis est species, sicuti Aristoxenus tradit in libro de saltatione tragica. Vide Cæl. antiq. lect. lib. 5. cap. 4.

CORDILIO, Philosophus Stoicus Pergamenus, omnium principum ac regum amicitias spernebat. Hunc Cato Vticensis in Macedoniam cum exercitu missus, precibus exoratum in castra secum duxit, magnam se putans ad. ptus palmam, qui hominem seuerissimum è sententia d mouisset. Volaterr. lib. 14.

Cordilla, vel Cordila. In CORDYLA.

CORDVBA, penult. corr. {κορδύβη} Bæticæ Hispaniæ vrbs clarissima, vtriusque Senecæ & Lucani patria. Martialis ad Licianum lib. 1,

Duósque Senecas, vnicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Nomen etiā nunc retinet. A Corduba, Cordubensis conuentus dicitur Plinio, vt Astigitanus & Hispalensis, à clarissimis oppidis, & quartus Gaditanus. Cordubensis agri fertilitas, & diues cultus scriptoribus laudatur. Silius lib. 3,

Nec decus auriferæ cessauit Corduba terræ.

CORDVLAE, Portus Themiscyrenæ regionis, de quo Plin. lib. 6. c. 4.

CORDVS, inter præceptores Alexandri Mamææ nominatur. ¶Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Trāquillus in Caligula, cap. 16. ¶Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorū vitas conscripsit: cui vitio vertitur, quod eorum qui obscuriores essent minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos variauerit, aut quoties vestem mutauerit, fanè de clarissimis notísque viris commemorandum est. Author Capitolinus.

Cordus, Adiectiuū {ὄψιμος} Festus, Corda frumenta dicta sunt, quæ serò maturescūt: vt Fœnum cordum. Colum. lib. 11. cap. 13, Sūt etiam quædam herbæ, quas appropinquante vindemia condire possis, vt portulaca, & olus cordum, quod quidam satiuum batim vocant: hæ herbæ diligenter purgantur, & sub vmbra expanduntur. Plin. lib. 18. cap. 28, Rursus rigari desecta oportet, vt secetur autumnale fœnum, quod vocant cordum. Vide CHORDVS.

Cordi agni. Vide CHORDI AGNI, & CHORDVS.

Cordyla, penult. prod. siue Cordylla {κορδύλη} Piscis minutus, qui partus thynnorū dicitur. Plin. lib. 9. cap. 15, Limosæ cordylę à luto pelamides incipiūt vocari: & quum annuum excessere tempus, thynni. Martial. lib. 13. 1, Ne toga cordyllis, & penula desit oliuis, &c.

Vetus cordylla. Martial. lib. 11. epigr. 53,

Mox vetus, & tenui maior cordylla lacerto.

CORELLIVS, Eques Romanus, à teste genitus, inseruit castaneam suomet ipsam surculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea quę ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea hæres eius libertus Corellianam iterum inseruit. Hæc est inter eas differētia, illa copiosior, hæc Corelliana melior. Verba sunt Plin. lib. 17. cap. item 17.

CORESA Helladis, id est Græcię insula. Plin. lib. 4. cap. 12, At in Hellade, etiamnum in Ægæo Lichades, Scarphia, Coresa, Phocaria, complurésque aliæ, ex aduerso Atticæ sine popidis, & ideo ignobiles.

CORESIA Minerua, de qua Cic. lib. 3. de Nat. deor. Quarta, inquit, Minerua Ioue nata, & Polyphe Oceani filia, quā Arcades Coresiam, & quadrigarum inuentricem ferunt. Stephan. verò ait, Corion locū esse in Creta, ὅπου ἱερὸν τιμᾶται: vnde fit ciuis Coresius, & palus Coresia, & Mineruæ templum Coresiæ, quam potius deductam ait à κόρη, quàm à Corio, vnde rectius fiat Corieus. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4, Chorion nominat.

CORETAS, vt post Plutarchum refert Cœlius, pastor quidam fuit, qui omnium princeps ex afflatu est vaticinatus. Vide Plutarch. in lib. De oraculis quæ defecissent, & Rhodig. lib. 8. cap. 16.

CORETVS, Mæotis lacus sinus, in quem alueo naturali per Nomadas & Hylæos influit Hypanis. Author Plin. lib. 4. cap. 12.

CORFIDIVS, Vir Romanus equestris ordinis, de quo sic Plinius ex Varrone, Adiicit miracula, quæ tota indicasse conueniat. E duobus fratribus equestris ordinis Corfidio maiori accidisse vt videretur expirasse, apertóque testamento recitatum hæredem minorem funeri institisse: interim eum qui extinctus videbatur plaudendo conciuisse ministeria, & narrasse à fratre se venisse, commendatam sibi filiam ab eo. Demonstratum præterea quo in loco fodisset aurum nullo

conſcio, & rogaſſe vt iis funebribus, quæ comparaſſ.t, efferretur. Hoc eo narrante, fratris domeſtici properè annuntiauere exanimatum illum, & aurum vbi dixerat, repertum eſt. Hæc ille libro 7. capite 52.

CORFINIVM {κορφίνιον} Pelignorum metropolis Straboni libro 5. Silius libro 8,

Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes
Corfini populos, magnúmque Theate trahebat. Pro Corfinij.

Corfinienſes {κορφινῖοι} Pelignorum populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

Corgo, Aduerbium apud veteres, pro Profectò, Quaſi ex corde ago, id eſt loquor. Feſtus.

Coriaceſia, Herba eſt, qua Magi tradiderũt aquam conglaciari, quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, teſte Plin. lib. 24. cap. 17.

Coriago, penult. prod. huius coriaginis, penult. corr. f.g. {κοριαγώ} Morbus eſt quo boues laborant. Colum. lib. 6. cap. 13, Eſt & infeſta peſtis bubulo pecori: coriaginem ruſtici appellant: quum pellis ita tergori adhæret, vt apprehenſa manibus deduci à coſtis non poſſit. ea res non aliter accidit, quàm ſi bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus eſt: aut ſudans in opere faciendo refrixit: aut ſi ſub onere pluuia madefactus eſt.

Coriandrum, huius coriandri {κορίαννον} herbæ genus. Plin. lib. 20. cap. 20, Coriandrum inter ſylueſtria non inuenitur. Corianon vel Corion aliàs dicitur.

Corianum {κορίανον} Medij digiti annulus, Polluci, qui inter ornamenta muliebria Corianum adſcribit, lib. 5. cap. 16.

Coriarius In CORIVM.

Corias, huius Coriæ, genus piſcis. Plin. lib. 32. cap. 11, Corias ſiue parianus, ſiue ſaxitanus à patria Bætica, lacertorum minima. Caſtigatiora exemplaria habent Colias.

CORICAE, Inſulæ duæ ſunt ante Peloponneſum, vt ſcribit Plin. lib. 4. capite 12.

CORICVS. In CORYCVS.

Corigia. In CORRIGIA.

CORINIVM {κορίνιον} Ptolemæo Dalmatiæ vrbs, hodie Corninium. ¶ Eſt & Corinium, eodẽ authore, Britanniæ vrbs, alio nomine Claudiana caſtra. Hodie vulgò Claudioceſtria, *Cloucestre.*

CORINNA, Thebana mulier Lyrica, vicit quinquies, vt meminit Pindarus: ſcripſit libros quinquaginta & epigrammata. Suidas & Pauſanias authores. Corinna altera apud Ouidium poetam notiſſima.

Blanda Corinna. Martial. lib. 12. epigr. 44,
Te poſt Naſonem blanda Corinna. ſequi. Subaudi poſſet.

CORINNVS, Ilienſis verſificator ante Homerum, qui primus, vt quidam volunt, ſcripſit Iliada, vigente adhuc bello Troiano. Scripſit autem literis Græcis inuentis tunc primùm à Palamede, cuius fuit diſcipulus: ſcripſit & Dardani contra Paphlagonas bellum. Ex quo putatur Homerus hauſiſſe omnem operis materiam. Author Suidas.

Corinthas, huius corinthadis, penul. cor. Herba quæ menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24. cap. 17.

CORINTHVS {κόρινθος} Achaiæ caput (inquit Florus) Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Ægæum, quaſi ſpectaculo expoſita. Corinthum (inquit Strabo, libro 8.) ſanè locupletiſſimam aiunt, quum Iſthmo immineat emporium, locus negotiatoribus frequentatus, & duorum dominus portuum exiſtat: quorum quidem alter Aſiæ, alter autem propinquus eſt Italiæ: vtroque ex loco faciles inuicem mercium commutationes faciens, tantundem remotis vtrinque gentibus. Cicero in oratione contra Rullum ſecunda, Corinthi (inquit) veſtigium vix relictum eſt: erat enim poſita in anguſtiis, atque in faucibus Græciæ, ſic vt terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maximè nauigationi diuerſa penè coniungeret, quum pertenui diſcrimine ſepararentur. Potentiſſimam ac ditiſſimam hanc vrbem fuiſſe antequam à Populo Romano caperetur, teſtis eſt Florus, dum eius vrbis ruinas percurrit. Strabo ſcribit Corinthios, Populi Rom. legatos, quum fortè tecta quædã magnifica præteriſſent, ſordibus effuſis commaculare auſos. Cuius gratia quum alia quoque ſuperbiæ atque inſolentiæ eorum haud obſcura extarent argumenta, ingenti cõparato exercitu, L. eam Mumius imperator ſolo æquauit (id enim ſuperbia meruerat) ſignis, tabuliſque pretioſiſſimis in vrbem aſportatis. Vide Ciceronem pro Lege Manilia. Porrò Corinthus propter vtrunque mare, Ionium ſcilicet, & Ægæum, à poetis Bimaris dicitur. Ouid. Faſt. libro 4,

Adriacúmq; patẽs latè bimaréműq; Corinthũ. Horat. 1. Carm. ode 7.
Quin & Iſthmum ipſum eo cognomine Ouid. donat, lib. Metam. 7,
Qui virtute ſua bimarem pacauerat Iſthmum. Corinthus à Siſypho latrone Æoli filio condita fertur: deinde euerſa, & inſtaurata à Corintho Oreſtis filio. Author Strabo. Prius Ephyra dicebatur.

Non cuiuis homini cõtigit adire Corinthũ. Hor. 1. epiſt. 18. Adagiũ de rebus arduis & aditu periculoſis, quáſque non ſit cuiuſlibet hominis affectare, vel efficere. Vide Eraſmi Chiliadas. ¶ Corinthus hodie paruus eſt vicus, vocatúrq; *Corátho.* ¶ Apollodorus author eſt fuiſſe & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Corinthius, Adiectiuum {κορίνθιος} vt, Corinthia vaſa, ex ære Corinthio facta. cum quo auri argentíque portio quædam commiſta erat. Nam æs Corinthum maximè laudabatur. vnde factum vt omnia vaſa ex ære elegantia, Corinthia ſint appellata. quæ Strabo in octauo χαλκώματα κορίνθια appellare videtur. Plin. lib. 34. cap. 2, Sunt ergo vaſa tantũ Corinthia, quæ iſti elegantiores nunc æs ſculpendo transferunt modò in lucernas, modò in trullas.

Iſthmus Corinthius. Seneca in Thyeſte, 2. 1, Iſthmi ſiquis amat regna Corinthij. Verſus eſt Aſclepiadæus.

Veſtis Corinthia. Claud. lib. 2. de Raptu Proſerpinæ.

Corinthia, numero plurali, ſine adiecto, pro vaſis, per antonomaſiam. Martial. lib. 9 epigr. 58,

Nil eſt tritius Edili lacernis.
Non anſæ veterum Corinthiorum, &c.

Corinthiacus, penult. corr. {κορινθιακός} Aliud adiectiuum. vt. Pontus Corinthiacus. Ouid. 15. Metam. Et Terræ Corinthiacæ apud eũdem lib. 1. Triſt. eleg. 9.

Sinus Corinthiachus, *Le goulfe de Patras.*

Corinthienſis, Aliud adiectiuum. Corinthienſes autem ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt deducti, qui antea Corinthij ſunt dicti: quam cõſuetudinem ſeruamus etiam quum Romanenſes, & Hiſpanienſes, & Siciliẽſes negotiatores dicimus, qui in alienis ciuitatibus negotiantur. Hæc ex Feſto.

CORINTHOTA {κορινθότα} Promontorium Acarnaniæ eſt, non longè ab Aſtaco vrbe, cuius meminit Strabo lib. 10.

CORIOLANVS, penult. prod. {κοριολανός} Vir illuſtris Romanus, quem Cicero multis in locis cum Themiſtocle confert. Nam bellum (inquit in libro de Claris Orator.) Volſcorum illud grauiſſimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem ferè tempore quo Perſarum bellum fuit, ſimiliſque fortuna clariſſimorum virorum. Ruſúmque paulo pòſt, Quare quoniam tibi quadrat omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano, pateram quoque à me ſumas licet: præbebo etiam hoſtiam, vt Coriolanus ſit planè alter Themiſtocles. Idem de Amicitia. Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui quum imperator bello Perſico ſeruitute Grçciam liberaſſet, propiérque inuidiam in exilium miſſus eſſet, ingratæ patriæ iniuriam non tulit. quam ferre debuit. Fecit idem quod viginti annis antè apud nos fecerat Coriolanus. His adiutor contra patriam inuentus eſt nemo. itaque mortem ſibi vterque cõſciuit. Coriolani vitam pluribus perſequitur Plutarchus.

Coriolanus, à Coriolis oppido captis dictus eſt C. Marcius. Liuius lib. 2.

Coriolana pyra quæ dicantur, vide Plin. lib. 15. cap. 15.

CORIOLI, Oppidum in Latio: & Coriolani, populi Coriolorum incolæ, apud Plin. lib. 3. cap. 4.

Corion, Herba quæ & chamæpitys dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. Ruell. lib. 3. cap. 74, Hypericon, Plinio authore, quod alij chamæpityn, alij corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, ſemine ſiliquæ nigro matureſcente cum hordeo. Nomen in officinis ſeruat. Rura *herbam perforatam*, aut *mille perforatam* appellant, quòd folia Soli obiecta innumeris foraminibus ſcatere, & omni ex parte punctis quibuſdam pertundi viſantur. Vide plura ibidem.

Coris, Altera hyperici ſpecies, folio tamaricis, & ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus foliis & minus rubentibus, odorata, palmo altior, leniter ſuauis, aculeata. Vis ſemini excalfactoria, & ideò inflationem facit enterocelis: ſed ſtomacho non inutilis, præcipuè ad ſtranguriam, ſi exulcerata non ſit veſica. Hæc Plin. lib. 26. cap. 8. Meminit Dioſcorides.

Coriſcus, Leue miſſile in modum ſagittarum. Virgil. 10. Æneid. Coriſcique leues humeris, & lethifer arcus. Sic Nonius. Verùm apud Virgilium legimus, Corytique leues humeris, & lethifer arcus. Vbi Seruius, Coriti propriè ſunt arcuum thecæ. Dicuntur tamen etiam ſagittarum, quas & pharetras vocamus.

CORITVS, penultima correpta {κόριτος} Rex Aboriginum, nam omnes Aboriginum reges Coriti appellabantur, vt ex Beroſo apertiſſimè conſtat, atque hinc apud eum ſæpe legas ita, Italus filium ſuum Morgeten creauit Coritum, & Morges Corbo blaſconem Coritum creat, hoc eſt, regem. & de hoc rege intelligendum eſt in locis illis Virgilij, quum ait,

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron. & ibi,
Nec ſatis extremas Coriti penetrauit ad vrbes. Quibus in locis valde deceptus eſt Seruius, qui putauit Coritum fuiſſe non ſolùm regem, ſed etiam ciuitatem & mõtem Thuſciæ, quum nec apud Ptolemæum, nec apud Strab. nec apud Plin. nec apud quenquam antiquorum (quod ſciam) talis ciuitatis aut montis nomen reperiatur.

Corium, corij {δέρμα, βύρσα} Propriè animalium eſt, præſertim eorum quæ craſſiorem pellem habent, ac duriorem: quod & Scortum dicitur. Ponitur tamen Corium pro quacunque pelle, etiam rerum inanimatarum. Hæc Sipontinus. Cæſar 2. bel. Ciuil. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cic. 2. de Nat. deor. Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ.

Coria, cilicia, ſaccos imperare. Cic. 3. in Verrem, Hoc ſcitote, his nominibus, quæ res per eum geſtæ ſunt, quum iſte ciuitatibus frumentum, coria, cilicia, ſaccos imperaret.

Coriorum confectores. Firmic. lib. 3. cap. 9. & 12.

Canis aſſuetus corio, Prouerbium eſt apud Horatium, de illis qui quum ſemel illecebras vitiorum deguſtarint, nullo modo auocari amplius poſſunt. Horat. 2. Serm. ſat. 5,

Vt canis à corio non abſterrebitur vncto.

Corium caſtaneæ. Plin. lib. 15. cap. 28, Putamine clauduntur nuces, corio caſtaneæ.

Corium hominis. Plaut. Ciſtel. 10.

Corium nubium. In NVBES.

Corium piſcium. Plin. lib. 6. cap. 24.

Corius, maſcul. genere apud Plautum in Pœnulo, 3, Tres facilè corios contriuiſti bubulos. Idem alibi, Iam tibi tuis meritis craſſus corius redditus eſt.

¶ Coria in ſtructuris. Budæus, Coria ſunt in architectura ſinguli ductus ſtructuræ, qui vno tenore ducuntur aut in altitudinem, aut in craſſitudinem. Vitruuius, Itaque tres ſuſcitantur in ea ſtructura cruſtæ, duæ frontium, & vna media farcturæ. Græci non ita: ſed plana collocantes coriis alternis in craſſitudinem inſtruentes, non media farciunt, ſed è ſuis frontatis perpetuam, & in vnam craſſitudinem parietum conſolidant. Cato cap. 18, Fundamẽta primùm ſubſtructo, poſtea cæmẽtis minutis, & calce arenato ſemipedem vnumquodque corium ſtruito.

Perficere coria. Plin. lib. 13. cap. 9, Semen in ſiliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Sic libro 16. cap. 6. ad finem, Sed gallam hemeris optimam,

optimam, & coriis perficiendis aptissimam.

Coriarius {[illegible]} Qui coria concinnat. Plin. lib. 17. cap. 9, In coriariorum officinis pilo madefacto. Sic Firmicus lib. 4. cap. 7.

¶Coriarius, Frutex est rhuis herbæ. Plinius lib. 24. cap. 11, Nam & herba est sylvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ venena & tineas pellit: & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali: cuius aridis foliis, ut malicorio coria perficiuntur.

CORMALOS. Fluvius Troadis, in conventu Adramytteno, teste Plin. lib. 5. cap. 30.

CORNE, Collis est suburbanus agri Tusculani, in quo lucus visitur antiqua religione Dianæ sacratus à Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris. Author Plin. lib. 16. cap. ult.

CORNBATES, Pannoniæ populi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

CORNELIA gens, Romæ omnium gentium amplissima nobilissimáque ab antiquis est habita, de cuius origine nihil iam occurrit. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginensium est, altera Scipionum, Rufinorum tertia, postrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, & si qui sunt alij, plebeios potius quàm patritios crediderim. Qua equidem in re veterum authorum diligentia requirenda est, qui cum in aliis, tum in Corneliis nobis describendis valde videntur errare, quod cuivis attentius paulum consideranti facile fiet obvium. Cæterùm scribit Valerius Maximus libro 8. capite 16, imaginem Africani in cella Iovis Opt. Max. positam honoris atque dignitatis causa, quæ quotiescunque munus aliquod Corneliæ gentis celebrandum esset, inde peteretur. Proprium ergo hoc & peculiare Africanorum erat, ut illud Poplicolarum & Tubertorum, quos in urbe sepeliri consuevisse Cicero & Plutarchus ostendunt.

Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir disertus, vitas illustrium virorum scripsit, quarum tantùm Pomponius Atticus extat. Huic Catullus opus suum dedicat. Cornel. Epitadius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, supplevit. Tranquillus. Cornel. Gallus, ante omnes (inquit Servius) primus Ægypti præfectus, fuit poeta eximius. Nam & Euphorionem transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor. De quo multa Servius in Bucolicis Virgilij: de quo & illud distichon extat,

Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois,
Et sua cū Gallo nota Lycoris erit.

Cornelius Severus inter poetas epicos ab antiquis authoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atque eruditionem maximè probavit: quum in eodem officio essent alij complures, ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A Fabio Quintiliano ita commēdatur, ut versificator quàm poeta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est propter immaturam mortem. Quod opus si absolvere potuisset, meritò sibi secundum locum vendicasset, ut idem Quint. author est lib. 10. cap. 1. Extat eius carmen illud quo eleganter deflevit Marci Ciceronis interitū, quod etiam ab Annæo Seneca magnopere commendatum est.

Oráque magnanimûm spirantia penè virorum
In Rostris iacuere suis, sed enim abstulit omnes,
Tanquam sola foret, rapti Ciceronis imago, &c.

Cornelia, soror Africani, mater Gracchorum, epistolas reliquit eleganissimè scriptas. Cicero in Bruto, Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat, lib. 1. cap. 1, Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum cōtulit. ¶Fuit & Cornelia P. Sestij uxor. Cicero libro 5. Epist. familiar. 6. Non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutatam voluntatem tuam: sed postea quam & Cornelia tua Terentiam convēnit, & ego cum Qu. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam quotiescunque Senatus fuit, ut adessem.

Cornelia tribus. In TRIBVS.

Corneolæ, Gemmæ sunt, quæ ita nuncupari videntur, quia inter onyces cornea quoque visatur varietas. Vide Cælium Rhodig. libro 17. cap. 10.

Cornesco, Corneus. In CORNV, & CORNVS arbor.

Cornicen. In CORNV.

Cornicor, Cornicula. In CORNIX.

Cornicularius, Ordinis nomen in militia. Asconius, Accensi dicebantur attributi Decurionibus, hoc est ministri eorum, quasi ad censum additi, quos nunc Commentarienses & cornicularios appellant. Valer. Maximus lib. 6. Cui Cominius Tribunus plebis diem ad populum dixit, quòd cornicularium suum stupri causa appellasset. Dicitur autem cornicularius in bello, accensus Decurionis: in quo significatu capitur etiam apud Frontinum, lib. 3, Tribuni cornicularius vigiles quosdam excitavit. Vide Alciatum in tres posteriores libros Codicis. ¶Turnebus in hunc Suetonij locū, ubi inquit, Sauciū ac repugnantē adorti Clodianus Cornicularius & Maximus, &c. sic explicat his verbis, Ut in exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortibus Trib. militum corniculum, & fortasse in ordinibus centurionū: à quo Cornicularius, qui corniculo Tribuni militū præest. Tranquill. de claris grammaticis, Primò apparituram fecit magistratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit. Hæc ille.

Corniculum. In CORNV.

CORNIFICIVS, iisdem tēporibus in poetica floruit, quibus in scribenda historia Sallustius, Lucceius, & Cornelius Nepos in Urbe præstiterunt. Fuit ingenio eleganti, & lepido, atque in scribendis epigrammatis versatus est. Sororem habuit Cornificiam, ut scribit Eusebius, cuius carmen in magno pretio habetur. Fuit & Cornificius Ciceronis paternus amicus & collega, ad quem multæ extant ipsius Ciceronis epistolæ lib. 12.

Cornigenus, Corniger, Cornipes. In CORNV.

CONISCARVM divarum, Locus trans Tyberim erat, cornicibus dicatus, quòd in Iunonis tutela cornices esse putabātur. Author Festus.

Cornix, cornicis, penult. prod. f. g. {κορώνη} Avis iniucundè crocitans, quæ aliarum avium dux esse dicitur. Plautus Asin. 6, Picus & cornix est ab læva, corvus parrha ab dextera: cōsuadent. Cornicis naturam abundè describit Plinius.

Annosa cornix. Horat. 3. Carm. od. 17.
Garrula. Ovid. 2. Metam.
Improba. Virg. 1. Georg.
Raucæ. Lucret. lib. 6.

Sinistra. Virg. 9. ecloga. Sic à Virgilio appellatur, quòd cantus cornicis iniucundè crocitantis, malum auspicium esset aliquid incipienti, malúmque portenderet. Erat tamen aliquando cantus eius auspicatus, & faustus: ut,

Tarpeio quondam quæ sedit culmine cornix,
Est bene non potuit dicere, dixit erit. Turnebus.

Vaga. Horat. 3. Carm. ode 27.
Vetula. Horat. 4. Carm. ode 13.

Cornicum oculos cōfigere. Proverbium est, inquit Valla in Raudensem, Quasi configere oculos eorum qui se sapientiores videri volunt, & duces. nam cornix dux avium esse dicitur. Cic. pro Flac. Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum hominē eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. eius enim fide pecuniam sumpsit à Fufiis. Idem pro Murena, Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Iureconsultis eorum sapientiam cōpilarit. Quod proverbium (inquit Erasmus) an natum sit ex apologo quopiam, an ex eventu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Undecunque fluxerit, perinde valere videtur, Cornicum oculos configere, quasi dicas, novo quodam invento veterum eruditionem obscurare, efficeréque, ut superiores nihil scisse, nihil vidisse videantur. Effertur autem per ironiam. Budæus autem sic interpretatur, Cornicum oculos configere, pro eo quod est, callidos & versutos homines versutia & calliditate supplantare & eluctari. ut enim clavus clavo truditur, sic vafritia vafer, & ars eluditur arte. Sunt qui de hac re sic tradant, Cornicum oculos configere dicuntur hi, qui arcanam aliorum artem, ob idque magis aut quæstuosam aut admirabilem pervulgant: qua pervulgata tollitur aut quæstus, aut admiratio. Vel dicuntur hi, qui alioqui cautos & prudentes, tale nihil suspicantes decipiant. Adagium tractum putant ex natura animalis: Cornix enim ad cadaver hominis in patibulo aut rota expositi advolans, illi primùm oculos eruit, ut causidici populo, auferendo illi cognitionem fastorūm, quos scriba invulgando eruit cornicibus oculos, id est abstulit id luminis, quo cæteris præstare videbantur.

Cornicibus superstes, & Cornicibus vivacior, de vehementer annosis, proverbialis hyperbole: ab avis eius prodigiosa vivacitate sumpta Martial. lib. 10,

Et cornicibus omnibus superstes. De anu nimium vivace. Horat. 1. Carm. ode 13.

¶Cornix etiam annulus est ferreus, quo ostium pulsatur, à figura, aut potius à garrulitate sic dictus.

Cornicula, penult. corr. {[illegible]} Diminutivum. Horat. 1. epist. 3.

Ne si fortè suas repetitum venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus. Ex apologo Æsopi.

Cornicor, penult. prod. cornicaris {κρώζω} cornicari, Ineptè garrire. Persius sat. 5, Nescio quid tecum grave cornicaris inepte.

Cornu {κέρας} Indeclinabile, & hoc cornum, & hic cornus, huius cornus, secundum Priscianum. Plin. lib. 11. cap. 37. Omnibus autem cava, & in mucrone demum concreta sunt cornua: cervis tantùm solida, & omnibus annis decidua. Horat. 1. in Serm.

Fœnum habet in cornu, longè fuge. Vide Adagia Erasmi.

Cornibus armata bestia. Cicero 2. de Natura deorum, Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.

Aeria capræ cornua. Ovid. 5. Fast.
Arborea cervorum cornua. Virg. 1. Æneid.
Camura cornua, Servio, curva. Unde & Cameræ appellantur. Virgilius 3. Georgicorum,
-& camuris hirtæ sub cornibus aures.
Flexum circum cava tempora cornu. Ovid. 7. Metam. De ariete.
Latis cornibus uri. Seneca Hippol. 1.
Parata tollo cornua. Horat. epod. ode 6.
Prælonga. Lucret. lib. 3.

Cornua ramosa dedit natura capreis, sed parva, nec decidua: Convoluta & in anfractum arietum generi: rupicapris in dorsum adunca, damis in adversum: Erecta autem rugarúmque ambitu contorta, & in leve fastigium exacuta (ut lyras diceres) strepsicerori. Hæc ex Plin. lib. 11. cap. 37. ubi multa cornuum genera videto.

Ramosa cervi. Virg. 7. ecloga.
Recurva. Ovid. 5. Metam.
Recurva in tergum. Ovid. 5. Fast.
Rigidum. Ovid. 9. Metam.
Summis cornibus extare. Virg. 3. Georg.
Torva tauri. Lucan. lib. 1.
Terribili cornu petit irritamina sua taurus. Ovid. 12. Metam.
Frons hœdo turgida cornibus primis. Horat. 3. Carm. ode 13.
¶Curvare bima cornua fronte. Virg. 4. Georg. De vitulo.
Decernere inter se cornibus. Virg. 3. Georg. De tauris.
Ductus cornu hircus. Virg. 2. Georg.
Exectum. Horat. 1. Serm. sat. 5. -ô tua cornu
Ni foret execto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus miniteris?
Explorare cornua in truncis. Lucan. lib. 2.

Fregit in arbore cornu. Ouid. 5. Fast. De capra loquitur.
Gerere cornua fronte. Ouid. 15. Metam.
Incursare aduersis cornibus. In INCVRRO.
Inflexa in se cornua. In INFLECTO.
Lacerare. Horat. 3. Carm. ode 27,
Quum tibi inuisus laceranda reddet
Cornua taurus.
Inter se aduersis luctantur cornibus hœdi. Virg. 2. Georg.
Mutilus cornibus. In MVTILVS.
Profert iam cornua vultur. Claud. lib. 2. in Eutrop. De re minimè verisimili.
Taurum cornu tenere. Virg. 5. Æneid.
Trahere taurum prensis cornibus. Stat. 2. Thebaid.
Versa in obnixos vrgentur cornua. Virg. 3. Georg. De iuuenca.
Vires in cornua sumit taurus. Ouid. 8. Metam.
¶Sicciora corpora cornu. Catul. epig. 10.
¶Coactum cornu Phœbes. Lucan. lib. 1. Id est coniunctum Lunæ cornu: vtpote in plenilunio.
Circuitis cornibus orbem alligat Phœbe. Seneca in Medea, 2. 9.
Aurata Tauri syderis. Virg. 1. Georg.
Cornua lunaria. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Orbe resurgebant lunaria cornua nono. Id est nonus incipiebat mensis.
Lunata. In LVNA.
Obscurum Lunæ cornu. Virg. 1. Georgicorum,
Luna reuertentes quum primùm colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagóque parabitur imber.
Obtusa Lunæ cornua dicuntur, quando Luna pura non est. Virg. 1. Georgicorum, Pura nec obtusis per cælum cornibus ibit.
It Luna rupta nube cornibus puris. Seneca Hippol. 4.
Tenuius Lunæ cornu. Stat. 12. Thebaid.
Velatis cornibus Luna. Valer. lib. 8. Argon.
Coeunt tota cornua, efficiúntque orbem. Ouid. 7. Metam.
Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent. Virgil. 3. Æneid. Id est iam tertium est plenilunium.
Euanescunt cornua Lunæ. Ouid. 2. Metam.
Iunctis cornibus implerat orbem Luna. Ouid. 2. Metam.
Luna suos ignes coeunte cornu iungit. Seneca Hippol. 6.
Reparat noua cornua Phœbe. Ouid. 1. Metam.
¶Cornua montium. vt, Cornua Parnasi: qui eadem de causa etiam biceps dicitur. Stat. 5. Thebaid. Quâtus & ille sacri spiris in torta mouebat Cornua Parnasi, &c.
¶Cornua fluminum, dicûtur flexus, & curuitates alueorum, quòd multis in locis ad cornuum similitudinem flectâtur. Sipôtinus. Eadem & brachia quibusdam dicûtur. Cic. Att. lib. 9. Ab vtroque portus cornu moles iacimus. Vide Sinus, per translationem, &c. in SINVS.
Angustis inclusum cornibus æquor. Ouid. 5. Metam.
Gemina. Virg. 4. Georg. De Eridano loquitur.
Elatis cornibus amnes. Valer. lib. 1. Argon.
Terrificis vndans cornibus Hebrus. Valer. 6. Argon.
Truncatum. Claud. de Laude Serenæ,
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
¶Cornua in prælio, pro vtraque parte exercitus. In exercitu enim est dextrû & sinistrum cornu: & quod inter vtrunque est, dicitur medium. Terent. Eun. 4. 7,
-in medium huc agmen cum vecti, Donax:
Tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum. Cæsar 1. belli Gallici, Ipse à dextro cornu prælium commisit.
Cornua addere pauperi. In ADDO.
Cornua commouere. In COMMOVEO.
Equites pro cornibus locare. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Vtrinque cornua promouere. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Equites cornibus affundi. Tacit. in Vita Agricolæ, Instinctos ruentésque ita disposuit, vt peditum auxilia, quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent: equitum tria millia cornibus affunderentur.
Acies inclinato cornu ruebat. Sil. lib. 10.
Quasi cornua duo. Cicero 13. Philipp. Deinde Pansa & Hirtius: qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum quum illæ verè partes vocabantur.
Cornua disputationis alicuius commouere. Cic. 2. de Diuin. Nunc cominus agamus, experiamúrque si possimus, cornua commouere disputationis tuæ.
¶Cornua antennarû, pro Vtraque parte antênæ. Virg. 3. Æneidos, Cornua velatarum obuertimus antennarum.
Ardua cornua, pro Antennarum extremitatibus. Virg. 5. Æneid.
Ardua cornua demittere. Ouidius 11. Metamorph. De cornibus antennarum.
Explicitus liber vsque ad sua cornua. Martial. lib. 11. epigr. 108,
Explicitum nobis vsque ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum, Septitiane, refers.
Extendere cornua. Lucan. lib. 4.
¶Cornua obuertere alicui in re secunda. Plaut. Pseud. 16. Hoc est velut cornibus impetere, & nocere alicui.
Flexile cornu curuare, Arcum tendere. Ouid. 5. Metam.
Lenta flectere cornua. Ouid. 12. Metam.
¶Lycium cornu, Arcus Lycius. Virg. 11. Æneidos,
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. Vbi Seruius, Cretenses sagittas Lycio arcu dirigebat. quod, vt suprà diximus, ad ornatum poni consueuit.
Parthum cornu. Virg. 10. ecloga,
-libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.
Lentare cornua. Stat. 3. Thebaid. De arcu.
¶Vngula solido cornu. Virg. 3. Georg.
-solido grauiter sonat vngula cornu.
¶Cornua dicebantur quæ nunc Tubæ vocantur, eo quòd ea quæ iam sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Varro de Ling. Lat.
Rauco strepuerunt cornua cantu. Virg. 8. Æneid.
Inflexo tibia cornu. Ouid. 4. Fast.
Tibia inflato cornu. Ouid. 11. Metam.
Torua. Pers. sat. 1.
Magna cornua sonare ac vincere tubas. Horat. 1. Serm. sat. 6,
-magna sonabit
Cornua quod, vincátque tubas.
Occanere cornua, ac tubas Sentius iussit. Tacit. lib. 2.
Cornua dicuntur à curuore, quòd pleraque curuamus. Varro de Lingua Latina.
¶Benignum. Horatius 1. Carm. ode 17. Pro Copioso & diuite posuit, sumpta metaphora à cornu Fortunæ, quo diuitiæ ligari dicuntur. Acron.

Cornucopiæ, Indeclinabile { κέρας ἀμαλθείας } Quum affatim omnia superesse significamus, copiæ cornu dicimus. Plaut. Pseud. 10, Nam hæc illa ea cornucopiæ est, vbi inest quicquid volo. Plin. in præfatione 10, Alij κέρας ἀμαλθείας libros suos inscripserunt, quod est copiæ cornu, velut lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum. Ouidius, Cornucopiæ dicit id fuisse, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit: hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarunt. Ouid. 9. Metam. Vide Erasmi Chiliadas.
Copia diuite cornu. Seneca Medea, 2.
Aurea fruges, Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Horat. 1. epist.
Cornua, Liberi patris (quem vini inuentorem ferunt) simulacro adiciuntur, eo quòd homines nimio vino truces fiunt. Ex Festo.

Cornesco, cornescis { κερατοῦμαι } cornescere, Durescere in cornua. Plin. libro 11. cap. 49, Vrso quoque simul vt expirauerit, cornescere aiunt genitalia.

Corniculum, penultima correpta { κεράτιον } Diminutiuum à Cornu. Plin. lib. 11. cap. 28, Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignaua. Idem libro 9. cap. 32. de cochleis, Oculis carent. itaque corniculis prætentant iter. ¶Hoc etiam nomine vocatum est oppidum iuxta Tarquinios, κορνίκλοι Stephano, à quo oppidani Corniculani appellati sunt. ¶Est & Corniculû ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. Liu. lib. 10. scribit Papyrium Côsulem equites omnes, ob insignem in bellis operam, donasse corniculis, armillisque argenteis.

Cornicen, penult. corr. cornicinis, penult. corr. { κερατίνης } Qui cornu sonat. Iuuen. sat. 2,
Quadringenta dedit Gracchus sestertia dotem
Cornicini, siue hic recto cantauerat ære.
Cornicines atque tubarum concentus. Iuuen. sat. 10.

Cornifrons, cornifrontis, Adiectiuum quo vsi sunt veteres, dictum à cornibus quæ frontes præferunt. Liuius, Tu pascere cornifrontes armentas soles.

Cornigenus, a, um, Quod est ex genere cornu habentium, sicut Caprigenus, Quod est ex genere caprarum. Sipontinus.

Corniger, penult. corr. Adiectiuum { κερατοφόρος } Qui cornua gerit. Plin. lib. 11. cap. 37, Camelus vna ex iis quæ non sunt cornigera.
Cerui corrigeri. Ouid. 7. Metam.
Caput. Ouid. epist. 5.
Caput Liberi cornigerum, quòd vinum inermi cornua & audaciam det. Seneca Hippol. 6.
Fluuius corniger. Virgilius 8. Æneid. Vbi Seruius, Flumina ideò cum cornibus pinguntur, siue quòd mugitum boum imitatur murmur vndarum, siue quòd plerunque in cornuum similitudine curuatas cernimus ripas.
Corniger taurus apud Ciceronem, 2. de Natura deorum, Ex antiquo poeta.

Cornipes, penult. corr. cornipedis, pen. corr. om. gen. { κερόπους } Quod pedes corneos habet, veluti equus & capra. Ouid. 2. Fastorum,
Cornipedi Fauno cæsa de more capella. Faunus enim caprinos pedes habere fertur.
Equus cornipes. Virg. 7. Æneid.
Cornipedes, substantiuè, etiam dicuntur equi tantúm. Sil. lib. 7.

Cornuarius, cornuarij, masculini generis. Cornuarij, sunt, vel qui cornua conficiunt, vel qui cornu canunt, quos Æneatores à priscis dictos Festus libro 1. scribit. De his fit mentio in l. vltima. D. de iur. immunit. A Tubariis autem eos Paternus separat, vt & Cornicines à Tubicinibus. Vegetius libro 2. capite 22. & Modestus in Epitôme eiusdem.
Cornutus, pen. prod. Adiect. { κεράστης } Quod cornua habet. Varro 2. de Re rust. cap. 7, Ætas cognoscitur equorum, & ferè omnium qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutarû, quòd, &c. Potest etiam dici Cornutum, quod procedit ex cornu. Martial. Occubuit tandem cornuto ardore potitus.
Cornutam bestiam petis, inquit Plautus. Id est lacessis eum qui paratus sit retaliare iniuriam, quémque non, nisi tuo malo, prouoces. Erasmus.

Corneus { κεράτινος } Quod ex cornu est. Cic. 1. de Nat. deor. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quum sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro.
Arcus corneus. Ouid. 1. Metam.
Corneus homo. Plin. lib. 7. cap. 19. ad finem, Quibus naturâ concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.
Corneus color, Qui cornu vel corni similitudinem refert. Plin. lib. 36. cap. 8.
Ora cornea. Ouid. 8. Metam. Sic rostra vocat auium.
Porta Somni cornea. Virg. 6. Æneidos,
Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea: qua veris facilis datur exitus vmbris. Vbi Seruius, Per portam corneam, inquit, oculi significantur, qui & cornei sunt coloris, & duriores cæteris membris, nam frigus non sentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libris de Deorum natura.

Corneolus, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 2. de Nat. deor. de auribus loquês, Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multísque cum flexibus: quòd his naturis relatus amplificatur sonus.

¶Cornua {κέρατα} Strabo lib. 9, In Salaminiaco, inquit, litore Attici soli & Megarici confinia iacere contigit, duos videlicet colles, quos Cornua vocant. Hæc ille.

Cornus, huius cornus vel corni, f. g. quartæ & secundæ declinationis {κρανία} Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus similes: fructum circa solstitia reddit, primo candidum, postea sanguineum. Hæc Sipontinus ex Plinio. Virgil. 2. Georgicorum,
-& bona bello Cornus. Id est apta hastilibus.
Cornus Itala, pro Telo ex cornu facto. Virg. 9. Æneidos,
Coniecto sternit iaculo, vocat Itala cornus. Seruius.
Leuis cornus, Sagitta ex corno arbore. Seneca Hippol. 4.
Armata ferro gracili cornus, Hastile aut sagitta quæ fiebat de cornu arbore. Seneca Hippol. 4.
Sonans cornus, Sagitta ex cornu arbore. Sil. lib. 13.
Validam cornum torquere. Sil. lib. 13.

Cornum, corni, n. g. {κράνον} Fructus Corni.
Autumnalia corna. Ouid. 8. Metam.
Lapidosa. Virg. 3. Æneid.
Rubicunda. Horat. 1. epist. 17.
Syluestria. Horat. sat. 2.

Corneus, Adiectiuum {κράνινος} Quod est ex corno. Plautus,
Duram ac corneam virgam.
Cornea pyxis. Plin. lib. 21. cap. 20.
Venabula. Ouid. epist. 4.
Virgulta, Quæ sunt cornus arboris. Virg. 3. Æneid.

Cornetum, pen. prod. {κρανεών} Locus vbi sunt frequentes corni: sicut à pino pinetum.

Cornifer, penult. corr. Adiectiuum, Qui cornos fert, vt Rami corniferi. Claud. lib. 1. de Raptu Proserp.

CORNVTVS, Leptites genere (est autem Leptis Africæ ciuitas) emicuit Romæ sub Nerone, interfectus demum ab eo vnà cum Musonio philosopho. Multa eius scripta tam in philosophia, quàm rhetorica feruntur. natura magis, quàm studio iuuabatur. Erat sine liberis: humanitate alioqui tanta, vt discipulos ex ea causa plurimos ad se non minus quàm doctrina alliceret. Author Suidas. ¶Fuit & Cornutus, Prætor vrbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo libro 10. epist. 12. Item ad Atticum. lib. 1. epist. 9, Bonis vtimur Trib. pleb. Cornuto verò Pseudocatone.

COROCONDAMES {κοροκονδάμης} Vicus est ad Bosphorum Cimmerium, oppositum habens vicum Panticapensis agri, nomine Acram, qui septuaginta stadiis freto disiungitur. Strabo lib. 11.

COROCONDAMETIS {κοροκονδαμῆτις} Lacus est supra Corocondamen, qui & ab ea vocatur, & decem stadia à vico in mare emittit. Author Strabo lib. 11.

COROEBVS {κόροιβος} Atheniensis, qui primus figlinam inuenit. Author Plin. lib. 7. cap. 56. ¶Fuit & alter Coroebus, κόροιβος Suidæ, filius Mygdonis (vnde à Virg. Mygdonides appellatur) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus pater ei despóderat, ad Troiam venit, socero & Phrygibus laturus auxilium, quanuis à sponsa ipsi exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte qua Ilium ceciderit, occisus est à Peneleo quodam Græco. Virg. 2. Æneidos,
-iuuenísque Coroebus
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat, insano Cassandræ incensus amore. Vide Prouerbium, Stultior Coroebo.

Corolla, Corollarium, In CORONA.

Coron {κόρων} Dioscoridi Herba est eadem cum syluestri ruta.

Corona, pen. prod. & sine aspiratione, vt Quintil. lib. 1. {στέφανος} A nostris olim Strophia, à στρέφειν, quod est vertere. Meminit Plin. lib. 21. cap. 2. Plaut. Asin. 13,
Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit
Ancillam ferre Veneri, aut Cupidini.
Coronæ floreæ & roseæ. Plaut. Aulul. 13. Martial. lib. 13.
Coronæ diuersorum generum fuerunt apud Romanos in magno pretio, qualis erat triumphalis, obsidionalis, ciuica, muralis, vallaris, quæ & castrensis, naualis, oualis. De quibus suis locis abundè. Vide Gell. lib. 5. cap. 6. Et Plin. lib. 21. cap. 2. & 3.
¶Aurea corona. Cic. Att. lib. 14, Mihi quidem videtur Brutus noster iam vel coronam auream per forum ferre posse.
Classica. Vide Classicus, Adiectiuum, in CLASSIS.
Duplex gemmis auróque. Virg. 1. Æneid.
Festa. Ouid. 10. Metam.
Florente corona cinctus. Ouid. 2. Metam.
Gemmifera. Valer. lib. 5. Argon.
Graciles. Iuuenal. sat. 12.
Herculea. Virg. 2. Georg.
Hybernæ. Plin. lib. 21. cap. 2.
Ilignea. Vide ILEX.
Insignis gemmis. Virg. 7. Æneid.
Intactæ. Martial. lib. 11. epigr. 90,
Intactas quare mittis mihi, Polla, coronas?
Marcentes. Claud. in Epith. 20.
Muralis. Silius lib. 13. Huiusmodi autem corona dabatur ei qui primus murum conscendisset.
Muralis corona Cybeles. Lucret. lib. 2.
Naualis. Virg. 8. Æneid. De Agrippa. Vide NAVIS.
Nexæ vel nexiles. Horat. 1. Carm. ode 38.
Obsidionalis. Vide OBSIDIONALIS.
Oleaginea. Vide OLEAGINEVS.
Oualis. Vide Oualis in OVO.
Pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3, Summáque authoritas pactili coronæ: vt in Saliorum sacris inuenimus solennes cœnas. Sic restituit Turnebus, quũ in editis locus sit corruptissimus. Pactiles autem coronæ plerisque videntur compactiles: fortassè tamen fuerint, quarum coronamenta in torulo rotundo, vel vspiam figuntur panguntúrque.
Pieria. Martial. lib. 12. epigr. 52.
Populea. Horat. 1. Carm. ode 7.
Quadrima. Martial. lib. 12. epigr. 32,
Quadrima nigri nec corona pulei.
Querna. Ouid. 1. Fastor.
Roseæ. Claud. 1. Paneg.
Rosacea. Plin. lib. 21. cap. 3.
Sutiles. Ouid. 5. Fastor.
Virides. Virg. 5. Æneid.
¶Capere coronam insigni cum laude. Lucret. lib. 6.
Coronam ciuicam dare. Cic. pro Plancio.
Iam ipsæ defluebant. Cic. 5. Tuscul.
Detracta capillis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Donari. Horat. in Arte.
Donare Cererem spicea. Horat. in Carm. secul.
Exornare aliquem tenui. Iuuen. sat. 9.
Fusæ per colla. Ouid. 2. Fast.
Habere coronam honoris alicuius causa, ponere luctus gratia. Cicero Attico, lib. 14, De coronatis, quum sororis tuæ filius à patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia.
Habere in capite, in collo. Cic. 7. Verr. Ipse autem coronam habebat vnam in capite, alteram in collo.
Imponere alicui. Vide IMPONO.
Puppibus coronas. Virg. 4. Æneid. Vbi Seru. Aut re vera coronas inquit, aut spiras funium accipimus.
Inducere cratéra. Virg. 3. Æneid. Id est (inquit Seru.) Aut vsque ad summum implere, aut re vera coronare.
Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3.
Primam coronam laude merere. Virg. 5. Æneid.
Regni coronam cum sceptro mittere. Virg. 8. Æneid.
Nectere alicui coronam. Horat. 2. epist. 2.
Insignem coronam petere suo capiti. Lucret. lib. 4. Significat magnum nomen & honorem sibi comparare.
Pingere tempora coronis. Ouid. 5. Fast.
Premere crinem. Stat. 1. Sylu. 2.
Plexis redimere caput. Lucret. lib. 25.
Scindere hærentem coronam crinibus. Horatius 1. Carminum ode 17.
Vincire tempora. Horat. 1. Carm. ode 7.
¶Corona {ἄγυρις, ἄγυρμα} Conuentus hominum circunstantium, & veluti in circulum congregatorum. Cic. 5. Verr. Taménne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum?
Corona & turba. Cic. pro Flacco, A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbámque effunditur.
Clamor coronæ. Horat. 1. epist. 19,
-scis quo clamore coronæ
Prælia sustineas campestria.
Muros rara corona cingere. Virg. 10. Æneid. Id est circundare pau ca multitudine militum.
Corona cingere aliquem, pro Circunstare aliquem. Lucanus libro 1.
Socia corona. Claud. 2. de Raptu Proserp.
Spissa corona vallata mœnia. Id est multis militibus circundata. Silius lib. 13.
Spissa. Horat. in Arte poet.
Interlucet corona spissa viris. Virg. 9. Æneid.
¶Corona, Circulus est circa lunam.
¶Corona, Signum erat seruorum venalium: ideóque sub coronis venire dicebantur, qui in bello capti vænundabantur coronati. Cæs. 3. bel. Gal. Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit.
¶Corona, pro Signo cælesti ponitur, nempe Ariadne Minois filia, quæ in sydus conuersa est à Baccho. Virg. lib. 1. Georgicorum,
Gnosiáque ardentis decedat stella
Coronæ. Hæc Cancro & Leone exoriente óccidit, exoritur cum Scorpio nonis Octobris, habet stellas nouem in orbem dispositas. Author Hyginus lib. 3.
Dictæa. Claud. 7. Paneg. Seu tibi Dictææ placuerunt astra coronæ. Hoc est, syderis coronæ simillimi. alludit autem ad Ariadnem Dictæam, Id est Cretensem.
Dotalis. Claud. de Nupt. Hon. & Mar.
Gnosiaca, Id est Ariadnes corona, sydus cæleste. Stat. 1. Sylu. 7.
¶Coronæ, sunt Prominentiæ & veluti supercilia quædam parietum, arcendis stillicidiis inuenta, fabri Cornices appellant & intabulamenta: siue structura, siue intestino opere constant. Vitruu. lib. 2, Summis parietibus structura testacea sub tegula subiiciatur, altitudine circiter sesquipedali, habeátque proiecturas coronarum: ita vetari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.
¶Coronam, quam στεφάνην vocant Græci, in mundo muliebri ponit Pollux lib. 5. cap. 16. ex illo versu,
τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς βάλε δέσματα σιγαλόεντα. Horum hæ plexas coronas, hi verò enses habebant.

Corolla, Diminutiuum {στεφάνιον} Festus, Corollam noua nupta de floribus, verbenis, herbísque à se lectis sub amiculo ferebat. Plin. lib. 21. cap. 2, Paulatímque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatẽ nominatis: mox & corollariis, postquam è lamina ærea tenui inaurata & inargentata dabantur. Plaut. Pseud. 22,
-corollas dari dapsiles.
Corolla plectilis, ea est quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur, neque suitur. Itaque à sertis floribus, & sutilibus coronis differt. Plaut. in Bacch dibus,
Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis. Ex Turnebo.
Indistinctis corollis flores plexos ferre. Catul. in Argon.

Floridis corollis redimita domus.Catull.de Berecynth.& Aty.
Soluere de sua fronte corollas.Propert.lib.1.eleg.3.
Corollarium (ἐπίμετρον) authore Varrone,lib.1.de Ling.Lat.significat id quod additum est præterquam quod debitum, tanquam auctarium quoddam, & id quod supra mensuram vel pondus iustum adiicitur. A corollis nomen deductum,quòd hæ,quum placuerant actores,in scena dari solitæ sint. Plin.Iun.lib.7. epist.23, Ac deinde singulos gestus dominæ cum canticis reddebant: qui nunc exiguissima legata theatralis operæ corollarium accipient ab hærede, qui non spectabat. Cic.5.Verr.De viuo igitur erat aliquid resecandum: vt esset vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.
¶Corollaria, etiam dicebantur præmia quæ corollarum vice populo qui ludis astabat & conuiuis,donabantur.Sueton.in Augusto, cap.45,Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis,ac crebra & grandia de suo offerebat. Cic.5.Verr.Noli hos colligere, qui nummulis corrogatis de nepotum donis ac de scenicorū corollariis quum decuriam emerunt,&c. Idem 6.Verr.Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus emblemata auellenda curauit.
Corollaria, Propriè corollæ erant, è lamina ærea vel argentea tenui inaurata. Græci ἐπιχρυσώματα, vt in lexico D.Germani se legisse scribit Turnebus,vocabant.
Corono,coronas,pen.prod.(στεφανόω) coronâre.Plin.lib.15.cap.4,Athenæ quoque victores olea coronant. Cicero 2.de Legib.Sequebantur epulæ,quas inirent propinqui coronati.
Aditum custode coronare.Id est custodibus circundare. Virgilius 9.Æneidos,
Hinc atque hinc, omnémque aditum custode coronant. Vbi Seruius, Melior (inquit) lectio Abitum, quàm Aditum. Cingunt enim syluam ne abeant,non,ne adire possint.
Cratera coronare.Virg.2.Georg.
Collum coronat pluma. Id est instar coronæ collum circundat. Lucret.lib.2.
Focum coronat multa olla.Id est pluribus ollis circūdat. Martial. lib.12.epigr.18,
Multa villica quem coronat olla.
Pyram fronde funerea coronare. Virg.4.Æneid. Id est circundare cupresso.
Sylua coronat aquas cingens latus omne.Ouid.5. Metam.
Victoria coronat fronde aliquem.Horat.1.epist.19.
Vina coronare.Virg.1.Æneidos,
Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Vbi Seruius, Vina, pro Poculis posuit, & est tropus synecdoche, vt Cererem dicimus pro frumento. Sic Plautus, Vinum precemur. Nam hic deus præsens adest. Coronant autem est,aut implent vsque ad marginem,aut quia antiqui coronabant pocula,& sic libabant. Vnde est,
-magnum cratera corona
Induit,impleuítque mero.
¶Coronare,In coronamenta venire,Coronis faciendis adhiberi. Plin.lib.21.cap.9,Folio coronat & trifolium.
Coronans,penultima prod. (στεφανῶν) Participium. Horatius 3.Carm. ode 23,
-te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium
Paruos coronantem marino
Rore deos,fragilíque myrto.
Coronatus,pen.prod.(ἐστεφανωμένος) Participium.vt,Amantes coronati. Propert.lib.3.eleg.3.
Aurum coronatum vocat auream pyxidem Stat.lib.3.Sylu.4.
Capilli coronati.Ouid.epist.20.
Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.Horat.2.Carm. ode 7.
Boues capite coronato. Tibul.lib.2.eleg.1,
-nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boues capite.
Frons coronata.Ouid.5.Fast.
Ignes coronati.Stat.10.Thebaidos,
Ille coronatos iam dudum amplectitur ignes.
Manes. Claud.2.de Rapt.Proserp.Hoc est dij inferni. Tractum à veterum more,qui sertis ornati conuiuia agitabant, vt docet Plutarchus in Symposiis.
Nauis coronata.Ouid.15.Metam.
Coronalis, Sutura vocatur in anteriore capitis parte:quandoquidē coronæ in ea potissimum capitis parte collocantur:sicut posteriorem à literæ Λ similitudine,Lambdoidem nominant. Ex Gal.lib.de ossib.
Coronarius,vel coronaria (στεφανοπλόκος) coronariæ, Qui coronas cōficit. Plin.lib.21. cap.2, Florum inuicem odores coloresque accedere Sicyonij, ex ingenio Pausiæ pictoris, atque Glyceræ coronariæ dilectæ admodum illi.
Coronarius,Adiectiuum (στεφανωματικός) Quod ad coronas attinet.vt, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur: vel ea pecunia quam prouinciales dabāt Romanis magistratibus in coronam, hoc est nomine & prætextu coronæ inde faciendæ.Cic.de Leg.Agr.contra Rullum, Quod ad quēque peruenit,peruenerit ex præda,ex manubiis, ex auro coronario. Ibidem Coronarium absolutè ponitur. Ex præda,ex manubiis,ex coronario,&c.Sub.auro.
Coronariæ herbæ. Plin.lib.21.cap. 23.
Coronarium opus,In modum coronæ factum.Plin.lib.15.cap.30, Ramos spargit à radice dodrantales,topiarij ac coronarij operis.
Coronarium æs. Plin.lib.33.cap.9,Miscetur argēto tertia pars æris Cyprij tenuissimi,quod coronarium vocant,&c.
Coronamentum (στέφανωμα) Violæ, rosæ & alij flores quibus corollæ fiunt & serta nectuntur. Plinius lib.21.cap.1,In hortis seri & coronamenta iussit Cato,inenarrabili florum maximè subtilitate.
In coronamenta folio venêre melothron,spireon,&c.Plin.lib.21.
cap.9. Hoc est ex eorum foliis fiunt coronæ.
CORONAEA, Bœotiæ oppidum, authore Plin.lib.4.cap.7. Iuxta Cephisum,inquit,amnem,Lamia & Anichia, Medeon,Phligone,Grephis,Coronæa,Chæronia.
CORONAE. Plin.lib.4.cap.5, Oppidum Achaiæ, à quo Coronæus sinus. Strabo lib.8. eam Coronam appellat, de qua sic refert, Corona,vrbs est mari vicina,& hanc nonnulli Pedasum à Poeta nominatam esse inquiunt.
CORONE, es, Ciuitas fuit in Peloponneso,ad Pamisi fluuij dextram, à Bœotiæ Coronia sic appellatione ducta: vel quòd mœnium fundamenta defodientibus ænea sit inuenta cornix: cuius rei fortè argumento in acropoli æneum stabat Pallados simulacrum sub dio, cornicem manu tenens. Meminit Alex. Genial. lib.5. cap.13. Et Rhodig.lib.15.cap.20.
Corone,siue Coronon(κορώνη ἢ κορώνον)nuncupatur,quum in mucronem tenuis ille ossium capitis processus,qui ceruix Galeno dicitur,desinit.Vide lib.de ossib.Galen.
Coroneola, Genus rosæ est, autumni tempore in rubo prouenieus. Plin.lib.21.cap.4.
CORONIS,Dea est quæ in Sicyonia colitur,cuius tamen simulacrum peculiare templum habeat nullum:sed quū sacrificij appetit tempus, id in Palladis transferunt sacraria, honoréque prosequuntur. Hæc Pausanias.sed quænam illa sit aliter non explicat.Nam de Coronide Æsculapij matre non crediderim,quæ narratur duplex in Metamor. Ouidij.
CORONIS (κορωνίς) Nympha Thessalica Leucippi Lacedæmonij filia,ex Apolline concepit Æsculapium. Postea quia cum Ischye Elati filio clàm rem haberet, simul cum Ischye sagittis à Diana rogatu Apollinis confecta fuit. Sed prius coruum qui crimen indicauerat, ex albissimo in atrum conuertit Apollo:& puerum è větre matris excisum Chironi enutriendum & erudiendum tradidit. Hæc Pindari scholia. Ouid.2.Metamorphoseos,
Pulchrior in tota,quàm Larissæa Coronis,
Non fuit Æmonia. Quo in loco fabulam & fusissimè & elegantissimè describit,sed paulò aliter. Vide Seru.in 6.Æn. Et rursus in 7.
Coronis,pen.prod.coronidis, pen.corr.f.g. (κορωνίς) Summitas seu apex alicuius rei,velut montis,aut structuræ alicuius.
¶Coronis, significat & nauis puppim, quòd sit in eius apice curuatum rostrum.
Vsque ad coronidem dicimus, quum extremum finem rei cuiuspiam significamus. A nauibus tractum putant literatores,quibus aliquid rostri speciem gerēs solet addi. Nam corone, Græcis cornicem sonat: coronis,corniculam. Apud Homerū κορωνὶς vsurpatur pro annulo, aut siquid aliud apponitur ostio. Idem velut ornamenti gratia perfectis omnibus additur. Quanquam coronis dicitur interdum quod accedit absoluto operi:vt Martial.lib.10,
Sed nimius videor,seráque coronide longus
Esse liber:legito pauca,libellus ero. Idem,
Et mage principio grata coronis erit. Postremò Grammatici quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, coronidem vocant, eámque notant veluti rostri figuram exprimentibus lineis.
Coronopus,penult.corr.coronopodis,pen.corr.m.gen.(κορωνόπους) Oblonga herba est cum fissuris. seritur interim: quoniam radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta. Plinius lib.22.cap. 19. Matthiolus Senensis putat Coronopum esse eam herbam,quæ vulgò dicitur *Herba Stella*.
COROPASSVS (Κορόπασσος) Ciuitas est Lycaoniæ, cuius meminit Strabo lib.14.
Corophium (κορόφιον) Piscis de genere Cancrorum. Plinius libro 32.cap.11.
Coroplathi, vocantur qui puppas nescio quas pueriles, & id genus imagunculas quoruncunque animalium ex luto parte plurima, sed & ex alia interim materia fingunt: verùm operi motus nō adest,neque item anima, risum modo & voluptatem tota res habet. Author Cæl.lib.7.cap.19.
CORPILI, Populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, vt scribit Plin.lib.4.cap.11.
Corporatio,Corporatura,Corporeus,In CORPVS.
Corpus,corporis,pen.corr.n.g.(σῶμα,χρώς) Massa compacta ex artubus & membris. Cic. 2. de Orat. Etenim corpus intelligi sine loco non potest.
Corporum tria sunt genera.Lrerum mistura D.de vsucap.
¶Corpus,pro Sola carne,vt ait Sipontin. Cic.Gallo,lib.7.27,Ego hic cogito commorari quoad me reficiam:nam & vires & corpus amisi. Idem 2.de Nat.deor.Quid dicam de ossibus quę subiecta corpori mirabiles commissuras habent, & ad stabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas & ad motum, & ad omnem corporis actionem? Quintil.lib.1.in procem.18.
Vtranque significationem expressit Martialis vnico versu,lib.1,
Viuebant laceri membris stillantibus artus,
Inque omni nusquam corpore corpus erat.
In corpus ire.Quintil.lib.2.cap.10,Quid ergo?Nunquam hæc supra fidem,& poetica (vt verè dixerim)themata iuuenibus pertractare permittemus:vt expatientur,& gaudeant materia,& quasi in corpus eant,erit optimum.
Formæ & corpora. Cicero 2. de Orat. His autem formis atque corporibus, sicut omnibus rebus quæ sub aspectum veniunt, sede opus est.
In speciem vnius corporis res diuersissimas colligere. Quintil.lib. 4.cap.1.
Vnum corpus defensionis. Cic.de Claris Orat. Sed nihil vitiosius, quàm quum vnum corpus debeat esse defensionis, nasci de-integro causam,quum sit ab altero perorata.
¶Artus corporis. Horat.in Carm.secul.
Auctus. Lucret.lib.2.

Augmen. Lucret. lib. 2.
Caulæ. Vide CAVLA.
Compagibus corporis includi. Cic. de Senect.
Cura. Sueton in Domitiano, cap. 16, His velut transacto iam periculo lætum festinantémque ad corporis curam Parthenius cubiculo præpositus conuertit, &c.
Formæ corporum. Quintil. lib. 2. cap. 8, Nec pauciores animorum penè, quàm corporum formæ.
Habitus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Infirmitas. Vide INFIRMVS.
Nixus. Quintil. lib. 2. cap. 12. Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod semel inuasit, incumbit, fortior ab iis vocatur.
Nisu corporis, & impetu equi peruasit. Tacit. lib. 2.
Neque adsultibus, & velocitate corporum vteretur. Tacit. lib. 2.
Vitium. Ouid. 3. de Arte amandi.
Vmbra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
¶ Aquæ corpus. Lucret. lib. 2.
Neptuni corpus acerbum, Id est salsum est mare. Lucret. lib. 2.
Fera corpora ferri. Hoc est aspera, dura. Nisi fortè fera dixerit, quia ferro ad feritatem vtimur. Lucret. lib. 2.
Condensa corpora lapidum. Lucret. lib. 6.
¶ Corpus mali habitus dicitur, quod Græcè κακόχυμον dicunt. Celsus lib. 5. cap. 28, Vtrúque sicut omnis cancer, fit maximè in senibus, vel his quorum corpora mali habitus sunt.
¶ Abundans corporis. In ABVNDO.
¶ Ægrum vel ægrotum. Iuuen. sat. 9.
Æquæuo corpore fratres. Sil. lib. 13.
Album. Horat. 2. Carm. ode 2. Sic vocat corpus hydropici.
Anile. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.
Cæca corpora vētos appellat Lucret. lib. 1. Hoc est corporeos quidem, sed inuisibiles: siue corpora inuisibilia.
Cassum anima. Lucret. lib. 3.
Castum diu, vulgare populis corpus. Seneca Hippol. 8. Id est vulgo prostituere corpus seruatum diu.
Celeri corporè elapsus. Virg. 5. Æneid.
Charum. Seneca Hippol. 12.
Clarum, Id est nobile. Seneca Troade, 12.
Consortia pœnæ. Ouid. 13. Metam.
Crassum corpus terræ. Lucret. lib. 6.
Debile. Lucret. lib. 4.
Deforme. Seneca Troade, 12.
Densissima setis. Ouid. 3. Metam.
Dira. Ouid. 1. Metam.
Diuino corpore Luna. Lucret. lib. 5.
Durum. Claud. 2. Paneg.
Effœtum. Ouid. 7. Metam.
Egenum decoris & frontis. Sil. lib. 6.
Egregium corpus, Formosum. Horat. 1. Serm. sat. 6.
Exangue. Ouid. 2. Metam.
Exangue reddere sepulcro. Virg. 2. Æneid.
Exanime vel exanimum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Homo exigui corporis. Horat. 1. epist. 21.
Laborum ferentia. Tacit. lib. 21.
Fessa carpunt soporem. Virg. 4. Æneid.
Fidele senectæ. Pers. sat. 2.
Fluido corpore liquidæ res. Lucret. lib. 2.
Fluxa & resoluta. Colum. in præfat. lib. 1.
Formosi corporis spolium dies aufert, Forma paulatim dilabitur & perit. Seneca Hippol. 6.
Fortia. Virg. 1. Æneidos,
-vbi tot Simois correpta sub vndis
Scuta virûm galeásque & fortia corpora voluit. Hoc est virorum fortium corpora. nulla enim est in mortuis fortitudo. Seruius.
Fortissimorum educatio. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Frigidum & exangue alicuius complecti. Quintilian. in procem. libri 6.
Gelidum. Iuuen. sat. 10.
Genitalia. Lucretius libro 1. Hoc est elementa vnde gignuntur cætera.
Globosa. Lucret. lib. 2.
Graue. Horat. Epod. 2, -& graui
Maluæ salubres corpori.
Horridum. Seneca Herc. OEth. 7.
Id ætatis. Tacit. lib. 5, Exin oblisis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abiecta.
Immani pistrix. Virg. 3. Æneid.
Puer, impube corpus. Horat. Epod. 5. Est appositio.
Corpus inane animæ. Ouid. 2. Metam.
Inane corpus, Id est mortuum. Ouid. epist. 21.
Incolume. Lucret. lib. 1.
Incultum. Vide INCOLO.
Indomitum. Seneca Herc. OEth. 2.
Inertia. Stat. 5. Thebaid.
Infirmum. Ouid. epist. 19.
Informe. Stat. 6. Thebaid.
Ingenti corpore cunctis præstare. Ouid. 4. Metam.
Ingenuum. Ouid. epist. 5.
Insecabilia. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Intactum à vexatione. Vide INTACTVS.
Intolerantissima laboris. Vide INTOLERABILIS.
Inualidum. Ouid. epist. 20.
Inuisum. Seneca Hippol. 12.
Inutile letho dare. Ouid. 12. Metam.
Irriguum mero habere. Horat. 2. Serm. sat. 1.
Iuuenile. Virg. 12. Æneid.

Lacerum. Ouid. 6. Metam.
Læta. Lucret. lib. 1.
Lethata. Vide LETHVM.
Luce carentum corpora exportare tectis. Virg. 4. Georgicorum,
-tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera ducunt.
Luteum. Martial. lib. 11. epigr. 48,
Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida virgine? &c.
Magnum. Virg. 2. Georg.
Meretricia. Ouid. 2. Trist.
Minuta corpora atomos vocat Lucret. lib. 2.
Miserabile. Ouid. 3. Metam.
Moribundum. Lucret. lib. 3.
Mortale. Horat. 1. Carm. ode 35.
Natiuum. Lucret. lib. 5.
Naufraga. Virgil. 3. Georg.
Niuei corporis fœmina. Seneca Medea, 2.
Nudum. Ouid. 4. Fastor.
Obesum. Vide OBEDO.
Obnoxia corpora, pro Valetudinariis. Vide OBNOXIVS.
Obscœna visu. Claud. 1. in Ruff.
Onustum vitiis. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Orbum luminibus. In ORBVS.
Parua neruorum. Lucret. lib. 1.
Paruissima. In PARVVS.
Perfectum, Id est fœtus iam consummatus & maturus. Lucretius, lib. 3.
Perfracta arma cædibus corporáque. Valer. lib. 6. Argon.
Pigrum. Stat. 10. Thebaid.
Plenum, Repletum cibo. Horat. 1. epist. 7.
Plenius. Quintilian. lib. 2. cap. 4, Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas astringat.
Prædura. Virg. 2. Georg.
Præstanti corpore taurus. Virg. 4. Georg.
Magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate præstantiora corpora in illis mutis videmus. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Prima corpora, elementa vocantur Lucretio lib. 1.
Procerum corpus caudæ. Lucret. lib. 3. De serpente.
Prodigiosa, & monstris insignia. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Prona. Stat. 12. Thebaid.
Protecti corpora scutis. Virg. 8. Æneid.
Pulchrum. Virg. 5. Æneid.
Quadratum. Vide QVADRVM.
Quassatum viribus æui. Lucret. lib. 3.
Rarum corpus dicitur, cui contrarium est Densum. Lucret. lib. 2.
Rectum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Resolutum. Ouid. 7. Metamorphoseos,
Iámque neci similis, resoluto corpore, regem,
Et cum rege suo custodes somnus alebat.
Resupinum. Ouid. 2. Metam.
Rigens metu. Seneca Thyeste, 8.
Salubria. Tacit. lib. 21.
Sancta diuûm. Lucret. lib. 1.
Sanum. Iuuenal. sat. 10.
Semianimum. Lucret. lib. 6.
Semifero corpore mater Colaxis, quæ ancipiti erat forma, humana & serpentina. Valer. lib. 6. Argon.
Semimarinum dicitur, quod naturam habet duplicē, ab vna parte aquis, ab altera terris conuenientem, qualis est castorum. Lucretius lib. 5. De Scylla.
Senex corpore, nunquam animo. Cic. de Senect.
Sicciora cornu. Catull. epigr. 20.
Simulatum, Id est imago corporis alicuius. Ouidius 10. Metamorphoseos.
Sine nomine, Id est sine agnitione. Virg. 2. Æneid. Seruius.
Solidum. Lucret. lib. 1.
Sparsum Senatus. Lucan. lib. 7.
Spatiosum. Ouid. 3. Metam.
Spirantia. Lucan. lib. 1.
Spissum. Lucret. lib. 6.
Spoliatum lumine, Id est occisum. Virg. 12. Æneid.
Subductum, Id est attenuatum. Ouid. 1. Amor. eleg. 6.
Subtile ventorum. Lucret. lib. 4.
Superbum. Horat. 2. Serm. sat. 2.
Syncerum & sine vulnere. Ouid 12. Metam.
Tenerum. Virg. 2. Georg.
Terrenum. Lucret. lib. 2.
Transformia, Quæ in varias figuras mutari possunt. Ouidius 8. Metamorph.
Tenue. Cels. lib. 2. cap. 8.
Truncum. Seneca Herc. fur. 11.
Tuta corpora, & Periculis opportuna, contraria. Celsus in Præfat. lib. 2.
Vastum corpus, Procerum. Seneca Hippol. 6.
Vescum. Plin. lib. 7. cap. 20.
Violatum crimine. Sil. lib. 17.
Vitiosum. Horat. 2. Serm. sat. 7.
Vulsum. Quintil. lib. 5. cap. 9. Id est abs quo euulsi sunt pili.
¶ Abiecta ostentui. Tacit. lib. 1.
Abit ferrum in corpus. In ABEO.
Abscedere à corpore. Tacit. lib. 1. & 3.
Abstrahere se à. Vide ABSTRAHO.
Absumpti corporis ignes. Id est corporis cremati. Sil. lib. 13.
Affectum, Hoc est læsum. Liu. lib. 9. Decad. 1, In corpore tamen affecto vigebat vis animi, consiliúque.

Labore & vigiliis affecta.Liu.lib.6.Decad.4.
Agitare corpus.Ouid.3.de Arte.
Alleuari corpus.Cic.ad Attic.7.
Amittere.Cic.Famil.7.
Procul impudicos tactus corpore à casto amouere. Seneca Hippolyto,5.
Applaudere.Ouid.4.Metam.
Auellere truncis.Ouid.2.Metamorphoseos,
Nec satis est,truncis auellere corpora tentat.
Conclamata corpora.Vide CONCLAMO.
Concruciari omni corpore.Vide CONCRVCIOR.
Concussum vulnere.Stat.3 Sylu.4.
Risu totum corpus concutere.Quintil.lib.6.cap.3.
Corpora condire.Vide CONDIO.
Condere sepulcro.Ouid.8.Metam.
Conficere corpus suum in labore.Vide LABOR.
Conformare.Cic.Famil.16.
Corripere è stratis.Virg.3.Æneid.
Corripere è somno.Virg.4.Æneid.
Morbi corripiunt.Virg.3.Georg.
Cremare.Lucan.lib.8.
Curare.Virg.8.Æneid.
Dare tumulo fumantia.Ouid.2.Metam.
Dare somno.Ouid.2.Fast.
Dare tempus corpori.Cic.Famil.9.
Decedunt corpore febres.Lucret.lib.2.
Decorare.Quintil.lib.5.cap.12.
Deflectere prono pondere.Catul.in Carm.Nupt.
Defuncta corpora vita.Virg.4.Georg.
Delecta virûm fortiti corpora.Virg.2.Æneid.
Demittere morti.Ouid.3.Metam.
Deponere,Id est prosternere, aut in terram submittere. Lucretius libro I.
Deponere sub ramis arboris,Sedere in vmbra.Virg.7.Æneid.
Depressum.Ouid.3.Metam.
Deferere corpora boum luco.Id est boues ipsos.Virg.4.Georg.
Deuoluere in humum.Ouid.7.Metam.
Tela manúsque dirigere in corpus alicuius.Virg.6.Æneid.
Distorta,& quocunque modo prodigiosa.Quintil.lib.2.cap.5.
Distrinxit summum corpus arundo.Ouid.8.Metam.
Diuellunt corpora leones.Ouid.4.Metam.
Diuellere.Virg.4.Æneid.
Debitoris corpus inter creditores diuidere.Quintil.lib.3.cap.6.
Diuisum in membra secare.Seneca Thyeste,8.
Educere corpore telum.Virg.10.Æneid.
Pictores corpora quàm speciosissima pingendo,fingendóve effingere.Quintil.lib.5.cap.12.
Effringere corpus alicui.Seneca Thebaid.1.
Elidunt corpus trunci.Lucan.lib.2.
Euirare.Catul.de Berecynthia.
Exanimatum.Ouid.2.Metam.
Exercendi corpora peritus.Quintil.lib.2.cap.8.
Exercita curis.Ouid.7.Metam.
Exhaustum.Stat.6.Thebaid.
Alicuius corpus experiri.Quintil.lib.2.cap.8.
Excitare.Cels.lib.1.cap.1.
Exedere.Cels.lib.5.cap.6.
Explere.Seneca Hippol.10. Id est recuperare.
Extenuare fame.Cels.lib.8.cap.9.
Extenuatur longo morbo.Cels.lib.2.cap.6.
Fingere corpus, Formare, instaurare, redintegrare. Seneca Hippolyto,12.
Fingere lingua. Virgil. 8. Æneid. Id est tergere. Cic. in Festiana,
Spongus sanguis effingebatur,Id est tergebatur. Seruius.
Firmare athletico victu.Cels.lib.4.cap.6.
Formare ad quosdam membrorum flexus.Quintil.lib.1.cap.1.
Frangere.Virg.3.Æneid.
Frigent effœtæ in corpore vires.Virg.5.Æneid.
Fundere corpora humi,Id est prosternere.Virg.1.Æneid.
Vino somnóque per herbam corpora fusa.Virg.9.Æneid.
Latè fusum corpus.Tacit.lib.13.
Glomeratur corpus niuium spissa grandine.Ouid.9.Metam.
Corpus hebet somno.Valer.lib.4.Argon.
Humare corpus.Virg.6.Æneid.
Iactare in toto cubili.Lucan.lib.5.
Immittere in vndas.Ouid.epist.2.
Implicare cadens laqueo.Seneca Hippol.10.
Flammis imponere.Sil.lib.13.
Lecto.Quintil.lib.6.cap.1.
Imprimere.Vide IMPRIMO.
Incondita,Id est non sepulta.Lucan.lib.6.
Inflantur corpora non robore, sed valetudine. Quintilianus libro 2.cap.3.
Infodere terræ.Vide INFODIO.
Inhumata.Virg.11.Æneid. Id est non humata.
Inscribere vulneribus.Vide INSCRIBO.
Insuescere corpori meretricis.Vide INSVESCO.
Iungere corpus cum corpore.Lucret.lib.4.
Languent tristi morbo.Virg.4.Georg.
Laniatus toto corpore.Virg.6.Æneid.
Lasciua iactare.Ouid.3.Metam.
Leuare corpus,pro Recreare & reficere.Horat.2.epist.1.
Librare in alas.Ouid.8.Metam.de Dædalo.
Fessum mandare quieti.Lucret.lib.4.
Marcet annis.Lucret.lib.3.
Mouere corpus ex statu quo detinetur.Cels.lib.3.cap.16.
Ex somno corpora moliri.Liu.lib.6.Decad.4.
Obiectare bello.Virg.4.Georg.
Obruta mole aliqua.Ouid.1.Metam.
Obsessum frigore.Ouid.9.Metam.
Paucefacta.Ouid.5.Metam.
Pendet in aquis,Id est natat.Ouid.epist.18.
Perfusum æterno frigore lethi,Id est mortuum.Lucret.lib.4.
Præbere plagis.Ouid.de Nuce.
Procurare corpora,Id est conuiuari.Virg.9.Æneid.
Proiicere corpus, pro Obiicere periculis, & quasi deuouere. Catull.Arg.
Pungere.Lucret.lib.2.
Corpora rationum, & siquas res vel pecunias ex his detinet, cogendus est per Prætorem reddere. Vlp.in fine legis,Si puré. D. de fideicommiss.libertat.
Reddere expeditius.Cels.lib.2.cap.1.
Reddere corpus morbo dicitur quies & somnus, quum discedentibus illis, ad curas & dolores nostros reuertimur. Seneca in Herc. Oeth.11.
Relaxatum.Cels.lib.2.cap.1.
Releuare è terra.Ouid.9.Metam.
Replere carne.Ouid.12.Metam.
Reuocare.Cic.Famil.7.
Rodere.Cels.lib.5.cap.6.
Satiare.Lucret.lib.4.
Secuerunt corpora vepres.Virg.3.Georg.
Seruire corpori.Cic.Famil.16.
Sinuare in orbes. Ouidius 9.Metamorph. de Acheloo in anguem mutato.
Soluere in venerem.Virg.4.Georg.
Sternere.Virg.12.Æneid.
Subesse corpori.Celsus in præfat.lib.1.
Superinducti corporis speciem adiicere.Quintil.lib.5.cap.8.
Sustentare epulis.Lucan.lib.4.
Tegere corpus abstrusum densa sepe.Seneca Thebaid.2.
Tegere terra,Sepelire.Seneca in Thebaid.1.
Tenent corpus febres.Cels.lib.3.cap.9.
Tentatum frigore.Horat.1.Serm.sat.1.
Tenuatum recreare.Horat.2.Serm.sat.2.
Tingere lymphis.Ouid.2.Metamorphoseos,
Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
Ægrum trahere.Virg.3.Æneidos,
Linquebant dulces animas,aut ægra trahebant Corpora.
Velare.Ouid.3.Metam.
Verberata corpora nudantur.Quintil.lib.6.cap.1.
Violare vulnere.Virg.11.Æneid.
Vorare vsque ad ossa.Cels.lib.5.cap.28.
Vulnerare.Tibul.lib.1.eleg.2.
¶Corpus arboris. Plin.lib.12. cap.5, Superiores rami in excelsum emicant,vasto matris corpore.
¶Corpus,pro Opere aliquo scripto & volumine. Cic. ad Lucceiũ, lib.5.12,A principio enim coniurationis vsque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo,&c. Idem ad Qu.frat.lib.2.15, Sed vtros eius habueris libros (duo enim sunt corpora) an vtrosque,nescio.
Corpus Homeri,Id est omnia Homeri opera. Vlpian.in l.librorũ. §.si cui centum.D.de legat.tertio.
¶Corpus, pro Parte & tribu ac multitudine populi. Liu. 1. ab Vrbe,Inter ordines certabatur, oriundi ab Sabinis,ne, quia post P.Tatij mortem ab sua parte non erat regnatum, in societate æqua possessionem imperij amitterent, sui corporis creari regi volebant. Id est Sabinum.
Corpus ciuitatis. Liu.6 bel.Pun.Corpus nullum ciuitatis,nec Senatum,nec plebis consilium,nec magistratus esse.
Collegiorum corpus. Caius in l.1.§.item collegia.D. quod cuiusque vniuersitatis, Item collegia Romæ certa sunt, quorũ corpus Senatusconsultis,atque constitutionibus principalibus confirmatũ est.
Reipublicæ corpus totum curare.Cic.1.Offic.
Vnum esse Reip.corpus,atque vnius animo regendũ. Tacit.lib.1.
Vt corpus vnum, & concilium totius Peloponnesi esset. Liu.libro 9.Decad.4.
Vnius corporis esse.Liu.lib.8.Decad.4.
Defensor corporis. Vlpian.in l.iusiurandum & ad. §. defensor.D. de iureiur.
Concessa corpora. Caius in l.1.§.paucis.D.quod cuiusque vniuersitatis,Paucis admodum in causis concessa sunt huiusmodi corpora.
¶Corpus positum, pro sepultum, apud Scæuolam in.§.cibaria.l. fin.D.de alim.legat.
Corpusculum,pen.corr.Diminutiuum: vnde atomos corpuscula vocat Cic.1.Acad. & lib.4.
Paruum corpusculum.Plin.lib.10.cap.29.
Hominum corpuscula.Iuuen.sat.10,
-mors sola fatetur
Quantula sint hominum corpuscula.
Corpulentus, Adiectiuum {εὔσαρκος} Obesi corporis homo, inquit Festus.Plaut.Epid.2,
Euge,corpulentior vidêre,atque agilior. Quem Græci εὔσαρκον vocant,hoc est bene carnosum.
Corpulentum pecus.Colum.lib.6.cap.3.
Litigator corpulentus. Quintil.lib.6.cap.1.
Corpulentia, corpulentiæ {εὐσαρκία} Carnositatem significat. Plinius libro 11 capite 53, Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati vtilius.
Corporalis,& corporale,penult.prod.{σωματικός.} vt,Corporalia bona apud Gell.lib.18. cap.1. Id est corporis. Et apud Quintil.lib. 5. cap. 10,Incorporale legitur.

¶Corporale,

¶Corporale, pro Corporeo. Seneca epist. 59, Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Item, Quod est, aut corporale est, aut incorporale.

Corporalis possessio. Papinian. in l. debitor. §. vltimo. D. de pignor. actione. Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.

Corporalis res est, vt Iurisconsulti loquuntur, quæ & nomine cognoscitur, & sub tactum, oculósque recidit, veluti fundus, domus, vestis, seruus: Incorporalis verò, quæ sola mente intelligitur, neque sub tactú, neque sub oculos recidit, ait Theophil. tit. de reb. corporal. & incorpor. in princip.

Res corporales. Caius l. summa. D. de rer. diuision.

Corporalis traditio. Iabolen. in l. penult. D. de acquir. possess.

Corporaliter, Aduerbium, pen. corr. Vlpian. in l. 1. D. quod legatorum, Siquis ex mortis causa donatione possideat, vtique cessabit hoc interdictum: quia portio legis Falcidiæ apud hæredem ipso iure remanet, etsi corporaliter res in solidum translatæ sunt.

Corporaliter iurare, in plurimis Codicis cóstitutionibus, in Ethnicis, de his qui aras in iurando tenebant intelligitur: in Christianis verò, de his qui Euangelij codicem. Dioclet. l. 3. C. si min. se maior. dix. Huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito, nullum tibi superesse auxiliú perspicui iuris est. Iustin. l. 1. C. de iureiur. propt. calum. Non aliter concedimus, qui quæstiones seruorum exposcunt, ad hoc venire, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, &c. Vide Iurare corporaliter.

Corporeus, Adiectiuum {σωματικός} Quod est ex substãtia materiáque carnea & solida. Cic. 2. de Nat. deor. Contrà ille corporeus, vitalis, & salutaris omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit. De igne elementari loquitur.

Corporeum & aspectabile, itémque tractabile omne necesse est esse quod natum est. Cic. de Vniuers.

Artus corporei. Claudian. 1. de raptu Proserp.

Corporea cicatrix. Plin. lib. 11. cap. 37, Perfracta non queunt solidari: sed exempta modicè nõ sunt lethalia, in vicem eorum succedente corporea cicatrice.

Dapes. Ouid. 15. Metam.

Vox. Lucret. lib. 4.

Corporor, corporaris, pen. corr. {σωματοποιεῖσθαι, σωματοῦσθαι} corporari, pro Corpus effici. Plinius libro 7. cap. 15, Quibusdam verò sæpius mense, sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine è maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatúrque. Hoc est in vnum corpus ipsa materia animalis coalescit, & formam accipit.

¶Corporare, apud antiquos legimus pro interficere, & quasi corpus solum sine anima relinquere. Ennius apud Nonium, Corpus contemplatur, vnde corporet vulnere. Accius, Corporare abs tergo est ausus.

Corporatus, pen. prod. {σωματωθείς} Participium. Cic. de Vniuersit. de mundo, Quandoquidem cernitur, & tangitur, & est vndique corporatus. Firmicus lib. 4. cap. 13, Luna facit homines magnos corpore, sed tamen corpus satis proportionatum pro sui qualitate decernit. facit enim corporatos, sed quos honesta corporis pulchritudo venustet.

¶Corporati, Collegæ, qui eiusdem societatis sunt & corporis. Impp. l. non plures. C. de sacros. eccles. Nulli alij corporatorum, præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa. in l. qui sub. eod. tit. Collegiatos eosdem appellant. Hotomanus.

Corporatura, pen. prod. {σωμάτωσις} Colum. lib. 6. cap. 2, Humilis enim & modica corporatura pecoris operarij debet esse, neruísque & musculis robusta, non adipibus obesa. Vitruuius libro 6, Sed ex cælo roscidus aer in corpora fundens humorem, ampliores efficit corporaturas.

Corporatio, Idem {σωμάτωσις} Columel. lib. 6. cap. 2, Item custodiendum est ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur.

Corrado, corradis, pen. prod. corrasi, corrasum {συναγείρω} corradere, Totum radere, auferre, colligere. Terent. Adelph. 2. 2,

Minas decem corradet alicunde.

Corradere aliquid alicui. Terent. Phorm. 1. 1,

-ei credo munus hoc corraditur.

¶Corradere fidem dictis, Id est conciliare, cóparare, conquirere. Lucret. lib. 1. Ita enim est legendum, non vt hactenus contradere, quod verbum non est Latinum.

Corradere, est cum difficultate summam aliquam ex venditione redigere. Vlpian. l. 5. D. de admin. tut. Ita autem depositioni pecuniarum locus est, si ea summa corradi, id est colligi possit, vt comparari ager possit. Hotomanus.

Corrector, Correctio, Vide CORRIGO.

Correpo, correpis, penul. prod. correpsi, correptum {ἕρπω} correpere, Idem quod repere. Cic. 1. de Nat. deor. Quod quum efficere vultis, in dumeta correpitis. Lucret. lib. 5, cui non correpunt membra pauore? Id est sternuntur corpore prolapso, more reptilium.

Correpere intra murum. Varro in proœm. lib. 2. de Re rust. Igitur quod núc intra murum ferè patresfamilię correpserunt, relictis falce & aratro, & manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, quàm in segetibus. Per translationem.

Correpere in nauem. Cic. ad Atticum, lib. 10, Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

Correptus, Vide CORRIPIO.

Correus, correi, Qui cum alio reus est. Vlpianus in l. liberationem. §. nunc. D. de liberatione legata, Si cum alio sum debitor (putà duo rei fuimus promittendi) & mihi soli testator consultum voluit: agendo consequar, non vt accepto liberer, ne etiam correus meus liberetur contra testatoris voluntatem: sed pacto liberabor. Sed quid si socij fuimus? videamus, ne per acceptilationem debeam liberari. alioquin dum à correo meo petitur, ego inquietor.

Corrideo, corrides, pen. prod. corrisi {συγγελάω} corridere, Simul ridere. Lucret. lib. 4, Omnia corrident concepta luce diei.

Corrigia, corrigiæ {ἱμάς} à Corrigo deductum nomen esse videtur, & est lorum quo verberabantur serui, vt corrigerentur & emendarentur. Quidam deducunt à Corio, quòd corrigiæ corio fierent.

Corrigia canina. Plinius libro 30. capite 4. Id est lorum ex pelle canina.

Corrigia calceamenti. Cic. 2. de Diuinat.

Corrigo, corrigis, pen. cor. correxi, correctum {διορθόω, κατορθόω, εὐθύνω} corrigere, Ex con, & rego, significat Tortuosum vel inclinatum dirigere. Plinius lib. 7. cap. 20, Crotoniatam Milonem athletam, quum constitisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat.

¶Corrigere, per translationem, pro Emendare. vt, Corrigere mendum, Cic. 4. Verr. Terent. Adelph. 4. 7.

Corrigere & coercere præsentia exercitus aliquos. Plancus Ciceroni, lib. 10. 15.

Corrigere & Deprauare opponit Cic. 1. de Finib. Vt ea quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur.

Corrigi non posse neque doceri ab aliquo. Cic. de Claris Orat.

Perspicere, corrigere, tum denique edere epistolas. Cic. Attico, libro 16.

Corrigere aliquem. Terent. And. 3. 4,

-corrigere mihi gnatum porrò enitere.

Corrigere aliquem ad frugem. Plaut. Trinum. 4,

Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?

Aliquem corrigere potius, quàm leuiter inflectere. Cicero pro Murena.

Diligentia alicuius quod minus sapienter ab alio prouisum est, corrigere. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1.

Librum corrigere. Vide LIBER.

Mores ciuitatis. Cic. 3. de Leg.

Nosmetipsos quasi reprehendentes. Cic. in Orat.

Orationem aliquam. Cic. Attico, lib. 15.

Peccatum alicuius. Ouid. 19. epist.

Sententiam alicuius. Cic. 8. Philip.

Se ipse correxit Isocrates. Cic. in Orat.

Tarditatem cursu. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 16, Cursu corrigam tarditatem cum equis, tum velis.

Corrigere vina. Plinius libro 15. cap. 29, Præcipua vi ad corrigenda vina.

Vitium legis, non iudicum sententiam. Cic. pro Sylla.

Vota sua. Ouid. 2. Metam.

Ambitiosè aliquid. Cic. Attico, lib. 15.

Facillimè corriguntur in discẽdo, quorum vitia imitantur emendandi causa magistri. Cic. 1. Offic.

Corrigere atque emendare. Cic. 1. Acad.

Corrigor, Passiuum {διορθοῦμαι} Terent. And 3. 3, At si corrigatur, quot commoditates vide.

Correctus, Participium {διορθωθείς} Cic. 1. Acad. Certè enim recentissima quæque sunt correcta & emendata maximé.

Laudatio correcta. Cic. Attico, lib. 13, Laudationem Porciæ tibi misi correctam.

Correctio, Verbale {διόρθωσις, ἐπανόρθωσις} Cic. 4. de Finib. Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emendatio, &c.

Adhibere correctionem. Cic. 3. Offic.

¶Correctio, Figura est apud Rhetores. Author ad Herennium, lib. 4, Correctio est quæ tollit id quod dictum est, & pro eo id quod magis idoneú videtur, reponit: hoc pacto, Quòd si iste suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc facilè perfici posset. Item, Nam postquam isti vicerunt, atque adeò victi sunt, eam quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

Corrector, Verbale {διορθωτής} Terent. Adelph. 4. 7,

Illud quod cecidit fortè, id arte vt corrigas. D. corrector. Ironia.

Corrector atque emendator. Cic. pro Corn. Balbo.

Inuidiæ. Horat. 2. Epist. 1.

Asperitatis. Horat. 2. Epist. 1.

¶Correctores, pro Rectoribus & gubernatoribus, apud Hermog. in l. de omnibus. D. de offic. præsid.

Corripio, corripis, pen. corr. corripui, correptum {ἀναρπάζω, συλλαμβάνω} corripere, Ex con & rapio, significat Rapere, siue capere. Virgilius 1. Æneidos,

Constitit hic, arcúmque manu, celerésque sagittas Corripuit.

Corripere aliquem in neruum. Plaut. Rud. 20.

Corripere morsu. Plin. lib. 10. cap. 40.

Corripere sese intrò, Id est celeriter ingredi, inquit Donatus. Terent. Hecyra, 3. 3,

Nam modò me intrò vt corripui timidus, &c.

Corripere se repenté. Plaut. Merc. 12.

Corripere sese ad aliquem. Terent. Hecyr. 4. 1,

Ita corripuit de-repente tacitus sese ad filiam. Id est raptim intulit, vt ait Donatus.

Campum certamine biiugo. Virgil. 5. Æneid. De equis.

E somno, vel stratis corpus. Virgil. 4. Æneid.

Cursum. Liu. 6. bel. Pun.

Gradum corripere, Accelerare, & gradú raptim facere & carpere. Horat. 1. Carm. ode 3.

Hastam vi. Virgil. 12. Æneid.

Hominem corripi, ac suspendi iussit. Cic. 5. Verr.

Locum. Valer. lib 4. Argon.

Extremus horror corripit lumina. de eo qui moritur. Valer. lib. 6. Argonaut.

Manu aliquid. Virgil. 1. Æneid.

Membra corripere, Id est contrahere. Lucret. lib. 5,

Corripiunt diuûm perculsi membra timore?

Moras.Ouid.9.Metamorphoseos,
-faueant tibi numina saltem,
Corripiántque moras,&c. Hoc est,festinent tibi parturienti auxiliari: Vel,omnia auferant partus impedimēta,siue quicquid partum remorari possit.
Morbi singula corpora corripiunt.Virgil.3.Georg.
Spatium. Virgil. 5. Æneid. Vbi Seruius, Corripiunt spatia, id est raptim currunt:vt libro 6. -& pariter gressi per opaca viarum, Corripiunt spatium medium. Id est raptim peragunt.
Viam corripere. Virgil. 1. Æneidos,
Corripuere viam interea qua semita monstrat. Vbi Seruius, Officium eundi celeriter arripuerunt: neque enim via corripitur. Hactenus Seruius. Metaphorica loquutio: quia qui festinant,videntur raptim legere iter quod faciunt. Vtitur & Plinius Iunior,lib.4.epist.1. Subsistemus fortasse & sequenti die: sed tanto celerius viam ipsam corripiemus.
¶Corripi aliquo dolore. Plinius Iunior,lib.1.epist.12. Sic Corripi comitiali vitio & dolore podagræ,Plin.lib.20.cap.17.
Amore correptus.Ouid.3.Fast.
Cupidine correpta fratris.Ouid.9.Metam.
Corripi flamma.Liu.8.bel.Pun.
Imagine formæ.Ouid.3.Metam.
Morbis corripi. Cels. lib. 6. cap. 18,Ideóque curati quidam quum sanguinis exitum non haberent, inclinata in præcordia ac viscera materia subitis & grauissimis morbis correpti sunt.
¶Corripere, Abbreuiare, & contrahere: vnde correptas syllabas dicimus.
¶Corripere {ἐπιπλήττειν} pro Reprehēdere. Plin.Iunior, lib.3.epist.5. ad Macrum, Repeto me correptum ab eo cur ambularem.Corripimus verò magis verbis,quàm verberibus.
Animum dolentem corripere.Lucan.lib.7.
Corripere carmina.Martial.lib.11.epig.9.
Peccata alicuius corripere.Ouid.2.de Ponto,eleg.6.
Clamoribus iudices corripere. Cælius Ciceroni,lib.8.2.
Verbis corripere aliquem.Ouid.18.Epist.
Voce magistri correptus.Horat.2.Serm.satyr.3.
¶Corripere,pro Castigare.Sueton.in Augusto,cap.53, Quum spectante eo ludos, pronuntiatum esset à mimo,ô dominum æquum & bonum, & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, statim manu vultúque indecoras adulationes repressit,& insequenti die grauissimè corripuit edicto,&c.
Correptus,Participium {ἁλοὺς Sic.} Cic. Anteq.iret in exil.Ego repentè vi Tribunitia correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, sed ne consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem.
Correptum manibus tenere. Virgil.4.Georg.
Correptè,Aduerbiū. Charisius lib.1,Tergum,dorsum est:& declinatur sic,hoc tergum,tergi, tergo, pluraliter hæc terga,horum tergorum, productè. Tergus autem pellis,huius tērgoris facit,pluraliter tērgora,& genitiuo tērgorum, correptè. Idem lib.2, Tertiæ coniugationis verba indicatiui modi, temporis præsentis, persona secunda, is, literis interdum productè, interdum correptè terminantur. Correptè,vt lego,legis:productè,vt audio,audis.
Correptor,Verbale {ἐπιτιμητής} Seneca 2.de Ira,Placidus itaque sapiēs, & æquus erroribus,non hostis,sed correptor peccantium.
Corriuor,pen.prod.corriuaris {συνοχετεύομαι} corriuari,Riuum ducere,seu facere. Plin.lib.6. cap.14, Angustias impedit corriuatus salis è cautibus liquor. Hoc est, permultis veluti riuis fluens sal liquidus. Idem lib.31.cap.4. Plerunque verò damnosi torrētes corriuantur detracta collibus sylua,continere nimbos,ac digerere consueta.
Corriuatio,Verbale {συνοχέτευσις.}Plin.lib.31.cap.3,Salix enim erratica, & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte prouenient, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è superioribus defluentis, augurio fallaci.
Corriuales, penult. prod. {ἀντερασταί} Qui eandem amicam habent:vel quòd ad eundem riuum accedere videantur: vel quòd inuicem contendant,vt ferè qui ex eodem riuo haustum petunt. Sipontinus. Vide RIVALIS. Quintil.14.Declamat. Si patior miser illas lupanarium insultationes,illa corriualium maledicta,conuicia,&c.
Corroboro,corroboras,penul.corr. {κρατύνω,κρατύνω} corroborare, Robustum & fortem reddere. Sueton.in Galba, cap. 6, Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroborauit.
Se corroborare,& virum inter viros esse.Cic.pro Cælio.
Corroborare stomachum.Plin.lib.20.cap.20,Stomachum in acetariis sumpta corroborat.
Se corroborat vox.Cic.pro Sextio,Vt iam virilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris, quidnam quum se corroborauerit, effectura esse videatur.
¶Corroborare,per translationem. Cic.in Catil.Qui spē Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, cōiurationémque nascentem non credendo corroborauerunt.
Manabat illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie. Cic.Cassio,lib.12.1.
Corroboratus,pen.prod.Participium {κρατυνθείς} Cic.pro Cælio,Multarum rerum iucundissimarum varietatem dedit, qua nō modò hæc ætas,sed etiam iam corroborata caperetur.
Corroboratis iam cōfirmatísque & ingeniis & ætatibus iudicandæ sunt amicitiæ.Cic.de Amic.
Vetustate corroborata hominis sceleratissimi audacia. Cic. pro Milone.
Virtus Lacedæmoniorum non solùm natura corroborata,verùm etiam disciplina.Cic.pro Flacco.
Corrodo,corrodis,pen.prod.corrosi,corrosum,pen.prod. {διαβιβρώσκω} corrodere,Simul rodere.Cic.2.de Diuinat.Nos autem ita leues atque inconsyderati sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnum,monstrum putemus.
Corrosæ insulæ. Varro 3. de Re rust.cap.17, Quum eodem tēpore insulas Ludinorum ibi corrosas vidisses.
Ossa corrosa.Iuuenal.satyr.15.
Corrogo,corrogas,pen.corr. {ἐρανίζω} corrogare, Idem quod rogare multis precibus,addere,asciscere. Cic.3.Philip. Conuenerunt corrogati,& quidam ampli homines. Liu.3.bel.Maced.Magistros nauiū, mercatorésque inuitare iussit, & vela cum antennis ex nauibus corrogari iussit,vt vmbra cœnantibus in littore fieret. Id est colligi.
Corrogare nummos de nepotum bonis. Id est colligere & cōgregare,& quasi corradere. Cic.5.Verr.
Vasa,vestimenta corrogare. Author ad Herennium,lib.4.
Corrogati auditores dicuntur,quos ambitione recitator sibi conciliat. Quintil.lib.10.cap.9.
Corrogata ad necessarios vsus pecunia.Cæsar 3.bel.Ciuil.
Corrotundo, corrotundas {συστρέφω} corrotundare. Seneca libro 4. Natur.quæst.Prætterea potest etiam,si non fuerit grando, talis quum defertur,corrotundari.
Corruda {ὀρμενος,ἀσπάραγος} corrudæ,pen. prod. Syluestris asparagus vocatur.Colum.lib.10, Prodit & asparagi corruda simillima filo. Varro 1. de Re rust. cap. 23, Sicut vmbrosis locis alia feras, vt corruda, quod ita petit asparagus. Plin.lib.20.cap.10, Syluestrem asparagum aliqui corrudam,aliqui Libycum vocant,Attici orminium. Colum. lib.11.cap.3.
Corrugo, corrugas, penult. prod. {ῥυτιδόω} corrugare, In rugas contrahere. vt, Corrugare frontem, apud Plautum, quod solent qui sunt tristes.
Nares. Horat.1.Epist.5,
-ne turpe toral,ne sordida mappa
Corruget nares.
Corrugatum acinum. Columel.lib.12.cap.39, Vbi satis corrugata erunt acina,demito,& sine scipionibus in dolium conicito,&c.
Corrugus {συνοχετεύσεις}quid significet,declarat Plinius his verbis lib. 33.capite 4, Alius par est labor,vel hoc maioris impendij,flumina ad lauandam hanc ruinam iugis montium ducere obiter à centesimo plerunque lapide:corrugos vocat,à corriuatione credo:nimirum & hic labor est.
Corrumpo, corrumpis, corrupi, pen. prod. {φθείρω,διαφθείρω,σήπω} corrumpere,Vitiare,tam ad animum,quàm ad corpus refertur.Plin. lib.13.cap.22,Quæ nec aqua,nec igni posset corrumpi.
Corrumpere & interlinere tabulas publicas.Cic.4.Verr.
Corrumpere & deprauare.Cic.pro Murena.
Delinere & corrumpere.Cic.1.de Finib.
Corrumpere aliquem. Paulus in l. vt tantum.§.si seruus.D.de seruo corrupto, Perinde atque si proprius meus seruus corrupisset conseruum.
Corrumpere aliquem blanditiis, largitionibus, pecunia, pretio. Cic.1.de Finib. Idem 3. de Legib. Et 2. Offic. Et pro Cecinna.
Corrumpere aliquem ex optimo. Plaut.Mostel.2,
-nam eccum herilem filium
Video corruptum hic ex adolescente optimo.
Animum & mores alicuius.Cic.3.de Legib.
Conclusa aqua facilè corrumpitur.Cic.2.de Nat.deor.
Artus corrumpere febribus.Ouid.epist.19.
Fontes. Sallust. in Iugurtha, Quà venturum hostem audierat, pabulum & aquarum fontes,quorum penuria erat,corrumpere.
Fructum. Africanus in l. & hæc. §. quum fundum. D. locati, Tu quum annus tuus exiturus esset, consultò fructum insequentis anni corrupisti.
Chirographa debitorum corrumpere.Vlpian.in l. Neratius.D.de seruo corrupto, Seruo persuasi, vt chirographa debitorum corrumpat. videlicet tenebor.
Consilium publicum corrumpere. Sallust. in Oratione quam habuit in Senatu.
Corrumpere emptorem arte vafra.Martial.lib.12.epig.67.
Otia corrumpunt corpus.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.
Curam comitum corrumpere.Ouid.6.Metam.
Corrumpere igni.Sallust.in Iugurtha,Ibíque vino & epulis onerati,illáque & domum & semet igni corrumpunt.
Literas.Cic.4.Verr.Aiunt ab eo literas esse corruptas.
Catena corrumpit manus.Propert.lib.3.eleg.15.
Mentes.Ouid.2.Trist.
Ocellos lacrymis.Ouid 3.Amor.eleg.5.
Oculos.Plaut.Merc.9,
Ne plora,nimium stultè facis,oculos corrumpis taleis.
Prauis opinionibus corrumpi.Cic.in Partit.
Opportunitates. Sallust.in Catil. Cethegus semper querebatur de ignauia sociorum, illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.
Pisces corrumpuntur.Terent.Adelph.3.3,
-hi mihi ne corrumpantur, cautio est.
Pollicitis aliquem.Ouid.1.de Arte amandi.
Rem familiarem. Sallust. in Iugurtha, Quia diuturnitate belli res familiares corruperant.
Corrumpere seipsum.Plaut.Merc.10.
Seruum hæreditarium corrumpere. Vlpian.in l.hæc actio.§.sed & si quis.D. de seruo corrupto,Sed & si quis seruum hæreditarium corruperit,hac actione tenebitur.
Corrumpi situ.Plaut.Trucul.19.
Solicitare verbis, spe præmiísque corrumpere aliquem. Cic. pro Deiotaro.
Spem corrumpere fraude.Ouid.epist.20.
Corrumpitur stipulatio.l.2.D.de seruit.leg.
Vitio corrumpi.Lucret.lib.6.
Vngues corrumpere dentibus.Propert.lib.2.eleg.4.
¶Corrumpere, Absolutè, & sine adiecto,pro Mœchari,& adulterum esse. Martial.lib.12.epig.64,
Ferrem,si faceret bonus Poeta,

Cui possem dare mutuos honores.
Corrumpit sine talione,cœlebs. &c.
Corruptus {διεφθαρμένος} Participium:siue Nomē ex participio. vt,Corruptum iudicium.Cic.pro Cluentio.
Corruptus & perditus.Cic.2.in Catil.
Corrupta sum atque absumpta.Plaut.Amphit.17.
Corruptus & ab hominibus nequam inductus adolescentulus. Cic.pro Rosc.Amer.
Ætas corruptior.Lucan.lib.10.
Animus corruptus.Brutus Ciceroni,4.4.
Ceres corrupta vndis.Virgil.1.Æneid. Ceres,frumentum.
Ciuitas in barbarum corrupta.Tacit.lib.5. De Seleucia.
Consuetudinem vitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendare.Cic.de Claris Orat.
Corporis corrupti humor ater.Lucret.lib.3.
Corrupti macie equi.Cæsar 3.de bel.Ciuil.
Filius & filia corrupti.Paulus in l.vt tantum.D.de seruo corrupto; De filio filiáve familiàs corruptis huic edicto locus non est.
In eloquendo nihil corruptum,obscurúmque sit. Quintil. libro 6. capite 5.
Ingenio corruptus ac tumidus.Quintil.lib.2.cap.8.
Iter factum corruptius imbri.Horat.1.Serm.satyr.5.
Corrupta & contaminata paucorum vitio ac turpitudine iudicia. Cic.1.Verr.
Iudex corruptus.Horat.2.Serm.satyr.2.
Largitionibus corruptus est populus Romanus, vt sese ac fortunas suas venales habeat.Sallust.in Ciceronem.
Litera Græca corrupta sono Latino.Ouid.5.Fast.
Mores corrupti deprauatíque admiratione diuitiarum. Cicero 2. Offic.
Os, sermóque corruptus in peregrinum sonum. Quintil. libro 1. capite 1.
Sanguis.Lucret.lib.6.
Secula.Claudian.2.in Eutrop.
Senatus.Cic.pro Rab.Posth.
Segetes herbis corruptæ.Vlpian.in l.ex conducto.§.1.D.locat.
Seruus corruptus. Vlpian.in l. si quis seruum. D.de seruo corrupt.
Tractus cæli.Virgil.3.Æneid.
Victoria toties.Tacit.lib.20.
Virgo.Ouid.3.Amor.eleg.7.
Voluptas dolore.Horat.1.Serm.satyr.2.
¶Corruptus,Aliter,& nouo more vsurpatum à Sallustio in Iugurtha. Sic enim inquit in oratione Lepidi: Ne alius alium principem expectantes antè capiamini, non opibus eius, & quæ futiles & corruptæ sunt, sed vestra socordia, quam captum iri licet. Corruptæ, Id est, vt ita dicam, corruptibiles, & quæ corrumpi facilè possunt. Turnebus.
Corruptè,Aduerbium {διεφθαρμένως} Cic.1.de Finib. De quibus neque deprauatè iudicant,neque corruptè.
Corruptor, Verbale {διαφθορεύς} Qui corrumpit. vt, Corruptor iuuentutis,Cic.in Catil. Et Vlpian. in l. si quis seruum. in fin. D. de seruo corrupto.
Animosus corruptor.Tacit.lib.17.
Tribus venditor & corruptor & sequester.Cic.pro Plancio.
Corruptor & adulter.Cic.5.Verr.
Nurus corruptor auaræ.Iuuenal.satyr.1.
Corruptrix,Verbale fœm. {διαφθορίς} Cic. ad Q.frat.lib.1.1, Tam deprauatis moribus,tam corruptrice prouincia.
Corruptio,Verbale {διαφθορά} Cic.4. Tuscul.Morbum appellāt totius corporis corruptionem.
Corruptela, corruptelæ, pen.prod. {φθορά} Quod corrumpit & contaminat. Terent.Adelph.5.3, Communis corruptela nostrûm liberûm. Sub.adest. Cicero 2. Offic. Melius etiam,quòd largitionem,corruptelam dixit esse.
Dulcedine corruptelâque deprauari.Cic.2.de Legib.
Moliri corruptelam iudicij.Cic.in Parad.
Malæ consuetudinis corruptela.Cic.1.de Legib.
Corruptelæ mulierum.Cic.4.Verr.
Corruo, pen.corr.corrui, corrutum, pen.corr. {καταπίπτω} corruere, Idem quod ruere, siue simul ruere. Liu.1.ab Vrbe, Duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Cic.ad Q.frat.lib.2.12, Et ille penè timore,ego risu corrui.
Arbor corruit.Ouid.4.Metam.
Equus.Sil.lib.17.
Oppida.Cic.1.de Diuinat.
Corruit igne rogus.Ouid.13.Metam.
Saucius ense.Propert.lib.2.eleg.9.
Tabernæ mihi duæ corruerunt,reliquæ rimas agunt. Cic.Attico, libro 14.
Vrbs tota Lacedæmoniorum.Cic.1.de Diuinat.
Frangi & corruere. Cic. 3. de Orat. O fallacem hominum spem, fragilémque fortunam, & inanes nostras contentiones,quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt,&c.
¶Corruere,pro Labi & errare. Cic.de Senect.Nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.
Corruisse opes dicuntur,quæ corruptæ sunt.Cic.1.Offic.
¶Corruere,Coniicere,congerere. Varro,Ab eo quòd eò spicas aliúdve corruebant,Id est eò coniiciebant. Turnebus.
Corruere aliquem,Actiuè. Catull.ad Mallium,63,
Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam,
Scitis,& in quo me corruerit genere. Vide Molem mētis corruere,in MENS.
¶Corruere, pro Penitus proruere & disiicere, collabefactare & collabi facere. Lucretius,
Corruere hanc rerum violento turbine summam.
Cors,cortis,Vide CHORS.

CORSEAE {Κορσίαι Stephano} Insulæ sunt Ioniæ adiacētes, è regione Sami.Plin.lib.5.cap.31,Ioniæ ora Ægæas & Corseas habet.
CORSI {Κόρσοι} Populi Sardiniæ, quorum meminit Plinius libro 3. capite 7.
CORSICA,pen. corr. {Κύρνος,Κόρσικα} (inquit Plin.lib.3. cap.6.) Insula in mari Ligustico,quam Græci Cyrnon appellauere,sed Tusco propior,à Septentrione in Meridiem proiecta,&c. Iuuenal.satyr.5,
Mulus erit domino,quem misit Corsica,vel quem
Taurominitanæ rupes. Notissima est vino præstante, durante etiamnum nomine: inter quam, & magis Meridianam Sardiniam angustum mare interfluit. De qua sic Ptolemæus libro 3. cap.2,Cingitur ab Occasu quidem & Septentrionibus mari Ligustico: ab Ortu autem Tyrrheno mari, à Meridie pelago quod inter ipsam & Sardiniam interiacet. Scribit Strabo Corsicam malignè coli, asperam, & plurimis in partibus inaccessibilem, adeò, vt qui eius montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitatéque feras ipsas superent. Hinc factum esse dicit, vt quum Romani Imperatores in eos irruant, magnum seruorum gregem captum aducant. Corsicæ forma apud Ptolemæum 6. Europæ tabula depingitur. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideo longæuos esse, quòd mellis cibo quo plurimum abundant, vtantur assiduè. Quod mirum videri potest, quum eius insulæ mel, ob taxi copiam, venenatum sit, vt est testis Ouid.Elegiarum 1,
Melle sub infami Corsica misit apis. Præterea Seruius grammaticus Corsicana mella esse amara scribit,explicans illud Virgil.Georg. libro 4.
Corsicam hinc nomen habere volunt, quòd montibus, tanquam capitum verticibus, abundet. Græci enim κόρσας, vt libro 2. tradit Pollux, tempora, capitis partem, nominant. Stephanus verò dictam tradit à Corsi ancilla, boum custode. Id autem hâc ratione contigisse scribunt. Quum Corsa quædam nomine, patria Ligur, iuxta maris litus boues pasceret, & ex eo armento taurus vnus mare transnare sæpius consueuisset: pòstque aliquot dies ad reliquum armentum aucto iam corpore rediisset: cupida Corsa noscendi quò taurus pergeret, simúlque incognita sibi pabula quibus is vsus fuerat scire cupiens, nauicula cum ipsum taurum à cæteris digredientem prosequuta est. Insula quæ qualísque foret, Liguribus rediens aperit. qui conscensis nauibus,in eam insulam nauigarunt.Cuius fertilitatem quum explorassent, transmissis cultoribus insulam coluerunt, eámque ex Corsæ authoris & ducis nomine Corsicam appellarunt. Corsicæ præter alios meminit Diodorus lib.6.cap.4.Solinus capite 9.
Corsicus,pen.corr. {Κυρνικός} Adiectiuum. vt,
Apis Corsica.Ouid.1.Amor.eleg.12.
Corsica cera.Plin.lib.21.cap.14.
Mare Corsicum.Seneca Octau.7.
Thyma Corsica,Id est amara. Martial.lib.11.epig.43,
Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?
Corsoides {κορσοΐδης} Lapis canitiei hominis similis. Plinius libro 37. capite 10.
Cortex, masc.& fœm.gen. {φλοιὸς,κέλυφος,λέπος} veluti corium & operculum,ac crusta quædam ipsarum præcipuè arborum & plantarum, qua veluti cute & corio conteguntur & communiuntur aduersus aeris externi iniurias. Virgil.lib.7.Æneidos,
-raptus de subere cortex. Idem in Bucol.eclog.6,
Tum Phaethontiadas musco circundat amaræ Corticis.
Denudat foliis ramos & cortice truncos.Cic.in Arato.
Obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint à frigoribus, & caloribus tutiores.Cic.2.de Nat.deor.
Cauati cortices.Virgil.2.Georg.
Decerpto cortice nuda ligna.Ouid.de Nuce.
Direpto cortice cedrus.Ouid.1.Amor.eleg.15.
Discussus cortex.Ouid.8.Metam.
Sectus.Ouid.9.Metam.
Scissus.Ouid.10.Metam.
Amara.Ouid.6.eclog.
Cauus.Virgil.2.Georg.
Exilis.Claudian.epig.5.
Lentus.Ouid 9.Metam.
Rugosus.Ouid.epist.5.
Siccus.Ouid.8.Metam.
Viridis.Ouid.2.de Arte.
Leuior cortice, Id est leuis admodum & inconstans. Horatius 3. Carm.ode 9.
Cortex,aliis tenuis: vt lauro,tiliæ:aliis crassus, vt robori: aliis læuis, vt malo, fico. Idem scaber robori,palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte,vt viti: quibusdam etiam cadit, vt malo, vnedoni: carnosus suberi, populo: membranaceus, vt viti,harundini: libris similis,cerasо: multiplex tunicis,vt vitibus, tiliæ, abieti. quibusdam simplex, vt fico, harundini. Plinius libro 16. capite 31.
¶Cortex, pro Corpore. Varro, Sic inuitata matura anima corpoream corticem facilè relinquit.
Corticula,huius corticulæ,pen.corr. {φλοιάριον}Diminutiuum.Colum. lib. 12. capite 47, Tum resolutis corticulis eximimus eam. Et cap. 50, Postea resolutis corticulis emolliri debebunt. Vtrobique loquitur de oliuarum corticulis.
Corticatus,penult.prod. {φλοιώδης} Quod corticem habet. Columel. lib. 12. cap. 23, Pix corticata appellatur, qua vtuntur ad condituras Allobroges.
Corticosus,pen.prod.Adiectiuum {φλοιώδης} Plin.lib.20.cap.19, Sylnestrium vnum genus ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa. Id est,quæ corticem habet.
CORTICATA,Insula præcipui nominis in citeriore Hispania,vt refert Plin.lib.4.cap.20.
CORTINA,pen.prod. {Γόρτυνα} Cretæ insulæ vrbs, vt scribit Pompo-

nius Mela, libro 2. Et Plin. libro 4. cap. 12. à qua Cortinia tela Silius dixit libro 1. Et Cortiniam vestem, pro venatoria Claudianus libro 2. de raptu Proserpinæ posuit. Vide illic Ianum Parrhasium. Sed in primis aduerte apud Plinium, Pomponium, & alios, legi Gortyna, & Gortynia: quæ vera est orthographia.

Cortinius. Adiectiuum, vt, Stabula Cortinia. Virgil. 6. eclog.

Cortina, huius cortinæ, pen. prod. {τρίπους} Vas rotundum tres pedes habens ad coronæ similitudinem. In hoc vasis genere aqua calefieri solebat. Dicta cortina, vel à corio, quasi corina, quòd quæ nunc ex ære, apud vetustissimos è corio bubulo fiebant: vel quòd hoc vase in cortibus villaticis ad calefaciendas aquas vterentur, & vina decoquenda, & reliquos villæ vsus. Plin. lib. 17. cap. 2. Aquæ marinæ sextarios quinque pariter decoquebant, decies deferuescente cortina, atque diffundebant, inueterabántque. Hæc Sipontinus.

¶Cortinæ sunt vasa ex ære vel plumbo, in quibus pigmenta, colorésque coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vellera pinguntur immersa. Plin. lib. 35. cap. 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis.

Cortinam plumbeam Cato cap. 66. accipit pro eo vase in quo oleum fluit è torculari, Cortinam (inquit) plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat.

¶Cortinæ apud Plautum in Pœnulo 19. pro vase à nonnullis accipitur. Suntque qui verba Plauti ad seruituti mancipatos homines referant, qui turpes humillima etiam exercebant officia. Ait enim Plautus, Ita replebo atritate, vt atrior multa fiet, quàm Ægyptij, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

¶Cortina, pro Theatri capacitate conuexa & sinnosa. Virgilius in Ætna,

Carminéque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis cadit arte regentis. Nam id de vasis (inquit Turnebus) quæ in theatro ἠχεῖα vocabantur, non tam dici crediderim, quàm de tota eius structura: quæ sic exædificata est, vt numerosæ voces ad spectatorem perueniant, quum sit musicis designationibus modificata, vt Vitruuius scribit. Hactenus Turnebus.

¶Cortinam Seruius accipit pro tripode vel cauerna Apollinis, vnde responsa dabantur. vel quòd Apollinis tripus corio Pythonis serpentis tectus sit, vel certa illic responsa fundantur, quasi certina. Virgil. 6. Æneidos, -neque te Phœbi cortina fefellit. Vel, quod verius est, quia illic cor vatis tenetur. illuc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Quum autem hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ sunt nuncupatæ. Plin. lib. 34. cap. 3. Ex ære factitauere & cortinas tripodum nomine Delphicas. quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Sipontinus hanc Seruij interpretationem ridet, his verbis. Eant nunc Seruius & qui eum sequûtur, cortinámque locum, siue cauernam esse dicant, in qua oraculum dabatur, dicíque vel quòd, &c. Et paulo pòst. Nam quod apud Varronem cortinam scriptum est à corde dictam, manifestus librarij error est, & pro corde, corte scribendum.

¶Cortinam, metaphoricè, pro Hemisphærio cæli dixit Ennius, Varrone authore illo versu,

Corpore cæruleo caua quæ cortina receptat. Hoc de similitudine dictum cortinæ Apollinis, quæ, vt ait, nomen habuit à corde, quòd inde primæ sortes existimatæ. Turnebus.

Auernalis cortina Sibyllæ. Propert. lib. 4. eleg. 1.

Cortinale, huius cortinalis, pen. prod. neut. gen. {[Greek illegible]} Locus in quo sunt cortinæ, hoc est vasa quibus sapa decoquitur. Columella libro 1. cap. 6. Cortinale vbi defrutum fiat, nec angustum nec obscurum sit, vt sine incommodo minister, qui sapam decoquet, versari possit.

CORTON {Κόρτων} Thessaliæ ciuitas, distans à Cranone centum circiter stadiis. Stephan. ex Strabone.

CORTONA {Κόρτωνα} Ciuitas Tusciæ, à qua Cortonenses. Dionysius vocat eam Cortoniam: & inde Cortonienses formauit. Hæc autem Corton dicebatur. Liu. libro 9. ab Vrbe, Itaque à Perusia & Cortona & Arretio, quæ fermè capita Hetruriæ populorum ea tēpestate erāt, legati pacem fœdúsque ab Romanis petentes, &c.

CORTYNA, Vide CORTINA.

CORVINVS, cognomento Valerius, ob auxilium propugnationémque corui alitis sic dictus, cui statuam diuus Augustus in foro suo statuendam curauit, in cuius capite corui simulacrum est, rei, pugnæque monimentum. Historiam integram vide apud Gellium libro 9. capite 11.

CORVNCANVS, pen. prod. {Κορυγκάνιος} Primus de plebe Pontifex Max. factus, teste Liuio. Eius meminit Cicero in oratione pro Domo sua ad Pontifices, & peritissimum Pōtificem fuisse dicit. Is quum legatus ad Teucam Illyricorū reginam missus esset, contra ius gentium interfectus est. Coruncanos in 11. apud Tacitum Claudius Imper. Camerio Italiæ municipio oriundos testatur. Cicero verò pro Plancio, Tusculanos fuisse satis dilucidè ostendit.

Corus {Ἀργέστης} Ventus (vt ait Plin. lib. 2. cap. 47.) ab occasu solstitiali flans. Zephyron & Argesten vocant. Iuuenal. satyr. 14.

Atque habitas Coro semper tollendus & Austro.
Feriens pontum Corus. Seneca Thyeste, 7.
Cæli fuscator Eo. Lucan. lib. 4.
Hybernus. Virgil. 5. Æneid.
Imbrifer. Seneca Hippol. 11.
Corus mouens æstus. Lucan. lib. 5.
Ocyor nubes glomerante Coro. Seneca Hippol. 6.
Violentus Lucan. lib. 7.
Corus, aliàs Caurus dicitur. Virgil. 3. Georgorum,
Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

¶Corus, Mensuræ genus, & vox Hebraica est, quæ medimnos Atticos vnum & quadraginta capit, vt Iosephus libro 3. Antiquitatum scribit.

Corusco, coruscas {ἀστράπτω, στίλβω} coruscare, Splendere. Cic. 3. de Orat. Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit.

Flammæ coruscant apices. Stat. 12. Thebaid.
Fulgore quodam coruscare. Virgil. 4. Georgicorum,
-elucent aliæ, & fulgore coruscant. De apibus.
Ignis coruscat. Virgil. 5. Æneid.
Pennis apes. Virgil. 4. Georg.
Telis facibúsque. Valer. lib. 1. Argon.
Clypeus. Claud. 6. Paneg.
¶Coruscare mucronem, Vibrare. Sil. lib. 17.
Hastam. Virgil. 12. Æneidos,
-oditque moras, hastámque coruscat.
Telum. Virgil 12. Æneid.

¶Coruscare, pro Crispare. Virgil. 12. Æneid. & Iouenal. satyr. 3. Seruius.

Coruscus {ἀστράπτων} Adiectiuum. Resplendens. Virgil. 2. Æneidos,
-stat ferri acies mucrone corusco Stricta. Ibidem,
Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis.
Auro coruscus. Virgil. 9. Æneid.
Capitis insigne corusci. Statius libro 5. Thebaidos. De serpente quodam.
Fulgura. Lucret. lib. 5.
Ignis. Horat. 1. Carm. ode 34.
Lampadibus coruscis densum funale. Ouid. 12. Metam.
Exultat telis, & luce coruscus ahena. Virgil. 2. Æneid.
Radij. Ouid. 1. Metam.
Sol. Virgil. 1. Georg.
Tela. Seneca OEdipo, 14.
Tractus flammarum. Lucan. lib. 2.
Viri ferróque auróque. Stat. lib. 4.
Corusca vis fulminis. Cic. 2. Tuscul.

Coruus, corui {κόραξ} Auis nota. Vide Plinium. Cic. 1. de Nat. deor. Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruis.
Loquax coruus. Ouid. 2. Metam.
Coruus cantat ab læua. Plaut. in Aulularia,
Non temerè est, quòd coruus cantet mihi nunc
Ab læua manu. Vanitas auguriorum auspicia coruorum fausta à dextra, à læua infausta iactabat. Itaque quum partes mundi ab ortu auguribus Romanis læuæ essent, Horatius scripsit,
Oscinem coruum prece suscitabo,
Solis ab ortu. Vt scilicet iter institutum cantu suo dirimat. Ex Turnebo.
Coruus crocitat. Author Philomelæ apud Ouidium.
Coruos in cruce pascere, est suspendi. Horat. epist. 7.
Coruus videtur inter Ledæos olores. Martial. lib. 1. Prouerb.
Exercitus coruorum. Virgil. 1. Georg.
Hiantem coruum deludere. Horat. 2. Serm. satyr. 5. Vide Adagia Erasmi.
Oscen coruus. Horat. 3. Carm. ode 27.
Ouantes gutture. Virgil. 1. Georg.
¶Coruus, Piscis. Plin. lib. 32. cap. 11.

Coruinus, Adiectiuum {κοράκινος} vt,
Coruinus adeps, Coruinum rostrum. Sipontinus.

CORVVS {Κόραξ} Mons est in Ætolia, Straboni lib. 9.

CORVORVM portus {Κοράκων λιμήν} De hoc sic Strabo, Portum enim quendam in Oceani litoribus esse scribit, quem duorum coruorum vulgò nominant, in eo quidem duos apparere coruos, dextris albicantes alis. Qui igitur vlla de re controuersiam habent, illuc accedere, in sublimi loco posita tabella, vtrinque seorsum in ipsa lagana collocare. Ipsas dehinc aduolantes alites, partim commanducare, partim dissipare: cuius autem lagana dissipetur, illum victorem euadere. Hæc ille. ex Artemidoro, vt inquit, lib. 4.

CORYBAS, Corybantis {Κορύβας} Iasonis, seu Iasionis vel Iasij, & Cybeles filius, à quo Corybantes dicti sunt. Claudianus,
Non te progenitum Cybeleius ære canoro
Lustrauit Corybas. Sic lib. 1. de raptu Proserp.
Corybantes, Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitáque saltando iactātes, alios in similem rabiem agebant. Homerus βητάρμονας vocat. Hinc (inquit Strabo libro 10.) qui capita saltando iactant, & numinis aspiratione furiísque agitantur, corybantas dicimus. Sunt qui Curetas & Corybantas, & Caberos & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos autem volunt à κορύπτειν, quod est caput saltando iactare: vel (vt Herm. in Cast. sentit) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας vocant. quippe qui quum Iouis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire: κορυβαντιῶντες, est malo quodam genio agi. Diodorus Corybantum scribit Iasonis, siue Iasionis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Matris deûm in Phrygiam detulisse, eósque qui in sacrificiis eius deæ incumbere voluerunt, de suo nomine appellasse. Alij à galea dictos volunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galero quodam capita tecti in faniendo luderent. Horat. 1. Carm. ode 16, -non acuta
Sic geminant Corybantes æra.

Corybantia, Substantiuè {κορυβάντια} Loca sunt sacris & initiationibus Corybantum dicata, quæ ea forma dicuntur, qua psychomantia, & necromantia. Strabo, [Greek illegible]. Hinc restituitur locus quidam apud Plinium libro 11. capite 37. cuius verba sunt, Quin & patentibus dormiunt lepores, multíque hominum, quos corybantia regrediunt. Id est, quos corybantia in pristinum statum reuocant, & restituunt pristinæ sanitati, quum esse sani non videātur, qui apertis dormiunt, nec conniuentibus oculis. Nec verò quisquam debet offendi hac voce regredio, de qua vide Nonium. Porrò corybantium sacris multos morbis liberari diuinitus immissis opinio erat. In editis legitur, quod Græci corybātian dicūt, sed nullo sensu, quum hoc verbum apud Græcos insanire, & corybantas desiderare, huc est furere significet. Ex Turnebo.

Corybantius, Adiectiuum {κορυβάντιος} vt,
Æra Corybantia. Virgil. 3. Æneid.

CORYBISSA {κορύβισσα} Ciuitas est in agro Scepsio, ad fluuium Heurientem, & vicum cognominem, atque etiam torrentem Æthaloënta. Vide Strab. lib. 10.

CORYBUS {κόρυβος} Cretæ insulæ promontorium, cuius meminit Strabo lib. 8.

CORYCEON, Ioniæ promontorium, cuius meminit Plinius libro 5. cap. 29.

Coryceum, neut. gen. Locus in quo coryco ludere solerent. Vitruuius vbi de palæstris: sub dextro, coryceum, deinde proximè conisteriũ. In omnibus ferè libris corticeum legitur, sed vitiosè. Hinc quidam coriceum emendát, vt locus sit vbi puellæ sese exercere solitæ essent: sed coreum potius dici deberet: alij coureum, vt sit tonstrina. Turnebus coryceum, vel qđod idem est, coruceum legit, vt in quo coryco luderetur: de qua exercitatione scribitur ille apud Aristotelem iocus lib. 2. Rhetoricõn, οἱ μὴ φιλόμωροι ζυγομαχοῦσι τῷ κωρύκῳ. Inde & κωρυκομαχία apud Cælium Aurelianum, Tum volutatio, inquit, in palæstra varia, quam Græci celadiam, & quam corycomachiam vocauerunt. Exercitationem quoque coryci & pilæ memorat Galen. lib. 2. de sanit. tuend. κώρυκος autem sacculum significat, vt pugillatorij sol lis ludus ferè videatur.

Corycium {κωρύκιον} Diminutiuum est à κώρυκος, quod significat peram, qua equites vtuntur ad circunferẽdum viaticum, vel aliud quiduis, vel etiam panarium, quod & θυλάκιον Græci appellant, vel rete capiens panem. Suidas.

CORYCUS, pen. prod. {κώρυκος} Mons est Pamphyliæ præcelsus, ac portuosus, atque ob id piratarum insidiis opportunus: quos ab eo monte Corycæos vocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarãt. siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant se negotiatoribus, vt quisque fortè appulerat, subauscultantes, & quid rerum portarent, & quò nauigare destinassent, denique quo tempore decreuissent soluere. Quæ simul atque cognouerant, renuntiabant piratis cum quibus societatem maritimorum latrociniorum exercebant. Atque ita per occasionem simul adorti nauigantes spoliabant. Quæ res vbi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant, ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed quum ne sic quid m laterent, subodorantibus omnia Corycæis, res in prouerbium abiit, Hunc Corycæus auscultauit: de re vehementer dissimulata, deprehensa tamen. Vsurpat hoc adagium M. Tullius lib. ad Atticum, 10, epistola vltima, Itaque posthac non scribam ad te quid facturus sim, sed quid fecerim. omnes κωρυκαῖοι videntur auscultare quæ loquor. Erasmus in Chiliadibus.

Corycus vel Corycos, pen. corr. {κώρυκος} Oppidum est Ciliciæ, à quo non longè abest specus Corycius, præter alia mirabilia multa, etiam croci prouentu nobilis. Meminerunt huius Pomponius Mela, Solinus, Plinius, Strabo, alij.
Crocus Corycius. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Corycides, appellatæ sunt Musæ à colle, vel antro potius Corycio in Parnasso Delphis proximo, cuius meminit & Laertius in vita Pherecydis, & Apollonij Rhodij expositores, qui nuncupatum illud aiunt à Nympha Corycia, cuius & Apollinis Lycoreus filius fuit, à quo Delphici incolæ Lycores nuncu, ati sunt. Laertij verba de Pherecydis morte sunt hæc, Quidam profectum Delphos, è monte seipsum deiecisse aiunt. Alterum præterea antrum Corycium, & vrbs in Cilicia fuit, vel croco nota.

Corydalis {κορυδαλίς} Herba est inter nothas nomenclaturas Dioscoridi ascriptas, cuius tamen meminit Galenus, eámque colicis prodesse scribit lib. 11. Simplic. medicament.

CORYDALLA, Oppidum montanum in Lycia, de quo Plinius libro 5. cap. 27.

CORYDALUS {κορυδαλὸς} Mons est in tractu ripáque Thriasia, haud procul à Pharmacusis insulis, à qua & tribus vna Corydalia ibidem. Author Strabo lib. 9.

Corydalus {κορυδαλὸς} Nomẽ est auis Seruio in 2. eclog. Virgilij. Sunt qui Alaudam interpretentur.

CORYDON, pen. corr. Corydonis, pen. prod. {κορύδων} Pastor Theocrito & Virgilio. Corydoni putant nomen inditum ab aue corydalo. Vide Seruium in principio 2. eclog. Virgilij.

Corylus, coryli, penultima correpta, fœm. gener. {ἡ ἡρακλεωτικὴ καρύα, ἢ καρύα λεπτή} Arbor & fructus, à nostris auellana dicitur. Virgilius 2. Georgicorum, Plantis eduræ coryli nascuntur.
Densæ coryli. Virg. 1. eclog.
Duræ. Virg. 2. Georg. Duras autem dixit non ad lignum, sed ad fructum ipsarum referens. Seruius.
Fragiles. Ouid. 10. Metam.

Coryletum, penultima producta {τὸ καρυῶν πλῆθος} Locus vbi coryli nascuntur. Ouid. 2. Fastor. Illa modò in syluis inter coryleta iacebat, &c.

Corymbia, æ, Ferulæ caulis decoctus, muriáque & melle conditus. Plin. lib. 19. cap. 9, Semen ferulæ in Italia cibus est. Conditur quippe, duratque in vrceis anni spatio. Duo eius genera: caules & racemi. Corymbiam hanc vocant, Corymbósque quos condiunt.

Corymbion, Herba est quam Dioscorides λυχνίδα στεφανωματικὴν, hoc est Lychnidem coronariam, appellat.

Corymbium, Redimiculum est muliebrium comarum, vt crobylus virorum, scorpius puerorum intelligitur. Petronius Arbiter, Corymbióque dominæ pueri adornat caput.

Corymbites {κορυμβίτης} Tithymali species, aliàs πλατύφυλλος vocata, a foliorum latitudine. Pisces necat, aluum soluit radice, vel foliis, vel succo. Plin. lib. 26. cap. 8.

Corymbus, corymbi, m. g. {κόρυμβος} Racemus hederæ, quo coronabatur Bacchus. Tibullus, Sed varij flores, & frons redimita corymbis. Plin. lib. 16. cap. 34, de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi.
Diffusos corymbos vestit hedera. Virg. 3. eclog.
Grauidi. Ouid. 3. Metam.

¶Corymbus aut corymbum, Rostrum nauis, & quoduis summũ. Valer. lib. 1. Argonauticõn,
-Phryxi promittitur absens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis.

¶Corymbus, est etiam fructus chrysocomæ, siue chrysitis herbæ. Plin. lib. 21. cap. 8, Chrysocome siue chrysitis non habet Latinam appellationem. palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra.

Corymbifer, pen. corr. {κορυμβοφόρος} Qui corymbos siue hederæ similes racemos fert. Ouid. 1. Fast. Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Corynephori {κορυνηφόροι} Milites quidam dicebantur, quos Pisistratus Atheniensis tyrannus, ad sui corporis custodiam delectos habuisse fertur. Author Alex. Genial. lib. 6 cap. 22.

CORYNETA {κορυνήτης Suidæ} Latro fuit famosissimus, Vulcani filius, qui iuxta Epidaurum hospites claua quadã, quæ Coryna dicebatur, peremit. Vnde & hoc nominis sibi sumpsit: prius enim Periphatum vocatum tradunt. Hunc Theseus interfecit.

CORYPHAEUS {κορυφαῖος} Mons est circa Epidaurum, Dianæ sacer. Stephan.

Coryphæus {κορυφαῖος} est cuiusque ordinis caput & præcipuus. Cicero 1. de Natura deorum. Zenonẽ, quem Philo noster coryphæum appellare Epicureorum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter.

CORYPHAS, Troadis oppidum, in tractu Heracleotico, vt vult Plinius lib. 5. cap. 29.

CORYPHASIA Minerua, appellata est à Coryphasio promontorio, in quo Pylos vrbs condita fuit, vt Pausan. tradit. Stephanus tamen, Coryphasion regiunculam Laconicam scribit Pylo proximam. De Coryphasia Minerua sic in 4. prodit Arnob. Quid, inquit, arbitramur fore? desistétne illa Mineruam se dicere, cui Coryphasiæ nomen est, vel ex Coryphæ matris signo: vel quòd è vertice Iouis palmam feriẽs emicuit, atque armorum accincta terroribus, &c.

CORYPHASIUM {κορυφάσιον} Regiũcula est agri Laconici, circa Pylum. Stephan.

Corythia, quæ & Colycia, Ex genere muricum sunt, æquè turbinata, sed multò minora, oris halitui conseruando imprimis idonea. Author Plin. lib. 32. cap. 7.

CORYTHUS {κόρυθος} pen. corr. Vulgò *Cortona*, Oppidũ Thusciæ, prope Aretium, in paruo colle eiusdem nominis situm, à Corytho rege ita appellatum. Virg lib 9,
Nec satis extremas Corythi penetrauit ad vrbes.

Corytus, coryti, pen. prod. {γωρυτός} Theca sagittarum. Leues coryti. Virg. 10. Æneidos,
Corytúque leues humeris, & lethifer arcus.

Coryza {κόρυζα} Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, nares obturans, & vocem obtundens, quam Latini Grauedinem appellant. Celsus lib. 4. cap. 2, Grauedo nares claudit, vocẽ obtundit, tussim siccam mouet: sub eadem salsa est saliua, sonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia κορύζας Hippocrates appellat, &c.

C O S

COS, insula. Vide COOS.

Cos, cotis. fœm. gen. {ἀκόνη} dicitur saxum asperum atque abruptum. Item lapis quo cultri acuuntur. Liu. 1. ab Vrbe, Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem discissurum. Plin. lib. 18. cap. 28, Italia aquarias cotes dedit.
Duræ cotes. Virg. eclog. 8. Propert. lib. 1. eleg. 3,
Libera iam duris cotibus Andromede.
Vice cotis fungi. Horat. in Arte,
-fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.
Cotes oleares. Vide OLEUM.
Scrupulosæ. Cic. 4. Tuscul. E quibus tãquam è scrupulosis cotibus enauigauit oratio.
Cos fortitudinis. Cic. 4. Acad. Ipsam iracũdiam, fortitudinis quasi cotem esse dicebant.

Coticula, coticulæ, pen. corr. {βάσανος} Diminutiuum: licet non seruet significatum primitiui: non enim est parua cos: sed lapis quo fit auri vel argenti experimentum. Plin. lib. 33 cap 8, Auri argentíque mentionem comitatur lapis, quem coticulam appella it: quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt author est Theophrastus: nunc verò passim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant.
Coticula, videtur genus esse vasis cote factum, apud Plinium, lib. 31. cap. 9, Contráque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.

Cotaria, cotariæ, Locus vnde eruuntur cotes. Alphenus l. Cæsar. D. de Publicanis, Cæsar quum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, Nequis præter redemptorem post Id. Martias cotem ex insula Creta fodito, néve eximito, néve auellito. Legitur & Cotorias.

COSAS {κόσας} Fluuius est in Latio, iuxta vrbes Ferentium & Frusinum præterlabens, de quo Strabo lib. 5.

COSCINUS, Oppidum Apamiæ, in conuentu Alabandico, vt testatur Plin. lib. 5 cap. 29.

COSENTIA {κωσεντία} Ciuitas est Italiæ, Brutiorum metropolis, vt videre est apud Strab. lib 6.

COSENUS, Mauritaniæ fluuius, iuxta Getulos Autololes, vt refert Plin. lib. 5. cap. 1.

Cosmeta, cosmetæ, pen. prod. Græcè κοσμητὴς, Latinè ornator siue ornatrix interpretatur. Vlpianus De leg. 3. l. Item legato, Item mancipia alia, puellæ forassis, quas sibi cosmetas mulieres exornant. Legitur &, Quæ scilicet coment & exornent. Iuuen. sat. 6, -ponunt Cosmetæ tunicas, tardè venisse Liburnus Dicitur.

Cosmiana, Vide COSMUS.

Cosmicus, Adiectiuum. Vide COSMUS.

Cosmitto, pro Committo veteres dixere, teste Festo.

Cosmographia, pen.corr. {κοσμογραφία} Mundi descriptio. Differt autem à Geograph a tanquam totum à parte. Geographi enim solius terræ situm describunt, præcipuásque eius regiones fluminibus & montibus distinguunt. Cosmographi autem mundi totius tam elementaris, quàm ætherij cognitionem inquirunt, terræque situm non fluuiis aut montibus, sed cœlestibus circulis discriminant.

Cosmotoryne {κοσμοτορύνη} Eleganti nomine Varronis Satyra quædam inscribebatur, περὶ φθορᾶς κόσμου. Vt enim cochleari, quod τορύνη Græcè dicitur, omnia in olla commiscentur & confunduntur: sic eleganter mundi interitum mundi cochlear appellauit, ob perturbationem rerum in antiquum chaos tum rediturarum, & in confusionem pristinam. Turnebus.

Cosmus {κόσμος} Latinè dicitur ornatus, quo nomine vocatus est mundus. Cic. de Vniuersitate, Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominauimus. Sic Plin. lib. 2. cap. 4. Vide MVNDVS.

Cosmicus, pen.corr. {κοσμικός} Adiectiuum, Id est mundanus. Martial. libro 7,
Cosmicos esse tibi Semproni Tucca videris:
Cosmica Semproni tam mala quàm bona sunt.

COSMVS {κόσμος} Vnguentarius fuit optimus, à quo Cosmiana vnguenta dicta sunt Iuuenali,
- & Cosmi mergatur aheno.
Cosmus pro ipso vnguento aliquando ponitur. Martial. libro 11. epigram. 9,
Quod Cosmi redolent alabastra, focique deorum. Rectius vnguentarium ipsum intellexeris, non vnguentum.

Cosmiana, Vnguenta magni pretij: sic dicta à Cosmo excellenti vnguentario. Petron. Affer nobis alabastrum cosmiani.
Libra cosmiani. Martial. lib. 12. epigr. 55, Aut libram petit illa cosmiani, &c.

COSOAGVS, Fluuius est nauigabilis, in Gangem influens, authore Plinio lib. 6. cap. 18.

COSSA {Κόσσα} Vmbriæ oppidum, vt scribit Plin. cap. 5. libri tertij. Orbitellum hodie. vulgò *Orbitello*. Testis Oliuarius in Melam.

COSSAEI {Κοσσαῖοι} Populi erant montani, latrocinia exercentes, qui quũ olim aduersum Susios & Babylonios Elymæorum soc j essent, sagittariorum tredecim millia exhibebant. Horum audaciam Alexander contudit, hyeme eos adortus. Ex Strab. lib. 11. & Plin. lib. 6. cap. 27.

COSSETANIA, Regio Hispaniæ citerioris, de qua Plin. lib. 3. cap. 1.

Cossim, dictum quasi coxim. Pompon. Percaria, Hoc sciunt omnes, quantum est qui cossim cacant. Festus.

COSSINVS, Eques Romanus, amicitia Neronis principis notus, quũ lichene correptus esset, vocatus ex Ægypto medicus à Cæsare ob hàc valetudinem eius, quũ cantharidum potum præparare voluisset, interemptus est. Ex Plin. lib. 29. cap. 4.

COSSVS {Κόσσος} Tribunus militaris fuit, qui Lartem Tolumnium à loco dictum occidit: & opima spolia reuocauit. Hæc Seruius. Virgil 6. Æneid. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cosse relinquat? Vide Cornelius Cossus.

Cossus {τερηδών} Vermis qui in ligno nascitur. Apud Phryges & in Ponto pro delicatissimis cibis sumitur. Plin. lib. 17. cap. 24, Iam quidem & in hoc luxuria esse cœpit, prægrandésq; roborum delicatiore sunt in cibo (cossos vocant) atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt.

Cosses hominatiuus pluralis, masc. gen. etiam apud Plinium legitur lib. 30. cap. 13, Cosses, qui in ligno nascuntur, sanant vlcera omnia.
¶ Cossi (inquit Festus) ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, A similitudine vermium ligno editorũ, qui cossi appellantur. Vnde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est.

Cossutiæ tabernæ. Cic. in epist. ad Tyronem, Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Quem locum sic exponit Turnebus, Cossutianæ tabernæ Cossutiorum fuere, aut etiam Cossutiæ, quam sibi prætextato desponsatam Cæsar, vt & à Suetonio relatum est, dimisit. Dicuntur autem vt & cæditiæ tabernæ apud Festum. De Cesena, vide suo loco.

Costa, costæ {πλευρά} Nota dictio. Plaut. Pseud. 4,
Ita plagis costæ callent. Vbi Seruius, Aut reuera costas, aut clitellas.
Costa montis, latus montis. Pers. sat. 1,
Sic costam longo subduximus Apœnino. Id est, subtiliter ab stulimus Apœnino particulam dorso seu iugo continuam, sicut costa est in corpore humano. Hinc vulgò dicimus *La coste de la montagne*, & *Vn costau*.
Costæ nauium. Plin. lib. 13. cap. 9. Id est latera.
Costæ aheni. Virg. 7. Æneid.
Tergora diripere costis. Virg. 1. Æneid.
Ruptæ. Virg. 4. Georg.
Fricat arbore costas. Virg. 3. Georg. de sue.
Ensis transabiit costas. Stat. 2. Thebaid.
Ensis adactus transadigit costas. Virg. 9. Æneid.
Vellera exuta costis leonis. Ouid 9. epist.
Onerare costas aselli. Virg. 1. Georg. Seruius, Aut re vera costas aut clitellas.
¶ Costæ, Latinis interdum sunt ea statumina & firmamenta, quibus tabularum compages connectitur: vt in equo Troiano canit Virgilius,
- sectáque intexunt abiete costas. Id est statumina tabulas connexura ntus intexunt ei operi. Sic costa ratis laceræ à Persio appellatur. Turnebus.

Costatus, pen. prod. Adiectiuum {πλευρώδης} vt, Costatum corpus. Varro 2. de Re rust. cap. 5, Corpore amplo, bene costatos, latis humeris, bonis clunibus, &c. De pecudibus.

COSTOBOCCI, Gentes circa Mæotim incolentes, quarum meminit Plinius libro 6. cap. 7.

Costum, vel costus {κόστος} Herbæ genus. Plin. lib. 12. cap. 12, Radix costi gustu feruens, odore eximio, frutice alias inutili.
Achæmenium costum. Horat. 3. Carm. ode 1. Id est Persicum. Achæmenij enim Persæ dicti, ab Achæmene rege. Vnde Costum venit. Acron.

COSYRA, pen. prod. vel Cosura {Κόσουρα} Insula est maris Mediterranei prope Africam, cui vicina est Gaulos, & Melita. Author Pomponius lib 2. & Plin. lib. 5. cap. 7. Ouid. 3. Fastorum,
Fertilis est Melite sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Lybici verberat vnda freti.

COSYRI {Κόσυροι} Scythiæ populi, ab Emodis montibus parum distantes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 17.

C O T

Cotana, Vide COTONA.

Cotaria, Vide COS.

COTES, Oppidum olim fuit in Mauritania, vltra columnas Herculis situm, nunc est Tingi, quondam ab Antæo conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum. Plin. lib. 5. cap. 1.

COTHON, nis {Κώθων} Insulæ exiguæ nomen, quæ Byrsæ Carthaginiensium arci subiacebat, Euripo circundata, circunquaque nauális rei vsum præbens. Author Strabo lib. 17. Seruius verò in illud Virgil. Æneid. 1,
Hic portus alij effodiunt, Portus manu factos Cothonas vocari asserit. ¶ Est & Cothon genus poculi fictilis, paruum quidem, sed militum vsui accommodatissimum, vt quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circunferri. Authores Suidas & Athenæus libro 11.

Cothurnus, cothurni {κόθορνος} Cothurni sunt calceamenta venatoria, crura quoque vincientia: quorum quiuis aptus est vtrique pedi. Hæc Seruius. Cic. 3. de Finib. Vt si cothurni laus illa esset, ad pedem aptè conuenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec maiores minoribus.
Herculis personam, & cothurnos infantibus aptare. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Puniceo stabis suras euincta cothurno. Virg. eclog 7.
Cothurnus, Calceamentum subleuatũ subere: quò mulieres grandiores appareant. Iuuen. Satyra 6. -breuiórque videtur
Virgine Pygmæa, nullis adiuta cothurnis.
¶ Cothurnos induebant tragœdi, quum in theatro fabulam acturi erant. Vnde pro ipsis tragœdis, & pro alto dicendi genere accipiuntur. Virgil. 8. eclog. Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.
Horat. in Arte,
Hunc socci cepere pedem, grandésque cothurni. de Iambo.
Cecropius. Horat. 2. Carm. ode 1.
Tragici. Horat. 1. Serm. sat. 5.
Duro cothurno referare aliquid, Id est Tragœdiam componere de re aliqua. Ouid. 3. Amor. eleg. 1.
Musa innixa tragicis cothurnis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16.
Magnum loqui, nitíque cothurno. Horat. in Arte.
Sophocleus. Martial. lib. 3.
Succingi cothurnis. Patercul. lib 2.
Versatilior cothurno. Adagium, quod vsurpari solet in hominem parum constantem, lubricáque fide, aut qui incertæ & ancipitis est factionis: similitudine ducta à calceamento quod Græci κόθορνον, Latini mutata literula cothurnum vocant, quo mos erat vti tragœdiarum actoribus. Erat autem quadrangulum, & vtrilibet conueniens pedi, quódque vel dextro vel sinistro poterat accommodari. Suidas addit eiusmodi fuisse, vt viris pariter ac mulieribus congrueret. quod testatur illud Maronis Æneid 1,
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureóque altè suras vincire cothurno. Theramenes rhetor Atheniensis, Prodici Chij discipulus, propterea vocatus est Cothurnus, quòd quasi duabus sederet sellis, idem & populi, & triginta virûm partibus studens: & nunc huius, nunc illius factionis esse videretur, vel potius vtriusque. Malè audiit hoc nomine Marcus etiam Tullius. Nihil autem vetat, quo minus adagium in bonam trahatur partem: vt siquis hominem facilibus moribus, & quadam ingenij dexteritate, cum quouis hominum genere congruentem κόθορνον appellet, quã ob causam Homerus Vlyssem πολύτροπον dixit, quòd quanuis personam aptè gereret, ducis, mendici, patrisfamiliàs.

Cothurnatus, penultima producta {κοθορνωτός} Adiectiuum. Martialis lib. 5, Grande cothurnati pone Maronis opus. Hoc est grandia & alta loquentis.
Dea cothurnata. Ouid. 5. Fast.
Vates. Ouid. 2. Amor. eleg. 18.

Cothurus {κόθουρος} Hesiodo dicitur fucus sine aculeo, quem cauda videtur occultare. Id est κόλουρος ὁ τὴν οὐρά. Ex Cæl. lib 3. cap. 30.

COTIAE Alpes {Κώττιαι Ἄλπεις} Graiæ & Pœninæ dictæ, per quas & Hercules, & Annibal transmisere, in quibus duodecim fuisse ciuitates Plinius testatur, regnum quondam Cotij regis, qui perdomitis Gallis eas constrauit, militibus viatoribus accommodas. Is Cæsaris Augusti amicissimus fuit. Author Marcellinus.

Coticula, Vide COS.

COTIERI, inter celeberrimos Scythiæ populos numerantur à Plin. lib. 6. cap. 17.

Cotidie {ἑκάστης ἡμέρας} quanuis à quoto & die componatur, per c & non per q scribendum esse quidam, vt Victorinus de Orthographia, existimant, quia tanta est affinitas inter c & q, vt q in c mutari facilè patiatur, vt Sequor, secutus, Loquor, locutus, Quis, cuius. Vnde Quint. lib. 1. Institut. Frigidiora his alia, vt Quicquid, c quartam habet, ne interrogare bis videremur: & Cotidie, non Quotidie, vt sit quot diebus. Verùm hæc iam inter ipsas ineptias exanuerunt.

COTILIA, Insula. Festus, Cotiliæ lacus appellatur, quòd in eo est insula

Cotilia

Cotilia nominata à Græcis.

COTINAE {κοτιναί} Montes quidam sunt in Hispania Bætica, in quibus æs vna gignitur & aurum. Author Strabo lib.3.

Cotinus, pen.corr. {κότινος} Oleastri genus, quo Olympionicæ coronabâtur. Aristot. Philostephanon appellat. ¶Est & frutex hoc nomine in Apennino, ad lineaméta modo conchylij colore insignis. Author Plin.lib.16.cap.18.

COTINVSSA, Insula, in qua prius vrbs Gadium fuit. De hac sic Plin. lib.5.cap.22. Vocatur ab Ephoro & Philistide, Erythia, à Timæo & Sileno, Aphrodisias, ab indigenis Iunonis. Maiorem Timæus Cotinussam apud eos vocatam ait, nostri Tartesson appellant, Pœni Gadir, ita Punica lingua sepem significante.

COTISCOLIAE {κοτισκολίαι} Oppidum est Sabinorum, in quo frigidæ aquæ sunt, ex quibus qui perpotant, vel in illis aliquandiu sedent, à morbis quamplurimis curantur. Author Strabo lib.5.

COTISO, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti legato in Pannonia superatus. Author Volaterr.

Cotona, vel Coctona, siue Cottona: vt alij volunt, Cotana vel Coctana, siue Cottana, pen.corr.plural.num.n.g. Ficus paruæ genus. Plin. lib.13.cap.5, Syria in ficorum genere habet caricas, & minores eius generis, quæ cotona vocant. Mart.lib.7.52, Paruáq; cum canis venerút cotana prunis. A Cotone vrbe sic appellata. Scribendum igitur Cotona simpliciter. Idem Martial.lib.13.

Hæc tibi quæ torta venerunt condita menta,
Si maiora forent, coctana ficus erat.

Cotonea, ex {κυδώνεια ποτήρια} A Venetis dicta fuit herba, quam Galli *Halum* appellant, similis Cunilæ bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui & sitim sedans. Vide Plin.lib.26.cap.7.

COTONES pen.corr. à Coton, {κώθων} Portus sunt in mari interiores, arte & manu facti, qui etiam Cotonia secundum Seruium dicuntur. Ex Sipontino. Quidam scribunt Cothones, de quo suo loco.

Cotoneum, cotonei, {κυδώνιον} Genus pomi. Plin.lib.15.cap.11, His proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Græci cydonea, ex Creta insula aduecta. incuruatos trahunt ramos: prohibéntque crescere parétem. Plura eorum genera. De hoc plura vide apud Ruellium lib.1.cap.72. Vide STRVTHIA.

COTTA, Orator, qui cum Sulpitio æquali differit apud Ciceronem in dialogis de Orat. Legem tulit, vt liceret Tribunis pleb. alios accipere magistratus, quod lege Syllæ iis erat ademptum. Huius passim meminit Cicero in libris de Oratore, & in Bruto, cum multis in locis, tum præsertim iis verbis, Inueniebat (inquit) acutè Cotta, dicebat pure ac solutè: & vt ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat, sic ad virium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus. Nihil erat in eius oratione nisi syncerum, nihil nisi siccum, atque sanum, &c. ¶Fuerunt eodé tempore & alij Cottæ duo: Vnus contra Mithridatem infeliciter pugnauit, Syllam Cæsari cóciliauit. Alter Legatus Cæsaris in Gallia, insidiis circunuentus ab Ambiorigis ducis exercitu interficitur. Prædianus.

Cottæ dicti putantur ἀπὸ τοῦ κότου, quòd iracundus, & oris torui fuerit is qui primus Cotta fuit appellatus: quàuis κότος simpliciter, & Cotta duplici scribatur.

L. Cotta veterator habitus. Cic.in Brut.

COTTAE {κόττα} Populi circa Mæotim habitantes, quorum meminit Plin.lib.6.cap.7.

COTTONA, Regio Carmaniæ. Plin.lib.6.cap.23. Regio autem, ex qua piper monoxylis lintribus Becaren conuehunt, vocatur Cottona, &c.

Cottona. Vide COTONA.

Cottabus, bi {κότταβος} Ænea phiala, quam peracto conuiuio mensæ imponere solebant vino plenam, deinde in minora pocula ab alto miscentes, sonum edere, qui si illisu maior ederetur, ab amasiis amari se augurabantur. Accipitur & pro ipso sono, qui hoc pacto edebatur: vnde κοτταβίζειν verbum Græci vsurparūt, pro eo quod est, sonum huiusmodi edere: & κοττάβιον pro hoc ludi genere. Item κοττάβια præmia victori huius ludi dari solita, quæ, teste Athenæo, fuerunt πυραμοῦντες, hoc est, triticeæ placentulæ, & sesamineæ. Aristophanes quoque, qui hoc genere ludi se recreabât, μεθυσοκότταβοι appellauit, quòd vix aliter quàm vino madentes id agerent. Plaut. in Trinummo Cottabum viditur appellasse sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur. Caue sis (inquit) ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

COTVANTII {κωτουάντιοι} Rhætorum populi sunt, de quibus Strabo libro 4.

Cotula, siue cotyla, pen.corr. {κοτύλη} Mensuræ genus, quæ hemina aliâs dicitur. Italica est vox, qua & Græci vsi sunt. Martial.lib.8.epigr. 71, Post hunc in cotula rasa selibra data est.

Coturnium, Vas, quo in sacrificiis vinum fundebatur. Festus.

Coturnix, coturnicis, pen.prod. fœm.gen. {ὄρτυξ} A sono vocis sic appellata, inquit Festus: parua auis, semper antè veniens quàm grues: & quū ad nos venit, terrestris potius, quàm sublimis. Vide Plinium lib.10.cap.23. Ouid.2.Amorum, eleg.6,

Ecce coturnices inter sua prælia viuunt.

Cotyla. Vide COTVLA.

Cotylæ, quæ & Cotylendones, in ossibus dicuntur caua quædam acceptabula, quibus aliorum ossium capita inseruntur, cuiusmodi sunt in coxendicibus, ossium femoris capita excipiéntia. ¶Accipitur & pro concaui vasis genere, cuiusmodi Diogenem vsum fuisse docet Laertius, antequam puerum ex concaua manus vola bibentem vidisset. ¶Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergū manus coniungebat, stringebátque, altérque impositis in eas genibus tollebatur, suis manibus oculos gestantis obtegens. Ad hunc igitur modum gestatus, ἐν κοτύλῃ gestare dicebant. Author Cælius Antiq.lib.13. cap.32.

Cotyledon, pen.prod. {κοτυληδών} Paruula herba cauliculo tenero, pusillo, pingui folio, & concauo, vt coxendices. nascitur in maritimis, petrosísque, viridis, radice oliuæ modo rotūda. ¶Est aliud genus eiusdem, sordidis foliis, latioribus, densioribúsque circa radicem, velut oculum cingentibus, asperrimi gustus, longiore caule, sed pergracili. Hæc Plin.lib.25.cap.13. Ruellius lib.3.cap.117, Cotyledon Græcis, Romanis *Vmbilicus Veneris*, folium habet acetabuli figura, &c. Officinis hodie dicitur *Vmbilicus Veneris*, herba non adeò magna, cauliculo pusillo, &c. Non est hæc vt quidam rentur, ea quæ *cymbalaris* vulgò dicitur.

¶Cotyledones item in mulieribus appellantur ora vasorum in vterum desinentia, per quæ sanguis redundantia singulis mensibus ex omni corpore in vterum deriuatur, & per quæ semen alimentum ad se attrahit. Galen.lib.15. De vs.part.

Cotylum {κότυλον} Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centū viginti millibus passuum à Scepsi distantē, in quo Scamandri, & Granici, & Æsepi fluminum origo, vnde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quod conceptaculum & acceptaculum significat.

COTYS, Thracum rex, qui, vt est scriptum apud Cæsarem in Commentariis, Pompeianas partes fouit. Plutarchus in Apophthegmatis, Cotys ei qui sibi pardalim largitus erat, leonem contrà dono dedit. Sed quum natura esset iracūdior, & asper eorū qui in ministeriis deliquissent, castigator, vasa fictilia, tenuia quidem & fragilia, sed cælaturis quibusdam & sculpturis politè elegantérque elaborata, sibi ab hospite allata, quum hospiti ipsi dona dedisset, simul omnia confregit: ne in eos qui illa fregissent, asperius animaduerteret. ¶Fuit & alius eiusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberij tempore Phescuporis patrui fraude circunuentus est, & occisus. Author Tacit.lib.2.

COTYTO, us, {κοτυτώ} Dea impudentiæ habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur eius sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotytia. Hanc Probus saltatricem fuisse existimat, vnde etiam sacerdotes eius, lasciuis saltationibus mores eius referebant. Iuuenal. Satyr.2,

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotyto. Vide Politianum Miscellan. cap.10.

COTYTTIA, orum, {κοτύττια} Sacra erant nocturna, vt dictum est, quæ Athenis fiebant à Baptis in honorem Cotytus impudétiæ deæ. Vide in dictione BAPTAE.

C O V

Couali {κοάλοι} Dæmones quidam erant Dionysiaci, asperi & immites: quanquam & Coualos dicebant, qui lusu assimulato fallerent, vt ex Harpocratione & Philochoro scribit Cælius Rhod. libro 2. capite 7.

Couinus, couini, m.g. penult. prod. Vehiculi genus notum non Britannis solùm, sed Belgis etiam & Germanis. Erat autem currus falcatus. Pomponius Mela, Dimicant non equitatu modò aut pedite, verùm & bigis & curribus Gallicè armati. Couinos vocant, quorum falcatis axibus vtuntur. Lucan.lib.1, Et docilis rector monstrati Belga couini.

Falcifer couinus. Sil.lib.17,
Agmina falcifero circunuenit arcta couino.

Couinarius, Qui couinum regit. Tacit.in vita Agric. Media campi couinarius eques strepitu ac discursu complebat.

Cous {κῷος} Denominatiuum à Co insula Hippocratis patria. Vnde & Coum vinum. Coi populi. Cic.6.Verr.

Artifex Cous, dicitur Apelles ἐκ τῆς ἐξοχῆς. Ouidius 4. de Ponto, eleg.1.

Album Coum. Horat.2.Serm.sat.4. Sub vinum.
Purpura. Horat.4.Carm.ode 13.

¶Cous Græcè, senio Latinè, in talo, id est taxillo, numerus cani contrarius: & is qui talorum iactu hunc numerum reddidisset, sex lucri faciebat: & qui canem, vnum tantum. Sipontinus.

Coxa, coxæ {ἰσχίον} (inquit Valla lib.4.) pars supra femora, vertebrúmque ipsum, quoties vitiatum est, aut os illud quod in vertebro voluitur, fractum, coxa vitiata fractáve dicitur. Plin. Iunior. Fallente vestigio excidit, coxámq; fregit. Celsus lib.4, Coxis proxima sunt genua. De osse dixit.

Coxendix, coxendicis, penult.corr.f.g. {μηρός} Eiusdem significationis cum coxa. Varro de Re rust. Lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Cato incantamentum docet ad sanandas coxendices luxas, cap.160. Serenus, Clausa acies inter geminæ coxendicis vmbras.

C R A

CR. Creticus, Crispus.

Crabattus {κράβαττος} Lectulus meridiando idoneus. Scæuola l.20.§. 8.D.de instruc.vel instr. Instructis domibus legatis, crabattus argento inaurato tectus mortis Titiæ tempore, in domibus non est repertus, sed in horreis tantisper conditus. Hotomanus.

Crabro, crabronis, m.g. {ἀνθρήνη} Insecti genus affine vespis, pertinacissimum, aculeóq; pestilentissimo, inquit Erasmus. Plinius libro 11. cap.21, Vespæ in sublimi è luto nidos faciunt, & in iis ceras. Crabrones in cauernis ac sub terra. Et paulo pòst, Ictus eorum haud temerè sine febri est. Authores sunt, ter nouenis punctis interfici hominem.

Spicula crabronum. Ouid.11.Metam.
Asper crabro. Virg.4.Georg.
Irritare crabrones Plaut. Amphit.8. Id dictum est à poeta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces, neque sine tuo malo discedas.

Cracca, Genus quoddam degenerans ex leguminibus, intantum columbis gratum, vt pastas eo, negent fugitiuas illius loci fieri. Author Plin.lib.18 cap.16.

Cracentes, pro graciles, apud Enniū, Succincti gladiis, media regione cracentes. Festus.

CRAGVS {κράγος} Mons est Lyciæ, Apollini sacer: qui promontoria octo habere scribitur, ac eiusdé nominis vrbé. Ouid.9. Metamorphoseos, Iam Cragon, & Lymirem, Xanthíque reliquerat vndas.

Crambe, crambes, f.g. { κράμβη } Brassicæ species est. Plin. lib. 20. cap. 9, de Brassica loquens, In tres species diuisere eam Græci antiquissimi: Crispam, quam selinada vocauerũt, à similitudine apij foliorum, stomacho vtilem, aluum modicè mollientem. Alteram leam, latis folijs è caule exeunt bus, vnde caulodem quidam vocauere: nullius in medicina momenti. Tertia est propriè appellata crambe, tenuioribus folijs, & simplicibus, densissimisque, amarior, sed efficacissima. Cato crispam maximè probat, dein leuem, grandibus folijs, caule magno. Vide Catonem de Re rust. cap. 163.

Crambem repetitam Iuuenalis satyra septima appellat declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. Hinc prouerbium, Crambe repetita mors est. Vide Erasm. in Chiliad.

CRAMBVSA { κράμβουσα } Insula est circa Seleucium Isauriæ. Author Strabo lib. 14.

CRANAVS { κραναός } Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno successit, à quo regionis incolæ Cranai dicti sunt. Strabo lib. 9.

CRANEA pen. prod. { κράνεια } Exigua regio est Ambraciotarum, cuius incolæ dicuntur Craneates. Stephan.

Cranea, Vide CORNVA.

CRANEVS, primus Macedonum rex: cuius successores vsque ad Alexandrum viri XXXVII, annis fere quingentis, vt scribit Volaterran. libro 13.

CRANON { κρανών } Vrbs Thessaliæ, Pelasgiotidis in campis, qui Tempe appellantur, centum stadijs distans à Cartone. Stephanus ex Strabone.

Cranteres { κραντῆρες } Dentes sunt, quos Auicena adnasci arbitratur post genituræ profusionem, ante consistentiam, quæ anno contingit trigesimo, dentesque sensus & intellectus vocat. Dicti autem sunt Cranteres, vt Aristoteli placet, ἀπὸ τοῦ κραίνειν, quia ætatem perficiant ac compleant. Ex Cæl. antiq. lib. 4. cap. 1.

CRANTOR, Solensis Xenocratis auditor { κράντωρ } Scripsit commentarios & nonnulla poemata: admirabatur præ cæteris Homerum & Euripidem: decessit intercutis morbo. Author Diogenes Laertius. Crantoris meminit & Horatius. lib. 1. epist. 2.

Crapula, crapulæ, pen. corr. { κραιπάλη } dicitur, vbi vinum intemperantius haustum, capiti detrimẽta adfert: capitis lucta, fluctúsq; & agitatio, quando ex vinolentia caput tremit. à κάρα caput, & πάλλω vibro, agito. Galenus in Aphorismos Hippocratis scribẽs, annotat omnem noxam ex vino factam, à Græcis κραιπάλην nominari, παρὰ τὸ κάρα caput, καὶ πάλλεσθαι concuti. Plin. lib. 23. cap. 1, Nouitium resinatũ nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta crapula est. Liuius Decad. 1. lib. 9, Nec prius sensere, quàm plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit.

Discutere crapulas. Plin. lib. 21. cap. 20. Vide ORTHOPNOEA.

Exhalare. Vide EXHALO.

Edormiscere. Plaut. Rud. 14. Cic. Philipp. Edormi crapulam inquam, & exhala.

Obdormire. Vide OBDORMIO.

¶Crapula, Aliter. Plin. lib. 14. cap. 20, Ratio autem condiendi musta, in primo feruore, qui nouẽ m diebus vt plurimũ peragitur, aspersu picis, vt odor vino contingat, & saporis quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrãtur crudo flore resinæ, excitarísque lenitatem. E diuerso crapula compesci feritatem nimiam, frangique virus: aut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maximè circumpadanisque mustis vtilitas discernitur hoc modo: Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex vtroque cõdiri velint. Hoc in loco Plinio crapulam vocari quidam putant medicamenta, quibus vini lenitas excitatur. Alij verò resinæ florem esse dicunt id quod in resina supernatat: quod autem sidit in fundo, crapulam, vt sit crapula velut fæx resinæ.

Crapulor, crapularis { κραιπαλάω } crapulari, Deponens, Vino & cibo sese ingurgitare.

Crapulosus, pen. prod. Adiectiuum. Firmic. lib. 8. cap. 20, Edaces quoque, ac ventri, & gulæ crapulosis libidinibus feruientes.

Cras { αὔριον } Aduerbium significans die proximè futuro. Cicero ad Atticum, lib. 12, Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Horat. 1. Carm. ode 9,

Quid sit futurum cras, fuge quærere. Martial in Posthumum, lib. 5,

Cras te victurum, cras dicis Posthume semper.

Dic mihi, cras istud Posthume quando venit?

Cras mane surgendum. Horat. 1. Serm. sat. 6.

Hesternum cras. Persius sat. 5.

Cras credo, hodie nihil. Prouerbium ab hominum sermone ductum, qui in præsentia se negant credere, se cras facturos dicunt. Varronis quædam satyra erat hac inscriptione, vt pleraque eius, prouerbiali. Turnebus.

Crastinus, Adiectiuum, penultima correpta { αὔριος. } Plautus Menæch. 4,

Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

Ætas crastina. Stat. 3. Thebaidos,

-quid crastina volueret ætas

Scire nefas homini.

Crastinus dies. Hirtius Ciceroni, lib. 15, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret.

Crastinus fructus, Est nouus & recens. Plin. lib. 13. cap. 9, Fertilitas assidua ei subnascente crastino fructu.

Crastina hora, pro sequenti & proximo die. Virg. 1. Georg.

Titan. Virg 4. Æneid. Id est crastina dies.

In crastinum differre. Cicero 2. de Oratore, Post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi fortè me in crastinum differre vultis.

In crastinum vocare. Vide IN.

Crastino, Aduerbium { αὔριον } Idem quod cras. Gellius libro 2. cap. 29, Si dominus, inquit, messem ad amicos reiecit, crastino seges non metetur.

Crastini, veteres vsi sunt in tertia declinatione, ablatiuóque casu, pro crastino, sic proximi pro proximo. Sipontinus.

Crastino, as { αὐριάζω } significat de die in diem traho & differo. Hinc Procrastino & Recrastino eiusdem significationis. Calepin.

Crasis, fœm. gen. { κρᾶσις } Vt à Medicis accipitur, idem est quod temperamentum, hoc est proportio quædam primarum qualitatum existentium in elementis, ex quibus corpus mistum est & constatum. A Grammaticis Crasis accipitur pro contractione duarum syllabarum in vnam coalescentium, vt τείχει pro τείχεϊ. Dicta κρᾶσις, ἀπὸ τοῦ κεράννυμι, quod est misceo siue tempero.

CRASPEDITES, Phrygiæ sinus. Plin. lib. 5. cap. vlt. Inde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat.

Crassamentum, Crassescere, Vide CRASSVS.

CRASSITIVS, genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasicles, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitque inter alios Iulium Antonium Antonij Triumuiri filium. Tranquillus in lib. de Illustribus Grammaticis.

Crassiuenium. Aceris arboris genus vilius, à venarum crassitudine dictum. Plin. lib. 16. cap. 15.

CRASSVS { κράσσος } P. Licinius, ante ætatem Pontifex Maximus factus: quod nunquam antea contigit. Vide Valer. Max. libro 3 cap. 2. & lib. 8. cap. 7.

L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore. in eo mirificus quidam pudor fuit, qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusauit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens: summam ingenij non laudem modò, sed etiam admirationem est consequutus. Defendit postea Liciniam virginem, quum annos XXVII. natus esset. Hæc ex libris de Oratore, & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scæuola comparatio. Deploratur multis verbis Crassi mors à Cicerone in exordio libri tertij de Oratore.

P. Crassus, oratoris frater, iuris peritissimus, fuit in dominatione L. Cinnæ Marianarum partium: ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Huius filius M. Crassus Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumuiratum iniit. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant, victoria potitur. ex quo vrbem ouans ingressus est. Vide Valerium Max. lib. 1. cap. 6. Plinium quoque, lib. 15. cap. 19. & Paulum Orosiũ lib. 6. cap. 13. Solebat autem dicere, Neminem esse diuitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructib'. Author Cicero in Paradoxis. Alter M. Crassi filius, Cæsaris Legatus fuit in bello Gallico: in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit. Fuit autem discipulus Ciceronis. De quo in Bruto.

Crassianus, Adiectiuum, vt, Crassianus exercitus, Id est Crassi. Patercul. libro 2.

Crassus, Adiectiuum { παχύς, παχυλός } Modò pingue significat, modò densum & spissum.

Imber aquæ crassæ. Martial. lib. 12. epigr. 26,

Et subitus crassæ decidit imber aquæ.

Aer crassus & concretus. Cic. 1. Tusc. Sic vnguentum crassissimũ, Plin. Et Crassum lutum apud Catonem, cap. 92.

Crassa & Liquida, contraria sunt. Lucret. lib. 4.

Aer crassissimus. Cic. 2. de Nat. deor.

Natus in crasso aere. Horat. 2. Epist. Bœotũm in crasso iurares aere natum. Id est, ita stultum, vt cum diceres natum in Bœotia. Crasso, id est crassos & hebetes faciente. Porphyr.

Agri. Cic. pro Flacco, Omnino mallem, & magis erat tuum si iam te crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati parauisses.

Aquæ Ouid. 3. Amor. eleg. 5,

Et turpi crassas gurgite voluis aquas.

Arbores pedes duos. Cato cap. 18. Sic Crassi postes. Plaut. Mostel. 10. Crassissima buxus in Corsica, Plin. lib. 16. cap. 16. Crassa radice frutex, Plin. lib. 11. cap. 12.

Aurum crassum. Lucan. lib. 10. Id est laminæ aureæ.

Crassum cælum & Tenue, contraria. Cic. de Fato, Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes.

Caligo. Cic. 1. Tusc.

Caligine crassus. Virg. 2. Georg.

Compedes. Plaut. Pseud. 20,

-furam vbi

Aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes.

Corpus. Lucret. lib. 6.

Cruor. Virg. 5. Æneid.

Farrago. Virg. 3. Georgicorum,

Tum demum crassa magnum farragine corpus,

Crescere iam domitis finito.

Flumina. Stat. lib. 1. Achil.

Crassus homo. Terent. Hecyra. 3. 4, Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.

Infortunium. Plaut. Rud. 19, Quid est quod caueam? Eo, chem à crasso infortunio.

Maceria, Crassus paries. Cato cap. 15.

Leo mole crassa. Id est pinguis. Claud. 2. in Eutrop.

Crassis paludibus alni nascuntur. Virg. 2. Georg.

Puluis. Stat. 6. Thebaid.

Sanguis. Plin. lib. 11. cap. 38, Animalium fortiora, quibus sanguis crassior.

Sanies. Claud. 2. de Raptu Proserp.

Telum sanguine. Stat. 2. Thebaid.

Crassæ tenebræ. Cic. 4 Acad.

Terra, crassissima regio mundi. Cic. 2. de Nat. deor.

Toga. Horat. 1. Serm. satyra 3,

-& toga quæ defendere frigus

Quamuis

Quanuis crassa queat.

Venenum. Sil. lib. 13,

Tristior his Acheron sanie, crassóque veneno Æstuat

Vmbra. Silius lib. 7.

Vnguentum. Horat. de Arte Poet.

¶ Crassus, pro Stulto & hebeti. Varro Sexagesi. Senibus crassis humili non vidimus quid faciat. Vide Nonium.

¶ Crassa Minerua dicitur aliquid fieri, quod inconditius, simpliciúsque, quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Quintilianus libro 1. de Musice, & eius laudibus, Libet propter quosdam imperitiores, etiam crassiore (vt vocant) musa dubitationem huius vtilitatis eximere. Horat. 2. Serm. sat. 2.

Crassior, Comparatiuum. Hinc Crassiora nomina apud Martial. lib. 12. epigram. 18,

-Celtiberis

Hæc sunt nomina crassiora terris.

Crassum, Substantiuum. Horat. 2. Serm. sat. 4,

Nocturna, siquid crassi est, tenuabitur aura.

Crassamen, penultima producta, crassaminis, neut. gen. { πάχος. } Columel. lib. 12. cap. 25, Semper in requieta aqua crassamen aliquod in imo reperitur. Rursus capite 41, Donec crassamen in modum fæcis existat.

Crassamentum { πάχος. } Gellius lib. 17. cap. 9, Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdémque longitudinis.

¶ Crassamentum, pro Crassamen. Colum. lib. 12. cap. 12, Nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod crassamentum in imo simile fæci reperitur.

Crassitudo, penultima producta, crassitudinis { παχύτης. } Plinius libro 11. capite 39, Hippopotami corij crassitudo talis, vt inde tornentur hastæ.

Aeris crassitudo. Cic. 1. de Diuinat.

Crassitudo parietum quinque pedum. Cæsar 2. bel. Ciuil.

Crassitudine ab summo præacuti stipites teretes. Cæsar 7. belli Gallici.

Punctus, in quo nulla omnino crassitudo sit. Cic. 4. Acad.

Referre crassitudinem mellis. Celsus lib. 5 cap. 28.

Crassesco, crassescis, crassescere { παχύνομαι } Pinguescere. Columel. lib. 8 cap. 9, de turturibus, Nec quia tritico, vel aliis frumetis minus crassescant, &c. Plin. lib. 13. c. 18. ad finem, Nec aliúde magis, quàm purgamentis eius sues crassescunt.

Crassescere, Crassiorem fieri, aut densiorem. Plin. lib. 2. cap. 43, Qui neque in nebulam densetur, nec crassescat in nubes.

Crasse, Aduerbium { παχέως. } Colum. lib. 12 cap. 43, Lata vasa in modum patinarum fieri iubebat: eáque intrinsecus & extrinsecus crassè picari. Id est spissè.

Crassè compositum aliquid. Horat. 2. epist. 1.

Crastino, Crastinus, Vide CRAS.

Cratægonon, siue Cratæogonon, penul't. corr. n. g. { κραταίγονον } Genus herbæ. Plin. lib. 27. cap. 8, Cratæogonon spicæ tritici simile est, multis calamis ex vna radice micantibus, multorúmque geniculorum. Nascitur in opacis, semine milij, vehementer aspero gustu. De hac multo plura ibidem & aliis locis.

Crategis, Herbæ genus, cuius semen testium est simile, de qua Plinius lib. 26. cap. 10.

Crater, crateris, penultima producta, mascul. gener. in accusatiuo craterem, vel cratera { κρατήρ. } Vnde nominatiuus cratera, crateræ, ἀπὸ τοῦ κιρνᾶν, quod est tenere, vel capere. Vel potius ἀπὸ τοῦ κίρνασθαι, id est mistum est. Vas quo bibitur vinum: quo etiam diis libabatur. Virgil. 7. Æneid Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Cic. 6. Verr. Ideo prætereo, quòd iste mensas Delphicas é marmore, crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vasorum Corinthiorum, ex omnibus ædibus sacris Syracusis abstulit.

Bacchus in altos crateras, paterásque redit. Stat. 10. Theb.

Crater ahenus. Virg. 9. Æneidos,

-fusique per herbam

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Id est potant.

Antiquus. Virg. 9. Æneidos,

Cratera antiquum quem dat Sidonia Dido.

Argenti crateres, Id est argentei. Pers. sat. 2.

Capax vrnæ crater. Iuuen. sat. 12.

Cælatus. Ouid. 8. Metam.

Corneus. Mart. lib. 12. epigr. 32,

Et cum lucerna, corneóque cratere.

Delicatus. Cic. Att. lib. 2. 23, Quoniam putas prætermittendum non bis esse hoc tempore cratera illum delicatum.

Crater fractus in hostes. Stat. 1. Achill.

Impressus signis. Virg. 5. Æneid.

Inauratus. Ouid. 2. Fast.

Magnus. Virg. 2. Georgicorum,

Et magno hylæum Lapithis cratere minantem.

Sodalis Veneris. Horat. 3. Carm. ode 18. Craterá Veneris sodalem dixit, quia sine Cerere & Libero friget Venus. Porphyr.

Crater auro solidus. Virg. 2. Æneid.

Vacui mero crateres. Stat. 2. Thebaid.

Vetus cratera. Horat. 2. Serm. sat. 4.

Induere corona magnum cratera. Virg. 3. Æneidos,

Tum pater Anchises magnum cratera corona

Induit, impleuítque mero.

Magno cratere lacessere aliquem. Valerius lib. 5. Argon.

Sistitur argento crater. Ouid. 8. Metam.

¶ Crater in monte Ætna appellatus est, foramen per quod ignis cinísque euomitur. quod quum aliquando duobus in locis fieri videatur, duos esse huiusmodi crateres dixere. Strabo, Ipsa verò montis Ætnæ cacumina flagrantibus incendiis multipliciter mutari manifestum est. nunc quidem in craterem collabitur ignis, nunc diuisus egreditur, modò igniti defluunt riui, modò flammæ aut fumus, fuligóve consurgunt. Hæc Sipontinus. Plin. lib. 3. cap. 8. Mons Ætna nocturnis mirus incendiis: crater eius patet ambitu stadiorum viginti.

¶ Crater, Est quam vulgò peluim appellát in fontibus manufactis, id est salientis aquæ conceptaculum. Plin. Iun. lib. 5. epist. ad Apollinarem, Hic iuxtà fonticulus. In hoc crater, circà siphunculi plures qui miscent iucundissimum murmur. Ibidem, E stibadio aqua velut expressa cubantium pondere, siphunculis effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atque ita occultè perforato, vt impleat nec redundet.

¶ Crater, pro Vase in quo cibus concoquitur, vel mensæ apponitur. Ouid. 5. Fastorum,

Nunc dape, nunc posito mensæ enituere Lyæo:

Terra rubens crater, pocula fagus erant. Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyæum.

¶ Crater, Vorago, seu hiatus terræ. Ouid. 5. Metamorph. de Plutone Proserpinam rapiente,

-in gurgitis ima

Contortum valido sceptrum regale lacerto

Condidit. icta viam tellus in tartara fecit,

Et pronos currus medio cratere recepit. Hoc est in mediam voraginem.

¶ Crater, Signum cæleste, quod oritur decimo sexto Calend. Mart. vespere. ¶ Item sinus in littore Cápano, à Miseno Athenæum vsque extensus, duobúsque penè coeuntibus promontoriis incuruatus, vt est author Strabo lib. 8.

Craterites, crateritæ, m. g. Gemma est inter chrysolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Craterra, Vasis genus, quod nunc situlam vocamus, authore Nonio. Næuius Lycurgo, Nam vt ludere lætanteis inter se vidimus propter amnem craterris sumere aquam ex fonte. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 3, ad Sibaritanam prædam, in qua sunt tripodes, craterræ, anaucta populo nobilium Tarentinarum.

Craterræ vocabulum trahitur à Cratere, quod vas est vini. Festus.

CRATERVS, Statuarius nobilis, quem probatissimis signis Palatinas domos Cæsarú repleuisse author est Plin. lib. 36. c. 5. ¶ Fuit & alter Craterus pictor, qui Comœdos Athenis in Pompeo pinxit, teste eodem Plin. lib. 35. cap. 11.

CRATERVS, penultima correpta, Macedo è comitibus Alexádri, qui etiam res eius gestas scripsit, cuius meminit in Aristide Plutarchus. Persius satyra 3, Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

¶ Craterus, Medicus itẽ fuit insignis, de quo Cicero lib. 12. ad Atticum, Commouet me Attica, etsi assentior Cratero. Huius seruum scribit Porphyrius Tyrius lib. 1. ἀπὸ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, morbo inusitato affectum, quũ medicamenta non prodessent, vipera piscis in formam figurata, & ab eo deuorata, sanum factum. Huius Crateri meminit etiam Horatius 2. Serm. sat. 3.

CRATES, Thebanus philosophus, Cynicus, Diogenis discipulus, qui vt Suidas, itémque Diogenes sunt authores, in pecuniam omnem substantiam redigens, apud trapezitam deposuit hac lege, vt si filij philosophi essent, eam indigentibus ciuibus distribueret, nihilo philosophos indigere existimans. Si autem idiotæ, eis redderet: vt vacuis virtute, saltem opes opitularentur. Philostratus autem in Vita Apollonij, & Diocles substantiam aiunt in mare proiecisse, vt liberius philosopharetur. Emicuit autem Demetrij Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obsidentem missus legatus, sua authoritate ab obsidione patriæ remouit. Author Plutarchus. ¶ Item Crates, Atheniensis, poeta comicus antiquæ Comœdiæ, auditor Polemonis philosophi, vt tradit Suidas. ¶ Crates Mallotes grammaticus, sub Ptolemæo Philometore æqualis Aristarchi grammatici, cognominabatur Criticus, siue Homericus. scripsit in Iliada & Odysseam libros IX commentariorum. Author Suidas. Hic, vt ait Tranquillus in libro de Illustribus Grammaticis, studium grammaticæ primus Romam intulit. missus enim ad Senatum ab Attalo rege sub ipsam Ennij mortem, plurimas acroases fecit, assiduéque per omne tempus legationis disseruit: nostris quoque exemplum fuit ad imitandum. Hæc ille.

Crates, quum indoctum puerum vidisset, pædagogum eius percussit. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Crates, cratis, fœm. gen. { ταρσὸς } Tabula viminibus contexta. Plaut. Pœn. 16, Sub cratim vt iubeas sese supponi. Liu. 10. ab Vrbe, Ibi mediis ferè castris locus est conseptus cratibus, pluteísque & linteis contextus.

Crates ficariæ, Catoni lib. 2. de Re rustic. vbi præcipit seminario imponi crates ficarias. Sed quæ sint ficariæ crates, haud satis peruium. Multi enim multa. Turnebus autem eas intelligit, quibus fici dum siccantur acclinatis in testudinis morem aduersus iniuriam pluuiæ noctísque rorem defenduntur, de quibus Columella scribit lib. 12. cap. 15. Sed & in cratibus stratæ ficus siccantur in sole, quod ἰκριώσεις Græci vocant.

Crates stercoriæ. Cato cap. 10.

Cratibus tecta facta. Liu. 7. bel. Pun.

¶ Crates pro occa etiam accipitur. Virg. 1. Georgicorum,

Multum adeò, rastris glebas qui frangit inertes,

Vimineásque trahit crates, iuuat arua. Plin. lib. 18. cap. 18. ad finem, Semen protinus iniiciunt, cratésque dentatas super trahunt.

¶ Æratæ. Stat. 4. Thebaidos,

Omnibus æratæ propugnant pectora crates.

Arbuteæ. Virg. 1. Georg.

Rara. Iuuen. sat. 11,

Sicci terga suis rara pendentia crate

Moris erat quondam festis seruare diebus.

Textæ. Horat. Epod. 2,

Claudénsque textis cratibus lætum pecus,

Distenta siccet vbera.

Vimineæ. Virg. 1. Georg.

Fauorum crates soluere. Virg. 4. Georg.

uu

¶Spinæ crates.Ouid.8.Metamorphoseos,
Ventris erat pro ventre locus:pendere putares
Pectus,& à spinæ tantummodo crate teneri.
Craticula, penult.corr. { ταρρίδιον } Diminutiuum, In qua cibi torrentur. Cato cap.13. Et Martial.lib.14.227, Parua tibi curua craticula sudet ofella.
Craticulum, à Græco κρατίω deducitur.Festus. Quidam κρατεῖν, ὁ κρατεῖμαι.
Cratitius,Adiectiuum.vt,Cratitij parietes,qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, transuersisque in modum cratis: vocantúrque alio nomine intergerini, vt etiam Festus ostendit: quòd videlicet vicinorum cœnacula his dirimerentur. Vitruu.libro 2, Cratitij verò parietes velim quidem ne inuenti essent, quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tanto maiori & communi sunt calamitati,quod ad incendia vti fasces,sint parati.
Cratio, cratis, cratire, Occare. Plinius libro 18.cap.28, Vtilissimum simul & herbæ arare, deinde cratire, serere florem ex fœnilibus, atque ex præsepibus fœno delapsum spargere prius, quàm cratiantur. Cratire vocat, terram cratibus in puluerem resoluere, & semen iactum obruere.
CRATHIS,cum th aspirato,Herodoto lib.1, Achæorum fluuius, à quo qui in Italia sic cognominatur,nomen accepit.De quo Ouid.15.Metamorphoseos,
Crathis,& hinc Sybaris vestris conterminus oris
Electro similes faciunt auróque capillos. Hunc & lapidosum esse ait 3.Fastorum. Hic,vt ait Strabo lib.6.multis medetur morbis, hominésque in eo lotos,cæsarie candidos & flauos efficit.
Craticula, Vide CRATES.
CRATINVS,pen.prod.{Κρατῖνος} Atheniensis comicus antiquæ Comœdiæ, vir voluptati deditissimus, puerorúmque amator. docuit fabulas XXI. vicit IX. Author Suidas. Huius etiam meminit Horatius in epist.lib.1.20,
Prisco si credis Mecœnas docte Cratino:
Nulla placere diu,nec viuere possunt
Quæ scribuntur aquæ potoribus. ¶Fuit & Cratinus quidam pictor, cuius meminit Plin.lib.35.cap.11.
Audax.Pers.sat.1.
Cratio,cratis,cratire. Vide CRATES.
CRATIPPVS {Κράτιππος} Mitylenæus,quem Athenis docentem audiuit Ciceronis filius: vt est in prooemio librorum De officiis. Hic Pompeium post Pharsalicam pugnam fugientem apud Mitylenen,occurrens vltrò solatus est verbis philosophicis,ad spémque hortatus, quû quædam de prouidentia disseruisset, résque Romanas tandem labi esse necesse affirmaret.Plutarch.in Pompeio.
CRATIS,sine aspiratione {Κρᾶθις}Africæ fluuius,è Sicyone lacu profluës in Oceanum,iuxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci.Vide Plin.lib.37.cap.2.
CRATYLVS, Atheniensis philosophus,Heracliti discipulus,& Platonis, mortuo Socrate præceptor: ex cuius nomine dialogum de Significatione nominum,Cratylum inscripsit.
CRAVGIAE, Insulæ duæ sunt, quæ Spiræo promontorio obiacent. Author Plin.lib.4.cap.12.

C R E

CREBENIA, Vide CEBRENIA.
Creber,crebra,crebrũ {πυκνὸς,θαμινὸς} frequens,quasi crescens numero.Virg.3.Georgicorum,
Non tam creber,agens hyemem,ruit æquore turbo.
Crebri ad terram decidunt.Plautus Pœnulo,6. Et Amphit.4,Crebri hostes cadunt. Liuius 1. ab Vrbe, Crebri è cælo cecidere lapides.
Africus creber procellis.Virg.1.Æneidos,
-creberque procellis Africus.
Agmen crebrius.Ouid.1.de Arte.
Crebri amplexus.Ouid.9.Metam.
Anhelitus.Virg.5.Æneid.
Auster.Virg.5.Æneidos,
Creber & aspirans rursus vocat Auster in altum.
Crebra diluuia, & assiduæ tempestates. Plinius Iunior libro 8. epist.17.
Gemitus.Ouid.10.Metam.
Ictus.Horat.1.Carm.ode 25,
Ictibus crebris iuuenes proterui.
Creber,aut languidus ictus. Plin.lib.11.cap.37.
Congeminare ictus crebros.Virg.12.Æneidos,
-tum crebros ensibus ictus Congeminant.
Crebræ literæ.Cic.ad Tironem,lib.16.1.
Ilicibus crebris sacra nemus accubet vmbra.Virg.3.Georg.
Mobilitas.Ouid.21.epist.
Mortes.Tacit.lib.18.
Nuntius creber recurrit. Claud.2.in Eutrop.
Pericula.Sen.in Hercul.furente 5,
Periculis offerre tum crebris potest.
Petere aliquid crebro quæstu.Tacit.lib.3.
Pocula.Lucret.lib.4.
Pulsus.Virg.12.Æneidos,
-crebro super vngula pulsu Incita.
Repulsus.Lucret.lib.4.
Rumore crebro vulgi lacerari.Tacit.lib.15.
Salicto crebro oppletus locus.Plaut.Aulul.22.
Sermo creberrimus. Cic.14.Philipp. Scitis enim per hos dies creberrimum fuisse sermonem, me per Idus Quintiles, qui dies hodie est,cum fascibus descensurum.
Sonus.Plin.lib.10.cap.29.
Sylua.Lucret.lib.6.
Tela.Virg.11.Æneidos,
-fundunt simul vndique tela Crebra niuis ritu
Terræ.Virg.3.Æneid.
Vocibus crebris petere aliquid.Claud.3.Paneg.
Venæ & arteriæ crebræ,multæque toto corpore intextæ. Cic.2.de Nat.deor.
¶Crebræ vel potius quotidianæ compellationes. Cic. Cornificio, libro 12.25.
¶Creber in eo fuisti: Hoc est frequës & assiduus.Cicero pro Plancio. Sic ad Atticum, libro 1.14, Et in scripto multo essem crebrior quàm tu.
Frequentia rerum creber. Cic 2.de Orat. Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facilè vicit,qui ita creber est rerum frequentia,vt verborum propè numerum sententiarum numero consequatur.
Crebrò, Aduerbium, Frequenter {πυκνῶς.} Terent.Heaut.1.2, Scortari crebrò nolunt. Cicero de Senectute, Delectabatur crebrò funali & tibicine.
Crebrò & Interdum, contraria. Cic.1.de Legib.Crebrò insistens, interdum acquiescens.
Studiosius & crebrius aliquid agere. Cic.1.de Diuin. Etrusci autẽ quòd religione imbuti studiosius & crebrius hostias immolabant.
Creberrimè.Cic. 1.de Diuinatione, Quæ creberrimè commemorantur à Stoicis.
Quod crebrò certior per me fias.Cic.ad Lentulum, lib.1.7.
Crebritas, pen.corr. crebritatis { πυκνότης } Frequentia, pro quo veteres etiam crebritudinem vsurparunt. Cic.ad Appium, lib.3.1, Vt longi temporis vsuram qua caruimus, intermissa nostra consuetudine, & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum sarciam. Idem ad Atticum,lib.13,Tanta erat crebritas literarum.
Concinnitas crebritásque sententiarum. Cic.de Claris Orat.
¶Crebritudinem, pro crebritate dixit Sisenna lib. 4.historiarum. Nonius.
Crebresco, crebrescis, crebrui { πυκνοῦμαι } crebrescere, Crebrum fieri. Plinius Iunior lib.6.epist.16, Tum crebrescere fragor, aduentare etiam,&c.
Optatæ auræ crebrescunt. Virg.3.Æneid.
Sermonem crebrescere.Virg.12.Æneid.
Famam Germanicæ cladis crebrescentem nequaquam mœsta ciuitas excipiebat.Tacit.lib.20.
Crebrisurus, significat vallum crebris suris, hoc est palis munitum. Festus.
Credo,credis,credidi,creditum, penultima correpta { πιστεύω } credere, Est dictis vel factis fidem habere. Virgilius 2. Æneidos, De Cassandra,
Ora dei iussu non vnquam credita Teucris.
Credo illum iam affuturum esse. Terent.Eunuch.4.6.
Credam fore,dum quidem ipse in manu habeo. Plaut.Asin.9.
Credo te credere. Terent Andr.5.4,
Omnes nos gaudere hoc Chreme,
Te credo credere.
Magis credo.Vide MAGIS.
Auidissimè credere.Plin.lib.5.cap.1.
Credere obstinatè.Vide OBSTINATVS.
Tardè.Ouid.epist.2.
Temere.Ouid.ad Liuiam.
Non temere.Cic.de Petit.Consul.Neruos atque artus esse sapientiæ non temere credere.
Si credere dignum.Virg.3.Georg.
Sic credidit alta vetustas.Silius lib.1.
Vix credere possis quàm non sibi sit amicus.Horat.1.Serm.sat.14.
CREDO addimus,inquit Donatus, ad ea quæ apud nos parum certa sunt, vt dubitationem potius quàm certitudinem significet. Terent. Adelph.1.2,
-credo iam omnium Tædebat.
¶Credere,Putare,inquit Donatus.Terent.Adelph.4.5,
Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?
Inhonestam sibi credidit orationem Socrates, quam ei Lysias reo composuerat.Quintil. lib. 2.cap.15.
¶Credo.Ironicè dictum,inquit Donatus. Terent.Eunuch.5.2,
Abi hinc insana.P.quid ita verò? debeam
Credo isti quicquã furcifero, si id fecerim. Cic.1.de Nat.deor.de latronibus & sacrilegis loquens, Credo aut illos mortis timor terret, aut hos religionis.
¶Credere, Verè scire.Terent.Phorm.1.1,Ei credo munus hoc corraditur. Cic.5.Verr.At vberiora cibaria facta sunt caritate.credo:neque id est nouum,neque reprehendendum. Donatus.
¶Credere, dubitantis:Certum esse,fidentis.Terent.Eun.4.7,
-quin redeamus.iam hæc tibi aderit supplicans
Vltro.THR.credin'? G.imò certe.
¶Credere alicui.Plaut.Bacchid.4.6,
Venire tu me gaudes:ego credo tibi.
Credere alicui quod dicit.Terent.Eunuch.4.4,
-age nunc bellua,
Credis huic quod dicat? PY.quid isti credam?res ipsa indicat.
Credóne tibi hoc nunc, peperisse hanc è Pamphilo? Terentius Andr.3.2.
Mustellæ credere.Plautus,
Certum est,inquit,mustellæ posthac nunquam credere. Genus erat augurij domesticum, quũ vel serpens,vel mustella visa erat, vel gallina cecinerat, aut canis alter ædes ingressus erat. Hoc auspicium inuentum fuerat à Telegono,vt refert Suidas. Terentius,
Introiit in ædes ater alienus canis, Anguis per impluuium decidit de tegulis. Gallina cecinit,&c.
Nimium credere vnicuique.Author ad Herennium,lib.4.
Chirographis alicuius.Plancus Ciceroni,lib.10.21.
Famæ.Ouid.epist.9.

Blandis verbis. Ouid. 2. epist.

¶ Pretio credere iubemus illum cui rem vel magni, vel exigui momenti esse persuadere volumus, ex eo quòd vel magno, vel paruo pretio comparata est. Claud. epigr. 28,
Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

Credere alicui de. Cic. ad Att. lib. 8, Quòd si volueris tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, &c.

De se alicui. Ouid. 1 de Ponto, eleg. 9,
Caspius Ægypsus, de se si creditur ipsis,
Condidit, & proprio nomine dixit opus.

Temere alicui de re aliqua. Quint. lib. 2. cap. 14.

Sententiæ alicuius de vtilibus, atque honestis. Quintilianus libro 3. cap. 8.

Citò credere de aliquo. Cic. Appio lib. 3 11, Bis ad te scripsi me purgans diligenter, te leuiter accusans in eo quòd de me citò credidisses.

Rectè credere de aliquo. Cic. Att. lib. 9, Rectè non credis de numero militum.

¶ Credere, pro Confidere. Ouid. epist. 16,
Moribus & vitæ credidit ille meæ. Virg. eclog. 2,
O formose puer, nimium ne crede colori. Id est ne confide. Seruius.

Credere & confidere. Vide CONFIDO.

Credere fidei alterius. Cicero pro Flac. Qui tamen credidit P. Fuluij Verratij lectissimi hominis fidei. Terent. Eunuch. 5. 2,
-crede hoc meæ fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo.

¶ Credere se alicui, hoc est fidei committere. Plautus Trinum. 4,
Crede huic tu te, iam suam rem melius gesserit. Per ironiam dictum.

Causam diis credere. Lucan. lib. 7.

Concubinas alicui. Martial. lib. 12. epigr. 49.

Custodiam alicui. Terent. Clemens in L. vlt. D. de custod. reorum.

Committere & credere aliquid fidei & potestati alicuius. Cic. ad Qu. fratrem, lib. 1. 1.

Rectissimè & credere & committere omnia alicui. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1.

Credere se Neptuno, pro Se committere mari. Plaut. Rud. 13. 2.

Credere se cælo præpetibus pennis, pro Volare. Virg. 2. Æneidos,
Dædalus (vt fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.

Credunt se gramina in nouos soles. Virg. 2. Georg.
Inque nouos soles audent se gramina tutò Credere. Id est egredi terram, & crescere.

Hostibus perfidis se credere. Horat. 3. Carm. ode 5.

Pecuaria præsidio canum credere. Author ad Herennium, libro 4,
Nam quum canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus?

Pignora sua alicui. Ouid. 3. de Arte.

Summam belli puero. Virg. 10. Æneidos,
Num puero summam belli, num credere muros?

Malè credere, Id est Diffidere. Ouid. 12. Metamorphoseos,
Dixit: & , anteactis veluti malè crederet, hastam
Misit in aduersum Lycia de plebe Nemeten.

¶ Credere aliquid alicui, pro Communicare secretum, consilia, & huiusmodi. Terent. Adelph. 4. 5,
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.

Credere suum animum alicui. Terent. And. 1. 5.

Credere sua consilia alicui. Terent. Eunuch. 3. 1. Idem Adelph. 5. 4,
Me fugitant, illi credunt consilia omnia.

Credere facinus magnum timido pectori, stultum est. Plautus Pseud. 8.

Rem tanti sceleris, ignotis alienísque seruis non esse credendam. Cic. pro Cælio.

Credere verba alicui. Terent. Phorm. 1. 2,
-cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere?

¶ Credere se tectis alicuius. Cic. ad Attic. lib. 3, Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimùm tuis tectis crederem. Id est non diuersarer apud te.

Credere vni omnia. Cic. pro Lege Manil. Sic apud Terent. Eun. 3. 1, Credere exercitum alicui.

¶ Credere alicui argentum, & similia: Id est seruandum committere. Plaut. Asin. 9,
Nunquam hodie induces, vt tibi credam hoc argentum ignoto. Sic Credere aurum fidei alicuius, Plautus Aulul. 18. Vnde Creditores dicti.

Credere pecuniam, Aliter. Liu. 7. bel. Pun. Vendēdo, emendo, mutuum dando, argentum creditum soluendo. Plaut. Rud. 14,
Ego nunquam hodie quicquam credam, nisi accepto pignore.

Credere mutuitanti. Plaut. Merc. 3. 5,
Conclamitare tota vrbe: & prædicare,
Omnes tenerent mutuitanti credere.

Credere alicui malè. Plaut. Curcul. 9.

Per syngrapham quidpiam alicui. Cic. de Arusp. resp. Alterum putabo regem, si habuerit vnde tibi soluat quod ei per syngrapham credidisti.

Exegit quod credidit. Cic. pro Rab. Posth. An quum credebat inductus vsuris, id agebat vt haberet quamplurimum? Postea quàm exegit quod crediderat, vt existimaretur non egere, nouum genus hoc gloriæ concupiscit?

Credere colliculis, & arboribus, Id est sub pignore mutuam dare pecuniam. Martial. lib. 12. epigr. 25,
Quod mihi non credis veteri Thelesine sodali,
Credis colliculis, arboribúsque meis.

Credere veteri sodali. Vide paulo antè, Credere colliculis, &c.

Credere sub vsuris alicui. Gaius in l. Mandatam inter. §. 1. D. Mandat. vel contr. Sic & sine vsuris credere, Ibidem.

Periculo suo credere. Vlpianus l. Idémque. §. Si mandauero. D. Mandat. vel contr. Quamuis si periculo suo credidisset, cessaret, inquit Labeo, in vsuris actio mandati. Subaudi pecuniam.

¶ Credere ceræ aliquid. Plaut. Pers. 15.

Libris arcana. Horat. 2. Serm. sat. 1.

Credere campo aciem. Virg. 9. Æneidos,
Neu struere auderent aciem, neu credere campo.

Veritus se credere nocti. Ouid. 4. Metam.

Altæ paludi alueos apum non credere. Virg. 4. Georg.

Pedibus se. Sil. lib. 4.

Pugnæ se. Virg. 5. Æneid.

Audissime. Plin. lib. 5. cap. 1.

Credo, interpositum. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Exarsi non solùm præsenti (credo) iracundia.

¶ Credo, In responsione. Terent. Eunucho, 2. 2,
Nunquidnam hic quod nolis vides? P. te. G. credo. at nunquid aliud?

Satis credo. Terent. And 4. 1. Idem Eunuch. 5. 9,
Gaudeo. C. satis credo, nihil est Thaide tua dignius
Quod ametur.

¶ Mihi crede. Cicero 6. Verr. Fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. vel vtique significat. Cic. Attico, lib. 10, Non sum (mihi crede) mentis compos.

Credo qui, pro Nimirum qui. Cicero 6. Verrina, Pueri autem Sisennæ, credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta. Et pro Rosc. Amerino, Credo propterea quòd quibus in rebus interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. Pro vtique.

¶ Creduis, pro credas, frequens apud Plaut. vt in Amphit. 8, Nunquam ædepol tu mihi diuino quid creduis post hunc diem. Idem alibi, Ipsus nec amat, nec tu creduas.

Creditur, pen. corr. Impersonale (πιστεύεται) pro Fides adhibetur. Plautus Sticho, 9. 5,
Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi.

Non temere creditur. Cic. pro Sexto Roscio, Tamen non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur.

Creditur mihi apud illum. Plaut. Menæch. 15,
Neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.

¶ Creditur, pro Commodatur. Plaut. Persa, 9,
Habe animum bonum, creditur, commodabo.

Creditum est. Terent. Adelph. 3. 4,
Ignotum est, tacitum est, creditum est.

¶ Credendi appellatio generalis est, ait Vlpianus in l. 1. D. de rebus creditis, Nam cuicunque rei assentiamur alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Hæc ille. Sunt ergo pecuniam alíasque res, quæ non in specie, sed in genere redduntur: siue quid aliud cuius solutio speciem, id est indiuiduum ipsum creditum exigat (vt in deposito & pignore) alterius fidei committamus, rectè credere dicimur. Hotom.

Credens, credentis, Participium (πιστεύων) vt, Fallere credentem. Ouid. epist. 2.

Creditus, penultima correpta, Participium (πιστευθείς) Horatius 1. Carm. ode 3,
-quæ tibi creditum Debes Vergilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.

Cuncta (vt mos famæ) in maius credita. Tacit. lib. 3.

In creditam pecuniam accipere. Vlpianus l. Si remunerandi. §. Apud Iulianum, D. mandat. vel contr. In creditam pecuniam videtur, inquit, accepisse. Sic enim Florentina lectio. Alij legunt In creditum.

In deterius credita. Tacit. lib. 3.

Soluere pecunias creditas. Cic. in Pisonem.

De pecuniis creditis ius dicere. Cic. de Prouin. Consul.

Creditum, crediti, Substantiuum (δάνειον) Quod nobis debetur. Seneca de Benef. libro 2. cap. 10, Accipiam ergo tanquam creditum, non beneficium.

Publicum creditum. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Ire in creditum. Paulus in l. Multum. §. Mutui datio. D. de rebus creditis, Quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire.

In creditum ire dicitur, non qui rem suam, seu certam speciem vindicat, sed qui in personam agit, vt sibi satisfiat. Vlpianus in l. procuratoris. D. de tributor. actio. Plerunque tamen simpliciter pro Credere accipitur: vt apud Paulum, in l. 1. D si cert. petat. & Martianum in l. seruo inuito. in fin. D. ad Senatusconsul. Trebell.

In creditum possidere dicitur, qui in possessionem pignorum debitoris, ex decreto Prætoris missus est. Vlpian. in l. à Diuo. D. de re iudic.

Soluere creditum. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 34, Pòst deinde aliter beneficium, aliter creditum soluitur.

¶ Inter Creditum & Mutuum. Mutuū enim id vocamus, quod vel ex datione alicuius, vel numeratione debetur: in cæteris rebus appellatio mutui non habet locum. Creditum autem dicitur & ipsum mutuum, & quod ex legati caussa debetur, & quod ex pretio venditi redigitur, & quod ex testamento competit, & (vt vno verbo dicam) id quod ex quacunque caussa debetur. Hæc Harmenopul. de mutu. & pignoribus.

Creditor, penultima correpta, Verbale (δανειστής) Caius de Verbo. significat. Creditorum appellatione non ij tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur, sicuti ex empto, vel ex locato, vel ex vllo alio cōtractu debetur. Cicero 3. in Verrem, Erant nonnulli togati creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cuiusque legati, plurimum prodesset gratia Vide Vallam. Horat. 2. Serm. sat. 3,
Integer est mentis Damasippi creditor? esto. Hoc est, qui Damasippo credidit pecuniam.

concisa cum sanguine & adipe, ac liquore insulento dulciarióque. Vide Cæl.Rhod.lib.9.cap.17.

CREON, huius Creontis {κρέων} Corinthiorum rex, prædonis Sisyphi filius, Creusam filiam Iasoni, Medea repulsa, in matrimonium dedit. De quo Tragœdia est apud Senecam. ¶Creon, alter rex Thebanorum pater Iocastæ vxoris OEdipi, post Polynicem & Etheoclem interfectos, sumpsit imperium, filiámque suam Megaram Herculi iunxit, vt est apud Senecam in Hercule furente. ¶Creon item, Lesbi insulæ mons est, vt scribit Plin.libro 5.cap.31, Montes habet Lepethymum, Ordynum, Macistum, Creonem, Olympum.

Immansuetus Creon. Stat.12. Thebaid.

Infestus. Seneca Medea,7,

Perimere quum te vellet infestus Creon.

Magni Creontis filia. Horat. Epod.5.

Creontiades {κρεοντιάδης} Herculis filius ex Megara, quem pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus à Iunone, quòd Lycum interfecisset, interemit.

CREOPHILVS, pen. corr. Samius, quem aliquando tradunt suscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poematis, quod OEchaliæ captiuitatem vocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium ostendit, quòd quanquam Creophilus opus cõposuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt: quidam non hunc, sed Aristæum Proconnesium. Author Strabo lib.14.

Crepæ, à principio capræ sunt appellatæ: quòd cruribus crepent, authore Festo.

Crepax, crepacis, In CREPO.

Creperus, pen. corr. Adiectiuum {ἀμφίβολος} Anceps & dubius, inquit Festus cum Nonio. Lucret. lib.5, Exæquatáque sunt creperi certamina belli. Accius Phœnissis, Quæ ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi. Lucil. lib.5. Satyr.

In summo crepera iuuentus salutis.

CREPHAGENETVS {κρηφαγενέτης} deus Thebæorũ in Ægypto, qui immortalis colebatur. Soli enim, teste Plutarcho, nullum deum mortalem venerabantur.

Crepi, Luperci dicti sunt à crepitu pelliculatum quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis nudos discurrere in Lupercalibus, & obuias quasque fœminas pellibus ferire. Sipontinus.

Crepida, crepidæ, penul. corr. {κρηπίς} Gell. lib.13. cap.20, Omnia fermé id genus quibus plantarum calces tantùm infimæ teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, soleas dixerunt: nonnunquam voce Græca crepidulas. Et paulo post, Sed (vt dixi) crepidas & crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentũ appellauerunt, quod Græci κρηπῖδας vocant. Eiúsque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio in libro Rerum gestarum, Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario sutore. Horat.1. Serm. satyr.3,

Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,

Nec soleas fecit. Cic. pro Rab. Posthumo, Non solùm cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. Quidam hoc nomen à crepitu, hoc est sono quem reddunt ambulando, dicunt appellatam crepidam.

Crepidæ Carbatinæ. Catul. epig.93.

In crepidis, pro Crepidatus. Vide IN.

Crepidarius, Adiectiuum. vt, Crepidarius cultellus. Vide exemplum Gellij in Crepida.

Crepidatus, penul. prod. Adiectiuum {κρηπιδωτός} Cic. in Pisonem, Inde nocte intempesta crepidatus, veste seruili nauem conscendit.

Crepidula, pen. corr. {κρηπίδιον} Diminutiuum. Vide Gellij exemplum in Crepida.

Crepido, pen. prod. crepidinis, fœm. gen. {κρηπίδωμα} Est, inquit Valla in Raudensem, ora terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quòd ibi aqua alluens crepat crepitátve quum currit, aut vndas appellit. licet Græci sibi huius nominis originem vendicent. Cic. 7. Verr. Vsque ad forum, & ad omnes vrbis crepidines accessit. Columel. lib.8. cap.17, Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur.

Per metaphoram verò & putei extremam oram, quæ ad puteum respicit, quod vulgò dicitur Os putei, & omnem extremitatem, solemus crepidinem appellare. Hæc Valla in Raudensem. Varro 3. de Re rust. cap.11, Circum totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia.

Ripæ crepido. Stat.9. Thebaid.

¶Crepido, Abrupti saxi altitudo & moles etiam dicitur, vt ait Seruius: vel ora præcipitij. Virgil. lib.10. Æneidos,

Forte ratis celsi coniuncta crepidine saxi

Expositis stabat scalis, & ponte parato.

Dorsi crepido. Stat.1. Achilleidos,

Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis

Rupibus expositis, longíque crepidine dorsi, &c.

Graminea. Stat. lib.1. Sylu.3.

¶Crepido, etiam editioris cuiusque loci altitudo & extremitas, quam mendici insidere solebant, inquit Merola. Iuuenalis satyra 5, Nulla crepido vacat, nusquam pons? Seneca, Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? Budæus.

Crepis, Herba est caule foliato, de qua vide apud Plin. lib.21. cap.16.

Crepitaculum, Crepito, Crepitus, In CREPO.

Crepitulum, Ornamẽtum capitis. id enim in capitis motu crepitum facit. Festus.

Crepo, crepas, crepui, crepitum, pen. cor. raro crepaui, crepatum, pen. prod. {ψοφέω} crepare, Propriè sonare significat. Plaut. Menæch.2.0,

Dic mihi, en vnquam intestina tibi crepant, quod sentias?

MEN. Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, crepant.

Crepuit foris, Id est insonuit, inquit Donatus. Terent. Adelph.2.3,

Sed quidnam foris crepuit?

Crepuit foris. Plaut. in Amphitryone,

Orationem comprimam, crepuit foris. Hoc more Attico dictum est. Nam quia Athenis fores in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem eas aperiendo fortè prætereuntem læderet, eísque fores impingeret, crepitum eas feriens antè edebat. Id verò est quod Attici ψοφεῖν dicunt: Grammatici à κόπτειν differre tradunt, quòd illud exeuntium sit, hoc ingredientium. Turnebus.

Crepuit clarè foris. Plaut. Pœnulo.8.

Arma ciuilis crepuere belli. Seneca in Thyeste,7.

Dentes crepuere retecti. Persius satyr.2.

Sonabile sistrum crepuit. Ouid.9. Metam.

Pede crepante desilire. Horat. Epod.16.

¶Crepare, Prædicare: túmque accusatiuo iungitur. Horat.1. Carm. ode 18, Quis post vina grauem militiam aut pauperiem crepet? Alij legunt increpet. Lucret. lib.2,

Et crepat antiquum genus & pietate repletum.

¶Crepare, Rumpi. Virgil.5. Æneidos,

-& acuto murice remi　Obnixi crepuere.

Crepans, crepantis, Participium. Martial. lib.12. epig.36.

Libras quattuor, aut duas amico,

Algentémque togam, breuémque lænam,

Interdum aureolos manu crepanteis

Possint ducere qui duas calendas,

Quod nemo, nisi tu Labulle donas, &c.

Crepito, crepitas, penult. corr. crepitare, Frequentatiuum, Est proprium cymbalorum, tympanorum, & aliorum huiusmodi. Ad alia tamen etiam transfertur. Plin. lib.12. cap.17, Myrtata deprehenduntur, crepitántque in igne.

Æra crepitantia. Virgil.4. Georg.

Arma. Ouid.10. Metam.

Auster. Virgil.3. Æneid.

Bractea crepitat leni vento. Virgil.6. Æneid.

Messis crepitantibus culmis aret. Sil. lib.13.

Crepitare dentibus. Plaut. Rud.13.

Flammis. Tibul. lib.2. eleg.6,

Vt succensa sacris crepitet bene laurea flammis.

Multa grandine nimbi　Culminibus crepitant. Virgil.5. Æneid.

Vbi Seruius dicit esse Hypallagen. nam debuisset dicere, Multo nimbo grando crepitat.

Lamina crepitans. Seneca in Agamemn.9.

Duro crepitant sub vulnere malæ. Virgil.5. Æneid.

Rostro crepitans. Ouid.6. Metamorphoseos,

Ipsa tibi plaudat crepitante ciconia rostro.

Sinus carbasei crepitantes. Virgil.11. Æneid.

Squamæ. Ouid. epist.12,

Peruigil ecce draco squamis crepitantibus horrens　Sibilat.

Crepitat mihi venter. Plaut. Amphit.15.

Crepitus, huius crepitus, pen. corr. {ψόφος, κρότος} Ex sonus violentus èx impulsu resultãs, qualis est ostij pulsati, cymbalorum, tympanorum, tubarum, cornuum.

Armorum. Plin. lib.2. cap.57.

Dentium. Cic.4. Tuscul.

Forium. Plaut. Curcul.4.

Frænorum. Varro lib.2. cap.7.

Gladiorum. Hirtius lib.6.

Imbrium. Plin. lib.12. cap.1.

Pedum. Cic. in Topic.

Plagarum. Cic.7. Verr.

Testarum. Iuuenal. satyr.11.

Viridis materiæ. Liu.6. ab Vrbe.

Crepitus dissonus. Plin. lib.2. cap.12.

Dare crepitum, Crepitare. Iuuenal. satyr.3.

¶Crepitus {καρκαρυγμός} Est etiam eruptio ventris. vt Stoici putabant non minus honestos crepitus esse, quàm ructus. Ex Cicerone ad Pætum, libro 9.22. Et apud Plinium, Crepitum reddere, libro 27. cap.12. βόμβος Græci appellant. Vide REDDO.

Crepulus, pen. corr. Adiectiuum. Anienus in Virgine,

Non vt fessa virûm repararet gaudia vultu,

Sed crepula vt latè vomeret conuitia voce. Hoc est voce crepitante & increpatoria.

Crepitaculum, pen. corr. {κρόταλον} Instrumentum quod manibus percussum reddit sonum. Colum. lib.9. cap.12, Crepitaculis æreis, aut testarum plerunque vulgò iacentiũ sonitu terreatur fugiens iuuentus. Martial. epig. de Crepitaculo, lib.14.54.

Puerilia crepitacula. Quintil. lib.9. cap.4, Mediis quoque verbis non ea modò cura sit, vt inter se cohæreant: sed ne pigra, ne longa sint: ne, quod nunc maximum vitium est, breuium contextu resultet, & sonum edant puerilium crepitaculorum.

¶Crepitaculum, pro crepundiis, in quibus solent innutriri infantes. Lucret. libro 5,

At variæ crescunt pecudes, armenta, feræque,

Nec crepitacula eis opu' sunt, nec cuiquam adhibenda 'st

Almæ nutricis blanda, atque infracta loquela. Lambinus.

Crepax, crepacis, pen. prod. à Crepando. In versibus Mecœnatis quos refert Seneca, epist.115, vbi vocat crepacem malam.

Crepundia, crepundiorum, n. g. plur. num. {σπάργανα παιδικά} Sunt non modò vestes, sed bullæ, enticuli, securiculæ, crepitacula, & puerilia ornamenta: à crepando, hoc est tinniendo dicta: quoniam infantes huiusmodi crepitaculis maximè gaudẽt. Plaut. Cistel.8, Nam hic crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit. Cic. in Brut. Nunc quoniam totum me non næuo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere, complectar nõnulla etiam, quæ fortasse videantur minus necessaria. Sumptum est de comœdiis, in quibus ἀναγνώρισις seu recognitio fit multis modis, præsertim per signa: quorum aliqua sunt in corpore, vt hic næuus: alia aliis in rebus, vt crepundia, monilia, quibus sæpe agnoscuntur perditi, vt in Plauti Cistellaria puella crepundiis agnoscitur. Prouerbialis est loquutio.

Crepusculum, pen. corr. {[Greek]} Extremum diei tempus, inquit Festus. Nonius verò, Crepusculum, inquit, dicitur lux dubia. Colum. lib. 6. cap. 23. Id quoque semper crepusculo fieri debet. Plin. lib. 18. cap. 25. Oriente sole vel Occidēte matutini vespertinive cognominati, prout alterutris eorū mane vel crepusculo contingit. De stellarum ortu & occasu duplici loquitur. Seruius, De crepusculo quod est dubia lux (nam creperum, dubium est) quæritur. Et licet vtrique tempori possit iungi, vsus tamen vt matutino iungamus obtinuit. licet Lucanus dixerit,
Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.
Crepusculo primo. Plaut. Casin. 2.
Lucis dubiæ crepuscula. Ouid. 11. Metam.
Opaca. Ouid. 14. Metam.
Sera noctem trahunt. Ouid. lib. 1.
Facta. Ouid. 14. epist.
-modò facta crepuscula terris,
Vltima pars noctis primáque lucis erat.
Crepuscia, apud Sabinos nominari, qui eo tempore erant nati, & Sidonius horam vespertinam, crepusculascentem dixit.

Cresco, crescis, creui, cretum {[Greek]} crescere, Augeri est. Plaut. Merc. 19. Par est ætas: vnà creuimus.
Crescere, & Decrescere, contraria. Cic. 2. de Diuinat. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant, paritérque decrescant.
Lacte quis infantes nescit creuisse ferino? Ouid. 3. Fast.
Crescere alicui. Martial. lib. 11. epig. 39.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non creui &c. In Charidemum libertum inuehitur, cui videbatur ferula adhuc coercendus, quanuis esset adultus.
In domo alicuius creuisse, pro Nutritum ab infantia fuisse. Sueton. in Othone, cap. 1. Per gratiam Liuiæ Augustæ, in cuius domo creuerat, Senator est factus.
De tenui origine crescere. Ouid. 3. Fast.
Crescere ad plenitudinem, & in longitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37.
Molem maris in astra. Lucan. lib. 5.
Crescere in altitudinem. Liu. 5. ab Vrbe.
In immensum. Ouid. 4. Metam.
Immensum. Ouid. 5. Fast.
In latitudinem. Colum. de Arborib. cap. 17.
In mores patrios. Stat. lib. 4. Sylu. 7.
In multas opes. Liu. 1. bel. Pun.
In aduncos vngues. Ouid. 2. Metam.
In vnum. Catul. epig 108.
Super ora, capútque Creuit onus. Ouid. 12. Metam.
Paulatim. Lucret. lib. 1,
-vegrandia farra coloni
Quæ malè creuerunt, vescáque parua vocant.
Malè. Ouid. 3. Fast.
Æquor crescit aquis. Lucan. lib. 5.
Amor crescit. Stat. 3. Thebaid.
Audacia creuit. Ouid. 8. Metam.
Barbam crescere. Lucret. lib. 5.
Cupido furiosa opum creuit. Ouid. 1. Fast.
Labor crescit. Sil. lib. 3.
Mare creuit in astra, Altè intumuit. Seneca Hippol. 10.
Mœnia crescunt. Ouid. 15. Metam.
Mea nomina crescunt. Ouid. epist. 5.
Crescebat in eos odium. Cic. de Arusp. resp.
Opes creuerunt. Ouid. 1 Fastorum,
Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido.
Crescit amor nummi, quantū ipsa pecunia crescit. Iuuenal. sat. 14.
Turbidam seditionem fauore crescere. Ouid 9. Metam.
Strages in cumulum crescunt. Claud. 5. Paneg.
Virtus animo crescit. Claud. 8. Paneg.
Vis animi pariter crescit cum corpore quoque. Lucret. lib. 3.
Voluptas crescit. Seneca in Medea, 12.
Auditæ crescunt in pectore voces. Valer. lib. 7. Argon.
¶ Crescere, pro Honoratiorem & ornatiorem fieri, vel etiam ditescere. Cic. pro Cluentio, Cōdemnato Oppinaco, statim L. Quintius homo maximè popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putauit, vt ex inuidia Senatoria posset crescere, quòd eius ordinis iudicia, minus iam probari populo arbitrabatur.
Factis alicuius. Claud. 4. Paneg.
Crescere ex accusatione aliquorum. Cic. pro Sex. Roscio, Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius ex quibus possem crescere.
Crescere de re aliqua. Cic. 7. Verr. Denique si videor hic, id quod ego non quæsiui, de vno isto voluisse crescere: isto absoluto, quod fine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit.
¶ Crescit in dies singulos hostium numerus. Cic. in Catil.
Creuerunt animi. Cic. pro Lege Manil. Quum socij pertimuissent, hostium opes, animísque creuissent, quum, &c.
Crescit mihi materies scribendi. Cic. ad Atticum, lib. 2. Quòd me vt scribam aliquid hortaris, crescit mihi quidem materies vt dicis, sed tota res etiam nunc fluctuat.
Finis crescendi. Lucret. lib. 2.
Nec noua crescendo reparabat cornua Phœbe. Ouid. 1. Metam.
¶ Crescere, Intumescere. Stat. lib. 12. Thebaidos,
-manant lacera ora cruentis
Vnguibus, & molles planctu creuere lacerti.
Crescens, Participium {[Greek]} Martial. lib. 1,
-raptum domino crescentibus annis.
Anni crescentes. Ouid. 10. Metam.
Opus crescens. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 9.
Crescentem sequitur cura pecuniam. Horat. 3. Carm. ode 16.
Segetes. Ouid. 8. Metam.
Ventus. Catul. in Argon.
Crescentes & aduenientes morbi. Cic. 2. de Diuinat.
Poeta crescens. Virgil. eclog. 7.

Cretus, Participium {[Greek]} Virgil. 2. Æneidos,
-hortamur fari quo sanguine cretus. Id est, quibus sit parentibus natus, ait Seruius.
Sanguine cretus Sysiphio. Ouid. 13. Metamorphoseos,
-quid sanguine cretus
Sysiphio, furtísque & fraude simillimus illi?
A sanguine Troiano. Virgil. 1. Æneid.
Ab origine cretus eadem Acrisius, &c. Ouid. 4. Metam.
Corpore mortali. Lucret. lib. 5.

CRES, pro Cretensi. Vide CRETA.

CRESSIS {[Greek]} Nymphæ marinæ nomen, à fontibus dictæ. [Greek] enim fons dicitur. Perottus. Rectius legeretur Crenis.

CRESILAS, Pictoris nomen, qui, Plinio teste, vulneratum deficientem depinxit, in quo possit intelligi quantum restet animæ. & Olympium Periclem dignum cognomine. Vide ipsum lib. 34. cap. 8.

CRESIVM {[Greek]} Mons est in agro Tegeatum, in quo fuit Aphnei sacellum. Nam vbi cum Aerope congressus est Mars, veluti memorāt Tegeatæ, natus inde Aphneus matri nihilominus inhæsit, partui quanuis immortuæ, ac ex vberibus vi numinis paterni, multum copiosúmque lac suxit. Vide suprà in APHNEVS, & Cælium libro 20. cap. 25.

CRESPHON, Cresphontis {[Greek]} Viri proprium, qui, vt ex Ephoro refert Strabo, postquam Messeniam terram subiugauit, eam quinque in ciuitates diuisit, ita vt Stenicla rum in huius regionis medio positam, regiam sibi statueret. Vide Strab. lib. 8.

Crespinus, Frutex potius, quàm arbor est, è terra virgultis plurimis assurgens, veluti corylus. Hic ab imo ad summum spinis quibusdam acutissimis horret longis, compressis, albicantibus, fractuque minimè contumacibus, quæ per interualla ternæ ex eodem pendent puncto. Cortex toti plantæ candidus, læuis, ac tenuis: cui subest ligni materies flaua, fragilis, atque fungosa. Flores emittit ineunte Maio luteos, racematim cohærentes in vuæ ferè modum, odore non ingrato. Quibus postea succedit fructus acinis oblongis, racemo pendulis, qui maturitate maximè rubent, punicæ mali acinis haudquaquam absimiles, quanquam figura longiore, gustu acido & subaustero, paruis reconditis intus nucleis. E fructu post vindemias incolæ vinum exprimunt, quod falsò de Berberi vocant Officinæ: cui austeritatis aciditatísque longè plus inest, quàm mali punicæ succo. Plura vide apud Matthiol. Senens.

CRESSA {[Greek]} Oppidū Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Troianum a Merione conditum. ¶ Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28.

CRESSAEA {[Greek]} Herodoto lib. 7.} regio, Pallenæ vicina, ac Thermæo sinui contermina.

CRESTON, Oppidum, de quo Herodotus lib. 1, Qua lingua Pelasgi sunt vsi affirmare non possum, sed coniectura signorum, licet dicere eadem, qua nunc Pelasgi vtuntur, qui supra Tyrrhenos vrbem Crestonem incolunt, quondam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores vocantur. ¶ Est & nomen regis Bithyniæ, cuius meminit Iustinus libro 38.

CRETA, Cretæ, & Crete, Cretes {[Greek]} Insula in medio Ponto, centum vrbium fama clara: nunc vulgò *Candia* dicitur: quæ (vt scribit Strabo lib. 10.) à Septentrione, Ægæo alluitur simul & Cretico pelago: ab Austro, Aphro: ad Occidentem Ægilam & Cythera spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta septuaginta millia passuum: in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingentorum octoginta octo mil pass complectitur. Insignes in ea vrbes sunt Gortyna, Cydonia, Gnosus Minois regia, & Strabonis cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxiū est: optimique vini fertilissima est. de qua Virgil. lib. 3. Æneidos,
Creta Iouis magni medio iacet insula ponto:
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ
Centum vrbes habitant, magnas, vberrima regna. Dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus: & per syncopam Creta. Alij dicunt Cretam dictam, à Crete quodam Iouis filio, Curetum rege. Alij à Crete Nympha, Hesperidis filia. Arrianus non à Crete, sed à Cres, Cretis genitiuū faciente, nominatam dicit, ab eo qui Iouem abscondit in monte Lycæo. Vnde Cressa, tantum fœm. gen. id est Cretensis. Similiter Cresseus, & Cressius. Sunt autem hæc nomina quæ ex masculino fœmininum ad similem formam mittūt: scilicet Cres, Cressa: Libys, Libyssa: Phœnix, Phœnissa: Magnes, Magnessa: Thrax, Thressa, & Threissa. Tibullus,
-etiam Phœbo gratissima dona Cres tulit. Ausonius,
Præpetibus pennis super aera vectus homo Cres. De hac Diodor. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Est & Creta oppidum Scythiæ. Valen Flaccus lib. 1,
-quoties paucos ad littoris actus
Deficiam, Scyticum metuens, Pontúmque, Cretámque.
Alta Creta. Virgil. 6. Æneid.
Cærula Crete. Seneca in Hercule OEth. 15. Cærulam vocat, quoniam in mari est sita.
Dominatrix freti Creta. Seneca Hippol. 2.
Exesa nigris chelydris. Virgil. 2. Georg.
Humida. Horat. Epod. 12.
Nobilis centum vrbibus. Horat. Epod. 9.
Potens centum oppidis. Horat. 3. Carm. ode 27.
Spatiosa. Seneca Troade, 9.

Cres, Cretis {[Greek]} Qui est ex Creta. Cicero pro Murena, Neque verò Cretes, quorū nemo gustauit vnquam cubans, &c. Vide CRETA.
Epimenides Cres. Cic. 1. de Diuinat.
Cretes nescire pelagus, Prouerbium quum quis nescire simulat quæ percallet: ex illo traditum, quòd nemo Cretensis nauicularius & pelagi

& pelagi commercia nesciret. Vide Erasm. in Chiliad.

Puella Cressa {[illegible]} Ouid. epist. 2.

Pugnaces Cressæ, Canes de Creta dicuntur. Seneca Hippol. 1,

Teneant acres lora molossos,
Et pugnaces tendant Cressæ
Fortia trito vincula collo.

Nota Cressa. Id est signum candidum. Horat. 1. Carm. ode 36,
Cressa ne careat pulchra dies nota. Alludit ad morem illũ à Thraciæ populis prius defluxum, quo dierum singulorum fortunas notare solebant veteres, aduersas quidem lapillo atro, felices autem candido. Hunc morem Acron & Porphyrion etiam Cretensibus communem fuisse volunt. Lambinus aliter, quem vide. Vide prouerbium Creta notare.

Cressius {[illegible]} Adiectiuum, vt, Nemora Cressia. Virgil. 4. Æneid.

Regna. Ouid. epist. 15.

Cretis, Cretidis, pen. corr. {[illegible]} Patronymicum fœm. g. vt, Nymphæ Cretides, quæ Cretam incolunt. Ouid. 3. Fast.

Cretæus {[illegible]} Adiectiuum. vt Cretæa humus, apud Ouidium.

Iuuencus Cretæus, Id est Minotaurus. Propert. lib. 3. eleg. 19.

Ceruæ Cretææ, quæ in Creta plurimæ sunt, in qua insula nascitur dictamnus, quo vulnerati cerui sanantur. Seneca Hippol. 1.

Vrbes Cretææ. Ouid. 9. Metam.

CRETAEVS, Poeta quidam apud Propertium: Scribit enim, Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta? Cæterùm quis sit is, nondum satis conuenit. Beroaldus de Epimenide Crete dictum putat, quem scriptorem carminum fuisse nulli dubium est. Alij Lucretij legendum existimant, cuius elegantissima carmina de rerum natura extant. Fortasse enim ea perstudiose Lynceus legebat, quum & ipse poetas amaret, & versus scriberet, & ex illius ætatis secta se ad Epicuri sententiam propensiorem & dociliorem præberet. Prababilior tamen Beroaldi sententia videtur.

CRETEAE, Insulæ quædam appellantur in Mœsia, contra Liburnos populos, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. vlt.

Cretensis, & hoc Cretense, Idem quod Cretæus {[illegible]} vt, Cretensis homo. Vide prouerbiũ, Cretizare cum Cretensi, apud Erasmum in Chiliad.

Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius. Cic. 3. de Nat. deor.

Creticus, pen. corr. Adiectiuum {[illegible]} Quod ex Creta est. vt, Creticum mare. Horat. 1. Carm. ode 26.

Creticus calamus. Plin. lib. 16. cap. 36, Suum genus, inquit, sagittario calamo, vt diximus, sed Cretico longissimis internodijs, obsequentíque quò libeat flecti calefacto.

CRETICVS, M. Antoninus Triumviri pater dictus, quòd Cretæ mortuus est. Pædianus, Plutarchus in Antonio. Hunc tamen quidam Antonium Ciceretum vitiosè nominant.

Creta, cretæ {[illegible]} Terra alba & tenax, à crescendo dicta, vt vult Sipontinus: quoniam proprietas eius est, vt in macerando crescat: quod in primis cretæ Vmbricæ accidit. Cretæ genera vide apud Plin. lib. 35 cap 17.

Creta Asiatica. Cic. pro Flacco, Hæc quæ est à nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ ferè, &c. Inter Asiaticas cretas, Galenus laudat cretam Cimoliam.

Putris. Martial. lib. 12. epig. 62.

Tenax. Virgil. 1. Georg.

Creta aut carbone notare. Persius satyra 5.

Solidare aream creta. Virgil. 1. Georg.

Creta Cimolia, est, qua vtuntur pannarij in lanicio, ad lanæ duritiem emolliẽdam. Nebriss. De hac vide Cimolius in CIMOLIS.

Creta furoria. Vide MELANTERIA.

Figularis. Plin. lib. 31. cap. 3. Et Colum. lib. 6. cap. 17.

Creta qua fiunt amphoræ. Colum. lib. 12. cap. 43.

Cretula, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 6. Verr. Quum Valentio eius interpreti epistola Agrigenti allata esset, casu signum iste animaduertit in cretula. Cretula, id est terra argillosa & candida, qua veteres in epistolis signandis vti solebant, sicut & cera.

Cretula, Genus coloris. Plinius libro 35. capite 7, Ex omnibus coloribus cretulam amare, vdóque illini recusant purpurissum, Indicum, &c.

Cretaceus, Adiectiuum {[illegible]} Quod est ex creta.

Cretacea siligo, Quæ creuit in loco cretoso. Plinius lib. 18. cap. 9, E siligine lautissimus panis, pistrinarúmque opera laudatissima. Præcellit in Italia, si Campana Pisis natæ misceatur. rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea.

Cretatus, pen. prod. {[illegible]} aliud Adiectiuum, Creta infectus. Plin. lib. 35. cap. 18, An túmque non cum laureatis facibus remitti illò vnde cretatis pedibus aduenissent. Cretatis pedibus homines intelligit Plinius venales, qui ex summis diuitijs in paupertatẽ redacti essent. Idem lib. 35. cap. 17, Est & vilissima, qua circũ prænducere ad victoriæ notam, pedésque venalium trans mare aduectorum denotare instituerunt Maiores. Iuuenal. satyr. 1, in eandem sententiam dixit,

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

Cretatæ crepidæ, Id est candidæ. Septim. Florens.

Cretatæ fasciæ. Cic. Attico, lib. 2. 18. Vide DIADEMA.

Cretata mappa. Martial. lib. 12. epig. 29,

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam.

Creteus, cretea, creteum, Quod fit ex Creta. vt, Cretea persona. Lucretius libro 4,

Sic eliditur. vt si quis prius, arida quàm sit
Cretea persona, adlidat pilæve, trabíve, &c.

Cretosus, pen. prod. {[illegible]} aliud Adiectiuum, Quod creta abundat. Plinius lib. 15. capite 18, Cato de ficis ita memorat, Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. Et Ouidius 7. Metamorph. Cretosa rura.

Creterra, Vide CRATERRA.

CRETHEVS, Dissyllabum, huius Cretheos, Filius fuit Æoli, Iouis filij, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æsonem genuit, Alcimedontem & Amythaonem, vt est apud Homerum, libro Odysseæ 11. Valerius Flac. lib. 1. Argonauticõn,

-nostri de sanguine Phryxus
Cretheos, vt patrias, audis, effugerit aras. Verba sunt Peliæ ad Iasonem nepotem.

Cretheius, Adiectiuum. vt, Virgo Cretheia, Helle Cretheos neptis dicitur, quæ Hellesponto dedit nomen. Valer. lib. 2. Argonauticõn,

Vndarum decus & gentis Cretheia virgo.

Crethmon, inquit Galenus libro 7. de simpl. medicam. facult. gustantibus salsum est, cum paucula amaritate: quam ob rem vis eius est exiccatoria, & abstersoria. Vtraque tamen imbecillior in eo est, quàm in amaris. Plinius libro 26. cap. vlt. herbam dicit vtilem interioribus fœminarum morbis. ¶ Est & Crethmos agrios, qui gramias tollit oculorum impositus, tumorem quoque polenta addita. Vide eundem Plin. lib. 25. cap. 13.

CRETHON, & Orsilochus, filij fuẽre Dioclis. Hi vnà cum reliquis Græcorum principibus ad Troiam profecti sunt ex Pheris ciuitate. Author Homerus lib. Iliad. 5.

CRETICVS, Oratoris nomen, cuius meminit Iuuenalis satyra 2,

Acer & indomitus, libertatísque magister
Cretice pelluces.

CRETICVS, Qui ex Creta est. Vide CRETA.

Creticus, Substantiuum {[illegible]} Genus pedis est, quod ex prima & tertia longis constat. Alio nomine Amphimacrus dicitur. Cic. lib. 3. de Orat. Creticus pes est ex longa & breui & longa: vt, Quid petam præsidij, aut exequar, quóve nunc.

Cretio, In CERNO.

CRETOMARTIS {[illegible]} Carmes & Iouis fuit filia, quæ quum cursu delectaretur & venatione, Dianæ grata erat imprimis. Sed quum eam amaret Minos, insequeretúrque, illa fugiens in retia capiendis demissa piscibus se præcipitem dedit. Verùm deam fecit Diana. Eandem colunt Æginetæ quoque, comparuisse ipsis opinati: sed [illegible] cognominant, sicut Cretenses [illegible]. Quo tamen cognomine Diana quoque significatur, vt in Laconicis rebus à Pausania proditum scimus, & infrà demonstrabitur latius.

Creui, Vide CERNO.

CREVSA, penult. prod. {[illegible]} Creontis Corinthiorum regis filia, quam Iason, repudiata Medea, vxorem duxit. Et indignata Medea, scriniola quædam dono misit, quibus apertis flamma protinus exijt, quæ Creusam cum tota regia combussit. Propert. lib. 2,

Aspice quid donis Eryphila inuenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis. ¶ Fuit & Creusa, Æneæ vxor, apud Virgil. 2. Æneidos,
Nos contrà effusi lacrymis, coniúxque Creusa.

CREVSIS {[illegible]} Oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum & Ætolorum, vt annotauit Vadianus in Pompon. lib. 2.

CREXA, Insula est in Illyrico, cuius meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

C R I

CRIALON, Oppidum in Libyco, iuxta lacum Mœridis, de quo Plin. lib. 5. cap. 9. in descriptione Asiæ.

Cribrum {[illegible]} Pistorium vas. Plaut. Rud. 4,

Villam integundam intelligo totam mihi:
Nam nunc pellucet ea, quàm cribrum crebrius. Id est plurimis locis ac passim. Cicero 2. de Diuinatione, Quasi verò quicquam intersit, mures diem noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint.

Rarum cribrum. Ouid. 12. Metamorphoseos,

-vtve liquor rari sub pondere cribri
Manat, & exprimitur per densa foramina succus.

Cribro incernere, vel Succernere. Colum. lib. 5. cap. 6. Hoc est cribrare. Plin. lib. 18. cap. 11.

Cribro aquam haurire, vel gerere, Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pseud. 3,

Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrũ geras. Videto Erasm. in Chiliad.

Cribro, cribras {[illegible]} cribrare, Cribro incernere. Plinius libro 25. capite 5, Præterea mirum inuentum est, quòd incisum forficulis, vt diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribrarius, Adiectiuum {[illegible]} Plinius libro 18. capite 11, de alica loquens, Posteáque gypsi pars quarta inspargitur, atque vt cohæsit, farinario cribro succernunt, &c. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tantum arenas transmittente.

Cricus {[illegible]} Brachij gestamen quoddam erat, vt nonnullis videtur, in quo pertuso Demosthenem, præsidio vltimorum casuum, venenum consuesse gestare inclusum traditur, quod etiam hauserit intrepidè, nequid indignum tanta virtute à Macedonibus pateretur. Hinc natum, vt quod speciem quidem habet extrinsecus, & oculos aspectu iucundo allectat, intus verò perniciem seruat euidẽtissimam, Cricum dicamus Demosthenis. Ex Cæl. lib. 8. cap. 13.

CRIDINVM, Fluuius in Margiane regione, circa Hircanum mare. Author Plin. lib. 6. cap. 16.

Crimen, criminis, neut. gen. {[illegible]} Delictum. propriè dicitur id quod factum est, vt ait Donatus. Ouid. in epist. Crimine te potui demeruisse meo. Cic. ad Marium, lib. 7. 3, Sũt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit reipublicæ profuturus, criminis loco putant esse quòd viuam.

Crimen. publica sunt crimina, & priuata. publica capitalia, & non capitalia. priuata aut cum infamia, aut sine infamia. Capitalia crimina publicis iudicijs omnia cognoscebãtur: non item publica iudicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. nam, vt Institut. libro 4. traditum est, si quam infamiam irrogabant publica iudicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia. quod quidem si de caussis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famæ iactura coniungeretur, verum est: multo magis de

priuatis. & hoc ipsum declarat Cicero satis apertè in epistola ad Pætum his verbis, Iudicia non solemus omnia tractare vno modo. priuatas caussas, & eas tenues, agimus subtilius, capitis, aut famæ, scilicet ornatius. seiunxit enim à caussis capitalibus caussas famæ, siue publicas, siue priuatas. sed ipse me in dubitationem reuoco. Si caussæ famæ capitales non sunt: cur Quinctij caussam, quæ famę est, capitalem Cicero significat? ait enim in exordio: Quid hoc iniquius, aut indignius, quàm me, qui caput alterius, famam, fortunásque defendam, priore loco caussam dicere? & infrà: Clamabat Quinctius, sese idcirco nolle satisdare, ne videretur iudicasse bona sua ex edicto possessa: sponsionem porrò si istiusmodi faceret, se, id quod nunc euenit, de capite suo priorem caussam esse dicturum. & in extrema oratione: Horribile est, caussam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere. sanè non leuiter aliquandiu hæc me loca, & alia huiusmodi in ea oratione perturbarunt. eóque magis, quòd caussa Quinctij ad recuperatorem agitur. ex quo sequitur, vt priuata sit. recuperatores enim, & centum viri, & arbitri, iudices sunt (liceat hic arbitros inter iudices, vocabulo minimè proprio, nominare) ciuilibus in controuersiis ab vrbano prætore dati. caussam porrò capitalem ad recuperatorem agi ita mihi absurdum, ita non rationi consentaneum videbatur, vt persuaderi nullo modo posset. sed fortasse, vt sæpe distinctione veritas illucescit, idem hic quoque potest euenire. cogitaui, núquid caussam esse capitalem, & agi de capite, siue, capitis esse caussam, idem sit. non enim dubito quin caussæ capitales quæ vocantur, eædem caussæ capitis vocari omnes possint: quæ verò capitis, fortasse non omnes item capitales. nam caussa capitis Quinctiana dicitur: quam tamen nullo modo capitalem fuisse cócedo: quum in ea neque de libertate, neque de ciuitate adimenda, quæ capitalia fuisse iudicia notum est, agatur. & caussa Mancini, quem, vt Cicero, & alij prodiderunt, à patre patrato ex S.C. Numantinis deditum, Numátini non receperút, caussa quidem capitis est, (agitur enim in ea de ciuitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non est. in capitalibus enim quæritur de crimine, & damnatos diminutio capitis ex iudicú sentétia sequitur: in aliis autem capitis caussis agitur quidé de capite, non tamen quęritur de crimine; capitísque diminutio vel nulla sequitur. vt in caussa Quinctij, vel si sequitur, vt in caussa Mancini, non sequitur vti pœna à iudicibus irrogata, sed ideo sequitur, quia is, qui iam deditus erat ex S.C. Numantinis, capite fuisse diminutus ostenditur: ita vt iudex non iudicaret, sit, nec ne, capite minuendus; quod fit in caussis capitalibus, sed, fuerit ne antea an non fuerit, capite diminutus: & status hominis non tunc mutatur, sed, qualis sit, cognoscitur. itaque, quum de eo dixit Cicero libro de Oratore, Quam possumus reperire ex omnibus rebus ciuilibus caussam, contentionémque maiorem, quàm de ordine, de ciuitate, de libertate, de capite hominis consularis? crimen nullum significauit, cuius criminis caussa vocatus in iudicium Mancinus, periculum amittendæ ciuitatis, aut libertatis in eo iudicio subiret. sed facultatem iudicibus cognoscendi, ac statuendi datam intellexit, eásne res æquè Mácinus possideret, atque antea quàm à patre patrato esset deditus, an verò, quia deditus esset, amisisset, etiam si receptus à Numantinis non esset. quare capitalis caussa non fuit: actum tamen esse de capite, ob eam, quam exposui, caussam rectè Cicero dixit. At, quod ad Mancini caussam attinet, ferri potest. extat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur. in caussa verò Quinctij, in qua nullo modo neque de ciuitate, neque de libertate agebatur, mentio capitis vnde ducta? an ex eo, quia caput pro existimatione vsurpari posse videatur? repugnat vetus loquendi consuetudo: nec huius generis exempla licet inuenire. potius igitur, ex orationis licentia, crediderim: vt exaggeretur res, ad inuidiam aduersus Neuium ex eius crudelitate, & misericordiam erga Quinctium ex eius periculo quærendam. atque hoc eo magis constat, quo Cicero nec in eo verè ac propriè loquitur, quum eam vocat accusationem, quæ sponsi caussa est: nec, quum ait, Quem nunc interficere nefariè cupis: quandoquidem ciuibus Romanis eripi nullo crimine vita posset. caussam verò non esse capitalem, propriis ipse verbis clarè demonstrat in eo loco, iudicium C. Aquilli, non de re pecuniaria, sed de fama, fortunísque P. Quinctij vides. & quum dixit: Hortensius partes accusatoris obtinet: oratoriè loquitur. nec enim re vera accusabat Hortensius, sed accusare videbatur: nec est, nisi capitalibus in caussis accusator. Redeo vnde diuerti. Publicorum criminum alia capitalia, alia non capitalia. quódque notandum magis est, ne maiestatis quidem iudicium capitale semper fuit, quum tamen publicum semper esset. nam Claudiæ Vestalis, Appij Cæci filiæ, C. Fundanius, & Tit. Sempronius ædiles pleb. quòd populo Romano calamitatem esset imprecata, multam dixerunt æris grauis x x v millia. quæ capitalis pœna non fuit. iudicium autem illud & publicum fuisse, inde patet, quòd ad populum factum est. ídque etiam Ateius Capito propterea inter publica iudicia retulit; & maiestatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio significat his verbis: Claudia nouo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit, quòd in conferta multitudine, ægrè procedente carpento, palàm optauerit, vt frater suus Pulcher reuiuisceret, atque iterum classem amitteret, quò minor turba Romæ foret. Publica verò capitalia crimina, hæc erant, incestus, maiestas, repetundæ, vis publica duplex. ea, quæ in rempub. ac magistratus inferebatur, de qua lex Luctatia fuit, & ea, quæ in priuatos ciues, de qua Plotia, & aliæ leges: tum, peculatus, de residuis, inter sicarios, parricidium, veneficium, ambitus, pecuniæ ob iudicandum captæ, adulterium, de falsis, de plagiariis, de tutorum fraude, de famosis libellis, de furto, clandestina coitio. quibus de criminibus aut ad prætorem, iudicem quæstionis, aut ad populum notio pertinebat. de maiestate, perduellione excepto, de vi, de repetundis, de crimine inter sicarios, de ambitu prætor quærebat: de incestu, & perduellione populus, sed tributis comitiis de incestu, tribunopleb. populum per tribus in forum cogente; centuriatis autem de perduellione, quum in campum consul centuriatim populum aduocasset. de veneficio autem, & prętor, qui iudex quæstionis idem dicebatur, & iudex quæstionis, etiam si prætor nó esset, cognoscebat. Prætores, quæ cuiusque futura esset quæstio, antè sortiebantur: vt deinde singulis de criminibus singuli, provt sors tulisset, cum consilio quærerent. vnum excipio prætorem vrb. qui nullo de crimine publico quærebat; itaque nec quæsitor dicebatur; tantum, ciuilibus controuersiis ad eum delatis, ius dicebat, hoc est iudices, & iudicij formulá, quam sequerentur, dabat. nec enim prætor ipse iudicare solitus erat. sed, quum iudices ab ipso dati, de controuersia cognouissent, ac iudicassent, exsequebatur. ideo in omnibus fermè edictis prætorum legitur, Iudicium dabo. in quo posteriores lapsi sunt. est igitur aliud, ius dicere, aliud iudicare: contra quàm, qui veterum iurisconsultorum libros ignorant, opinantur. & quemadmodum ciuilibus in rebus prætor non cognoscit, neque iudicat, sed ius dicit: sic, qui ab ipso iudices dati sunt, non ius dicunt, sed cognoscút, ac iudicant. Verùm & hæc ipsa, & alia paulò plenius in dictione Prætor. de criminibus autem, quæ erant eiusmodi, vt cognitione digna viderentur, ea ferè diximus. singula autem crimina tractare, vt incestum, maiestatem, repetundas, non videtur esse proprium huius loci. Ex Manutij libro de Legibus Romanis.

Scelus & crimen. Cic. pro Cælio.

Crimen, à Delicto siue maleficio Iurisconsulti plerunque sic distingunt, vt Criminis nomine capitalis fraus intelligatur, quibus Respublica læditur, veluti cædes, falsitas, adulterium. Delicti verò, priuata noxia, qua priuatim quisque læditur, veluti furtú, iniuria, &c. Vlpian. l. 17. §. 16. D. de ædilit. edict. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est eas, quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus. Nonnunquam tamen crimina, eáque priuata nominantur: vt apud Vlpianum in l. 1. §. 1. D. de pœn. Hotomanus.

Crimen etiam dicitur Ipsa criminatio, siue criminum accusatio. Cic. in Philip. Hæreditatem mihi negasti obuenisse: vtinam hoc tuú verum crimen esset. Idem 3. Verr. Deinde reliquis diebus his criminibus, his testibus & vrbanis & prouincialibus sic obrutus & oppressus est.

Ambitus crimen. Cic. pro Murena.

Crimen deorum. Martial. lib. 11. epig 94,
O scelus, ô magnum facinus, crimenque deorum, &c.

Facti crimen. Cic. pro Milone.

Fortunæ crimen appellatur, quum quis casu, non dedita opera peccat. Ouid. 3. Metam. De Actæone. Quintil. in procem. libri 6, Nam frustra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.

Maleficij. Cic. pro Rosc. Amer.

Necessitatis, non voluntatis. Cic. pro Ligario, Quod si criminosum est, necessitatis crimen est, non voluntatis.

Proditionis inferre alicui. Cic. 7. Verr.

Veneni. Cic. pro Deiotaro.

Crimen perpetuæ posteritatis. Ouid. 4. Trist. eleg. 8.

Infamia criminum. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Inuidia. Quintil. lib. 4. cap. 3.

¶ Acerba alicui obiicere. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Asperum. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Credibile. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Commune. Virgil. 12. Æneid.

Inane. Vide INANIS.

Inuidiosum. Vide INVIDEO.

Natum. Cic. 7. Verr. Deinde hoc quintodecimo die crimen esse natum postquam classis esset amissa.

Nauale. In NAVIS.

Nefanda. Seneca Hippol. 6,
Nefanda iuueni crimina insonti apparat.

Nefarium crimen & fraus capitalis. Cic. 2. de Orat.

Nobile. Ouid. 2. Amor. eleg. 18.

Noxia. Sil. lib. 16.

Patens & sine teste probatum. Ouid. 15. Metam.

Diu tacitum. Seneca Hippol. 5.

Tribuarium. Cic. pro Plancio.

Turpe. Horat. in Arte poetica.

Abesse à crimine. Cicero, Longè absum ab eiusmodi crimine.

¶ Abscondere crimen face iugali, Matrimonij prætextu adulterinum partum celare. Seneca Hippol. 5.

Accersire & accersere crimine. Cic. pro Cælio.

Acerbare crimen alicuius. Claud. de raptu Proserp.

Adducere in crimen. Plin. lib. 22. cap. 22.

Vestitus crimen afferre alicui. Cic. pro Rab. Posth.

Falsi criminis reum agi. Ouid. 1. de Remed. amor.

Argui crimine pigritiæ. Martial. lib. 11. epig. 80,
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.

Auertere in aliquem. Quintil. lib. 7. cap. 39.

Carere turpitudinis. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Conferre cum vita. Cic. pro Sylla.

Manifestis conuinci. Cic. 3. Verr.

Damnari mortis. Virgil. 6. Æneid.

Dare crimini. Cic. 7. Verr.

Deducere ad ipsos oculos. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.

Defendere aliquod. Ouid. 13. Metam.

Atrocitatis defendere. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Varie defendere. Quintil. lib. 4. cap. 5.

Causæ criminum plerunque inficiatione defenduntur. Cic. 2. de Oratore.

Sine crimine vitam degere. Virgil. 4. Æneid.

Ad crimen defensionem quærere. Cic. 5. Verr.

Differre. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Paucorum crimen in omnes diffundere. Ouid. 3. de Arte.

Discere crimen alicuius, pro Cognoscere crimen. Virgilius 6. Æneidos,
Quæsitor Minos vrnam mouet: ille silentum
Conciliúmque vocat, vitásque & crimina discit.

Dissoluere crimina. Cic. pro Sylla.

Dotata crimine virgo. Ouid. epist. 6.
Ducere aliquem in. Tacit. lib. 5.
Suspicionem & crimen quædam efficiunt. Cic. 2. de Orat.
Ineptiarum crimen effugere. Cic. 3. de Orat.
Elabi ex crimine. Cic. 4. Verr.
Eleuare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Eluere. Ouid. 11. Metam.
Excusare lacrymis. Stat. 6. Thebaid.
Excutere aliquod extrinsecus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exhibere tacitum crimen aliqua nota. Id est patefacere. Seneca Hippol. 5.
Expiare. Seneca Medea, 8.
Facere. Cic. pro Flacco, Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum si referret?
Ferre in aliquem. Tacit. lib. 12.
Fingere. Cic. pro Cælio.
Habere crimen ab aliquo, & eundem eius criminis testem, dicuntur accusatores. Cic. pro Cælio, Sed ex te ipsa requiro, quoniam & crimen accusatores abs te, & testem eius criminis te ipsam dicunt se habere: siqua mulier, &c.
De aliquo crimen habere virgo dicitur, quæ compressa est ab aliquo. Ouid. 2. Fast. De Calisto Hamadryade,
Fœdera seruasset, si non formosa fuisset.
Cauit mortales: de Ioue crimen habet.
Hærere crimen in aliquo. Cic. pro Cælio.
Falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum iacere. Cic. pro Quintio.
Incurrere in. Vide INCVRRO.
Inducere alicui. Stat. 1. Sylu. 4.
Inesse alicui. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3.
Inferre alicui. Cic. de Amic. Addendum eodem est, vt ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis.
Inferre crimina, accusatoris officiũ est: defensoris, diluere & propulsare. Author ad Heren.
Insequi alicuius. Ouid 8. Metam.
Insidet in animo. Vide INSIDEO.
Intendere in aliquem. Vide INTENDO.
Intentare inuicem. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Falso crimine læsus. Silius lib. 15.
Ficto liberari. Cic. pro Rosc. Amer.
Maculare nomen alicuius. Virg. 10. Æneid.
Maculatæ crimine mentes. Sil. lib. 11.
Manifestus criminum. Tacit. lib. 13.
Metuere. In METVO.
Molitur crimina, & accusatorem, qui obiiceret Chaldæos, &c. Tacit. lib. 12.
Notare libidinis crimine aliquem. Cic. pro Corn. Balbo.
Obiicere melius crimina, quàm defendere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Crimini obnoxius. In OBNOXIVS.
Obteritur laus imperatoria criminibus auaritiæ. Cic. 7. Verr.
Grauibus criminibus oneratus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Patrocinari. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Pensare vna laude. Vide PENSO.
Peracta. Iuuen. sat. 13.
Perorare. Vide PERORO.
Ponderare crimina rerum ipsarum magnitudine. Cic. 3. Verr.
Ponere in crimine. Cic. 2. de Orat.
Premere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Premere aliquem crimine ignoratæ artis. Horat. in Arte.
Proferre ex libidinosa domo. Cic. pro Cælio.
Proponere & explicare crimina in testibus interrogandis. Cicero 3. Verr.
Anteactæ vitæ crimina purgare. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Loco criminis putare aliquid. Cic. Mario, lib. 7. 3.
Refellere crimen gladio. Virg. 12. Æneid.
Regerere crimen alicui. Seneca Hippol. 5. Alicui, pro in aliquem.
Repellere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exitum reperire. Cic. pro Cælio.
Rescindere crimina alicuius, Est oblitum peccatum alicuius in memoriam reuocare, & velut refricare vulnus. Ouidius 3. Trist. elegia 11,
Ergo quicunque es, rescindere crimina noli.
Reseruare iudicio. Cic. pro Mil.
Respondere. Cic. pro Planco.
Reticenda. Stat. 1. Thebaid.
Reus criminis. Ouid. epist. 15.
Simulare. Ouid. 13. Metam.
Nefario crimine solui, & culpa liberari. Cic. pro Rosc. Amer.
Struere crimina & accusatores. Tacit. lib. 11.
Ἀχαριστίας crimen subire. Cic. Att. lib. 9.
In crimine esse. Cic. 6. Verr. Darétque operam vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine.
Fraudi aut crimini esse alicui aliquid. Cic. pro Murena.
Esse probro & crimini. Cic. pro Sex. Rosc. Vitámq; hanc rusticam, quam tu probro & crimini putas esse oportere, & honestissimam & suauissimam esse arbitrantur.
Crimen culpæ alicuius suscipere. Cic. 7. Verr. Tibi vni parcam, & totius istius culpæ crimen, vituperationémque inconstantiæ potius suscipiam, &c.
Suscipere crimen facinorum tantorum & tam atrocium. Cicero pro Sylla.
Capitalium criminum suspecti. Tacit. lib. 3.
Trahere in se. Ouid. 10. Metamorphoseos,
Quique in se traxit crimen, voluitque videri
Olenus esse nocens.

Trahere in crimen, Id est inter conscios deferre. Tacit. lib. 15, vt annotat Budæus.
Transferre in aduersarium. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Transferre à se in alium. Cic. 2. de Inuent.
Fama nostra vacat crimine. Ouid. epist. 4.
Nox vacua est crimine. Ouid. 4 Fast.
Venire in partem criminis, Est participem fieri sceleris alicuius. Ouid. in Arte.
Vertere in aduersarium. Quintil. lib. 7 cap. 3.
In crimen vocare aliquid, pro Crimini dare. Cic. pro Rabir. perduel. reo, Hoc tu in crimen vocas, quòd cum iis fuerit C. Rabirius, &c.
Vulnerari crimine aliquo. Ouid. epist. 18.
¶ Crimen, Falsa suspicio. Terent. Hecyra, 5. 2.
Nam si compererit crimini tua se falsò vxor credidisse,
Missam iram faciet. Vbi Donatus, Crimen nunc, pro falsa suspicione. Virg. 11. Æneidos,
-sempérque odiis, & crimine Drances
Infensus iuueni Turno. Id est, & quòd eum odisset, & quòd se illi odio esse suspicaretur. Sic Donatus. At Seruius aliter.
¶ Crimen, pro Causa. Virg. 2. Æneidos,
-hinc semper Vlysses
Criminibus terrere nouis. Seruius.
Crimina legitima, Id est quorum iudicium lege aliqua publicorũ iudiciorum est constitutum. Vlpian. l. 3. §. 1. D. de crimin. stellionat. Pœna autem stellionatus nulla legitima est, quum nec legitimum crimen sit. Solent autem ex hoc extra ordinem plecti. Hotom.
Criminosus, pen. prod. Adiectiuum (ἐγκληματικὸς, κατηγορικὸς) Qui crimẽ infert. Cic. pro Cluent. Hic Trib. pleb. modestus, prudens, non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius: ille autem acerbus, criminosus, popularis homo ac turbulentus.
Iambi criminosi. Horat. 1. Carm. ode 16.
Nomine criminoso inquinare officiosam amicitiam. Cicero pro Planco.
Criminosa oratio. Liu. 8. ab Vrbe, Dictatura popularis, & orationibus in patres criminosis fuit.
Tempus. Cic. pro Ligar.
Criminosum hoc ei est, Id est hæc res inferret ei crimen, crimine damnabitur propter hoc. Cic. 4. Verr. Ille hoc putabat Verri criminosum fore, si eius statuæ essent deiectæ. Idem pro Sylla, Ne si argueret quidem tum denique, quum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur.
Criminosè, Aduerbium (ἐγκληματικῶς.) Cic. pro Rosc. Amer. Quũ enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur.
Criminor, penult. correp. criminaris (ἐγκαλῶ, κατηγορῶ, διαβάλλω) criminari, Contumeliosè reprehendere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. Messalam Consulem contumeliosè lædebat, me tantum comperisse omnia criminabatur.
Criminari aliquem alteri. Terent. Eunuch. 5. 2.
Hanc metuis, ne me criminaretur tibi.
Criminari apud. Cic. 3. Offic. Apud Pop. Rom. criminatus est bellum illum ducere.
Criminari aliquid. Cicero 6. Verr. Iam enim non libet omnia criminari.
Inuidiosè potentiam alicuius. Cic. pro Mil.
De aliquo aliquid. Cic. pro Planco, Libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari.
¶ Criminat, pro Criminatur apud Ennium libro 3. Satyr. Nam is non bene vult tibi, qui falsò criminat apud te. Ex Nonio, Obsoletum.
Consuetudo criminandi. Cic. pro Deiot.
Criminatio (διαβολή) Ipsa, vt ita dicam, contentiosa contumelia. Liu. 10. ab Vrbe, Adiecerint & Appij criminationes de Fabio absente ad populum.
Indignatio & criminatio. Cic. 1 de Inuent. Quæ in negotio gerendo acta sunt, quæque post negotium consequuta sunt, cum vniuscuiusque indignatione & criminatione colligimus.
Allatas criminationes repellere. Cic. de Amic.
Falsa. Cic. 2. de Orat.
CRIMISSA, æ (Κρίμισσα) Oppidum est in extremis Italiæ finibus, iuxta Thurium & Crotonẽ, à Crimissa nympha. ¶ Gentile est Crimissæus. Strabo lib. 7.
Crimnum (κρίμνον) Crassior zeæ aut tritici farina extitit apud antiquos, qua ad pultem cõficiendam vtebantur, quáque loco panis diutius victitarunt, vt Plinius est author lib. 18. cap. 8. Abunde alit, inquit Dioscor. lib. 2, sed ægrè conficitur: aluum vehementius adstringit, si zea, ex qua fit, prius torreatur. Hæc ille.
Crinam. Pompon. in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg. numerat inter ea vnguenta quę valetudinis caussa sunt parata: nisi fortè Crinonia legendum sit, vt sit oleum ex lilio confectum, & odoramentis conditum. Nam Crinonis Plin. lib. 21. cap. 5. meminit, quod lilium rubens appellat. Hotom anus.
Crinanthemon (κρινάνθεμον) Flos notissimus, quem Dioscorides ἡμεροκαλλὲς, Romani Lilium appellant.
Crinis, huius crinis, m. gen. (πλόκαμος, θρίξ) Crines (inquit Festus) à discretione dicti sunt, [illegible]. Cic. 5. Verr. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.
Crine ruber. Martial. lib. 12. epigr. 54. in Zoilum.
Comarum crines. Firmicus lib. 1. cap. vit. Quid iam de comarum crinibus dicam?
Adulteri crines Horat. 1. Carm. ode 15. ad Paridem,
-tamen heu serus adulteros
Crines puluere collines.
Adulti. Stat. 2. Sylu. 1.
Apollinei. Claud. de Raptu Proserp. 3.

Candidi.Valer.lib.6.Argon.
Cani.Stat.9.Thebaid.
Compti.Horat.4.Carm.ode 9.
Decori.Stat.2.Sylu.1.
Erecti horrent.Seneca Herc.OEth.6.
Flaui.Virg.4.Æneid.
Hirsuti.Ouid.12.Metam.
Hirti.Ouid.8.Metam.
Ingenui.Stat 12.Sylu.9.
Intonsi.Tibul.lib.1.eleg.4.
Intorti.Valer.lib.6.Argon.
Laceri.Seneca Troade,8.
Longi.Virgil.7.Æneid.
Madidi.Valer.lib.5.Argon.
Mœsti.Ad mœstitiam compositi.Virg.11.Æneidos,
Et mœstum Iliades crinem de more solutæ.
Nigro crine decori.Horat.1.Carm.ode 32.
Passi.Virgil.2.Æneid.
Purpurei.Ouid.2.Metam.
Rosei.Claud.de nuptiis Honorij.
Simplices.Ouid.8.Metam.
Sordidi puluere.Seneca Herc.OEth.2.
Sparsi.Valer.lib.1.Argon.
Splendidi ostro.Ouid.8.Metam.
Vagi per colla.Ouid.2.Metam.
Virginei.Ouid.3.Amor.eleg.13.
¶Accisis crinibus nudatam, corã propinquis expellit domo maritus. Tacit.de Morib.German.
Auferre crinem alicui.Virg.4.Æneid.
Colligere incertos, & in ordine ponere crines. Ouidius 1. Amorum,eleg.11.
Collectus crinis in vnum nodum.Ouid.8.Metam.
Comantes crines.Sil.lib.16.
Comere crinem.Stat.2.Sylu.1.
Compositi.Virg.4.Georg.
Deducere pectine.Ouid.4.Metam.
Demissus.Ouid.6.Metam.
Propexum,rutilatúmque deponere.Tacit.lib.20.
Desecare.Ouid.2.Trist.
Disiicere.Sil.lib.16.
Disponere.Tibul.lib.1.eleg.9.
Dissimulare.Ouid.2.Amor.eleg.7.
Distinguere docta manu.Seneca in Troade,10.
Impexos certo domat ordine.Stat.lib.1.Achill.
Crinem volantia ducunt sydera.Virg.5.Æneid.
Effundere.Lucan.lib.1.
Effusis stellatus æther.Valer.lib.6.Argon.
Effusus crines.Virgil.4.Æneid.
Emissi,Id est laxati aut sparsi.Stat.lib.8.Thebaid.
Euinctus vitta crines albente sacerdos.Ouid.1.Metam.
Exutus canos lacero diademate crines.Stat.9.Theb.
Flauens.Seneca OEdipo,5.
Frangere corona.Stat.2.Sylu.1,
-crinémque decorum
Fregisset rosea lasciua Thalia corona.
Fusi.Virgil.10.Æneid.
Iacens in collo.Ouid.epist.21.
Iactare per auras.Ouid.11.Metam.
Impexi.Claud.2.de Raptu Proserp.
Aurum implexum crinibus.Plin.lib.33.cap.1.
Implicare auro.Virg.4.Æneid.
Innectere lauro.Ouid.6.Metam.
Intorti.Silius l b.3.
Inuoluere.Silius lib.7.
Irrorare aquis. Ouid.7.Metam.
Lacerare.Seneca Hippol.6,
In scelere quærit crine lacerato fidem.
Laniare arreptum.Ouid.4.Metam.
Ligare.Claud.de Nuptiis Honorij.
Madens.Virg.4.Æneid.
Mouere per aera.Ouid.3.Metam.
Roseos nectere pectine crines.Claud.de Nuptiis Honorij.
Nitens crine. Martial.lib.12.epigr.38.
Crines nodantur in aurum.Virg.4.Æneid.
Ornatus crines apio.Virgil.eclog.6.
Perdere miseros.Valer.lib.1.Argon.
Perfundere amomo.Sil.lib.11.
Premere mitra.Seneca Herc.OEth.4.
Promittere crinem barbámque.Tacit.lib.2.
Propexus.Tacit.lib.20.
Inornatos redimitus arundine crines.Ouid.9.Metam.
Repexo crine flaua Gallia.Claud.2.Paneg.
Resolutus.Ouid.3.Fast.
Retuso crine languida stella.Claud.7.Paneg.
Rutilatus. Tacit.lib.20.
Scindere.Ouid.11.Metam.
Secare.Virgil.4.Æneid.
Soluere.Ouid.11.Metam.
Soluti.Sil.lib.12, -solutis
Crinibus exululant matres.
Sparsus.Seneca Hippol.4.
Spiranti crine odoratus.Valer.lib.6.Argon.
Subnixus crinem mitra.Virg.4.Æneid.
Summittere crinem ac barbam. Tacitus de Moribus Germanorum.
Supplice crine humum verrere.Claud.in laude Serenæ.
Tosti.Ouid.2.Metam.
Tractus.Seneca Hippol.5,
-crinis tractus,& laceræ comæ
Vt sunt remanenant.
Vibrati calido ferro, Id est crispati calamistro. Virgil. 12. Æneid. Seruius.

¶Crinis, etiam piscium. Plinius libro 9. cap. 30, de polypo pisce, Nanque & afflatu terribili canes agebat,nunc extremis crinibus flagellatos,&c.

¶Crinis, Genus vinculi esse videtur apud Plin. lib. 17. cap.21, Iugum fit pertica,aut arundine, aut crine, funiculóve, vt in Hispania, Brundusióque.

¶Crinis vitium. Plinius libro 13. cap. 23, Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circumuestit arborem, crinésque ipsos vuis.

¶Crinem fœmininum fuisse probat Nonius ex Plauto & aliis.

Crinalis,& crinale,penult.prod.{τριχικὸς} Quod pertinet ad crines, vt, Vitta crinalis.Ouid.9.Metam.
Aurum.Stat.lib.2.Achill.
Cultu crinali cæsariem stringere.Claud.5.Paneg.
Hedera Bacchi.Claud.1.de Raptu Proserp.
Murus Cybeles.Claud.2.in Eutrop.

Crinalis,Substantiuum,m.g.{τριχίον} Ornamentum est capitis ad fingendum capillos,ne turbentur euagentúrque. Vlp.de aur. & arg.legat.l.argumento. Fasciæ,inquit,crinales,pedulésque. Vbi Beroaldus legit Crurules,quasi fasciæ sint crurum.

Crinale,aliud Substantiuum,neut.gen.vt,Curuum crinale. Ouidius 5. Metamorphoseos,
-ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.

Criniger,pen.corr. {πλοκαμηφόρος} Adiectiuum,dicitur qui multos habet crines. Lucan.lib.1,
Et vos crinigeros bellis arcere Caicos,&c.

Crinitus,pen.prod. {κομήτης} Adiectiuum, Quod crines habet.vt.Crinita stella.Cic.2.de Nat.deor.Tum stellis his quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant.Legitur in emendatis codicibus cincinnatas. Virgil.1.Æneidos,
-cithara crinitus Iopas
Personat aurata.
Crinitis arbusculis apices sunt pauonibus.Plin.lib.11.cap.37.
Colla toris crinita tument.Stat.lib.6.Theb. De equis.
Galea crinita triplici iuba.Virg.7.Æneid.
Malè crinita mulier.Ouid.3.de Arte.
Missile multa flamma.Stat.lib.5.Thebaid.
Nox facibus luciferis.Valer.lib.5.Argon.
Crinita turba.Martial.lib.12.epigr.49.
Vertex.Stat.lib.9.Thebaid.

Crinior,criniris {τριχοῦμαι} crinitur,apud Statiũ legitur 4.Thebaidos,
-vatem cultu Parnasia monstrant
Vellera,frondenti crinitur cassis oliua.

CRINISVS {Κρίμισος} Siciliæ fluuius,Segestæ vrbi vicinus,de quo Seruius huiusmodi refert fabulam. Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilij recusaret, Neptunus iratus Troiæ cetum immisit,vt eam vastaret. Consultus Apollo,sinistra dedit responsa,puellas scilicet belluæ esse obiiciendas. Hippotes igitur nobilis Troianus,timens ne & Hegesta filia sua ceto,vt Hesiona exponeretur, naui eam imposuit,vt potius se non vidente immergeretur fluctibus,quàm corãm deuoraretur. Sed illa casu in Siciliã delata Criniso placuit, qui in canem seu vrsum mutatus, eam oppressit,suscepítque ex eo concubitu Acesten Siciliæ regem. Virgilius lib. 5.Æneidos,
Troia Criniso conceptum flumine mater,
Quem genuit,&c.

Crinomenon {τὸ κρινόμενον} A Rhetoribus appellatur contentio,quæ ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controuersiæ.Latini Quæstionem vocant,teste Cicerone in Topicis.

Crinon {κρίνον} Plin.lib.21.cap.5, Lilium rubens appellat, quod alio nomine cynorrhodon dicitur,in Antiochia,Laodicea,Syria & Phaselide laudatissimum proueniens. Dioscorides tamẽ,Græcique ferè omnes, nullo discrimine κρίνον appellatione, omnia lilij genera intelligunt. Theophrastus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod vere erumpit mox post violam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crinonia,æ {κρινωνία} Frutex est lilij, teste Suida: nam lilium Græci κρίνον appellant.

CRIONA {κριωᾶ Stephano} Vicus est Atheniensium, in tribu Antiochide.

Crios {κριὸς} Ciceris genus,quod Latini arietinum nominãt, ab arietini capitis figura, à qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant. ¶Fuit etiã Crios,proprium nomen athletæ cuiusdam ex Ægina insula,apud Græcos cantatissimi.

Cripa pampinacea.Colum.lib.12.cap.20.vbi vide quid sit.

Crisis {κρίσις} Latinè dici potest iudicium. Vnde dies critici dicti:hoc est Iudiciales & decretorij,de quibus postea.

CRISPINVS, Philosophus quidam fuit Stoicus,qui versus numero quidem multos scripsit, pondere autem leues. De hoc sæpius Horatius,vt Satyra 6.lib.2,
Dum,quæ Crispini docuit me ianitor,edo. Et Satyra 3.lib. & aliis in locis.

CRISPVS Passienus,bis Consul,orator, Agrippinæ matrimonio,& Nerone priuigno clarior postea, in luco, qui est in suburbano agri Tusculani colle, arborem eximiam ita adamasse fertur, vt non modò cubare sub ea, vinúmque illi affundere solitus sit, sed etiam eam osculari,complectíque,vt refert Plin.lib.16.cap.vlt.

CRISPVS Salustius {Κρίσπος Σαλούστιος} de quo Martialis,lib.14,Crispus Romana primus in historia. Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano

à Quintiliano elegantia dicendi, Attica breuitate, sententiarum crebritate. Taxatur autem à Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem, quòd orationibus nimis longis vtatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, vt ex vtriusque inuectiuis orationibus constat. Eius de auaritia sententiam laudat Gell. cap. 1. lib. 3. Auaritia (inquit) pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit. ea quasi venenis malis imbuta, corpus animúmq; virilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Idem lib. 17. cap. 18. de eodem Salustio sic scribit, Marcus Varro (inquit) in literis, atque vita, fide homo multa, & grauis, in libro quē inscripsit Pius, aut De pace, Crispum Salustium scriptorē seriæ illius, & seueræ orationis, in cuius historia notiones Cēsorias fieri, atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum ab Annio Milone loris bene cæsum dicit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Hactenus Gell. Vide SALLVSTIVS. ¶ Fuit & Crispus, Constantini Cæsaris filius, à patre interfectus. ¶ Crispus item Vibius, ore compositus, & iucundus: priuatis tamen causis, quàm publicis melior, vt ait Quintil. lib. 10. cap. 1.

Crispus, Adiectiuum {οὖλος} vt, Crispus capillus, Id est intortus. Plaut. Trucul. 6.

Compositos, crispos, cinnos tuos vnguentatos. Sub. expellam.

Folium crispum. Plin. lib. 12. cap. 15. Folium oliuæ, verum crispius, & aculeatum. De myrrha loquitur. Apud Columellam autem lib. 11. cap. 3. Crispissimum folium.

Crispa abies Cic. 3. Tuscul. ex antiquo poeta,

-tosti alij stant parietes

Deformati atque abiete crispa.

Coma. Silius lib. 16.

Crispiores iubæ leonum, apud Plin. lib. 8. cap. 16.

Crispioris elegantiæ materies, & ob id Persis gratissima. Plin. lib. 13. cap. 9 de Persica Ægyptiaca loquens.

Crispulus, pen. corr. Diminutiuum {οὐλίσκος} Martialis libro 5. ad Marianum,

-crispulus iste quis est?

Crispo, crispas {οὐλόω} crispare. Plin. lib. 28. cap. 8. Fimi cinere crispari capillum cum oleo. Sub. aiunt.

¶ Crispari terra herbis dicitur, per translationem. Columel. lib. 10.

Nunc apio viridi crispetur florida tellus.

Aurora crispat pelagus nouo Phœbo. Valer. lib. 1. Argonaut. Id est oriente Sole splendere facit.

Mistum cono crispauerat aurum. Stat. lib. 8. Thebaid.

Crispans, crispantis, Participium {οὐλῶν} Plin. lib. 16 cap. 16. In primis verò materies honorata buxo est, raro. crispanti, nec nisi radice, cætero lenis. Legitur in vetustioribus exemplaribus crispicanti. Virgil. 1. Æneidos,

Bina manu lato crispans hastilia ferro. Id est vibrans.

Crepitus crispans. Plin. lib. 2. cap. 82.

Nasus. Persius sat. 3.

-multúmque torosa iuuentus

Ingeminat tremulos naso crispante capillos.

Crispatus, pen. prod. {οὐλωθεὶς} Participium, vt,

Buxus crispata denso cacumine. Claud. 2. de Raptu Proserp. Hoc est, spirante vento vibrata.

Crispisulcans, Adiectiuum {οὐλοτενής} Cic. in Topic. At quum in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò.

CRISSA, Nomen oppidi quod Crissus Phoci filius condidit. Hinc Crissæus sinus Strabo lib. 9.

Crisso, crissas {σαυλοπρωκτιῶ} Ceueo, impudicè nates moueo. Martial. lib. 10. epigr. 68. in Læliam,

Nunquid, quum crissas, blandior esse potes? Idem lib. 14. epig. 202. De puella Gaditana.

Crissans, crissantis, Participium. Iuuenalis,

-& frictum crissantis adorat.

Crista, cristæ {λόφος} Nota vox. Plinius lib. 10. cap. 29. Vpupa obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili.

Crista galeæ. Virgil. 7. Æneid. Et cristæ capitum. Liu. 10. ab Vrbe,

Non enim cristas vulnera facere, & per picta atque aurata scuta transire Romanum pilum.

Galea decora cristis. Virg. 12. Æneid.

Decus superbum cristarum. Sil. lib. 10.

Cumulata fercula cristis. Stat. lib. 12. Thebaid.

Comantes. Virg. 7. Æneid.

Equina. Virgil. 10 Æneid.

Geminæ stant vertice. Virgil. 6. Æneid.

Hostiles. Claud. 1. in Ruffin.

Puniceæ. Stat. 4. Thebaid.

Roseæ. Claud. 1. de Raptu Proserp.

Rubentes. Virgil. 9. Æneid.

Rubra. Virg. 9. Æneid.

Capitum cristæ. Virgil. 7. Æneid.

Comere. Stat. 3. Thebaid.

Summas excussit vertice. Virg. 12. Æneid.

Insurgens nitenti cono. Sil. lib. 16.

Terrificas capitum quatere. Lucret. lib. 2.

Altæ scintillant. Sil. lib. 7.

¶ Crista, Herbæ species: de qua sic Plin. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, quæ apud nos crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis.

Cristula, pen. corr. {λοφίδιον} Diminutiuum. Colum. lib. 8. cap. 2. Rectis rutilísque cristulis.

Cristatus, penult. prod. Adiectiuum {λοφωτός} Quod cristas habet: vt, Cristatæ aues: & periphrasis est gallorum gallinaceorum. Martialis libro 14. 229.

Cristata que sonant vndique lucis aues.

Cristata galea. Liu. 9. ab Vrbe.

Fulmine cristatum galeæ iubar. Stat. 3. Thebaid.

Ales oris cristati, gallus. Ouid. 11. Metam.

Angues. Seneca Herc. fur. 4.

Apex. Claud. de Phœnice, epigr. 3.

Cassis. Ouid. 8 Metam.

Draco. Ouid. 4. Metam.

Critæ {κριταί} Latine dicuntur iudices omnes. vnde qui musicis agonibus, id est scenicis præerant, critæ dicti. A quibus

Critici, pen. corr. {κριτικοί} poematum iudices, quales Aristarchus & Aristophanes Grammatici fuerūt: de quibus Fabius lib. 10. cap. 1. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 10. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum vtrum sint, &c. Horat. 2. epist. 1.

Ennius & sapiens, & fortis, & alter Homerus,

Vt critici dicunt.

Critici olim vocabantur, qui postea Grammatici appellati sunt.

Critici dies {κρίσιμοι} vocantur à Medicis iudiciarij, in quibus de ægritudinibus ratione fieri iudicium potest. Celsus libro 3. cap. 4. Est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio: quoniam antiqui potissimum impares sequebantur, eósque tanquam tunc de ægris iudicaretur, κρισίμους nominabāt. In his erat dies tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, quartusdecimus, vnus & vicesimus: ita vt summa potentia septimo, deinde quartodecimo, deinde vni & vicesimo daretur. Igitur sic ægros nutriebant, vt dierum imparium accessiones expectarent: deinde postea cibum quasi leuioribus accessionibus instantibus darent.

CRITENSI, Asiæ populi, à Memnonibus & Dauellis dierum viginti interuallo discreti. Author Plin. lib. 6. cap. 30.

Crithe {κριθή} Tuberculum paruulum in palpebra super pilorum locum, quod à similitudine hordei sic est dictum. Celsus libro 7. capite 7.

CRITHEIS {κριθηΐς} vt ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mœonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, grauidámque fecisset, atque ob id facti vereretur infamiam, Phæmio eam Smyrnæo grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò nō multo pòst, quum ad lauacra, quæ prope Meletem fluuium erant, proficisceretur, Homerum iuxta fluuium peperit, ob idque Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomē accepit. Cumæi nanque & Iones oculis captos Homeros appellant, quòd homeris, id est itineris ducibus egeant.

Crithmum, seu, vt aliqui, Crithamum {κρίθμον} Herba est fruticosa, & vndique foliosa, cubiti altitudinem ferè petens. Nascitur in maritimis & petrosis, foliis pinguibus, numerosis, albicātibus, veluti portulacæ, latioribus, & longioribus, salso gustu. Flores candidi sunt, & semen, ceu rosmarini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur: habet intus tritici modo nucleum, radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & iucundi. Hæc Dioscorid. lib. 2. cap. 122. Meminit & Galen. lib. simplic. medic.

Crithologi {κριθολόγοι} Apud Opuntios dicuntur, qui colligendis sacrificiorum primitiis præfecti erant: sic dicti, quia in veterum sacrificiis plurimus erat hordei vsus, quod crithen dicunt. Author Cælius Rhodig. lib. 12. cap. 1.

CRITHOTE, es {κριθωτή} Stephano} Vrbs est Thraciæ ad Hellespontū, octoginta stadiis à Cardia distans, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

CRITIAS, Vnus è triginta tyrannis Atheniensibus à Lacedæmoniis impositis. Cuius mentionem facit Cic. lib. 2. de Orat. Consequuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audiuimus. Rursum idem, lib. 3. Quid Critias? quid Alcibiades? ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi? ¶ Fuit & alter Critias philosophus, qui dixit animā esse sanguinem, sicut & multi alij. Vnde Virg. Purpuream vomit ille animam, &c.

Criticus, In CRITAE.

CRITO, Atheniensis, Socratis familiaris, quem & opibus iuuit, & cum quo vsque ad extremum vitæ est philosophatus. ¶ Crito itē Pieriota (Pieria autem vrbs est Macedoniæ) historicus fuit, scripsitq; res Persicas, Siculas, Macedonicas. ¶ Fuit præterea alius, Naxius genere, historicus & ipse. Author Suidas.

CRITOBVLVS, penul. prod. Fuit Medicus, de quo Plin. lib. 7. cap. 37. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

CRITOLAVS, pen. prod. {κριτόλαος} Atheniensis, nobilis Peripateticus Romam ab Atheniensibus missus legatus cum Carneade, & Diogene Stoico, vt scribit Cic. lib. 2. de Orat. De huius libra idem Tusc. quæst. lib. 5. Quo loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propēdēre illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achæorū dux, qui Corinthum euertit. Cic. lib. 3. de Nat. deor. Critolaus euertit Corinthum, Carthaginem Hasdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Is sororem interfecit, quòd sibi è victoria redeunti non gratularetur, quum tamen cæteri omnes ei applauderēt, vt est author Demaratus apud Plutarchum in Parallelis. Postremò à Qu. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem consciuit. Author Liuius.

Κριοῦ μέτωπον, Criumetopon, Id est arietis frons, Cretæ insulæ promontorium est ad occidentem versus Cyrenas, vt scribit Rufus ex Dionysio,

-hic procul ingens

Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis. Et alibi,

-vt ferus ora

Est aries, vtróque minax petit obuia fronte. Vide Pompon. Melā, lib. 2. in descriptione Cretæ insulæ: & Plin. lib. 4. cap. 12.

CRO

CROBIALON, Oppidum non longè à Sesamo in Paphlagonia, quod

abluit Parthenius amnis Dianæ virgini admodum gratus. Huius oppidi meminit Apollonius lib.2. Valer.lib.5.Argonauticõn,

-fugit omne

Crobiali latus,&c.

CROBILVS, Comicus fuit, referente Athenæo, apud quem gulo insignis ad cibaria præferuida digitos sibi esse gloriatur [Greek], id est humentes, & calentibus. frustis ita se guttur succensurum, vt videri fornax possit,non homo.

Crobylus {κρωβύλος} Aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens,idque propriè in viris:nam in mulieribus potius corymbum,& in pueris Scorpium vocamus. Vide suprà CORYMBIVS.

CROBYZI {κρόβυζοι Stephano} Populi Istri accolæ, quorum meminit Plin.lib.4.cap.12.

Crocallis,huius crocallis, Gemma, quæ cerasum, vel vt alij legunt, ceram repræsentat, authore Plin.lib.37.cap.10.

CROCEA, eæ {κροκέαι} Vrbs Laconiæ vna ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatæ. Stephan.

Crocias {κροκίας} Gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. Author Plin.lib.37.cap.11.

Crocinum,crocini,pen.corr.{κρόκινον} Genus vnguenti:cuius oleum est ex croco : de quo Plin.lib.13.cap.13,Vnguentis cognomina dedere alijs patriæ,alijs succi,alijs arbores,alijs causæ,primúmque id scire conuenit, mutatam authoritatem, & sæpius transisse gloriam. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula, postea Mendesium. Crocinum in Solis Ciliciæ diu maximè laudatum. Propertius libro 3.eleg.10,

Et crocino nares myrrheus vngat onyx.

Crocinus color. In CROCVM.

Crocio,crocis {κρώζω} crocire,dicitur coruus,vt ait author Philomelæ inter opera Ouidij.

Crocito,crocitas,pen.prod.quia frequẽtatiuum est à Crocio, crocis,vt Dormito,à Dormio,dormis. Vide Despauterium.{κρώζω} crocitare. Plaut.Aulul.19,

Non temere est quod coruus cantet mihi nunc ab læua manu,
Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua. Sipontinus crocibat legit.

Crocitum{κρωγμὸν} propriam coruorum vocem veteres esse voluerunt, inquit Nonius.

Crocatio,siue crocitatio {κρῶξις}Coruorum vocis appellatio. Festus.

Crocis { κροκὶς } Herba est,cuius contactu phalangia emoriuntur, vt ex Apollodori sententia tradit Plin.lib.27.cap.17.

Crocodilium,Herbæ species.Plin.lib.27.cap.8,Crocodilion chameleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi. Ruell.lib.3.cap.10,dicit ad hanc herbam proximè accedere eam quæ carlina dicitur: non audet tamen eandem esse asserere. Vide ibidem plura.

CROCODILON, siue Crocodilorum oppidum {κροκοδείλων πόλις} Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomen extabat, vt ipse testatur lib.16. Meminit & Plin.lib.5. cap.19. ¶Est & alterũ eiusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura ad Nilum fluuium: ita dictum, quòd in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc vrbem postea Arsinoen appellarunt, teste Strabo. libro 17.

CROCODILVS,penult.prod. { κροκόδειλος } Mons est Ciliciæ,apud Plin. lib.5.cap.27.

Crocodilus,pen.prod. { κροκόδειλος } Animal quadrupes,hominibus terra pariter atque aquis infestum. Dictus crocodilus, [Greek], id est à croco & timido,vt nonnulli volunt, quòd crocum ac eius odorem mirum in modum timeat ac refugiat. Vide Plin.lib.8. cap.25. Cic.1.de Nat.deor.

Color fucatus stercore crocodili.Horat.Epod.12.

Crocodilinus,pen.prod. { κροκοδείλινος, κροκοδειλίνη } Adiectiuum, Quod ad Crocodilum pertinet.

Ambiguitates Crocodilinæ.Quintil.lib.1.cap.10. Argumenta sunt perplexa & sophistica. Vide Politianum Miscellaneorum cap.55.Dictum est nomen ex fabula Ægyptiaca, quæ est huiusmodi: Mulier quædam cum filio secundum fluminis ripas ambulabat: ei Crocodilus filium abstulit, redditurum se dicens, si verum mulier responderet. Negauit illa fore vt redderetur: atque ob id æquum aiebat reddi..

Crocodilites,huius crocodilitæ, pen.prod.m.g. Idem nimirum genus sophismatos parum explicabilis. Author Doxapater scriptor Græcus apud Polit.Miscell.cap.55.

Crocodilea, Animal simile crocodilo. Plin.lib.28.cap.8, de Crocodilo loquens, Alter illi similis,multum infra magnitudinem,in terra tantum, odoratissimísque floribus viuit. Ob id intestina eius diligenter exquiruntur iucundo nidore farcta:crocodileam vocant.

Crocomagma,huius crocomagmatis,pen.corr.n.gen.{κροκόμαγμα} Vnguentum quo Cilices vtuntur.id ita fiebat, Terebant crocum,& vino præcipuè dulci miscebatur. Plin. lib. 21. cap.20, Crocomagma verti potest,crocini olei fæx. Cæl.lib.9. cap.4.

Crocota,pen.prod. {κροκωτὸς} Vestis muliebris est crocei coloris. Cic. de Arusp.Respõsis. P.Clodius à crocota,à mitra,à mulieribus soleis, purpureísque fasciolis, à strophio, ab psaltrio,à flagitio, à stupro est factus repentè popularis.

Crocotula,penul.corr.{κροκώτιον} Diminutiuum.Plaut.Epid.5,Indusiatam,patagiatam,caltulam,aut crocotulam.

Crocotularius { κροκωτοῦ } Crocotarum vestium infector. Plautus Aulular.15,

Quum incedunt infectores crocotularij.

Crocotillum, Veteres valde exile dicebant.Plautus,
Extortis cum crocotilis crusculis. Festus.

Crocotinum,Genus operis pistorij. Festus.

CROCOTVS campus {κροκωτὸν πεδίον} Campus est iuxta Thessaliam,ad Amphrysum fluuium.Stephan.in dictione [Greek].

Crocum,vel crocus,croci { κρόκον,κρόκος. } Plin.lib.21. cap.7, Hos certè flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hyacinthon. Idem, cap.6, Crocum syluestre optimum ferere in Italia minimè expedit, ad scrupula vsque singula areis decoquentibus.Seritur radicis bulbo: satiuum latius, maiúsque & nitidius, sed multò leuius degenerans, sed nec vbique fœcundum, etiam Cyrenis, vbi semper flores laudatissimi. Plaut.Curcul.3.6,Tu crocum & casia es.

Colore croci contactum.Lucret.lib.6.
Cilix crocus.Lucret.lib.2.
Corycius.Horat.2.Serm.sat.4.
Liquidus.Ouid.1.de Arte.
Pallens.Stat.6.Thebaid.
Puniceus.Ouid.4.Fast.
Rubens.Virgil.4.Georg.
Ruber.Ouid.2.Amor.eleg.6.
Sicanius.Stat.lib.2.Sylu.3.
Solennis.Propert.lib.4.eleg.1.
Spirans.Iuuenal.sat.7.
Tyrius.Claud.epigr.18.
Croci,in plurali,apud Iuuenalem & Ouidium.
Olere crocum.Propert.lib.4.eleg.1.
Crocum in medio lilij.Plin.lib.21.cap.5. De lilio.

¶Crocus,metaphoricè pro Scena,quòd croco,& floribus,& aliis odoribus conspergi soleret,vt ex Lucretio apparet lib.2, Et quũ scena croco Cilici perfusa recens est. Horat.lib.2.epist.1,

Rectè necne crocum,floréſque perambulet Attæ.
Fabula,si dubitem,&c. Id est agatur ab histrionibus in scena ambulantibus. Lambinus.

Croceus, Adiectiuum. Plin.lib. 22.cap.13, Mutat enim cum terra colores,hic niger, illic viridis, alibi cyaneus,alibi croceus. Virgilius 1.Æneidos,

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Amictus croceus.Ouid.3.de Arte.
Chlamys.Virgil.11.Æneid.
Dies.Claud.2.in Eutrop.
Flores.Virgil.4.Georg.
Frondes.Valer.lib.4.Argonaut.
Honor.Silius lib.8.
Ignes.Claud.2.in Eutrop.
Lutum.Virg.eclog.4. Hypallage est,pro croco luteo. Seruius.
Odores.Virgil.1.Georg.
Prata.Claud.5.Paneg.

Crocatus, pen.prod. Aliud adiectiuum. Plin.lib.16.cap.34,Alicui & semen nigrum,alij crocatum.

Crocinus,pen.corr.Adiectiuum similiter:vt,Crocinum semen. Plinius libro 21.cap.19, Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius,& in vmbra siccatur.

Tunica crocina.Catul.63.

Crocuphantia { κροκυφάντια } Ornamenta villosa sunt, inquit Hotomanus, quæ sub reticulis contexta, per eorum plagulas apparent. Turnebus,Crocuphantia, inquit,ornamenta capitis sunt,& redimicula,quæ tota è subtegmine sine vllo stamine contexta sunt, vnde & appellationem sunt adepta. [Greek] enim Grammatici Græci exponunt, quod [Greek], & ab Atticis [Greek] scribunt vocari. De his Vlpianus in l.25.§.4. D.de aur.& arg. leg. Ornamentorum hæc,inquit,vittæ, mitræ,semimitræ,reticula,crocuphantia,&c. Alciatus autem & alij eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur.

CROCVS, à quibusdam sagittarius dicitur, Euphemes Musarum nutricis filius. Hunc dicunt domicilium in monte Helicone habuisse, & cum Musis cantu ac cithara delectari solitum: sæpe etiam studio venationis exerceri: quapropter magnam laudem & laboris & ingenij assequutum. Sed hunc non Crocum, sed Crotum, & interdum Crotonem vocat Hyginius in fabula 224.& Sositheus apud eum qui Latinos commentarios edidit in Aratum interprete Germanico Cæsare. Hic in Musarum gratiam ab Ioue collocatus inter sydera, Sagittarij nomen obtinuit.

Crocuta,tæ,pen.prod.{κροκοῦττα}Fera est Æthiopiæ familiaris,ex hyæna & leæna Æthiopica nascens, quæ & ipsa hyænæ more humanas voces imitatur. Plin.lib.8. cap.30, vbi hyænæ naturam multis explicuit, statim subdit, Huius generis coitu leæna Æthiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum, pecorúmque. Acies ei perpetua in vtraque parte oris, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur,capsarum modo includitur.

CROESVS { κροῖσος } Lydorũ rex Halyattis filius.primus Græcos partim tributis impositis subegit,partim socios atque amicos sibi adsciuit: tantúmque imperio & opibus creuit,vt se felicissimum dicere nõ dubitaret. Paulo pòst debellatus à Cyro,quum pyræ cremandus imponeretur, magna voce ter, ô Solon, exclamauit. Admiratus igitur Cyrus, misit qui rogarent, quisnam hominum, aut deorum is esset, quem in dubiis casibus solum imploraret. Cuius rei quum rationem reddidisset Crœsus,non solùm dimissus est, sed summo etiam in honore quoad vixit, apud Cyrum habitus. Ex quo visus est Solon eadem oratione alterum seruasse è regibus, cautiorem & prudẽtiorem alterum reddidisse.Plutarchus in Solone.Cremandus autem Crœsus propterea Solonem inclamabat, quòd ab eo fuerat admonitus, neminem tantisper dum viueret, felicem dici posse.

Crolla plectilis, detractione secundæ literæ o, pro corolla { στεφάνιον } parua corona:apud Plautum in Bacchid.1.

CROMMYONNESOS {κρομμυόνησος} Insula iuxta Smyrnam, cuius meminit Plin.lib.5.cap.31.

CROMNA, Paphlagonum oppidum, cuius Homerus in Paphlagonibus instruendis meminit lib.2. Iliad. & Strabo lib. 12. & Valer.lib. 5.Argon. & Apollonius libro 2. Nunc Comana vocatur,teste Oliuario in Melam,apud quem Cronna scribitur.

CRONBA, Promontorium Caspio mari vicinum, de quo Plin. libro 6.cap.5.

Cronium,

Cronium in Septentrionibus mare dicitur,non quia antiquum:quid enim insulsius?sed concretum,authore Plinio,à frigoris argumento, cuius præsidem Saturnum faciunt cælestium rerum studiosi. Apollonius Argonauticôn quarto, Adriacum mare, Cronium dicit. Sed à Crono, id est Saturno, vt inquit interpres, quem habitasse Italiam omnibus & lippis notum & tonsoribus. Sunt tamen qui non Cronium,apud hunc poetam, sed Chronium putent scribendum, ab insula quæ vocetur Chronia. Lycophronis interpres Ionium scribit sinum antea Chronium dici cõsueuisse,sed & Rheæ sinum. Cronij maris & Eustathius meminit,Post Scythas, inquit, qui mari Cronio vicini Caspium accolunt, Vnni sunt.&c.

CRONIVS, Vnus ex Centauris. ¶Fuit & alter Cronius gemmarum insignis sculptor,vt videre est apud Plin.lib.37.cap.1.

Cronos { κρόνος } Saturnus & temporis spatium Latinè dicitur. Cic.2. de Natura deor. Saturnum autem eum esse voluerunt,qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet. κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis. Vide Macrobium libro 1.Satur.cap.8. Et rursum cap.22.ad finem.

Cronia,croniorum { κρόνια } Festa Saturni,qui à Græcis κρόνος dicitur.In his festis mittebant sibi inuicem xenia, remittebantúrque apophoreta, vt viderentur Saturno gratias agere, quòd fruges, fructúsque ad vitæ cultus necessarios percepissent. Sipontinus. Hæc festa, Latinè Saturnalia dicuntur. Vide Macrobium libro 1. Saturnal. cap.7. ad finem.

Crotalum, crotali, penult. corr. { κρόταλον } Est instrumentum quod manu pulsatur, laminis quibusdam ex ære rotundis, sonum ex collisione reddentibus,dictum à pulsatione. κρότον enim Græci plausum vocant. & κροτεῖν dicunt pulsare atque percutere. Vtebantur hoc instrumento Ægyptij in deorum solennitatibus. Virg.in Copa,
Copa Syrissa caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta mouere latus. Hactenus Sipontinus. Cicero in Pisonem, Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi. Vide Cælium libro 19.cap.4.

¶Crotalia appellari margaritas quasdam resonantes, docet Plin. lib.9.cap.35,quarum sono gaudebant Græci.Subeunt (inquit) luxuriæ eius nomina & tædia exquisita perditione portatu: siquidè quum id fecere, crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crotalus { κρόταλος } masc.gen. dicitur, qui lingua est expeditiore, & voce sonãti,ac propè tinnula, quíque loquacitate sua neminem non obtundit. Ducta est metaphora à Crotalo,crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crotalistria.Dicta quæ voce strepitum crotalorum imitatur. Petronius Arbiter de Ciconia,
Ciconia etiam grata peregrina hospita
Pietaticultrix,gracilipes,crotalistria,&c. Sic enim legit Turnebus, atque ita vocari scribit à crotalis,quorum strepitum imitatur,
-crepitante ciconia rostro, vt Ouidius loquitur. Legitur tamen in omnibus ferè exemplaribus coralistria,sed nullo sensu. Similiter & apud Propertium,
Nile tuus tibicen erat, coralistria Phyllis,restituit idẽ Turnebus crotalistria. Tu dispice.

CROTALVS { κρόταλος } Fluuius Italiæ (cui Magna Græcia cognomen est) nauigabilis,teste Plin.lib.3.cap.10.

Crotaphitæ { κροταφῖται } Musculi sunt duo os claudentes,quos & Latini temporales appellant, quòd tempora vestiant, vnde etiam Græcum nomen traxerunt. Nam κρόταφοι illi appellant,quæ nos tempora.

CROTO,siue Croton,fœm.gen. genitiuo Crotonis,penul.prod. { κρότων } Ciuitas Italiæ in Sinu Tarentino, Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ discipulus fuit.Peritissima autem rei bellicæ fuit:nec paruam operam exercendis athletis dedit. In vno enim Olympico certamine victores omnes, Crotoniatæ fuerunt. Iure itaque dici visum est, Qui Crotoniatarum postremus est, is reliquorum Græcorum primus est. Vetus quoque Prouerbium alterum, Crotone salubrius. Quod inde ortum esse aiunt: quia locus ipse ad salubritatem,& bonas corporis habitudines, propter athletarum multitudinem plurimum conferat. Plurimos enim Olympionicas habuit. Ad eius gloriam accedit ingens Pythagoreorum numerus. Hæc ex Strabonis lib.6. Croton,nunc vulgò *Crotone* dicitur. Testis Oliuarius in Melam. Silius lib.11,
-patefecit amicas　Alta Croton portas.
Crotonem tradit Ouid.lib.15.Metam.à Mycilo Alemonis filio iussu Herculis conditam, habuísque nomen à Crotone ipsius Herculis hospite ibi sepulto.

¶Croto,etiam genere masculino dicitur. Liu. Decad 3.lib.4.non procul ab initio, Itaque optimum visum est, ad Annibalem mitti legatos:cauerísque ab eo,vt receptus Croto Bruttiorum esset.

Crotoniates, penultima producta, Nomen gentile. Cicero libro 2.de Nat.deor.
Crotoniatarum,genitiuus pluralis.Liuius Decad.3.lib.14. Eam tum arcem satis, vt videbatur, tutam Crotoniatum optimates tenebant. Vbi de Crotone,& Crotoniatis multa Liuius.

Crotoniensis,Aliud nomen gentile.Sallust.in Catil.

Croton,nis, Frutex est ad magnitudinem paruæ ficus assurgens,folio platani, sed leuiore ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo concauis, semine vuarum aspero, quod purgatum effigiem Ricini animalis repræsentat, vnde & nomen accepit. Nam Ricinum vermen Græci etiam κρότωνα appellant. Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris vtile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici,vnde etiam oleum ipsum Cicinum & Ricininum appellatur.Plin.lib.16.cap.23.Vide CICI.

CROTOPVS, penult.prod Rex Argiuorum fuit, pater Psamathes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit, quem quum inter vepres abscondisset,canes extractum dilacerarunt.

Crotopiades,Patronymicum masculinum.Ouid.in Ibin,
Quique Crotopiadem diripuere Linum.

CROTVS, siue Croton, Euphemes Musarum nutricis filius. Vide Hyginium.

C R V

Cruciarius, Cruciatus, Cruciamentum, Cruciabiliter, Crucio,Crucium,Cruicifigo,Vide CRVX.

Cruciata, Planta est in incultis locis præcipuè nascens, caule rotundo, dodrantali, ac etiam maiore, in cacumine rufescente, paribus ferè interuallis ab imo ad summum geniculis intersecto: è quorum singulis alis bina prodeunt folia subpinguia, longa, vulgaris dictæ Saponariæ æmula,& Gentianæ foliolis in summitate erumpentibus similia. Flores,qui purpureo colore nitent in summo circum caulem in orbem exeunt.Radix illi alba, longa, amarissimo gustu, locis pluribus ab vtroque latere crucis instar perforata:vnde illi Cruciatæ nomen indiderunt.Vide Matthiol.Senens.in lib.3. Dioscorid.

Crudaria,Argenti vena quæ in summa fodina reperitur.Plinius libro 33.cap.6.

Crudus,Adiectiuum { ὠμὸς, ἄπεπτος }Quidam à cruore dictum putant, quod propriè recens atque acerbũ significat: vt crudum vulnus,hoc est recens, & quasi adhuc cruentum. Hinc crudum, quod nondum est coctum,à similitudine crudæ carnis,quæ adhuc cruenta est. Plin. lib.5.epist.16.ad Marcellinum,Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat,deinde patitur, atque vltro requirit:sic recẽs animi dolor consolationes reiicit ac refugit, mox desyderat, & clementer admotis acquiescit.
Crudum,Nondum coctum:vt,Cruda raro.
Crudus agricola.Martial.lib.12.epigr.77.
Aluus cruda.Quę crudum adhuc & inconcoctum cibum egerit,vt in lienteria.Cato cap.125.
Cæstus crudus,pro Duro,vel crudeli.Virg.5.Æneidos,
Seu crudo fidit pugnam committere cæstu. Seruius.
Cibi,Qui indigesti & nondum concocti sunt.Iuuen.sat.1.
Et crudum pauonem in balnea portas.
Cortex crudus.pro Viridi.Virg.9.Æneidos,
-ille rudem nodis & cortice crudo
Intorquet. Seruius.
Ensis crudus,pro crudeli vel cruento.Virg.10.Æneidos,
-& crudum per costas exigit ensem. Seruius.
Equa cruda marito proteruo.Horat.3.Carm.ode 11.
Exordia.Stat.1.Achil.
Fatum.Silius lib.13.
Homo,Qui crudum habet stomachum,id est qui cibum non concoxit.Cic.2.de Finib.Crudique postridie se rursus ingurgitent.
Honor crudus.Stat.10. Thebaid.
Indoles.Claud.6.Paneg.
Iuuentus.Silius lib.3.
Mens.Silius lib.4.
Nomen Marte viri.Silius lib.7.
Noualis.Vide NOVALIS.
Cruda poma,nondum matura. Cicero de Senect. Et quasi poma ex arboribus si cruda sunt, vi auelluntur:si matura & cocta,decidunt.
Prælia.Stat 12.Thebaid.
Robur.Stat.2.Thebaid.
Rudimenta.Stat.1.Achil.
Saxum.Valer.lib.2.Argon.
Viridis & cruda senectus.Virg.6.Æneid.
Seruitium.Tacit.lib.1.
Solum crudum & immotum. Columella libro 2. capite 2, Sed ita necubi crudum solum & immotum relinquat, quod agricolæ scamnum vocant.
Sudores crudi.Stat.1.Thebaid.
Taurus.Valer.lib.4.Argonaut. Id est taurinum corium durum.
Terra.Lucan.lib.3.
Vellus.Valer.lib.6.Argon.
Virago.Stat.11.Thebaid.
Virginitas.Claud.3.Paneg.
Vua,Id est immatura.Vlpianus in l.si seruus. §.si oliuam. D.ad legem Aquil.
Vulnera.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.
¶Crudus,Crudelis.Seneca Hippol.12,
-crudus,& lethi artifex.
Ructare crudum.Cels.lib.1.cap.2.

Cruditas, penult. corr. huius cruditatis { ἀπεψία, ὠμότης } Affectus stomachi qui nascitur ex ægra concoctione. Cic. de Senect. Caret ergo etiam vinolentia & cruditate & insomniis.
Contrahere cruditatem.Quintil.lib.7.cap.4.
Cruditas causa est morbi.Cic.de Fato.
Signa crudelitatis.Quintil.lib.2.cap.21.
Cruditatem excoquere.Colum.in præfat.lib.1.
Cruditas arborum. Plin.lib.17. cap.24, Arbores laborant & fame, & cruditate.
Subsistat cruditas.Celsus lib.2.cap.12.

Crudesco, crudescis { ὠμαίνω } crudescere, Crudum fieri.
Iræ crudescunt.Stat.lib.2.Thebaid.
Crudescit morbus,Validior fit.Virg.3.Georgicorum,
Sin in processu cœpit crudescere morbus. Seruius.
Morbus crudescere incipiens.Claud.in Ruff.
Crudescit pugna,Crudelior fit cæde multorum. Virgilius libro 11 Æneidos,
-deiecta crudescit pugna Camilla. Seruius.
Pugnæ sanguine effuso crudescunt.Virg.7.Æneid.

Crudelis,& hoc crudele,penult.prod. { ὠμὸς, ἀπηνὴς, ἀνηλεής } Asper,immitis.Cic.pro Deiot.Crudelis Castor,ne dicam sceleratum & impium, qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit.
Crudelis atque importunus.Vide IMPORTVNVS.

In hominis alicuius calamitate crudelem esse.Cic.2.de Orat.
Crudelis in liberos & in sanguinem suum.Cic.1.de Finib.
In ira crudelis.Ouid.5.Fast.
Amor.Virg.ecloga 10.
Animus ferus,crudelis,atque inhumanus.Author ad Herennium, libro 2.
Aræ.Ouid.13.Metam.
Ausa.Ouid.epist.14.
Bellum crudele & exitiosum.Cic. Att.lib.10.
Consilia.Cic.4.Philipp.
Conuiuium.Ouid.10.Metam.
Egestas.Valer.lib.4.Argon.
Epistola.Ouid.epist.21.
Funus.Virg.ecloga 5.
Crudelia gaudia.Ouid.6.Metam.
Hostis.Ouid.2.Trist.
Ianua vel domina penitus crudelior ipsa.Propert.lib.2.eleg.15.
Ignis.Catul.Carm.57,
-qui cælo lucet crudelior ignis.
Lethum.Virg.12.Æneid.
Luctus vbique.Virg.2.Æneid.
Mens crudelior.Ouid.11.Metam.
Morbi.Martial.lib.11.epigr.92,
Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi.
Odium tyranni.Virg.1.Æneid.
Pabula.Propert.lib.3.eleg 7.
Pœnæ,Sææ,nimiæ.Virg.6.Æneid. Seruius.
Sacra.Ouid.4.Trist.eleg.4,
Læta deæ signum crudelia sacra perosæ
Transtulit ex illis in meliora locis.
Scelus artificis.Virg.2.Æneid.
Somnia.Tibul.lib.3.eleg.4.
Sors.Seneca in Octau.3.
Superi.Silius lib.8.
Terræ crudeles,Id est crudelium & auarorum.Virg.3.Æneidos,
Heu fuge crudeles terras,finge littus auarum. Seruius.
Lacerauit terga verbere crudeli.Ouid.2.Fast.
Virtus.Stat.6.Thebaid. Virtus,Fortitudo.
Vita.Virg.9.Æneid.
Vulnus.Virg.2.Æneid.
¶Crudelis,Inexorabilis,qui non flectitur precibus.Virg.2.ecloga,
O crudelis Alexi,nihil mea carmina curas. Seruius.

Crudelitas,penult.corr.huius crudelitatis { ὠμότης,ἀπήνεια.} Cicero pro Roscio Amer. Vestrum nemo est quin intelligat populum Romanum (qui quondam in hostes lenissimus existimabatur) hoc tempore domestica crudelitate laborare. Sic Audacia & crudelitas singularis.Cic.5.Verr.
Carnificina atque crudelitas.Cic.pro Sextio.
Adhibere crudelitatem in aliquem. Cicero pro Domo sua, Sed quid ego vestram crudelitatẽ expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis?
Anhelare ex infimo pectore crudelitatem.Author ad Herennium, libro 4.
Insatiabilem crudelitatem suam exercere in aliquo. Cicero 11. Philipp.
Quorum crudelitas nostro sanguine non potest expleri. Cicero 1. de Orat.
Expromere crudelitatem.Cic.pro Mil.
Imbui crudelitate. Cic.in Philipp.At ille crudelitate imbutus,&c.
Omni crudelitate lacerare aliquem. Cicero pro Domo sua,Quid enim vos vxor mea misera violarat, quam vexauistis, omni crudelitate lacerauistis?
Inimicorum crudelitas nondum nostra calamitate satiata.Cicero Q.fratri.lib.1.3.
Saturare crudelitatem.Cic.4 ad Herenn.
Homo crudelitate barbarus.Cic.pro Flacco.
Importuna.In IMPORTVNVS.
Inhumana.In INHVMANVS.
Hominum naturæ maximè inimica.Cic.3.Offic.
Nobilitata.In NOBILIS.
Præditus crudelitate.Cic.pro Syl.

Crudeliter,penult.corr. { ὠμῶς } Aduerbium. Cic.1.Offic. De euertendis autem,diripiendísque vrbibus valde consyderandum est, nequid temere,nequid crudeliter fiat.
Acerbè & crudeliter. Cic.4. in Catil. Quum de pernicie Reipub. exitio huius vrbis tam acerbè,támque crudeliter cogitarit.
Vti crudeliter.Ouid.3.de Ponto,eleg.7.
Crudelissimè interficere.Cic.1.Philipp.
Crudelissimè perire.Cic pro Sylla.
Vrere crudelius.Tibullus lib.1.eleg.8.

Cruentus.In CRVOR.
Cruma.In CRVSMA.

Crumena,penult.prod. { βαλάντιον } A κρούω,hoc est ferio.loculus dicitur, quòd è brachio pendens huc atque illuc feriat. Alij ἀπὸ τοῦ κρύπτειν deducunt,quòd plerunque suspensa gestetur. Plaut. Asin.12, Hic pone.hic istam colloca crumenam in collo planè.
Deficiens crumena.Horat.1.epist.4,
Et mundus victus non deficiente crumena.

Crumina,sacculi genus.Plautus,Dij bene vortant,tene,crumina minuerint triginta minæ. Festus.

CRVNOS, Thraciæ portus. Author Pomponius lib.2. Dionysiopolis, inquit Plin.cap.11.lib.4.antè Crunos. Portus autẽ à salientibus aquis nomen habet,qui Græcè Cruni appellantur.Author Hermolaus.

Cruor, huius cruoris, m.g. { αἷμα, ἰχώρ, λύθρον } Sanguis qui ex aliquo vulnere spargitur. Virg.8.Æneidos,
-tepidúsque cruor fumabat ad aras.
Ferarum cruor.Ouid.3.Metam.
Atri cruores.Virg.4.Æneid. vbi Seruius,Cruores vsurpatum.nam nec sanguines dicimus numero plurali,nec cruores.
Castus.Ouid.12.Metamorphoseos,
-castúmque datura cruorem
Flentibus ante aram stetit Iphigenia ministris.
Crassus.Virg.5.Æneidos,
-crassúmque cruorem
Ore reiectantem.
Diri cruores draconis.Valer.lib.7.Argonaut.
Flebilis.Seneca Troade,4.10,
Fluátque nulli flebilis matri cruor.
Fœdo cruore sparsa ora.Seneca Octau.14.
Insyncerus.Virg.4.Georg.
Largus cruor inundat locum aliquem.Seneca Hippol.4.
Obscœnus.Virg.4.Æneid.
Puniceus.Ouid.13.Metam.
Sacer.Virg.5.Æneid.
Viperinus.Horat.Epod.ode 3.
Virgineus.Virg.11.Æneid.
Vndans.Stat.5.Thebaid.
Feritas sitísque immensa cruoris.Ouid.13.Metam.
¶Stultitiæ cruorem addere.Horat.2.Serm.sat.3.
Affectare.Stat.11.Thebaid.
Animare cruorem calidum.Ouid.1.Metam.
Arentem ferro detergere.Sil.lib.8.
In arma vndanti cruore animam diffundit.Virg.10.Æneid.
Diffusus.Lucan.lib.1.
Effusus.Ouid.6.Metam.
Manantem ex ore cruorem eiectare.Sil.lib.10.
Largus cadentum it cruor.Valer.lib.6.Argon.
Expiati cruores.Horat.2.Carm.ode 1.
Fusus inficit terram.Seneca Hipp.4.
Haurire.Ouid.13.Metam.
Lauare fluidum.Virg.3.Æneid.
Libare.Seneca Herc.fur.11.
Manans cruore culter.In MANO.
Oblitus faciem cruore.Tacit.lib.2.
Cruorem inimici quam recentissimum ostendere. Cic.pro Sexto Roscio.
Perfusus cruore.In PERFVNDO.
Rorans.Silius lib.10.
Sitire cruorem.Seneca in Thyeste,1.
Sparsus cruor.Virg.12.Æneid.

Cruentus,Adiectiuum { αἱματώδης } Sanguinolentus:vt,
Cruentus sanguine ciuium.Cic.4.Philipp.
Arma cruenta.Ouid.epist.5.
Bello cruentior ipso.Ouid.12.Metam.
Cruentum cadauer.Cic.pro Milone.
Cædes.Seneca in Herc.fur.13.
Causa.Ouid.3.Trist.eleg.5,
Denique non possum nullam sperare salutem,
Quum non sit pœnæ causa cruenta meæ.
Dapes.Virg.3.Æneid.
Dolor.Lucan.lib.3.
Facinus,Propter quod funditur multum cruoris.Seneca Hipp.4.
Facta cruenta exigere.Ouid.1.de Arte.
Fatum cruentum.Ouid.ad Liuiam.
Guttæ.Cic.2 de Nat.deor.
Hostis.Stat.9.Theb.
Humus.Virg.11.Æneid.
Ira.Horat.3.Carm.ode 2.
Mars.Horat.1 Carm.ode 14.
Mors.Ouid.epist.2.
Morsus.Seneca Agam.7.
Mucro.Cic.in Catilin.
Nota,Vestigium cruoris effusi.Seneca Hipp.10,
Longum cruenta tramitem signa nota.
Noctes.Claud.de bel.Gildon.
Palma.Ouid.Amor.2.eleg.5.
Præda.Ouid.Fast.5.
Spolia.Virg.10.Æneid.
Spuma.Virg.3.Georgicorum,
-& spumas agẽt ore cruentas.
Tempestas campi.Claud.6.Paneg.
Thalami.Ouid.10.Metam.
Cruenta atque luctuosa victoria,In qua multi occisi.Salust.Cauete ne multi animam amittatis, neu capti potius sicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.
Virtus.Stat.lib.1.Sylu.13.
Vmbra.Ouid.5.Fastorum,
Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto.
Vrina. Plin.lib.20.cap.13.

Cruento, cruentas { αἱμάσσω } cruentare, Cruore inficere. Cicero 1.de Diuinat. Itaque huic omnia visa obiiciuntur à mente ac ratione vacua,vt aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quouis alio vel homine, vel deo, sæpe bellua, atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari.
Prata cruentantur.Propert.lib.3.eleg.15.
Latè cruentare arua. Hyperbole est vulnerati hominis. Seneca Hippol.10.
Morsu cruentare aliquid.Propert.lib.4.eleg.9.
Oratio lacerat & cruentat. Cic.2. Philipp. Hæc te,si vllam partem habes sensus,lacerat,hæc cruentat oratio.
Cruentare Rempub. vulneribus. Cicero post Red.in Senatu,Ego meam

meam ſalutem deſerui, ne propter me ciuium vulneribus Reſpub. cruentaretur.

Cruentari ſcelere. Cic. de Aruſp. reſpon. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit: nomen quidem Pop. Rom. tanto ſcelere contaminauit, vt id nulla re poſſit niſi ipſius ſupplicio expiari.

Enſis cruentatus. Stat. 5. Thebaid.

Manus cruentatæ. Ouid. in Ibin.

Cruentati oculi. Plin. lib. 28. cap. 7, Mulieris quoque ſaliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

Cruentius, Aduerbium. Seneca de Benef. 5, Cæteri arma cruentius exercuerunt, aliquando tamen ſatiati abiecerunt.

Cruppellarii {κρουπελλάριοι} qui ſint, explicat his verbis Corn. Tacit. libro 3. Cæteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt, adduntur è ſeruitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

Cruppellarij, equites, Vide in CLIBANARII.

Crus, cruris, n.g. {σκέλος} Sipontinus, Crura dici quidam exiſtimant à κρούειν, quòd huc atque illuc ingrediendo feriant. Sunt enim crura à genibus vſque ad inferiorem pedem non æquali modo ducta, ſed teretibus ſuris clementer extantibus, ſenſimque tenuatis firmata. Plin. lib. 10. cap. 46, Porphyrionibus prælonga crura rubent. Celſus, Crus ex duobus oſſibus conſtat, ex tibia & ſura.

Crure glaber. Martial. lib. 12. epigr. 38.

¶ Internodia crurum. Ouid. 11. Metam.

Crura ſine nodis. In NODVS.

Volumina crurum. Virg. 3. Georgicorum,

-ſinuétque alterna volumina crurum.

¶ Curuata. Ouid. 13. Metam.

Dimidium. Iuuenal. ſat. 13.

Diſtorta Horat. 1. Serm. ſat. 3.

Crus lubricum compede decenni. Martial. lib. 9. epigr. 58.

Malum. Horat. 1. Serm. ſat. 2.

Mollia. Virg. 3. Georg.

Peruſtus crura compede. Horat. Epod. ode 4.

Crura rigida ibium. Cic. 1. de Nat. deor. Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, quum ſint aues excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceróque roſtro.

Ruſtica, & hemilauta crura. Catul. 50.

Squallida. Iuuenal. ſat. 9.

Subſtricta. Ouid. 11. Metam.

Velocia. Ouid. 1. Metam.

¶ Adempto ſurgere crure. Lucret. lib. 3.

Admiſſa, Id eſt propinqua, iuncta. Ouid. 6. Metam.

Captare crura micantia. Ouid 9. Metam.

Frangere crura alicui. Martial. lib. 11. epigr. 59,

Frangam tonſori crura, manúſque ſimul.

Iactare crura. Lucret. lib. 4.

Suffringere crura alicui. Cic. pro Sexto Roſc.

Et crurum tenus à mento palearia pendent. Virg. 3. Georg.

¶ Crus arboris. Colum. lib. 5. cap. 11, Ramum oliuæ, qui videtur nitidiſſimus, deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.

Crus vitis. Columella libro 3. capite 10, Vnde etiam vehementiſſimæ materiæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus.

Crucicrepidæ, à Plauto in Trinum. 14, dicuntur quibus crura crepuerunt ferro, vt ait interpres.

Cruſculum, penultima correpta {σκελίδιον} diminutiuum. Martialis libro 3. 51,

Pectus cicadæ, cruſculúmque formicæ.

Crurules, quod Beroaldus maior elegans vocabulū dicit, reponendum idem putat apud Vlpian. in l. Argumento. D. de aur. & arg. legat. Nam pro eo vulgati codices habēt, Faſciæ, crinales. Crurules autem & pedules Vlpianus appellat, à cruribus ſcilicet & pedibus veſtiēdis. Spiegel. Alij crurales.

CRVSA, Inſula Aſiæ adiacens, in ſinu Ceramico, vt prodidit Plin. lib. 5. cap. 31, in deſcriptione inſularum ante Aſiam.

Cruſma, huius cruſmatis {κροῦσμα} Propriè dicitur ſiſtrum, & veluti cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt à crepando, quem ſonum emittere videbatur dum pulſaretur. Martialis libro 6. 71, de Theleſia,

Edere laſciuos & Bethica cruſmata geſtus. Bætica autem cruſmata vocat, quòd his mulieres Hiſpanæ vti ſolerēt, quemadmodum & hodie Venetæ puellulæ: vocant autem ſua lingua *vno cymbalo*.

Cruſta, cruſtæ {πλάξ} id ſignificat excrementum quod vel ob putredinem, vel concretionem ſuper alicuius rei ſuperficie naſcitur. Virgilius 3. Georgicorum,

Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Hoc eſt aquæ congelaſcunt fluentes. Seruius.

Cruſta panis. Plin. lib. 19. cap. 8. De papauere candido.

¶ Cruſta, Qua quid integitur. Plin. lib. 9. cap. 30, Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere quod caret ſanguine.

Cruſtæ & emblemata argenti cælati. Cic. 6. Verr.

Cruſtæ & emblemata differunt, quòd cruſtæ tectoria quædā erant, & tanquam bracteæ quædam illitæ, & laminæ inductæ, inauraturæque. Emblemata pretioſiora erant, & operis exquiſitioris, exemptiliáque erant, quū illigata eſſent vel adfixa. Cruſtæ verò, etſi reuelli poterant, tamen firmius inhærebant. Ex Turnebo.

Heliadum cruſtæ capaces. Iuuenal. ſat. 5. Hoc eſt crateres è ſuccino.

Marmoreæ. Vlpian. in l. Fundi §. Quæ pictæ tabulæ. D. de Action. empti. Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item cruſtæ marmoreæ, ædium ſunt.

Cruſtæ parietum. Plin. lib. 35. cap. 12.

Cruſtam etiam ducere vulnus ſiue vlcus dicitur, quādo ſolidatur, qua detracta remanet ferè cicatrix. Sipontinus.

Cruſta felicitatis. Seneca de Prouid. Non eſt iſta ſolida & ſyncera felicitas: cruſta eſt, & quidem tenuis.

Cruſta intecta quædam piſcium genera. Plin. lib. 9. cap. 14.

Reſoluere cruſtas. Celſus lib. 5. cap. 26.

Reſoluere cruſtas puras. Celſus lib. 6. cap. 16.

Cruſtula, penul. corr. {πλακίδιον} Diminutiuum. Apuleius, Paruas marmoreas cruſtulas parieti adiungens.

Cruſtulæ vlcerum. Plin. lib. 22. cap. 25.

Cruſto, cruſtas {πλακόω, κονιάω} cruſtare, Cruſtam inducere, & veluti emblemata includere in aureis poculis.

Cruſtare parietes dicebantur, qui marmorum ſectis laminis, parietem operiebant ad ornatum. Plin. lib. 36. cap. 6. Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte Corn. Nepos tradit Mamurram.

Domus cruſtata. Lucan. lib. 10.

Cruſtare mala gypſo & cera. Plin. lib. 15. cap. 17.

Cruſtata animalia, Cruſtis intecta. Plin. lib. 11. cap. 37, In marinis cruſtata & cartilaginea, priores dentes habent.

Cruſtarius {κονιάτης} Qui cruſta operit. Plin. lib. 33. cap. 12,

Habuit & Teucer cruſtarius famam.

Cruſtarius, Adiectiuum: vt,

Cruſtariæ tabernæ, à vaſis potoriis cruſtatis dictæ. Author Feſtus.

Cruſtoſus, penult. prod. {πλακώδης} Aliud adiectiuum. Quod cruſtam habet. Plin. lib. 12. cap. 9, Facilius hoc & cruſtoſius, amariúſq; & gummoſum. De bdellio arbore loquitur.

Cruſtum, cruſti {ψωμός} Seruius, Cruſtum & cruſta neutraliter dicimus de his quæ comedi poſſunt. Idem alio loco, Quum cruſtum dicimus, edulium aliquod ſignificamus, partem panis vel placentæ. Virgil. 7. Æneidos,

Et violare manu, malíſque audacibus orbes

Fatalis cruſti.

Cruſtularius, cruſtularij. Cruſtulorum venditor. Seneca epiſt. 57, Et botularium, & cruſtularium, & omnes popinarum inſtitores. Vulgò *Paſticiarium* vocant.

Cruſtulum, penultima correpta {ψωμίον} Diminutiuum. Horatius 1. Serm. ſat. 1, -vt pueris olim dant cruſtula blandi

Doctores, elementa velint vt diſcere prima. Cruſtula, placentas interpretatur Acron. Eraſmus in dialogo de pronūtiatione, Vt autem ſtatim per luſum agnoſcere diſcat literarum figuras, rem adfero dictu humilem, ſed tamen à ſummis viris traditam. Profuerit eas cruſtulis exprimere, vt diuinanti nomen elementi, præmium ſit ipſe cibus. Hoc Flacci conſilium eſt. Fabius aliud, &c. Varro de Lingua Latina, Cruſtulum à cruſta pultis: eo quòd vt corium exuritur cruſta ducta.

Noua cruſtula. Horat. 2. Serm. ſat. 4.

Cruſtula lambere. Iuuenal. ſat. 9.

Cruſtulata, cruſtulatæ, Placentæ genus, quod & cruſtulum. Spartianus, Pentapharmacum edulij genus eſt ex quinque confectum, quod reperiſſe dicitur Ælius verus Romanorum Imperator, hoc eſt ſumen, phaſianus, pauo, cruſtulata, & aprugna.

CRVSTVMERIVM {κρουστομερία Stephano} Oppidum in Latio, Albanorum colonia, cuius meminit Plinius libro 3. cap. 5. Virgilius lib. 7. Æneidos, Ardea, Cruſtumeríque, & turrigeræ Antennæ.

CRVSTVMINVM {κρουστομερία} Oppidū iuxta Veios. A quo Cruſtumini dicti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumina pyra, quæ & Cruſtumia, & Cruſtuminum vinum laudatiſſimum.

Cruſtumina {κρουστουμερῖνα} pyra, ſunt quæ ex parte rubentia ſunt: de quibus Plin. lib. 15. cap. 15. Item Colum. lib. 5. cap. 10.

Cruſtumina tribus, à Thuſcorum vrbe Cruſtumena dicta. Feſtus. Vide TRIBVS.

CRVSTVMIVM {κρουστόμιον} Fluuius qui Ariminum præterlabitur: de quo Lucanus lib. 2,

In læuum cecidere latus, velóxque Metaurus,

Cruſtumiúmque rapax, & iunctus Sapis Iſauro.

Crux, huius crucis, fœmin. generis {σταυρός} Supplicium ad quod ducebantur damnati. dictum à κρούειν, quod eſt Ferire, pulſare. Plautus Curcul. 15,

Collum obſtringe, abduce iſtū in malam crucem. Terent. Andr. 3. 5,

Quid meritus es? D. crucem.

Arboreæ cruces. Propert. lib. 3. eleg. 22,

Arboreáſque cruces Scinis, & non hoſpita Graiis

Saxa, & curuatas in ſua fata trabes.

Duræ. Ouid. 1. Amor. eleg. 12.

Ingenua. Vide INGENVVS.

Digna cruce peccare. Horat. 1. Serm. ſat. 7,

Peccat vter noſtrum cruce dignius.

Affigere cruci. Curt. lib. 9, Cruci affixi per ingens littoris ſpatium pependerunt.

Agi in crucem. Cic. 5. de Finib.

Cruci aliquem dare. Plaut. Mil. 5.

Feſtinare cruces. Tacitus libro 14. Sed cædes patibula, ignes, cruces tanquam reddituri ſupplicium, ac prærepta interim vltione feſtinabant.

Figere crucem alicui. Cic. 7. Phipp. Vt quam damnatis ſeruis crucem fixeras, hanc indemnatis ciuibus Romanis reſeruares.

Minari. Vide MINOR.

Paſcere in cruce coruos. Horat. 1. epiſt. 17.

Suffigere. Cicero in Piſonem. Tranquil. in Cæſare, Piratas in poteſtatem redactos, quoniam ſuffixurum ſe cruci iurauerat, iugulare prius iuſſit.

Suffigere in cruce. Horat. 1. Serm. ſat. 3.

In crucem tollere. Cic. 7. Verr.

¶ Crux dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terentius Eunucho, 2. 3.

Et illis crucibus quæ nos, noſtrámque adoleſcentiam habent deſpicatam, &c. De meretricibus loquitur.

Constituere sibipsi crucem. Cic. Q. fratri. lib. 1. 2.
¶ Crux, masc. gen. apud Ennium Annal. lib. 11,
Malo cruce fatum vti des Iupiter.
Crucio, crucias { ... } cruciare, Torquere, affligere. Terentius Eunucho, 2. 3, Quæ nos semper omnibus cruciant modis. Idem Heauton. 5. 5, Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum.
Cruciari dolore, fame, vigiliis. Cic. 2. de Finib.
Ne crucia te obsecro anime mi. Terent. Eun. 1. 2.
Illud me cruciat. Martial. lib. 11. epigr. 95. in Verpum æmulum.
Sanguine serpentis cruciari. Ouid. 2. Metam.
Cruciari & sollicitum esse. Cic. pro Murena.
Lætitia gestire, Dolore cruciari, pugnantia. Cic. 2. de Finib. Quorum alter lætitia gestiat, alter dolore crucietur.
Vulnere ac dolore corporis cruciari ac absumi. Cicero de Arusp. respon.
Scelerum suorum conscientia cruciari. Cicero Antequam iret in exil.
Peius cruciare. Horat. 1. Serm. sat. 2,
-non se peius cruciauerit, atque hic.
Validius aliquem cruciare. Quintil. in Proœm. lib. 6.
Crucians, Participium { ... } Plaut. Capt. 13, Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio.
Cruciatus, huius cruciatus, penult. corr. { ... } Afflictio. Cic. 2. de Finib. Ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adiuncta nec sperata voluptate.
Per cruciatum interfici. Cæsar 2. bel. Gal.
Diri cruciatus. Ouid. 9. Metam.
Impatibilis. Vide IMPATIBILIS.
Incredibiles. Plin. Iun. lib. 1. epist. 12.
Tetri. Cic. 2. de Finib. Ex antiquo poeta.
Magno animi cruciatu vitam agere. Cic. 2. de Diuinat.
Agere in cruciatum. Cic. 4. Verr.
Morte, cruciatu, cruce afficere aliquos. Cic. 3. Verr.
Maximo cruciatu timoris angi. Cic. 2. Offic.
Carere cruciatu & pœna. Iuuen. sat. 10.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cic. Att. lib. 11.
Dari in cruciatum. Cic. pro Sexto Roscio, Postulabant autem pro homine miserrimo atque infelicissimo qui vel ipse sese in cruciatum dari cuperet.
Maximos cruciatus præcipiti via effugere. Quintilian. in proœm. libri 6.
Insilire in cruciatum. In INSILIO.
Leuare cruciatum. In LEVIS.
Pati incredibiles cruciatus. Plin. Iun. lib. 1. epist. 12. ad Calestrium.
Perferre cruciatus. In PERFERO.
Summo cruciatu supplicióque perire. Cic. 3. de Nat. deor.
Lateris cruciatibus vxor. Ouid. 5. Trist. eleg. 14.
¶ Cruciatu, pro Cruciatui. Tacitus libro 13, Cruciatu, ac præmio cuncta peruia esse.
Crucium, inquit Festus, Quod cruciat: vnde Lucilius, vinum insuaue crucium dixit.
Cruciamentum, huius cruciamenti { ... } Cic. 11. Philipp. Nec grauiora verè sunt carnificum tormenta, quàm interdum cruciamenta morborum.
Cruciabilis, & hoc cruciabile, penult. corr. { ... } Adiectiuum, vt Cruciabile silentium. Apuleius de Asino aureo, lib. 10, Sed illa cruciabili silentio diutissimè fatigata, & in quodam vado dubitationis hærens, omne verbum, &c.
Mortem cruciabilem fugere. Arnob. aduers. gentes lib. 2.
Cruciabilitas, penult. corr. { ... } Plaut. Cistel. 5. 3, Qui omnes homines supero atque antideo cruciabilitatibus.
Cruciabiliter, penul. corr. Aduerbium. Hirtius 5. belli Africani, Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Inusitatum.
Cruciarius { ... } Adiectiuum, Qui fert crucem. Sed & cruciarios vocat Seneca, qui tolluntur in crucem, sicut cruciarias pœnas Sidonius Apollinaris. Quin & cruciarios facetissimè Plautus discipulos crucis appellat, qui & patibulati dicuntur. Ex Cælio libro 10. capite 8.
¶ Cruciarius, item Dignus cruce. Apuleius lib. 10. de Asino aureo, Nec tantillum cruciarius ille, vel fortunatam magni iudicij, vel confertæ conspectu curiæ, vel certè noxia conscientia sua deterritus, quæ ipse finxerat, quasi vera adserere incipit.
Crucifigo, penult. prod. crucifixi, crucifixum { ... } crucifigere, In crucem tollere. Plinius lib. 8. cap. 16, de leonibus, Eáque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione.
Crucifixus, Participium { ... } Sueton in Domitiano, cap. 10. Occidit item Hermogenem Tarsensem, propter quasdam in historia figuras: librariis etiam qui eam descripserant, crucifixis.

C R Y

CRYA, cryæ { ... Stephano } Vrbs Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.
CRYASSVS { ... } Vrbs Cariæ: ita dicta à Cryasso Caretis filio. Stephan.
CRYON, Phrygiæ fluuius, qui in Hermum amnem cum pluribus aliis erumpit, vt videre est apud Plin. lib. 5. cap. 29.
Crypsorchis, Latinè testiculi occultatio, Testiculi vel testiculorum recessio est, authore Galen. lib. finit. medic.
Crypta, huius cryptæ { ... } Locus abditus & cōcameratus. ... enim abscondo significat. Iuuenal. sat. 5, Et solitus mediæ cryptam penetrare suburræ. Hoc est, subterraneam cauernam fornicatam, id est cloacam.
Cryptæ (inquit Sipontinus) ad fructus seruandos magis, quàm ad elegantiæ decorem fiunt.
Crypticus, penult. corr. { ... } Adiectiuum, Occultum & subterraneum. Sidonius, Potens antiquus crypticis arcubus fornicauit.
Cryptoporticus, penultima correpta, fœminini generis { ... } Subterranea porticus cum amplis fenestris, qua refrigerandi gratia per æstatem vtimur. Plinius libro 2. epist. 17. ad Gallum, Teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget, quæ vt tenet solem, sic Aquilonem inhibet, &c.
¶ Cryptoporticus dici etiam potest porticus vndique septa, & quasi sepimento parietum abscondita, tanquam subterranea. Plin. lib. 5. ad Apollinarem, epistola 6, Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget: contentáque aere suo, nec desyderat auras, nec admittit.
Crystallion, Vna est ex nomenclaturis Psyllij herbæ, apud Plin. lib. 25. cap. 11. De Psyllio autem vide infrà suo loco.
Crystallus, fœminini generis { ... } vel Crystallum, neutri generis, Albi coloris gemma, quæ fit gelu vehementer concreto, vt nonnulli putant: quapropter à glacie nomen accepit. ex ... enim, quod est gelu: & ..., contraho compositum est. Plinius libro 37. capite 2, Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto.
Aquosa crystallus. Propert. lib. 4. eleg. 3.
Lubrica crystalla. Claud. epigr. 24.
Gelantur crystalla niuibus. Stat. lib. 1. Sil. 2.
Corporari in crystallum. Solinus cap. 25. ad finem.
Crystallinus, pen. corr. { ... } Adiectiuum, Quod est ex crystallo. Plinius lib. 37. cap. 2, Inuenio medicos, quæ sunt vrenda corporum, non aliter vtilius id fieri putare, quàm crystallina pila, aduersis apposita solis radiis. Iuuen. sat. 6, Grandia tolluntur crystallina. Plinius in proœm. lib. 33. de poculis, Murrhina, & crystallina, ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Videto Bayfium in libello de vasculis.

C T E

CTEATVS { ... } penultima correpta, Pater Amphimachi, vnius ex quatuor ducibus Epæorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionē sunt profecti, vt testatur Homerus in Catalogo nauium.
Ctenes { ... } Dicuntur in homine quatuor dentes anteriores, quòd concidant, aliter tomici, dichasteres, aut gelasini dicti. Horū omnium rationem vide apud Cæl. antiq. lib. 4. cap. 1.
Cteniatrus, penult. corr. { ... } Medicus iumentorum & pecorum, quem Columella & Varro veterinarium vocant. Vulgus *Mareschallum* appellat.
CTENVS, untis { ... } Portus est in Cherroneso, vt Strabo author est libro 7.
CTESIAS { ... } Cthesiarchi, vel, vt alij malunt, Ctesiochi filius, Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomēto Mnemonem curauit, & historiam Persicam triginta libris conscripsit, Author Suidas.
CTESIAS { ... } Authoris cuiusdam nomen apud Strabonem, qui res Indicas perscripsit, vt idem testatur lib. 1.
CTESIAS, vel Ctysias, orator Siculus, cuius, & Coracis meminit Cic. 1. de Orat.
CTESIBIVS, Viri proprium, qui pneumaticam rationem, & hydraulica organa adinuenisse fertur, vt scribit Plin. lib. 7. cap. 37.
CTESILOCHVS, Pictor. Plin. lib. 35. cap. 11, Ctesilochus Apellis discipulus, petulanti pictura innotuit, Ioue Liberum parturiēte depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter obstetrices dearum. Hæc ille.
CTESIPHON, penult. corr. { ... } Nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratum, quod postea ab Erostrato incensum fuit, hac tātum de causa, vt facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. Sic Vitruuius nominat: Strabo verò Chersiphron scrib t. Vide suprà. ¶ Fuit & Ctesiphon vicus Parthorum. Strabo lib. 15. Prope Seleuciam vicus maximus est, nomine & re Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus ciuitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeò vt Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, necessariáq; artificia illis suppeditaret. Quin & Ctesiphonem Babylonici regni caput fuisse Plin. lib. 6. scribit.
CTESIPHON { ... } Atheniensis decreto persuasit Atheniensibus, coronari oportere Demosthenem aurea corona in theatro, probitatis & virtutis omnis generis gratia. Ob id ab Æschine Demosthenis inimico, tanquam perniciosi decreti author accusatus, defenditur à Demosthene præclara illa, atque omnium optima oratione quæ ..., id est de corona inscribitur. Vide Ciceronē in libello De optimo genere Oratorum.
CTESIPPVS, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ac perhumanè collegit, quò impuros adolescentis mores componeret: eius tamen cum duro, tum minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, vt curam & laborē in illo instituendo dimitteret: cuius ineptias non modò pertulit patienter, verumetiā studiose tegebat. Quanquam semel aiunt, Phocionis constantiam importunitate leuissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorum quoddam munus studio accuratiore obiret, Ctesippus, vt erat futilis delirúsq;, grauissimum peritissimúmq; imperatorē cœpit fatuis quibusdam interrogatiunculis obtundere, atque illum monēs docēsve importunius perurgere. Tum stomachatum Phocionem dixisse fama est, O Chabria Chabria, cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui nati tui deliramenta sustineo. Author Plutarchus in vita Phocionis.

C T Y

CTYPANSA { ... } Castellum est, de quo Strabo lib. 8. his verbis, Finitima Pylo ad Aquilonem exilia fuere castella duo Triphyllica, Hypana, atque Ctypansa, è quibus vnum Elidis adiudicatum est accolis, alterum pro more mansit.

C V A

CVARIVS { ... } Fluuius est prope Coronæam, quem Alcæus, teste Strabone lib. 9. Coralium vocat.
Cuazones, authore Festo, acus sunt, quibus mulieres scalpunt caput.

Cuba.

Cuba, Sabinis vocatur, quam militares lecticam. vnde videtur deriuatum esse cubiculum. Festus.

Cubatus, Cubiculare, Cubile, Vide C V B O.

Cubebæ, cubebarum, cuius stirpis fructus sint inter medicos nondum satis cõstat. Sunt tamen qui dicãt baccas esse odoratas, racematim cohærentes, corymborum hederæ modo, qui gustui præter odoris gratiam, acrimoniam & amaroris tantillum relinquant. Ex Matthiolo Senensi in Dioscorid.

Cubitus, vel Cubitum, cubiti, pen. cor. {ἀγκών} Curuatura brachij, vbi lacerto iungitur. Plaut. Stich.5, Cubitis depulsa de via.
Ossa ingentia cubiti. Ouid. 12. Metam.
Pressus cubitus. Horat. 1. Carm. ode 27.
Inniti cubito. Virgil. 4. Æneid.
¶Cubitus, Os maius brachij & plenius, idémque inferius. Vulgus vocat *Le grand focile*. Cels. lib. 8. cap. 1.
¶Cubitus, pro mensura cubiti {πῆχυς} Plin. lib. 7. cap. 16, Inuenimus in monumentis Salamine Euthimenis filiũ in tria cubita triennio adoleuisse. Cic. 2. de Legib. Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellã tribus cubitis ne altiorem, &c. ¶Est præterea cubitus regius, qui maior est communi cubito tribus digitis, sicut refert Herodotus lib. 1. ¶Est & cubitus geometricus, qui tantum valet quantum sex nostra cubita, vt Origines Augustinúsque tradiderunt.

Cubitalis, & hoc cubitale, pen. prod. {πηχυαῖος} Vno cubito altus. Plin. lib. 12. cap. 12, Nardum Creticum quod alij quidem agrium vocant, caule cubitali. Liu. 4. bel. Pun.

Cubitale, Substantiuum, Puluinus, cui innitebantur veteres inter cœnandum. Horat. 2. Serm. satyr. 3,
-ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubitale, focalia. Alij legunt Cubital, & rectius.

C V B I, Galliæ Aquitanicæ populi liberi, iidem qui & Bituriges. Vide Plin. lib. 4. cap. 19.

Cubo, cubas, cubui, cubitum, pen. corr. {κατάκειμαι, κεῖμαι, κλίνω} cubare, Idem quod iacere. Cic. 5. Verr. Quum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus. Martial. lib. 1.
Collo nexa cubat, capítque somnos.
In faciem cubare, & supinum cubare. Iuuenal. satyr. 3.
Cubare cum aliquo. Plaut. Amphit. 3.
Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat.
Cubare aliquo loco. Cicero 2. de Orat. Simonides dicitur ex eo quòd meminisset quo eorum loco quisque cubuisset. Hoc est discubuisset.
Cubare in lecto. Plaut. Casin. 2. Et in Milit. 8,
-quid, domi? S C. in lecto cubat.
Cubare in specu. Plin. lib. 12. cap. 1.
Cubare in carcere. Plaut. Rud. 13,
In carcere illo potius cubuissem die.
In colle. Horat. 2. epist. 2.
Propter aliquem. Cic. pro Sex. Roscio. Id est iuxta.
Ossa molliter cubant. Ouid. Amor. 1. eleg. 8.
¶Cubat puerpera. Plaut. Trucul. 9,
Nunc prius præcauero sciens, cúmque
Ornatu, vt grauida, quasi puerperio cubem.
¶Cubare, Ægrotare. Horat. 2. Serm. satyr. 3,
Mater ait pueri menses iam quinque cubantis, &c. Cic. 2. Tuscul. Itaque narrabat eum grauiter & copiosè de ipso nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputauisse.
¶Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. De villico, Cato de Re rust. cap. 5. Cic. 2. de Diuinat.

Cubito, cubitas, pen. corr. {κεῖμαι} cubitare, Frequentatiuum. Cic. pro Cælio, Qui propter nescio quam credo tim. ditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper, pusio cum maiore sorore cubitauit.

Cubatus, huius cubatus, pen. prod. {κατάκλισις} Plin. lib. 10. cap. 57, Medicina in fame, & cubatus in fumo. De gallinis pituita laborantibus loquitur.

Cubitus, huius cubitus, pen. corr. masc. gen. {κατάκλισις} Idem.
Cubitus supinus, pronus, & in latera. Plin. lib. 28. cap. 4, Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera aduersum distillationes.
Cubitus sibi sternere foliis. Plin. lib. 24. cap. 9.

Cubile, huius cubilis, penult. prod. {εὐνή, κοῖτη, στιβάς} pro lecto sumitur, quòd in eo cubetur. Cic. 2. Tuscul. Abducet Patrocles credo, vt collocet in cubili, vt vulnus obliget.
Terra cubile erat Anacharsi. Cic. 5. Tuscul.
Cubile & Lectulum suum, nulli sunt inuenti tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non saluum esse velint. Cicero 4. in Catilin.
Atrum. Seneca in Thyeste, 1.
Castum. Valer. lib. 2. Argon.
Consueta. Ouid. 11. Metam.
Humana. Propert. lib. 2. eleg. 3.
Hybernum. Claud. 1. Paneg.
Ingratum. Virgil. Æneid. 12.
Obscurum. Seneca Hippol. 4. Patrium. Ouid. 15. Metam.
Prædura. Claud. de bello Getico.
Secreta. Ouid. 1. Fast.
Tacitum. Catul. epig. 6.
Viduum. Ouid. epist. 15.
¶Ascendere cubile. Virgil. Æneid. 12.
In cubili collocare aliquem. Cic. 2. Tuscul.
Inire cubile alterius. Cic. Pæto, lib. 9.
Instratum. Virgil. 3. Georg.
Ponere cubile. Virgil. 6. Æneidos,
-primísque in faucibus Orci
Luctus & vltrices posuere cubilia Curæ.
Sociare cubilia cum aliquo. Ouid. 10. Metamorphoseos,
Vnus eras cum quo sociare cubilia vellem.
Temerare cubile patrium. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Non audita tibi est patrium temerasse cubile. De Nyctimene.
Vsurpare duplex cubile dicitur mulier, quum adulteratur. Cicero Pæto, lib. 9. 22.
¶Cubilia & nidi gallinarum & auium. Cic. 1. de Nat. deor.
Delitescunt cubilibus bestiæ. Cic. 2. de Nat. deor.
Moliri cubilia ferarum. Quintil. lib. 2. cap. 16.
¶Rimosa cubilia, pro aluearius. Virgil. 4. Georg.
¶Dura cubilia ferri eruere, Ferri fodinas effodere. Valerius lib. 5. Argonauticõn,
Nam prius ignoti quàm dura cubilia ferri
Eruerent, &c. De Chalybum populo.
Congesta cubilia blattis. Virgil. 4. Georg.
¶Fraudum cubilia. Claud. 2. Paneg.
Cubilia auaritiæ alicuius. Cic. 4. Verr. Vt omnes mortales istius auaritiæ, non iam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint.
¶Cubile salutatorium, in quo simulacra deorum imponi solent: quod & lararium alio nomine dicitur. Plin. lib. 15. cap. 11.
¶Cubile etiam dicitur de structura. Plinius libro 36. capite 14, Ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac voce Vitruuius lib. 2. cap. 8.

Cubiculum, pen. corr. {κοιτών, θάλαμος} Locus in quo cubile sternitur. Cic. 4. Verr. Tantáq; ambitione prouinciæ totius in vno cubiculo inclusa.
Præpositus cubiculo. Sueton. in Domitiano, cap. 16.
Lares cubiculi. Sueton. in Domitiano, cap. 17.
Cubiculum amplum, quod altera fenestra admittit Orientem, Occidentem altera retinet. Plin. Iunior, lib. 2. epist. 17. ad Gallum.
Cubiculum in absida curuatum. Plinius Iunior, lib. 2. epist. 17. ad Gallum.
Dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit. Plin. Iunior, lib. 5. epist. 6. ad Apollinarem.
Cubiculum politissimum, grande, æstiuum, hybernum, omnibus ventis subductum, noctis & somni. Plin. Iunior, libro 2. epist. 17. ad Gallum.
Cubiculum à proxima platano viride & vmbrosum. Cubiculum hyeme tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur. Cubiculum obuium soli maximè hyberno. Plin. Iunior, libro 5. epist. 6. ad Apollinarem.
In cubiculum se recipere omnibus summotis. Sueton. in Domitiano. cap. 16.

Cubicularius {κατευναστής, κοιτωνίτης} Qui in cubiculo ministrat. Cic. 5. Verr. Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt.
Decurio cubiculariorum. Sueton. in Domitiano, cap. 17, Saturius decurio cubiculariorum, & quidam è gladiatorio ludo vulneribus septem contrucidarunt.

Cubicularius, Adiectiuum {κοιτωνικὸς} vt Cubicularia lucerna, Martial. libro 14.

Cubicularis, & hoc cubiculare, pen. prod. {κοιτωνικός} Quod pertinet ad cubiculum. vt Cubicularis lectus, Cic. 5. Tuscul.
Cubicularis, pro Cubiculario. Sueton. in Nerone, cap. 38, Incendit vrbem tam palàm, vt plerique consulares cubicularésque eius, cum stupa tedáque in prædiis suis deprehensos non attigerint, &c. Quædam exemplaria legunt cubicularios.

Cubiculatus, pen. prod. Adiectiuum. vt, Triremis cubiculata. Seneca lib. 7. De benef. cap. 20, Cui triremes & æratas nõ mitterem, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lasciuientium mittam.

Cubitor, pen. corr. huius cubitoris. Colum. lib. 6. cap. 2, Propter quod vtilius est citra corporis vexationem fame potius & siti cubitorem bouem emendare.

Cubus, Mathematicis. Euclid. 7. Elemen. Cubus verò, qui æqualiter æqualis æqualiter. vel, qui à tribus æqualibus numeris continetur. Et in 11. Elem. Cubus est figura solida, quæ sex quadrãs æqualibus continetur.

C V C

Cucubo, cucubas, penul. corr. cucubare, Proprium est vocis noctuæ. Author Philomelæ in operibus Ouidij,
Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cucullo, cuculionis {κουκούλλιον} Est (vt Iulius Capitolinus docet) genus pilei viatorum, quo capite obtecto, vagari nocte solent.
Cucullionem, pro cuculo videtur accipere Cato, cap. 3, Funes veteres sarciri, nouósque fieri: cẽtones, cuculliones familiam oportuisse sibi sarcire. Videtur esse à cucullus, forma Græca diminutiuum, sicut ab homine homuncio.

C V C V L V M {κούκουλον} Latinorum oppidulum est, in via Valeria, cuius meminit Strabo lib. 5.

Cuculus, vel cucullus {κόκκυξ} Auis nota. Horat. 1. Serm. satyr. 7,
-cui sæpe viator
Cessisset, magna compellans voce cucullum. Viatores solebãt cultores & vinitores serò colẽtes, appellare cucullos, in desidiei probrũ. Hinc Plin. lib. 18, Dũ sciat, inquit, inde natã exprobrationem fœdam putantiũ vites per imitationem cantus alitis tẽporariæ, quam cucullum vocant: dedecus enim habetur, opprobriumque meritũ falcem ab illa volucre in vite deprehendi, vt ob id petulantiæ sales, etiam quum primo vere laudantur, auspicio tamen detestabiles videantur.
Et cuculi cuculant: fritinit rauca cicada. Author Philom. 7.
Cuculum, maritum vocat mulier apud Plautum, qui cum alienis vxoribus dormiebat, quòd cucullus auis, quum tempus suæ partitudinis appetit, nidum auiculæ, cui curruca nomen est, animaduertit, in eiúsque nido exclusis i lius ouis, oua sua enititur. In Asin. 16,
At etiam cubat cuculus, surge amator, i domum.
¶Cucullus, capitis tegmen. Iuuenal. satyr. 6,
Sumere nocturnos meretrix augusta cucullos.
Santonicus cucullus. Iuuenal. satyr. 8.
¶Cucullus, Papyraceum tegmentum quo pigmentarij vtuntur.

Martial. libro 3. 2, Vel thuris, piperisque sis cucullus. De libro suo loquitur.

Cucullis tectum caput. Martial. lib. 11. epig. 99,
Non te cucullis afferet caput tectum.

Cucullatus, pen. prod. Adiectiuum, Quod cucullum habet. Colum. lib. 11. cap. 1, Cultam, vestitámque familiam vtiliter magis habeat, quàm delicatè, id est munitam diligenter à frigoribus & imbribus: quæ vtrunque prohibentur optimè pellibus manicatis, centonibus confectis, & sagis cucullatis: idq; si fiat, omnis penè hyemalis dies in opere tolerari possit. Quædam exemplaria hoc loco legunt sagatis cucullis: verùm falsò. Nam idem Colum. lib. 1. cap. 8, idem docet iisdem verbis: nisi quòd pro sagis cucullatis, scripsit sagis cucullis: nisi etiam cucullatis legendum sit: aut cucullis adiectiuum sit.

Cucuma, cucumæ, penul. corr. {κουκούμιον} Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. Petron. Arbit. in Satyr. Frangitur ceruix cucumæ, ignémque valescentem restinguit. ¶Cucuma item appellatur tuguriolum exiguum, in quo pauperiores habitabant. Martial. lib. 10,
Torquatus nitidas Pario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Oracilius. ¶Budæus scribit cucumã etiam genus esse baculi ferrati. Martian. l. 1. D. ad l. Corn. de sicar. Sed si claui percusserit, aut cucuma in rixa, quãuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam. De cucuma vide Politianum in Miscellaneis.

Cucumella, cucumellæ, Diminutiuum {κουκουμίδιον} apud Alphen. l. si quando. D. si seruit. vendic. Genus est vasculi curui, quod, vt arbitror, à forma cucumeris nomen suum inuenit, ad eundem vsum, ad quem & labra & crateres paratum. Hæc ex Connano.

Cucumer, vel cucumis, pen. corr. huius cucumeris, mas. gen. {σίκυος} A curuore dicitur, vt ait Varro de Lingua Latina. Virgil. 4. Georg.
Cresceret in ventrem cucumis, nec sera comantem.
Cæruleus cucumis. Propert. lib. 4. eleg. 2.
Tortus cucumis. Virgil. 4. Georg.
Cucumere vescens mulier, lænam texe. Prouerbium, quod ideò dici videtur, quia, vt ex Aristotelis doctrina, textrices parte plurima veneriæ sint, ac impudicæ. Cucumeres verò coitus prolubia conciunt, vti rentur nõnulli: vnde σίκυον appellatum tradunt, παρὰ τὸ σεύεσθαι καὶ κυεῖν. Ex Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 4.

Inflectitur etiam Cucumis, huius cucumis: vnde datiuus cucumi. Plin. lib. 19. cap. 11, Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi. Et accusatiuus cucumim. Plin. lib. 20. cap. 1, Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum cõtra scorpionum ictus. Et ablatiuus cucumi. Plin. lib. 20. cap. 9, Cum vino, aut cucumi cocto.

¶Cucumis anguinus, siue syluestris {σίκυος ἄγριος} Herba est solo fructu à satiuo cucumere distãs, quem multò minorem habet, glandibúsque longiusculis similem. Officinæ *cucumerem asininum* appellant. Succum eius Elaterium vocant, ὅτι τὸ ἐλαύνειν, hoc est ab expellendo, siquidem & menses mulierum retentos expellit, & grauidis abortum facit. Vide Plin. lib. 20. cap. 1.

¶Cucumis, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11.

Cucumerarium {σικυών} Locus in quo sunt cucumeres.

Cucurbita, huius cucurbitæ, pen. corr. {κολοκύνθη} Olus in hortis nascens. Plinius lib. 19. cap. 5, Cucurbita quoque omni modo fastigiatur vaginis maximè vitilibus, coniecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerunque & draconis intorti figura. Libertate verò pensili concessa, iam visa est 1 x. pedum longitudinis. Ibidem plura.

Tumido ventre cucurbita. Propert. lib. 4. eleg. 2,
Cæruleus cucumis, tumidóque cucurbita ventre.

¶Cucurbita, quam vulgus *ventosam* nominare solet, quòd spiritibus ac ventis è corpore proliciendis accommodata sit. Iuuen. sat. 14,
Vnde tibi frontem, libertatémque parentis,
Quum facias peiora senex? vacuúmque cerebro
Iampridem caput hoc ventosa cucurbita quærat? Hoc est, vt meritò tibi è capite sanguis sit educendus, vt fieri solet in delirio. Corn. Celsus lib. 3. cap. 19, de Phreniticis, Neque alienum est, si neque sanguis antè missus est, neque mens constat, neque somnus accedit, occipitio inciso cucurbitulam admouere. Hæc Celsus. Porrò cucurbitarum omnis ratio actióque, ex vacui in rerum natura odio fugáque proficiscitur. Aere enim ac vento ipsarum intus vel igni consumpto, vel ore exucto, vi magna ac necessaria, qua parte cuti applicantur, scarificatæ quidem sanguinem, integræ verò spiritus flatúsq; vehementer citóque proximos quosque primùm, tum & remotiores euocant atque eripiunt.

Cucurbita medicinalis. Plin. lib. 32. cap. 10, Hirudinum eadem ratio, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda sanguine, spiramenta laxanda, iudicatur.

Cucurbitula, pen. corr. Diminutiuum {κολοκύνθιον} Parua cucurbita.

Cucurbitula {σικύα} Est quam nos *ventosam* dicimus, qua medici vtũtur ad sanguinem leui scarificatione educẽdum. Cels. lib. 2. cap. 11, Cucurbitularum duo genera sunt: æneum, & corneum. Ænea, altera parte patet, altera clausa est. Cornea altera parte æquè patens, altera foramen habet exiguum. In æneam lineamentum ardens conicitur: ac sic os eius corpori aptatur, imprimitúrque, donec inhæreat. Cornea per se corpori imponitur, deinde vbi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, supérque cera cauum id clausum est, æquè inhærescit.

Accommodare cucurbitulam. Cels. lib. 7. cap. 2.
Adhibere. Cels. lib. 2. cap. 11.
Admouere. Cels. lib. 3. cap. 19.
Defigere. Cels. lib. 4. cap. 14.

Cucurbitinus, pen. prod. {κολοκυνθίζις} Adiectiuum. vt, Cucurbitina pyra, cucurbitinæ ficus dicuntur ob cucurbitæ similitudinem. Cato capite 7.

Cucurbitare, apud Feudistas dicitur vasallus, qui domini vxorem adulterat, vel ad crimen istud saltem sollicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurum, aut sororem eius polluit. Zasius de feud. priuatis.

Cucurio, cucuris, pen. prod. cucurire, Gallorum gallinaceorum proprium est. Author Philomelæ in operibus Ouidij,
Cucurire solet gallus, gallina gracillat.

C V D

Cudo, cudis, cudi, cusum {κόπτω, κεκόπτω} cudere. A cædendo dictum, inquit Festus: & est propriè Ferire, percutere. Colum. lib. 2. cap. 21, Ac durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus.

¶Cudere nummos vel argentum. Terent. Heaut. 4. 4,
Quam rem agis scelus? s. egóne? argentum cudo.

¶Cudere multa misera oculis. Plaut. Capt. 5.

Cudere tenebras alicui, apud Plautum.

¶In me hæc cudetur faba. Terent. Eunuch. 2. 3. Vbi Donatus, Id est in me hoc malum rẽcidet, in me hæc vindicabitur culpa: vt laborat solum in quo cuditur, id est batuitur faba, quum siliquis exuitur tusa fustibus, vt in areis more rusticorum fit. Vel quòd quidam malè coctam fabam, & quæ non maduerit, sed dura permanserit, supra caput coqui, velut ipsi fabæ irati, saxo comminuunt, tum vniuersum malum & omnis dolor ad coquum peruenit. Simile & alibi à pulmento prouerbium est, Tute tibi hoc intristi, omne est exedendum, accingere.

Cusor, cusoris, Verbale. Liuius, Triumuiri mensarij creati sunt, hique nummulariis, & monetæ omnis generis cusoribus præerant.

Cudon, cudonis, masc. gen. pen. prod. {κώδων} Pellem crudam significat, qua vice galeæ nonnulli solebant vti ad munienda capita. Silius libro 16,
Scipio contorquens hastam, cudone comantes
Disiecit crines.

C V I

Cuias, cuiãtis, pen. prod. om. gen. {ποδαπός} Interrogatiuum gentilitium. Cic. 5. Tuscul. Socrates quidem quum rogaretur cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit, totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur.

Cuias es tu? Respondendum, Gallus, Romanus. &c. Vel dubitatiuè, Nescio cuias sit iste. Vel relatiue: vt, Ego sum Gallus, cuias es tu.

¶Cuias, pro Cuius sectæ. vt, Cuiates philosophi estis? Stoici, ne an Epicurei? Valla lib. 2.

Cuiatis, & hoc cuiate, dicebant veteres. Plaut. Curcul. 3,
Quid eum nunc quæris, aut cuiatis?

Cuius {τίνος} cuia, cuium, antiqui dicebant, vt meus, mea, meum. Virgil. eclog. 3,
Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi? Terent. And. 4. 4,
Cuium puerum hic apposuisti? Idem Eunuch. 2. 3, Quid virgo, cuia est?

Nunc potius interrogamus per cuius, genitiuum à qui quæ quod, ad quem non respondetur semper in eodem casu in possessiuis tam pronominibus quàm nominibus. Plaut. Amphit. 4,
Cuius es? s. Amphitruonis inquam Sosia.

¶Cuia res est. Cic. 3. Verr. Vt optima cõditione sit is, cuia res sit, cuium periculum?

Cuia interest. Cic. pro Murena, Ea cædes potissimùm crimini datur ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit.

¶Cuius & Cuiatis, hæc est differẽtia. Cuius ad personam refertur hominis: Cuiatis vnde significat. Accius Teleph. Qui neque cuiatis esset vnquam potuimus multi rogitantes scire. Nonius.

Cuiusmodi. pen. corr. {ποίας τις, ὁποῖός τις} Vox est indeclinabilis, composita ex genitiuo cuius à quis, & modus. Plaut. Menæch. 6,
-cuiusmodi homines erunt?

Cuiusmodi, aliter. Cic. 5. Tuscul. Vbi enim melius vti possumus hoc, cuiusmodi est, otio? In vetusto exemplari scripto legitur cuicuimodi. Idem 2. de Inuent. Quòd si hæc cum summè inutilia, tum multo turpissima sint, legem cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus. In scripto exemplari antiquo legimus cuiuscemodi.

Cuiusmodi, admiratiuum. Plaut. Mostel. 11,
Cuiusmodi gynæceum! quem & porticum!

Cuiusdammodi {τρόπου τινός} Cic. 2. de Diuinat. Num etiam si fissum cuiusdammodi fuerit in iecore, lucrum ostenditur?

Cuiusmodicunque {ὁποιονοῦν} Cic. pro A. Cluentio, Nam illud me nõ prætererit, cuiusmodicunque mater sit: tamen in iudicio filij, &c.

Cuiuscunquemodi {ὁποιουσοῦν} Salust. in Catil. Neque solum ciues, sed cuiuscunquemodi genus hominum.

Cuiusquemodi {ὁποιουτινος} Cic. pro Flacco, Sed tamen iudicium fieri videtur, quum tabulæ illæ ipsæ, cuiusquemodi sunt, proferuntur.

Cuiusquemodi, pro Omnis generis. Cic. 2. de Finib. Quum enim feratur quasi torrens oratio, quamuis multa cuiusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas.

Cuicuimodi. Cicero Attico, lib. 3. epist. 22. in fine, Ad me velim omnia quamdiligentissimè cuicuimodi sint, scribas. Hoc est siue læta, siue tristia.

Cuiuis tempori homo. Vide Q V I V I S.

C V L

C V L. Cultores. C V R. Curionum, Curiarum, vel Cursor.

Culcitra, huius culcitræ, pen. corr. {ὑπόστρωμα} Est, inquit Valla lib. 6. cap. 46, tam lanea, stupea, & siquid est eiusmodi, quàm plumea. Sipontinus, Culcitræ generali nomine vocari possunt omne stragulum in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit. Varro lib. 4. de Lingua Latina, Posteaquam transierunt ad culcitras, quòd in ea sagum, aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta. Cic. 3. Tuscul. Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. ¶Culcita alias scribitur.

Culcitra cubicularis. Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 4.

Culcitram

Culcitram gladium facere,& ei incumbere,Eſt ſe occidere. Plaut. Caſin.6.

Culcitra tumeat.Martial.lib.11,

Leuconicis, agedum,tumeat tibi culcitra,lanis.

Culcitra,ait Feſtus,quòd tomento inculcatur,appellata.

Culcitrula, pen. corr. Diminutiuum {τυλάριον.} Plaut. Moſtel.8, Is me ſuam quidem pol optat culcitrulam.

Culcitula. Faſciculus quidam ligneus in ſacris dicebatur. Feſtus.

Culeit {τινὸς ἀντὶ} Pro qualis eſt,neutro genere poſitum eſſe pro maſculino apud Plautum in Amphitryone,6,

Ecaſtor condignum donum culeſt,cui dono datum eſt. Annotauit Nonius. Fortaſſe non culeſt,ſed caleſt,pro quale eſt,legendum apud Plautum, vt vetera exemplaria legiſſe videntur. Sed hæc omnino antiqua ſunt.

Culeus,huius culei,pen.corr. {κωλεός} Vter ſiue ſaccus,lino vel canabi vel corio factus:ab occulendo,id eſt claudendo.Plin.lib.7.cap.20, Iunius Valens meruit in Prætorio diui Auguſti centurio, vehicula cum culeis onuſta,donec exinanirentur,ſuſtinere ſolitus.

¶In eo etiam ſceleſtiſſimi homines, ac præſertim parricidæ, cum ſimia & gallo & ſerpente inſuti in mare iniiciebantur ex lege Pópeia. Cic. pro Roſcio Amerino, Verum mallit ceruices Roſcio dare,an inſutus in culeum ſupplicium parricidarum, per ſummum dedecus vitam amittere? Iuuenal.ſatyr.8.

In culeum deiicere aliquem.Cic.2.de Inuent.

Inſutus culeo. Vide I N S V O.

¶Culeus, menſura vicenas amphoras continens, vel vrnas quadragenas,qua nulla maior menſura liquoris. Plin.lib.14.cap.4.de vinea Palæmonis grammatici loquens, Digna opera,quæ in Cæcubis Setinîſque agris proficeret, quando & poſtea ſæpenumero ſeptenos culeos ſingula iugera, hoc eſt amphoras centenas quadragenas muſti dederit. ac nequis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. Hæc Budæus.

Culeus, modios noſtros duos & ſemis capiebat: id eſt ſexaginta Romanos. Budæus libro 5. de Aſſe. ¶Sunt qui ſcribant culleus,duplici ll.

¶Culeum vel culleum neutro genere dici probat Nonius ex Varrone de Re ruſt.lib.1,In ſingula iugera,dena culea vini ſiunt.

Culeolus,pen.corr. {κωλεΐδιον} Diminutiuum.

Culeola(inquit Feſtus) ſunt cortices nucũ viridium,à ſimilitudine culeorum,quibus oleum aut vinum continetur.

Culearis,& hoc culeare,pen.prod. {κωλεάριος} vt,Culeare dolium,quod capit culeum. Cato cap.112, Vbi hauſeris de mari,in culeare dolium infundito.

Culeare labrum,apud Catonem,vinis admetiendis.

Culex, huius culicis,pen.corr.maſc.g. {κώνωψ} generali nomine dicitur vermiculus omnis alatus.Vide Plin.lib.11.cap.2. Plaut.Curc.10, Vt muſcæ,culices,pedéſque,pulicéſque,cimices. Culices,inquit Sipontinus, acceſcens vinum gignit: quos Ariſtoteles culices vinarios vocat. Colum.lib.11.cap.3, Qui æſtate iſta feret, caueat ne propter ſiccitates culex adhuc tenera folia prorepentia conſumat.

Culex,Minutiſſimum eſt inſectum gregatim & confertim volans ſole ferè aduerſo,& aere ſereno, potiſſimum ſuper aquas,ſed & alibi, mordet acriter ſuo ſtimulo. *Vn couſin*.Picardi, *moucheron*.

Mali culices.Horat.ſerm.ſatyr.5.

¶Culex, Figuratè pro amatore,quòd cum ſua promuſcide formoſorum & formoſarum cutem culices pertundant, & tanquam quodam ſiphone ſanguinem eliciãt, ac amore quodam eorum capti eſſe videantur. Plautus,

Eho tu nihili cana culex,vix teneor,quin quæ decent

Te dicam. Turnebus.

Culiciarius {κωνωπίας}Apollo dictus,&hoc nomine in Attica cultus eſt, quòd infeſtos culices ex agris propulſaret, vt ſcribit Alex. ab Alex. lib.1.cap.13.

C V L I C I ,Iſtriæ populi,Venetis finitimi,vt ſcribit Plin.lib 3.cap.19.

Culigna { κυλίχνη } Vas potorium. Cato, Culignam in fœno Græco ponito, vt bene oleat. Hæc Feſtus. Cato cap. 132, Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto.

Culina,pen.prod. {μαγειρεῖον} Locus in quo coquuntur epulæ in funere,inquit Feſtus. Varro de vita Pop. Rom.lib.1, Qua fini ſit antiqua & poſtica. in poſtica parte erat culina:dicta ab eo,quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. quàm fuerint anguſtus paupertatis coactæ,ipſa nomina declarant.

A colo colina,nunc culina dicitur. Cicero ad Caſſium,lib. 15. 18, Vbi igitur, inquies, philoſophia tua? & quidem in culina mea moleſta eſt.

Studioſa culinæ mulier.Horat.2.Serm.ſatyr.5.

A magna non degenerare culina.Iuuenal.ſatyr.14.

Culinarius,culinarij. Scribonius Largus, Teruntur ex cinere lixiua, qua culinarij vtuntur.

Culinæ,loca quædam publica in ſuburbanis dicebantur,inopum deſtinata funeribus:vt ait Aggenus in libro de limitibus agrorum.

Culix, Herba eſt, qua trita ſemen cucumerorum maceratum ſeri iubent,vt ſine ſemine naſcantur. Author Plin.lib.19.cap.5.

C V L L V, Numidiæ oppidum,cuius meminit Plin.lib.5.cap.3.

Culmen, huius culminis, penult.corr.neut.gen. {ὀροφή,ὕψωμα} Quod culmis tegitur:quia veteres ædificia culmis contegebant,id eſt paleis meſſoriis,inquit Seruius. Virgil.1.ecloga,

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Altum culmen.Virgil.2.Æneid.

Candida.Propert.lib.3.eleg.16.

Chara.Valer.lib.5.Argonaut.

Culmina fulta.Martial.lib.12.epig.73.

Nudatum tecto.Vide N V D V S.

Tecta domorum culmina conuellunt.Virgil.2.Æneid.

Admota æthereis culmina ſedibus, Ædium ſublimia faſtigia. Seneca Hippol.11.

Culmen ædis Iouis,fulmine ictum.Liu.7.bel.Pun.

Hominum,ac deorum.Virgil.4.Æneid.

¶Culmen,Summitas alicuius rei.Plin.lib.9.cap.35,Principium ergo culménque omnium rerum pretij margaritæ tenent.

Summum Iouis culmen.Sil.lib.3.

Paſtorale.Claud de bello Getico.

Regale culmen,Regia maieſtas.Claud.4.Paneg.

Peruenire ad culmen. Plin.lib.15.cap.15,Pars hæc vitæ iampridem peruenit ad culmen.

Culmen hominis. Liu. 1. ab Vrbe,Circa ſummum culmen hominis auſpicium feciſſe.

¶Culmen,pro culmo ſiue ſtipula. Ouid.4.Faſtorum,

Tertia res, duræ culmen inane fabæ. Hoc eſt fabæ culmus, qui ſuapte natura inanis eſt & vacuus.

Culminia olea apud Colum.lib.5.cap.8.

Culmus,huius culmi {καλάμη,καλαμίσκος} qui & colmus,m. gen. Frumenti calamus à radice vſque ad ſpicam: dictus quòd colatur. Virgil.1.Georg. -ne grauidis procumbat culmus ariſtis. Vbi Seruius,Culmus,iunctio ſpicarum. Ibidem,

Culmúmque leuem,ſtipuláſque volantes. Vbi Seruius, Culmus dicitur ipſe calamus:Stipulæ verò,folia quæ ambiunt culmum.

Cerealis culmus.Virgil.2.Georg.

Culmi meſſis crepitantes.Sil.lib.13.

Fragilis.Virgil.1.Georg.

Geniculato culmo erecta herba.Cic.de Senect.

Leuis.Virgil.1.Georg.

Pallentes.Stat.3.Sylu.3.

Surgentes in ſegetem.Lucan.lib.6.

Romuleóque recens horrebat regia culmo.Virgil.8.Æneid. Curiam Calabriam dicit,quam Romulus texerat culmis. Seruius.

Culpa,culpæ {αἰτία,ἔγκλημα} Eſt eius,inquit Donatus, qui inſciens aliquem læſit. Plaut.Epid.14,

Mihi vt ignoſcas,ſiquid imprudens culpa peccaui mea. Cic.1.Offic.

Ne maior pœna quàm culpa ſit,cauendum.

Culpa,mea,tua,eius,&c.Ablatiuus. Plaut.Ciſtel.2,

Sed mea ego culpa & ſtultitia peius miſera maceror. Cic.Q.fratri, lib.1.1, Cõtracta ipſorum culpa moleſtiſſime ferre homines debent.

Anceps culpa.Plin.lib.17.cap.22.

Iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit,mea recepti.Cic.in Orat.

Accidit culpa eorum.Cic.Q fratri,lib.2.15.

Nemo,niſi ſua culpa, diu dolet.Quintil.in proœm.6.lib.

¶Culpa abſtinere.Plaut.Menæch.17.

A culpa facinus ſcitis abeſſe mea.Ouid.1.Triſt.eleg.2.

Abeſſe culpam.Cic.Famil.12.

Abhorrere à culpa,Id eſt remotum eſſe à culpa,Cic.2.de Inuent.

Accuſare culpam.Cic.pro Plancio.

Amittere. Vide A M I T T O.

Amouere,vel(vt Acron legit)emouere.Horat.4.Carm.ode 15.

Arguere aliquem culpæ.Liu.lib.1.Decad.5.

Aſſignare fortunæ. Vide A S S I G N O.

Attribuere alicui.Cic.7.Verr.

Auertere in aliquem. Vide A V E R T O.

Augere cum indignatione.Cic.2.de Inuent.

Celare.Ouid.2.Metam.

Carere.Cic. Torquato,lib.6.1.

Caſtus à culpa. In C A S T V S.

Pectora culpa ceſſant.Sil.lib.13.

Coarguere culpam aliquorum.Cic.Attico,lib.9.

Culpam commereri.Plaut.Capt.7.

Committere. In C O M M I T T O.

Commiſſa culpa.Cic.Tironi,lib.16.12.

Ferro culpam compeſcere. Virgil.3.Georg.

Culpam conferre in alterum. Terent.Eunuch.2.3.

Conijcere in aliquem. Vide C O N I I C I O.

Conſortem eſſe culpæ.Ouid.3.Faſt.

Contaminare ſe culpa.Cic.ad Herennium.

Contrahere aliquid culpa ſua. In C O N T R A H O.

In culpam conuertere fortunam.Cic.pro Rab.Poſth.

Ob culpam damnare aliquem.Cic.1.de Orat.

Deprenſa culpa.Seneca Hippol.5.

Deriuare culpam in aliquem.Cic.4.Verr.

Dimouere ab aliquo,Cic.2.de Inuent.

Vitio & culpæ dare alicui ſummam laudem. Cicero pro Roſcio Amerino.

Dare veniam culpæ.Ouid.epiſt.7.

Pœnam culpæ effugere non poſſe.Cic. Tironi,lib.16.16.

Ex culpa eximere aliquem.Cic.2.de Inuent.

Exoluere aliquem culpa. Tacit.lib.10.

Fingere culpam.Ouid.Amor.2.eleg.19.

Hærere culpam in aliquo.Terent.in Hecyr.

Mens ignara culpæ.Stat.lib.4.Sylu.6.

Impellere in culpam aliquem.Catul.15.ad Aurelium.

Impingere in aliquem.Vide I M P I N G O.

Imponere nomina culpæ.Ouid.7.Metam.

Inclinare culpam. Vide I N C L I N O.

Inſcius culpæ.Virgil.12.Æneid.

Interuenit culpa.Vlpian.l.ſi procuratorem.§.vltimo. D.mand.vel contra.

Inuenire aliquem in culpa.Vide I N,& I N V E N I O.

Liberare culpa aliquem.Cic. Attico,lib 13.

Liberare aliquem culpæ.Liu.lib.1.Decad.5.

Luere culpam.Sil.lib.13.

Occuluit culpam parentum.Stat.lib.3.Sylu.3.

Morte alicuius piare culpam.Virgil.2.Æneid.

Extra omnem culpam cauſámque ſeſe ponere.Cic.2.de Vniuerſ.

In culpa & ſuſpicione ponere aliquos.Cic.pro Cluentio.

Præstare culpam. Cic. Torquato, lib. 6. 1, Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præscribit, vt nihil in vita nobis præstandum, præter culpam, putemus. Vide P R AE S T O.

Hoc prætexit nomine culpam. Virgil. 4. Æneid.

Properare culpam. Ouid. epist. 23,
Ah cur nescio quam properauimus hei mihi culpam.

Reciditur culpa supplicio. Horat. 2. Carm. ode 24.

Redimere culpam. Plancus Ciceroni, Famil. 10.

A culpa remoueri. Cic. pro Murena, Non & illa piè fecit, & hic à culpa remotus est.

Residet culpa in aliquo. Brutus Ciceroni, 16. 5.

Subire culpam. Claud. 1. in Eutrop.

Succumbere culpæ. Virgil. 4. Æneidos,
Huic vni forsan potui succumbere culpæ.

Se summittere culpæ. Ouid. epist. 4.

Suscipere culpam. Cicero, Vt aliquid culpæ suscipere se putarent recusando.

In culpa esse. Cic. de Amic. Et hic honos veteri amicitiæ tribuendus est, vt is in culpa sit qui faciat, non qui patiatur iniuriam.

Extra culpam esse. Cic. 7. Verr.

Culpa hæc à me procul est. Terent. Adelph. 3. 2,
-quando ego conscia mihi sum, à me culpam esse hâc procul.

Non est mea culpa, sed tua. Martial. lib. 11. epig. 80,
Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa.

Culpa in eo est. Cic. de Amic. Maxima autem culpa in eo est qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur.

Fati ista culpa est. Seneca OEdipo, 14.

Sustinere culpam alicuius rei. Cic. Attico, lib. 7.

Legis culpam sustinere & præstare. Cic. 3. de Legibus, Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet: quo authore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis.

Erroris humani culpa teneri. Cic. pro Marcello, Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus.

In media teneri. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.

Transferre omnem in alium. Cic. Attico, lib. 15.

Deprehensam pertinaciter tueri. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Vacare. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Vanescit culpa. Ouid. 1. Amor. eleg. 8.

Vitare. Horat. de Arte poetica.

Vocari in culpam. Quintil. lib. 7. cap. 3.

¶ Nouissimus in culpam. Tacit. lib. 1, Quin potius, vt nouissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus.

Ad culpam causas dare. Virgil. 2. Georg.

¶ Fides culpæ. Seneca Agamemn. 4.

Fuga culpæ. Horat. de Arte poet.

Culpæ liberatio. Cic. pro Ligario. Quum à te non solùm liberationem culpæ, sed errati veniam impetrauissent.

Proditor culpæ. Ouid. 2. Amor. eleg. 8.

Temporum culpa. Cic. Attico, lib. 9.

Nostrapte culpa. Vide N O S T E R.

Sceleris coacti culpa. Seneca Troade, 10.

¶ Difficilis via culpæ. Ouid. epist. 16.

Anceps. Plin. lib. 17. cap. 22.

Infausta. Sil. lib. 13.

Potare culpa magistra. Horat. 2. Serm. satyr. 2. Id est sine archiposia. Porphyr. Potant itaque culpa magistra, qui nullum præter ipsius culpæ fœditatem timent magistrum, qui modum excedere prohibeat. Lambinus legit cupa. Vide suo loco.

Perennis. Ouid. de Ponto, lib. 1. eleg. 1.

Professa. Ouid. 3. Amor. eleg. 13.

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille? Ouid. epist. 3.

Secreta. Seneca Hippol. 5.

Turpis. Cic. pro Rosc. Amer. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quòd duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem.

Culpæ, culparum, in plurali. Cic. 7. Verr. In hoc vno genere omnes inesse culpas istius maximas auaritiæ, maiestatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis.

¶ Culpa est apud Iurisconsultos, quod quum à diligente prouideri poterat, non est prouisum. l. 31. D. ad l. Aquil.

Inter culpam & Dolum. Dolus sceleri, Culpa verò imprudentiæ tribuitur. Ille in faciendo est: Hæc in non faciendo. Donat. ad illud Terent. in Hecyr. Non mea opera, neque pol culpa euenit. Opera est, inquit, si scientes læserimus: Culpa, si nescientes. Quorum alterum sceleris, alterum stultitiæ est. Hæc ille. Plura vide de hac differentia apud Connanum.

Latior culpa, dolus est. Celsus in l. quod Nerua. D. depos. Quod Nerua diceret latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat. mihi verissimum videtur, &c.

Culpo, culpas {αἰτιάομαι, διαβάλλω} culpare, Contrarium est verbo laudare. Terent. Eunuch. 2. 3, Quod qui rescierint, culpent? Cic. in Sallust. Quæ si tu mihi vt vitia obiicis, temeritas tua reprehēdetur, non mea vitia culpabuntur.

Carmina culpare. Ouid. Amor. 2. eleg. 4.

Faciem. Ouid. epist. 13.

Facinus. Ouid. epist. 6.

Patientiam alicuius. Cic. in Sallust.

Statuas. Martial. lib. 9. epig. 60,
Culpauit statuas, & Polyclete tuas.

Leuitas culpanda. Ouid. 2. de Arte amandi.

Arbor aquas culpat. Horat. 3. Carm. ode 1. Intelligit arborem nimia pluuia lædi. Homines verò quum læduntur, culpare illum solent cuius iniuria læsi sunt. Tribuit igitur inanimato, quod animati est. Sed ab eo quod sequitur, quod præcedere solet intelligi vult.

Culpor, culparis. Horat. 1. Serm. satyr. 2,
Laudatur ab his, culpatur ab illis.

Culpatio, Verbale {αἰτίασις} Gell. lib. 10. cap. 22, Ne ipsi quoque culpationes huiusmodi mereantur.

Culpito, culpitas, pen. corr. culpitare, Frequentatiuum. Plaut. Cistel. 5, Verum haud metuo ne iurandum nostrum quisquam culpitet. Obsoletum.

Culter, & cultrum, cultri {μάχαιρα} Quo quid abscindimus. Plautus Epid. 5. 2, -acutum cultrum habeo. Propertius,
Quum fallenda meo pollice cultra forent.

Longi mucronem admittere cultri. Iuuenal. satyr. 14.

Dare iugulum cultris. Ouid. in Ibin.

Dare vulnera fixo cultro. Ouid. 5. Trist. eleg. 8.

Sub cultro aliquem linquere, pro In præsentaneo periculo deserere. Sumptum à victima, quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur. Horat. Serm. lib. 1. satyr. 9. ad fin.

Cultro curuo viscera ferarum soluere. Seneca Hippol. 1.

Stringere cultros in sua colla. Ouid. de Nuce.

Manans cruore culter. Vide M A N O.

Culter lanionis. in l. cum de lanionis. in princ. D. de instrum. vel instruct. legat.

Cultri tonsorum. Plin. libro 28. cap. 7, Aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Culter tonsorius. Cic. 2. Offic. Qui cultros metuēs tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. De Dionysio tyranno.

Culter venatorius, de quo epigramma apud Martial. lib. 14.

¶ Culter, Pars falcis vinitoriæ, proxima capulo. Columella lib. 4. cap. 25, Est autem sic disposita vinitoriæ falcis figura, vt capulo pars proxima, quæ rectam gerit aciem, culter ob similitudinem nominetur: quæ flectitur, sinus: quæ à flexu procurrit, scalprum: quæ deinde adunca est, rostrum appellatur. cui superposita semiformis Lunæ species, securis dicitur: eiusque velut apex pronus imminens, mucro vocatur.

¶ Culter, Pars aratri. Plin. libro 18. cap. 18, Vomerum plura genera. Culter vocatur, prædensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer.

Cultellus, Diminutiuum {μαχαίριον} Varro 1. de Re rust. cap. 69, Ille flens narrat, ab nescio quo percussum cultello concidisse.

Osseo cultello diuidere. Colum. lib. 12. cap. 14.

Purgare vngues cultello. Horat. 1. Epist. 7.

Cultrarius, Qui victimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur victimarius. Sueton. in Caligula, cap. 32, Admota altaribus victima succinctus poparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactauit.

Cultellatus, pen. prod. {μαχαιροειδής} Qui formam cultelli habet. Plin. libro 32. cap. 2. Idem infixam hamo inuertere se, quoniam sit dorso cultellato, spináque lineam præsecare.

Cultratus, pen. prod. Adiectiuum {μαχαιρωτός} vt, Cultratus mucro, qui scindit velut culter. Plin. lib. 13. cap. 4, Folia cultrato mucrone.

Cultellare, verbum antiquum fuit: de quo sic Frontinus in libro de limitibus, Cultellandi ratio quæ sit sæpe quæritur, cuius præmensi soli spatium consummamus, & illam cliuorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inseruimus. Cultellamus ergo agrū eminentiorem, & ad planitiem redigimus. ¶ Cultellatus etiam lapis dicitur, vt est apud Hygenum, qui pentagoni recipit rationem.

Cultio, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix, In C O L O.

Culullus, Calix fictilis, quo in sacris vtebantur pontifices & Vestales virgines. Author Acron in Horat. 1. Carm. ode 31. ¶ Accipitur & pro vrceolo. Horat. in Arte poetica,
Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant
An sit amicitia dignus. Id est, calicibus. & est diminutiuum à culco. Acron. Multo vino inebriare. Vino explorare ingenia dignorum amicorum.

C V M

Cum {σύν, μετά} præpositio, ablatiuo casui seruit. Terent. Eunuch. 3. 2,
-haud conuenit
Vnà cum amica ire, imperatorem in via.

Recordari cum animo. Cic. pro Cluentio.

Cum istoc animo. Terent. Phorm. 3. 1, Enimuero Antipho multis modis cum istoc animo es vituperandus. Vbi Donatus, Pro huius animi. Ennius, Optima cum pulchris animis Romana iuuentus.

Statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere. Cic. 5. Verr.

Cum catenis esse. Plaut. Capt. 5,
At nos pudet, quia cum catenis sumus.

Cum causa facere. Cic. ad Q. frat. 1. 2. Sic, Cum causa dicere: cui opponitur Sine causa. Cic. 2. de Orat.

Cum clamore inuolare. Plaut. Amphit. 4.

Cum cura legere. Plaut. Milit. 10.

Cum cura aliquem curare. Plaut. Menæch. 19.

Cum decimo ager effert, vel efficit. Cic. 5. Verr. In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici seritur perpetua atque æquabili satione: ager efficit, cum octauo bene vt agatur: verùm vt omnes dij adiuuēt, cum decimo. Ibidem, Medimnum autem ex iugere decumano dari poterit, quum ager, id quod perrarò euenit, cum decumo extulisset. Budæus. Sic, Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt. Plin. lib. 18. cap. 10.

Cum dicto. Apuleius, Et cum dicto, sutili centiculo faciem suam iamdudum pumicantem præ pudore obtexit. Id est his dictis, vel statim.

Cum diluculo abiit. Plaut. Amphit. 8,
Tu dic egóne abs te abij hinc hodie cum diluculo?

Cum equis homines. Cic. 2. de Nat. deor. Quum è præfectura Reatina Romam venienti noctu duo iuuenes cum equis albis dixissent, Regem Persem illo die captum, Senatui nuntiauit.

Immissi cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Cic. 5. Tuscul.

Cum ferro in aliquem inuadere. Cic. pro Cecinna, De se autem hoc prædicat, Antiocho Ebutij seruo imperasse, vt in Cecinnam

aduenientem

aduenientem cum ferro inuaderet.

Cum fide. Cic.2. de Orat. Erit explicandum in laude iustitiæ, quid cum fide, quid cum æquabilitate, quid cum eiusmodi, &c. fecerit. Hoc est, fideliter.

Cum fide magna vir. Plaut. Trinum.15.3,

-qua sine amico mea commendau bona?

GA. Probo & fideli & fido, & cum magna fide.

Consensio in naues cum fuga. Cic.1. de Nat. deor.

Cum bona gratia dimittere aliquem. Cic. de Fato. Quod vulgus dicit, *Vt sis contentus de nobis.*

Cum hostibus pangere. Vide PANGO.

Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, cui nominatim à populo dabatur imperium, vt ait Festus. Cic. de Senect. Neque enim solum honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt, maiores natu augures anteponuntur.

Cum publico imperio legatum esse, Idem. Plaut. Trucul.3,

Nam ego Lemno aduenio, Athenas nudiustertius legatus hinc, quo cum publico imperio fui.

Moliri aliquid cum labore operoso ac molesto. Cicero 2. de Natura deorum.

Cum labore scribere. Plin. Iunior epist.19. lib.2, Quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putamus.

Cum lætitia viuere. Cic.2. de Legib. Neque solù cum lætitia viuendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi.

Cum prima luce. Terent. Adelph.5.3.

Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc. Cicero ad Atticum, lib.4, Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus propè deuiis currebat.

Dicere cum metu. Cic. pro Cluent.

Cum onere moram offerre alicui. Plaut. Pœn.14, Id est oneratum morari & retinere.

Cum pace aliquid facere. Cic.5. Tuscul. Nos illud quidem cum pace agemus.

Cum periculo. Terent. And.1.1.

Cum potestate esse, cui opponitur Priuatum esse: Dicebatur (inquit Festus) de eo qui à populo alicui negotio præficiebatur. Cicero lib.1. de Inuentione, Pecuniosus an tenuis: priuatus, an cum potestate sit.

Cum primis aliquid facere. Id est In primis. Plaut. Truc.13.

Homo cum primis honestus. Cic.3. Verr.

Cum probro. Terent. And.5.3,

Tamen hanc habere studeat cum summo probro.

Cum querimonia. Plaut. Menæch.17.

Cum re præsenti deliberare. Quint. lib.9. cap. vlt. Occasionibus vtendum, & cum re præsenti deliberandum.

Cum salute. Terent. Adelph.4.1,

-vtinam quidem

(Quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit velim, vt, &c.

Cum silentio animaduertere. Terent. in Prol. Eun.

Cum spe. Cic. pro Rab. Posthu. Id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi vsque ad extremum.

Cum bona spe adolescentes. Salust. ad Cæsarë. de Rep. ord. Multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiæ mactati sunt.

Cum bona venia audire. Liu.9. bel. Pun. Expromeret quid sentiret, cum bona venia se auditurum dicebat.

¶Cum eo, pro ea lege. Colum. lib.5. cap.1, Obsequar voluntati tuæ cum eo, ne dubites. Cels. lib.3. cap.22, de tabe, Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim, quotidiéque pluribus diebus, cum eo vt cætera quoque eodem modo seruentur.

Simul cum. Terent. Eun.2.1, Simul consilium cum re amisti?

¶Cum (*ἐπεί, ὅτε*) Aduerbium: à nonnullis duplici u & per q, quum: ab aliis per o, ante m, quom scribitur, more veterũ. Quint. lib.1. cap. De orthographia, Illa quoque seruata sit a multis difficultas, vt AD quum esset præpositio, D literam: quum autem coniunctio, T acciperet. Item CVM, si tempus significaret, per quom: si comitem, per cum: si verò causam, per q ac duas sequentes uu, scriberetur. Iungitur autem modò indicatiuo, modò subiunctiuo. Indicatiuo. Terent. Eun.2.3,

Quum huc respicio ad virginem. Cic.4. Verr. Vna nox intercesserat, quum iste Dorotheum sic diligebat, vt, &c.

Cum modò. Mart. lib.11. epigr.57,

Dormiat & tecum, qui cum modò excuba miscet,

Conuiuas niueo torserat ore puer.

Quum primum Romam veni, fuítque cui rectè ad te literas darë, nihil prius faciendum mihi putaui. Cic. Attico, lib.4.

Subiunctiuo. Terent. Eun.3.5, Quum ipsum me noris quàm elegans formarũ spectator siem. Cic. de Lege Agrar. Quum velim Romæ esse, quum commodum fit, quacunque velint.

¶Cum, vix. Plaut. Pœn.4,

Nam quum sedulò munditer nos habemus, vix ægrè amatorculos inuenimus.

Nunc quum. Terent. And.1.1,

Vt consumat nunc, quum nihil obsint doli.

Cum, tamen. Terent. Adelph.1.2,

Cum placo, aduersor sedulò & deterreo,

Tamen vix humanè patitur. Cic. pro Deiot. Quum in omnibus causis grauioribus initio dicendi commoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbant, &c. Hic pro quanuis ponitur authore Valla lib.2.

¶Quum hæc ita sint. Terent. Phorm.1.4,

-isthæc quum ita sint, Antipho, Tanto magis te aduigilare æquum est.

¶Cum populo agere, Hoc est populum ad concilium aut comitia vocare. Festus.

¶Cum sacco adire, Elegans locutio, significátque postulare vt sibi è vestigio, atque eodem temporis puncto pecunia soluatur. Paulus l. 105. D. de solut. Quod dicimus in eo hærede qui fideiussori testatoris, id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est: nec enim cum sacco adire debet. Alciatus autem ad hæredem hoc refert, quasi hæreditatem cum sacco adire non debeat. Hotomanus.

¶Cum, pro Et, interdum syllepsim facit. vt apud Ouid. Ilia cum Lauso de Numitore sati. Hoc est, Ilia & Lausus nati de Numitore. Virgil.1. Æneidos,

-Remo cum fratre Quirinus

Iura dabunt. Id est, Quirinus seu Romulus & Remus frater. Nec obstat quod præcedit, Cana fides, & Vesta, quia Seruius ait, subaudi, erit, vt sit sensus, Cana fides erit tunc, & Vesta, Id est religio erit tunc.

¶Cum, pro quòd. Plaut. Rud.14,

Ecce Gripi scelera: cum istæc res malè euenit, tibi Gripe gratulor.

Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ literæ potuerunt, vt his lectis, &c. Cic. Seruio, lib.13.25.

Benefacitis cum venitis. Author ad Heren. lib.4.

¶Cum, pro Quia vel quandoquidem. Terent. Phorm.5.8,

Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,

Cum de medio excessit, vnde hæc suscepta est tibi. Donatus.

¶Cum, pro Præterea. Terent. And.3.2,

-quandoquidem est ingenio bono,

Cúmque huic veritus est optimæ adolescenti facere iniuriam.

¶Cum, pro Præterquam quòd. Terent. Phorm.1.4,

Cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi. Donatus.

¶Cum & tum elegáter se inuicem in eadem clausula subsequútur. Quæ licet idem significent, diuerso tamen modo ordinantur. nam in CVM est quiddam minus: in TVM quiddam maius. Et hoc duobus modis fit: vt aut generale aliquid præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Et tum indicatiuo, tum subiunctiuo adhærent, vno verbo contenta.

Indicatiuo, & primo modo. Cic.1. Offic. Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Idem, Cælio lib.2.13, M. Fabio viro optimo & homine doctissimo familiarissimè vtor, mirificéque eum diligo, cum propter summum ingenium eius, summámque doctrinam, tum propter singularë modestiam. Significant ergo cum & tum sic posita, idem quod non solùm, sed etiam. Idcóque TVM ponitur in re maioris momenti, sicut ipsum SED ETIAM. Tum autë, si ue & geminatum, significant rerum æqualitatem, id est quod vulgò dicitur tam & quàm.

Coniunctiuo. Cic. ad Curionem, lib.2.2, Graui teste priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tum verò te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset vt te antè videret, quàm e vita discederet.

Quare cum dolore conficiar, tum etiá pudore. Cic. Terent. lib 14.3.

Cum & tum duobus verbis eiusdem modi iuncta. Cic.1. de Nat. deor. Cum multæ res in Philosoph a nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum.

Nam cum te semper amaui, dilexique, tum mei amantissimum cognoui, in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis: & sum totus vester & esse debeo, quum præsertim, &c. Cic. Marcello lib.15. epist.8.

Verbis diuersorum modorum iuncta. Cic. pro domo sua ad Pótifices, Sed cum me purgatum vobis esse cuperem: tum etiam vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam.

Cum & tum, cum diuersis casibus. Plin. Iunior lib.2. epist.11, Princeps præsidebat, erat enim Consul. ad hoc Ianuarius mensis, cum cætera, tum Senatorum frequentia celeberrimus.

Cum & tum distincta per adiectiua. Cic.1. Verr. Factum est vti cũ summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.

Cum, tum maximé. Cic.4. Tuscul. Cum multis in locis nostrorum hominum ingenia, virtutesque Brute soleo mirari, tum maximè his in studiis, quæ serò admodum expetita in hanc ciuitatem è Græcia transtulerunt.

Hæc ferè omnia ex Valla, Lib.2. cap.22.

Cum in cæteris ciuitatibus, tum maximè in nostra. Cicero de Claris Oratoribus.

Hæc cum summè inutilia, tum multo turpissima sunt. Cicero lib. 2. de Inuent.

Sine quo cum in vita nihil quicquam egregiũ, tum certe hoc quod tu expetis, nemo vnquam assequetur. Cic. lib.1. de Orat.

Primum tibi vt debeo gratulor: lætórque cum præsenti, tum etiam sperata tua dignitate, &c. Cic. Cælio, lib.2.8.

Itaque quum meus me mœror quotidianus laceret & conficit, tum verò hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Cicero Att. lib.3.

Cum ipsum Furnium per se vidi libentissimè, tum hoc libentius, quòd illum audiens te videbar audire. Cic. Planco, lib.10.3.

¶Annus est cum. Cic. ad Atticum, lib.13, Biennium præteriit, cum ille *κάλλιππίδης* assiduo cursu cubitum nullum processerit.

Diu est cum dentes exciderunt. Plaut. Trucul.

Nondum sex menses sunt, cum hoc commigrauit. Plaut. Pers.4.

Cic. pro Cluentio, Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur.

Tempus cum. Terent. Heaut.

Si vnquam vllum fuit tempus mater, cum ego voluptati tibi fuerim.

Cicero ad Attic. lib.2, Eandem istam virtutem veniet tempus quum grauiter gemes.

Vnum atque idem erat tempus, cum L. Flacco Consuli portas tota Asia claudebat. Cic. pro Flacco.

¶Sæpe enim de L. Crasso familiari illo tuo videor audisse, quum te togatis omnibus sine dubio anteferret. Cic. lib.1. de Nat. deor.

¶Cum præsertim, & Præsertim cum. Terent. Eunuch.5.2, Præsertim quum se ferrum fateatur tuum. Sallust.in Iugurth. cum præsertim tam multæ, variæque artes sint animi, quibus summa claritudo paratur.

Cum primum statim. Colum.lib.1.cap.5, Igitur id structuræ vitiũ cum primum statim fundamenta iaciuntur, euitandum est.

Cum minimum.Plin.lib.18.cap.16, Id sexies euenit per annos: cum minimum quater.

Cum plurimum. Plin.lib.16. cap.12, Cum plurimum bipedali hiatu, vt à terra cubito cum minimum absit.

Cunque, & Quandoque idem valent. Lambinus tamen apud Horatium Cunque poni putat pro Quouis tempore. Versus est 1.Carm. ode 32,

-ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunque salue
Ritè vocanti. Sensus autem est: Salue dulce lenimen mihi quouis tempore te vocanti. Porphyr. Cunque exponit Quotiescunque. Vide locum.

Cum maxime, vel, Vt cum maxime, Vna pars orationis, pro Nimis, vel valde, teste Donato. Terent. Hecyr.1.2,

-hanc Bacchidem
Amabat, vt cum maxime, tum Pamphilus. Cic. pro Cluent. Quæ multos iam annos, & nunc cum maxime, filium interfectum cupit.

Cum maximè. Tacit.lib.3, Littora, & lacus Campaniæ cum maximè peragrantem.

Cum tardissimè. Plin.lib.18.cap.7, Erumpit à primo satu hordeum die septimo, legumina quarto, vel cum tardissimè septimo.

Cum semel, pro Cum primum. Ouid.1.de Remed.amoris,
Cum semel exieris, centum solatia curæ,
Et rus, & comites, & via longa dabunt.

Cum alter, significat Cum altero: dictum ab antiquis ita breuitatis causa. vt sodes, pro si audes, scilicet, pro scias licet, sis, pro si vis. Ex Festo.

CVMA (κύμη) Cumæ: vel Cume huius Cumes, vrbs in Locrensi agro, qui est Ioniæ Asiæ minoris: à qua Cumæa Sibylla, quam aliqui à vicinitate loci Erythræam appellarunt. Hæc profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Silius, Linternum, & quondam fatorum conscia Cume.

CVMAE (κύμαι) Cumarum, Lucaniæ ciuitas in Italia quam Sibyllæ illustrat diuinitas: cuius libris pro Oraculo, Romana vsa est prouidentia. Seruius in illud Virg lib.3.Æneidos,
Huc vbi delatus Cumæam accesseris vrbem, &c. Euboea insula est, de cuius ciuitate Calchide profecti sunt ad nouas sedes quærendas: & haud longè à Baiis inuenerunt vacuum littus, vbi visa muliere grauida, ciuitatē condiderunt: quæ res fœcundam ostēdebat fore Rempub. & eam Cumas vocauerunt: siue ab ἐγκύω id est prægnante, siue ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est ab vndis. nam κύματα dicuntur. υ autem Latini in u vertunt, vt Byrria, Burria. Hactenus ille.

Cumis oriundus. Vide ORIOR.

Cumæus, & Cumanus (κυμαῖος) Qui ex Cumis est.
Anni Cumæi. Ouid.2.de Ponto, eleg.8. Id est Sibyllini.
Vrbs Cumæa. Virg 3.Æneid.
Vatis Cumææ cortina. Valer.lib.1.Argonaut.
Vates Cumana. Lucan.lib.5.

Cumatilis (κυματικός) color, qui & cæsius & cæruleus alio nomine dicitur. nam Græci κύματα fluctus vocant. Plaut.Epid.5, Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. Id est vestimentum cærulei coloris. Quidam Cymatilem colorem vocant.

Cumba, Vide CVBA.

Cumbo, Veteres dixerunt in tertia coniugatione, quod nunc in vsu non est, præterquam in compositis, vt Incumbo. Sipontin.

Cumera, huius cumeræ, pen.corr. Vas ingens vimineum, in quo frumenta conduntur. Siue Cumeræ dicuntur vasa fictilia similia doliis, vbi frumentum suum reponebant agricolæ. Tertio modo Cumeræ dicuntur vasa minora, quæ capiunt quinque siue sex modios, quæ lingua Sabinorum Trimodiæ dicuntur. Hactenus Acron. Horat.lib. 1.Serm.sat.1,
Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?

Cumerum, vocabant antiqui vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtensilia, quod & Camillum dicebant, eo quòd sacrorum ministrum κάμιλλον appellabant. Est autem vas hoc nuptiale, à similitudine cumerarum, quæ fiunt palmeæ vel sparteæ ad vsum popularem, sic appellatum. Author Festus.

CVMERON, Promontorium Italiæ. Plin.lib.3.cap.13, Ab iisdem colonia Ancona, opposita promontorio Cumero, in ipso flectentis se oræ cubito, &c.

Cuminum, huius cumini, pen.prod. (κύμινον) Herba vulgo nota. Eius autem duo sunt genera, satiuum & syluestre. De syluestri sic Plin. lib.20.cap.14, Cuminum syluestre est prætenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Dicitur & cyminum: frequens apud Italos & in Gallia Narbonensi huiusmodi herbæ semen, quod inter optima legumina annumeratur. Itali *Comino* vocant.

Exangue cuminum. Horat. 1. Epistol.20. Id est Pallidum, ab effectu.

Pallentis grana cumini. Pers. sat.5. Pallidum vocat, quia pallidos reddit qui bibunt. Acron.

Cummi, generis neutri, monoptoton. In fœminino tamē genere declinatur vt puppis, febris, peluis. Cinna, Alpinàque cummi. Hæc Nonius.

Cumulus, cumuli, pen.corr.m.g. (σωρός, ἐπίμετρον, θημών, θημωνία) Propriè dicitur maiorum rerum veluti quidam aceruus. Liu.10.ab Vrbe, Consulis corpus eo die, quia obrutum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit.

Immanis aquarum cumulus. Ouid.15 Metam.
Immanibus cumulis aggerare aliquid. Claud.2.in Eutrop.
Rerum cumulum, atque congestum habere. Quintilianus libro 7.cap.1.
Auri cumulos struere. Claud.1.in Eutrop.
Cumulus commendationis. Cic.ad Cæsarem, lib.13.16.
Cumulus debiti. Papin.in l.maiorem.D.de pactis.
Cumulus deliciarum. Plin.lib.13.cap.1, Nunc dicetur cumulus ipse deliciarum, & summa authoritas rei.
Dierum. Cic.de Prouinc.Consul.
Augere cumulo beneficium. In AVGEO.
Cumulum gaudij afferre. Cic.lib.16.21, Tum verò iucundissimæ tuæ literæ cumulum mihi gaudij attulerunt.
Beatus omni laudum cumulo. Stat.4 Syl.3.
Immensus aliarum super alias aceruatarum legum cumulus. Liu. 3.ab Vrbe.
Malorum maximus. Sen.Hippol.10.
Mercedis. Cic.ad Attic.lib.1.11, Iam verò (ô dij boni rem perditam) etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.
Perfidiæ. Ouid.11 Metam.
Arboreus. Ouid.12.Metam.

Cumulus accessit. Cic.pro Marcello, Tamen ad tua innumerabilia in me vnum merita, quod fieri iā posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accessit. Hoc est tanquam ad auctarium faciendum, hoc est supra numerum expletum. Bud.

Detrere cumulum de laudibus alicuius. Cic. Att.lib.16.

¶Cumulus, pro Altitudine & quasi acumine aquæ. Virgilius 1. Æneidos,
-insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Seruius.

¶Cumulus, Augmentum. Virg.2.Æneidos,
Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit, oppositásque euicit gurgite moles,
Fertur in arua furens cumulo. Seruius.

¶Cumulus est qui additur mensuræ plenæ. Festus.

Cumulo, cumulas, pen.corr. (σωρεύω, θημωνιάζω, ἐπιμετρέω, αὐξάνω) cumulare, Coaceruare, augere, superaddere.

Cumulare & adaugere. Cic.pro Sex.Rosc.

Æs alienum cumulare vsuris, Id est amplificare. Liuius 4. Decad. libro 2.

Altaria donis cumulat. Virg.11.Æneid.
Cumulare benefacta. Plaut.Capt.7,
Ergo quum optime fecisti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter.
Benefic à priora posterioribus cumulare. Plinius lib.3.epistol.4.ad Macrinum.

Cumulare gaudium, per translationem. Cic.ad Atticum, lib.4, Itaque hoc tibi verè affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, vnum, ad cumulandum gaudium, conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse.

Gaudia præmissi cumulant inopina dolores. Claud.de bel.Getico.

Cumulari gaudio. Cic.ad Attic. lib.14, Tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laud bus.

Cumulare bellicam gloriam eloquentia. Cic.1 Offic. Quidam autem ad eas laudes quas à patribus acceperunt, addūt aliquam suam: vt hic idem Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam.

Cumulare sibi inuidiam. Liu.3.ab Vrbe.
Cumulari ira. Cic.pro Cælio, Nunc meum cor cumulatur ira.
Laudibus aliquem. Tacit.lib.18.
Cumulare aliquem multis laudibus apud alios. Plinius Iunior lib. 3.epist.11.
Muneribus magnis cumulare aliquem. Virg.5.Æneid.
Cumulare officiis. Plin.lib.10.epist.26.
Cumulare scelus scelere. Cic.in Catil. Nónne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti?

Cumulatus, pen.prod. Participium (θημωνισθείς) Cic ad Dolabellam, lib.9.14. Tamen Idibus Martiis tantum accessit ad amorem, vt mirarer locum fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur.

¶Cumulatus. Mensuræ quũ impletæ sunt, æquatæ dicuntur: quum abundant, cumulatæ. Veget. Exinde prima die vnum coclearium cumulatum cum sextario vini veteris. Iterum, Singula maiora coclearia plena & cumulata commisceas. Ex Turnebo.

Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liuius lib.2. bel.Maced.

Cumulatus omni laude orator Cic.1.de Orat.
Perfecta & cumulata virtus. Cic.pro Sextio.
Cumulatus plurimis & maximis voluptatibus. Cicero 2.de Finib. Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. Idem 2. de Orat.
Vrbs strage virorum cumulata. Sil.lib.15.

Cumulatus (θημωνικός) Nomen ex Participio. vt, Cumulatissimus scelerum. Plaut. Aulul.27.

Cumulatior gloria. Liu.2.ab Vrbe. Item cumulatior mēsura. Cic. de Claris Orat.

Cumulate, pen.prod. (σωρηδόν, ἀφθόνως) Aduerbium, Abundanter. Cic.ad Appium, lib.10.29, De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam, credo te cognosse ex literis tuorum, quibus me cumulatissimè satisfecisse certò scio.

Cumulate planum aliquid facere. Cic.7.Verr.
Cumulate explere. Cic.2.de Fin.
Plene cumulatéque perfectus. Cic.2.de Diuinat. Quæ vt plenè cumulatéque perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere.
Cumulatissime gratiam referre. Cic. Vatinio, lib.5.11, Nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verumetiam cumulatissimè retulisti.

Cumulatim, pen.prod. (σωρηδόν) Aduerbium, Per cumulos. Varr. 3.de Re rust.cap.15, Quibus in tenebris, quum cumulatim positum est in doliis, fiunt pingues.

Cumprimè, Aduerbium, Idem quod valdè. Gellius libro 17.cap.2, Nam M. inquit, Manlius, quem Capitolium seruasse à Gallis suprà ostendi, cuiusque operam cum M.Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem &c. Et paulo pòst, Apprimè crebrius est, Cumprimè rarius: traductùmque ex eo est, quòd Cum primis dicebant, pro eo quod est In primis.

C V N

Cunæ, harum cunarum, plur. tantum numeri { κοιτίδες, λίκνα } Lecti in quibus iacent infantes. Cicero de Senect. Et siquis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem.

Cunarum motor. Martial.lib.11.40,
Cunarum fueras motor, Charideme, mearum,
Et pueri custos, &c.
Eximere puerum cunis. Pers.sat.2.
Violare cunas. Ouid.6.Fastorum,
Post illud neque aues cunas violasse feruntur.
Filius tener in cunis. Ouid.3.Fast.
Primis cunis educare. Ouid.3.Metamorphoseos,
Furtim illum primis Ino matertera cunis Educat.
Segmentatæ cunæ Iuuenal.sat.6.
¶Cunæ, pro Auium nido. Ouid.3.Trist.eleg.12,
Vtque malæ crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas, paruáque tecta facit. Cunas vocat hirundinipos nidos. Nota est fabula Prognes, quæ Ityn filium interfecit, ob id in hirundinem versa.

Cunabula, pen.corr. cunabulorum, n.g. plur.n. { κοιτίδια } Idem. Cic.1. de Diuinat. Qui quum esset in cunabulis, educaretúrque in Solonio, qui est campus agri Lauini.

A cunabulis, hoc est à pueritia, ab ea ætate quæ in cunabulis agitur. vt, A cunabulis sapere. Plaut.Pseud.11.

A primis cunabulis. Colum. Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audire potuerit.

In cunabulis creatus Consul: cui opponitur In campo creatus. Cic.contra Rullum, Oratione secunda.

¶Cunabula auium. Plin.lib.10.cap.33.

¶Cunabula, pro Initiis posuit Virg.lib.3.Æneidos,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ. Seruius nutrimenta interpretatur.

Cunabula iuris. Pomponius in l.2. §. deinde Sextus. D. de origin. iuris.

¶Cunabula, apud Plautum sunt fasciæ & panni, quibus pueri in cunis inuoluuntur, inuolucráque eorum lanea & lintea. Sic enim scribit in Amphitr.

Neque eum quisquam quiuit colligare in cunabulis. Nam in cunis pueri incunabulis inuoluti colligantur. Turnebus.

CVNINA, Dea erat apud veteres, quæ infantes in cunis tueri credebatur, & fascinum summouere. Author Lactantius. Eadem penè Augustin.ex Varrone, nec semel.

Cunctus { σύμπας } Adiectiuum, ad singula quæ ratio nominis complectitur, generatim refertur. Virgilius,
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Cic. Antequam iret, Quoniam laborem pro cunctis ferre consueuit.

Inter Cuncti & Omnes. Cuncti significat quidem Omnes, sed coniunctos & congregatos. At verò Omnes dicútur, etiam si sint in diuersis locis. Festus.

Cuncta Ægyptus. Cic.2.de Lege Agrar.
Cuncta ciuitas. Cic.2.Phil. In tanta lætitia cunctæ ciuitatis me vnum tristem esse oportebat?
Gens. Virg.3.Georg.
Populus. Cic. Appio, lib.3.11.
Prouincia. Plancus Ciceroni lib.10.21.
Terra. Cicero 2.de Nat.deor. Nemo cunctam intuens terram de diuina ratione dubitaret.
Cuncta camporum. Id est cuncti campi. Tacit.lib.21.
Cuncta terrarum. Horat.2.Carm.ode 1,
Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animum Catonis. Id est cuncta quæ in terris sunt.

Cunctor, cunctaris { μέλλω, μελλοντίζω, ἀναβάλλομαι, ὀκνέω, σχολάζω } cunctari, Differre, morari. Tractum ab eo, quòd cuncti, id est omnes simul, sine difficultate moueri non possunt. Virg.4.Æneidos,
Reginam in thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant. Sic, Diutius cunctari in vita. Cic.1.Tusc.
Ad medium iter cunctari. Valer.lib.3.Argon.
Magno alicuius amore. Valer.lib.3.Argon.
Gressus cunctari. Valer. lib.2.Argon. Alternos ægro cunctantem poplite gressus. Claudicantem Vulcanum describit.
Metu cunctari. Virg.12.Æneid.
¶Hæsitare, cunctari. Cicero in Catilin. Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsiui quid dubitaret proficisci eò quò iampridem pararat.
Cunctari & tergiuersari. Cic.Attico, lib.7. An cunctor & tergiuersor, & iis me dedam qui tenent, qui potiuntur?
Quiescere & cunctari, timere. Cic.pro Sext. An etiã tunc quiescetetis, cunctaremini, timeretis?
Restituere rem cunctando. Virg.6.Æneid.
¶Cunctari, Manere, teste Nonio. Virg.4.Georgicorum,
-non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.

Cuncto, cunctas { ἀναβάλλω } actiuè dixit Plautus Casina, 18,
Cunctas? intus alij festinant.
Fides cunctata est. Hoc est, Non statim adhibita est fides nuntio. Distulit credere.

Cunctatio, Verbale { μέλλησις, ὄκνος } Tardatio, mora. Cicero 1. Officiorum, Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, abiecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Resp.est.

Sine cunctatione dicere quod sentimus. Cic.in Vatinium.
Pressa & decora in sermone cunctatio. Plin.Iunior lib.1.epist.22. ad Catilium Seuerum.
Cunctatio aut mora rebus agendis. Hirtius bel. Alexandr. lib.4, Neque verò Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio vlla aut mora inferebatur.
Eximere cunctationem. Liuius, Quæ res senatui omnem cunctationem Macedonici belli exemit.
Iniicere. Vide INIICIO.
Grauis. Stat.8.Theb.
¶Cunctatio, Dubitatio, hæsitatio. Cælius ad Ciceronem, in Epist. ad Att.lib.10, Denique illud cogita, quot offensæ fuerint, in ista cunctatione te subesse.

Cunctator, penultima producta { μελλητής } Verbale masc. Qui cunctatur, & negligens est. Liu.6.ab Vrbe, Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.

Tardus & cunctator. Cælius Cic.lib.8.10, Nosti Marcellum quàm tardus & parum efficax sit, itémque Seruius quàm cunctator.

Cunctator & segnis. Liuius 2.bel.Pun. Dein propalam in vulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat. Vnde Fabius iste maximus à Romanis cunctator appellatus, honoris gratia, qua dilator. de quo Ennius, Vnus homo nobis cunctando restituit rem. Hoc est cunctando & modestè agendo.

Non cunctator iniqui. Stat.3.Theb. Paratus ad iniquè agendum.

Cunctans { ὀκνηρός } cunctantior, cunctantissimus. Liu.10.bel Pun. Et sicut dubites vtrum ingenio cunctator fuerit, an quia ita bello propriè quod tum gerebatur, aptum erat, &c.
Impellere cunctantem. Claud.4.Paneg.
Cunctantior actus. Lucret.lib.3.
Animus cunctans. Claud.1.Paneg.
Corda cunctantia. Valer.lib.3.Argonaut.
Ira cunctante modestior. Stat.5.Theb.
Malum cunctans. Stat.1.Syl.4,
-& subiti præceps iuuenile pericli
Nil cunctante malo.
Pectora cunctantia. Valerius libro 7.Argon. Id est quæ sunt in dubio.
Tauri cunctantes, Qui sub iugo eunt tardè. Valer.lib.7.Argon.

Cunctabundus { μελλητικός } Liu.6.ab Vrbe, Quod vbi aciem iam instruenti Camillo Centuriones renuntiauerunt turbatas militum mentes esse, segniter arma capta, cunctabundósque & resistentes egressos castris esse, &c.

Nusquam cunctabundus, nisi quum in Senatu loqueretur. Tacitus lib.1.de Tiberio Cæsare loquitur.

Cunctatior, legitur apud Plinium iuniorem lib.2.epist.16, Cunctatior fortasse & cautior esse deberem.

Cunctanter, Aduerbium { ὀκνηρῶς } Cum mora & tarditate. Liu.1.ab Vrbe, Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.
Cunctanter aliquid facere. Plin.lib.33.cap.1.

Cuneus, huius cunei { σφήν } Instrumentum ligneum vel ferreum, quo ad aliquid scindendum & diuidendum vtimur. Cic.2.Tusc. Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens Perrupit artus.
Findi cuneis. Virg.2.Georgicorum,
-& alte
Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur.
Adactis cuneis gemit robur. Valer.lib.3.Argon.
Lignum cuneis scindere. Virg.1.Georg.
Vel inter cuneos ferreos. Plaut.Stich.10. Id est, Vel in arctissimo potero accumbere loco, qualis est inter cuneos, quibus aliquid duobus simul inditis & adactis, magis adstringitur, vel durissimum lignũ finditur & discluditur. Tum enim inter duos sic adactos patet tantum tenuissima rima. Prouerbialis loquutio.
¶Cuneus { τρίγωνος } per translationem pro peditum multitudine in cunei formam redacta, quæ cuncta in acie primò angustior, deinde latior procedit, vt scribit Vegetius lib.2. Liuius 8.ab Vrbe, Tantáque cæde perrupêre cuneos, vt vix quartam partem relinquerent hostium.
Pugnare cuneis. Quintil.lib.1.cap.13. De acie instruenda.
Coacti cunei. Virg.12.Æneidos,
-densi, cuneis se quisque coactis
Agglomerant.
Turbati. Virg.12.Æneid.
Cuneus, Stipata turba. Virg.2.Georg.
¶Cunei, Graduum ordines in theatro, in quibus vulgò spectatores stabant inter sedentium subsellia. Iuuen.Stat.6,
Cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames? Vitruuius lib.5.cap.6, Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, vt anguli trigonorum, qui currunt circum curuaturam circinationis, dirigant ascensus, scalásque inter cuneos ad primam præcinctionem.

Cuneolus, pen.corr. { σφηνίον } Diminutiuum. Cicero de Vniuersitate, Eásque inter se copulabant haud iisdem vinculis quibus ipsi erant colligati, sed talibus quæ cerni non possent propter paruitatem, crebris quasi cuneolis inliquefactis vnum efficiebant ex omnibus corpus.

Cuneo, cuneas { σφηνόω } cuneare. Plin.lib.16.cap.40, Aut siquid cuneandum sit in ligno.
Per vim cuneari, & quæ natura iuncta sunt, distrahere. Quintil.lib. 4.cap.3.
Cuneare, Ad similitudinem cunei formare. Plin.lib.3.cap.3, Hispania cuneatur angustiis, inter duo maria, paulatim deinde se pandens. Id est in cunei formam efficitur.

¶Cuneare, pro Connectere. Sen.epist.119. Vnus lapis facit fornicem, ille qui latera inclinata cuneauit, & interuentu suo vinxit.

Cuneatus, penult. producta {σφηνωτὸς, σφηνοειδὴς} Nomen ex Participio. Liuius 9. ab Vrbe, Forma erat scuti, summum latius quà pectus atque humeri teguntur, fastigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis causa.

Collis cuneatus. Ouid.13. Metamorph. Id est in cunei similitudinem factus.

Cuneatus ager. Colum.lib.5.cap.2. Id est in cunei formam factus, quum scilicet est longus pedes centum, latus ex vtraque parte pedes viginti.

Cuneatio, onis. Verbale. Scribonius Largus, 47.

Cuneatim, penultima producta {σφηνοειδῶς} Aduerbium, Per cuneos. Cæsar 7. belli Gall. Hostes re noua perterriti, muro, turribúsque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

CVNEVS ager, Lusitaniæ promontorium est. Strabo lib.3, Contiguum huic (Iunonis promontorio) agrum Cuneum Latini vocitant, σφῆνα cuneum volentes significare. Græcis σφὴν, cuneus quo ligna finduntur, dicitur: Caput hodie sancti Vincentij nominant. Idipsum Ptolemæus Sacrum esse credidit, vt facilè in locis non adeò distantibus error committitur. Distinguit Pomponius lib.3, Cuneus (inquit) ager dicitur: sequens, Sacrum vocant, Magnum quod vlterius est. In Cuneo sunt Myrtilis, Balsa, Ossonoba: in Sacro Lacobriga & portus Hannibalis: in Magno, Ebora.

CVNICI, Latinæ conditionis oppidum, in Balearibus insulis situm, vt tradit Plin.lib.3.cap.5.

CVNICVLARIAE, Insulæ paruæ, dicente Plinio lib.3.cap.6, Mox Leucothea, extráque conspectum pelagus Africum attingens Sardinia, minus nouem millibus passuum à Corsicæ extremis, etiamnum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur, &c.

Cuniculus, penult. corr. {λαγίδευς} Animal lepori simile, qui sub terra effossa latère solitus est. Varro 3. de Re rust.cap.12, Tertij generis est quod in Hispania nascitur, simile nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant. Et paulo pòst, Cuniculi dicti ab eo quòd sub terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi lateant in agris.

Mollior capillo cuniculi. Catul. epigr.22.

¶Cuniculus {ὑπόνομος} foramen sub terra occultum, aut ab animali quod simile est lepori, appellatur, cui subterfossa terra latère est solitum: aut à cuneorum similitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Hæc Festus, apud quem legitur cuniculum neutro genere. Cæsar 7. bel. Gal. Et aggerem cuniculis subtrahebant.

Cuniculis oppugnare, per translationem. Hoc est dolo & fraude aliquid moliri, & negotium alicui facessere. Cicero pro Lege Agraria, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur.

Agere cuniculos {ὑπονομεύειν} quod vulgus *minare* dicit. Cicero 3. Offic. Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicétne id magistratibus filius? Liu.5. ab Vrbe, Transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere.

¶Cuniculus, pro Canali. Plin.lib.9 cap.38, Feruere in plumbo, singulísque aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo.

Cunicularius, Substantiuum {ὑπονομευτὴς} Qui sub terris cuniculos fodit. Vegetius lib.2.cap.11. Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, vsque eò vt etiam cunicularios haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo, murísque intra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostium capiendas.

Cuniculatim, pen.prod. Aduerbium {σηραγγωδῶς} Plinius lib.9.cap.36, Alterum genus concharum, purpura vocatur, cuniculatim procurrente rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua proferatur lingua.

Cuniculosus, penultima producta, Adiectiuum {ὑπονομώδης} Cuniculis plenus. Vnde Catullus Celtiberiam vocat cuniculosam. Vide CELTIBERIA.

Cunila, cunilæ, pen.corr. {κονίλη} Herba est quam Theodorus Gaza pulicarem conuertit. Colum.lib.9.cap.4, Eadem regio fœcunda sit fruticis exigui, & maximè thymi, aut origani, tum etiam thymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant.

¶Cunila bubula, semen pulegij habet, vtile ad vulnera cõmanducatú impositúmque, vt quinto pòst die soluatur. ¶Est alia cunila, gallinacea appellata nostris. Græcis origanum heracleoticum. Prodest oculis trita, addito sale. Tussim quoque emendat, & iecinorum vitia. Hæc Plin.lib.20.cap.16.

Cunilago, pen.prod. huius cunilaginis, pen.corr.f.g. {κονίζα ἀγρία} Cunila agrestis vel erratica. Plin.lib.19.cap.8.

CVNINA, Vide CVNAE.

Cunire, inquit Festus, est stercus facere: dictú à cunis infantium, quæ sæpe stercore fœdantur.

Cunnus, ni {κύσθος} pudendum muliebre. Author carminis Priapi, Si qua est non fatui puella cunni. & Mart.lib.3.

Mirator cunni Cuppennius albi. Versus est Horatij, satyricæ obscœnitatis: sed quia non satis appositè explicatur ab interpretibus, ideo hic quid de eo sentiat Turnebus annotabimus. Videtur, inquit, ex pudenda parte mulieris intelligere, ex albo ingenuam. At in ingenuis stupra legibus vindicabantur, non autem in libertinis. Ingenuæ verò mulieres albatæ erant, libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. Artemidorus, καὶ τὸ μὲν ὁ χλαμὺς ἐν λευκοῖς ἐσθῆσιν ἰδεῖν γυναικὶ οὐκ ἀγαθὸν πλὴν ταῖς ἐλευθέραις. Sic enim coniicit somnia ista Artemidorus, quòd his essent solitæ vestibus vti ingenuæ, libertinæ, & nobiles. Hæc ille.

Cunnilingus. Martial.lib.12.epigr.59.

Cunyzamis, midis {κονυζαμὶς} Herba quæ alio nomine cunilago dicitur. Author Plin.lib.19.cap.8.

Cupa, huius cupæ {κύπελλον} Vas in quo bibitur, velut cyathus. A cauponibus, qui hoc in poculis vtebantur, nomen assumpsit. Næuius, Qui duas cupas mero plenas exhausit. Varro de Vita Pop. Romani, Mori longi cum operculo ad cupas, tertio amphoras. Ex Sipontino & Nonio. Quidam duplici pp scribunt.

¶Cupa, Vas vinarium maius, inquit Budæus, ea forma vt arbitror, qua lacus torcularis. Cic. in Pisonem, Panis & vinum à propola atque de cupa. Lucan. in quarto,

Nanque ratem vacuæ sustentant vndique cupæ. Cupis enim naues in mari sustinentur, quum ipsarum latera, carinæque resarciuntur. Plin.lib.23.cap.2.

Cupa potare magistra, Id est nullo alio bibendi magistro adhibito, quàm ipsa cupa potare. Horat.2. Serm.sat.2.

Post hæc ludus erat cupa potare magistra. Lambin.

Clausum cupa triticum. Alphenus in l. In naue. D. Locati, Quod si separatum tabulis, aut peronibus, aut alia cupa clausum vniuscuiusque triticum fuisset, ita vt internosci posset quod cuiusque esset, &c.

Cupedia, Cupedinarius, Vide CVPES.

Cupedo, pen.prod. cupedinis, f.g. {ἐπιθυμία, ὄρεξις} Idem quod Cupido, seu Cupiditas. Lucret.lib.1,

Haud igitur possunt tali ratione teneri

Res in concilium medij cupedine victæ. Res, Hoc est corpora grauia. In concilium, id est in congregationem illam, quam facit medium res ad se labentes congregans. Victæ cupedine medij, Hoc est illectæ naturali instinctu, & genitiua cupiditate ac procliuitate descendendi ad medium siue centrum. Sunt qui Cuppedo gemino pp carminis causa scribendum putent. Idem lib.5,

Quantæ tum scindunt hominem cupedinis acres

Sollicitum curæ? quantíque perinde timores? Hoc est cupiditatis.

Cupentus, lingua Sabinorum sacerdos vocabatur, quod notat Seruius. Hinc Virgilius libro 12. Æneidos, videtur nomen deduxisse, quum ait,

-nec di texere cupentum.

Cupes {λίχνος, τρυφερὸς} & Cupedia, veteres lautiores cibos nominabant: inde & macellū, forum cupedinis appellabant. Cupedia autem à cupiditate sunt dicta. Vel (vt Varro vult) quòd ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Hactenus Festus.

Cupes {λίχνος} Qui lautiores cibos frequentat. Plaut. Trinū.5,

Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus.

Cupedia, cupediorum, plur.num.neut.gen. {ὀψοφάγημα, τρώγματα} Plaut. Stich.14,

-melius dicis, nihil moror cupedia.

Cupedia, huius cupediæ {λιχνεία} Cic.4. Tusc.quæst. Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, ligurritio, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Cupedinarius {ὀψοπώλης} Esculentarum rerum venditor. Terent. Eunuch.2.2,

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij omnes. Vbi Donatus, Cupedinarij omnes qui esculenta & poculenta vendunt: à rebus cupidinis ob alimentum, cupedinarij appellantur.

CVPIDO, pen.prod. huius Cupidinis, m.g. {Ἔρως} Deus qui filius Veneris fuisse fingitur à poetis. Plaut. Merc. Cupido quantus es. Aliquando pro ipso amore ponitur. Plaut. Amph.8. Pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem. Cic.3. de Nat. deor. Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidem est Anteros Marte & Venere tertia.

Puer, ac volucer Cupido, & sagittis ac face armatus. Quintilianus lib.2.cap.4.

Arcus Cupidinis. Ouid.1. Amor.eleg.11.

Arma violenta Cupidinis. Ouid.9. Metam.

Fœmineus. Ouid.8. Metamorphoseos.

Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla est. Id est amore.

Geminus. Sen. Hippol.3,

Quum vocat matrem geminus Cupido.

Lasciuus puer. Sen. Hippol.3.

Lentum cupidinem sollicitare. Horat.4. Carm.ode 13.

Liber. Horat. Epod.17. ode 13,

Vulgata sacrum liberi Cupidinis.

Paruus. Ouid.15. epist.

Pharetratus. Ouid.2. Amor.eleg.5.

Pinnatus. Cic.3. de Nat.deor. Dianæ item plures: Prima Iouis & Proserpinæ, quæ Pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.

Volucer. Ouid.9. Metam.

Cupidineus, pen.corr. Adiectiuum {ἐρωτικὸς} vt,

Cupidineus Labyca. Martial.lib.7.epigr.86,

Blanda cupidinei cur non amet ora Labycæ,

Qui videt hæc dominis monstra placere suis?

Sagittæ cupidineæ. Ouid 1. de Remed.amor.

Cupido, pro desyderio, & Cupidus. Vide CVPIO.

Cupio, cupis, cupiui, cupitum, penultima producta {ἐπιθυμῶ, γλίχομαι, ὀρέγομαι} cupere, Significat optare, desyderare. Plaut. Curc. 12, Cupio dare mercedem, qui illuc vbi sit commonstret mihi.

Cupij pro cupiui. Stat.5. Theb.

Cupere atque optare. Cic.1. de Orat. Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otij datus est, &c.

Quicquam animo cupere. Catul. epigr.15.

Ardenter cupere aliquid. Cic.4. Tuscul.

Cupere cupidè. In CVPIDVS.

Flagrantissimè aliquid cupere. Tacit.lib.1.

Mirabiliter cupio. Cic. Attic.lib.15.

Nimis quàm cupio. Vide NIMIS.

Tectius cupere. Ouid.1. de Arte amandi,

Vir malè dissimulat, tectius illa cupit.

Cupio omnia quæ tu vis. Plaut. Pers.12.

Cupit te conuentum. Plaut. Curcul. 7.
Cupere factum. Plaut. Casina, 6.7.
Cupere nuptias. Terent. Heaut. 5.1.
Cupis videri nasutus. Martial. lib. 12. epigr. 37,
Nasutus nimium cupis videri, &c.
Cupit te videre. Plaut. Trucul. 4. Sic. Cic. 6. Verr. Cupisse te celasse de phaleris.
¶ Cupere alicui, pro Bene velle. Cæsar lib. 1. bel. Gal. Fauere & cupere Heluetiis propter eam affinitaté. Cic. Q. frat. lib. 1.2, Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis.
Cupere omnia alicuius causa. Cic. 4. Verr. Qué igitur ab iis Equitibus Romanis, qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissimè tractati sunt, condemnari necesse esset, &c.
Vehementer cupere causa alicuius. Cic. Silio, lib. 13.65. Vehementer eius causa cupere eum intellexi.
¶ Cupere, Amore correptum esse. Martialis lib. 7. epigramm. 73. ad Mercurium,
Sic tibi lasciui non desit copia furti,
Siue cupis Paphien, seu Ganymede cales.
¶ Cupire, penultima producta, in quarta coniugatione, apud antiquos. Lucretius lib. 1.
-perfringere vt arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.
Regna cupienda. Ouid. 4. Trist. eleg. 4.
Cupiens, Participium {γλιχόμενος.} Plaut. Bacchid. 5,
Postquam aurum abstulimus, in nauim conscendimus,
Domum cupientes.
Cupiens {ἱμείρων} Nomen: genitiuo iunctum. Plaut. Milite, 14.7,
Huius cupiens corporis est. Sic, Cupiens liberorum, in Pœnulo, 2. Terent. Hecyra, 1.2, Nisi cupiens tui.
Vulgus voluptatum cupiens. Tacit. lib. 14.
Maximè cupiens. Vide MAGIS.
Cupientissimus {μάλιστα ἱμείρων.} Sallust. Marius cupientissima plebe Consul factus.
Esse cupientibus. Tacit. lib. 1, Vt quibusque bellum inuitis, aut cupiétibus erat. Quod authores Græci dicút ἀχθομένοις ἐμοί, & ἡδομένοις ἐμοί: hoc enim sermonis genus est illis perquàm familiare. Hac de re fusius, ac copiosius Rhenanus in castigat. in Tacitum lib. 15.
Cupienter, Aduerbium {γλιχομένως.} Plaut. Pseud. 10.17,
Stulti haud scimus, frustra vt simus, quum quod cupienter dari
Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere.
Cupitus, penultima prod. Participium {ἱμερτός.} Cic. 1. de Diuinat. Ouid. 3. Fastorum,
Mars videt hanc, visámque cupit, potitúrque cupita.
Dies cupitus. Seneca Hipp. 7.
Tangere florem ætatis cupitum. Lucret. 3.
Cupitor, penult. prod. Verbale {ἱμερτής.} Tacit. lib. 15, Nero, vt erat incredibilium cupitor.
Matrimonij cupitor. Tacitus lib. 12, Neque tamen repertus est nisi vnus talis matrimonij cupitor.
Cupidus, penult. corr. Adiectiuum {ἐπιθυμῶν} Genitiuo iungitur, & nonnunquá ablatiuo. Genitiuo, Pacis cupidissimus, Asinius Pollio ad Ciceronem lib. 10.31. Terent. Hecyra, 3.3,
Eius videndi cupidus.
Cupidos Moderatis opponit Cicero pro Font.
Damni sui cupidus. Cic. ad Att. lib. 4.
Certandi cupidus. Lucret. 3,
Non ita certandi cupidus, quàm propter amorem.
Nouitatis. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Pacis. Horat. 2. Serm. sat. 1.
Studiorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.
Vitæ. Cicero Terentiæ libro 14.4, Quod vtinam minus vitæ cupidi fuissemus.
Ablatiuo. Plaut. Pseud. 4,
Vino modo cupidæ estis.
Cupidus in perspicienda cognoscendáque rerum natura. Cicero 1. Officior.
Homo nostri cupidissimus. Cic. 1. de Orat.
Cupidi amantes. Ouid. epist. 18.
Cupidus animus. Terent. Heaut. 2.3,
Vt illum animum cupidum inopia incideret.
Auaritia. Martial. lib. 11. epigr. 59. in Telesphorum.
Homo. Cic. 3. Offic. Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit.
Liuor. Propert. lib. 1. eleg. 8.
Manus. Ouid. 1. de Arte amandi.
Mens. Ouid. epist. 6.
¶ Cupidus, pro studioso & amante. Cic. Fam. 1, Cognoui Hortensium percupidum tui.
Cupidè, penult. corr. Aduerbium {ἐπιθυμητικῶς.} vt, Cupidè emere. Plin. lib. 18. cap. 5, Prædium ne cupidè emas.
Cupidè appetere. Cic. pro Sexto Roscio, Suos enim agros studiosè colebant, non alienos cupidè appetebant.
Cupidè cupere. Plaut. Cas. 5.
Ad aliquid cupidè descendere. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Aliquid cupidè facere. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Cupidè & temerè aliquid facere. Cic. 2. Philipp. Quid cupidè à Senatu, quid temerè fiebat, quum tu, &c.
Cupidius instare. Cæsar 5. bel. Gall.
Cupidè & libenter. Cic. pro Rosc. Comœdo, Ego verò cupidè & libenter mentiar tua causa.
Cupidissimè aliquid petere. Cæsar 1. bel. Ciuil.
Cupido, penultima producta, huius cupidinis, fœminini generis {ἵμερος} Id est animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est auaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua vltionem appetimus, & similia. Virg. 6. Æneidos.
-quæ lucis miseris tam dira cupido?
¶ Cupido & Amor differt. Vide Amor in AMO.
Nouissima etiam gloriæ cupido sapientibus exuitur. Tacit. lib. 20.
Cupido habendi. Plinius libro 33. cap. 3.
Laudis titulíque cupido. Iuuen. sat. 19.
Potentiæ cupido vetus, ac iampridem insita mortalibus cum imperij magnitudine adoleuit, id est succreuit. Tacit. lib. 18.
Mortis cupido. Ouid. in Ibin,
Quódque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis.
Ventris. Ouid. 15 Metam.
¶ Altior cupido adeundi sacram sedem Vespasiano, &c. Tacitus libro 20.
Laudum arrecta cupido. Virg. 5. Æneid.
Honorum cæca cupido. Lucret. lib. 3.
Cæca prædæ cupido. Ouid. 3. Metam.
Dira cupido, Id est cupiditas ex deorum ira veniens, aut certè magna, inquit Seruius. Virg. 6. Æneid.
Fœda vitæ. Stat. 3. Thebaid.
Opum furiosa. Ouid. 1. Fast.
Ieiuna. Lucret. lib. 4. Id est fames, vel edendi desiderium.
Ignota cupido, Virginitas. Valer. lib. 1. Argon.
Laudum immensa. Virg. 6. Æneid.
Improba, Id est improbanda, quia iniqua. Seneca Herc. fur. 6.
Intempestiua. Ouid. 10. Metam.
Leuis & festina. Valer. lib. 6. Argon.
Misera. Horat. 1. epist. 1,
Feruet auaritia, miseráque cupidine pectus.
Mutua. Lucret. lib. 5.
Turpis. Virg. 4. Æneid.
¶ Laudis cupidine accensus. Stat. 1. Thebaid.
Adoleuit cupido. In ADOLEO.
Coniux capta cupidine. Virg. 7. Æneid.
Cupido cepit me. Liu. 1. ab Vrbe, Romulum, Remúmque cupido cepit, in iis locis vbi expositi, vbique educati erant, vrbis condendæ.
Corripi cupidine. Ouid. 9. Metam.
Differri cupidine. Plaut.
Flagrare cupidine. Ouid. 2. Metam.
Incessit eum cupido. In INCESSO.
Illum incessit cupido adeundi, visendíque templum Paphiæ Veneris. Tacit. lib. 17.
Intrauítque animum militaris gloriæ cupido. Tacitus in Vita Agricolæ.
Inuadit Cæsarem cupido soluendi suprema militibus, ducísque. Tacitus libro 1.
Inuolat truces etiá tú animos cupido eundi in hostem. Tacit. lib. 1.
Languescit cupido. In LANGVOR.
Ludor nimia cupidine. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 8.
Succensa. Ouid. 8. Metam.
Tactus cupidine laudis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.
¶ Cupido, pro Cupiditate, semper masculino genere profertur. Horat. 2. Carm. ode 16,
Nec leues somnos timor aut cupido
Sordidus aufert. Cupido pro auaritia dictus, ait Acron: cui subscribit & Porphyrio. Idem 1. Serm. sat. 1, At bona pars hominú decepta cupidine falso. Notandum cupidinem genere masculino pro cupiditate nouè poni. Acron. Verùm omnibus his locis Cupido dei nomé est. Cupido enim omnium rerum amoris & cupiditatis author est κατὰ πάντα. Lambinus.
Auri cæcus cupido. Seneca Hippol. 4.
Eradere elementa praui cupidinis. Horat. 3. Carm. ode 24,
-scelerum si bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Praui sunt elementa. &c.
¶ Cupidines, Pluraliter. vt, Mater dulcium cupidinum. Horatius 4. Carm. ode 1.
Cupiditas, penult. corr. {ἐπιθυμία.} Lucilius lib. 23, Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur: quòd cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine.
¶ Cupiditas & Cupido diuersa sunt. Ná Cupiditas leuior est. Non.
Homines cæcos reddit cupiditas & auaritia. Cic. pro Sexto Rosc.
Studia cupiditatésque honorum, atque ambitio. Cic 4. Verr.
Lucis cupiditas. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Sitis cupiditatis. Cic. in Paradoxis, Neque enim vnquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis.
Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. Cic. 1. de Inuent.
Hiantes cupiditates amicorum in magna fortuna. Tacit. lib. 17.
Abiicere cupiditatem. Cic. Famil. 4.
Æstuare cupiditatibus. Firmic. lib. 3. cap. 8.
Afficere cupiditate. Cic. Fam. 5.
Ardere cupiditate. In ARDEO.
A cupiditate remotum esse, vel cupiditate carere. Cic. Fam. 13.
Impiam cupiditatem contra salutem alicuius habere. Cælius Ciceroni lib. 8.16.
Incesta cupiditas. Firmic. lib. 4 cap. 1.
Indomitæ animi. In INDOMITVS.
Insatiabilis. In INSATIABILIS.
Inuida. Firmic. lib. 5. cap. 2.
Lubrica & præceps cupiditas dominandi. Cic. 5. Philipp.
Coercere omnes cupiditates. Cic. 1. de Orat.
Incensam alicuius cupiditatem comprimere atque restinguere. In COMPRIMO.
Erigere cupiditatem. Cic. 4. ad Herenn.
Explere. Cic. 1. de Inuent.
Flagrare & ardere cupiditate alicuius rei. Cic. in Pison. Fertur ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate iusti & magni triúphi.

Frangere.Cic.1.de Orat.

Cupiditas imminuta atque debilitata.Vide IMMINVO.

Imperare cupiditatibus.In IMPERO.

Cupiditatem & arrogantiam alicuius incendere.In INCENDO.

Incensus cupiditate.Cic.3.Offic.

Incitare cupiditatem.Cic.in Brut.

Inflammari cupiditate aliquid auferendi.In INFLAMMO.

Inijcere cupiditatem hominibus.In INIICIO.

Cupiditas inuadit plerosque.In INVADO.

Sine amore & sine cupiditate, & rursus sine odio & sine inuidia iudicare.Cic.pro Marcello.

Cupiditate omnia perfringere.In PERFRINGO.

Profunda confundendi omnia cupiditate,nouum statum, nouam Rempublicam quærebant.Paterculus lib.2.

Eò prouectas Romanorum cupiditates,&c.Tacit.lib.14.

Cupiditatem aliquem capere.Cic.in Pisonem.

Refutare cupiditatem.Cic.Fam.1.

Regere cupiditatem,consilij gubernatione.In CONSILIVM.

Reuertit cupiditas cibi.Celsus lib.8 cap.4.

Effrænatas animi sui cupiditates satiare.Firmic.lib.1.cap.3.

Iuuenili cupiditate gloriæ seductus fecit. Quintilianus libro 7. capite 3.

Suffragari cupiditati.Cic.ad Brut.

Cupiditatem tenere aliquem.Cic.ad Att.

Tenere cupiditatem,pro cohibere.Cic.Nisi facilè cupiditates nostras teneremus,&c.

¶Cupiditas,pro turpi amore.Sueton.in Calig.cap.24,Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dicit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse,impatientius tamen Drusillam amasse quam reliquas.

Cuppedo.cuppedinis.In CVPEDO.

CVPRA, Picenæ ciuitas est, non procul ab Asculo, cuius meminit Plin. lib.3.cap.13.

Cupressus,huius cupressi,vel cupressus,in quarta declinatione, fœm. gen. { [illegible] } Arbor conifera : quæ aliàs cyparissus dicitur. Duo genera earum:meta, in fastigium conuoluta, quæ & fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputatúrque, & accipit vitem. Vtraque autē immittitur in perticas,asserésve amputatione ramorum, qui decimotertio anno denarijs singulis væneunt:quæstuosissima in satus ratione sylua.Vulgóque dotem filiarum antiqui plantaria appellabant.Hæc Plin.lib.16.cap.33. Virg.2.Georgicorum,

Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. Columella libro 4. capite 26, Idque maximè probatur ex iunipero, & lauru, & cupressu.

Cupressus acuta.Ouid.3.Metam.

Atra.Virgil.3.Æneid. Id est nigra,funesta. Nam inferis consecrata est,quia cæsa nunquam reuirescit.

Feralis.Ouid.3.Trist.eleg.13.

Funebres.Horat.Epod.ode 5.

Illæsa bruma cupressus.Stat.6.Thebaid.

Tectura tumulos cupressus.Claud.2.de Raptu Proserp.

Tenera Virg.1.Georg.

Cupressum simulare.Horat.de Arte,

-fortasse cupressum Scis simulare,quid hoc?&c. Turneb.hic significari putat malum & rudem pictorem, qui tabulam depingere non possit,sed tantùm parerga, quæ rudimenta erant artem pingendi discentibus & ornamenta tabularū,delineare. Eis persimiles sunt, qui magnum carmen condere instituunt, quum tamen descriptiones tantùm amœnas fluuiorum & nemorum, poetices initia & progymnasmata explicare possint, quas idcirco non suo loco adhibent, & poema fucant & adulterant intempestiuis ornamentis. Tale illud est Persianum,

Ecce modo heroas sensus afferre videmus
Nugari solitos Græcè,nec ponere lucum
Artifices,nec rus saturum laudare,&c. Interpretes vulgò aliter.

¶Cupressum,masculino genere vsurpat Ennius apud Nonium,his verbis,Capitibus nutantes pinos,rectósque cupressos.

Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideò, quia huius generis arboris ramus excisus nō renascitur:sicut ex mortuo nihil iam est sperandum. Quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur.Hæc Festus. Plin.lib.16.cap.33, Diti sacra,& ideò funebri signo ad domos posita.

Cupressinus, penultima corr. { [illegible] } Adiectiuum, Ex cupresso. Plinius lib.23.cap.4,Cupressinum oleum eosdem effectus habet quos myrteum.

Cupressinæ frondes.Colum.lib.2.cap.2.

Cupresseus, Idem.Liuius 7.bel.Pun.Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

Cupressetum,penultima producta { [illegible] } Locus vbi seruntur cupressi. Cicero 1. de Legibus. Visne igitur vt ille Crete cum Clinia & cum Lacedæmonio Megillo æstiuo, quemadmodum describit, die, in cupressetis Gnosiorum,& spatijs syluestribus crebrò insistens,&c.

Cupressifer,penult.corr. { [illegible] } Adiectiuum, vt Mons cupressifer,qui cupressis abundat.Ouid.epist.9,

Vt Tegeæus aper cupressifero Erymantho Incubat,& vasto,&c.

Cuprum,cupri { [illegible] } Genus quoddam æris. de quo nullum exemplum reperi apud idoneos authores : existimo autem illud esse quod Plinio Cyprium æs dicitur. vide suo loco.y enim vt plurimum in u vertitur.

Cupreus, Adiectiuum { [illegible] } vt,Cupreum vas. Plin.lib.23.cap.3, Coquitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis.Fortasse legendum, cyprio vase.

C V R

CVR. VIA.Curator viarum.

Cur { [illegible] } Aduerbium interrogandi.Scribitur à nonnullis per q,à quare deducētibus, per syncopen atque apocopen a & e literis detractis. Terent.Andr.5.3,

Sed quid ego?cur me excrucio?cur me macero? Plaut.Mil.20,
Nihil moror aquam. PR. quur?

Cur igitur.Terent.Andr.1.1,
Cur simulas igitur?

Causa cur. Cic. pro Cælio, An vobis aliam causam esse vllam putatis,cur in tantis præmiis eloquentiæ,&c.

Quid est cur?Cicero pro Cluent. Quid est Qu.Naso,cur tu in isto loco sedeas?

Quæ causa est cur hoc velit? Cic. pro Cluent. Quæ causa Habito fuerit,cur interficere Oppianicum vellet?

Cur non?quia.Plaut.Pseud.

Cur hæc tibi irata est,cur ego id curem?Plaut.Pœn.4.

Cur,sine interrogatione.Cic.pro Roscio Amer.Quod si tibi nulla causa est cur hunc miserum tanta calamitate affici velis,&c.

Cura,curæ { [illegible] } Vehemens & anxia animi solicitudo, dicta (vt ait Festus) quòd cor edat,vel quòd vrat. Terentius Phorm.2.2,Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Ciceronem de Senectute,

-curámve leuasso
Quæ nunc te coquit,& versat sub pectore fixa.

Animi cura & cogitatio.Cic.1.Offic.

Cura & diligentia. Cic.3.de Orat. Neque verò hæc tam acrem curam diligentiámque desiderant.

Cura & dolor. Cic.Trebonio,lib.15.21, Quæ tua solicitudo de me in armis,quæ lætitia in reditu, quæ cura,qui dolor, quum ad te curæ & dolores mei perferrentur,&c.

Studium & cura.Cic.Bruto,16.1, Studium tuum curáque de salute mea nulla me noua voluptate affecit.

¶Cura mei,tui,sui.Seneca Hippol.4.17.

Potior alicui cura suorum.Valer.lib.4.Argon.

Æstus curarum.Virg 8.Æneid.

Amara curarum eluere.Horat.4.Carm.ode 12.

Domitor curarum somnus.Seneca Agamem.1.4.

Felix curarum.Stat.4 Syl.4.

Fomenta.Horat.1.epist.3.

Fons.Lucret.lib.3.

Frigus.Ouid 3.de Ponto,eleg.9.

Interpres & conscia.Virg.4.Æneid.

Leuamen omnis curæ casúsque.Virg.3.Æneid.

Moles.Tacit.lib.12.

Nox curarum nutrix.Ouid.8.Metam.

Pretium curæ.In PRETIVM.

Requies.Tibul.lib.4.eleg.22.

Semina.Propert.lib.3.eleg.7.

Socius.Stat.3.Syl.3.

Tristitiæ cura.Plin.lib.23.cap.1.

Vndæ.Catul.Argon.

Anceps cura cogitandi.Cic.1.Offic.

Dare aliquid curæ corporis.Quintil.lib.1.cap.vlt.

Futuri nominis cura.Ouid.5.Trist.eleg.8.

Memoriam iuuari cura docentium.Quintil.lib.1.cap.1.

Minus cum cura In MINOR.

¶Acrior illum cura domat.Virg.3.Georg.

Æqualis cura.Quintil.lib.1.cap.1.

Vitiatum corpus curis amaris.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.

Ambiguæ.Virg.8.Æneid.

Anceps.In ANCEPS.

Antiquissima.Cic.Att.lib.10.

Antiquior cauendi, quàm ictum inferendi cura est. Quintilianus lib.4.cap 2.

Anxia.In ANXIVS.

Anxiferæ curæ.Cic.1.de Diuinat.

Argentaria.In ARGENTVM.

Asperrima curarum.Stat.5.Sylu.2.

Assidua alicuius insidens cura.In INSIDEO.

Atræ curæ.Horat.3.Carm.14.

Breuis.Horat.2.epist.1.

Damnosæ.Ouid.1.de Remed.amor.

Deses.Claud.22.epigr.de laude Serenæ.

Difficilis cura rerum alienarum.Cic.1.Offic.

Diurnæ.Ouid.8.Metam.

Dulces.Stat.2.Syl.1.

Dura. Tibul.lib.3.eleg 6.

Exigua.Claud.3.Paneg.

Fortior.Claud.4 Paneg.

Frigida thori.Stat.5.Thebaid.

Funestæ.Claud.2.de Raptu Proserp.

Gratissima.Cic.Attico,lib.5.

Cura grauiore timetur proxima tempestas.Iuuen.sat.13.

Grauem curam suscipere,vehementérque de aliquo solicitum esse. Cassius Ciceroni,lib.12.12.

Humiles & sordidæ curæ.Plin.Iun.in epist.ad Caninium.

Impensior.Ouid.2.Metam.

Implacidæ.Claud.1.de Raptu Proserp.

Æuum consumere in inanibus curis.Lucret.lib.5.

Infandæ.Stat.5.Thebaid.

Infelix.Ouid.2.Trist.

Ingentes.Virg.5.Æneid.

Innumera.Plin.lib.18.cap.26.

Insignis.Claud.8.Paneg.

Insomnes longo veniunt examine curæ.Claud.1.in Ruff.

Intentissima.In INTENDO.

Inuida.Horat.1.epist.10.Id est,inuidens hominum quieti.

Leues.Horat.1.Carm.ode 14.

Leuior.Virg.3.Georg.
Maximæ & grauissimæ.Cic.de Claris Orat.
Ipse tibi tua maxima cura.Virg.4.Georg. Hoc est (teste Seruio) quem plurimum diligis.
Mediocris.Horat.2.Serm.sat.4.
Memor.Ouid.3.de Ponto,eleg.8.
Molesta.Ouid.2.Amor.eleg.2.
Mortales.Silius.l.17.
Nimia cura Iuuen.sat.10.
Nouæ.Ouid.15.epist.
Exercere vires omni cura.Virg.3.Georg.
Omni cogitatione curáque in aliquam rem incumbere.Cic.Planco,lib.10.
De salute Reipub.curæ optimæ sunt.Cic.de Somnio Scip.
Publica.Horat.2.Carm.ode 8.
Recens.Ouid.3.Amor.eleg.8.
Resides curas soluere.Valer.lib.8.Argon.
Sagaces.Horat.4.Carm.ode 4.
Secretæ.Seneca Agamem.7.
Sedatis requierunt pectora curis.Stat.12.Thebaid.
Sequaces.Lucret.lib.2.
Solertes.Manilius lib.2.cap.6.
Solicitæ.Seneca OEdip.13.
Spinosæ.Catull.in Argon.
Tristes.Virg.4.Georg.
Dignus tanta cura infans.Quintil.lib.1.cap.1.
Vigilantes.Claud.1.in Eutrop.
Vigiles incumbunt.Valer.lib.3.Argon.
Vigili perspexerat omnia cura.Ouid.15.Metam.
Animum,curámque virilem gerere.Virg.9.Æneid.
Vitiosa.Horat.2.Carm.ode 16.
Volantes circa tecta.Horat.2.Carm.ode 16.
¶ Abducere curas alicui.Claud.3.de Raptu Proserp.
Abducere à cura.Cic.ad Q.frat.
Abigere curas.Horat.1.epist.15.
Abijcere. Cic.ad Pætum, lib.9.24, Sed caue si me amas, existimes me,quòd iocosius scribam,abiecisse curam Reipublicæ.
Abnuere.In ABNVO.
Somnos abrumpit cura salubres.Virg.3.Georg.
Absistere cura.Sil.lib.13.
Absumi.In ABSVMO.
Accendere curas.In ACCENDO.
Accommodare curam alicui rei.Quintil.lib.1.cap.12.
Accumulare.Ouid.epist.21,
Accumulat curas filia parua meas.
Acuere corda curis.Virg.1.Georg.
Addere curam mortalibus.Lucan.lib.2.
Adhibere curam in aliqua re.Cic.Curioni,lib.2.6.
Adijcere aliquid curæ.Quintil.lib 1.cap.9.
Curas adimere.Terent.Hecyra,5.3,
Quot commoditates attuli?quot autem ademi curas?
Admouere curam.Plin.Iun.lib.2.epist.5.
Adorare curam priscorum in inueniendo. Plin.lib.27.cap.1, Crescit profectò apud me certè, tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantóque maior copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam,in tradendo benignitatē subit.
Afferre. Cic. Attico, lib. 7, In valetudine tua moueor:& Piliam in idem genus morbi delapsum,curam tibi afferre maiorem sentio.
Cura & solicitudine aliquem afficere. Terent.Phorm.2.4,
Quanta me cura & solicitudine afficit
Gnatus,qui me & se hisce impediuit nuptiis.
Afficior cura.Plin.Iun.lib.2.epist.9.
Agitare curas Seneca Herc.fur.2.
Agere curam alicuius.Ouid.15.epist.
Quæ me angebat de Repub.cura,consedit.Cic.de Claris Orat.
Intentiore cura asseruare.In INTENDO.
De aliquo tuendo & aliquibus cōciliando, cura attingit aliquem. Cic.Cæsari,in epist.ad Att.lib.9.
Auertere subitam.Lucret.lib.2.
Auertere dictis curas.Virg.4.Æneid.
Capessere curas.In CAPESSO.
Carere.Horat.de Arte poet.
Solerti cura omnia circunspicere.Manilius lib.2.cap.6.
Cogitare.In COGITO.
Committere auribus suas curas.Seneca Hippol.5.4.
Cura complecti.Cic.Fam.3.
Componere.Virg.4.Æneid.
Concipere.In CONCIPIO.
Confectus curis.Virg.6.Æneid.
Conferre curas in rem aliquem.In CONFERO.
Curas omnes cogitationésque in Remp.conferre Cic.2.Offic.
Conferre se ad curam.Cic.ad Attic.
Conferre curam ad aliquid.Cic Fam.4.
Confici cura & curis.In CONFICIO.
Configere curas in Reipub.salute.In CONFIGO.
Coniungere curam de re aliqua cum aliquo.Cic.de Amic.
Coniuncta alicui.In CONIVNGO.
Consedit cura. Vide paulo antè,Quæ me angebat,&c.
Consumere in re vna Horat.2.Serm.sat.4.
Cura de re aliqua.Cic.de Amic.
Decedit cura patribus.In DECEDO.
Deficere curam alicui.Quintil.lib 1.cap.1.
Defungi cura.Liuius Decad.1 lib.5.
Delegare curam alicuius rei alicui.Quintil.lib.4.in Procem.
Demere.Virg.3.Æneid.
Demouere aliquem cura rerum.Tacit.lib.13.

Tristes animo deponere.Virg.4.Georg.
Deponere curam pro aliquo.Virg.12.Æneid.
Deprendere alicuius.Ouid.2.Metam.
Partem curæ & cogitationis suæ in alium locum deriuare. Cicero 11.Philipp.
Destituere curam morum.Quintil.in Procem.lib.1.
Desyderare curam alicuius in re aliqua.Quintil.lib.2.cap.1.
Diducere animum in curas.Virg.5.Æneidos.
Differre curas.Iuuen.sat.11,
Sed nunc dilatis auerte negotia curis.
Dimittere.Ouid.1.Metam.
Curas & actiones honestas dare.Cic.Varroni.lib.9.8.
Nec membris dat cura quietem.Virg.10.Æneid.
Dare alicui multa milia curarum.Propert.1.eleg.5.
Innumera rusticos cura distringat.Plin.lib.18.cap.26.
Cura diuellit somnos.Horat.1.epist.10.
His dictis emotæ curæ.Virg.6 Æneid.
Esse in cura.Cic Fam.6.
Esse cura.Cæl.Cic.Fam.8,Qua tu cura sis,quod ad pacem attinet, &c.Id est qua in cura.
Cura est quid fit negotij.Plaut.Merc.4.11.
De Tirone mihi curæ est.Cic.Att.lib.13.
Cura est vt.Terent.Hecyra,4 2,
Hæc mihi nunc cura est maxima,vt necui mea
Longinquitas ætatis obstet,mortémve exoptet meam.
Curæ mihi est.Terent.Adelph.5.6,
Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est.
Vitam & dignitatem alicuius alteri curæ esse.Cic.Att.lib.10.
Esse & fore curæ alicui vt.Cic.3 Philipp.
Curæ est quorsum euenturum hoc siet.Terent.Hecyra,1.2.
Sine cura esse.Cic.Q.frat.lib.3.20.
Eripere curam.Cels.lib.6.cap.5.
Euoluere curas.Stat.1.Syl.1.
Curam excubare apud aliquem.Planc.Fam.10.
Exerceri curis.Virg.5.Æneid.
Exercere curas.Sil.lib.11.
Exercere vitam curis.Lucret.lib.5.
Atras eximere.Horat.3.Carm ode 14.
Exoluere aliquem curis.Virg.4.Æneid.
Exonerare graues curas.Seneca Hippol.4.
Expellere corpore.Lucan.lib.3.
Extendere curas in annum venientem,est (vt ait Seruius) quasi in tempore alieno præmeditari futurum laborem.Virg.2.Georg.
Mortalibus curis exuere se.Sil.lib.1.
Facere curam ne aliquid fiat,&c.Tacit.lib.3.
Fallere curam somno.Horat.2.Serm.sat.7.
Fatigare aliquem nouis curis.Quintil.in Procem.lib.6.
Artificum fatigare curas.Stat.5.Sylu.1.
Curam figere,vel defigere.Cic.Fam.2.
Fluctuat æstu curarum.Virg.8.Æneid.
Fluctuare vndis.Catul.Argon.
Gerere curam pro aliquo.Virg.12.Æneid.
Cum cura rem aliquam gerere.Vide CVM.
Curæ habere rem aliquam.Cælius Ciceroni,lib.8.8.
Sermonem curæ habere.Quintil.in procem.lib.1.
Habere curam docendi liberos.Quintil.lib.1.cap.1.
Hebetatur cura vino.Plin.lib.23.cap.1.
Iactare curas pectore.In IACTO.
Impendere curam.Ouid.3 de Arte aman.
Impendunt curas denso distendere pingui.Virg.3.Georg.
Acrem quammaximè curam spei futuri oratoris impendat pater. Quintil.lib.1.cap.1.
Impendet cura pectori.In IMPENDEO.
In maximis curis aliquid impertiri temporis. Cic.Cæsari,in Epist. ad Attic.lib.9.
Imponere finem curis.Virg.4.Æneid.
Incessit cura.Vide Incesso,in INCEDO.
Incumbere in curam.Vide INCVMBO.
Curas inijcere.Terent.Adelph.4.5,
Itaque adeò magnam mihi inijcit sua commoditate curam.
Ingeminant.Virg.4.Æneid.
Curam infigere. Cicero,Atque hæc cura Quirites, erit infixa animo meo.
Inniti curæ,tutelæque vnius.Quintil.lib.6.cap.1.
Insidens.Vide INSIDEO.
Insistere curæ rerum.Vide INSISTO.
Insumere curam ad,&c.Vide INSVMO.
Intendere curas.Ouid.3.de Ponto,eleg.9.
Intentus ad curas.Tacit.lib.20.
Intermittere curam rerum.Tacit.lib.4.
Mens inuigilat curis.Sil.lib.10.
Inuigilat quieti cura.Stat.8.Thebaid.
Cura & prudentia sua iuuare aliquem.Cic.Att.lib.9.
Laxare curas somno.Virg.9.Æneid.
Animos & curam ab aliqua contentione laxare.Cic.3.de Orat.
Lenire curas somno.Virg.4.Æneid.
Leuare aliquem cura, & magna solatia dare.Cic.de Claris Orat.
Curā & angorē animi,sermone & consilio leuare. Cic.Att.lib.1.13.
Loquuntur leues curæ.Seneca.Hippol.5 4.
Magna cura & solicitudine aliquos liberare.Cicero Dolabellæ,in Epist.ad Attic.lib.15.
Mandare curas alicui.In MANDO.
Mitte hanc de pectore curam.Virg.6.Æneid.
Mutare curas pectore.Virg.5.Æneid.
Curæ plurimæ metúsque ex somno nascuntur.Cic.2.de Diuinat.

Fortior obstat cura ducis. Claud. 4. Paneg.
Onerabat pauentium curas ordo Mutinensis. Tacit. lib. 18.
Partiri curas cum aliquo. Virg. 11. Æneid.
Mortales curas pellere. Valer. lib. 1. Argonaut.
Pellere curas vino. Horat. 1. Carm. ode 7.
Pulsis è pectore curis. Sil. lib. 13.
Perfungi cura. In PERFVNGOR.
Peruigil cura. Stat. Sylu. 5.
Ponere omnem curam in re aliqua. Cic. 1. de Diuinat.
Ponere graues curas. Sil. lib. 8.
Populatur artus cura, Id est amor. Seneca Hippol. 4.
Præstare curam alicui. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Præstare curam in deposito. Celsus in l. Quod Nerua. D. Depositi.
Premere curam sub corde. Virg. 4. Æneid.
Recipere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Recursat sub noctem. Virg. 1. Æneid.
Redeunt in pectora. Stat. 8. Thebaid.
Refectus curis. Horat. 2. epist. 2.
Cuncta curarũ ad aliquẽ reiicere. hoc est cũctas curas. Tacit. lib. 3.
Anxiferas curas requiete relaxare. Cic. 1. de Diuinat. Ex quodam antiquo poeta.
Fomenta curarum relinquere. Horat. 1. epist. 3.
Relinquere curam morum. Quintil. in Procœm. lib. 1.
Remittere. Stat. 4. Sylu. 6.
Remittere curam successu. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Remordet te cura. Virg. 1. Æneid.
Remouens soporem. Ouid. 6. Metam.
Resoluere curas. Virg. 1. Georg.
Respondere curis alicui, Id est tantundem curare, aut eum amare. Virg. 6. Æneid.
Respuere. Claud. 8 Paneg.
Secludere. Virg. 1. Æneid.
Mens semota cura metúque. Lucret. lib. 2.
Curas graues seponere. Ouid. 3. Metam.
Serere curas in pectore. Catul. in Argonaut.
Serpit cura altius. Plinius libro 14. cap. 11.
Solari curas. Virg. 9. Æneid.
Solicitat cura. Seneca Hippol. 4,
Nanque anxia me cura solicitat tui.
Soluere curis aliquem. Seneca Hipp. 2.
A cura solui & liberari. Cic. pro Domo sua.
Solutæ curæ. Catul. 29.
Somnus curas soluit. Ouid. 10. Metam.
Stupent curæ. Seneca Hipp. 5.
Subit cura. Seneca Hipp. 4,
-nulla iam Cereris subit
Cura, aut salutis. Id est neque de cibo, neque de vita cura est.
Acreis curas suscipere. Lucret. lib. 3.
Curam suscipere. Cic. ad Attic. 7.
Sustinere maximam curam belli. Cic. Att. lib. 6.
Tangere curas. Virg. 4. Æneidos,
-tales nec tangere curas.
Traducere curam in. Virg. 3. Georgicorum,
Post partum, in vitulos cura traducitur omnis.
Traducere à cura. Cic. Fam. 1.
Vacuus curis negotiisque necessariis. Cic. 1. Offic.
Venire in curas, partémque laborum. Lucan. lib. 2,
Non me lætorum sociam, rebusque secundis
Accipis, in curas venio, partémque laborum.
Venerari curam antiquorum. Plinius lib. 27. cap. 2, Sed antiquorum curam diligentiámque quis possit satis venerari?
In aliqua cogitatione curáque versari. Cic. 2. de Orat.
Versari curam in aliquo. Cic. Omnis cura mea solet in hoc versari semper, &c.
In partem curarum ab aliquo vocari. Tacit. lib. 1.
Diuersæ curæ animum vocant. Virg. 12. Æneid.
Voluere curarum tristeis in pectore fluctus. Lucret. lib. 6.
Vrgeri multis curis. Lucret. lib. 3.
Vrgentibus curis. Valer. lib. 8. Argonaut.
¶ Cura { [illegible] } pro munere quo curator fungitur: vulgò *curatella* dicitur. Vlpianus in l. Hæres absens. §. Siquis tutelam. D. de Iudiciis, Siquis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur, certi loco administrauit.
Liberari tutela & cura. Vlpianus in l. Quum filiofamiliâs. D. De Legat. 3.
Cura, pro curatione. Cic. Fam. 5.

Curiosus, penult. prod. { [illegible] } A nimia cura: quoties plus diligentiæ, quàm oportebat, impendimus rebus vel nostris, vel alienis. Sed non tam à Cura Curiosus videtur descendere, quàm à Curia: cuius compositum est magis in vsu Incuria, id est negligentia. tametsi Curia à Cura dicatur. Hæc Valla lib. 1. Cic. Att. lib. 4.
Curiosus in bonum & in malum accipitur.
In bonum. Cic. ad Appiũ, lib. 3. 1, Ita est homo non modò prudens, verumetiam (quod iuuet) curiosus.
Curiosus & negotiis plenus. Cic. 1. de Nat. deor.
Curiosus medicinæ. Plin. lib. 25. cap. 2, Is ergo in reliqua ingenij magnitudine, medicinæ peculiariter curiosus, ab hominibus subiectis, &c.
In re aliqua curiosus. Cic. Att. lib. 5.
In exquirendo iure augurum curiosus. Cic. pro Domo sua.
Bellè curiosus. Cic. Att. lib. 6.
In malum. Cic. 5. de Finibus. Atqui Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos viros spectant, ingeniosorum sunt: sin tantummodo ad indicia veteris memoriæ cognoscenda, curiosorũ. Terent. Eunucho, 3. 5,
Sed neminémne curiosum interuenire nunc mihi
Qui me sequatur, quoquo eam rogitando, obtundat, enecet?
Curiosus & molestus. Cic. 2. de Finibus, Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quàm vos estis, quibus quicquid velim facilè persuadeam.
Curiosa interpollatione tenuata charta. Plin. lib. 13. cap. 12.
In aliena Republica curiosum minimè esse, officium est peregrini. Cic. 1. Offic.
Satisfit difficilius curiosis. Cic. 1. de Finibus.
Curiosus differt à diligẽti. Quint. lib. 8. cap. 3, Est etiam quæ [illegible] vocatur, superuacua (vt sic dixerim) operositas, vt à diligenti curiosus, & à religione superstitio distat.
¶ Curiosus, pro delatore. Suetonius in Augusto, cap. 27, Pinarium equitem Roma. quum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animaduertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperauit.
¶ Curiosus agnus, Macilentus, quasi cura confectus. Plautus Aularia, 16.
¶ Curiosus, Olim is erat qui cursoribus præerat: vulgò *magistrum postarum* dicimus. Earum item rerum, quæ ad cursum, pro Imperatoris, reipublicæ, aut aliorum, quibus id Imperator concesserat, negotiis agendis destinata & parata erant, curã gerebat. Eius muneris titulus est, de Curiosis & stationariis, lib. 12. Codicis.

Curiositas, penultima correpta { [illegible] } Denominatiuum. Cicero ad Atticum, lib. 2, Sum in curiositate [illegible], sed tamen facilè patior te id ad me, &c.

Curiosè, penultima producta, Aduerbium { [illegible] } Columel. libro 3, Sin autem ipsam vitem cernere voles, iuxta radicem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito.
Curiosè aliquid facere. Plinius lib. 18 cap. 3.
Curiosè loqui. Quintil. lib. 8. cap. 1. non procul à fine, Quos curiosè potius loqui dixeris, quàm Latinè.
Conquirere curiosius aliquid. Cic. de Claris Orat.

Curia, huius curiæ { [illegible] } A cura deducitur. Curia, inquit Festus, locus est vbi publicas curas gerebant. Pomponius in l. 2. D. de origin. iur. Initio ciuitatis nostræ populus sine certa lege, sine iure certo primùm agere instituit, omniáque manu Regis gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipse Romulus traditur populum in triginta partes diuisisse: quas partes Curias appellarit, propterea quòd tunc Reipublicæ curam per sententias earum partium expediebat. Et ita leges quasdam & ipse Curiatas ad populum tulit, tulerunt & sequentes Reges. Hæc ille. Cic. de Senectute, Non curia vires meas desyderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Idem lib. 3. de Orat. ait Curiã pro Senatu accipi. Sic ad Attic. lib. 12, Quòd me in forum vocas, eò vocas vnde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi cum foro sine curia? In forum, ad agendas causas, & ad tractanda iudicia. Sine curia, Amisso Senatu, quum Senatus nullus sit. Et posuit Forũ pro Iudiciis, Curiam pro Senatu: quòd iudicia in foro fierent, senatus in curia haberetur. Figura est, quæ à Grammaticis appellatur Metonymia.
Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput Vrbis, aram sociorum, portum omnium gẽtium, sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini, Curiam Cicero vocat pro Milone.
Vindex temeritatis, & moderatrix officij curia. Cic. pro Flacco.
Curia consiliis æstuat orba suis. Claud. 2. Præfat. in Eutrop.
In curia inclusus Senatus. Cic. Att. lib. 6.
Aspirare in curiam. In ASPIRO.
Clausa pauperibus. Ouid 3. Amor. eleg. 7.
In curiam inducere ambitionem. In INDVCO.
Inire curiam, pro Ingredi. Tacit. lib. 5.
Iubet curia. Cic. pro Domo sua.
In curiam venit frequens Senatus. Cic. 3. de Claris Orat.
Curia Calabra dicebatur, vbi tantùm ratio sacrorum gerebatur. Festus. Calabram alij vocant, dictam à calando, id est vocando. Siquidem primo quoque mensis die, hoc est calendis, calata seu vocata in Capitolium plebe, iuxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima erat, Pontifex pronuntiabat quot dies à Calendis ad Nonas superessent, quia oportebat Nonarum die populares qui in agris erant, confluere in Vrbem, accepturos causas feriarum à Rege sacrorum, sciturósq; quid esset eo mense faciendum. Vide Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 15.
Curia Martis. Id est Areopagus. Iuuenal. sat. 9.
Saliorum curia erat in Palatio. Cic. 1. de Diuinat.
Pompeiana curia, in qua Pompeij simulacrum erat, & in qua Iul. Cæsar trucidatus est. Cic. 2. de Diuinat.
¶ Curiæ, inquit Festus, etiam nominantur, in quibus vniuscuiusque partis Populi Romani quid geritur: quales sunt hæ in quas Romulus populũ distribuit numero triginta: quibus postea additæ sunt quinque: ita vt in sua quisque curia sacra publica faceret, feriásq; obseruaret: iisque curiis singulis nomina curiarum virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerũt. Hactenus Festus. Plaut. Aulul. 5.
Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Diuidere argentum dixit nummos in viros.

Curialis, & hoc curiale. pen. prod. { [illegible] } Festus, Curialis, eiusdem curiæ, vt tribules & municipes. Cic. 2. Offic. Theophrastus scribit quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse.
Consortia curialia. l. Curialibus, de Decurionibus lib. 10. C. Curialibus consortiis consulentes, censemus, &c.
Curiales flamines, Curiarum sacerdotes erant. Festus.
Curiales mensæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis appellata est. Festus.

Curiatus, penult. prod. Adiectiuum: vt Curiata lex, quæ curiatis comitiis lata erat. Cic. ad Attic. lib. 4.
Curiata comitia, Conuentus qui litium causa in curiis fiebant, vt ait Festus. Gellius verò libro 15. cap. 27, Curiata comitia erant, quæ

curiatim per lictorem calabantur, id est conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri. Cic. de Lege Agraria, Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causa remanserunt.

Curiatim, penult. prod. Aduerbium, Per singulas curias. Vide Curiata comitia.

Curio, curionis (φρατριάρχης) Sacerdos curiæ. Curio Maximus, Cuius auctoritate curia, omnésque curiones regebantur, inquit Festus. Liuius 7. bel. Pun. Inter maiorum rerum curas comitia Maximi Curionis quum in locum M. Æmylij sacerdos crearetur, vetus excitauerunt certamen, Patritiis negantibus, C Manilij Attelij, qui vnus ex plebe petebat, rationem esse habendam: quia nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. Fortasse is est quem Curatum dicimus.

¶ Curiones quoque dicti sunt præcones. Iul. Capit. Ille per curionem dici iussit, imposturam fecit, & passus est. Euseb. lib. 4. eccl. hist.

Curionatus, huius curionatus, Curionis dignitas. Sipont.

Curionia sacra, quæ à curionibus in curiis fiebant. Festus.

Curionium, dicebatur æs, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus. Festus.

Curio agnus, vide paulo antè in CVRIOSVS.

CVRIO, Scriboniorum cognomen fuit, quòd qui primus id tulit, curio maximus fuerit, vt ex Liuio intelligi potest. Qua ex familia C. Curio Consul, qui de Macedonia triumphauit, & C. Curio filius author ciuilis belli fuit, ad quem sunt epist. Cic. lib. 2.

Curo, curas (ἐπιμελέω, φροντίζω, κήδομαι, θεραπεύω, θεραπεύω) curare, Operam dare, Solicitum esse de re aliqua. Cic. pro Cælio, Quod facinus in alienum hominem illatum seuerè acciperet, id omisisset curare in hospite?

Agere & curare. Cic. Pæto, lib. 9. 24, Sic tibi mi Pæte persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi vt mei ciues salui liberíque sint.

Curare & attendere. Cic. Figulo, lib. 4.

Omnibus rebus cura & prouide nequid ei desit. Cic. Att. lib. 11.

Alicuius causa curare aliquid. Cic. Att. lib. 5.

Cedere Ciceronem domo & patria curasti. Id est effecisti vt domo cederet. Cic. pro Domo sua.

Non curat redire. Cic. Lentulo, lib. 1. 9, Est verò probandum, qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sanè redire curaret, &c.

Curare asseruandum, inueniendum, interficiendum, &c. Terent. And. 5. 2, Cura asseruandum vinctum. Cæs. 8. bel. Gall. Cic. ad Marcellum, lib. 15. 10, Faciendum cures.

Curasti probè. Terent. And. 5. 2,

Omnia apparata iam sunt intus. S curasti probè.

Studiosè diligentérque curare aliquid. Cic. Att. lib. 16.

Diligenter curare aliquem. Cic. Att. lib. 12.

Leuiter curare aliquid. Horat. 2. epist. 1.

Curo istæc ego, Per ironiam dictum. Terent. And. 5. 4,

Ego istæc moueo aut curo.

Hoc non curo. Martial. lib. 11. epigr. 95,

Hoc quoque non curo, quod tu mea carmina carpas, &c.

Curare vt. Terent. Adelph. 5. 1,

-exemplum omnibus

Curarem vt esses. Cic. Cornificio, lib. 12. 28, Cura vt valeas.

Quid me curas, quid rerum geram? Ex Plauto.

¶ Curare ædes. Plaut. Mostel. 3.

Curare se, & ætatem suam. Plaut. Pseud. 20. Terent. in Adelph. 5. 1, in eandem sententiam dixit,

Te curasti molliter.

Curare ægrotos. Plaut. Capt. 4.

Curare alia Plaut. Milit. 12,

Faciemus, alia cura. Terent. Phorm. 2. 1,

-atqui reperi iam: aliud cura.

Curare aliena. Terent. Heaut. 1. 1.

Curare amicos. Plaut. Sticho. 13,

Amicos meos curabo huc aduenientes.

Curare boues. Plaut. Mostel. 2,

An ruri quæso non sunt quos curem boues?

Animi conscientiam non curat improbus. Cic. 2. de Fin.

Conuiuia. Virg. 1. Georg.

Corpora. Virgil. 8. Æneid.

Curare cutem, Indulgere genio. Iuuen. sat. 1.

Equos. Virgil. 8. Æneid.

Fidem suam, Curam habere de fide præstanda. Plautus Trinumm. 4.

Genium mero. Horat. 3. Carm. ode 17.

Curare histriones, aut aliquos alios, siue rem aliquam. Plautus Amphit. 3.

Munus aliquod. Plaut. Trucul. 8.

Negotia aliena. Cic. in Topic.

Curare officium suum. Plaut. Bacchid. 15.

Parentes. Plaut. Stich. 3.

Æquam partem. Terent. Adelph. 1. 2,

Curemus æquam vterque partem, tu alterum,

Ego item alterum.

Curare alicui pecuniam. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 8, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.

Alicuius nomine nobis pecuniam curare. Cic. Rufo, lib. 5. 20.

Pelliculam. Horat. 2. Serm. sat. 5,

-ire domum, atque

Pelliculam curare iube.

Curare præcepta & mandata alterius. Cic. ad Att. lib. 4, Mea mandata de domo curabis.

Curare prandium. Plaut. Menæch. 9,

Prandium vt iussisti, hic curatum: vbi libet ire accubitum licet.

Prouinciam. Cic. Att. lib. 6, Appius, quum ἐξ αἱμάτων prouinciam curarit, sanguinem miserit, &c.

Sacra per sacerdotes. Cic. pro Corn. Balbo, Sacra Cereris Iudices, summa maiores nostri religione confici ceremoniáque voluerunt. quæ quum essent assumpta de Græcia, & per Græcas sunt semper curata sacerdotes, &c.

Se. Cic. 3. de Orat. Sed iam surgamus, inquit, nósque curemus.

Reficere se & curare. Cic. 9. Philip. Multis illi in vrbibus, qua iter faciebat, reficiendi se, & curandi potestas fuit.

Sublimia curare. Horat. 1. epist. 12.

Curare vitem falce. Plin. lib. 17. cap. 22.

¶ Curare, pro Timere. Cic. Fam. 9, Magis illos vereor qui in bello occiderunt, quam hos curo, &c. Id est timeo.

Curare & polire vestimenta. Vlpianus in l. Itaque fullo. D. de Furtis, Itaque fullo, qui curanda poliendáque vestimenta accepit, semper agit.

¶ Curare, absolutum. Terent. And. 1. 1,

-sat est, curabo. Sallust. in Iugurth. Legatis imperat, vbi quisque curaret, deinde signo dato vndique simul clamor ingens exoritur.

¶ Curabitur, Impersonale. Terent. And. 2. 3. -hanc fidem

Sibi obsecrauit, qui se sciret non deserturum, vt darem.

D. Curabitur.

Curatur vt vinea vetus semel fossa fit. Plin. lib. 18. cap. 27.

¶ Mederi & curare. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Intelligo me ante tempus Iudices, hæc scrutari, & propemodum errare: qui quum capiti Sexti Roscij mederi debeam, reduuiam curem.

Corpora curari possunt, animorũ medicina nulla est. Cic 3. Tusc.

Tristius curari. Cic. de Senect. Facilius in morbos incidunt adolescentes, grauius ægrotant, tristius curantur.

Medicaminibus curari. Cic. in Pison. Quòd diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari?

Herbis. Ouid. 1. de Remed.

Sanguinis detractione aliquem. Quintil. lib. 2. cap. 10.

¶ Curare rebus alienis suo vestimento & cibo. Plaut. Truc. 4.

Curare rebus publicis. Plaut. Trinum. 14,

Sed ego sum insipiétior, qui rebus curem publicis potius quàm, &c.

¶ Tempus curandi differre. Horat. 1. epist. 2.

Labor curandis vitibus. Virg. 2. Georg.

¶ Curari à multis, Coli. Plin. Iun. lib. 1. epist. 5. ad Voconium, non procul à fine, Regulus enim est locuples, factiosus, curatur à multis, timetur à pluribus. Quid autẽ sit Regulũ curari à multis, ipse Plin. lib. 4. epist. 2. ad Clementem, his verbis explicat: Conuenitur ad Regulum mira celebritate. Cuncti detestantur, oderunt, & quasi probent, quasi diligant, cursant, frequentant. Huc facit & illud Martialis lib. 2. epigr. 74,

Cinctum togatis post & antè Saufellum,

Quanta reduci Regulus solet turba, &c.

Curatus, pen. prod. (ἐπιμελής) Participium, siue nomen ex participio, Cum diligentia & cura factus.

Bene curata cute nitidus. Horat. 1. epist. 3. in fin.

Membra curata sopori dare, Id est Cœnatum dormire. Horatius 2. epist. 2.

Curatus sermo. Plin. Iun. lib. 9. epist. 13, Me quidem ex Consularibus amicis secreto, curatóque sermone, quasi nimis fortiter incautéque progressum corripit: reuocat, monet vt desistam.

Curatus corpore. Cato, cap. 103. Hoc si feceris, ita boues & corpore curatiores erunt & morbus aberit. Id est meliore habitudine.

Curate, Aduerbium (ἐπιμελῶς) pro Accuratè. Tacit. lib. 2, Eius negotij initium, ordinem, finem curatius disseram.

Curator. pen. prod. (ἐπιμελητής) Generali nomine dicitur præpositus alicui negotio: vt, Curator viæ Flaminiæ. Cic. ad Att. lib. 1. 1.

Curatores vrbis & annonæ, ædiles. Cic. 3. de Leg.

Curator Reipub. Sallust. in Iugurth. Cæterùm de Repub. nostra, cuius huc curator missus es, paucis accipe.

Reficiẽdis muris curator Demosthenes fuit. Cic. de Opt. ge. Orat.

Deligere curatores pacis ac belli. Cic. in Vatinium, Non mutuos pacis ac belli, non curatores, non interpretes, &c. Senatus more maiorum deligere posset?

Constituere decreto curatorem ad aliquid agẽdum. Iulian. l. Ex facto. D. de negotiis gestis, Ex facto quærebatur, quędam ad siliginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum: eidem, &c.

Constituere curatores legibus. Cic. 2. de Lege Agrar.

Præficere curatorem. qui statuis faciundis præsit. Cic. 4. Verr.

¶ Curatores (κουράτορες) dicuntur qui pupillis loco tutorum dātur: siue illi qui rei frumentariæ agrisque diuidendis propositi sunt. Hæc Festus. Curator tamẽ est qui puberis patrimoniũ aut à magistratu, aut à testatore curare iussus est. In Instit. ciuil. §. 1. de curatorib. Masculi quidem puberes & fœminæ viripotentes, vsque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri non possint.

Curatores aut legitimi sunt, id est qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut honorarij, id est qui à Prætore constituuntur. Hæc Vlpian. tit. 12. eius libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Vlpiani.

Egere curatoris dicimus eos, quos tacitè innuere volumus non compotes esse mentis suæ. Horat. 1. epist. 1.

Petere curatorem. Quintil. lib. 7. cap. 5.

Curatrix, pen. prod. huius curatricis. Modest. in l. Scire. D. de tutor. vel curator. dat. ab his. Scire oportet magistratus, quòd curatrices minoribus mulieres non creabunt.

Curatio, Verbale (θεραπεία, θεράπευσις, ἐπιμέλεια) Propriè est medicorũ, authore Donato. Cic. ad Tironem, libro 16. 6, De medico, & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo.

Cultus & curatio hominum. Cic. 2. de Nat. deor. Quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque vllum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione potuissent. De ouibus.

Cultus & curatio corporis. Cicero 1. de Nat. deor. Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo quæ adhibetur homini, ingressus, cursus &c.

Neque valetudinis curatio sine hominum opera vlla esse potuisset. Cic. 2. Offic.

Austera curatio. Vide AVSTERVS.

Opportunus curationi. Cels. lib. 3. cap. 9.

Expedita. Cels. lib. 5. cap. 26.

Explere. Cels. lib. 7. cap. 7.

Facere difficultatem curationi, Id est reddere curationem difficilem. Cels. lib. 7. cap. 26.

Periculosa. In PERICVLOSVS.

Periculosas & ancipites curationes morbis grauioribus medici adhibere coguntur. Cic. 1. Offic.

Curationem adhibere. Cic. 4. de Fin. Hi curatione adhibita leuantur in dies.

Admittere curationem. In ADMITTO.

Admouere curationem ad aliquem. Cic. 4. Tusc.

¶ Curationem dare. Liu. Decad. 1. lib. 2. Populus dedicationem ædis dat M. Lectorio primipili centurioni: quòd facilè appareret non tam ad honorem eius, cui curatio altior fastigio suo data esset, factú, quàm ad Consulum ignominiam. Id est, *Plus grande charge & commission que son estat ne requeroit, ou pouuoit porter.* Budæus.

Ferre sibi curationem. Cic. pro Domo sua.

Rectè procedit curatio. Cels. lib. 7. cap. 27.

Recipere. Cels. lib. 7. cap. 20. Ferè tamen hanc curationem puerilis ætas, & modicum malum recipit.

Præscribere valetudinis. Cic. 2. de Diuinat. An Æsculapius Serapis potest nobis præscribere per somnium curationem valetudinis?

¶ Curatio, Onus & cura, siue prouincia alicui delegata. Cicero ad Attic. lib. 15. Ego quod eram meditatus in via, suadere vt vteretur Asiatica curatione frumenti, nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi vt salui essemus.

Curatio & administratio rerum. Cic. 1. de Nat. deor. Ab omni curatione & administratione rerum vacent.

Munerum regiorum curatio. Cic. Leptæ, lib. 6. 19.

Curationem deferre ad aliquem. Liu. 7. bel. Pun. Ibi curatione Hereorum, Nemeorúmque suffragiis populi ad eum delata.

Esse curationis alicuius. Cic. de Arusp. Resp. Ædes Telluris est curationis meæ.

Curatio mea est. Plaut. Pœn. 4,
Cur ego id curem? nanque istæc magis tua est curatio.

Quid tibi hanc rem curatio est verbero? Plaut. Amphit. 6.

Suscipere curationem & dispẽsationem. Cic. pro Rab. Posth. Hæc vna ratio à rege proposita Posthumo est seruandæ pecuniæ, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset.

Curatione & potestate in aliqua re valere. Cic. pro Domo sua.

Sub curatione. Cels. lib. 7. cap. 7, Nonunquam autem nimium sub hac curatione excisa cute, euenit vt oculus non contegatur.

¶ Curatio {ἐπιτροπή} capitur etiam apud Iurisconsultos pro munere publico, quod barbari *curatellam* vocant. Papinianus in l. iurisperitos. §. quum oriundus. D. de excusat. tutorum, Placuit eum duas curationes administrare non videri. Et §. sequenti, Qui priuilegio subnixus est, fratris curationem suscipere non cogitur.

Matris furiosæ curatio ad filium pertinet. Vlpian. in l. furiosæ. D. de Curatore furioso, &c.

Curantia, huius curantiæ {ἐπιμέλεια} Idem quod curatio. Cic. ad Qu. frat. lib. 2. 10. Quòd me admones, de non curantia, suadésque vt meminerim Iouis orationem.

Curatura, curaturæ, pen. prod. Terent. Eunuch. Act. 2. scen. 3,
Siqua est habitior paulò, pugilem esse aiunt: deducunt cibum.
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. Cura, inquit Donatus, mentis est: Curatio, medicinæ: Curatura, diligentiæ.

Curax, curacis, pen. prod. {ἐπιμελητικός} Adiectiuum, vt vigilax, pro curioso. Caius in l. siquid venditor. D. de Ædil. edicto, Verbi gratia si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmauerit: & ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, tardus comessor inueniatur, &c.

Curculio, huius curculionis, m. g. {κίς} Animal paruum, frumẽtum corrodens, quasi gurgulio: eo quòd nihil in eo pene aliud quàm guttur videtur: authore Sipontino. Varro 1. de Re rust. cap. 63, Tuendi causa promendum id frumentú, quod curculiones exesse incipiunt. id enim quum promptum est in sole, ponere oportet aquæ catinos, quòd eò conueniunt vt ipsi se necent curculiones. Virg. 1. Georg.
-populátque ingentem farris aceruum
Curculio. Vbi Seruius. Varro, inquit, hoc nomen per antistichon dictum ait quasi gurgulio, eo quòd nihil pene aliud sit quàm guttur.

Curculio, per tertiam alphabeti literam scribendum, licet per septimam g, proferatur: vt deprehendi potest ex argumento Plauti, quod suæ comœdiæ, quam Curculionem inscripsit, præpositum videmus: in quo singulorum versuum prima litera componit dictionem CVRCVLIO.

Curculione infestantur etiam fabæ & lentes, vt docet Colum. lib. 2. cap. 10.

¶ Curculio significat etiam gulam. Varro 2. de Re rust. cap. 3, Hircus molliori pilo, & potissimum albo, ac ceruice & collo breui, curculione longiore. Non desunt qui curculionem pro vuula & columella accipiant, quæ trachiam arteriam operit: Græci epiglottida vocant.

CVRENSES, Populi in quarta regione Italiæ à Plinio collocati, libro 3. cap. 12.

CVRES, Curium, plu. n. {Κύρεις Steph.} Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius: cuius ciues, Quirites dicebantur. Virg. 8. Æneidos,
-Tatióque seni, Curibúsque seueris.
Parui Cures, Id est pauperes. Virg. 6. Æneid.

CVRETES, pen. prod. {κούρητες} Quidam Cretæ populi, de quibus Ouid. lib. 4. Metam. Largóque satos Curetas ab imbri. Virgil. 3. Æneid. Et tandem antiquis Curetum allabitur oris. Vbi Seruius, Curetes sunt populi, primi cultores Cretæ.

Curetes erant in Creta adolescentes quidam, armisonam cum saltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Iouis origine fabulam, in qua Saturnum introducunt, mox filios vt in lucem editi fuerint, deuorantem: Rheam verò dolores pariendi dissimulare conatam, natum infantem longè ablegantem, & ei salutem pro viribus comparantem: Quam quidem ad rem adiutores Curetas assumere: Illos cum tympanis ac strepitu armisonantíque chorea tumultuantes, deam curiosè circunsistere, vt Saturnus attonitus, & obliuione inuolutus, auulsum non agnoscat infantem, nec eius vagitum exaudiat. Eisdem curam & studium Iouis infantis nutriendi commendari. Curetes itaque, id est curatores, vel quia ei ministrarent: vel quia Iouis κουροτροφίαν, id est alimoniam (vtrunque enim dicitur) operati sint, appellationem hanc sunt assequuti. Ex Strabone lib. 10, vbi & lõgè plura de Curetibus & eorum nomine tradit. Curetibus, Corybantibus, & Idæis Dactylis Ops Saturni vxor Iouem custodiendum dedit in monte Cretæ Dictæo: ne eum Saturnus consumeret, vt filios omnes solebat. Tunc itaque apes æris sonum sequutæ, Iouem melle aluisse dicuntur: pro qua re eis postea præstitit Iuppiter, vt haberent liberos sine vllo concubitu. Hactenus Seruius in illud 4 Georgicorum,
Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum sonitus, crepitantiáque æra sequutæ,
Dictæo cæli regem pauere sub antro. Vide Cælium lib. 5. cap. 4. & lib. 13. cap. 17. Rursum lib. 15. cap. 8. & lib. 17. cap. 12. Vide etiam Hyginum fabula 139

¶ Curetes, sacerdotes Cybeles, qui & Corybantes dicuntur, qui ad sacra Cybeles admissi sunt casti & puri, illícque saltant armati.

Dictæi Curetes. Lucret. lib. 2.

Cureticus, pen. corr. Adiectiuum. Sil. lib. 15,
Oeneásque domos, Curetica tecta subibat.

Curia. Curiales, Curiatus, In CVRA.

Curialis, Idem quòd Decurio, Id est qui in oppido tanquam Senator est. Constat ex l. siquis curialis. C. de episcop. & cleric. vbi qui Curialis, idem postea Decurio nominatur.

CVRICTAE, Populi Illyrici, conuentus Scardonitani, quos ius Italicum habere Plinius dicit lib. 3. cap. 21.

Curio, In CVRA.

CVRIO {κουρίων} Qu. pater eius qui Tribunus pleb. teste Valerio, magnus Orator: is quum Cæsaris inimicus esset, appellauit eum in quadam Oratione, omnium mulierum virum, & mulierem omnium virorum vt Tranquillus in Cæsare refert. C. Curio filius, Tribunus pleb. Cæsarianas partes sequutus est, vir luxu & audacia singulari: sexcenties enim H-S. debebat æris alieni, vt Valerius de luxuria scribit. Ei Curioni gratulatur Cic. Epist. lib. 2. Is Curio vt se ære alieno liberaret, atque emergeret, Cæsarem ad bellum ciuile impellebat, vt scribit Cic. in Epist. ad Qu. Tironem, lib. 16. Epist. 10. Et Lucan. lib. 1.

Curiosus, In CVRA.

Curis {κυρις} Lingua Sabinorum hasta dicitur. Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus, & Romani à Quirino Quirites dicuntur. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Festus. Vide Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 9. Et Seruium in 1. Æneidos.

CVRITIS, Oppidum Cyboto monti propinquum, quod aliquando à terra est absorptum. Author Plin. lib. 2. cap. 91.

CVRIVS {κούριος} Dentatus, Romanus ciuis, exactissimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis. hic quum in scamno sederet, rapásque in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publice missum attulissent, inuitarentque vt eo vti vellet: respondit, M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri: & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primùm de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare superum pacauit. Deinde de Sabinis triumphauit. Postremò de Lucanis ouans vrbem intrauit. Pyrrhum regem Epirotarum ex Italia pepulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit: sibíque totidem constituit, dicens, neminem esse debere, cui non tantum sufficeret. Huius meminit Iuuenal. sat. 11. Et sat. 2,
Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. De hoc prouerbio vide Eras. Chiliad. ¶ Fuit & Curius, Alexãdrinus presbyter sub Diocletiano, tanta doctrinæ fama, vt Origenes iunior appellaretur, vt scribit Hieronymus.

Curios municipes fuisse, Cic. pro Murena & Sylla demonstrat, municipij mentionem facit nullam.

Capillis incomptis Curius. Horat. 1. Carm. ode 12.

Pauper erat Curius reges quum vinceret armis. Claud. 7. Paneg.

Curmi, Potionis genus, quod paratur è frugibus, nimirum hordeo, triticóque in aqua maceratis, & bibitur vini loco. Matthiol. Curmi nihil aliud antiquis fuisse scribit, quàm est hoc tempore Ceruisia, quam loco vini bibit vniuersa regio Septentrionalis. De hoc vide Dioscor. lib. 2. cap. 81. Vlp. l. siquis. D. de tritic. vin. & oleo leg.

Curmundula, Herba gratissimi saporis, corticis tenerrimi: quapropter à plerisque nequaquam detracto corio editur, vnde nomen habet. Sipontinus.

Curo curas. Vide CVRA.

Curotrophium {κουροτροφεῖον} Domus alendis pueris destinata. κοῦρος enim puerum significat. Vtitur Iustin. l. illud. C. de sacrosanct. eccl. Differt autem à Brephotrophio, quòd in hoc infantes, recentésque partus aut expositi, aut parẽtibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiusculi, qui nondũ labore suo victum sibi parare poterant. Hotom.

Curro, curris, cucurri, cursum {τρέχω, θέω} currere, Notæ significationis. Terent. Adelph. 3. 2, Curre, obstetricem accerse.

Cucurrit Puteolos. Cic. Att. lib. 10.
Longius currere. In LONGVS.
Solito velocius currere. Ouid. 14. Metam.
Currere ad mortem. Plin. Iun. lib. 1. epist. 22, ad Catilium Seuerum, Impetu quodam & instinctu currere ad mortem, commune est cum multis.
Currere per vias. Plaut. Pœn. 7.
Currere per campos. Ouid. 5. Metam.
Æquor vastum caua trabe currimus. Virg. 3. Æneid.
Currere cursum, stadium, &c. Cic. 3. Offic. Qui stadiũ currit, eniti & contendere debet quàm maxime possit, vt vincat.
Currit iter tutum non secius æquore classis. Virg. 5. Æneid.
Currere subsidio. Cic. ad Atticum, lib. 12, Sedulò iis factis, Calypso subsidio currat.
¶ Currere in mari naues velociter euntes dicuntur. Virgilius,
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Placido currere fluctu. Prosperè nauigare. Valer. lib. 1. Argon.
Fluuij in freta currunt. Virg. 1. Æneid.
Currunt aues. Apul. Ei inopinanti auium cursus terrorẽ adiecere.
Ætas currit. Horat. 2. Carm. ode 5, Currit ferox ætas.
Currunt carmina molli limite. Martial. lib. 11. epigr. 91,
Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt, &c.
Frigus per ossa cucurrit. Ouid. ad Liuiam.
Mensura currit, Vide Mensura in METIOR.
Mors. Lucan. lib. 2,
Quantóque gradu mors sæua cucurrit.
Nox inter pocula. Propert. lib. 3. eleg. 10.
Currit oratio procliuius. Cic. 5 de Finib.
Sententia. Horat. 1. Serm. sat. 10, Est breuitate opus, vt currat sententia.
Tremor ima per ossa. Virg. 2. Æneid.
Versus. Horat. 1. Serm. sat. 10,
Nempe incomposito dixi pede currere versus Lucili.
Currit vox Plin. lib. 11. cap. 51.
¶ Curritur, Impersonale. Terent. in Prol. Heaut.
Siqua laboriosa est, ad me curritur. Cicero 7. Verr. Curritur ad Prætorium.
Currens (τρέχων) Participium. Terent. in Prol. Eunuch. Qui magis licet currentes seruos scribere, &c.
Fata currentia. Sil. lib. 7.
Vnda. Virgil. 3. Georg.
Spatium curenti præmonstrare. Lucret. lib. 6.
Currentem incitare, Est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Cic. Att. lib. 13, Quòd me hortaris vt eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem. Idem 2. de Orat. Facilius enim est currentem (quod aiunt) incitare, quàm commouere languẽtem. Ducta est metaphora ab his qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem.
Curso, cursas, cursare. Frequentatiuum. Cic. 1. de Diuin. Fuscíque nonnunquam cursans per littora cornix.
Cursare per foros. Cic. de Senect. Similésque sunt vt hi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alij malos scandãt, alij per foros cursent, &c.
Cursare huc atque illuc via deterrima. Cic. ad Att. lib. 9.
Cursare circum patronos atque hospites. Cic. 6. Verr. Diodorus Romæ sordidatus circum patronos atque hospites cursare: rem omnibus narrare.
Vltro & citro. Cic. pro Rosc. Amer. Postea homines cursare vltro & citro non destiterunt.
Vias. Valer. lib. 4. Argon.
¶ Cursatur, Impersonale. Terent. Hecy. 3. 1, Trepidari sentio, cursari sursum prorsum.
Cursito, cursitas, pen. corr. cursitare, Frequentatiuum à Curso frequentatiuo. Terent. Eunuch. 2. 2, Ne sursum deorsum cursites.
Cursitare ad aliquem. Terent. Eunuch. 2. 2,
Ne quis forte internuntius clàm à milite ad istam cursitet.
Huc & illuc. Horat. 4 Carm ode 11.
Cursus, huius cursus (δρόμος, δρόμημα) Ipse currẽdi actus. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto cursu per sinus impellunt.
Acrior cursus. Stat. 4. Sylu. 3.
Æquorei. Valer. 1. Argon.
Aerius. Ouid. 6. Metam. ad finem, Id est volatus.
Agiles. Stat. 4 Sylu. 3.
Anhelus. Ouid. 11. Metamorphoseos,
De consorte suo cursu festinus anhelo.
Apertus, Id est liber. Stat. 10. Thebaid.
Attoniti. Sil. lib. 17.
Auidi. Virg. 12. Æneid.
Auidos cursus illidere in aliquem. Stat. 11. Thebaidos,
Cacúsque auidos illidit in ægrum
Cornipedem cursus.
Breuissimus cursus vndis. Virg. 3. Æneid.
Cæcus. Lucan. lib. 2,
-tam cæco trahis omnia cursu. Fortunam alloquitur.
Celer. Seneca Thyeste, 1,
Aut membra celeri differens cursu rota?
Citus. Seneca Hippol. 4.
Clausus. Martial. lib. 12. epig. 57.
Contentus. Cic. pro Murena, Quum contẽto cursu, acerrimis ducibus, hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret.
Continenti cursu sequi fugientem. In CONTINEO.
Continuus. Claud. 4. Paneg.
Decliuis. Lucan. lib. 4,
Non habeant amnes declinem ad littora cursum.
Defrænatus. Ouid. 2. Metam. de amnibus,
Et defrænato voluuntur in æquora cursu.

Diurni. Ouid. 4. Metamorphoseos,
-dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ cursúsque Aurora diurnos.
Emeriti cursus anni. Ouid. 3. Fast.
Equestres. Virg. 5. Æneid.
Facilis. Virgil. 1. Georg.
Fulmineus, Id est celerrimus & impetuosus. Claud. 4. Paneg.
Furente. Seneca Medea, 11.
Incerto cursu nauigare. Cic. Att. lib. 8, Infero mari nobis incerto cursu, hyeme maxima nauigandum est.
Incitatus. Cic. in Orat. Interdum enim cursus est in oratione incitatior, interdum moderata ingressio.
Incitus, Id est velox. Seneca Theb. 1.
Infracti. Valer. lib. 3. Argonauticõn,
-infracti languescunt frigore cursus.
Infrænus, Vide INFRÆNO.
Inoffensus, Vide paulo pòst, Astra æterna agant, &c.
Inuicti certamine. Ouid. 7. Metam.
Liber. Vide LIBER.
Longi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3.
Magnus. Sil. lib. 16.
Medius. Virgil. 5. Æneid.
Menstruus Lunæ. Catul. in Carm. secul.
Mobilis. Seneca in Hippol. 4.
Montiuagi. Sil. lib. 3,
Clausum montiuagis infestat cursibus hostem.
Multiuagus Lunæ. In MVLTVS.
Obliqui. Ouid. 9. Metam.
Perpetui cursus conuersionésque cælestes. Cic. 1. de Leg.
Præceps. Lucan. lib. 3,
-tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum.
Præpes equi volucris. Claud. 1. in Ruff.
A principe cursu rerum, A principio nascentis orbis. Valerius libro 1. Argonaut.
Propero. Ouid. epist. 15.
Rapidus. Virg. 5. Æneid.
Rectus. Horat. 2. Serm. eleg. 5.
Solicitu . Claud. 1. de Raptu Proserp.
Sospes, Id est prosper & incolumis. Horat. in Carm. secul. Prosperam intelligit nauigationem.
Summus ille cæli stelliferi. Cic. in Somnio.
Tacitus. Ouid 14. Metam.
Timidus. Ouid. 1. Metam.
Tranquillus. Claud. 1. in Ruff.
Trepidus. Virgil. 4. Æneid.
Vagus. Claud. 6. Paneg.
Volucer. Claud. 3. Paneg.
¶ Aduertere cursus. Ouid. 3. Metam.
Æquare. Silius Lib. 15,
Illum augent cursus adnixi æquare secando.
Agitare aliquem. Virgil. 3. Georg.
Astra æterna agãt cursus inoffensos, Id est machina vniuersi maneat vt ab Ioue instituta est. Seneca Herc. fur. 11.
Agere cursum. Seneca Hippol. 5.
Aperire. Seneca Agamemn. 6,
Aperitque cursus mille quos puppes secent.
Capessere. Vide CAPESSO.
Collatis cursibus, Commisso prælio. Valer. lib. 6. Argon.
Longos circunflectere Virg. 5. Æneid.
Conficere aliquem. Cic. de Clar. Orat.
Constituere. Quintil. lib. 1 cap. 10.
Cursu contendere. Virgil. 5. Æneidos,
Hic qui forte velint rapido contendere cursu.
Contendere cursum, In CONTENDO.
Contingere metam. Horat. in Arte poet.
Conuerso relegam vestigia cursu. Claud. de bello Getico.
Corripere, In CORRIPIO.
Currere, In CVRRO.
Dare. Virgil. 4 Æneidos,
Vixi: & quem dederat cursum fortuna peregi.
Facilem cursum dare. Virgil. 1 Georg.
Dare cursum in. Virg. 10. Æneidos,
Sic cursum in medios rapidus dedit.
Defatigari cursu. Vide DEFATIGO.
Delabi. Ouid. 2. Metamorphoseos,
Pelle moram, subitóque celer delabere cursu.
Detorquere ad aliquem. Virgil. 4. Æneid.
Dirigere aliquò. Virgil. 5. Æneid.
Distare longo. Virg. 3. Æneidos,
Placemus ventos, & Gnosia regna petamus,
Nec longo distant cursu.
Ducere. Virgil. 5. Æneid.
Cursu se exercere. Plaut. Bacch 8.
Cursu eunt in eam sententiam. Plin. lib. 2. cap. 7.
Errare incerto. Seneca Herc. fur. 2.
Solicito errare. Claud. 1. de Raptu Proserp.
Euadere pugna cursu. Virg 11. Æneid.
Præpeti euolat. Seneca Hippol. 10.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in vndis. Virg. 3. Æneid. Id est A proposito itinere auertimur. Seruius.
Explicare cursum celerem citatis passibus. Seneca Hippol. 10.
Extendere. Virg. 12. Æneid.
Libero ferri, Vide LIBER.
Figere. Stat. 3. Thebaid.
Flectere aliquò. Claud. 6. Paneg.

Flectere in læuum. Ouid.1.Trist.eleg.9.
Fluere cursibus obliquis. Ouid.9.Metam.
Frangere gyro cursum. Lucan.lib.3.
Frænare cursus aquarum glacie. Virg.4.Æneid.
Timido fugere. Ouid.1.Metam.
Mobili fugit. Seneca Hippol.4.
Habere. Quintil.lib.2.cap.13.
Impediunt cursum vndæ. Ouid.1.Metam.
Impedire vestigia cursu. Virg.5.Æneid.
Fatorum impellere. Lucan.lib.5.
Inclinare. Ouid.2.Metamorphoseos,
Sic super actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus.
Inire cursus. Virgil.5.Æneidos,
Inde alios ineunt cursus, aliósque recursus
Aduersis spatiis.
Instituere cursum, Vide INSTITVO.
Instruere equorum cursus. Virg.5.Æneid.
Iungere cursum equis, Id est æquare cursum equorum. Liu. Decad.5.lib.4, Veniebāt decem millia equitum, par numerus peditum, & ipsorum iungentium cursum equis, & in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos.
Labat incerto limite cursus. Stat.5.Sylu.3.
In liquido aere librare cursus. Ouid.2.Amor.eleg.6.
Peragere. Virgil.4.Æneid.
Petere alium. Cic. Attico, lib.3, Ille incertus vbi ego essem, fortasse alium cursum petiuit.
Petere cursu locum aliquem. Virg.3.Æneid.
Præterire hos & illos cursu. Virgil.4.Æneid.
Procedente temporis cursu. Firmicus libro 4. cap.1. non procul ab initio.
Auras prouocare cursibus. Virgil.3.Georg.
Quatere aliquem, Virgil.3.Georg.
Rapere cursus, Accelerare. Seneca Hippol.9.
Rapere cursum per. Claud.1.in Eutrop.
Sic effata, rapit cæli per inania cursum
Diua potens.
Regere. Virgil.6.Æneid.
Æquoreos tendere. Valer.lib.1.Argon.
Repeto cursum, Id est recipio vsum rationis. Seneca Herc.fur.12.
Flumina suos cursus requierūt, Id est cursus proprios retardarunt & fecerunt esse quietos. Virg.eclog.8.
Reuocare aliquem è. Cic. Topic. Maiores nos res scribere ingressos C. Trebati, & iis libris, quos breui tempore satis multos edidimus, digniores, è cursu ipso reuocauit voluntas tua.
Esse in. Cic.1.de Orat.
Canem superare. Horat.1.epist.19.
Supprimere habenas cursus aerij. Ouid.6.Metam. ad finem,
Nec prius aerij cursus suppressit habenas,
Quàm Ciconū tenuit populos, &c. Id est, non prius destitit volare.
Tendere cursum per iuga. Claud.4.Paneg.
Tendere cursu aliquò. Virg.2.Æneid.
Cursum tenere. Cic.7.Verr. Sed tunc inopes relicti à duce, præfectóque classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt.
Ad regem cursus detorquet Iarbam. Virg.4.Æneid.
Torquet medios nox humida cursus. Virg.5.Æneid.
Transcurrere cursum suum, Vide TRANSCVRRO.
Transit equum cursu pernicibus ignea plantis. Virg.11.Æneid.
Transmittunt cursu campos. Virg.4.Æneid.
Valere cursu pedum. Virg.5.Æneid.
Venire magno cursu. Sil.lib.16.
Vertere cursus. Virg.3.Æneid.
¶Cursus ad. Cicero ad Cassium, libro 12. 6, Qui si conseruatus erit, vicimus: sin (quod dij omen auertant) omnis omnium cursus est ad vos.
Cursus in Græciam. Cic. ad Att.lib.10, Nam mihi cursus in Græciam per tuam prouinciam est.
¶Animi & industriæ cursus. Cic. Att.lib.5.
Abiit animus in varios cursus, Vide ABEO.
Aquarum. Virg.4.Georgicorum,
-& glacie cursus frænaret aquarum.
Cursum beneuolentiæ sustinere. Cic. de Amicit. Est igitur prudentis, sustinere vt cursum, sic impetum beneuolentiæ quo vtamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.
¶Cursus exhibitio, pro Rationum relatio, quasi totius procurationis ac muneris sui discursus, siue διάδρομος edatur. Constat e l.4.C. de episc. & cleric. vbi quū initio dixisset, Officiales rationale si exhibitione cursus, seu primipili necessitate neglecta: mox infert, Si verò obnoxij ratiociniis, vel necessitatibus non sint. Hotom.
Fatorum cursus. Lucan.lib.5,
Tollite signa duces: fatorum impellite cursum.
Cursus honorum, Id est tempus gerendorum honorum, ait Budæus. Cic. pro Plancio, Si doceo Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu qui semper patuerit omnibus.
Cursum ingenij tui Brute premit hæc importuna clades ciuitatis. Cic. in Brut. sub finem.
Cursus Lunæ. Liu.1.ab Vrbe.
Cursus atque exitus rerum. Cic. ad Sulpitium, lib.4.2, Neque solùm ea perspicis quæ geruntur, quæque iam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit.
¶Menstrui cursus, Menstrua muliebria. Plin.lib.11.cap.39, Quum menstrui cursus stetere.
Syderum spatia & cursus. Cic.2.de Nat.deor. Nam quum duo sint genera syderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum vnquam cursus sui vestigium inflectat, alterum autem continuas conuersiones duas, iisdem spatiis cursibúsque conficiat.
Cursus vitæ. Cic. de Senect. Cursus est certus ætatis, & via vna naturæ, eáque simplex.
Implicari certo genere, cursuque viuendi, Vide IMPLICO.
Implere cursum vitæ, Vide IMPLEO.
Reuocare cursum sanguini. Cels.lib.5.cap.26.
Vitæ, breuis cursus: gloriæ, sempiternus. Cic. pro Sextio.
Vocis cursus per omnes sonos. Cic.3.de Orat.
¶Cursus, pro modo viuendi. Plinius Iun. in Paneg. Tenes Cæsar hunc cursum, & probatur experimento, sitne feracius, &c.
¶Concitus insano cursu. Ouid.3.Metam.
Deprensus cursu. Seneca Herc.fur.4.
Exhaustus cursu. Lucan.lib.8.
Fortis cursu. Ouid.3.Metam.
¶Magno cursu contexere verba. Iuuen.sat.14,
-expectas vt non sit adultera Largæ
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam citò, nec tanto poterit contexere cursu,
Vt non ter decies respiret.

Cursura, huius cursuræ, pen.prod. {δρόμημα} Idem. Plautus Bacchid.2. Varro 2.de Re rust.cap.7, Equi quòd alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad cursuram, &c.
Incipere cursuram, Vide INCIPIO.

Cursor, Verbale {δρομεύς} Martial.lib.3. Cursorem sexta tibi Rufe remisimus hora. Cic.2. Tuscul. In stadio cursores exclamant quammaxime possunt.
Armillati cursores, Vide ARMILLA.
Cursor antecedit. Martial.lib.12.epigr.24,
Succinctus neque cursor antecedit.
¶Cursores, Absolutè Mauricio cuidam historico, quem citat Turnebus, dicuntur equites quidam, qui ante agmen & aciem excurrūt, hostésque versos in fugam persequuntur: sicut & defensores alios quosdam nominat, qui ex acie non exeunt, nec excurrunt, sed ordines semper seruant.

CVRSOR, Cognomen fuit L. Papirij, à velocitate cursus. Liuius.

Cursorius, Adiectiuum {δρομικός} Quod ad cursum pertinet: vt Cursoria nauis. Sidonius, Tiphim cursoriam ascendi.

Cursim, Aduerbium {δρομάδην} Currendo, inquit Valla. Cic.11.Philipp. Alter in Asiam irrupit cursim.
Cursim currere. Plaut. Pseud.5.
Sensim & cursim dicere, contraria. Cic.2.Philip. Vide autem inter te & auum tuum quid intersit. ille sensim dicebat, quod causæ prodesset: tu cursim dicis aliena.
Citò & cursim aliquid agere. Plaut. Pœn.7.
Cursim aliquid annotare. Plin. Iun.lib.3.epist.5, Super hanc liber legebatur, annotabatur, & quidem cursim.
Cursim & breuiter attingere quæ sint inculcanda. Plinius Iunior, lib.1.epist.20.
Cursim legere. Plin. lib.5. epist.15, Rationes legebam inuitus & cursim.
Pergere cursim ad dignitates. Cic.5. Tuscul.

Currus, huius currus, m.g. {ἅρμα, ἅμαξα, δίφρος} Vehiculi genus, dictum quòd eo veteres veherentur ad cursum. Virgilius, Quadriiugo inuehitur curru.
Currus appellatione, bigæ etiam & quadrigæ continentur. vnde triumphales currus vocitantur. Vide Bayfium in libello de Vasculis.
Phaeton currus auriga paterni. Ouid.2.Metam.
Hyperionis currus. Id est Phœbi qui filius fuit Hyperionis Titanis: cuius etiam nomen retinet. Valer.lib.2.Argon.
Alipes currus. Valer.lib.5.Argon.
Altus. Claud.2.de Raptu Proserp.
Armatus. Liu.1.ab Vrbe, Ad id sacrarium flamines bigis curru armato vehi iussit.
Candidi Dianæ. Seneca Hippol.6.
Celeres. Seneca in Agamemn.9.
Citati. Sil.lib.8.
Citus. Seneca Hippol.10.
Eburnus. Tibul.lib.1.eleg.7.
Falcati. Valer.lib.6. Argon. Antiquis falciferi currus erant ad hostes laniandos.
Falciferi. Lucret.lib.3.
Ferreus Martis. Claud.6.Paneg.
Fulgentes. Horat.1.Serm.sat.6.
Inanis. Stat.6.Thebaid.
Laboriferi Tithoniæ, Id est Auroræ. Stat.6.Thebaid.
Lacer. Ouid.2.Metamorphoseos,
Sparsáque sunt latè laceri vestigia currus.
Leuis. Ouid.1.de Arte.
Martius, cuius equi Terror & Pauor dicuntur à Valerio libro 3. Argonaut.
Micantes stamine. Claud.5.Paneg.
Nigri Plutonis. Claud.2.de Raptu Proserp.
Nitidus. Horat. in Carm. secul.
Nitidi Dianæ. Seneca Hippol.3.
Præceps. Virgil.3.Georg.
Quadriiugi. Virgil.3.Georg.
Rapidus. Virgil.12.Æneid.
Superbus. Seneca Troade, 3.
Trepidi. Valer.lib.6.Argonaut.
Ventosus. Horat.2.epist.1.
Volucris. Horat.1.Carm.ode 34.
¶Currum, pro equis posuit Virgil.lib.12.Æneidos,
Infrænant alij currus. Et lib.1.Georg. in fine,
Neque audit currus habenas. Hæc Seruius.

¶Currus

¶Currus per metaphoram pro triumpho. Cic.ad Catonem, lib.15.6, Et si non modò omnes, verùm etiam multi Catones essent in ciuitate nostra, in qua vnum extitisse mirabile est, quem ego currũ, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem?

¶Agere currus. Ouid.2.Metam.
Agitare. Virgil.3.Georg.
Ascendere vel conscendere. Sil.lib.16.
Dirigere. Ouid.12.Metam.
Dormitant in puluere. Virgil.7.Æneid.
Ducere. Ouid.3 de Ponto, eleg.1.
Effusi carcere. Virgil.3.Georg.
Attoniti currum erexere leones. Stat.10.Thebaid.
Errans. Stat.6.Thebaid.
Excuti. Ouid.15.Metam.
Flectere. Seneca Hippol.6.
Gubernare citos. Seneca Hippol.10.
Impellere. Sil.lib.16.
Habili curru ingredi. Ouid.2.Metam.
Inscendere, Vide INSCENDO.
Inuehi, Vide INVEHO.
Iungere equos curru. Virgil.5.Æneid. Curru, pro currui.
Moliri per. Ouid.2.Metam.
Moues gelidos Latonia. Valer.lib.3.Argon.
Nouare. Stat.1.Achill.
Alipedem planta currum premit. Sil.lib.7.
Properante. Seneca Hippol.6.
Rapiunt per auia equi. Ouid.2.Metam.
Equi rapuere. Seneca Hippol.10.
Arte regendus. Ouid.1.de Arte.
Equis insignibus & curru aurato in patriam reportari. Cic.post reditum in Senatu.
Retorquere auersos. Virg.12.Æneid.
Reuocare, Id est reducere. Claud.2 de Raptu Proserp.
Ruunt effusi carcere. Virgil.3.Georg.
Ruere in. Virgil.7.Æneidos.
Exercebat equos, currúque in bella ruebat.
Leui curru equi ruunt. Seneca Hippol.10.
Subire dicuntur equi, aut animalia alia quæ currum trahunt. Virgil.3.Æneid.
Subiungere curru tigres. Virg.eclog.6. Curru, pro currui. Seruius.
Succedunt curru quadrupedes. Virgil.3.Æneid.
Succutitur alté. Ouid.2.Metam.
Sustinere. Cic.Att.lib.13,
Nec est melius quicquam quàm vt Lucullus
Sustineat currum, vt bonus sæpe agitator, equósque.
Tardare alicuius. Stat.1.Achil.
Grauiore curru tremunt axes. Seneca Hippol.3.
Curru vehi ad curiam. Plin.lib.7.cap.43.
Volans, vel volitans. Claud.5.Paneg.

Curriculum, penultima correpta {[illegible]} Diminutiuum à currus. Curtius libro 8. Valla libro 1.

¶Curriculus, masc.gen. dicitur breuissimum vehiculi biroti genus. Varr. epistola Iulij Cæsaris, Quem simul ac Romam venissem, mihi attigit aures nuntius extemplo eas, in curriculum contuli properé pedes. Nonius.

Sereno curriculo errat Cytheræa. Claud.2.Paneg.

¶Curriculum pro Cursu. Cic. 2. de Leg. Ludis publicis, quod sine curriculo & sine certatione corporum fiat, &c.

¶Curriculum, pro Cursu, fama, laude. Plin. lib. 14.cap.6, de vinis generosis.

Curriculum lunæ & solis. Cic.in Timæo, Rarè igitur & mente diuina, ad originem temporis curris, curriculũ inuentum est solis & lunæ.
Pedes in curriculum coniicere. Plaut.Merc.22, Hoc est, aufugere.
Curriculum vnum facere. Plaut.Trinum.15.
Curriculo celeri ire. Plaut. Stich.6.

¶Curriculum vitæ. Cic.pro Rabirio, Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit

¶Curriculum, Locus in quo certamen currendi exercetur. Horat.1. Carm.ode 1,
Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat, metáque feruidis Euitata rotis. Lambinus hoc loco curriculi nomine mauult currum significari, quàm spatiũ in quo curritur, cui assentior.

Descendere in curriculum artis. Author ad Herenn. lib.4. non ita procul ab initio, Quasi siquis ad Olympiacum venerit cursum, &c. sic isti, quum in artis curriculum descenderunt, illos qui in eo quod est artificij elaborent, aiunt facere immodesté. In artis curriculum descendere, & in stadium Rhetoricæ artis prodire, pro eodem posuit: vtique pro artis præcepta dare & scribere.

¶Curriculum, per metaphoram dixit Cic. pro Marcello, pro vetere more censendi in Senatu, & sententiarum dicendarum. Nec fas esse ducebam, versari me in nostro veteri curriculo, &c. Priscian. lib.6, Adeò, inquit, cognatio est currus ad cursum, quòd diminutiuum currus curriculus pro cursu accipitur.

Industriæ curriculum. Cic.7.Philipp. Omne enim curriculum industriæ nostræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. Hoc est, tempus & spatium cursus, vel actio omnis & contentio. Translatio sumpta à currentibus, & cursu certantibus. Elaboratum est, cum labore susceptum, labore perfectum & consumptum.

Mentis curricula. Cic. de Senect. Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis. Theodorus vertit [illegible].

De curriculo deflexit consuetudo maiorum. Cic.de Amic. Etenim eo loco Fanni & Scæuola locati sumus, vt nos longè prospicere oporteat futuros casus Reipub. deflexit enim iam aliquantulum de spatio curriculóque consuetudo maiorum.

Deflectere se de curriculo petitionis. Cic. pro Murena, Tu quum te de curriculo petitionis deflexisses, animúmque ad accusandum transtulisses, &c.

Curriculò {δρομαίως} Aduerb. pro cursim. Plaut.Mil.9,
Transcurre curriculò ad nos. Terent.Heaut.4.4, Curriculò percurre. Gell.lib.17.cap.8.

Curruca, currucæ, pen.prod, {ὑπολαΐς} Parua auis, quæ alienos pullos proprios putans, nutrit, maximè cuculi. Cuculus enim in currucæ nido parit oua, quæ curruca pro suis fouet, excludit, & educat. Iuuen.sat.6. Per translationem dictum. Ignominiose enim currucam appellat maritum, qui alienos educat liberos pro suis, vxorémque suam ab aliis possessam amplectitur.

Currus, cursim, cursito, cursor, cursura, cursus, In CVRRO

CVRTIVS M. {[illegible]} Adolescens, eques Romanus abrupto per medium forum ingẽti specu, responsóque accepto nobilem ex ciuibus aliquem id requirere, sese sponte in hiantem terram coniecit eques, suósque ex calamitate saluos reddidit. Curtius deinde lacus est appellatus. Author Aristides, apud Plutarchum in Parallelis. Et Liu.lib.6. Quint.Curtius, nobilis historicus, de rebus gestis Alexandri magni scripsit historiam.

CVRTIVS, Fons insigni aquæductu memorabilis, vt qui à quadragesimo lapide in vrbem fuerit perductus, opere arcuato tantæ altitudinis, vt in omnes vrbis montes facilè distribueretur. Vide Plin.lib.36.cap.15.
Curtij lacus appellatur, inquit Festus, à Curtio, qui eo loco in profundissimum se ob salutem populi Romani proiecit hiatum.

Curtus, {κολοβός} Adiect, Paruus, deminutus. Horat.1.Serm.sat.6,
—nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel si lubet vsque Tarentum.
Curtum & redundans, Pugnantia. Cic.in Orat. Nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans.
Dolia curta. Lucret.3. Curtum latus. Martial.lib.12.epigr.32.
Curtæ nescio quid semper abest rei. Horat.lib.3.Carm.ode 24.
Curta sententia. Cic.4.de Fin. Eorum enim omnium multa prætermittentium dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta setentia.
Curta supellex. Pers.sat.4.
Tecum habita, & noris quàm sit tibi curta supellex. Prouerbium.
Curtus calix, apud Martialem, id est fractus.

Curto, curtas {κολοβόω} curtare, Deminuere. Horat.2.Serm.sat.2.
Rem curtare, Bona sua minuere. Pers.sat.6.

Curuamen, curuatio, curuatura, In CVRVVS.

Curulis, & hoc curule, pen.prod. {[illegible]} Adiectiuum à curru deriuatum, quod vnico r, scribi debet, quòd breuis sit prima. vt sella curulis: quæ ex ebore facta, erat in ipsis curribus quibus vehebantur maiores magistratus, & in ea sedebant. aliquando subauditur SELLA vel SEDES. Consul, Prætor, Ædilis, curuli sella vtebantur. Horat.1.epist.6. Lucan.lib.3,
Prætor adest, vacuæque loco cessere curules. Nam Senatores, qui curulem magistratum, hoc est maiorem honorem gessissent, honoris gratia in curiam vehi soliti erant curru, in quo sella esset, supra quam considerent. Iuuen.sat.10.
Violata curulis. Claud.8.Paneg.
Curulis ædilitas. Cic.de Arusp.respon.
Curules equi, quadrigales, inquit Festus.
Sacræ curules. Claud.7.Paneg.
E curuli iura reddere. Martial. lib.11.epigr.99.
Curules, Magistratus qui curulibus vehebantur. Stat.lib.4.Sylu.

Curuus, Adiect. {καμπύλος, [illegible], ἀγκύλος} Quod est inflexum ac contortum. Sipontinus. Virg.2.Georgicorum,
Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
Æquor curuum. Ouid.11.Metam. Aluus. Virg.2.Æneid.
Anus. Ouid.1.de Arte. Aquæ. Ouid.3.Fast.
Arator. Virgil.eclog.3. Aratrum. Virg.1.Georg.
Arcus. Ouid.9.Metam. Carinæ. Virgil.1.Georg.
Cauernæ. Virg.3.Æneid.
Soluere viscera cultro curuo. Seneca Hippol.2.
Crinale. Ouid.5.Metamorphoseos,
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Delphines. Ouid.epist.17.
Humum reuellere dente curuo. Ouid.3.Amor.eleg.9.
Lustra nouantur equo curuo. Propert.4.eleg.2.
Forceps. Ouid.12.Metam. Freta. Valer.lib.1.Argon.
Gramen. Ouid.epist.21,
De nostro curuum pondere gramen erat.
Iuga. Ouid.1.de Arte. Latebræ. Virg.2.Georg.
Lebetes. Ouid.12.Metam.
Descendere limite curuo. Ouid.14.Metam.
Lyra. Horat.3.Carm.ode 28. Curua littora. Virg.3.Æneid.
Naues. Ouid.2.Met. Olympus. Valer.5.Argon.
Pedes curui aquilæ. Claud.de bello Gildon.
Puppes. Virgil.6.Æneid. Rota. Horat.in Arte.
Secures. Virgil.7.Æneid. Senecta. Tibul.lib.3.eleg.5.
Theatrum. Ouid.1.de Arte.
Theca. Martial.lib.11.epigr.59.
Tibia. Virgil.11.Æneid.
Valles. Claud.2.de Raptu Proserp.
Via curua, Meatibus perplexis inuoluta. Seneca Hippol.5.
Vngueis. Horat.Epod.ode 5. Vomis. Ouid.3.Amor.eleg.7.

Curuo, curuas {καμπυλίζω, κάμπτω, ἀγκυλόω} curuare. vt, Manu arcum curuare. Stat.1.Achil.
Lances curuare. Horat.2.Serm.sat.4. Sinus. Claud.7.Paneg.
In arcus curuari. Virg.2.Georg. —Ityreos taxi curuantur in arcus. Id est, In arcuum Ityreorum similitudinem.
Curuare in terram. Plin.lib.12.cap.5.
Curuari in diuersum. Plin.lib.16.cap.42.
Vastus aper nimio dentes curuauerat æuo. Claud.3.Paneg.

Curuatus, pen.prod. Particip. Stat.5.Sylu.4, Et simulant fessos curuata cacumina somnos.

Arbor curuata est pondere serpentis. Ouid.3.Metam.
Corpuscula curuatæ, & quasi adunca. Cic.1.de Nat.deor.
Corpore toto curuatus. Stat.6.Thebaid.
Curuata cuspis. Ouid.2.Metam.
Ponti curuati littora. Seneca Hippol.1.
Ignes curuati, Id est splendorem curuorum cornuum lunæ referentes. Horat.4.Carm.ode 3.
Planities curuata tumore. Claud.2.de Raptu Proserp.
Vnda curuata. Virg.4.Georg.
Curuatio, Verbale {καμπύλωσις} Plin.lib.17.cap.23, In curuatione materiæ. Et apud Colum.lib.4.cap.12, Curuatio vitis.
Curuatura, turæ, pe.prod. {καμπή} Plin.lib.17.ca.19, Ne curuatura fugiat.
Aurea summæ Curuatura rotæ. Ouid.2.Metam.
Curuatura vnguium, Aduncitas. Plin.lib.10.cap.19.
Curuamen, pen.prod. curuaminis {καμπύλωμα} Ipsa curuatio. Plin.Iun. lib.9.epist.7.
Arquatum curuamen. Ouid.11.Metam.
Lato curuamine in obliquum sectus limes. Ouid.2.Metam.
Ripæ paulo curuamine. Sil.lib.13.
Curuesco {κυρτοῦμαι} Curuus fio. Huius compositum est Incuruesco, quo vsus est Cic 3.Tusc. Ramos baccarum vbertate incuruescere.
Curuipes {κυλλόπους} Qui curuos pedes habet. Sipont.
Cusculium, Vide QVISQVILIVM.
Cusor cusoris, Vide CVDO.
Cuspis, huius cuspidis, pen.corr.f.g. {αἰχμή, ἡ ἀκὶς, ἀκωκή} Acuta illa pars gladij, hastæ, claui, & huiusmodi. Martialis,
- Ætola cuspide fixit aprum.
Hastæ præacutæ cuspidis. Ouid.7.Metam.
Achillea. Ouid.13.Metam. Acuta. Virg.5.Æneid.
Ærata. Ouid.5.Metam. Curuata. Ouid.2.Metam.
Extrema. Ouid.2.Metam. Irrita. Ouid.5.Metam.
Irrita voti cuspis. Stat.11.Thebaid.
Infesta. Valer.lib.6.Argonaut.
Cuspis longa, pro veru. Martial.lib.14,
Spumeus in longa cuspide fumet aper.
Mauortia. Stat.9.Thebaid.
Medicatæ cuspidis ictus. Id est venenatæ. Sil.lib.15.
Prætenta cuspis, Id est obiectum iaculi ferrum. Ouid.3.Metam.
Subrecta. Sil.lib.7.
Tremenda. Horat.4.Carm.ode 6.
Trifida cuspis Neptuni. Claud.2.de Raptu Proserp.
Triplex. Ouid.12.Metam.
Vana cuspis, Hoc est irrita. Ouid.8.Metam.
Contorquere cuspidem. Ouid.8.Metamorphoseos,
Cuspis Echionio primum contorta lacerto Vana fuit.
Acuta cuspide fulget telum. Ouid.1.Metam.
Fraudata sanguine. Sil.lib.13. Fusus inerti cuspide. Sil.lib.7.
¶Cuspides, pro tubulis fictilibus. Varro 1.de Re rust.cap.8, de pedamentis arundineis loquens, Inde enim aliquot colligatos libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor aduentitius transire possit.
Cuspido, das, pen.corr. cuspidare, Cuspide instruere. Plin.lib.11.cap.13.
Cuspidatus, pen.prod. Qui cuspidem habet. Plin.lib.18.cap.19.
Cuspidatim, pe.pro. Aduerb. Hoc est in cuspidem, siue cuspidis formam. Plin.li.17.c.14, Donec cuspidatim decisus descendat in rimā calamus.
Cussilirem, pro ignauo dicebant antiqui. Festus.
Custos, huius custodis, pen.prod.com.gen. {φύλαξ, φυλακτήρ} A curo, dicitur qui aliquam rem tuetur & curat. Cic.2.Philip. Etenim qui multorum custodem se profiteatur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere.
Custos, Ministra. Virg.11.Æneidos,
At triuiæ custos iandudum in montibus Opis
Alta sedet. Seruius.
Ad limina custos, Vide LIMEN. Custos ianitrix. Plaut.Curc.1.
Custos herilis. Plaut.Asin.12, Id est cui commissus est herilis filius.
Corporis custos. Lucret.lib.3.
Custos & conseruator vrbis. Cic.pro Sextio.
Vigiles custodésque alicuius loci. Cic.6.Verr.
Custos ac vindex cupiditatum. Cic.2.de Lege Agrar.
Sapientia, hominis custos & procuratrix. Cic.4.de Fin.
Tribunus plebis præses custósque libertatis. Cic.2.de Leg.Agraria.
Custos gregis, hoc est Opilio. Virg.eclog.10.
Custos luci Scytici, draco. Martial.lib.12.epigr.53.
Custos ouium præclarus, lupus. Cic.3.Philipp.
Malus custos diuturnitatis, metus. Cic.2.Offic.
Custos dignitatis, fortitudo. Cic.2.Tusc.
Cæsar rerum custos. Horat.4.Carm.ode 15.
Senatus Reipub. custos, Præses, propugnator. Cic.pro Sextio.
Gentis custos, de Rege, aut principe dictum. Horat.4.Carm.ode 5.
Portæ custos. Cic.2.in Catil. Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ.
Pueri. Martial.lib.11.40.
Acerra, thuris custos. Ouid.13.Metam.
Fidissimus. Valer.lib.8.Argon.
Incorruptior custos canis, Vide INCORRVPTVS.
Incorruptissimus. Horat.1.Serm.sat.6.
Maximus. Horat.2.Serm.sat.6.
Tenax patrimonij. Quintil.lib.4.cap.2.
Addere custodem. In ADDO.
Coronare abitum custode. Virg.9.Æneid. Hoc est, cingere syluam ne abeat. Seruius.
Corrumpere custodem. Lucan.lib.10.
Imponere alicui. Ouid.3.Amor.eleg.4. Indere. Tacit.lib.3.
Petere custodes salutis suæ. Quintil.lib.5.cap.11.
Custodem in frumento publico positum esse. Cic.pro Flacco.
Teneri custode. Lucan.lib.1. Vacans custode. Ouid.2.Metam.

¶Custos, pro magistro seu pædagogo. Horat.de Arte. Idem sat.4.li. Dum custodis eges, &c. Et alibi sæpius.
¶Custos exactor. Tacit. Id est qui arbiter esset rei exequendæ, & rem exigeret. Budæus.
¶Custodes dicebantur, qui accusatori solebant dari, non solum chartarum causa, neque adiuuādi eius (quemadmodum subscriptores) sed etiam vt non facile accusator corrumpi posset. Asconius.
Prærogatiuæ primus custos. Cic. post redit.in Senatu. Custodes in suffragiis erant in sortitione prærogatiuæ. Budæus.
Apponere custodem alicui. Cic.1.Verr. Custodem, inquit Tullio me apponite, &c.
¶Custos in vitibus qui dicatur, ostendit Colum.lib.4.cap.21. Plin. lib.17.cap.22, Et qui vocatur custos. Hic est nouellus palmes, non longior tribus gemmis.
¶Custodes, obseruatores, qui cuiusque actiones notant, animaduertunt, quasique speculantur. Vlp.l.3.D.de admin.tutor.de honorariis tutoribus loquens: Dati sunt enim quasi obseruatores actus eius, & custodes. Nam custodes erant propriè iuuenum, vt ex Cic. Seruius declarat, quibus ad militiam euntibus anno primo Rectores darentur. Vnde & qui quępiam obseruat, ne quid suffuretur, Custos appellatur. Cic.Verr. 7, Quod vbi isti nuntiatum est (loquitur de Verre, & nauc prædonum capta) statim Quæstori legatóque suo custodes misit complures, vt omnia sibi integra quamprimum exhiberentur. Hotomanus.
Custodio, custodis, pen.prod. custodiui, custoditum {φυλάττω, διαφυλάττω, φρουρέω, διασώζω, τηρέω} custodire, Seruare. Plin.lib.11.cap.14. Plaut. Capt.12, Noctu neruo vinctus custodibitur. Ant. quę dixit custodibitur, pro custodietur.
Custodire se. Cic. Dolabellæ, lib.9.14, Fac vt diligentissimè teipsum mi Dolabella custodias.
Tueri, defendere, custodire, incoluméмque seruare aliquem. Cic. 10.Philipp.
Ab iniuria aliquem. Quint.lib.2.cap.2.
Breuitatē. Plin.Iun.lib.1.epist.20. Discrimina ordinū. lib.9.epist.5.
Honorem custodire inimicis, dixit Plinius in quadam epistola. Plin. lib 16.cap.4, Custodito tanto honore glandis.
Memoria hominum custodiri. Plin.lib.16.ca.44, Verùm ex his quas memoria hominum custodit, durant in Literníno Africani prioris manu satæ oliuæ.
Percipere animo, & memoria custodire. Cic.1.de Orat.
Modum. Plin.lib.10.cap.13. Auribus quoque in dolore succus infunditur, custodito vt diximus, modo.
Morem. Plin.lib 14.cap.12, Romulum lacte non vino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem.
Nomen loci. Plin.lib.37.cap.7. Parsimoniam. Gell.lib.1.cap.14.
Salutem alicuius. Cic.pro Plancio.
Verba custodire clauso ore. Seneca in Agamemn.7.
Solicitè aliquid. Quintil.lib.5 cap.14.
Literis custodire quæ à summis oratoribus de eloquentia diuinitus dicta sunt. Cic.2.de Orat.
¶Custodire, pro Obseruare, Colum.lib.3.cap.10. Quintil.lib.4.cap. 1, Et custodit nos recens audientium intentio. De exordio loquitur.
Custodire aliquem, atque obseruare. Cic.de Petit.Consul. Fac itaque vt se abs te custodiri atque obseruari sciant.
Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt. Cic.1.in Catil. Multorum te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.
Oculis ciuitatis & amicorum fidelitate custodiri. Cic.12.Philip. Hic quum in vrbe essem ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, vbi me non solùm amicorum fidelitas, sed etiam vniuersæ ciuitatis oculi custodiunt.
Custoditum, & Incustoditum, contraria. Significant autē quod cum custodia & sine custodia est. Martialis.
Custodiendus, custodienda, custodiendum, Gerundium. Paul.l. diligenter. D. mandat. Diligenter igitur fines mandati custodiendi sunt.
Custoditio {φυλαξις} Est opera ad aliquid custodiendum sumpta. Sipontinus ex Festo.
Custodela, à veteribus custodia dicebatur. Festus.
Custodia {φυλακὴ, φύλαξις, φρουρὰ, τήρησις} Ipse custodiendi actus.
Fida custodia canum. Cic.2.de Nat.deor.
Custodia fida iustitiæ. Cic.2.de Fin. Inest ad humanam societatem iustitiæ fida custodia.
Pædagogorum. Quintil.lib.1.cap.2. Religionis. Quintil.lib.6.c.1.
Custodia salutis alicuius. Cic.pro Planc. Itaque non extimesco ne Cn.Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit qui meipsum maximè saluum videre voluerunt.
Custodia sui. Cels.lib.2.ca.2, Ille solicitari debet, cui hæc noua sunt, aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. Id est sine magna adhibita diligentia.
Ignauiam suam, tenebrarum ac parietum custodiis tegere. Cic.pro Rab.Perduel.reo.
Dura. Horat.1.epist.1, - vt piger annus
Pupillis quos dura premit custodia matrum.
Tenere eloquentiam vt virginem domi septam liberali custodia. Cic.de Clar.Orat.
Pecudum custodia solers. Virg.4.Georg. Id est diligens & perita industria. Seruius.
Deiici de vrbis præsidio, & de custodia ciuitatis deturbari. Cic.pro Murena.
Ponere aliquem in custodia. Cic.pro Murena, Quum in eiusdem anni custodia te atque L.Murenam fortuna posuisset.
Liberare custodiis corporis, In LIBER.
In custodiam alterius se tradere. Plaut.Mostel.6.
¶Custodia {δεσμώτης} Reus qui custoditur in carcere, aut à militibus seruatur. Sueton.in Domitiano cap.14. Et D.de cust.reor.ita scribit Paulus, Carceri præpositus, si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam, vel ferrum, vel venenum in carcerem inferri passus

est: officio iudicis puniendus est. Ibidem Terent. Clemens l. vlt. Si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ adscribitur, & castigabitur. Quod si ipse custos custodiam interfecerit, homicidij reus est.

¶Custodiæ, custodiarum {φρουροὶ} pro Custodibus & apparitoribus. Cic. 5. Verr. Equitem Romanum scitote biduum cibo tectóque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodiis Apronij retentum atque seruatum. Paulò post apparitores vocat.

Acres custodiæ. Tacit. lib. 1.
Tuo aduentu vigilat custodia. Catul. epigr. 57.
Vigil. Ouid. 11. Metam.
Noctem custodia ducit insomnem ludo. Virg. 9. Æneid.
Excubias & custodias alicui polliceri. Cic. pro Marcel.
Vestra tecta custodiis vigiliísque defendere. Cic. 2. in Catil.
Præsidiis, custodiis, vigiliisq; munire aliquem locum. Cic. 1. in Catil.

¶Custodiæ etiam vocantur publicanorum, dum itinera obseruant ne merces euehantur, portorio non soluto. Cic. de Prouinc. Consul. Statuit ab initio, & in eo perseuerauit, ius publicano non dicere, custodias sustulit, pactiones sine vlla iniuria factas rescidit, vectigales multos ac stipendiarios liberauit.

¶Custodia {δεσμωτήριον} Carcer. Colum. lib. 1. Vt explorent an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. Plin. lib. 11. cap. 3.

Militari custodia haberi. Tacit. lib. 3.
Publica. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 2.
Regia. Cic. pro Rab. Posth. At Dexicetes fuit regius, & quidem in custodia etiam fuit regia, & vita eius pœnæ oblata est.
Agere siue agitare custodiam, In AGO.
Asseruari custodiis, In ASSERVO.
Collocare in custodia. Cic. Philipp. 7.
Condere aliquem in custodiam. Tacit. lib. 20.
Constringi custodiis, In CONSTRINGO.
Credere alicuius custodiam alicui, In CREDO.
Dare aliquem in. Cic. 1. in Catil. Tu teipsum in custodiam dedisti.
Educere aliquem ex. Cic. 1. Tusc.
Emitti è custodia & leuari vinculis. Cic. 1. Tusc.
Eripere aliquem ex custodia & conseruare. Cic. Bruto.
Haberi in custodia, & in custodiam. Tacit. lib. 17.
Includere aliquem in custodias. Cic. 7. Verr.
Mandare custodiæ. Pater. lib. 2. Aliquot naues, multósque mortales cepit: mandaréque custodiæ quos ceperat, in Bythyniam perrexit.
Teneri in custodiis. Sallust. in Catil.
Hominem comprehendere, & in custodiam tradere. Cic. Quinto frat. lib. 1. 2.

¶Custodia, Vbi quid custoditur. Cic. in Somnio, Quare & tibi Publi, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis.

¶Custodia, Locus vbi custodes excubias agunt. Cic. 12. Philip. Itaque in vrbe, si sic licebit, manebo: hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium statiuum.

Custoditè, pen. prod. {φυλακτικῶς} Aduerb. Plin. Iun. lib. 5. epist. 16.

CVSSTANI, Italiæ populi, carnem in monte Albano accipere soliti, vt tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

CVTILIA, Agri Reatini lacus est, in quo syluosa insula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Author Plin. lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12.

Cutis, huius cutis, fœm. gen. {δέρμα, δορὰ, χρὼς} Pellis siue corium. Plin. lib. 11. cap. 39. Item ad Cic. lib. 10 cap. 18. Sed non possum non exhorrescere siquid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest quam sciri, curaríque possit.

Rapto cerebro adsiccata cutis. Lucan. 8.
Ægra cutis tumet. Pers. sat. 3. Arida cutis se laxat. Iuuen. sat. 6.
Atra. Stat. 6. Thebaid. Cancellaria, In CANCELLI.
Candida, In CANDIDVS. Direpta. Ouid. 6. Metam.
Dura. Ouid. 8. Metam. Maculosa, In MACVLA.
Tenax, Claud. de histrice, epigr. 37. Tenuis. Ouid. 4. Trist. eleg. 5.

¶Adducit macies cutem. Ouid. 3. Metam.
Armauit natura cutem. Claud. de Locusta, epig. 15.
Curare cutem. Iuuen. sat. 2.
In cute curanda plus æquo operata iuuentus. Horat. 1. epist. 2.
Curata cute homo. Horat. 1. epist.
Me pinguem & nitidum curata cute vises.
Finditur cutis. Cels. lib. 5. cap. 27. Findere cutem. Senec. Troade, 6.
Cutem obducere, In OBDVCO. Riget. Stat. 6. Theb.
Rumpere. Cels. lib. 5. cap. 18. Ad cutem tonsus. Cels. lib. 1. cap. 4.

¶Tenera elocutionis cute habitũ orationis virilem operire. Quintil. lib. 5. cap. 12.

¶Cutis terræ. Plin. lib. 20. cap. 19.
¶Cutis arboris. Plin. lib. 12. cap. 19.
¶Cutis vuæ, & cerasi. Plin. lib. 15. cap. 28.
¶Cutis, Græcam habet originem: hanc enim illi κύτος dicunt. Festus.

Cuticula, pen. corr. {δερμάτιον} Diminutiuum, Parua cutis. Pers. sat. 4.
-& assiduo curata cuticula sole.
Nostra bibat vernum contracta cuticula solem. Iuuen. sat. 11.

Cuui, in heroo carmine apud Ausonium scriptum pro Cui reperitur, vt versus ruina hoc tanquam tibicine fulciatur, quæ licentia poetis concessa est. Versus sunt,

Dinochares, quadro cuui in fastigia cono
Surgit, & ipsa suas consumit pyramis vmbras. Sic apud Lucretium lib. 4. pro rei reij scribitur, vt syllaba tendatur. Sic aliàs non rarò scribit, & pro ei eij dicit. Turnebus.

C   Y

Cyamea {κυαμίας} Gemma, quæ fracta fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11, Cyamea nigra est sed fracta, ex se fabæ similitudinem parit.

Cyamos {κύαμος} Faba, genus leguminis, à cuius esu Pythagoram religiosissimè ferunt abstinuisse. Hæc autem sola inter legumina fine adminiculo nititur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 38.

Cyamos {κύαμος} Herba Ægypto peculiaris, latissimis foliis, quæ & Colocasia dicitur & faba Alexandrina. Plin. lib. 21. cap. 19, In Ægypto nobilissima est Colocasia, quam Cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colosia, & Ciborium.

CYANE, Nymphæ nomen, quæ Proserpinæ comes fuit, quam, ea rapta, nimio eius desiderio in fontem delicuisse, testis est Ouid. in Metam. Meminit eius & Claudian. Lactant. grammat. in 5. Theb. comment. hanc ab Anapo amatam tradit, & aliam recitat fabulam.

CYANE, es, Oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. ¶Est item nomen fontis in agro Syracusano. Hic Anapo mistus, iuxta Ortygiam insulam in mare illabitur. Ouid. 3. de Ponto,
Quàque suis Cyanen miscet Anapus aquis.

CYANEAE {κυανέαι} (inquit Pompon. lib. 2.) contra Thracium Bosphorum, insulæ duæ paruæ, paruóque distantes spatio, & aliquando creditæ dictæque concurrere. De his scribit Plin. lib. 4. cap. 13, Eædem ab aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter se concurrisse: quoniam paruo discretæ interuallo ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur, paulúmque deflexa acie, coeuntium speciem præbebant. Ouid. lib. vlt. Metam. Eædem Planetæ dictæ, id est errantes. Plin. lib. 6. cap. 12. Valer. Flacc. Argon. 4.

Cautes Cyaneæ. Valer. lib. 1. Argon.
Vada. Stat. 5. Thebaid.
Fragores Cyaneos intrare. Valer. lib. 5. Argon.
Montes Cyaneos sistere. Valer. lib. 2. Argon.
Ponto Scythico concurrunt Cyaneæ. Valer. lib. 1. Argon.

¶Cyanee siue Cyanea Nympha quædam apud Ouid. lib. 9. Metam. Filia fuit Mæandri fluuij, quæ ex Mileto Phœbi filio Byblidẽ & Caunum gemellos genuit,
Hic tibi dum sequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanee præstanti corpore nympha,
Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.

CYANIPPVS, pen. cor. {κυάνιππος} Natione Syracusanus, soli Baccho sacra facere neglexit. Iratus deus ebrietatem incussit, quæ tanta fuit, vt occurrentem in tenebris filiam Cyanen, quanquam reluctantem, violarit. Ea verò annulum surripiens, nutrici commendauit, vt violatoris esset indicium. Postmodum quum pestilentia vrbem inuasisset, à Pythio redditum est oraculum, vt impietatis author diis liberatoribus immolaretur. Ignorantibus cunctis quid portẽderet oraculũ, conscia rerũ Cyane tractu capillis patrẽ mactauit. Author Plutarch. in Parallel.

CYANOS {κύανος} Fluuius est Colchidis, qui iuxta Æam oppidũ in Phasim influit. Author Plin. lib. 6. cap. 4.

Cyanos {κύανος} Apud Theophrastum gemma est, quæ à gemmariis recentioribus turchina vocatur. *Turquoise*. Author Baptista Pius in Lucretium. Est autem hæc gemma ex iaspidum genere, colore cæruleo, de qua Plin. lib. 37 cap. 9.

¶Cyanos, vel cyanus, triuialis est (vt creditur) flos, in frumentario nascens agro, & hortis quoque rusticorum & puellarum corollis, calyce rosarum, sed squaroso atque tristi, plurimis stipantibus cæruleis barbulis. Plin. lib. 21. cap. 11, In Italia violis succedit rosa, huic interuenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyaneus, pen. cor. {κυάνεος} Adiect. vt, Cyaneus color: id est cæruleus. Plin. lib. 10. cap. 32. Ipsa auis paulo amplior passere, colore cyaneo ex parte maiore.

CYAXARES, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in prouincias distinxit, primúsque in suum quosque ordinẽ distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quum prius omnia promiscua essent atque implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halym flumen Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo imperij sui anno, eiúsque filius Astyages in eius locum suffectus est. Author Herodot. lib. 1.

Cyathus, cyathi, pen. corr. {κύαθος} vasculum in quo bibebatur: & frequenter duodecima pars sextarij, vt docet Budæus in Asse. Vide Sextarius Romanus in SEX. Plinius, Potu verò aqua pluuialis decocta, sed quæ per binos ternósve cyathos bibatur. Iuuen. sat. 5,
Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.
Puer dignus cyatho, id est dignus qui sit pincerna. Iuuenal. sat. 9,
-& puerum te
Et pulchrum, & dignum cyatho, cæló que putabas. Alludit ad Ganymedem.
Commodi cyathi. Horat. Carm. lib. 3. ode 19.

¶Cyathus, Ponderis genus. Plin. lib. 21. cap. 34.

¶Ad cyathos stare vel esse dicebantur serui. vt serui ad limina, & ad pedes, pocillatores ab Apuleio appellantur. Sueton. in Cæsare, cap. 49, Iuuen. sat. 13.
Nec puer Iliacus, formosa nec Herculis vxor
Ad cyathos. Budæus.

¶Cyathus, Genus quoddam mensuræ aridorum. Colum. lib. 8. cap. 4, Nec tamen alius clausæ galinæ cultus: nisi quòd ea non emittitur, sed intra ornithonem ter die pascitur meliore mensura: nam singulis capitibus quaterni cyathi, diurna cibaria sunt: quum vagis terni vel bini præbeantur.

¶Cyathus etiam fluuij nomen est in Ætholia, ad Arsinoen, apud Polybium, vt notat Rhodig. lib. 15.

Cyathisso, cyathyssas {κυαθίζω} cyathissare, Est cyatho vinum bibendum admetiri, inquit Budæus. Plaut. Menæch. 8,
Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissime
Cyathisso, apud nos quando potas.

CYBALE, pen. cor. {κυβάλη} Ancilla fuit pauperis cuiusdam Symili, cuius paupertatem describit Virgil. in Moreto.

Cybarsia {κύβαρσια} A Polluce lib. 5. cap. 16, posita inter ornamenta mulierum. Hanc nonnulli eandem esse voluẽt cum Anaxyride, de qua supra diximus.

Cybea, Genus nauis onerariæ. Cic. 7. Verr. Nauem verò Cybeam maximam, triremis instar, pulcherrimam atque ornatissimam, palàm

ædificatam sumptu publico, sciente Sicilia, per magistratum Senatúmque Mamertinum tibi datam donatámque esse dico. Cybea, dicta est, quasi Cypça. [illegible], inquit Hesychius, [illegible]. Est igitur cybea, nauis oneraria, rotunda, vt cupæ nomen ostendit. Turnebus.

CYBELE, Cybeles, vel Cybeles, Cybelis, pen. corr. {[illegible]} vel Cybelle (nam vt docet Seru. bacchius est in hac dictione Cybelle) fuit vxor Saturni, à Cybelo Phrygiæ monte seu oppido, vbi sacra eius primò sunt instituta. Festus, Cybele mater quam dicebant magnam, ita appellabatur, quòd ageret homines in furorem, quod Græci [illegible] dicunt. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat, caput rotare. Suidas scribit Rheam quoque vocari, & montanam esse Deam: ideo vehi leonum iugo. Cinædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops, & Terra dicta fuit, quòd sit Dea telluris, quæ & Vesta dicitur: propter quod curru vehi à poetis fingitur, quia terra pendet in aere: & rotis sustineri, quia rotatur semper & voluitur mundus. Mater deûm, quia omnia gignit. Et Mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, à monte Phrygiç, quem pluratiuo numero Dyndima vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit: à quo Dyndime, & Dyndimene à nonnullis vocatur. Et Berecynthia, à monte Phrygiæ, qui [illegible] appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorum Dea. Rhea, [illegible], fluo, quòd terra affluens sit omnium rerum. Dicta est Idæa, & Phrygia, & Pessinuntia, de qua Martial. Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex Apulei sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. Quandoque tamen metri gratia scribitur per duplex l, & fit Cybelle bacchius pes, ex prima breui, & duabus longis. Propert. Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle. Lucanus lib. 1. Et lotam partto reuocant Almone Cybellen. Vide ALMO fluuius. Claudianus de Raptu Proserpinæ, lib. 1. De Cybele vide multa apud Fulgentium, lib. 3. Mythologicûn.

Turrita Cybele. Claud. 3. de Rapt. Proserp.

Turrigera. Claud. 1. de Raptu Proserp.

CYBELEA, pen. prod. {[illegible]} Vrbs Ioniæ, teste Stephano.

CYBERNESIA {[illegible]} Festa sunt, Theseo ex Creta redeunte, instituta, Nausithoi gubernatoris honori, & proretæ Phæacis: etiam si Phereclus Simonidæ magis placet Thesei nauis moderator. Sed Nausithoo & Phęaci erecta etiamnum heroa sunt. Vide Rhodig. lib. 18. c. 17.

Cyboides {[illegible]} Ossis in pede genus, à parte exteriore iuxta Scaphoides positum: verùm hoc quà cum talo iungitur sinuatum, Cyboides gibbum est. Gal. lib. de ossib. cap. 24.

CYBIOTATES, Vide CYBIVM.

CYBIRA {[illegible]} Oppidum est Lycaoniæ, non procul à Męandro fluuio. Cic. 6. Verr. Hosce opinor Cybiræ, quum in suspicionem venissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis, &c.

Cybirates, vel Cybirata, nomen gentile. Cic. 6. Verr. Eò quum venio, Prętor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.

Cybiraticus, a, um, Possessiuum. Cic. 6. Verr. Immittebantur illico Cybiratic illi canes, qui inuestigabant & perscrutabantur omnia.

Cybisteteres {[illegible]} Vrinatores dici possunt, qui [illegible], hoc est aquarum gurgites subeunt, quo nomine & saltatores quidam appellati sunt, qui in caput conuolui, manibus pedibúsque adductis didicerant: à cubo, id est tessera, verbo deducto, qui quum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde Cybistema, neut. ge. aliud genus saltationis & exercitij dicitur à Luciano in cap. de gymnasiis. Budæus in Annotat.

Cybium, dictum, quia eius medium æquè patet in omnes partes, quod genus à Geometris [illegible] dicitur. Vnde etiam tessellę quadratæ [illegible]. Hinc & [illegible], genus piscis, quia piscantes id genus piscis velut aleam ludant. Festus.

Cybium, Piscis genus, quod ita scissum est, vt medium æquè pateat in omnes partes, ad similitudinem tesserarum. Plin. lib. 32. Cybium est conscissa Pelamis. Martial. lib. 5.

Diuisis cybium latebat ouis. Idem lib. 11.

Cybium scribit Budæus etiam appellatum illud vas à Græcis, quod Latini quadrantal appellabant: dictum ex ratione, quę superius posita est in Cybio pisce.

CYBIOTATES, huius Cybyotatę. pen. prod. m. g. Sueton. in Vespas. ca. 19. Alexandrini Cybiotatem eum vocare perseuerauerunt, cognomine vnius è regibus suis turpissimarum sordium. Hic autem quem Cybiotatem appellatum dicit Tranquillus propter eius illiberalitatem, non vnus fuit ex Ptolemęis regibus, sed è Syria ducens originem, qui à filia maxima natu Ptolemei Auletæ à suis expulsi in virum accersitus, nō multo pòst ab ipsa expellitur, quòd eius ignobilitatem atque illiberalitatem pati non posset. Author Strabo lib. 17, vbi Cybiosactes in vulgatis codicibus nuncupatur. Illi ab ordinandis cybiis, quæ fortè ipsemet familiæ dispensaret, meritò sordidissimum cognomentum adhæsit: quo & Vespasianum principem (vt sunt Alexandrini dicaces) propter eius auaritiam asperserunt, quemadmodum & Syriæ regi Phiscon cognomentum fuit à crassiore intestino, quòd multa caperet.

Cyborium, Vide CIBORIA.

Cychramus, Auis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præstat. Plin. lib. 10. cap. 23. Sempérque hinc abeuntes coturnices comitatum solicitant, abeúntque vnà per sua signa Glottis, Otus, & Cychramus.

CYCHREVS {[illegible]} Neptuni & Salaminis filius, qui ob morū asperitatem. [illegible], hoc est serpens cognominatus est. Hunc Eurilochus quum insulam vastaret, expulit. Suscepit autem Ceres in Eleusine, suúmque fecit sacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. Vide Stephanum.

CYCHRI, Thraciæ populi, apud quos aquas esse lethales & necare, ex Theopompo refert Plin. lib. 31. cap. 2.

CYCLADES, pen. corr. {[illegible]} Insulæ Plinio, sic dictæ, quòd circa Delon, earum clarissimam, in orbem sitæ sint. Accedit & Strabo, vt mirari liceat qua causa motus Seruius Cycladas scripserit dictas esse, non quòd in circuitu sint, sed potius quòd longo ordine eas circuire necesse sit, vel propter promontoria, vel quia naturale est, vt concitatiora sint maria vicinitate terrarum, quas constat anhelitum quendam ex se emittere. Aduertendum obiter, morem esse veteribus authoribus, vt quæ sint Sporades, Cycladas etiam vocent, contráque, Hermolao teste. Cycladum meminit Plinius, earúmque nomina persequitur lib. 4. cap. 12. Et item Pomponius lib. 2. Varro lib. 10.

Sparsę Cyclades. Ouid. 2. Metam.

Crebræ. Stat. 5 Thebaid.

Cyclaminus, cyclamini, f. g. penult. corr. {[illegible]} Herba [illegible] sic Ruellius lib. 2. cap. 94. Cyclaminus à Latinis rapum, & tuber terræ, nonnullis etiam vmbilicus terræ, folia habet hederæ, purpurea & [illegible]ria, in quibus suprà infráque candicant maculę. Vulgus *panem porcinum* vocat. Vide Dioscor.

Cyclas, cycladis, penult. corr. fœm. g. {[illegible]} Vestis fœminea, quę in modum veli tectum corpus muliebre circūdabat. Nam Gręci [illegible], circulum: [illegible], circundo dicunt. Iuuen. sat. 6. 26,

Hæc sunt quæ tenui sudant in cyclade. Propertius,

-& longa cyclade verrit humum.

Videtur vestis tenuissima explicatilis & spatiosa, qualem solent hodie Romanæ & Florentinæ ac Senenses mulieres in Italia gestare.

Cycli {[illegible]} quasi circuli, Loca erant Athenis, vbi mancipia venibant. Id autem nomen est tractum à circulari circunsistentia vendendorum. Cyclus enim rotundum significat.

Cyclicus, Adiectiuum. vt Scriptor cyclicus, Horat. de Arte poetica, Nec sic incipias vt scriptor cyclicus olim. Hic quæri solet qui sit cyclicus, & multis proprium nomen videtur: ego, inquit Turnebus, censerem epicum poetam rhapsodum significari. Nam rhapsodi versus heroicos scenæ & theatro dabant, qui fortasse vt versus dithyrambicorum, à choro [illegible] vocato cantabantur, ex quo & cyclij vocabantur, ab Horatio Cyclici. Fidem huius rei epigramma Græcum facit, in quo scribitur,

[illegible]

[illegible], &c. ¶Cyclicus, inquit Acron, qui ordinem variare nescit, vel qui carmina sua circunfert, quasi circunforaneus. Hæc ille. Tu statue.

CYCLOBORVS {[illegible]} Fluuius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens. Vide prouerbium, Cyclobori vox.

CYCLOPEAE speluncæ {[illegible]} post Naupliam sunt, & in illis labyrinthorum ædificia, vt Strabo refert lib. 8.

CYCLOPS, Cyclopis, penult. prod. {[illegible]} Vide in dictione POLYPHEMVS. Cyclopes, vt ait Theophrastus, Phœnices, fabricam ærariam inuenisse dicuntur. Proinde Poetis ministri Vulcani in Sicilia vnoculi dicti, Neptuni filij ex Amphitrite. Dicuntur Ioui conficere fulmina apud Liparam, quæ est vna ex Æolis insulis. Omnium præcipui fuerunt, Brontes, Steropes, Pyracmon. De quibus Virgilius lib. 8 Æneidos,

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro

Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon. Ouidius lib. 4. Fastorum,

Hinc mare Trinacrium, candens vbi tingere ferrum

Brontes & Steropes, Acmonidésque solent. Claud. de tertio Consulatu Honorij. 6. Paneg.

Rapidi Cyclopes. Valer. lib. 4. Argonaut.

Cyclopeus, Adiectiuum {[illegible]} vt, tela Cyclopea, *Id est fulmina.* Claud. 1. de Raptu Proserpinæ.

Ignauósque putas, quòd non Cyclopea tela.

Stringimus, aut varias tonitru deludimus auras.

Fames Cyclopea, id est immensa. Claud. in Eutrop.

CYCNVS {[illegible]} Ligurum dux fuit, amator Phaetontis: qui quum eum fleret extinctum (inquit Seruius) in auem sui nominis versus est. Cuius filium Cupauonem Virg. lib. 10, dicit habere cycni pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum. Virg. lib. 10. Æneidos,

Non ego te Ligurum ductor, fortissime bello

Transierim Cycne, & paucis comitate Cupauo, &c.

¶Cycnus, Nomen equi, apud Stat. lib. 6.

CYDA, Proprium viri Cretensis, de quo Cic. Philip. 5.

CYDAMVM {[illegible]} Oppidum Cyrenicæ è regione Sabratæ. Author Plin. lib. 5. cap. item 5.

CYDARAS, Carmaniæ fluuius, ad Septentrionem Indiáque versum, qui ex stagno quodā, Megisba nomine, erumpere existimatur. Author Plin. lib. 6. cap. 22.

CYDIAS, Pictor, Argonautas pinxit, quam tabulam CXLIIII HS. Hortensius orator mercatus est, eíque ædem in Tusculano suo fecit. emicuit Olympiadæ CIIII. Plin. lib. 35. cap. 11.

CYDIPPE, puella ab Acontio adamata. Ouidius,

Littera Cydippen pomo perlata fefellit:

Insciáque est verbis capta puella suis.

Extant Acontij ad Cydippen, & Cydippes ad Arcontium epistolę inter Ouidianas.

CYDNA, æ {[illegible]} olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Author Stephanus.

CYDNVS {[illegible]} Ciliciæ fluuius non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Hæc & multo plura de Cydno Qu. Curtius li. 3, Alexandrū in eo corpus abluisse describens, indéque periculosissimam ægritudinem contraxisse. Huius meminit lib. 11. Iustinus. Tibullus lib. 1. eleg. 2. Solinus scribit amnem à candore Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis mersis: de cuius rei experientia Cassij Parmensis poetæ ad M. Antonium epistola extitit, vt lib. 31, adnotauit Plinius.

CYDON {[illegible]} Cretæ insulæ vrbs, à qua Cydonius dicitur. Ouid. lib. 2. Metamorphoseos,

-Cydonio fundebat spicula cornu. ¶Est & Cydon, viri proprium apud Virg. 10. Æneidos, Vide Seruium. ¶Fuit & Cydon alter, statuarius, de quo Plinius lib. 34. cap. 8.

Cydoneum malum: de quo vide COTONEVM, & STRVTHIA mala Martial. lib. 13. Colum. lib. 12. cap. 19.

Cydonites, penul. prod. Vinum ex malis cydoniis seu cotoneis factum de [illegible]

de quo Dioscorid.lib.5.ca.20.

Cydonitæ vuæ Colum.lib.3.cap.2.

Cydoniten appellat Pallad.cibum ex cydoniis decoctis & melle confe- ctum. *Cotoneatum* vulgò dicitur.

CYDONIA, Insula Asiæ ante Lesbon, in qua fons est calidus, qui vere tantùm fluit. Plin.lib.2.cap.103. Vide & lib.5.cap.31.

CYGNVS, Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congressus, quum frustrà eum iaculis appetisset, tādem re intellecta humi eum prostrauit, genibúsque collo inni xus animā eripuit, quúmque cadauer spoliare vellet, arma vacua inuenit, cygnúmque in auem sui nominis vidit commutatum. Vide Ouid. 12. Met. ¶ Fuit insuper Cygnus filius Martis, de quo Hesiod. in Aspide.

Cygnus, vel cycnus, huius cygni {κύκνος} Latinè olor dicitur: auis est cādida, ansere maior, argutam vocem habens, quæ quum moritur, suauissimum cantum emittere dicitur. Martial.lib.13.

Cantator cygnus funeris ipse sui. Cic. 1. Tuscul. Itaque commemorat, vt cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt, sed quòd ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur.

Rauci cygni. Virg.11.Æneidos.

Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.

Cygnus amans flumina. Ouid.2.Metam.

Dulcius vocem mouere moriente cygno. Seneca Hippol.2.

¶Cygnus, per translationem pro poeta, quòd olores in Apollinis tutela sint, & de illius canoræ auis modulis poetæ cygni vocari interdum soleant. Horatius, Multa Dircæū leuat aura cygnum. Id est poetam Pindarum.

Cygneus, pen.corr. Adiect. {κύκνειος} vt, Cygnea vox, vel cantio, Prouerbium, quod conuenit in eos qui supremo vitæ tempore facundè disserunt, aut extrema senecta suauiloquentius scribunt. Id quod ferè solet accidere scriptoribus, vt postrema quæque minimè sint acerba, maximéque mellita, videlicet per ætatem maturescente eloquentia. Hæc Erasmus. Cic.3.de Orat. Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio, quam, &c.

CYLABARVS, Stheneli filius, Vide CYLLEBORVS.

CYLBIANI montes {Κυλβιανὰ ὄρη} Maioris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluuius profluit. Author Plin.lib.5.cap.28.

CYLENO, filia Atlantis, mater Nyctei, vt scribit Bocatius, lib.10.

CYLIBANTVM, Vide CARTIBVLVM.

CYLICRANI, Populi quidam in Hispania prope Heracleum habitantes. Sipontinus.

Cylindrus {κύλινδρος} Est corpus à subiecta basi circulari ad æqualem & paralellam æqualiter erectum: qualis est columna lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. Virg.1.Georgicorum, Area cum primis ingenti æquanda cylindro. Cum primis, Id est in primis. Cylindro, Id est lapide tereti, in modum columnę. Seruius. Cato, cap.129 Aream vbi frumentum teratur, sic facies: Confodiatur minutè terra, & amurca bene conspergatur, vt combibat plurimum. vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro aut paticula coæquato. A volubilitate nomen accepit, inquit Seruius. κυλινδεῖν enim est volui.

¶Cylindrus, Omne quod rotatu facile est. Cic.de Fato, Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem suum, quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autē quum accidit suapte natura, quod superest, & cylindrum volui, & versari turbinem putat.

¶Cylindri, Lapilli sunt teretes & oblongi atque volubiles instar eius columnæ qua vtimur æquandis areis. Plin.lib.37.cap.5. vbi de beryllis, Indi mire gaudent longitudine eorum. Et mox subdit, Ideóque cylindros ex iis facere malunt quàm gemmas: quoniā est summa commendatio in longitudine. Quibus Plinij verbis intelligere est. cylindros & elenchos in eo differre: quòd elēchi sint fastigatę longitudinis: cylindri verò proceritatis æquabiliter orbiculatæ. Quod si verum est, noster Sipontinus ista non satis percepisse videtur. Cylindrorum meminit & Iuuen.sat.2,

Tu nube atque tace: donant arcana cylindros. Bayfius.

Cylindraceus, pen.corr. Adiect. {κυλινδροειδής} Quod factum est ad similitudinem cylindri. Plin. scribit lib.18.cap.12, Siliquas piso, quod genus leguminis est, cylindraceas esse.

Cylix, Poculum qui calix Latinè dicitur, κύλιξ. vnde κύλικες ὑάλιναι à Græcis dicuntur Calices vitrei.

CYLLARVS {Κύλλαρος} Pollucis equus Virgilio, lib.3. Georgicorum,

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis

Cyllarus, & quorum Graij meminere poetæ. Atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit. poetica licentia. vt, Quas illi Philomela dapes. pro Progne. Item, Reuocato à sanguine Teucri. pro Dardano. Seruius.

CYLLEBORVS, Steneli filius, qui vigente bello Troiano cum Ægiale Diomedis vxore consuetudinem habuit. Cylabanus dicitur Seruio in 11. Æneid.

CYLLENE, pen.prod. {Κυλλήνη} Arcadiæ mons est: quòd Mercurium ibi natum arbitrantur, insignis. Pomponius lib.2 Cyllene, mons Arcadiæ, vbi Maia Mercurium est enixa. Seruius in illud 8. Æneidos,

Vobis Mercurius pater est, quem candida Maia

Cyllenes gelido conceptum vertice fudit. A Cyllene, Cyllenius Mercurius. Claud.lib.1.de Raptu Proserpinæ.

Ignis Cyllenius. Id est stella Mercurialis. Virg.1.Georg.

¶Cyllene, Insula Arcadiæ, in qua laudatissimam herbarum Homero, quam vocari à diis putat moly, nasci dicunt, effodi autem difficulter. Plin.lib.25.cap.4.

Cyllenius Mercurius dictus, authore Festo, quòd omnem rem sine manibus sermo conficiat, quibus partibus corporis qui carent κυλλοὶ vocantur, ideóque quadratum illum fingunt. Alij volūt sic appellatum, quòd in Cyllenia via sit nutritus: alij quòd in monte Arcadiæ Cyllene: alij quòd à Cyllene sit nympha educatus.

Cyllo, cyllonis {κυλλός} Videtur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia. Cic. in Sallust. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit, &c.

Cyma, cymæ, f.g. {κῦμα} Plin. quid sit, declarat his verbis, lib.19. cap. 8, Brassica toto anno seritur, quoniam & toto secatur. Vtilissimè tamen ab æquinoctio autumni. Transfertur quum quinque foliorum est. Cymas à prima sectione præstat proximo vere. hic est quidam ipsorum caulium delicatior, teneriórque cauliculus, Apicij luxuria, & per eum Druso Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tiberij patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt æstiui, autumnalésque cauliculi, mox hyberni, iterúmque cymæ, nullo æquè genere multifero, donec sua fertilitate consumatur. Cel.lib.17. cap. 27, Cymæ, inquit, seu cymata præteneros dicimus in brassica præcipuè coliculos, Vere appetente progerminantes, velut κυήματα planè sint, id est fœtus. Cymæ, inquit Ruellius, sunt quidam scaporum delicatiores teneriorésque coliculi, quos à prima sectione præstant. Nanque quum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusi adhuc florum calycibus, quosdam quasi turiones olus subministrat, in quibus floris primùm, mox seminis fœtus concluditur, Græci κύημα quasi partum dicunt, ducta translatione à ventrem ferentibus fœminis ad brassicam, quæ ineunte Vere turgens succo, & cumplurimum cymosa sobole grauida, coliculos enitatur. Nec me fugit recentes quorundam olerum germinatus, turionésve, velut armoraciorum, sinapis, naporum, rapi, Cymas classicis authoribus appellari. Cyma quoque, licet muliebri sexu frequentius soleat vsurpari, nonnunquam genere neutro Græcorum imitatione legitur, vt apud Columellam in carmine, quod hortorum cultui nuncupauit,

Tunc quoque conseritur, toto quæ plurima terræ

Orbe virens, pariter conseritur plebi regíque superbo,

Frigoribus caules, & Veri cymata mittit. Sic in fico Cradas dixerunt, & in olea Thalliam summos ramorum coliculos teneriores, nec à foliis sua mollitie magnopere diuersos. Hæc Ruellius.

Cymatilis {κυματίας} penult.corr. vestis dicitur, quæ cærulei coloris est. Nec me latet (inquit Bayfius) quosdam per cymatilem vestem apud Plautum intelligere vndulatam: id est *camelot*, quod haud scio an ridiculum sit. Vide CVMATILIS.

Cymatilis color, qualis vnde marinæ esse solet. Ouidius.

Cymosus, penult.prod. Adiectiuum {κυματώδης} Colum.lib.10, Quæ diti præbent cymosa stirpe Sabelli.

Cymba, Parua nauicula {κύμβη} Cic.3, Offic. Opiparè à Pythio paratum conuiuium: cymbarum ante hortulos multitudo. pro se quisque quod ceperat, afferebat. Virg.6.Æneidos,

-gemuit sub pondere cymba.

Magister cymbæ. Id est piscator. Iuuen.sat.4.

Adunca. Ouid.1 Metam. Transire vadum cymba. Iuuen.sat.2.

Mergit cymbas. In MERGO.

Cymbula, penult.corr. {κυμβίδιον} Diminutiuum. Plin. Iun. lib.8. epist. 20, Sæpe minores maioribus, velut cymbulæ onerariis, adhærescunt.

Cymbalum, cymbali, penult. corr. {κύμβαλον} instrumentum musicum quod in sacris Matris deûm cū tympanis adhibebatur. Cic. in Pisonem, Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi.

Cymbalissare {κυμβαλίζειν} Cymbala quatere. Cassius Hemina, lib.4. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalissabat. Nonius.

Cymbalista, cymbalistæ {κυμβαλιστής} Qui pulsat cymbala. Apuleius de deo Socratis, Barbaro autem strepitu cymbalistarum & tympanistarum choraularum.

Cymbium {κυμβίον} Genus poculi ad cymbæ similitudinem facti, inquit Seruius. Virg.3. Æneid. Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Plin. lib.37.cap.8, Huic & amplitudo ea est, vt cymbia etiam ex ea fiant. Martial.lib.8. Vide Macrobium lib.5. Saturn.cap.21.

Cymbium ab Apuleio dicitur, quod Latinè Seruius situlam vocat.

CYME, vrbs Æolidis, vt scribit Pomponius libro 1, Cymen nominauit, pulsis qui habitarant, dux Amazonum Cyme.

CYMES {κυμαῖος} Cumæa Sibylla. Silius lib.13,

Antrum Cymæum. Silius lib.13,

Cymæo populis vox nostra sonabat in antro. Verba Sibyllæ.

Cymindis {κύμινδις} Accipitris genus, noctu tantùm volans, rarum etiam in syluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, sæpéque deprehenduntur cohærentes. Author Plin.lib.10. cap.8. Homerus χαλκίδα vocat.

Cyminisector {κυμινοπρίστης} Homo auarus & sordidus dicitur, qui vel vilissimis rebus lucrum quærit, nimiáque parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium à Cymini seminis vilitate simul & exilitate. Vide Erasm.adag.

Cyminum, penult.prod. {κύμινον} Herba est quæ & Cuminum dicitur. Plin.lib.19.cap.8. Condimentorum tamen omnium fastidiis cyminum amicissimum. Bibentibus pallorem gignit. Persius sat.5, Rugosum piper & pallentis grana cymini. Vide CVMINVM.

Cyminatus, penult.prod. Adiectiuum: vt, Acetum cyminatum. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem.

CYMINVS, pen.corr. Hetruriæ lacus est monti suppositus. Virg.7.Æneid. Et cymini cum monte lacum. Et lacus, & mons hoc nomine appellatur. Sanè hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos populos venit: qui quum à singulis prouocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum quo exercebatur: qui quum terræ esset affixus, & à nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. Vnde immensa vis aquæ sequuta est, quæ Cyminum lacum fecit. Seruius. Scribunt alij Ciminus.

CYMODOCE, vel Cymodocea {Κυμοδόκη} Nympha marina Nerei & Doridis filia à placandis fluctibus ita dicta, teste Hesiodo in Theogonia. Virg.10. Æneid. Cymodoceam enumerat inter eas quæ ex nauibus Æneę in nymphas marinas commutatæ fuerunt: vbi inquit,

Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea.

CYMOTHOE, penult.corr. {Κυμοθόη} Nerei filia, & vxor Neptuni, de qua Virg.lib.1.Æneid.

Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto

Detrudunt naues scopulo. Cymothoe, Id est cursus fluctuum, [illegible]

Cypaphapi, Molles, cinædi, impudici. [illegible], foramē. [illegible], inclino me. [illegible], venus. Firmic. lib. 7. cap. 16. In omni verò genitura, si Luna in cauda Leonis fuerit inuenta, cinædos efficiet, & ipsis Deorum cypaphapis seruientes. Molles & impudici censebantur Galli matris deorum sacerdotes.

CYPARISSA, vrbs est Achaiæ: & Cyparissius sinus. Sic enim Plin. scribit lib. 4. cap. 5. in descriptione Achaiæ, Ad meridiem autem (inquit) Cyparissius sinus, cum vrbe Cyparissa.

Cyparissæ appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere solent ad similitudinem cupressi. Author Festus.

CYPARISSEIS {[illegible]} Ciuitas est circa pristinam Macistiam, quæ deserta est. ¶ Alia est Messeniaca Cyparissia, eiusdem similiter nominis vt illa, diciturque Cyparissia numero singulari, genere muliebri: amnis verò Cyparisseis dicitur. Verba sunt Strabonis lib. 8.

¶ Cyparissiæ, inquit Festus, dicuntur ignes prodigiosi, à similitudine cypressorum.

CYPARISSVS {[illegible]} Thelephi filius, à Syluano & Apolline dilectus, qui quum ceruum, quem amabat, imprudens occidisset, nimio dolore mutatus est in cupressum sui nominis arborem. Græci enim [illegible] cupressum appellant. Vide Ouid. lib. 10. Metam. Vide & plura apud Seruium in illud 1. Georgicorum,

Et teneram ab radice ferens Syluane cupressum. ¶ Est & Cyparissus, ciuitas circa Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen, Cuius meminit Pomponius lib. 2.

Cyparissus, cyparissi, f. g. & per synæresin cypressus: deinde conuersione y in u, cupressus dicitur [illegible].} Virgil. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi.

Aeria cyparissus. Martial. lib. 12. epigr. 49. Daphnonas platanos, ac aerias cyparissos.

Cyparissia, quinorum genus tithymali omnium maximum, quod tithymalus cyparissus vocatur. Plin. lib. 26. cap. 8. Quintum genus, cyparissiam vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici, nascentem in campestribus: cui eadem vis helioscopio aut characiæ.

Cyperus, penult. prod. m. g. {[illegible]} iuncus est angulosus, iuxta terram candidus, cacumine niger, pinguisque: folia ima porraceis exiliora, in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix oliuæ nigræ similis, quam quum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina vsus. Hæc Plin. lib. 21. cap. 18. Nostrates officinæ (inquit Ruellius lib. 2. cap. 4) cyperum adhuc hodie nominant: rura *souchets* nomine norunt, quod Iunio mense radicitus eruunt, digeruntque stipites in manuales fasciculos, quos prius insolatos aceti imbre conspergunt, siccatósque frustratim tundūt, vt sua odoris gratia vestes interpositi commendent. Vide ibidem plura.

Cyperum neutro genere apud Varronem 3. de Re rust. cap. 16. Et Colum. lib. 12. cap. 20.

CYPHANTA, Portus est in sinu Argolico Achaiæ, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 5.

Cyphi {[illegible]} Thymiamatis compositio est dicata diis, qua abundè Ægyptij sacerdotes vtuntur. Constat, vt Plutarchus ait, ex melle, vino, vua passa, cypero, resina, seseli, aspalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, vtroque iunipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi vide apud Dioscorid. lib. 1. cap. 24.

Cyphon {[illegible]} Tormenti genus apud Græcos. Id verò ligneum erat vinculum, siue, vt nunc, etiam ferreum, vulgus *Berinam* vocat. Vnde improbis quoque cyphonis nomen adhæsit. Dicitur Cyphon, [illegible], id est à capitis proclinatione: nam & incuruati dicuntur cyphalei. Apud quosdam ita cautum reperio, vt quisquis per audaciam legum placita risui habuisset, diebus viginti in Archiuo iunctus cyphone perseuerarent nudus, melle ac lacte delibutus, vt apibus muscisque esset pabulum: dilapsis verò iis, muliebri indutus veste deturbaretur in præceps. Vide Cæl. Rodig. lib. 10. cap. 5.

CYPHVS {[illegible]} Perrhæborum mons est, & pagus eodem nomine, vt refert Strabo lib. 9.

Cypirus, Herba est folia habens ad iridis similitudinem mucronata, quæ à Latinis gladiolus dicitur, radice bulbosa, & odore vicino nardo. Est & per se Indica herba, quę Cyperis vocatur, gingiberis effigie, commanducata croci vim reddens. Vide Plin. lib. 21. cap. 18.

¶ Cyprius, Arbor est Plin. lib. 17. cap. 13. omnium ocyssimè crescens. Protinus enim floret seménque profert.

Cypria harundo. Plin. lib. 24. cap. 11. Harundo Cypria, inquit, quę donax vocatur corticis cinere alopecias emendat: item putrescentia vlcera. Foliis eius ad extrahendos aculeos vtuntur, &c.

Cypria Venus, quòd ei primùm in Cypro insula templum sit constitutum: vel quia parientibus pręsideat, quòd Græcè [illegible] párere sit. Festus.

Cyprinus, Piscis genus, ex congrorum genere, de quo Plin. lib. 32. cap. 11. Quidam cyprinum piscem eum esse volunt quem nos *Carpionem* appellamus vulgò.

Cyprinum oleum, factitium erat è glande Ægyptia, odorum causa, teste Plin. lib. 15. cap. 7. Forsasse idem quod è cypro arbore fiebat. Vide CYPRVS arbor.

Cyprium, Sabini bonum appellant. Vnde Cyprius vicus Romæ appellatus est, quo Sabini ciues additi consederāt. sic enim à bono omine vocitandum censuere. Sipontinus ex Varrone de Lingua Latina, lib. 4.

Cypros {[illegible]} Herba, ex qua fit oleum. Plinius libro 23. cap. 4. Natura eius, inquit, excalfacit, mollit neruos. Folia stomacho illinuntur: & vuluæ concitatę succus quoque eorum apponitur. Plura vide apud eundem.

CYPRVS {[illegible]} insula, etiam nunc nomen retinet, inter alia nomina Macaria dicta: nam mirè fertilis est, in sinu maximo, qui issicus circa Ciliciam dicitur, ad Ortum Occasumque Cilicię, ac Syriæ obiecta est: nouem aliquando regnorum sedes, vt Plin. lib. 5. cap. 31. scribit: smaragdo, crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante, & alumine nobilis: quam aliquando adnexam Continenti fuisse, idem author lib. 2. scribit. De hac vide Strabonem, lib. 14.

Cyprius, Adiectiuum {[illegible]} Vnde tres paruę insulę huic propinquæ, Cyprię nominantur. Et Venus Cypria, quòd ei primum in Cypro templum sit constitutum. Cic. pro Domo sua.

Cyprium æs dicitur, quòd vulgò *cuprum* nominatur. Plin. lib. 33. cap. 5. Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis. Idem lib. 20. cap. 13. In pyxide Cypria asseruatur.

Cyprium absolutè, pro ære Cyprio. Hoc est, quod ex Cypro insula aduehitur. Plin. lib. 36. cap. 26.

Cyprio boui merenda, Ennius sotadico versu quum dixit, significat id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boues humano stercore pascuntur. Verba sunt Festi.

Cyprus, fœminini generis {[illegible]} in Ægypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premitúrque postea, quod cyprus vocatur. Pretium ei in libras quinque. Latinè, Ligustrum. Vide Ruellium lib. 1. cap. 94.

CYPSELLA, oppidum Thraciæ, vt scribit Plin. lib. 4. ca. 11. Strabo lib. 7. Cypsellum nominat.

CYPSELVS, penult. corr. tyranni nomen apud Corinthum, cuius meminit Cic. lib. 5. Tuscul. Demarathus (inquit) Tarquinij regis nostri pater, tyrannum Cypsellum quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi fortunas suas constituit, ac liberos procreauit.

Cypselus, penult. corr. Auis ex hirundinum genere. Plin. lib. 10. cap. 39. Plurimum volant quę apodes, quia careant vsu pedum, ab aliis cypseli appellantur hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernuntur: nec vnquam tam longo naues, támque continuo cursu recedunt à terra, vt non circumuolitent eas apodes. Cętera genera residunt & insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent, aut iacent. Et ingenia ęque varia, ad pastum maximè.

CYRBIANA {[illegible]} Elymęorū prouincia est, quibus finitimi sunt Sagapeni, & Silaceni, parui sanè principatus. Author Strabo lib. 16.

CYRENAICA, penult. corr. {[illegible]} regio Africæ, eadem Pentapolitana à quinque ciuitatibus dicta, quarum præcipua, & quæ regioni circumiacenti nomē daret, Cyrene visa est. Eam Strabo lib. vlt. à Theræis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius coluerint, hinc in cōtinente Cyrenem ædificauerint. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit author, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battiadas Syrenenses Silius nominat lib. 3. Necnon Cyrene Pelopei stirpe nepotis

Battiadas paruos, fidei stimulauit in arma. Diodorus Siculus lib. 5. scribit ex quorundam sententia huic vrbi nomen inditum à Cyrene Ipsei filia, quæ quum apud Peleum virgo educaretur, Apollo eius forma captus, raptam virginem in Libyam, ad ea loca, in quibus postmodum ciuitas condita est, asportauit, & ab eius nomine, Cyrene dicta. Eam regionem fertilissimā esse tradit Herodotus in fine quarti libri. Cicero pro Plancio.

Cyrene Cyrenes, penult. prod. dicitur, & Cyrenæ Cyrenarum, plurali numero: vnde apud Catullum, - laser piciferæ Cyrenæ. Vide Cyrenaica. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 5. Nunc vulgò vocatur *Corena*. testis Oliuarius in Melam.

Cyrenæus, Adiectiuum {[illegible]} Cic. 4. Academ. Quid Cyrenæi? Videntur mihi minimè contempti philosophi.

Cyrenaici philosophi {[illegible]} De quibus Cic. Tuscul. quæst. lib. 3. Atqui (inquit) ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutémque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Qualis autem fuerit Cyrenaica philosophia, docet Diogenes Laertius lib. 2. in Aristippi vita. Vide Ciceronem, lib. 3. de Orat. & 3 Offic.

CYRILLVS, Præsul Dalmatiæ. ¶ Cyrillus item Alexandrinus Præsul edidit variarum hypotheseon tractatus, Homilias plurimas, quibus vtuntur Græci, præterea aduersus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta eius venena refellit. Is vixit temporibus Iuliani principis. ¶ Cyrillus præterea Ierosolymitanus Præsul, sæpe pulsus ab ecclesia, & receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseuerauit. extant eius Catecheses. Hæc Hieronymus.

CYRINVS, penult. prod. Romanus cum Basilide, & Nabore, sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab vrbe lapide. Ex Volaterrano.

CYRIZOBORCA, Oppidum Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 19. Amnis Iomanes per Gangen, per Palibotros decurrit inter oppida Methora & Cyrizoborca.

CYRNABA, Scythiæ fluuius, non procul à Chryse sinu, cuius meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Cyrnea, æ {[illegible]} Vasis vinarij genus, teste Nonio. Plaut. Amphitr. Cadus erat vini, inde impleui cyrneam. Sunt qui Cirnam scribant per i nostrum, & [illegible], hoc est à miscendo dictum velint.

CYRNI, Indorum populi, quos Isigonus apud Plinium scribit annis centenis quadragenis viuere. Plin. lib. 7. cap. 2.

CYRNOS {[illegible]} insula est, id est Corsica, vt suprà dictū est in CORSICA. vnde Cyrnij, populi huius insulæ, qui longissimo æuo vtuntur. Plin. lib. 7. cap. 2.

Cyrnæus, a, um adiectiuum. Virgil. ecloga 9. Sic tua Cyrnęas fugiant examina taxos.

CYROPOLIS, Regio est maritima, haud procul à sinu Persico, vt refert Plin. lib. 6. cap. 26.

CYRRESTICA, regio, Cyrre dicta est, vbi Cyrrestis dea colebatur, quam Mineruam interpretantur Plinius & Ptolemæus.

CYRRHA {[illegible]} oppidum in Phocide, iuxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidem attinent, vnde & Cyrrhæos scopulos, & antra Cyrrhæa fontésque Cyrrhæos, pro Phocensibus, Parnasiisve poetæ cognominant. De Cyrrhæis campis copiosè disseritur in orationibus aduersariis Demosthenis ab Æschinis. Martialis lib. 1. epigr. 72. ad Flaccum, Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos vnda?

Cyrrha scopulosa. Lucan. lib. 3. Iacet enim sub Cirphin rupem: vt author est Strabo lib. 9.

Cyrrhæa templa. Claud. de bello gigant.

Secreta Cyrrhæa. Lucanus lib. 1. Id est Apollinis oracula apud antrum Cyrrhæum.

CYRRVS {[illegible] Stephano} Syriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrhestæ